Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

Digitalisierung von Drucken des 16. Jahrhunderts

NOVVM D. N. IESV || Christi Testamentum.|| A Theodoro Beza versum, ad veritatem Graeci sermonis è regione appo-||siti, ...

Bèze, Théodore de

Basel, 1559

VD16 ZV 1893

urn:nbn:de:gbv:3:1-226230

Visual Library

Universitäts- und Landesbibliothek
Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-226230-p0001-2

(alte Nr. 20.)

Testamentum novum,
graece, a Th. Beza
[in lat.] versa. Bas. 1557.

M. I. 5.

Universitäts- und Landesbibliothek
Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-226230-p0002-7

NOVVM D. N. IESV Christi Testamentum.

A Theodoro Beza versum, ad veritatem Græci sermonis è regione appositi, cum eiusdem annotationibus, in quibus ratio interpretationis redditur.

ADDITI SVNT INDICES TRES, QVORVM PRIMVS res & sententias precipuas noui Testamenti complectitur: secundus res & sententias quæ in annotationibus explicantur: tertius verba & phrases Græcas.



BASILEAE.

Impensis Nicolai Barbirii, & Thomæ Courteau.

M. D. LIX.

Universitäts- u. Landesbibliothek
HALLE
(SAALE)



Universitäts- und Landesbibliothek
Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-226230-p0006-9
DFG

THEODORVS BEZA CHRISTIANIS LECTORIBVS SALVTEM ET PACEM A Domino.

QVAM necesse sit in Ecclesia Dei extare emendatam utriusque testamenti Latinam interpretationem, non est quod pluribus conemur ostendere: quum de eo nemo possit dubitare, quin sese pietati ac religioni Christianæ inimicum esse testetur. Dicendum est igitur mihi potius quæ me causa impulerit, ut post aliorum, ac præsertim Erasmi, interpretationes, in hoc argumento uersarer: deinde etiam paucis est explicanda ratio quâ in hoc opere absoluendo sum sequutus. Vtrunq; uerò faciam (ut spero) quàm simplicissimè. Est enim (ut inquit ille) simplex ueritatis oratio. Vulgatę illius editionis, qua iampridem utimur, quis author fuerit, uideo inter doctos homines non constare. Hoc quidem cõstat, præterquàm quòd plurimis locis à librarijs est deprauata, sæpe illam à Græcis discedere, sæpe obscurè multa interpretari, quædam prętermittere, quædam adijcere: ut minimè mirum sit, eruditis hominibus nunquam satisfeciisse, imperitis autem multis magnos errores obieciisse. Eruditos uoco, non eos duntaxat, qui pręcipuè hoc nomine digni sunt, quales sanè perpauci semper extiterunt: sed eos quoque, qui uel mediocrem utriusque linguæ peritiam ad pietatis cognitionem attulerunt. Cæteros autem, quod ad id attinet de quo agimus, nihil moror: quorum tamen duo genera esse uideo. Vnum eorum qui per imperitiam, quòd plæraque errata non modò non intelligunt, sed ne suspicari quidem possunt, idcirco in recepta illa interpretatione acquiescunt: qui tamen proculdubio meliora amplecterentur, si quis illa commonstraret. Alterum eorum, qui peruerso quodam ingenio & ignobili natura prędi ti, ita in crassis illis & obscuris tenebris uersantur, ut ueritatis lucem sponte refugiant. Illi commiseratione sanè aliqua digni sunt: isti uerò planè indigni, quorum corruptis & deprauatis iudicijs quis quam commoueatur: quinimò aperti sunt ueritatis hostes. mirus enim est inter mendacium, & ignorantiam, qua isti tantopere delectantur, consensus. Afferunt tamen ipsi aliquid, ne nihil dicere uideantur: sed quod ipsos uel mulierculis deridendos propinet, Maiores nostri (inquiunt) illa interpretatione fuerunt contenti. Cedò uerò, quos maiores appellatis? Nam Augustinum, Ambrosium, Hilarium, ullum denique scriptorem eruditum esse nego, qui non ab illa sæpenumero discesserit. Id si pernegatis, ipsorum libros uobis iudices fero. Ad Hieronymum autem quod attinet, si uetus illa editio tam erat emendata quàm uos esse uultis, cur Damasi Romani episcopi hortatu, idẽ in illa tentauit quod olim Origenes in ueteris testamenti Græca interpretatione? Nã quòd istam de qua agimus, Hieronymo tribuitis, cum summa illius infamia coniunctũ esse res ipsa clamat: quia si ita est, certè necesse est fateamur Hieronymum plurima, eaq; manifesta errata non animaduertisse. Denique quum (ut olim idem conquerebatur) tot penè sint huius editionis exemplaria quot sunt codices, primùm omnium oportuit decidere quænam illa sit cæteris anteponenda. Veritas, certè quanuis uetustior sit mendacio, tamen non perinde ut uinum probatur uetustate: quod istis in mentem uenire debuerat, quibus nihil ferè pręter uinum sapit. Sed agè istos sinamus. Quum igitur in illa Vulgata editione (quam tamen ego maxima ex parte amplector, & cæteris omnibus antepono) permulta requirantur: laudandus est profectò eorum labor, qui illã emendare studuerunt. Ex illis autem alii, ut omnem nouitatis suspicionem effugerent, ex collatione antiquissimorum codicum conati sunt quæ luxata uidebantur restituere: alij, Hieronymi exemplum & pontificum decreta, ipsamq; adeò rationem sequuti ad Græcorum usque fontes recurrerunt. Nam de Nouo testamento hic à nobis quæritur. In utrisque nonnulla probo, quædam reprehendo. Illos in eo laudo, quòd antiquitati tantum honorem habuerint: in eo uitupero, quòd dum à Latinorum codicum uestigiis nunquam uolunt discedere, sæpenumero errata erratis cumularunt. Istorum uerò consilium, eruditionem, diligentiam sicut non possum non uehementer approbare,

bare, ita quædam (quod eorum pace dixerim) in ipsis desidero. Namut in genere de omnibus loquar, quum in ipsis Græcis codicibus maxima sit interdum uarietas, uidē tur omnes uel satis multis exemplaribus non fuisse instructi, uel non satis de hac annotanda uarietate solliciti, quum cæteris neglectis, ea plerunque annotarint quæ ipsi p- barunt, quum singula potius annotare oportuerit, ut suum cuique iudicium relinque retur. id ergo ab illis factum esse uehementer cuperem. In singulis autem quid requirā, ac præsertim in Erasmo, qui superiores omnes magno post se interuallo reliquit, malo ex nostrarum annotationū collatione intelligi, quàm ipse sigillatim explicare: nequis quod ueritatis studio dictum sit, uel ab inuidia, uel ab obtrectandi studio profectū putet: pauca tamen commemorabo quæ ad cō filij nostri explicationem pertinent. Vetē rem interpretē Erasmus meritò in eo reprehendit, quòd unum idemq; uocabulum sæ pe diuersis modis explicet. Atqui in eo ipso quoties peccat? Leuiculum hoc est, dices. Ego uerò aliter censeo, in his quidem libris in quibus sæpe uideas mirifica quædam ar- cana unius uocabuli tanquam inuolucris tegi: ut quo propius abest à Græcis & He- bræis Latina interpretatio, eo mihi quidem magis probanda uideatur: ita tamen ut sim plicitate illa sermonis cōtenta, quæ in his Spiritus sancti oraculis planè Diuina est & admirabilis, asperū illud & horridum scribendi genus uitet. Deinde quàm immeritò multis locis ueterem interpretem reprehendit, tanquàm à Græcis dissentientē? Dissen tiebat, fateor ab ijs exemplaribus quæ ille nactus erat: sed non uno loco comperimus aliorū codicū, & quidem uetustissimorum, authoritatem eam interpretationem niti q̄ ille reprehendit. Quinetiaā aliquot locis animaduertimus, Veteris interpretis lectiō nē, quanuis cum nostris Græcis exemplaribus non cōueniat interdū, tñ multo melius quadrare, nempe q̄ emendatius aliquod exemplar sequutus esse uideatur. Præterea q̄ quis ex ueterū scriptis, aut Græcis, aut Latinis ista emendanda susceperit, nisi admodū attentè & considerate id faciat, omnia certè corruperit potius quàm emendarit. Ne- que em̄ illos existimandū ē, quoties locū aliquē citarent, uel libros inspexisse, uel sin- gula uerba numerasse. Fuisset em̄ hoc infiniti penè laboris, nec (ut ego quidē arbitror) prorsus necessarij: quū ne ipsi quidē Apostoli, uel cū Hebræa ueritate, uel cū Græca in terpretatione semp cōsentiāt, ut qui de sententia potius ipsa q̄ de syllabis laborēt. Ita- que sicut Erasmi studiū ac diligentiā in eo magnopere laudo, quòd ueterū scripta tām diligēter euoluerit: ita cogor, quod ad ipsam locorum collationem attinet, nonnullā in eo maiorem attentionem desiderare. Sed & illud fateor uidere me nō posse, cur q̄d uno loco cōprobauit, alio reijciat: quod alibi mutauit, alibi retineat. quod tñ poterat librariorum culpæ tribui, nisi id esset infinitis pene locis commissum. Nam quod inter dū in ipsa interpretatione occurrūt quæ in annotationibus nō probantur, in eo culpa est manifesta typographi, alioqui diligentissimi, qui conuersionem ipsam nō satis dili- gēter cū annotationibus comparandā curauit. Denique ut sunt uarij hominū sensus, partim eorū rationib. adductus q̄ hoc nostro fœlici & erudito seculo Theologiā san- ctissimè & eruditissimè explicarūt, partim ēt meū iudiciū sequutus, nónulla mihi ani- maduertisse uideor ab eo p̄terita, quæ mutāda existimarē: nónulla rursus mutata, quæ relinquēda potius fuisse uiderent. Quid igitur? Nēpe ut de nostro tandē instituto ali- quid dicā, si is esset omniū, ac præsertim Regū & Principū, animus qui esse debebat, ni- hil haberēt antiquius q̄ ut primo quoq; tēpore doctissimos quosq; hoies undiq; coge tēt, ex quorū cōsensione & authoritate, utriusq; Testamenti interpretatio semel ēdere tur, cuius quoad eius fieri posset, sacra & inuiolata esset authoritas. Neque enim ab u- no aliquo, quantumuis pio ac docto, tantū opus rite absolui posse uidetur. Sed pleri- que Principes aliud habēt, s. q̄d agāt: & ea quoque ē in pleriscq; doctis alioquin homi- nib. ambitio, ea φιλοτιμία, is pruritus, ut multo malint ab optimis discedere, q̄ uideri ni- hil ipsi dixisse aut scripsisse. Ea quoque typographorū quorundā auaritia & impietas, i. ijs ēt locis in quibus Euangeliū publicè docet, ut dū lucrū captāt, nihil tā sit ineptū, tā ridiculum, tam impium, quod Ecclesiæ Dei non obtrudāt: scelerati certè homines, ac planè digni qui communi omnium Principum authoritate seuerè coerceantur. Quum igitur tantum absit ut in eo quod est in primis necessarium, à pleriſque labore-

tur, ut contrà quiduis cuiuis licere multi contendant: nonnullam certè laudem mereri tur qui in ista senescentis mundi corruptione Rempublicam Christianam pro uiribus iuuant, suaq; omnia studia in rem istam omnium longè utilissimam ac maximè necessariam conferunt. In ijs autem & si, Dei beneficio, possum nomen ipse meum profiteri, tamen dicam quod res est, nunquam eò progressus essem, ut in hoc argumenti genere quicquam scriberem quod publicè appareret, nisi me optimorum ac doctissimorum hominum authoritas in hanc uelut arenam inuitũ ac reluctantem pertraxisset. Nam, Dei gratia, satis intelligo quàm parum sim instructus earum rerum cognitione quæ ad hoc perficiendum requiruntur: & aliorum exemplo didici quàm facilè in omnium reprehensionem hoc scribendi genus incurrat: in quo scilicet, si quid nõ asseras, cæteros reprehendere: sin uerò ab alijs dicta commemores, actum agere uidearis. Sed quũ me partim Robertus Stephanus noster, homo mirandæ Ecclesiæ Dei natus, incitaret: partim uerò alij permulti non desinerent tum ut tardum & cunctantem accusare, tum etiam reprehendere, quòd donum Dei in me (ut ipsi dicebant) collatum, tam diu sepultum iacere sinerem: tandem constitui illorum iudicia à me diutius contemni non posse, quin pro modestiæ & constantiæ laude in arrogantiæ & pertinaciæ crimen inciderem. Parui igitur illorũ consilijs, præsertim eximij illius serui Dei, ac optimi mei in Christo parentis Iohannis Caluini authoritate adductus, qui quum hæc nostra, pro singulari sua in Ecclesiam Dei pietate, non modò legisset, sed etiam expendisset, spem mihi certam fecit, fore ut si nihil aliud proficerem, saltem exemplo meo, ueluti classico quodam, ad hoc suscipiendum ac perficiendum opus alios, si qui idonei & uoluntarij simul erunt, excitarem. Studui autem in primis, ut non modò à Græcis, sed etiamà recepta iam olim editione quàm minimum deflecterem. Verborum proprietatem adeò studiosè sum sectatus, ut etiam à synonymis, quoad eius fieri potui, libes abstinuerim. Singula Græca uocabula eodem ubiq; modo exprimere sum conatus, nisi quum diuersa fuit significatio: aut peculiaris aliqua ratio incidit: quã & ipsam breuiter annotaui. Hebraismos tũ in singulis dictionib. tũ in sensib. integris plurimos obseruaui, partim doctiss. hominũ cõmentarijs partim quorundã amicorũ & collegarũ meorũ, ac præsertim Antonij Ceualleri (hominis nõ uulgari doctrina & singulari quodã iudicio præditi) diligẽtia, opera ac eruditione summopere adiutus. In ipsis porrò Hebraismis Latinè exprimẽdis aliquoties malui nõ summã habere Latinitatis rationẽ, quã temerè (ut quidã nuper fecit) quicquam audere. Videtur enim Hebræus ille sermo, præsertim in ijs quæ ad religionis mysteria pertinent, plurima nescio quo modo ἐμφατικώτατα ac Diuinè prorsus exprimere, quæ nullo alio idiomate satis fœliciter possis declarare. Quòd si Græcè loquens Spiritus sanctus ab istiusmodi Hebraismis non abstinuit, & doctissimi quoq; Græcorum interpretes, illos adeò non reiecerunt, ut illis etiam tanquam gemmis quibusdam scripta sua exornarint: non est (opinor) cur hoc meum studium quispiam reprehendat. Deinde quum in illis explicandis non semper conueniat inter doctissimos etiam scriptores, satius esse existimaui, integra omnia interdum relinquere, quàm committere ut allata una interpretatione, alias omnes uiderer reiecisse. Neque tamen nobis religio fuit, in annotationibus illustrare quæ obscurius dicta uidebantur: & quid potissimum sequeremur, paucis indicare. In ipsis autem annotationibus studui ut nihil prorsus appareret ad ostentationem compositum, quum alioquin multæ sese liberius exultandi occasiones offerrent. Itaque uerborum simplici interpretatione contentus, addidi exempla ex profanis authoribus petita, non quoties licuit, sed quoties (meo iudicio) ita necesse fuit. Res ipsas tum demum attigi quum uisa est sententiæ expositio cum ipsa uocabulorum interpretatione coniungenda: in cæteris memini quid in hoc opere mihi esset propositum. Neminem acerbius reprehendi, præter unũ ex ueteribus Origenem: quem quidem, tantum abest ut cum Erasmo ueteribus omnibus anteponam, ut contrà libere profitear, nullũ mihi magis impurũ scriptorem uideri. Ex recentioribus uerò nouũ illum interpretẽ (de quo paulo antè dixi) aliquot locis pugi, q intolerandã ipsius audaciã arbitrarer. In his aũt omnib. cõcinnandis, cũ Vallæ,

Stapulen

Stapulensis, Erasmi annotationibus, etiam ueterum & recentiorum scripta diligenter contuli: à quibus ita me adiutũ esse libens agnosco, ut apertè profitear, si illa excipias quæ ab ijs sum mutuatus, reliqua non ita multis paginis posse comprehendi. quanquã ne his quidem aut illis ita fui addictus, ut meum iudicium aliquoties nõ sim sequutus. Ad hæc omnia accessit exemplar ex Stephani nostri bibliotheca cum uigintiquinque plus minus manu scriptis codicibus, & omnibus penè impressis diligentissimè collatum: quæ res una præ cæteris magnopere me in plerisque subleuauit, quum interdum uiderem, quæ alioqui sola interpretum coniectura nitebantur, alicuius codicis authoritate confirmata: interdum autem ex ueteris lectionis uestigijs aditus ad cognoscendam ueritatem nobis patefieret: in quo tamen hunc modum tenuimus, ut admonitione contenti, ex ingenio aut simplici coniectura ne apicem quidem mutaremus. Habes igitur Christiane lector, omnem consilij nostri rationẽ, id est quicquid non tam præstiti, quàm præstare sum conatus. est enim duntaxat tanquã futuri operis crassa quædã & inrudis formatio. Tuum erit nostris conatib. ita fauere, ut eorũ in quibus errasse mecognoueris (errata enim in his esse permulta sanè credo) candidè me & amicè admoneas: si quid autem rectè à nobis scriptum deprehenderis, eius laudem omnem ad eum pertinere memineris, cuius gloriæ ac maiestati totus hic noster labor est consecratus,

Sanctum IESV Christi Euangelium se-

CVNDVM MATTHAEVM.

Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον.

A Euangelium, εὐαγγέλιον. Ita Græci bonum & fœlicem nuncium uocant, Hebræi בשורה. Græcam autem uocem retinui, quia mihi religio est discedere à uerbis Ecclesiæ Dei familiaribus. Sed sciendum est, hoc uocabulum quum Græcis significet quemuis bonum & optatum nuncium, non tantùm translatum esse ad eam notandam doctrinam quæ nobis salutem annunciat per Christum partam: sed etiam propriè & peculiariter quatuor illis libris inscriptum, quibus Christi exhibiti & manifestati historia continetur. Secundum Matthæum, κατὰ Ματθαῖον, id est, ut scriptum & traditum est à Matthæo. Nuper quidam conuertit, Authore Matthæo: quod mihi duriusculũ uidetur. Magis enim, ut opinor, propriè loquetur qui Deum huius Euangelij authorem uocabit, scriptorẽ Matthæum.

ΚΕΦ. α.

NOVA EX GRÆCO TRALATIO. CAP. I.

Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ χριστοῦ, υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ.

Liber generationis IESV Christi, filij Dauid, filij Abraham.

Quòd Iesus sit Messias ille promissus saluator Patribus. Luc.3.e.24 Gen.21.a.8. 25.d. 24.29.d.35 Gen.38.g.27 1.Paral.2.a.5 Ruth 4.d.18

Ἀβραὰμ ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ. Ἰσαὰκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ. Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰούδαν, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ.

Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius.

Ἰούδας δὲ ἐγέννησε τὸν Φαρὲς καὶ τὸν Ζαρὰ ἐκ τῆς Θαμάρ. Φαρὲς δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐσρώμ, Ἐσρὼμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀράμ.

Iudas autem genuit Phares & Zaram è Thamar. Phares autem genuit Esrom. Esrom autem genuit Aram.

Ἀράμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀμιναδάβ. Ἀμιναδὰβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ναασσών. Ναασσὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Σαλμών.

Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmon.

B Σαλμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Βοὸζ ἐκ τῆς Ῥαχάβ. Βοὸζ δὲ ἐγέννησε τὸν Ὼβὴδ ἐκ τῆς Ῥούθ. Ὼβὴδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεσσαί.

Salmon autem genuit Booz è Rachab. Booz autem genuit Obed è Ruth. Obed autem genuit Iesse.

Ἰεσσαὶ δὲ ἐγέννησε τὸν Δαβὶδ τὸν βασιλέα. Δαβὶδ δὲ ὁ βασιλεὺς ἐγέννησε τὸν Σολομῶντα ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου.

Iesse autem genuit Dauid regem. Dauid autem rex genuit Solomonem, ex ea quæ *fuerat uxor* Vriæ. 1.Reg.16.a.1.& 17.b.12 2.Reg.12.f.24

Σολομὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Ῥοβοάμ. Ῥοβοὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀβιά. Ἀβιὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀσά.

Solomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abia. Abia autem genuit Asa. 3.Reg.11.g.43 1.Paral.3.b.10

Ἀσὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσαφάτ. Ἰωσαφὰτ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωράμ. Ἰωρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ὀζίαν.

Asa autem genuit Iosaphat. Iosaphat autẽ genuit Ioram. Ioram autem genuit Hoziam.

Ὀζίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωάθαμ. Ἰωάθαμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἄχαζ. Ἄχαζ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐζεκίαν.

Hozias autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autẽ genuit Ezeciã.

Ἐζεκίας δὲ ἐγέννησε τὸν Μανασσῆ. Μανασσῆς δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀμών. Ἀμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσίαν.

Ezecias autem genuit Manasse. Manasses autem genuit Amon. Amon autẽ genuit Iosiã. 2.Reg.20.d.21, & 21.d.18. 1.Paral.3.b.31.

Ἰωσίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεχονίαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος.

Iosias aũt genuit Iacim. Iacim aũt genuit Iechoniã & fratres eius in deportatione Babylonica. 4.Reg.23.g.34. & 24.a.1. 1.Paral.36.a.4.

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

Liber, βίβλος, id est recensio, Hebræorum idiotismo, ut Genes.5.a.1, ספר תולדות. Subauditur autem, Hic est, uel aliquid eiusmodi: ut sit hic titulus non totius historiæ, sed sequentis genealogiæ. nam etiam hoc totum, βίβλος γενέσεως, nihil aliud quàm genealogiam declarat. Cicero eodem modo libellum nominum dixit. Generationis, γενέσεως, id est, maiorum ex quibus ortus est Christus. Vocabulum autẽ Generationis retinui, partim quòd Christianorum aures illi sint assuetæ, partim etiam quòd optimè uideatur Christi ἐνσάρκωσιν exprimere. Filij Dauid, υἱοῦ Δαβίδ. Fateor apud Hebræos filiorum appellatione, sicut etiam apud Latinos poetas Nepotum uocabulo, posteros omnes intelligi: quæ res fecit, ut nonnulli tum hoc, tum alijs locis maluerint dicere, Dauide prognatum. Sed ego illud malui: quia (nisi fallor) si quis diligenter expẽdat promissionum formulam, ad quas respexit Matthæus, intelliget Dominum diserte polliceri Abrahamo & Dauidi, fore ut non tam ex ipsorum posteritate, quàm ex illis ipsis, beatum illud semen exoriretur. Neq; temerè factum est, ut Christus peculiariter uocetur filius, Abrahami & Dauidis: quasi ex illis qui interfuerunt, non tam fuerit oriundus, quàm uerus & proximus illorum filius, promissionis & fidei uirtute. Filij Abraham, υἱοῦ Ἀβραάμ. Quamuis hæc possint de Dauide exponi, qui fuerit ex Abrahami genere: malo tamen utrumque ad Christum referre, ut idem & filius Dauidis & filius Abrahami dicatur.

6 Ex ea quæ *fuerat uxor* Vriæ, ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου. Vulgata, Ex ea quæ fuit Vriæ: quod rectè emendauit Erasmus, ut eclipsi Græcis familiari non modò subaudiatur γυναικὸς, sed & participium aoristi secundi γενομένου addatur: ne uideatur Solomon natus ex adulterio. 11 Genuit Iacim. Iacim autem genuit Iechoniam. ἐγέννησε τὸν Ἰακείμ, Ἰακεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεχονίαν. Sic ex uetusto codice restituit Robertus Stephanus: de cuius diligentia & religione in sacris libris excudendis, apud omnes doctos & pios homines constare puto. Sed & ea quæ paulopòst sequitur genealogiæ distributio in tres τεσσαρεσκαιδεκάδας, ita legendum esse conuincit. In deportatione Babylonica, ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος. Vulgata, In transmigratione Babylonis. Erasmus, In exilio Babylonico: & paulo pòst, uersu 16. De-

a migra-

migratione Babylonica: perinde acsi φυγὴ & μετοικεσία idem ualerent. quod minimè puto. Videtur enim φυγὴ pro- A
priè eorum esse qui exilij causa solum uertunt. μετοικῶν autem dicuntur (sicut Budæus annotat) non tantùm qui se-
des sponte mutant, sed etiam qui deportantur. quod posterius significare uoluit Euangelista. Aristoteles δικαιομε-
νῶν ϐ, de Cleomene Alexandrino loquens, à quo sunt Canobitæ deportati, αὐτὸς, inquit, μετῴκησεν. Vnde Metœci
dicti, de quibus agitur in l. certa. C. de Iure fisci, lib. x. Sic apud Hebræos differre uidentur גרלה, id est μετοικεσία,
& גר, id est φυγὴ.

Post uerò deportationem Babylonicam, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel.

12 Μετὰ δὲ τὴν μετοικεσίαν Βαβυλῶνος Ἰεχονίας ἐγέννησε τὸν Σαλαθιήλ. Σαλαθιὴλ δὲ ἐγέννησε τὸν Ζοροβάβελ.

Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud aũt genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor.

13 Ζοροβάβελ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀβιούδ. Ἀβιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλιακείμ. Ἐλιακεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἄζωρ.

Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achin. Achin autem genuit Eliud.

14 Ἄζωρ δὲ ἐγέννησε τὸν Σαδώκ. Σαδὼκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀχείμ. Ἀχεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλιούδ.

Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mattham. Matthã autem genuit Iacob.

15 Ἐλιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλεάζαρ. Ἐλεάζαρ δὲ ἐγέννησε τὸν Ματθάν. Ματθὰν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώϐ.

Iacob aũt genuit Ioseph maritum Mariæ, ex qua genitus est IESVS ille qui dicitur Christus.

16 Ἰακὼϐ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσὴφ τὸν ἄνδρα Μαρίας, ἐξ ἧς ἐγεννήθη Ἰησοῦς, ὁ λεγόμενος Χριστός.

Vniuersę igitur progenies ab Abrahã usq; ad Dauid, pgenies quatuordecim: & à Dauid usq; ad deportationẽ Babylonicam, progenies quatuordecim: & à deportatione Babylonica usq; ad Christum, progenies quatuordecim.

17 Πᾶσαι οὖν αἱ γενεαὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Δαβὶδ, γενεαὶ δεκατέσσαρες. Καὶ ἀπὸ Δαβὶδ ἕως τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος, γενεαὶ δεκατέσσαρες. καὶ ἀπὸ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος ἕως τοῦ Χριστοῦ, γενεαὶ δεκατέσσαρες. B

IESV uerò Christi natiuitas ita fuit. Enimuero quũ mater eius Maria desponsa esset Ioseph, priusquam ipsi conuenissent, inuẽta est uterum ferre è Spiritu sancto.

Christi natiuitas. Luc. 1. c. 27.

18 Τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γένεσις οὕτως ἦν. Μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσὴφ, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου.

Porrò Ioseph uir eius, quum esset iustus, &

19 Ἰωσὴφ δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς δίκαιος ὢν, καὶ μὴ θέ-

16 Genitus est, ἐγεννήθη. Vulgata, natus: quod idem ualet. Idem enim Lucas 2. b. 11. de Christo loquens, τέχθη ὑμῖν σωτὴρ, inquit: quum cap. 1. uersu 57. de Elisabetha dixisset, ἐγέννησεν υἱόν. Sed & apud latinos Genitus & Natus permutantur. Prætuli tamen hoc quidem loco Erasmi uersionem, ne unum uerbum pluribus modis, nulla necessitate coactus, interpretarer: quod uitare constituì, quoad eius fieri poterit. Capite quidem secundo, quo dilucidior fit sensus, uertemus Natum, quia expressa natalis loci illic fiet mentio: & forma loquendi fortassis esset durior, si illic ponerem Genitus. Qui dicitur, ὁ λεγόμενος. Vulgata, qui uocatur, id est ὁ καλούμενος. Christus, χριστὸς. Hebraicè משיח, id est unctus: est enim uerè rex, sacerdos, & propheta. Latini Græcam uocem integram seruare maluerunt, quàm unctum aut delibutum uocare. 17 Vniuersæ igitur progenies, πᾶσαι οὖν αἱ γενεαί. Hoc demum est quod Hebræi uocant תולדות, passiuè quidem acceptum pro iis qui gignuntur. Generationis autem nomen uel generis hoc loco mihi uidetur perobscurum: quamuis animaduerterim Herodotum in Clio, πίμπλην γίνεσθαι dixisse, quum de abnepotis filio ageret. Certè Vulgatus ipse interpres progeniem conuertit, Lucæ 1. c. 50.

18 Natiuitas, ἡ γένεσις. Vulgata, generatio. quod huic quidem loco non uidetur conuenire, quum generandi uerbum uix (ut opinor) possit ad partum accommodari, sed ad conceptum tantùm pertineat. Latius ergo patet C
Giguere. sed quum uerbali nomine careat, coacti sumus synonymum quærere: quod & ipsum alibi quàm apud Vlpianum non memini legere. Natiuitatem tamen maluimus dicere quàm ortum, ne quis cum Seruetto illo impio existimet, Filium Dei tum demum extitisse quoad hypostasin à patre distinctum, quum ex Virgine natus esset. Quamuis constet, hoc loco de humana Christi natura institutam esse narrationem. Ita fuit, ἦν τὸ τοῦ. Verbum τοῦ positum est in aoristo secundo, sicut infrà 2. c. 15. & 11. d. 44. & Marci 11. d. 32. Quamuis etiam non negem poni pro ἐγὶ: sed huic loco magis uidetur præteritum conuenire. Erasmus conuertit, sic habet: id est, ἦτοι ἦν. Terent. Adelph. Nam ita est homo. Enimuerò quum mater eius Maria esset desponsa Ioseph, Μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσὴφ: id est, sponsione promissa. Neq; enim adhuc in eandem domum conuenerant, quod existimat Chrysostomus. Constat certè, τὸ μνηστεύεσθαι & γαμεῖν apud Græcos sicut apud Hebræos ארש, & illud quod ipsi per periphrasim dicunt לקח אשה, non minus inter se differre, quàm apud Latinos sponsalia à nuptijs. quod uel hic unus Terentij uersus indicat: Placuit: desponsi: nuptijs hic dictus est dies. Et hanc quoque Iudæis consuetudinem fuisse, ut inter sponsalia & nuptias tempus aliquod intercederet, constare potest ex Deuteronomij capite 21. c. 12. Porrò particulam γὰρ ab alijs omissam, sum interpretatus per Enimuero: quia scilicet hoc loco non est causalis, sed expletiua, qualis hæc esse uidetur apud Latinos. Priusquam ipsi cõuenissent, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς: id est, priusquam domum duxisset: siue, ante nuptias. Erasmus, Priusquam congressi fuissent: eos nimirum sequutus qui hoc exponunt de mariti cum uxore congressu: quasi iam antea Maria fuerit Ioseph uxor, à qua tamen abstinuerit, nimirum ex uirginitatis uoto. Qua in re existimo plerosq; ueteres planè hallucinari: & tamen hoc uidetur unus penè Gerson animaduertisse, quem immeritò flagellat Erasmus hoc nomine infrà Luc. 1. f. 59. Vterum ferre, ἐν γαστρὶ ἔχουσα. Vulgata, in utero habens. Erasmus, grauida, id est ἔγκυος. Ad uerbum, in uentre habens. quod dicendi genus propriũ est Græcis medicis, præsertim Hippocrati: cuius loco appositi, quod proximè uisum est accedere. E Spiritu sancto, ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου. Vulgata, de Spiritu sancto. Quamuis autem De pro E, interdum ponatur, tamen hoc loco minimè necesse fuit hanc enallagen accersere: quod annotauit Erasmus. Cæterùm ista narrantur προληπτικῶς, id est per anticipationem: quamuis aliter censet Theophylactus. Nam alioquin minimè oportuisset Iosephum in somnis admoneri eius rei, quam satis antea intelligeret. 19 Quum esset, ὢν. Erasmus, quia erat. Ad uerbum, existens. Vulgatus interpres & Latinè loquutus est, & Græcorum participium eleganter expressit.

Tradu-

A λως αὐτὴν παδειγματίσαι, ἐβουλήθη λάθρᾳ ἀπολῦσαι αὐτήν.

nollet eam traducere, uoluit clàm dimittere eam. Deut.24.2.1.

Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος, ἰδοὺ ἄγγε- 20
λος κυρίου κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ, λέγων· Ἰωσὴφ
υἱὸς Δαβίδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν
γυναῖκά σου. τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ πνεύ-
ματός ἐστιν ἁγίου.

Hæc autem ipso cogitante, ecce angelus Do mini in somnijs apparuit ei, dicens: Ioseph fili Dauid, ne timueris accipere Mariam *pro* uxore tua. nam quod in ea genitum est, ex Spiritu sancto est.

Τέξεται δὲ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ 21
Ἰησοῦν. αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁ-
μαρτιῶν αὐτῶν.

Pariet autem filium, & uocabis nomen eius IESVM. Ipse enim seruabit populum suum à peccatis ipsius.

Traducere, παραδειγματίσαι: id est, probrum inferre, & crimine ipsius diuulgato, ipsam afficere ignominia. Erasmus, infamare. Nam παραδειγματίσαι (ni fallor) semper legitur in uitio positum: idemq; ualet quod, φανερὰν ἀδικίαν ποιῆσαι, ut loquitur Plutarchus in Problematibus Græcorum, agens de pœna adulterij. id est, spectandum omnibus proponere, ad ignominiam scilicet, quod Augustinus Epistola 59. uertit exemplare: orta eius uerbi significatione ab earum gentium consuetudine, quę certorum criminum reos, ficut adulteras mulieres in Creta insula, & captiuos hostium duces Romæ, ignominiæ causa, per mediam urbem spectandos & deridendos traducere solebant. Inde igitur puto factum, ut traducere apud Latinos, & παραδειγματίσαι apud Græcos, ad omne publicæ infamiæ genus sit translatum. Sic enim usurpat Plutarchus libro περὶ πολυπραγμοσύνης, ubi de Archilocho loquitur: & ita etiam ad Hebræos 6.b.6. exponendum puto. Sic Demosthenes quoque κατὰ τιμοκράτους dixit, παράδειγμα ποιῆσαι ἕτερον, id est, facere ut iste sit aliis exemplo. Vltimum tamen supplicium hoc certè loco credo intelligi non oportere. Nam si grauidam esse Mariam Iosephus existimabat ex adultero, sicut censet Augustinus Epistola 54. ad Macedonium,

B obsecro quæ hæc fuit mariti probitas, adulterium uxoris dissimulare, & totum Israelem iræ Dei obnoxium reddere? Erat enim huic scilicet publico crimini capitalis pœna constituta, & differtè iubebatur Israel hoc malum tollere è medio sui: Deuteron. 22.c.21. Sin autem Mariæ sanctimonia faciebat, ut nihil certi posset Iosephus constituere, cur non differebat nuptias? uel (ut erat homo probus) aliud quoduis consilium non capiebat, potius quàm ad extremum remedium ueniret? Itaque Iosephus (ut arbitror) si adulterij ream fuisset suspicatus, hoc crimen non fuit dissimulaturus. Verùm etiamsi temporis interuallum tantum interceſisset, ut suspicari posset, post desponsionem fuisse ab alio grauidatam: tamen quum sciret fieri quoq; posse, ut ante desponsionem grauida esset facta, maluit nimirum (ut boni uiri solent) omnia in meliorem partem accipere, & proinde grauidam iudicare ἀπὸ πνεύματος potius quàm ἀπὸ μοιχείας, quo modo loquitur Iustinus Martyr in Dialogo cum Tryphone habito. Id autem si cõtigisset, id est, si ante sponsalia rem habuisset cum alio, Mariam ducere uxorem eum oportebat (sicut canit Moses) ex parentum consensu, à quo uitium fuisset ipsi oblatum ante desponsionem: quod tamen sine Mariæ dedecore fieri non potuisset, si de illius fraude conquestus fuisset Ioseph. Itaque noluit (ut erat uir insigni probitate) uel uxorem alienam retinere, uel iniuriam suam summo iure persequi cum Mariæ dedecore: sed clàm potius & causa nulla exposita, sponsione & fide data, illam absoluere ac liberare. Dimittere eam, ἀπολῦσαι αὐτήν. Erasmus, ab ea diuertere. Docet Modestinus iurisconsultus, Diuortium inter uirum & uxorem fieri, Repudium uedi uocabulum, sed malui Vulgatam uersionem retinere: quamuis potius respondeat τῷ ἀφίναι, quòd appareat Euangelistas, atque etiam Paulum in re durissima quæsiuisse mollissimum aliquod uocabulum, ideoq; libentius dicere solitos ἀπολῦσαι, uel ἀφίναι, quàm μετακέμπεσθαι, uel ἐκβάλλειν, quæ propria quidem sunt, sed duriora.

20 Cogitante, ἐνθυμηθέντος. Erasmus, Quum in animo uerseret: eodem sensu, sed periphrasi (ni fallor) non adeò necessaria. Poterat autem etiam hoc conuerti, Quum cogitasset, seruata aoristi significatione. Ecce, ἰδοὺ. Hebræis הִנֵּה, qua particula singulis penè uersibus utuntur. Interdum tamen ipsius uis est, ut lectorem præparet ad aliquid insigne & mirificum audiendum. In somnijs, κατ' ὄναρ: id est, nocturna uisione. Nam κατὰ sæpe idem ualet quod In, uel Per. Vulgata & Erasm. in somnis, maluerunt interpretari, quasi scriptum sit ἐνύπνιον. Atqui ὄναρ & ὕπαρ

C ὕπαρ siue ὕπαρ inter se differunt, non minus quàm somnus à somnio. quod indicat hic Homeri uersiculus Iliad. β, Ζεῦ πάτερ ἠὲ νύπνιον ἦλθεν ὄναρ. Ne timueris, μὴ φοβηθῇς. Vulgata, noli timere: quo modo ubique ferè conuertere solet prohibendi particulam. Erasmus, ne metuas. Hæc autem indicant, timore Dei adductum Iosephum cogitasse de sponsa repudianda, nempe (ut antè dixi) quòd alij uiro obnoxiam arbitraretur. Accipere, παραλαβεῖν, traditam scilicet tibi à parentibus uel cognatis. Nam seruari hic debet uis præpositionis παρὰ, quam satis probat uniuersa Demosthenis oratio περὶ τοῦ ἀστεφάνου, in qua disputatur de his duob. uocabulis, λαμβάνειν & παραλαμβάνειν. Erasmus eorũ sequutus opinionem, qui uirginitatis uotum hic somniant, conuertit adiũgere: perinde ac si scriptũ esset προσλαβεῖν: atq; interpretatur, adiungere in consuetudinẽ uitæ. Iam enim, inquit, acceperat, sed diuortium meditabatur. quam interpretationẽ neq; ueram, neq; uerisimilem esse opinor. Pro uxore tua, τὴν γυναῖκά σου. Ad uerbũ, uxorem tuam. Nos autẽ, quia hoc dicendi genus nonnulli sua interpretatione reddiderunt ambiguũ, perspicuitati studuimus. Falluntur enim qui hæc uerba sic accipiunt, quasi iam antè uxor esset, sed ab ea abstineret: quum hoc dicendi genere nihil sit frequentius tum Græcis, tum Latinis. ut παραλαμβάνειν γυναῖκα, planè hoc sit quod Hebræi קַח אִשָּׁה, Latini dicunt accipere uxorem, id est ducere in matrimonium: sicut Aristoteles Ethic. 3. dixit, παραλαμβάνειν συμβούλους, adhibere consiliarios, id est in consilium. Mariam autem nondum duxerat Ioseph, sed tantùm desponderat. Genitũ est, γεννηθὲν. Hic propriè accipitur τὸ γεννᾶσθαι, quum suprà positum sit τὸν ἐκ τίκτειν. Ex Spiritu sancto, ἐκ πνεύματος ἁγίου. Vulgata, de Spiritu sancto. Eras. à Spiritu sancto. & sanè constat, sæpe has præpositiones permutari: malui tamen ἐκ præpositionem retinere. quanquam si quis ueretur, ne hæc interpretatio fanaticis illis fauere uideatur qui corpus Christi spirituale faciunt, tanquam ἐκ materiam declaret, illis licebit uti præpositione ἀπὸ. 21 Seruabit, σώσει, id est liberabit. Neq; uideo cur aliter fuerit uertendum. Vulgata & Erasmus, saluum faciet, periphrasi (ut opinor) minimè necessaria. Apparet autem uel ex hoc loco, quem Iesum Græci, Iesum Latini uocãt, Hebraicè dici יְשׁוּעַ à יֶשַׁע, quod declarat τὸ σώζειν: ut planè inepta sint Osiandri & quorundam in hunc locum commenta. Ipsius, αὐτῶν. Ad uerbum, eorum. Quòd si conuertas suis, amphibolia erit. numeri autem mutatio ex Hebræorum idiomate nata est, qui in nominibus collectiuis, eiusmodi dicendi genera frequenter usurpant.

(Porrò totũ hoc factũ est, ut impleretur quod dictum est à Domino per Prophetã dicentem:

Esaiæ 7. c. 14. Ecce uirgo quædam uterum feret, & pariet filium, & uocabis nomẽ eius Emmanuel: quod est, si interpreteris, Nobiscum Deus.)

Experrectus autem Ioseph à somno, fecit ut iniunxerat ei angelus Domini, & accepit uxorem suam.

Et non cognouit eam, usquequo peperisset filium illum suum primogenitum: uocauit que nomen eius IESVM.

22 Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ κυρίου, διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· A

23 Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, μεθ' ἡμῶν ὁ θεός.

24 Διεγερθεὶς δὲ ὁ Ἰωσὴφ ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἐποίησεν ὡς προσέταξεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος κυρίου, καὶ παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.

25 Καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ ΙΗΣΟΥΝ.

CAP. II.

Magi primitiæ gentium Christum adorant. Luc. 2. 2. 6.

QVum ergo natus esset Iesus in ea Bethleem, quæ est Iudææ, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente aduenerunt Hierosolyma,

Dicentes: Vbi est ille rex Iudæorum, qui na-

ΚΕΦ. Β.

1 Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, ἐν ἡμέραις Ἡρῴδου τοῦ βασιλέως, ἰδοὺ μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν παρεγένοντο εἰς Ἰερουσόλυμα,

2 Λέγοντες· ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰου-

22 Impleretur, πληρωθῇ. Vulgata, adimpleretur. Eraſmus, perficeretur: id eſt, τελειωθῇ. quia hoc dicendi genus (inquit) Latinis auribus eſt ignotum, niſi quum ſentimus addi, quod deerat rei conſummandæ. Atqui Cicero multis locis uſurpat implere pro præſtare. quo ſenſu uidetur hic uſurpatum. Neque uerò hoc annotaſſem, niſi B uoluiſſem ſemel eſſe dictum, quod ſæpiſsimè fuiſſet nobis repetendum. Per prophetam, διὰ τοῦ προφήτου. Nonnulla exemplaria nomen habent Eſaiæ expreſſum. 23 Virgo quædam, ἡ παρθένος. Huius particulæ apud Latinos ea uis eſt, quæ articuli Græci hoc loco. n quoque litera non fruſtra eſt addita in Hebræo, nimirum ut inſignis quædam Virgo ſignificetur, ab æterno ſcilicet ſelecta. Et uocabis, καὶ καλέσουσι. Scio in pleriſque exemplaribus legi, καὶ ἐκαλέσουσι: id eſt, & uocabunt. uel, & uocabitur: quam etiam lectionem ſequitur Iuſtinus Martyr in Dialogo πρὸς τρύφωνα. Sed quum annotarit Stephanus noſter, nonnulla antiqua exemplaria cum Hebræo conſentire, & hęc apoſtrophe prophetæ Spiritu Dei correpti, & Virginem poſt tot ſecula naſcituram, quaſi præſentem alloquentis, magnam uim habere uideatur: ſequutus ſum in hac re iudicium meum, nulla (ut opinor) ſenſus iniuria. Quod eſt, ſi interpreteris, ὅ ἐστι, μεθερμηνευόμενον. Vulgatus, Quod eſt interpretatum. Eraſ. Quod ſi quis interpretetur, ſonat. Illud eſt ambiguum, hoc à Græcis recedit. 24 Experrectus autem Ioſeph, διεγερθεὶς δὲ ὁ Ἰωσήφ. Eraſmus, Excitatus autem Ioſeph: ſed hoc quidem loco plus eſt τὸ διεγερθεὶς, quàm excitari. Vulgata, Exurgens autem Ioſeph: id eſt, ἀναστὰς δὲ ὁ Ἰωσήφ. Iniunxerat, προσέταξεν. Præterita perfecta & aoriſti ſæpe cum pluſquamperfectis confunduntur à Græcis. Vulgata, præcepit. quo uno uocabulo in hac re ferè uti ſolet. Nos autem quum diuerſis uocabulis utantur Sacri ſcriptores, conabimur cuique Græco Latinum aliquod opponere. 25 Viſquequo, ἕως οὗ. Notandum eſt, aduerſus Heluidianos, ἕως, interdum ita referri ad tempus præcedens, ut de ſequenti non affirmetur contrarium: quod ſatis indicant uel poſtrema uerba huius Euangelij, ἰδοὺ μεθ' ὑμῶν εἰμὶ πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος: id eſt, Ecce uobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſeculi. Ex quibus uerbis colligere non poſsis, Chriſtum non eſſe nobiſcum futurum poſt conſummationem ſeculi. Filium illum ſuum, τὸν υἱὸν αὐτῆς. Vulgata & Eraſmus, Filium ſuum. Nobis autem non uidetur Græcus articulus ociоſus: ita tamen, ut uis eius ſit ἀναφορικὴ, non διακριτικὴ: id eſt, ut de eo agi ſignificetur, cuius antè facta eſt ab angelo mentio: non autem, ut filius hic ab alijs Mariæ filijs diſtinguatur. quos ego quidem nullos fuiſſe credo. Aſſentior enim ijs qui de Maria uirgine, ut ſelectiſsimo organo, ſanctiſsimè ſentiunt. Vocauitq; nomen eius Ieſum, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν: id eſt, (ut ferè C dicunt Græci) ἐκάλεσεν αὐτὴν Ἰησοῦν τὸ ὄνομα. Latini, Vocauit eum Ieſum nomine.

IN CAPVT II.

1 Ergo, δὲ. Eraſmus, autem. Sed (ut exiſtimo) hæc particula hoc loco non eſt diſcretiua (ut uocant) ſed potius, συμπλεκτικὴ τῆς διανοίας, id eſt, copulatiua ſententiæ (ut grammaticorum more loquar) ſicut ſæpe apud Latinos Ergo & Igitur. Natus eſſet, γεννηθέντος. Cur ita uertere hoc loco maluerim, uide ſuperioris capitis uerſum 16. In ea Bethleem, quæ eſt Iudææ, ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας. Sic loquuntur Hebræi, ut Iudicum 19. d. 18. dicitur Bethleem Iudæ: id eſt Bethleem, quæ eſt in tribu Iuda. quod addi ſolet ad alterius differentiam, quæ eſt in tribu Zabulon, id eſt in Galilæa inferiore. Vulgatus uertit, in Bethleem Iudææ. Eraſmus ut Hebraiſmum molliret, addidit [ciuitate] appellatiuum. Sed hoc quoq; non ſatis exprimit differentiam illam: itaq; aliquid amplius ſuppleui. Præpoſitionem quoq; hìc & alijs locis ſeruaui, quam tamen Latini urbium nominibus uel nunquam, uel certè raro præponunt, quia ſcilicet obliquorum terminatio caſum indicat. Ego uerò inflexione uocem mutare nolui, quam Græcè ſcribens Euangeliſta retinuit. Quare neceſſariò uſurpanda fuit præpoſitio tum hoc loco, tum plurimis alijs. Iudæa autem hìc intelligitur regio: ſic propriè dicta à tribu Iuda, ſub qua etiam tribus Beniamin comprehenditur. diſtinguiturq; à Samaria, Peræa, Trachonitide, & utraque Galilæa. In diebus, ἐν ἡμέραις. Eraſmus, temporibus, Hebraiſmo explicato: quem tamen libens retinui, quia neque eſt obſcurus, neq; ſua emphaſi caret. Magi, μάγοι. Perſicum uocabulum, apud Perſas honeſtum. ita enim ſuos ſacerdotes, aut, ut alij uolunt, philoſophos uocabant. Apud Græcos autem, & tandem apud Latinos quoq; magorum nomen nonniſi in uitio poni cœpit. Cęterùm magorũ gentem Herodotus non in Perſide, ſed in Media collocat, lib. 1 & 3. ut iſtos quoq;, ſicut & Chaldæos, appareat non ex artis, ſed ex gentis uocabulo fuiſſe nominatos. Aduenerunt, παρεγένοντο. Vulg. uenerunt. Eraſm. acceſſerunt. Ego uerti, aduenerunt, propter ſequentem caſum: alioqui enim ad uerbum conuertiſſem, affuerunt. 2 Dicentes, λέγοντες. Solent ferè Hebræi hiſtorias quæ narrantur, inductis ipſis perſonis explicare: Latini cõtrà plerunq; obliquis narrationib. quas uocant, utuntur, quo modo etiam quidã nuper totam hanc periodum conuertit. Me uerò iſtius ſimplicitatis quã Spiritus ſanctus amplexus eſt, nunquã pudebit. Nã certè hæc narratio plus habet energiæ, quàm ſi obliquè aliena dicta referrentur, eo q; non tam narrari res quàm geri uideatur. Vbi eſt ille rex Iudęorũ,

qui natus

A qui natus est? ποῦ ἐστὶν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. Vulgata, Vbi est, qui natus est rex Iudæorum? Erasmus, Vbi est ille qui natus est rex Iudæorum? Ego uocabulorum collocationem mutaui, ut sensus esset dilucidior: nam alioqui uiderentur magi aliud quærere, nempe, ubi sit ille qui minimè natus est priuatus, sed rex Iudæorum ab ipsis incunabulis. qui sensus non conuenit. Eadem traiectione usus est Lucas 19.f.38.

δ' αἰῶν; εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα ἐν τῇ ἀνατολῇ, καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ.

tus est? uidimus enim eius stellam in Oriente, & uenimus ut adoremus eum.

Ἀκούσας δὲ Ἡρῴδης ὁ βασιλεὺς, ἐταράχθη, καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα μετ' αὐτοῦ. 3

Audítis autem his Herodes rex turbatus est, & tota Hierosolyma cum eo.

Καὶ συναγαγὼν πάντας τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς τοῦ λαοῦ, ἐπυνθάνετο παρ' αὐτῶν, ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται. 4

Et conuocatis omnibus principibus sacerdotum, & scribis populi, percontatus est ab eis, ubi Christus nasceretur.

Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας. οὕτω γὰρ γέγραπται διὰ τοῦ προφήτου· 5

At illi dixerunt ei: In ea Bethleem, quæ est Iudææ. sic enim scriptum est per prophetam:

Καὶ σὺ Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα. ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. 6

Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es inter duces Iuda: ex te enim exibit dux, qui pascet populum illum meum Israel. Mich.5.a.2. Ioan.7.f.41.

Τότε Ἡρῴδης λάθρᾳ καλέσας τοὺς μάγους, ἠκρίβωσε παρ' αὐτῶν τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος. 7

Tum Herodes clàm uocatis magis, exquisiuit ab illis quo tempore stella apparuisset.

3 Tota Hierosolyma, πᾶσα Ἱεροσόλυμα. Erasmus, tota Hierosolymorum urbs: offensus mutatione declinationis, quia Hierosolyma paulo antè plurali numero usurpat euãgelista. Sed hoc ego nihil moror. nam Cicero etiam ipse pro Flacco, utroque genere usus est in hac urbe appellanda. Quòd autem Egesippus uocatam esse putat Hie-
B rosolymam, quasi ἱερὸν σολόμων, & Eusebius, quasi, ἱερὸν σταλμῶν, hoc certè arguit magnam Hebraicæ linguæ imperitiam. unde etiam factum puto, ut librarij huic nomini aspirationem præposuerint. 4 Principibus sacerdotum, ἀρχιερεῦσι. Erasmus, pontificibus: id est, primarijs sacerdotibus, quales erant posteri Aaronis, in uiginti quatuor classes distributi, ut apparet ex 1. Paralip. 24. a. 1. ubi etiam uocantur principes sanctuarij: & 2. Paralip. 36. c. 17. diserte principes sacerdotum dicuntur. Theophyl. in cap. 14. Marci, ita uocatos esse uult, qui aliquando pontifices maximi fuissent, sicut Romæ dicebantur Prætorij, Quæstorij, Consulares. Nam eo tempore uenale factum erat summum sacerdotium, ita ut iam perpetuum non esset. Sed hoc commentitium esse, ex ijs apparet quæ paulo antè attulimus. Cæterùm pontificis nomen uni pontifici maximo seruabimus. Scribis, γραμματεῦσι. Sic uocant Hebræi Legis interpretes, à uerbo סמר, quod narrare etiam & exponere significat. Apparet autem à Græcis sic dictos, quòd sicut scribæ publicarum tabularum custodes erant, sic penes istos, tãquam sequestres, libri Legis essent uelut depositi, cuius scilicet interpretatio ipsis erat commissa. ideoq; adiunxit Euangelista, τοῦ λαοῦ, populi: id est, publicis Legis interpretibus. Nos igitur uocabulum longa iam consuetudine à sacris scriptoribus usurpatum, sanè libenter retinuimus. Nam quòd nonnulli Scribarum appellatione intelligunt Lictores comprehendi, & eos omnes quibus exequendæ iudicum sententiæ munus incumbit, id ne in uetere quidem Testamento perpetuum est, sicut constat ex 2. Reg. 12. a. 3. de Saphan (qui librum Legis inuentum, non ut quilibet ex ordine scribarum, sed ut primarius doctor interpretatus est) atque adeò ex multis locis Ezræ & Nehemiæ. In nouo autem Testamento legisperitos & doctores hoc nomine significari, facilè, ut spero, mihi concedet, quisquis hos locos diligenter expenderit, Matthæi 7. d. 29. item 7. b. 10. item 23. a. 2. Marci 12. c. 28. Lucæ 7. e. 30. item 11. f. 46. item 1. Corinth. 1. c. 20. 5 In ea Bethleem, quæ est Iudææ, ἐν βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας. Vulgata, Iudææ. uidetur enim legisse ἰούδα, pro τῆς Ἰουδαίας. 6 Terra Iuda, γῆ Ἰούδα: id est, quæ in Iudæa sita es, quæ pars es tribus regionis Iuda. Nam mihi quidem durum uidetur, γῆ interpretari pro urbe, quo modo tamen Euripides in Hecuba usurpauit. Alia exemplaria habent τῆς Ἰουδαίας, Iudææ: quod planius est. In Michæa legitur Bethleem Ephratha: est enim hoc alterum urbis cognomentum, quo ab altera discernitur. Nequaquam minima es, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ. Hanc lectionem se-
C quitur etiam Iustinus, quum tamen in Hebræo legatur צעיר, & in Græca editione ὀλιγοστὸς εἶ, ut quod Michæas 5. a. 1. in Hebræo negat, uideatur hic affirmari. In quo nodo explicando quum multi laborent, mihi placet in primis cuiusdam sanè eruditi sententia. Is igitur docet, in posteriore membro apud prophetam subaudiri aduersatiuam particulam: quod uidetur sensus ipse postulare, & alibi etiam reperias, ut Psalm. 119. 141 & 157. Sic itaque totus ille locus legendus est: Et tu Bethleem Ephratha, paruula es inter chiliadas Iuda: ex te *tamen* egredietur mihi qui sit dominator in Israele. Quòd si cum istis hæc nostra compares, eandem prorsus sententiam reperias. etsi enim uidetur illic Bethleem ciuitas minima uocari, quòd minimè scilicet ampla & frequens esset: hic uerò non minima dici, id est non ignobilis: ut in huius uocabuli explicatione aliqua discrepantia esse uideatur. tamen hæc ita sunt coniuncta, ut facilè appareat prophetam significare uoluisse hoc oppidulum quamuis exiguum, Messiæ tamen exortu nobilissimum ac celeberrimum fore. quod paulo apertius declarat Græca hæc interpretatio. Inter duces, ἐν τοῖς ἡγεμόσιν. Vulgata, in principibus. In Hebræo legitur באלפי, hoc est in chiliadibus, seu potius inter chiliarchas. distributus enim erat populus Israeliticus in chiliadas, sicut apparet ex cap. Exod. 18. d. 25. & Gedeonis oratione, Iudicum 6. b. 15. Dux, ἡγούμενος, participium loco nominis: id est, ἡγεμὼν, quod Hebræis est usitatissimum. Pascet, ποιμανεῖ. Vulgata, reget. quod respondet, τῷ οἰακίσαι. Erasmus, Gubernaturus est: id est, κυβερνήσει. Ego elegantem sanè metaphoram seruaui. Sic solet Homerus reges ποιμένας λαῶν uocare. Populum illum meum Israel, τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. Articulum expressi, cuius emphasis hoc loco non fuit negligenda, quum bis repetatur à Domino, ut suam in illum unum populum beneuolentiam singularem declaret. 7 Vocatis, καλέσας. Erasmus, accersitis: id est, μεταπεμψάμενος. Exquisiuit, ἠκρίβωσε. Vulgata, diligenter didicit. Erasmus, accuratè perquisiuit. Ego uno uerbo malui interpretari quàm per periphrasin, minimè, ut opinor, necessariam. Vocabulum autem Græcum significat in genere, summa & exquisita diligentia aliquid facere. Quo tempore stella apparuisset, τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος. Vulgata, tempus stellæ quæ apparuit eis. Ad uerbum, tempus apparentis stellæ. Erasmus (quem sequor) mihi uidetur hunc hellenismum optimè expressisse: est enim positum φαινομένου pro φαίνοντος: nisi malimus tempus pro ætate accipere.

Et ipsis in Bethleem missis, dixit: Profecti illuc, penitus exquirite de puerulo. postquã autem inueneritis, renunciate mihi, ut & ego ueniam, & adorem eum.

8 Καὶ πέμψας αὐτοὺς εἰς Βηθλεέμ, εἶπε· πορευθέντες, ἀκριβῶς ἐξετάσατε περὶ τοῦ παιδίου· ἐπὰν δὲ εὕρητε, ἀπαγγείλατέ μοι, ὅπως κἀγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ. A

Ipsi uerò audito rege profecti sunt. & ecce stella quã uiderãt in Oriẽte, præibat eis, donec progressa staret supra *locum in* quo erat puerulus.

9 Οἱ δὲ ἀκούσαντες τοῦ βασιλέως, ἐπορεύθησαν. καὶ ἰδοὺ ὁ ἀστὴρ, ὃν εἶδον ἐν τῇ ἀνατολῇ, προῆγεν αὐτοὺς, ἕως ἐλθὼν ἐστὴ ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον.

Visa autem stella, gauisi sunt gaudio magno ualde.

10 Ἰδόντες δὲ τὸν ἀστέρα, ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα.

Et ingressi domum, inuenerunt puerulum cum Maria matre eius: & procidentes adorauerunt eum: apertis'que thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, & thus, & myrrham.

11 Καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν, εὗρον τὸ παιδίον μετὰ Μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ· καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ· καὶ ἀνοίξαντες τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν, προσήνεγκαν αὐτῷ δῶρα, χρυσὸν, καὶ λίβανον, καὶ σμύρναν.

Et diuinitùs admoniti in somnijs, ne reuerterentur ad Herodem, per aliam uiam recesserunt in regionem suam.

12 Καὶ χρηματισθέντες κατ' ὄναρ, μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρῴδην, διʼ ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν.

Quum autem ipsi recessissẽnt, ecce angelus Domini apparet in somnijs Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerulum & matrem eius, & fuge in Aegyptum: & esto illic usque dum dixero tibi. futururum est enim ut Herodes quærat puerulum *causa* perdendi eum.

13 Ἀναχωρησάντων δὲ αὐτῶν, ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου φαίνεται κατ' ὄναρ τῷ Ἰωσήφ, λέγων· ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἴσθι ἐκεῖ, ἕως ἂν εἴπω σοί· μέλλει γὰρ Ἡρῴδης ζητεῖν τὸ παιδίον, τοῦ ἀπολέσαι αὐτό. B

Fugit Ioseph cũ Iesu & matre in Ægyptum.

Ille uerò experrectus, accepit puerulum & matrem eius nocte, & secessit in Aegyptum.

14 Ὁ δὲ ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ νυκτὸς, καὶ ἀνεχώρησεν εἰς Αἴγυπτον.

Et fuit illic usq; ad obitum Herodis: ut impleretur

15 Καὶ ἦν ἐκεῖ ἕως τῆς τελευτῆς Ἡρῴδου· ἵνα πληρωθῇ

8 Et ipsis in Bethleem missis, καὶ πέμψας αὐτοὺς εἰς Βηθλεέμ Erasmus expunxit pronomen, & uertit πέμψας, iussis ire: id est, ἀπολύσας ἰέναι. Ego uerò potius existimo, Regem illis à se dimissis blandè & benignè iter commonstrasse. Penitus exquirite, ἀκριβῶς ἐξετάσατε. Vulgata, interrogate diligẽter: neutro duorum uocabulorum satis expresso. Erasmus, accuratè: id est, ἀκριβῶς. De puerulo, περὶ τοῦ παιδίου. Vulgata & Erasmus, de puero. Idem tamen infrà cap. 18. d. 2. uertit puellum. Postquam autem, ἐπὰν δέ. Vulgata, & quum: id est, καὶ ὅταν. Erasmus, ubi autem: id est, ἐπεὶ δέ.

9 Præibat, προῆγεν. Vulgata, antecedebat. Erasmus, præcedebat. quod & ipsum Latinis significat ita præcedere, ut sis dux uiæ. Sed illud propius abest à Græco. Subauditur autẽ reciprocum pronomen, sicut accidit in coniugatione, quam Hebræi Hithpahel uocant. Virg. lib. 8. Haud secus Aeneas se matutinus agebat. Supra *locum in* quo, ἐπάνω οὗ. Vulgata, supra ubi. Suppleuit Græcorum eclipsin Erasmus, quem sequuti sumus. Est autem hæc integra locutio, ἐπάνω τοῦ τόπου, ἐν' ὄ. atq; inde factum est, ut ὅ degenerarit in aduerbium loci. 11 Inuenerunt, εὗρον. In omnibus uetustis exemplaribus scriptum erat εἶδον, uiderunt. Procidẽtes, πεσόντες. Erasmus, prostrati. Ad uerbũ, quum cecidissent. Significatur autem adorantium gestus. Sic Latinè, Accidere alicui dicitur, qui prostratus alicui supplicat. Et thus, καὶ λίβανον. Vulgata, thus, omissa particula καὶ. 12 Diuinitùs admoniti, χρηματισθέντες. Vulgata, responso accepto: non satis propriè, quia percontantibus demum responsum datur. Erasmus, oraculo admoniti. Ego uerò etsi religionem nullam statuo in uocabulis, tamen Oraculum libens refugio ueluti idolorum superstitione contaminatum. Dicitur autem χρηματίζεσθαι is, quem Deus colloquio suo dignatur, etiamsi nihil tale quærat uel expectet. Itaque hunc locum interpretatur Iustinus Martyr, Dialogo περὶ τριάδος, ὅτι' ἀποκάλυψιν τινὰ δι' ὄνειρου: id est, per arcanam declarationem iussi. Ne reuerterentur, μὴ ἀνακάμψαι. Vulgata, ne redirent: id est, μὴ ὑποστρέψαι. Verbum autem ἀνακάμπτειν proprié significat in contrariam partem flectere: sed hoc loco idem ualet quod ἀναστρέφειν. Sic etiam Diodorus libro Bibliotheces, ἀλλὰ πεμφθεὶς ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἀνέκαμψεν εἰς τὴν Καρχηδόνα: id est, Præfectus autem classi qui missus fuerat, uersus Carthaginem cursum reflexit. Recesserunt, ἀνεχώρησαν: id est, redierunt. Vulgata & Erasmus, reuersi sunt. Sed quærenti mihi quod uerbum Latinum huic Græco uelut eregionẽ opponerem, hoc unum occurrit, quod etiam Vulgatus interpres sequenti uersiculo usurpauit, & quo usus est Salustius in bello Iugurthino. Sed & reliqua ex hoc eodem uerbo composita, pari ratione sumus interpretati, quæ suo deinceps loco à nobis explicabuntur: ut, ἀναχωρεῖν abscedere, συγχωρεῖν concedere, & similia. 13 Apparet, φαίνεται. Vulgata, apparuit. Conuenit tempus præsens narrationibus etiam rerum præteritarum. Surge & accipe, ἐγερθεὶς παράλαβε. Erasmus, Surge & assume. Idem hic ualet simplex ἐγερθὲς, quod superiore capite uersiculo 24. cõpositum διεγερθεὶς. Erasmus conuertit hoc loco, Surge. Et paulo pôst, Excitatus. Vulgata, surgens. eodem quidem sensu: quamuis excitandi uerbum minus quiddam interdum uideatur significare, quàm ἐγείρειν. Sed ut hoc concedam, magis optarem ut neq; diuersa uocabula uno modo, neq; unum idemq; uerbum (quoad eius fieri potest) diuersis modis exponerentur, quum præsertim ipse in uetere interprete tam sæpè id reprehendat. Causa perdendi eum, τοῦ ἀπολέσαι αὐτό. Vulgata & Erasmus, ad perdendum eum. subauditur τὸ ὄνομα, quod ferè uertere soleo, causa, quia Latini (quod sciã) non habent aduerbium eius significationis. Sextum Stephani exemplar scriptum habebat ἀπωτάτω: quam lectionem si sequaris, optimè uertes ex Cicerone pro Sextio, ad necem. 14 Secesit. ἀνεχώρησε. Præpositio ἀνὰ hìc idẽ ualet quod χωρὶς: paulo antè uerò in eodem uerbo idem quod πάλιν. 15 Et fuit, καὶ ἦν. Vulg. Et erat. Vide caput primum uersiculo 18. Obitum, τελευτῆς. Ita uocant Græci mortem metonymicè, quòd (ut inquit Demosthenes) sit πέρας τοῦ βίου ἁπάντων. alioqui τελευτὴ extremum significat cuiuscunq; rei, adeò quidem ut τελευτᾶν δανάτου, interdum mortẽ ipsam apud Hom. declaret. Latini ratione parum dissimili obitum uocant, sumpta metaphora ab ijs qui iter faciunt. τελευτῶν igitur ubiq; interpretabimur obitũ, & θάνατον mortem.

16 Quòd

A θῆ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ κυρίου διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου.

retur quod dictum est à Dño per Prophetã, dicentem: Ex Aegypto uocaui Filium meum. Osee 11.2.3.

Τότε Ἡρῴδης ἰδὼν ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων, ἐθυμώθη λίαν· καὶ ἀποστείλας ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεὲμ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς, ἀπὸ διετοῦς, καὶ κατωτέρω, κατὰ τὸν χρόνον ὃν ἠκρίβωσε παρὰ τῶν μάγων. 16

Tum Herodes, quũ uidísset quòd illusus esset à Magis, excanduit ualde: ac mísis carnificibus sustulit omnes pueros qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus eius, à bimulis & inferioribus, secundum tempus quod exquisierat ex Magis. Herodes pueros occidit.

Τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Ἰερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος, 17

Tunc perfectum est quod dictum est à Domino per Hieremiam prophetam, dicentem:

Φωνὴ ἐν Ῥαμᾶ ἠκούσθη, θρῆνος καὶ κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολύς, Ῥαχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσί. 18

Vox in Rhama audita est, lamentatio, fletus & eiulatus multus, Rachel plorans filios suos: & noluit consolationẽ admittere de eo q̃ nõ sint. Hier. 31.c.15.

Τελευτήσαντος δὲ τοῦ Ἡρῴδου, ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου κατ' ὄναρ φαίνεται τῷ Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ, 19

Quum autem obijsset Herodes, ecce angelus Dñi in somnijs apparet Ioseph in Aegypto,

Λέγων· ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ πορεύου εἰς γῆν Ἰσραήλ. τεθνήκασι γὰρ οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου. 20

Dicens: Surge, & accipe puerulum & matrẽ eius, & proficíscere in terram Israel: mortui sunt enim qui quærebant animam pueruli.

Ὁ δὲ ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ ἦλθεν εἰς γῆν Ἰσραήλ. 21

At ille experrectus accepit puerulum & matrem illius, & uenit in terram Israel.

B Ἀκούσας δὲ ὅτι Ἀρχέλαος βασιλεύει ἀντὶ Ἡρῴδου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἐφοβήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν· χρηματισθεὶς δὲ κατ' ὄναρ, ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη τῆς Γαλιλαίας. 22

Quum uerò audísset, quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre eius, timuit illuc abire: sed diuinitùs admonitus in somnijs, secessit in partes Galilææ.

16 Quòd illusus esset, ὅτι ἐνεπαίχθη. Vulg. quoniã illusus esset. Sæpe eñ usurpat has particulas, Quoniã & Quia: quæ in hoc dicendi genere sunt barbaræ, atq; etiam perobscuræ multis. Eras. uertit, sibi illusum fuisse, per infinitũ modũ. atq; ideo coactus est addere pronomẽ Sibi: quod redũdat. Excãduit, ἐθυμώθη. Vulg. iratus est: id est, ὠργίσθη. Eras. indignatus est. Cicero θυμὸν excandescentiã interpretatur, quẽ sequuti sumus. Mísis carnificibus, ἀποστείλας. Vulg. mittẽs. Verbũ absolutũ posuit Matthæus secundũ phrasin Hebraicam, Psal. 57.a.4. שלח. Mittet è cœlo, & liberabit me. Atq; etiam apud Græcos usurpatur uerbũ πέμπειν, nullo addito casu, sicut bis legere memini apud Herodotum in Thalia. Eras. autẽ ut eclipsin suppleret, uertit, mísis satellitibus. At ego, mísis carnificibus: quod mihi melius uisum est conuenire sceleris atrocitati. in quo Erasmum etiã ipsum sequor, qui ita loqui maluit infrà 14. b. 10. Nuper quidã hũc locũ his uerbis est interpretatus, misit interfectum: quàm rectè, iudicent alij: mihi quidem aliud esse uidetur per alium interficere, quàm mittere qui interficiat. Sustulit. ἀνεῖλε. Vulg. occidit id est, κτείνειν. Eras. interfecit: id est, διεχείρισατο, uel διαφθεῖραι. Vide infrà 10. 28. Eius, αὐτοῦ: scilicet, Bethleem. neq; hic ullã amphiboliam uideo, quæ nos cogat ad repetendum antecedẽs, sicut fecit Eras. A bimulis & inferioribus, ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω. Vetus interpres, à bimatu & infrã. Nã etiam in quibusdam exemplaribus legitur πάντας, & eũ legisse apparet, κατὰ διέτεις: id est, ἀπὸ διετῶν. Sed potius legendum esse, ἀπὸ διετοῦς, prçterquam quòd omniũ exemplarium cõsensus probat, Hebræorum etiã idioma confirmat, qui opinor hoc loco dicerent בן שנתים ולמטה à filio duorum annorũ, & infrà: seruata etiam enallage numeri singularis pro plurali. Eras. mus, Quotquot essent bimuli & minores: quæ interpretatio longius recedit à Græcis. Secundũ tempus, κατὰ τὸν χρόνον. Hoc non uideo cur minus sit Latinè dictum, quàm Ciceronis illud, Secundũ naturam. Erasmus autẽ nõ hoc tantum loco, sed etiam alijs plurimis mutauit Secundũ in Iuxta: quod tamẽ posterius nusquam legi apud idoneos authores. 17 Quod dictũ
C est à Domino per Ieremiã dicentem, τὸ ῥηθὲν ὑπὸ κυρίου διὰ Ἱερεμίου λέγοντος. In codicibus impressis legitur, τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου λέγοντος. Sed probatur hæc lectio: quam sequutus sum, manuscripti exemplaris authoritate: & ita solere ita loqui Matthæum, superiora ostendũt. Certè magna uis est horum uerborum, ex quibus intelligimus, non ipsos prophetas, sed Dominum ore prophetarum loqui. 18 Lamentatio, θρῆνος. Hoc uocabulum prætermisit Vulgata: neq; etiam legit Iustinus dialogo, μετὰ τρύφωνος. Fletus, κλαυθμὸς. Vulgata, ploratus. Mihi autem uidetur Flere Latinorum, κλαίειν Græcorum deriuatum: quamuis diphthongo non scribatur. Eiulatus, ὀδυρμὸς. Vulgata, ululatus. Eras. ploratus. Ego malui eiulatum conuertere, quàm fletũ uel ululatum: quorum illud nõ satis magnam uim habet, hoc potius declarat τὸν ὀλολυγμόν. Consolationem admittere, παρακλῆθῆναι. Vulg. cõsolari, quòd passiuè nõ dicitur à Latinis. Itaq; rectè fecit Erasmus, qui periphrasin quæfierit. Cæterùm παρακαλεῖν interdum etiam precari, interdum hortari declarat. Quare uarijs etiam modis fuit alibi uertendum. De eo quòd non sint, ὅτι οὐκ εἰσί: id est, quòd sublati sint, & perempti, siue quòd defierint esse inter homines: more loquendi sacris scriptoribus ualde familiari, ut Psal. 39. b. 14. Addidi autem hæc uerba de eo, ut locum alioqui satis obscurum illustrarem. Nam quod Vulg. interpretatur, quia non sint, uidetur obscurius dictum. Eras. propterea quòd non sint: quod uidetur sensum diuersum ostendere. Neq; enim existimo Euangelistam exponere causam, quamobrem non admiserit consolationẽ, sed narrare potius de qua re noluerit consolatione ulla permulceri. 19 Quum autem obijsset, τελευτήσαντος δὲ. Vulgata & Erasmus, Defuncto autẽ. uide suprà uersu 15. obire uerò pro mori absolutè & à Plauto & à Plinio usurpatur, quod planè respondet Græco uerbo τελευτᾶν. 20 Proficíscere, πορεύου. Vulg. & Eras. uade: id est, βάδιζε. Mortui sunt, τεθνήκασι. Vulg. & Eras. defuncti sunt, quo modo paulo antè uerterãt τὸ τελευτᾶν. Animã, τὴν ψυχὴν: id est uitam, Hebræorum idiotismo, à quo nec Græci (præsertim Poetæ) abhorrent, nec Latini. differentiam enim illam animi & animæ, subtilioribus relinquimus. 22 Patre eius, πατρὸς αὐτοῦ. Fuit Archelaus Herodis Magni filius, ex Marthaca Samaritana, regni successor relictus à patre: sed postea ab Augusto factus Iudææ Ethnarcha, quum aliquandiu Regis nomine fuisset abusus, ac tandem in exilium pulsus,

Et quũ eò uenisset, habitauit in urbe quæ dicitur Nazareth: ut impleretur quod dictum est per Prophetas, nempe qꝫ Nazarenus uocãdus esset.

23 Καὶ ἐλθὼν, κατῴκησεν εἰς πόλιν λεγομένην Ναζαρέτ, ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τῶν προφητῶν, ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται. A

CAP. III.

Marc.1.2.4. Luc.3.2.3. TEMPORIBVS autem illis affuit Ioannes Baptista, prædicans in deserto Iudææ,

1 ΚΕΦΑΛ. γ'. Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις παραγίνεται Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς, κηρύσσων ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἰουδαίας,

Dicẽsqꝫ, Resipiscite: appropinquat enim regnum cœlorum.

2 Καὶ λέγων, μετανοεῖτε, ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

Esa.40.2.3. Marc.1.2.3. Luc.3.2.4. Ioan.1.c.23. Nam hic est ille de quo dictum est per Esaiã prophetam, dicentem: Vox clamantis in deserto, parate uiam Dñi, rectas facite semitas eius.

3 Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ῥηθεὶς διὰ Ἠσαΐου τοῦ προφήτου λέγοντος· φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ.

23 Et quũ eò uenisset, ἐλθὼν. Hæc genera dicendi sumpta sunt ab Hebræis, quib. sunt isti pleonasmi frequẽtes: ueluti quum dicunt, Et surgens abijt, Et respondit dicens: & similia multa, quæ infinitis locis occurrunt, neqꝫ tamen putauimus immutanda. Habitauit, κατῴκησεν: id est, sibi domicilium delegit, in quo non commoraretur ad tempus, sed cũ familia habitaret, patriæ ualedicẽs. Nam apud Græcos differunt παροικία & παροικῶ, sicut apud Latinos habitare & commorari. Sic enim Cicero: Natura, inquit, domicilium nobis non habitandi, sed commorandi dedit. Quamobrem etiam Petrus uitam nostram, παροικίαν uocat eleganter, 1. Petri 1. c. 17. Quanquam fateor hanc differentiam non esse perpetuã. Illic autem domicilium fixisse Iosephum, uel ex eo liquet, quòd propterea Christus uocatus est Nazarenus. In urbe, ἐν πόλει. Frequẽter ἐν pro ᾧ ponitur, ut Marc. 2. a. 1. ὅτι ἐν οἴκῳ ἐστί, pro ᾧ οἴκῳ, & alibi sæpe: itaque satis fuerit semel annotasse. Sic apud Hebræos אל pro ב deseruiente ponitur, ut Gen. 49. c. 29. אל הבוערה. *Nempe* quòd Nazarenus uocãdus esset, ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται. Vulg. & Eras. Nazaræus uocabitur. Nã & fieri potest ut abundet ὅτι, sicut alibi frequentissimè. Existimo tamẽ eam particulã indicare, hæc esse Euangelistæ uerba, referentis nõ tam ipsa Prophetarum uerba quàm sententiã: idcirco addidi particulam Nempe, ut mollirẽ appositionem paulo duriorẽ. Nazarenum autem dixi pro Nazaræo, ut discrimẽ aliquod constituerẽ inter nomen gentile & nomen sectæ: quamuis eorum sententiã non penitus improbem, qui Euangelistã putant ad eos quoqꝫ respexisse, qui Nazarei ex uoto dicebantur: modò hæc eorum sententia dextrè intelligatur. Nam commentitiam illã epistolam Lentuli cuiusdam Proconsulis, in qua describitur Christi forma & habitus qualis erat Nazarenorũ, nemo sani iudicij homo est, opinor, qui non perspiciat ab homine Romano neqꝫ scriptam, neqꝫ conuersam fuisse, sed ab indocto quopiam confictam: sicut infinita alia eiusmodi, quæ nobis hodie lucri causa à typographis, partim interpolata, partim ita ut sunt ineptissima, cæteris alicuius scriptoris nomine proponuntur. B

IN CAPVT III.

1 Temporibus autẽ illis, ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις. Admonuimus iam antea, dierũ appellatione apud Hebræos tẽpus significari: quod nõ pigebit nos aliquãdo imitari. hoc tamen loco putauimus mutandũ, propterea quòd inter eas historias quę præcesserunt, ea de quibus hic agitur, satis longum temporis interuallũ intercesserit. Affuit, παραγίνεται. Vulg. uenit. id est, ἔρχεται. Eras. accedit: id est, πρόσεστι. Suprà hoc idẽ uerbũ aliter sum interpretatus, quia scilicet adiunctus erat casus. Mea autem uersio propius ad Grçcũ, ni fallor, uocabulũ accedit. Nam γίνεσθαι pro εἶναι accipi, notius est quàm ut sit probandum. Deinde præsens tempus quãuis narrationib. accommodatũ, mutaui in præteritũ, quod uidetur melius cũ sequentibus & præcedentibus, hoc quidẽ loco, cohærere, quum hoc facilè patiatur Hebraicæ linguæ ratio. Cõtrà uerò paulo post præteritũ interpretabimur per præsens. Prædicans, κηρύσσων, scilicet, βάπτισμα μετανοίας: id est, Baptismum resipiscẽtiæ, quod addidit Marcus. quãuis cõcio quæ sequitur ad hoc etiam participiũ referri possit. Frequẽter tamẽ hoc uocabulũ absolutè ponitur, & subaudiri debet aliquid ad institutum sermonẽ accommodatũ. Resipiscite, μετανοεῖτε. Vulg. pœnitentiam agite. Eras. quoqꝫ eodẽ modo, sed addit, Vitæ prioris. quã interpretationẽ multas ob causas repudio: sed ob eã potissimùm, quòd multi imperiti occasionem hinc arripuerint falsarum opinionũ de satisfactione, quibus hodie agitatur Ecclesia. Cæterũ μετανοῶ, quũ est uerbum absolutũ, propriè significat post factũ sapere, & de errore admisso ita dolere ut corrigas. quod (ut opinor) Latinis propriè significat resipiscere. Itaqꝫ nunquã ponitur nisi in bono: ut meo quidem iudicio Ausonius in illo suo Epigrãmate omnibus noto μεταμέλειαν potius quàm μετάνοιαν dicturus fuerit, si uersus pentametri ratio permisisset. Semper enim μετανοίᾳ cohæret ὁ σωφρονισμός, sicut hæc duo rectè coniunguntur à Plutarcho in dialogo, πέτρα τῶν ἑῴων φρενιτικὸν, μεταμέλειαν uerò declarat post rẽ aliquam factã solicitũ esse & anxiũ, quod Latini dicunt pœnitere: atqꝫ etiam usurpari potest in uitio. Neqꝫ enim propriè complectitur uitæ & cõsilij mutationẽ in melius, quod tamen nõnulli tradunt: sed simpliciter solicitudinem quandã, καὶ ἀνασχήνησιν, id est displicentiam exprimit, quæ facit ut rem factã, seu bona seu mala sit, infectam esse uelimus, etiam quũ non est nouo cõsilio locus relictus. Itaqꝫ Matthęus de Iuda proditore loquẽs, μεταμεληθεὶς, inquit, ἀπέστρεψε, non μετανοήσας: tristitiam significãs à qua est absorptus. Sic etiam apud Paulum, 2. Cor. 7. b. 8. μεταμέλεσθαι declarat dolorẽ capere ex eo quod factũ erat: & Rom. 11. d. 29. dona Dei dicuntur ἀμεταμέλητα: id est, eiusmodi ut nõ possint ipsi displicere, quum semel placuerũt: quod Hebræis declarat uocabulum נחם, quum μετανοῶ potius significetur uerbo שוב: unde תשובה, id est conuersio. Quamobrem etiam Petrus Act. 3. c. 19. quum μετανόησατε dixisset, statim subiungit, καὶ ἐπιστρέψατε, ut illud explicaret. Idem facit Paulus Act. 26. e. 20. Ergo, μετανοῶ & μετάνοια, ubiqꝫ interpretabimur resipiscere & resipiscẽtiam (ita enim hìc nobis loqui liceat) μεταμέλεσθαι uerò, pœnitere. Appropinquat, ἤγγικε. Præteritũ pro præsenti, ex Hebræorum more, apud quos omnia penè tempora permutantur: sicut etiam apud Latinos nonnulla, ut odi, memini, cœpi: & apud Græcos οἶδα, μέμνημαι, cum similibus, præsentis significationem habent. Regnum cœlorum, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν: id est, regnum cœleste. Respicit autem hoc dicendi genus prædictiones de Messia, & ipsius regno, quod ab ipso etiam uulgo, cœleste uocabatur, quia Messiam à Deo expectabat: quamuis quale hoc regnũ futurum esset, non intelligeret. 3 Rectas facite, εὐθείας ποιεῖτε: id est, planas & æquabiles facite, quod uulgò dicimus *applanir, addresser & unir*: sicut fieri solet principibus solenni comitatu in urbem ingressuris. εὐθὺς enim non tantum planum & æquabile separatim significat, sed utrumqꝫ simul: itaqꝫ à Cicerone ferè semper coniunguntur.

4 Locustæ

A Αὐτὸς δὲ ὁ Ἰωάννης εἶχε τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν καμήλου, καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφῦν αὐτοῦ. ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ ἦν ἀκρίδες, καὶ μέλι ἄγριον. 4

Ipse uerò Ioannes habebat indumentum suũ è pilis camelorum, & zonam pelliceam circum lumbos suos. porrò alimentum eius, erant locustæ, & mel syluestre. *Victus Ioannis. Mar.1.a.6.*

Τότε ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν Ἱεροσόλυμα, καὶ πᾶσα ἡ Ἰουδαία, καὶ πᾶσα ἡ περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου. 5

Tunc exiuit ad eum Hierosolyma & tota Iudæa, totaq; regio circumiacens Iordani. *Marc.1.a.5. Luc.3.b.7.*

Καὶ ἐβαπτίζοντο ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ὑπ' αὐτοῦ, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. 6

Et baptizabantur in Iordane ab eo, confitentes peccata sua. *Baptizat. Confessio peccatorum.*

Ἰδὼν δὲ πολλοὺς τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων ἐρχομένους ἐπὶ τὸ βάπτισμα αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς· γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς; 7

Quum uidisset autem multos ex Pharisæis & Sadducæis, uenientes ad baptismum suũ, dixit eis: Progenies uiperarum, quis uobis præmonstrauit ut fugeretis à futura ira? *Pharisæi. Infrà 13.d.34.*

Ποιήσατε οὖν καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας· 8

Ferte igitur fructũ dignũ ijs qui resipuerint. *Fructus pœnitentiæ.*

Καὶ μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς· πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ. λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι δύναται ὁ θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ. 9

Et ne putetis, *uobis* dicendum apud uosipsos: Patrem habemus Abraham. dico enim uobis, quòd possit Deus etiam ex lapidibus istis suscitare liberos Abraham. *Ioan.8.c.39. Act.13.d.26. Filij Abrahæ.*

Ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται. πᾶν οὖν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται. 10

Iam uerò & securis ad radicem arborum posita est. omnis igitur arbor non ferens fructũ bonum, exciditur, & in ignem abijcitur. *Securis. Infrà 7.c.19. Fructus.*

4 Locustę, ἀκρίδες. Laborãt plurimi in huius nominis explicatione. Nos ueterem interpretẽ sequi nõ dubitauimus. Nã solitos fuisse in oriẽte nõnullos locustis uesci, ex Plinio & alijs liquet: & à Mose numerantur locustæ, ubi ciborũ discrimen explicat, ut quidem oẽs Hebræũ uocabulũ ארבה interpretantur. Sed & in Græcia ἀκρίδας, quæcũq; sit tandẽ huius nominis significatio, fuisse inter uiliores cibos numeratas, constat ex Aristophane in Ἀχαρνεῦσι. Deniq; certum est, significari hoc nomine uictum homini, ut in montibus degenti, maximè parabilem. Annotat Epiphanius κατὰ Ἐβιωναίων, nonnullos Iudæos malè pro ἀκρίδες legisse ἐγκρίδες: quod nomen declarat bellaria ex melle. 5 Exiuit, ἐξεπορεύετο. Eras. egressa est, id est: ἐξῆλθε. nã παραδίδωμι, ἵστημι, δέχομαι, βάπτω, sæpè cõfunduntur. Totaq; regio circũiacẽs Iordani, καὶ πᾶσα ἡ περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου. Vulg. & tota regio circũ Iordanẽ. Eras. totaq; regio undiq; finitima Iordani. Nõnulla excẽplaria addũt πεταμοῦ, fluuio. subauditur autẽ in Græco γῆ terra, & usurpatur cõtinens pro cõtento. περίχωρος enim idẽ ualet quod περικυκλόω, id est circumiacẽs: quo uocabulo utitur T. Liuius. 7 Multos ex Pharisæis, πολλοὺς τῶν φαρισαίων. Vulg. multos Pharisæorum. Græca est constructio, ut etiam notat Erasmus: quam sequutus Plinius alicubi dixit, Degeneres canũ, & nigras lanarũ. Progenies, γεννήματα. illud est quod uernaculo sermone, inuidioso uocabulo dicimus, *engeance*. Præmonstrauit, ὑπέδειξεν. Vulg. demonstrauit: ut uideatur legisse ἀνέδειξεν. Eras. submonstrauit: nouo uocabulo, id est (ut ipse exponit) clanculũ indicauit: quod mihi quidem uidetur penitus alienũ ab hoc loco. Nã potius ὑπὸ idem hic ualere puto quod περὶ: sicut in ὑπερνικᾶν, ὑπερβάλλειν, ὑπερφέρειν, ὑπερφρονεῖν. sic etiam uidetur usurpari Act. 9.c.16. ubi Erasmus cum Vetere interprete, ὑπεδείξω uertit Ostendam. Futura, τῆς μελλούσης. Ita etiam in antiquiss. codice Latino scriptum se reperisse testatur Erasmus: qui tamen dicere maluit uentura, quasi scriptum sit, μελλούσης ὠδῖν. 8 Ferte fructum, ποιήσατε καρπόν. Vulgata, ad uerbum, Facite fructũ. Eras. Facite fructus: siue, Proferte, ut uitetur amphibolia. Lego autẽ καρπὸν numero singulari, consentientibus cum Vulgata interpretatione uetustissimis exemplaribus. Dignum resipiscentia, ἄξιον τῆς μετανοίας: id C est, qui uos ostendat uerè resipuisse. Vulgatus, dignum pœnitentiæ. Eras. qui deceant pœnitentiam: id est, πρέποντα τῇ μετανοίᾳ. Cæterùm cur pœnitentiæ nomen mutarim, paulo antè dixi. Iudas certè infœlix quũ se suspenderet, fructum edidit: ex quo omnes intelligerent, seriò illum pœnituisse, resipuisse uerò nequaquam. Itaq; non temerè est, quòd resipiscentiam à pœnitentia uoluerimus distingui. 9 Et ne putetis *uobis* dicendum, καὶ μὴ δόξητε λέγειν ὑμῖν: id est, ne putetis causam esse cur de Abrahamo superbiatis. Vulg. Et ne uelitis dicere. Eras. Ne hac mente sitis, ut dicatis. Cæterum, τὸ δοκεῖν, neq; hìc simpliciter significat uideri, quod uulgò dicimus *sembler*: neq; putare aut existimare, sicut Luc.12.c.40.g.51. item 13.a.2. sed aliquid sibi per arrogantiam & animi elationem persuadere, uel sibi de aliquo placere: sicut etiam accipitur Philip.3.a.4. & Marci 10.f.42. Itaq; addidi pronomen Vobis, & λέγειν conuerti Dicendum, paulo liberius quàm soleo, ut aliquo modo hoc dicendi genus saltem adumbrarem: quod quidem uernaculo sermone satis cõmodè exprimimus, quum dicimus, *ne pensez pas, ou ne cuidez pas dire*. Apud uosipsos, ἐν ἑαυτοῖς: id est, ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ut interpretatur Marcus cap.2.a.8. ἑαυτοῖς enim hoc loco est secundæ personæ: & ἐν præpositionem in hoc genere dicendi Latini interpretantur Apud. Possemus tamen conuertere, Inter uos, id est, ἐν ὑμῖν, ut loquitur infrà cap.20.d.26. & alibi sæpe: quia præpositio ἐν idem quoq; ualet apud Græcos quod Inter apud Latinos: ut infrà cap.11.b.11. ἐν γεννητοῖς γυναικῶν, id est inter genitos ex mulieribus. Sed prior illa expositio mihi magis arridet. Vulg. & Eras. sæpe cõnuertunt, Intra uos: quod non modò non est Latinum (ut opinor) sed etiam obscurum. Etiam ex lapidibus, καὶ τῶν λίθων. Coniunctionem καὶ magnam hoc loco uim habere, & non incommodè à nobis expressam esse, nemo (ut opinor) dubitabit. Eam autem addidimus, uetusti exemplaris quarti fidẽ secuti, & Theophylacti Romæ excusi. Suscitare liberos, ἐγεῖραι τέκνα. Vulg. suscitare filios. Eras. facere ut surgant filij. Ego causam non uideo, cur utar periphrasi, quum ἐγείρειν propriè sit transitiuum: deinde τέκνων, id est prolis nomen, seu liberorum, latius quàm filiorum patet. quod semel annotatum uolui, quum idem infinitis penè locis occurrat. 10 Iam uerò, &c. ἤδη δὲ καὶ. Apparet Veterem interpretem, & ipsum etiam Erasmum in annotationibus legisse καί: quod etsi malè non conuenit, tamen nullius exemplaris uetusti authoritate leginus confirmatũ.

Abijcitur, βάλλεται. Erasmus & Vulgata, mittitur. quæ significatio etiam huic uerbo conuenit: sed tum præcipuè, quum de telis agitur, quæ ob eam etiam causam missilia dicuntur. Itaque uerbum delegi, quod maiorem rei inutilis contemptum declarat: compositio tamẽ usus pro simplici, sicut in Hebrçorum scriptis facere necesse est. Infrà Erasmus, cap.5. uersiculo 13. conuertit βληθῆναι, ut proijciatur.

11 Ego

Aqua. Marc.1.b.8. Luc.3.c.19. Spiritus sanctus. Ioan.1. d.16. Act.1.2.5.& 2. 2.1.& 11. c.16 & 19.2.4. Ventilabrum. Palea. Marc.1.b.8. Luc.3.d.22.

Ego quidem baptizo uos aqua, in resipiscentiã: ille uerò qui post me uenit, ualidior me est, cuius non sum dignus qui soleas portem: ipse uos baptizabit Spiritu sancto & igni.

Cuius uentilabrum in manu ipsius, & permundabit aream suam: & coget triticum suum in horreum, paleam autem exuret igni inextinguibili.

11 Ἐγὼ μὲν βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι, εἰς μετάνοιαν. A
ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἰσχυρότερός μου ἐστίν, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι· αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί.
12 οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ, καὶ συνάξει τὸν σῖτον αὐτοῦ εἰς τὴν ἀποθήκην, τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ.

11 Ego quidem baptizo, ἐγὼ μὲν βαπτίζω: uel (si uetustum quoddam exemplar sequaris, in quo scriptum est, μὲν οὖν) Ego igitur baptizo. Quãuis autem hoc meo quantulocunq; labore sic omnes iuuare cupiam, ut à me nullus offendatur, & ab inani λογομαχίᾳ tam certè abhorream quàm qui maximè: tamen hoc loco nõ possum dissimulare quorundam audaciam, quę utinam intra uerba consisteret. Isti igitur Baptizandi uerbum, quod quidem si uocabulũ ipsum spectes, respondet Hebræo טבל, potius ꝙ רחץ olim in nouo mysterio usurpatum sacris Scriptorib. totq; seculis postea omnium Ecclesiarũ tacito cõsensu huic uni sacramẽto cõsecratum, adeò ut in uulgaria etiam idiomata omniũ penè gentiũ transierit: audẽt tamẽ temerè immutare, ut modò lauandi, modò abluẽdi uocabulo utantur. Delicati certè homines, qui neq; perpetua tot seculorũ authoritate cõmouẽtur, neq; quotidiana uulgi consuetudine in loquẽdo adduci possunt, ut theologis licere putẽt quod cæteris artium magistris & professoribus oẽs cõcedunt: hoc est, ut quę longo usu & optima fide possederint, tanquam sua retineãt. Neq; est cur aliquot ueterum scriptorũ authoritatem prætexãt: ueluti quòd Cyprianus Tingentes dixit pro Baptizantes, & Tertullianus quodã loco Christũ sequestrẽ pro mediatore uocat. Nam quod illis ueterib. quasi nouũ erat, nobis uetus est: & iam tum ea ipsa uocabula quę nunc usurpamus, fuisse Ecclesiæ magis familiaria, & proinde illis magis placuisse, id cõuincit, quòd admodum raro deprehẽduntur aliter loquuti. At isti ex hac nouitate gloriolã captãt. Verùm quid agas cum istis malis geniis, qui pro angelis nobis fabricãt Genios, & quibus religio est Christũ mediatorem appellare? Nam de Trinitatis uerbo minimè (ut opinor) dubitant quin sit expungendum, qui sese in Deum credere, erubescunt profiteri. Sed age confidentibus istis hominibus suam confidentiã relinquamus, de quibus (ut spero) copiosius aliquãdo à nobis dicetur. Aqua, ὑμᾶς ὕδατι. Vulg. in aqua. Præpositio addita est, ut annotat Erasmus, ex Hebræorum idiotismo, apud quos scilicet ב præpositio, causarum omne genus declarat. Itaq; Lucas, qui minus uidetur Hebraissare quàm reliqui tres Euangelistæ, præpositionẽ omisit cap. 3. d. 16. Hoc autem annotaui, ne quis in hac particula uim aliquam subesse putaret: quod ij uidentur sibi persuasisse, qui pueros non putant ritè baptizatos, nisi prorsus immergantur. In resipiscentiam, εἰς μετάνοιαν: id est, ut resipiscatis. Externum enim baptismi signum eos admonebat de corrigenda uita: & ita quidem admonebat, ut insitionem in Christi uẽturi corpus, quo uetus homo moritur, & nouus nascitur, uerè & efficaciter in ijs repræsentaret, qui Ioanni crederent. Vulgata, in pœnitẽtiam. Erasmus maluit cõuertere, ad pœnitentiam. Illud constat, εἰς & πρὸς, id est, In & Ad, in hoc dicẽdi genere, eodem sensu usurpari. Aristot. Eth. 2. ἀὸ γὰ μικρὰν ἀὸ τὰς πράξεις οὐδὲν κακὸν χάιρειν. Itẽ lib. 10. διπλᾶ ἦν καὶ πρὸς τὸν ὕστερον αἰῶνα μέγιστον ὄντα, τὸ χάιρειν εἶε ἀλ. Ex quibus exemplis apparet, rem eandem utraq; præpositione AD: ut quum dicunt aliquid conferre ad uitam beatè transigẽdam, & multa similia. Terẽtius uerò dixit, pisciculos emere in cœnam: & Quintilianus, uti re aliqua in argumentum. Sed uidetur interdum præpositione AD uel instrumentum, uel causa efficiẽs potius quàm finis significari. Itaq; pro ratione eorum de quibus agitur, considerandum est utra interpretatio magis conueniat. Sicut infrà cap. 12. d. 41. εἰς τὸ κήρυγμα ἰωνᾶ, nolim conuertere In prædicationẽ, sed Ad prædicationem. Neq; uerò hæc annotassem, nisi frequentissimè occurreret hæc loquẽdi formula: adeò quidẽ, ut Erasmus ipse, Lucæ 3. a. 3. & Act. 2. f. 38. εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν conuerterit, In remissionẽ peccatorum. Qui uenit, ὁ ἐρχόμενος. Vulg. & Eras. qui uẽturus est. Sed (ni fallor) Ioannes de re præsenti loquitur: neq; uenturũ notat, sed eum qui iam sit in uia, atq; adeò proximus: quem etiam paulo pòst digito commonstrauit. Validior, ἰσχυρότερος. Vulg. & Eras. fortior. Rectè quidem, sed tamen quia pro ἰσχύω ferè dicere soleo Valere, idcirco etiam ἰσχυρὸς Validum potius quàm Fortem sum interpretatus. Dignus, ἱκανὸς. Eras. idoneus. Atqui (ni fallor) non hic agitur quàm sit aptus aut accommodatus ad hoc officium præstandum, sed quàm dignus sit qui cum Christo comparetur. Alioquin ἱκανὸς sufficientem significat, quo modo etiam Gallis dicuntur sufficientes, quorum non modò uires corporis aut uirtutes animi sufficiant rei alicui præstandę, sed etiam qui digni sunt quibus aliquid committatur. Hebræi ad eundem modũ utuntur uoce ראויים. Latinis tamẽ haud satis scio an Sufficiens hac significatione usurpetur: itaque conuerti tanquam ἄξιος scriptum esset, Veterem interpretem sequutus tum hoc loco, tũ etiam infrà 8. a. 8. & 1. Cor. 15. a. 9. Alibi uerò, ut Coloss. 1. b. 12. & 2. Corinth. 3. a. 5. idoneum dicere malui. Sic etiam Herodianus, ἱκανώτατος ἦν πάντων αὐτοκράτωρ παρακαθεσθαι τῷ δύσει. Omnium hominum erat aptissimus ad simulandum beneuolentiam. Soleas, τὰ ὑποδήματα. Sic Græci uocant quę Latini soleas, quibus plantæ pedis duntaxat obteguntur. Videtur autem prouerbiale esse hoc dicẽdi genus, ortum (ut opinor) à consuetudine Iudęorum, qui aduenientium hospitum pedes lauare consueuerant (regione nimirum calidiore, quod ex uarijs locis intelligimus) atque etiam sanctiorem aliquem locum ingressuri, calceos ponere. Itaque Mosem & alios aliquot iubet Dominus, cum illis colloquuturus, calceos exuere: accommodans sese (ut opinor) ad eius gentis ritum & consuetudinem. Hodie quoque Turcis hunc morem esse ferunt, ut domos ingressuri, calceos exuant: sicut olim facere consueuerant, qui erant accubituri. Portem, βαστάσαι. βαστάζω hoc loco simpliciter idẽ ualet quod φέρω, quum propriè de magnis oneribus dicatur, sicut Latinis Baiulare. Spiritu sancto, ἐν πνεύματι ἁγίῳ. Rursus abundat præpositio (sicut infrà, cap. 12. c. 28. ἐν πνεύματι θεοῦ, id est per Spiritum Dei) quę ex Hebræorum idiomate addita est. Adiungunt enim isti præpositionem casui instrumenti, item proprijs nominibus locorum alia ratione quàm uel Græci uel Latini. 12 Cuius uentilabrum in manu ipsius, οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ: id est, Qui manu gestat uentilabrum. Additum enim relatiuum sequente antecedente, satis indicat Hebræam esse phrasim. quod magis etiam apparet ex hac lectione quam sequitur Iustinus Martyr περὶ τριάδος, οὗ τὸ πτύον αὐτοῦ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. Id est, ad uerbum, Cuius uentilabrum suum in manu eius. Permundabit, διακαθαριεῖ, siue ut Vulgata, perpurgabit: id est, omnino purgabit. nã hæc est uis præpositionis διὰ. Erasmus, repurgabit. Exuret, κατακαύσει. Vulgata, uret. Erasmus rectè addidit præpositionem, quę declarat fore ut penitus exurantur, ita ut nihil supersit.

13 Aduenit,

A Τότε παραγίνεται ὁ ἰησοῦς ἀπὸ τῆς γαλιλαίας ἐπὶ τὸν ἰορδάνην πρὸς τὸν ἰωάννην, τοῦ βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ. 13 Tunc aduenit Iesus à Galilæa ad Iordanem ad Iohannem, ut baptizaretur ab eo. *Christus baptizatur.* Marc.1.b.9. Luc.3.d.21.

Ὁ δὲ ἰωάννης διεκώλυεν αὐτόν, λέγων· ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με; 14 At Iohānes obnixè, prohibebat eū, dicēs: Ego necesse habeo à te baptizari, & tu uenis ad me?

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἰησοῦς, εἶπε πρὸς αὐτόν· ἄφες ἄρτι· οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. τότε ἀφίησιν αὐτόν. 15 Respondens autem Iesus, dixit ad eum: Omitte nunc: sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc omittit eum.

Καὶ βαπτισθεὶς ὁ ἰησοῦς, εὐθὺς ἀνέβη ἀπὸ τοῦ ὕδατος· καὶ ἰδοὺ ἠνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοί, καὶ εἶδε τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ ἐρχόμενον ἐπ' αὐτόν. 16 Et baptizatus Iesus, ascendit statim ab aqua: & ecce aperti sunt ei cœli, & uidit Spiritū Dei descendentem quasi columbam, & uenientem super ipsum.

Καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν, λέγουσα· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα. 17 Et ecce uox è cœlis, dicens: Hic est Filius ille meus dilectus, in quo acquiesco. *Filius dilectus Christus.* 2.Pet.1.d.17. Coloss.1.c.13.

ΚΕΦΑΛ. δ'.

CAP. IIII.

Τότε ὁ ἰησοῦς ἀνήχθη εἰς τὴν ἔρημον ὑπὸ τοῦ πνεύματος, πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου. 1 Tunc Iesus subductus fuit in desertum à Spiritu, ut tentaretur à diabolo. *Tentatur Christus.* Marc.1.b.12. Luc.4.a.1.

Καὶ νηστεύσας ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα, ὕστερον ἐπείνασε. 2 Et quum ieiunasset dies quadraginta ac noctes quadraginta, postea esuriit.

13 Aduenit, παραγίνεται. Vulg. uenit. Eras. accedit. Vide suprà 2.a.1. 14 Obnixè prohibebat, διεκώλυεν. Vulgata & Eras. prohibebat. Addidi aduerbium, ad uim præpositionis διὰ exprimendam: quę certè non debuit prætermitti. Necesse habeo, χρείαν ἔχω. Vulg. debeo, id est ὀφείλω. Eras. mihi opus est: qua interpretatione minus quidpiam quàm illa significari, declarat illud Ciceronis ad Lentulum: Legem Curiatam Consuli ferre opus esse, non necesse esse. Vide infrà 6.b.8. Et tu uenis ad me, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με. Vide Marc.4.b.13. 15 Respondēs: ἀποκριθείς. Ex hoc uerbo & oratione Christi perspicuū est, Ioannem & oratione & manu conatū fuisse Christi propositum impedire: singulari tamen utrinque modestiæ exemplo. Omitte, ἄφες. Vulgata, sine. Et paulo pòst, ἀφίησιν, dimisit. Ego Erasmi uersionem prætuli, quia melius respondet Græco uerbo: quod tamē etiam interdū coactus sum interpretari Permittere, remittere, emittere, & relinquere: ut sunt interdum uariæ unius & eiusdem uocabuli significationes. Nunc, ἄρτι. Vulg. modò. Idem hic ualet ἄρτι, quod ἐν τῷ παρόντι, id est in præsens: alioqui significat, πρὶν ὀλίγον, & tempus præteritū notat. Vide infrà 26.c.29. Implere, πληρῶσαι. Eras. ut compleamus: quasi subaudiatur ὦμεν. Ego uerò puto cum illo πρέπον ἐστὶ esse iungendum, ita ut Vulgata fecit. 16 Statim, εὐθὺς. Eras. protinus. Vulg. confestim. Ego in his aduerbijs quamuis synonymis, delectum seruandum putaui. Ei, αὐτῷ. Ioanni scilicet. nouam enim periodum incipio ab his uerbis, καὶ ἰδού. Quamuis etiam ad Christum hoc pronomen referri possit, uel authore Marco. Nam existimo, non modò utriq; usum esse hoc signum, sed ipsi quoq; circunstanti turbæ. quod sequens Patris cœlestis oratio satis declarat: idq; Lucas etiam cap.3.c.21.22. diserte narrat. Quasi, ὡσεὶ. Vulgata, sicut. Erasmus, tanquam. Mihi uidetur illud proximè ad Græcum accedere. 17 E cœlis, ἐκ τῶν οὐρανῶν. Vulgata, & Eras. de cœlis. Sed certè nulla fuit causa cur præpositionem mutarent. Filius ille meus dilectus, ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός. Vide infrà 17.a.5. In quo acquiesco, ἐν ᾧ εὐδόκησα. Vulg. In quo mihi complacui. Eras. In quo mihi bene complacitum est. In hoc uerbo explicando quàm uariè multi se torserint, tum ex doctissimis Budæi commentarijs, tum ex Erasmi annotationibus intelligi potest. Ego paucis dicam quod sentio. Δοκῶ idem ualet quod sentire & existimare: à quo deductū est εὐδοκῶ. quod interdū casum habet adiunctum, atq; idem ualet quod approbare. Iam uerò quia quę approbamus, illis quoq; fauemus: inde factum, ut etiam significet, bene erga aliquem esse affectum. Rursus quia propensio ista animi ex eo nascitur quòd res aliqua planè nobis satisfacit (necesse enim est, ut
C iudicium præceat animi assensioni) idcirco idem quoq; ualet quod conquiescere, siue acquiescere in re quapiam, id est ἀναπαύεσθαι καὶ ἀρέσκεσθαι: sicut hoc loco accipitur. Significat enim Pater, Christum eum unum esse, quem quū intuetur, omnem in nos indignationem conceptam deponat. Itaque unus est μεσίτης & pacificator Christus. quod optimè intelligi potest, si locus iste comparetur cū Exod.28.f.36. ubi summus sacerdos iubetur apparere in conspectu Domini, laminam præferens in uertice, in qua sculptum esset, SANCTVS DOMINI: ut (inquit) Dominus placetur ipsis. Nam fuisse summum illum pontificem, Christi æterni nostri pontificis typum, in Epistola ad Hebræos copiosè declaratur. Rectè igitur dicit Christus, Ioan.15.a.5. Sine me non potestis uenire ad patrem. Cęterùm à uerbo εὐδοκῶ oritur uerbale εὐδοκία, frequenter in nouo Testamento repetitum: cuius significationes ad thema sunt exigendæ, atque ad id de quo agitur, accommodandæ. Quòd autem præteritum conuerterimus per præsens, nemo (ut opinor) mirabitur, qui uel Psalmorum lectioni assueuerit. Sed & hoc modo Græcos interdum loqui, uel illud Demosthenis περὶ στεφάνου ostendit: διαδιμᾶσθαι τοὺς προγόνους τοῦτον τὸν ἀγῶνα, ὑπὲρ ἡμῶν. id est, Maiores nostros existimo istas curias ædificasse.

IN CAPVT IIII.

1 Subductus fuit, ἀνήχθη. Præpositio ἀνὰ idem hîc ualet quod ἄνω id est sursum, sicut Budæus existimat. quod si uerum est, habita fuit ratio situs deserti, ut sunt ferè, montes deserti & inculti: quo modo etiam accipitur idem uerbum Luc.4.a.5. Nihil tamen impedit, quo minus ἀνὰ pro χωρὶς uel ἀπὸ accipiatur, ut uertas, Abductus fuit id est ἀπήχθη: uel seductus, id est seorsum ductus: sicut usurpauit Cicero Attico libro 5. Quum hęc disseruissem, inquit, seducit me Scaptius. A Spiritu, ὑπὸ τοῦ πνεύματος. Si libeat πνεύματος articuli seruare, uertere licebit, Ab eo Spiritu: ut de eodem illo Spiritu hîc agi constet, cuius paulo antè mentio facta fuerat, id est de Spiritu sancto: quod etiam animaduertit Erasmus in annotationibus: quamuis non mutarit uersionem: quod neque ego ausus sum.

2 Dies, ἡμέρας. Vulgata, diebus. Annotant Grammatici, tempus continuum ferè quarto casu poni: cuius etiam hoc loco aliquod est pondus. Postea, ὕστερον. Erasmus, tandem. Ego puto ὕστερον hoc loco idem ualere quod μετὰ ταῦτα. alioqui ponitur plerunque in comparatione.

Quum

Et quum uenisset ad eum tentator, dixit: Si Filius es Dei, dic ut isti lapides, panes fiant.

Scripturis conuincit diabolū. Deut.8.a.3.

At ille respondens dixit, Scriptum est, Non solo pane uiuet homo, sed omni uerbo exeunte per eos Dei.

Tunc transfert eum diabolus in Sanctam urbem, & statuit eum super pinnaculum templi.

Dicitq; ei: Si Filius es Dei, iace teipsum deorsum. nam scriptum est, Quòd angelis suis mandabit de te: itaque in manus tollent te, nequando offendas ad lapidem pedem tuum.

Psal.90.c.12.

Tentare Deum. Deut.6.c.16.

Dixit ei Iesus: Rursum scriptum est, Non tentabis Dominum Deum tuum.

Rursum transfert eum diabolus in montem sublimē ualde, & indicat ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.

Dicitq; ei: Hæc omnia tibi dabo, si procidēs adoraueris me.

Adorare. Deut.6.c.13. & 10.d.20.

Tūc dicit ei Iesus, Abi Satana: scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, & ei soli seruies.

Angeli.

Tunc omittit eum diabolus: & ecce angeli accedebant, & ministrabant ei.

3 Καὶ προσελθὼν αὐτῷ ὁ πειράζων, εἶπεν, εἰ υἱὸς A
εἶ τοῦ θεοῦ, εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται.

4 Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε· γέγραπται, Οὐκ ἐπ' ἄρτῳ
μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι
ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος θεοῦ.

5 Τότε παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς τὴν ἁγίαν
πόλιν, καὶ ἵστησιν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ,

6 Καὶ λέγει αὐτῷ· εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, βάλε σεαυτὸν
κάτω. γέγραπται γάρ, ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ
ἐντελεῖται περὶ σοῦ, καὶ ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε
προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου.

Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· πάλιν γέγραπται, Οὐκ ἐκπειράσεις κύριον τὸν θεόν σου.

Πάλιν παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς
ὄρος ὑψηλὸν λίαν, καὶ δείκνυσιν αὐτῷ πάσας τὰς
βασιλείας τοῦ κόσμου, καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν,

Καὶ λέγει αὐτῷ· ταῦτα πάντα σοι δώσω, ἐὰν
πεσὼν προσκυνήσῃς μοι.

Τότε λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ὕπαγε σατανᾶ. γέ- B
γραπται γάρ, Κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ
αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.

Τότε ἀφίησιν αὐτὸν ὁ διάβολος· καὶ ἰδοὺ ἄγγε-
λοι προσῆλθον, καὶ διηκόνουν αὐτῷ.

3 Quum uenisset ad eū, προσελθὼν αὐτῷ. Vetus interpres, accedēs: qui etiam pronomen αὐτῷ, ei, cōiunxit cū uerbo ἄπε. Eras. quū accessisset. Ego uti malui adeundi uocabulo, quoties licuit: uel (ut hoc loco, & alijs plurimis) dissoluere compositionē, quādo scilicet casus adiungitur: interdū quoq; adeundi uocabulo usi sumus. Tentator, ὁ πειράζων. Tētare hoc loco ponitur in uitio, pro, sollicitare ad malū: quū interdum significet explorare, ut 2. Cor. 13. b. 5. Dic, εἰπὲ. Eras. iube, id est, κέλευσον. Atqui quū Deus quidpiam dicit, etiā imperat: quò etiā respexit satan. Itaq; (ni fallor) emphasis huius uocabuli seruāda fuit. Hebræis quoq; uerbū אמר quod respondet τῷ εἶπε, utrumq; significat, nempe & dicere & iubere. 4 Pane, ἐπ' ἄρτῳ. Vulg. ad uerbū, in pane. sicut paulo pōst ἐν ῥήματι, in uerbo, pro Verbo: abundat enim τὸ Hebræorum idiotismo, & respondet præpositioni אל uel ב, sicut etiam suprà annotauimus in præpositione ἐν. Viuet, ζήσεται. Erasmus suo more prætulit periphrasim, uicturus est. Cōstat Hebræorum more positū esse hoc loco pro præsenti futurū, cuius ea uis est ut significet aliquid amplius: quasi dicas, uiuet e soler. Exeunte, ἐκπορευομένῳ. Vulg. quod procedit. Eras. quod egreditur. Ego causam nō uideo cur repudietur participium. Per διά. Hebræa simpliciter habēt על כל מוצא פי יהוה de omni exitu oris Dei. Id est, omni eo quod egressum fuerit ex ore Dei. siue, quod Deus cōstituerit & decreuerit. Itaq; apparet, Grȩcos sententiā, nō uerba interpretatos. 5 Transfert, παραλαμβάνει. παρελαμβάνων hoc loco declarat acceptū transferre, ut paulo pōst uersu 8. Itaq; Lucas cap. 4. eandē historiā narrās, maluit uti uerbo ἀνάγει. Est aūt hic idiotismus Hebrȩorū, apud quos sæpe posito uno uerbo intelligitur cōsequens, ut dicemus Mar. 8. b. 11. Luc. 3. b. 7 & 21 g. 38. 6 Iace teipsum, βάλε σεαυτόν. Vulg. mitte te. de qua interpretatione suprà diximus, cap. 3. c. 10. Eras. præcipita te: audacius fortasse, quāuis sensum expresserit, nisi cū uerbo coniungas particulā κάτω, deorsum. Quòd, ὅτι. Prætermittitur hæc particula ab Erasmo. Nā & sæpe abundat. Sed uidetur hic citari ab Euāgelista integer uersiculus Hebraicus, qui incipit à particula כי, quā scilicet redditur ratio eorū quæ præcedūt. Mandabit, ἐντελεῖται, ἐντέλλεσθαι mādare, & ἐντολὰς mādata, ubiq; cōuertemus, nō autē Præcipere & præcepta: ut nobis cōstemus, quū præsertim Græci iurisconsulti mandatū uocent ἐντολήν. Itaq; καὶ. Euangelista nō recenset singula Dauidis uerba: prætermisit enim membrū unū, & particulā καὶ addidit, quā ego ut illatiuam interpretor: quia sic etiā explicatur ו Hebræorum, & dura alioqui uidetur transitio. In manus tollent te, ἐπὶ χερῶν ἀροῦσί σε, id est, manib. gestabūt te. Nam ἐπὶ præpositio, id est על, quā Erasmus omisit, minimè redundat: & τὸ αἴρειν hic nō declarat iacentē subleuare, sed aliquid in manib. ferre & gestare: ducta significationis origine ab ijs qui onus aliquod gestaturi, attollūt illud in humeros: quamobrem etiā, In manus malui interpretari, q̄ In manibus. Nequando, μήποτε. Vulg. ne fortè: atqui nullus hic fortunæ locus: & hanc interpretationē plurimis locis rectè emēdauit Eras. Offendas, προσκόψῃς. Sic Vulg. interpretatio, quā miror hoc quidē in loco ab Erasmo repudiatā, quā in Luca cap. 4. retinuerit. Nā præterquam quòd exprimit oēs particulas, est etiā Latina oratio: quū Quintilianus dixerit ex Cicerone, offendere ad fornicē: & Columella, cornu ad stipitē offendere. Erasmus, Impingas. 7 Rursum, πάλιν. Annotat Erasmus, referri posse ad uerbū ἔφη, uel ad γέγραπται. & illo quidē modo significare iterationē, isto contrarietatē, id est ediuerso uel cōtrà, nempe ut Christus Scripturæ locos comparet. Mihi utroq; modo uidetur iterationē significare posse. Tētabis, ἐκπειράσεις. Puto pro simplici accipiēdum: sed quum τὸ πειράζειν simplex paulo antè idē ualeat quod sollicitare ad malū, hic significat explorare & experiri: quo posteriore Latino uerbo nō malè exprimitur τὸ ἐκπειράσεις. Sic igitur Dñs dicitur tentare, id est explorare & probare animos nostros. Futurū autem Indicatiui pro Imperatiuo positū est, Hebræorū more: quasi dictū esset, Ne tentes. Prohibitiones enim Hebræi per futurū concipiunt, sicut ex Decalogo apparet. 8 Indicat, δείκνυσιν. Videtur Latinū hoc Indicare, à Græco ἀποδεικνύειν sumptū: itaq; mihi magis placet quàm Monstrare, uel cōmonstrare. 10 Abi, ὕπαγε. Octo uetusti codices additū habebāt ὀπίσω μου, post me. quod uidetur ex alijs locis additū. Vide Mar. 8. d. 33. Seruies, λατρεύσεις. Eras. coles. λατρεύω dicitur, qui & δουλεύει, ut testatur Eustathius ex Aristophane grammatico in Iliad. φ. & Odyss. ξ. Itaq; Paulus quum dixisset Roman. 1. b. 9. λατρεύω, eadem epistola 16. c. 18. usurpauit τὸ δουλεύειν, ut distinctio illa duliæ, latriæ, & hyperduliæ non modò inepta sit, sed etiam falsa.

Traditus

A ἀκούσας δὲ ὁ ἰησοῦς, ὅτι ἰωάνης παρεδόθη, ἀνεχώρησεν εἰς τὴν γαλιλαίαν.

12 Quum audisset autē Iesus, quòd Ioannes traditus esset, recessit in Galilæam. *Christus prædicat pœnitētiam, & se aduenisse.* Marc.1.b.14. Luc.4.c.14. Ioan.4.f.43.

καὶ καταλιπὼν τὴν ναζαρὲθ, ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς καπερναοὺμ τὴν παραθαλασσίαν, ἐν ὁρίοις ζαβουλὼν καὶ νεφθαλείμ·

13 Et relicta Nazareth, uenit, & habitauit in Capernaum *urbe* maritima, in finibus Zabulon & Nephthali.

ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ ἠσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος·

14 Vt impleretur quod dictum est per Esaiam prophetam, dicentem:

γῆ ζαβουλὼν καὶ γῆ νεφθαλείμ, ὁδὸν θαλάσσης, πέραν τοῦ ἰορδάνου, γαλιλαία τῶν ἐθνῶν·

15 Terra Zabulon & terra Nephthali *ad* uiā maris trans Iordanem, Galilæa Gentium: Esaiæ 9.a.1.

ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει, εἶδε φῶς μέγα· καὶ τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου, φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς.

16 Populus positus in tenebris, uidit lucem magnā: & positis in regione & umbra mortis, lux exorta est.

ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ ἰησοῦς κηρύσσειν, καὶ λέγειν· μετανοεῖτε, ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

17 Ex eo tempore cœpit Iesus prædicare, & dícere: Resipiscite: appropinquat enim regnum cœlorum. Marc.1.b.15.

περιπατῶν δὲ ὁ ἰησοῦς παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς γαλιλαίας, εἶδε δύο ἀδελφούς, σίμωνα τὸν λεγόμενον πέτρον, καὶ ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, βάλλοντας ἀμφίβληστρον εἰς τὴν θάλασσαν (ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς.)

18 Ambulans autem Iesus ad mare Galilææ, uídit duos fratres, Simonem qui dicitur Petrus, & Andream fratrem eius, iacientes rete in mare: (nam erant piscatores.) *Petri & Andreæ, Iacobi & Ioānis uocatio.* Marc.1.b.16.

B 12 Traditus esset, παρεδόθη: id est, in carcerem cōiectus esset. Subaudiendum enim est, εἰς φυλακήν. Recessit, ἀνεχώρησεν: id est, rediit, ὑπανεχώρησεν: uel ut Lucæ 2.f.39. ὑπέστρεψεν. Suprà etiam cap.2.b.12. dicuntur Magi ἀναχωρῆσαι, id est ὑπανακάμψαι: ut ἀνὰ idem hic ualeat quod πάλιν. Alij cōuertunt, Secessit: quod occasionem præbuit hoc loco præcipiendi de persequutionis fuga. Sed si secedere uolebat Christus, ut Herodis tyrannidem uitaret, cur iret in Galilęam, quę erat in ditione Herodis Antipæ, ac nō potius maneret uel in Iudęa, quę iam erat redacta in prouincias? Itaq; uideri potest Christus persequutionis metu non secessisse in Galilæam, unde profectus erat ut baptizaretur à Ioanne: sed contrà ad confirmandos Galilæos statim accurrisse, nihil ueritus Herodis accensam rabiem. Itaque Marcus simpliciter dixit cap.1.b.14. ἦλθεν, & Ioannes ἀπῆλθεν, cap.4.f.43. Neq; tamen nego Christum suo tempore persequutionem uitasse, ut scribit Matthæus cap.12.b.15. hoc eodem uerbo utens. Sed hæc ego alijs relinquo accuratius consideranda. 13 Vrbe maritima, τὴν παραθαλασσίαν. Hic sciendum est, articulum non esse additum, ut distinguatur hęc urbs ab alia eiusdem nominis, sed duntaxat ad ipsius urbis situ exprimendum. 15 Ad uiam maris, ὁδὸν θαλάσσης. Vulg. uia maris: sexto casu, ut opinor. Erasmus, iuxta uiam maris: id est, uergens ad mare, Galilææ scilicet, quod idem dicitur Tiberiadis, & Genesareth. subauditur autem κατὰ uel πρὸς, ut annotat Theophylactus: quę eclipsis sanè dura est, Hebręis tamen satis familiaris. Sed apparet, locum Esaiæ non esse integrum citatū ab Euangelista. Significatur ergo his uerbis ἡ παραλία, id est ea portio Galilęę quę est ad lacum Tiberiadis, in qua sitæ sunt Capernaum, Bethsaida, Corasim, urbes Christi prędicatione celeberrimę. Trans Iordanem, πέραν τοῦ ἰορδάνου. Illud tamen constat, habita Iudææ ratione, Galilæam utramq; esse cis Iordanem. Quare locus iste est perobscurus, quem tamen his uerbis puto illustrari posse. Sciēdum, uocabulum Hebręum עבר latus significare, adeò ut aduerbialiter sumptum, non minus declaret citerius litus quàm ulterius, sicut in Deuteronomio frequenter dicitur de Mose, qui Iordanem nunquam traiecit. Quare uideri potest hoc loco, non tam designari Perça, id est trās Iordanem sita regio, quàm ora & litus quod Iordanis alluit. Quòd si quis urgere uelit proprietatem Græci uocabuli πέραν, id est trans, dicam quod etiam planius erit: uicinas & continuas quatuor regiones hic designari, nempe tribum Zabulon, tribum Nephthali, oram lacus ulteriorē: id est, Perçam regionem, in qua Corazin & Genezareth

C (quas regiones frequenter Christus inuisit) denique etiam Galilæam gentium, superiorem uocatam: quę etsi aliqua ex parte comprehendat tribum Nephthali, tamen ad tribum Aser potissimum pertinet, quę maritima erat, & Tyri finibus uicina, quò etiam peruenit Christus, ut narratur infrà cap.15.c.21. Atque hoc modo ter repetendum erit uocabulum γῆ terra: & copulatiuę, per asyndeton omissę, supplendę fuerint. perinde ac si ita integrè scriptum esset, γῆ ζαβουλὼν, γῆ νεφθαλείμ, καὶ ἡ παρ' ὁδὸν τῆς θαλάσσης πέραν ἰορδάνου, καὶ γαλιλαία τῶν ἐθνῶν. Gentium, ἐθνῶν. Hoc nomen retinuimus, familiare scilicet sacris scriptoribus, quo uocabant Iudęi cæteros populos in Dei fœdere nō comprehēsos. Sic autem dicta est Galilęa superior, non solùm quòd Tyrijs & Sidonijs esset finitima, sed etiam propter uiginti illas urbes à Solomone datas Tyriorum regi: sicut refertur 1.Reg.9.b.11. Intellige igitur Galilęam & partes uicinas. Iam enim antea prædicarat in Iudæa & Samaria anno penè uno. 16 Positus, ὁ καθήμενος: id est, qui uersabatur. Vulgata, qui ambulabat. ita enim habent Hebręa. Positis, καθημένοις. Vulg. sedentibus. Erasmus, qui sedebant. Nam hoc quoq; significat Græcum uocabulum: sed ex Hebręorum idiomate, hic ponitur pro habitare & incolere: qua significatione non memini legere uerbum Sedere, quum tamen Latini sedem domicilium uocent.

Vmbra mortis, σκιᾷ θανάτου. Hebraismus, id est umbrosa siue tenebricosa morte. Quanquam hic צלמות unicum uocabulum est ex duobus conflatum, ut rectè annotat Erasmus. 17 Ex eo tempore, ἀπὸ τότε. Vulgata, Exinde. ad uerbū, ex tunc: id est, ut loquuntur Hebręi מעת Appropinquat, ἤγγικε. Eras. inflat: id est, ἐνήγγικε. 18 Mare, θάλασσαν. Hebraismus, pro lacu. Qui dicitur, τὸν λεγόμενον. Vulg. qui uocatur: id est, τὸν καλούμενον. Erasmus, qui uocabatur. Atqui nondum eo tempore uocabatur Petrus: sed hæc per prolepsim scripsit Euāgelista. Iacientes, βάλλοντας. Vulgata, mittentes. Illud autem, ut magis proprium, sum amplexus: siquidem iactus retis Latinè quoq; dicitur, sicut Grecè ἐκβολὴ. Rete, ἀμφίβληστρον. Sic dictum ab ἀμφὶ & βάλλειν, quòd quū iacitur, in orbem complectatur ingens aquę spacium. Est autem (opinor) retis species, quę Gallis dicitur Vn espreuier. ἀπὸ τοῦ φύειν (inquit Rufus lib.2. de Appellationibus partium corporis humani) ὅτε τὸ πλάτος αὐτοῦ περιέχοντας, καὶ πυκάζοντας: id est, ex angusto in latum expanditur & incuruatur in formam dimidiati oui. Nec illud est (meo iudicio) quod Latini Verriculum appellant. Itaq; Vallę interpretationem non recipio. Cęterùm huius uocis propriam appellationem apud Latinos non reperio: quare generis nomen retinui.

Et dicit eis: Venite post me, & faciam uos piscatores hominum.

At illi, omissis statim retibus, sequuti sunt eum.

Tunc progressus illinc, uidit alios duos fratres, Iacobū filium Zebedęi, & Ioannē fratrem eius, in nauigio cum Zebedęo patre suo, sarcientes retia sua: & uocauit eos.

At illi statim, omisso nauigio & patre suo, sequuti sunt eum.

Prædicat Galilæis Euangeliū, & sanat infirmos.

Et circumiuit totam Galilæam Iesus, docens in synagogis ipsorum, ac prædicans Euangeliū regni, & sanans quemuis morbum, & quemuis languorem in populo.

Tunc peruenit fama eius in totam Syriam: & obtulerunt ei omnes malè affectos, uarijs morbis ac uexationibus detentos, & dæmoniacos, & lunaticos, & paralyticos: sanauitque eos.

Et sequuta est eum turba multa à Galilęa ac Decapoli & Hierosolymis & Iudæa, & *regionibus* trans Iordanem *sitis*.

CAP. V.

QVum uidisset autem turbam, ascendit in montem: & quum ipse consedisset, adierunt eum discipuli eius.

Tunc aperto ore suo docebat eos, dicens:

19 καὶ λέγει αὐτοῖς· δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων. A

20 οἱ δὲ εὐθέως ἀφέντες τὰ δίκτυα, ἠκολούθησαν αὐτῷ.

21 καὶ προβὰς ἐκεῖθεν, εἶδεν ἄλλους δύο ἀδελφούς, Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῷ πλοίῳ, μετὰ Ζεβεδαίου τοῦ πατρὸς αὐτῶν, καταρτίζοντας τὰ δίκτυα αὐτῶν· καὶ ἐκάλεσεν αὐτούς.

22 οἱ δὲ εὐθέως ἀφέντες τὸ πλοῖον, καὶ τὸν πατέρα αὐτῶν, ἠκολούθησαν αὐτῷ.

23 καὶ περιῆγεν ὅλην τὴν Γαλιλαίαν ὁ Ἰησοῦς, διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, καὶ κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας, καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ.

24 καὶ ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εἰς ὅλην τὴν συρίαν, καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας, ποικίλαις νόσοις καὶ βασάνοις συνεχομένους, καὶ δαιμονιζομένους, καὶ σεληνιαζομένους, καὶ παραλυτικούς, καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς. B

25 καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, καὶ Δεκαπόλεως, καὶ Ἱεροσολύμων, καὶ Ἰουδαίας, καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου.

ΚΕΦΑΛ. ε.

1 Ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος, καὶ καθίσαντος αὐτοῦ, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

2 καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν αὐτοὺς λέ-

19 Venite, *δεῦτε*. Propriè tamen est aduerbium hortantis, sicut Hebraicum לְכוּ. 20 Omissis, *ἀφέντες*. Vulgata & Erasmus, relictis: quo modo nos etiam aliquoties, tamen non nisi coacti, ut unum idemq; uerbū Græcum diuersis Latinis exprimeremus. Statim, *εὐθέως*. Vulgata, continuò, *συνιχθὲς*. Erasmus, illico: id est, *παραυτίκα*.

21 Sarcientes, *καταρτίζοντας*. Vulgata, reficientes: ad uerbum, redintegrantes. Nam *ἄρτιον* dicitur, quod integrum est. Sed de hoc uerbo plura nono capite, uersu 22. Epistolæ ad Romanos. 23 Circumiuit, *περιῆγεν*. Ad uerbum, circumegit. sed *ἄγειν* pro ire accipitur, ut alibi annotatum est: & circumagere à Latinis (ni fallor) non nisi pro circumducere accipitur. Synagogis, *συναγωγαῖς*: id est, cœtibus & conuentibus sacris. Collegij nomen latius patet: & quum hoc nomen Iudæorum Ecclesijs factum sit peculiare, putaui omnino esse retinēdum. Ipsorum, *αὐτῶν*: Galilæorum scilicet. quod tamen non præcesserit. Regni, *τῆς βασιλείας*: id est, annuncians cœlicem illum nuncium regni cœlestis. Quòd ergo Euangelium regium conuerterunt nonnulli, obscurum est, atque etiam (ut dicam quod sentio) parum appositum. Sanans, *θεραπεύων*. Admonet Erasmus erudite, *τὸ θεραπεύειν* impropriè hic usurpari, quum apud medicos significet propriè pharmacis, manu, aut uictus ratione sanare, quod mederi dicūt.

Quemuis, *πᾶσαν*. Sic etiam interpretatur infrà Erasmus 10. a. 1. Est enim hæc particula hoc loco non uniuersalis simpliciter, sed indefinita, ut idem rectè notat. Quòd si animauertisset nuper quidam impudentissimus circulator, non adeò imperitè interpretatus esset illud, Deus uult omnes homines saluos fieri, & similes locos, quibus abutitur ad euertendam Prædestinationis doctrinam. Languorem, *μαλακίαν*. Propriè apud medicos ignauiam stomachi significat *μαλακία*, quam aliter uocant *κύνελλον*. sed pro ijs morbis hic accipitur, quibus correpti, etsi nō decumbunt, tamen languent & contabescunt. 24 Peruenit, *ἀπῆλθεν*. Vulgata ad uerbum, abijt: id est, יצא ut Psal. 19. b. 5. Erasmus, dimanauit. quod respondet potius *τῷ ῥεύσειν*, quo utitur Plato in Epist. in ea significatione.

Fama, *ἀκοὴ*. Vulgata, opinio: id est, *δόξα*. Ad uerbum, auditio: quod uocabulum Cæsar & Cicero usurpant pro fama & rumore, sicut Hebræi suum שִׁמְעָה. Nos tamen illud, ut magis peruulgatum, prætulimus. Obtulerunt, *προσήνεγκαν*. Erasmus, adduxerunt: id est, *προσῆγεν*. Affectos, *ἔχοντας*. Vulgata ad uerbum, habentes: quod rectè mutauit Erasmus. nam Malè habere simpliciter positum pro Aegrotum esse, Latinum esse negant. Galli seruato hellenismo, dicunt *auoir mal*. Vexationibus, *βασάνοις*. Vulgata, tormentis: id est, *στρεβλώσεσι*, ut Attici uocant. Erasmus tor minibus conuertit, ut uitaret amphiboliam. quæ tamen etiam in Græco locum habet, sed facilè uocabulo præcedente tollitur. Deinde Torminum appellatione certus tantùm morbus continetur, quum *βασάνοι* uocet Euangelista ſquos omnes morbos, qui ægrotum acerrimis doloribus excruciant, quasi tormentis & equuleo impositos. Detentos, *συνεχομένους*. Vulgata, comprehensos: id est, *πιεσμένους*. Erasmus, constrictos: id est, *συνεσταλμένους*. Certè *τὸ ἔχεσθαι* hic idem ualet quod teneri, & ueluti haberi à morbo. Dęmoniacos, *δαιμονιζομένους*. Quidam nuper uertit furiosos: uocabulo certè nimium generali, & periculosa etiam uersione. Nec enim desunt quibus dęmoniū siue diabolus nihil aliud est quàm *μανία*. 25 Et *regionibus* trans Iordanem *sitis*, *καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου*. Vulgata ad uerbum, & de trans Iordanem. quę loquutio est pręcisa. Itaque rectè fecit Erasmus, qui suppleuerit aliquot uocabula, ne uideretur *καὶ* accipi pro etiam: quasi dicantur ex his regionibus sequuti Iesum, etiam trans Iordanem.

IN CAPVT V.

1 Turbam, *ὄχλους*. Turbas in plurali non memini legere alia significatione quàm pro tumultu. Itaque ubiq; utemur numero singulari. 2 Aperto, *ἀνοίξας*. Hebraicum dicendi genus, cuius tamen aliquam emphasim nonnulli esse uolunt.

3 Pauperes,

A μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστὶν 3 Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cœlorum. *Pauperes spiritu.* Luc.6.c.20.

ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται. 4 Beati qui lugent: quoniam ipsi consolatione accipient. *Lugentes.* Esa.61.a.2.3. Luc.6.c.21.

μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν. 5 Beati mites: quoniã ipsi hæreditatis iure terram possidebunt. *Mites.* Psal.38.c.11.

μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται. 6 Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. *Esurientes.* Esa.65.b.9.

μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. 7 Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. *Misericordes.*

μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται. 8 Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum uidebunt. *Mundi corde.* Psal.24.a.4.

μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ θεοῦ κληθήσονται. 9 Beati pacifici: quoniam ij filij Dei uocabuntur. *Pacifici.*

μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, ὅτι αὐτῶν ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. 10 Beati qui persequutionem patiuntur iustitię causa: quoniam ipsorum est regnum cœlorum. *Afflictis propter Christum, merces.* 1.Pet.3.d.14. 1.Pet.4.d.14.

μακάριοί ἐστε ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι, ἕνεκεν ἐμοῦ. 11 Beati eritis quum conuiciati fuerint uobis, & uos persequuti fuerint, & dixerint quiduis mali aduersus uos mentientes, mea causa.

χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς· οὕτω γὰρ ἐδίωξαν τοὺς προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν. 12 Gaudete & exultate, quoniã merces uestra multa est in cœlis: ita enim persequuti fuerunt prophetas qui *fuerunt* ante uos.

ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς. ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἁλισθήσεται; εἰς οὐδὲν ἰσχύει ἔτι, εἰ μὴ βληθῆναι ἔξω, καὶ καταπατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. 13 Vos estis sal terræ. quòd si sal infatuatus fuerit, quo salietur? ad nihil ualet amplius, nisi ut abijciatur foràs, & conculcetur à quibusuis. *Sal & lux mundi, Apostoli.* Matt.5.g.50. Luc.14.g.34.

ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου. οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι ἐπάνω ὄρους κειμένη. 14 Vos estis lux mundi. non potest urbs occultari supra montem posita. *Ciuitas.*

3 Pauperes, οἱ πτωχοί. Nonnulli mendicos interpretãtur, quos Hebræi אביונים appellant: ea enim est propriã uocabuli Græci declaratio. de qua copiosius dicemus infrà 19.c.21. Est autem huius expositionis duplex ratio. Ita enim significatur summa inopia, & præterea publica eius professio absq; pudore ullo. quod utrumq; Deus à nobis requirit, in ijs præsertim consequendis de quib. hìc agitur. Alij, propterea quòd Euãgelista addidit τῷ πνεύματι. ut uideantur hęc petita ex Psal.34.d.19. item Psal.51.d.19. quò etiã pertinet locus Esa.57.c.15. quã interpretationem maximè probo: sed hactenus tamẽ, ut inopia & egestas sola hìc à Dño significetur: ita enim melius apparebit antithesis. Nã ea quæ egestatẽ cõsequuntur, id est luctũ & mœrorẽ & animi summissionẽ, deniq; summũ eius leuandę desideriũ (de ea aũt paupertate loquitur, quæ nos à regno Dei excluderet, nisi Christus suas opes nobiscũ cõmunicaret) ipse diserte postea cõmemorat sequentib. uersiculis. Est ergo huius loci hæc sentẽtia: Nihil esse cur illi se infœlices esse putent, qui reuera sentiũt in animo se esse omnis iusticiæ inopes, quũ iste suæ inopię sensus sit primus gradus, quo ad summas opes, id est in regnum cœlorum ascenditur. 5 Hereditatis iure possid. κληρονομήσουσιν. Ad uerbũ, hęreditabũt. Eras. hæreditatẽ terræ accipiẽt. Vulg. possidebunt: id est, κτήσονται. Sed ius possessionis prętermittendũ nõ fuit. nã si hæreditatis iure cœlum possidemus (idcirco aũt hæredes sumus, quia in Christo gratis adoptati per fidem) ubi merita quæ nonnulli iactant? Simpliciter tamen interdum κληρονομεῖν pro κτᾶσθαι accipitur.

C 9 Vocabũtur, κληθήσονται: id est, erunt. Significat enim Hebræis uerbum uocãdi קרא sic acceptũ, aliquid eiusmodi esse, ut idcirco ab omnib. celebretur. 11 Cõuiciati fuerint uobis, ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς. Vulg. maledixerint uobis homines. Atqui maledicere cuipiã, idẽ ualet quod imprecari. in hac autẽ significatione Latini dicũt potius maledicere de aliquo: sicut Gallis nostris aliud est *medire*, quàm *maudire*. Deinde Græci scriptũ habẽt ὀνειδίσωσιν, non κακολογήσωσι, aut καταράσωνται. Cęterũ addidit Vetus interpres rectũ, qui deesse uidebatur, ad explendã constructionẽ: sed is in plerisq; linguis suppleri solet. Sic enim Cicero 1. Off. Deserẽdi (inquit) officij plures solẽt esse causę. Nã aut inimicitias suscipere nolũt: aut suis studijs sic impediũtur, ut ąs tutari debeãt, desertos esse patiãtur. Eras. uertit, pbra iecerint in uos. q; si periphrasis mihi placuisset, dicere maluissẽ, probris assecerint uos, nulla addita prępositione. Vos persequuti fuer. διώξωσιν. διώκειν, id est psequi, forẽse uerbũ est: q̃ eas potissimũ iniurias hìc puto significari, quib. uiri innocẽtes afficiuntur, quũ ex tyrannorũ edictis ad iudicũ tribunalia pertrahuntur: id est, ad publicã iniuriã, quę authoritate magistratus armatur. sicut primũ illud ἐνδείκνυσθαι, ad cõuicia priuatorũ hominũ refero: postremũ autẽ δίκαιον, ad testiũ & iudicũ iniquitatẽ pertinere. quarũ omniũ iniuriarũ manifestissima exempla nobis hodie suppeditãt ij qui ueritatẽ Dei in nobis persequuntur. Quiduis mali, πᾶν πονηρὸν ῥῆμα. Vulg. omne malũ. neq; enim legit ῥῆμα, quod etiam non reperitur apud Chrysostomũ lib.3. περὶ ἱερωσύνης. Eras. omne malũ uerbũ. Nos uerò suprà ostẽdimus, πᾶν indefinitè accipi 4.d.23. Itaq; sic cõuertimus. ῥῆμα uerò respondet דבר Hebræorum, quod & ipsum pro indefinita particula usurpatur, ut à nobis sine ulla sensus iniuria potuerit prętermitti. Mea causa, ἕνεκεν ἐμοῦ. Secundũ exemplar scriptũ habebat, ἕνεκεν δικαιοσύνης, iusticiæ causa. 11 Infatuatus fuer. μωρανθῇ. Vulg. euanuerit: ut μωραίνεσθαι, idẽ fit quod Gallicè dicimus *euenter*. Quo, ἐν τίνι: id est, per quod. Vulg. ad uerbũ, in quo. In pro Per. Hebrę orũ idiotismo, de q̃ alibi dixi. Salietˉ ἁλισθήσεται: id est, qd tandẽ supererit, q̃ uti possis ad saliendũ? uel, sal ipse infatuatus, q̃ tandẽ salietˉ Amplius, ἔτι. Vulg. & Eras. ultrà: id est, περισσότερον. A quibusuis, ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Vulg. & Eras. ad uerbũ, ab hominib. sicut uernaculo sermone dicimus, *des gens*. 14 Vrbs, πόλις. Eras. oppidũ. Ego ubiq; urbẽ cõuerti, sicut Vallæ placet: quòd ciuitatis nomẽ latius pateat. Occultari, κρυβῆναι. Vulg & Eras. abscondi: quod potius respõdet τῷ ἀποκρυβῆναι. Posita, κειμένη. Eras. situm. Rectè quidẽ: sed hìc nolui copiam affectare.

Lucerna. Marc.4.c.21. Luc.8.c.16. & 11.c.33.

Neq; accendunt lucernã, & ponunt eam subter modium: sed in candelabrum, & splẽdet omnibus qui sunt in domo.

15 οὐδὲ καίουσι λύχνον, καὶ τιθέασιν αὐτὸν ὑπὸ τὸν μόδιον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν, καὶ λάμπει πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ. A

Opera bona. 1.Pet.2.c.12.

Ita splendeat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera, glorificentq; Patrẽ uestrum qui est in cœlis.

16 οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Legem adimplet Christus.

Ne existimetis quòd uenerim, ut dissoluam Legem, aut prophetas: non ueni ut dissoluam, sed ut impleam.

17 μὴ νομίσητε, ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἢ τοὺς προφήτας· οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι.

Luc.17.d.20.

Amen quippe dico uobis, usque dum præterierit cœlum & terra, iota unum, aut unus apex nequaquam præterierit ex Lege, usq; dum omnia facta fuerint.

18 ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, ἰῶτα ἓν, ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται.

Mandatorum Dei impletio. Iacob.2.b.10.

Quisquis igitur soluerit unum ex mandatis hisce minimis, & docuerit ita homines, minimus uocabitur in regno cœlorum: quisquis autem fecerit & docuerit, iste magnus uocabitur in regno cœlorum.

19 ὃς ἐὰν οὖν λύσῃ μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, καὶ διδάξῃ οὕτως τοὺς ἀνθρώπους, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· ὃς δ' ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

Luc.11.f.39.

Dico enim uobis, quòd nisi abundauerit uestra iustitia plus quàm Scribarũ & Pharisæorũ, nequaquam ingrediemini in regnum cœlorũ.

20 λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ὑμῶν ἡ δικαιοσύνη πλεῖον τῶν γραμματέων καὶ φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. B

15 Accendunt, *καίουσι*. Impersonaliter, ut admonuimus suprà uersu 11. Cæterùm Græcis hoc uerbum non tam accendere, quàm urere significat: sed apparet hîc habere significationem Hebraicam coniugationis quam uocant hiphil הִרְלִיקִים. Nam qui accendit, facit urere: sicut apud eosdem Græcos *καῦσαι* interdum neutrum est, interdum uerò *μεταβατικὸν*, ut infrà 1.a.7. Apertius Lucas, qui pro *καίουσιν*, scripsit *ἅπτουσιν*. Sic enim Aristophanes in Nebulis, *ἅπτε πᾶς λύχνος*. Lucernam, *λύχνον*. Ita uocatur uel instrumentum ipsum, puta lampas, cui oleum aut aliud quidpiam imponitur quod accendatur: uel id ipsum quod ardet, puta fax, aut candela. In candelabrum, *ὑπὸ λυχνίαν*. uel, supra candelabrum. instrumentum scilicet eminenti loco positum, cui imponebatur aut infigebatur lucerna. Homerus Odyss. σ *λαμπτῆρας* uocat, ni fallor. Et splendet, *καὶ λάμπει*. Vulgata, ut luceat. Erasmus, & lucet. Mihi uidetur uerbum lucere, respondere τῷ *φέγγεσθαι*, uel τῷ *φαίνειν*. 16 Glorificentq;, *καὶ δοξάσωσι*: id est, gloriam Dei prædicent: pro quo Basilius dicit, *δοξολογῶσι*. Glorificandi autem uocabulum, usitatum & familiare sacris Scriptoribus, interdum significat glorioſè Dei maiestatem & laudes prædicare: interdum uerò gloriam & splendorem alicui afferre. quæ posterior significatio non uidetur propriè conuenire hominibus, quibus satis est Dei gloriam profiteri, potius quàm ut amplificent. 18 Amen, *ἀμὴν*: id est, uerè & certò. Hebræorum autem uocabulum ab אֱמֶת deriuatum, quod ueritatem significat, quum non modò Græci omnes noui Testamenti scriptores retinuerint, sed uulgata quoque linguarum idiomata, nimium certè est delicatus qui ausus est expungere. Quintum autem exemplar bis scriptum habebat *ἀμὴν*. Vsque dum præterierit, *ἕως ἂν παρέλθῃ*. Verbum Hebræum יחלוף, cui Græcum *παρέλθῃ* ex aduerso respondet, significat sic aliquid præterire, ut etiam mutetur: quo modo usurpatur Psalmo 102.c.27. Nequaquam, *οὐ μή*. Duplex est negatio in Græco: sed quæ magis neget quàm simplex, contrà quàm apud Latinos. Nos uerò ita uertimus, ut à simplici negatione distingueremus: quod idem fecimus in *οὐκέτι*. Ex, *ἀπὸ*. Vulgata, *ἀ.ια* & *ἀπὸ* sæpe apud Græcos permutantur, ueluti quum dicimus, *οὐκὰρ ἀπὸ ξύλου*: id est, imago è ligno. de quo diximus suprà 3.a.4. 19 Soluerit, *λύσῃ*: id est, transgressus fuerit. Nam etsi paria nõ sunt peccata, tamen nullum est tam leue peccatum, quod nos nõ expellat ex regno Dei, nisi per Christum condonetur. Hic itaque sensus est: Quicunque uiolauerit uel minimum præceptum Legis, & sic docuerit homines, id est suo exemplo hominibus prærierit, is minimus siue nullus erit in regno cœlorum: hoc est, in Ecclesia non censebitur coram Deo. Is autem qui præstiterit Legem, & docuerit, excellentissimus habebitur in regno Dei. Mentionem autem facit doctrinæ in utroque membro: quia discipulos alloquitur futuros Euangelij doctores. Sic igitur plerique interpretantur. Quidam uerò illud, *καὶ διδάξῃ οὕτω τοὺς ἀνθρώπους*, conuertit, Licet ita doceat homines: perinde ac si scriptum sit, *κἂν*, uel, *καίπερ*, (cuius enallages exemplum habes infrà 15.a.5. & Lucæ 18.b.7.) & *οὕτω* non referatur ad *λύσῃ* præcedens: sed contrariam sententiam exprimat, propter aduersatiuam præcedentem, idem'que ualeat atque *κατὰ τὰς ἐντολάς*. ut sit huius loci hæc sententia: Qui contra uel minimum horum præceptorum fecerit, licet ita doceat homines, id est etiamsi doceat homines ex præscripto horum mandatorum facere, quę ipse contemnit, minimus uocabitur in regno cœlorum. Quæ interpretatio cum eo conuenit quod Christus ait infrà cap.23.a.3. Quæ dixerint uobis ut seruetis, seruate & facite: secundum autem opera eorum ne faciatis. Et certè planior erit antithesis, si dicamus opponi inter se duo doctorum genera: unum, eorum qui docent quidem uerbum Dei in Ecclesia, sed ipsi interim nihil minus præstant quàm quod ab alijs requirunt: alterum, eorum qui quod docent, reipsa præstant. Illos igitur dicit Dominus, etiamsi alioquin fuerint doctissimi, tamen minimos esse in Ecclesia Dei. Vnum, *μίαν*. Latini dicerent, uel unum, ad exprimendam emphasim: & Græci quoque *κἂν μίαν*, quo modo loquitur Marcus 6.g.56. Hisce minimis, *τούτων τῶν ἐλαχίστων*. Articulus additus designat certum præceptorum genus, quę Pharisæi & Scribæ nõ admodum magnifacerent: quod etiam ostendunt eę quę sequuntur expositiones in secundam Tabulam. Itaque ad exprimendam uim articuli, libens conuertissem, Quæ minima sunt: nisi existimarem Christum ironicõe ex aliorum sensu loqui. Ita, *οὕτως*. Vulgata & Erasm. sic. quod cur mutarem, hæc una causa fuit, quòd illud mihi uisum est ad Græcum uocabulum propius accedere: sicut etiam ob eandem causam *οὕτως* plerumq; conuerti Iste, potius quàm Hic. Vocabitur, *κληθήσεται*: id est, erit. Hebraismus hoc uno uersiculo bis usurpatus, de quo diximus suprà uersu 9. 20 Ingrediemini, *εἰσέλθητε*. Vulgata, intrabitis. Erasmus,

A tis. Erasmus, posſitis ingredi. Ego malui per futurum interpretari. Nam familiare hoc est Euangelistis, præcedente duplici illa negatione, usurpare futurum exactum coniunctiui pro futuro indicatiui. εἰσελθεῖν autem uerto ubique Introire, uel Ingredi, potius quàm Intrare, ut Græci uocabuli tanquam ueſtigijs inſiſtam.

ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις, οὐ φονεύσεις· ὃς δ' ἂν φονεύσῃ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει.

21 Audiſtis quòd dictum ſit antiquis, Non occides: quiſquis autē occiderit, tenebitur iudicio. *Occidere quid.* Exod. 20. c. 13. Deut. 5. b. 17.

ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει. ὃς δ' ἂν εἴπῃ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ῥακά, ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ μωρέ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός.

22 Ego uerò dico uobis, quòd omnis qui iraſcitur fratri ſuo temerè, tenebitur iudicio: quicunque uerò dixerit fratri ſuo racha, tenebitur conſeſſui: quiſquis autē dixerit, fatue, tenebitur gehenna ignis.

ἐὰν οὖν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ,

23 Igitur ſi attuleris munus tuum ad altare, & illic memineris quòd frater tuus habet aliquid contra te: *Reconciliatio ſacrificijs præfertur.*

ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου.

24 Omitte illic munus tuum coram altari, & abi: primùm reconcilieris fratri tuo, & tum ueniens offer munus tuum.

ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχύ, ἕως ὅτου εἶ μετ' αὐτοῦ ἐν τῇ ὁδῷ, μήποτέ σε παραδῷ ὁ ἀντίδικος τῷ κριτῇ, καὶ ὁ κριτής σε παραδῷ τῷ ὑπηρέτῃ

25 Eſto amicus aduerſario tuo citò, dum es in uia cum eo: nequando te tradat aduerſarius iudici, & iudex te tradat miniſtro, & in *Luc. 12. g. 58.*

21 Tenebitur, ἔνοχος ἔσται. Eraſmus, obnoxium, Vulgata reum, conuertit: quorum neutrum uidetur ſatis conue
B nire. obnoxius enim eſſe poteſt etiam is qui non eſt in culpa: ſicut obnoxij ſunt ſancti homines multis iniurijs. Et Rei Latinis dicuntur (ut ait Cicero) omnes de quorum re diſceptatur. ἔνοχος autem ſignificat teneri: id eſt, ἀφῆσθαι καὶ ἀπολυθῆναι. ſicut quum dicimus aliquem furti teneri, aut ſacrilegij. Idem ualet ergo, ἔνοχος ἔσται, quod ἐνέχεσθαι: id eſt, (ut Latini Iuriſconſulti loquuntur) damnas eſto. à quo tamen abſtinui, ne uiderer nouitatem affectare. Hic certè uidetur Chriſtus non modò actionem dare aduerſus homicidam, ſed iubere ut ad iudicium trahatur: non tam ut de ipſius iure diſceptetur, quàm ut damnetur. 22 Iudicio, κρίσει. In quo ſcilicet de minimis cauſis cognoſcitur. Id autem erat in quo Triumuiri ſedebant. συνέδριον autem, de quo poſtea agitur, illud erat in quo XXIII iudices de cauſis maioribus cognoſcebant. Poſtremo loco de ſummis cauſis cognoſcebat Senatus Iudicum LXXI, quod hic comparatur diuino iudicio. Et hæc quidem ex Hebræorum commentarijs Fagius in 16. cap. Deuteronomij: deinde etiam alij quidam in hunc locum obſeruarunt. quorum diligentiam utinā plurimi imitentur. Racha, ῥακά. Vocabulum hoc retinere uolui, Matthæum ipſum, uel certè Græcum eius interpretem ſequutus, qui peregrinam hāc uocem maluit uſurpare, quàm Græcam aliam ſubſtituere. Admonuit me uerò Emanuel Tremellius, uir ſuæ (id eſt Hebrææ) linguæ peritiſsimus, in Talmud ſæpe legi ריקא, pro quo Syri dicunt ריקא, & ſignificare hominem cerebro uacuum, quem etiam uernacula lingua *follem*, ab inanitate uocamus, Græcè fortaſsis χανόν rectè uoces. Nam ריק unde deductum illud eſt, ſignificat uacuum & inane. hoc ipſum poſtea reperi à quibuſdam annotatum. Quidam nuper balatronem eſt interpretatus: quàm rectè, ipſe uiderit. Matthæi interpretatio Hebraica, recens à Ioanne Tillio in lucem edita, legit רעה: id eſt, malum. quod non probo. Maius enim eſt conuicium uocari malum quàm ſtultum, de quo tamen poſtea agitur tanquam de atrociore iniuria quàm hæc ſit. Conſeſſu, συνεδρίῳ. Vulgata & Eraſmus, concilio. Et certè fateor concilij uocabulum id ualere, ſed illud propius abeſt à Græco.
Gehennæ, εἰς τὴν γέενναν. Vocabulum hoc Hebræum eſt ex duobus compoſitum, & uallem Hinnon declarat, quę etiam תופת, Topheth dicitur, in qua olim Iſraelitæ ſuperſtitionibus uicinarum gentium addicti, filios ſuos dijs adolebant, inaudita quadam immanitate. Inde factum, ut acciperetur pro loco cruciandis in æternum reprobis deſtinato, atque adeò pro ipſo ſupplicio & cruciatu, quo afficiuntur cum Satana & angelis ipſius, ſicut Eraſmus
C & alij multi annotarunt. Vide Ierem. 7. g. 31. Ignis, πυρός: id eſt, ardentem: Hebrçorum idiotiſmo, qui ſimili ratione carnem peccati, pro carne peccatrice dicunt: & hominem auaritiæ pro homine auaro. Si tamen gehennam pro ipſo cruciatu accipias, nulla erit enallage. 23 Attuleris, προσφέρῃς. Vulgata, offers. Eraſmus, obtuleris. Et fateor προσφέρειν hoc etiam ſignificare: ſed hic uidetur minus quiddam ualere. uult enim priuſquam offeratur munus, ut reconciliatio fiat. niſi fortè quis emphaticè malit accipere, ac ſi dictum eſſet, In ipſo oblationis actu, ut loquuntur. Memineris, μνησθῇς. Vulgata & Eraſmus, recordatus fueris: quod reſpondet, τῷ ἀνα μιμνήσκειν.
23 Coram, ἔμπροσθεν. Vulgata, ante: id eſt, ἐναντίον. Primùm, πρῶτον. Hanc particulam alij coniungunt cum ὕπαγε, alij cum διαλλάγηθι: quod poſterius uidetur melius conuenire. 25 Eſto amicus, ἴσθι εὐνοῶν. Eraſmus, Habeto beneuolentiam. Ad uerbum. Eſto beneuolus: id eſt, redi in gratiam, & fac ut ſis amicus. Nec enim monet tantùm, ut bene uelimus aduerſario: ſed ut cum eo tranſigamus. quod fiet, ſi præcidamus omnem inimicitiarum cauſam. Vulgata uertit, Eſto conſentiens. Et indicat Auguſtinus (ſicut annotat Eraſmus) nonnullos uertiſſe, Eſto concors. Ex quibus coniecto, ueterem interpretem legiſſe συνεὼν. facilis enim fuit lapſus ὸ in ὲν: atque adeò hæc lectio fortaſsis eſt uerior, quum Veteris interpretis authoritate nitatur, & ſenſum habeat (ni fallor) pleniorem. Vnū tantùm obſtat quòd συνεῖναι apud idoneos authores (ut ſemel atque iterum initio Alcibiadis poſterioris apud Platonem) reperiatur pro Secum cogitare aliquid: id eſt, ἐννοεῖσθαι, potius quàm pro ὁμονοεῖν: id eſt, conſentire. quamuis hanc quoque ſignificationem facilè admittat particula συν, ex qua componitur. Aduerſario, τῷ ἀντιδίκῳ. Ad uerbum, contrà litigatori. Neque enim ἀντίδικος tam latè patet Græcis quàm Latinis Aduerſarius, niſi quum eſt uerbum forenſe, quia tunc idem ualet atque Pars aduerſa, ut uulgus loquitur. Dum, ἕως ὅτου. Alibi uerti Vſquequo: quod huic loco non conuenit. hic enim idem ualet quod Interim dum. in quo genere dicendi etiam uſurpatur ἕως ſimplex, ſine ulla adiectione, ut Marci 6. f. 45. Nequando, μήποτε. Vulgata, ne fortè: quod rectè mutatum eſt ab Eraſmo plurimis locis, ut annotauimus ſuprà 4. a. 6 Miniſtro, ὑπηρέτῃ: id eſt, lictori uel appari-

tori. ὑποφῆται tamen in genere dicuntur, qui subseruiunt: qui etiam διάκονοι uocantur, ut infrà 20. d. 26. Itaque utrumq; Græcum uno Latino exprimere solemus, nisi quum de Diaconis Ecclesiasticis fit mentio. hos enim maluimus ex consuetudine Diaconos Græco nomine uocare. A

custodiam conijciaris.

Amen dico tibi, nequaquã exibis illinc, usq; dum reddideris ultimum quadrantem. 26

Adulterium. Exod.20.c.14. Audistis quòd dictum fuerit antiquis, Non mœchaberis. 27

Ego uerò dico uobis, quòd omnis qui aspicit mulierem ad concupiscendum eam, iam adulterauit eam in corde suo. 28

Oculi eruitio. Infrà 18.a.8. Marc.9.g.47. Si uerò oculus tuus dexter facit ut tu offendas, erue eum, & abijce abs te. confert enim tibi, ut pereat unum ex membris tuis, ac non totum corpus tuum conijciatur in gehennam. 29

Manus abscisio. Et si dextera tua manus facit ut tu offendas, excinde eam, & abijce abs te. confert enim tibi, ut pereat unum ex membris tuis, ac non totum corpus tuum conijciatur in gehennam. 30 B

Vxor. Deut.24.a.1. Infrà 19.a.7. Marc.10.a.4. Luc.16.d.18. 1.Cor.7.b.10. Dictum est autem, Quisquis dimiserit uxorem suam, det illi libellum abscessionis. 31

κὰι εἰς φυλακὴν βληθήσῃ.

ἀμὴν λέγω σοι, οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν, ἕως ἂν ἀπο-
δῷς τὸν ἔσχατον κοδράντην.

ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις, οὐ μοιχεύ-
σεις.

ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ βλέπων γυναῖ-
κα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐ-
τὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ.

εἰ δὲ ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζει σε, ἔξελε αὐτὸν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ· συμ-
φέρει γάρ σοι, ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν
σου, καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σου βληθῇ εἰς γέ-
ενναν.

καὶ εἰ ἡ δεξιά σου χεὶρ σκανδαλίζει σε, ἔκκοψον
αὐτὴν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ· συμφέρει γάρ σοι, ἵνα ἀ-
πόληται ἓν τῶν μελῶν σου, καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σου
βληθῇ εἰς γέενναν.

ἐρρέθη δέ, ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐ-
τοῦ, δότω αὐτῇ ἀποστάσιον.

Custodiam, φυλακὴν. Græci honesto uocabulo sic Carcerem uocant: quam etiam ob eam causam οἴκημα dicebant Athenienses, id est domicilium, authore Plutarcho, in Solone. Idem eodem loco testatur, Præsidia ciuitatum, φυλακὰς, plurali numero dici cœpisse. Sed & Latinis custodia uocatur carcer. Cic. ad Quintum fratrem, libro 1. Hominem comprehendere, & in custodiam tradere. Conijciaris, βληθῇς. Ad uerbum, iaciaris. Vulgata, mittaris: quod paulo leuius uidetur. In secundo manuscripto exemplari legitur, βληθῇς, eodem sensu. 26 Reddideris, ἀπόδῳς. Erasmus, persolueris: id est, ἀποτίσῃς. Vltimum, ἔσχατον. Vulgata, nouissimum: id est, ὑστατον. Erasmus, extremum: quo propriè τὸ ἄκρον declaratur. Græci ἔσχατον dicunt, à ἔχω: id est, à continendo & cohibendo, id scilicet in quo necesse est ut consistamus: sicut Latinè illud dicitur ultimum, ultra quod pergere non liceat. Quadrantem, κοδράντην. Latina uox Græcè declinata, ut multæ aliæ passim apud Euangelistas. cuiusmodi ista sunt à nobis semel collecta, ueluti ἀσσάριον, δηνάριον, κῆνσος, κουστωδία, λογεὼν, λέντιον, λιβερτῖνος, μίλιον, μάκελλον, μεμβράνα, μόδιος, ξυστὸς, σουδάριον, σουδάριον, σπεκουλάτωρ, ταβέρνη, φόρον, τίτλος, φραγελλόω, φραγέλλιον, λίτρα, πραιτώριον, πελώνιον, ἰοῦστος, σιμικίνθια, ῥέδαι: id est, Assarius, Denarius, Centurio, Census, Custodia, Legio, Linteum, Libertinus, Miliare, Macellum, Membrana, Modius, Sextarius, Sicarius, Sudarium, Speculator, Taberna, Forum, Titulus, Flagellare, Flagellum, Libra, Prætorium, Colonia, Iustus, Semicinctia, Rheda. Sed ut ad rem redeam, Ad ultimum quadrantem soluere, prouerbialiter dicitur is, quicum summo iure agitur. Quòd autem quidam hîc annotauit, id esse quod Latini dicunt, Ad denarium soluere: id ipse quidem putauit, quod ignosco: quum & docti uiri in loco Ciceronis quem citat ex Oratione pro Quintio, decepti fuerint. sed alium esse sensum, intelligent sani lectores ex alijs locis. quod etiam Hotomanus in suis annotationibus non omisit. 27 Non mœchaberis, οὐ μοιχεύσεις: uel, ne mœcheris: sed tamen sub una specie scortationis, ea'que grauissima, πορνείαν quoque complectitur: sicut contrà μοιχεία, interdum αὐτὶ πορνείας accipitur. 28 Qui aspicit, ὁ βλέπων. Vulgata, qui uiderit. Atqui τὸ βλέπειν, plus est quàm ἰδεῖν, quamuis interdum confundantur: sicut apud Latinos plus est uidere quàm aspicere. Vide infrà 6.a.4. Adulterauit, μεμοίχευσεν. Vulgata, mœchatus est. Erasmus, adulterium commisit. Adulterandi uerbo utitur Suetonius, quod etiam Erasmus annotauit: qui tamen periphrasi uti maluit: quę res coegit eum addere particulam Cum. Cæterùm adulterare hîc accipio generaliter pro corrumpere & stuprare. Itaque, γυναῖκα, non conuerti uxorem, cum Erasmo: sed mulierem. Malui enim sequi Veterem interpretem, quia non additur τινὸς, uel ἀδιαφῶ. 29 Facit ut tu offendas, σκανδαλίζει σε. Vulgata, scandalizat te. Erasmus, tibi est obstaculo. id est, ἐμποδίζει. Idem paulo pòst, obstiterit tibi. Cæterùm ea faciunt ut offendamus, quæ impediunt quo minus inoffenso cursu pergamus in Lege Domini. Peccata enim sunt ueluti saxa ad quę impingimus. Idcirco autem conuerti per periphrasim, quia non tam oculus ipse est nobis offendiculo, quàm id quod per eum cernimus: in quo constituendam putaui differentiam, ut σκανδαλίζειν hîc accipiatur forma Hebrææ coniugationis hiphil. Confert, συμφέρει. Vulgata & Erasmus, expedit. illud certè Græco uocabulo respondet. Ac non, καὶ μὴ. Vulgata, quàm. quod rectè mutauit hoc uersiculo, & item proximo, Erasmus. 30 Excinde, ἔκκοψον. Vulgata, abscinde. Erasmus, amputa. Ego malui proprietatem Græci uocabuli seruare, quũ etiam & Vetus ipse interpres, & Erasmus suprà sic conuerterint, cap.3.b.10. Conijciatur, βληθῇ. Secundum exemplar habebat, ἀπέλθῃ: id est, abeat. 31 Quisquis, ὅστις. Abundat ὅστις. quod constat ex imperatiuo sequente, δότω. Dimiserit, ἀπολύσῃ. Erasmus, repudiauerit. ἀπολύειν propriè significat absoluere, sicut Latini Absoluere creditorem dicunt. sed malui uti uocabulo clariore: quamuis dimittere respondeat potius τῷ ἀφιέναι: quo uerbo utitur Paulus 2. Corinth. 7.c.11. Vide suprà 1.c.19. Libellum abscessionis, ἀποστάσιον: quasi dicas abscessionale. Nam ἀφιστάνω inter cætera significat seorsum stare, uel ponere: id est, abscedere, uel separare.

A ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυ- 32 Ego uerò dico uobis, quòd qui dimiſerit uxorem ſuam, extra rationem ſcortationis, facit ut ipſa mœchetur: & qui dimiſſam duxerit, mœchatur.

ναῖκα αὐτοῦ, παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι· καὶ ὃς ἐὰν ἀπολελυμένην γαμήσῃ, μοιχᾶται.

πάλιν ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις, οὐκ 33 Rurſum audiſtis, quòd dictum fuerit antiquis: Non peierabis, ſed reddes Domino iuramenta tua. Non iurandũ. Exod. 20.a.7. Leuit. 19.c.12. Deut. 5.b.11.

ἐπιορκήσεις, ἀποδώσεις δὲ τῷ κυρίῳ τοὺς ὅρκους σου.

ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ὀμόσαι ὅλως, μήτε ἐν τῷ 34 Ego uerò dico uobis, ne iuretis omnino, neque per cœlum, quia thronus Dei eſt:

οὐρανῷ, ὅτι θρόνος ἐστὶ τοῦ θεοῦ·

μήτε ἐν τῇ γῇ, ὅτι ὑποπόδιόν ἐστι τῶν ποδῶν 35 Neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum eius: neq; per Hieroſolyma, quia urbs eſt Magni regis.

αὐτοῦ· μήτε εἰς Ἰερουσόλυμα, ὅτι πόλις ἐστὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως.

μήτε ἐν τῇ κεφαλῇ σου ὀμόσῃς, ὅτι οὐ δύνασαι 36 Neq; per caput tuum iurabis, quia non potes unum capillum album aut nigrum facere.

μίαν τρίχα λευκὴν ἢ μέλαιναν ποιῆσαι.

ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν, ναί, ναί· οὒ, οὔ· 37 Eſto autem ſermo ueſter, Etiã, etiam: nõ, nõ: Iac.5.c.12.

32 Extra rationem, παρεκτὸς λόγου. Vulgata, excepta cauſa. Eraſmus, niſi cauſa: id eſt, ὁ μὴ ὄντος. Extra hic eſt in exceptione poſitum, ſicut apud Terentium in Phormione: Neque cognatus, extra unam aniculam, quiſquam ei aderat. in quo genere uſurpant Græci plerunque πάρεξ cum accentu in penultima. Verti autem λόγου rationem, non cauſam, id eſt αἰτίαν. Scortationis, πορνείας. Eraſmus, ſtupri. Vulgata, fornicationis. Hic autem poni certum eſt μοιχᾶσθαι pro adulterio. Quamuis etiam πορνεύεσθαι, id eſt ſcortari, dicatur de uxore, quæ palàm omnibus proſtat,
B uno & altero adultero non contenta: quomodo uſurpauit Dion libro quinquageſimooctauo, de Meſſalinæ & Silij nuptijs loquens. 33 Rurſum, πάλιν. In uno exemplari uetuſto ſcriptum offendimus πάλαι: id eſt, præterea uel cæterum. Peierabis, ἐπιορκήσεις: id eſt, uiolabis iuſiurandum. Significat enim ἐπιορκεῖν aliquid facere ſupra iuſiurandum, & illud tranſgredi. Latinis quoque (ut inquit Cicero Offic. tertio) Peierare, non eſt falſum iurare: ſed quod ex animi tui ſententia iuraris, id non facere, periurium eſt. Cuius rei lectorem admonere placuit: quia quæ ſequuntur, alioquin non uidẽtur cohærere. Reddes, ἀποδώσεις. Eraſmus, perſolues: id eſt, ἀποτίσεις.

Iuramenta tua, ὅρκους σου. Eraſmus partim ut uitaret uocem inſolentem, partim ut ſenſum clarius exprimeret, maluit per periphraſim interpretari, Ea quæ iuraueris. Nos maluimus hoc quidem loco Vulgatam ſequi, quàm à Græcis longius diſcedere. Cicero de Legibus: Cautè uota reddunto. 34 Ne iuretis, μὴ ὀμόσαι. Vulgata, non iurare. τὸ ὀμόσαι poſitum eſt pro ὀμόσαι, imperandi modo: niſi illud λέγω ὑμῖν interpreteris, iubeo uos, ſicut etiam paulo poſt uerſu 39. Cæterùm etſi neque mei eſt propoſiti commentaria ſcribere, neque libens quenquam reprehendo, in hoc præſertim ſcribendi genere, in quo non dubito quin ipſe in uarias reprehenſiones incurram: tamen monendum eſſe putaui lectorem, ut quædam ab Eraſmo ſcripta in hunc locum de iureiurando, & ſuperiorem de litigando, cum ſummo iudicio legat. Nam etſi malo omnia in meliorem partem accipere, quoad eius fieri poteſt, & eius laboribus tam faueo quàm qui maximè: tamen diſſimulare non poſſum, pleraque ſic ab eo explicari in his capitibus, ut uideri poſſit uel ab opinione Anabaptiſtarum, uel à fanaticorum illorum diſtinctione, qui hæc omnia ad ſolos quoſdam perfectos pertinere credunt, non prorſus diſſentire. Per cœlum, ἐν τῷ οὐρανῷ. Ad uerbum, in cœlo: quæ phraſis ſæpe repetitur infrà cap. 23.b.16. Eſt autem nata ex Hebræorum idiomate, apud quos ב litera ſæpe ponitur pro Iurantis aduerbio, ut Geneſ. 22.c.16. & Ioſue 2.b.12. Cæterùm fuit hæc iuriiurandi formula etiam profanis gentibus familiaris, ut liquet ex illo Virgilij loco, Per ſidera iuro. Thronus, θρόνος: id eſt, ſolium, ſiue ſedes regia. Græcum uocabulum libẽs retinui, quod Gallico etiam idiomate uſurpatur. 35 Scabellum, ὑποπόδιον. Eraſmus, ſubſellium: fortaſsis non ſatis rectè. ὑποπόδιον enim Græcis dicitur non illud quo ſedemus, ſiue ſedes ſit, ſiue ſubſellium, ſed quod ſedentis pedibus eſt ſubiectum: & à Latinis Scamnum à ſcandendo, itemq; ſcabellum forma diminutionis dicitur, quo ſcilicet in ſedem altiorem aſcenditur. Ouidius: Et caua ſub
C tenerum ſcamna dediſſe pedem. 36 Per caput, ἐν τῇ κεφαλῇ. Sic Iulus apud Virgilium: Per caput hoc iuro.

Album aut nigrum, λευκὴν ἢ μέλαιναν. Octauum exemplar tollit particulam ἢ. ut ſit hic ſenſus: Non poſſe homines capillum qui ſit albus, nigrum reddere: itaque non uideri capitis ſui dominos. 37 Eſto autem, ἔστω δέ. Vel, Sit autem. Eraſmus, Erit autem, ἔστω δέ. Etiam, etiam: ναὶ, ναί. Vulgata & Eraſmus, Eſt, eſt. idem tamen infrà 11. b.16. τὸ ναὶ interpretatur quidni? id eſt, σῶν γὸ ἐστί. & uertit ut ego hic feci, 2. Corinth. 1.d.17. Quòd autem exiſtimat conduplicationem hanc ad eundem non pertinere, ſed priorem particulam eſſe interrogantis, poſteriorem reſpondentis, nullius (quod ſciam) exemplaris authoritate confirmatur. Ita enim ſcribendum fuiſſet, ναί; ναί, ὃ; ὃ. quod nuſquam legi. Idem rurſus aliam affert interpretationem, quaſi nimirum iubeat Dominus, ut ſi ſermo noſter affirmat, uerè affirmet: ſin negat, uerè neget. Sed ea quæ ſtatim ſubijciuntur, indicant hic agi de ipſa affirmandi & negandi formula, non autem de ipſius affirmationis & negationis ueritate. Quomodo enim hæc cohæreãt, non uideo, Verè affirmetis, quæ affirmatis: & uerè negetis, quæ negatis. quod autem ſupra hæc redundat, à malo proficiſcitur. Non deſunt igitur qui putent geminatam utramq; particulam emphaſeos cauſa, quaſi Dominus propterea quòd ferè iuramus ut nobis credatur, iubeat ut gemina potius affirmatione & negatione utamur, quàm Dei nomen temerè uſurpemus. Sed hanc quoq; expoſitionem refellit omnium codicum conſenſus. Legimus enim ubiq; ναὶ, ναὶ; ὄ, interpoſita diſtinctione. Itaq; exiſtimo in his uerbis, ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν, Eſto autem ſermo ueſter, prolepſin eſſe, qua diuiditur λόγος in duas ſpecies, affirmantem ſcilicet & negantem: id eſt, in ναὶ, & ὄ. Sic enim uſurpari has particulas, liquet ex 2. Corinth. 1.d.17. ubi ſermonem ſuum teſtatur Apoſtolus non fuiſſe ναὶ, & ὄ: id eſt, uarium & inconſtantem, ut rem eandem modò affirmaret, modò negaret: ſicut parаſitus ille apud Terentium loquitur, Negat quis? nego: ait? aio: Item ex eiuſdem capitis uerſu 10. ubi traditur omnes promiſsiones Dei eſſe in Chriſto Etiam, & amen: id eſt, ueras & firmas per Chriſtum declarari. Quare hæc Chriſti uerba perinde accipio, ac ſi ita ſcriptum eſſet, ἔστω δὲ ὑμῶν ὁ λόγος, ὁ μὲν ναὶ, (id eſt, καταφατικὸς) ναὶ τὸ δὲ (id eſt ἀποφατικὸς) ὄ. hoc eſt, ueſter ſermo ſit affirmans quidẽ, etiã: negans uerò, nõ. Nam ſimplici & nudę affirmationi aut negationi, quod ita adijcitur ut redũdet, à ma-

lo proficiſcitur. Idq; prorſus reſpondet totidem ferè Iacobi uerbis 5.c.12. ubi ſic ſcribit, ἤτω δ ὑμῶν τὸ ναὶ, ναὶ καὶ τὸ οὒ, οὔ. A
quæ uerba ſimili ratione interpretor de non iurando, non autem de affirmationis aut negationis ueritate: quum totum illum locum Iacobus ex hoc Chriſti ſermone ſit mutuatus.

quod autem ſupra hæc redundat, à malo eſt. τὸ δὲ περισσεύον τούτων, ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν.

Exod.21.c.24 Leuit.24.d.20 Deut.19.d.21. Luc.6.d.29. Rom.11.d.17. 1.Cor.6.b.7.

Audiſtis quòd dictum fuerit, Oculum pro oculo, & dentem pro dente: 38 ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη, ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος·

Ego uerò dico uobis, ne reſiſtatis malo: ſed quiſquis te ceciderit in dexteram tuam maxillam, obuerte ei & alteram. 39 ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ. ἀλλ' ὅστις σε ῥαπίσει εἰς τὴν δεξιάν σου σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην·

Et ei qui uult tecum iudicio contendere, ac tunicam tuam capere, dimitte & pallium. 40 καὶ τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι, καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον.

Et quiſquis angariauerit ad miliare unum, abi cum eo duo. 41 καὶ ὅστις σε ἀγγαρεύσει μίλιον ἕν, ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο.

Deut.15.b.8. Petenti abs te dato: & uolẽtem mutuari abs te, ne auerſeris. 42 τῷ αἰτοῦντί σε δίδου, καὶ τὸν θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανίσασθαι, μὴ ἀποστραφῇς.

Quod autem ſupra hæc redundat, τὸ δὲ περισσεύον τούτων. Vulgata, Quod autem his abundantius eſt. Eraſmus, Quod ultra hæc adiungitur. Ego ſic coactus ſum interpretari, ut quæ ſit hoc loco uis τοῦ περισσοῦ exprimerem: quo ſcilicet uocabulo non tam hic ſignificatur abundantia, quàm ſuperflua redundantia. quod uidentur illi non conſideraſſe, qui ex his Chriſti uerbis cenſent penitus interdictum eſſe iuſiurandum: quum tamen id unum iuriſiurandi genus reprehendat Chriſtus, quod quum alioquin fiat per nomen Dei, tamen redundat: id eſt quod ſimplici affirmationi uel negationi additur, quum minimè ſit neceſſarium. Nam & ipſe Dominus, & Prophetæ, & Apoſtoli quoties neceſſe eſt, iurant: atque adeò in Dei cultu numeratur quoque iuſiurandum. A malo, ἐκ τοῦ πονηροῦ. B
ἐκ pro ἀπὸ: id eſt, à conſcientia mala, ſiue à Diabolo. Significat enim πονηρὸς aliquid amplius quàm κακὸς, nempe eum qui ſit in omni ſcelere exercitatus: quamuis hæc differentia non ſemper obſeruetur. 38 Oculum, ὀφθαλμὸν. ſub. erue. hæc eſt lex talionis, de qua uide apud A. Gellium Phauorini diſputationem. 39 Malo, τῷ πονηρῷ. Hoc nonnulli exponunt tertio caſu: id eſt, ne reſiſtite improbis & ſceleſtis hominibus. Alij, ut Chryſoſtomus, ſexto: hoc eſt, ne iniuriam penſate iniuria, ſed uincite improbos patientia: ſicut monet Petrus, Ne malum pro malo reddamus: 1.Pet. 3. b. 9. Articulum autem, certum eſt interdum etiam indefinitè poni, ut fruſtra de eo laborarit Eraſmus. Quiſquis, ὅστις. Vulgata, ſi quis: id eſt, ἐάν τις. quod quidem mollius etiam cohæret cum iis quæ ſubijciuntur. Te ceciderit, σε ῥαπίσει. Vulgata te percuſſerit: id eſt, σε παίσῃ. Eraſmus, impegerit alapam. uidetur tamen Græcum uocabulum fidelius expreſsiſſe uetus interpres. nam ῥαπίζειν is demum dicitur Græcis, qui contumeliæ cauſa, uirga aut fuſte, aut etiam crepida alium cædit. Nam ῥάπις & uirgam & crepidam ſignificat, ſicut Omphale ſandalio caput Herculis uerberabat. Plutarch. in Themiſt. τοὺς γὰρ τῇ ἀγῶνι περιφανεστάτοις ῥαπίζουσι: id eſt, qui in certaminibus intempeſtiuè ſurgunt, cæduntur. Et paulo pòſt id explicans, inquit, τῶν βακτηρίων ὡς πατάξοντος: hoc eſt, quum baculum attolleret ueluti percuſſurus. Quòd autem dextræ ſit potius mentio quàm ſiniſtræ, quum in ſiniſtram potius feratur impetus ferientis, id quoque non puto eſſe negligendum. Duplex enim eſt iniuria, quum ad illam accedit contemptus. Quos autem contemnimus, eos ferè ſolemus auerſo ictu cædere, nimirum in ſiniſtrum latus, iubentes à nobis faceſſere, quaſi etiam indignos quos uerberemus.

Obuerte, στρέψον. Ad uerbum, uerte. Vulgata, præbe: id eſt, πάρεχε. In uno codice ſcriptum erat τρέψον, eodem manente ſenſu. Alteram, τὴν ἄλλην. Apud Græcos differentia illa inter ἄλλος & ἕτερος non obſeruatur tam diligenter quàm inter Alius & Alter apud Latinos. Neque Hæbræi diſtinguunt, quum pro utroque unicam uocem אחר uſurpent. 40 Ei qui uult tecum iudicio contendere, τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι: id eſt, ἀμφισβητοῦντι, καὶ δικάζεσθαι. ut σοὶ, αὐτῷ, πρὸς σε accipiatur. Ariſtides, κρίνεσθαι πρὸς ἀλλήλους: id eſt, cum illo contendo iudicio. In hoc tamen genere dicendi κρίνειν potius dicunt Græci, & iungunt cum quarto caſu. Itaque conſiderandum, num etiam C
paſsiuè uerti poſsit σοι: id eſt, σὲ σοί: hoc eſt, uolenti à te in iudicium uocare, ſiue occaſionem quærenti tecum litigandi in iudicio: ut ſi quis tibi eripiat quod tuum eſt. Multi enim has occaſiones captant maioris inferendæ iniuriæ. Eraſmus, ei qui te uelit in ius trahere: id eſt, τῷ θέλοντί σε κρίνειν. Capere, λαβεῖν. Vulgata & Eraſmus, tollere: id eſt, ἀραιρεῖσθαι. Dimitte, ἄφες. Cicero pro Balbo: Sui quemq; iuris & retinendi & dimittendi eſſe dominum. Eraſmus, permitte. 41 Angariauerit, ἀγγαρεύσει. Eraſmus, adegerit te. Duabus de cauſis hoc uerbum retinui: primùm quia Latinum nullum habeo, quod ſatis uim illius exprimat: deinde quia Vlpianus etiam Iuriſconſultus illud non repudiauit libro quadrageſimo Pandectarum de priuilegijs Veteranorum. Angari autem (ut notant Eraſmus & Budæus) Perſis dicebantur, quos hodie Poſtas uocamus. Sed hoc intereſt, quòd hodie certis ſpacijs collocati ſunt, qui principum ſtipendijs aluntur, ut equos habeant ad curſum paratos: Perſarum uerò curſoribus (ſicut etiam hodie Turcarum) fas erat cuiuſuis equos, uel naues, aut ipſos etiam homines rapere ad curſum. unde factum ut angariare accipiatur pro cogere ad currendum, uel ad ferendum aliquid: ſicut infrà cap.27.d.32. refertur de Cyrenæo illo quem adegerunt Iudæi ad baiulandũ crucem. Proponitur ergo à Chriſto ſeruitutis genus penè intolerabile, quod peculiari etiam uocabulo declarandum fuit. Ad miliare unum, μίλιον ἕν. Addidi præpoſitionem, ut conſtructionem lenirem alioquin aſperiorem. μίλιον autem Latinum eſt uocabuli corruptum. quum Græci potius ſtadijs ſoleant metiri locorum interualla. Duo, δύο. Vulgata, (ut eſt in quibuſdam exemplaribus) & alia duo: id eſt, ἕτερα ἄλλα δύο, ſcilicet μίλια. Puto autem Veterem interpretem, propterea quòd conuerterat μίλιον mille paſſus, addidiſſe ALIA de ſuo, ne ambigua eſſet oratio. Ita conficientur miliaria tria, quũ hic fiat duorum duntaxat mentio. quamuis ſi ſententiam ipſam ſpectemus, hæc diſcrepantia nullius ſit momenti.

42 Volentem, θέλοντα. Eraſmus, cupientem. Velle reſpondet τῷ βούλεσθαι: ſed ſi qua eſt inter βούλεσθαι & θέλειν differentia, fateor me non habere uocabulum Latinum quo hæc poſsim diſtinguere: niſi Cupiendi uocabulum uſurpes, quoties ſcilicet hoc ponitur pro ἐπιθυμεῖν, uel ἐπιθυμίᾳ: ut infrà 12.c.38. & Marci 6. d 25: qua tamen ſignificatione neceſſe non fuit hoc loco accipere.

43 Diliges,

A ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη· ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, καὶ μισήσεις τὸν ἐχθρόν σου. 43 Audistis quòd dictum sit: Diliges proximũ tuum, & odio habebis inimicum tuum. *Inimici diligendi, & quare. Leuit.19.d.18.*

ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς, καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦντας ὑμᾶς, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς, καὶ διωκόντων ὑμᾶς· 44 Ego uerò dico uobis: Diligite inimicos uestros, benedicite ijs qui deuouent uos, benefacite ijs qui oderunt uos, & orate pro ijs qui uos infestant, & persequuntur uos: *Orandum pro persequentibus. Luc.6.d.27. Luc.23.c.34. Act.7.g.60.*

ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς, ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. 45 Vt sitis filij Patris uestri qui est in cœlis. nam facit ut sol suus exoriatur super malos ac bonos, & pluit super iustos & iniustos. *1.Cor.4.c.13. Luc.6.e.32.*

ἐὰν γὰρ ἀγαπήσητε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, τίνα μισθὸν ἔχετε; οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν; 46 Nam si dilexeritis eos qui dilígũt uos, quam mercedem habebitis? nõne & publicani idem faciunt?

καὶ ἐὰν ἀσπάσησθε τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν μόνον, τί περισσὸν ποιεῖτε; οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι οὕτω ποιοῦσιν; 47 Et si complexi fueritis fratres uestros solùm, quid amplius facitis? nónne & publicani ita faciunt?

ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι, ὡς ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστιν. 48 Estote igitur uos perfecti, ut Pater uester qui est in cœlis, perfectus est. *Perfectio.*

ΚΕΦ. ϛ'.

B Προσέχετε τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, πρὸς τὸ θεα- 1

CAP. VI.

ATtendite ne eleemosynam uestram faciatis coram hominibus ad hoc ut spectemi-

43 Diliges, ἀγαπήσεις. Futurum pro Imperatiuo: sicut paulo pòst μισήσεις, oderis. Nonnulli conuerterunt, amato: quia scilicet amare amplius quiddam significare uidetur quàm diligere, ex Ciceronis quodam loco.

44 Benedicite, εὐλογεῖτε. Hebraica phrasis, pro Bene precemini, uel Beneficio afficite. Alioquin εὐλογέω idem ualet quod αἰνῶ, laudare: quæ significatio huic loco minimè conuenit. neque enim mendacij præceptor est Spiritus sanctus. Totum autem hoc membrum, εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς, non est in Vulgata editione. Vide infrà cap.25.c.34.& 26.c.26. Iis qui deuouent, καταρωμένους. Vel, ijs qui imprecantur. hoc enim propriè declarat τὸ καταρᾶσθαι. ex quo Chryses ab Homero dicitur ἀρητής, id est precator, seu sacerdos. Iis qui oderunt, τοὺς μισοῦντας. Vel, ut in uetustis omnibus exemplaribus scriptum reperimus, τοῖς μισοῦσιν. Orate, προσεύχεσθε. Videtur Græca præpositio significationem augere: nam εὔχεσθαι, optare uel uouere significat: & προσεύχεσθαι, aliquid optare ab aliquo. Nos ubique uertimus orare, & παρακαλεῖν precari. Nostram opinionem uidetur etiam Augustinus confirmare Epistola quinquagesimanona, quæ Paulino inscripta est. Qui uos infestant, τῶν ἐπηρεαζόντων. Vulgata, calumniantibus: permutato uocabulorum ordine, quasi prius sit facta mentio τῶν διωκόντων, quàm τῶν ἐπηρεαζόντων. Erasmus, qui lædunt: id est, βλαπτόντων. Nos conati sumus uim huius uocabuli exprimere. Nam ἐπηρεάζειν proprié militare uerbum est, ab ἐπὶ & ἄρης deductum: unde ἐπήρεια, quasi ἐπάρεια, id est martius & hostilis insultus. Cui significationi bene conuenit τὸ διώκειν, quod sequitur. Significat enim Euangelij hostes cum impetu irruere in gregem Domini: & eo non contentos, quòd placidæ oues non resistant, fugientes etiam persequi. Pronomen autem ὑμᾶς sicut bis ponitur ab Euangelista, ita etiam bis sumus interpretati: quia in eius repetitione uidetur esse magna emphasis, quam uetus interpres & Erasmus neglexerunt. 45 Sitis, γένησθε. γίνεσθαι interdum idem ualere quod εἶναι, uel illud Homericum epitheton ostendit, quo uocat θεὸν ἀμφιγυήεντα: id est (ut alibi dicit) ἀμφὶς ἐόντα: id est, semper existentes. Nam, ὅτι. Vel, quia. Vulgata uertit, qui: uidetur enim legisse, ἐς τις: & fortasis rectius quàm ὅτι. melius enim uidetur cohærere. Facit ut exoriatur, ἀνατέλλει. Hæc est forma coniugationis Hebræorum quam uocant hiphil, quam non satis uidetur exprimere Erasmus, quum interpretatur exoriri finit. Plus est enim facere

C quidpiam, quàm finere fieri. Et pluit, καὶ βρέχει. Ad uerbum, & rigat, scilicet pluuia. Erasmus, pluuiam mittit: eadem scilicet forma qua modò diximus accipi τὸ ἀνατέλλειν. 46 Habebitis? ἔχετε. Videtur ἔχετε pro ἕξετε hic usurpari, & alibi quoque, ut infrà 6.a.1.& 25.c.25.& 27.g.65. nam etiam in uno exemplari scriptum erat ἕξετε. 47 Complexi fueritis, ἀσπάσησθε. Vulgata, salutaueritis. ἀσπάζεσθαι salutare quidem significat, sed osculo & cõplexu: ut rectè annotauit Erasmus. Hic autem hoc uno officio cætera etiam comprehendit: alioquí contenti fuissemus Vulgata uersione, quam frequenter in Epistolis Pauli sequuti sumus. Fratres, τοὺς ἀδελφούς. In omnibus uetustis legebatur, τοὺς φίλους, amicos. Amplius, περισσὸν. Idem hic ualet περισσὸν quod πλέον: & subauditur, quàm alij. Sic etiam infrà 27.e.23. Et publicani ita faciũt? καὶ οἱ τελῶναι οὕτω ποιοῦσιν; Vulg. Ethnici. Ita etiam in secundo & quarto exemplari scriptum offendimus, καὶ οἱ ἐθνικοὶ τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν; Et Ethnici (id est exteræ & profanæ gentes) idem faciunt? 48 Estote, ἔσεσθε. Erasmus ad uerbum, eritis: qui scilicet existimauit hanc Christi concionem ad solos quosdam perfectos pertinere. Quidam nuper Erasmum sequutus est, sed aliam ob causam: quam tum demum indicabo, quum pepererit monstrum quod iamdiu parturit.

IN CAPVT VI.

1 Attendite, προσέχετε. Possemus etiam uertere, Adhibete animum. Nam προσέχειν, adhibere significat: & subaudiri uidetur, τὸν νοῦν: quod etiam sæpe exprimitur. Iungiturq; tertio casui apud Græcos: ut ante particulam μὴ quæ sequitur, uideatur subaudiendus articulus τῷ. Eleemosynam, ἐλεημοσύνην. Ita uocant Sacri scriptores quicquid officij præstatur miseris & inopibus, quod Hebræi חסד uocant. In manuscripto uerò uno exemplari legebatur δικαιοσύνην, id est iustitiam. quod etiam legit & interpretatus est uetus interpres. Sed sciendum iustitiæ nomine apud Hebræos etiam beneficentiam intelligi: immò etiam pro eleemosyna specialiter uidetur accipi Danielis capite quarto c. 24. Itaque Græci interpretes, Deuteronomij uigesimoquarto, c. 15. pro Iustitia uerterunt ἐλεημοσύνην. Ad hoc ut spectemini, πρὸς τὸ θεαθῆναι. Nisi ita uertas, non exprimitur particula πρός. Cicero quarto, ad Atticum: Ad quid laboramus res Romanas? Erasmus, quo spectemini. Vulgata, ut uideaminí quæ loquutio est ambigua, ut ex Augustino annotat Erasmus. Deinde θεᾶσθαι plus est quàm ὁρᾶσθαι: sicut apud Latinos plus est Spectari quàm Videri.

Sin minus,

ni ab eis: sin minus, mercedem non habebitis apud Patrem uestrum qui est in cœlis.

Eleemosyna. Rom. 12. b. 8

2 Quum igitur facis eleemosynam, ne buccinandum cures coram te, ut hypocritæ faciunt in synagogis & in plateis, ut existimentur ab hominibus. amen dico uobis, referunt mercedem suam.

3 Quum uerò tu facis eleemosynam, ne nouerit sinistra tua quid faciat dextera tua:

4 Vt sit tua eleemosyna in occulto: & Pater tuus qui aspicit in occulto, ipse reddet tibi in propatulo.

Oratio.

5 Et quum oras, ne sis ut hypocrita: nam illi amant in conuentibus & in angulis plateaarum stantes orare, ut appareant hominibus. amen dico uobis, quòd referunt mercedem suam.

6 Tu uerò quum oras, introito in conclaue tuum: & clauso ostio tuo, ora Patrem tuum qui est in occulto: & Pater tuus qui aspicit

βλῶσι αὐτοῖς. εἰ δὲ μήγε, μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τῷ A
πατρὶ ὑμῶν τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

2 ὅταν οὖν ποιῇς ἐλεημοσύνην, μὴ σαλπίσῃς
ἔμπροσθέν σου, ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ ποιοῦσιν ἐν
ταῖς συναγωγαῖς καὶ ἐν ταῖς ῥύμαις, ὅπως δο-
ξασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. ἀμὴν λέγω ὑμῖν,
ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν.

3 σὺ δὲ ποιοῦντος ἐλεημοσύνην, μὴ γνώτω ἡ
ἀριστερά σου τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου.

4 ὅπως ᾖ σου ἡ ἐλεημοσύνη ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ ὁ
πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώ-
σει σοι ἐν τῷ φανερῷ.

5 καὶ ὅταν προσεύχῃ, οὐκ ἔσῃ ὥσπερ οἱ ὑποκρι-
ταί, ὅτι φιλοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς καὶ ἐν ταῖς
γωνίαις τῶν πλατειῶν ἑστῶτες προσεύχεσθαι, ὅπως
ἂν φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀπέ-
χουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν.

6 σὺ δὲ ὅταν προσεύχῃ, εἴσελθε εἰς τὸ ταμεῖόν σου, B
καὶ κλείσας τὴν θύραν σου, πρόσευξαι τῷ πατρί
σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων

Sin minus, *εἰ δὲ μήγε*. Vulgata & Erasmus, alioquin: id est, *ἄλλως*. Mercedem, *μισθόν*. Mercedis nomen in Sacris scripturis accipitur pro constituto quidem præmio, sed eo tamen gratuito: ut frustrà Scholastici mutuã meriti & mercedis relationem somnient. 2 Ne buccinandum cures, *μὴ σαλπίσῃς*. *σαλπίζειν* illud est omnino quod Latini buccinare dicunt. hic autem accipitur tanquam in Hebræa coniugatione hiphil יצא. Itaque non satis recte Vulgata, Noli tuba canere. Erasmus, Ne tubis canatur: mutato actiuo in passiuum. Vt, *ὥσπερ*. Vulgata, sicut: id est, *καθάπερ*. Erasmus, quemadmodum: id est, *ὡς ἔθος ἐστίν*. Etsi autem hæc sunt leuicula, non tamen putauimus negligenda: ut ijs sit responsum, qui nonnulla eiusmodi mirari possent à nobis mutata. Hypocritæ, *ὑποκριταὶ*: id est, fimulatores. hoc uocabulum Theologi retinuerunt. Dicitur autem de histrionibus personam aliquam sustinentibus in fabula: conuenit ὦ (ut annotat Erasmus) cum eo quod dixerat paulo antè, Vt spectemini, tanquam in theatro scilicet, quod & ipsum tibicinibus perstrepebat: ut tota hæc actio planè histrionica uideri posset, in qua seriò nihil ageretur. Synagogis, *συναγωγαῖς*. Vocabulum Græcum retinuimus, ut suprà 4. d. 23. quum scilicet agitur de conuentu, seu loco ipso in quem conuenire solebant Iudæi ad scripturam tractandam: quo modo hic quoque accipi uidetur: sicut per Plateas intelligitur forum, quod ciuilibus negotijs & commercijs est accommodatum. Celebriores igitur omnes urbium locos captabant ij de quibus hic agitur: sicut histriones quærere solent *πανηγύρεις*, uel lucri uel ostentationis causa. Plateis, *ῥύμαις*. Sic malui interpretari quàm Vicis: tum ad uitandam amphiboliam, tum etiam quia non quoslibet uicos, sed plateas & fora uerisimile est istos quærere. quæ potissimum significatio uidetur conuenire Græco uocabulo *ῥύμη*, quum deducatur à *ῥέω*, id est *ἐκρέω*: ut eum in urbe locum significet, in quem omnes certatim confluunt. Vt existimentur, *ἵνα δοξασθῶσιν*. Vulgata, ut honorificentur. nam *δοξάζεσθαι* interpretatus est, glorificetur: quo modo etiam nos, quoties quidem agitur de Dei laude & gloria. hic autem quum de hominum existimatione agatur, aliud uocabulum usurpauimus. Referunt, *ἀπέχουσι*: id est, *ἀποτίνουσιν*. nempe gloriosam illam prædicationem, quæ ab hominibus proficiscitur. Vulgata, receperunt. Erasmus, habent. *ἀπέχειν* abstinere significat. hic autem idem ualet quod *ἀπολαμβάνειν*: id est, ex re aliqua percipere. Plutarchus in Solone, de scortatoribus loquens, quorum filios Solon constituit ad alendum patrem non cogi: *ὁ γὰρ ὢν γάμῳ πορνῶν τὸ ἀκύρως, ὁ τίκτων ἕτερα ἀδελφὰ θύγατρα, ἀλλ' ἐλευθέρᾳ καὶ γνησίᾳ γυναικὶ, τὴν τι μισθὸν ἀπέχει, καὶ παῤῥησίαν οὐκ ἔχει τὸν ἐγκαλοῦντα ἀπολιπόντα, εἰς αὐτὸ τὸ γηροβοσκεῖν ἐναγόντα*: id est, Qui enim honestatem illam ac decus nuptiarum despexit, declarat sese non liberorum, sed uoluptatis gratia mulieris consuetudinem quæsiuisse: itaque mercedem suam refert, neque sibi ius ullum reliquum facit eos conueniendi, qui ex eo concubitu nati sunt: ut qui effecerit, ut ne nasci quidem fine infamia & dedecore potuerint. Sic etiam apud Lucam *τὸ ἀπολαμβάνειν* significat ex mutuo lucrum spectare. & apud Aristotelem libro *εἰκοστομυθῶν β*, *ἀπεπορεύθαι*, ab alio discedere. 3 Quum uerò tu facis, *σοῦ δὲ ποιοῦντος*. Vulgata ad uerbum, Te autem faciente: quod paulo obscurius uidebatur. Erasmus, Cæterùm quum præstabis. 4 Qui aspicit, *ὁ βλέπων*. Ad uerbum, qui uidet. quo modo Vulgata & Erasmus. Atqui *βλέπειν* dicitur quasi *βάλλειν ὄμμα*: id est, adijcere oculos. quod plus est quàm uidere. Vide suprà quinto, e. 28. Ipse, *αὐτός*. Abundat relatiuum Hebraico more: uel additum est (ut annotauit Erasmus) ut personam Patris distinguat ab eo in quem confertur beneficium. Deerat tamen in uetustis exemplaribus 4. 6. 8. In propatulo, *ἐν τῷ φανερῷ*. Hæc desunt apud ueterem interpretem: leguntur tamen in uetustis codicibus, & addenda uidentur ad explendam antitheſin. 5 Quum oras, *ὅταν προσεύχῃ*. Vulg. Quum oratis *ὅταν προσεύχεσθε*. Eras. Quum oraueris, *ὅταν προσεύξῃ*. Nam *ἔσῃ* hoc loco uidetur Erasmus rectè nouam periodum inchoasse, ut sensus esset aptior. Vulgatus autem interpres habet Qui, ut legisse uideatur ὃ pro *ὅτι*. Amant, *φιλοῦσιν*. Erasmus, solent: id est, *φιλέουσιν*. Ego uerò etsi hunc sensum esse non nego. & *φιλεῖν* sæpe accipi pro solere, tamen Vulgatã interpretationem probo, quia Græcis respondet: & hoc dicendi genus uideo & ab Horatio. & à Plinio, & à Cornelio Tacito usurpatum: sic etiã uulgò Galli, *qui aiment a prier*. Angulis, *γωνίαις*: id est, ubi desinunt uiæ in angulos. ibi enim sunt biuia aut triuia, in quibus ferè habentur hominum conuentus. quod addendum putaui, ne quis angulum pro loco abdito interpretetur. Appareant, *ἂν φανῶσι*. Vulgata, ut uideantur. Eras. quo conspicui sint: id est, *ἐμφανεῖς γένωνται*. 6 Conclaue, *ταμιεῖον*. Vulgata, cubiculum. Latius patet Græcis *ταμιεῖον*. Significat enim generaliter locum secretiorem in quo recondimus aliquid. Hic autem conuenire uidetur Conclauis uocabulũ: alioqui penarium, uel cellã dixissem, si age-

A si ageretur de rebus ad familiæ uictum pertinentibus, sicut Luc. 12.c.24. & infrà 14.c.26. τὰ κρυπτὰ uertit Erasmus cum uetere interprete, penetralia.

ϛὺ τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει σοι ϛὺ τῷ φανερῷ.

in occulto, reddet tibi in propatulo.

πλατυλογοῦντες δὲ μὴ βατταλογήσητε, ὥσπερ οἱ ἐθνικοί. δοκοῦσι γὰρ ὅτι ϛῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακουσθήσονται. 7

Orantes autem ne sitis loquaces ut Ethnici: putant enim, quòd loquacitate illa sua exaudientur.

μὴ οὖν ὁμοιωθῆτε αὐτοῖς· οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν, ὧν χρείαν ἔχετε, πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι αὐτόν. 8

Ne igitur ipsis assimilemini: nouit enim Pater uester quibus opus habeatis, antequam uos petatis ab eo.

οὕτως οὖν προσεύχεσθε ὑμεῖς· πάτερ ἡμῶν ὁ ϛὺ τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου. 9

Vos igitur ita orate: Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum. Luc.11.2.

ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ϛὺ οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ ϛῆς γῆς. 10

Veniat regnum tuum. Fiat uolũtas tua, sicut in cœlo, etiam in terra.

τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον. 11

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. 12

Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris.

καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. 13

Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Quia tuum est regnum, & potẽtia, & gloria in secula. Amen.

B

In propatulo, ἐν τῷ φανερῷ. Iterum hæc desunt in Vulgata. 7 Ne sitis loquaces, μὴ βατταλογήσητε. Vulgata, Nolite multum loqui. Erasmus, Ne sitis multiloqui: id est, πολύλογοι. quo idem declaratur. Longæ tamen preces hic non damnantur, sed quæ uanæ sunt, inanes, & superstitiosæ. Longa enim non est oratio, in qua nihil redundat: contrà uerò breuis esse non potest, quæ non proficiscitur ex animo pio & fideli. Loquacitate illa sua, ἐν πολυλογίᾳ αὐτῶν. Vulgata ad uerbum, in multiloquio suo. 8 Ipsis, αὐτοῖς. Erasmus, istorum: id est, τούτοις. Assimilemini, ὁμοιωθῆτε: id est, similes fiatis. Videtur enim mihi hoc uerbum, quod etiam non reiecit Erasmus infrà cap. 7. c. 21. optimè respondere uerbo Græco. Cicero quoque Assimilandus dixit. Quibus opus habeatis, ὧν χρείαν ἔχετε. Vulgata, Quid opus sit uobis. Erasmus, Quibus rebus opus sit uobis: addito pronomine, quod non est in Græco. Illius autem loquendi formulæ, à qua uideo nonnullos abhorrere, authorem habemus Columellam: eamq; libentur usurpamus quoties licet, propterea quòd à Græco sermone minimum deflectit. Interdum uerò pro Opus habere, diximus Necesse habere, ut suprà capite 3. b. 14. Antequam uos petatis ab eo, πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι αὐτόν. In quodam exemplari manuscripto legimus, πρὸ τοῦ ὑμᾶς ἀνοῖξαι τὸ στόμα: id est, antequam uos aperueritis os. 9 Orate, προσεύχεσθε. Vulgata, orabitis: id est, προσεύξεσθε. Sanctificetur, ἁγιασθήτω: id est, sanctè colatur. Est autem hoc uocabulum Theologis peculiare, respondens Hebræo יתקדש, cuius uariæ sunt significationes, quas suis locis explicabimus. 10 Etiam, καὶ. Apud Erasmum redundat particula Sic. quamuis non ineptè addi possit, quod respondeat alteri membro. 11 Panem quotidianum, ἄρτον τὸν ἐπιούσιον. Mihi religio fuit quicquam immutare in hac precationis formula, in Ecclesia Dei tanto iam tẽpore usurpata: dicam tamen quod sentio, ubi alias interpretationes attulero. Nonnulli nuper Supersubstantialem uerterunt: quòd uideatur hoc uocabulum formatum ab ἐπὶ & οὐσία: & (sicut annotat Erasmus, in hunc locũ) in precatione tam cœlesti Christus, de eo pane non loquatur, quem à suis parentibus accipiunt etiam gentes. Sed certum est, Christum hoc orationis compendio comprehendisse, quicquid est à Deo flagitandum. Et quod addit Lucas, τὸ καθ' ἡμέραν, id est in singulos dies: declarat de terreno & corruptibili cibo hic agi, cuius quærendi sollicitudinem, non curam, Christus conatur tot uerbis nobis eximere. Alij interpretantur Crastinum: ut deducatur ab ὠθεῖσθαι, quod etiam Hebræi cuiusdam Euangelij authoritate confirmat Hieronymus, à quo Erasmus non dissentit. Sed hoc (ni fallor) manifestè pugnat cum Christi doctrina, qui nos uetat sollicitos esse de crastino: nisi quis ita interpretetur, quasi petatur uictus qui usque in crastinum diem sufficiat. Sed nimium subtile esse uidetur, Panem crastinum interpretari, quanto usque in diem posterum sit opus. Puto igitur nouum esse uocabulum, qualia à Sacris scriptoribus multa sunt conficta. idq; deduco ab ἐπὶ & οὐσία, sicut à περίοικος ijdem formarũt περιούσιος. ut eum demum panem (id est uictum, Hebræorum more) significari intelligas, qui nostris uiribus sustentandis sufficiat: id est (ut Græci interpretantur) ἐπὶ τοῦ ὑμῶν βίου καὶ τροφῆς ἀναγκαῖον, minimè scilicet delicatum, sed frugalem: ut uictum & uestitum habentes, contenti simus. Panis enim appellatione cætera omnia tolerandæ huic nostræ uitæ necessaria comprehenduntur. Huic interpretationi adstipulatur uetus uersio. nam quod uulgatum est & usitatum, id quotidianum dicimus. Quia tamẽ quotidianum sic quoq; potest accipi, quasi cibus in unum tãtùm diem petatur: huic autem interpretationi id obstat, quòd in hoc orationis compendio Lucas non contentus ὠθεῖσθαι dixisse, etiam addit, τὸ καθ' ἡμέραν: idcirco fortassis præstiterit, Panem cibarium interpretari uocabulo Latinis usitato in hac quoque significatione: uel per periphrasim, Panem sustentandis nobis idoneum. Verùm tanti apud me non fuit hæc amphibolia, ut quicquam innouandum putauerim, quo offendi possent infirmiores. 12 Remitte, ἄφες. Vulgata, dimitte. quo modo ipse quoque Cicero quinta Verrina dixit, Dimittere de summa. Sed illud præterea non modò quia magis usitatum, sed etiam quia uetus ipse interpres aliis plerisq; locis ita est interpretatus. Debita, ὀφειλήματα: id est, peccata. Vide infrà capite 23. b. 16. 13 Inducas, εἰσενέγκῃς: id est, εἰσάγῃς. Nam φέρω & ἄγω sæpe permutantur. Inducit autem Dominus in tentationem eos quos Satanæ arbitrio permittit, aut in quos potius Satanam ipsum inducit, ut cor eorum impleat; sicut loquitur Petrus Act. quinto, a. 3. Est enim uis præpositionis εἰς diligenter consideranda. Quia tuum, ὅτι σοῦ. Tota hæc coronis non legitur in Vulgata editione, neque adscripta erat in secundo uetere exemplari. Est autem huius loci hæc sententia, Patrem nostrum cœlestem eum demum esse, cui summæ & infinitæ maiestatis, potestatis ac gloriæ laus sit tribuenda. In secula, εἰς τοὺς αἰῶνας: id est, in perpetuum.

C

tuum. Sic enim loqui solent Hebræi לעולם: apud quos tamen interdum hoc dicendi genus non perpetuum, sed longum temporis spacium declarat. A

Condonandum fratri. Eccl. 28.a.2. Marc.11.c.25.

Nam si remiseritis hominibus offensas ipsorum, remittet & uobis Pater uester ille cœlestis: 14 ἐὰν γὰρ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, ἀφήσει καὶ ὑμῖν ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος

Sin autem non remiseritis hominibus ipsorum offensas, ne Pater quidem uester remittet uobis offensas uestras. 15 ἐὰν δὲ μὴ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, οὐδὲ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἀφήσει τὰ παραπτώματα ὑμῶν.

Ieiunium.

Quum autem ieiunatis, ne sitis ut hypocritæ tetrici: obscurant enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunare. amen dico uobis, referunt mercedem suam. 16 ὅταν δὲ νηστεύητε, μὴ γίνεσθε ὡς οἱ ὑποκριταὶ σκυθρωποί. ἀφανίζουσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν, ὅπως φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις νηστεύοντες. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν.

Tu uerò quum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua: 17 σὺ δὲ νηστεύων, ἄλειψαί σου τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ πρόσωπόν σου νίψαι·

Vt ne appareas hominibus ieiunare, sed Patri tuo qui est in occulto: & Pater tuus qui aspicit in occulto, reddet tibi in propatulo. 18 ὅπως μὴ φανῇς τοῖς ἀνθρώποις νηστεύων, ἀλλὰ τῷ πατρί σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ.

Thesauri. Luc.12.d.33. 1.Tim.6.d.19.

Ne thesaurizetis in terra, ubi tinea & erosio corrumpit, & ubi fures perfodiunt ac furantur. 19 μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει, καὶ ὅπου κλέπται διορύσσουσι καὶ κλέπτουσι.

Pauperibus subueniendum.

Sed thesaurizate uobis thesauros in cœlo, ubi neq; tinea neq; erosio corrũpit, & ubi fures non perfodiunt, neq; furantur. 20 θησαυρίζετε δὲ ὑμῖν θησαυροὺς ἐν οὐρανῷ, ὅπου οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις ἀφανίζει, καὶ ὅπου κλέπται οὐ διορύσσουσιν, οὐδὲ κλέπτουσιν. B

Nam ubi est thesaurus uester, illic erit & cor uestrum. 21 ὅπου γάρ ἐστιν ὁ θησαυρὸς ὑμῶν, ἐκεῖ ἔσται καὶ ἡ καρδία ὑμῶν.

Luc.11.c.42.

Lucerna corporis est oculus: si igitur oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. 22 ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός. ἐὰν οὖν ὁ ὀφθαλμός σου ἁπλοῦς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά σου φωτεινὸν ἔσται.

14 Hominibus, *ἀνθρώποις*: id est, æqualibus uestris. Iubet enim, ut homines esse meminerimus, & planè nostri similes eos à quibus offendimur: quibuscum deinde Pater ille cœlestis confertur. Itaq; si simpliciter conuertamus Alijs, erit quidem sermo ornatior, sed perierit hęc emphasis. Offensas, *τὰ παραπτώματα*. Sic conuerti potius quàm errata, id est *ἁμαρτήματα*, ut uim Græci uocabuli exprimerem. Significat enim *παραπίπτειν* aliquid amplius quàm *πταίειν*, ut declarat Apostolus Rom.11.b.11. id est, ita impingere & offendere ad aliquid, ut concidas: quod (nisi fallor) Latini Offensam appellant: apud quos etiam translatitiè accipitur, pro eo quo animum alicuius offendimus. Vulgatus interpres, quum hìc uertat priore loco Peccata, paulo pòst uertit Delicta: id est, *πλημμελήματα*. Eraſmus, errata. & cap.18.d.35. delicta. Pater uester ille cœlestis, *πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος*. Post *οὐράνιος*, id est cœlestis, uetus interpres addit, Delicta uestra: & eadem uerba omittit sequenti uersiculo: ut facilè appareat ex sequente uersu in hùc esse translata. Est autem geminati articuli magna uis, præsertim si Patris appellatio diligenter consideretur. grauius enim peccatur in Patrem, quàm in alium quemuis. Deinde quis hìc Pater est: is nimirum qui nos non genuit, sed creauit, quiq; in cœlis dominatur: & ab hoc petemus ueniam, quam fratri nostro negabimus? 16 Quum autem ieiunatis, *ὅταν δὲ νηστεύητε*. Eraſmus, Porrò quum ieiunaueritis: id est, *ὅταν δὲ νηστεύσητε*. Tetrici, *σκυθρωποί*. Vulgata, tristes: non satis rectè. hìc enim non agitur de animi tristitia, sed de uultu ad tristitiam compositio, sicut ipsa Græci uocabuli notatio declarat. Obscurãt, *ἀφανίζουσι*: id est, colorem natiuum faciei uitiant & corrumpunt, ut appareant macra & pallida facie. Nam *φαιὸν* & *φαινὸν* splendidum uocatur. Alioqui *τὸ ἀφανίζειν*, idem ualet quod delere quidpiam, & tollere è medio, ita ut nusquam appareat: quamobrem etiam Vulgata uertit, exterminant, id est *διαφθείρουσι*: sed parum appositè. Appareant ieiunare, *φανῶσι νηστεύοντες*. Vulgata ad uerbum, appareant ieiunantes: id est, ut omnes intelligant ipsos ieiunare: nam certè ieiunabant. Quòd autem attinet ad uerbum Appareant, sic animaduertimus usurpari à Cicerone 2. de Finibus: Membra nobis ita data sunt (inquit) ut ad quandam rationem uiuendi data esse appareant. Minimè igitur necesse fuit quicquam mutare. Eraſm. Quo perspicuum sit hominibus ipsos ieiunare. 18 In propatulo, *ἐν τῷ φανερῷ*. Hæc deerant hoc loco in omnibus uetustis codicibus, neque leguntur in Vulgata. 19 In terra, *ἐπὶ τῆς γῆς*. Idem ualere *ἐπὶ τῆς γῆς*, quod *ἐν τῇ γῇ*, id est in terra, ostendit antithesis, *ἐν τῷ οὐρανῷ*, id est in cœlo. Eorum igitur auaritiam notat, qui pecuniam solent non modò recondere, sed etiam defodere. Vbi tinea & erosio corrumpit, *ἵνα σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει*. Vulgata, Vbi ærrugo & tinea demolitur. Eraſmus, Vbi ærugo & tinea corrumpit. Primùm demiror, cur hæc duo uocabula *σὴς καὶ βρῶσις*, fuerint permutata: neque enim dubium est, quin *σὴς* tineam declaret, etymologia (ni fallor) Hebræa à סס, quæ uox Hebræis tineam declarat, ut Esaiæ quinquagesimoprimo, c8. Aerugo igitur respondet *τῇ βρώσει*, quæ tamen posteriore loco hìc ponitur. Deinde pro ærugine ubique lego *ἰῷ*, ut Iacob. quinto, a.3. *βρῶσις* nusquam. Quare existimo hoc uocabulum latius patère, quo scilicet intelligantur omnia quæ solent ea depasci quæ in terra sunt defossa, siue sint tineæ, siue quidpiam aliud. Quamobrem idem Iacobus uestimenta uocat *σητόβρωτα*, quòd à tineis uorentur. Itaque generaliter erosionem uertimus, quum *βρῶσις* etiam pro cibo accipiatur, quasi denorationem dicas. Cyprianus (ut Eraſmus notat) uertit alicubi Comestura: quod uerbum apud Catonem quoque repetitur. Cæterùm *ἀφανίζει*, hoc loco sum interpretatus corrumpit, ex Luca, qui in hac eadem re utitur uerbo *διαφθείρει*, quum paulo antè sim interpretatus *ἀφανίζουσι*, obscurant, etymologiam uerbi sequutus. Perfodiunt, *διορύσσουσιν*. Vulgata, effodiunt: id est, *ἐκφέρουσιν*. quod emendauit Eraſmus. 21 Vbi est, *ἔστιν ὁ θησαυρός*. Eraſmus, fuerit: id est, *ἦν ὁ θ.*

23 Malus

A ἐὰν δὲ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρὸς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά σου σκοτεινὸν ἔσται. εἰ οὖν τὸ φῶς τὸ ἐν σοί, σκότος ἐστί, τὸ σκότος πόσον;

23 Quòd si oculus tuus malus fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Ergo si lumẽ quod est in te, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ? Oculus.

οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν. ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει· ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει. οὐ δύνασθε θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ.

24 Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim unũ habebit odio, & alterum diliget: aut uni adhærebit, & alterum contemnet. non potestis Deo seruire, & mammonæ. Luc.16.c.13. Deum & diuitias.

διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν, τί φάγητε, καὶ τί πίητε· μηδὲ τῷ σώματι ὑμῶν, τί ἐνδύσησθε. οὐχὶ ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος;

25 Propterea dico uobis, ne sitis sollicíti de anima uestra quid edatis, aut quid bibatis: neque de corpore uestro, quo induamini. non ne anima plus est quàm alimentum, & corpus quàm indumentum? Sollicitudo de uictu & uestitu tollenda. Psal.54.d.23. Luc.12.c.22. Philip.4.a.6. 1.Timot.6.b.8. 1.Pet.5.c.7. Volatilia.

ἐμβλέψατε εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι οὐ σπείρουσιν, οὐδὲ θερίζουσιν, οὐδὲ συνάγουσιν εἰς ἀποθήκας, καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τρέφει αὐτά. οὐχ ὑμεῖς μᾶλλον διαφέρετε αὐτῶν;

26 Inspicite in uolucres cœli: nam non serunt, neque metunt, neque cogunt in horrea, & pater uester cœlestis alit illa. non ne uos multo præstatis eis?

τίς δὲ ἐξ ὑμῶν μεριμνῶν δύναται προσθεῖναι 27 ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα;

Quis autem ex uobis sollicitè cogitando, potest apponere ad staturã suam cubitũ unum?

καὶ περὶ ἐνδύματος τί μεριμνᾶτε; καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ, πῶς αὐξάνει· οὐ κοπιᾷ, οὐδὲ νήθει. 28

Ac de indumento quid solliciti estis? perdiscite, quomodo lilia agri crescant: non fatigantur, neque nent. Lilia.

B λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι οὐδὲ Σολομὼν ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ περιεβάλετο ὡς ἓν τούτων. 29

Sed dico uobis, quòd ne Solomon quidẽ in uniuersa gloria sua sic amictus fuit ut unũ ex istis.

23 Malus, πονηρὸς, uel sceleratus. Ex Hebræorum idiotismo malus oculus de quauis deprauata & uitiosa cupiditate dicitur. Videtur autem hic locus sumptus ex Deut. capite 15.b.9. cum quo etiam comparari potest quod infrà scriptum est 20.b.5. ut planè existimem, simplicem hic oculum uocari liberalem & propensum ad beneficentiam: cui opponatur malignus, id est illiberalis, & aliorum inopiam despiciens, atque adeò qui alterius etiam liberalitate offendatur. Adhuc enim hic agitur de liberalitate Christiana. 24 Vnum, τὸν ἕνα. Erasmus, hunc. id est, τὸν μέν: quia (inquit) alioquin bis uidebitur res eadem inculcari. Atqui nõ est nouũ, bis idem dicere in communi sermone. Atq; utinam toties hoc dictum esset, ut possemus non obliuisci. Aut uni adhærebit, ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται. Vetus interpres, Aut unum sustinebit: ut uideatur legisse, ἕνα ἀνέξεται. Mammonæ, μαμωνᾷ. id est, delicijs & auaritiæ. Vox est Syriaca, significans quæcunque ad rem pecuniariam pertinent. 25 De anima uestra, τῇ ψυχῇ ὑμῶν. id est, de uita uestra toleranda, ficut apparet ex ijs quæ cohærent. Aut quid bibatis, διὰ τί πίητε. Erasmus, quid bibituri sitis. Hanc particulam reperi in omnibus exemplaribus Græcis, quæ quidem mihi uidere contigit, quamuis superuacuam esse censet Erasmus: quasi nomine cibi, etiam potus intelligatur: quam synecdochem, etiamsi uera sit, tamen uereor ut plerisque possit facilè persuadere, ut quidem nunc sunt homines crapulæ dediti. Plus, πλεῖόν. Eras. pluris. Quàm alimentum, τῆς τροφῆς. Vulgata, esca, id est βρώματος, quo uerbo non uidetur potus comprehendi, nisi συνεκδεχικῶς. Erasmus, quàm cibus, id est, σίτου: rectè quidem, sed συνωνύμως. 26 Inspicite, ἐμβλέψατε. Vulgata, respicite, id est, ἀναβλέψατε. Erasmus, uertite oculos, ἐπιστρέψατε. In uolucres, εἰς τὰ πετεινά. Vulgata & Erasmus, uolatilia. quod nusquam legi absque addito appellatiuo. Cœli, οὐρανοῦ: id est aereas, siue in aere uersantes. Nam cœlum pro aere usurpare, omnibus penè linguis usitatum est. Appellatiuorum autem genitiuis uruntur Hebræi adiectiuorum loco, ut omnes norunt. Cogunt, συνάγουσιν. Vulg. congregant, id est, συναθροίζουσιν. Erasmus, conuehunt, id est συνάγουσιν. Cicero in hac significatione sæpe etiam utitur uerbo Conducendi, quod respondet τῷ συνάγειν. Præstatis eis? μᾶλλον διαφέρετε αὐτῶν: Vulgata, magis pluris estis illis? Erasmus, longè præcellitis illa? Verbum διαφέρειν comparationem declarat: significat enim præstare, & excellere, id est προέχειν. Illud autem μᾶλλον Græci coniungunt etiam comparatiuis, maioris emphasis causa. cuius constructionis exempla passim occurrunt: sicut apud Plautum aliquoties particula Magis adiungitur comparatiuis. Nos igitur ut aliquo modo experiremur hunc pleonasmum, perinde uertimus ac si scriptum esset, πολὺ διαφέρετε. 27 Sollicitè cogitando, μεριμνῶν. Vulg. cogitans. plus est μεριμνῶν, id est sollicitum esse, quàm cogitare, ut notat Erasmus. cuius opinionem confirmat Ciceronis illud Tusc. 4. Sollicitudo, est ægritudo cum cogitatione. Itaque μεριμνῶν deriuant Grammatici παρὰ τὸ μερίζειν τὴν νοῦν, quòd sollicitudo animum (ut inquit Virgilius) rapiat in partes uarias. Neque uerò hæc addidissem, nisi ex propria huius uerbi ui & significatione pendèret tota explicatio huius doctrinæ, qua nonnulli ociosi uentres ad mendicitatem suam propugnandam abutuntur: quum Christus non uetet, imò uerò iubeat, nos labore nictum quærere, & curare rem domesticam: sed sollicitudinem prohibeat, & anxietatem animi, cui semper coniuncta est diffidentia. Apponere, προσθεῖναι, id est addere, ut uertit Erasmus: uel addijcere, ut interpretatur Vulgata. Horatius, Et illi quos tibi dempserit, apponet annos. Staturam, ἡλικίαν: uel, si mauis quantitatem, id est ποσότητα. Nam ἡλικίας nomine, hoc quidem loco nõ significatur ætas, sed ipsa corporis (ut ita dicã) quãtitas, ac magnitudo, formato nomine ab ἥλιξ, id est quãtus. Sic etiam accipi uidetur semel apud Plutarchum libro περὶ παίδων ἀγωγῆς, ubi τὸν παῖδα ait ἡλικίαν καλεῖν, id est αὐξάνεσθαι. 28 Perdiscite, καταμάθετε. Erasmus, cognoscite, id est γινώσκετε. Vulgata, considerate, ἐνοήσατε. uel κατανοήσατε, siue σκοπεῖσθε. Agri, ἀγροῦ. Hebraismus, pro agrestia, uel agrorum. id est, quæ passim in agris occurrunt. Non fatigantur, οὐ κοπιᾷ. Vulg. & Erasm. non laborant. id est, οὐ νήθει, uel ἐργάζεται. Hebraicum quoque uerbum עמל hæc omnia declarat. 29 In, ἐν. Sic loquuntur Hebræi, & interdum Græci: Latini uerò ferè particulam Cum usurpant. uide infrà capite 11. c. 21. Amictus fuit, περιεβάλετο. Vulgata, coopertus, συνεκαλύφθη, nimium generaliter: quamuis id sequatur paulo pòst Erasmus. Sed illud Latinum Græco prorsus respondet.

Fœnum. Quòd ſi herbam agri quæ hodie exiſtit, & cras in clibanũ mittitur, Deus ita circumueſtit: non ne uos multo magis: ô parum fideles?

Ne ſitis igitur ſolliciti, dicẽtes: Quid edemus, aut quid bibemus, aut quo amiciemur?

(Nã omnia iſta gentes requirunt:) nouit enim Pater ueſter cœleſtis, quòd indigeatis his omnibus.

Regnum Dei, & eius iuſticia. Sed quærite primò regnum Dei, & iuſtitiam eius, & iſta omnia adijcientur uobis.

Ne ſitis igitur ſolliciti de craſtino: nam craſtinus dies ſollicitus erit de rebus ſuis: ſufficit diei afflictio ſua.

30 εἰ δὲ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ σήμερον ὄντα, καὶ αὔριον εἰς κλίβανον βαλλόμενον, ὁ θεὸς οὕτως ἀμφιέννυσιν, οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς, ὀλιγόπιστοι; A

31 μὴ οὖν μεριμνήσητε, λέγοντες· τί φάγωμεν, ἢ τί πίωμεν, ἢ τί περιβαλώμεθα;

32 πάντα γὰρ ταῦτα τὰ ἔθνη ἐπιζητεῖ. οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος, ὅτι χρῄζετε τούτων ἁπάντων.

33 ζητεῖτε δὲ πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν.

34 μὴ οὖν μεριμνήσητε εἰς τὴν αὔριον· ἡ γὰρ αὔριον μεριμνήσει τὰ ἑαυτῆς. ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς.

CAP. VII.

Non iudicandũ de proximo. Luc.6.e.37. Rom.2.a.1. 1.Cor.4.a.5. Marc.4.c.25. Luc.6.f.38. NE iudicetis, ut ne iudicemini.

Quo enim iudicio iudicatis, iudicabimini: & qua menſura metimini, uicisſim metientur uobis alij.

Quid autem aſpicis feſtucam quæ eſt in oculo fratris tui, trabem autem quę eſt in oculo tuo non animaduertis?

Luc.6.f.42. Aut quomodo dicis fratri tuo, Sine ejiciam

ΚΕΦ. ζ.

1 Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε.

2 ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε· καὶ ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν.

3 τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ δοκὸν οὐ κατανοεῖς; B

4 ἢ πῶς ἐρεῖς τῷ ἀδελφῷ σου, ἄφες ἐκβάλω τὸ

30 Herbã, χόρτον. Vulgata, fœnum. Eraſmus, gramen. Ego uerò herbam potius conuerti, quæ de ſegetibus etiam dicitur: fœnum uerò & gramen (ni fallor) non item. de ſegetibus aũt hic agit, ut opinor. Quæ hodie exiſtit, σήμερον ὄντα. Eraſm. quod hodie quum ſit. Sic Demoſth. περὶ στεφάνου· ὑμῶν τοῦτον ἀδικούντων καὶ ὄντων: id eſt, uiuis & ſuperſtitib. Atheniẽſib. id eſt quod uulgò dicimus, Eſſe in natura. Non ne uos multo magis, οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς. Vulg. quanto magis uos: id eſt πόσῳ μᾶλλον ὑμᾶς. Eraſ. longius à Græco recedens, An non multo magis uobis id faciet? O parum fideles! ὀλιγόπιστοι! Vulg. modicæ fidei. non ſatis exprimens τὸ ὀλίγον. Eraſm. parum fidentes. & alibi, exigua fiducia præditos interpretatur. Ego, quum πιστὸς ubique uertam fideles, eandem rationem ſum ſequutus in conuertendis compoſitis. Sed hoc obſeruandum eſt, in Sacris literis plerunque πίστις dici fiduciam: à qua denominantur πιστοί, non tam qui fidem daram ſeruent, quàm qui fidem habeant Dei promiſsis, de quo copioſius alibi dicemus. 32 Requirunt, ἐπιζητοῦσι. Eraſmus, exquirunt: id eſt, ἐρευνῶσι. Vide infrà 12.c.39. 33 Adijcientur, προστεθήσεται. Paulo antè uſi ſumus apponendi uerbo, quod Græco reſpondet: ſed hic fuiſſet obſcurius. 34 De craſtino, εἰς τὴν αὔριον: id eſt, περὶ τῆς αὔριον, ut etiam legit Clemens in Pædagogo. Vulgata & Eraſm. ad uerbũ, in craſtinum. Sed hoc dicendi genere ſignificatur uel differri aliquid in diem ſequentem, ut Act. 4.a.3. uel, rei continuatio ad certum uſque tempus. Homer. Odyſſ. ξ. μῦθοι τοιοῦτοι ἐπιτρέπουσιν ἐς ἠῶθεν. Sed neutrum hic ſignificari puto, ac potius Hebræorum phraſim eſſe: apud quos reperio ל interdum ſignificare propter. cuius exemplum habes huic noſtro prorſus ſimile, Prouer. 27.a.1. Sollicitus erit de rebus ſuis, μεριμνήσει τὰ ἑαυτῆς. Vulg. ſollicitus erit ſibi ipſi: id eſt, μεριμνήσει ἑαυτῇ. ſicut in Victoriano codice ſcriptum reperimus. Eraſm. Curam habebit ſui ipſius: id eſt, φροντίσει ἑαυτῆς. Afflictio ſ. κακία αὐτῆς. Vulg. malitia ſua. Ponitur autem κακία pro κάκωσις, ut annotat ex ueteribus Eraſmus: ſicut etiam (ut opinor) Virgilius laborem improbum uocauit: alioquin hoc uocabulum uitioſitatem declarat, interprete Cicerone.

IN CAP. VII.

1 Ne iudicetis, μὴ κρίνετε. Vulgata, Nolite iudicare: quo modo ferè ſolet explicare particulam μὴ, ſequente imperandi modo, quem etiam mutat in infinitum: idq; dicendi genus impoſuit Auguſtino, qui ex hac uoce, Nolite, quæ tamen in Græco non eſt, arripit anſam philoſophandi de libero arbitrio, libro de Gratia & Libero arbitrio, cap. 2. quod uidit & annotauit ſuperiore capite Eraſmus. Vt ne iudicemini, ἵνα μὴ κριθῆτε. Vulg. & non iudicabimini, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε. Eraſmus omiſit particulam Vt. Pro eo autem quod in Vulgata additur, Nolite condemnare, & non condemnabimini: quod etiam arbitratur Eraſmus ex margine in contextum irrepſiſſe, in octauo exemplari manu ſcripto legimus, μὴ καταδικάζετε, καὶ οὐ καταδικασθῆτε, quod expreſſum eſt à Vulgata. C

2 Quo enim, ᾧ γάρ. Vulg. in quo enim. Eraſmus rectè expunxit particulam ᾧ, quam Latini in hoc quidem dicendi genere non exprimunt. Sic Demoſthenes περὶ στεφάνου, ᾧ δυοῖν ὀβολοῖν ὠνήσασθε. id eſt ad uerbum, In duobus obolis ſpectaſſent. Iudicabimini, κριθήσεσθε. Eraſmus, Iudicabitur de uobis. Illud enim reijcit, quia Latinè exiſtimat iudicatum non dici eum de quo iudicatum eſt. Atqui Liuius participio ſic utitur, quum inquit: Eximendo de medio ciues ueſtros, prohibendo iudicatos addictosq; duci. Viciſsim metientur alij, ἀντιμετρηθήσεται. Vulg. ad uerbũ, remetietur, impersonaliter. Eraſm. ea metientur uobis alij. Mihi uerò uidetur, Remetiri plerunq; idem ualere, quod iterũ metiri. hic autem addita particula ἀντί, aliquid amplius declarat, fore ſcilicet ut menſura menſurã exæquet. Idq; etiã optimè reſpõdet Hebræorũ prouerbio, quod apud illos circunfertur, מדה כנגד מדה, id eſt mẽſura pro mẽſura. pro quo Latini dicũt par pari referre: id eſt, ἴσον ἴσῳ ἀποτίνειν. 3 Aſpicis, βλέπεις. Vulg. & Eraſ. uides. Sed præterquã quod βλέπειν plus eſt (ut antè dixi) quàm ὁρᾶν, ſenſus etiam uidetur poſtulare, ut illo uerbo utamur. Nec enim damnatur qui uel fratris, uel ſuos errores uidet & intelligit, ſed qui in alienos intuetur ſtudio reprehendendi, ſuos autem diſsimulat: quod ſtudium, uerbo Aſpiciendi potius quàm Videndi declaratur.

4 Quomodo, πῶς, id eſt qua fronte: ſicut uulgo etiam dicimus Comment. Eſt enim admirantis potius, quàm ſimpliciter interrogantis. quo modo etiam accipi puto Luc.1.d.14. Dicis, ἐρεῖς. ab ἐρῶ. Eraſm. dices, ab ἐρῶ. Sed illud βλέπεις, quod præceſsit, indicat (ni fallor) conuertendum potius eſſe tempore præſenti. Sine, ἄφες. Ad uerbum,

A καρφὸν ἀπὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου· καὶ ἰδοὺ ἡ δοκὸς ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου.

ὑποκριτά, ἔκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου, καὶ τότε διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ καρφὸς ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ ἀδελφοῦ σου.

μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσί, μηδὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων· μήποτε καταπατήσωσιν αὐτοὺς ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν, καὶ στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς.

αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν· ζητεῖτε, καὶ εὑρήσετε· κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν.

πᾶς γὰρ ὁ αἰτῶν, λαμβάνει· καὶ ὁ ζητῶν, εὑρίσκει· καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται.

ἢ τίς ἐστιν ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃν ἐὰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ;

ἢ καὶ ἰχθὺν αἰτήσει, μὴ ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ;

εἰ οὖν ὑμεῖς, πονηροὶ ὄντες, οἴδατε δόματα ἀγαθὰ διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, δώσει ἀγαθὰ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν;

B πάντα οὖν ὅσα ἂν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς· οὗτος γάρ ἐστιν ὁ νόμος, καὶ οἱ προφῆται.

εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης· ὅτι πλατεῖα ἡ πύλη, καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν, καὶ πολλοί εἰσιν οἱ εἰσερχόμενοι δι' αὐτῆς.

ὅτι στενὴ ἡ πύλη, καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀ-

festucam ex oculo tuo: & ecce trabes in oculo tuo?

Hypocrita, eijce primùm trabem illam ex oculo tuo, & tum dispicies ut eijcias festucam ex oculo fratris tui.

Ne detis quod sanctum est canibus: nec abiceritis margaritas uestras coram porcis: nequando conculcent eas pedibus suis, & uersi lacerent uos.

Petite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Infrà 21.b.22. Marc.11.c.24. Luc.11.b.9. Ioan.14.b.13. & 16.c.14. Iacob.1.a.6.

Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur.

Nam quis ex uobis est homo, à quo si filius eius petierit panem, num lapidem dabit ei?

Et si piscem petierit, num serpentem dabit ei?

Si uos igitur, quum sitis mali, nostis dona bona dare liberis uestris, quanto magis Pater uester qui est in cœlis, dabit bona petentibus ab ipso?

Omnia igitur quæ uolueritis ut faciãt uobis homines, ita & uos facite eis. ista enim est Lex & Prophetæ. Luc.6.c.31. Tob.4.c.16.

Introite per angustam portam: quoniam lata est porta & spacioſa uia quæ abducit in exitium, multiq; sunt qui introeunt per eam. Via lata & arcta. Luc.13.c.24.

Quia angusta est porta, & stricta uia quæ ab-

bum, dimitte: uel, omitte. Interdum autem necesse est ut idiomati aliquid demus. Abundat uocabulum Frater in Vulgata, ut annotauit Erasmus. Certè in nullis exemplaribus reperimus: uidetur tamen optimè blanditias illas hypocritarum declarare. Eijciam, ἐκβάλω. Eras. eximam. quod melius respondet τὸ ἐξελεῖν. Idem sequenti uersiculo eijcere interpretatur. Trabs uel trabes, ἡ δοκὸς. Vulg. trabs est. Sed regi puto hanc particulam ab aduerbio, ἰδοὺ: id est, ecce. Itaque abundat uerbum substantiuum apud Veterem interpretem, quod tamen uult suppleri Erasmus ex Graza. Poscit autem ratio antithesis, ut ὑφ' ᾧ hic significet festucam potius quàm paleam. 5 Trabem illam, τὴν δοκὸν. Vulgata & Erasmus articulum non expresserunt, qui tamen uidetur hoc loco habere uim ἀναφορᾶς, id est, relationis. Dispicies ut eijcias, διαβλέψεις ἐκβαλεῖν. Vulgata, uidebis eijcere. Ad uerbum, dispicies eijcere. Versionem quam sum sequutus, probauit etiam Erasmus in annotationibus: quamuis in eius uersione legatur perspicies, quod respõdet quoq; eidem uerbo, διαβλέπειν, sed diuerso sensu. 6 Quod sanctum est, τὸ ἅγιον. Sic rectè Eras. uertit, ut ostenderet Sanctum esse neutri generis, quod apud Græcos ex articulo cognoscitur. Vulgata, sanctum. In uetustis exemplaribus 4. & 9. legebatur in plurali, τὰ ἅγια, id est sancta. Pedibus suis, ὑπὸ τοὺς ποσίν. Ad uerbum, in pedibus suis: id est, inter pedes suos. nisi ὑπὸ accipias pro Per, Hebræorũ more. quod utrunque notat Erasmus. Versi, στραφέντες. Id quum uideatur quibusdam ad canes pertinere, ideo addunt pronomen illi. Potest tamen utrunque ad canes simul & porcos referri. Lacerent, ῥήξωσι. Vulgata, dirumpant, impropriè: quamuis, τὸ ῥηγνύναι etiam rumpere declaret. 9 Nam quis, ἢ τίς, uel, nunquis. Eraſm. An quisquam. ἢ particula, uel interrogandi uim, uel ratiocinandi hoc quidem loco commodè habere potest. Quòd autem Vulgata conuertit, Aut quis: certè non conuenit, quum hic non sit locus disiunctiuæ. Idem etiam factum infrà, cap. 12. c. 29. Ex uobis homo, ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος. Eraſm. uestrûm homo: eodem sensu. Quòd aũt additur appellatiuum Homo, id non modò (ut opinor) factum est ex Hebræorum idiotismo, sicut alibi frequenter, ut infrà 12.a.11. Sed fortasis etiam aliquam uim habet, ut apparet ex conclusione, argumentatur enim à comparatis. A' quo si filius eius petierit panem, ὃν ἐὰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον. Vulgata, ad uerbum, Quem si filius suus petierit panem: Græca constructione seruata. quam imitatus Virgilius, dixit: Pacem te poscimus omnes. pro, A' te. Eraſmus, Qui si filius eius petierit panem: testatus se à Græcis paulùm deflexisse. Num lapidem dabit ei? μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; Vulg. Nunquid lapidem porriget ei? id est, μή τι λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ. Eraſm. lapidem daturus sit illi? Repetitio particulæ interrogantis, & eclipsis nominatiui ante uerbum ἐπιδώσει, constructionem faciunt paulo duriorem. quo dicendi genere rursus utitur infrà 12.a.11. & 2.Cor.12.f.17. Itaque Eraſmus paulo antè uertit relatiuũ nominandi casu, & μὴ interrogationis aduerbium sustulit. Ego quum sensum uiderem minimè obscurum esse, nihil uolui mutare. Verbum autem ἐπιδιδόναι, hoc quidem loco idem ualet quod simplex διδόναι, ut rectè interpretatus est Eraſmus: qui tamen sequenti uersiculo uti maluit uerbo porrigendi. Veterem interpretem sequutus. 11 Petentibus ab ipso? τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν: Eraſmus sensum conuertit, non uerba: Si postuletis ab ipso? id est, ἐὰν αἰτῆτε αὐτόν;

12 Quæ, ὅσα. Ad uerbum, quot. sed apud Atticos hæ particulæ subijciuntur uice articuli postpositiui, quem Græci uocant. 13 Qui introeunt, οἱ εἰσερχόμενοι. Vetusta exemplaria 6.8.12. habent, οἱ ἐρχόμενοι, qui incedunt, uel gradiuntur. 14 Quia angusta est, ὅτι στενὴ: subauditur ἐστὶ, est. Vetus interpres, Quàm angusta. Itaque existimat Eraſmus eum legisse. ὡς στενὴ, in quo non dubium est quin fallatur. Si quidem in uetustis codicibus legimus τί στενὴ, idq; Theophylactus Romanus ita interpretatur, quasi particula τί sit admirantis: & ita scriptum esset, βαθεῖα πόλεμος ἐστὶ στενὴ, id est, Papæ, quàm est angusta. Apparet igitur, Veterem quoque interpretem hanc lectionem &

interpretationem sequutũ esse. Nos tamen quia in codicibus impressis legimus ἐις, nihil mutandum putauimus. A
ducit in uitam : & pauci sunt qui inueniant eam. πάγουσα εἰς τὴν ζωὴν, καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εὑρίσκοντες αὐτήν.

Falsi prædicatores. Cauete uerò uobis à pseudoprophetis, qui ueniunt ad uos cum indumentis ouium: sed intrinsecus sunt lupi rapaces. 15 προσέχετε δὲ ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες.

Luc.6.g.43.44. A fructibus eorum agnoscetis eos . nunquid colligunt à spinis uuam, aut à tribulis ficus? 16 ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. μήτι συλλέγουσιν ἀπὸ ἀκανθῶν σταφυλὴν, ἢ ἀπὸ τριβόλων σῦκα;

Arbor & fructus. Ita omnis arbor bona fructus bonos fert: putris autem arbor fructus malos fert. 17 οὕτω πᾶν δένδρον ἀγαθὸν καρποὺς καλοὺς ποιεῖ· τὸ δὲ σαπρὸν δένδρον καρποὺς πονηροὺς ποιεῖ.

Non potest arbor bona fructus malos ferre: neque arbor putris fructus bonos ferre. 18 οὐ δύναται δένδρον ἀγαθὸν καρποὺς πονηροὺς ποιεῖν, οὐδὲ δένδρον σαπρὸν καρποὺς καλοὺς ποιεῖν.

Supra 3.b.10. Omnis arbor quę non fert fructum bonum, excidítur, & in ignem conijcitur. 19 πᾶν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται.

Nempe igitur ex fructibus ipsorum agnoscetis eos. 20 ἄρα γε ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς.

Rom.2.b.13. Iacob.1.d.22. Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, introibit in regnum cœlorum: sed qui facit uoluntatem Patris mei qui in cœlis est. 21 οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι, κύριε κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ οὐρανίου.

Multi dicent mihi in illo die: Domine Domine, non ne *per* nomen tuum prophetauimus, & *per* nomen tuum dæmonia eiecimus, & *per* nomen tuum multas uirtutes fecimus? 22 πολλοὶ ἐροῦσί μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· κύριε, κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι ἐπροφητεύσαμεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν; B

Luc.13.c.26.27. Psal.6.b.9. Ac tum profitebor eis: Nunquam noui uos. abscedite à me qui operamini iniquitatem. 23 καὶ τότε ὁμολογήσω αὐτοῖς, ὅτι οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς· ἀναχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν.

Luc.6.g.47. Omnis igitur qui audit ex me sermones istos, & facit eos, assimilabo illum uiro prudenti, qui 24 πᾶς οὖν ὅστις ἀκούει μου τοὺς λόγους τούτους, καὶ ποιεῖ αὐτούς, ὁμοιώσω αὐτὸν ἀνδρὶ φρονίμῳ, ὅστις ᾠκοδόμησε

In uitam, *εἰς τὴν ζωήν*. Erasmus, & Vulgata, ad uitam. Virg. Quò te uia ducit? in urbem? 15 Cauete, *προσέχετε*. Vulg. Attendite. quo modo nos etiam aliquoties : sed hoc loco sequuti sumus Erasmi uersionem, quæ uisa est melius conuenire. Cum indumentis, *ἐν ἐνδύμασι*. Vulg. in uestimentis. Eras. in uestitu: id est, *ἐσθῆσι*. Particulam autem *ἐν* in Latini in hoc dicendi genere ferè interpretantur per Cum, de quo dicemus infrà cap.11. c.21. & Act.1. b.10. Ouium, *προβάτων*. Translatitiè uocat oues, mansuetos & fraudis nescios homines, quales isti se esse toto habitu simulant. 17 Putris, *σαπρὸν*. Vulg. mala: id est, *κακὸν*. 18 Neque arbor, *οὐδὲ δένδρον*. Octauum uetus exemplar habebat, *οὐδὲ πάλιν δένδρον*: id est, neque rursus, uel neque contrà arbor. 19 Omnis arbor, *πᾶν δένδρον*. Sextũ uetus exẽplar interpositã habebat particulã, *οὖν* igitur. 20 Nempe igitur, *ἄρα γε*. Vulg. & Eras. igitur. Mihi uerò uidetur hæc particula idem ualere quod *ἄρα οὐ*. & præter illationem etiam habere uim confirmandi. 21 Qui facit, *ὁ ποιῶν*. Sic rectè Vulgata. Erasmus, qui fecerit: id est, *ὁ ποιήσας*. 22 Non ne, *οὐ*. Particula *ἀ*, quũ propriè sit negans indefinita, interdum tamen interrogantis uice fungitur: quod ex sola pronunciatione intelligitur, idq; quum affirmare uolumus id de quo quæritur, ut hoc loco. Apud Hæbræos autem huiusmodi interrogationes affirmationem augent. Per nomen tuum, *τῷ σῷ ὀνόματι*. Plerunque additur *ב* ex Hebræo in hoc dicendi genere : quod idcirco Vulgata expressit, quamuis in Græco sit prætermissum. Rectè autem Erasmus addidit præpositionem Per, quæ signum est causæ. Nã si uertas ad uerbum, nomine tuo, intelliges, *ὀνόματί σου*: id est, uice tua. Significat autem Nomen hoc loco celebrem illam Dei uirtutem, quam testatur quisquis Deum appellat. Virtutes, *δυνάμεις*. Ad uerbum, potestates. quo nomine ex Hebræorum idiotismo, qui גבורות dicunt, à consequenti intelliguntur quæcunque facta illam Dei infinitam potestatem testantur, quæ *ἐνεργήματα δυνάμεως* uocat Paulus, 1. Cor.12.b.10. nisi quòd uidetur ad certam speciem restringere, quia à dono sanationum & alijs distinguit. Accipiũtur igitur *δυνάμεις*, pro cœlestis *δυνάμεως* (id est uirtutis, & potestatis) effectis. qua significatione etiam accipitur apud Iustinum Apologetico posteriore, ubi agit de Simone mago: sed addit, *μαγικὰς*. Fecimus, *ἐποιήσαμεν*: Erasmus, præstitimus? Atqui præstare uirtutes, non magis Latinè dicitur, quàm facere. Commodius dici poterat, edidimus: sed quando semel fuit Hebraisandum, omnia integra seruaui. Erasmus interpretatur infrà capite 13. g.58. *ἐκβάλλειν*, edidit. 23. Profitebor, *ὁμολογήσω*: id est, palàm dicam. Vulgata & Erasmus, confitebor. Et certè *ὁμολογῶ* propriè significat confiteri : sed huic loco uisa est mihi aptior illa significatio, quum alioquin confitendi uocabulum retinere soleamus. Vide infrà cap.10.d.22. Qui operamini iniquitatem, *ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν*: id est, omnibus sceleribus & flagitijs addicti homines, Hebraico idiotismo, פועלי און : quem libenter sanè retinuimus, quòd uideatur quædam eius esse emphasis. nam *ἐργάζεσθαι* dicuntur, qui aliqua ex re quæstum quotidie faciunt: quo modo etiam Latini utuntur uerbo Facere. dicunt enim, Medicinam facere, Argentariam facere, & similia. Dicuntur ergo operari iniquitatem, & à Christo reijciuntur, non qui uno & altero scelere sunt contaminati, sed qui hanc uelut artem faciunt, ut sceleste agendo uitã tolerent, & Dei nomine abuntantur ad quæstũ, quo cupiditatib. suis satisfaciant. de quib. agit Paulus in 1. Tim. 6. b. 5. Videturq; hic locus ex Psal. 6. desumptus. Quidã maleficos interpretãtur, id est *δαιμονιῶδες*: cuius uocabuli ueritus sum ne quibusdã nimis angusta uideretur significatio. Ex uetustis exẽplarib. 6. & 8. habebant additũ *πάντες*, omnes: quod etiã reperitur apud Veterẽ interpretẽ. 24 Assimilabo, *ὁμοιώσω*. i. comparabo. Vulg. assimilabitur: id est, *ὁμοιωθήσεται*. quo modo etiã scriptũ erat in quarto ueteri exẽplari. Prudenti, *φρονίμῳ*. Vulgata, sapienti, *σοφῷ*. Interdũ tamen *φρονῶ*, uertemus Sapere, interdum Cogitare.

25 Pluuia.

A μησι τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν πέτραν.

καὶ κατέβη ἡ βροχὴ, καὶ ἦλθον οἱ ποταμοὶ, καὶ ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, καὶ προσέπεσον τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, καὶ οὐκ ἔπεσε· τεθεμελίωτο γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν.

καὶ πᾶς ὁ ἀκούων μου τοὺς λόγους τούτους, καὶ μὴ ποιῶν αὐτούς, ὁμοιωθήσεται ἀνδρὶ μωρῷ, ὅστις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν ἄμμον·

καὶ κατέβη ἡ βροχὴ, καὶ ἦλθον οἱ ποταμοὶ, καὶ ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, καὶ προσέκοψαν τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἔπεσε, καὶ ἦν ἡ πτῶσις αὐτῆς μεγάλη.

καὶ ἐγένετο ὅτε συνετέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς λόγους τούτους, ἐξεπλήσσοντο οἱ ὄχλοι ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ.

ἦν γὰρ διδάσκων αὐτοὺς ὡς ἐξουσίαν ἔχων, καὶ οὐχ ὡς οἱ γραμματεῖς.

ΚΕΦ. η'.

Κατα βάντι δὲ αὐτῷ ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοί.

καὶ ἰδοὺ λεπρὸς ἐλθὼν προσεκύνει αὐτῷ, λέγων· κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι.

B καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἥψατο αὐτοῦ ὁ Ἰησοῦς, λέγων· θέλω, καθαρίσθητι. καὶ εὐθέως ἐκαθαρίσθη αὐτοῦ ἡ λέπρα.

καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· ὅρα μηδενὶ εἴπῃς· ἀλλ' ὕπαγε, σεαυτὸν δεῖξον τῷ ἱερεῖ, καὶ πρόσενεγκε τὸ δῶρον ὃ προσέταξε Μωσῆς, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς.

εἰσελθόντι δὲ τῷ Ἰησοῦ εἰς Καπερναούμ, προσῆλθεν αὐτῷ ἑκατόνταρχος, παρακαλῶν αὐτὸν,

καὶ λέγων· κύριε, ὁ παῖς μου βέβληται ἐν τῇ οἰκίᾳ παραλυτικὸς, δεινῶς βασανιζόμενος.

ædificauit domum suam super petram.

25 Tunc descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & inciderunt domui illi: & non cecidit. fundata enim fuerat super petram.

26 Et omnis qui audit ex me sermones hos, & non facit eos, assimilabitur uiro fatuo, qui ædificauit domum suam super arenam.

27 Tunc descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & impegerunt domui illi: & cecidit, & fuit casus eius magnus.

28 Et factum est quum finisset Iesus sermones istos, percellebatur turba super doctrina ipsius. Mar. 1.b. 12. Luc. 4.c. 32.

29 Docebat enim eos ut habens authoritatem, & non ut Scribæ.

CAP. VIII.

1 QVum descendisset autem de monte, sequuta est eum turba multa.

2 Et ecce leprosus ueniens adorauit eum, dicens: Domine, si uelis, potes me purgare. Marc. 1.d. 40. Luc. 5.c. 12.

3 Extensaq; manu tetigit eum Iesus, dicens: Volo, purgator. Statim igitur purgata fuit eius lepra.

4 Tunc dicit ei Iesus: Vide *ut* nulli dicas: sed abi, indica teipsum sacerdoti, & offer donũ illud quod iniunxit Moses, in testimonium ipsis. Leuit. 14. 2. 4.

5 Ingressum autem Iesum in Capernaum, adijt Centurio, precans eum, Centurionis fides. Luc. 7. 2. 1.

6 Et dicens: Domine, puer meus proiectus est domi paralyticus, uehementer uexatus.

25 Pluuia, βροχὴ, à βρέχειν: id est, à rigando. Erasmus, imber: id est, ὄμβρος, aut potius ὑμὴν. Incidérunt domui, προσέπεσον τῇ οἰκίᾳ. Vulgata & Erasmus, irruerunt in domum: id est, ὡρμήσαν εἰς τὴν οἰκίαν. Liuius, Quum fuga trepidum, ac pauore incidentem portis. Cecidit, ἔπεσε. Erasmus, est prostrata. & paulo pòst, deiecta est: id est, διερράγη. 27 Impegerunt domui illi, προσέκοψαν τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ. Vulgata, irruerunt, ut suprà: quum hic diuerso uerbo utatur Euangelista. Casus, πτῶσις. Horatius, Grauiore casu decidunt turres. Vulgata & Erasmus, ruina. 28 Et factum est, καὶ ἐγένετο. Hebraicum dicendi genus, ויהי. Ideo addere solet Erasmus particulam Vt: sed malo retinere Hebraismum, quo uix quicquam occurrit frequentius. Finisset, συνετέλεσεν. Vulgata, consummasset: quo etiam alicubi uti cogimur, ut Ioannis cap. 19. c. 30. Idem autem hic ualet συντελῶν, quod simplex τελῶν, cuius alioqui multiplex est significatio. Percellebatur, ἐξεπλήσσοντο, uel obstupescebat. Vulg. admirabantur: id est, ἐθαύμαζον. quod quidem minus aliquid significat, quàm ἐκπλήσσεσθαι. Ad uerbum, excutiebantur. nam qui obstupescunt, illis ueluti ualido aliquo ictu mens excutitur. 29 Docebat, ὡς διδάσκων. Vulgata, ad uerbum, Erat docens. Periphrasis Hebræa, Græcis etiam familiaris: cuius tamẽ interdum ea uis est, ut morã significet, & perseuerantiam in aliqua re facienda: quamobrem etiam alicubi retinuimus. Authoritatem, ἐξουσίαν. Vulgata, potestatem: id est, δύναμιν. quod rectè annotauit Erasmus. quãquã sæpe pro potestate accipitur, ut infrà cap. 8. b. 9. Ipse igitur uertit Authoritatem, id est αὐθεντίαν. quam interpretationem hoc loco & alibi sæpe sequuti sumus. Nam licentiæ uocabulum, quamuis Græco uocabulo ἐξουσίας opponatur, tamen repudio, quia plerũque in uitio ponitur, & potestatem significat ab alio acceptam, quæ scilicet non conuenit αὐτοπράτορι, id est illi cui merum est imperium, qualem hic sese præstabat Christus, in doctrina cœlesti promulganda se planè Deum ostendens, à quo Lex ipsa esset perlata, quiq; pro suo iure de uita & morte differeret.

IN CAP. VIII.

3 Purgator, καθαρίσθητι. Vulgata rectè ad uerbum, mundare: uel, munderis. sed uitanda fuit amphibolia, quæ quidem in Græco nulla est. Eras. mundus esto: quod potius exprimit neutrum absolutũ, quum καθαρίσθω sit passiuum. 4 Vt nulli dicas, μηδενὶ εἴπῃς. Erasmus, ne cui: id est, μήτινι. Donum illud, τὸ δῶρον. De certo munere loquitur. Itaque articulum ab alijs omissum expressimus. Iniunxit, προσέταξεν. Vulg. præcepit. Erasmus, iussit: id est, ἐνετείλατο. Vide suprà cap. 1. d. 24. 5 Ingressum autem Iesum, εἰσελθόντι δὲ τῷ Ἰησοῦ. Vulgata, Quum autem introisset: neque additur nomen Iesũ, cuius etiã loco Vetusta omnia habebant, αὐτῷ ipso. Eras. Porrò quum ingressus fuisset Iesus. Nos uerbum εἰσέρχεσθαι, quum idem ualeat quod εἰσιέναι, modò introire, modò ingredi, sumus interpretati: quanquam hoc postremum potius respondet τῷ ἰσιέναι. Cæterùm uti uoluimus quarto casu potius quàm sexto, uel periphrasi, propterea quòd tertius hic casus minimè ponitur absolutè, sed refertur ad uerbum proximum προσῆλθεν: cui additur relatiuum αὐτῷ, redundans ex idiotismo Hebræo. quo etiam Ionicam dialecton uti, alibi admonuimus. Precans, παρακαλῶν. Vulgata, rogans: id est, δεόμενος. Eras. obsecrans: id est, πίτνιασκόμενος. Alij, supplicans: id est, ἱκετεύων. 6 Puer, ὁ παῖς: Vel filius, uel seruus. Nam historia quæ apud Lucam narratur cap. 7. a. 2. etsi multis in rebus est isti similima, tamen, ut nonnulli indicant, ex multis circunstantijs diuersa est: ut hic fortasse non de seruo, sed de filio agatur. Vtcunque sit, pueri etiam à Latinis serui dicuntur, sicut apud Hebræos נער

& puerum & ministrum declarat. Proiectus est, βέβλητας: in lecto scilicet, quasi cadauer, sicuti sunt paralytici. Sic Verg. Sternitur & toto proiectus corpore, terræ. Vulg. iacet: id est, κεῖται. Eras. decūbit: id est, κλῖνεται. Vehemēter uex. δεινῶς βασανιζόμενος. Vulg. & malè torquetur: id est, λυπεῖται σφόδρα. Eras. grauiter discruciatur: id est, βαρέως αὐτεται. Nos δεινῶς interpretamur uehementē, & δεινότητα uehementiā. Itaq; etiam δεινῶς uehementer. quod etiā tribuimus aduerbijs σφόδρα & λίαν, quando uerbis adiunguntur: neque enim Græcorum copiam assequi possumus.

A

Tunc dicit ei Iesus: Ego quum uenero, sanabo eum.

7 καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· ἐγὼ ἐλθὼν θεραπεύσω αὐτόν.

Et respondens Centurio, dixit: Domine, non sum dignus ut meum sub tectū ingrediaris: sed solū effare sermonem, & sanabitur puer meus.

8 καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἑκατόνταρχος ἔφη· κύριε, οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς· ἀλλὰ μόνον εἰπὲ λόγῳ, καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς μου.

Nam & ego sum homo sub potestate *constitutus*, & habeo sub me milites: & dico huic, Proficiscere, & proficiscitur: & alteri, Veni, & uenit: & seruo meo, Fac hoc, & facit.

9 καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν, ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας· καὶ λέγω τούτῳ, πορεύθητι, καὶ πορεύεται· καὶ ἄλλῳ, ἔρχου, καὶ ἔρχεται· καὶ τῷ δούλῳ μου, ποίησον τοῦτο, καὶ ποιεῖ.

Hæc autem quum audisset Iesus, miratus est, & ait sequentibus: Amē dico uobis, ne in Israel quidem tantam fidem inueni.

10 ἀκούσας δὲ ὁ Ἰησοῦς, ἐθαύμασε, καὶ εἶπε τοῖς ἀκολουθήσασιν· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον.

Gentium uocatio.

Dico autem uobis, quòd multi ab Oriente & Occidente uenient, & discumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cœlorum.

11 λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι πολλοὶ ἀπ' ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἥξουσι, καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

Iudæorum reiectio. Infrà 22. b. 13.

Filij uerò regni eijcientur in tenebras exteriores. illic erit fletus, & stridor dentium.

12 οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας ἐκβληθήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

B

Et dixit Iesus Centurioni: Abi, & ut credidisti, fiat tibi. Sanatusq; est puer eius in eo ipso momento.

13 καὶ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς τῷ ἑκατοντάρχῃ· ὕπαγε, καὶ ὡς ἐπίστευσας, γενηθήτω σοι. καὶ ἰάθη ὁ παῖς αὐτοῦ ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ.

Socrus Petri sanatur. Mar. 2. c. 29. Luc. 4. f. 38.

Et quum uenisset Iesus domum Petri, uidit socrum eius in lecto proiectam, & febricitantē.

14 καὶ ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν οἰκίαν Πέτρου, εἶδε τὴν πενθερὰν αὐτοῦ βεβλημένην καὶ πυρίσσουσαν.

Tetigitq; manū eius, & reliquit eam febris: & surrexit, ac ministrauit eis.

15 καὶ ἥψατο τῆς χειρὸς αὐτῆς, καὶ ἀφῆκεν αὐτὴν ὁ πυρετός. καὶ ἠγέρθη, καὶ διηκόνει αὐτοῖς.

Marc. 1. c. 32. Luc. 4. g. 40.

Quum autem serum *diei* esset, obtulerunt ei

15 ὀψίας δὲ γενομένης, προσήνεγκαν αὐτῷ δαι-

7 Sanabo, θεραπεύσω. Vulgata, curabo. Eras. medebor: qui tamen hanc uersionē meritò reiecit suprà cap. 4. d. 23. Certè hic ponitur pro ἰάσομαι, quo uocabolo postea utitur. 8 Dignus, ἱκανός. Eras. idoneus. Vide suprà cap. 3. c. 11. Vt meum, &c. ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς. Vulg. ut intres sub tectū meū. Eras. ut tectū meū subeas: qui tamen Lucæ 7. a. 6. sequitur Veterem interpretem. Rectè quidem uterque. sed ego ad uerbū conuerti, seruata etiā traiectione, quæ nonnihil habet uenustatis. Effare ser. εἰπὲ λόγῳ. Octo exēplaria uetusta sic etiam infrà cap. 12. e. 22. scriptum habebant, εἰπὲ λόγῳ, dic uerbo: quam etiā lectionē sequutus est Vetus interpres. Atque hoc modo εἰπὲ, id est dic, accipietur Hebraico more, pro iube. λόγῳ uerò significat loquutione & uerbis. perinde ac si diceret, Tantùm loquere: nā tātùm opus est ut uerbo iubeas. Alioquin λόγῳ nō uerbū, sed sermonē & orationē declarat. Mihi uerò sermonem ideo uertere placuit, quia profani quoq; scriptores uerbum hoc sacris oraculis attribuunt, uel eo exprimunt diuinam authoritatē. Cicero pro Domo sua, Effari uerbū solenne dixit, quum uim consecrationis notare uellet. hic aūt (ut iam dixi) de summo Christi imperio agitur, cui satis est dixisse. 9 Sub potestate *constitutus*, ὑπὸ ἐξουσίαν. Eras. alterius potestati subditus. Ego Vulgatam prætuli, non modò quia propius accedit ad Græca, sed etiā quia participium τεταγμένος, id est constitutus, suppleuit ex Luca. Sed tamen rectius fortasse legeris, κατ' ἐξουσίαν, pro quo uulgo dicimus, *en authorité ou en essai*. cuius coniecturæ duplicem affero rationē. Neque enim simpliciter dixit Centurio, ἐγὼ γάρ, sed καὶ γὰρ ἐγὼ. ut sit hoc argumentum integrum: Non opus est, Domine, ut tu ipse uenias: neq; enim dignus sum cuius tectum subeas. Impera duntaxat, & sanabitur puer meus. Nam ego quoque, qui tamen, si tecū conferar, uix umbrā habeo alicuius imperij: quia tamen sum præditus aliqua potestate, & seruos habeo quibus mandē quod libuerit, possum mādata mea per alios exequi. Deinde quod adijcit, Et habeo mihi subiectos milites: uidetur illi demum conuenire, qui sese dixerit aliqua præditum authoritate. Nolui tamen quicquam mutare ex coniectura. 11 Discumbent, ἀνακλιθήσονται. Translatio sumpta est à conuiuijs, quibus sæpe solet comparari uitæ æternæ fœlicitas. Nam ἀνακλίνεσθαι pro κατακλίνεσθαι hic ponitur. Latini recumbendi quidē uerbo utuntur, quod Vetus interpres usurpauit, simili etiam significatione, sed rarò. 12 Filij uerò regni, οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας: id est, quibus regnum quasi hæreditario quodam iure uidebatur destinatum, ut infrà cap. 9. b. 15. Filij thalami dicuntur, qui sunt ad nuptias inuitati. & Ioan. 17. c. 12. filius perditionis, homo exitio deuotus, ex Hebræorum idiotismo, qui haud satis scio an totidem Latinis uerbis exprimi possit. Certum quidem est, hoc nomine ornari Israelitas, quia iure adoptionis diuinæ sacerdotium regale erant, & regnum sacerdotale. Imò Deus Israelē filium suum uocat, & quidem primogenitum. Itaque non satis considerate Hebraismum hunc quidam Romana ciuitate donare tentauit: quia aliud est, esse regium filium, quàm ex eorum numero ad quos regnum pertinet. Deinde quicunque filij sunt regis, minimè succedunt in regnum. Exteriores, τὸ ἐξώτερον: id est, quæ extra sunt: ut intelligas extra regnum nullam esse lucem. 13 In eo ipso momento, ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ. Vulgata, ex illa hora. Eras. in hora illa. Vide infrà cap. 9. c. 22. Post hæc testatur Eras. cui adstipulantur ueteres codices, se additum reperisse, καὶ ὑποστρέψας ὁ ἑκατόνταρχος εὗρε τὸν παῖδα αὐτοῦ ὑγιαίνοντα: id est, & reuersus Centurio domum suam eo ipso momento, inuenit puerum suum ualentem. 16 Quum autem serum *diei* esset, Ὀψὲ δὲ γενομένου. Vulgata, Vespere autem facto: id est, ἑσπέρας δὲ γενομένης. Eras, Quum autem appetisset uespera. Li-

A niu s: Castrorũ oppugnatione: quia serum erat diei, abstinuere. Obtulerunt, προσήνεγκαν. Erasmus, adduxerunt: id est, προσῆγον. Sermone, λόγῳ. Vulgata & Erasmus, uerbo: id est, ῥήματι. Vide suprà uersu 8.

μονιζομένους πολλούς· καὶ ἐξέβαλε τὰ πνεύματα λόγῳ, καὶ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας ἐθεράπευσεν.

dæmoniacos multos: & eiecit spiritus sermone, omnesq; malè affectos sanauit.

ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος· αὐτὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασεν.

Vt impleretur quod dictum est per Esaiam prophetam, dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit, & morbos portauit. Esa.53.b.4 1.Pet.2.d.24

ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς πολλοὺς ὄχλους περὶ αὐτὸν, ἐκέλευσεν ἀπελθεῖν εἰς τὸ πέραν. 18

Quum uidisset autem Iesus turbam multam circum sese, iussit ut abirent in ulteriorem ripam. Luc.9.g.57

καὶ προσελθὼν εἷς γραμματεὺς, εἶπεν αὐτῷ· διδάσκαλε, ἀκολουθήσω σοι ὅπου ἐὰν ἀπέρχῃ. 19

Et quum accessisset quidam Scriba, dixit ei: Magister, sequar te quócunq; abieris. Scriba Christum sequitur.

Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις· ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ. 20

Tunc dicit eis Iesus: Vulpes lustra habent, & uolucres cœli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. Christi paupertas.

ἕτερος δὲ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἶπεν αὐτῷ· κύριε, ἐπίτρεψόν μοι πρῶτον ἀπελθεῖν, καὶ θάψαι τὸν πατέρα μου. 21

Alius autem ex discipulis eius dixit ei: Domine, permitte mihi primùm abire, & sepelire patrem meum.

ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· ἀκολούθει μοι, καὶ ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς. 22

Iesus autem dixit ei: Sequere me, & sine ut mortui sepeliant mortuos suos. Vocatio.

καὶ ἐμβάντι αὐτῷ εἰς τὸ πλοῖον, ἠκολούθησαν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. 23

Et quum ipse esset ingressus nauigium, sequuti sunt eum discipuli eius. Mar. 4.d.31 Luc.8.d.22

B καὶ ἰδοὺ σεισμὸς μέγας ἐγένετο ἐν τῇ θαλάσσῃ, ὥστε τὸ πλοῖον καλύπτεσθαι ὑπὸ τῶν κυμάτων· αὐτὸς δὲ ἐκάθευδε. 24

Et ecce motus magnus factus est in mari, adeò ut nauis operiretur à fluctibus: ipse uerò dormiebat. Motus in mari.

καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἤγειραν αὐτὸν λέγοντες· κύριε, σῶσον ἡμᾶς, ἀπολλύμεθα. 25

Et accedentes discipuli excitauerunt eum, dicentes: Domine serua nos, perimus.

καὶ λέγει αὐτοῖς· τί δειλοί ἐστε, ὀλιγόπιστοι; τότε ἐγερθεὶς ἐπετίμησε τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη. 26

Et dicit eis: Quid timidi estis, ô parum fideles? Tũc excitatus, obiurgauit uentos & mare: & facta est tranquillitas magna.

οἱ δὲ ἄνθρωποι ἐθαύμασαν, λέγοντες· ποταπὸς οὗτος ἐστιν, 27

Homines uerò mirati sunt, dicentes: Qualis

18 In ulteriorem ripam, εἰς τὸ πέραν. Vulg. transfretum: id est, πέραν θαλάσσης, uel πέρατος. Erat enim Capernaum sita ad lacũ Tiberiadis. Vulgata addidit, discipulos suos. quę uerba in nullis Græcis codicibus reperiuntur, quamuis uideantur necessaria: nam alioqui uideri posset hoc mandatum de traijciendo lacu ad turbam pertinere. In multis tamen scriptis uetustis codicibus Vulgatæ non leguntur. 19 Quidam Scriba, εἷς γραμματεύς. Vulgata & Erasmus ad uerbum, unus Scriba. quo genere dicendi utimur etiam in uernaculo nostro sermone. 20 Lustra, φωλεούς. Vulgata & Erasmus, foueas: id est, ἀρύγματα, uel διαγωγάς. Ego lustra interpretor, seruata eiusdem etymologiæ ratione, si Grammaticis credimus. Nidos, κατασκηνώσεις. Proprie umbracula. Nam σκηνὴ à σκιᾷ deriuatur: declaratiq; propriè tabernaculum ex frondibus & ramis contextum. Virgil. 1. Aeneidos: tum syluis scena coruscis, Desuper, &c. quo modo etiam nidi ab auibus construuntur. Filius autem hominis, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. Quòd nonnulli putant sic uocatum Christum, quòd filius esset unius tantum hominis, id est Mariæ, cæteri uerò filij potius hominum, eo refellitur, quòd sic Ezechielem sæpe uocat Spiritus Dei: ut alios taceam. Rursus quòd nonnulli uolunt humanam naturam Christi sic indicari, etsi id uerũ est, tamen mihi quoq; uidetur plerisq; locis non usq; adeò magnum pondus habere. Assentior igitur illis, qui Hebraicam phrasim esse uolunt pro homine, sicut Homerus sæpe, υἱοὺς Ἀχαιῶν, filios Achiuorum uocat Achiuos. Sic enim omnino accipitur capite 49. Ieremiæ, & alijs locis plurimis: quamuis Vetus interpres ferè uertat plurali numero, filij hominum. Sed hoc addo, propterea quòd familiare est Hebræis, ut de se loquantur in tertia persona, ideo accipi loco pronominis primæ personæ: in Nouo quidem Testamento, in quo non memini quenquam, præter unum Christum, filium hominis uocatum, idq; tum demum, quum ipse de se loquitur. 21 Primùm abire, πρῶτον ἀπελθεῖν. Vetustum quoddam exmplar hoc uocabulum, πρῶτον, non habebat, & uidetur expungi posse. 22 Suos, τοὺς ἑαυτῶν. Leuiculum est quod admonet Erasmus, uertendum fuisse, suos ipsorum, quia ἑαυτῶν additur. Constat enim loco simplicium pronominum sæpe reciproca à Græcis usurpari: ut paulo antè, ὑφ' ἡμαυτὸν, pro, ὑφ' ἐμαυτὸν, & alijs infinitis locis. Sed hoc potius obseruandum erat, mortuos priore loco dici eos, quorum omnes sensus peccatum & diabolus consopiuit, sicut copiosius describit Paulus Ephes. 2.a.1. 23 Quum ipse esset, &c. ἐμβάντι αὐτῷ εἰς πλοῖον. Vulgata, ascendente eo in nauiculam: id est, τὸ πλοιάριον. Eras. quum esset ingressus nauim: id est, τὸ πλοῖον. Est autem πλοῖον, quodcunque nauis genus, ἀπὸ τοῦ πλεῖν, quod nauigare significat in genere. πλοιάριον uerò Lentulus dicit nauigiolum, lib. 12. Epistol. Gallis, une flette. 25 Excitauerunt, ἤγειραν. Hoc uerbum quum est trãsitiuum, conuerto Suscitare, ut suprà cap. 3. b. 9. quũ scilicet agitur de ipsa creatione: quæ quidẽ Deo tribuitur hoc nomine in Sacris literis, ut intelligamus non magis esse Deo difficile, facere ut sint ea quæ non sunt, quàm nobis dormientẽ hominem excitare. quo posteriore uocabulo utor, ubi de somno disseritur: ut hoc loco. Quoties autem absolutè uel passiuè accipitur, interpretari soleo Surgere, uel expergefieri, uel excitari. ut suprà cap. 1. d. 24. & 2. c. 13. 26 Obiurgauit, ἐπετίμησε. Vulgata, imperauit: id est, ἐπέταξε. Eras. increpauit: quod potius respondet τῷ ἐπιπλήττειν. Interdũ autẽ accipitur pro, Additis minis præcipere, ut infrà cap. 12. b. 16. sicut apud Latinos accipitur interminari. Est autẽ hęc phrasis Hebraica, ut apparet ex Psal. 106. b. 9. & Naum 1. a. 4. Et uideẽ uti hoc uerbo Spiritus sanctus, ubi de inhibẽda maris tempestate agitur, q̃ uis ui obijci & opponi uideaẽ. qua etiã ratione de Satana dicit, Increpet te Dominus, Zac. 3. a. 2.

est iste, quòd uenti quoq; & mare auscultant ei?

Et quum ipse uenisset ad ulteriorē ripam, in regionem Gergesenorum, occurrerunt ei duo dęmoniaci, è monumentis exeuntes, sęui ualde: adeò ut nō ualeret quisquā præterire per uiā illā.

Dæmoniaci sanantur. Marc.5.a.1. Luc.8.d.26.

Et ecce clamarūt, dicētes: Quid nobis tecū, Ie su fili Dei? uenisti huc uexatū nos ante tēpus?

Erat autem longè ab eis grex porcorum multorum pascens.

Dæmones uerò precabantur eum, dicentes: Si eijcis nos, permitte nobis abire in gregem porcorum illorum.

Et ait eis, Abite. Illi uerò egressi, abierunt in illum gregem porcorum: & ecce ruit totus ille grex porcorum è præcipitio in mare, & mortui sunt in aquis.

Dæmones in porcos abeunt.

Pastores autem fugerunt: & quum abijssent in urbem, renunciauerunt omnia, & quæ dęmoniacis facta essent.

Et ecce tota urbs exiuit in occursum Iesu: quumq; uidissent eum, precabantur ut digrederetur à finibus ipsorum.

CAP. IX.

TVnc ingressus nauigium, traiecit, & uenit in suam urbem.

Et ecce obtulerūt ei paralyticū in lecto proiectū: quumq; uidisset Iesus fidem eorū, dixit paralytico: Cōfide, fili: remissa sunt tibi peccata tua.

Paralyticus sanatur. Mar.2.a.3 Luc.5.e.24.

Et ecce quidam è Scribis dicebant apud se, Iste blasphemat.

ἕως, ὅτι καὶ οἱ ἄνεμοι καὶ ἡ θάλασσα ὑπακούουσιν αὐτῷ; A
καὶ ἐλθόντι αὐτῷ εἰς τὸ πέραν, εἰς τὴν χώραν
τῶν Γεργεσηνῶν, ὑπήντησαν αὐτῷ δύο δαιμονιζόμενοι, ἐκ τῶν μνημείων ἐξερχόμενοι, χαλεποὶ λίαν,
ὥστε μὴ ἰσχύειν τινὰ παρελθεῖν διὰ τῆς ὁδοῦ ἐκείνης.
Καὶ ἰδοὺ ἔκραξαν, λέγοντες· τί ἡμῖν καὶ σοί, Ἰησοῦ
τοῦ θεοῦ; ἦλθες ὧδε πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς;
ἦν δὲ μακρὰν ἀπ' αὐτῶν ἀγέλη χοίρων πολλῶν
βοσκομένη.
οἱ δὲ δαίμονες παρεκάλουν αὐτὸν, λέγοντες·
εἰ ἐκβάλλεις ἡμᾶς, ἐπίτρεψον ἡμῖν ἀπελθεῖν εἰς
τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων.
καὶ εἶπεν αὐτοῖς, ὑπάγετε. οἱ δὲ ἐξελθόντες ἀ-
πῆλθον εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων. καὶ ἰδοὺ ὥρμη
σε πᾶσα ἡ ἀγέλη τῶν χοίρων κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν
θάλασσαν, καὶ ἀπέθανον ἐν τοῖς ὕδασιν.
οἱ δὲ βοσκοῦντες ἔφυγον· καὶ ἀπελθόντες εἰς τὴν πό-
λιν, ἀπήγγειλαν πάντα, καὶ τὰ τῶν δαιμονιζομένων.
καὶ ἰδοὺ πᾶσα ἡ πόλις ἐξῆλθεν εἰς συνάντη-
σιν τῷ Ἰησοῦ· καὶ ἰδόντες αὐτὸν, παρεκάλεσαν
ὅπως μεταβῇ ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτῶν. B

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Καὶ ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον, διεπέρασε, καὶ ἦλ-
θεν εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν.
καὶ ἰδοὺ προσέφερον αὐτῷ παραλυτικὸν ἐπὶ κλίνης
βεβλημένον. Καὶ ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς τὴν πίστιν αὐτῶν, εἶπε
τῷ παραλυτικῷ· θάρσει τέκνον, ἀφίενταί σοι αἱ
ἁμαρτίαι σου.
καὶ ἰδού τινες τῶν γραμματέων εἶπον ἐν ἑαυ-
τοῖς, οὗτος βλασφημεῖ.

27 Qualis, ποταπός. Annotat Eras. hāc particulā ita interrogare, ut habeat admirationis emphasim, q̄d non est perpetuū: distingui tamē debet à ποδαπός cuias. Quòd, ὅτι. Vel ut Vul. & Eras. qa. Cic. 10 Phil. Cur nunq̄ tā frequēs Senatus fuit, quòd unus aliquis sentētiā tuā secutus sit? quo tamē loco nōnulli legūt, V T. Galli sic loquunt. quum dicūt, quel hõme est ceci, que les uens & la mer luy obeissent. Sed particulā Quia nusquā memini legere hoc modo usurpatā. Auscultāt, ὑπακούουσιν. Eras. & Vul. obediūt: id est, πείθονται. Certè illa trāslatio in Latino sermone nō est durior q̄ in Gręco 28 Sæui, χαλεποὶ: id est, ἄγριοι. Nam, ut rectè annotat Eras. hoc uocabulum multa declarat. Valde, λίαν: id est, κάν. Vulg. nimis: id est, ἄγαν. Eras. supra modū: id est, ὑπερμέτρως. 29 Clamarunt, ἔκραξαν. Eras. uociferabātur: id est, κράζω. Vulg. nimis: id est, ἄγαν. Eras. supra modū: id est, ὑπερμέτρως. 29 Quid nobis tecū? τί ἡμῖν καὶ σοί; Eras. Quid rei nobis tecum? & rectè quidē. Nam subauditur πρᾶγμα: id est, ἀσύδετον. Quid nobis tecū? τί ἡμῖν καὶ σοί; Eras. Quid rei nobis tecum? & rectè quidē. Nam subauditur πρᾶγμα: id est, ἀσύν

A καὶ ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς τὰς ἐνθυμήσεις αὐτῶν, εἶπεν· ἵνατί ὑμεῖς ἐνθυμεῖσθε πονηρὰ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν;

4 Et quũ uidisset Iesus cogitationes eorũ, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus uestris?

τί γάρ ἐστιν εὐκοπώτερον, εἰπεῖν, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι· ἢ εἰπεῖν, ἔγειραι καὶ περιπάτει;

5 Vtrum enim est facilius, dicere, Remissa sunt tibi peccata: an dicere, Surge & ambula? *Remissio peccatorum.*

ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας (τότε λέγει τῷ παραλυτικῷ) ἐγερθεὶς ἆρον σου τὸν κράβαττον, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου.

6 Vt autem sciatis, quòd authoritatem habeat filius hominis in terra remittendi peccata (tunc dicit paralytico) Surge, tolle tuum lectum, & abi domum tuam.

καὶ ἐγερθεὶς ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. 7 Tunc ille surrexit, abijtq; domum suam.

ἰδόντες δὲ οἱ ὄχλοι, ἐθαύμασαν, καὶ ἐδόξασαν τὸν θεὸν, τὸν δόντα ἐξουσίαν τοιαύτην τοῖς ἀνθρώποις. 8 Turba uerò quũ uidisset, mirata est: & glorificauit deũ, q dedisset talẽ authoritatẽ hominib.

Καὶ παράγων ὁ Ἰησοῦς ἐκεῖθεν, εἶδεν ἄνθρωπον καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, Ματθαῖον λεγόμενον· καὶ λέγει αὐτῷ, ἀκολούθει μοι. καὶ ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ. 9 Et quũ prętergrederetur Iesus illinc, uidit quendã sedẽtẽ ad teloniũ, qui Matthęus dicebatur: dicitq; ei, Sequere me. Atq; is surgẽs secutus est eũ. *Matthæus uocatur.* Mar.2.b.14 Luc.5.f.27.

Καὶ ἐγένετο αὐτοῦ ἀνακειμένου ἐν τῇ οἰκίᾳ, καὶ ἰδοὺ πολλοὶ τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ ἐλθόντες συνανέκειντο τῷ Ἰησοῦ καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. 10 Et factum est, quum ipse accumberet domi illius, ecce multi publicani & peccatores q uenerãt, simul accubuerunt cũ Iesu & discipulis eius. *Peccatores.*

Καὶ ἰδόντες οἱ Φαρισαῖοι, ἔλεγον τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, διατί μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίει ὁ διδάσκαλος ὑμῶν; 11 Quumq; *id* uidissent Pharisæi, dixerunt discipulis eius: Quare cum publicanis & peccatoribus edit magister uester?

B ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀκούσας, εἶπεν αὐτοῖς, οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. 12 Iesus autem quum *hoc* audisset, dixit eis: Qui ualẽt, non habẽt opus medico, sed malè affecti. *Valentes & iusti.*

πορευθέντες δὲ μάθετε τί ἐστιν· ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν. οὐ γὰρ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. 13 Sed profecti discite quid sit: Misericordiam uolo, & non sacrificiũ. non enim ueni ut uocarẽ iustos, sed peccatores ad resipiscentiam. *Misericordia.* Osee 6.c.7 Infrà 12.a.7 *Peccatores.* 2. Tim.1.c.15 *Ieiunia.* Marc.2.c.18. Luc.5.f.33.

τότε προσέρχονται αὐτῷ οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου, λέγοντες· διατί ἡμεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι νηστεύομεν πολλά, οἱ δὲ μαθηταί σου οὐ νηστεύουσι; 14 Tunc adeunt eum discipuli Ioannis, dicentes: Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli uerò tui non ieiunant?

καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· μὴ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος πενθεῖν, ἐφ' ὅσον μετ' αὐτῶν ἐστιν ὁ νυμφίος; ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι, ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, καὶ τότε νηστεύσουσιν. 15 Et dixit eis Iesus: Num possunt filij thalami lugere, quandiu cum eis est sponsus? Venient autem dies quum tolletur ab eis sponsus, & tũc ieiunabunt.

4 Quũ uidisset, ἰδὼν. Chrysost. legit, εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς. quũ sciret Iesus. Vt quid, ἱνατί. Præcisum dicendi genus pro Quamobrẽ, uel quorsum. Eras. quare. Cicero Attic. lib. 7. Depugna, inquit, potius, quàm seruias: ut quid? si uictus eris, proscribare. 5 Vtrũ enim est, τί γάρ ἐστιν, ῥᾴδιον γάρ ἐστι. Vul. ad uerbũ, quid est? quod in Latino præsertim sermone nouũ est. Deinde etiã omisit cõiunctionẽ. 7 Tunc ille surrexit, καὶ ἐγέρθεὶς. Pro καὶ uertimus, tũc, quia (ut sæpe nobis dicendũ erit) nã Hebræorũ ita etiã accipitur: & uisa est mihi hæc significatio huic loco melius cõuenire. Eras. autẽ rectè fecit quòd relatiuũ addiderit, ut tolleret amphiboliã. 8 Mirata est, ἐθαύμασαν, Vul. timuerũt: id est, ἐφοβήθησαν, ut existimat Eras. Sed etiãsi ita scriptũ esset Græcè, potius dicendũ fuerat, expauerũt. Exẽplar secundũ habebat ἐφοβήθησαν: q̃d potius uidetˀ legisse Vetus interpres. 9 Quũ prætergrederetur, παράγων ὁ Ἰησοῦς. hic poniturpro ἐλθὼν ἐκεῖθεν: ut in illo Terẽtij, Quò te agis? Eras. pręteriens, παριὼν. Sed uidetur hic poni παράγων ῥ μεταβάσιν, siue περιπάτων, sicut paulo pòst, uers. 27. id est digredi, uel ῥgredi: q̃d ostẽdit particula ἐκεῖθεν, ita tamẽ, ut in ipso itine
C re id esse factũ intelligamus: alioquin idẽ ualet q̃d παρελθὼν & παράγων, ut infrà cap. 20. d. 30. Sedentẽ, ἀναπεσόντων. Sic Vetus interpres. Eras. autẽ maluit uertere desidentẽ, id est ociosum sedentem. quod nõ probo. Nam & iudices ἀναπεσόντες eadem ratione dicas desidere, non sedere. Deinde uix unquam est ociosum hoc hominum genus.

Ad telonium, ἐπὶ τὸ τελώνιον· id est, ad publicanorum mensam, quò scilicet tributa referebantur. Memini porrò me apud Chrysostomum legere Telonium pro scrinio. Qui Matthęus dicebatur, ματθαῖον λεγόμενον. Vulgata, Matthæum nomine: id est, ματθαῖον τοὔνομα. 10 Domi, ἐν τῇ οἰκίᾳ, Matthæi scilicet. sicut liquet ex Luca. Quamobrem etiam Erasmus addidit relatiuum Illius. Ecce, καὶ ἰδού. Particula καὶ omnino abundat hoc loco, ut meritò sit prætermissa à Vulgato interprete. Sic etiam infrà cap. 28. b. 9 apud Lucam autem sæpissimè. cuius pleonasmi simile prorsus exemplum habemus Gen. 22. a. 1. 11 Edit, ἐσθίει. Vulgata, manducat. Erasmus, sumit cibum. Vetustum exemplar decimum quartum addit, καὶ πίνει, & bibit. 13 Sed profecti, πορευθέντες δέ. Vulgata, Euntes autẽ quod non satis exprimit uim particulæ δέ, hoc quidem loco. Erasmus, Quin potius ite: id est, μᾶλλον δὲ πορεύεσθε, sicut scribit Euangelista noster infrà cap. 10. a. 6. Misericordiam, ἔλεον. Hoc ipsum est quod ἀλληγορικῶς suprà uocauit, cap. 6. a. 1. ubi diximus quàm latè pateat hoc uocabulum. Sacrificium, θυσίαν. Causa, ut opinor, non fuit cur hac interpretatione offenderetur Valla. Nã etsi thus Latinũ uocabulũ à θύω deriuatur, minimè tamen inde efficitur, θύειν & θυσίαν de suffitib. tantũ dici: quũ etiam θύειν mactare & occidere significet. Deinde nihil prohibet, quo minus θυσία interdũ ipsum sacrificiũ, interdũ uerò uictimã declaret. Cæterùm si quis cũ his Christi uerbis cõponat ea de quibus disputat Plato in extremo Alcibiade posteriore, mirabitur tantã in homine (alioquin profano) pietatem. Ad resipiscentiam, εἰς μετάνοιαν. Vetus interpres hęc non interpretatur. & certè deerãt in uetustis duobus exemplaribus. 14 Frequenter, πολλὰ: id est, πολλάκις, Græcorum more: apud quos (ut etiam apud Hebræos, atque adeò apud poetas Latinos) adiectiua degenerant in aduerbia. Virgilius sexto Æneidos: Æternùm latrans exangues terreat umbras. Erasmus, plerunque: id est, τὰ πολλὰ, uel ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. 15 Filij thalami, οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος. Vulgata, filij sponsi. Erasmus filios thalami interpretatur, ut ego in Marco & Luca. Nam (ut ipse rectè notat)

Pannus.

Nullus autem immittit panniculū im pexum in ueſtimentum uetus: illud enim ipſius ſupplementum tollit *aliquid* de ueſtimento, & peior fiſſura fit.

16 οὐδεὶς δὲ ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπιῤῥάπτει ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ· αἴρει γὰρ τὸ πλήρωμα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἱματίου, καὶ χεῖρον σχίσμα γίνεται.

Vinum nouum.

Neque inijciunt uinum nouum in utres uetores: ſin minus, rumpuntur utres, & uinum effunditur, & utres pereunt: ſed inijciunt uinum nouum in utres recentes, & utrique conſeruantur.

17 οὐδὲ βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς· εἰ δὲ μήγε ῥήγνυνται οἱ ἀσκοί, καὶ ὁ οἶνος ἐκχεῖται, καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται, ἀλλὰ βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινούς, καὶ ἀμφότερα συντηροῦνται.

Principis filia ſuſcitatur Mar. 5. b. 22 Luc. 8. f. 41

Hæc eo loquente ipſis, ecce quidam princeps quum ueniſſet, adorauit eum, dicens: Filia mea modò defuncta eſt: ſed ueni, & impone manum tuam ſuper eam, & uiuet.

18 ταῦτα αὐτοῦ λαλοῦντος αὐτοῖς, ἰδοὺ ἄρχων ἐλθὼν προσεκύνει αὐτῷ, λέγων, ὅτι ἡ θυγάτηρ μου ἄρτι ἐτελεύτησεν· ἀλλὰ ἐλθὼν ἐπίθες τὴν χεῖρά σου ἐπ' αὐτὴν, καὶ ζήσεται.

Tunc ſurgens Ieſus, ſequutus eſt eum, & diſcipuli eius.

19 καὶ ἐγερθεὶς ὁ Ἰησοῦς ἠκολούθησεν αὐτῷ, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ

Mulier à fluxu ſanguinis ſanatur.

(Et ecce mulier ſanguinis profluuio laborãs à duodecim annis, accedens à tergo, tetigit fimbriam ueſtimenti illius.

20 (καὶ ἰδοὺ γυνὴ αἱμορροοῦσα δώδεκα ἔτη, προσελθοῦσα ὄπισθεν, ἥψατο τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ.

rectè notat) νυμφὼν appellatione non ſignificatur ſponſus, ſed thalamus. Sed quæri poteſt, an prorſus conueniat, quòd filios thalami interpretatur ſpõſi domeſticos & proximos. nam Hebræi filios appellant uiros quoſcunque: ut filij thalami uideantur dici qui ſunt inuitati ad nuptias, quicunq; tandem illi ſint: ſicut dicunt Hebræi filios plagarum, filios mortis, & alia id genus quæ paſsim occurrunt, ſicut annotauimus ſuprà cap. 8. a. 12. Tolletur, ἀπαρθῇ. Legitur in uetere codice ἀρθῇ, eodem ſenſu. Vulgata, auferetur: id eſt, ἀφαιρεθῇ. 16 Immittit ἐπιῤῥάπτει. Sic rectè Vulgata & Eraſmus. Budæus tamen maluit interpretari Adſuit, uel addit: cui non poſſum aſſentiri. Neq; enim τῷ hoc loco nota eſt adiectionis ad iuſtam menſuram, ſed ſupplementum potius declarat eius cui deerat aliquid. Deniq; τὸ ἐπιῤῥάπτειν hoc loco idem ualet quod ἐμβάλλειν. quamobrem mallem apud Marcum interpretari τὸ ἐπιῤῥάψαι inſuit, quàm aſſuit. Panniculum, ἐπίβλημα ῥάκους. Vulgata, commiſſuram panni. Eraſmus, aſſumentum panni. Budæus, additamentum panniculi. Exiſtimat enim ſignificare προσθήκην, id eſt additamentum & auctarium. quod mihi quidem non placet: niſi auctarium uoces, quod rei alicui ſarciendæ adhibetur: ſic enim Euangeliſta ipſe poſtea expoſuit, quum πλήρωμα uocauit. neque uerò aſſumentum melius conuenit, quod etiam Latinum uocabulum eſſe non arbitror. Commiſſura autem non ineptè uideretur dictionem Græcam exprimere, niſi potius commiſsionem ipſam & futurã declararet, quàm illud quod inſuitur, quodq; hoc loco dicitur ἐπίβλημα. Nos (ut notat etiam Eraſmus) uulgò peciam uocamus. Ergo nullam ex his interpretationibus recipio: quod tamen cum tam eruditorum hominum pace dictum eſſe uelim. Nunc uidendum cur duo uocabula Græca uno Latino expreſſerim. ἐπίβλημα dixi uocari hoc loco illud ipſum quod inſuitur: ῥάκους autem quum ueſtem detritam & laceram declaret, hic tamen eſt potius materiæ uocabulum, & pannum ſignificat. quod ſatis intelligi poteſt ex epitheto illi adiuncto: ut idem omnino ualeat ἐπίβλημα ῥάκους atque ῥάκους ἐπιβαλλόμενον, id eſt, pannus qui inſuitur. Nos uulgò diceremus, *une piece de drap*, quod etiam unico uocabulo ῥάκος ſignificari potuit. Sed delectantur hac conſtructione Græci: ut ſi Latinè dicas, urbem Romæ pro Roma, aut uitam ruſtici uiuere, pro ruſticè uiuere. Quum autem panniculus Latinis idipſum quod inſuitur, & eius præterea materiam declaret, utrunque illud Græcum putaui hoc uno Latino non ineptè exprimi poſſe. Impexum, ἀγνάφου. Vulgata & Eraſmus, rude. Budæus, impolitum interpretatur, eodem ſenſu. In ueſtimentum, τῷ ἱματίῳ. Suprà cap. 5. f. 40. ἱμάτιον, ſumus interpretati pallium: hic autem & alijs plurimis locis pro omni ueſtimenti genere accipi uidetur. Illud enim ipſius ſupplemen. &c. αἴρει γὰρ τὸ πλήρωμα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἱματίου. Vulgata, Tollit enim plenitudinem eius à ueſtimento. Eraſmus, Aufert enim ſupplementum illius à ueſtimento. Budæus, Aufert enim illud ſupplementum eius à ueſte. Hi omnes uidentur exiſtimaſſe, τὸ πλήρωμα poſitum quarto caſu, & coniungi cum uerbo αἴρει. Certè ita ſenſiſſe Veterem interpretem, apparet ex eo quod uertit plenitudinem, & Eraſmum quoque ex ipſius annotationibus. Offenſus enim (inquit) diſſimilitudine noui panni, poſtea detrahit, & deformior fit ruptura. Atqui τὸ πλήρωμα (quo uocabulo idem illud ſignificatur, quod paulo antea uocauit ἐπίβλημα, illud ſcilicet quod ad implendam & ſarciendam fiſſuram immittitur) ponitur potius recto caſu: diciturq; Detrahere aliquid de ueſte detrita, quàm ipſum ſit nouum: quo modo poſtea Vinum nouum dicitur ueteres utres frangere. Supplementum autem eius uocat, à quo ſcilicet immiſſum eſt. Hoc enim melius uidetur conuenire, quàm ſi ad pallium referas. præterea articulum expreſsi, & addidi caſum uerbo, ut ambiguitatem illam conſtructionis uitarem, à qua illos dixi fuiſſe deceptos. Fiſſura, σχίσμα. Eraſmus, ruptura: id eſt, ῥῆγμα. Vulgata, ſciſſura: id eſt, τομὴ. 17 Injiciunt, βάλλουσιν. Eraſmus & Vulgata, mittunt. Recentes, καινούς. Vulgata & Eraſmus, nouos. Ego diuerſum uocabulum quæſiui, propterea quòd (ut annotauit Eraſmus) Euangeliſta utitur duplici uocabulo νέος & καινός: quorum illud eorum eſt qui ætatem ſentiunt, hoc opponitur uetuſtati: ut νέος potius iuuenem ſignificet quàm nouum. quod tamen diſcrimen non ſemper obſeruatur. Vtrique, ἀμφότερα. Omnia uetuſta exemplaria habent, ἀμφότεροι. 18 Quidam princeps, ἄρχων. Sic uulgò legunt, ut ſubaudiatur particula τις. quàm tamen particulam reperimus expreſſam in uetuſtis exemplaribus, ſexto, octauo, decimoquarto. Vulgata, princeps unus: ut legiſſe uideatur τις. quod etiam ſcriptum erat in exemplaribus, primo, tertio, quinto, duodecimo. de quo dicendi genere diximus ſuprà 8. c. 19. ne quis putet unum à pluribus diſtingui. Modò, ἄρτι: uel, nuper. quanquam illud maiorem emphaſim habet. Cicero ſexto in Verrem: Quid dico nuperrimò uerò modò, ac planè paulò antè uidimus. 20 Sanguinis profluuio laborans, αἱμορροοῦσα. Quod uno uerbo Græci dicunt, pluribus neceſsariò explicuimus. Vul. Quę ſanguinis fluxũ patiebatur: id eſt, αἱμορροοῦσα πάσχουσα. Eraſmus maluit interpretari, Quæ ſanguinis profluuio laborauerat: impropriè, ni fallor: nondũ enim laborare deſierat. A duodecim annis, ἀπὸ δώδεκα ἐτῶν. Sicut Luc. 8. f. 43. ἀπὸ ἐτῶν δώδεκα. Ad uerbũ, duodecim annos. Sed poſcit Latinæ linguę ratio prępoſitionẽ, ſi cum

A si cum πιμπλησθαι inungas, sequutus Vulgatam lectionem. Nam secundus codex distinctionem habebat post πιμπλησθαι: & deinde additum habebat, διδάσκει τὸ ἐχόμενον τῇ ἀληθείᾳ. id est ad uerbum, Duodecim annos habens in ea infirmitate: sicut dixit Virgilius, Vna cum gente tot annos Bella gero.

ἔλεγε γὰρ ἐν ἑαυτῇ· ἐὰν μόνον ἅψωμαι τοῦ ἱματίου αὐτοῦ, σωθήσομαι. 21 Dicebat enim apud se: Si solum tetigero uestimentum eius, seruabor.

ὁ δὲ ἰησοῦς ἐπιστραφεὶς, καὶ ἰδὼν αὐτὴν, εἶπε· θάρσει θύγατερ, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. καὶ ἐσώθη ἡ γυνὴ ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης. 22 Iesus uerò conuersus, & intuitus eam, dixit: Confide, filia: fides tua te seruauit. Et seruata est mulier ex momento illo.)

καὶ ἐλθὼν ὁ ἰησοῦς εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἄρχοντος, καὶ ἰδὼν τοὺς αὐλητὰς καὶ τὸν ὄχλον θορυβούμενον, 23 Et quum uenisset Iesus domum principis, uidisset q; tibicines & turbam tumultuantem, *Tibicines.*

λέγει αὐτοῖς· ἀναχωρεῖτε· οὐ γὰρ ἀπέθανε τὸ κοράσιον, ἀλλὰ καθεύδει. καὶ κατεγέλων αὐτοῦ. 24 Dicit eis, Recedite: non enim mortua est adolescentula, sed dormit. Et deridebant eum. *Dormire.*

ὅτε δὲ ἐξεβλήθη ὁ ὄχλος, εἰσελθὼν ἐκράτησε τῆς χειρὸς αὐτῆς, καὶ ἠγέρθη τὸ κοράσιον. 25 Quum autem fuisset eiecta turba, ingressus prehendit manū eius: & surrexit adolescentula.

καὶ ἐξῆλθεν ἡ φήμη αὕτη εἰς ὅλην τὴν γῆν ἐκείνην. 26 Et exijt hæc fama in totam terram illam.

καὶ παράγοντι ἐκεῖθεν τῷ ἰησοῦ, ἠκολούθησαν 27 Quumq; prætergrederetur illinc Iesus, sequuti sunt eum duo cæci, clamantes & dicentes:

αὐτῷ δύο τυφλοὶ, κράζοντες, καὶ λέγοντες· ἐλέησον ἡμᾶς, υἱὲ δαβίδ. Miserere nostri fili Dauid.

ἐλθόντι δὲ εἰς τὴν οἰκίαν, προσῆλθον αὐτῷ οἱ τυ 28 Quum autem uenisset domum, adierūt eum cæci illi. & dicit eis Iesus: Creditis quòd hoc possim facere? Dicunt ei, Etiam Domine. *Cæci duo fide in Christum sanantur.*

φλοὶ· καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς· πιστεύετε ὅτι δύναμαι τοῦτο ποιῆσαι; λέγουσιν αὐτῷ, ναὶ κύριε.

B τότε ἥψατο τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, λέγων· κατὰ 29 Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundum fidem uestram fiat uobis.

τὴν πίστιν ὑμῶν γενηθήτω ὑμῖν. 30 Et aperti sunt oculi eorum: & grauiter interminatus est eis Iesus, dicens: Videte nemo sciat.

καὶ ἀνεῴχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί, καὶ ἐνεβριμήσατο αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς, λέγων· ὁρᾶτε μηδεὶς γινωσκέτω.

οἱ δὲ ἐξελθόντες, διεφήμισαν αὐτὸν ἐν ὅλῃ τῇ 31 At illi egressi, diuulgarunt eum in tota terra illa.

γῇ ἐκείνῃ.

αὐτῶν δὲ ἐξερχομένων, ἰδοὺ προσήνεγκαν αὐτῷ 32 Illis autem egredientibus, ecce obtulerunt ei hominem mutum dæmoniacum. *Mutus & dæmoniacus sanatur.*

ἄνθρωπον κωφὸν δαιμονιζόμενον.

καὶ ἐκβληθέντος τοῦ δαιμονίου, ἐλάλησεν ὁ κω 33 Et is ejecto dæmonio, loquutus est mutus: & mirata est turba, dicens: Nunquam apparuit tale quidpiam in Israel.

φός. καὶ ἐθαύμασαν οἱ ὄχλοι, λέγοντες, ὅτι οὐδέποτε ἐφάνη οὕτως ἐν τῷ ἰσραήλ.

οἱ δὲ φαρισαῖοι ἔλεγον· ἐν τῷ ἄρχοντι τῶν δαι 34 Pharisæi uerò dicebant: Per principem dæmoniorum ejicit dæmonia. *Blasphemia. Luc. 11. b. 24. Infrà. 12. b. 24. Mar. 3. a. 22 Luc. 15. c. 17.*

μόνιων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια.

22 Momento, ὥρας. Vetus interpres ad uerbum, hora. Eraſmus, tempore: id est χρόνου. Mihi uerò uidetur momentum melius huic loco conuenire, quum hic significetur ille temporis articulus, quo hæc dicta sunt. Respondet autem Chaldaico uocabulo שעה, quod usurpatur apud Danielem 4. f. 30. & significat ipsum temporis momentum quo aliquid existit, & esse conspicitur: à uerbo שעה, id est respexit. 25 Prehendit, κρατεῖ. Vulgata & Eraſmus, tenuit id est, ἔσχε. Infrà tamen cap. 12. a. 11. Eraſmus uertit, apprehendit. Rursus cap. 13. a. 3. ἐκράτησαν interpretatur: ceperat. Vocabulum autem ipsum propriè significat, ui adhibita aliquid capere, aut retinere: ueluti quum trahimus reluctantem iniecta manu: sicut etiam Eraſmus interpretatus est infrà. cap. 18. c. 28. Quamobrem etiam uincere declarat: Poeta, νίκᾳ μὲν πάντα κρατοῦντα: id est πάντα κρατοῦντα κατὰ νόμον, omnia uincuntur lege: ἐκράτησαν γὰρ τοῦ τόπου τῇ ἐκκλησίᾳ. Hic autem & alijs locis multis idem ualet quod ἐπιλαμβάνω, id est prehendere, uel tangere. Marci autem 7. a. 3. & 4. pro retinere, & studiosè quidpiam obseruare accipitur. Post hæc uerba Prehendit manum eius, Vulgata addit, Et dixit, Puella surge. καὶ εἶπε, κοράσιον ἐγέρου. quæ tamen in nullis codicibus Græcis legimus. Sunt autem petita ex Lucæ 8. g. 54. 26 Hæc, αὕτη. In secūdo exemplari scriptum erat, αὐτοῦ eius: id est, de eo. Vide suprà cap. 4. d. 24. 27 Quumq; prætergrederetur illinc Iesus, καὶ παράγοντι ἐκεῖθεν τοῦ ἰησοῦ. Vulgata, Et transeunte inde Iesu: id est, διαβάντι. Eraſmus, Et quum discederet illinc Iesus: id est, ἀπερχομένου. Vide suprà cap. 9. a. 9. 28 Domum, τὸν οἶκον αὐτοῦ. Dicitur Iesus domum uenisse, eam nimirum, in quā consueuerat habitare, quum in ea urbe sibi domicilium delegisset. Nam quum ita loquimur, ea demū significatur domus, quam is incolit qui uenisse dicitur: nisi quidpiam addideris, quo distinguatur. Cæci illi, οἱ τυφλοὶ. Illi scilicet qui paulo antè ipsi occurrerant. Itaq; articulus non fuit omittendus. 29 Secundum, κατὰ. Eraſmus, iuxta: quod magis etiam est insolens apud Latinos, quàm illud. 30 Aperti sunt, ἀνεῴχθησαν. Quartum exemplar addit, παραχρῆμα, id est illico. Et grauiter interminatus est, καὶ ἐνεβριμήσατο. Addidi aduerbium Grauiter, ad uim uocabuli exprimendam. Nam ἐμβριμᾶσθαι significat, addita increpatione & cum fremitu aliquid edicere: ut plusculum aliquid declaret quàm ἐπιτιμᾶν, quo utitur infrà cap. 12. b. 16. Nemo, μηδεὶς. Vulgata & Eraſmus, nequis: id est, μήτις. quod nō potest conuenire, quum sequatur imperandi modus. 31 Egressi, ἐξελθόντες, egressi, scilicet domo. Vulgata, exeuntes. Eraſmus, quum abijssent: id est, ἀπελθόντες. Diuulgarunt, διεφήμισαν. Ad uerbum, diffamarunt: sicut etiam uertit uetus interpres. Sed præterquam quòd hoc uerbum raro à Latinis usurpatur, etiam in uitio ponitur pro διαβάλλειν & διαπάζειν. Pro eo autem quod sequitur, αὐτὸν eum, Eraſmus uertit, famam illius 33 Tale quidpiam, ὅτε. Vulgata & Eraſmus ad uerbum, sic. Ponitur autem ὅτε pro ἰδοὺ τε, sicut infrà Mar. 2. b. 12. & omnino hoc est quod Hebræi dicunt בראה. 35 In populo, ἐν τῷ λαῷ. Hæc non legit uetus interpres, neq; etiā in uetustis exēplarib. 10 & 12. reperimus: sed addita hęc erant in octauo codice, καὶ πολλοὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ. & multi secuti sunt eū.

Et circumibat Iesus urbes omnes ac uicos, docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & sanans omnem morbum & omnem languorem in populo.

Mar. 6. c. 6 Luc. 13. c. 22 Euangelium. Infirmi.

Quum uidisset autem turbam, misericordia commotus est super eis, quòd essent dissipati & disiecti quasi oues nō habētes pastorē.

Mar. 6. c. 3

Tunc dicit discipulis suis: Ipsa quidem messis multa, operarij autem pauci.

Mistic. Operarij.

Rogate igitur Dominum messis, ut emittat operarios in messem suam.

Luc. 10. a. 2 Iohan. 4. c. 36

CAP. X.

TVnc aduocatis duodecim discipulis suis, dedit eis authoritatem *aduersus* spiritus impuros, ut eijcerent eos, & sanarent omnē morbum & omnem languorem.

Apostolis datur gratia sanitatū.

Porrò duodecim Apostolorum nomina sunt hæc: Primus, Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius: Iacobus filius Zebedæi, & Ioannes frater eius:

Marc. 3. b. 25 Luc. 9. a. 1

Philippus, & Bartholomæus: Thomas & Matthæus, ille publicanus: Iacobus *filius* Alphei: & Lebbæus, cognominatus Thaddæus:

Apostoli qui.

Simon Cananites, & Iudas Iscariotes, qui

καὶ περιῆγεν ὁ Ἰησοῦς τὰς πόλεις πάσας, καὶ τὰς κώμας, διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, καὶ κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας, καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ.

ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους, ἐσπλαγχνίσθη περὶ αὐτῶν, ὅτι ἦσαν ἐκλελυμμένοι καὶ ἐρριμμένοι ὡσεὶ πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα.

τότε λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· ὁ μὲν θερισμὸς πολύς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι.

δεήθητε οὖν τοῦ κυρίου τοῦ θερισμοῦ, ὅπως ἐκβάλῃ ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ.

ΚΕΦΑΛ. ι.

Καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν πνευμάτων ἀκαθάρτων, ὥστε ἐκβάλλειν αὐτά, καὶ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν.

τῶν δὲ δώδεκα ἀποστόλων τὰ ὀνόματά ἐστι ταῦτα· πρῶτος, σίμων ὁ λεγόμενος πέτρος, καὶ ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ἰάκωβος ὁ τοῦ ζεβεδαίου, καὶ ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ·

φίλιππος, καὶ βαρθολομαῖος· θωμᾶς, καὶ ματθαῖος ὁ τελώνης· ἰάκωβος ὁ τοῦ ἀλφαίου, καὶ λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς θαδδαῖος·

σίμων ὁ καναναίτης, καὶ ἰούδας ἰσκαριώτης, ὁ

36 Misericordia commotus est, ἐσπλαγχνίσθη. Vulgata, misertus est. Erasmus, affectu misericordiæ tactus est. Indicat hoc uerbum, quo Græci interpretes expressérunt Hebræum uerbum רחם, summam & uehementem commiserationem ex intimis uisceribus profectam, qualis est illius qui apud Virgilium lib. 10. Ingemuit miserās grauiter, dextramq; tetendit. quod ut exprimerem, circumloquutionem adhibui ex Cicer. Tuscul. 4. Nemo (inquit) parricidæ supplicio misericordia commouetur. Super eis, περὶ αὐτῶν, id est eorum causa, sicuti Marci 14. c. 23. τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυννόμενον, id est, ὑπὲρ πολλῶν. Similem constructionem habemus Psal. 103. c. 17. Vulgata, eis. Erasmus, erga illos. Dissipati, ἐκλελυμένοι. Ad uerbum, exoluti. quia quę soluta sunt & deiuncta, eadem quoque sunt dissipata: alioquin hoc uocabulum idem ualet quod uerbum simplex Soluere: ueluti quum uires exolutas dicimus, & æs alienum exoluere. Vulgata uertit, uexati. id est ἐκνυμένοι: quod etiam scriptum erat in uetustis codicibus, primo, secundo, tertio, quarto, quinto, sexto: item apud Chrysostomum, Hieronymum, Hilarium, Theophylactum, sicut Erasmus obseruauit. Sed hoc notandum uidetur, σκύλλειν proprie non de quauis molestia dici, sed de fatigatione & lassitudine ex uia: quod facilè (ut spero) mihi concedent, quicunq; usum huius uerbi obseruarunt. Igitaq; commiseratur hic turbam Iesus, quòd de uia plerique essent defessi: deinde, quòd nemo ex illis quos oportebat huic uni rei intentos esse, curam salutis eorum gereret, adeò ut huc & illuc errarent tāquam oues pastore destitutæ. Et disiecti, καὶ ἐρριμμένοι, id est palantes: quod dixit Plutarchus in libello De uirtutibus mulierum σπορὰ ἄλλου λόγου. 38 Emittat, ἐκβάλῃ. ut infrā, cap. 12. c. 35. Vulgata, mittat. Erasmus, extrudat. Ad uerbum, eijciat. Intelligimus igitur, uel celeriter mittendos in opus Dei, uel etiam inuitos & cunctantes extrudendos, sicut ille rectè notat. Sumus enim omnes in istis rebus tardissimi.

IN CAPVT X.

1 Tunc aduocatis, καὶ προσκαλεσάμενος. Vulgata, conuocatis, id est συγκαλέσας. Erasmus, accersitis, id est μεταπεμψάμενος. *Aduersus* spiritus, κατὰ πνευμάτων. Vel, in spiritus. Ita scriptum erat in quarto & octauo exemplari. Sic etiam Theophylacti codex Romæ impressus: ut omnino idem sit κατὰ πνευμάτων, cum eo quod dicit Lucas, ἐπὶ δαιμόνια. Nonnulli codices non habent κατά: sed omnino uidetur uel addendum, uel supplendum. Similis autem ellipseos exemplum habes infrà cap. 12. c. 31. 2 Apostolorum, ἀποστόλων. Vulg. (ut quædam exemplaria habēt) discipulorum, id est μαθητῶν. Nos Græcum uocabulum, ut alia multa Ecclesiæ Christi familiaria, libenter retinuimus. Latinè possis legatos uocare. ἀπόστολος autem simili etymologia Hebræis שלוח uocatur, Abd. a. 1. Primus, πρῶτος. quid si hoc uocabulum ab aliquo additum est, qui Petri primatum uellet stabilire? nihil enim sequitur quod cohæreat. Sed tamen hoc idem obseruauimus alibi usurpatum simili ratione, ut dicemus Mar. 3. b. 16. Sed & reperimus ita scriptū in omnibus exēplarib. & Theophylacto Romano, qui disertè admonet, primos idcirco recenseri Petrum & Andream, quòd essent πρωτόκλητοι. In hoc autē ordine nihil mysterij latēre, uel illud declarat, quòd Marci 3. & Luc. 6. idem prorsus ordo non obseruatur: & hoc etiam loco in Vetere translatione Philippus & Bartholomæus, Iacobo & Ioanni præponuntur. Sed & quòd apud Paulum ipsum Galat. 2. b. 9. Iacobus Petro præponitur: ut planè sint ridiculi, qui uolunt hoc argumento Antichristi tyrannidem confirmare.

3 Ille publicanus. ὁ τελώνης. Erasmus, qui fuerat publicanus. Articulus uim quoq; hic habet, quæ non fuit negligenda. Sed tamen non putaui supplendum, ὁ γενόμενος, cum Erasmo: quum satis intelligatur, publicanum esse desijsse, ex quo sanctus est Christi Apostolus. Cognominatus, ὁ ἐπικληθείς. Vulg. præterquam in Complutensi editione, non legit totum illud, λεββαῖος ὁ ἐπικληθείς, quod tamen omnes Græci codices habent. 4 Cananites, ὁ καναναῖος. Vulgata & Erasmus, Cananæus, id est ὁ χαναναῖος, quo modo etiam scriptum erat in uetustis codicibus, secundo & octauo. Existimant nonnulli potius legendum ὁ καννίτης Cannites, uel ὁ καννᾶς, Cannæus: & rectè eos sentire, uel illud declarat, quòd Lucas 6. c. 15. & Act. 1. b. 13. ζηλωτὴν uocat. zelum enim Hebraicè & Syriacè declarat קנא. Itaq; ut rectè obseruat quidam Hebraicæ linguæ peritus, nomen Chananæorum, quod crebrò occurrit in Sacris libris, hoc quoq; loco librarijs parum doctis uidetur impositisse.

& prodidit

A καὶ παραδοὺς αὐτοῖς.

τούτους τοὺς δώδεκα ἀπέστειλεν ὁ Ἰησοῦς, παραγ- 5
γείλας αὐτοῖς, λέγων· εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθη-
τε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε.

πορεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς τὰ πρόβατα τὰ ἀ- 6
πολωλότα οἴκου Ἰσραήλ.

πορευόμενοι δὲ κηρύσσετε, λέγοντες, ὅτι ἤγγι- 7
κεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

ἀσθενοῦντας θεραπεύετε, λεπροὺς καθαρίζε- 8
τε, νεκροὺς ἐγείρετε, δαιμόνια ἐκβάλλετε· δωρεὰν
ἐλάβετε, δωρεὰν δότε.

μὴ κτήσησθε χρυσὸν, μηδὲ ἄργυρον, μηδὲ χαλ- 9
κὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν.

μὴ πήραν εἰς ὁδὸν, μηδὲ δύο χιτῶνας, μηδὲ ὑ- 10
ποδήματα, μηδὲ ῥάβδον· ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τῆς
τροφῆς αὐτοῦ ἐστιν.

εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν ἢ κώμην εἰσέλθητε, ἐξετά- 11
σατε τίς ἐν αὐτῇ ἄξιός ἐστι· κἀκεῖ μείνατε, ἕως ἂν
ἐξέλθητε.

εἰσερχόμενοι δὲ εἰς τὴν οἰκίαν, ἀσπάσασθε 12
B αὐτήν.

καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἡ οἰκία ἀξία, ἐλθάτω ἡ εἰρήνη 13
ὑμῶν ἐπ' αὐτήν· ἐὰν δὲ μὴ ᾖ ἀξία, ἡ εἰρήνη ὑμῶν
πρὸς ὑμᾶς ἐπιστραφήτω.

καὶ ὃς ἐὰν μὴ δέξηται ὑμᾶς, μηδὲ ἀκούσῃ τοὺς λό- 14
γους ὑμῶν, ἐξερχόμενοι ἔξω τῆς οἰκίας, ἢ τῆς πόλεως ἐκεί-
νης, ἐκτινάξατε τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν ὑμῶν.

& prodidit eum.

Hos duodecim misit Iesus, & addidit eis mā- *Mittuntur ad*
data, dicens: In uiam Gentiū ne abieritis, & in *prædicandum*
urbem Samaritanorum ne ingrediamini: *Euangelium*
Gentes.

Sed proficiscamini potius ad oues perditas *Israelitæ.*
domus Israel. *Act.13.g.46.*

Profecti autem prædicate, dicentes: Appro- *Luc.10.b.9.& 11*
pinquauit regnum cœlorum.

Inualidos sanate, leprosos mundate, mor-
tuos excitate, dæmonia eijcite: dono accepistis,
dono date.

Ne comparetis aurum, neq; argentum, neq; *Aurum. Argen-*
æs in zonis uestris: *tum.*
Marc.6.b.8.
Luc.9.a.3.
& 22.d.36.

Neq; peram ad iter, neq; binas tunicas, neq; *Apostoli ingres-*
soleas, neq; uirgam: nam dignus est operarius *si domum.*
alimento suo. *Luc.10.b.8.*
1.Timoth.5.c.18.

In quamcunq; uerò urbem aut uicum intro *Luc.10.b.7.*
ieritis, exquirite quis in ea sit dignus: atque illic
manete usq; dum exeatis.

Introeuntes autem in domum, salutate
eam.

Et si quidem fuerit domus digna, ueniat pax *Pax.*
uestra super eam: sin autem non fuerit digna,
pax uestra ad uos reuertatur.

Et quicunq; non receperit uos, neq; audierit *In reijcientes*
sermones uestros, exeuntes domo aut urbe illa, *Euangelium.*
excutite puluerem pedum uestrorum. *Marc.6.b.11.*
Luc.9.a.5.
Pulueris ex-
cussio.
Act.13.g.51.&
18.b.6.

Prodidit, παρέδωκεν. Vulgata, tradidit: quę propria etiam est huius uocabuli significatio, sed hoc loco & alibi sępe accipitur ἀντὶ τοῦ παρέδωκεν. 5 Additis mandatis eis, dicens, παραγγείλας αὐτοῖς, λέγων: id est, additis mandatis in hæc uerba. Vulgata, præcipiens eis. Erasmus, quibus præceperat. Nos ferè παραγγέλλειν interpretabimur denūciare: sed hic studuimus perspicuitati. In uiā Gentiū, εἰς ὁδὸν ἐθνῶν: id est, uia quæ ducit ad exteras & profanas Gentes. Ierem.2.d.18. Nam alioquin uias Gentium uocant prophetæ, profanos & impios illarum mores: ut Ieremiæ 10.a.3.

Vrbem, πόλιν. Vulgata, ciuitates, nulla sensus iniuria. Ponitur enim πόλις infinitè. neq; de metropoli uidetur posse intelligi, quum articulus non addatur. 8 Dono, Δωρεάν. Terent. Eunuch. Hanc tibi dono do. Vulgata, gratis. Erasmus, gratuitò. 9 Ne comparetis, μὴ κτήσησθε. Vulgata, Nolite possidere: quod certè nimium latè patet. Neq; enim hic interdicitur harum rerum possessio, ut nonnulli, Apostolorum peruersi imitatores, fingunt: sed de hac una profectione agitur, ad quam uult Dominus apostolos accingi absq; ullis sarcinis, atq; adeò absq; uiatico: non modò ut nullis impedimentis retardentur, sed etiam ut hac prouidentiæ diuinæ quasi degustatione ad futuram illam functionem Apostolicam præparentur. Ideo quærit ex illis domum reuersis Dominus, ecquid illis
C in uia defuerit, Luc. 22.d.35 Aes, χαλκὸν. Aenei erant asses & quadrantes. Vulgata, pecuniam: nimium generali uocabulo. In zonis, ἐν ταῖς ζώναις. Erasmus, in crumenis: id est, ἐν βαλαντίοις. 10 Ad iter, εἰς ὁδὸν: id est, cuiusmodi gestare solent qui aliquò proficiscuntur, nisi sint pecunia instructi. Vulgata, in uia, deest ἐν ὁδῷ. Virgam, ῥάβδον. In uetustis codicibus 1.2.3.4.5.7.8.9.11.12 scriptum reperimus plurali numero ῥάβδους, & apud Lucam quoq; quare hæc particula etiam pro μίαν accipi potest. Plurium igitur uirgarum hic mentio fit, sicut & plurium uestium.

Alimento, τῆς τροφῆς. Vulgata & Erasmus, cibo: id est, σίτου. Decimumquartum exemplar scriptū habebat, τῆ μισθοῦ, id est mercede: quo modo etiam legimus Lucæ 10.b.7 & 1.Timoth.5.c.18. Cæterùm mirifica hæc est demonstratio, quam utinam pleriq; satis intelligerent, Dignus est operarius mercede sua: ergo nobis nō deerit. nititur enim Dei iustitia, quæ fallere nō potest. Tanti est uocatione sua defungi. Sed meminerimus, hāc mercedem (quod ad Deum attinet) esse gratuitam, & ab æternæ etiam uitæ dono distinguendam. 11 Dignus, ἄξιος. Erasmus in Anno tationibus putat, ἄξιον idoneum significare hoc loco. Ego uerò existimo propriè accipi, & ad ministerij Ecclesiastici dignitatē hæc pertinere, quæ paucis quidem uerbis, sed egregiè describitur Heb.11.g.38. Sed dignus hic demum habetur, qui se indignum esse confitetur, sicut paulo antè Centurio. cap.8.a.8. 12 Salutate, ἀσπάσασθε. Suprà cap.5.g.47. uertimus complecti, quod hic fuisset durius: quanquam hoc etiā utrumq; ferat sententia huius loci. Domum enim uocat, eos qui in una domo uersantur. Eam, αὐτὴν. Ex uetustis Stephani exemplarib. primum, secundum, tertium, sextum, decimumquartum, hæc addita habebant, λέγοντες, εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ: id est, dicentes, Pax sit in hac domo. quod etiam legit Vetus interpres. addit enim, Dicentes, Pax huic domui. Item Theophylacti codex Romanus, quem Erasmus non uidit. Cæterùm hæc salutationis formula ad Hebræorum morē pertinet, qui Pacis nomine fausta & prospera omnia intelligunt. 13 Veniat, ἐλθάτω. Aut, ut in quarto exemplari scriptum erat, ἐπελθάτω, id est introeat. 14 Et quicunq; non, καὶ ὃς ἐὰν μή. Sextum quoddam exemplar habuit scriptū in plurali, καὶ ὅσοι ἂν μὴ δέξωνται ὑμᾶς, μηδὲ ἀκούσωσι, Et quicunq; non receperint uos, neq; audierint: eodē manente sensu. Domo, τῆς οἰκίας. Vulgata addit, foràs, id est ἔξω: quod in uno uetere exemplari scriptum erat. Vestrorum, ὑμῶν. Decimumquartum exemplar addit, ἐπ' αὐτῇ, id est, ἐπ' αὐτῆς. ut apud Homer. Iliad. β τέσσαρες ὧδε τρόφοι ἐπαρημένοι ἐν κακὸν ἐν πεδίῳ ἕστασι.

d 15 Amen

Amen dico uobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm urbi illi. 15 ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀνεκτότερον ἔσται γῇ Σοδόμων καὶ γομόρρων ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ. A

Prudens. Simplex. Afflict 10. Luc.10.a.3. Ecce ego mitto uos ut oues in medio luporum: estote igitur prudentes ut serpentes, & innocentes ut columbæ. 16 ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων· γίνεσθε οὖν φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί.

Cauete autem ab hominibus: tradent enim uos in consessus, & in synagogis suis flagellabunt uos. 17 προσέχετε δὲ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων· παραδώσουσι γὰρ ὑμᾶς εἰς συνέδρια, καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν μαστιγώσουσιν ὑμᾶς.

Sed & ad Præsides ac reges ducemini mea causa, in testimonium ipsis & Gentibus. 18 καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας δὲ καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε ἕνεκεν ἐμοῦ, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς καὶ τοῖς ἔθνεσιν.

Loqui. Marc.13.b.11. Luc.12.b.11. Sed quũ tradiderint uos, ne sitis solliciti quo modo aut quid loquamini: dabitur enim uobis in illo momento quid loquamini. 19 ὅταν δὲ παραδιδῶσιν ὑμᾶς, μὴ μεριμνήσητε πῶς ἢ τί λαλήσητε· δοθήσεται γὰρ ὑμῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, τί λαλήσετε.

Spiritus sanctus. Non enim uos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris uestri, qui loquitur in uobis. 20 οὐ γάρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς ὑμῶν, τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν.

Frater in fratrẽ. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent liberi in parentes, & morte multandos curabunt eos. 21 παραδώσει δὲ ἀδελφὸς ἀδελφὸν εἰς θάνατον, καὶ πατὴρ τέκνον. καὶ ἐπαναστήσονται τέκνα ἐπὶ γονεῖς, καὶ θανατώσουσιν αὐτούς.

Perseuerantia. Marc.13.b.13. Luc.21.d.19. Et eritis exosi omnibus propter nomẽ meũ: uerùm qui sustinuerit usq; in finẽ, iste seruabit. 22 καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων διὰ τὸ ὄνομά μου. ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται. B

Quum autem persequentur uos in ea urbe, fugite in aliam. amen enim dico uobis, nequaquam obieritis urbes Israelis, quin uenerit Filius hominis. 23 ὅταν δὲ διώκωσιν ὑμᾶς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην. ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ τελέσητε τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραὴλ, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου.

Fuga.

Discipulus. Magister. Luc. 6.f. 48. Ioan.13.b.16. & 15.c.20. Non est discipulus supra magistrũ, neq; seruus supra dominum suum. 24 οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, οὐδὲ δοῦλος ὑπὲρ τὸν κύριον αὐτοῦ.

Sufficit discipulo, ut sit sicut magister ipsius, & ut seruus sit sicut dominus ipsius: si ipsum patremfamilias Beelzebul uocauerunt, quanto magis domesticos eius? 25 ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ, ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ, καὶ ὁ δοῦλος ὡς ὁ κύριος αὐτοῦ. εἰ τὸν οἰκοδεσπότην, Βεελζεβοὺλ ἐκάλεσαν, πόσῳ μᾶλλον τοὺς οἰκιακοὺς αὐτοῦ;

Paterfamilias. Infrà 12.b. 24.

15 Amen, ἀμὴν. Octauus & decimusquartus codex addunt γάρ, enim. 16 Innocentes, ἀκέραιοι: id est, qui ne iniuriam quidem ulciscamini, nedum inferatis: translatione Græci uocabuli fortasis sumpta à placidis animalibus, quæ natura nullis cornibus armauit ad depellendam iniuriam: aut quæ certè etiamsi armata sint, tamen illis non utuntur ad inuadendos homines. Vulgata, simplices: id est, ἁπλοῖ. qui opponuntur hypocritis. Cicero: Innocens dicitur, non qui leuiter nocet, sed qui nihil nocet. 17 Hominibus, ἀνθρώπων. Erasmus addidit pronomen Illis, ut exprimeret articuli uim: quam ego quidem hic non agnosco. quamuis concedam, astutos innocentibus opponi. Videtur ergo potius additus articulus, ut discipuli intelligerent quàm periculosam uiam ingrederentur, in qua potius ab ipsis hominibus, quàm à feris timendum esset. Nam præcipuè in religionis causa, uerissimum est illud prouerbium: Homo homini lupus. Synagogis, συναγωγαῖς. Erasmus, C conciliabulis: quòd non putet loqui Christum de solis Iudæorum conuentibus. quia fortasis ex sequentibus colligebat, hæc monita pertinere ad uniuersalem apostolorum uocationem: quod etiamsi concessero, tamen renem suum Christus extendat, incipere à persequutionibus magis propinquis, & quæ iam instabant.

18 Sed & ad Præsides, καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας δέ. Vulgata, Et ad Præsides: non expressa particula δέ. Erasmus, Quin & ad Principes. ἡγεμόνας autem hic uocat Præsides prouinciarum, sicut accipitur infrà capite uigesimoseptimo, & in Actis apostolorum: quum alioquin hoc uocabulo duces significentur. 19 Sed quum, ὅταν δέ. Vulgata, quum autem: quæ interpretatio non satis declarat uim particulæ δέ pro ἀλλὰ positæ. 20 In uobis, ἐν ὑμῖν: id est, per uos, uel intra uos. 21 Morte multandos curabunt, θανατώσουσιν. Vulgata & Erasmus, morte afficient. Est hoc uocabulum plerunque forense: hic autem accipitur ueluti in coniugatione hiphil. quod declarat præcedens illud, εἰς θάνατον: tamen illo etiam modo accipi posse, non nego. Nam iurè dici potest interficere, qui interficiendum curat. 23 In ea urbe, ἐν τῇ πόλει ταύτῃ: in ea scilicet quam ingressi fueritis. Vulgata & Erasmus, in ciuitate hac, uel ista. Exemplar unum habebat, διώκωσιν ὑμᾶς ἐν τῇδε πόλει ταύτῃ: id est, uos abegerint ex ea urbe. In aliam, εἰς τὴν ἄλλην. Exemplar octauum additum habebat, καὶ ἐν τούτοις ἐκβαλοῦσιν ὑμᾶς, φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν: id est, quòd si ex ea urbe uos exegerint, fugite in aliam. Exemplar uerò secundum, ἐὰν δὲ ἐν τῇ ἄλλῃ διώκωσιν ὑμᾶς, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην: si uerò in alia uos persequuti fuerint, fugite in aliam. Verbum autem διώκειν modò conuertimus Persequi, modò abigere & exigere, propter additam uariã constructionem. Obieritis, τελέσητε. Vulgata, consummabitis. Erasmus, perambulaueritis. Ad uerbum, finieritis. Exemplar quartum, πληρώσητε, impleueritis: quo modo etiam loquitur Paulus Rom.15.d.19. Sed uerbum latinum quo usus sum uidetur satis commodè Græcũ explicare: quia utroq; modo accipitur, nempe pro peragere & circuire. Quin, ἕως ἄν. Videtur hæc accipi pro πρίν ἄν: alioqui significant usquedum: quo modo cõuertere solemus. 25 Et ut seruus sit, καὶ ὁ δοῦλος. Dicendum potius fuerat, καὶ τῷ δούλῳ, & seruo: ut ista cum superioribus cohærerent. & ita legit uetus interpres. Beelzebul, βεελζεβούλ. Vulgata, Beelzebub. Nam etiam secundum exemplar legit βεελζεβὸβ: & scribendum esse ℓ, non λ, apparet ex 2. Reg.1.a.2. Fuit autem Accaronitarum idolum, quod commodè possis dominum muscarũ appellare. Vocauerunt, ἐκάλεσαν. Secundus codex scriptum habebat ἐκάλεσεν, uocant.

26 Quod

A μὴ οὖν φοβηθῆτε αὐτούς. οὐδὲν γάρ ἐστι κεκαλυμ- 26
μένον, ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται· καὶ κρυπτόν, ὃ
οὐ γνωσθήσεται.

ὃ λέγω ὑμῖν ἐν τῇ σκοτίᾳ, εἴπατε ἐν τῷ φω- 27
τί· καὶ ὃ εἰς τὸ οὖς ἀκούετε, κηρύξατε ἐπὶ τῶν δω-
μάτων.

καὶ μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶ- 28
μα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι.
φοβηθῆτε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ
σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ.

οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται, καὶ ἓν ἐξ 29
αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν, ἄνευ τοῦ πατρὸς
ὑμῶν.

ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠ- 30
ριθμημέναι εἰσί.

μὴ οὖν φοβηθῆτε, πολλῶν στρουθίων διαφέρετε 31
ὑμεῖς.

πᾶς οὖν ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν 32
ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν
B τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς.

ὅστις δ' ἂν ἀρνήσηταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώ- 33
πων, ἀρνήσομαι κἀγὼ αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ πα-
τρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς.

μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ 34
τὴν γῆν· οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μά-
χαιραν.

Ne igitur timueritis eos: nihil enim est opertum, quod nō sit reuelandum: & nihil occultū, quod non sit uenturum in noticiam. Marc.4.c.20. Luc.8.c.17.& 12.a.2.

Quod dico uobis in tenebris, dicite in luce: & quod in aurem auditis, prædicate supra domos.

Et ne timueritis uobis ab his qui trucidant corpus, animam autem non possunt trucidare: sed timete potius eum qui potest & animam & corpus perdere in gehenna. Timor.

Nónne duo passerculi assario ueneunt: & unus ex eis non cadet humi sine Patre uestro? Passeres duo. Prouidentia Dei.

Vestri uerò etiam capilli capitis omnes numerati sunt. Capilli. 2.Reg.14.c.11. Act.27.f.34.

Ne igitur timueritis: multis passerculis præstatis uos.

Omnis igitur qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui est in cœlis. Confitori Christum. Marc.8.d.38. Luc.9.c.26. & 12.b.8. 2.Timoth.2.b.12.

Quisquis autem negauerit me coram hominibus, negabo eū & ego coram Patre meo qui est in cœlis.

Ne existimetis quòd uenerim ut mitterem pacem in terram: non ueni ut mitterem pacem, sed gladium. Pax. Gladius. Luc.12.f.51.

26 Quod non sit uenturum in noticiam, ὃ οὐ γνωσθήσεται. Vulgata, quod non sciatur. Erasmus, quin futurū sit, ut sciatur: id est, ὃ οὐ μέλλει γνωσθήσεσθαι. 27 Supra domos, ἐπὶ τῶν δωμάτων: id est, ex ipsis etiam supremis ædibus populo circunstanti aut prætereunti. Erant enim olim (quemadmodum etiam hodie in illis regionibus) ita fabricata ædium summa, ut in illis ambulare & uersari possent: sicut liquet ex Deuteronomij uigesimosecundo b. 8. & Act. decimo b. 9. Vulgata, super tecta. Erasmus, in tectis. Neuter (ut opinor) satis commodè. Nam quantum possum intelligere, δῶμα idem omnino ualet quod οἶκος: aut ea certè pars domus intra quam habitatur. Sed ἐπὶ particula quum idem hic ualeat quod super (qua tamen significatione plerunque tertio casui iungitur) indicat de qua parte ædium agatur. Erasmus autem ex Hieronymo arbitratus est ἐπὶ significare in, & δῶμα supremā partem ædium, quam Græci uocant τέγος, uel ὑπερῷον: quod quidē debuit idōnei alicuius scriptoris authoritate confirmare. 28 Qui trucidāt, τῶν ἀποκτεινόντων. Vertimus ἀποκτείνειν trucidare, quòd melius uocabulū non haberemus (est enim trucidare maius quidpiam quàm occidere. Virgilius secundo Aeneid. Fit uia ui, rumpunt aditus, primosq; trucidant) φονεύειν uerò occidere, & φόνον cædem, διαχειρίζεσθαι interficere, ἀναιρεῖν tollere: ut cuique Græco suum Latinum opponamus. Potius, μᾶλλον. Erasmus, magis: & fateor quidem hanc esse propriam huius uocabuli declarationem, sicut etiam suprà conuertimus capite sexto d. 30. & 7. b. 11. sed hoc quidem loco non est dubium quin aliud declaret. Neque enim monet Christus, ut hunc magis quàm illos timeamus: sed ut hunc unum potius timeamus, quàm illos. 29 Assario, ἀσσαρίου, quod uocabulum Romanum est, cuius mentionem facit Varro libro de Analogia primo. Fuit autem assarius, dimidia pars asis, non libralis illius ueteris, sed semuncialis: quem testatur percussum lege Papyria Plinius libro tricesimo tertio, capite tertio: adeò, ut assarius tantum fuerit quarta unciæ pars. quod primus, ut existimo, docuit Georgius Agricola libro de Externis ponderibus secundo, homo in hoc argumenti genere fœliciſsimè uersatus. Vulgata, asse: quam sequitur Basiliensis. Erasmus uertit, minuto asse: referens ad precij uilitatem, ut uim exprimeret diminutiui. Humi, ἐπὶ τὴν γῆν: id est, χαμαί. Ad uerbum, ad terram. quod usurpauit etiam Virgilius libro quinto Aeneidos —grauiterq; ad terrā pondere uasto Concidit. Et libro duodecimo, —incidit ictus Ingens ad terram duplicato poplite Turnus. Vulgata, super terrā. Erasmus, in terram. Aliquando uerò, ἐπὶ γῆς & ἐν τῇ γῇ opponuntur, ut suprà capite sexto c. 19. Tunc igitur non humi, sed in terra interpretamur. Chrysostomus (ut annotat Erasmus) uidetur legisse, ἐπὶ παγίδα, in laqueum Sine, ἄνευ: id est, non interueniente decreto & uoluntate. alioqui uideretur significari, Patrem cœlestem simul cum passerculis cadere, ut quidem solet hæc particula plerunque usurpari. Illo modo usurpatur apud Demosthenē περὶ τῶν πρόσω· καὶ τοῦτ' ἐστὶν ἀληθὲς οὐδὲν τῶν ὑπαρχόντων ἄνευ τοῦ δήμου ἀπολωλέναι. Et hæc quidem à classis præfecto comparata sunt sine populo Athenienſi: id est, non adhibita authoritate & consensu populi Athenienſis. Vestros, ὑμῶν. Addit exemplar nonum, τοῦ πατρὸς ὑμῶν: id est, qui est in cœlis. 31 Multis passerculis præstatis uos, πολλῶν στρουθίων διαφέρετε ὑμεῖς. Vulgata, Multis passeribus meliores estis uos. Erasmus, Vos pluris estis quàm multi passerculi. Idem tamen suprà capite 6. c. 26: uti maluit uerbo præcellendi: quum illic Vetus interpres uertisset διαφέρετε, pluris estis. 32 Me, ἐν ἐμοί. Ad uerbum, in me: & sic paulo pòst, ἐν αὐτῷ, in eo, pro αὐτὸν, id est eum. quæ constructio est Hebraica, cuius exemplum habes Nehem. 9.a.2. Hic enim ἐν respondet præpositioni ב. & Confiteri accipitur pro palàm & publicè agnoscere & profiteri: quæ oris confessio fidem semper consequitur: hoc est nimirum quod uernacula lingua dicimus, *aduouer publiquement & recognoistre*. Vnde factū, ut confessiones uocet Ecclesia, quas edunt Christiani suæ religionis professiones: sicut etiam sacrificia θυσιαστικὰ in Lege תודות dicebātur. Coniunctæ sunt enim istæ publicæ professiones cum eius laude, quem nos agnoscere profitemur.

Diſſidia. Mich.7.b.6.

Nam ueni ut diſsidere faciam hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam:

35 ἦλθον γὰρ διχάσαι ἄνθρωπον κατὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ θυγατέρα κατὰ τῆς μητρὸς αὐτῆς, καὶ νύμφην κατὰ τῆς πενθερᾶς αὐτῆς.

Et inimici hominis erunt ij qui sunt domestici ipsius.

36 καὶ ἐχθροὶ τοῦ ἀνθρώπου, οἱ οἰκιακοὶ αὐτοῦ.

Amor parentū. Luc.14.c.26.

Qui amat patrem aut matrem supra me, non est me dignus: & qui amat filium aut filiam supra me, non est me dignus.

37 ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμέ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· καὶ ὁ φιλῶν υἱὸν ἢ θυγατέρα ὑπὲρ ἐμέ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος.

Crux. Infrà 16.d.24. Luc.9.c.23.& 14.f.27.

Et qui non accipit crucem suam, ac sequitur me à tergo, non est me dignus.

38 καὶ ὃς οὐ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος.

Perdere animū. Infrà 16.d.25. Marc.8.d.35. Luc.9.c.24. Ioan.12.d.25.

Qui inuenerit animam suam, perdet eam: & qui perdiderit animam suam mea causa, inueniet eam.

39 ὁ εὑρὼν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκέν μου, εὑρήσει αὐτήν.

Recipere Euangelistā, siue Apostolum, aut Prophetam. Luc.10.c.16. Ioan.13.c.20.

Qui recipit uos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui misit me.

40 ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται· καὶ ὁ ἐμὲ δεχόμενος, δέχεται τὸν ἀποστείλαντά με.

Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.

41 ὁ δεχόμενος προφήτην εἰς ὄνομα προφήτου, μισθὸν προφήτου λήψεται· καὶ ὁ δεχόμενος δίκαιον εἰς ὄνομα δικαίου, μισθὸν δικαίου λήψεται.

Marc.9.f.41.

Et quicunque potum dederit uni ex his paruis, poculum frigidæ solum nomine discipuli: amen dico uobis, non perdiderit mercedem suam.

42 καὶ ὃς ἐὰν ποτίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων ποτήριον ψυχροῦ μόνον, εἰς ὄνομα μαθητοῦ, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ.

CAP. XI.

Prædicat Christum.

ET factum est, quum desiisset Iesus praecipere duodecim discipulis suis, digressus est illinc docendi causa, & prædicandi in urbibus eorum.

1 Καὶ ἐγένετο, ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς διατάσσων τοῖς δώδεκα μαθηταῖς αὐτοῦ, μετέβη ἐκεῖθεν, τοῦ διδάσκειν καὶ κηρύσσειν ἐν ταῖς πόλεσιν αὐτῶν.

Ioannes mittit discipulos ad Christum. Luc.7.c.18.

Ioannes autem quum audisset in uinculis opera Christi, misis duobus ex discipulis suis,

2 ὁ δὲ Ἰωάννης ἀκούσας ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τὰ ἔργα τοῦ Χριστοῦ, πέμψας δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ,

Dixit ei: Tu es ille qui uenturus erat, an alterum expectabimus?

3 εἶπεν αὐτῷ· σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν;

55 Diſsidere faciam, διχάσαι. Vulgata, separare, διαστῆσαι. Rectè Eraſmus, quem ſequuti ſumus, uocabuli Græci uim expreſsit. Nurum, νύμφην. Eraſmus, ſponſam. Sed hic opponitur ſocrui. 37 Qui amat, φιλῶν. Eraſmus, Qui amauerit, φιλήσας. Supra me, ὑπὲρ ἐμέ. Vulgata, plus quàm me: id eſt, πλέον ἐμοῦ. Horatius Car. 3. —tres cyathos prohibet ſupra Rixarum metuens tangere Gratia. 38 Me à tergo, ὀπίσω μου. Ad uerbum, retro [uel poſt] me, ut ſuprà cap.5.c.11. Quod certè notandum eſt, ut qui Deum colunt cultu à ſe excogitato, intelligant ſeſe non ſequi Chriſtum, ſed illi præire uelle. Itaque ὀπίσω ſum interpretatus A tergo: quia quum non ſatis fecerit Euangeliſtæ uerbum ἀκολουθῶν, ſed addendum aliquid præterea iudicarit, hoc quoque putauimus neceſsariò exprimendum, quod à uetere interprete & ab Eraſmo fuit neglectum. Multi enim ſe Chriſtum ſequi dicunt, quum illi ſoli ſequantur qui à tergo ſequuntur: id eſt, qui illum uerbo ſuo præeuntem poſſunt offendere. 39 Qui inuenerit, εὑρών. Vulgata, Qui inuenit. Per conceſsionem autem Animam inuenire (id eſt, uitam ſuam ſeruare) dicitur, qui ut præſenti huic uitæ conſulat, Chriſtum negat. Vide infrà 16.d.25. 41 In nomine, εἰς ὄνομα. Ad uerbum, in nomen, εἰς pro ἐν poſito: id eſt, tanquàm Prophetam, & eo quòd eſt Propheta, ſicut explicatur Marci 9.f.41. Debemus enim Chriſtum colere in ipſius ſeruis: alioqui nihil præſtamus, quod profanæ quoque gentes cumulatè non præſtent. 42 Paruis, μικρῶν. Vulgata, minimis (ſicut etiam legit Hilarius, ut annotauit Eraſmus) id eſt ἐλαχίστων, quod ſcriptum inuenimus in exemplari ſecundo. Solum, μόνον. Vulgata & Eraſmus, tantum. Ego uerò malui ut nomem interpretari. Deerat in quinto exemplari.

IN CAP. XI.

1 Quum deſiiſſet, ὅτι ἐτέλεσεν. τελῶ absolutum, Latini uno uerbo Definere dicunt: ſicut Græci λήγειν καὶ παυλήγειν. Vulgata, quum conſummaſſet: quòd reſpondet τῷ συντελῶν, & tranſitiuum eſt. Eraſmus περιφραστικῶς, quum finè feciſſet. Præcipere, διατάσσειν. Vulgata ad uerbũ, præcipiens. Eraſmus, mandandi, ἐντελλόμενος. Porrò διατάσσειν edicere declarat, unde διατάξεις & διατάγματα dicuntur principũ edicta, ut Hebr.11.c.23. Sed haud ſatis ſcio an Edicere abſolutè accipiatur: itaque ſynonymo uſi ſumus. 2 In uinculis, ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ. Eraſmus, in carcere. Vocabulum Græcum, ut notat Eraſmus, à uinculis dictum eſt. Quum igitur Latinis uinculorum appellatione tam compedes quàm carcer ipſe ſignificetur, à uetere interprete nolui diſcedere. Opera, τὰ ἔργα. Eraſmus facta: id eſt, τὰ πεπραγμένα. qui etiam hoc nomine ueterem interpretem reprehendit. Atqui ſi potius putauit Facta dicendum, cur toties in Epiſtolis Pauli operum nomen retinuit, & de operibus hodie potius quàm de factis diſputatur? 3 Ille qui uenturus erat, ὁ ἐρχόμενος. Vulgata, qui uenturus es, neglecto articulo. Eraſmus per præſens, ille qui uenturus eſt. Græcum participium eſt anceps ad utrũq; tempus: ſicut apud Latinos Venturus poteſt eum omnibus temporibus uerbi ſubſtantiui coniungi. Viſum eſt autem mihi, imperfectum optimè omnium conuenire. Expectabimus, προσδοκῶμεν; Ad uerbum, expectamus: quo modo Vulgata & Eraſmus. Mihi uidetur præſens pro futuro poſitum, ſicut ἔρχει pro ἐλεύσει ſuprà cap.5.g.46.

4 Videtis,

A καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· πορευθέντα ἀπαγγείλατε Ἰωάννῃ ἃ ἀκούετε καὶ βλέπετε. 4

τυφλοὶ ἀναβλέπουσι, καὶ χωλοὶ περιπατοῦσι, λεπροὶ καθαρίζονται, καὶ κωφοὶ ἀκούουσι, νεκροὶ ἐγείρονται, καὶ πτωχοὶ εὐαγγελίζονται. 5

καὶ μακάριός ἐστιν ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί. 6

Τούτων δὲ πορευομένων, ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς λέγειν τοῖς ὄχλοις περὶ Ἰωάννου· τί ἐξήλθατε εἰς τὴν ἔρημον θεάσασθαι; κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον; 7

ἀλλὰ τί ἐξήλθατε ἰδεῖν; ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον; ἰδοὺ οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες, ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλέων εἰσίν. 8

ἀλλὰ τί ἐξήλθατε ἰδεῖν; προφήτην; ναί, λέγω ὑμῖν, καὶ περισσότερον προφήτου. 9

οὗτός γάρ ἐστι περὶ οὗ γέγραπται· ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου. 10

B ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ ἐγήγερται ἐν γεννητοῖς γυναικῶν, μείζων Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ· ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων αὐτοῦ ἐστιν. 11

4 Et respondens Iesus, dixit eis: Profecti renuntiate Ioanni ea quæ auditis & uidetis.

5 Cæci uisum recipiunt, & claudi ambulant, leprosi mundantur, & surdi audiunt, mortui excitantur, & pauperes euangelizantur.

6 Et beatus est, qui non fuerit offensus in me.

7 Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere turbæ de Ioanne: Quid existis in desertum ut spectaretis? arundinem quæ agitatur à uento?

Testimonium Christi de Ioanne.

8 Sed quid existis ut uideretis? hominem mollibus uestimentis amictum? ecce qui mollia ferunt, in domibus Regum sunt.

9 Sed quid existis ut uideretis? Prophetam? etiam dico uobis, & amplius quàm Prophetam.

10 Iste est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto nuncium meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam coram te.

Malac. 3. a. 1.

11 Amen dico uobis, non surrexit inter eos qui gignuntur è mulieribus, quisquam maior Ioanne Baptista: sed qui est minimus in regno cœlorum, maior eo est.

4 Videtis, βλέπετε: id est, ὁρᾶτε. Vulgata, quæ audistis & uidistis. Sed de re præsenti loqui uidetur, & in eo conueniunt omnia exemplaria. 5 Visum recipiunt, ἀναβλέπουσι. Vulgata, uident, non expressa præpositione ἀνά. Euangelizantur, εὐαγγελίζονται: id est, pauperibus annunciatur Euangelium. Cæterum euangelium, euangelizare & euangelizari, uocabula Græca tanquam in Latina Ecclesia iampridem usurpata libenter retinuimus. & τὸ εὐαγγελίζεσθαι, quod quidã hoc loco interpretantur actiuè, ego malo passiuè accipere. Hæc enim pertinẽt ad illum Esaiæ locum ex capite 61. a. 1. Ad euangelizandum pauperibus misit me: cuius sit mentio apud Lucam capite 4. c. 18. Legimus tamen apud Esaiam עניים: id est mansuetis, & ijs qui hominibus superbis & elatis opponuntur, non עניים, quos solent Græci interpretes πένητας & πτωχοὺς interpretari. Sed tenue est hoc discrimen, si rem ipsam spectemus. 6 Qui non fuerit offensus in me, ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί: id est, qui ex me non quæsierit offendiculi occasionem. Vulgata, qui non fuerit scandalizatus in me. Erasmus, qui nõ fuerit offensus per me. quod sic accipi posset, quasi dicat Christus, eos fore beatos quos ipse nõ læserit. qui sensus non cõuenit. Sic autem ut uerti, loquitur etiam Cicero sæpe, ut libro secundo de Inuen. Si quo in uitio eius offenderemur. Et ad Quint. frat. Aut in Fonteio defendendo animos bonorum offenderent. Infrà cap. 13. g. 57. Erasmus uertit, offendebantur super eo, ἐσκανδαλίζοντο ἐν αὐτῷ. Et capite 26. d. 31. Offendiculum patiemini mea causa, σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοί: qui tamen uariam istam & multiplicem interpretandi rationem sæpe, idq; meritò, reprehendit. 7 Illis autem abeuntibus, τούτων δὲ πορευομένων. Erasmus, euntibus autem illis. πορευομένων existimo hic poni pro ἀπιόντων. C Vt spectaretis, θεάσασθαι. Vulgata & Erasmus, ut uideretis? Vide suprà capite 6. a. 1. Quæ agitatur, σαλευόμενον. Significat uocabulum Græcum undarum more huc & illuc impelli: quod poeta dicit, Vndantem & fluctuantẽ, uim Græci uocabuli exprimẽs: Galli uerò, *qui flotte*. Heliodorus Aethi. hist. lib. 3. τὰς ψυχὰς ἀμφιτίτους ἐν ὑγρῷ τῷ κάτωθεν σαλεύουσι: id est, animo utriusq; ex humido affectu fluctuante. Latini quoque dicunt segetes fluctuare, quum uento agitantur. Vulgata, agitatam. 8 Sed, ἀλλὰ. Sic uernaculo sermone dicimus, *Mais qu'estes vous allez voir?* Interrogat enim ἀλλὰ hoc loco. Erasmus, Age: & paulo pòst, At. Vestimentis, ἱματίοις. Aut uestibus, sicut interpretatur Erasmus. Accipitur enim generali significatione hoc loco, ut suprà cap. 9. b. 16. Vulgata prætermisit. Qui ferunt, οἱ φερόντες, uel gestant. Vulgata, qui mollibus uestiuntur, οἱ μαλακοῖς ἠμφιεσμένοι. 9 Amplius, περισσότερον. Erasmus, excellentiorem. Ego malui sic conuertere, siue ut nomen, siue ut aduerbium accipias. Ad uerbum τὸ περισσὸν dicitur, quod superat & abundat, interdum in laude, ut hic: interdum in uitio, ut suprà capite 5. f. 37. 10 Nunciũ meum, ἄγγελόν μου. Vulgata, angelũ meum: quod rectè mutauit Erasmus, quum de homine loquatur. Præparabit, κατασκευάσει. Hæc nimirum petita sunt à regum & principum consuetudine, quorum aduentus multo antè tempore solet nunciari, ut ipsis maiore cum pompa occurratur. 11 Surrexit, ἐγήγερται. Hebraicè קם: id est (ut Erasmus interpretatur) exortus est. Inter eos qui gignuntur è mulieribus, ἐν γεγεννητοῖς γυναικῶν. Vulgata ad uerbũ, inter natos mulierũ. Erasmus, inter eos qui nascuntur è mulieribus. Ego uerò puto hic poni τοῖς γεγεννημένοις in propria significatione, nẽpe ut hoc ad uirũ referatur, qui prolẽ gignit ex uxore: quo modo non potest dici Christus γεννητὸς γυναικὸς, quũ conceptus sit ex Spiritu sancto. Hebræis tamen uerbũ ילד tam de patre quàm de matre dicitur: quamobrẽ Iob, capite 15. b. 14. & 25 b. 4. natus uel generatus ex muliere, homi nẽ declarat. Infrà quoq; Lucæ 1. b. 13. de Elisabetha dicit angelus Zachariæ, γεννήσει υἱόν σοι. Ex quo liquet, τὸ γινῶσκειν etiam de matre dici. Sed quomodocunque accipias, constat intelligi hæc Christi uerba de his qui consueto naturæ ordine gignuntur, ex semine uiri scilicet: quod in Christum non cadit, quamuis natum ex muliere. Quod autem Erasmus annotat sibi uideri, γεννητὸς neutrum esse, mihi ne probabile quidem uidetur. Nam quid tandem secundum naturam parere potest mulier præter hominem? Sed, δέ. Vulgata, autem, non satis commodè expressa particula δέ. Erasmus, attamen: id est, μενοῦνγε. Minimus, μικρότερος. Vulgata & Erasmus ad uerbũ, minor. Sed interdum solent Græci συγκριτικὰ usurpare ἀντὶ τῶν ὑπερθετικῶν, & contrà quoque hæc pro illis usurpare: quam enal-

lagen etiam in noſtro ſermone uernáculo uſurpamus. Sic enim hoc exprimas, *le plus petit ou le moindre*: quod diſcendi genus frequenter etiam deinceps occurret. Quod autem ſubijcitur, ὑπὸ τῆ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, apud Theophylactũ coniungitur cum μείζων ἐστίν, quaſi hæc de ſeipſo Chriſtus dicat: qui quum reipſa ſit maximus atq; adeò princeps regni Dei, tamen opinione hominum ſit minimus. Sed in alijs omnibus codicibus adſcripta erat diſtinctio poſt οὐρανῶν, ut pleniſſima illa lux quæ à Chriſti prædicatione mundo affulſit, cum ea ueluti ſcintilla conferatur, quæ ad Ioannem uſq; emicuerat. Idq; uidentur ea quæ conſequuntur, optimè declarare.

Luc.16.d.16. Porrò à diebus Ioannis Baptiſtæ uſq; nunc regno cœlorum uis affertur, & uiolenti rapiũt illud.

12 ἀπὸ δὲ τῶν ἡμερῶν Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ ἕως ἄρτι, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν.

Lex & Prophetæ. Nam omnes Prophetæ & ipſa lex uſq; ad Ioannem prophetauerunt.

13 πάντες γὰρ οἱ προφῆται καὶ ὁ νόμος, ἕως Ἰωάννου προεφήτευσαν.

Elias. Mal.4.b.5. Et ſi uultis recipere, ipſe eſt Elias ille qui uenturus erat.

14 καὶ εἰ θέλετε δέξασθαι, αὐτός ἐστιν Ἠλίας ὁ μέλλων ἔρχεσθαι.

Qui habet aures ad audiendum, audiat. 15 ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

Luc.7.e.31. Sed cui aſſimilabo generationem hanc? Similis eſt puerulis qui ſedẽt in foris, & acclamãt ſodalibus ſuis,

16 τίνι δὲ ὁμοιώσω τὴν γενεὰν ταύτην; ὁμοία ἐστὶ παιδαρίοις τοῖς ἐν ἀγορᾷ καθημένοις, καὶ προσφωνοῦσι τοῖς ἑταίροις αὐτῶν,

Ac dicunt: Tibia cecinimus uobis, & nõ ſaltaſtis: lamẽtati ſumus uobis, & non planxiſtis. 17 καὶ λέγουσιν· ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε· ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκόψασθε.

Chriſtus & Ioannes. Venit enim Ioannes nec edens nec bibens, & aiunt: Dæmonium habet. 18 ἦλθε γὰρ Ἰωάννης μήτε ἐσθίων μήτε πίνων, καὶ λέγουσι, δαιμόνιον ἔχει.

Venit Filius hominis edens ac bibens, & dicunt: Ecce homo edax & uini potor, publicanis amicus ac peccatoribus. Sed iuſtificata eſt 19 ἦλθεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων, καὶ λέγουσιν· ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης, τελωνῶν φίλος καὶ ἁμαρτωλῶν. καὶ ἐδικαιώθη ἡ σο-

12 A diebus, ἀπὸ τῶν ἡμερῶν. Hebraiſmus: id eſt, à tempore quo Ioannes Baptiſta prædicare cœpit. Sed hunc quoq; Hebraiſmũ libenter retinuimus, quo ſcilicet optimè exprimitur quàm fragilis & caduca ſit mortalium uita. Vſq; nunc, ἕως ἄρτι: id eſt, ad hũc uſq; diẽ. quo modo uertit Eraſmus. At ego nõ uideo cur minus liceat dicere uſq; nunc, quàm uſque ſub, uſq; adhuc, uſq; ante: quorũ exempla frequenter occurrunt. Sic ἄρτι ſuprà cap.3.d.15, pro τῶν positũ eſſe diximus, ut idem ualeat ἕως ἄρτι, atque ἕως τοῦν: id eſt (ut loquuntur Hebræi) עד עתה. Vis affertur, βιάζεται: id eſt, quaſi impetu quodam in illud perrumpitur. Eſt enim ueluti omnibus expoſitus hîc Patris cœleſtis theſaurus, quem uideri poterat antea occultaſſe, ſicut explicatur Rom. 16.d.25.26. Vulgata & Eraſmus, uim patitur: quod mihi uiſum eſt obſcurius. Rapiunt, ἁρπάζουσιν: id eſt, arripiũt, uel diripiunt, ut teſtatur Eraſmus ſe legiſſe in aureo codice. metaphora ſumpta à caſtris aut ab arce quapiam, quæ irrumpentibus hoſtibus diripitur.

13 Prophetauerunt, προεφήτευσαν. Futura tantùm uaticinati ſunt, quæ nunc præſentia clarè & perſpicuè cernuntur. Cęterùm hoc quoq; uocabulum tanquã Chriſtianorum auribus familiariſsimũ, non inuiti uſurpauimus.

14 Qui uenturus erat, ὁ μέλλων ἔρχεσθαι: id eſt (ut ſuprà dixerat uno uerbo) ὁ ἐρχόμενος. Hæc autem participia (ut rectè obſeruat Eraſmus) ad imperfectum etiam pertinent. Itaq; non rectè uertit Vulgata, qui uenturus eſt.

16 Generationem hanc, γενεὰν ταύτην: id eſt, hoc hominum genus, tam præfractũ ſcilicet & contumax! Nationis itaq; nomen plerunque latius patet. quamuis quũ familiarem huic genti peruicaciam exprobret, nationẽ hoc quoq; loco non ineptè poſsis interpretari. Sed uocabulum Hebræum דור, quod (ut ego quidem exiſtimo) huic opponitur, ætatem proprié declarat: & deducitur non à generando, ſed potius ab incolendo & habitando. Itaque ſignificat hominum uniuerſitatem, quæ eodem tempore in orbe terrarum degit. Quamobrem etiam Ætatẽ conuertimus infrà cap.24.c.34. Sodalibus, τοῖς ἑταίροις. Vulgata, coæqualibus: id eſt, ὁμηλιξι. 17 Lamentati ſumus, ἐθρηνήσαμεν: id eſt, lugubres cantiones cecinimus. Vulgata, lamẽtauimus. Eraſmus, lugubria cecinimus: quod Græcis ſignificat ὀθρηνολόγουν. Cuius uerbi uis optimè exprimitur Hiſtoriæ Aethiopicæ Heliodori lib. 5. his uerbis: ἤδιστα γυναικὸς ἀκλαύτου τι καὶ ἀθρήνου κηδεύσεις ἀνδρὸς ἀλλ' ἀλλήλοις συνὼν μογήσεται. ἀπίτι τὸ ἀνμάκτιτον ὑπὲ τῶ Ἀρδίνι χαραγωγαῖμεν ὄφρ μασι. Et paulo pôſt, καὶ τοιάδε ἐκατέλαμβανεν ἐκ ἐρυθρόσαν. 18 Ioannes, ἰωάννης. Sextum exemplar addit, πρὸς ὑμᾶς, aduos. 19 Edax, φάγος. Vulgata, uorax: id eſt βόρος. Eraſmus, comedonem. Sed hoc comedonis uocabulum præterquam quòd eſt obſoletũ, etiam pluſculum aliquid declarat, eum ſcilicet qui bona & facultates ſuas abliguriat. Itaq; Eraſmus ipſe infrà Lucæ 7. e. 34. edacem interpretatur, non comedonem. Iuſtificata eſt, ἐδικαιώθη. Hoc uocabulum Theologis admodum familiare: quamuis non eadem ſemper ſignificatione accipiatur, tamen libens amplector. Cæterùm quod paulo ante hæc eadem uerba reperimus ſcriptum Lucæ cap. 7.e.29. καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἀκούσας, καὶ οἱ τελῶναι ἐδικαίωσαν τὸν θεὸν: id eſt, Et omnis populus qui audierat, & publicani iuſtificarunt Deum: id eſt, (ni fallor) optimè hunc locum explicat. Ait enim Lucas, publicanos & turbam iuſtificaſſe Deum: id eſt, agnouiſſe Dei ſapientiam & bonitatem in Chriſto & Ioanne elucentem: ut meritò poſtea Chriſtus Phariſæis exprobrans peruicaciam, dixerit iuſtificatam eſſe Sapientiam à filijs ſuis: id eſt, eos demum qui uerè filij ſapientiæ eſſent, id eſt ſapiẽtes (ex Hebræo idiotiſmo, de quo ſæpe iam diximus) Dei ſapientiam agnoſcere in eo, quem Phariſæi contemnerẽt. Iuſtificatur igitur Sapientia à filijs ſuis, quũ Euangelium Chriſti recipitur. eaq; interpretatio optimè cohæret cum præcedentibus, præſertim ſi Lucas cum Matthæo coniungatur. quod etiam planius fiet, ſi καὶ uerteris Sed, ut nos fecimus. Nam illud ו Hebrçorũ, cui reſpondet καὶ Grçcorum, hanc etiã ſignificationem admittit, ut manifeſtè apparet Act. 10.d.28. Quidam conuertit, eſtq; ſuis aliena ſapientia, cui non aſſentior. Nam ut δικαιοῦσθαι fatear à Paulo etiam accipi pro ἐλεύθερον θεῖσθαι, id eſt liberari, Rom. 6.b.7. tamen nemo non uidet aliud eſſe liberari quàm alienum fieri, & hunc ſenſum parum conuenire. Neq; uerò (ut ipſe putat) cogimur in hanc ſententiam deſcendere, quia ſcriptum eſt ἀπὸ non ὑπὸ. Solent enim hæ particulæ permutari, ut apparet infrà, cap. 16.c.21. Item Marci 8.d.31. Lucæ 9.c. 22. & 17.c.25. Sed & in ueteribus ſynodis Græcè ſcriptis paſsim repetitur hæc formula, ἀπὸ πάσης συκοφάντου ὑλίης.

Suis.

A φίας ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς.

τότε ἤρξατο ὀνειδίζειν τὰς πόλεις ἐν αἷς ἐγένοντο αἱ πλεῖσται δυνάμεις αὐτοῦ, ὅτι οὐ μετενόησαν·

οὐαί σοι χοραζίν, οὐαί σοι βηθσαϊδά· ὅτι εἰ ἐν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἐγένοντο αἱ δυνάμεις, αἱ γενόμεναι ἐν ὑμῖν, πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ μετενόησαν.

πλὴν λέγω ὑμῖν, Τύρῳ & Σιδῶνι ἀνεκτότερον ἔσται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ ὑμῖν.

καὶ σύ καπερναοὺμ, μὴ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθήσῃ, ἕως ἅδου καταβιβασθήσῃ· ὅτι εἰ ἐν Σοδόμοις ἐγένοντο αἱ δυνάμεις, αἱ γενόμεναι ἐν σοί, ἔμειναν ἂν μέχρι τῆς σήμερον.

πλὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι γῇ σοδόμων ἀνεκτότερον ἔσται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ σοί.

ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἀποκριθεὶς ὁ ἰησοῦς εἶπεν· ἐξομολογοῦμαί σοι πάτερ, κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν & συνετῶν,

B καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις.

Sapientia à filijs suis.

Tunc cœpit *ita* exprobrare urbibus, in quibus factæ fuerant plurimę uirtutes ipsius, quòd non resipuissent: *Exprobrat Christus ciuitatibus infidelibus.* Luc. 10. c 13.

Væ tibi Chorazin, uæ tibi Bethsaidan: nam si in Tyro & Sidone factæ fuissent uirtutes quę factæ sunt in uobis, olim cum sacco & cinere *sedentes* resipuissent. *Corozain. Bethsaida.*

Quinetiam dico uobis: Tyro & Sidoni tolerabilius erit in die iudicij, quàm uobis.

Et tu Capernaum, quæ es usq; ad cœlũ sublata, usq; ad inferos deprimêris. nam si in Sodomis factæ fuissent uirtutes quæ factæ sunt in te, mansissent usq; ad hodiernum diem. *Capharnaum. Sodoma.*

Quinetiam dico uobis: Terræ Sodomorum tolerabilius erit in die iudicij, quàm tibi.

In illo tempore respondens Iesus, dixit: Confiteor tibi Pater, domine cœli & terræ, quòd absconderis hæc à sapientibus & intelligentibus, & reuelaris ea infantibus. *Paruulis cognitum Euangeliũ.* Luc. 10. d. 21.

Suis, αὐτῆς. nempe τῆ σοφίᾳ. Valla, eius: refert enim ad γνώσεως: sed peream, ni fallor.

20 Cœpit, ἤρξατο. Tertium exemplar addit, ἰησοῦς. Iesus. Exprobrare, ὀνειδίζειν. Suprà idem uerbum interpretati sumus conuiciari: quę interpretatio huic loco non conuenit. Factæ fuerant, ἐγένοντο. Vulgata, factæ sunt. 21 Chorazin, χοραζίν. In secundo exemplari legebatur χορεζαΐν, sicut Vetus interpres conuertit.

Bethsaidan, βηθσαϊδά. In quarto, sexto, & duodecimo exemplari scriptum erat βηθσαϊδᾶ: quod Vetus interpres legit. In uobis, ἐν ὑμῖν: id est apud uos, uel intra uos. Cum sacco & cinere *sedentes*, ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ. Particulam ἐν exprimo per σὺν, id est cum, & suppleo ex Lucæ 10. c. 13. participium καθήμενοι sedentes: quod etiam hoc loco adscriptum erat in sexto exemplari. Illa autem enallage In pro Cum, etsi nata uidetur ex Hæbræorum idiotismo, cuius exemplum habes prorsus simile Nehem. decimo a. 1. tamen (ut alibi ostendimus) occurrit etiam interdum apud Græcos disertiores. Cæterùm fuisse ueterum quoque hanc consuetudinem, etiam inter profanas gentes, ut in graui luctu sese puluere & cinere aspergerent, uel ex Homeri uersiculis liquet Iliad. 2. quibus Achillem lugentem non tam describit, quàm depingit eruditissimus poeta. Vide Act. primo b. 10.

22 Quinetiam, πλήν. Hebraicè אך. Vulgata, Veruntamen. Erasmus, Attamen. Fateor enim hanc particulam absolutè positam plerunque idem ualere quod ὅμως, sicut accipitur Lucæ decimo b. 11. d. 20. & 22. c. 22. & alibi aliquoties. Sed interdum quoque poni uidetur pro Sed, id est, אבל, ut Lucæ sexto d. 24. & 12. d. 31. & 23. d. 28. Hic autem usurpatur in ea specie correctionis, qua utimur quum superiora quidem minimè reprehẽdimus ut falsa, sed tamen amplificamus. Sic etiam omnino accipitur אך, Psalm. uigesimotertio b. 6. pro ἀλλὰ καὶ, & paulo pòst uersu uigesimoquarto, & infrà capite uigesimosexto f. 64. Nonnullis uerò placet illatiuam esse, pro eo quod Galli dicunt *pourtant*, Itali uerò *però*: quo modo commodissimè exponi posse uidetur Lucæ sexto c. 35. Tolerabilius, ἀνεκτότερον. τὸ ἀνέχεσθαι inter cætera tolerare significat, idq; (ni fallor) propria significatione. Vulgata, remissius, quasi ἀνίεσθαι, uel ἀνίεσθαι, idem ualeant quod ἀνένεκτα.

C 23 Capernaum, καπερναοὺμ. In secundo exemplari scriptum erat καφαρναοὺμ, ut infrà quoque cap. 17. d. 24.

Quæ es usque, ἕως. In secundo exemplari legimus, μὴ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθήσῃ; ἕως ἅδου καταβήσῃ: id est, Num usq; in cœlum extolleris? usq; in infernum descendes: sicut legit & interpretatus est Vetus interpres. Deprimêris, καταβιβασθήσῃ. Vulgata, descendes: legit enim καταβήσῃ. Porrò uerbum καταβιβάζεσθαι significat ab alio deijci & prosterni. Opponitur enim τῷ ἀναβιβάζειν, quod significat in equum attollere. Itaque malui uertere deprimêris, quod fecit Erasmus infrà Lucæ decimo c. 15. quo loco Vetus interpres legisse uidetur καταβυθήσῃ. Interpretatur enim demergêris. Mansissent, ἔμειναν ἄν. Vulgata, fortè mansissent. Sed ἄν particula non semper est ἀοριστικὴ, ut rectè annotat Valla, ex aliorum locorum collatione. Hodiernum diem, τῆς σήμερον. Vulgata, usque in hanc diem: id est, μέχρι ταύτης τῆς ἡμέρας. 24 Tibi, σοί. In secundo exemplari legimus, ὑμῖν: id est, uobis. 25 Respondens, ἀποκριθεὶς. Quia uidetur hoc obscurius, quum non fuerit interrogatus Iesus, ut dicatur respondisse: quamuis sæpe ex Hebraico idoimate, uel abundet hoc participium, uel pro Verba facere accipiatur: tamen cognoscenda uidetur historia ex Lucæ 10. c. 17. Contigerunt enim hæc pòst septuaginta discipulos reuersos, quos uerisimile est cum Iesu uarios sermones habuisse. Inter loquendum igitur quum Iesus ex discipulorum sermone intellexisset, plebem auidè excepisse uerbum Dei, quod à Principibus & Pharisæis partim contemnebatur, partim etiam oppugnabatur: tandem in hæc uerba erupit, Confiteor tibi, ἐξομολογοῦμαί σοι: id est, agnosco coram te. Vel, gratias ago, ut rectè explicat Erasmus. Nam apud Hebræos sic etiam accipitur uerbum ידה in coniugatione hiphil. Est autem apostrophe ad Patrem, quum antea Christus septuaginta illos discipulos alloqueretur. Itaq; nõ tacet Lucas hæc dixisse Christum spiritu exultantem & animi impetu correptum, quòd gloriã Patris uideret mundo patefieri. quod non annotassem (uidetur enim à nostro proposito alienum) nisi hoc quoq; pertineret ad explicationem uerbi ἀποκριθεὶς quod præcesserit. Intelligentibus, συνετῶν, à συνίημι, ut rectè obseruauit Valla. Vulgata, prudentibus: id est φρονίμοις. Dicuntur autem ista per concessionem. Infantibus, νηπίοις. νήπιος Græcis dicitur à νὴ & ἔπος, sicut Latinis infans ab in & fari: quod pòstea ad animũ transfertur. Vulgata & Erasmus, paruulis. Videtur autem Christus translatitiè alludere ad illud Dauidis, Psal. 8. a. 3. Ex ore infantium & lactantium perfeciſti laudem tuam.

Etiam pater, quia ita placuit tibi.

Ioan.5.d.36. & 6.c.46. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo: & nemo nouit Filium, nisi Pater: neque patrem quisquam nouit, nisi Filius, & cuicunque uoluerit Filius reuelare.

Venite ad me omnes qui fatigati estis & onerati, & ego faciam ut uos requiescatis.

Inuitat ad se Christus.

Iugum Christi. Ierem.6.d.16. Tollite iugum meum super uos, & discite à me, quòd mitis sim & humilis corde: & inuenietis requiem animabus uestris.

1.Ioan.5.2.3. Iugum enim meum facile est, & onus meum leue est.

CAP. XII.

Discipuli spicas uellunt. Marc.2.d.23. Luc.6.2.1. Deut.23.d.25. IN illo tempore ibat Iesus sabbatho per sata: discipuli uerò ipsius esuriebant, cœperuntq; uellere spicas, & edere.

Pharisæi autem quum eos uidissent, dixerunt ei: Ecce, discipuli tui faciunt quod non licet facere in sabbatho.

1.Reg.21.b.6. Ipse uerò dixit eis: Non legistis quid fecerit Dauid, quum esuiret ipse, & ij qui erant cũ eo:

Quomodo introierit domum Dei, & panes propositionis ederit, quibus uesci nõ erat ipsis licitum, neq; ijs qui cum eo erant, nisi Sacerdotibus solis?

Exod.29.c.32

26 ναὶ ὁ πατήρ, ὅτι οὕτως εὐδοκία ἐγένετο ἔμπροσθέν σου. A

27 πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου. καὶ οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατήρ· οὐδὲ τὸν πατέρα τις ἐπιγινώσκει, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ ᾧ ἐὰν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι.

28 δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς.

29 ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ· καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν.

30 ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστός, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν.

ΚΕΦ ιβ'

1 ΕΝ ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἐπορεύθη ὁ Ἰησοῦς τοῖς σάββασι διὰ τῶν σπορίμων· οἱ δὲ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπείνασαν, καὶ ἤρξαντο τίλλειν στάχυας, καὶ ἐσθίειν.

2 οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἰδόντες, εἶπον αὐτῷ· ἰδοὺ οἱ μαθηταί σου ποιοῦσιν ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν ἐν σαββάτῳ. B

3 ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· οὐκ ἀνέγνωτε τί ἐποίησε Δαβὶδ, ὅτε ἐπείνασεν αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ·

4 πῶς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγον, οὓς οὐκ ἐξὸν ἦν αὐτῷ φαγεῖν, οὐδὲ τοῖς μετ' αὐτοῦ, εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι μόνοις;

26 Etiam, ναί. Particula est qua testatur Christus se Patris factum approbare. Pater, ὁ πατήρ. Pater uocandi casu, ut ὁ υἱός μου, Marci decimoquinto. c. 34. quo modo etiam à Paulo usurpatur Roman. octauo c. 15. & Galat. quarto a. 6. sic infrà, 27. d. 29. & 40. Fortassis autem hic est Hebræorum idiotismus, qui suo illo π utuntur, partim pro nominatiuo articulo, partim pro uocandi aduerbio. Sed & Atticos ita loqui obseruauimus: sic enim Aristoph. in Ranis, ὁ παῖ ἀκολούθει δεῦρο. Idem in Concionantibus, φίλτατ' ἀνδρῶν ὦ πάτερ. Quia ita placuit tibi, ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου. Particulam ὅτι, quam expunxit Erasmus, non puto abundare. Addit enim Christus causam, cur Patris factum probet, eam scilicet quæ apud Christianos omnes plurimũ ualere debet: id est patris cœlestis uoluntatem. Cæterum εὐδοκία id declarat quod Gallicè uocamus bon plaisir: & ἐγένετο εὐδοκία, periphrasis est uerbi εὐδόκησεν, de quo diximus suprà 3. d. 17. Deinde alius est Hebraismus in ἔμπροσθέν σου, coram te, pro quo etiã dicunt, In oculis tuis, pro Apud te, uel simplicis pronominis loco. sicut sumus interpretati. 27 Noui, ἐπιγινώσκει. Alibi usi sumus agnoscendi uocabulo pro ἐπιγινώσκειν: sed hic uidetur poni compositum pro simplici, sicut apparet ex uerbo illi opposito nempe ἀγνοεῖν. 28 Qui fatigati estis, οἱ κοπιῶντες. Vulg. & Eras. qui laborati. Vide suprà, cap. 6. d. 28. Certè plus est κοπιᾶν quàm πονεῖν, si propriam utriusq; significationem spectemus: C sicut etiam apud Latinos pluisculum declarat fatigatum esse quàm laborare, quamuis interdum ista permutentur. 29 Humilis corde, ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ: id est, ταπεινόφρων, ut interdum Græci uno uocabulo declarãt. Facile, χρηστὸν: id est quod facilè ferri, & quo facilè uti possimus, παρὰ τὸ χρῆσθαι. Illud autem de quo tam multis disserit Erasmus in hunc locum, nimirum qua ratione dicatur iugum Christi leue, planè explicatur 1. Ioh. 5. a. 2. & 3. Mandata eius (inquit) grauia non sunt. quia omne quod genitum est ex Deo, uincit mundum: & hæc est uictoria quæ uincit mundum, fides nostra. Quisquis uerò existimat, ideo leue esse Christi iugum, quòd Dei duntaxat amorem & proximi requirat, ille profectò ignorat quod sit Legis & Euangelij discrimen: neq; intelligit quid illud sit quod ait Paulus Rom. 8. a. 2. Legem Spiritus uitæ in Christo Iesu nos liberare à lege peccati & mortis.

IN CAP. XII.

1 In illo tempore, ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ: siue per id tempus. Hæc autem uerba significant hanc historiam non narrari ex temporis serie, quod constat ex Luca & Marco. Ibat, ἐπορεύθη: id est, ἐβάδιζεν. Sic enim hoc loco accipitur hoc uerbum, & aoristus pro imperfecto positus uidetur. Vulgata, abijt, ἀπῆλθεν. Nonnulli uertunt per pluisquã perfectum Iuerat: sed non satis commodè, ni fallor. Sabbatho, τοῖς σάββασι. Erasmus interpretatur, sabbathis: & ueterem etiam interpretem reprehendit. Atqui plurale pro singulari positum esse, satis indicant sequentia. Neque est quòd de hebdomada intelligas. Nam de septimo sabbathi die hic agi, & eo quidem solenni, Lucas ostendit. neque hoc murmur Iudæorum alio die exoriri potuisset: siquidem non uiolassent Legem discipuli. Nam quod Erasmus ait singulos septimanæ dies fuisse Sabbatha appellatos (quod etiã asserit Theophylactus infrà, cap. 28.) etiamsi uerum esse concederem, præsenti loco quadrare non potest. Sata, σπορίμων. Erasmus, segetes. Illud propius abest à Græco. 2 Quum eos uidissent, ἰδόντες. Secundum & octauum exemplar addunt αὐτὸν, id est eos. Licet, ἔξεστι. Vetus interpres addit, αὐτοῖς eis: quod tamen uidetur expungendum. Est enim generale sabbathi mandatum. In Sabbatho, ἐν σαββάτῳ. In quarto exemplari legitur ἐν σάββασι, eodem tamen sensu: quæ lectio satis indicat superiore loco esse numeri enallagen. 4 Propositionis, προθέσεως. Hebræi panes facierum uocant, quòd coram Dõmino appositi, tota hebdomada manerent in aurea mensa huic cultui consecrata: sicut edixit Dominus Leuit. 24. a. 6. Græci interpretes interdum etiam ἐνωπίους, interdum πρωτοτύπους sunt interpretati. Quidam Latinè appositicios non ineptè uocauit. Maluimus tamen appellationem uulgò usurpatam retinere.

5 Sabba-

A ἢ οὐκ ἀνέγνωτε ἐν τῷ νόμῳ, ὅτι τοῖς σάββασιν οἱ ἱερεῖς ἐν τῷ ἱερῷ τὸ σάββατον βεβηλοῦσι, καὶ ἀναίτιοί εἰσι; 5

Aut non legistis in Lege, quòd sabbathis Sacerdotes in templo sabbathum prophanant, & sunt insontes? Leuit.8.f.31. & 14.b.9. Num.28.b.9.

λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι τοῦ ἱεροῦ μείζων ὧδε. 6

Dico autem uobis, quòd templo maior est hoc in loco.

εἰ δὲ ἐγνώκειτε τί ἐστιν, Ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν, οὐκ ἂν κατεδικάσατε τοὺς ἀναιτίους. 7

Si uerò nosset is quid sit, Misericordiā uolo, & non sacrificiū: nō condemnasset is insontes. Misericordia. Sacrificium. Osee 6.c.7.

κύριος γάρ ἐστι τοῦ σαββάτου ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. 8

Nam Dominus est etiam sabbathi Filius hominis. Sabbathum.

καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν, ἦλθεν εἰς τὴν συναγωγὴν αὐτῶν. 9

Et digressus illinc, uenit in synagogam eorum. Marc.13.a.1. Luc.6.a.6.

καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπος ᾧ τὴν χεῖρα ἐξηραμμένην ἔχων· καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν, λέγοντες, εἰ ἔξεστι τοῖς σάββασι θεραπεύειν; ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτοῦ. 10

Et ecce quidam illic erat, manum habens aridam: & interrogarunt eum, dicentes, Licet ne sabbathis sanare? ut accusarent eum. Arida manus sanatur in sabbatho.

ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· τίς ἔσται ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃς ἕξει πρόβατον ἕν, καὶ ἐὰν ἐμπέσῃ τοῦτο τοῖς σάββασιν εἰς βόθυνον, οὐχὶ κρατήσει αὐτὸ, καὶ ἐγερεῖ; 11

Ipse uerò dixit eis: Quis erit ex uobis homo qui habeat ouem unā, & si ea inciderit sabbatho in foueam, non apprehendat eam, & erigat? Ouis.

πόσῳ οὖν διαφέρει ἄνθρωπος προβάτου; ὥστε ἔξεστι τοῖς σάββασι καλῶς ποιεῖν. 12

Quanto uerò præstat homo oui? itaq; licet sabbathis benefacere. Sabbathis benefaciendum.

B τότε λέγει τῷ ἀνθρώπῳ· ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου· καὶ ἐξέτεινε, καὶ ἀπεκατεστάθη ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη. 13

Tunc dicit homini illi, Extende manum tuam. Et is extendit: & restituta est sana, ut altera.

οἱ δὲ φαρισαῖοι συμβούλιον ἔλαβον κατ' αὐτοῦ, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσιν. 14

Pharisæi uerò egressi, ceperunt consilium ad uersus eum, ut eum perderent.

ὁ δὲ Ἰησοῦς γνοὺς, ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν· καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοί, καὶ ἐθεράπευσεν αὐτοὺς πάντας. 15

Iesus autem quum id nosset, secessit illinc: sequutáque est eum turba multa, sanauitq; eos omnes. Sanat infirmos Christus.

καὶ ἐπετίμησεν αὐτοῖς, ἵνα μὴ φανερὸν αὐτὸν ποιήσωσιν. 16

Et interminatus est eis, ne se facerent manifestum.

ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος, 17

Vt compleretur quod dictum erat per Esaiam prophetam, dicentem:

ἰδοὺ ὁ παῖς μου, ὃν ἐξελεξάμην· ὁ ἀγαπητός μου, εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου. θήσω τὸ πνεῦμά 18

Ecce seruus meus, quem elegi: dilectus meus, in quo acquieuit anima mea. ponam Spi- Esa.42.a.2.

5 Sabbathis, σάββασι. Nulla hic est numeri enallage, quia de singulis sabbathis hoc intelligitur. Prophanāt, βεβηλοῦσι. Vulgata, uiolant: quod latius patet, neq; etiam conuenit. Insontes ἀναίτιοι: Vulgata ad uerbum, sine crimine: & paulo pōst, innocentes. Erasmus, crimine uacant: qui tamen paulo pōst uertit, Insontes. 6 Maior, μείζων. Pleraq; uetera exemplaria & Theophylactus quoq; legūt, μᾶλλον: id est, maius quidpiam. Subauditur enim τι.

C Hoc in loco, ὧδε. Vulgata, hic: quod Græco uerbo respondet: sed meritò mutatum est ab Erasmo, ut amphibolia uitaretur, quæ non est in Græco sermone. 7 Non, οὐκ. Vulgata, nunquam: id est, οὐδέποτε. Erasmus, nequaquam. Particula ἂν facit, ut finitus modus pro optatiuo accipiatur: neq; quicquā addit significationi uel negātis particulæ, uel sequentis uerbi. 8 Etiam sabbathi, καὶ τοῦ σαββάτου. Deerat καὶ particula in ueteribus exemplaribus: neq; exprimitur à ueteri interprete. Videtur tamen emphasim habere minimè negligendam. 10 Erat, ἦν. Vetusti codices secundus, sextus, octauus, decimusquartus, additum habebant ἐκεῖ, illic. Vetus interpres uidetur neutrum legisse. Interrogarunt, ἐπηρώτησαν. Vulgata & Erasmus, interrogabant: id est, ἐπηρώτων. Licétne, ἔξεστι. Vulgata ad uerbum, Si licet. Sed ει apud Græcos sæpe pro ῐ̃ponitur: quod imitantur etiam aliquando Latini, sed in subiectione tantum. Terent. Visam si domi est. Sanare, θεραπεύειν: Vulgata & Erasmus, curare. Vide suprà, capite quarto d.23. 12 Quanto uerò, πόσῳ οὖν. particulā οὖν non memini alibi legere in assumptione argumēti positā pro ἀλλὰ, uel δέ. Apparet tamē omnino ita esse accipiendam hoc loco, quū statim subijciatur argumenti conclusio. Itaque, οὖν. Erasmus, igitur: id est, ὄν. Illud autem Latinum Græco ὅτι prorsus respondet. Benefacere, καλῶς ποιεῖν. Erasmus, beneficio afficere: id est, εὐεργετεῖν, uel ἀγαθοποιεῖν. 13 Homini illi, τῷ ἀνθρώπῳ. Additum habebant duo exemplaria ὑγιοποιεῖται ὑγιὴς τῇ χειρὶ, arefactam manum habenti. quod tamen satis intelligitur præpositio articulo, quem expressimus. 14 Cæperunt, ἔλαβον. Vulgata, fecerunt. Legimus etiam in octauo exemplari ἐποίησαν: id est, consilium indixerunt: sicut dicunt Græci ποιεῖσθαι βουλήν. Sic etiam Marci tertio a.6. συμβούλιον ἐποίουν. Vt, ὅπως. Vel quomodo: id est, πῶς, indefinitè acceptum. Sic Demosthenes, ὅπως μὴ ταῦτ' ἔσται τοῦτο λέγουσ' ὑμῖν. 16 Interminatus est, ἐπετίμησεν: id est, additis minis uetuit. Vulgata, præcepit. ad uerbum, increpauit. Vide suprà capite octauo c.26. Terent. Interminatus sum ne faceres. 18 Seruus meus, ὁ παῖς μου. Nonnulli filium conuertunt. Alij puerum, ambigua uoce: nam apud Græcos ὁ παῖς uocabulum est ambiguum, & apud Hebræos ילד. Alij & puerum & filium interpretantur. Sic enim citat Cyprianus libello aduersus Iudæos, ut Erasmus obseruauit. Sed Cyprianum constat hunc locum ita citasse, ut de uerbis ipsis Prophetæ non fuerit sollicitus: quod etiam Euangelistæ plerunque faciunt, sicut uel ex hoc loco apparet. Certè apud Hæbræos עבד semper pro seruo, nunquam (quod sciam) pro filio ponitur: quamuis aliud sentiat Erasmus, qui etiam existimat filij uocabulum melius Christo conuenire. Nam, inquit, non defuerunt apud Græcos qui Serui uocabulū uererētur tribuere Filio Dei, quorū est Chrysostomus. Atqui ita loquitur ipse Paulus Philip.2.a.7.

quum

quum dicit filiũ Dei sese exinanisse, forma serui accepta. Neq; uerò à serui nomine abhorruit Latinus interpres, quoties in alijs Prophetæ eiusdem locis Christus παῖς uocatur. Et hoc quoq; uidet ad immensam ipsius bonitatem magnopere pertinere. Denique non patitur Hebrææ linguæ ratio (quantũ intelligo) ut filiũ uertamus. A

ritum meum super eum, & iudicium Gentibus annunciabit.

μα ἐπ' αὐτὸν, καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγελεῖ.

Non litigabit, neq; clamabit, neque audiet quisquam in plateis uocem eius.

19 οὐκ ἐρίσει, οὐδὲ κραυγάσει, οὐδὲ ἀκούσει τις ἐν ταῖς πλατείαις τὴν φωνὴν αὐτοῦ.

Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, usq; dum efferat ad uictoriam iudicium:

20 κάλαμον συντετριμμένον οὐ κατεάξει, καὶ λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει, ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν.

Et in eius nomine Gentes sperabunt.

21 καὶ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσι.

Gentium spes, Christus.

Tunc oblatus est ei dæmoniacus cæcus & mutus: & sanauit eum, adeò ut qui cæcus ac mutus fuerat, & loqueretur & uideret.

22 τότε προσηνέχθη αὐτῷ δαιμονιζόμενος τυφλὸς καὶ κωφός· καὶ ἐθεράπευσεν αὐτὸν, ὥστε τὸν τυφλὸν καὶ κωφὸν καὶ λαλεῖν καὶ βλέπειν.

Dæmoniacus sanatur. Luc. 11. b. 14.

Et perculsa est omnis turba, dicebatq; Numquid iste est filius ille Dauid?

23 καὶ ἐξίσαντο πάντες οἱ ὄχλοι, καὶ ἔλεγον· μήτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς Δαβίδ;

Pharisæi uerò quum hæc audissent, dicebant: Iste nõ eijcit dæmonia, nisi per Beelzebul principem dæmoniorum.

24 οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἀκούσαντες, εἶπον· οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν Βεελζεβὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων.

Blasphemia. Supra 9. d. 34. Marc. 3. c. 22. Luc. 11. c. 17.

Iesus autem quum sciret cogitationes eorũ, dixit eis: Omne regnum partitum aduersus seipsum desolabitur: & omnis urbs aut domus partita aduersus seipsam, non stabit.

25 εἰδὼς δὲ ὁ Ἰησοῦς τὰς ἐνθυμήσεις αὐτῶν εἶπεν αὐτοῖς· πᾶσα βασιλεία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς, ἐρημοῦται· καὶ πᾶσα πόλις ἢ οἰκία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς, οὐ σταθήσεται. B

Regnũ diuisum.

Sed si Satanas Satanã eijcit, aduersus seipsum partitus est: quomodo ergo stabit regnũ eius?

26 καὶ εἰ ὁ σατανᾶς τὸν σατανᾶν ἐκβάλλει, ἐφ' ἑαυτὸν ἐμερίσθη· πῶς οὖν σταθήσεται ἡ βασιλεία αὐτοῦ;

Et si ego per Beelzebul eijcio dæmonia, filij uestri per quem eijciunt? propterea ipsi erunt uestri iudices.

27 καὶ ἐγὼ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσι; διὰ τοῦτο αὐτοὶ ὑμῶν κριταὶ ἔσονται.

Sin autem per spiritum Dei ego eijcio dæmonia: nempe peruenit ad uos regnum Dei.

28 εἰ δὲ ἐγὼ ἐν πνεύματι θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ.

Spiritus Dei. Regnum Dei.

Iudicium Gentibus annunciabit, κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγελεῖ. Iudicij appellatione certè compositum statum intelligit: quia scilicet à Christo uera religio erat inter Gentes promulganda, electis superstitionibus: quod ubicunque fit, ibi regnare dicitur Dominus, & iudicare: id est, præesse & moderari.

19 Litigabit, ἐρίσει. Ita etiam ἔριδα litem interpretamur. Vulgata & Erasmus, contendet: eodem sensu.

20 Quassatam, συντετριμμένον. Virgil. primo Aeneid. Quassatam uentis liceat subducere classem. Quassatum autem Latinis est, quod uernaculo sermone dicimus froissé, ou escaché. Erasmus, comminutam: id est contritam, quæ propria est uerbi συντετριμμένον significatio. Sed improprie accipi pro quassatam, indicat uerbum sequens. Nam qui fieri potest, ut quod iam comminutum est & contritum, confringas? Itaque Grammatici Hebræi ex hoc Prophetæ loco differentiam esse ostendunt inter רצץ & שבר, quòd illud non declaret penitus conterere & comminuere. Efferat, ἐκβάλῃ. Vt infrà uersiculo 35. pro ἐκπέμπει καὶ προφέρει: id est, pronunciet & ferat iudicium ac sententiam, qua se uictorem declaret omnium inimicorum suorum. Tunc enim rebellium colla confringet non iam clemens & humilis, sed seuerus iudex, & maiestate plenus. Vulgata & Erasmus ad uerbum, eijciat. In Hebræo pro εἰς νῖκος legitur לאמת: id est, εἰς ἀλήθειαν. Sed (ut antè dixi) Euangelista sententiam spectat, singula uerba non numerat. Iustinus quoq; in dialogo cum Tryphone, duas affert huius loci interpretationes, quarum neutra cum hac consentit in uerbis. 22 Oblatus est, προσηνέχθη. Erasmus, adductus est: id est προσήχθη. Vide Marc. 7. d. 32. Qui cæcus ac mutus fuerat, αἰὼν τυφλὸν καὶ κωφόν. Subauditur ἦν in aoristo. Vetus interpres hæc non legit. 23 Perculsa est, ἐξίσταντο: id est, ἐξεπλήσσοντο. Latinum uocabulum nullum habeo, quo uno possit Græcum illud ἐξίστασθαι satis exprimi. Significat autem præ admiratione apud se non esse, & de statu mentis deijci. Vide Marci 2. b. 12. Nunquid, μήτι. Erasmus, Num: quæ particula ita quærit, ut subintelligatur negatio. Itaque non uidetur huic loco satis conuenire. Plaut. Nunquid redeat, incertum. Filius ille, ὁ υἱός. In Complutensi editione legitur, ὁ χριστὸς ἐκεῖνος: id est, Christus ille filius. 24 Per Beelzebul, ἐν τῷ βεελζεβούλ. Vulgata, ad uerbum, in Beelzebub. Erasmus, præsidio Beelzebub. Vide suprà 9. d. 34. 25 Quum sciret, εἰδώς. In secundo exemplari scriptum erat ἰδών, quum uidisset. Partitum, μεμερισμένον. Vulgata & Erasmus, diuisum: id est, διαμεμερισμένον. Neutrum fortasse satis conuenit. Nam diuisum esse aut partitum, idem hic ualet ac dissidens. Nos illud sequuti sumus, quod ad Græcum propius accedit, quum etiam pars Latinis factionem declaret. Vastatur, ἐρημοῦται. Erasmus, desolatur: quod est translatitium, & μεμερισμένον significat: unde μεμερισμένη dicitur uidua, quæ sola relicta est, 1. Timoth. 5. a. 5. 26 Sed si, καὶ εἰ. Vulgata & Erasmus ad uerbum, Et si. Ego uerò omnino puto καὶ pro ἀλλὰ positum, cuius particulæ usus est in assumptione argumentorum. 27 Eijciunt, ἐκβάλλουσι: In quarto & decimoquarto exemplari scriptum erat, ἐκβαλοῦσι: eijcient? Ipsi erunt uestri iudices, αὐτοὶ ὑμῶν κριταὶ ἔσονται. Erasmus, ipsi iudicabunt de uobis: id est, αὐτοὶ κρινοῦσι περὶ ὑμῶν. Familiaris autem est hæc loquendi formula Sacris scriptoribus, qua dicitur aliquis eum iudicare, cuius uitia, suæ uirtutis exemplo, etiam tacens coarguit: quo modo accipiendum est quod paulo pòst de regina Austri cõmemoratur. 28 Sin autem, εἰ δέ. Ita loquuntur Latini, quũ alterum Si præcesserit: & hoc dicendi genus melius respondet Græcis quàm illud, Quod si, quo utitur Erasmus. Nempe ἄρα. Vulgata, igitur. Erasmus, ergo: id est, δέ.

29 Nam

ἢ πῶς δύναταί τις εἰσελθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἰσχυροῦ, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ ἁρπάσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον δήσῃ τὸν ἰσχυρόν, καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει.

29 Nam quomodo potest aliquis ingredi domum ualidi *alicuius*, & uasa eius diripere: nisi primò uinxerit ualidum illum, & tunc domum illius diripiet?

ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ ἐστι· καὶ ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ, σκορπίζει.

30 Qui non est mecum, aduersum me est: & qui non cogit mecum, spargit.

Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις· ἡ δὲ τοῦ πνεύματος βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις.

31 Propterea dico uobis, omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus: blasphemia uerò Spiritus *sancti* non remittetur hominibus. Peccatum. Blasphemia. Marc.3.d.28. Luc.12.b.10. 1.Ioh.5.d.13.

καὶ ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ κατὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ οὔτε ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι.

32 Et quisquis loquutus fuerit aduersus Filium hominis, remittetur ei: quisquis autem fuerit loquutus aduersus Spiritum sanctũ, non remittetur ei neq; in hoc seculo, neq; in futuro.

ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον καλὸν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ καλόν· ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον σαπρὸν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ σαπρόν· ἐκ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται.

33 Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem putrem, & fructum eius putrem, nam è fructu arbor cognoscitur. Arbor bona aut mala.

γεννήματα ἐχιδνῶν, πῶς δύνασθε ἀγαθὰ
B λαλεῖν, πονηροὶ ὄντες; ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας τὸ στόμα λαλεῖ.

34 Progenies uiperarum, quomodo possitis bona loqui, quum sitis mali? nam ex abundantia cordis os loquitur. Viperæ. Luc.6.g.45.

29 Nam, ἢ. Vulgata, aut: quod non conuenit huic loco. Erasmus, alioqui: id est, ἀλλωσ. Particulam autem ἢ interdum poni ἀντιστροφικῶς, Budæus prolatis exemplis ostendit. Sed hoc ego adijcio, in eo duntaxat argumenti genere usurpari quod ab absurdo ducitur, quantum quidem ego potui obseruare. Validi *alicuius*, τοῦ ἰσχυροῦ. Vulgata, fortis: de quo diximus suprà, capite tertio c.11. Validum quoque omnes, τὸν ἰσχυρὸν infrà interpretantur capite decimoquarto d.30. Erasmus, potentis: id est δυνατοῦ: quod ad copias & facultates potius refertur. Cæterùm articulus significationem habet, quam Grammatici uocant ἀόριστον, id est infinitam. Itaq; adieci particulam, *alicuius*. Vasa, σκεύη: id est, res & supellectilem omnem, siue instrumentum: quo modo etiam uasorum uocabulum à Latinis accipi uidetur, quum dicunt, Colligere uasa: id est, res suas. Fluxit autem hoc dicendi genus ab Hebræis, apud quos כלי quoduis instrumentum, atq; adeò supellectilem totam declarat. ut Ezechielis duodecimo a.4. Validum illum, τὸν ἰσχυρὸν. Vulgata & Erasmus articulum prætermittunt, cuius uis est hoc loco ἀναφορικὴ. 31 Blasphemia, βλασφημία. Erasmus, conuicium. Quidam, maledictum. Vocabulum Græcum quid ualeat, & cur seruare illud maluerimus, antè diximus cap.9.a.3 Spiritus *sancti*, τοῦ πνεύματος: id est, qua afficitur Spiritus sanctus. Addidi enim epitheton ex doctrina Didymi: non quòd perpetua sit, sed quia ut plurimum uera deprehenditur, & maximè quia locus hic ita postulabat. Clarior tamen fuisset oratio, si addidisset præpositionem διὰ, & adiectiuum ἁγίου: sicut paulo pòst. Similem eclipsin habes suprà cap.10.a.1.

32 Loquutus fuerit, εἴπῃ λόγον. Vide suprà, capite octauo a.8. In hoc, ᾧ τούτῳ. Ex uetustis exemplaribus, primo, secundo, quinto, sexto, septimo, octauo, nono, undecimo, duodecimo & quartodecimo, scriptum habent, ᾧ τῷ νῦν αἰῶνι: id est, in præsenti seculo. Neq; in futuro, ἔτι ᾧ τῷ μέλλοντι: id est, neque in uita, neque post mortem.
C Notum enim est cuiuis Christiano, duplicis uitæ, siue duplicis seculi mentionem fieri in Sacris literis: quorum ùtrum ab eo die incipit quo nascimur, & huius uitæ spacio terminatur: alterum uerò ab eo die quo morimur initium capit, estq; infinitum. Cæterùm quia peccatorum remissio, quam quispiam in ipso mortis articulo consequitur, propriè respicit futurum seculum, ideo (opinor) dicit Christus fore, ut blasphemia in Spiritum sanctum neque in hac uita constitutis, neque etiam morientibus (id est nunquam) remittatur: quum alioquin multa peccata in hac uita remittantur, ut 2. Samuelis 12.d.13. & rursus multorum absolutio in extremum uitæ momentum differatur. Præterea quamuis nulla peccata post mortem propriè remittantur, sed uel in uita, uel in ipsa morte: tamen quia huius remissionis plenum fructum non percipient fideles, nisi ab extremo illo die iudicij futuri, uidebitur quodammodo ipsa peccatorum remissio in illum diem differri, ac uicissim declaratio eorum quæ non fuerint remissa. neque nouum est hoc loquendi genus, quum ferè semper soleat Spiritus sanctus, quoties agitur uel de salute nostra, uel de exitio diaboli & reproborũ, nos in extremũ illum diem perinde rejicere, ac si interim neq; Dei gloria fruerentur electorum animæ, neque cruciatum ullum sentirent reprobi. quod utrumq; quum falsum sit, apparet & remissionẽ & cõdemnationẽ in futurũ seculum rejici, propterea quòd eo die Dñs planè sua iudicia reuelabit & exequetur. Sic ergo loquitur Paulus Rom. secundo a.5. & 1. Corinth. 1.a.8. & 5.2.5. & 2. Corin. 5.b.10. & 2. Timoth. 4.b.8. & 1. Pet. 1.a.5. & alibi sæpe. Itaque futurum seculum, uel à die mortis singulorum, uel à die iudicij supremi, uel ab utroque potius, diuersa tamen ratione, est inchoandum. 33 Facite, ποιήσατε: id est, ponite uel statuite, in uestris scilicet de me sermonibus. Argumentatur enim Iesus (ut mihi quidem uidetur) ab effectu ad causam. Calumniabantur ipsius miracula Pharisæi: respondet Iesus, fuisse in primis de homine (id est de se) iudicandum, ut sicut ex arbore fructum, sic ex homine ipso facta æstimarent. At illi contrà, quum nihil haberent quod in Christi moribus possent arguere (erat enim eius uita penitus inculpata) tamẽ mirifica illa ipsius facta carpebant tanquam diabolica. 34 Positis, δείσαντες. Vulgata & Erasmus ad uerbum, potestis. Sed res ipsa apertè ostendit, indicatiuum pro optatiuo positum esse. Sic Aristoteles: ὅσην πώποτε εἶδεν ἀγυιὰν τοσύνδε, ὁπόθ' μέγ' ἀλεὶ ἰσχὺν ἀτίρων ἔλαυνε, τῶν δὲ διώκειαν ἄλλα. pro, ὃν ἴχει. Gregorius de Baptismate: ὅσην πώποτε τῷ διῷ μίγα ἢ μὴ καὶ πάντα διώκειν. pro, διίῳ. quæ exempla obseruauit Budæus ille, Græcæ linguæ doctissimus. Cordis, τῆς καρδίας. Hoc quidem deerat in plerisq; uetustis exemplaribus, sed omnino tamen uidetur addendum. Significatur enim, ex corde, tanquam locupletissimo penu, depromi quæcunq; homines dicunt aut faciunt.

35 Effert

Verba bona aut mala.

35 Bonus homo è bono thesauro cordis effert bona: & malus homo ex malo thesauro effert mala.

ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας ἐκβάλλει τὰ ἀγαθά· καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ ἐκβάλλει πονηρά.

36 Sed dico uobis, quòd quodcunque uerbum otiosum loquuti fuerint homines, de eo reddent rationem in die iudicij.

λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι πᾶν ῥῆμα ἀργὸν ὃ ἐὰν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀποδώσουσιν περὶ αὐτοῦ λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως.

37 Ex sermonibus enim tuis iustificaberis, & ex sermonibus tuis condemnaberis.

ἐκ γὰρ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ, καὶ ἐκ τῶν λόγων σου καταδικασθήσῃ.

Signa quærunt Iudæi. Infrà 16.a.1. Luc.11.c.29. 1.Cor.1.c.22.

38 Tunc respondērūt quidam è Scribis ac Pharisæis, dicētes: Magister, cupimus ex te signum uidere.

τότε ἀπεκρίθησάν τινες τῶν γραμματέων καὶ φαρισαίων, λέγοντες· διδάσκαλε, θέλομεν ἀπὸ σοῦ σημεῖον ἰδεῖν.

39 Ipse uerò respondens, dixit eis: Natio mala & adultera signum requirit: sed signum non dabitur ei, nisi signum illud Ionæ prophetæ.

ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ· καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου.

Resurrectionis signum Ion.1. Ionæ 2.a.1.

40 Sicut enim fuit Ionas in uentre ceti tres dies & tres noctes: ita erit Filius hominis in corde terræ tres dies & tres noctes.

ὥσπερ γὰρ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, οὕτως ἔσται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας.

Niniuitæ. Ionæ 3.b.5.

41 Viri Niniuitæ resurgent in iudicio cum natione hac, & condemnabunt eam: quòd ipsi resipuerint ad prædicationem Ionæ, & ecce plus quàm Ionas est in hoc loco.

ἄνδρες Νινευῖται ἀναστήσονται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτήν, ὅτι μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ· καὶ ἰδοὺ πλεῖον Ἰωνᾶ ὧδε.

Regina Saba. 3.Reg.10.a.1. 2.Paral.9.a.1.

42 Regina austri surget in iudicio cum natione hac, & condemnabit eam: quòd uenerit à terminis terræ, ut audiret sapientiam Salomonis, & ecce plus quàm Salomon est in hoc loco.

βασίλισσα νότου ἐγερθήσεται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινεῖ αὐτήν· ὅτι ἦλθεν ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς, ἀκοῦσαι τὴν σοφίαν Σολομῶντος· καὶ ἰδοὺ πλεῖον Σολομῶντος ὧδε.

43 Porrò quum impurus spiritus exierit ab homine, perambulat per arida loca, quærens re-

ὅταν δὲ τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων, ζη-

35 Effert, ἐκβάλλει. uel profert: id est, ἐκφέρει, uel προφέρει, sicut suprà admonuimus, uersu 21. 36 Ociosum, ἀργὸν. In quartodecimo exemplari pro ἀργὸν scriptū erat πονηρὸν, id est malum. Rursus in quodam alio codice neutrū scriptum erat. De eo, περὶ αὐτοῦ. Erasmus particulam περὶ iunxit cum præcedentibus, eodem tamen sensu seruato.

37 Sermonibus, λόγων. Erasmus, dictis: id est, ῥημάτων. Vulgata, uerbis: id est, ῥήμασι. Iustificaberis, δικαιωθήσῃ: id est, absoluēris. Opponitur enim τῷ καταδικασθήσῃ. Itaq; inepti sunt, qui ex hoc loco & similibus conātur operum iustitiam, id est qualitatem, qua in nobis coram Deo iusti simus, stabilire. Et ex, καὶ ἐκ. In secundo exemplari scriptum erat, ἢ ἐκ, uel ex, fortasis rectius. Quanquam in hoc dicendi genere καὶ pro ἢ interdum accipitur. Aristoteles, ὁ αὐτὸ μετὰ λόγου καὶ ἀνευ. Sic etiam accipi uidetur Rom.4.c.13. 38 Respondērunt, ἀπεκρίθησαν. Erasmus, interrogarunt: id est, ἐπηρώτησαν. Cupimus, θέλομεν. Vulgata & Erasmus, uolumus: & sic ferè ubiq; interpretamur τὸ θέλειν, nisi quū uidetur aliquid amplius significare, ut hoc loco. Vide suprà cap.5.g.42. & Marci 6.d.25.

39 Natio, γενεὰ. Vulgata & Erasmus, generatio. Ego illud malui usurpare quod planum est: & uocabulū Græcum optimè exprimit hoc quidem loco. nam γενεὰ etiam alia interdum declarat, nēpe & progeniem & ętatem, ut alibi obseruauimus. Quinetiam Erasmus ipse nationem interpretatus est, infrà Lucæ 11.d.29. Mala, πονηρά. Erasmus, praua. Ego uerò malui semper eodem modo: quānis fortasis rectius uerterimus, sceleratam. Requirit, ἐπιζητεῖ. Vulgata & Erasmus, quærit. Sed aliqua est emphasis præpositionis ἐπὶ, adeò ut etiam pro desiderare, & summo studio aliquid efflagitare ἐπιζητεῖν à Græcis, & requirere à Latinis usurpetur. Sed signum, καὶ σημεῖον. Iterum καὶ pro ἀλλὰ. 40 Tres dies, τρεῖς ἡμέρας. Vulgata & Erasmus, tribus diebus. Sed miror cur constructionem mutarint, quum præsertim Grāmatici omnes testentur, tempus continuum (cuius hic est magna emphasis) quarto casu declarari. In corde, ἐν τῇ καρδίᾳ. Hebraicè בלב, id est intrà. Nam apud Hebrœos cor pro medio accipitur, & ad res etiam inanimas transfertur, ut Exod.15.a.8. quod in uernaculo sermone imitamur, ut quum dicimus, le cœur du bois, le cœur de la pomme. Rursus autem medium pro intimo usurpatur omnibus linguis. 41 Viri Niniuitæ, ἄνδρες Νινευῖται. Illud ἄνδρες addere ferè solent Græci, Latini prætermittunt. Hebræi quoq; addunt, sed primitiuis, non deriuatiuis. dicunt enim, Viri Nineuæ, sicut Viri Ierusalem. Hoc autem annotaui, quia nonnullos uideo parum appositè arrepta occasione ex hac particula, quibusdam locis de humanæ uitæ conditione differere. Resurgēt, ἀναστήσονται. Vel surgent, ut pro simplici accipiatur, atq; referatur ad iudiciorū consuetudinem. Vide Rom.2.d.27. 42 Austri, νότου: id est, Meridiei. Ea uerò 1.Reg.10. Regina Sabæ uocatur, quā nonnulli uolunt fuisse Meroes insulæ metropolin, ex Iosephi authoritate, qui hanc reginam ipsi quoq; Aegypto præfuisse tradit. At ego Iosepho nō possum in eo assentiri, quum nihil impediat quo minus hęc potius accipiamus de Sabęorum regione, apud omnes authores celebri: cuius etiam situm, si diligenter metiamur, comperiemus esse aut eiusdem, aut certè non multum diuersæ à Iudæa longitudinis: hoc est, sub eodem ferè meridiano cum Iudæa (æquales enim Iocorum longitudines definiunt Geographi, quum loca ipsa sub uno & eodem meridiano sita sunt) adeò ut Sabæorum regionis situs, habita ratione Iudææ, prorsus meridionalis sit. Terminis, περάτων: id est, extremis. Cicero: Quum nullum tot calamitatibus & ærumnis terminum inueniremus. Vulgata & Erasmus, finibus: id est, ὅρων, uel τιλῶν. Indicant autem & ista, hanc reginam è Sabæa potius quàm Meroe aduenisse. Sita enim est Sabæa, & Saba eius metropolis, in extremo Arabiæ fœlicis litore, non procul ab ipsis sinus Arabici faucibus. 43. Arida, ἀνύδρων. Ad uerbum, inaquosa. Nam alioqui τὸ ξηρὸν solemus aridum interpretari.

44 Versam

A τοῦ αὐλίσασθαι, καὶ οὐχ εὗρεν.

τότε λέγει· ὑποστρέψω εἰς τὸν οἶκόν μου, ὅθεν ἐξῆλθον. καὶ ἐλθὼν εὑρίσκει σχολάζοντα, σεσαρωμένον, καὶ κεκοσμημένον.

τότε πορεύεται, καὶ παραλαμβάνει μεθ' ἑαυτοῦ ἑπτὰ ἕτερα πονηρότερα ἑαυτοῦ, καὶ εἰσελθόντα κατοικεῖ ἐκεῖ, καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων. οὕτως ἔσται καὶ τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ πονηρᾷ.

ἔτι δὲ αὐτοῦ λαλοῦντος τοῖς ὄχλοις, ἰδοὺ ἡ μήτηρ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ εἱστήκεισαν ἔξω, ζητοῦντες αὐτῷ λαλῆσαι.

εἶπε δέ τις αὐτῷ· ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ἑστήκασι, ζητοῦντές σοι λαλῆσαι.

ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπε τῷ εἰπόντι αὐτῷ· τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου, καὶ τίνες εἰσὶν οἱ ἀδελφοί μου;

καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, εἶπεν· ἰδοὺ ἡ μήτηρ μου, καὶ οἱ ἀδελφοί μου.

ὅστις γὰρ ἂν ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ οὐρανοῖς, αὐτός μου ἀδελφός, καὶ ἀδελφὴ, καὶ μήτηρ ἐστίν.

quiem, & non inuenit.

44 Tunc dicit: Reuertar domum meam, unde exiui. Et quum uenit, inuenit eam uacantem, uersam, & ornatam.

45 Tunc proficiscitur, & accipit secum septem alios spiritus peiores quàm sit ipse, & ingressi inhabitant illic: fitq; ultima cõditio hominis illius deterior priore. Sic erit & nationi huic malæ. 2. Pet. 2. d. 20. Heb. 6. a. 4. & 10. c. 26.

46 Quum autem ipse adhuc loqueretur turbæ, ecce mater & fratres eius stabant foris, quærentes ei loqui. *Christum uult mater alloqui.* Marc. 3. d. 31. Luc. 8. c. 20.

47 Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua & fratres tui foris stant, quærentes tibi loqui.

48 Ipse uerò respondens dixit illi qui hoc ei dixerat: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei?

49 Et extensa manu sua in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea & fratres mei.

50 Quisquis enim fecerit uoluntatẽ Patris mei qui est in cœlis, ipse meus frater, & soror, & mater est. *Frater.* *Soror.*

B

ΚΕΦ. ιγ'.

Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς οἰκίας, ἐκάθητο παρὰ τὴν θάλασσαν.

καὶ συνήχθησαν πρὸς αὐτὸν ὄχλοι πολλοί, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον ἐμβάντα καθῆσθαι, καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν εἱστήκει.

καὶ ἐλάλησεν αὐτοῖς πολλὰ ἐν παραβολαῖς, λέγων· ἰδοὺ ἐξῆλθεν ὁ σπείρων.

καὶ ἐν τῷ σπείρειν αὐτὸν, ἃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδόν, καὶ ἦλθε τὰ πετεινὰ, καὶ κατέφαγεν αὐτά.

ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὰ πετρώδη, ὅπου οὐκ εἶχε γῆν πολλὴν, καὶ ἐξανέτειλε, διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς.

ἡλίου δὲ ἀνατείλαντος, ἐκαυματίσθη· καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν ῥίζαν, ἐξηράνθη.

CAP. XIII.

1 IN die uerò illo egressus Iesus è domo, sedit iuxta mare. *Parabola seminantis.* Marc. 4. a. 1. Luc. 8. a. 5.

2 Et coacta est ad eum turba multa, adeò ut ipse in nauigium ingressus sederet: uniuersa autem turba supra litus stabat.

3 Et loquutus est eis multa per parabolas, dicẽs: Ecce quidã qui seminabat, exijt ad seminãdũ.

4 Et in seminando, alia quidẽ ceciderũt iuxta uiã: & uenerunt uolucres, ac deuorauerunt ea.

5 Alia uerò ceciderunt in petrosa, ubi non habebant terram multã: & statim exorta sunt, propterea q̃ non habebant profunditatem terræ:

6 Sole autem exorto torrefacta sunt: & propterea quòd non habebant radicem, aruerunt.

44 Versam, σεσαρωμένην, à Verrendo, non à Vertendo: quo participio idonei authores utuntur. Vulgata, scopis mundatam. Erasmus, scopis purgatam. 45 Accipit secum, παραλαμβάνει μεθ' ἑαυτοῦ. Erasmus, adiungit sibi: id est, προσάγει ἑαυτῷ. Peiores, πονηρότερα. Ita uertimus, ne à nobis dissidere uideamur. Alioqui enim suprà admonuimus, πονηρὸν amplius aliquid significare quàm λοιπὸν: ut mihi minimè displiceat Erasmi uersio, qui interpretatur sceleratiores. Vulgata, nequiores: quod propriè libidinosiorem declarat. Quàm sit ipse, ἑαυτοῦ. Vulgata & C Erasmus, se. Ego studui uitare amphiboliam, quę non est in Græco sermone. Ingressi, ἐσελθόντα. Erasmus, ingressus, ἐνοικεῖ. quo modo testatur se legisse in quodam exemplari. Vltima conditio, τὰ ἔσχατα. Vulgata, nouissima hominis illius. Erasmus, postrema illius hominis. Mihi uerò uisum est hoc dicendi genus perobscurum. Itaq; contra meam consuetudinem, à Græcis aliquantulum deflexi. 47 Tibi loqui, σοὶ λαλῆσαι. In sexto exemplari scriptum erat, εἰδέναι, uidere te. 48 Illi qui hoc ei dixerat, τῷ εἰπόντι αὐτῷ. Erasmus, qui sibi renunciauerat: quod respondet uerbo, ἀπαγγέλλων. Vulgata, dicenti sibi. Et qui, καὶ τίνες. Erasmus, aut qui: id est, ἢ τίνες. 50 Ipse, αὐτὸς, uel ὅτι ὁ iste, ut se legisse testatur Erasmus in annotationibus.

IN CAP. XIII.

2 Supra litus, ἐπὶ τὸν αἰγιαλόν. Vulgata & Erasmus, in litore: id est, ἐν τῷ αἰγιαλῷ. 3 Loquutus est, ἐλάλησεν. Erasmus, dicebat: id est, ἔλεγεν. Per parabolas, ἐν παραβολαῖς, id est, per comparationes & similitudines. Vocabulum autem Græcum seruauit, ipsi etiam uulgo satis iam familiare. Quidam qui seminabat, ὁ σπείρων. Vulgata, qui seminat. Ad uerbum, seminans. Sciendum est autem, articulum hoc loco, cui respõdet apud Hebræos litera ה præfixa uerbis & participijs, esse ἀόριστον, id est indefinitum: quasi dixisset σπόρου τινός: id est, quidam qui sementem faciebat. 4 In seminando, ἐν τῷ σπείρειν. Terent. In agendo partem ostendent. Vulgata, dum seminat. Erasmus, quũ seminaret. 5 In petrosa, διὰ τὰ πετρώδη. Erasmus, in loca saxosa. Illud propius abest à Græco, & frequenter etiam apud Plinium occurrit. 6 Sole autem exorto, ἡλίου δὲ ἀνατείλαντος. Erasmus per periphrasim, Quũ autem exortus esset sol. Torrefacta sunt, ἐκαυματίσθη. Erasmus, exusta sunt: Veterem etiam interpretem, cui potius subscribo, reprehendens. Atqui si exusta erant, cur adderet exaruisse? Adde quòd, τὸ καῦμα ardorem & æstum declarat, à quo deducitur καυματίζεσθαι id est, ardore hauriri, æstuare, & æstu nimio torreri. Vertimus autem torrefacta sunt, potius quàm æstuarunt: quòd æstus propriè de calore humido, eoq; suffocãte, aut præfocante potius dicatur: hoc est de eo qui udo cœlo sudorem nimium exprimendo, nostra corpora penitus resoluit. Vernacula lingua dici-

mus, *une chaleur soubs nue & estouffie*. Quanquã etiam æstus de ardore Solis dicatur: sed uocabuli propriam significationem obseruandam putaui. Et propterea quòd non, κατὰ λέξιν μένειν. Sic etiam Erasmus superiore uersiculo. A

Alia uerò ceciderunt in spinas: & ascenderunt spinæ, & suffocauerunt ea.

7 ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὰς ἀκάνθας, καὶ ἀνέβησαν αἱ ἄκανθαι, καὶ ἀπέπνιξαν αὐτά.

Alia uerò ceciderunt in terram bonam: & dederunt fructum, aliud quidem centena, aliud uerò sexagena, aliud uerò tricena.

8 ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν, καὶ ἐδίδου καρπὸν, ὃ μὲν ἑκατὸν, ὃ δὲ ἑξήκοντα, ὃ δὲ τριάκοντα.

Qui habet aures ad audiendum, audiat.

9 ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

Tunc accedentes discipuli, dixerunt ei: Quia re per parabolas loqueris eis?

10 καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ εἶπον αὐτῷ· διὰ τί ἐν παραβολαῖς λαλεῖς αὐτοῖς;

Quare in parabolis Christus locutus.

Ipse uerò respondens, dixit eis: Quia uobis datum est nosse mysteria regni cœlorum, illis autem non est datum.

11 ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς· ὅτι ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἐκείνοις δὲ οὐ δέδοται.

Infrà 25. c. 29

Quisquis enim habet, dabitur ei, & reddetur abundantior: quisquis autem non habet, etiam quod habet tolletur ab eo.

12 ὅστις γὰρ ἔχει, δοθήσεται αὐτῷ, καὶ περισσευθήσεται· ὅστις δὲ οὐκ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.

Propterea per parabolas loquor eis: quia uidentes non uident, & audientes non audiunt, nec intelligunt.

13 διὰ τοῦτο ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς λαλῶ, ὅτι βλέποντες οὐ βλέπουσι, καὶ ἀκούοντες οὐκ ἀκούουσιν, οὐδὲ συνιοῦσι.

Esa. 6. c. 9 Matt. 4. b. 12 Luc. 8. b. 10 Ioan. 12. f. 40 Act. 28. f. 26 Rom. 11. 2. 8

Itaq; completur in ipsis prophetia Esaiæ, quæ dicit: Auditu audietis, & non intelligetis: & uidentes uidebitis, & non cernetis.

14 καὶ ἀναπληροῦται ἐπ' αὐτοῖς ἡ προφητεία Ἡσαΐου, ἡ λέγουσα· ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. B

Pinguefactum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculis suis conniuerunt: nequando cernant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos.

15 ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς.

Vestri uerò beati sunt oculi, quia cernunt: & aures uestræ, quia audiunt.

16 ὑμῶν δὲ μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ, ὅτι βλέπουσι· καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν, ὅτι ἀκούει.

7 Alia uerò, ἄλλα δέ. Eras. alia rursus: id est, ἄλλα πάλιν. Ascenderunt, ἀνέβησαν: id est, excreuerunt. Plinius hac significatione uti solet Assurgendi uocabulo. 8 Centena, ἑκατόν. Vulgata, centesimum: id est, ἑκατοστόν. Erasmus, centuplum: id est, ἑκατονταπλοῦν, ut loquitur Theophrastus. Ad uerbum, centum, ut subaudias grana: quæ ratio in cæteris quoque seruanda est. 11 Quia, ὅτι. Erasmus omisit hanc particulam tanquam redundantem, ut sæpe aliàs πλεονάζει. Mihi autem uidetur causæ uim habere hoc loco, & cum superiore interrogatione cohærere. Itaque puto rectè expressam esse à Vetere interprete. Mysteria, μυστήρια: id est, arcana. Hic quoque uocabulum Græcum seruauit, sed quo frequenter Cicero etiam ipse utitur. Illis autem non est datum, ἐκείνοις δὲ οὐ δέδοται. In 6. & 12. exemplari scriptum erat, ἐκείνοις δὲ γὰρ παραβολαῖς, illis uerò per parabolas. 12 Reddetur abundantior, περισσευθήσεται. Sic rectè Erasmus, ut ostenderet non significari simplicem abundantiam, sed incrementum. Neque enim statim abundat, cuius facultates auctæ sunt. 13 Quia, ὅτι. In sexto exemplari scriptum erat ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι, καὶ ἀκούοντες μὴ ἀκούωσι, μὴ δὲ συνιῶσι, καὶ τότε πληρωθήσεται αὐτοῖς: id est, ut uidentes (nã hic accipitur βλέπειν pro ἐμβλέπειν) non uideant, & audientes non audiant, neque intelligant. Tunc igitur implebitur eis. 14 In ipsis, ἐπ' αὐτοῖς. In nonnullis uetustis codicibus deest αὐτοῖς, sicut annotat Erasmus. Auditu, ἀκοῇ. Sic rectius conuertit Vetus interpres quàm Erasmus, qui Aurib. interpretatur, quasi scriptũ sit ἀκοαῖς: & apud Esaiam nõ אזנים, sed שמוע. Est aũt hæc Hebraica phrasis, audiendo audire, & uidendo uidere, omnib. (ut existimo) satis nota. Audietis, ἀκούσετε. In quarto exẽplari & nono scriptum erat, ἀκούοντες καὶ βλέψετε: id est, audiatis & uideatis: quod melius quadrat cum Hebræis. Quanquam hæc etiam futura indicatiui possumus per imperandi modum uertere, hoc modo: Auditu audite, & ne intelligatis: & uidentes uidete, & ne cernatis. Est enim familiarissima Hebræis enallage futuri indicatiui, pro imperandi modo. Quod autem attinet ad οὐ μὴ, quamuis plerunq; sint hæ particulæ negantes, sicut annotat Erasmus, & Budæus quoq; in cõmentarijs linguæ Græcæ: tamen interdum etiam ἀναγορεύτικῶς ponuntur. Euripides, οὐ μὰ τὼ θεώ, nequaquam dixeris. Aristoph. πρᾶγμ', οὐ μὰ σκόλοψ, μηδὲ κοτίνου ἄπορ· εἰ τρυγᾷς ἅμαξαν ἕξεις: id est, Nequaquam irriseris, neq; feceris quæ feculenti isti dij solent. Sic etiam commodius accipi posse uidetur Galat. 5. c. 16. Non cernetis, οὐ μὴ ἴδητε. Vulgata, non uidebitis. Eras. rectè mihi uidetur distinxisse, τὸ ἰδεῖν ἢ βλέπειν. Nam hoc quidem loco, τὸ βλέπειν uidetur simpliciter accipi pro eo quod Latini dicunt Videre, quod lõgè minus est quàm ἰδεῖν: id est, perspicere & cernere. Hoc enim est potius animi, quàm oculorum: sicut plus est intelligere quàm audire. Sed tã cõmodo & apto uocabulo nõ potest notari hæc differẽtia in auriũ sensu. Nã σωφρονεῖν, semper est mẽtis, quũ utrunq; illud de oculis propriè dicatur. Fateor tamẽ hãc differẽtiã perpetuã nõ esse. Siquidẽ etiã duobus uersiculis sequentib. ἀκούειν dici uidetur nõ de simplici auditione, sed de eo quod quum audieris, intelligas: cõtrà τὸ βλέπειν, uersiculo 16. pro Cernere: uersiculo autem 17. ἰδεῖν & βλέπειν, de externa uisione dicuntur sine ullo discrimine. Hæc aũt annotaui, partim nequis temerè putet quicquã mutatum: partim quòd ista uerborũ notatione uidetur hic locus nõnihil illustrari.

15 Pinguefactum est, ἐπαχύνθη. Vulgata & Erasmus, incrassatũ est: quod nõ memini legere apud idoneos authores. Oculis suis cõniuerunt, τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν. Occludẽdi uocabulũ, quo utũtur Vetus interpres & Eras. nimiũ latè patet: quũ καμμύειν, pro καταμύειν, Græcis propriè de oculis dicatur, sicut apud Latinos conniuere. Cõuertãtur, ἐπιστρέψωσι. Iam antè admonuimus שוב, id est, conuerti, idem ualere quod μετανοεῖν, id est, resipiscere.

19 Quoties

A ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ὅτι πολλοὶ προφῆται καὶ 17 Amẽ enim dico uobis, quòd multi Prophetæ & iusti desiderauerunt uidere quę uidetis, & nõ uiderũt: & audire quæ auditis, & nõ audierunt. *Prophetæ & iusti.* Luc. 10. d. 24.

δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδαν· καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν.

ὑμεῖς οὖν ἀκούσατε τὴν παραβολὴν τοῦ σπείροντος. 18 Vos igitur audite parabolã eius qui seminat. *Expositio parabolæ seminãtis.* Marc. 4. b. 25 Luc. 8. b. 11.

παντὸς ἀκούοντος τὸν λόγον τῆς βασιλείας, καὶ 19 Quoties quispiam audit sermonẽ de regno illo, & non intelligit, uenit ille Malus, & rapit id quod seminatum est in corde ipsius: iste est qui iuxta uiam semen excepit.

μὴ συνιέντος, ἔρχεται ὁ πονηρὸς, καὶ ἁρπάζει τὸ ἐσπαρμένον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· οὗτός ἐστιν ὁ παρὰ τὴν ὁδὸν σπαρείς.

ὁ δὲ ἐπὶ τὰ πετρώδη σπαρείς, οὗτός ἐστιν, ὁ τὸν λόγον 20 At qui in petrosa semẽ excepit, iste est qui sermonem audit, ac statim cũ gaudio accipit eum:

ἀκούων, καὶ εὐθὺς μετὰ χαρᾶς λαμβάνων αὐτόν·

οὐκ ἔχει δὲ ῥίζαν ἐν ἑαυτῷ, ἀλλὰ πρόσκαιρός 21 Non habet autem radicem in sese, sed temporarius est: ortaq; oppressione uel persequutione propter sermonem, statim offenditur.

ἐστι· γενομένης δὲ θλίψεως ἢ διωγμοῦ διὰ τὸν λόγον, εὐθὺς σκανδαλίζεται.

ὁ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας σπαρείς, οὗτός ἐστιν ὁ τὸν 22 Qui uerò in spinas semen excepit: iste est qui sermonem audit, sed sollicitudo seculi huius, & seductio diuitiarum suffocat sermonem, & infructuosus fit. *Sollicitudo. Diuitiæ.*

λόγον ἀκούων· καὶ ἡ μέριμνα τοῦ αἰῶνος τούτου καὶ ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου συμπνίγει τὸν λόγον, καὶ ἄκαρπος γίνεται.

ὁ δὲ ἐπὶ τὴν καλὴν γῆν σπαρείς, οὗτός ἐστιν ὁ τὸν 23 Qui uerò in terram bonam excepit semen: iste est qui sermonem audit & intelligit, qui scilicet fructum fert: & edit alius quidem centena, alius sexagena, alius uerò tricena.

λόγον ἀκούων καὶ συνιείς, ὃς δὴ καρποφορεῖ, καὶ ποιεῖ, ὁ μὲν ἑκατόν, ὁ δὲ ἑξήκοντα, ὁ δὲ τριάκοντα.

B ἄλλην παραβολὴν παρέθηκεν αὐτοῖς, λέγων· ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ σπείραντι καλὸν σπέρμα ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ. 24 Aliam parabolam proposuit eis, dicens: Assimilatum est regnum cœlorum homini seminanti bonum semen in agro suo. *Parabola zizaniorum.*

19 Quoties quispiam audit, πάντος ἀκούοντος. Vulgata. Omnis qui audit: id est, πᾶς ὁ ἀκούων. Erasmus, Quum quis audit. Ad uerbum, omni audiente Sed constat huiusmodi casus absoluros in participium Quum resolui solere. Hic autem particula uniuersalis addita participio, exprimenda fuit. Itaq; pro Quum dixi Quoties. Verbo autem præposui particularem Quispiam, quia scilicet τὸ λαθεῖν, existimo referri ad tempus: orationem autẽ ipsam, quòd ad personam quidem attinet potius indefinitam esse quàm uniuersalem. Neq; enim, πάντος ἀκούοντος, declarat Omnibus audientibus. sed Quoties aliquis audit. Sermonem de regno illo, τὸν λόγον τῆς βασιλείας. Vulgata, uerba regni. Erasmus ad uerbum, sermonem regni: quod mihi uisum est obscurum. Dicimus enim Latinè, Sermonem de re aliqua fieri, non alicuius rei: & rursus, Sermo eius dicitur à quo, non de quo habetur. Itaq; haud satis scio quò respexerit ille qui nuper Sermonem regium conuertit. Nam etsi hæc est consuetudo Hebræi sermonis, ut genitiuos appellatiuorum pro adiectiuis usurper: hoc tamen perpetuum non est, quum sæpe appellatiua uim suam conseruent. Deinde prætermittendus non fuit articulus, quo ostenditur de certo regno hic agi, nempe cœlesti & æterno: quam tamen emphasim non putauimus ubique obseruandam. Ille Malus, ὁ πονηρὸς. Erasmus rectè articulum expressit: & haud scio, an in Dominica oratione addendus fuerit. Nos tamen illic noluimus quicquam mutare, ne quis offenderetur. Rapit, ἁρπάζει. In sexto exemplari legitur, ἄρει tollit. Semen excepit, σπαρείς. Ad uerbum, seminatus. Nam homo seminatus hic dicitur eadem ratione, qua satum agrum uocamus qui semẽ excepit, ut rectè obseruat Erasmus. 21 Temporarius, πρόσκαιρος. Vulg. temporalis: quod etiam uocabulũ pro eo quod ad tempus durat, à Quintiliano usurpatur lib. 6. cap. 20. Illud autem apud utrũq; Plinium frequenter occurrit. Deinde quum uulgò in scholis opponantur temporalia spiritualibus, putaui etiam istis consulendum. Orta, γενομένης. Vulg. facta: quod nõ cõuenit, etiamsi γίνεσθαι sæpe uertamus, Factum est. Eras. Porrò quum inciderit: id est, ἐμπεσούσης. Oppressione, θλίψεως. Vulg. tribulatione: id est τριβῆναι, potius quàm θλιβῆναι. Eras. afflictione. Sed afflictus magis propriè dicitur, ὁ λιτραβάκτης. Affligere enim significat prosternere, & ad terram dare ita ut elidas, quod Græci dicunt προσπράσσειν καὶ περιεργάζεσθαι. τὸ θλίβειν autem significat τὸ στένειν, & tam arctè aliquid stringere ut opprimas. Vnde Græcis θλιβίαι (quæ eunuchorum species est Paulo Aeginetæ lib. 6. cap. 68.) dicuntur quibus non execti, sed attriti sunt testes. Iaque afflictionis nomen exprimit quidem rem ipsam, sed non ita uidetur Græco uocabulo respondere. Vel, ὑ. In quinto exemplari scriptum erat καὶ, &. 22 Sed, δὲ. Vulgata & Erasmus, &. Respondet autem particula καὶ Hebræorum literæ ו, quæ interdum etiam ponitur pro אבל, id est sed, ut Genes. 42. b. 10. & usus etiam erat Euangelista in superiore membro particula δὲ: & ita Vetus ipse interpres conuertit 1. Ioan. 2. c. 20. Sed de hac enallage sæpe iam dictum est à nobis. Sollicitudo, μέριμνα. Sic etiam, μεριμνᾶν supra uertimus sollicitum esse. Vulgata & Erasmus, cura: id est, φροντίς. Seductio, ἀπάτη. Ἀπατᾶν significat extra uiam ducere, & facere ut aliquis à uia aberret, ut annotauit Erasmus: sed Latinum uerbum non addidit: id autem est seducere, eadem prosus translationis ratione. Vetus interpres, fallacia. Erasmus, deceptio. Sermonem, τὸν λόγον. Quartum exemplar addit, τοῦτον hunc. Infructuosus, ἄκαρπος. Vulgata, sine fructu, impropriè: potest enim aliquid sine fructu esse, quod tamen non sit infructuosum. Exemplo nobis est salix, quam Homerus appellat ἀκαρπαίην, quasi frugiperdam dicas: neque tamen propterea infructuosa est. Erasmus, infrugifer: quod uocabulum non memini legere apud idoneos authores: quanquam frugifer dicatur Lucano lib. 1. Quantis frugifero quercus sublimis in agro. 23 Qui scilicet, ὃς δή. Miror placuisse Erasmo ut relatiuũ referretur ad λόγον, quum appareat Christum non de uno aliquo homine, sed de uno hominum genere loqui. cuius postea uarias species enumerat. Nam (ut ait Paulus 1. Corinth. 12. a. 4.) uaria sunt dona. Fructum fert, καρποφορεῖ. Hoc exprimunt Græci uno uerbo, pro quo barbari dicunt Fructificare. Tricena, τριάκοντα. In 5. & 6. exemplari repetitur, ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω: id est, qui habet aures ad audiendum, audiat. 24 Seminanti, σπείροντι. Vulgata qui seminauit: id est, σπείραντι, quod etiam scriptum erat in exemplaribus 3. & 14. & uidetur melius cohærere cum his quæ proximè consequuntur.

Quum autẽ dormirent homines, uenit eius inimicus, & seminauit zizania inter triticum: abijtq;

25 ἐν δὲ τῷ καθεύδειν αὐ ἀνθρώπους, ἦλθεν αὐτοῦ ὁ ἐχθρὸς, καὶ ἐσπειρε ζιζάνια ἀνὰ μέσον τοῦ σίτου, καὶ ἀπῆλθεν. A

Quum uerò germinasset herba, & fructum tulisset, tunc apparuerunt & zizania.

26 ὅτε δὲ ἐβλάστησεν ὁ χόρτος, καὶ καρπὸν ἐποίησε, τότε ἐφάνη καὶ τὰ ζιζάνια.

Accedentes autem serui patrisfamiliâs, dixerunt ei: Domine, non ne bonum semen seminasti in tuo agro? unde ergo habet zizania?

27 προσελθόντες δὲ οἱ δοῦλοι τοῦ οἰκοδεσπότου, εἶπον αὐτῷ· κύριε, οὐχὶ καλὸν σπέρμα ἔσπειρας ἐν τῷ σῷ ἀγρῷ; πόθεν οὖν ἔχει τὰ ζιζάνια;

Ille uerò dixit eis: Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei: Vis igitur abeamus, & colligamus ea?

28 ὁ δὲ ἔφη αὐτοῖς, ἐχθρὸς ἄνθρωπος τοῦτο ἐποίησεν. οἱ δὲ δοῦλοι εἶπον αὐτῷ, θέλεις οὖν ἀπελθόντες συλλέξωμεν αὐτά;

At ille dixit: Non, nequando dum colligitis zizania, eradicetis simul cum eis triticum.

29 ὁ δὲ ἔφη, οὔ· μήποτε συλλέγοντες τὰ ζιζάνια, ἐκριζώσητε ἅμα αὐτοῖς τὸν σῖτον.

Sinite simul crescere utraque usque ad messem: & in tempore messis dicam messoribus, Colligite primùm zizania, & ligate ea in fasciculos, ad exurendum ea: triticum uerò cogite in horreum meum.

30 ἄφετε συναυξάνεσθα ἀμφότερα μέχρι τοῦ θερισμοῦ· καὶ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ θερισμοῦ ἐρῶ τοῖς θερισταῖς, συλλέξατε πρῶτον τὰ ζιζάνια, καὶ δήσατε αὐτὰ εἰς δεσμὰς, πρὸς τὸ κατακαῦσαι αὐτά· τὸν δὲ σῖτον συναγάγετε εἰς τὴν ἀποθήκην μου.

Granum sinapis. Marc. 4. d. 30 Luc. 13. d. 18

Aliam parabolam proposuit eis, dicens: Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod acceptum quispiam seminauit in agro suo:

31 ἄλλην παραβολὴν παρέθηκεν αὐτοῖς, λέγων· ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως, ὃν λαβὼν ἄνθρωπος ἔσπειρεν ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ. B

Quod minimum quidem est omnium seminum: quum autem excreuerit, maximum est olerum: & fit arbor, adeò ut ueniant uolucres cœli, & nidulentur in ramis ipsius.

31 ὃ μικρότερον μέν ἐστι πάντων τῶν σπερμάτων, ὅταν δὲ αὐξηθῇ, μεῖζον τῶν λαχάνων ἐστὶ, καὶ γίνεται δένδρον, ὥστε ἐλθεῖν τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατασκηνοῦν ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ.

Fermenti parabola. Luc. 13. c. 20

Aliam parabolam loquutus est eis, dicens: Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier condidit in farinæ satis tribus, usq; quo fermentaretur tota.

33 ἄλλην παρέβολὴν ἐλάλησεν αὐτοῖς· ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ζύμῃ, ἣν λαβοῦσα γυνὴ ἐνέκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον.

In parabolis quare loquutus Iesus. Mar. 4. d. 33 Psal. 77. a. 2

Hæc omnia loquutus est Iesus per parabolas ad turbã: & absq; parabola nihil loquutus est eis:

34 Ταῦτα πάντα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς ἐν παραβολαῖς τοῖς ὄχλοις, καὶ χωρὶς παραβολῆς οὐκ ἐλάλει αὐτοῖς.

Vt compleretur quod dictũ fuit per Prophetam dicentem, Aperiam in parabolis os meum: eructabo occultata à iactis fundamentis mundi.

35 ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, ἐρεύξομαι κεκρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.

Exponitur parabola zizaniorũ.

Tunc dimissa turba, uenit domum Iesus, & adierunt eum discipuli eius, dicentes: Edissere nobis parabolam zizaniorum agri illius.

36 τότε ἀφεὶς τοὺς ὄχλους, ἦλθεν εἰς τὴν οἰκίαν ὁ Ἰησοῦς, καὶ προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες· φράσον ἡμῖν τὴν παραβολὴν τῶν ζιζανίων τοῦ ἀγροῦ.

Ipse uerò respondens, dixit eis: Qui seminat bonum semen, est Filius hominis.

37 ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· ὁ σπείρων τὸ καλὸν σπέρμα, ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. C

25 Inter, *διὰ μέσου*. Vulgata, in medio. Ad uerbum per medium. Sic Gallicè dicimus *parmi*. Hebræi בתוך.

27 Seminasti, *ἔσπειρας*. Eraſ. seminaueras: id est, *ἐσπάρκεις*. Sed frequentissimè aoristi pro plusquàmperfectis accipiuntur, ut infrà 6. a. 5. 29 Triticum, *τὸν σῖτον*. non interpositа copula. Vulg. & Eraſ. & triticum, *καὶ τὸν σῖτον*, quod in uetustis exemplaribus non legitur. 30 Simul crescere, *συναυξάνεσθαι*. Græcis unum uocabulum est, quasi dicas Coaugeri. Ad exurendum, *πρὸς τὸ κατακαῦσαι*. Vulgata & Eraſmus, ad comburendum. Vide suprà 3. c. 12.

31 Olerum, *τῶν λαχάνων*. Eraſmus, inter olera. In uetustis exemplaribus 1. 3. 4. additur *πάντων* omnium, sicut etiam legit Vetus interpres. Veniant, *ἐλθεῖν*. In Complutensi editione legitur, *ἐνιαυλᾶν*: id est, descendant. Et nidulentur, *καὶ κατασκηνοῦν*. Vulgata, & habitent. Eraſmus rectè conuertit. Nidos enim suprà uocauit *κατασκηνώσεσ*. 8. c. 20. quasi tabernacula uel umbracula dicas: qua etiam ratione à Græcis disertioribus *καλιὰ* dicuntur, quòd sint ex bacillis & festucis compacti. 31 Loquutus est eis, *ἐλάλησεν αὐτοῖς*. Octauum exemplar addit *λέγων* dicens. cuius authoritatẽ sumus sequuti. Cõdidit, *ἐκρυψεν*. Vetusta omnia exẽplaria scriptũ habebant *ἔκρυψεν*, eodẽ sensu. Vulg. abscõdit. Eraſ. abscõdidit. Ego uerò quũ *τὸ ἀποκρυπτον*, interpretari soleã occultare, hic malui cõdendi uocabulo uti. Id enim occultare uel abscõdere dicimur, quod eo cõsilio seponimus, ut ubi sit, ab alijs non intelligatur. Satis tribus, *σάτα τρία*: id est, epha unũ, siue modios quatuor & semis. Nã מאה apud Iudæos mẽsura fuit rerũ aridarũ sesquisimodiũ capiens, quã ter continebat epha. Sed existimo nõnullos intẽpestiuè in hac mensura philosophari. Tota, *ὅλον*. Vulgata & Eraſmus, totum. At ego repetendum puto *ἄλευρον*. 34 Absq;, *χωρὶς*. Vulg & Eraſ. sine, *οὐκ*.

35 Aperiam in parabolis, *ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς*. Hebræum dicendi genus, pro Loquar parabolas, in quo tamen nonnulli emphasim esse tradunt. A iactis fundamentis, *ἀπὸ καταβολῆς*. Vulgata & Eraſmus, à constitutione. *καταβάλλειν* significat in inferiorem locum iacere, sicut fieri solet in ædificiorum fundamẽtis. Vnde *καταβολὴ*, fundamentũ. Verùm quia hoc loco nõ res ipsa, sed tẽpus rei gestæ significatur, malui uti uerborum ambitu aliquo, quẽ etiam probat Eraſmus in annotationibus. 36 Edissere, *φράσον*: id est, declara & explica: quo posteriore uocabulo utitur hic Eraſmus, quum infrà 15. b. 15. Veterem interpretem sequi maluerit. Est igitur *φράζειν* hoc loco diuersum à *λέγειν*, uel *λαλεῖν*, unde *φράσις* Græcis dicitur, qui Latinis stylus: permutantur hæc tamen interdum, ut *φράζειν* & *λαλεῖν* idem

A λῶν idem ualeant. Itaque Cicero Theophrasti nomen in Oratore interpretans, eum dicit Diuinitate loquend nomen inueniſſe. Agri illius, τοῦ ἀγροῦ: id eſt, quæ in illo agro ſata fuiſſe dixiſti. Eſt enim articuli uis hoc loco ἀναφορικὴ. ſuprà uerò 6.c.28.& 30.aliter accipitur ἀγροῦ, non addito articulo, nempe adiectiui loco.

ὁ δὲ ἀγρός, ἐστὶν ὁ κόσμος· τὸ δὲ καλὸν σπέρμα, 38
ἔστιν οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας· τὰ δὲ ζιζάνιά, εἰσὶν οἱ
υἱοὶ τοῦ πονηροῦ.

Ager autem, eſt mundus. Bonum uerò ſemen, iſti ſunt filij regni: zizania uerò, ſunt filij illius Mali.

ὁ δὲ ἐχθρὸς ὁ σπείρας αὐτά, ἐστὶν ὁ διάβολος· ὁ δὲ 39
θερισμός, συντέλεια τοῦ αἰῶνός ἐστιν· οἱ δὲ θερισταί, ἄγγελοί εἰσιν.

Inimicus autem qui ſeminauit ea, eſt diabolus. Meſsis uerò, conſummatio ſeculi eſt. Meſſores autem, Angeli ſunt. Apoc.14.c.15. Ioel.3.c.13.

ὥσπερ οὖν συλλέγεται τὰ ζιζάνια, καὶ πυρὶ κατα- 40
καίεται· οὕτως ἔσται ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος τούτου.

Sicut ergo colliguntur zizania, & igni exuruntur: ita erit in conſummatione ſeculi huius.

ἀποστελεῖ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, 41
καὶ συλλέξουσιν ἐκ τῆς βασιλείας αὐτοῦ πάντα τὰ
σκάνδαλα, καὶ τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν.

Mittet Filius hominis Angelos ſuos, & ij colligent è regno eius omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem:

καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός, 41
ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

Proijcientq; eos in caminum ignis: illic erit fletus, ſtridorq; dentium.

τότε οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος, ἐν τῇ βα- 43
σιλείᾳ τοῦ πατρὸς αὐτῶν. ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω. Sapien.3.b.7. Daniel.12.b.3

Tunc iuſti effulgebunt ut ſol, in regno Patris ſui. Qui habet aures ad audiendum, audiat.

πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν θη- 44
σαυρῷ κεκρυμμένῳ ἐν τῷ ἀγρῷ, ὃν εὑρὼν ἄν-
θρωπος ἔκρυψε, καὶ ἀπὸ τῆς χαρᾶς αὐτοῦ ὑπάγει·
καὶ πάντα ὅσα ἔχει, πωλεῖ, καὶ ἀγοράζει τὸν
ἀγρὸν ἐκεῖνον. B

Rursum ſimile eſt regnum cœlorum theſauro occultato in agro: quem inuentũ homo occultauit, & præ gaudio quod accipit ex eo, ſubducit ſeſe: & omnia quæ habet, uendit, emitq; illum. Theſaurus abſconſus in agro.

πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώ- 45
πῳ ἐμπόρῳ, ζητοῦντι καλοὺς μαργαρίτας.

Rursum ſimile eſt regnum cœlorum cuipiã negociatori, quærenti pulchras margaritas. Margarita.

ὃς εὑρὼν ἕνα πολύτιμον μαργαρίτην, ἀπελ- 46
θὼν πέπρακε πάντα ὅσα εἶχε, καὶ ἠγόρασεν
αὐτόν.

Qui inuenta quapiam magni precij margarita, abiens uenundedit omnia quæ habebat, & emit eam.

πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, σα- 47
γήνῃ βληθείσῃ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἐκ παντὸς
γένους συναγαγούσῃ·

Rursum ſimile eſt regnum cœlorum ſagenæ iactæ in mare, & quæ ex omni rerum genere cogit: Sagenæ miſſæ in mare parabola exponitur.

ἣν, ὅτε ἐπληρώθη, ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τὸν αἰ- 48
γιαλόν, καὶ καθίσαντες συνέλεξαν τὰ καλὰ εἰς ἄγ-
γη, τὰ δὲ σαπρὰ ἔξω ἔβαλον.

Quam, quum impleta fuiſſet, ſubduxerunt in litus: & ſedentes collegerunt quæ bona ſunt, in uaſa: putria uerò foràs abiecerunt.

18 Regni, τῆς βασιλείας. Vide ſuprà 8.b.12. Illius Mali, τοῦ πονηροῦ. Vulgata, Nequam. Eraſmus rectè expreſsit articulum, non modò quia de diabolo agitur, qui κατὰ διάκρισιν dicitur ὁ πονηρὸς, ſed etiam ut diſtinguatur caſus.

39 Qui ſeminauit, ὁ σπείρας. Eraſmus, qui ſeminat, ὁ σπείρων. 41 Qui faciunt iniquitatem, τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνο-
μίαν. De hoc dicendi genere uide ſuprà 7.d.23. 42 In caminum ignis, εἰς κάμινον πυρός: id eſt, in fornacem arden
tem, ex Hæbræorum idiomate, ut Pſal.21.c.10. 43 Patris ſui, τοῦ πατρὸς αὐτῶν. In 14 exemplari, pro τοῦ πατρὸς αὐτῶν,
ſcriptũ erat τῶν οὐρανῶν, cœlorũ. 44 Præ, ἀπό. In hoc dicendi genere libentius Græci utuntur præpoſitione ὑπὸ:
quanquã ita etiam interdũ loquitur Thucydides ille ἀνθρωπότατος. Gaudio quod accipit ex eo, ἀπὸ τῆς χαρᾶς αὐτοῦ: id eſt,
de eo theſauro reperto. niſi malimus ad ipſum inuentorẽ referre, & uti reciproco. Vulgata ad uerbũ, gaudio illius.
quod quia perobſcurũ eſt, circuitione uſi ſumus. Eraſ. quod habet ſuper eo. Subducit ſeſe, ὑπάγει: id eſt, clàm diſce
C dit. Nã ὑπάγειν, id uidetur declarare hoc loco, & amplius aliquid ſignificare quàm ἀπέρχεσθαι, id eſt abire: quo modo
ſæpe ſumus interpretati. 46 Qui inuẽta, ὃς εὑρὼν. Vulg. Inuẽta aũt: id eſt, εὑρὼν δέ. quod ſcriptum inuenimus in
duob. uetuſtis codicibus. Magni precij, πολυτίμου. Hoc Græci uno uerbo exprimunt. Vulg. & Eraſ. precioſa: id eſt,
τίμιον. Ouidius, Exerces precioſa odia & cõſtãtia magno. Habebat, εἶχε. Eraſ. poſsidebat: id eſt, κατεῖχε. 47 Sa-
genæ, σαγήνῃ. Hoc uocabulo utitur Manilius lib.5. Eſt aũt ſagena, retis genus, à quo uernaculũ uocabulũ ſeinne de-
ductũ uideri poſsit. Eraſ. uerriculo: quo nomine Valla, neq; id rectè admodũ (meo iudicio) interpretatur ἀμφίβλη-
στρον, ut ſuprà 4.c.19. monuimus ex Ruffi medici deſcriptione lib.2. quo loco de partib. oculorũ agit. Nã tunica ocu
li, quæ Græcis medicis ἀμφιβληστροειδὴς, à figura τοῦ ἀμφιβλήστρου, appellatur, omnino refert illud retis genus quod no-
ſtri dicunt un eſpreuier: Latini uerò (ni fallor) Fundã, Virg. lib.1. Georg. Atq; alius funda latũ iam uerberat amnẽ Al-
ta petens, pelagoq; alius trahit humida lina. Quo loco Seruius fundã interpretatur βόλον: Romani quoq; Iaculum:
atq; adeò noſtri piſcatores, quod ſuperius diximus appellari l'eſpreuier, id eſt ἀμφίβλητρον, uocitãt un let, utraq; lingua
uim & etymõ Græci uocabuli retinẽte. Fundã uerò dictã uolunt eo loco Grãmatici, q. deſuper in amnem funda-
tur, & mox cũ præda in ſublime referatur: quo modo etiã Gallico ſermone dicimus, l'Eſpreuier fond den haulr (nimi-
rũ de aue loquẽtes) quũ toto impetu è ſublimi deorſum fertur, & corruere in prædã uidetur: unde appellationem
quoq; lingua noſtra uernacula habuit genus illud retis qd' ἀμφίβλητρον Græci dicũt. Cęterùm in ſuperiorib. Virgilij
uerſiculis, Humida lina, omnes interpretãtur Verriculũ, id eſt (ut nõnulli uolũt) σπάγαγον. Quę qdẽ eo lubẽtius hoc
loco annotauimus, quòd pleroſq; huiuſmodi uocabulorũ proprietates magnopere obſeruãdas, parũ intellexiſſe
uideã. Et quæ ex omni rerũ genere cogit, ἐξ ἅπαντὸς γένους συναγαγούσῃ: id eſt, q̃ colligit res uarias. Neq; enim hoc de
piſcib. tantùm intelligo, etſi aliter ſentire uidetur Eraſ. quũ uocabulũ σαπρὰ ad piſcib. parũ cõueniat: neq; ſi ita eſ-
ſet, uideatur Euãgelista uſurpaturus fuiſſe neutrũ genus. 48 Putria uerò, τὰ δὲ σαπρὰ: id eſt, qualia multa è maris
fundo unà cũ piſcib. eruũtur, ueluti muſcus, alga, & cætera eiuſmodi. Vulg. malos aũt: referẽs ad piſces. Eraſ. quæ
uerò mala.

 49 Exibunt,

Ita erit in consummatione seculi: exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum:

49 οὕτως ἔσται ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος, ἐξελεύσονται οἱ ἄγγελοι: καὶ ἀφορίσουσι τοὺς πονηροὺς ἐκ μέσου τῶν δικαίων·

Proijcientq; eos in caminum ignis: illic erit fletus & stridor dentium.

50 καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός, ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

Dicit eis Iesus: Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei, Etiam Domine.

51 λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· συνήκατε ταῦτα πάντα; λέγουσιν αὐτῷ, ναί κύριε.

Doctus in regno cœlorum.

Ipse uerò dixit eis: Propterea omnis Scriba doctus in regno cœlorum, similis est cuipiam patrifamiliâs, qui effert è thesauro suo noua & uetera.

52 ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· διὰ τοῦτο πᾶς γραμματεὺς μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ὁμοίός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιά.

Christus non suscipitur à Nazareis. Marc.6.a.1 Luc.4.c.16

Et factum est, quum finisset Iesus parabolas istas, soluit illinc.

53 καὶ ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τὰς παραβολὰς ταύτας, μετῆρεν ἐκεῖθεν.

Et quum uenisset in patriam suã, docuit eos in synagoga eorum, *adeò* ut ipsi percellerentur, ac dicerent, Vnde huic sapientia ista & uirtutes?

54 καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν πατρίδα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν αὐτοὺς ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν, ὥστε ἐκπλήττεσθαι αὐτοὺς, καὶ λέγειν, πόθεν τούτῳ ἡ σοφία αὕτη, καὶ αἱ δυνάμεις;

Ioan.6.c.42

Non ne iste est ille fabri filius? non ne mater eius dicitur Maria: & fratres eius, Iacobus, & Ioses, & Simon, & Iudas?

55 οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; οὐχὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ λέγεται Μαριάμ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωσῆς, καὶ Σίμων, καὶ Ἰούδας;

Et sorores eius non ne omnes apud nos sunt? unde igitur isti hæc omnia?

56 καὶ αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ οὐχὶ πᾶσαι πρὸς ἡμᾶς εἰσι; πόθεν οὖν τούτῳ ταῦτα πάντα;

B

Marc.6.a.4 Luc. 4. d. 24 Ioan. 4.c.44

Et offendebantur in eo. Iesus autem dixit eis: Nõ est propheta inhonoratus, nisi in patria sua & domo sua.

57 καὶ ἐσκανδαλίζοντο ἐν αὐτῷ. ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· οὐκ ἔστι προφήτης ἄτιμος, εἰ μὴ ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ.

Et non fecit illic uirtutes multas propter incredulitatem illorum.

58 καὶ οὐκ ἐποίησεν ἐκεῖ δυνάμεις πολλὰς, διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν.

CAP. XIIII.

ΚΕΦ. ιδ'.

Herodis indicium de Iesu. Marc.6.b.14 Luc.9.a.7

IN illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam de Iesu.

1 ΕΝ ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἤκουσεν Ἡρῴδης ὁ τετραάρχης τὴν ἀκοὴν Ἰησοῦ.

Et dixit pueris suis: Iste est Ioannes ille Baptista: ipse surrexit à mortuis, & propterea uirtutes agunt in eo.

2 καὶ εἶπε τοῖς παισὶν αὐτοῦ· οὗτός ἐστιν Ἰωάννης ὁ βαπτιστής· αὐτὸς ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ διὰ τοῦτο αἱ δυνάμεις ἐνεργοῦσιν ἐν αὐτῷ.

Ioannes quare uinctus. Marc.6.c.17 Luc.3.d.19

Nam Herodes prehenderat Ioannem, & uinxerat eum: posueratq; in custodia propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui.

3 ὁ γὰρ Ἡρῴδης κρατήσας τὸν Ἰωάννην, ἔδησεν αὐτὸν, καὶ ἔθετο ἐν φυλακῇ, διὰ Ἡρῳδιάδα τὴν γυναῖκα φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ.

Dicebat enim ei Ioannnes, Non licet tibi habere eam.

4 ἔλεγε γὰρ αὐτῷ ὁ Ἰωάννης, οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν αὐτήν.

Infrà 21. c.26

Et quum uellet eum occidere, timebat turbã: nam enm ut prophetam habebant.

5 καὶ θέλων αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ἐφοβήθη τὸν ὄχλον, ὅτι ὡς προφήτην αὐτὸν εἶχον.

49 Exibunt, ἐξελεύσονται exibunt, scilicet missi à Domino. Eras. uenient, id est, ἐλεύσονται. Separabunt, ἀφορίσουσι. C Eras. segregabũt. quo uerbo etiã Vetus interpres utitur. Ego uerò illud potius sum amplexus, quia Græcũ uocabulũ eã demũ segregationẽ declarat, quæ certo scopo destinata est: ut hoc loco dicãtur impij ἀφορίζεσθαι, morti scilicet secũdæ. Hoc aũt uidetur Latino uocabulo Separari utcunq; exprimi, cuius ea uis esse uidetur, ut significet sepositũ aliquid ad certũ finẽ cõparare. 52 Doctus, μαθητευθείς. Participium, nõ nomẽ, à uerbo μαθητεύειν, id est διδάσκειν, quo utitur infrà 28.d.19. quod tamẽ etiã neutra significatione accipitur pro Discipulũ esse, ut infrà 27.g.57. In regno, εἰς βασιλείαν. Eras. ad regnũ. Ego malo ἐν pro ὑπ positũ esse, quæ permutatio etiã apud idoneos authores locum habet. Sic enim Sophocles in Aiace, ἐμοὶ μὲν οὐκ ἀπὸ τοῦτον ἐν δίκαις μόνον, pro ὑπ δίκαις. Regnũ aũt cœlorũ uocat, uel Ecclesiã in qua regnat Deus, uel doctrinã ipsam quæ in Ecclesia regnat, per metonymiã. 53 Parabolas, παραβολάς. Eras. sermones: id est, λόγους. Soluit, μετῆρεν. Vulg. trãsiit. Ad uerbũ, trãstulit, subaudito reciproco, sed pro simplici ἄρειν ac cipitur: diciturq; propriè nõ de itinere terrestri, sed de nauigatione. Apparet aũt ex Lucę 8.c.22. Iesum post hũc habitũ sermonẽ cõscendisse nauim, neq; statim in patriã uenisse. Itaq; perinde conuertimus ac si scriptũ esset ἐλθὼν δὲ. 54 Adeò ut ipsi percellerentur, ὥστε ἐκπλήττεσθαι. Vide suprà 7.d.28. Sapientia, ἡ σοφία. Secundũ exẽplar legit, πᾶσα ἡ σοφία, omnis sapientia. 57 In eo, ἐν αὐτῷ. Vide suprà 11.a.6. Inhonoratus, ἄτιμος. Nonnulli, inglorius: id est, ἄδοξος. Vulg. sine honore. Erasm. expers honoris. 58 Fecit, ἐποίησεν. Erasmus, edidit, ἀπέδωξε. Vide suprà 7.c.12.

IN CAP. XIIII.

1 Pueris, παισὶν, id est seruis, uel famulis, ut Eras. cõuertit. Nã de huius posteritate nihil traditur. Iste, οὗτος. In secũdo codice scriptũ erat, μήτι οὗτος: id est, nũquid iste? Baptista, ὁ βαπτιστής. Veteres duo codices additũ habebant, ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα, id est quẽ ego decollaui. Agunt, ἐνεργοῦσιν. Vide Marci 6.b.14. 3 Philippi, φιλίππου. Deerat hoc nomẽ in uno uetere exemplari: neq; etiã adscribitur in plurimis uetustis codicib. Luc. 3.d.19. Sed scriptũ reperimus summo omniũ exẽplariũ cõsensu Marc. 6.c.17. Iosephus uerò nõ Philippi uxorẽ fuisse tradit, sed Herodis secundi, qui pater fuit ἀντιπάτρου, huius Herodis cognomẽto Antipæ. 5 Timebat, ἐφοβήθη. In duobus uetustis codicibus scriptũ erat, ἐφοβοῦτο, quod sum sequutus. Turbã, ὄχλον. Eã turbã intelligit quæ Ioannẽ assectabatur. Eras. multitudinẽ. id est, τὸ πλῆθος. Vulg. populũ: id est, τὸν δῆμον, uel λαόν. Nam ὅτι, uel quia, Erasmus, propterea quòd, id est διότι.

6 Quum

A γενεσίοις δὲ ἀγομένοις τοῦ Ἡρῴδου, ὠρχήσατο τῆς θυγατρὸς τῆς Ἡρῳδιάδος ἐν τῷ μέσῳ, καὶ ἤρεσε τῷ Ἡρῴδῃ.

6 Quum aũt agerentur natalitia Herodis, saltauit filia Herodiadis in medio: & placuit Herodi.

ὅθεν μετ' ὅρκου ὡμολόγησεν αὐτῇ δοῦναι ὃ ἐὰν αἰτήσηται.

7 Vnde cum iureiurando spopondit se daturũ ei quicquid petijsset.

ἡ δὲ προβιβασθεῖσα ὑπὸ τῆς μητρὸς αὐτῆς, δός μοι, φησίν, ὧδε ἐπὶ πίνακι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ.

8 Illa uerò producta à matre sua, Da mihi (inquit) hic in patina caput Ioannis Baptistæ.

καὶ ἐλυπήθη ὁ βασιλεύς· διὰ δὲ τοὺς ὅρκους καὶ τοὺς συνανακειμένους, ἐκέλευσε δοθῆναι.

9 Et tristis factus est Rex: sed propter iusiurandum, & eos qui simul accumbebant, iussit dari.

καὶ πέμψας ἀπεκεφάλισε τὸν Ἰωάννην ἐν τῇ φυλακῇ.

10 Et missо *carnifice* decollauit Ioanẽ in custodia.

Caput amputatur Ioanni Baptistæ.

καὶ ἠνέχθη ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ ἐπὶ πίνακι, καὶ ἐδόθη τῷ κορασίῳ, καὶ ἤνεγκε τῇ μητρὶ αὐτῆς.

11 Et allatum est caput eius in patina, datumq; est puellæ: & *ipsa* obtulit matri suæ.

Sepelitur Ioannes.

καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἦραν τὸ σῶμα, καὶ ἔθαψαν αὐτό· καὶ ἐλθόντες ἀπήγγειλαν τῷ Ἰησοῦ.

12 Tunc accesserunt discipuli eius, & sustulerũt corpus, idq; sepelierunt: & euntes renunciauerunt Iesu.

Ἰησοῦς ἀναχωρεῖ εἰς ἔρημον τόπον.

Iesus in desertũ. Marc. 6. d. 18. Luc. 9. b. 10.

καὶ ἀκούσας ὁ Ἰησοῦς, ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν ἐν πλοίῳ εἰς ἔρημον τόπον κατ' ἰδίαν. καὶ ἀκούσαντες οἱ ὄχλοι, ἠκολούθησαν αὐτῷ πεζῇ ἀπὸ τῶν πόλεων.

13 Quũ aũt *hoc* audisset Iesus, secessit illinc in nauigio in desertum locũ priuatim: & quum audisset turba, sequuta est eum pedib. ab urbibus.

καὶ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς, εἶδε πολὺν ὄχλον, καὶ ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτοῖς, καὶ ἐθεράπευσε τοὺς ἀρρώστους αὐτῶν.

14 Et egressus Iesus, uidit multam turbam: & misericordia commotus est erga eos, sanauitq; ex ipsis, qui erant inualidi.

B ὀψίας δὲ γενομένης, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες· ἔρημός ἐστιν ὁ τόπος, καὶ ἡ ὥρα ἤδη παρῆλθεν· ἀπόλυσον τοὺς ὄχλους, ἵνα ἀπελθόντες εἰς τὰς κώμας, ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς βρώματα.

15 Quum autem serum diei esset, adierunt eum discipuli ipsius, dicentes: Desertus est locus, & tempus iam præterijt: dimitte turbam ut abeat in uicos, & emant sibi escas.

Matt. 6. c. 35. Luc. 9. b. 12. Ioan. 6. a. 5.

ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, οὐ χρείαν ἔχουσιν ἀπελθεῖν· δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν.

16 Iesus autem dixit eis: Non habent necesse abire: date eis uos quo uescantur.

οἱ δὲ λέγουσιν αὐτῷ· οὐκ ἔχομεν ὧδε εἰ μὴ πέντε ἄρτους, καὶ δύο ἰχθύας.

17 Ipsi uerò dicunt ei: Non habemus hic nisi quinq; panes & duos pisces.

Quinque panib. & duobus piscibus saturantur 5000. Gratiarũ actio.

ὁ δὲ εἶπε, φέρετέ μοι αὐτοὺς ὧδε.

18 Ipse autem dixit, Afferte mihi eos huc.

καὶ κελεύσας τοὺς ὄχλους ἀνακλιθῆναι ἐπὶ τοῦ χόρτου, καὶ λαβὼν τοὺς πέντε ἄρτους καὶ τοὺς δύο ἰχθύας, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανόν, εὐλόγησε· καὶ κλάσας ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς τοὺς ἄρτους, οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ὄχλοις.

19 Et iussa turba discumbere super herbas, & acceptis quinq; illis panibus ac duobus piscibus, suspiciens in cœlũ, benedixit: & quum fregisset, dedit discipulis panes: discipuli uerò turbæ.

6 Quum aũt agerentur natalitia, γενεσίοις δὲ ἀγομένοις. Sic Valla rectè conuertit. Vulg. die aũt natalis. Eras. quũ aũt celebraretur natalis. In medio, ἐν τῷ μέσῳ: id est, palàm & spectãtib. omnib. sicut etiã Latini, Ponere in medio, & Proferre in mediũ dicunt. 7 Spopondit, ὡμολόγησεν. Propriè usurpatur in mutua stipulatione hoc uerbũ, significatq; factã stipulationẽ respõso suo ratã habere: ut quũ unus quærit, Spondes? alter respõdet, Spõdeo. posterior iste dicitur ὁμολογῶν, id est assentiri, & cõsessione sua sese ad id præstandũ obligare. Vnde factũ, ut pro ὑπισχνοῦμαι generaliter accipiatur, sicut etiã apud Latinos spõdere usurpari cœpit. Sed quorsum hoc? nempe ut intelligatur qua C ratione ὁμολογῶν toties uerterimus cõsiteri, hic uerò spondere. Petijsset, αἰτήσαιτο. Vulg. addit, ab eo. 8 Producta, προβιβασθεῖσα: id est, inducta prius & persuasa. Plinius lib. 9. cap. 5. Nulla sponsione ad hoc productus. Id aũt uerbũ omnino Græco respondet: neq; me deterret ipsius homonymia, quum Græci uocabuli προβιβάζω non minus sit uaria significatio. Vulgata, præmonita. Erasmus, prius instructa. 9 Tristis factus est, ἐλυπήθη. Eras. indoluit: id est, ἐπέσχεθεν. fortasse quia nõ placebat cõtristandi uerbũ, quo usus est Vetus interpres, quod licet asperũ sit, apud idoneos tamen authores inuenitur. Mihi nulla fuisset religio uertere, Contristatus est: in eius tamen locum subieci, quod paulo mitius usum est. Sed, δέ. Vulgata, autem. Sed particula δὲ est hoc loco discretiua. Erasmus, attamẽ: id est μέντοι. 10 Et missо *carnifice*, καὶ πέμψας. Vide suprà 2. c. 16. Addidit Marcus accusatiuũ quem suppleuimus. Erasmus, missis carnificibus. Decollauit, ἀπεκεφάλισε. Erasmus, amputauit caput: id est, ἀπέτεμε τὴν κεφαλήν.

12 Corpus, σῶμα. Octauum exemplar legit πτῶμα, id est cadauer, sicut etiam loquitur Marcus 6. d. 29. Præterea in quibusdam codicibus additur relatiuum αὐτοῦ. 13 Priuatim, κατ' ἰδίαν. Vulgata & Erasmus, seorsim: id est, χωρίς. 14 Ex ipsis qui erant inualidi, τοὺς ἀῤῥώστους αὐτῶν, id est ægroti. Nam illo uerbo ita etiam utuntur Liuius & Plinius. Vulgata, languidos eorum: id est, πεπόνους. Erasmus, ex illis qui malè ualebant. 16 Non habent necesse, οὐ χρείαν ἔχουσιν. Alibi conuertimus, χρείαν ἔχειν, opus habere, opus esse, & indigere. sed necesse fuit interdum uariæ constructionis habere rationem. Erasmus, non est illis necesse, οὐκ ἔστιν αὐτοῖς ἀναγκαῖον. 17 Ipsi uerò dicunt ei, οἱ δὲ λέγουσιν αὐτῷ. Vulgata, respondent ei, ἀποκρίνονται αὐτῷ. 19 Herbas, χόρτου, uel gramina. Vulgata, fœnum, quod (ut ego quidem existimo) non nisi de herbis resectis dicitur. In qua etiam significatione accipi uidetur 1. Corinth. 3. c. 12. Et acceptis, καὶ λαβών. Particula καὶ non erat in uetustis codicibus, neque reperitur in Vulgata uersione. Quinq; illis panib. ac duob. illis pis. τοὺς πέντε ἄρτους καὶ τοὺς δύο ἰχθύας. Vulgata & Erasmus articulum negligunt, qui tamen prætermitti non debuit. Suspiciens, ἀναβλέψας. Aoristus pro præsenti ἀναβλέπων. Significatur enim precantis gestus. Cæterùm τὸ ἀναβλέπειν, alibi interpretati sumus uisum recipere. Sed hoc loco ἄνω idem ualet quod εἰς ὕψος sursum. Vulgata, aspiciens, id est, βλέπων. Erasmus, sublatis oculis: id est, ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμούς, ut infrà loquitur Matthæus 17. b. 8. Benedixit, εὐλόγησε: id est bene precatus est, & gratias egit Deo Patri: quod annotaui, ne quis rudior benedictionis appellatione intelligat crucis signum in aerem sparsum, aut consecrationem magicam.

Et comederunt omnes, & saturati sunt. sustu-
leruntq; quod superfuerat fragmẽtorum, duo-
decim cophinos plenos.

20 καὶ ἔφαγον πάντες, καὶ ἐχορτάσθησαν, καὶ ἦ-
ραν τὸ περισσεῦον αὐτῶν κλασμάτων, δώδεκα κο-
φίνους πλήρεις. A

Qui autẽ ederant, fuere uiri quasi quinquies
mille, absq; mulieribus ac pueruli s.

21 οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν ἄνδρες ὡσεὶ πεντακισχί-
λιοι, χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων.

Et statim coegit Iesus discipulos suos inscen-
dere in nauigium, & præire sibi in ripam ulterio
rem, dum dimitteret turbam.

22 καὶ εὐθέως ἠνάγκασεν ὁ ἰησοῦς τοὺς μαθητὰς αὐ-
τοῦ ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον, καὶ προάγειν αὐτὸν εἰς τὸ
πέραν, ἕως οὗ ἀπολύσῃ τοὺς ὄχλους.

Orat in monte Christus. Marc. 6. f. 46 Ioan. 6. b. 16.

Dimissa igitur turba, ascendit in montem pri
uatim, ad orandum. quum autem serum diei es-
set, solus erat illic.

23 καὶ ἀπολύσας τοὺς ὄχλους, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος κατ'
ἰδίαν προσεύξασθαι. ὀψίας δὲ γενομένης, μόνος
ἦν ἐκεῖ.

Apostoli iactati fluctibus.

Nauigium uerò iam in medio maris erat, ue-
xatũ à fluctibus: nam uentus erat contrarius.

24 τὸ δὲ πλοῖον ἤδη μέσον τῆς θαλάσσης ἦν, βασανιζό-
μενον ὑπὸ τῶν κυμάτων· ἦν γὰρ ἐναντίος ὁ ἄνεμος.

Quarta autem noctis uigilia abijt ad eos Ie-
sus, ambulans super mare.

25 τετάρτῃ δὲ φυλακῇ τῆς νυκτὸς ἀπῆλθε πρὸς αὐ-
τοὺς ὁ ἰησοῦς, περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης.

Et eo uiso super mare ambulante, discipuli
turbati sunt, dicentes: Spectrum est. & præ me
tu clamarunt.

26 καὶ ἰδόντες αὐτὸν οἱ μαθηταὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης
περιπατοῦντα, ἐταράχθησαν, λέγοντες, ὅτι φάν
τασμά ἐστι. καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου ἔκραξαν.

Fides.

Sed statim loquutus est eis Iesus, dicens: Cõ-
fidite: ego sum, ne timeatis.

27 εὐθέως δὲ ἐλάλησεν αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς, λέγων· θαρ
σεῖτε, ἐγώ εἰμι, μὴ φοβεῖσθε.

Petrus infidelis periclitatur in mari.

Respondens autem ei Petrus, dixit: Domi-
ne, si tu es, iube me ad te uenire super aquas.

28 ἀποκριθεὶς δὲ αὐτῷ ὁ πέτρος, εἶπε· κύριε, εἰ σὺ
εἶ, κέλευσόν με πρός σε ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ ὕδατα. B

Ipse uerò dixit: Veni. Et quum descendisset
è nauigio Petrus, ambulauit super aquas ut ue-
niret ad Iesum.

29 ὁ δὲ εἶπεν, ἐλθέ. καὶ καταβὰς ἀπὸ τοῦ πλοίου ὁ
πέτρος, περιεπάτησεν ἐπὶ τὰ ὕδατα, ἐλθεῖν
πρὸς τὸν ἰησοῦν.

Videns autem uentum ualidum, timuit: &
quum cœpisset demergi, clamauit dicens: Do-
mine, serua me.

30 βλέπων δὲ τὸν ἄνεμον ἰσχυρόν, ἐφοβήθη· καὶ
ἀρξάμενος καταπονεῖσθαι, ἔκραξε, λέγων· κύ-
ριε σῶσόν με.

Statim uerò Iesus, extenta manu, apprehen-
dit eũ, dicitq; ei: O parũ fidelis, quid dubitasti?

31 εὐθέως δὲ ὁ ἰησοῦς ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἐπιλάβετο αὐ-
τοῦ, καὶ λέγει αὐτῷ· ὀλιγόπιστε, εἰς τί ἐδίστασας;

Et quum ipsi essent ingressi nauigium, quie-
uit uentus.

32 καὶ ἐμβάντων αὐτῶν εἰς τὸ πλοῖον, ἐκόπασεν
ὁ ἄνεμος.

20 Quod superfuerat, τὸ περισσεῦον. Hoc est omnino quod uernaculo sermone dicimus, Le pardessus. Vulgata, reliquias: id est, λείψανα. Fragmentorum, τῶν κλασμάτων. Vetus interpres post περισσεῦον distinguit, & hæc connectit cum πλήρεις, molliore certè iunctura. Vertit enim, duodecim cophinos fragmentorum plenos. Erasmus post τῶν κλασμάτων distinguit, sicut & plerique codices. & interpretatur de fragmentis, id est, ἀπὸ τῶν κλασμάτων: quum nusquam legatur addita præpositio. Quinetiam sequenti cap. 15. d. 37. quod hoc loco usurpauit, ipse repudiat. Cophinos, κοφίνους. In hac historia etiam apud cæteros Euangelistas fit mentio κοφίνων, quod non obseruauit Erasm. qui tradit Lucam non cophinos, sed σπυρίδας, id est, sportulas uocare: quum σπυρίδων mentio fiat à Matthæo & Marco duntaxat. idq; in altero miraculo quod proximo capite commemoratur, & Marci 8. b. 19. Est autem Cophinus, mensuræ genus utrasque res metiens, nimirum & aridas & liquidas, Iulio Polluce teste. Et quòd ad liquidas quidem attinet, idem tradit tres choas, id est (ut Latini loquuntur) congios tres cepisse. Rerum autem aridarum quàm capax fuerit, non memini legere. 21 Qui autem ederant, fuere, οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν. Vulg. Manducantium autem fuit numerus: id est, τῶν δὲ ἐσθιόντων ἀριθμὸς ἦν. Quasi, ὡσεὶ: id est, ferè. Sic enim usurpatur etiam à Cicerone C & Terentio. Vetus interpres non legit, aut certè prætermisit. Erasmus, fermè: id est, σχεδόν. Vide Marc. 5. b. 13. Absq;, χωρίς. Vulgata, exceptis. Erasmus, præter: id est, παρά. Et pueruli, καὶ παιδίων. Erasmus in annotationibus legit παίδων, & pueros interpretatur. 22 Coegit, ἠνάγκασεν. Vulgata & Erasmus, compulit. Nam probabile est Euangelistam hoc uocabulum usurpasse, ut ostenderet discipulos inuitos à Domini latere discessisse. Insce ndere, ἐμβῆναι, uel ingredi. Erasmus, ut conscenderent: id est, ἀναβαίνειν. Præire sibi, προάγειν αὐτὸν. Vulgata & Erasm. præcedendi uerbo utuntur. Vide suprà 2. b. 9. In quibusdam codicibus deest αὐτὸν. Rursus in alijs legitur προάγειν, sed mendosè. Dum, ἕως οὗ. Vulgata & Erasmus, donec, non minus impropriè quàm si ego (ita ut soleo) hic quoque conuertissem Vsquequo. Neque enim hic declaratur finis temporis alicuius, sed medium potius interuallũ, quemadmodum apud Hebræos עד pro עדר usurpatur. Sicut suprà 5. d. 25. positum est, ἕως ὅτου, & ab utroque interprete rectè conuersum. Item Ioan. 12. e. 35. ubi iterum perperam uerterunt Donec. 25 Vigilia, φυλακή. Propriè custodia. Nemo autem (opinor) ignorat ueteres in quatuor uigilias diuisisse noctes, quibus scilicet excubiæ agebantur, quas eadem ratione Græci φυλακὰς uocant. 27 Timeatis, φοβεῖσθε. Erasmus, terreamini. Et paulo pòst, ἐφοβήθη, territus est: quum tamen non sit passiuæ significationis. 29 Vt ueniret, ἐλθεῖν. Subauditur ἵνα. Erasmus, ut iret: id est, ἴοι. 30 Videns, βλέπων: id est, animaduertens: translatione à corpore ad animum. 31 Quid, εἰς τί, uel quorsum. Ad uerbum, ad quid: quod uernaculo sermone dicimus, Acquoy faire. Vulgata, quare: id est, διὰ τί. Erasmus, cur. Cic. Attico, Ad quid laboramus res Romanas? Quem locum suspicor corruptum. Dubitasti, ἐδίστασας: Sicut Latinè dubius dicitur qui ex duabus uñs non satis nouit utram sequatur: sic à Græcis dicuntur διστάζειν, quorum animus nunc huc, nunc illuc rapitur. Itaque mihi non displicuit hoc loco Vetus interpres, quum alioqui dubitandi uocabulum etiam respondeat τῷ ἀμφιβάλλειν.

34 Genneſaret,

A οἱ δὲ ἐν τῷ πλοίῳ, ἐλθόντες προσεκύνησαν αὐ τῷ, λέγοντες· ἀληθῶς θεοῦ υἱὸς εἶ.

καὶ διαπεράσαντες ἦλθον ἐπὶ τὴν γῆν Γεννησαρέτ.

καὶ ἐπιγνόντες αὐτὸν οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου ἐκείνου, ἀπέστειλαν εἰς ὅλην τὴν περίχωρον ἐκείνην. καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας.

καὶ παρεκάλουν αὐτὸν, ἵνα μόνον ἅψωνται τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ· καὶ ὅσοι ἥψαντο, διεσώθησαν.

ΚΕΦ. ιε'.

Τότε προσέρχονται τῷ Ἰησοῦ οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι, λέγοντες·

διατί οἱ μαθηταί σου παραβαίνουσι τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων; οὐ γὰρ νίπτονται τὰς χεῖρας αὐτῶν, ὅταν ἄρτον ἐσθίωσιν.

ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· διατί καὶ ὑμεῖς παραβαίνετε τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ, διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν;

B ὁ γὰρ θεὸς ἐνετείλατο, λέγων, τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα· καὶ, ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω.

ὑμεῖς δὲ λέγετε, ὃς ἂν εἴπῃ τῷ πατρὶ, ἢ τῇ μητρὶ, δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, καὶ οὐ μὴ τιμήσῃ τὸν πατέρα αὐτοῦ, ἢ τὴν μητέρα αὐτοῦ.

35 Qui autem erant in nauigio, uenientes adorauerunt eum, dicentes: Verè Dei filius es.

36 Et quum traiecissent, uenerunt in terrā Gennezaret. Marc.6.g.54.

37 Et quum agnouissent eum uiri loci illius, miserūt in totam circumiacētem regionem illam: & obtulerunt illi omnes malè affectos.

38 Et precabantur eum, ut solùm tangeret simbriam pallij ipsius: & quotquot tetigerunt, seruati sunt. Fimbria uestimenti.

CAP. XV.

1 TVnc accedunt ad Iesum Hierosolymitani quidam Scribæ & Pharisæi, dicentes: Quòd manus nō lauent, reprehendūtur Apostoli.

2 Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem Seniorum? non enim lauant manus suas, quum edunt panem. Mar.7.a.1

3 At ille respondens, dixit eis: Quare & uos transgredimini mandatū Dei per traditionem uestram? Mandata & doctrinæ hominū.

4 Nam Deus mandauit dicens, Honora patrē tuum & matrem. Et, Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Exod.20.b.12. & 21.c.17. Deut.5.b.16 Ephes.6.a.2 Exod.21.c.17 Leuit.20.b.9 Prouerb.20.c.20

5 Vos autē dicitis, Quicunq; dixerit patri aut matri, Dono quodcunque à me erit, iuuaberis: etiamsi nequaquam honorauerit patrem suum aut matrem suam, insons erit.

34 Gennesaret, γεννησαρὲτ. In primo & secundo exemplari legebatur γεννησαρὰ. Gennesara. In tertio, γεννησαρὲθ Gēnesareth. Vulgata legit γεννησαρ, Genesar: & Iosue 11.a.2. pro eo quod Hebræi habēt כנרות, Chaldæus paraphrastes habet גנוסר. Erasmus autem γεννησαρὲθ, Genesareth. 35 Miserunt, ἀπέστειλαν. Erasmus, miserant nuncios, ut plena esset constructio. Sed illam eclipsin idonei authores imitantur: ut Terentius eunucho, Misit porrò orare ut ad se ueniam. Et Cicero ad Atticum, Itaq; obuiam illi missus Athenas. Circumiacentem regionem, περίχωρον. Vulgata, regionem: id est, χώραν. Erasmus, undique finitimam regionem: id est, πάντοθεν ὁμόρον. Affectos, ἔχοντας. Erasmus sequutus Vulgatam, habentes: quod tamen rectè idem mutauit supra 4.d.24. 36 Vt solùm, ἵνα μόνον. Vulgata, ut uel, ἵνα κἂν, quod non legitur hoc loco, sed Marc.6.g.56. Pallij, ἱματίου: id est, summæ uestis: id quod ad emphasin facit, ut rectè notat Erasmus. Vulgata, uestimenti. Seruati sunt, διεσώθησαν, pro ἐσώθησαν. Vulgata & Erasmus, salui facti sunt.

IN CAP. XV.

1 Hierosolymitani quidam scribæ, οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων γραμματεῖς. Erasmus, qui ab Hierosolymis uenerant Scribæ. Sed articulus οἱ (ut ego quidem existimo) potius pertinet ad γραμματεῖς, quàm ad participium aliquod subauditū. Eum autem expressi per ſyncategorema particulare, perinde ac si scriptum sit τινὲς, sicut legitur apud Marcū cap. 7.a.1. Nam (ut ait Magentinus in Aristotelem de Interpretatione) articulus singularis idem pollet quod uniuersalis determinatio, quam uocant: pluralis non item. 2 Seniorum τῶν πρεσβυτέρων: id est: maiorum, ut Erasmus rectè interpretatus est, Mar.7.a.3. Aut certè hoc nomine intelligit eos ex doctorū ordine qui maximi erant natu, & maximæ authoritatis, quos solebant uocare patres, ut infrà dicemus 23.a.9. Neque enim hoc loco Seniorum appellatione puto intelligi Senatores, de quibus alibi diximus. Edunt panem, ἄρτον ἐσθίωσιν: id est, cibum capiūt, ex Hæbræorum idiotismo qui passim occurrit. 3 Per traditionem, διὰ τὴν παράδοσιν: id est, traditione. Erasmus, propter. Et certè hac significatione plerunque hæc præpositio secundo casui iungitur: hic tamen potius significari uidetur causa per quam aliquid fit. Traditionis autem uocabulum doctrinam Pharisæorum declarat, quæ ore tradebatur. Institutum Latinè dicas, aut constitutionem, ut censet Erasmus, qui etiam ita interpretatur Marci 7.a.4. Eiusdem autem capitis uersiculo quinto, ritum traditum exponit: nono uerò & decimo, constitutionem. Ego uerò retinui uocabulum quod Græco respondet, & à Gellio etiam usurpatur lib.3.cap.11. 4 Honora. τίμα. Honoris appellatione intelligitur omne genus officij, aut potius pietatis filiorum erga parentes, sicut rectè & piè annotauit Erasmus. Morte moriatur, θανάτῳ τελευτάτω. Vide Marc cap.7.b.10. 5 Dono quodcunque à me erit, iuuaberis, δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ, ὠφεληθῇς. Vulgata, Munus quodcunque est ex me, tibi proderit. Erasmus, Quicquid doni à me profecturum erat, id in tuum uertitur commodum. Idem autem apud Marcum, Donum quodcunq; ex me, in tuum cedet commodum. Itaq; Vetus interpres cum posteriore nostra interpetatione omnino consentit. Tantùm in eo differimus, quòd uerbū ὠφεληθῇς, quum passiuum sit, altero Latino passiuo sum interpretatus: ideoq; δῶρον, quod quarto casu ponitur apud Græcos, constructione Atticis familiari, uerti per sextum casum, dono. Sensus autem hic est: Quicquid templo donauero, cedet in rem tuam. perinde enim est ac si tibi dedero; quia (ut nostri Pharisæi loquuntur) tibi meritorium erit. Nam hac specie religionis illi ad se transferebant omnia: quasi qui templo donasset, filij officium impleuisset. Erasmi autem interpretationem non sequor multas ob causas. Primùm, quia nimium procul recedit à Græcis: deinde, quia nouum uerbum adsciscit, id'que per præteritum imperfectum explicat, nulla coactus necessitate. Quinetiam coniunctiuum interpretatur per præsens indicatiui, quū potius per futurū uertendū sit, nisi propriam significationem seruare malis. Postremò uidetur illud

illud, δῶρον post articulum collocare, perinde ac si scriptum esset, ὃ ἐὰν δῶρον ἐξ ἐμοῦ. Quod autem in annotationibus A
dicit, sibi uideri potius legendum esse, ὠφεληθῇς, ut sit iuuaris (sunt enim hæc ipsius uerba) planè non intelligo. Ergo Veteris interpretis potius sententiam sequor. Supplet enim duntaxat uerbum substantiuum eclipsi omnibus linguis familiari. Quid si autem ita uertas? Donum est, quo à me iuuari possis, ut sit hic sensus: Donum, id est, id quod templo Domini largior (quod Corban uocat Marcus 7.b.11.) illud demum est quo à me iuuari potes. neq; enim meliore ratione te iuuare possim, quàm si in templum Dei fuero liberalis. Vel, donum est & templo consecratum id omne quo à me potueras iuuari: id est, illud omne quo poteras à me iuuari, consecraui templo. quam postremam interpretationem affert Theophylactus. Vtranuis autem sequaris, coniungenda erit particula ἐὰν potentialis cum uerbo ὠφεληθῇς. neque ullius uocabuli significationem detorseris. Etiamsi nequaquam honorauerit, καὶ οὐ μὴ τιμήσῃ. Vulgata, & non honorificabit. Erasmus, & non honorabit. Ego uerò existimo, καὶ pro ἐὰν positum: cuius enallages aliud exemplum habes suprà 5.c.19. Quòd autem idem admonet, si per tertiam personam interpreteris, ita ut fecit, legendum esse τιμήσει, id mihi quidem non facilè persuaserit. Solet enim præcedente, ἐὰν μή, subiunctiuus pro futuro indicatiui etiam apud idoneos authores usurpari. τιμήσῃ uerò (nam ita legitur in omnibus uetustis codicibus, & plerisque etiam impressis) non est secunda persona futuri à uerbo τιμῶμαι, sicut ille uidetur existimasse, quum sit eius uerbi prorsus diuersa significatio, sed tertia potius aoristi prioris coniunctiui à uerbo τιμῶ, quam diximus pro futuro indicatiui solere usurpari. Sed (ut mihi quidem uidetur) planior erit sententia, si coniunctiui significatione seruata, hoc membrum tanquam altera pars traditionis, cum superiore coniungatur, & hic demum expleatur constructio, sicut fecimus. Suppleuimus autem quod uisum est accõmodatissimum, nempe infons erit: id est, ἀναίτιος ἔσται. Sic enim scriptum est suprà 12. a. 5. & respondet Hebræorum formulæ נקי יהיה, cuius exempla passim occurrunt, ut Gen. 24. a. 8. & Exod. 21. d. 19. cui opponitur, ἔνοχος ἔσται & ἐνοχὸς ἦν.

Et irritum fecistis mandatum Dei per traditionem uestram.

6 καὶ ἠκυρώσατε τὸν νόμον τοῦ θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν.

Hypocritæ, bene de uobis prophetauit Esaías, dicens:

7 ὑποκριταί, καλῶς προεφήτευσε περὶ ὑμῶν Ἡσαΐας λέγων·

Esa.29.d.13 Appropinquat mihi populus hic ore suo, & labijs me honorat, cor autem eorum procul abest à me.

8 ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ B
τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ.

Frustrà uerò me colunt, docentes doctrinas, quæ sunt mandata hominum.

9 μάτην δὲ σέβονταί με, διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων.

Marc.7.c.17 Et aduocata turba, dixit eis: Audite & intelligite.

10 καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον, εἶπεν αὐτοῖς· ἀκούετε καὶ συνίετε.

Non quod ingreditur in os, polluit hominem: sed quod egreditur ex ore, hoc polluit hominem.

11 οὐ τὸ εἰσερχόμενον εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον· ἀλλὰ τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ στόματος, τοῦτο κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.

Tunc accedentes discipuli eius, dixerunt ei: Scis quòd Pharisæi audito sermone isto offensi fuerunt?

12 τότε προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, εἶπον αὐτῷ· οἶδας ὅτι οἱ φαρισαῖοι ἀκούσαντες τὸν λόγον, ἐσκανδαλίσθησαν;

Scandalum. Ipse uerò respõdẽs, dixit: Omnis plãtatio quã nõ plãtauit Pater ille meus cœlestis, eradicabit.

13 ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε, πᾶσα φυτεία, ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ πατήρ μου ὁ οὐράνιος, ἐκριζωθήσεται.

Plantatio quæ eradicatur. Ioan.15.a.8

Sinite eos: duces sunt cæci cæcorum. porrò si cæcus cæco præierit, ambo in foueam cadent.

14 ἄφετε αὐτούς· ὁδηγοί εἰσι τυφλοὶ τυφλῶν. τυφλὸς δὲ τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται.

Cæci cæcos ducentes. Luc.6.f.39 Mat.7.b.17

Respodens autem Petrus, dixit ei: Edissere

15 ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπεν αὐτῷ· φράσον ἡ-

6 Irritum fecistis, ἠκυρώσατε. Deriuatur hoc uerbum à κῦρος, quo plena authoritas ac imperium declaratur. Itaque ἀκυροῦν proprie significat omni imperio & authoritate spoliare. Apparet igitur eos qui Dei uerbo quicquam detrahunt aut adiungunt, quocunque obtentu id faciant, tamen non minus esse nocentes, quàm si Deum ipsum conarentur è suo solio detrahere. quod ut melius intelligeretur, placuit indicare huius uerbi etymon. 7 Be- C
ne, καλῶς. Erasmus, rectè: id est, ἀληθῶς. Prophetauit, προεφήτευσεν. Eras. prædixit. Alij, uaticinatus est, sicut etiam Eras. uertit Marc. 7. a. 6. Ego neq; uolui, neq; (ut opinor) debui uocabulum tam familiare Christianorum auribus immutare. Quòd si mihi nouitas placeret (ut quibusdam, qui utinam uerbis tenus Scripturam profanarent) malem uti prædicendi uerbo, quod Græco uocabulo prorsus respondet. Nam uaticinari opponitur potius τῷ μαντεύεσθαι. 8 Appropinquat, ἐγγίζει. Apparet Veterem interpretem legisse, ἐγγίζει ὅτι ὁ λαὸς τοῖς χείλεσί μου τιμᾷ, populus iste labijs me honorat. Erasmus autem existimat studiosum aliquem suppleuisse cætera ex editione Græcorum. Sed tamen magno consensu omnia uetusta exemplaria cum nostris Græcis consentiebant. 9 Frustra, μάτην. Vulgata, fine causa, ἀναιτίως. Quæ sunt mandata, ἐντάλματα. Hæc dicuntur per appositionem, ut rectè obseruat Erasmus. Simile exemplum habes Rom. 8. g. 23. Quia tamen id obscurius erat, addidi quæ sunt. ad locum illustrandum. 11 Non quod, οὐ τό. Hebræa transpositio particulæ negantis, quæ etiam non caret lepore in Latino sermone: & à Græcis quoque sæpe usurpatur. Polluit, κοινοῖ. κοινὸν ex Hebræorum idiotismo dicitur quod Latini uocant profanum: quasi commune dicas, id est, cuius est usus uulgaris & omnium communis: uel quod promiscuo omnium usu ueluti inquinatũ est ac contaminatum, sicut exponitur Act. 10. b. 14. à quo deriuatur uerbum κοινοῦν, pro quo nonnulli Communicandi uerbo utuntur, ut Vetus interpres Marc. 7. b. 15. sed quos nolim imitari. Vulgata uertit. coinquinare. Erasmus in annotationibus, impurum reddere. Itaq; quod in ipsius uersione legitur Impurat, Typographorũ incuriã arguit. Idem apud Marcũ uertit inquinare. 14 Cæco præierit, τυφλὸν ὁδηγῇ. ὁδηγῶ, significat ducem esse itineris. Itaque præeundi uocabulo sum usus, ut proximè accederem ad uocabulum Græcum, quo modo etiam antè expressi, τὸ προάγειν synonymum. Vulgata, ducatum præfiet. Erasmus, dux fuerit. Foueam, βόθυνον. In secundo exemplari legimus βάθρον, eodem sensu.

16 Sine

A μὴν τὴν παραβολὴν ταύτην.

ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν· ἀκμὴν καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε; 16 Iesus autem dixit: Adhuc & uos sine intelligentia estis?

οὔπω νοεῖτε, ὅτι πᾶν τὸ εἰσπορευόμενον εἰς τὸ στόμα, εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται; 17 Nondum intelligitis q̃ omne quod ingreditur in os, in uentrem cedit, & in latrinã eijcitur?

τὰ δὲ ἐκπορευόμενα ἐκ τοῦ στόματος, ἐκ τῆς καρδίας ἐξέρχεται, κἀκεῖνα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον. 18 Quæ aũt proficiscuntur ex ore, ex ipso corde egrediuntur, & illa polluunt hominem. *Impurum reddentia hominẽ.*

ἐκ γὰρ τῆς καρδίας ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροί, φόνοι, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, κλοπαί, ψευδομαρτυρίαι, βλασφημίαι. 19 Nam ex corde egrediuntur cogitationes malæ, cædes, adulteria, scortationes, furta, falsa testimonia, obtrectationes. *Cor. Gen. 6.a.5.& 8.d.21.*

ταῦτά ἐστι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον. τὸ δὲ ἀνίπτοις χερσὶ φαγεῖν, οὐ κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον. 20 Hæc sunt quæ polluunt hominẽ: illotis aũtem manibus uesci, non polluit hominem.

καὶ ἐξελθὼν ἐκεῖθεν ὁ Ἰησοῦς, ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη Τύρου καὶ Σιδῶνος. 21 Et egressus illinc Iesus, recessit in partes Tyri & Sidonis. *Marc.7.c.24*

καὶ ἰδοὺ γυνὴ Χαναναία ἀπὸ τῶν ὁρίων ἐκείνων ἐξελθοῦσα, ἔκραύγασεν αὐτῷ, λέγουσα· ἐλέησόν με, κύριε, υἱὸς Δαβίδ, ἡ θυγάτηρ μου κακῶς δαιμονίζεται. 22 Et ecce, mulier Chananæa à finib. illis egressa, clamauit, dicens ei: Miserere mei Domine fili Dauid, filia mea malè à dæmonio uexatur. *Chananææ filia sanatur.*

ὁ δὲ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῇ λόγον. καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἠρώτων αὐτόν, λέγοντες, ἀπόλυσον αὐτήν, ὅτι κράζει ὄπισθεν ἡμῶν. 23 Ille uerò non respondit ei quicquam. Tunc accedentes discipuli eius, rogarunt eum, dicentes: Dimitte eam, nam clamat post nos.

B ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν· οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ. 24 Ipse uerò respondens, dixit: Non sum missus nisi ad oues perditas domus Israel. *Christus missus Iudæis. Supra 10.a.6*

ἡ δὲ ἐλθοῦσα προσεκύνει αὐτῷ, λέγουσα· κύριε, βοήθει μοι. 25 Illa autem uenit, & adorauit eũ, dicens: Domine, succurre mihi.

ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τὸν 26 Ipse uerò respondens, dixit: Nõ est bonũ, ca-

16 Sine intelligẽtia estis ἀσύνετοί ἐστε: Vulgata, sine intellectu estis? Et apud Marcum, imprudentes estis? Eras. intelligẽtia caretis? 17 Intelligitis, νοεῖτε. Idem est hoc loco τὸ νοεῖν, quod σωφρονεῖν. Alio quin Cogitare significat & animo uersare. Vide infrà 24.b.15. Cedit, χωρεῖ. Vulgata, uadit, βαδίζει. Eras. abit, ἄπεισι. Latrinam, ἀφεδρῶνα, à sedendo, sicut Latinis uocatur Latrina à lauãdo, seu latendo. Vulg. & Eras. secessum: quod non memini legere hac significatione apud idoneos authores. Græci ἄφεδρον, quasi diuerticulũ ferè uocant. 19 Cogitationes, διαλογισμοί. Hoc modo etiã interpretamur τὰς ἐνθυμήσεις, quòd melius uocabulũ nõ habeamus. Potest tamẽ διαλογισμοὶς quibusdã locis cõuerti Ratiocinatio, item Disceptatio: quod tamẽ postremũ respondet τῇ διαπαλῇ. Cædes, φόνοι. Vulgata, homicidia: id est, ἀνδροφονίαι. Indicat Eras. scriptũ esse in nonnullis codicibus, φθόνοι, inuidię. Scortationes, πορνεῖαι. Vulgata suo more, fornicationes. Erasmus, stupra: quo uocabulo magis uidetur significari uitium est, πορνεία τὸ τῶν φίλων βλάπτειν: id est, à lædenda fama & existimatione. Itaq; Demosthenes & alij passim usurpant pro Calumnia, ut suprà annotauimus, cap. 9.a.3. Nos in rebus sacris, & ad Deum pertinentib. uocabulũ Græcum retinuimus. Hic aũt Christus uidetur ea duntaxat recensere quæ ad mutua hominũ inter se dissidia spectant: itaq; Obtrectationes sumus interpretati. Vulgata, blasphemiæ. Eras. conuicia: id est, λοιδορίαι, uel ὑβρίσεις. 21 Partes, τὰ μέρη: id est, regiones uicinas Tyro & Sidoni. Partes autem pro regione ipse etiam Cicero usurpauit ad Atti-

C cum lib. 3. Sine te (inquit) non esse nobis illas partes tenendas, propter Antonium. 22 Mulier, γυνὴ. In Cõplutensi editione additur τις quædam. Chananæa, χαναναία, Hebraicè בנענית, non autem כנענית à Cana maiore oppido tribus Aser: quod tamen in hoc tractu situm est, ut apparet ex Iosue 19.c.28. Vt autẽ ita sentiam, uel hæc ratio me impellit, quòd χαναναῖος ubique per χ scribi inuenio: quæ scribendi ratio non uidetur locũ habere posse in altero uocabulo quod incipit à γ. Clamauit, dicens ei, ἐκραύγασεν αὐτῷ λέγουσα. Eras. clamauit ad eum, dicens. Ego uerò puto à Vetere interprete pronomen αὐτῷ rectè coniunctum cum participio λέγουσα. In secũdo exẽplari scriptum erat, ἐκραξεν δαίσω αὐτὸ: id est, clamauit post eũ. quod indicat Iesum sese ab illa auertisse, aut ipsam præ pudore nõ ausam in ipsius conspectũ uenire. Malè, δαιμόνιον. Eras. miserè: id est, ἀθλίως. A dæmonio uexatur, δαιμονίζεται. Hoc dicunt Græci uno uerbo. Eras à dæmonio agitatur. Quidam, furiata: quã uerfionem non probo, nequis morbũ naturalẽ faciat ex malo quod præter naturã est. Itaq; malui crassius & apertius loqui. 23 Quicquam, λόγον. Ad uerbum, sermonem. Sed uidetur hic ex Hebræorum idiotismo (de quo alibi diximus sæpe) λόγος, poni pro indefinita particula, sicut in illo dicendi genere οὐδὲν λόγῳ, pro Loqui. Sic etiã infrà 22.d.46. Rogarunt, ἠρώτων: id est, ἐδέοντο. Nam sicut apud Latinos Rogandi uerbum ambiguum est, ita etiam τὸ ἐρωτᾶν, apud Græcos, ut Luc. 7.a.3. & 2. Thess. 2.a.1. & infrà 16.a.1. τὸ παρωτᾶν, eadem significatione accipitur. Dimitte, ἀπόλυσον. De hoc aliquoties diximus. Erasmus, Amitte: quod Latinum quidem est, sed ambiguum. Quamobrem etiam idem paulo post, uersu scilicet 32. uertit ἀπολύσω, Dimittere. 24 Ad, εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα. Domus Israel, οἶκου Ἰσραήλ: id est, gentis Israeliticæ. Habebant enim omnes tribus cõmunẽ patrẽ Israelẽ. quòd nõ puto de ulla alia gẽte dici posse. Nã impropriè Virgil. 1. Aeneid. Romanos Assaraci domũ uocauit, si Seruij interpretationem sequamur: Quum domus Assaraci Phthiã, clarasq; Mycenas Seruitio premet. 25 Succurre, βοήθει. Græcum uerbum (ut obseruat Erasmus) significat ad uocem alicuius accurrere auxilij ferendi causa. Itaq; Latino illo uocabulo propriè exprimitur. Vulgata, adiuua: id est, ἐπικούρησον. 26 Bonum, καλὸν. Erasmus, honestum: quod plerunq; pertinet ad decorum, quod Græci τὸ πρέπον uocant. Nam honestum pro uirtute apud Græcos dicitur τὸ καλὸν, adiuncto articulo: fateor tamen honestos etiã dici qui boni sunt, & uirtute præditi. Sed quum hic agatur de eo quod iustũ & fas est, & opponitur potius τῷ ἀδίκῳ quàm τῷ ἀπρεπεῖ, malui Veterem interpretem sequi. In secundo exemplari scriptum erat, οὐκ ἔξεστι, non licet.

27 Etenim

Canes. pere panem liberorum, & obijcere catellis.

ἄρτου τ τέκνων, καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις. A

Ipſa autem dixit, Etiam: Domine, etenim catelli edunt de micis quæ cadunt à menſa dominorum ſuorum.

27 ἡ δὲ εἶπε· ναὶ κύριε. καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν.

Fides. Tunc reſpõdens Ieſus, dixit ei: O mulier, magna *eſt* fides tua: fiat tibi ut uis. Et ſanata fuit filia eius ab eo momento.

28 τότε ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτῇ· ὦ γύναι, μεγάλη σου ἡ πίστις· γενηθήτω σοι ὡς θέλεις. καὶ ἰάθη ἡ θυγάτηρ αὐτῆς ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης.

Mar. 7. d. 31. Et digreſſus illinc Ieſus, uenit iuxta mare Galilææ: & quum aſcendiſſet in montem, ſedit illic.

29 καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν ὁ Ἰησοῦς, ἦλθε παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας. καὶ ἀναβὰς εἰς τὸ ὄρος, ἐκάθητο ἐκεῖ.

Sanantur infirmi. Eſa. 35. b. 5 Tunc adijt eum turba multa, habens ſecum claudos, cæcos, mutos, mancos, & alios multos: & abiecerunt eos ad pedes Ieſu, & ſanauit eos:

30 καὶ προσῆλθον αὐτῷ ὄχλοι πολλοί, ἔχοντες μεθ' ἑαυτῶν χωλούς, τυφλούς, κωφούς, κυλλούς, καὶ ἑτέρους πολλούς, καὶ ἔῤῥιψαν αὐτοὺς παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ· καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς,

Adeò ut turba mirata ſit, quum uideret mutos loquentes, mancos ſanos, claudos ambulantes, cæcos uidentes: & glorificarunt Deum Iſrael.

31 ὥστε τοὺς ὄχλους θαυμάσαι βλέποντας, κωφοὺς λαλοῦντας, κυλλοὺς ὑγιεῖς, χωλοὺς περιπατοῦντας, καὶ τυφλοὺς βλέποντας. καὶ ἐδόξασαν τὸν θεὸν Ἰσραήλ.

4000. hominũ ſatiantur. Marc. 8. a. 1 Ieſus autem aduocatis diſcipulis ſuis, dixit: Commoueor miſericordia ſuper turba: quia iam triduum permanent apud me, & nõ habent quo ueſcantur: & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in uia.

32 ὁ δὲ Ἰησοῦς προσκαλεσάμενος τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, εἶπε· σπλαγχνίζομαι ἐπὶ τὸν ὄχλον, ὅτι ἤδη ἡμέρας τρεῖς προσμένουσί μοι, καὶ οὐκ ἔχουσι τί φάγωσι· καὶ ἀπολῦσαι αὐτοὺς νήστεις οὐ θέλω, μήποτε ἐκλυθῶσιν ἐν τῇ ὁδῷ. B

Tunc dicunt ei diſcipuli eius: Vnde nobis in deſerto tot panes, ut ſaturemus turbam tantam?

33 καὶ λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· πόθεν ἡμῖν ἐν ἐρημίᾳ ἄρτοι τοσοῦτοι, ὥστε χορτάσαι ὄχλον τοσοῦτον;

Dicit igitur eis Ieſus: Quot panes habetis? Illi aũt dixerunt: Septem, & paucos piſciculos.

34 καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· πόσους ἄρτους ἔχετε; οἱ δὲ εἶπον· ἑπτὰ, καὶ ὀλίγα ἰχθύδια.

Tunc iuſsit turbæ ut diſcumberet humi.

35 καὶ κελεύσας τοῖς ὄχλοις ἀναπεσεῖν ἐπὶ τὴν γῆν.

27 Etenim, καὶ γάρ. Vulgata, nam & id eſt (ut in tertio exemplari ſcriptum erat) καὶ γὰ καί. Vide Marc. 7. c. 28.

30 Habens, ἔχοντες. Eraſmus, ducentes. Nam id etiam (inquit) ſignificat ἄγω. Atqui nuſquam reperi ab alio annotatam hanc ſignificationem. Obſeruant quidem Grammatici uſurpari ἀντὶ τοῦ φέρω, ut in illo Homeri Iliad. α. τίνα μοι᾽ ἔχων ἰὼν χρύσ. Item pro ἥκω, id eſt ago. Sed hæ omnes ſignificationes ad uerbum HABEO referri commodè poſſunt, atque etiam debent. Alioqui licebit hoc modo infinitas uerborum ſignificationes fingere: quod uideo libenter facere eos omnes qui Græca lexica ſcripſerunt, non ſine temporis iactura, & maximo ſtudioſorum incõmodo: quum hoc modo Græca lingua non doceatur, ſed fœdiſsimè corrumpatur. de quo aliàs (ut ſpero) copioſius à nobis dicetur. Mancos, κυλλούς. Vulgata, debiles, ἀδυνάτους. Eraſmus, mutilos. At ego exiſtimo mancos hic ſius uocari, non quibus manus aliqua eſſet truncata (ſicut propriè dicuntur infrà 18. a. 8.) ſed quorum membra debilitata eſſent, ut paralyſi, & alijs id genus morbis: aut etiam naturæ uitio. Id autem partim conijcio ex eo quod poſtea illis opponit τυφλοὺς ὑγιεῖς, id eſt ſanos: partim quòd nuſquam legitur Chriſtus aut pedes, aut manus, aut alia mẽbra cuiquam largitus: quod tamen illi difficile non fuit. Etſi autem mancus propriè is dicitur qui manu caret, tamen ad cætera etiam membra id interdum transfertur, ut πηρὸν ſignificet. Præterea pro eo quoque uſurpatur, qui membra habet debilitata: perinde enim eſt ac ſi illis careret. Sic Cicero pro Rabirio perduell. reo: Mãcus, inquit, C & membris omnibus captus, & debilis. qua ſignificatione (ni fallor) accipitur hoc loco. 31 Vt turba, ὥστε τοὺς ὄχλους. In ſecundo exemplari additur, πάντας: id eſt, tota. Mancos ſanos, κυλλοὺς ὑγιεῖς. Hieronymus hæc uerba non legit, & Eraſ. ſuppoſititia eſſe arbitratur: reperiuntur tamen in omnib. uetuſtis exemplaribus. Sed in uno uetere codice pro λωφοὺς λαλοῦντας, legimus λωφοὺς ἀκούοντας, ἀλάλους λαλοῦντας: id eſt, ſurdos audientes, mutos loquẽtes. Glorificarunt, ἐδόξασαν: id eſt, magnificè extulerunt & collaudarunt. Vulgata, magnificarunt: id eſt, ἐμεγάλυνον: cuius ſignificatio aut eadẽ eſt, aut nõ multùm diuerſa. Vide ſuprà 5. b. 16. 32 Permanent apud me, προσμένουσί μοι. id eſt, à meo latere non diſcedunt: quod alio uocabulo dicunt Græci, προσκαρτεροῦσι. Nã hæc uis eſt præpoſitionis πρός. Vulgata & Eraſmus, perſeuerant: id eſt, διατελοῦσι, uel διαπαρατεροῦσι. Apud Marcum autem 8. a. 2. Vetus interpres uertit, ſuſtinent: id eſt, ὑπομένουσι. Eraſmus, manent. Ne, μήποτε. Aliàs uertimus, nequando, Sed particula ποτὲ, hoc loco παρέλκει. Deficiant, ἐκλυθῶσιν, id eſt λιποψυχῶσι, uel ἐκλάμωσι: ad uerbum, exoluantur. Vide Marc. 8. a. 3.

33 Vnde nobis, πόθεν ἡμῖν. Vulgata, Vnde ergo nobis: id eſt, πόθεν οὖν ἡμῖν, ſicut ſcriptum legimus in ſecundo exemplari. Tot, τοσοῦτοι. Hoc uocabulo propriè ſignificatur diſcreta quantitas. Vulgata, tantos. id eſt, τηλικοῦτοι. quod declarat quantitatem continuam. Interdum tamen Tantus etiam de diſcreta dicitur, pro Tam multus. Itaque eodem uerſiculo turbam tantam interpretati ſumus. Eraſmus, tam multi. Saturemus, χορτάσαι. Hoc propriè dicitur de armentis. Nam χόρτος, Græci uocant Gramen aut pabulum: ſic Gallico idiotiſmo *repaiſtre & repas*, honeſtè etiã tribuitur hominibus. 35 Vt diſcũberet, ἀναπεσεῖν. Græcis (inquit Eraſ.) ἀνάπεσις, ſignificat humi cõſidere, nõ in lectis. ſed hoc quidẽ fateor me nuſquã legiſſe. Docet Athenæus lib. 1. ἀνάπεσις μὲν, quũ de animo dicitur, idem ualere qd ἀθυμία, id eſt animo cõcidere, ut Budæus ex Cicerone interpretatur: quũ uerò de corporis habitu, dici de remigib. qui quũ impellũt remos, dicũtur à Græcis πρανεῖσθαι, quòd corpore propẽdeant in caput: quũ remos addu cunt, ἀναπίπτειν, quòd corpus reſupinent. Inde ſuſpicor factũ, ut accipiatur pro κατακλίνεσθαι, & ἀνακεῖσθαι, id eſt, accumbere, uel recumbere, uel in lectis, uel humi ad cibum capiendum. quod ſatis declaratur eo quod Lucas de ultimo illo Paſchæ conuiuio loquens, ἀνέπεσεν, inquit: Matthæus autem, ἀνέκειτο: eadem prorſus ſignificatione.

36 Turbæ

A καὶ λαβὼν τοὺς ἑπτὰ ἄρτους, καὶ τοὺς ἰχθύας, 36 Et acceptis septem illis panibus ac piscibus, Gratiarum ob
εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς αὐ- quum gratias egisset, fregit, deditq; discipulis Eio.
τοῦ, οἱ δὲ μαθηταὶ τῷ ὄχλῳ.
καὶ ἔφαγον πάντες, καὶ ἐχορτάσθησαν· καὶ ἦραν 37 Comederuntq; omnes, & saturati sunt: & sus-
τὸ περισσεῦον αὐτῶν κλασμάτων, ἑπτὰ σπυρίδας tulerunt quod supererat fragmẽtorum, septem
πλήρεις. sportas plenas.
οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν τετρακισχίλιοι ἄνδρες, 38 Erãt autem qui comederant, quater mille ui-
χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων. ri, absq; mulieribus & puerulis.
καὶ ἀπολύσας τοὺς ὄχλους, ἐνέβη εἰς τὸ πλοῖον, 39 Tunc dimissa turba, inscendit in nauigium: ue
καὶ ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια Μαγδαλά. nitq; in fines Magdala.

ΚΕΦΑΛ. ις'. CAP. XVI.

ΚΑὶ προσελθόντες οἱ Φαρισαῖοι καὶ Σαδ- 1 ET quum accessissent Pharisæi & Sadducæi, Signũ de cælo.
δυκαῖοι, πειράζοντες ἐπηρώτησαν αὐτὸν, σημεῖον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπιδεῖξαι αὐτοῖς. tentantes, rogarunt eum, ut signum è cœlo ostenderet sibi. Mar.8.b.11 Luc.12.g.54 Suprà 12.c.39
ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς· ὀψίας γινομένης 2 Ipse uerò respondens, dixit eis: Quando se-
λέγετε, εὐδία· πυρράζει γὰρ ὁ οὐρανός. rũ est diei, dicitis, Serenitas: rubet enim cœlum.
καὶ πρωΐ, σήμερον χειμών· πυρράζει γὰρ στυ- 3 Et manè, Hodie tempestas: rubet enim cœ-
γνάζων ὁ οὐρανός. τὸ μὲν πρόσωπον lum triste. Hypocritæ, faciem quidem cœli nos-
τοῦ οὐρανοῦ γινώσκετε διακρίνειν, τὰ δὲ σημεῖα tis discernere, signa uerò temporum non po-
τῶν καιρῶν οὐ δύνασθε; testis?
γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ· καὶ 4 Natio mala & adultera signum requirit: sed Suprà 12. c. 34
B σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ signum non dabitur ei, nisi signum illud Ionæ Ionæ 2. a. 1
τοῦ προφήτου. καὶ καταλιπὼν αὐτοὺς, ἀπῆλθε. prophetæ. Et relictis ipsis abijt.
καὶ ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸ πέραν, 5 Et quũ uenissent discipuli eius in ulteriorem Mar.8. b. 14
ἐπελάθοντο ἄρτους λαβεῖν. ripam, obliti sunt sumere panes. Luc. 12. a. 1
ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· ὁρᾶτε καὶ προσέχετε 6 Iesus autem dixit eis: Videte & cauete à fer- Fermentum
ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων. mento Pharisæorum & Sadducæorum. Pharisæorum.
οἱ δὲ διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς, λέγοντες, ὅτι ἄρ- 7 Ipsi uerò disceptabant inter se, dicentes: Pa-
τους οὐκ ἐλάβομεν. nes non sumpsimus.
γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· τί διαλογίζε- 8 Id aũt quũ nosset Iesus, dixit eis: Quid disce pta-
σθε ἐν ἑαυτοῖς ὀλιγόπιστοι, ὅτι ἄρτους οὐκ ἐλάβετε; tis inter uos, ô parũ fideles, q panes nõ sumpsistis?

36 Turbæ, τῷ ὄχλῳ. Vulgata, dederunt populo: id est, ἔδωκαν τῷ λαῷ. 37 Quod supererat fragmentorum, τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων. Vide suprà cap. 14. c. 20. 38 Absq; mulieribus. Vulgata, extra, ἐκτὸς. Erasmus, præter id. id est, πλὴν: de quo etiam suprà diximus cap. 14. c. 21. 39 Fines, ὅρια. Erasmus alicubi dicit se scriptum reperisse, ἴρια, id est montes. Magdala, μαγδαλά. Vulgata, Magedan. Secundum autem exemplar, μαγαδάν, Magadan. In his autem locorum nominibus fateor me plerunq; non habere quod potissimum sequar.

IN CAP. XVI.

1 Et quum accessissent, καὶ προσελθόντες. Erasmus, Et aggressi, καὶ ἐπιθέντες. Vetus autem interpres legit, καὶ προσθέντες αὐτῷ: & participium πειράζοντες cum his coniungit, addita καὶ coniunctione. Sic enim uertit: Et accesserunt ad eum Pharisæi & Sadducæi tentantes, & rogauerunt: καὶ προσθέντες αὐτῷ οἱ φαρισαῖοι καὶ σαδδουκαῖοι πειράζοντες, καὶ ἠρώτησαν. quo modo etiam uidetur mollior uerborum constructio. Tentantes, πειράζοντες: id est, ut experirentur ecquid hoc posset præstare quod petebant: sed malo animo ad id petendum ipsos instigante, nempe quòd
C sperarent se reperturos aliquid in eo, unde iustæ reprehensionis occasionem arriperent: uel impellente ipsos diffidentia, aut curiositate importuna: quibus omnibus dicitur Deus tentari, id est ad iracundiam prouocari. quasi cum eo uelint homines certare. Alioquin dicitur etiam Dominus suos tentare, id est explorare: & Diabolus tentare, id est ad malum sollicitare. 3 Faciem quidem, τὸ μὲν πρόσωπον. Hebraicè, פנים. Quòd si uerterimus Vultum, non erit forte dictum illepidius quàm illud Maronis 5. Aeneid. Me'ne satis placidi uultum fluctusq; quietos Ignorare iubes? Nam ratio carminis ferre potest Faciem, quum tamen poeta dissertissimus maluerit Vultum, quem etiam transferre ad bruta animantia idem non dubitat, Induerat Circe in uultus ac terga ferarum. Adeò quidem, ut uanissimum esse somnium appareat, quòd nuper quidam uoluerit, uultum de faciei tãtum parte dici, quæ oculos, frontem & supercilia complectitur, neq; de cæteris quoq; rebus dici posse. Vul. faciem ergo, τὸ μὲν οὖν πρόσωπον. Eras. prætermisit μέν. Cæterùm Facies, Hebræorũ more, dicitur externa species, & quasi uultus rerum omniũ: quo modo etiã Latinè loqui licere, Gell. ostendit lib. 13. cap. 28. Sed tamen (ni fallor) τὸ πρόσωπον, nõ nisi de homine dictũ inuenias apud Græcos disertiores: quo modo etiam Plinius faciem, tantùm hominis esse dicit, pro uultu: cætera enim os aut rostrũ habere dicunrur. Discernere, διακρίνειν: uel, ut alij uertunt, dijudicare. Sed illud uidetur Græco uocabulo prorsus respondere. Non potestis? οὐ δύνασθε. In octauo exemplari scriptũ erat, οὐ δοκιμάζετε; non probatis? In quarto, quinto, septimo, nono, οὐ σημαίνει; non intelligitis? 4 Signum illud, τὸ σημεῖον. De certo quodã & celebri facto loquitur. Itaq; articulũ ab alijs omissum, exprimendũ putaui. Abijt, ἀπῆλθε. Traiecisse lacũ cum discipulis declarat apertè Marcus cap. 8. b. 13. quod notandũ fuit, ut intelligatur quomodo sequẽs uersiculus cum isto cohæreat. 7 Disceptabant inter se, διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς, ἐν pro inter, non pro intra, seu apud. Nam uerisimile est de ea re inter se esse colloquutos. Vul. cogitabant inter se. Eras. reputabãt intra sese. 8 Id autẽ quum nosset, γνοὺς δὲ. Indicãt hæc uerba Iesum hãc illorũ disceptationẽ non cognouisse ex alijs: sed (quæ uis diuinitatis ipsius erat) per se cognouisse, qua de re illi inter se contenderent. Non dubiũ est enim, quin alij in alios culpã rejicerẽt. Sũpsistis? ἐλάβετε; In secundo exemplari scriptũ erat, ἔχετε; id est, habetis? sicut etiã uertit Vetus interpres.

f 8 Memini-stis,

Suprà. 4. b. 17 Ioan. 6. 2. 9

Nondum intelligitis, neq; meministis quinque illos panes, *hominum* quinquies mille, & quot cophinos acceperitis?

9 οὔπω νοεῖτε οὐδὲ μνημονεύετε τοὺς πέντε ἄρτους τῶν πεντακισχιλίων, καὶ πόσους κοφίνους ἐλάβετε;

Suprà 15. d. 34

Neq; septem illos panes quater mille *hominum*, & quot sportas acceperitis?

10 οὐδὲ τοὺς ἑπτὰ ἄρτους τῶν τετρακισχιλίων καὶ πόσας σπυρίδας ἐλάβετε;

Quomodo non intelligitis, quòd non de pane dixi uobis, ut caueretis à fermento Phariseorum & Sadducæorum?

11 πῶς οὐ νοεῖτε, ὅτι οὐ περὶ ἄρτου εἶπον ὑμῖν, προσέχειν ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν φαρισαίων καὶ σαδδουκαίων.

Fermẽtum pro doctrina.

Tunc intellexerunt, quòd non dixisset, ut caueret à fermento panis: sed à doctrina Pharisæorum & Sadducæorum.

12 τότε συνῆκαν, ὅτι οὐκ εἶπε προσέχειν ἀπὸ τῆς ζύμης τοῦ ἄρτου, ἀλλ' ἀπὸ τῆς διδαχῆς τῶν φαρισαίων καὶ σαδδουκαίων.

Opinio populi de Christo. Mat. 8. c. 27 Luc. 9. c. 18

Quum uenisset autem Iesus in partes eius Cæsareæ *quæ dicitur* Philippi, interrogauit discipulos suos, dicens: Quem me dicunt homines esse? *an* Filium illum hominis?

13 ἐλθὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς εἰς τὰ μέρη Καισαρείας τῆς φιλίππου, ἠρώτα τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγων· τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου;

Illi uerò dixerunt: Alij quidem Ioannem Baptistam, alij uerò Eliam, alij uerò Ieremiam, aut unum ex prophetis.

14 οἱ δὲ εἶπον· οἱ μὲν Ἰωάννην τὸν Βαπτιστήν, ἄλλοι δὲ Ἠλίαν, ἕτεροι δὲ Ἰερεμίαν, ἢ ἕνα τῶν προφητῶν.

Dicit eis: Vos autem quem me dicitis esse?

15 λέγει αὐτοῖς· ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι;

Christus filius Dei. Ioan. 6. g. 69 Fides à Deo.

Respondens uerò Simon Petrus, dixit: Tu es Christus ille filius Dei uiuentis.

16 ἀποκριθεὶς δὲ Σίμων Πέτρος, εἶπε· σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος.

Tunc respondens Iesus, dixit ei: Beatus es Simon barlona: quia caro & sanguis non reue-

17 καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπε πρὸς αὐτόν· μακάριος εἶ Σίμων Βαριωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκά-

9 Meministis, μνημονεύετε. Vulgata, recordamini: id est, ἀναμιμνήσκεσθε. Eras. memoria tenetis: id est, *diu meministis*. ἔχετε. Hominum quinquies mille, τῶν πεντακισχιλίων: id est, quibus paui quinq; hominum millia. quod genus dicendi à uulgi consuetudine petitum est, sicut pleraq; alia. Vulgata, quia id obscurius uidebatur, uertit: In quinq; millia hominum. Eras. longiore circuitu, quũ homines essent quinquies mille: quasi τῶν πεντακισχιλίων, ponatur absolutè. 11 Quomodo non intelligitis, πῶς οὐ νοεῖτε, πῶς hoc loco non declarat simplicẽ interrogationem. sed cum admiratione coniunctam. Vul. Quare non intelligitis? id est, *διὰ τί*. Eras. elegantius: Quî fit ut non intelligatis? Ego crasius malui, quum præsertim particula Quomodo apud ipsum etiã Ciceronẽ, admirationem declaret. Sic enim scribit lib. de Amicitia. Quomodo (ut alia omittã) mortem filij tulit? De pane, περὶ ἄρτου. Ex uetustis codicibus 4 & 8. legit, περὶ ἄρτων, de panibus. Dixi uobis, εἶπον ὑμῖν. Eras. addidit pronomen illud, ut melius cohæreret sequentia. Sic enim interpretatur, me non de pane dixisse uobis illud: quod satis per se intelligi puto. Vt caueretis à fermento, προσέχειν ἀπὸ τῆς ζύμης. Ex uetustis codicibus 3. 4. & 5. legunt: ἵνα οὐ περὶ ἄρτου εἶπον ὑμῖν προσέχειν. προσέχετε δὲ: id est, quòd non de pane dixi uobis ut caueretis. cauete uerò, uel, sed cauete: ita ut repetas εἶπον, & sit hic sensus: quòd non de pane dixi uobis ut caueretis, sed potius dixi uobis, cauete à fermento. 12 Dixisset ut caueret, προσέχειν. Vul. dixerit cauẽdum: id est, προσοχὴν, uel potius γυναικεῖον. Eras. ut sisset cauere: id est, ἐκλαβέσθαι προσέχειν. Nam alibi admonuimus, Dicere pro Iubere sæpe usurpari in Hebræo sermone. 13 Eius Cæsareæ *quæ dicitur* Philippi. Καισαρείας τῆς φιλίππου. Supplendũ fuit aliquid ad articulum illũ exprimẽdum, quo scilicet distinguitur hæc Cæsarea ad radicẽ Libani ædificata à tetrarcha Philippo, ut Tiberio gratificaretur, ab ea quã Herodes Magnus condidit Octauij Augusti memoriæ. Me, με. In multis exẽplaribus. Veteris uersionis nõ reperitur hoc pronomen: & certè si sustuleris, mollius cũ istis cõnectentur uerba illa, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, Filiũ hominis. Nam si per appositionẽ explices, me Filiũ hominis, frigidum id erit. Quorum enim esset adiunctũ? Deinde collocatio ipsa uerborũ satis indicat appositionẽ non esse. Itaq; uel με pronomẽ, uel hoc totum, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, uidebitur redundare, quũ Christus de se loquaꝰ ut de tertio quopiã, sic ut solet, quoties filiũ hominis se uocat: adeò qdẽ ut excepto hoc uno loco nusquã (ni fallor) reperias additum pronomẽ. Quare suspicor, quum aliquis ad marginẽ hoc pronomẽ annotasset, ut hæc uerba, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, explicaret, postea irrepsisse in cõtextũ. Certè cõstat Hieronymũ ex eius cõmentarijs in hunc locum, hoc pronomẽ nõ legisse. Sed cõtrà testatur Eras. se in nõnullis Græcis codicib. duntaxat reperisse scriptum, Quẽ me dicunt esse? ut uideri possit aliquos suũ iudicium sequutos, quod ad marginẽ erat annotatum, maluisse amplecti: quasi scilicet diuersa lectio illic esset annotata. Neq; uerò id fuit factu difficile, quũ hæc formula loquendi de seipso, quasi de tertio aliquo, sit à cõsuetudine Latini & Græci sermonis aliena: pleriq; autẽ ex ueteribus etiã eruditissimis sacrarum literarum interpretib. Hebrçorum idioma nõ modò non tenuerint, sed etiã contemserint, quæ res fecit, ut plerisq; locis miserabiliter sanè cæcutierint. Quia tamẽ apud Epiphanium in Anchorato, & in omnib. ueterib. manu scriptis & impressis legimus, τίνα με λέγουσιν οἱ ἀνθρωποι εἶναι, τὸν υἱὸν τῶν ἀνθρώπων: absit, ut quicquã detrahamus. Imò uerò omnia inter se pulchrè cohærebũt, si post εἶναι nõ simplicẽ distinctionẽ scribas, sed accentum interrogantẽ. Nam ea certè distinctio, quãuis reperiatur in manuscriptis & impressis omnib. exẽplaribus, aut tollenda est, ni fallor: aut pro interrogationis nota posita est, quæ apud Græcos ita signaꝰ, ut distinctioni tantũ imponatur punctum hoc modo: quod facilè à librarijs plerunq; indoctis negligi potuit. Sic igitur interpretor, Quẽ me dicunt homines esse? an Filium illum hominis? id est, an uenturum illũ & tam diu expectatũ hominẽ? id est Messiãe expresso articulo. Addidi autẽ A N particulã interrogantem, tum ut hic locus posthac corrumpi tam facilè nõ possit: tũ etiã, quia ut nõ addas, tamẽ necesse est ut subaudias. Eandẽ eclipsim usurpat etiã Euãgelista in duplici interrogatione infrà 18. c. 21 planè cõfirmãs (ni fallor) nostrã de distinctione hic permutata cõiecturã. Deniq; τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, pro Messia positũ. seruata ut articuli, reperies Luc. 17. c. 26. 17 Bar Iona, βὰρ Ἰωνᾶ. Quũ Græcè scribẽs Euãgelista, uocabula peregrina usurparit, nos quoq; retinuimus. Annotat Hieron. corruptũ locũ uideri, & legendũ, βὰρ Ἰωαννᾶ, sicut etiã legitur apud Veterẽ interpretem in quibusdam codicibus minus emendatis, & in uetustis aliquibus exemplaribus Græcis Ioan. 1. f. 42, & 21. c. 17. Caro & sanguis, σὰρξ καὶ αἷμα, Carnis appellatione He-

A latione Hebræis sæpe homines dicuntur, ut humana imbecillitas significetur, sicut Psal. 78. d. 39. quod & ipsum de equis dicitur Esa. 31. b. 3. Sed in Nouo testamento aliquoties caro & sanguis totam humanam naturam ἀνθρωπίνην significant, camq; interdum ita ut est corrupta & infirma: sicut hoc loco & 1. Cor. 15. f. 50. uel nulla corruptionis habita ratione, simpliciter qualis est in sese, spirituali scilicet & excellentiori naturæ opposita, ut Galat. 1. c. 16. & Ephes. 6. b. 12. & Heb. 2. b. 14. & alibi sæpe, quum de altera Christi natura disseritur.

λυψέι σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

lauit tibi, sed Pater meus qui est in cœlis.

18 λέγω δέ σοι, λέγω, ὅτι σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς.

Sed & ego tibi dico, quòd tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo meam Ecclesiam: & portæ inferorum non uincent eam,

Petra. Ioan. 1. f. 42

19 καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· καὶ ὃ ἐὰν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ ὃ ἐὰν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Et tibi dabo claues regni cœlorum: & quicquid ligaueris in terra, erit ligatum in cœlis: & quicquid solueris in terra, erit solutum in cœlis.

Claues. Ligare. Soluere. Ioan. 20. c. 23

20 τότε διεστείλατο τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἵνα μηδενὶ ε�ίπωσιν, ὅτι αὐτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ Χριστός.

Tunc imperauit discipulis suis ut nemini dicerent, quòd ipse esset Iesus ille Christus.

21 Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς δεικνύειν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ὅτι δεῖ αὐτὸν ἀπελθεῖν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ πολλὰ παθεῖν ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων καὶ ἀρχιερέων καὶ γραμματέων, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι.

Ex eo tempore cœpit Iesus indicare discipulis suis, quòd oporteret ipsum abire Hierosolymam, & multa pati à Senioribus & principibus Sacerdotum, & Scribis, & occidi, & tertio die suscitari.

Apostolis prædicit Christus mortem suam.

B 22 καὶ προσλαβόμενος αὐτὸν ὁ Πέτρος, ἤρξατο ἐπιτιμᾶν αὐτῷ, λέγων· Ἵλεώς σοι, κύριε, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο.

Et quum prehendisset eum Petrus, cœpit eum obiurgare, dicens: Propitius tibi sis Domine, nequaquam erit tibi hoc.

18 Sed & ego, λέγω δέ. Vulgata, Et ego: omissa particula δέ, quæ in uno quoq; uetere codice deerat. Erasmus, At ego uicissim: id est, λέγω δ' ἐγώ μέρος. Tu es Petrus, & super hanc petram, σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ. Dominus Syriacè loquens, nulla usus est agnominatione, sed utrobique dixit Cepha: quemadmodum & uernaculum nomen Pierre, tam de proprio quàm de appellatiuo dicitur. In Græco quoque sermone Πέτρος & πέτρα non re, sed terminatione tantum differunt. Sed uidetur Matthæus (aut si quis fuit eius interpres) hoc terminationis discrimine uoluisse Petrum, qui pars est ædificij, ab ipsa petra cui inititur ædificium, id est à Christo ipso distinguere: ipsumq; adeò Petrum à fidei professione, quæ toti Ecclesiæ est communis. quod ueteres etiam apertè testantur: ut planè sit ridiculus Antichristus, quum ex hoc loco tyrannidem suam conatur stabilire. Ecclesiam, ἐκκλησίαν, ἐκκλησίαι uocabulo significari ciuium conuentum, siue cœtum, nemo est qui ignoret: quo modo etiam accipitur Act. 19. f. 12 & 39. Hebræi עדה, & קהל uocant. Sed postea communis loquendi consuetudo fecit, ut pro eorum cœtu accipiatur, qui Christum profitentur: sicut Synagoga de Iudæis propriè & peculiariter dici cœpit. Interdum uerò pro Senatu ecclesiastico usurpatur: ut infrà 18. c. 18. qui alibi uocatur à Paulo πρεσβυτέριον, 1. Tim. 4. d. 14. Nos igitur receptum uocabulum mutare noluimus, quum nostra ætate nonnulli sint, qui ciuitatis & Reipublicæ nominibus uti malint: sed quos ego ne in eo quidem imitari uelim. Portæ inferorum, πύλαι ᾅδου. De aduersarijs Dei & Ecclesiæ perinde loquitur Dominus ac de regno munito: quod interdum σατάν, interdum ᾅδης pari ratione uocat, cuius regni princeps est Diabolus. Itaq; portarũ appellatione urbes & consilio & propugnaculis munitas intelligimus: id est, quicquid uel consilio, uel uiribus potest Satan tenebrarum princeps. id denique quod Hebræi uocant מצורות, & Paulus, ὀχυρώματα, 2. Corinth. 10. a. 4. Vincent eam, ἰσχύσουσιν αὐτῆς. Vulgata, prævalebunt aduersus eam. Erasmus, ualebunt aduersus illam: id est, ἰσχύσουσι κατ' αὐτῆς. Atqui certum est ualere aliquid Satanam aduersus Ecclesiam, à quo sæpe grauissimè premitur: sed hactenus tamen, ut nunquam opprimatur. Quare quum neque (ut existimo) Vulgata uersio satis sit Latina, neque Erasmica satis expressa, quærendum fuit aliud uocabulum. Iam uerò quum nullum in promptu haberem, quod Græco & Hebræo יגברו posset opponi, usus sum synonymo, quo res eadem significatur. Nam alioqui τὸ νικᾶν, illud est propriè quod Latini dicunt Vincere. 19 Claues, τὰς κλεῖδας. Hac metaphorica loquutione significatur œconomi potestas (sicut apparet Esa. 22. f. 22.) qua funguntur omnes ministri in Ecclesia Dei, ut apparet infrà 18. c. 18. Ministerium enim Euangelicum rectè dici potest clauis regni cœlorum, quum Euangelium sit uirtus Dei in salutem omni credẽti: & uicissim odor mortis in mortem omni non credenti. Ostendat igitur Antichristus hanc clauem, & nos illi credemus. Cæterùm quum poscret metaphoræ analogia, ut Matthæus uteretur aperiendi & claudendi uocabulis, sicut fecit Esaias, & post Esaiam Ioannes, Apocal. 3. b. 7. maluit Spiritus sanctus ligandi & soluendi uerba usurpare: nempe ut intelligamus quàm misera sit conditio eorum quibus cœlum clauditur, id est, quorum retinentur peccata (sicut Ioannes interpretatur infrà 20. c. 21.) qui scilicet quum nolint oblatum Christum fide amplecti, manent obstricti peccatorum uinculis: contrà uerò, quàm beati sint illi quibus apertum est cœlum, qui scilicet à filio Dei liberati sunt, ut sint ipsius cohæredes. quia Euangelio crediderunt. Quorum autem hæc ad indulgentiarum fumos, & totam illam Antichristi tyrannidem? 20 Vt nemini, ἵνα μηδενὶ. Erasmus, ne cui: id est, μήτινι. Iesus ille Christus, ἰησοῦς ὁ χριστὸς. in aliquot exẽplaribus, & nominatim in 5. 7 & 8. non legebatur ἰησοῦς: & sanè uidetur abundare, ut annotat Erasmus. 21 Ἀπὸ τότε. ἀπὸ pro τότε iterum hic positum est. de qua enallage suprà diximus 11. c. 19. Senioribus, πρεσβυτέρων. Hebraicè, זקנים, ut Deut. 21. a. 2. Est autem nomen non tam ætatis quàm dignitatis: & eos designat, penes quos erant iudicia, quæ Hebræi Græco uocabulo uocant Sanhedrin: id est, συνεδρία, ut ij planè sint πρεσβύτεροι, quos Latini eadẽ ratione Senatores uocant. de quibus copiosius dicemus Act. 4. a. 5. Sic apud Homerũ aliquoties dicuntur γέροντες, ijdem qui ἥρωες, ut Iliad. 8. Suscitari, ἐγερθῆναι. Vulg. resurgere, ἀναστῆναι. Erasmus resuscitari: id est, iterũ suscitari. 22 Quũ prehẽdisset, προσλαβόμενος, id est, manu prehẽsum seduxisset, ut solẽt facere familiarius aliquid dicturi. Erasmus abduxisset: id est, ἀπαγαγών, qui tamẽ in annotationib. & Mar. 8. d. 33. affert eã interpretationẽ, quàm sum secutus. Vulgata assumens: id est, προσλαμβάνων. Propitius tibi sis, ἵλεώς σοι. Sic rectè Erasmus Latinè dicas, respice te. Vulgata absit, id est, μὴ γένοιτο.

Abnegatio sui & crux.

At ille conuersus, dixit Petro: Abscede à me satana, scandalo es mihi: nam non sapis quæ sunt Dei, sed quæ sunt hominum.

Tunc Iesus dixit discipulis suis: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, ac sequatur me.

Suprà 10.d. 38 Mar. 8.d. 34 Luc. 9.c. 23. & 14.f. 27

Perdere animã.

Quisquis enim uoluerit animam suam seruare, perdet eam: quisquis autẽ perdiderit animam suam mea causa, inueniet eam.

Suprà 10.d. 39 Mar. 8.d. 35 Luc. 9 c.24 & 17 g.33 Ioan.12.d.25 Mar.8.d.36 Luc. 9.c.25

Quid enim iuuatur homo, si totum mundum lucratus fuerit, anima uerò sua multetur? aut quã dabit homo compensationem animæ suæ?

Christus iudex.

Futurum est enim, ut filius hominis ueniat in gloria Patris sui cum angelis suis: & tunc reddet unicuique secundum facta ipsius.

Psal. 61.d.12 Rom. 2. 6 Mar. 9. 1 Luc. 9. c. 17

Amẽ dico uobis, sunt quidã ex his qui hic stãt, qui nequaquã gustabũt mortẽ, usquedũ uiderint Filium hominis uenientem in regnum suum.

23 ὁ δὲ στραφεὶς, εἶπε τῷ Πέτρῳ· ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ, σκάνδαλόν μου εἶ, ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων. A

24 τότε ὁ Ἰησοῦς εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι.

25 ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκέν μου, εὑρήσει αὐτήν.

26 τί γὰρ ὠφεληθήσεται ἄνθρωπος, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ;

27 μέλλει γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεσθαι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ· καὶ τότε ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ.

28 ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ.

23 Abscede à me, ὕπαγε ὀπίσω μου. Vulgata, uade post me. Eras. abi post me. Vide Marc. 8. d. 33. Satana, σατανᾶ. Per antonomasiam propriè uocatur Sarã: id est aduersarius ab Hebræis, à uerbo שטן, qui à Græcis dicitur διάβολος: id est, calumniator. & ὁ πειράζων, id est tentator. Apoc. 12. b. 9. & 20. Sed hoc nomen ijs etiam accõmodatur, qui Dei uoluntati aduersantur, uel obstinata malitia, ut Iudas, Ioan. 6. g. 70. uel leuitate quadam aut arrogantia ut hoc loco Petrus, cui hactenus succeisisse Antichristum libens conceilero, utcunq; clamitet se errare non posse & à nemine iudicandum. 25 Animam suam seruare, τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, id est uitam: ut plerique exponunt. sed eam interpretationem uidentur multa absurda consequi. Nam si de præsenti uita accipias, qua corpus cum anima coniunctum est, certè qui eam conseruat, non amittit: neq; rursus qui eam amittit, conseruat. Deinde hoc uitæ genus nemini in perpetuum perit: omnes enim resurgemus. De æterna autem uita prius membrum intelligi nullo modo potest: in posteriore uerò relatiuum αὐτὸν cum antecedente prorsus cohæret. Ergo alterum necesse est nempe ut uel animam propria significatione accipiamus pro altera hominis parte, quam is dicitur amittere, qui eam reddit æternæ morti obnoxiam, præpostera cupiditate ipsius in hac uita retinendæ: is uerò contrà conseruare, qui illi non parcit, ut eam postea cum æternæ uitæ fœnore recipiat. Vel potius ut in toto hoc sermone intelligamus animæ appellatione totum hominem comprehendi, synecdoche Hebræis familiari. Et certè hæc est (ni fallor) huius loci germana interpretatio quam etiam uidetur aperte Lucas confirmare cap. 9. c 25. quum hæc Matthæi & Marci uerba, τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ, id est sua ipsius anima multetur, interpretatur, ἑαυτὸν ζημιωθῇ: id est, si seipso multetur. Bellissimè ergo cohærebunt omnia hoc modo: Si quis seipsum uoluerit seruare (loquitur enim Euangelista ex communi hominum opinione eorum quos alloquitur, qui scilicet salutem suam existimant huius uitæ spacijs terminari) is seipsum perdet. hæc enim prepostera cupiditas in æternum exitium ipsum præcipitabit. Contrà uerò, qui Christi & Euangelij causa seipsum perdiderit (ita enim rursus loquitur Euangelista ex eorũ sensu, qui omniũ hominum stultissimos & miserrimos eos esse opinantur, qui uitam malint profundere, quàm Christum abnegare) is quum uideatur perisse, seipsum tandem aliquando recuperabit: quippe qui hoc modo seipsum seruauerit, alioquin periturum. Inueniet eam, εὑρήσει αὐτὸν: id est recipiet eam, aut potius seipsum lucrifecerit: ut qui sibi alioquin morituro, æternam uitam parauerit. sicut Lucas ipse exponit cap. 17. g. 33. Nam ἀφίστημι, apud Græcos etiã declarat labore suo aliquid conequi: ut exponit Vipianus in orationem Demosthenis, διατὰ τιμωρήσεται. & Inuenire à Latinis usurpatur, pro parare sibi & acquirere: teste Donato in Terentij Eunuchum. Erit igitur uehemẽtior antithesis, si dixerimus illos, qui ut sibi consulant, Christum abnegant, non modò lucrum non facere quod captant: B C sed etiam eius rei quam seruatam esse uolunt (id est sui ipsius) iacturam facere, quod damnum est omnium maximum: istos uerò contrà, qui pro Christo mori non dubitant, non modò nullum detrimentum pati, sed seipsos potius lucrifacere, quo lucro nullum maius possit homini contingere. 26 Quid enim iuuatur homo, τί γὰρ ὠφεληθήσεται ἄνθρωπος. Vulgata & Erasmus, Quid prodest homini, τί συμφέρει ἀνθρώπῳ: In octauo codice legimus ὠφεληθήσεται: id est, iuuabitur. Anima uerò sua multetur? τὴν δὲ ψυχὴν ἑαυτοῦ ζημιωθῇ: id est, seipsum perdat, ut Lucas interpretatur. Vulgata, ζημιωθῆναι, uertit detrimentum pati. Eras. iacturam facere. Ego uerò non uideo cur periphrasis quærenda fuerit, quum de iudicio Dei hic agatur: quemadmodum proximus uersiculus declarat. & ζημιοῦν apud Græcos sit uocabulum forense, sicut multare apud Latinos. Compensationem animæ suæ, ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ: id est, quo seipsum redimat: quod uernaculo sermone dicas, qu'est ce que l'homme bailera en eschange de sa personne? Vulgata ad uerbum, commutationem pro anima sua? quæ interpretatio mihi uisa est obscurior. Eras. cuius permutatione redimat animam suam: persicua periphrasi, sed non prorsus necessaria. Itaq; in annotationibus Marci Veterem interpretationẽ amplectitur. 27 In gloria, ἐν δόξῃ: id est, cum gloria ἐν pro σὺν posita, ut alibi sæpe. Vide suprà 6. d. 29. Angelis, ἀγγέλων. In secundo exemplari additur, ἁγίων: id est sanctis. Secundum facta, κατὰ τὴν πρᾶξιν. Erasmus, iuxta facta. Vulgata, secundum opera: id est, κατὰ τὰ ἔργα, sicut etiam legimus in secundo exemplari. 28 Amen, ἀμὴν. In decimoquarto codice additum erat γάρ, enim. Ex his qui hic stant, τῶν ὧδε ἑστηκότων. Vulgata, de hic stantibus. Erasmus, hic stantes: id est ὧδε ἑστῶτες, quod scriptum inuenimus in duobus uetustis codicibus. Gustabunt mortem, γεύσονται θανάτου: id est, morientur. sicut Heb. 2. c. 9. In regnum suum, ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ. ἐν existimo pro εἰς positum esse. Cæteri ad uerbum interpretantur, in regno suo. Ex ueteribus codicibus nonus legit, ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ: id est, in gloriam suam. quibus uerbis illa optimè explicantur de Christi ascensione, & ijs quæ postea consequuta sunt: de quibus magnificè scribit Paulus Ephes. 4. b. 10. & 1. Cor. 15. c. 23. & Dominus ipse infrà 28. d. 18.

IN CA-

A ΚΕΦΑΛ. ιζ.

Καὶ μεθ' ἡμέρας ἓξ παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς τὸν Πέτρον, καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν.

καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν, καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος, τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο λευκὰ ὡς τὸ φῶς.

καὶ ἰδοὺ ὤφθησαν αὐτοῖς Μωσῆς καὶ Ἠλίας, μετ' αὐτοῦ συλλαλοῦντες.

ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος, εἶπε τῷ Ἰησοῦ· κύριε, καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι. εἰ θέλεις, ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνάς, σοὶ μίαν, καὶ Μωσῇ μίαν, καὶ μίαν Ἠλίᾳ.

ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδοὺ νεφέλη φωτεινὴ ἐπεσκίασεν αὐτούς. καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης λέγουσα· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα, αὐτοῦ ἀκούετε.

καὶ ἀκούσαντες οἱ μαθηταὶ ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν, καὶ ἐφοβήθησαν σφόδρα.

καὶ προσελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἥψατο αὐτῶν, καὶ εἶπεν· ἐγέρθητε, καὶ μὴ φοβεῖσθε.

B ἐπάραντες δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, οὐδένα εἶδον, εἰ μὴ τὸν Ἰησοῦν μόνον.

καὶ καταβαινόντων αὐτῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἐνετείλατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, λέγων· μηδενὶ εἴπητε τὸ ὅραμα, ἕως οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ.

καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες· τί οὖν οἱ γραμματεῖς λέγουσιν, ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον;

ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· Ἠλίας μὲν ἔρχεται πρῶτον, καὶ ἀποκαταστήσει πάντα.

λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι Ἠλίας ἤδη ἦλθε, καὶ οὐκ ἐπέγνωσαν αὐτόν, ἀλλ' ἐποίησαν ἐν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλλει πάσχειν ὑπ' αὐτῶν.

CAP. XVII.

ET sexto post die accepit Iesus Petrum ac Iacobum & Ioannem fratrem eius, & subduxit eos priuatim in montem sublimem. *Transfiguratio Christi. Matt. 9. a. 2 Luc. 9. d. 27*

Transformatus que est coram eis, & splenduit facies eius ut sol: uestimenta autem eius facta sunt alba ut lux.

Et ecce uisi sunt eis Moses & Elias, cum eo colloquentes.

Respondens autem Petrus, dixit Iesu: Domine, bonum est nos hic esse: si uis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, & Mosi unum, & Eliæ unum.

Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida inumbrauit eos: & ecce uox è nube dicens: Hic est Filius ille meus dilectus, in quo acquiesco: ipsum audite. *Christus dilectus audiendus. Supra 3. d. 17 2. Pet. 2. d. 17*

Et quum hæc audissent discipuli, cecidérunt in faciem suam, & timuerunt uehementer.

Tunc accedens Iesus, tetigit eos, dixitq; Surgite, & ne timeatis.

Sublatis autem oculis suis, neminem uidebãt, nisi Iesum solum.

Et quum descenderent de monte, mandauit eis Iesus dicens: Nemini dixeritis uisionem usquequò Filius hominis à mortuis resurgat.

Tunc interrogauerunt eum discipuli sui, dicentes: Quid igitur Scribæ dicunt quòd Eliam oportet uenire primùm? *De Elia uenturo, id est, Ioanne Baptista. Malac. 4. b. 5 Supra 11. b. 14 Mar. 9. b. 11*

Iesus autem respondens, dixit eis: Elias quidẽ ueniet primùm, & restituet omnia.

Sed dico uobis, quòd Elias iam uenit, & non agnouerunt eum, sed fecerunt in eo quæcunque uoluerunt: ita futurum est, ut & Filius hominis patiatur ab eis.

IN CAP. XVII.

1 Sexto post die, μεθ' ἡμέρας ἕξ. Vulgata & Erasmus, post sex dies. Vide Mar. 9. a. 1. Subducit, ἀναφέρει: id est, ἀνάγει, quod etiam legitur in exemplari secundo. Nam φέρειν & ἄγειν sæpe permutantur: ut infrà hoc eodem capite, uersu 17. & suprà 4. a. 1. 2 Alba, λευκά. Candidum quod usurpat Erasmus, potius significat spendidum & fulgens: id est, τὸ λαμπρόν: atq; adeò propriè de igne dici solet, ut author est Aristoteles sectione octaua Problematum. quam uis id postea de albo colore dici quoque cœpit, omnium scilicet splendidissimum. Lux, τὸ φῶς. In secundo exemplari legitur, ὁ χιών, nix, quod sequutus est Vetus interpres. Aristoteles porrò libro primo De coloribus, φῶς, colorem ignis esse scribit his uerbis, τὸ δὲ φῶς ἔστι πυρὸς ἕξις χρῶμα, διόπερ ἐν τοῖς μεθημένοις ἄλλῳ ἢ ταὐτῷ ὑχρὸν ἀφίησιν αὐγὴν χρόαν, &c. Id est, Quòd aũt lumẽ, aut lux, fit color ignis, perspicuũ ex eo est, quoniã nullũ alium præter hunc, habere colorẽ reperitur, &c. φῶς autẽ lucẽ uertimus, quanquã non dubitẽ apud philosophos differentiam lucis & luminis obseruari: quæ tamen apud reliquos scriptores ferè negligi solet. 3 Visi sunt, ὤφθησαν. Vul. apparuerũt: id est, ἐφάνησαν. Eras. cõspecti sunt. Colloquẽtes, συλλαλοῦντες. Eras. admonet in annotationib. potius uerti debuisse Confabulantes: à quo tamen uerbo quidam meritò refugiunt, quum neque respondeat Græco uerbo συλλαλεῖν, neque Scripturæ maiestati conueniat, neque etiam tritum sit apud Latinos scriptores. 4 Respondens, ἀποκριθείς. Braiſmus, de quo alibi diximus. nam propriè respondent qui sunt rogati. Lucida, φωτεινή. In quarto codice scriptũerat φωτὸς, lucis, Hebraico idiotismo. Filius ille meus, ὁ υἱός μου. Articulum expressi, cuius uidetur hic esse emphasis maxima, non tam ut distingãtur à filijs alijs (quum sit unigenitus) quàm ad dignitatis commendationem. Nos enim nõ natura, sed adoptione sumus filij: qua ratione etiã Christus ipse dicitur primogenitus inter multos fratres, quia licet unicus sit proprio iure, princeps tamẽ est inter multos, quatenus adoptionis fons est ac caput. 6 Ceciderunt in faciem suam, ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν. Phrasis Hebræa, מבניהם על-נפלו: id est, proni adorarunt. Timuerunt, ἐφοβήθησαν. Erasmus suo more, territi sunt, per passiuum: quum tamen actiuæ sit significationis, φοβεῖσθαι. 8 Sublatis autem, ἐπάραντες δὲ. Vulgata, Leuantes. Erasmus per periphrasim minimè necessariam, Vbi uerò sustulissent. Hoc interdum unico uerbo αἴρειν declarat: ut suprà 14. b. 19. 9 Nemini, μηδενὶ. Eras. ne cui, μηδὲ τίνι, ut suprà 16. c. 20. 12 Quòd Elias iam uenit, ὅτι Ἠλίας ἤδη ἦλθε. Erasmus maluit per modum infinitum interpretari, Eliam iam uenisse: quod tamen cum sequentibus parum conuenit. Et non agnouerunt eum, καὶ οὐκ ἐπέγνωσαν αὐτόν. In nono exemplari scriptum erat, καὶ οὐκ ἐπέγνωσαν αὐτῷ, & non crediderunt ei. In eo, ἐν αὐτῷ: id est, ei. Nam etiam in uetustis duobus codicibus deerat præpositio ἐν.

Tunc intellexerunt discipuli, quòd de Ioanne Baptista dixisset ipsis.

13 τότε συνῆκαν οἱ μαθηταὶ, ὅτι περὶ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ εἶπεν αὐτοῖς. A

Et quum ipsi uenissent ad turbā, adijt eum quidam accidens ei ad genua,

14 καὶ ἐλθόντων πρὸς τὸν ὄχλον, προσῆλθεν αὐτῷ ἄνθρωπος, γονυπετῶν αὐτὸν,

Dicensq; Domine, miserere filij mei, quoniam lunaticus est, & malè afficitur: nam sæpe cadit in ignem, & sæpe in aquam.

Lunaticus sanatur. Marc.9.c.14 Luc.9.c.37

15 καὶ λέγων· κύριε ἐλέησόν μου τὸν υἱόν, ὅτι σεληνιάζεται, καὶ κακῶς πάσχει· πολλάκις γὰρ πίπτει εἰς τὸ πῦρ, καὶ πολλάκις εἰς τὸ ὕδωρ.

Et obtuli eum discipulis tuis, nec potuerūt eum sanare.

16 καὶ προσήνεγκα αὐτὸν τοῖς μαθηταῖς σου, καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν αὐτὸν θεραπεῦσαι.

Infidelitas Apostolorum reprehenditur.

Respondēs autem Iesus, dixit: O natio infidelis & peruersa, quousque tandem ero uobiscum? quousq; tandem tolerabo uos? adducite mihi eum huc.

17 ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν· ὦ γενεὰ ἄπιστος καὶ διεστραμμένη, ἕως πότε ἔσομαι μεθ' ὑμῶν; ἕως πότε ἀνέξομαι ὑμῶν; φέρετέ μοι αὐτὸν ὧδε.

Et obiurgauit illud Iesus, exijtq; que ab eo dæmonium, & sanatus est puer ex illo momēto.

18 καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐξῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ τὸ δαιμόνιον, καὶ ἐθεραπεύθη ὁ παῖς ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης.

Tunc adeuntes discipuli Iesum priuatim, dixerunt: Quare nos nō potuimus eijcere illud?

19 τότε προσελθόντες οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ, κατ' ἰδίαν εἶπον· διατί ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό;

Fidei uirtus. Luc.17.b.6

Iesus autem dixit eis: Propter infidelitatem uestram. amen quippe dico uobis, si habeatis fidem quantulum est granum sinapis, dicetis mōti huic: Demigra hinc illuc, & demigrabit, & nihil impossibile erit uobis.

20 ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· διὰ τὴν ἀπιστίαν ὑμῶν. ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ, μετάβηθι ἐνθένδε ἐκεῖ· καὶ μεταβήσεται, καὶ οὐδὲν ἀδυνατήσει ὑμῖν. B

Oratio & ieiunium.

Hoc uerò genus non egreditur, nisi per orationem & ieiunium.

21 τοῦτο δὲ τὸ γένος οὐκ ἐκπορεύεται, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ.

Passionem suam prædicit. Infrà 20.b.17 Marc.9.c.31 Luc.9.f.44

Versantibus autem ipsis in Galilea, dixit eis Iesus: Futurum est, ut Filius hominis tradatur in manus hominum:

22 ἀναστρεφομένων δὲ αὐτῶν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· μέλλει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων.

Et trucidabunt eum, sed tertio die suscitabitur. Et tristes facti sunt uehementer.

23 καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτὸν, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθήσεται. καὶ ἐλυπήθησαν σφόδρα.

14 Quidam, ἄνθρωπος. In 5 & 6. exemplaribus additur τις, id est, homo quidam: quod expressit Eras. Accidens ei ad genua, γονυπετῶν αὐτῷ. Vul. prouolutus ante eum: id est, ἔμπροσθεν καὶ ἐνώπιον αὐτοῦ. Erasmus, flectēs genua illi. Atqui γονυπετῶν (ut ipse Erasmus obseruauit in annotationibus) amplius aliquid significat, cum nimirum supplicantium gestum quē depingit elegantissimè Homerus Iliad. α. in extremo, ubi Thetidem describit Ioui supplicantē. 15 Lunaticus est, σεληνιάζεται. Lunatici uocantur qui certis lunæ tēporibus comitiali morbo, lycanthropia, cynāthropia, & qui ea melācholia morbo laborāt, quæ Grecis medicis θηριώδεις, id est fera & immanis dicit, aut alio furoris genere agitātur: de quib. Poeta in hūc modū: Quām multos etiā furijs hinc scpe uidemus Vexari, sortemq; animo indignamur acerbā. Quorum etiā meminit Iurisconsultus Paulus in l. Bouem. Tit. de Aedilitio edicto. Cæterùm hoc ita accipiendum est hoc quidē loco, ut ad morbum naturalē sciamus diabolicum quoq; furorē accessisse, sicut indicant ea quæ paulo pōst cōmemorātur. Sunt autem hæc distinguenda, ne in eorum errorē incidamus, qui profanē ridere solent quęcunq; de dæmoniacis Sacræ literæ testantur, quasi hęc omnia scilicet ad naturales morbos pertineāt: quū suprà 4.d.24. Matthęus apertè lunaticos à dęmoniacis distinguat, & profana illa opinio infinitis Scripturę locis possit cōuinci. Malè afficitur, κακῶς πάσχει. In unico codice legimus, δαιμόνιον ἔχει. Vul. ad uerbū, malè patitur. Eras. miserè affligitur, ἀθλίως θλίβεται. 16 Obtuli, προσήνεγκα. In ueterib. codicib. 9. & 14. legit προσηνέγκατε, id est, obtulerūt, pro oblatus est. de quo dicēdi genere alibi diximus. 17 Peruersa, διεστραμμένη. Sic Cicero Roscij oculos peruersissimos fuisse dicit: id est, διεστραμμένους ἄγαν. Eras. distorta. Quousq; tandē, ἕως πότε. Sic rectè Eraſmus, quum Vetus interpres neglexerit particulam πότε. quæ interdū quidem abundat, sed hic habet suam emphasim. Quum autem bis repetatur, Eraſmum miror posteriore loco prætermisisse: quum præsertim ista repetitio pondus addat sententiæ. Tolerabo, ἀνέξομαι: uel ad uerbum, sustinebo. Vulgeta & Eraſmus, patiar. Sed aliquid amplius uidetur significare ἀνέχεσθαι quàm πάσχειν. Multi enim etiam inuiti & repugnantes, multa patiuntur. ἀνέχεσθαι autem dicuntur translatitiè, qui uolentes onus subeunt, & sub eo perdurant. 18 Obiurgauit illud, ἐπετίμησεν αὐτῷ, Dæmonium scilicet. Nam hoc exprimit disertè Lucas infrà 6.c.42. ut neq; ambigere debuerit Hieronymus: neq; rectè Theophylactus ad puerum retulerit. Ideo contra nostram consuetudinem, αὐτὸ conuertimus illud, ut amphiboliam uitaremus. 20 Quantulum est granum sinapis, ὡς κόκκον σινάπεως. Vulgata & Eraſmus ad uerbum, sicut granum sinapis: quod quum mihi uideretur obscurum & ambiguum in Latino sermone, coacti sumus à uerbis Græcis aliquantulum deflectere, ut planius loqueremur. Demigra, μετάβηθι, uel Abi. Nam digrediendi uocabulum, quo solemus uti transferendo hoc uerbo, nullum hic locum habet.

21 Egreditur, ἐκπορεύεται. Vulgata, eijcitur: id est, ἐκβάλλεται. 22 Versantibus, ἀναστρεφομένων, uel fortasis reuertentibus: quæ significatio huius uocabuli etiam usitata est, & non malè conuenit huic loco. Nam inde digressus, rediit Capernaum per Galilæam, ut constat ex Marci 9.c.30. Hanc autem posteriorem interpretationem si sequaris, ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, pro εἰς τὴν Γαλιλαίαν positum erit, & ita scriptum inuenimus in uno uetere codice. Hominum, ἀνθρώπων. In 9. exemplari additur, ἁμαρτωλῶν, id est peccatorum: quo uocabulo Gentes intelligūtur à fœdere Dei alienę. Auget enim hęc quoq; circūstantia sceleris atrocitatē. 23 Suscitabitur, ἐγερθήσεται. Vul. & Eraſ. resurget: id est, ἀναστήσεται. Tristes facti sunt, ἐλυπήθησαν. Vul. contristati sunt. Eraſ. mœrore affecti sunt: qui tamē uerterat ἐλυπήθη, indoluit, suprà 14.a.9.

A ἐλθόντων δὲ αὐτῶν εἰς Καπερναοὺμ, προσῆλθον 24 Quum autem ipsi uenissent in Capernaum, *Tributum solui Christus.*
οἱ τὰ δίδραχμα λαμβάνοντες τῷ Πέτρῳ, καὶ εἶπον· uenerũt ad Petrũ qui didrachma accipiũt, dixe-
ὁ διδάσκαλος ὑμῶν οὐ τελεῖ τὰ δίδραχμα; runtq; Magister uester nõ soluit didrachma?
λέγει, ναί. καὶ ὅτε εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν, προέ- 25 Dicit, Etiam. Et quum ingressus fuisset do-
φθασεν αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, λέγων· Τί σοι δοκεῖ Σίμων, οἱ βα- mum, prœuenit eum Iesus, dicens: Quid tibi ui-
σιλεῖς τῆς γῆς ἀπὸ τίνων λαμβάνουσι τέλη, ἢ κῆνσον; detur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt
ἀπὸ τῶν υἱῶν αὐτῶν, ἢ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων; tributa aut censum? à filijs suis, an ab alienis? *Filij.*
λέγει αὐτῷ ὁ Πέτρος, ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων. ἔφη αὐ- 26 Dicit illi Petrus: Ab alienis. Ait ei Iesus: Nẽ
τῷ ὁ Ἰησοῦς, ἄρα γε ἐλεύθεροί εἰσιν οἱ υἱοί. pe igitur liberi sunt filij.
ἵνα δὲ μὴ σκανδαλίσωμεν αὐτούς, πορευθεὶς εἰς τὴν 27 Sed ne offendamus eos, profectus ad mare,
θάλασσαν, βάλε ἄγκιστρον, καὶ τὸν ἀναβαίνοντα πρῶτον mitte hamum: & eum piscem qui ascenderit
ἰχθὺν ἆρον· καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, εὑρήσεις στατῆρα. primum, tolle: & aperto ore eius, inuenies sta-
ἐκεῖνον λαβὼν, δὸς αὐτοῖς ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ. terem: acceptum illum da eis pro me & te.

ΚΕΦ. ιη'. CAP. XVIII.

Ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ προσῆλθον οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰη- 1 In illo tempore adierunt Iesum discipuli, di-
σοῦ λέγοντες· τίς ἄρα μείζων ἐστὶν ἐν τῇ βασι- centes: Quis nam maximus est in regno *Maximus in regno cœlorum.*
λείᾳ τῶν οὐρανῶν; cœlorum? Marc.9.e.33
καὶ προσκαλεσάμενος ὁ Ἰησοῦς παιδίον, ἔστησεν 2 Et quum aduocasset puerulum Iesus, statuit Luc.9.f.46
αὐτὸ ἐν μέσῳ αὐτῶν. eum in medio eorum.
καὶ εἶπεν· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ στραφῆτε, καὶ 3 Et dixit: Amen dico uobis, nisi conuersi fue-
γένησθε ὡς τὰ παιδία, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν rítis, & fiatis ut pueruli, nequaquam ingredie- *Paruuli.*
βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. mini in regnum cœlorum. Infrà 19.b.14
ὅστις οὖν ταπεινώσει ἑαυτὸν ὡς τὸ παιδίον 4 Quisquis igitur demiserit seipsum sicut est 1.Cor.14.d.20
τοῦτο, οὗτός ἐστιν ὁ μείζων ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐ- puerulus iste, is est maximus ille in regno cœ- *Humilitas.*
ρανῶν. lorum.
B καὶ ὃς ἐὰν δέξηται παιδίον τοιοῦτον ἐν τῷ 5 Et quisquis exceperit unum puerulũ talem
ὀνόματί μου, ἐμὲ δέχεται. in nomine meo, me excipit. *Suscipere puellum.*
ὃς δ' ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων τῶν 6 Quisquis autem offenderit unum ex paruis
πιστευόντων εἰς ἐμὲ, συμφέρει αὐτῷ, ἵνα κρεμασθῇ istis qui in me credunt, præstiterit ei ut suspen- *Scandalizare.*
μύλος ὀνικὸς ὑπὸ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ κατα- datur mola asinaria in collum eius, ac demerga- Marc.9.f.42
πονηθῇ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης. tur in profundo maris. Luc.17.a.1
οὐαὶ τῷ κόσμῳ ἀπὸ τῶν σκανδάλων. ἀνάγκη γὰρ 7 Væ mundo à scandalis. necesse est enim ut *Scandala.*
ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα. πλὴν οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ueniant scandala: ueruntamen uæ homini illi
ἐκείνῳ, δι' οὗ τὸ σκάνδαλον ἔρχεται. per quem scandalum uenit.
εἰ δὲ ἡ χείρ σου ἢ ὁ πούς σου σκανδαλίζει σε, 8 Si uerò manus tua uel pes tuus facit ut tu
ἔκκοψον αὐτὰ, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ. καλόν σοί ἐ- offendas, excinde ea, & abijce abs te: bonum *De manu & pede abscindendo.*
C στιν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν χωλὸν ἢ κυλλόν, est tibi ad uitam ingredi claudum aut mãcum Supra 5. c. 30
Marc.9.f.43

24 Non, οὐ. nõ particula hic non negat, sed interrogat: ut alibi sæpe. Erasmus, num, quo aduerbio ferè utimur, quum negatum esse uolumus id de quo quærimus. Itaq; NON uidetur huic loco optimè conuenire. Soluit, τελεῖ: id est, soluere solet. Didrachma, τὸ δίδραχμον: Hoc est scilicet sicli Sanctuarij dimidium, quod Israelitæ pendebãt olim ex Lege scripta, Exod.30.b.13. Romani uerò postea exegerunt, Iudæa in prouinciam redacta. 26 Nẽpe, igitur, ἄρα γε. Vul. & Eras. ergo. Vide suprà 7.c.20. 27 Ascenderit, ἀναβαίνοντα, ad hamum scilicet. Eras. prodierit. quod respondet, τῷ πρώτῳ, uel ἐξελθόντα. Staterẽ, στατῆρα. Is igitur numus erat tetradrachmus: sicut etiam ueteres testã tur: ita tamen, ut à stater aureo distinguatur, quorum alij unciales, id est octo drachmarũ, alij didrachmi fuerunt. Pro, ἀντὶ, id est ὑπὲρ. Nam propriè ἀντὶ τινος significat loco aut uice alicuius. Vide Marc. 10. f. 45.

IN CAPVT XVIII.

1 Quisnam, τίς ἄρα. Vul. Quisputas. Eras. Quis: omissa particula expletiua, quam tamen Latini uidentur expri mere, approbante etiam Erasmo infrà 24.d 45. 2 Puerulum, παιδίον. Vulg. paruulum: quod non tam est ætatis quàm staturę. Itaq; meritò reprehenditur. Eras. puellũ. 3 Conuersi fueritis, στραφῆτε. Phrasi Hebræa dictum est pro respueritis, ut alibi docuimus. 4 Demiserit, ταπεινώσει. Vulgata ad uerbũ, humiliauerit. Nã ταπεινῶ Gram matici dictum uolunt quasi χθαμαλὸν ποιῶ: sicut humilis Latinis ab humo dicitur. Sed humiliãdi uerbum apud idoneos autores nõ legi. Demissum autẽ eundẽ esse cum humili, uel illud Cicer. indicat ex 5. Tuscul. Non est ausus, inquit, elatè & amplè loqui, quũ humiliter demisseq; sentiret. 6 Paruis, τῶν μικρῶν. Vul. & Eras. pusillis. Præstiterit ei, συμφέρει αὐτῷ. Ad uerbũ, confert ei. Sed hoc uidetur cõparatè accipiendũ. sicut fecimus, mutato etiã tẽpore. Sic etiã paulo pòst uidetur λαλῶν usurpari pro ἄμωτον. Vul. & Eras. expedit. Vide suprà 5.c.29. Asinaria, ὀνικὸς, id est grãdis: ut opponatur trusatili, sicut annotat Hilarius. Nõnulli de mola inferiore intelligunt, quæ ὄνος uocatur, & crassior esse soleat, quum superiori substernatur. In uno manuscripto exemplari scriptum inuenimus λίθος μυλικὸς, lapis mo laris. In, ἐπὶ. Vetusta exemplaria pleraque scriptum habebant ἀπὸ: in uno tamen legimus περὶ, circa. Latini in hoc dicendi genere ferè utuntur præpositione de, uel ex. Cicero tamen in Verrem quinta cuiusdam meminit in oleastro suspensi. Profundo, πελάγει: id est, τῷ βάθει. πέλαγος enim dicitur, quod Latini altum uocant. postea uerò pelagus pro ipso mari cœptum est usurpari: & ita interpretatus essem, nisi adderetur τῆς θαλάσσης, maris.

8 Facit ut tu offendas, σκανδαλίζει σε. Vide suprà quinto, c. 29 & 30. Ea, αὐτὰ, Vulgata, eum: id est, αὐτὸν.

potius quàm duas manus uel duos pedes habentem conijci in ignem æternum.

Oculi erutio.

Et si oculus tuus facit, ut tu offendas, erue eum, & abijce abs te: bonum est tibi unoculum ingredi in uitam potius, quàm duos oculos habentem conijci in gehennam ignis.

Pueri. Angeli. Psal.35.b.8

Videte, ne contemnatis unum ex paruis istis: dico enim uobis, quòd angeli eorum in cœlis per omne tempus uident faciem Patris mei, qui in cœlis est.

Christus salus. Luc.19.b.10

Venit enim Filius hominis, ut seruet quod perierat.

Luc.15.a.4

Quid uobis uidetur? si fuerint alicui homini centum oues, & errauerit una ex eis, nonne relictis illis nonagintanouem, profectus in montes, quærit eam quæ errauerat?

Et si fiat ut inueniat eam, amen dico uobis, gaudet super eam magis, quàm super illis nonagintanouem quæ non errauerunt.

Ita non est uoluntas coram Patre uestro qui in cœlis est, ut pereat unus ex paruis istis.

Correptio. Leuit.19.d.17 Eccles.19.b.13 Luc.17.a.3 Iacob.5.d.18 Deut.19.b.5 Ioan.18.b.17 2.Cor.13.a.1 Heb.10.c.28 1.Corinth.5.c.9 2.Thes.3.d.14

Si uerò peccauerit in te frater tuus, abi, & argue eum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus es fratrem tuum.

Sin uerò te non audierit, accipe tecũ adhuc unũ aut duos: ut in ore duorum aut trium testium stet omne uerbum.

Quòd si neglexerit audire eos, dic Ecclesiæ: quòd si Ecclesiam audire neglexerit, sit tibi uelut quiuis Ethnicus, & quiuis Publicanus.

ἢ δύο χεῖρας ἢ δύο πόδας ἔχοντα βληθῆναι εἰς A
9 τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον.

καὶ εἰ ὁ ὀφθαλμός σου σκανδαλίζει σε, ἔξελε αὐ-
τὸν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ. καλόν σοί ἐστι μονόφθαλμον
εἰς τὴν ζωὴν εἰσελθεῖν, ἢ δύο ὀφθαλμοὺς ἔχον-
τα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός.

10 ὁρᾶτε μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν
τούτων. λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν ἐν οὐ-
ρανοῖς διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πα-
τρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς.

11 ἦλθε γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου σῶσαι τὸ ἀπο-
λωλός.

12 τί ὑμῖν δοκεῖ; ἐὰν γένηταί τινι ἀνθρώπῳ ἑκα-
τὸν πρόβατα, καὶ πλανηθῇ ἓν ἐξ αὐτῶν, οὐχὶ ἀφεὶς
τὰ ἐνενηκονταεννέα ἐπὶ τὰ ὄρη, πορευθεὶς ζη-
τεῖ τὸ πλανώμενον;

13 καὶ ἐὰν γένηται εὑρεῖν αὐτό, ἀμὴν λέγω ὑμῖν,
ὅτι χαίρει ἐπ' αὐτῷ μᾶλλον, ἢ ἐπὶ τοῖς ἐνενηκον-
ταεννέα τοῖς μὴ πεπλανημένοις.

14 οὕτως οὐκ ἔστι θέλημα ἔμπροσθεν τοῦ πατρὸς ὑμῶν
τοῦ ἐν οὐρανοῖς, ἵνα ἀπόληται εἷς τῶν μικρῶν τούτων. B

15 ἐὰν δὲ ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ὕπαγε,
καὶ ἔλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ μόνου. ἐὰν
σου ἀκούσῃ, ἐκέρδησας τὸν ἀδελφόν σου.

16 ἐὰν δὲ μὴ ἀκούσῃ, παράλαβε μετὰ σοῦ ἔτι
ἕνα ἢ δύο, ἵνα ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων ἢ τρι-
ῶν σταθῇ πᾶν ῥῆμα.

17 ἐὰν δὲ παρακούσῃ αὐτῶν, εἰπὲ τῇ ἐκκλησίᾳ·
ἐὰν δὲ καὶ τῆς ἐκκλησίας παρακούσῃ, ἔστω σοὶ
ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς καὶ ὁ τελώνης.

Potius quàm, ἤ. Aut ἢ καὶ positum est pro ἤπερ, aut subauditur μᾶλλον, sicut apud Homerum in illo uersiculo: ἐκδύσεμ' ἠὲ καὶ αὖθι σέθεν ἕνεκα, ἢ ἀποτίσω. lib. Iliad.α. Et in illo impio senario, ὄλωλε τύχῃ παλαιμόν ἢ φερεσσάκεϊ. Sic quoque apud Hebræos ferè subauditur particula בטרם ante בין, ut Psal.118.b.8 & 9. item Prouerb.3.b.13. In, εἰς. Vulgata & Erasmus, ad: id est, πρός. Nam etiam permutantur sæpe istæ præpositiones, sicut apud Hebræos ב, pro אל.

9 Vnoculum, μονόφθαλμον. Vulgata, unum oculum habentem. Erasmus, luscum: rectè quidem sensu expresso. Nam luscus Latinis dicitur qui altero captus est oculo, non is quem Galli uulgò uocant un louſche: Latini, strabonem, Græco etiam uocabulo. Nos tamen unoculum dicere uoluimus, ut Græcam compositionem imitaremur.

10 Per omne tempus, διὰ παντὸς. Subauditur χρόνου, quod ego expressi. Neque uideo cur minus Latinè dicatur, Per omne tempus, quàm ad omne tempus. Vulgata & Erasmus, semper: id est, ἀεί. 11 Venit enim, ἦλθε γάρ. Tota hæc periodus in nonnullis Græcis codicibus non reperitur. 12 Homini, ἀνθρώπῳ. Vetus interpres uel non legit, uel prætermisit, sed nulla sensus iniuria: quamuis nisi exprimas, subaudiri necesse sit, ut uis cõparationis intelligatur à minori ad maius. Profectus in montes, ἐπὶ τὰ ὄρη πορευθείς. Erasmus Veterem interpretem sequutus uertit, in montibus, & uadit. Coniungit enim ἐπὶ τὰ ὄρη cum præcedentibus: quo modo etiam legit Theophylactus, per montes cœlum intelligens. Sed hoc dicendi genus non ita est usitatum, & in plerisque antiquis exemplaribus hæc ita distincta sunt, ut ἐπὶ τὰ ὄρη coniungatur cum participio πορευθείς: quod melius conuenit. 14 Vnus, εἷς. Ita scriptum reperimus in ueteribus codicibus. Erasmus autem mauult legere ἓν, ut subaudiatur παιδίον. C

15 In ore, ἐπὶ στόματος. Hebraicè, פי-על: id est, sermone ac testimonio. Sic enim accipitur interdum Oris uocabulum pro sermone & loquutione: ut Num.3.c.16. Stet, יקום, id est, ratum firmumq; habeatur: quod Hebræis explicatur uerbo יקום. Verbum, ῥῆμα. Hebraicè דבר, id est negotium de quo agitur. 17 Neglexerit audire, παρακούσῃ: id est, non sit audire dignatus, aut se audire dissimularit. Nam hoc significat παρακούειν, sicut παρορᾶν dicuntur, qui non dignantur aspicere, uel fingunt se non uidere. Vulgata & Erasmus, non audierit: id est, μὴ ἀκούσῃ. Ecclesiæ, ἐκκλησίᾳ. Quidã nuper conuertit Reipublicę, huc fortasse respiciens, quòd in Iudicũ consortium etiã Leuitæ & Sacerdotes olim in Rep. Israelitica legebãtur, aut quia existimauit de negotijs forensibus hic agi: quod etiãsi illi concederẽ, minimè tamen ipsius interpretationẽ approbarẽ, quũ Reip. uocabulum pro ipso Senatus aut populi cõuentu usurpari nõ soleat: ut quid illud sit, dicere Reip. uix à quoquã intelligi posse uideatur. Sed de animi offensionibus hic agi & Senatu ecclesiastico (cuius iurisdictio à politici magistratus functione, in Ecclesia præsertim Christiana, apertissimè distinguitur) uel ex eo constat, quod de ligando & soluendo postea commemoratur. Neque enim Christus politicas leges præscribit. Hæc autẽ potestas ac iurisdictio penes synagogam erat, sicut liquet Ioan.9.d.22. item 12.f.42. Item 16.a.2. ut apud Iudæos idem fuisse uideatur pœnæ genus, ἀποσυνάγωγον γίγνεσθαι, atq; apud Christianos excommunicari. Porrò de Ecclesiæ uocabulo diximus suprà 16.c.18. Quiuis ethnicus, ἐθνικὸς: id est, profanus & alienus à religione. Non solent Sacri scriptores, ἔθνη & ἐθνικοὺς Græcè uocare eos qui Hebraicè גוים dicuntur, id est, qui erant alieni à Rep. Israelis, & fœdere promissionis non comprehendebantur: ut ait Paul. Ephes.2.c.12. Latini theologi postea (quorũ authoritatẽ libẽs sequor) Ethnicos Græco nomine appellarũt. Articulũ autẽ conati etiã sumus exprimere, qui hoc quidẽ loco est αὐτοῦ. Itaq; interpretati sumus particula indefinita, Quiuis. 18 In cœlo

A ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅσα ἐὰν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, 18 Amen dico uobis, quæcunque ligaueritis in terra, erunt ligata in cœlo: & quæcunq; solueritis in terra, erunt soluta in cœlo. Excommunicatio.

ἔσται δεδεμένα ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ ὅσα ἐὰν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένα ἐν τῷ οὐρανῷ.

πάλιν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν δύο ὑμῶν συμφωνήσωσιν ἐπὶ τῆς γῆς περὶ παντὸς πράγματος οὗ ἐὰν αἰτήσωνται, γενήσεται αὐτοῖς παρὰ τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. 19 Rursum dico uobis, quòd si duo ex uobis consenserint in terra de omni re quamcunque petierint, fiet eis à Patre meo qui in cœlis est. Orantes resipiscendi gratiam fratri.

οὗ γάρ εἰσι δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. 20 Vbi enim sunt duo uel tres coacti in nomine meo, illic sum in medio eorum

τότε προσελθὼν αὐτῷ ὁ Πέτρος, εἶπε· κύριε, ποσάκις ἁμαρτήσει εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου, καὶ ἀφήσω αὐτῷ; ἕως ἑπτάκις; 21 Tunc audiens eum Petrus, dixit: Domine quoties peccabit in me frater meus, & remittam ei? an usque septies? Fratri resipiscenti semper parcendum. Luc. 17.a.4.

λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· οὐ λέγω σοι, ἕως ἑπτάκις, ἀλλ' ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. 22 Dicit ei Iesus: Non dico tibi usque septies, sed usque ad septuagies septem.

διὰ τοῦτο ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ βασιλεῖ, ὃς ἠθέλησε συνᾶραι λόγον μετὰ τῶν δούλων αὐτοῦ. 23 Propterea assimilatum est regnum cœlorum cuidam regi, qui uoluit conferre rationem cum seruis suis.

ἀρξαμένου δὲ αὐτοῦ συναίρειν, προσηνέχθη αὐτῷ εἷς ὀφειλέτης μυρίων ταλάντων. 24 Et quum cœpisset conferre, oblatus est ei quidam debitor decies mille talentorum.

μὴ ἔχοντος δὲ αὐτοῦ ἀποδοῦναι, ἐκέλευσεν αὐτὸν ὁ κύριος αὐτοῦ πραθῆναι καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ τὰ τέκνα, καὶ πάντα ὅσα εἶχε, καὶ ἀποδοθῆναι. 25 Quum autem is nō posset reddere, iussit eum dominus eius uenundari, & uxorem eius, & liberos, & omnia quæ habebat, & reddi *debitum*.

B πεσὼν οὖν ὁ δοῦλος προσεκύνει αὐτῷ, λέγων· κύριε, μακροθύμησον ἐπ' ἐμοί, καὶ πάντα σοι ἀποδώσω. 26 Procidēs ergo seruus ille, adorabat eū dicens: Domine differ irā erga me, & omnia tibi reddā.

σπλαγχνισθεὶς δὲ ὁ κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου, ἀπέλυσεν αὐτὸν, καὶ τὸ δάνειον ἀφῆκεν αὐτῷ. 27 Commotus autem misericordia dominus serui illius, dimisit eum, & mutuum remisit ei.

ἐξελθὼν δὲ ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, εὗρεν ἕνα τῶν συνδούλων αὐτοῦ, ὃς ὤφειλεν αὐτῷ ἑκατὸν δηνάρια, καὶ κρατήσας αὐτὸν ἔπνιγε, λέγων· ἀπόδος μοι εἴ τι ὀφείλεις. 28 Egressus uerò seruus ille, inuenit unum ex conseruis suis, qui debebat ipsi cētum denarios: & prehensum eum suffocabat, dicens: Redde quod debes.

πεσὼν οὖν ὁ σύνδουλος αὐτοῦ εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, παρεκάλει αὐτὸν, λέγων· μακροθύμησον ἐπ' ἐμοί, καὶ πάντα ἀποδώσω σοι. 29 Procidēs ergo conseruus eius ad pedes eius, precabatur eum, dicens: Differ iram erga me, & omnia reddam tibi.

13 In cœlo, ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Quod hoc loco philosophatur Origenes in hoc genere dicendi, quum paulo antè Christus Petrum alloquēns, 16. c.19. dixerit plurali numero, ἐν τοῖς οὐρανοῖς, si quidem hæc sunt Origenis, non modò inepta sunt, sed etiam Hebrçorum linguę summam arguunt imperitiam. Appellant enim Hebrçi cœlos pluralis numero שמים. & in uno uetere exemplari diserté scriptum inuenimus, ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Res ipsa deniq; ostendit inanes speculationes prorsus uanas esse & inanes. 19 Rursum, πάλιν. In antiquis omnibus codicibus additum erat ἀμὴν, amen. Consenserint, συμφωνήσωσιν. Translatio est à corpore ad animum. Nam de uoce & cantu proprie id dicitur. 21 An usq;, ἕως: uel ut Erasmus, Num usque. Vide suprà 16. b.13. 22 Septuagies septem, ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. scilicet peccata: id est 490. posuit enim ingentem numerum pro infinito. Vetus interpres, septuagies septies, quem sequitur Erasmus: qui tamen in annotationibus obseruat eam interpretationem quam posui. 25 Non posset reddere, μὴ ἔχοντος ἀποδοῦναι. ἔχειν pro δύνασθαι, id est habere pro posse, frequenter ponitur. Itaq; hæc interpretatio simplicissima est. Vulg. non haberet unde redderet. Erasmus etiam longius à Græcis recedēs, Non esset soluendo, quod Grçcis significat, ἐχρέωστει οὐκ ἀποδοῦναι. Reddi *debitum*, ἀποδοθῆναι. Subaudi, τὸ ὀφειλόμενον, ut loquitur infrà d.30. Erasmus, fieri solutionem: sensu rectè expresso. 26 Ergo, οὖν. Vulgata &
C Erasmus, autem: id est, δέ. Seruus ille, ὁ δοῦλος. In uetustis codicibus, 2.4.8. additur ἐκεῖνος, ille. quo modo etiam legit Vetus interpres: quāuis appositus articulus satis declaret ἀναφορικόν. Adorabat, προσεκύνει. Admonet Erasmus se in nonnullis exemplaribus legisse παρεκάλει, id est, precabatur. pro quo Vetus interpres, orabat: nisi corrupta sint exemplaria. Differ iram erga me, μακροθύμησον ἐπ' ἐμοί. θυμὸς hoc loco iram significat, & quidem præcipitem, quam Galenus propriè ὀξυθυμίαν appellat: iræ acerbitatem & præcipitationem dicere possumus: quod Cicero excandescentiam commodissimè interpretari uidetur: animum autem Horatius in illo uersiculo, Ira furor breuis est, animum rege. unde & animosi Grçcis dicuntur θυμικοί, uel θυμοειδεῖς, arq; adeò θυμικοί. Est autem Galeno non parua differentia inter ὀξυθύμους καὶ θυμοειδεῖς: quo modo etiam apud Latinos non tantum inter iræ præcipitis, sed etiam inter acerbæ uehementisq; iracundiæ homines & animosos differentia maxima est. Irā igitur qui differre & cohibere possunt, dicūtur μακροθύμοι: quos nonnulli longanimes uocant, uocabulo parum Latino. & μακροθυμία idē penè est quod πραότης, lenitas & clementia: quę tamen à lentitudine, aut animi desponsione & demissione (quam Græci quoq; ἀθυμίαν uocāt) distinguitur. Necessariò autem periphrasim quæsiui, sed quæ uocabuli etymon ostenderet. Vul. patientiam habe. Eras. esto patiens. non satis propriè, ni fallor. 27 Dimisit, ἀπέλυσεν. Eras. absoluit. Atqui (ni fallor) absoluere dicitur debitor, qui soluit quod debet: nō creditor, qui debitū condonat. Mutuū, δάνειον. Vul. debitum: id est, ἐφείλημα. Eras. æs alienū. Mutuum autē impropriè hic dicitur, quod seruus ex facultatibus domini interuertit. 28 Suffocabat, ἔπνιγε. Erasmus longo usus circuitu, obtorto collo trahebat: sensu tamen fideliter expresso. Quod, ὅ τι. In omnib. uetustis legitur, ἄττι, siquid: sed perperam, ni fallor. 29 Ad pedes eius, εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ. Hęc omissa sunt à Vetere interprete & ab Erasmo, quum tamen in omnibus uetustis codicibus Grçcis reperiantur. Omnia, πάντα. Hoc deerat in ueteribus codicibus, 2.4.7.9.11.14.

30 Abiens,

Ille uerò noluit; sed abiens, cõiecit eum in car- 30
cerem, usquequo redderet debitum.

Quũ aũt uidissent conserui eius quę facta fue- 31
rant, tristes facti sunt uchementer: & quum ue-
nissent, plana fecerunt domino suo omnia quæ
facta fuerant.

Tunc quum aduocasset eum dominus suus, 32
dicit ei: Serue male, totum debitum illud remisi
tibi, quia precatus es me.

Non ne oportuit & te misereri conserui tui, 33
ut & ego tui misertus sum?

Tunc iratus dominus eius, tradidit eum 34
tortoribus, usquequò redderet totum quod de-
bebatur sibi.

Ita & Pater meus cœlestis faciet uobis, nisi re- 35
miseritis suo quisq; fratri ex cordibus uestris of-
fensas eorum.

ὁ δὲ οὐκ ἤθελεν, ἀλλὰ ἀπελθὼν ἔβαλεν αὐτὸν A
εἰς φυλακὴν, ἕως οὗ ἀποδῷ τὸ ὀφειλόμενον.

ἰδόντες δὲ οἱ σύνδουλοι αὐτοῦ τὰ γενόμενα,
ἐλυπήθησαν σφόδρα, καὶ ἐλθόντες διεσά-
φησαν τῷ κυρίῳ αὑτῶν πάντα τὰ γενό-
μενα.

τότε προσκαλεσάμενος αὐτὸν ὁ κύριος αὐ-
τοῦ λέγει αὐτῷ· δοῦλε πονηρὲ, πᾶσαν τὴν ὀφει-
λὴν ἐκείνην ἀφῆκά σοι, ἐπεὶ παρεκάλεσάς με.

οὐκ ἔδει καὶ σὲ ἐλεῆσαι τὸν σύνδουλόν σου,
ὡς κἀγὼ σε ἠλέησα;

καὶ ὀργισθεὶς ὁ κύριος αὐτοῦ, παρέδωκεν
αὐτὸν τοῖς βασανισταῖς, ἕως οὗ ἀποδῷ πᾶν τὸ ὀ-
φειλόμενον αὐτῷ.

οὕτω καὶ ὁ πατήρ μου ὁ ἐπουράνιος ποιήσει ὑ-
μῖν, ἐὰν μὴ ἀφῆτε ἕκαστος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἀπὸ
τῶν καρδιῶν ὑμῶν τὰ παραπτώματα αὐτῶν.

CAP. XIX.

Mat. 19. a. 1

ET factum est, quum finissset Iesus sermones 1
istos, soluit à Galilęa, & uenit in fines Iudęę,
traiecto Iordane.

Sanantur infirmi. Vxor ob solam fornicationem dimittenda.

Et sequuta est eum turba multa, sanauit que 2
eos illic.

Tunc adierunt eum Pharisæi, tentantes eum, 3
& dicentes ei: Licet ne homini dimittere uxorẽ
suam quauis ex causa?

Gen. 1. d. 24

Ille uerò respondens, ait eis: Non legistis 4
quòd opifex ab initio, masculum & fœminam
fecit eos?

Gen. 2. d. 24. 1. Corin. 6. d. 16. Ephes. 5. g. 31

Et dixit: Propterea relinquet homo patrem 5
& matrem, & adglutinabitur uxori suæ: & qui
duo erant, fient caro una.

ΚΕΦΑΛ. ιθ.

ΚΑΙ ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς λόγους 1
τούτους, μετῆρεν ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἦλθεν B
εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας, πέραν τοῦ Ἰορδάνου.

καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοί, καὶ ἐ-
θεράπευσεν αὐτοὺς ἐκεῖ.

καὶ προσῆλθον αὐτῷ οἱ φαρισαῖοι, πειράζοντες 3
αὐτὸν, καὶ λέγοντες αὐτῷ, εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ ἀπο-
λῦσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν;

ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς· οὐκ ἀνέγνωτε, 4
ὅτι ὁ ποιήσας ἀπ' ἀρχῆς, ἄρσεν καὶ θῆλυ
ἐποίησεν αὐτούς;

καὶ εἶπεν· ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος 5
τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται
τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.

30 Abiens, ἀπελθὼν. Vel abundat hoc participium ex uulgata loquendi consuetudine, sicut pleraque alia: uel simplicẽ motum declarat. Neque enim existimandum est, creditorem ab illius latere discessisse, sed potius illũ per uim rapuisse in carcerem. Itaque rectius fortasis uerterimus Pergens, quàm abiens. 31 Quæ facta fuerant, τὰ γενόμενα. In 3. 6. 8. 9. codicibus legitur γινόμενα, quæ fiebant: quo modo uertit Erasmus & Vetus interpres. Plana fecerunt, διεσάφησαν. Vulgata, narrarunt: id est, διηγήσαντο. Erasmus, aperuerunt: id est, ἀνοίξαν. 33 Non ne oportuit, οὐκ ἔδει. In secundo exemplari additur σὲ, ergo. 35 Offensas eorum, τὰ παραπτώματα αὐτῶν. Hoc non legit Vetus interpres, neq; Hieronymus: sed nisi addas, absolutè ponetur uerbum ἀφίναι: quod uix alibi reperias. Præterea in omnibus Græcis codicibus hæc scripta inuenimus.

IN CAP. XIX.

1 Finisset, τελέσῃ. Vulgata & Erasmus, consummasset: quod melius respondet composito συντελῶν. Interdum tamen etiam consummandi uocabulo utimur, præsertim in passiuo, ut amphiboliam uitemus. Soluit, μετῆρε. Vulgata, migrauit. Erasmus, demigrauit: id est, μετῴκησε. Vide suprà cap. 13. g. 53. Traiecto Iordane, πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Vulgata & Erasmus ad uerbum, trans Iordanem. Sed illo modo malui conuertere, ne existimaret lector Iordanem interiectum esse inter Iudæam & Galilæam. Describitur enim hoc loco non situs Iudææ, sed iter quo Dominus contendit in Iudæam, nimirum per eam regionem quę Peræa dicitur, ut apertius explicat Marcus, qui addit, διὰ τοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου, quum posset Christus per Samariam non traiecto lacu in Iudæam peruenire. 3 Dimittere, ἀπολῦσαι. De hoc uerbo diximus suprà cap. 1. c. 19. Erasmus, diuortium facere: periphrasi minimè (ut opinor) necessaria. Quauis ex causa, κατὰ πᾶσαν αἰτίαν: uel, in quouis crimine? Nam αἰτία & causam & crimen declarat. In quinto exemplari legitur ἁμαρτίαν, peccato. 4 Non, οὐκ: id est, annon: de quo diximus suprà capite decimosexto, b. 13. Opifex, ὁ ποιήσας. Vulgata & Erasmus ad uerbum, qui fecit: quod perobscurũ est, nisi addideris αὐθρωπος: id est, hominem. Placuit igitur potius ex Hebræo idiotismo accipere pro participio absoluto, id est, תחלה uel, תשׁית, ut loquuntur Hebræi. Græci disertiores dicerent, ὁ δημιουργὸς. Latinè autem uerbali nomine hoc explicandum est. Sic etiam suprà octauo, d. 33. appellatione τῶν βοσκόντων, intelliguntur pastores. 5 Relinquet, καταλείψει. Vulgata, dimittet: quod respondet, τῷ ἀφήσει. Erasmus, deseret. quod durius est, & melius uidetur respõdere, τῷ ἐγκαταλείψει. Adglutinabitur, προσκολληθήσεται. Vulgata, adhærebit, κολληθήσεται. Erasmus, quem hic sequor, optimè expressit Græcum uocabulum, quo significatur arctissima coniunctio uiri & uxoris, quasi glutine coniunctorum. Qui duo erant, fient caro una, ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Vul. & Eras. ad uerbũ, erunt duo in carne una, uel in carnẽ unã. Ego putaui primùm explicãdã esse uim articuli οἱ, quo significatur conditio coniugũ ante matrimoniũ: quod cõmodissimè exprimeremus totidẽ uerbis uernacula nostra lingua, les deux seront une personne. Latinè uerò nõ itẽ. Deinde illustrãdus est omnino hic Hebraismus, quo uix quicquã dici potest obscurius in Latino sermone. Itaq; scicdũ est uerbũ ἔσονται, erunt, accipi pro γενήσονται, id est fiẽt: ut in illis

A ut in illis dicendi formulis, Esto mihi in protectorem, Eris nobis in caput. Præterea præpositio à Latinis exprimi non soler in hoc dicendi genere, nisi quum dicimus, esse pro amico. id est amici loco: quod Hebræi dicerent, Esse in amicum. qui sensus huic loco non conuenit. Deniq; una caro nihil aliud declarat, quàm unum hominem, siue unum corpus: ut explicatur 1. Cor. 7. b. 16. quem hebraismum retinuimus, quia non est tam obscurus, quin facilè intelligi possit: quum frequentissimè soleat in Sacris scriptoribus occurrere. Hic ergo sensus est: Qui antè duo erant homines, incipiunt quasi unus homo esse. quod ipse postea explicat.

ὥστε οὐκέτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ σὰρξ μία· ὃ οὖν ὁ θεὸς 6
συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω.

Itaque non amplius sunt duo, sed una caro. quod ergo Deus coniunxit, homo ne seiungat.

λέγουσιν αὐτῷ· τί οὖν Μωσῆς ἐνετείλατο 7
δοῦναι βιβλίον ἀποστασίου, καὶ ἀπολῦσαι αὐτήν;

Dicunt ei: Cur ergo Moses mandauit dare libellum absceſsionis, ac dimittere eam? *Libellus repudij.* Deut. 24. 2.

λέγει αὐτοῖς· ὅτι Μωσῆς πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν 8
ὑμῶν ἐπέτρεψεν ὑμῖν ἀπολῦσαι τὰς γυναῖκας ὑμῶν, ἀπ' ἀρχῆς δὲ οὐ γέγονεν οὕτω.

Dicit eis: Moses pro duritia cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras: cæterùm à principio non fuit ita.

λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα 9
αὐτοῦ, εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται· καὶ ὁ ἀπολελυμένην γαμήσας, μοιχᾶται.

Dico autem uobis, quòd quicunq; dimiserit uxorem suam, nisi ob scortationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur. Suprà 5. c. 32. Mar. 10. b. 11. Luc. 16. d. 18. 1. Cor. 7. b. 11.

λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· εἰ οὕτως ἐστὶν 10
ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναικός, οὐ συμφέρει γαμῆσαι.

Dicunt ei discipuli eius: Si ita est causa hominis cum uxore, non confert contrahere matrimonium.

ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον 11
B τοῦτον, ἀλλ' οἷς δέδοται.

Ipse uerò dixit eis: Non omnes capiunt hunc sermonem, sed quibus datum est.

εἰσὶ γὰρ εὐνοῦχοι, οἵτινες ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐ- 12
γεννήθησαν οὕτω· καί εἰσιν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· καὶ εἰσὶν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς, διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω.

Sunt enim eunuchi, qui ex matris utero nati sunt ita: & sunt eunuchi qui castrati sunt ab hominibus: & sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum. qui potest capere, capiat. *Eunuchi.*

τότε προσηνέχθη αὐτῷ παιδία, ἵνα τὰς χεῖ- 13
ρας ἐπιθῇ αὐτοῖς, καὶ προσεύξηται. οἱ δὲ μαθηταὶ ἐπετίμησαν αὐτοῖς.

Tunc oblati sunt ei pueruli, ut manus eis imponeret, & oraret: discipuli autem obiurgarunt eos. *Manuum impositio cum oratione.* Mar. 10. b. 13. Luc. 18. c. 15.

ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν· ἄφετε τὰ παιδία, καὶ μὴ 14
κωλύετε αὐτὰ ἐλθεῖν πρός με· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

Iesus uerò ait: Sinite puerulos, & ne prohibeatis eos ad me uenire: taliũ est enim regnum cœlorum. Suprà 18. 2. 3. *Paruuli.*

6 Coniunxit, συνέζευξεν, uel coniugauit. Vnde coniuges dicti, & coniugium: quod uocabulum Græco penitus respondet, seruata etiam translatione à iugo. Erasmus, copulauit. Seiungat, χωριζέτω. Vulgata & Erasmus, separet. quod uocabulum melius exprimit τὸ ἀφορίσαν, ut alibi diximus. Neq; tamen ignoro, seiungere opponi τῷ ἀποξενοῦν, quo uerbo utitur Euripides de hac eadem re, id est, de matrimonij dissolutione loquens. Sed quum necessariò quærendũ esset synonymum, illud præ cæteris delegi quod cum superiore συζεύγνυμι pugnat ex diametro.

8 Pro duritia cordis uestri, πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν. πρὸς hoc loco accipitur uel pro διὰ, ut apud Plutarchum, πρὸς ἀρετὴν, id est, habita uirtutis ratione, & pro meritis: uel pro διὰ, ut apud Aristoph. πρὸς ταῦτα, pro διὰ ταῦτα, id est idcirco: quæ utraque significatio conuenit Latinæ præpositioni Pro. Dicunt enim Latini, Pro amore mutuo, id est amoris mutui causa: & Pro loco uel tempore, id est quod ineptè dicitur, pro loci & temporis qualitate. Vulga-
C ta & Erasmus ad uerbum, ad duritiam cordis uestri. 10 Ita est, οὕτως ἐστὶν: pro, talis est. Terentius Phorm. Ita ingenium eius fuit. Contrahere matrimonium, γαμῆσαι. Græcis, γαμεῖν, proprie de marito dicitur, sicut γαμεῖσθαι, de uxore: quo modo etiam Latinis uir uxorem ducere dicitur, mulier uerò nubere. Sed hoc loco agi uidetur de matrimonio in genere. Vide infrà cap. 22. c. 30. 11 Capiunt: χωροῦσι, id est, recipiunt, & admittunt: sicut translatitiè quo angustum locum dicimus non posse res multas capere. Vnde χώριον locus dicitur: alioqui quum neutrum est τὸ χωρεῖν, aliud declarat, ut suprà 15. b. 17. Significat ergo Christus hanc doctrinam in ijs locum non habere, quibus hoc non datum est: quia scilicet non omnium communis, aut in cuiusuis arbitrio posita uirtus est continentia, sed rarum donum Spiritus sancti. Erasmus per periphrasim, sunt capaces. 12 Ex utero, ἐκ κοιλίας. Proprie & ad uerbum, è uentre. Certè nemini dubium esse potest, quin de utero loquatur, ut catachresis ista in omnibus linguis locum habet: sed quia paulo durior erat Latinis, ut ferè fit poetica, sequutus sum Veterem interpretem & Erasmum. κοιλία porrò & γαστὴρ, non modò apud medicos, uerum etiam apud reliquos omnes ferè scriptores, nunc pro uentriculo, nunc pro uentre propriè dicto, nunc pro utero accipitur. Castrati sunt, εὐνουχίσθησαν. Vulgata & Erasmus, eunuchi facti sunt: qui tamen paulo post interpretantur, εὐνουχίσαν, castrare. εὐνοῦχος autem Græcis medicis (quod etiam Institutiones Græcæ libro primo de Adoptionibus testantur) generis nomen est, quod in spadones, thlibias, & castratos diuiditur. εὐνοῦχος porrò (ut Phauorinus docet) dictus est, διὰ τὸ τὴν εὐνὴν ἔχειν, hoc est ab eo quòd lectum reginarum (quod satis notum est, uel etiam ex octauo capite Actorum) ac uirginum custodiant. ἔχειν enim Græcis non raro idem est quod φυλάσσειν. Alijs uerò placet Eunuchum dici, παρὰ τὸ εὖ τὰς εὐνὰς ἔχειν, τὴν ἀπολλάξαι τὸν ἀφροδισίων. εἰσὶ γὰρ τὰ εὐνουχισθέντα ἀδένα ἀνάλυτα. Quæ ratio mihi probabilior uidetur. Cæterùm spadones Græcis quoque ὑποσπαδίαι dicuntur. de quibus Galenus libro decimoquinto De usu partium corporis humani. Quam quidem Galeni sententiam confirmat Cælius libro Lection. antiq. decimooctauo, capite decimo: adeò ut Iurisconsultus ff de uerb. sign. l. spadonum. minus rectè spadonis appellationem uniuersalem esse tradiderit.

Et quum

Et quum imposuisset eis manus, profectus est illinc. 15 καὶ ἐπιθεὶς αὐτοῖς τὰς χεῖρας, ἐπορεύθη ἐκεῖθεν. A

Mar. 10. b. 17 Luc. 18. d. 18

Et ecce, quidam accedens, dixit ei: Magister bone, quid boni faciam ut habeã uitã æternam? 16 καὶ ἰδοὺ εἷς προσελθὼν, εἶπεν αὐτῷ· διδάσκαλε ἀγαθὲ, τί ἀγαθὸν ποιήσω, ἵνα ἔχω ζωὴν αἰώνιον;

Bonus Deus. Mandata seruanda. Exod. 20. c. 13

Ipse uerò dixit ei: Cur me dicis bonum? nullus est bonus, nisi unus, nempe Deus. Si uis autem ad uitam ingredi, serua mandata. 17 ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ· τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς, ὁ θεός. εἰ δὲ θέλεις εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν, τήρησον τὰς ἐντολάς.

Dicit ei, Quæ? Iesus autem dixit: Non occides, Non mœchaberis, Non furaberis, Non dices falsum testimonium. 18 λέγει αὐτῷ, ποίας; ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπε· τὸ, οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ κλέψεις, ὁ ψευδομαρτυρήσεις,

Honora patrem & matrem. Et, Diliges proximum tuum ut teipsum. 19 τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα. καὶ, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σαυτόν.

Dicit ei adolescens: Omnia hæc custodiui à iuuentute mea: quo amplius deficior? 20 λέγει αὐτῷ ὁ νεανίσκος· πάντα ταῦτα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου· τί ἔτι ὑστερῶ;

Perfectus. Vendere possessiones. Thesaurus.

Ait ei Iesus: Si uis perfectus esse, abi, uende quæ sunt tibi, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo: & ueni, sequere me. 21 ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, ὕπαγε, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ· καὶ δεῦρο, ἀκολούθει μοι.

Quum audisset autẽ adolescẽs eũ sermonem, abijt tristis factus: habebat enim bona multa. 22 ἀκούσας δὲ ὁ νεανίσκος τὸν λόγον, ἀπῆλθε λυπούμενος· ἦν γὰρ ἔχων κτήματα πολλά.

Diues. Iesus autem dixit discipulis suis: Amen dico uobis, quòd diues difficilè introibit in regnum cœlorum. 23 ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι δυσκόλως πλούσιος εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. B

Rursum uerò dico uobis: Facilius est camelũ 24 πάλιν δὲ λέγω ὑμῖν, εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον

17 Dicis, λέγεις. In secundo & octauo exemplaribus ita leguntur sequentia, τί με ἐρωτᾷς περὶ τοῦ ἀγαθοῦ; εἷς ἐστιν ὁ ἀγαθός. εἰ δὲ θέλεις. id est: Quid me interrogas de bono? unus est bonus. Si uis autem. quam lectionem sequutus est Vetus interpres, interposito tantum Dei nomine. sic enim uertit, Vnus est bonus, Deus: pro quo mallem dicere. Vnus Deus bonus est: uel addere particulam Nempe, sicut fecit Erasmus, ad illustrandam sententiam. 18 Quæ? ποίας, id est, τίνας; Nam τὸ ποῖος, proprie de qualitate quærit. Sic in uernaculo sermone utimur interrogantibus particulis, quels, & desquels, etiam quum de substantia quærimus. τὸ, articulum hunc præponere solent Græci ijs quæ τυχικῶς, & (ut Grammatici Latini loquuntur) materialiter accipiuntur. Nos prætermittere maluimus, quàm nõ satis commodè interpretari, quum Latini articulis careant. Non occides, οὐ φονεύσεις id est, Ne occidas. quæ ratio in cæteris præceptis locum habet. Vetus interpres & Erasmus uerterunt per periphrasim, Non facies homicidium: fortasis ut ansam calumniandi Manichæis præciderent, qui animalium etiam quorumuis cædem arbitrabantur hoc præcepto inhiberi. Non mœchaberis, οὐ μοιχεύσεις. De hoc alibi diximus. Non furaberis, οὐ κλέψεις. Vulgata & Erasmus periphrasi minimè necessaria, Non facies furtum. 19 Matrem, μητέρα. In primo ueteris exemplari erat additum pronomen σου, id est tuam. Et, καὶ. Vetus interpres hanc particulam non legit. Origenes totũ hoc supposititi esse arbitratur, καὶ ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σαυτόν. primùm, quòd apud Marcum & Lucam ni hil addatur eiusmodi. Deinde, quòd res eadem iteretur. Postremò. quia quum (ut testatur Apostolus Rom. 13. c. 9.) his uerbis tota Lex contineatur, non conuenit ut dicatur adhuc aliquid ei deesse qui hæc omnia præstiterit. Respõdeo, si hoc præscriptum sequamur, ut quę in eadem historia explicanda apud omnes Euangelistas non reperiuntur, ea ut adulterina repudiemus. fore ut bonam Euangeliorum partem deleamus. cuius rei exemplum nobis suppeditat uel illud. quòd Lucas solus de altero latronum commemorat, adeò quidem ut etiam à Matthęo dissentire uideatur. nisi cõmoda asseratur interpretatio. Deinde hæc iterationis species facilè excusari potest, non modò si καὶ dixerimus poni in epexegesi, ut in illo Virgilij Iudicium Paridis, spretęq; iniuria formæ: sed etiam si rem ipsam spectemus. Loquitur enim ὑμαρτικώτερον, qui diligere iubet, quàm qui uetat damno afficere. Præterea C quamuis in loquendo & scribendo frequentius soleat præponi totum quidpiam, quod deinde in suas partes secetur: interdum tamen contrarius ordo instituitur, quum nulla ratio prohibeat quo minus id rectè fiat, ut 1. Cor. 10. g. 32. Quòd autẽ ad postremam rationẽ attinet, ea satis indicat Origenẽ non uidisse quid hic ageretur. Neq; enim iuuenis iste uerè respondit sese præcepta illa omnia impleuisse: neq; sua responsione hoc illi concedit Dominus. sed quum longissimè abesset ab eo. quod sese existimabat consequutum, hunc morbum in ipsius animo latentem detexit Dominus, proposito illi summæ charitatis exemplo, ex quo is demum intelligeret quàm temerè respondisset. Sed hic quoq; hallucinatum esse Origenem, nemo mirabitur, qui ipsius in Epistolam ad Romanos cõmenta legerit, quibus præcipuũ religionis nostræ caput uir ille fœdissimè profanauit. 20 Quo amplius deficior? τί ἔτι ὑστερῶ; ὑστερῶν, restare significat, & tardius uenire. Inde factum, ut etiã pro defici accipiatur, neutri absoluti significatione. Vulgata & Erasmus, Quid adhuc mihi deest? 21 Quæ sunt tibi, σοῦ τὰ ὑπάρχοντα: id est, bona tua & facultates. Vulgata & Erasmus, quæ habes, ἃ ἔχεις. Pauperibus, πτωχοῖς. πτωχοὶ proprie dicuntur mendici: πένητες autẽ pauperes, id est qui honestam inopiam tolerant: quo modo distinxit pauperiem à mendicitate Martialis hoc uersiculo: Non est pauperies, Nestor, habere nihil. Itaq; nonnulli suprà 5. a. 3. & Lucæ 4. c. 8. & 6. c. 20. πτωχοὺς malunt cõuertere mendicos quàm pauperes. Sed hæc differentia non est perpetua. Videtur autẽ pauperes hic uocare qui à Salomone dicũtur דלים. Prouerb. 22. b. 9. scilicet quos inopia totos exedit: qui alia ratione אביונים dicuntur, Latinè mendici. 22 Habebat enim, ἦν γὰρ ἔχων. Vul. & Eras. ad uerbum, erat enim habẽs: quẽ Hebraismũ minimè necesse fuit hoc loco retinere. Bona, κτήματα. Vul. & Eras. ad uerbũ, possessiones: sed (ni fallor) apud Latinos non tã latè paret hoc uocabulũ, quàm quæ Græci κτήματα uocant. Illis enim possessio tãtùm fundos declarat, quũ κτημάτων appellatione intelligatur quicquid ab aliquo possidetur. 24 Facilius, εὐκοπώτερόν: id est, ῥᾷον. Nã Græcorum copiam assequi non possumus. Itaq; sæpius, quàm uelimus, uti cogimur synonymis. Ad uerbum, leuioris est laboris. Camelum, κάμηλον. Quidam hoc uocabulo anchorarium funem intelligunt, & κάμηλον hac significatione

A fication scribunt Ego uerò illis assentior, qui Camelum pro animali accipiunt, tãtisper dum illi opinionem suam idonei scriptoris alicuius authoritate confirmarint.

λον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος εἰσελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰσελθεῖν.

per foramen acus transire, quàm diuitem in regnum Dei introire.

ἀκούσαντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἐξεπλήσσοντο σφόδρα, λέγοντες, τίς ἄρα δύναται σωθῆναι; 25

Auditis autē his discipuli eius perculsi sunt ualde, dicentes: Quis ergo potest seruari?

ἐμβλέψας δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· παρὰ ἀνθρώποις τοῦτο ἀδύνατόν ἐστιν, παρὰ δὲ θεῷ πάντα δυνατά ἐστι. 26

Intuitus autem Iesus, dixit eis: Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt. *Salus à Deo.*

τότε ἀποκριθεὶς ὁ Πέτρος, εἶπεν αὐτῷ· ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι· τί ἄρα ἔσται ἡμῖν; 27

Tunc respondens Petrus, dixit ei: Ecce, nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te: quid ergo erit nobis? *Relinquere omnia, & Christũ sequi.*

ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὑμεῖς οἱ ἀκολουθήσαντές μοι ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ, ὅταν καθίσῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καθίσεσθε καὶ ὑμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνους, κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ. 28

Iesus autem dixit eis: Amen dico uobis, quòd uos qui secuti estis me, in regeneratione quũ sederit Filius hominis in throno gloriæ suæ, sedebitis & uos super thronos duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. *Marc. 10. d. 21. Luc. 18. c. 28.* *Luc. 22. c. 30.*

καὶ πᾶς ὃς ἀφῆκεν οἰκίας, ἢ ἀδελφούς, ἢ ἀδελφάς, ἢ πατέρα, ἢ μητέρα, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἢ ἀγροὺς, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου, ἑκατονταπλασίονα λήψεται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει. 29

Et omnis qui reliquerit domos, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut liberos, aut agros, causa nominis mei: centuplicia accipiet, & uitam æternam hæreditatis iure possidebit.

πολλοὶ δὲ ἔσονται πρῶτοι, ἔσχατοι· καὶ ἔσχατοι, πρῶτοι. 30

Multi autem primi, erunt ultimi: & ultimi, primi. *Marc. 10. f. 31. Luc. 13. f. 30.*

ΚΕΦ. κ'.

CAP XX.

ΟΜοία γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ἥτις ἐξῆλθεν ἅμα πρωῒ μισθώσασθαι ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ. 1

SImile enim est regnum cœlorum cuidam patrifamiliâs, qui exiit cum prima luce ad conducendos operarios in uineam suam. *Operarij conducuntur in uineam.*

συμφωνήσας δὲ μετὰ τῶν ἐργατῶν ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν, ἀπέστειλεν αὐτοὺς εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ. 2

Pactus autem cum operarijs denario in diem, misit eos in uineam suam.

καὶ ἐξελθὼν περὶ τὴν τρίτην ὥραν, εἶδεν ἄλλους ἑστῶτας ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀργούς, 3

Et egressus circa horam tertiam, uidit alios stantes in foro ociosos:

κἀκείνοις εἶπεν· ὑπάγετε καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν ἀμ- 4

Et illis dixit, Abite & uos in uineã: & quod-

Introire, εἰσελθεῖν. Vulgata, intrare. de quo alibi diximus. Erasmus, ingredi: quo modo etiam nos plerunq. Sed hic studuimus seruare paronomasiam τοῦ εἰσελθεῖν & εἰσελθεῖν. Vtroq; tamen loco legitur εἰσελθεῖν in uetustis codicibus 5.7.8.12.14. 25 Perculsi sunt, ἐξεπλήσσοντο. Virgilius 9. Aeneid. Obstupuit magno laudum perculsus amore Euryalus. Vulgata, mirabantur: id est, ἐθαύμαζον. Erasmus, expauerunt: id est, ἐδείμαινον. Vide supra 7. d. 28. Ergo, ἄρα. ἆρα hoc loco non tantùm est particula interrogans, sed etiam illatiua, ut Grammatici loquuntur. Itaque rectè conuersa est quasi scriptum esset εἰῶ. quãuis Erasmus in annotationib. malit interpretari, quinam. 27 Ecce, ἰδοὺ. In sexto exemplari legitur, ἰδοὺ κύριε: id est, ecce Domine. 28 In regeneratione, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ. Hæc ita distincta sunt in ueteribus codicibus 3.4.5.7.12. ut ad sententiam sequentem pertineant: quo modo etiam ferè legi solet: in alijs autem sic, ut cum præcedentibus cohæreant. si prior illa lectio magis arridet, παλιγγενεσία pro eo die sumitur quo incipient electi nouam illam uitam uiuere, quum scilicet corpore & animo fruentur hæreditate illa cœlesti. Throno, θρόνου. Vulgata & Erasmus, sede: id est, καθέδρας. Thronus autem augustius aliquid significare uidetur. regni scilicet soliũ. Gloriæ, δόξης. Hebraismus, id est glorioso & maiestatis pleno. 29 Domos, οἰκίας. In secundo & septimo codice legitur οἰκίας, id est domum. Centuplicia, ἑκατονταπλασίονα. Vulgata & Erasmus, centuplum. Vide Marci 10. b. 30. Hæreditatis iure possidebit, κληρονομήσει. Vide supra 5. a. 5.

IN CAPVT XX.

1 Enim, γάρ. Hanc particulam omisit uetus interpres. Cuidam patrifamiliâs, ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ. Abundat, ἀνθρώπῳ, uel pro τινὶ ponitur ex Hebræi sermonis consuetudine. Sic etiam Herodotus in Thalia dixit, ἀνὴρ ἄλλος: Homerus, βαλιφέρων ἄνδρα. Et Sallustius, mulier ancilla: pro, ancilla quædam. Cum prima luce, ἅμα πρωΐ. Sic loqui solet Cicero. Nam hoc est quod ait Demosthenes, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ. Ad uerbum, cum manè. Vulgata, primo mane. Erasmus, diluculo: id est, ἑῳθινῷ. 2 Pactus, συμφωνήσας. Vulgata & Erasmus, Conuentione facta. συμφωνῶν (ut iam antè diximus) 18. c. 19. uocabulum est musicorum proprium, quum ex diuersis uocibus unum efficiunt concentum. Inde factum, ut pro consentire accipiatur, & in contractibus faciendis communi consensu aliquid pacisci: quo modo etiam Erasmus infrà interpretatur uersu 13. Denario, ἐκ δηναρίου. Vulgata ad uerbum, ex denario. Sed (ut annotat Erasmus) Latini non exprimunt præpositionem. In diem, τὴν ἡμέραν. Subauditur ἑκάστὴ distributiua particula: sed cuius non uidetur propria significatio hic usurpari, quum de uno tantùm die agatur, cui tota uita hominis confertur. Sic Ouidius, Iniq; diem alipedum ius & moderamen equorum. Itaque non malè conuertit uetus interpres, Diurno, si sensum spectes. Erasmus autem non item, qui interpretatur, In singulos dies. 3 Egressus, ἐξελθών. Quum ter repetatur hoc uerbum in hac similitudine, eodem semper modo conuertere malui, quàm modò per participium Egressus, modò per uerbum Exijt, sicut uideo feciisse Veterem interpretem, quem sequitur Erasmus.

cunque iustum fuerit, dabo uobis.

Illi autem abierunt. Rursum egressus circa sextam & nonam horam, fecit itidem.

Circa horam autem undecimam egressus, inuenit alios stantes ociosos, ac dicit eis: Cur hic statis totum diem ociosi?

Dicunt ei: Quia nemo nos cõduxit. Dicit eis: Abite & uos in uineam: & quicquid fuerit iustum, accipietis.

Quum autem serum diei esset, dicit dominus uineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde eis mercedem, incipiens ab ultimis usque ad primos.

Et quum uenissent qui circa undecimã horã conducti fuerant, acceperunt singuli denarium.

Venientes autẽ & primi, existimarunt quòd plus essent accepturi: sed acceperunt ipsi quoq; singuli denarium.

Et quum accepissent, murmurabant aduersus patremfamiliâs,

Dicentes: Isti ultimi unam horam opus fecerunt, & eos æquales nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, & æstum.

Ipse uerò respondens, dixit uni ex ipsis: Amice, non facio tibi iniuriam, nónne denario pactus es mecum?

Tolle quod tuum est, & abi: uolo autem huic ultimo dare ut & tibi.

Oculus nequã. Supra 19.d.13. Marc.10.e.31. Luc.13.f.40. Infra 22.b.14.

An non licet mihi quod uolo, facere in meis? an oculus tuus malus est, quòd ego bonus sim?

Sic ultimi, erunt primi: & primi, ultimi. multi enim sunt uocati, pauci uerò electi.

Et ascendens Iesus Ierosolyma, assumpsit duodecim discipulos suos priuatim in uia, & dixit eis:

Passionem suã prædicit apostolis Christus. Marc.10.e.32. Luc.18.e.31.

Ecce ascendimus Hierosolyma, & Filius hominis tradetur principibus sacerdotum ac scribis, & condemnabunt eum morte:

πιλᾶνα, καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον, δώσω ὑμῖν. A

οἱ δὲ ἀπῆλθον. πάλιν ἐξελθὼν περὶ ἕκτην καὶ ἐννάτην ὥραν, ἐποίησεν ὡσαύτως.

περὶ δὲ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν ἐξελθὼν, εὗρεν ἄλλους ἑστῶτας ἀργούς, καὶ λέγει αὐτοῖς· τί ὧδε ἑστήκατε ὅλην τὴν ἡμέραν ἀργοί;

λέγουσιν αὐτῷ· ὅτι οὐδεὶς ἡμᾶς ἐμισθώσατο. λέγει αὐτοῖς· ὑπάγετε καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν ἀμπελῶνα, καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον, λήψεσθε.

ὀψίας δὲ γενομένης, λέγει ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος τῷ ἐπιτρόπῳ αὐτοῦ· κάλεσον τοὺς ἐργάτας, καὶ ἀπόδος αὐτοῖς τὸν μισθόν, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν ἐσχάτων ἕως τῶν πρώτων.

καὶ ἐλθόντες οἱ περὶ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν, ἔλαβον ἀνὰ δηνάριον.

ἐλθόντες δὲ οἱ πρῶτοι, ἐνόμισαν ὅτι πλείονα λήψονται· καὶ ἔλαβον καὶ αὐτοὶ ἀνὰ δηνάριον.

λαβόντες δὲ ἐγόγγυζον κατὰ τοῦ οἰκοδεσπότου,

λέγοντες, ὅτι οὗτοι οἱ ἔσχατοι μίαν ὥραν ἐποίησαν, καὶ ἴσους ἡμῖν αὐτοὺς ἐποίησας, τοῖς βαστάσασι τὸ βάρος τῆς ἡμέρας καὶ τὸν καύσωνα. B

ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν ἑνὶ αὐτῶν· ἑταῖρε, οὐκ ἀδικῶ σε· οὐχὶ δηναρίου συνεφώνησάς μοι;

ἆρον τὸ σὸν, καὶ ὕπαγε. θέλω δὲ τούτῳ τῷ ἐσχάτῳ δοῦναι ὡς καὶ σοί.

ἢ οὐκ ἔξεστί μοι ποιῆσαι ὃ θέλω ἐν τοῖς ἐμοῖς; ἢ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρός ἐστιν, ὅτι ἐγὼ ἀγαθός εἰμι;

οὕτως ἔσονται οἱ ἔσχατοι, πρῶτοι· καὶ οἱ πρῶτοι, ἔσχατοι. πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοί, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί.

καὶ ἀναβαίνων Ἰησοῦς εἰς Ἰεροσόλυμα, παρέλαβε τοὺς δώδεκα μαθητὰς κατ' ἰδίαν ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ εἶπεν αὐτοῖς·

ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἰεροσόλυμα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ γραμματεῦσι· καὶ κατακρινοῦσιν αὐτὸν θανάτῳ.

5 Itidem, ὡσαύτως. Vulgata & Erasmus, similiter: id est, ὁμοίως. 7 Vineam, ἀμπελῶνα. In exemplari 3. & C 14. additum erat μου, id est meam. Quæ autem sequuntur, καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον, λήψεσθε: id est, & quicquid fuerit iustum, accipietis: neque apud ueterem interpretem reperitur, neque legitur apud Hieronymum, ut obseruat Erasmus. scriptum tamen erat in omnibus uetustis codicibus quibus usus est Stephanus noster. 9 Horam, ὥραν. Subauditur ὄλην, uenerant in uineam: uel ἐμισθώσαντο, id est conducti fuerant: quod etiam malo, ne uideantur fuisse in mora. Acceperunt singuli denarium, ἔλαβον ἀνὰ δηνάριον. ἀνὰ hoc loco significat æqualem distributionem, quo modo etiam usurpatur hodie à medicis in medicamentorum compositionibus. Vulgata, singulos denarios. 12 Opus fecerunt, ἐποίησαν. Hebraicè עברו. Subauditur autem ἔργον, ut sit periphrasis, pro ἠργάσαντο. Sic uulgò dicimus, *qui ont faict une heure*. Vulgata ad uerbum, fecerunt. Erasmus, fuerunt in opere. Est autem illa eclipsis ab Hebræis orta, qui in uerbo includunt uerbale nomen, ut Psalm. 13.b.4. Ne dormiam mortis, scilicet dormitionem. Æstum, καύσωνα. In septimo & duodecimo exemplaribus scriptum est hoc uocabulum cum nota interrogationis aut indignationis potius, καύσωνα; æstum? Solet autem particula καὶ uel ἄτα in eiusmodi dicendi genere peculiari quadam significatione usurpari. Sic Virgilius — & quisquam numen Iunonis adoret Præterea? 13 Amice, ἑταῖρε. Propriè hoc uocabulo sodalis intelligitur. Neque uerò quisquis sodalis est, amicus est: nos tamen alios sequuti, amicum interpretati sumus, quòd hoc ferè uocabulo soleamus ignotos etiam compellare. Sic in uernaculo sermone quempiam ignotũ compellantes, uocamus interdum *compaignon*, Græcam phrasim imitati. Pactus es mecum? συνεφώνησάς μοι; In sexto codice legitur, συνεφώνησά σοι; pactus sum tecum? 15 In meis? ἐν τοῖς ἐμοῖς: Si uitare uelis amphiboliam, adde appellatiuum cum Erasmo, In *rebus* meis? id est, de meo: sicut Augustinus interpretatur Sermone 59. de Verbis Domini, ut obseruat Erasmus. Vetus autem interpres hæc non legit. Malus, πονηρός. Sic loquuntur Hebræi, עין רעה oculus malus: id est, an inuides istis benignitatem meam? Elucent enim huiusmodi affectus potissimùm in oculis. Suprà autem 6.c.26. oculus malus pro libidinoso animo accipi uidetur, & simplex pro casto & pudico: quamobrem etiam discessi à uetere interprete, qui oculum nequã conuertit. 17 Priuatim in uia, &c. κατ' ἰδίαν ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ εἶπεν. In octauo exemplari legitur κατ' ἰδίαν, καὶ ἐν τῇ ὁδῷ εἶπεν: id est, priuatim, & in uia dixit.

19 Sed

A καὶ τῷ σταυρῶσαι αὐτὸν τοῖς ἔθνεσιν εἰς τὸ ἐμπαῖξαι, καὶ μαστιγῶσαι, καὶ σταυρῶσαι· καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται.

19 Tradentq; eum Gentibus, ad hoc ut illudant, & flagellent, & crucifigant: sed tertia die resurget. Ioan.18.f.32.

τότε προσῆλθεν αὐτῷ ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου, μετὰ τῶν υἱῶν αὐτῆς, προσκυνοῦσα καὶ αἰτούσά τι παρ' αὐτοῦ.

20 Tunc uenit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filijs suis, adorans & petens aliquid ab eo. Zebedæi filij. Marc.10.c.35.

ὁ δὲ εἶπεν αὐτῇ, τί θέλεις; λέγει αὐτῷ· εἰπὲ ἵνα καθίσωσιν οὗτοι οἱ δύο υἱοί μου, εἷς ἐκ δεξιῶν σου, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων σου, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

21 Ipse uerò dixit ei, Quid uis? Ait ei: Dic ut sedeant isti duo filij mei, unus à dextra tua, & alter à sinistra, in regno tuo.

ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν· οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε. δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον, ὃ ἐγὼ μέλλω πίνειν; καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι; λέγουσιν αὐτῷ, δυνάμεθα.

22 Respõdens autem Iesus, dixit: Nescitis quid petatis: potestis bibere poculum quod ego bibiturus sum: & baptismate quo ego baptizor, baptizari? Dicunt ei, Possumus.

καὶ λέγει αὐτοῖς· τὸ μὲν ποτήριόν μου πίεσθε, καὶ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθήσεσθε· τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου καὶ ἐξ εὐωνύμων μου, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται ὑπὸ τοῦ πατρός μου.

23 Tunc dicit eis: Poculum quidem meum bibetis, & baptismate quo ego baptizor, baptizabimini: sedere autem à dextra mea & sinistra mea, non est meum dare, sed *dabitur* quibus paratum est à Patre meo. Calix.

καὶ ἀκούσαντες οἱ δέκα, ἠγανάκτησαν περὶ τῶν δύο ἀδελφῶν. B

24 Et quum *hæc* audissent *alij* decem, indignati sunt de duobus fratribus. Marc.10.g.41. Luc.22.c.25.

ὁ δὲ Ἰησοῦς προσκαλεσάμενος αὐτοὺς, εἶπεν· οἴδατε ὅτι οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ οἱ μεγάλοι κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν.

25 Iesus autem quum eos aduocasset, ait: Scitis quòd principes Gẽtium dominantur in eas: & qui magni sunt, licentia utuntur in eas:

οὐχ οὕτω δέ ἐστιν ἐν ὑμῖν· ἀλλ' ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν μέγας γενέσθαι, ἔστω ὑμῶν διάκονος·

26 Verùm nõ ita erit inter uos: sed quicunq; uoluerit inter uos magnus fieri, sit uester minister:

καὶ ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος, ἔστω ὑμῶν δοῦλος·

27 Et quicunq; uoluerit inter uos primus esse, sit uester seruus.

ὥσπερ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι, καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν.

28 Sicut Filius hominis non uenit ut sibi ministraretur, sed ut ministraret, & daret animã suã redemptionis precium pro multis. Minister noster Christus, & Redemptor. Phil.2.a.7.

19 Sed tertia die, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ. Vide suprà 13.c.22. 20 dexteram tuam. Ad uerbũ, ex dextris tuis. 22 In exemplaribus 4.5.14. legitur ὃ ἐγὼ πίνω, ὃ τὸ βάπτισμα, &c. itẽq; in octauo, hæc omnia, καὶ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι: & baptismate quo ego baptizor, baptizari: neq; in hoc uersiculo, neq; in proximo habentur: & suspicantur nonnulli addita ex Marco, quum apud ueterem interpretem non legantur. Sunt autem quasi prouerbialia hæc dicendi genera, quibus fidelium conditio explicatur. Nam primùm omnium metonymicè pôculum pro eo accipitur quod poculo continetur. Deinde poculi appellatione intelligitur apud Hebræos modus uel pœnæ, quæ peccatis nostris infligitur, ut Psal.11.b.6. & infrà cap.26. f.39. ubi Dominus personam nostram sustinet: uel afflictionis, quæ ad nos probandos & confirmandos immittitur à Deo, ut hoc loco: uel lætitiæ, qua cumulantur fideles, ut Psal.22.a.5. Significat deniq; cuiusque sortem & con- C ditionem, ut Psal.15.a.5. Porrò Erasmus ueterem interpretem meritò in eo reprehendit, quòd ποτήριον uertat calicem: id est, κάλικα, quod tamen ipse non emendauit infrà 26.d.39. 23 Dare, δοῦναι. In codicibus secundo, tertio, quarto legitur, τὸ δοῦναι, id est hoc dare, Hebraica repetitione relatiui. Vetus interpres addit pronomen ὑμῖν, uobis: quam lectionem si sequamur, nihil supplendum erit in proximo membro. Dabitur quibus, ὅτ. Erasmus, ijs cõtinget quibus. Sed uocabulum contigentiæ libens refugio, quoties præsertim de ijs agitur in quibus decretũ Dei æternum nobis proponitur considerandum. Verbum aũt δίδοται, quod in Græco suppletur, Latinè expressi. 24 Alij decem, οἱ δέκα. Addidi particulam Alij, ut uim articuli Græci exprimerem, & amphiboliam sermonis uitarem. 25 Dominantur in eas, κατακυριεύουσιν αὐτῶν. Cicero de Senectute: Ita enim senectus honesta est, si ad extremum spiritum dominatur in suos. Ita igitur uolui exprimere uim præpositionis κατὰ, tum in hoc uerbo, tum in eo quod sequitur proximè, resoluta compositione. quod etiam placet Erasmo in annotationibus. Vulgata, dominantur eorum: duplici errore, quum repetẽdus sit genitiuus Gentium, & hoc uerbum apud Latinos tertio casui iungatur. Sed hoc quoq; obseruandum est (quod Erasmus non præterijt) hoc uocabulo, & eo quod proximè cõsequitur, non quãuis dominationem significari, sed cum imperiosa quadam acerbitate cõiunctam: quam prohibet Paulus Eph. 6.b.9. Sic accipitur Act.19.c.16.& 1. Pet. 5.a.3. Nam alioquin fideles uerbi Dei ministri authoritate funguntur minimè omnium contemnẽda, quam paucis explicat Paulus 2. Corinth.10.a.4. & deinceps. Ideo etiam interpretatus sum, κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν, licẽtia utuntur aduersus eas, quum alioquin soleamus ἐξουσίαν interpretari authoritatem. Videtur enim licentia plerunq; poni in uitio, & tyrannicam illam uocem optimè declarat, Si libet, licet. Potestas autem respondet τῷ δυνάσθαι. Et Potestatem exercere, quo utuntur uetus interpres & Erasmus, non memini legere apud idoneos authores. 26 Verùm non ita, οὐχ οὕτω δέ. Particulam ἢ neq; uetus interpres legit, neque Erasmus. Sit, ἔστω. In uetustis codicibus 1.2.3.7.12.14. legitur ἔστω, erit. Redemptionis precium, λύτρον. Vulgata, redemptionem. Verùm (ut obseruat Erasmus) τὸ λύτρον ipsam redemptionem non declarat, sed eius precium, id est quicquid datur ad eos redimendos qui captiui tenentur. Homerus ἄποινα uocat. Pro multis, ἀντὶ πολλῶν. Vide Marci 10.g.45.

Marc.10.g.46. Luc.18.g.35.

Tunc egredientibus ipsis ab Iericho, sequuta est eum turba multa.

29 κὴ ἐκπορευομένων αὐτῶν ἀπὸ Ἰεριχὼ, ἠκολούθησεν αὐτῷ ὄχλος πολύς. A

Cæci duo.

Et ecce duo cæci sedentes iuxta uiam, quum audissent quòd Iesus præteriret, clamauerunt, dicentes: Miserere nostri Domine fili Dauid.

30 κὴ ἰδοὺ δύο τυφλοὶ καθήμενοι παρὰ τὴν ὁδὸν, ἀκούσαντες ὅτι Ἰησοῦς παράγει, ἔκραξαν, λέγοντες· ἐλέησον ἡμᾶς κύριε υἱὸς Δαβίδ.

Turba autem obiurgauit eos ut silerẽt: illi uerò magis clamabant, dicentes: Miserere nostri Domine fili Dauid.

31 ὁ δὲ ὄχλος ἐπετίμησεν αὐτοῖς, ἵνα σιωπήσωσιν. οἱ δὲ μεῖζον ἔκραζον, λέγοντες· ἐλέησον ἡμᾶς κύριε υἱὸς Δαβίδ.

Et quum restitisset Iesus, uocauit eos, & ait, Quid uultis faciam uobis?

32 καὶ στὰς ὁ Ἰησοῦς, ἐφώνησεν αὐτοὺς, καὶ εἶπε· τί θέλετε ποιήσω ὑμῖν;

Dicunt ei: Domine, ut aperiantur oculi nostri.

33 λέγουσιν αὐτῷ, κύριε, ἵνα ἀνοιχθῶσιν ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοί.

Misericordia autem commotus Iesus, tetigit oculos eorum: & statim uisum receperunt oculi eorum, & sequuti sunt eum.

34 σπλαγχνισθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, ἥψατο τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν· καὶ εὐθέως ἀνέβλεψαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί, καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ.

CAP. XXI.

ΚΕΦ. κα΄.

Christus asinæ insidens ingreditur Ierusalẽ. Marc.11.a.1. Luc.19.d.29.

ET quum appropinquassent Hierosolymis, & uenissent in Bethphage ad montem Olearum, tunc Iesus misit duos discipulos,

1 Καὶ ὅτε ἤγγισαν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἦλθον εἰς Βηθφαγὴ, πρὸς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, τότε ὁ Ἰησοῦς ἀπέστειλε δύο μαθητὰς,

Dicens eis: Proficiscamini in uicum qui contra uos est, & statim inuenietis asinam ligatam, & pullum cum ea: soluite, & adducite mihi.

2 λέγων αὐτοῖς· πορεύθητε εἰς τὴν κώμην τὴν ἀπέναντι ὑμῶν, καὶ εὐθέως εὑρήσετε ὄνον δεδεμένην, καὶ πῶλον μετ' αὐτῆς· λύσαντες ἀγάγετέ μοι. B

Et si quis uobis aliquid dixerit, dicite quòd Dñs his opus habet: statim enim mittet eos.

3 καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ τι, ἐρεῖτε ὅτι ὁ κύριος αὐτῶν χρείαν ἔχει· εὐθέως δὲ ἀποστελεῖ αὐτούς.

Hoc autem totum factum est, ut impleretur quod dictum est per Prophetam dicentem:

4 τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος·

Esa.62.b.11. Zach.2.b.9. Ioan.12.b.15.

Dicite filiæ Sion, Ecce Rex tuus uenit tibi mansuetus, & insidens asinæ ac pullo filio subiugis asinæ.

5 εἴπατε τῇ θυγατρὶ Σιών, ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι πραΰς, καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον, καὶ πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου.

29 Egredientibus, ἐκπορευομένων. In sexto exemplari legitur in numero singulari, ἐκπορευομένου αὐτοῦ: id est, egrediẽte ipso. 30 Præteriret, παράγει. Vel prætergrederetur, ut suprà 9.a.9. Sic autem uerto, ut melius exprimatur præpositio παρά. Vulgata & Erasmus, transiret: id est, διέρχεται. Domine, κύριε. Hoc uocabulum in omnibus Græcis codicibus collocatum est post ἡμᾶς. apud ueterem autem interpretem & Erasmum inchoat hoc membrum. 32 Quum restitisset, στὰς. Ad uerbum quum stetisset: quum tamen στὰς hoc loco non opponatur sedenti aut iacenti, sed ambulanti. Vocauit, ἐφώνησεν. Voce scilicet, non per alium. Hoc enim potius significat τὸ καλεῖν, uel potius τὸ μετακαλεῖσθαι. 34 Oculi eorum, αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί. Hæc non erant in uetustis codicibus secundo & octauo, neq; etiam reperiuntur apud ueterem interpretem. Vulgata, uiderunt: id est, ἴδωσιν.

IN CAPVT XXI.

1 Bethphage, βηθφαγὴ. Antiqua omnia legunt βηθσφαγὴ, id est Bethsphage. Hebræa enim hæc omnia uariè sunt à Græcis corrupta. Olearum, ἐλαιῶν. Vulgata, Oliueti. id est ἐλαιῶνος, sicut etiam uocatur Act.1.b.12. 2 Contra, ἀπέναντι: id est, eregione. Sicut apud Virgilium 1. Aen. Carthago dicitur sita Italiam contra. Sic ab Hebræis quoque usurpatur נגד. 3 Aliquid dixerit, εἴπῃ τι. In secundo exemplari scriptum legimus, εἴπῃ τί πρὸς τοῦτο: dixerit, Quid facitis? Statim enim mittet, εὐθέως δὲ ἀποστελεῖ. Vulgata & Erasmus coniunctionem δὲ interpretantur Et: non inepte, modò copulam accipias loco particulæ causalis: quod alibi frequenter occurrit, ut infrà cap.23.b.12. sed ego perspicuitati studui, ne quę ambiguitas falleret. Porrò ueteres codices & Theophylactus scriptum habent ἀπεστάλκε mittit: eodem (ut existimo) sensu, sed mutato tempore futuro in præsens, ut melius significetur illum nullam moram esse interpositurum. Nam ad Iesum & discipulos non placet referre, quum paulo antè dixerit fuisse missos, sed ad dominũ asinæ potius, qui auditis discipulis, statim esset illis traditurus asinã cum pullo. 5 Filiæ Sion, τῇ θυγατρὶ Σιών, id est ciuitati Sion. Nam familiare est Hebreis filiarum nomen urbibus ipsis accõmodare: cuius phrasis exempla plurima uel unus Threnorum liber suppeditabit. Insidens asinæ, ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον. Propius ad Græcum participium accederet, conscensa asina: sed quia sub spectaculo exigui temporis propheta longiorem regni Christi statum descripsit, libenter retinui præsens tempus, quod melius continuum actum (ut loquuntur) exprimit. Nonnulli propterea quòd hoc loco additur fœmininus articulus, non de asina, sed de asino hoc dictũ intelligunt, ut illud κὴ πῶλον & pullum, per epexegesin dicatur: quia Christus disertè ab alijs Euangelistis memoratur super pullum sedisse. Et fateor nomen עיר quo utitur Zacharias 9.b.9. quamuis toti speciei tribuatur, tamen magis propriè de mare intelligi: quum alterum habeant uocabulum Hebræi quo asina significatur, & quo etiam utitur propheta in posteriore membro. Sed non temerè est quòd Matthæus tum asinæ tum pulli disertè facit mentionẽ. Iam uerò quum in tota hac historia distinguantur ὄνος & πῶλος, necesse non fuit fœminiñ articulum exprimere. Quòd igitur dicere uidetur propheta Christum super asinam & pullum sedisse, nemo non uidet quomodo sit intelligendum. Nam quia pullo, quem conscendit Dominus, adiuncta erat asina, pulli scilicet comes, ideo dicitur & matre & pullo uectus fuisse, communi loquendi consuetudine. nam etiam uernacula nostra lingua dicitur aliquis ire tribus aut quatuor equis, si totidem habeat comites. Filio subiugis asinæ, υἱὸν ὑποζυγίου. Subiugalis nomen apud Latinos legere non memini: subiuges autem equas memorat Plinius, sed adiectiuè: ideo expressi appellatiuum. Filij uerò uocabulum etiam usurpat Columella de onagris loquens libro 6. cap. 37.

7 Pallia

A πορευθέντες δὲ οἱ μαθηταὶ, καὶ ποιήσαντες 6
καθὼς προσέταξεν αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς,

ἤγαγον τὴν ὄνον καὶ τὸν πῶλον, καὶ ἐπέθη- 7
καν ἐπάνω αὐτῶν τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ ἐπεκάθισεν
ἐπάνω αὐτῶν.

ὁ δὲ πλεῖστος ὄχλος ἔστρωσαν ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια 8
ἐν τῇ ὁδῷ· ἄλλοι δὲ ἔκοπτον κλάδους ἀπὸ τῶν δένδρων,
καὶ ἐστρώννυον ἐν τῇ ὁδῷ.

οἱ δὲ ὄχλοι οἱ προάγοντες καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες 9
ἔκραζον, λέγοντες, ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ, εὐλο-
γημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, ὡσαννὰ ἐν
τοῖς ὑψίστοις.

καὶ εἰσελθόντος αὐτοῦ εἰς ἱεροσόλυμα, ἐσείσθη 10
πᾶσα ἡ πόλις λέγουσα, τίς ἐστιν οὗτος;

οἱ δὲ ὄχλοι ἔλεγον, οὗτός ἐστιν ἰησοῦς ὁ προφήτης 11
ὁ ἀπὸ ναζαρὲτ τῆς γαλιλαίας.

καὶ εἰσῆλθεν ὁ ἰησοῦς εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ θεοῦ, καὶ ἐξέ- 12
βαλε πάντας τοὺς πωλοῦντας καὶ ἀγοράζοντας ἐν τῷ
ἱερῷ, καὶ τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιστῶν κατέστρεψε,
B καὶ τὰς καθέδρας τῶν πωλούντων τὰς περιστεράς.

καὶ λέγει αὐτοῖς, γέγραπται, ὁ οἶκός μου, οἶκος 13
προσευχῆς κληθήσεται. ὑμεῖς δὲ αὐτὸν ἐποιήσατε
σπήλαιον λῃστῶν.

καὶ προσῆλθον αὐτῷ τυφλοὶ καὶ χωλοὶ ἐν τῷ ἱε- 14
ρῷ, καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς.

ἰδόντες δὲ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς τὰ 15
θαυμάσια ἃ ἐποίησε, καὶ τοὺς παῖδας κράζον-
τας ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ λέγοντας, ὡσαννὰ τῷ υἱῷ
Δαβίδ, ἠγανάκτησαν.

6 Profecti sunt autem discipuli, feceruntq; sicut iniunxerat eis Iesus.

7 Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos pallia sua, & collocarunt ipsum super ea.

8 Plurima autem turba strauerunt pallia sua in uia: alij uerò cædebant ramos ab arboribus, & sternebant in uia.

9 Porrò turba quæ præibat & quæ sequebatur, clamabat dicens: Hosanna Filio Dauid: benedictus qui uenit in nomine Domini: Hosanna ô qui es in cœlis altissimis.

10 Et quum ipse introisset Hierosolyma, commota est uniuersa urbs, dicens: Quis est iste? Matt. 21. b. 11. Luc. 19. g. 45. Ioan. 2. c. 13.

11 Turba autem dicebat: Iste est Iesus ille propheta à Nazareth Galilææ.

12 Et introiuit Iesus in templum Dei, & eiecit omnes uendentes & ementes in templo: mensasq; numulariorum, & cathedras uendentium columbas subuertit. Vendentes in templo. Deut. 14. c. 25.

13 Et dicit eis: Scriptū est, Domus mea, domus orationis uocabitur: at uos feciſtis eam speluncam latronum. Orationis domus. Isa. 56. c. 7. Ierem. 7. b. 11.

14 Tunc uenerunt ad eum cæci & claudi in templo: & sanauit eos. Matt. 21. c. 17. Luc. 19. g. 46.

15 Quum uidissent autem principes Sacerdotū & Scribæ mirabilia quæ fecerat, & pueros clamantes in templo, & dicentes, Hosanna Filio Dauid, indignati sunt. Pueri prospera Christo optantes.

7 Pallia, τὰ ἱμάτια: id est, uestem exteriorem. Vulgata, uestimenta: quod latius patet, ut alibi diximus. Hic autem uidetur de pallijs tantùm agi: an enim nudi Christum sequerentur? Collocarunt, ἐπεκάθισαν. Quædam exemplaria legunt, ἐπεκάθισεν, insedit. Rursus tertium & decimumquartum ἐκάθισεν, sedit. Super ea, ἐπάνω αὐτῶν. Frobenius excudit ἐπάνω αὐτοῦ super eam, asinam scilicet. Sed ex aliꝭ Euangelistis liquet Dominum uectum fuisse non asina, sed pullo. Lego igitur αὐτῶν plurali numero, & ad uestimenta refero, quibus stratis insedit: uel ad asinam & pullum, ut consentiat Matthæus cum Zacharia. Quomodo autem intelligendum sit, Dominum utroq; uectum fuisse, quum reliqui Euangelistæ pulli tantùm meminerint, paulo antè diximus. Vetus interpres uertit, desuper. Itaque uidetur tantùm legisse ἐπάνω, nullo expresso relatiuo. 9 Quæ præibat, προάγουσαι. In secundo codice additur, αὐτὸν: id est, ei. Hosanna, ὡσαννὰ. Vel Hosanna, ut in quibusdam exemplaribus legimus. Nam Hebraicè scriberetur הושיעא, uocabulo ex duobus corruptis & per syncopen contractis compositō: quum potius dicendū fuerit הושיעה־נא, id est seruа, uel opitulare quæso. Fuit autem hæc solennis formula acclamationis, ideoq; Hebraicè expressa ab Euangelistis: qua utebantur Iudæi in festo Tabernaculorum, quum ramos gestarent ex Domini mandato, Leuitic. 23. g. 40. qua de re multa nugatur Plutarchus συμποσιακῶν δ. πρ. 1. qui rursus in Thesei uita simile quiddam refert de Athenienſium festo, quod νεγκρέφια, à gestandis ramis, uocabant: si modò sacra cum profanis licet comparare. In illo igitur festo quum hanc uocem identidem multi ingeminarent, tandem eò uentum est, ut ipsos etiam salicum & cæterarum deinceps arborum ramos Hosanna uocitarent: sicut quidam nostri seculi uir doctus & diligens obseruauit ex Rabbinorum libris. Itaque existimat hac significatione hic esse accipiendū, perinde ac si gestiens turba declararet sese hos ramos Filio Dauidis ferre, eumq; Deum ac Messiam agnoscere. Nam alioquin (inquit) si Hosanna significat Salua quæso, quid erit Salua quæso Filio Dauid? Videtur enim potius dicendum fuisse ὦ σῶσον Δαβίδ, Fili Dauid, uel ὦ σῶσον Δαβίδ Filium Dauid. At ego malo, propriam uerborū declarationē sequutus, interpretari, Opitulare quæso. Neq; enim facilè mihi persuaserim Christum illo tempore pro Deo habitum, neab ijs quidem qui eum haberent pro Messia. Deinde quæ proximè sequuntur, satis ostendunt hæc omnia ex Psalmo 118. esse petita, & huiusmodi acclamationibus plebem prosperum successum suo Messiæ à Domino petiisse. Neq; est cur ista constructio nos moretur, quum sæpe etiam reperiatur uerbum הושיע absolutè positum pro opitulari & salutē afferre: sicut liquet ex multis locis, ipsoq; adeò uersiculo Psalmi 118, ex quo hæc esse petita diximus. Quinetiam prorsus similis constructionis exemplum habemus Psalmo 86. c. 16. Benedictus, εὐλογημένος. Hebraismus, id est laudandus & extollendus: siue, bene sit ei qui uenit in nomine Domini: quem scilicet Dominus Regem nobis dedit. Qui uenit, ὁ ἐρχόμενος. Vel, is qui uenturus erat. Nam (ut alibi annotauimus) hoc uerbum etiam tempore præsenti uidetur futurum aliquid significare, quum de eo dicatur qui adhuc est in uia. Et hæc uerba fortassis respiciunt prophetarū prædictiones de Messia. O qui es in cœlis altissimis, ὦ τοῖς ὑψίστοις. Hebraismus. Quia uerò obscurum erat alioquin hoc dicendi genus, ideo putaui aliquid supplendum quo illustraretur. Suppleui autem quod maximè uisum est accommodatum, quum præsertim similis eclipsis exemplum reperissem Psalmo 148. a. 1. & 7. Quòd si magis placebit altera sententia quam explicuimus, conuertes, Hosanna ei qui est in altissimis.

12 Eiecit, ἐξέβαλε. Vetus interpres & Erasmus, eijciebat: id est, ἐξέβαλλε. Subuertit, κατέστρεψε. Vulgata idem hic uelet quod διέστρεψε. Vulgata & Eras. euertit. 13 Vocabitur, κληθήσεται: id est, erit. de quo Hebraismo sæpe diximus.

Et dixerunt ei, Audis quid isti dicant? Iesus autem dicit eis, Etiam: nunquam legistis, Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? Psal.8.a.3.

Et relictis ipsis, exijt extra urbem in Bethaniam, & diuersatus est illic.

Manè autem rediens in urbem, esurijt.

Et quum uidisset ficum quandam in uia, uenit ad eam, & nihil inuenit in ea, nisi folia solùm: tunc dicit ei, Ne amplius ex te fructus nascatur in seculum. Et arefacta est illico ficus. Ficus arefacta. Marc.11.b.13.

Quum igitur hoc uidissent discipuli, mirati sunt, dicentes: Quomodo illico exaruit ficus?

Respondens autem Iesus, ait eis: Amen dico uobis, si habueritis fidem, & non disceptaueritis, non solùm hoc quod factum est ficui, facietis, uerumetiã si monti isti dixeritis, Tollitor, & proijcitor in mare, fiet.

Et omnia quæ petieritis in oratione credentes, accipietis. Fides in oratione. Marc.11.d.27. Luc.10.a.1.

Et quum ipse uenisset in templum, principes sacerdotum & seniores populi eum docentem adierunt, dicentes: Qua authoritate facis ista? & quis tibi dedit istam authoritatem? Interrogatur Christus de potentia sua.

Respondens autem Iesus, dixit eis: Interrogabo uos & ego rem quandam: quã si dixeritis mihi, & ego uobis dicã qua authoritate faciã ista:

Baptismus Ioannis.

Baptismus Ioannis unde erat? è cœlo, an ex hominibus? At illi ratiocinabãtur apud se dicẽ-

16 Etiam, ναί. Vulgata, Vtiq; Erasmus, Quid'ni? id est, πῶς γὰρ οὔ. Vide suprà 5.f.37. Perfecisti, κατηρτίσω: id est, ἐτελείωσας. Nam τὸ ἄρτιον idem hic ualet quod τέλειον: id est, quod omnibus suis partibus constat, ita ut nihil neque desit, neque superfit: sumpta nimirum metaphora à numero quem τέλειον appellant Geometræ, qui scilicet τὸν ἰσωτὸ μέρεσιν ἴσοις ἴσης. Nam ἄρτιος & ἀρτίμερὴς numerus par dicitur, is nempe qui in duas tantum æquales partes diuidi potest. ἀρτίως autem & ἀρτίμερῶς, pro τελείως usurpatur 2. Timoth.3.d.17. Vnde καταρτίζειν, ἀπαρτίζειν, ἐξαρτίζειν, quæ frequenter occurrunt, interdum pro τελειοῦν, id est perfectum & integrum reddere: interdum pro ἑτοιμάζειν & παρασκευάζειν, id est, aptare & præparare, ut 2. Tim.3.d.16. Rom.9.e.22. & alibi. Cæterùm quod in Hebræo legitur תכונה, ab hac interpretatione non dissentit. Nam quæ sunt perfecta, etiam sunt firmissima. Sed & Oris uocabulum pro uoce & testimonio accipitur, ut suprà 18.b.16. 17 Extra, ἔξω. Eras. ẽ: id est, in. Diuersatus est, ηὐλίσθη. Ad uerbum, stabulatus est. Vulg. mansit: id est, ἐμεινεν. 19 Ficũ, συκῆν. arborẽ scilicet. Itaq; Vulgata & Erasmus per periphrasin interpretãtur arborẽ fici. à qua tamẽ periphrasi hoc eodẽ uersiculo discesserunt: neq; certè necessaria erat, quũ amphibolia omnis postea tollatur. Ne amplius, μηκέτι. Vulg. Nunquã: id est, μέχρι. Eras. Ne posthac: id est: μὴ ἐς ἔπειτα. Illico, παραχρῆμα. Vulg. & Eras. cõtinuò: quod uidetur respõdere τῷ ἅμα aduerbio. Illud autẽ quod usurpo, opponitur τῷ παραχρῆμα. τοῦτο γὰρ τὸ παραχρῆμα. 21 Disceptaueritis, διακριθῆτε: id est, hęsitaueritis, sicut uertit Vulgata, & eã sequutus Erasmus, sensu magis quàm uerbo expresso. Nam qui hæsitat, alternantibus sententijs secum ipse quasi litigat & disceptat, ut annotat doctissimus Budæus in Commentarijs. Sic etiam accipitur Rom.4.d.20. & Act.10.c.20. Denique ἀνὰ πρίσιδα est quod uernaculo sermone dicimus *faire difficulté*. Hoc *quod factum est ficui*, τὸ τῆς συκῆς. Vulgata, de ficulnea. Ad uerbum, illud ficus: de quo dicendi genere suprà 8.c.33. diximus aliquid. Erasmus, quod accidit ficui. Proijcitor, βλήθητι. Sic Erasmus in annotationibus. Vulgata, iacta te: paßiuo per actiuum expresso, sicut etiam antea uertit ἄρθητι, Tolle pro tollitor. 23 Quum ipse uenisset, ἐλθόντι αὐτῷ. In secundo & octauo codicibus scriptum erat, ἐλθόντος αὐτοῦ, eodem sensu. Eum adierunt, προσῆλθον αὐτῷ. Hoc ordine hæc uerba colloco, principes sacerdotum & scribæ eum docentem adierunt: idq; propter amphibologiã quæ in græco sermone est. nam alioqui uideri posset principes quarto casu dici. Qua authoritate, ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ. Vulgata, Qua potestate: id est, ποίᾳ δυνάμει. hic autem (ut Erasmus rectè obseruat) non uires, sed ius & authoritas significatur. Ad uerbum, In quali licentia: sed particula In satis exprimitur sexto casu: ποίᾳ autem ponitur pro τίνι, ut est à nobis annotatum suprà 19.b.18.

24 Rem quandam, λόγον ἕνα. Ad uerbum, sermonem unum. Sed Hebræis, (ut iam antè monuimus) דבר rem omnem in genere significat, atq; adeò pro particula indefinita usurpatur: pro quo Græci theologi interdum λόγον, interdum ῥῆμα usurpant. ἕνα autem, id est unum pro τινὰ poni, sæpe iam est à nobis annotatum. Hoc igitur omnino illud est quod uernaculo sermone dicimus, *te nous demanderay un mot*. 25 E' cœlo, ἐξ οὐρανοῦ: id est, à Deo. Ita enim melius apparet antitheſis: & cœlum pro Deo Syriacè usurpari, quidam Hebraicæ linguæ peritus obseruat: quod ramen ad imperium referas, ut sursum homines mentem attollant quum de Deo agitur. Ratiocinabantur, διελογίζοντο: id est, rationes conferebant in utranq; partem, ut constat ex sequente dilemmate. Itaq; sic conuertere malui quàm Cogitabant. cum uetere interprete, quem sequitur Erasmus. Suprà tamen idem uerbum διελογίσαντο conuerti Disceptare: id est, διεκρίνοντο, ubi de mutua colloquutione agitur, quam Latini Dialogum uocant.

Apud se, παρ' ἑαυτοῖς. Vulgata, inter se: id est, ἐν ἑαυτοῖς.

29 Quum

τις, ἐὰν εἴπωμεν, ἐξ οὐρανοῦ· ἐρεῖ ὑμῖν, Διατί οὖν οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ;

tes, Si dixerimus, E cœlo: dicet nobis, Quare ergo non credidistis ei?

ἐὰν δὲ εἴπωμεν, ἐξ ἀνθρώπων, φοβούμεθα τὸν ὄχλον. πάντες γὰρ ἔχουσι τὸν Ἰωάννην ὡς προφήτην.

Sin autem dixerimus, Ex hominibus: timemus turbam. omnes enim habent Ioannem ut prophetam. Supra 14.2.5.

καὶ ἀποκριθέντες τῷ Ἰησοῦ, εἶπον, οὐκ οἴδαμεν. ἔφη αὐτοῖς καὶ αὐτὸς, οὐδὲ ἐγὼ λέγω ὑμῖν, ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ.

Et respondentes Iesu, dixerunt, Nescimus. Ait eis & ipse, Nec ego dicam uobis qua authoritate faciam ista.

τί δὲ ὑμῖν δοκεῖ; ἄνθρωπος εἶχε τέκνα δύο· καὶ προσελθὼν τῷ πρώτῳ εἶπε, τέκνον ὕπαγε, σήμερον ἐργάζου ἐν τῷ ἀμπελῶνί μου.

Quid autem uobis uidetur? Quidam habebat duos filios: & accedēs ad priorem, dixit, Fili, abi, hodie operare in uinea mea. Qui uoluntatem Dei faciant.

ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν, οὐ θέλω. ὕστερον δὲ μεταμεληθεὶς, ἀπῆλθε.

Ille uerò respondens, ait, Nolo. Sed postea quum resipuisset, abijt.

καὶ προσελθὼν τῷ δευτέρῳ, εἶπεν ὡσαύτως· ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν, ἐγὼ κύριε. καὶ οὐκ ἀπῆλθε.

Et accedēs *ille* ad secundū, dixit itidem. Is uerò respondens, ait, Ego *abeo* domine. Et non abijt.

τίς ἐκ τῶν δύο ἐποίησε τὸ θέλημα τοῦ πατρός; λέγουσιν αὐτῷ, ὁ πρῶτος. λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οἱ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι προάγουσιν ὑμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ.

Vter è duobus fecit uoluntatem patris? Dicunt ei, Prior. Dicit eis Iesus: Amen dico uobis quòd Publicani & meretrices præeunt uobis in regnum Dei. Publicani. Meretrices.

ἦλθε γὰρ πρὸς ὑμᾶς Ἰωάννης ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης, καὶ οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ. οἱ δὲ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι ἐπίστευσαν αὐτῷ. ὑμεῖς δὲ ἰδόντες οὐ μετεμελήθητε ὕστερον, τοῦ πιστεῦσαι αὐτῷ.

Venit enim ad uos Ioannes uia iustitię, & nō credidistis ei: Publicani uerò & meretrices crediderunt ei. uos autem quum uidissetis, non resipuistis postea, ut crederetis ei. Iudæi infideles.

ἄλλην παραβολὴν ἀκούσατε· ἄνθρωπός τις ἦν οἰκοδεσπότης, ὅστις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ φραγμὸν αὐτῷ περιέθηκε, καὶ ὤρυξεν ἐν αὐτῷ ληνὸν, καὶ ᾠκοδόμησε πύργον, καὶ ἐξέδετο αὐτὸν γεωργοῖς, καὶ ἀπεδήμησεν.

Aliam parabolam audite, Fuit quidam paterfamiliās qui plantauit uineam, & sepem circumposuit ei, foditq; in ea torcular, & ædificauit turrim, & elocauit eam agricolis: ac peregre profectus est. Vineæ Dei, Iudæi, qui tamen Christum occiderunt. Iſa.5.a.1.b.4. Ierem.2.d.21. Marc.12.a.1. Luc.20.b.9.

ὅτε δὲ ἤγγισεν ὁ καιρὸς τῶν καρπῶν, ἀπέστειλε τοὺς δούλους αὐτοῦ πρὸς τοὺς γεωργοὺς, λαβεῖν τοὺς καρποὺς αὐτοῦ.

Quum autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, ut acciperent fructus ipsius.

καὶ λαβόντες οἱ γεωργοὶ τοὺς δούλους αὐτοῦ, ὃν μὲν ἔδειραν, ὃν δὲ ἀπέκτειναν, ὃν δὲ ἐλιθοβόλησαν.

Agricolæ uerò captis seruis eius, alium quidem ceciderunt, alium uerò trucidarunt, alium autem lapidarunt.

πάλιν ἀπέστειλεν ἄλλους δούλους πλείονας τῶν πρώτων, καὶ ἐποίησαν αὐτοῖς ὡσαύτως.

Rursum misit alios seruos plures prioribus: & fecerunt eis itidem.

ὕστερον δὲ ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, λέγων, ἐντραπήσονται τὸν υἱόν μου.

Postremò autem misit ad eos filium suum, dicens: Reuerebuntur Filium meum.

οἱ δὲ γεωργοὶ ἰδόντες τὸν υἱὸν, εἶπον ἐν ἑαυτοῖς.

Agricolæ uerò uiso Filio, dixerunt inter se: Filius occisus ab agricolis.

29 Quum resipuisset, μεταμεληθεὶς. Vulg. & Erasmus per periphrasim, pœnitentia motus. Hic aūt & paulo pòst μεταμέλεσθαι pro μετανοεῖν ponitur: de quo suprà diximus 3.a.2. Hoc est quod dicimus uernaculo sermone *se rauiser*.

30 Et accedens, καὶ προσελθὼν. Vulgata & Erasmus, Accedens autem, προσελθὼν δὲ: quod etiam in uno uetere codice legimus. Ad secundum, τῷ δευτέρῳ. Vulgata & Erasmus, ad alterum, τῷ ἑτέρῳ: quo modo scriptum erat in tribus uetustis codicibus. Ego *abeo*, ἐγὼ πάω. Subauditur πορεύομαι, quòd expressi. Origenes legit καὶ οὐχί, Etiam Domine: & quædam exemplaria, ἐγὼ κύριε. 31 Voluntatem, θέλημα. Erasmus βούλημα, quod uoluit. 32 Via iustitiæ, ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης. Erasmus eodem sensu, per uiam iustitię: id est, uita & moribus integer, in quo nihil repreheudi posset. Nam ad commune populi iudicium hoc refertur ex Hebręorum idiotismo, apud quos דרך pro uita & moribus accipitur. Sed ἐν ὁδῷ possumus accipere pro ἀπ' ὁδοῦ, ut sit hæc sententia, Ioannem uenisse qui eos in uiam iustitiæ induceret. Prior tamen sensus magis est genuinus, rationem uiuendi quam tenuit Ioannes, fuisse omnium iudicio rectam, & omni sinistra nota exemptam. 33 Elocauit, ἐξέδετο. Cicero 5. in Verrem, Xenon ad se pertinere negabat, elocatum esse fundum dicebat. Vulgata & Erasmus, locauit: nulla quidem sensus iniuria, sed ostendere uolui nullam esse causam cur simplex pro composito usurpemus. 37 Postremò, ὕστερον. Vulgata & Erasmus, Nouissimè. Reuerebuntur, ἐντραπήσονται: id est, αἰδέσονται, orta significatione ex eo quòd ij quos (ut ipsi loquuntur) fortè: quia apud Lucam etiam diserte additur ἴσως. Alioqui enim (inquiunt) uidetur Deus ignorare quid sit futurum, quum Filium suum Iudæi non sint reueriti. Vnde postea curiosæ quæstiones ortæ sunt de prouidentia, de quibus multa Erasmus hoc loco. Ego in nullis Græcis codicibus reperi particulam ἴσως, uel τάχα additum hoc loco: & quod ad quæstiones illas attinet, puto inanes esse argutias. Loquitur enim hic Deus in persona patrisfamiliās, hominum more affirmans quod est uerisimile futurum: sicut pœnitere quoque Deus dicitur, quum tamen consilium non mutet. 38 Inter se, ἐν ἑαυτοῖς. Vulgata, intra se, id est apud se. Nostram interpretationem Erasmus in annotationibus affert, & sequentia etiam confirmant. Nam alioqui ἐν ἑαυτοῖς utroque modo uerti potest, ut diximus suprà 3.b.9.

Infrà 26.a.3. & 27.a.1. Ioan.11.g.53.

Iſte eſt hæres, uenite, trucidemus eum, & obtineamus hæreditatem eius.

39 Tunc captum eum eiecerunt extra uineam, & trucidarunt.

40 Quum igitur uenerit Dominus uineæ, quid faciet agricolis illis?

41 Aiũt ei, Malos ipſos malè perdet: & uineam ſuam elocabit aliis agricolis, qui reddent ei fructum temporibus ſuis.

Lapis angularis, Iudæi reiecti & aſſumptæ Gentes. Pſal.118.c.22. Act.4.b.11. Rom.9.g.31. 1.Pet.2.b.7.

42 Dicit eis Ieſus: Nunquam legiſtis in Scripturis, Quem lapidem reprobarunt ædificantes, iſte factus eſt caput anguli. A' Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris?

43 Propterea dico uobis, quòd tolletur à uobis regnum Dei, & dabitur genti quæ ferat fructus eius.

Eſa.8.c.14.

44 Et qui ceciderit ſuper lapidẽ iſtũ, conquaſſabitur: ſuper quem uerò ceciderit, diſſipabit eũ.

45 Et quum audiſſent principes ſacerdotum ac Phariſæi parabolas eius, cognouerunt quòd de ſe diceret.

46 Et quærentes eum prehendere, timuerunt turbam, quoniam ut prophetam eum habebat.

CAP. XXII.

Naptiarum parabola. Luc.14.d.16. Apocal.19.b.9.

1 TVnc reſpondẽs Ieſus, rurſum loquutus eſt eis per parabolas, dicens:

2 Aſſimilatum eſt regnum cœlorum cuidam regi qui fecit nuptias filio ſuo.

οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος, δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, καὶ κατάσχωμεν τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ. A

39 καὶ λαβόντες αὐτὸν, ἐξέβαλον ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος, καὶ ἀπέκτειναν.

40 ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος, τί ποιήσει τοῖς γεωργοῖς ἐκείνοις;

41 λέγουσιν αὐτῷ, κακοὺς κακῶς ἀπολέσει αὐτούς, καὶ τὸν ἀμπελῶνα ἐκδώσεται ἄλλοις γεωργοῖς, οἵτινες ἀποδώσουσιν αὐτῷ τοὺς καρποὺς ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν.

42 λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· οὐδέποτε ἀνέγνωτε ἐν ταῖς γραφαῖς, λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας. παρὰ κυρίου ἐγένετο αὕτη, καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν;

43 διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, ὅτι ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς.

44 καὶ ὁ πεσὼν ἐπὶ τὸν λίθον τοῦτον, συνθλασθήσεται, ἐφ' ὃν δ' ἂν πέσῃ, λικμήσει αὐτόν.

45 καὶ ἀκούσαντες οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι τὰς παραβολὰς αὐτοῦ, ἔγνωσαν ὅτι περὶ αὐτῶν λέγει. B

46 καὶ ζητοῦντες αὐτὸν κρατῆσαι, ἐφοβήθησαν τοὺς ὄχλους, ἐπεὶ εἰς προφήτην αὐτὸν εἶχον.

ΚΕΦ. κβ'.

1 ΚΑΙ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, πάλιν ἐν παραβολαῖς, λέγων·

2 ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ βασιλεῖ, ὅστις ἐποίησε γάμους τῷ υἱῷ αὐτοῦ.

Obtineamus, κατάσχωμεν. σχεῖν idem hic ualet quod κρατῆν: id eſt, ui occupatum aliquid retinere, quod etiam λαμβάνειν dicitur. Vulgata, habebimus: id eſt, ἕξομεν. Eraſmus, occupemus: id eſt, καταλάβωμεν. 39 Extra, ἔξω. Eraſmus iterum uertit, ex: id eſt, ἐκ. 41 Malos, κακοὺς. Eraſmus, Mali quum ſint, κακοὺς ὄντας. 42 Quem lapidem, λίθον ὃν. Mutaui collocationem uerborum, quia Latini ab hoc dicendi genere abhorrent. Nam illud Virgilij, Vrbem quam ſtatuo, ueſtra eſt, planè eſt poeticum. Aedificantes, οἰκοδομοῦντες, id eſt architecti, ſicut ſuprà 19.a.4. ponitur ὁ ποιῶν αὐτούς, pro ὁ ποιητής, uel ὁ δημιουργός, ex Hebræorum conſuetudine. Cæterùm familiaris eſt iſta trãslatio Sacris ſcriptoribus, ac præſertim Paulo, quoties agitur de Eccleſia, id eſt de cœleſti Ieruſalem. Iſte factus eſt caput anguli, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας. Vulgata & Eraſmus ad uerbum, hic factus eſt in caput anguli: quod dicendi genus Hebraicum eſt, pro, cœpit eſſe caput anguli. Nam idem hic accidit uerbo γίγνεσθαι cum eo quod anno tauimus in uerbo ἄνωθεν ſuprà cap. 19. a.5. Caput autem anguli dicitur lapis in angulo præcipuus, qui totius ædificij iunctũram ſuſtinet, id eſt (ut loquitur Apoſtolus) ἀκρογωνιαῖον. Factum eſt iſtud, ἐγένετο αὕτη. Tres ſunt omnino huius relatiui interpretationes, quantum intelligere poſſum. Nam alij cenſent enallagen eſſe Hebrçam fœminini relatiui pro neutro quo Hebræi carent: & perinde interpretantur ac ſi τοῦτο ſcriptum eſſet, quod referatur ad complexum orationis: aut ſit hic ſenſus, Lapis reiectus ab architectis, cœpit eſſe caput anguli, quæ res facta eſt à Domino, & cum ſumma admiratione à nobis ſpectatur. Hæc eſt, inquam, quorundam interpretatio, quę mihi ſimpliciſsima uidetur. Pleriſq; tamen ex Græcis & Latinis interpretib. inter quos pauci omnino fuerunt Hebrææ linguæ periti, uel ad caput, uel ad angulum referunt. Nam utrunq; & κεφαλὴ caput, & γωνία, id eſt angulus, Græcis fœmininum eſt cum relatiuo conueniens. Hanc poſtremam ſententiam ſi ſequamur, uertendũ erit, A' Domino factus eſt iſte, ſcilicet angulus: quo modo explicat Theophylactus, & poſtea θαυμαστὸ mirabilis. Si autem referas ad κεφαλὴν, id eſt caput, uertes quidem neutro genere ſicut fecimus, ſed diuerſo ſenſu. Neq; enim relatiuum pertinebit ad totum orationis complexum, ſed ad caput duntaxat. Sed (quod ueterum pace dixerim) utraq; hîc interpretatio mihi uidetur incommoda, neq; aliunde profecta quàm ex Hebraicæ linguæ ignoratione. 41 Quæ ferat fructus eius, ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς. Vulgata & Eraſmus ad uerbum, facienti fructus eius. Nos uerò, quia de re iam præſenti non loquitur, in participio conuertendo uſi ſumus periphraſi, & noſtro more, ferre fructum maluimus dicere, quàm fructum facere. Cæterùm fructus regni Dei ferre dicuntur qui tota ſua uita ſe regni cœleſtis ciues eſſe comprobãt, & fructus illos edunt, non carnis, ſed Spiritus, de quibus agit Apoſtolus Galat.5.d.22. Eſt enim hæc metaphora & ſacris & profanis ualde familiaris. 44 Conquaſſabitur, συνθλασθήσεται. Hoc modo & uetus interpres & Eraſmus cõuerterunt apud Lucam, cap.20.c.18. Hic uerò uti maluerunt Confringendi uerbo. Diſſipabit, λικμήσει. Vulg. & Eraſm. conteret. Ad uerbum, uentilabit: id eſt, ita comminuet ut minutæ partes in auras diſpergantur. Intelligitur enim ex conſequenti antecedens. Cic. in Piſonem, Statuam deturbare, affligere, comminuere, diſsipare.

45 Ac Phariſæi, καὶ οἱ φαρισαῖοι. In quarto exemplari ſcriptum erat, καὶ οἱ γραμματεῖς, & Scribæ.

IN CAPVT XXII.

1 Reſpondens, ἀποκριθεὶς. Aut impropriè accipitur hoc uerbũ ſicut apud Hebræos ſæpe ענה, aut (quod ueriſſimilius eſt) uarij hinc & inde agitati ſunt ſermones, quũ ita cœpit loqui Dominus. Loquutus eſt, εἶπεν id eſt, ἐλάλησεν. Hoc enim commodius eſt propter ſequens participium λέγων, Vulgata & Eraſmus ad uerbum, dixit.

3 Vocatos

A καὶ ἀπέστειλε τοὺς δούλους αὐτοῦ, καλέσαι τοὺς 3
κεκλημένους εἰς τοὺς γάμους· καὶ οὐκ ἤθελον ἐλθεῖν.
πάλιν ἀπέστειλεν ἄλλους δούλους, λέγων· εἰπατε 4
τοῖς κεκλημένοις, ἰδοὺ τὸ ἄριστόν μου ἡτοίμασα,
οἱ ταῦροί μου καὶ τὰ σιτιστὰ τεθυμένα, καὶ πάντα
ἕτοιμα· δεῦτε εἰς τοὺς γάμους.
οἱ δὲ ἀμελήσαντες ἀπῆλθον, ὁ μὲν εἰς τὸν ἴδιον 5
ἀγρόν, ὁ δὲ εἰς τὴν ἐμπορίαν αὐτοῦ.
οἱ δὲ λοιποὶ κρατήσαντες τοὺς δούλους αὐτοῦ, 6
ὕβρισαν, καὶ ἀπέκτειναν.
ἀκούσας δὲ ὁ βασιλεὺς, ὠργίσθη· καὶ πέμψας 7
τὰ στρατεύματα αὐτοῦ, ἀπώλεσε τοὺς φονεῖς ἐκείνους, καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν ἐνέπρησε.
τότε λέγει τοῖς δούλοις αὐτοῦ· ὁ μὲν γάμος ἕ- 8
τοιμός ἐστιν, οἱ δὲ κεκλημένοι οὐκ ἦσαν ἄξιοι.
πορεύεσθε οὖν ἐπὶ τὰς διεξόδους τῶν ὁδῶν, καὶ 9
ὅσους ἂν εὕρητε, καλέσατε εἰς τοὺς γάμους.
καὶ ἐξελθόντες οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι εἰς τὰς ὁδοὺς, 10
συνήγαγον πάντας οὓς εὗρον, πονηρούς τε καὶ ἀ-
B γαθούς· καὶ ἐπλήσθη ὁ γάμος ἀνακειμένων.
εἰσελθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς θεάσασθαι τοὺς ἀνακει- 11
μένους, εἶδεν ἐκεῖ ἄνθρωπον οὐκ ἐνδεδυμένον ἔνδυμα γάμου,
καὶ λέγει αὐτῷ· ἑταῖρε, πῶς εἰσῆλθες ὧδε μὴ ἔ- 12
χων ἔνδυμα γάμου; ὁ δὲ ἐφιμώθη.
τότε εἶπεν ὁ βασιλεὺς τοῖς διακόνοις· δήσαν- 13
τες αὐτοῦ πόδας καὶ χεῖρας, ἄρατε αὐτὸν, καὶ ἐκβάλετε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.
πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί. 14
τότε πορευθέντες οἱ Φαρισαῖοι, συμβούλιον 15
ἔλαβον, ὅπως αὐτὸν παγιδεύσωσιν ἐν λόγῳ.
καὶ ἀποστέλλουσιν αὐτῷ τοὺς μαθητὰς αὐτῶν με- 16
τὰ τῶν Ἡρῳδιανῶν, λέγοντες· διδάσκαλε, οἴδα-

Et misit seruos suos ut uocarent uocatos ad nuptias: sed noluerunt uenire.

Rursus misit alios seruos, dicens: Dicite uocatis, Ecce prandium meum parauí, tauri mei & altilia mactata sunt, & omnia parata: uenite ad nuptias.

Illi aũt quũ nõ curassent, abierunt, alius quidẽ in agrum suum, alius uerò ad negotiationẽ suã.

Reliqui uerò prehensos seruos eius contumelijs affecerunt, & trucidarunt.

Rex autem quum hoc audisset, iratus est: & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & urbem eorum incendit.

Tunc dicit seruis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt: sed qui uocati erant, non erant digni.

Proficiscamini ergo ad compita uiarum: & quotcunq; inueneritis, uocate ad nuptias. *Gentium uocatio.*

Et egressi serui illi in uias, coegerunt omnes quos inuenerunt, malos pariter ac bonos: & impletæ sunt nuptiæ accumbentibus.

Ingressus autem Rex ut spectaret accumbẽtes, uidit illic hominem nõ indutum indumento nuptiali. *Vestis nuptialis, fides.*

Tũc dicit ei, Amice, qũo huc introisti, nõ habẽs indumẽtũ nuptiale? At illi os occlusum est.

Tunc dicit Rex ministris: Ligatis pedibus & manibus eius, tollite eum, & conijcite in tenebras exteriores: illic erit fletus & stridor dentium. *Supra 8. b. 12. & 13. f. 42. Infrà 25. c. 30.*

Multi enim sunt uocati, pauci uerò electi. *Marc. 12. b. 13. Luc. 20. d. 26.*

Tunc profecti Pharisæi, consilium cęperunt ut illa quærent eum in sermone.

Itaque mittunt ad eum discipulos suos cum Herodianis, dicentes: Præceptor, scimus quòd *Tentatur Christus à Pharisæis, de censu Cæsaris.*

3 Vocatos, κεκλημένους. Vulg. & Eras. inuitatos. Atqui in Græco idem est uerbũ ingeminatum: & uocandi quoq; uerbũ in hoc argumento Theologis est peculiare, ad res scilicet spirituales trãslatũ. Sed & apud Hebræos קרואים pro inuitatis conuiuis accipitur, ut 1. Sam. 9. b. 11. Noluerunt, οὐκ ἤθελον. Vulg. & Eras. nolebãt. 4 Misit, ἀπέστειλεν. In octauo exẽplari legitur ἀπεστόλας, id est mittit. Altilia, τὰ σιτιστὰ, à σιτίζω, quod declarat cibare & alere, sicut annotat Eras. Vnde etiã apud Irenæũ legitur Saginata. Mactata, τεθυμένα. Hoc uerbũ θύειν quũ de sacrificijs proprie dicatur, postea ad alias etiã epulas tractũ est. Sed hoc quoq; certũ est, profanos ipsos principes olim solennia
C conuiuia fuisse à sacrificijs auspicatos. 5 In agrũ suũ, εἰς τὸν ἴδιον ἀγρόν. Vel, rus suũ. Vulg. uillã: quod Erasmus improbat in annotationibus. 7 Rex, ὁ βασιλεύς. In codicibus uetustis additur ἐκεῖνος, ille. 9 Cõpita, διεξόδους. Vulg. & Eras. ad uerbũ, exitus: quod mihi uisum est obscurius. Cõpita aũt Latini uocãt laxiora spacia, in quę uici, atque adeò ambulacra & uię in hortis plures exeunt, id est desinũt. Virg. Errabã riguis per quadra & cõpita in hortis. Quãobrem etiã διέξοδοι hic uocantur, quũ propriè dicantur ἀμφοδα. Alij interpretantur uicos urbis frequẽtes, quos uernaculo sermone uocamus, *les rues passantes*, id est quib. plerięq; prætereũt. 10 Illi, ἐκεῖνοι. Vulg. eius: id est αὐτοῦ, quod etiã reprehendit Erasmus in annotationib. Nuptiæ, γάμος. In octauo exẽplari legitur νυμφὼν, id est thalamus, quod melius conuenit. Accũbentibus, ἀνακειμένων, id est conuiuis. 12 Illi os occlusum est, ἐφιμώθη. Ad uerbũ, capistratus est: id est, prorsus obmutuit, quasi capistro aut fræno iniecto. Vulg & Eras obmutuit: id est, ἐνεφώθη: Sed hoc eodem capite uersu 34. Vetus interpres conuertit ἐφίμωσε, silentium imposuit. Erasmus, os obstrinxit. Certè interdum pro σιωπᾶν accipitur translatitiè, etiam mari accommodatum, ut infrà Marci 4. d. 39.
13 Ministris, διακόνοις, id est, ijs qui conuiuis ministrabant: alioqui potius dixisset τοῖς ὑπηρέταις, ut suprà 5. d. 25. Tollite eum, ἄρατε αὐτὸν. Hæc non legit uetus interpres: reperimus tamen in omnibus uetustis codicibus, atque etiam apud Theophylactum Romanum. 15 Vt, ἵνα. Vel, quomodo. Potest enim uel coniunctio esse causæ, uel pro infinito subiuncto accipi, ut Linacer uocat. Illaquearent, παγιδεύσωσιν. Vulgata, caperent: id est, ἀθλεύσωσιν, ut loquitur Lucas 20. d. 20. 16 Herodianis, Ἡρῳδιανῶν. Qui nam Herodiani uocentur à Matthæo & Marco, non satis constat. Quidam ita uocatos esse arbitrantur quosdam ex Iudæis qui Herodem haberent pro Messia, quòd alienigenarum primus apud Iudæos regnarit. quod quum de Herode Magno Antipatri filio sit intelligendum, qui iampridem obierat, quum hæc agerentur, ipsi etiam Iudæorum genti maximè fuerat inuisus, non uideo qua ratione hæc opinio probabilis uideri possit. Alij igitur existimant, Herodianos appellari eos qui censerent tributa Cæsari soluenda, quibus scilicet colligendis rex Herodes Antipatri filius ab Augusto esset constitutus. At ego fateor me nusquam hoc legisse: quamuis facilè concedam Herodem ueluti precariò regnum possedisse: idq; ὡδὶ φέρεις τεταγμένως, ut ait Appianus ἐμφυλίων 1. Sed ut hoc concedam, quorsum tamen ista

nunc

nunc factio commemoraretur, mortuo iampridem Herode, & Iudæa in prouinciã redacta? Itaq; siquis hic est coniecturæ locus, existimo Herodianorum nomine eos intelligi, qui Romanorum odio, sed religionis tamen obtentu, quasi nefas esset populum Dei profanis Romanis subijci (sicut Iudas ille Gaulonites docuerat) partes Herodis Antipæ sequerentur. Neque enim dubito, quin Antipas, quòd magnam sibi à Romanis fieri iniuriam existimaret, paterno erepto regno, Iudæos sibi clàm studuerit conciliare: ita tamen, ut religionis studio ambitionem prætexeret. Hoc est igitur Herodis fermentum, cuius fit mentio Marci 8.b.15. quamobrem etiam uulpes dicitur, Luc. 13.f.32. Quinetiam eam fuisse suspicor causam simultatis quam cum præside Pilato exercebat. Luc. 23.b.12. ut non prorsus fuerit uana Agrippæ delatio, quasi patruus Romanis parum fidum se præstaret: quæ tandẽ causa Caium impulit, ut istum Herodem proditionis damnatum iuberet Lugdunum deportari.

uerax sis, & uiam Dei in ueritate doceas, neque cures quenquam: non enim respicis in personã hominum.

μὴν ὅτι ἀληθὴς εἶ, καὶ τὴν ὁδὸν τοῦ θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ διδάσκεις, καὶ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός. οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων.

Dic ergo nobis quid tibi uidetur, licet cẽsum dare Cæsari, an non?

17 εἰπὲ οὖν ἡμῖν, τί σοι δοκεῖ, ἔξεστι δοῦναι κῆνσον καίσαρι, ἢ οὔ;

Cognita autem Iesus malitia eorũ, ait: Quid me tentatis hypocritæ?

18 γνοὺς δὲ ὁ ἰησοῦς τὴν πονηρίαν αὐτῶν, εἶπε· τί με πειράζετε ὑποκριταί;

Indicate mihi numisma census. Ipsi uerò obtulerunt ei denarium.

19 ἐπιδείξατέ μοι τὸ νόμισμα τοῦ κήνσου. οἱ δὲ προσήνεγκαν αὐτῷ δηνάριον.

Tunc dicit eis: Cuius est imago ista & inscriptio?

20 καὶ λέγει αὐτοῖς, τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη; καὶ ἡ ἐπιγραφή;

Rom.13.b.7. Dicunt ei, Cæsaris. Tunc dicit eis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cęsari: & quę sunt Dei, Deo.

21 λέγουσιν αὐτῷ, καίσαρος. τότε λέγει αὐτοῖς, ἀπόδοτε οὖν τὰ καίσαρος καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ θεοῦ τῷ θεῷ.

Quiũ igitur hoc audissent, mirati sunt: & omisso eo abierunt.

22 καὶ ἀκούσαντες ἐθαύμασαν, καὶ ἀφέντες αὐτὸν ἀπῆλθον.

De resurrectione Christũ interrogant Sadducæi. Marc.12.b.18. Luc.20.d.27. Act.23.b.6. Deut.25.a.5.

In illo die adierunt eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem: & interrogauerunt eum,

23 ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ προσῆλθον αὐτῷ σαδδουκαῖοι, οἱ λέγοντες μὴ εἶναι ἀνάστασιν, καὶ ἐπηρώτησαν αὐτόν,

Dicentes: Magister, Moses dixit: Si quis mortuus fuerit non habens filios, eius frater affinitatis iure ducet uxorem eius, & suscitabit semen fratri suo.

24 λέγοντες· διδάσκαλε, μωσῆς εἶπεν, ἐάν τις ἀποθάνῃ μὴ ἔχων τέκνα, ἵνα γαμβρεύσει ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἀναστήσει σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ.

Fuerunt autem apud nos septem fratres: & primus uxore ducta, obijt: & quum non haberet semen, reliquit uxorem suam fratri suo.

25 ἦσαν δὲ παρ' ἡμῖν ἑπτὰ ἀδελφοί, καὶ ὁ πρῶτος γαμήσας ἐτελεύτησε· καὶ μὴ ἔχων σπέρμα, ἀφῆκε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ.

Similiter etiam secundus & tertius usque ad septem.

26 ὁμοίως καὶ ὁ δεύτερος, καὶ ὁ τρίτος, ἕως τῶν ἑπτά.

Post omnes autem mortua est & mulier.

27 ὕστερον δὲ πάντων ἀπέθανε καὶ ἡ γυνή.

In resurrectione ergo cuius è septẽ erit uxor?

28 ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει, τίνος τῶν ἑπτὰ ἔσται γυνή;

In ueritate, ἐν ἀληθείᾳ, id est uerè & sincerè: quod apud Demosthenem declarat ἐπ' ἀληθείας, apud Hebræos באמת.

17 Censum, λόγου. Vocabulum est Latinum, quo significatur facultarum æstimatio: pro cuius ratione in prouincijs uectigalibus pecunia, aut aliud quidpiam soluebatur. Hic autem uidetur ipsum tributum hoc nomine declarari, ut suprà 17.a.25. 20 Dicit eis, λέγει αὐτοῖς. In octauo exẽplari additur ἰησοῦς, Iesus. 21 Reddite, ἀπόδοτε. Admonet Erasmus hoc conuerti etiã posse præsenti tẽpore, redditis: ut intelligamus Christũ arrepta occasione notasse illorum uitã. quasi diceret, Redditis Cęsari quod illius habet imaginẽ, & illud reddite Deo quod Dei habet inscriptionem atq; imaginem, nempe animam. Sed fateor me non uidere quomodo hæc interpretatio cum regulis Grãmaticæ cohæreat. Omnino enim scribẽdum fuisset, ἀπόδοτε τὰ καίσαρος καίσαρι, ἀπόδοτε δὲ καὶ τὰ θεοῦ τῷ θεῷ.

24 Filios, τέκνα. Ad uerbum, liberos. τέκνων autem appellatione constat etiam filias intelligi. Sed hic agi de masculà rantũ prole, colligi uidetur ex ratione condendę Legis. Nã si quis filias duntaxat reliquerit, perinde est, quod ad familiæ quidẽ nomen attinet, ac si orbus decessisset: quũ nomẽ ad posteros per filias transire nõ possit. Præterea Deut. 25.b.7. non fit mẽtio seminis, id est posteritatis in genere (quod Erasmus tamen arbitratus est) sed filij & nominis. Cæterùm quũ uetus interpres conuerterit filium, & Erasmus quoq; ut quidẽ extat impressa eius uersio: ego plurali numero uerti filios, Græca suquutus: quod tamen ita intelligendũ est, ut sciamus hic agi de specie, non de numero, quũ satis esset uel filium reliquisse, ut idẽ Erasmus rectè obseruauit. Affinitatis iure du. ἐπιγαμβρεύσει. Vulg. & Eras. ut ducat. Hoc uocabulum puto respondere Hebræo יבם, quod nõ dicitur de quauis uxore, sed de ea demum quæ ex hac Lege ducitur, quia scilicet cognata est, id est affinitate coniuncta: ut magis speciale quiddã uideatur hoc quidem significare τὸ ἐπιγαμβρεύειν, quàm τὸ καλεύειν, quo posteriore uerbo utitur Euripides in Hecuba, pro eo quod Latini dicunt affinitatem cum aliquo contrahere, & sibi affinem ascisere, Hebræi uerò חתן. Itaq; adhibenda fuit periphrasis, ut uis huius uerbi explicaretur. Nam etiam γαμβρὸς Græcis non modò generum, sed affinẽ in genere significat, atq; adeò uxoris interdum fratrẽ, ut apud Sophoclem in Tyranno. Semen, σπέρμα. Hebraicè זרע: quo nomine significatur in genere posteritas. Sed quum in Hebræo fiat mentio non seminis, sed nominis, uidetur σπέρμα de masculà tantum prole hoc loco accipiendum. 26 Etiam secun. καὶ ὁ δεύτερος. Particulam καὶ omiserunt Vulgata & Erasmus. Vsque ad septẽ, ἕως τῶν ἑπτά. Vulg. & Eras. usq; ad septimum: id est, ἕως τοῦ ἑβδόμου.

27 Post omnes autem, ὕστερον δὲ πάντων. Vulgata & Erasmus, nouissimè omnium: id est, ἐσχάτην πάντων.

30 Vxores

A πάντες γὰρ ἔσχον αὐτήν.

ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· πλανᾶσθε, 29
μὴ εἰδότες τὰς γραφὰς, μηδὲ τὴν δύναμιν τοῦ θεοῦ.

ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε ἐκγαμί- 30
ζονται, ἀλλ' ὡς ἄγγελοι τοῦ θεοῦ ἐν οὐρανῷ εἰσι.

περὶ δὲ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν οὐκ ἀνέγνωτε 31
τὸ ῥηθὲν ὑμῖν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, λέγοντος·

ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς ἀβραὰμ, καὶ ὁ θεὸς ἰσαὰκ, καὶ 32
ὁ θεὸς ἰακώβ. οὐκ ἔστιν ὁ θεὸς, θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ
ζώντων.

καὶ ἀκούσαντες οἱ ὄχλοι, ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ 33
διδαχῇ αὐτοῦ.

οἱ δὲ φαρισαῖοι ἀκούσαντες, ὅτι ἐφίμωσε τοὺς 34
σαδδουκαίους, συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτό.

καὶ ἐπηρώτησέν εἷς ἐξ αὐτῶν νομικὸς, πειράζων 35
αὐτὸν, καὶ λέγων·

διδάσκαλε, ποία ἐντολὴ μεγάλη ἐν τῷ νόμῳ; 36

ὁ δὲ ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· ἀγαπήσεις κύριον τὸν 37
θεόν σου ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ
B σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου.

αὕτη ἐστὶν πρώτη καὶ μεγάλη ἐντολή. 38

δευτέρα δὲ ὁμοία αὐτῇ· ἀγαπήσεις τὸν πλησίον 39
σου ὡς σεαυτόν.

ἐν ταύταις ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς ὅλος ὁ νόμος 40
C καὶ οἱ προφῆται κρέμανται.

συνηγμένων δὲ τῶν φαρισαίων, ἐπηρώτησεν 41
αὐτοὺς ὁ ἰησοῦς,

λέγων· τί ὑμῖν δοκεῖ περὶ τοῦ χριστοῦ; τίνος 42
υἱός ἐστι; λέγουσιν αὐτῷ, τοῦ δαυίδ.

λέγει αὐτοῖς, πῶς οὖν δαυὶδ ἐν πνεύματι κύ- 43
ριον αὐτὸν καλεῖ, λέγων·

εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δε- 44
ξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν
ποδῶν σου;

εἰ οὖν δαυὶδ καλεῖ αὐτὸν κύριον, πῶς υἱὸς αὐ- 45
τοῦ ἐστι;

καὶ οὐδεὶς ἐδύνατο αὐτῷ ἀποκριθῆναι λόγον, 46

omnes enim habuerunt eam.

Respondens autem Iesus, ait eis: Erratis, nescientes Scripturas, neq; potestatem Dei.

In resurrectione enim neq; uxores ducũt neq; nuptum dantur: sed sunt ut angeli Dei in cœlo.

De resurrectione uerò mortuorum non legistis quod uobis dictum est à Deo, dicente:

Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob? Deus non est Deus mortuorum, sed uiuentium.

Et quum hoc audisset turba, perculsa est ob doctrinam eius.

Pharisæi autem quũ audissent, quòd occlusisset os Sadducæis, coacti sunt in unum.

Tunc interrogauit eum quidam ex ipsis Legis interpres, tentans eum, & dicens:

Magister, quod est mãdatũ magnũ in Lege?

Iesus autem dixit ei: Diliges Dominum Deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota cogitatione tua.

Istud est primum & magnum mandatum.

Secũdum autem simile est huic: Diliges proximum tuum ut teipsum.

Ab istis duobus mandatis tota Lex & Prophetæ pendent.

Coactis autem Pharisæis, interrogauit eos Iesus,

Dicens: Quid uobis uidetur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei, Dauid.

Dicit eis, Quomodo ergo Dauid in Spiritu uocat eum Dominum dicens:

Dixit Dominus Domino meo, sede à dextra mea, usque dum ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?

Si ergo Dauid uocat eum Dominum, quomodo filius eius est?

Et nemo poterat ei respondere quicquam:

Exo.3.b.6. *Deus uiuentium.* Marc.12.c.18. *Mandatum maximum.* *Dilectio Dei.* Deut.6.a.c. Luc.10.c.27. *Dilectio proximi.* Leuit.19.d.18. Marc.12.c.31. Marc.12.d.35. Luc.20.g.41. *Interrogat Iesus Pharisæos de Messia.* Psalm.109.a.1.

50 Vxores ducunt, γαμοῦσιν. Eras. matrimonium contrahent: quod tam mulieri quàm uiro conuenit. Vulgata, nubent: quod est mulierum tantum. Atqui γαμεῖν de uiris dicitur, sicut γαμίζεσθαι de mulieribus: ut superius monuimus. Itaq; neutram interpretationem sum sequutus. Differentia tamen illa inter γαμεῖν & γαμίζεσθαι perpetua non est: quũ uelit Paulus mulieres uiduas γαμεῖν, id est nubere. 1. Tim. 5. c. 14. & 1. Cor. 7. f. 34. mulier dicitur γαμίσασα pro γαμηθεῖσα. Sed hoc tamen loco & plerisq; aliis uidetur obseruanda. Nuptum dantur, ἐκγαμίζονται. Dicuntur ἐκγαμίζεσθαι, quas parentes ἐκγαμίσουσιν, id est nuptum tradunt & collocant. 1. Cor. 7. g. 38. Vulgata, nubentur: quod barbarum est. Eraſmus, elocãtur: id est, ἐκδίδονται. 34 Occlusisset os, ἐφίμωσε. Vide suprà 12. In unum, ἐπὶ τὸ αὐτό. Ad uerbũ, in idem: id est, simul & eodem loco. 35 Legis interpres, νομικὸς: id est, γραμματεὺς Scriba, ut diserte dicit Marcus 12. c. 28. Hebræi בוררין uocant. Vnde & תוררה, sicut Græcis νομικὸς & νόμος sunt παρώνυμα. 37 Ex, ἐν. Ad uerbum in: quod miror in hoc primo membro fuisse mutatum, in duobus sequentibus seruatum à uetere interprete & Eraſmo. Et ex tota cogitatione tua, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου. In Hebræo legimus, & totis uiribus tuis. Apud Marcum autem fit mentio ἰσχύος & διανοίας. Quatuor enim partiũ meminerunt, nempe καρδίας, ψυχῆς, διανοίας, καὶ ἰσχύος, quum in Hebræo Deut. 6. a. 5. tres tantum commemorentur, nempe לבב נפש מאד: id est, καρδία, ψυχὴ, & ἰσχύς, siue δύναμις. Cur igitur ἰσχὺς hic prætermittatur, & διάνοια addant Marcus & Lucas, affirmare non possum. Habeo quidem coniecturas cur hic aliquid prætermissum, aliquid rursus additum suspicer: sed quum in omnibus uetustis codicibus ita legatur, nolui quicquam immutare. 40 Ab istis pendent, ἐν ταύταις κρέμανται. Vetus & Eraſmus ad uerbum, in his: sic enim apud Hebræos construitur uerbum תלה, ut 2. Sam. 18. b. 10. תלוי באלה: sed in hac præsertim significatione Latini ita non loquuntur. Fortasis autem hæc respiciunt ad טרטברות quæ appendi iusserat Dominus ut legis μυκτήρων. de quibus paulo pòst dicemus. 42 Cuius filius est, τίνος ἐστὶν υἱός: id est ex cuius gente & familia ortus est. Ex Hebræorũ idiomate, qui posteros omnes uocant filios. 43 In spiritu, ἐν πνεύματι. Non modò significat Spiritu Dei impulsum, qui mentiri non potest sed prophetico instinctu prædixisse quę nondum patebant. 44 Ponam, θῶ: id est, faciam ut sint. Hebraicum dicendi genus, de quo alibi diximus. Sic quoque Eurip. in Hecuba, ἢν δ' ὧν ὑπ' ἐχθροὺς ἐξ ἀνάγκης ἔλθῃ. Scabellum, ὑποπόδιον. In exemplari secundo & octauo scriptum erat ὑπωπάδιον, id est sub. Vide suprà 5. f. 35. 45 Vocat, καλεῖ. In uetustis codicibus 2. 3. 5. 14. repetitur, ἐν πνεύματι: id est, Spiritus prophetici impulsu. 46 Quicquam, λόγον. Vide suprà 15. c. 23.

IN CA-

neque ausus fuit quisquam ab illo die eum amplius interrogare.

CAP. XXIII.

Scribæ & pharisæi, docẽtes populum Legem Moysi quales. 2. Esdr. 8. 2. 4.

1 TVnc Iesus loquutus est turbæ & discipulis suis,

2 Dicens: In cathedra Mosis sedent scribæ & Pharisæi:

3 Omnia ergo quæ dixerint uobis ut seruetis, seruate & facite: secundum uerò opera eorum ne faciatis. dicunt enim, & non faciunt.

Onera grauia. Luc. 11. f. 46. Act. 15. b. 10.

4 Ligant enim onera grauia, difficiliaq; portatu, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere.

Phylacteria. Fimbriæ. Num. 15. d. 38. Deut. 6. b. 8. & 22. b. 12. Marc. 12. d. 38. Luc. 11. f. 43. & 20. g. 46.

5 Omnia uerò opera sua faciunt ad hoc, ut spectentur ab hominibus: dilatant enim phylacteria sua, & producũt fimbrias palliorum suorum.

6 Amantq; primos accubitus in cœnis, & primos consessus in conuentibus:

Salutationes. Rabbi. Iac. 3. a. 1.

7 Et in foris salutationes, & uocari ab hominibus, Rabbi, Rabbi.

Fratres.

8 Vos autem ne uocemini Rabbi: unus est enim doctor uester, *nempe* Christus: omnes autem uos, fratres estis.

9 Et patrem ne uocaueritis uobis super terram: unus enim est pater uester, qui in cœlis est.

10 Neq; uocemini magistri: quia magister uester unus est Christus.

11 Qui maior est uestrum, erit minister uester.

12 Quicunq; se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur.

13 Væ uobis scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia clauditis regnum cœlorum ante homines: uos enim non intratis, neq; introeuntes sinitis intrare.

14 Væ uobis scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia deuoratis domos uiduarum, orationes longas orantes: propterea amplius accipietis iudicium.

15 Circuitis enim mare & aridam, ut faciatis unum proselytum: & cum factus fuerit, facitis eum filium gehennæ duplo quam uos.

16 Væ uobis duces cæci, qui dicitis: Quicunq; iurauerit per templum, nihil est: qui autem iurauerit in auro templi, debet.

17 Stulti & cæci: quid enim maius est, aurum, an templum quod sanctificat aurum?

18 Et: Quicunq; iurauerit in altari, nihil est: quicunq; autem iurauerit in dono quod est super illud, debet.

19 Cæci: quid enim maius est, donum, an altare quod sanctificat donum?

20 Qui ergo iurat in altari, iurat in eo & in omnibus quæ super illud sunt.

21 Et qui iurat in templo, iurat in eo & in habitante in eo.

22 Et qui iurat in cœlo, iurat in throno Dei & in sedente super eum.

23 Væ uobis scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia decimatis mentham & anethum & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium & misericordiam & fidem: hæc autem oportuit facere, & illa non omittere.

24 Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem deglutientes.

25 Væ uobis scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia mundatis quod de foris est calicis & catini, intus autem pleni estis rapina & immunditia.

26 Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis & catini, ut fiat & quod de foris est mundum.

27 Væ uobis scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ de foris quidem parent hominibus speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia.

28 Sic & uos, de foris quidem paretis hominibus iusti, intus autem plini estis hypocrisi & iniquitate.

29 Væ uobis scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia ædificatis sepulchra prophetarum & ornatis monumenta iustorum,

30 Et dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine prophetarum.

31 Itaq; testimonio estis uobismetipsis, quia filij estis eorum qui occiderunt prophetas.

32 Et uos implete mensuram patrum uestrorum.

33 Serpentes, genimina uiperarum, quomodo fugietis a iudicio gehennæ?

34 Propterea ecce ego mitto ad uos prophetas & sapientes & scribas: & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis uestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem:

35 Vt ueniat super uos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram, a sanguine Abel iusti usq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare.

36 Amen dico uobis, ueniet hæc omnia super generationem istam.

37 Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti?

38 Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta.

39 Dico enim uobis, non uidebitis me amodo, donec dicatis: Benedictus qui uenit in nomine Domini.

IN CAPVT XXIII.

2 Sedent, ἐκάθισαν. Vulgata ad uerbum, sederunt. Sed usurpatur aoristus sæpe pro præsenti, ut suprà 3. d. 17. & alibi sæpe. 3 Vt seruetis, τηρεῖν. Vetus interpres hoc non legit: deerat quoque in uno uetere exemplari. Ligant enim, δυσβαστάζουσι γάρ. In eodem exemplari scriptũ reperimus, δυσμάτουσι γάρ: id est, ligant uerò. 5 Ad hoc ut spectentur, πρὸς τὸ θεαθῆναι. Vulgata, ut uideantur: id est, ὥστε θεαθῆναι. Terent. Argentum dabitur ei ad nuptias. Dilatant enim, πλατύνουσι γάρ: id est, faciunt quàm amplissima: quòd nimirum in his rebus quasi summam pietatis collocarent: in quo errore etiam nostro hoc tempore Iudæi uersantur. Cæterùm particulam γάρ tanquam causalem sum interpretatus. nam commodius sic accipi, res ipsa ostendit, & 38 in secundo exemplari scriptum legimus. Phylacteria, φυλακτήρια. Id significant quod apud Mosen Exod. 13. c. 16. & Deut. 6. b. 8. טוטפות *totaphoth*. Rabbini Chaldaicè uocant תפילין *thephilin*. His igitur uocabulis uocantur non limbi, siue fasciæ quibus prætexerentur uestes, sicut existimauit Epiphanius: sed potius laminæ, aut membranulæ quædam, quas hodie etiamnum Iudæi corio inclusas partim fronti alligant, partim brachio, inscriptis quatuor quas uocant תורשירת: id est, lectionibus sacris. Eas autem Græci nouo nomine nouę rei quæsito, uocarunt φυλακτήρια, à conseruando: quod nos quidem immutare noluimus. Erat enim hic ritus (quem postea Iudæi suis superstitionibus contaminarunt) à Domino constitutus, ut esset ueluti μνημόσυνον Legis & beneficiorum quæ Dominus in ipsos contulerat. De his qui uolet plura cognoscere, & quæ sit in his rebus Iudæorum cæcitas, legat Fagij hominis diligentissimi & doctissimi annotationes in caput Exodi 13. De his quoq; fit mentio in quodam Antiocheni concilij canone, quo istæ superstitiones inhibentur. Et producunt fimbrias, καὶ μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα: id est, faciunt quàm longissimas. uel, ut alij interpretari malunt, magnificè iactant & efferunt quasi certum pietatis argumentum, quod etiamnum hodie illi arbitrantur. Sic enim accipitur uerbum μεγαλύνεσθαι: apud Euripidem in Bacchis: & Magnificare, apud Varronem & Plinium. Illam tamen interpretationẽ magis probo, quòd cum superiore uerbo πλατύνειν melius consentiat. Cæterùm κρασπέδων appellatione intelliguntur contorti quasi cinnini filorum quæ ab extrema uestiũ ora pendebant: & ציצת uocantur. Num. 15. d. 38. cap. uerò Deut. 22. b. 12. גדלים *gedilim*. quamuis non desint qui inter ista discrimen aliquod constituant: eratq; hæc uestium forma à Deo constituta Israelitis, quæ tamen apud profanas etiam gentes usurpabantur. Similem enim uestẽ tribuit Nestori Homerus Iliad. α. 6 Primos consessus, πρωτοκαθεδρίας. Quasi præsidentiam dicas, ut rectè explicat Erasmus: qui tamen maluit interpretari per modum infinitum, primo sedere loco. Vulgata, primas cathedras. Conuentibus, συναγωγαῖς: id est, quando coguntur conuentus & concilia. neq; enim hic designari puto locum ipsum, alioqui retinuissem uocabulũ synagogæ. Vide suprà 6. a. 2. 7 Rabbi, Rabbi, ραββὶ, ραββι. רב eminentem declarat, & eum qui multorũ sit instar. Erat ergo ualde fastuosus hic titulus. quod etiam intelligitur ex repetitione, qua nimirum isti ualde capiebantur: sicuti hodie qui pharisæis & scribis successerunt, nulla re magis afficiũtur, quàm quũ salutantur Domini magistri nostri. Cæterùm scribunt nonnulli titulum רב ijs fuisse attributum qui in Babylonicis academijs magisterium consequebantur: רבי autem ijs qui in regione Israel per impositionẽ manuũ Sapientes essent declarati: titulũ uerò רבנין peculiarẽ fuisse sapiẽtib. domus Dauid. 8 Ne uocemini, μὴ κληθῆτε: id est, ne ambiatis hunc honorem. Neq; enim uetat Christus ne suum honorem exhibeamus magistratui aut magistris, sed ambitionem damnat, ut declarat Augustinus Sermone de uerbis Domini, ex Matth. 11. quod annotauit Erasmus. Doctor, καθηγητὴς. In duobus codicibus regiæ bibliothecæ legimus διδάσκαλος, eodem sensu: & fortasse rectius, ne postea uideatur eadem inculcare: quamuis aut nullum, aut certè exiguum sit in re ipsa discrimen. Videtur autem Dominus respicere quod scriptum est Esaię 54. c. 13. & Ierem. 31. f. 34. Nempe Christus: ὁ χριστὸς. Hoc neglexit uetus interpres: quod tamen scriptum erat in omnibus uetustis Stephani codicibus, si duos tantum excipias. Erasmus autem rectè addidit particulam Nempe, ad illustrandam sententiam, sicut etiam suprà 19. c. 17. Omnes autem uos, fratres estis, πάντες γὰρ ὑμεῖς ἀδελφοί ἐστε. Totum hoc deerat in quinto exemplari in hoc quidem uersiculo: sed additur sequenti, cui etiam uidetur melius conuenire.

9 Vestrum

A καὶ πατέρα μὴ καλέσητε ὑμῶν ἐπὶ τῆς γῆς· 9
εἷς γάρ ἐστιν ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.
μηδὲ κληθῆτε καθηγηταί· εἷς γάρ ἐστιν ὑμῶν ὁ 10
καθηγητὴς ὁ χριστός.
ὁ δὲ μείζων ὑμῶν ἔσται ὑμῶν διάκονος. 11
ὅστις δὲ ὑψώσει ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται· καὶ ὅστις 12
ταπεινώσει ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται.
ἐσὰ δὲ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι ὑποκρι- 13
ταί, ὅτι κλείετε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἔμπρο-
σθεν τῶν ἀνθρώπων· ὑμεῖς γὰρ οὐκ εἰσέρχεσθε, οὐδὲ
τοὺς εἰσερχομένους ἀφίετε εἰσελθεῖν.
ἐσὰ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι ὑποκριταί, 14
ὅτι περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν, ποιῆσαι

Et patrem uestrum neminem uocetis in terra: unus est enim Pater uester, qui in cœlis est. *Pater. Malach.1.b.6.*

Nec uocemini doctores: unus enim uester est doctor, *nempe* Christus. *Magister.*

Sed q maximus est uestrū, sit minister uester. *Minister. Luc.14.c.11.& 18.c.14.*

Qui enim sese extollet, demittetur: & qui se se demiserit, extolletur.

Væ autem uobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia clauditis regnum cœlorū coram hominibus: uos enim non introitis, nec introeuntes sinitis introire. *Claudere regnū cœlorum. Luc.11.g.52.*

Væ uobis Scribę & Pharisęi hypocritæ, quia penitus comeditis domos uiduarum, etiam prætextu longarum orationum: propter hoc auferetis grauius iudicium. *Comedentes domos uiduarum. Marc.12.c.40. Luc.20.g.47.*

Væ uobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia circumitis mare & aridam, ut faciatis

9 Vestrum neminem uocetis, *μὴ καλέσητε ὑμῶν*, Vulgata & Erasmus, nolite uocare uobis. Iegerunt enim *ὑμῖν*. Sed in omnibus manuscriptis codicibus, & Complutensi editione, atque adeò Theophylacto Romano, legimus *ὑμῶν*: excepto uno uetusto exemplari, in quo neutrum legebatur. Hæc autem respiciūt Iudęorum consuetudinem:
B apud quos nō modò אברהיבר, id est, patres, sed etiam patres nostri, salutabantur Rabbini qui proue ctioris erant ætatis. Itaque quāuis inter *πατέρα ὑμῶν*, sit aliquid interiectum, tamen non puto *ὑμῶν* pro *ὑμῖν* positū, sed pro *ὑμέτερον*: neque referendum ad *καλέσητε*, sed ad *πατέρα*. Particulam autem *μὴ* conuerti, quasi scriptum fit *μηδένα*, ut perspicuitati studerem. Qui in cœlis est, *ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*. In quinto exemplari hæc uerba, *πάντες δὲ ὑμεῖς ἀδελφοί ἐστι*, id est, uos autem omnes, fratres estis: ex superiore uersiculo in hunc erant translata: & sanè uidētur isti melius conuenire, quàm superiori. 10 Doctores, *καθηγηταί*. Hebraicè מוֹרִים uel לְמוֹרִים: de quibus agitur 2. Paral.17.b.9. Græci à præeundo *καθηγητὰς* uocāt, qui & *διδασκάλους* dicuntur, à docendo. Apparet autem huiusmodi titulos perlibenter fuisse à Scribis usurpatos. Neque enim temerè est, quod Paulus inter cætera hoc quoque illis obiicit, quòd se confiderent *ὁδηγοὺς τυφλῶν*, id est, cęcorum duces, Rom.2.c.19. quò etiam uidetur Dominus respexisse suprà 15.b.14. & hoc eodem capite, uersiculo 16. 11 Sed qui max. *ὁ δὲ μείζων*. Particulam *δὲ* prętermittūt Vetus interpres & Erasmus: quæ tamen est necessaria, & additur in omnibus exemplaribus. Eam autem conuertimus tanquam *ἀλλὰ*, ut melius intelligatur, quæ sit uis ipsius hoc loco. De enallage comparatiui pro superlatiuo Hebręis usurpari: quam enallagen nisi serues, certè obscurior erit hic locus. Adde, quòd etiā in manuscripto uno exemplari scriptum erat *ἔστω*, ut suprà quoque 20.d.26.& 27. 12 Qui enim, *ὅστις γάρ*. Vulg. & Eras. Qui autem. Ego uerò existimo *γὰρ* pro *γὰρ* hic usurpari, ut suprà 21.a.3. & alibi sępe: quę permutatio apud idoneos etiam authores inuenitur, sicut docet Budęus in Comment. Extollet, *ὑψώσει*: uel (ut uertit Vulgata & Erasmus) exaltabit. Ad uerbum, sublimabit: quo uocabulo utitur Ennius. Demittetur, *ταπεινωθήσεται*. Vulgata & Erasmus, ad uerbum, humiliabitur. Vide suprà 18.a.4. 13 Cœlorum, *τῶν οὐρανῶν*. In quinto codice scriptum erat, *τοῦ θεοῦ*, Dei. Coram hom. *ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων*. Huius particulæ uaria est significatio, ut etiam ostendit in Elenchis Aristoteles. Itaque nonnulli pro temporis aduerbio accipiunt: ut significetur, istos qui uideri uolebant cæteris aditum in cœlum patefacere, non modò id non facere, sed etiā multo antè pręcludere cœlorum fores. Ego uerò malo opponere *τῷ εἰσπίπτειν*. ut fores coram hominibus claudere dicantur, qui alioquin ingressuris coràm & in os ianuam occludunt:
C quod uernaculo sermone dicimus, *fermer l'huis au uisage*. Intreountes, *εἰσερχομένους*. id est, iam habentes pedem in limine. Erasmus ut planius loqueretur, uertit, aduenientes: id est, *προσερχομένους*. 14 Penitus comeditis, *κατεσθίετε*. Quę uis sit prępositionis *κατὰ* in his uerbis, suprà expositum est 16.c.18. Eā igitur ut exprimeremus, putauimus particulam Penitus adiungendam. Etiā prætextu, &c. *καὶ προφάσει μακρὰ προσεύχεσθε*. Ad uerbum, etiam prętextu longum precando. Vetus interpres, orationes longas orantes: ut planè uideatur, expuncta *καὶ* particula, legisse *μακρᾷ* tertio casu, & *πρόφασιν* interpretari *προσευχῶν*: id est, orationem: quum id potius declaret quod illi obtendebant auaritię suæ. Opponitur enim *τῇ ἀληθείᾳ* etiam apud Paulum, Philip.1.c.18. Deinde negligenda non fuit cōiunctio *καὶ*. Duplex enim notatur istorum improbitas: una, quòd facultates uiduarum uorarent: altera, quòd tantum scelus pietatis studio tegerēt. Erasmus autem *καὶ* interpretatur idq; id est, *καὶ τοῦτο*. Sed hoc quoq; placuit annotare, in plerisq; Veteris editionis exemplaribus non hoc tantùm loco, sed etiam uersiculo superiore & aliquot sequentibus, nempe 23.25.27.29. scriptum inueniri Qui pro Quia: id est *ὅ*, non *ὅτι*. Hanc autem lectionem si sequaris, certè mollior erit uerborum constructio, hoc pręsertim loco, quem totum sic licebit interpretari, Vę uobis Scribę & Pharisæi hypocritæ, qui penitus comeditis domos uiduarum, quiq; in speciem (uel, ad obtentum) longis orationibus utimini. Sic enim paulo pòst, uersu scilicet 16. dicitur, *ὀδοὶ ὑμῖν ὁδηγοὶ τυφλοὶ οἱ λέγοντες*. Auferetis grauius iu. *λήψεσθε κρίμα βαρύτερον περὶμα*: id est (ut uertit Erasmus) grauius puniemini. Vulgata, ad uerbum, accipietis amplius iudicium. Sed hoc genus dicendi fateor me nusquam legisse. Nam accipere iudicium, apud Latinos aliud significat. Desiexi tamen à Gręcis, quàm minimum fieri potuit. 15 Aridam, *τὴν ξηρὰν*. Ita dicitur Hebraïs ea terrę portio, ex qua Deus nostri causa aquas repulit: cuius beneficij recordatio fecit, ut hoc nomen non inuitus retinerem. Sed & Pharisæus in epigrammate, *οὐ γὰρ ἔβην ἁμάρτιον ἀ, ξηρὸν*, aut *ξηρὸν*, ita usurpat in hoc uersiculo, *Ἀντίτα πολλαπλασιάσας ποιεῖ ξηρὸν ἐκ᾽ ἀπὸ λέγεται*. dixit autem *ξηρὸν* pro *ξηρὸν* poeticè: quod etiam Latinè uerti potest Siccum. Virgilius: Postquam exhausta palus, terræq; ardore dehiscunt, Exilit in siccum. Et alio in loco: Donec rostra tenent siccum, & sedere carinæ Omnes innocuæ.

h Proselytum,

Proselytus. unum proselytum. & quum fuerit factus, facitis eum filiũ gehennæ duplo magis quàm uos ſitis.

ἕνα προσήλυτον· καὶ ὅταν γένηται, ποιεῖτε αὐτὸν A ὑμῶν υἱὸν γεέννης διπλότερον ὑμῶν.

Iurare per templum. Væ uobis duces cęci, qui dicitis, Quiſquis iurauerit per templum, nihil eſt: quicunq; autem iurauerit per aurum templi, debet.

οὐαὶ ὑμῖν ὁδηγοὶ τυφλοί, οἱ λέγοντες, ὃς ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ ναῷ, οὐδέν ἐστιν· ὃς δ' ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ χρυσῷ τοῦ ναοῦ, ὀφειλέτης.

Stulti & cæci, utrum enim maius eſt aurum, an templum, quod ſanctificat aurum?

μωροὶ καὶ τυφλοί, τίς γὰρ μείζων ἐστίν, ὁ χρυσὸς, ἢ ὁ ναὸς ὁ ἁγιάζων τὸν χρυσόν;

Et quiſquis iurauerit per altare, nihil eſt: quicunq; autem iurauerit per donum quod eſt ſuper ipſum, debet.

καὶ ὅς ἐὰν ὀμόσῃ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, οὐδέν ἐστιν· ὃς δ' ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ δώρῳ τῷ ἐπάνω αὐτοῦ, ὀφείλει.

Stulti ac cæci, utrum enim maius eſt, donum, an altare quod ſanctificat donum?

μωροὶ καὶ τυφλοί, τί γὰρ μεῖζον, τὸ δῶρον, ἢ τὸ θυσιαστήριον τὸ ἁγιάζον τὸ δῶρον;

Qui ergo iurauerit per altare, iurat per ipſum, & per omnia quæ ſuper illud ſunt.

ὁ οὖν ὀμόσας ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, ὀμνύει ἐν αὐτῷ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἐπάνω αὐτοῦ.

3.Reg. 8.b.13. 2.Par.6.a.2. Et qui iurauerit per templũ, iurat per ipſum & per eum qui habitat in ipſo.

καὶ ὁ ὀμόσας ἐν τῷ ναῷ, ὀμνύει ἐν αὐτῷ, καὶ ἐν τῷ κατοικοῦντι αὐτόν.

Et qui iurauerit per cœlum, iurat per thronũ Dei, & per eum qui ſedet ſuper ipſum.

καὶ ὁ ὀμόσας ἐν τῷ οὐρανῷ, ὀμνύει ἐν τῷ θρόνῳ τοῦ θεοῦ, καὶ ἐν τῷ καθημένῳ ἐπάνω αὐτοῦ.

Decimare mentham. Luc.11.f.42. Iudicium. Misericordia. Væ uobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia decimatis mentham & anethum & cuminum: & omittitis quæ grauiora ſunt Legis, iudicium & miſericordiam ac fidem. hæc oportuit facere, & illa non omittere.

οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον, καὶ τὸ ἄνηθον, καὶ τὸ κύμινον· καὶ ἀφήκατε τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου, τὴν B κρίσιν, καὶ τὸ ἔλεος, καὶ τὴν πίστιν. ταῦτα ἔδει ποιῆσαι, κἀκεῖνα μὴ ἀφιέναι.

Duces cæci, qui excolatis culicem: camelum autem deglutitis.

ὁδηγοὶ τυφλοί, οἱ διυλίζοντες τὸν κώνωπα, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνοντες.

Fides. Mundantes calices. Luc.11.c.39. Væ uobis Scribæ & Phariſæi hypocritę, quia purgatis exteriorem poculi patinæq; partem, intus autem plena ſunt rapina & intemperãtia.

οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι καθαρίζετε τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου καὶ τοῦ παροψίδος, ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς καὶ ἀκρασίας.

Phariſæe cæce, purga primùm quod eſt intra poculum & patinam, ut id quoque quod extra eſt, purum fiat.

φαρισαῖε τυφλὲ, καθάρισον πρῶτον τὸ ἐντὸς τοῦ ποτηρίου καὶ τῆς παροψίδος, ἵνα γένηται καὶ τὸ ἐκτὸς αὐτῶν καθαρόν.

Sepulchra dealbata. Væ uobis Scribę & Phariſæi hypocritę, quia aſsimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ extrà quidem apparẽt ſpecioſa: intus uerò plena ſunt

οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι παρομοιάζετε τάφοις λευκονιαμένοις, οἵτινες ἔξωθεν μὲν φαίνονται ὡραῖοι, ἔσωθεν δὲ γέμουσιν

Proſelytũ, προσήλυτον. Ita à Græcis uocabãtur qui patria relicta ſuperſtitione, Iudaiſmũ erãt amplexi, quaſi aduenitios dicas: quod uocabulũ Theologis etiã Latinis ſatis familiare, retinendũ putauimus. Hebræi quoq; ſuũ illud גר quo omnis aduena ſignificatur, ad iſtos proprié transferũt. Filium gehennæ, υἱὸν γεέννης: id eſt, exitio & interitu dignũ: de quo diximus ſuprà 5.c.12.& 8.b.12. Duplo magis, διπλότερον. Ad uerbũ, dupliciorem. Columella lib.1. cap.8. ſic utitur abſoluto: Duplicia, inquit, ferramẽta, quàm ſeruorũ numerus exigit: id eſt, duplo plura. 16 Per, ἐν. Ad uerbũ, in: qui Hebraiſmus eſt à nobis annotatus ſuprà 5.f.34. Debet, ὀφείλει: id eſt, obnoxius eſt multę: quod Latini dicũt multam cõmittere: ſicut à Græcis in quib. impoſita eſt multa, dicuntur οἱ ἐνοχλοῦντες, uel ἐνοχλοῦντες, abſolutè. C Sed hęc præſtat ad Syriacam dialecton referre, qua uſus eſt Dñs. Syriacè autẽ, qui peccat dicitur חיב, id eſt, debitor: & peccatũ חובא. id eſt, debitum, ut apparet ex Chaldaica paraphraſi Gen.50.c.17.& Pſal.1.a.1. Vnde ortũ illud dicẽdi genus, Et remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris. 17 Quod ſanct. ὁ ἁγιάζων: id eſt, facit ut aurũ pro re ſancta habeatur: diuinis ſcilicet uſib. conſecratũ. Hæc autẽ una eſt ex ſignificationib. uerbi Hebræi קדש, quod Græci uertũt ἁγιάζω, & Latini quoq; Theologi ſanctificare. 19 Stulti ac, μωροὶ καί. Hæc deerant hoc loco in exemplarib. 2.& 8. neq; etiã reperiuntur apud ueterẽ interpretem. Vel (ut Vulg.& Eraſ.) reliquiſtis. Apparet tamẽ ex præcedẽte uerbo ἀποδεκατοῦτε, pręteritum loco præſentis poſitũ eſſe. Fidẽ, τὴν πίστιν: id eſt, dictorũ & cõuentorum cõſtantiã ac ueritatẽ, ut definit Cicero. quod explicandũ putaui, ad uitandã homonymiam. Nã ſolet alioquin accipi pro fiducia quę in Chriſtũ recumbit. Hic autẽ uidetur Chriſtus agere duntaxat de mutuis hominũ inter ſe officijs. 25 Patinæ, παροψίδος. Vulg. paropſidis: quo uocabulo utũtur etiã Latini poetæ. Sed paropſis uidetur hìc generalius accipi. Itaq; etiã in uetuſtis exẽplaribus 3.& 14. legitur, τὴν πίνακος. Quare de paropſidis uſu & forma nullus eſt hìc (ut opinor) differendi locus. Vide (ſi libet) Athenæũ initio libri noni, & Eraſmum in hunc locum. Plena ſunt, γέμουσιν. Plena ſunt: ſcilicet pocula & patinæ. Nam alioqui dicẽdum fuerat præpoſito articulo, τὰ ἔνδον, interiora uerò, ſicut loquitur Lucas 11.f.39. aut certè pro γέμουσιν, ſcribendũ erat γέμει. Rapina, ἐξ ἁρπαγῆς. In antiquis exemplarib. 5.6.7.14. legimus, ἐξ ἁρπαγῆς cõiunctè, & (ni fallor) rectius. Reſponder autẽ hoc uocabulũ Hebræo חמס, quo omne ſceleris genus ſignificatur ad interuertẽdas res alienas comparatũ. itaq; latius patet quàm Græcum aut Latinum. Intemperantia, ἀκρασίας. In uetuſtis codicibus 1.4.5.6.7.9.12. ſcriptũ erat ἀδικίας, iniuſtitia. Vulg. legit hìc quoq;, ἀκαθαρσίας: id eſt, immundicia, ut infrà 27. Cæterũ rapinę & intemperãtiæ nomine dapes intelligit ex alienis interuerſis facultatib. ad luxũ cõparatas. 27 Aſſimiles eſtis, παρομοιάζετε. Addit aliquid ſignificationi prępoſitio παρὰ, quã nõ putaui negligendã. Vulg.& Eraſ. ſimiles eſtis. Id Græci uno uerbo exprimunt: Latini aſsimilare quidem dicunt, ſed actiuè. Dealbatis, κεκονιαμένοις: id eſt, opere tectorio inductis: à κονία, quod calcem & tectorium opus declarat, ut explicat doctiſsimus Budæus.

Immundicia,

A ὀστέων νεκρῶν, καὶ πάσης ἀκαθαρσίας.

ὅτω καὶ ὑμεῖς ἔξωθεν μὲν φαίνεσθε τοῖς ἀνθρώποις 28
δίκαιοι, ἔσωθεν δέ μεστοί ἐστε ὑποκρίσεως καὶ ἀνομίας.

Ὰὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι ὑποκριταί, 29
ὅτι οἰκοδομεῖτε τοὺς τάφους τῶν προφητῶν, καὶ κο-
σμεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν δικαίων,

καὶ λέγετε· εἰ ἤμεν ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν πατέρων 30
ἡμῶν, οὐκ ἂν ἤμεν κοινωνοὶ αὐτῶν ἐν τῷ αἵματι τῶν
προφητῶν.

ὥστε μαρτυρεῖτε ἑαυτοῖς, ὅτι υἱοί ἐστε τῶν φονευ- 31
σάντων τοὺς προφήτας.

καὶ ὑμεῖς πληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων 32
ὑμῶν.

ὄφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν, πῶς φύγητε ἀπὸ τῆς 33
κρίσεως τῆς γεέννης;

διὰ τοῦτο ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω πρὸς ὑμᾶς προφή- 34
τας, καὶ σοφοὺς, καὶ γραμματεῖς· καὶ ἐξ αὐτῶν ἀπο-
κτενεῖτε καὶ σταυρώσετε, καὶ ἐξ αὐτῶν μαστιγώσετε
ἐν ταῖς συναγωγαῖς ὑμῶν, καὶ διώξετε ἀπὸ πόλε-
B ως εἰς πόλιν·

ὅπως ἔλθῃ ἐφ' ὑμᾶς πᾶν αἷμα δίκαιον, ἐκχυνό- 35
μενον ἐπὶ τῆς γῆς, ἀπὸ τοῦ αἵματος Ἄβελ τοῦ δικαίου,
ἕως τοῦ αἵματος Ζαχαρίου υἱοῦ Βαραχίου, ὃν ἐφονεύσα-
τε μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου.

ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἥξει ταῦτα πάντα ἐπὶ τὴν 36
γενεὰν ταύτην.

Ἱερουσαλὴμ Ἱερουσαλήμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφή- 37
τας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν,
ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου ὃν τρό-
πον ἐπισυνάγει ὄρνις τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ
τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε;

ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. 38

λέγω γὰρ ὑμῖν, οὐ μή με ἴδητε ἀπ' ἄρτι, ἕως ἂν 39
εἴπητε, Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυ-
ρίου.

ΚΕΦΑΛ. κθ'

Καὶ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς, ἐπορεύετο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ· καὶ 1
προσῆλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπιδεῖξαι αὐ-
τῷ τὰς οἰκοδομὰς τοῦ ἱεροῦ.

C ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· Βλέπετε πάντα ταῦ- 2
τα; ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀφεθῇ ὧδε λίθος ἐπὶ λί-
θον ὃς οὐ μὴ καταλυθήσεται.

osſibus mortuorum, omniq; immunditia.

Ita & uos extrà quidem apparetis homini- 28
bus iuſti: intus autem pleni eſtis hypocriſi & ini
quitate.

Væ uobis Scribæ & Phariſęi hypocritę, quia Ædificare ſepul
ædificatis ſepulchra Prophetarũ, & ornatis mo chra Prophetarum.
numenta iuſtorum,

Et dicitis: Si fuiſſemus in diebus patrum no- 30
ſtrorum, non fuiſſemus ſocij eorum in ſanguine
Prophetarum.

Itaq; teſtamini uobiſmetipſis, quòd filij ſitis 31
eorum qui Prophetas occiderunt.

Vos quoque implete menſuram patrum ue- 32
ſtrorum.

Serpentes, progenies uiperarum, quomodo Serpentes.
fugere poſſitis à iudicio gehennæ? Viperæ.

Propterea ecce ego mitto ad uos Prophetas Prophetæ occi-
& Sapientes & Scribas, & ex ipſis nõnullos tru ſi à Iudæis.
cidabitis & crucifigetis: & ex ipſis nõnullos fla-
gellabitis in ſynagogis ueſtris, & perſequemini
ab urbe in urbem.

Vt ueniat ſuper uos omnis ſanguis iuſtus ef- 35
fuſus ſuper terrã, à ſanguine Abel iuſti, uſq; ad 2.Par.24.f.22.
ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occi
diſtis inter templum & altare.

Amen dico uobis, uenient hęc omnia ſuper 36
nationem iſtam.

Ieruſalem Ieruſalem, quæ trucidas Pro- 37 Gallina.
phetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt, Luc.13.g.34.
quoties uolui cogere filios tuos, quemad- 4.Reg.1.c.30.
modum gallina cogit pullos ſuos ſub alas, &
noluiſtis?

Ecce relinquitur uobis domus ueſtra deſerta. 38

Dico enim uobis, nequaquã me uidebitis ab 39
hoc tẽpore uſq; dũ dicatis, Benedictus qui ue-
nit in nomine Dñi. CAP. XXIIII.

ET egreſſus Ieſus à templo, ibat: & acceſſe- Deſtructio Iu-
runt diſcipuli eius, ut indicarent ei ædificia dæorum.
templi. Marc.13.a.1.
Luc.21.a.5.

Ieſus autem dixit eis: Nónne uidetis hæc om- 2 Luc.19.g.44.
nia? amen dico uobis, non relinquetur hîc lapis
ſuper lapidem qui non diſſoluatur.

Immunditia, ἀκαθαρσίας. Vulg. & Eraſ. ſpurcitia: quod potius reſpondet τῇ ἀνομίᾳ. 28 Hypocriſi, ὑποκρίσεως: id eſt, ſimulatione: ſed Græcum uocabulũ uſitatũ retinere maluimus. 30 In ſanguine, ἐν τῷ αἵματι: id eſt, cæde, ut infrà annotauimus. 32 Vos quoq; implete, καὶ ὑμεῖς πληρώσατε. Hebræum prouerbiũ eſt. cuius hic eſt ſenſus: Pergite uos quoq; imitari maiores ueſtros, ut tandem ueſtra improbitas ad ſummum gradum perueniat. 33 Quomodo, πῶς. In uno uetere codice ſcriptũ erat πῶς: id eſt, quo. 34 Ex ipſis nõnullos, ἐξ αὐτῶν. Subauditur τινὰς: id eſt, nõnullos: quod expreſsimus etiam in hoc mẽbro. Vide infrà cap. 27. a. 9. 35 Vt ueniat, ἐφ' ὑμᾶς πᾶν αἷμα. Hebręũ dicendi genus, quod imitantur quodãmodo Latini Iuriſconſulti, quũ dicũt, Noxã caput ſequi. Eſt autẽ hæc huius loci ſententia, Vt rei & obnoxij ſitis: uel, ut in ueſtrũ caput redundet ſanguis iuſtus, id eſt, iuſtorũ & innocentũ hominũ cædes. Occidiſtis, ἐφονεύσατε. In 12. exemplari legitur ἐφόνευσαν, occiderũt. 37 Ad te, πρὸς αὐτὸν. In 2. exemplari ſcriptũ erat πρός σε, eodẽ ſenſu. Gallina, ὄρνις. Hoc tamen uocabulum generaliter auem declarat plerunq;. Nam gallina propriè dicitur ἀλεκτορὶς, præſertim apud Poetas. 39 Ab hoc tempore, ἀπ' ἄρτι. Hebraiſmus בעתה ex nunc. Vulgata ad uerbum, amodò. Vide infrà 26. c. 29.

IN CAPVT XXIIII.

1 A templo ibat, ἐπορεύετο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ. Octauũ exemplar legit, ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἐπορεύετο: quæ lectio melius conuenit. Itaq; eam ſum ſequutus cum uetere interprete. Acceſſerunt, προσῆλθον. Apud Theophylactum additur pronomen αὐτῷ. 2 Ieſus autem dixit eis, ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς. In ueteribus codicibus 2. & 8. ſcriptum erat, ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς: id eſt, ipſe uerò reſpondẽs, dixit eis. Eam lectionẽ ſequitur Vetus interpres: quem hoc loco immeritò flagellat Eraſmus, quum idem ipſe ſuprà annotarit uerbum Reſpondendi ab Hebræis ſæpe impropriè accipi, & habitum inter eos ſermonem conſtet, antequã hæc diceret Ieſus. Nónne, οὐ. Hanc particulam neq; legit Vetus interpres, neque ex ueteribus codicibus 2.4.5.6.8. Diſſoluatur, καταλυθήσεται. In ædificio coniuncti lapides & coag-

mentari, dicuntur dissolui. Sic loquitur Cicero de Senec. Opus ipsa suum eadem quę coagmentauit, natura dissoluit. Vulgata & Erasmus, destruatur: id est, ἀποσυναδόντα. A

Sedente autem eo in monte Olearum, adierunt eum discipuli priuatim, dicētes: Dic nobis, quando hæc erunt? & quod signum aduentus tui & consummationis seculi?

3 καθημένου δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ κατ' ἰδίαν, λέγοντες· εἰπὲ ἡμῖν, πότε ταῦτα ἔσται, καὶ τί τὸ σημεῖον τῆς σῆς παρουσίας, καὶ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος;

De aduētu Christi. Ephes. 5. b. 6. Coloss. 2. c. 28.

Et respondēs Iesus, dixit eis: Videte ne quis uos seducat.

4 καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ.

Multi enim uenient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus: multosq; seducent.

5 πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, λέγοντες, ἐγώ εἰμι ὁ χριστός· καὶ πολλοὺς πλανήσουσι.

Futurum est autem ut audiatis bella, & rumores bellorū: uidete ne turbemini: oportet enim omnia fieri, sed nondum est finis.

6 μελλήσετε δὲ ἀκούειν πολέμους, καὶ ἀκοὰς πολέμων· ὁρᾶτε μὴ θροεῖσθε· δεῖ γὰρ πάντα γενέσθαι· ἀλλ' οὔπω ἐστὶ τὸ τέλος.

Surget enim gens in gentem, & regnū in regnum: & erūt pestilentiæ, & fames, & terræ motus singulis locis.

7 ἐγερθήσεται γὰρ ἔθνος ἐπὶ ἔθνος, καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν· καὶ ἔσονται λιμοὶ, καὶ λοιμοὶ, καὶ σεισμοὶ κατὰ τόπους.

Hæc autem omnia principium sunt dolorum.

8 πάντα δὲ ταῦτα ἀρχὴ ὠδίνων.

Supra 10. b. 17. Luc. 21. c. 12. Ioan. 15. c. 20. & 16. a. 2.

Tunc tradent uos in oppressionem, & trucidabunt uos: & odio habebimini ab omnibus gentibus propter nomen meum.

9 τότε παραδώσουσιν ὑμᾶς εἰς θλῖψιν, καὶ ἀποκτενοῦσιν ὑμᾶς· καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν διὰ τὸ ὄνομά μου.

Et tunc offendentur multi: & alius aliū prodent, & odio habebunt alius alium.

10 καὶ τότε σκανδαλισθήσονται πολλοὶ, καὶ ἀλλήλους παραδώσουσι, καὶ μισήσουσιν ἀλλήλους, B

Et multi pseudoprophetæ surgent, ac seducent multos.

11 καὶ πολλοὶ ψευδοπροφῆται ἐγερθήσονται, καὶ πλανήσουσι πολλούς.

Iniquitas. Charitas.

Et quoniam multiplicata erit iniquitas, refrigescet charitas multorum.

12 καὶ διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν.

Perseuerantia.

Qui autem sustinuerit in finē, iste seruabitur.

13 ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται.

Euangelij prædicatio.

Et prædicabitur istud Euangelium regni in uniuersa in terra, in testimonium omnibus gentibus: & tunc ueniet finis.

14 καὶ κηρυχθήσεται τοῦτο τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ, εἰς μαρτύριον πᾶσι τοῖς ἔθνεσι· καὶ τότε ἥξει τὸ τέλος.

Destructio Iudæorum. Marc. 13. b. 14. Luc. 21. d. 20. Dan. 9. d. 27.

Quum ergo uideritis abominādam uastationem quæ dicta est à Daniele propheta, stantem in loco sancto, (qui legit, animaduertat)

15 ὅταν οὖν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸ ῥηθὲν διὰ Δανιὴλ τοῦ προφήτου, ἑστὸς ἐν τόπῳ ἁγίῳ, (ὁ ἀναγινώσκων νοείτω)

Tunc qui in Iudæa fuerint, fugiant in montes.

16 τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν ἐπὶ τὰ ὄρη.

Qui supra domum, non descendat ut tollat quicquam è domo sua.

17 ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος, μὴ καταβαινέτω ἆραί τι ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ.

3 Priuatim, κατ' ἰδίαν. Vulg. & Eras. secretò: id est, ἀπορρήτως. Aduētus, παρουσίας. à παρεῖναι: id est, adesse, pro aduenire, sicut etiā infrà accipitur 27. Nam proprie nō aduentum, sed præsentiam declarat. Cęterum in quibusdā uetustis exemplarib. hæc omnia sine interrogatione leguntur. 4 Seducat, πλανήσῃ. πλανάω, hîc accipitur forma cōiugationis Hebrææ hiphil: nam proprie neutrū est. ideo uerti oportuit perinde ac si scriptū esset, ἀπατήσῃ. Home. Iliad. β. ἵνα μὴ μίγα πλάσῃσι: id est, ἀπατήσωσι. 6 Rumores, ἀκοὰς. Vulg. opiniones: id est, δόξας. Nos suprà 4. d. 24. ἀκολὼ, famam cōuertimus. Sed quia plurali numero utendū erat, synonymū quęsiuimus. Omnia, πάντα. In 9. exemplari additur τοῦτα, hæc. Est, ταῦτα. Annotat Eras. sese alicubi legisse ἔστω, erit: quam lectionē maximè probo. 7 Singulis locis, κατὰ τόπους: id est, passim. Nam κατὰ, hoc loco distributiuū est. Vulg. per loca: præpositione non satis expressa Eras. uarijs locis. 9 Gentibus, ἐθνῶν. In uno codice nō additur hoc uocabulum, quo sublato uidetur plenior esse sentētia. 10 Prodent, παραδώσουσι. Vulgata & Erasmus ad uerbū, tradent. Sed τὸ παραδίδωμι, existimo positum ἀντὶ τοῦ προδίδωμι, sicut etiam infrà cap. 26. b. 16. Sic etiam Hebręis בגד non modò tradere, sed etiam prodere significat, ut Ierem. 38. c. 19. Odio habebunt, μισήσουσιν. Hoc quoq; cōmodius Græci uno uocabulo exprimunt, quàm Latini. Alius alium, ἀλλήλους. Hoc Græci uno uocabulo exprimūt. Erasmus addit, inuicem: quod abundat, & magis respondet, τῇ ἀναλλάξ. 12 Multiplicata erit, πληθυνθῆναι. Vulg. & Eras. abundabit, πλεονάσει. 13 Qui sustinuerit, ὁ ὑπομείνας. Vulg. & Eras. qui perseuerauerit: id est, ὁ διακαρτερήσας. Vide suprà 15. d. 32. In finem, εἰς τέλος. Erasmus, ad finem usq;, ἄχρι τέλους. 14 In uniuersa terra, ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ. Ad uerbum, in uniuersa habitabili. Vulgata, in uniuerso orbe: id est, ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ τῆς γῆς. Finis, τὸ τέλος. Vulg. & Eras. consummatio: id est, συντέλεια.

15 Abominandam uastationem, βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως. Ad uerbū, abominationem desolationis: qui Hebraismus est obscurior. Sic etiam infrà Apocalypseos cap. 17. a. 1. legimus, κρίμα τῆς πόρνης: id est, damnationem meretricis illius, pro, damnandam illam meretricem. Stantem, ἑστὸς: id est, existentem siue quę erit. Animaduertat, νοείτω: uel, secum consideret. Vulgata & Erasmus, intelligat: quæ interpretatio non satis uidetur conuenire huic loco, quamuis interdum pro συνίημι usurpetur, ut suprà cap. 15. b. 17. & 16. b. 11. Marci autem 8. b. 17. alterum ab altero apertè uidetur distingui. 17 Supra domum, ἐπὶ τῶ δώματος: id est, in in superiore ædiū parte. Vulgata & Erasmus, in tecto. Vide suprà 10. c. 27. Vt tollat quicquam è domo sua, ἆραι τι ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ. In uetustis exemplaribus legitur, ἆραι τὰ ἐκ τῆς οἰκίας· quo modo etiam legit Theophylactus & Valla, id est, ad tollēda ea quę sunt è domo sua: nempe res suas quas domi habet.

17 Retro,

A καὶ ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ, μὴ ἐπιστρεψάτω ὀπίσω ἆραι τὰ ἱμάτια αὐτοῦ.

18 Et qui in agro, non reuertatur retrò ut tollat uestimenta sua.

οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις, καὶ ταῖς θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις.

19 Væ autem uentrem ferẽtibus & lactantibus in illis diebus.

προσεύχεσθε δὲ ἵνα μὴ γένηται ἡ φυγὴ ὑμῶν χειμῶνος, μηδὲ ἐν σαββάτῳ.

20 Orate autem ut non fiat fuga uestra hyeme, neq; in sabbatho:

ἔσται γὰρ τότε θλῖψις μεγάλη, οἵα οὐ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς κόσμου, ἕως τοῦ νῦν, οὐδ' οὐ μὴ γένηται.

21 Erit enim tũc oppressio magna, qualis non fuit à principio mundi ad hoc usq; tempus, neq; fiet. Act.1.b.11.

καὶ εἰ μὴ ἐκολοβώθησαν αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ. ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐκλεκτοὺς κολοβωθήσονται αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι.

22 Et nisi decurtati fuissent dies illi, nulla caro seruaretur: sed propter electos decurtabuntur dies illi.

τότε ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ, ἰδοὺ ὧδε ὁ χριστός, ἢ ὧδε· μὴ πιστεύσητε.

23 Tunc si quis uobis dixerit, Ecce hîc Christus, aut hîc: ne credatis. Cauendum ab ab his qui se falsò Christos dicunt. Marc.13.c.21. Luc.17.c.23. Luc.17.g.37.

ἐγερθήσονται γὰρ ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ δώσουσι σημεῖα μεγάλα καὶ τέρατα, ὥστε πλανῆσαι, εἰ δυνατόν, καὶ τοὺς ἐκλεκτούς.

24 Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetę, & edẽt signa magna & prodigia: ita ut seducant, si fieri possit, etiam electos.

ἰδοὺ προεῖρηκα ὑμῖν.

25 Ecce prædixi uobis.

ἐὰν οὖν εἴπωσιν ὑμῖν, ἰδοὺ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐστίν, μὴ ἐξέλθητε· ἰδοὺ ἐν τοῖς ταμείοις, μὴ πιστεύσητε.

26 Si ergo dixerint uobis, Ecce in deserto est: ne egrediamini. Ecce in cõclauibus: ne credatis.

ὥσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν, B καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν, οὕτως ἔσται ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.

27 Sicut enim fulgur exit ab Oriẽte, & apparet usque in Occidentem: ita erit & aduentus Filij hominis.

ὅπου γὰρ ἐὰν ᾖ τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί.

28 Vbicunq; enim fuerit cadauer, illic cogentur aquilæ.

εὐθέως δὲ μετὰ τὴν θλῖψιν τῶν ἡμερῶν ἐκείνων, ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, καὶ οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται.

29 Statim autem post oppressionem dierum illorum, sol obscurabitur, & luna non dabit lumẽ suum, & stellæ cadent è cœlo, & potestates cœlorum agitabuntur. Signa consummationis seculi. Marc.13.c.24. Luc.12.c.25. Esa.13.b.10. Ezech.32.b.7. Ioel.2.g.31. & 3.c.15. Apoc.1.b.7.

καὶ τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ τότε κόψονται πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, καὶ ὄψονται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς.

30 Et tunc apparebit signum Filij hominis in cœlo: & tunc plangent omnes tribus terræ, & uidebunt Filium hominis uenientem in nubibus cœli cum potestate & gloria multa.

18 Retrò. *Εἰσω.* Vel, rursus: sicut dixit Virgilius, Rursus & incipiant in corpora uelle reuerti. Hanc particulã tamen Vulg. & Erasmus neglexerũt. Vestimenta, *τὰ ἱμάτια.* Vestimentũ hoc loco generaliter accipitur, cuius latè patet significatio, ut testantur Iurisconsulti. Cęterùm in uetustis exemplarib. primo, secundo, tertio, octauo, legitur in singulari, *τὸ ἱμάτιον*: id est, pallium, nimirum quod fugienti in primis necessarium est aduersus aeris iniuriã. Idẽ ergo de cæteris eiusmodi rebus statuendum: & significatur summa trepidatio & necessitas fugæ. Quare malim suprà legere cũ uetustis codicibus, *ἆραι τὰ ἐν τοῖς οἴκοις.* Hic autẽ potius, *ἱμάτιον*, propriè acceptũ pro pallio, quàm *ἱμάτιον*, generali significatione. 20 In sabbatho, *ἐν σαββάτῳ.* In exemplarib. 3.6.7.9.19. omissa est præpositio. In 4.c.8.14. legitur, *σαββάτοις* secundo casu, sicut paulo antè, *χειμῶνι.* 21 Neq; fiet, *οὐδ' οὐ μὴ γένηται.* Triplex negatio est C adhibita (ut annotat Erasmus) emphaseos causã, quũ Latinis contrà uel duplex negatio affirmet. Censet autẽ idẽ in annotationibus, uerti posse, Neq; fiat: ut sit abominantis. Atqui si hoc recipiamus, potius scribendũ fuerit, *ὃ μὴ γένηται.* ex infinitis autẽ exemplis apparet Coniunctiui præsens in hac cõstructione pro futuro Indicatiui usurpari ab Euãgelista. 22 Nulla caro seruaretur, *οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ*: id est, nullus prorsus euaderet, totaq; gens funditus interiret. Duplex Hebraismus Latinis ignotus, Nõ omnis pro Nulla, & Caro pro homine: ex quibus illum mutauimus ut obscuriorẽ, hunc ut satis usitatum retinuimus. 23 Aut hic, *ὧδε ἢ ὧδε.* In secundo codice legitur, *ὧδε καὶ*, aut illic: idq; melius. 24 Et edent signa, *καὶ δώσουσι σημεῖα.* Vulgata & Erasmus ad uerbum, Et dabunt signa. Idem autẽ ualet *δώσουσι* quod *ἀποδείκνυσιν*: id est, palàm aliquid designare insigne, quod omnibus spectandum proponatur. Sic enim usurpant Hebræi uerbum נתן interdum, ut Neem. 9. b. 10. Seducant, *πλανῆσαι.* In secundo exemplari scriptum erat, *πλανηθῆναι*: id est, ut seducantur, uel (ut conuertit Vetus interpres) in errorem inducantur. 28 Cadauer, *τὸ πτῶμα.* Vulgata, corpus: id est, *τὸ σῶμα.* qua occasione arrepta, nonnulli Ecclesiam quam falsò uocant, pro Christo ipso subtitutũt: quod quidem facilè refelli potest, etiamsi legamus, *τὸ σῶμα.* Sed certè omnes codices quos mihi uidere contigit, scriptum habebant, *τὸ πτῶμα.* Ira etiam habet Theophylactus Romanus & Theodoritus, *περὶ παροιμίας, λέγων.* Aquilæ, *οἱ ἀετοί.* Vulgata, & aquilæ: redundante copulatiua. 29 Potestates cœlorum, *αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν.* Aut (ut alij uertunt) uirtutes: modò intelligas non, *ἀρετὰς*, sed *δυνάμεις*, scriptum esse. Cæterùm existimo ex Hebræorum idiotismo (de quo etiam suprà diximus uersiculo 15) Potestates cœlorum pro ipsis cœlis potentibus dici. Nolui tamen temerè quicquam immutare. Agitabuntur, *σαλευθήσονται*: uel, tracillabunt, instar fluctuantis nauis in mari. Vulgata & Erasmus, commouebuntur: quod non tantam habet emphasim: respondet enim *τῷ συγκινεῖσθαι.* 30 In cœlo, *ἐν τῷ οὐρανῷ.* In codice secundo legitur, *τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς*, qui est in cœlis Plangent, *κόψονται.* Ouidius, Plangere nuda meis conabar pectora palmis. Inde factum, ut pro lugere accipiatur neutri absoluti significatione. In nubibus, *ἐπὶ τῶν νεφελῶν*: uel, supra nubes, id est nubibus insidentem: quo modo etiam sublatus est in cœlum, & pulcherrimè describitur à Dauide Psalmo 104. Est autem totus hic locus translatus ex Danielis septimo.

Angeli. 1.Cor.15.g.52. 1.Thess.4.d.16.

Et is mittet Angelos suos cum tubæ uoce magna, & cogent electos eius à quatuor uentis, à cœlorum extremo ad eorum extremum.

31 καὶ ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ μετὰ σάλπιγγος φωνῆς μεγάλης, καὶ ἐπισυνάξουσι τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων, ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν. A

Ficus.

A ficu autem discite parabolam: quum iam ramus eius tener fit, & folia germinat, nostis q̃ propè sit æstas.

32 ἀπὸ δὲ τῆς συκῆς μάθετε τὴν παραβολήν· ὅταν ἤδη ὁ κλάδος αὐτῆς γένηται ἁπαλός, καὶ τὰ φύλλα ἐκφύῃ, γινώσκετε ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος.

Ita & uos, quum uideritis hęc omnia, agnoscite quòd propè sit in foribus *regnum* Dei.

33 οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν ἴδητε πάντα ταῦτα, γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις.

Amen dico uobis, nequaquã præterierit ætas hæc, usquedum omnia ista facta sint.

34 ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη, ἕως ἂν πάντα ταῦτα γένηται.

Marc.13.d.32.

Cœlum & terra præteribunt: sermones autẽ mei nequaquam præteribunt.

35 ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι.

De die autem illo & hora nemo scit, ne Angeli quidem cœlorum, nisi Pater ille meus solus.

36 περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, εἰ μὴ ὁ πατήρ μου μόνος.

Tempora Noe.

Sed sicut *erant* dies Noe, ita erit & aduentus Filij hominis.

37 ὥσπερ δὲ αἱ ἡμέραι τοῦ Νῶε, οὕτως ἔσται ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.

Luc.17.f.28. Gen.7.b.5. 1.Pet.3.d.20.

Sicut enim erant in diebus *qui præcesserunt* diluuium edentes & bibentes, uxores ducentes, & nuptum dantes, usque ad *eum* diem quo ingressus est Noe in arcam:

38 ὡσπερ γὰρ ἦσαν ἐν ταῖς ἡμέραις ταῖς πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ τρώγοντες καὶ πίνοντες, γαμοῦντες καὶ ἐκγαμίζοντες, ἄχρι ἧς ἡμέρας εἰσῆλθε Νῶε εἰς τὴν κιβωτὸν, B

Diluuium.

Et non cognouerunt, usque dum uenisset diluuium, & sustulisset omnes: ita erit & aduentus Filij hominis.

39 καὶ οὐκ ἔγνωσαν, ἕως ἦλθεν ὁ κατακλυσμὸς, καὶ ἦρεν ἅπαντας· οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.

Luc.11.g.35. 1.Thess.4.d.17.

Tunc duo erunt in agro: unus accipitur, & alter relinquitur.

40 τότε δύο ἔσονται ἐν τῷ ἀγρῷ· ὁ εἷς παραλαμβάνεται, καὶ ὁ εἷς ἀφίεται.

Duæ molentes in pistrino: una accipitur, & altera relinquitur.

41 δύο ἀλήθουσαι ἐν τῷ μύλωνι· μία παραλαμβάνεται, καὶ μία ἀφίεται.

Vigilandum. Marc.13.d.35.

Vigilate ergo: quia nescitis qua hora Dominus uester uenturus sit.

42 γρηγορεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κύριος ὑμῶν ἔρχεται.

Fur in nocte. Luc.12.c.39. 2.Thess.5.a.2. Apoc.16.c.15.

Illud autem scitote, quòd si scisset paterfamilias, qua uigilia fur uenturus erat, uigilasset, & non siuisset perfodi domum suam.

43 ἐκεῖνο δὲ γινώσκετε, ὅτι εἰ ᾔδει ὁ οἰκοδεσπότης ποίᾳ φυλακῇ ὁ κλέπτης ἔρχεται, ἐγρηγόρησεν ἄν, καὶ οὐκ ἂν εἴασε διορυχθῆναι τὸν οἶκον αὐτοῦ.

Propterea & uos estote parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis uenturus est.

44 διὰ τοῦτο καὶ ὑμεῖς γίνεσθε ἕτοιμοι, ὅτι ᾗ ὥρᾳ οὐ δοκεῖτε, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται.

Seruus fidelis. Luc.12.c.2.

Quis igitur est fidelis seruus & prudens, quẽ

45 τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς δοῦλος καὶ φρόνιμος, ὃν κα-

31 Voce. *φωνῆς*. In codicibus uetustis primo, secundo, quarto, quinto, scriptum erat, *μετὰ σάλπιγγος καὶ φωνῆς μεγάλης*, cum tuba & uoce magna: quo modo conuertit Vetus interpres. A' cœlorum extremo ad eorum extremũ, *ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν*: id est, ab uno extremo ad alterum. siue, à toto terrarũ orbe qui cœlo tegitur. Vulg. & Eraſmus obscurè, à summis cœlorum usq; ad terminos eorum. quam interpretationem meritò Valla reprehẽdit. C Hoc dicendi genus etiam reperies Deut. 4.c.32. & 28.g.64. 32 Ficu, *συκῆς*. Vulgata, arbore fici: quo modo etiam suprà 21.b.19. quia ficus Latinis est anceps. Sed hanc ambiguitatem tollunt ea quæ sequuntur. Parabolam, *παραβολήν*. Eraſmus, similitudinem: nequis (ait) somniet ficum parabolas dicere. Certè hæc amphibolia nimiũ est absurda: quam tamen qui putauerit fugiendam, inuertat compositionem uerborum hoc modo, Discite parabolam à ficu. Tener, *ἁπαλός*: uel potius læuis. Hoc etiam refero ad corticem & librum, cuius læuor indicat succum illum uitalem è radice ad librum euasisse: quod uernaculo sermone dicimus, *quand la seue est montée*. Eraſmus ad gẽmam refert, eodem manente sensu. Germinat, *ἐκφύῃ*: uel, edit. Accipitur autem illud etiam transitiuè: quum apud Plinium lib. 7. cap. 6. dicatur fœtus capillum germinare: metaphora ab arboribus sumpta. Vulgata, nata. Eraſmus, enata: id est, *ἐκφύεται*: uel, *ἐκφύσαι*. Ego uerò malo actiuè accipere. 33 In foribus *regnum Dei*, *ἐπὶ θύραις*. Quod deesse uidebatur explanãdæ constructioni, suppleuimus ex Luca 21.f.31. 34 Amen, *ἀμὴν*. In quibusdã exemplaribus additur *δὲ*, autem. Aetas, *γενεὰ*. Vulgata ad uerbum, generatio. Sed *γενεὰ* (ut obseruat Eraſmus) pro eo hic usurpatur quod Latini Aetatem aut seculum uocant: uelut quum dicitur Nestor, *τρῖς γενεὰς*, tres ætates uixisse. Vide suprà 11.b.16. 36 Et hora, *καὶ τῆς ὥρας*. In quinto codice scriptum erat, *ὃ δὲ ὥρας*: uel hora. Pater ille meus, *ὁ πατήρ μου*. In codicibus 3.4.5.8.9. deerat *μοῦ*, neque etiam legitur apud Veterem interpretem. 38 Edentes, *τρώγοντες*: id est, *ἐσθίοντες*, quum illud propriè de brutis dici uelint Grammatici, ut etiam uideatur magna esse huius uerbi emphasis, quo significatur homines brutorum instar fore uentri deditos. Nam alioqui edere & bibere per se non est uitium. 40 Accipitur, *παραλαμβάνεται*. Vulgata in futuro, assumetur: id est, *παραληφθήσεται*. Et paulò pòst, relinquetur: id est, *ἀφεθήσεται*. ut scribitur apud Lucam 17.g.34. 41 Pistrino, *μύλωνι*. In tertio, quarto, sexto codicibus legitur *μύλῳ*, eodem sensu. Vulgata & Eraſmus, mola: id est, *μύλῃ*. Relinquitur, *ἀφίεται*. Secundus codex addit, *δύο ἐπὶ κλίνης μιᾶς· εἷς παραλαμβάνεται, καὶ εἷς ἀφίεται*, Duo erunt in lecto uno, unus accipitur, & alter relinquitur. 43 Qua uigilia, *ποίᾳ φυλακῇ*. Ad uerbum, qua custodia. Vide suprà 14.c.25. Vulgata & Eraſmus, qua hora, *ποίᾳ ὥρᾳ*. 44 Non putatis, *οὐ δοκεῖτε*. Vulgata, nescitis, *οὐκ οἴδατε*. Vide suprà 3.b.9. 45 Quis igitur, *τίς ἄρα*.

Vulgata,

A Vulg. quiſpuras. Eraſ. quiſnã. Ego uerò exiſtimo particulã ἄρα, ita adhiberi in huiuſmodi interrogatione, ut ſuperioris ſermonis naſcentem concluſionem declaret, ut infrà 19.a.1. alioquin nõ uideo quomodo hæc cohæreant.

πίστην ὁ κύριος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ, τοῦ δοῦναι αὐτοῖς τὸν σιτομέτριον ἐν καιρῷ;

μακάριος ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, ὃν ἐλθὼν ὁ κύριος αὐτοῦ εὑρήσει ποιοῦντα οὕτως. 46

ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ καταστήσει αὐτόν. 47

ἐὰν δὲ εἴπῃ ὁ κακὸς δοῦλος ἐκεῖνος ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, χρονίζει ὁ κύριός μου ἐλθεῖν· 48

καὶ ἄρξηται τύπτειν τοὺς συνδούλους, ἐσθίειν δὲ καὶ πίνειν μετὰ τῶν μεθυόντων, 49

ἥξει ὁ κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου ἐν ἡμέρᾳ ᾗ οὐ προσδοκᾷ, καὶ ἐν ὥρᾳ ᾗ οὐ γινώσκει, 50

καὶ διχοτομήσει αὐτὸν, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. 51

Famulitiũ, ὑπηρεσίας. In 8. legitur, οἰκονόμος, eodẽ ſenſu. Vulg. familiã, nimiũ generali nomine. 48 Tardat, χρονίζει. Tardare quum plerunq; ſit tranſitiuũ, uſurpatur abſolutè ab ipſo etiã Cicerone ad Brutũ, Tardare (inquit) & cõmorari te melius eſſet. Sic etiã cõuertit Eraſ. infrà 25.a.5. qui tamẽ hoc loco interpretatus eſt cũctatur: id eſt, διατρίβει. Vulg. morã facit. 49 Cõſeruos, συνδούλους. 6.8.9.14. addũt αὐτοῦ ſuos, ut uertit Vetus interpres. Quinetiã edere, ἐσθίειν δέ. Sic puto uertendã hãc particulã hoc loco: ponitur enim pro ἐν, in quo dicendi genere diſertiores Græci diciſſent, καὶ ἐσθίειν δέ. Eraſ. in annotationib. legit, ἐσθίειν τε. In exẽplarib. autẽ 2.6.8.14. & Theophylacto ſcriptũ eſt, ἐσθίῃ ἢ καὶ πίνῃ, edat autẽ & bibat: quo modo legit Vetus interpres. 51 Separabit eũ, διχοτομήσει αὐτόν. Vulg. diuidet. Eraſ. diſſecabit. Et certè hęc eſt propria huius uocabuli ſignificatio, unde luna διχότομος dicitur, quũ dimidiata lucet. Sed quod proximè ſequitur, ſatis declarat (opinor) διχοτομήσει hoc loco uſurpari pro ἀφορίσει. Significatur eũ fore ut Dñs eũ ſeruũ non habeat in reliquorũ numero, ſed ſeparatum ita tractet ut dignus eſt. Hom. Iliad. α, τὸν δὲ βουλόμενον δείσας ἀγορήσασθαι: id eſt, διαχωρίζεσθαι: quũ proprié, διατμήγει declaret, τὸ διχοτομῆσαι: id eſt, διαπρῆσαι καὶ διαφθεῖραι. Alij putant grauiſsimũ ſuppliciũ hoc uocabulo declarari: cuius exemplũ habemus 1. Sam. 15. g. 33. & Dan. 3. d. 19. Partẽq; eius ponet cũ hypocritis, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει. Hebraiſmus, id eſt, eadẽ cõditio eius erit quę hypocritarũ: ſiue ita tractabit ut tractari ſolẽt hypocritę à Deo. Sic Iob 20. d. 29. Hęc pars eſt hominis impij. Et Apoc. 21. c. 8. Videnſ aũt Hebręi hoc dicẽdi genus cũ, pximè prędicẽte, à diuiſionib. ligneditatũ, ſicut & pleraq; alia, ſumpſiſſe.

IN CAPVT XXV.

1 Sponſi, τοῦ νυμφίου. Vulgata addit, & ſponſæ, καὶ τῆς νύμφης. 5 Nictarunt, ἐνύσταξαν: uel, dormitarunt, ut Vulgata & Eraſmus, ſenſu rectè expreſſo. Nam τὸ νυστάζειν, eſt proprié oculis ſomno grauatis conniuere: tamen quum ſequatur ἐκάθευδον, proprium uerbum Latinum uſurpare malui. 7 Ornarunt, ἐκόσμησαν. Eraſmus, apparauerunt: id eſt, κατεσκεύασαν. 9 Veremur, ne non ſufficiat, μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ: uel (ut legitur in codicibus 3.6.7.12.) μήποτε μὴ οὐκ ἀρκέσῃ. Eſt autem, μήποτε, particula non tam percontantis quàm addubitantis, ut obſeruat

doctissimus ille Budęus prolatis exemplis. Ego uerò præterea puto eclipticum esse dicendi genus, & supplendũ aliquid pro ratione eius de quo agitur, sicut fecimus hoc loco. Vulgata, Ne fortè non sufficiat. Eras. Nequaquã, ne non sufficiat: quę interpretatio nõ satis uidetur huius formulæ naturam & indolem exprimere. Cæterùm in uno codice pro προσθεῖναι ἢ μᾶλλον, scriptum erat, προσθῆναι μᾶλλον: quam lectionem si sequamur, nulla erit eclipsis. Ita enim licebit omnia connectere, Ne non sufficiat nobis & uobis, proficiscamini potius, &c. A

Quum autem irent emptum, uenit sponsus: & quæ paratæ erant, introierunt cum eo ad nuptias, clausaq; est ianua. 10 ἀπερχομένων δὲ αὐτῶν ἀγοράσαι, ἦλθεν ὁ νυμφίος, καὶ αἱ ἕτοιμοι εἰσῆλθον μετ' αὐτοῦ εἰς τοὺς γάμους, καὶ ἐκλείσθη ἡ θύρα.

Postea uerò ueniunt & reliquæ uirgines, dicentes: Domine domine, aperi nobis. 11 ὕστερον δὲ ἔρχονται καὶ αἱ λοιπαὶ παρθένοι, λέγουσαι· κύριε κύριε, ἄνοιξον ἡμῖν.

Ipse uerò respondens, ait: Amen dico uobis, non noui uos. 12 ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς.

Vigilandum. Suprà 24.d.43. Marc.13.d.23. 13 γρηγορεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε τὴν ἡμέραν, οὐδὲ τὴν ὥραν ἐν ᾗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται.

Vigilate itaq; quia nescitis diem, neq; horam in qua Filius hominis ueniet.

Enimuero *regnum* Dei *ita est*, ut *quum* quispiã peregrè proficiscens, uocauit seruos suos, & tradidit eis bona sua. *Homo peregrè proficiscẽs, seruis talenta tradit.* Luc.19.b.12. 14 ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπος ἀποδημῶν ἐκάλεσε τοὺς ἰδίους δούλους, καὶ παρέδωκεν αὐτοῖς τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ.

Et huic quidẽ dedit quinq; talenta, alij autem duo, alij uerò unũ: unicuiq; secundum ipsius facultatẽ: & peregrè profectus est statim. 15 καὶ ᾧ μὲν ἔδωκε πέντε τάλαντα, ᾧ δὲ δύο, ᾧ δὲ ἕν, ἑκάστῳ κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν· καὶ ἀπεδήμησεν εὐθέως.

Profectus autem qui quinque talenta acceperat, negotiatus est ex ijs: & fecit altera quinq; talenta. 16 πορευθεὶς δὲ ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν, εἰργάσατο ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐποίησεν ἄλλα πέντε τάλαντα. B

Itidem & qui duo acceperat, lucratus est & ipse altera duo. 17 ὡσαύτως δὲ ὁ τὰ δύο, ἐκέρδησε καὶ αὐτὸς ἄλλα δύο.

Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. 1 ὁ δὲ τὸ ἓν λαβὼν, ἀπελθὼν ὤρυξεν ἐν τῇ γῇ, καὶ ἀπέκρυψε τὸ ἀργύριον τοῦ κυρίου αὐτοῦ.

Post multũ uerò tempus uenit dominus seruorum illorum, & confert rationem cum eis. 19 μετὰ δὲ χρόνον πολὺν ἔρχεται ὁ κύριος τῶν δούλων ἐκείνων, καὶ συναίρει μετ' αὐτῶν λόγον.

Tunc accedens is qui quinq; talenta acceperat, attulit altera quinq; talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce altera quinq; talenta lucratus sum ex eis. 20 καὶ προσελθὼν ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν, προσήνεγκεν ἄλλα πέντε τάλαντα, λέγων· κύριε, πέντε τάλαντά μοι παρέδωκας, ἴδε ἄλλα πέντε τάλαντα ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς.

Dixit autẽ ei dñs eius: Bene *habet*, serue bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: ingredere in gaudiũ domini tui. 21 ἔφη δὲ αὐτῷ ὁ κύριος αὐτοῦ· εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστέ, ὀλίγα ἦς πιστός, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου.

Accedens autem & qui duo talenta acceperat, ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi: ecce alia duo lucratus sum supra ea. 22 προσελθὼν δὲ καὶ ὁ τὰ δύο τάλαντα λαβὼν, εἶπε· κύριε, δύο τάλαντά μοι παρέδωκας, ἴδε ἄλλα δύο τάλαντα ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς.

Ait ei dominus eius: Bene *habet* serue bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: ingredere in gaudiũ domini tui. 24 ἔφη αὐτῷ ὁ κύριος αὐτοῦ· εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστέ, ὀλίγα ἦς πιστός, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω, εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου. C

13 In qua Filius hominis ueniet, ἐν ᾗ ὥρᾳ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται. Hęc non legit Vetus interpres, neq; reperimus in uetustis codicib. 2.3.8. 14 Enimuerò *regnum* Dei *ita est* ut *quum* quispiã, ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπος. Vulg. & Eras. ad uerbũ. Sicut eñ homo. Ego uerò puto γὰρ explanatiuã potius esse q̃ causalẽ particulã: sicut etiã usurpatur initio narrationis suprà 1.c.18. Omnino eñ constat ex Luc.19.b.11. hunc sermonẽ cum superiore non esse connectendum. Deinde quũ nulla sequaĩ ἀνάφορα, apparet aliqd supplendũ fuisse: in quo quidẽ sumus iudiciũ nostrũ sequuti. 15 Ipsius facultatẽ, τὴν ἰδίαν δύναμιν. Vulg. uirtutẽ: quod non cõuenit huic loco. Facultatẽ enim hic appellat prudentiã & peritiam in negotiando. ἰδίαν autem, quod alij interpretãtur propriã, malui pro relatiuo αὐτοῦ accipere, uitato etiã reciproco propter amphiboliã. 16 Negotiatus est, ἠργάσατο. Propriè, ἐργάζεσθαι, in hoc genere dicitur nõ quisquis negotiatur, sed is demũ qui lucrum facit, sicut etiam accipitur infrà Luc.19.c.16. Hic ergo generaliter accipitur pro πραγματεύεσθαι. Plinius Medicos dicit animas negotiari, eadẽ significatione. Arist. εἰσεισιμικὸν ἦ, τὸ δικαίως μέρος πορίσασθαι, τοῦτο ἔστιν ἢ λυσιτελὲς ὠνήσασθαι ἢ ἐργάσασθαι. Vulgata ad uerbũ, operatus est: quod uerbũ Latini hac significatione (quod sciã) nunquam usurpant. Ex ijs, ἐν αὐτοῖς. Vulgata ad uerbũ, in his. Eras. per ea. Fecit, ἐποίησεν. Cic. 4. in Verrem, Quibusnam, inquit, rebus in ea prouincia maximã uno anno pecuniam facere posset. Eras. confecit. In secũdo autẽ & octauo exemplari scriptũ erat, ἐκέρδησεν, lucratus est, sicut cõuertit Vetus interpres. 18 Abiens, ἀπελθὼν. Deerat in codicib. secundo & quarto. 20 Ex eis, ἐπ' αὐτοῖς: uel, per ea. ut rectè uertit Eras. Nam in quibusdam etiam codicibus scriptũ erat, ἐν αὐτοῖς. Itaq; nolui ἐπὶ interpretari pro παρὰ: id est, præter. Vetus autem interpres hæc non legit: quia scilicet non ἐκέρδησεν, sed ἐπεκέρδησε scriptum habebat, id est, superlucratus sum, ut ipse conuertit.

21 Bene *habet*, εὖ: id est, καλῶς ἔχει. Nam subauditur uerbum quod expressimus declarationis causa. Vulgata, euge: id est, εὖγε, quod nusquam reperi scriptum in Græcis codicibus. Ingredere in gaudiũ, εἴσελθε εἰς τὴν χαράν. Hebræum dicendi genus. quasi diceret, Adesdum, ut fructum percipias benignitatis meæ, ut re ipsa sentias quàm gratum sit mihi officium tuum. simile dicendi genus habes Psal.69.d.28.

26 Cunctator,

A προσελθὼν δὲ καὶ ὁ τὸ ἓν τάλαντον εἰληφὼς εἶπε· κύριε, ἔγνων σε ὅτι σκληρὸς εἶ ἄνθρωπος, θερίζων ὅπου οὐκ ἔσπειρας, καὶ συνάγων ὅθεν οὐ διεσκόρπισας·

καὶ φοβηθεὶς ἀπελθὼν ἔκρυψα τὸ τάλαντόν σου ἐν τῇ γῇ· ἴδε ἔχεις τὸ σόν.

ἀποκριθεὶς δὲ ὁ κύριος αὐτοῦ εἶπεν αὐτῷ· πονηρὲ δοῦλε καὶ ὀκνηρέ, ἤδεις ὅτι θερίζω ὅπου οὐκ ἔσπειρα, καὶ συνάγω, ὅθεν οὐ διεσκόρπισα·

ἔδει σε οὖν βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις, καὶ ἐλθὼν ἐγὼ ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ.

ἄρατε οὖν ἀπ' αὐτοῦ τὸ τάλαντον, καὶ δότε τῷ ἔχοντι τὰ δέκα τάλαντα.

τῷ γὰρ ἔχοντι παντὶ δοθήσεται, καὶ περισσευθήσεται· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος, καὶ ὃ ἔχει, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.

καὶ τὸν ἀχρεῖον δοῦλον ἐκβάλετε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐ- B τοῦ, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ, τότε καθίσει ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ.

καὶ συναχθήσεται ἔμπροσθεν αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἀφορίσει αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, ὡς ποιμὴν ἀφορίζει τὰ πρόβατα ἀπὸ τῶν ἐρίφων.

καὶ στήσει τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ ἀριστερῶν.

τότε ἐρεῖ ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου·

ἐπείνασα γάρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με· ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με·

γυμνός, καὶ περιεβάλετέ με· ἠσθένησα, καὶ ἐπεσκέψασθέ με· ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ ἤλθετε πρός με.

τότε ἀποκριθήσονται αὐτῷ οἱ δίκαιοι, λέγοντες· κύριε, πότε σε εἴδομεν πεινῶντα, καὶ ἐθρέψαμεν; ἢ διψῶντα, καὶ ἐποτίσαμεν;

πότε δέ σε εἴδομεν ξένον, καὶ συνηγάγομεν; ἢ γυμνόν, καὶ περιεβάλομεν;

πότε δέ σε εἴδομεν ἀσθενῆ, ἢ ἐν φυλακῇ, καὶ ἤλθομεν πρός σε;

C καὶ ἀποκριθεὶς ὁ βασιλεὺς, ἐρεῖ αὐτοῖς· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε.

τότε ἐρεῖ καὶ τοῖς ἐξ ἀριστερῶν· πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ.

24. Accedens autem & qui unum talentum acce perat, ait: Domine, noueram te quòd homo du rus sis, metens ubi non seminasti, & inde cogens ubi non dispersisti. *Seruus nequã.*

25. Itaq; timens abij, abscondiq; talentum tuum in terra: ecce habes quod tuum est.

26. Respondens autẽ dominus eius, dixit ei: Ser ue male & cunctator, sciebas quòd metam ubi non seminaui, & inde cogam ubi non dispersi:

27. Oportuit ergo te cõmittere pecuniã meã mẽ sarijs, & ueniẽs ego recepissem meũ cũ fœnore.

28. Tollite ergo ab eo talentum, & date ei qui ha bet decem talenta.

29. Omni enim habenti dabitur, & reddetur a bundantior: qui uerò non habet, etiam quod ha bet, tolletur ab eo. *Suprà 13.b.12.* *Marc. 4.c.25.* *Luc.8.c.18.& 19.d.26.* *Suprà 8.b.12.& 22.b.13.*

30. Et inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores: illic erit fletus & stridor den tium. *Extremum iudi cium quale.*

31. Cùm autem uenerit Filius hominis in glo ria sua, & omnes sancti Angeli cum eo, tunc se debit super thronum gloriæ suę.

32. Et cogentur còram eo omnes gentes, & sepa rabit eos alteros ab alteris, ut pastor separat o ues ab hœdis: *Oues. Hœdi.*

33. Et statuet oues quidem à dextra sua, hœdos autem à sinistra.

34. Tunc dicet Rex his qui à dextra sua erunt: Ve nite benedicti Patris mei, possidete regnum pa ratum uobis à iactis fundamentis mundi. *Benedicti. Esa.58.b.7. Ezech.18.b.7. Eccle.7.a.39.*

35. Esuriui enim, & dedistis mihi quo uescerer: sitiui, & dedistis mihi potũ: hospes erã, & collegistis me: *Opera misericordiæ.*

36. Nudus, & amiciuistis me: inualidus fui, & uisitastis me: in custodia eram, & uenistis ad me.

37. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Domi ne, quando te uidimus esurientem, & aluimus? aut sitientem, & dedimus tibi potum?

38. Quando autem te uidimus hospitem, & col legimus te? aut nudum, & amiciuimus?

39. Aut quando te uidimus inualidum aut in cu stodia, & uenimus ad te?

40. Et respondens Rex, dicet eis: Amen dico uo bis, quatenus feciſtis uni existis fratribus meis minimis, mihi feciſtis.

41. Tunc dicet & ijs qui à sinistra erunt: Abite à me maledicti in ignem æternũ, qui paratus est dia bolo & angelis eius. *Maledicti. Psal.6.c.9. Suprà 7.c.23. Luc.13.f.27.*

26 Cunctator, ὀκνηρὲ. Vulg. & Eras. piger: id est, βάλλομι. 27 Cõmittere, βαλεῖν, uel ponere: sicut Alphius ille fœnerator apud Flaccũ in Epodo, quærit Calẽdis ponere. Pecuniã, ἀργύριον: id est, χρήματα. Nã latiore significatio ne hic accipitur, sicut uulgò dicimus, *de l'argent*, pro omni pecunia: quo modo etiã Hebræi בסף dicũt. 29 Quod habet, ὃ ἔχει. In uetustis, codicib. 1.4.8.9.14. scriptũ erat ὃ δοκεῖ ἔχειν, quod uidetur habere. Ab eo, ἀπ' αὐτοῦ. Hæc redun dant Hebræorũ more. 31 In gloria, ἐν τῇ δόξῃ: id est, cũ gloria, μετὰ δόξης, sicut loquitur noster Euangelista suprà 16.c.27.& 24.c.30. Respõdet igitur particula ב illi ב Hebræorũ, cuius multiplex est significatio: quã etiã idẽ ualeat quod CVM, ut Exod.15.c.19. dicit Pharao ingressus in curru suo & equitib. suis. Vide infrà, Act.1.b.10. 34 Benedicti, εὐλογημένοι: id est, beati & felices, quos Pater meus suis beneficijs cumulauit. Vide suprà 5.g.4.4. Dicuntur eũ homines Deo benedicere, quũ eius laudes prædicãt: contrà uerò Deus benedicere hominib. quũ illos beat. A' iactis fundamẽtis, ἀπὸ καταβολῆς. Vulg. à cõstitutione: id est, ἀπὸ καταστάσεως. Eras. ab exordio: id est, ἀπ' ἀρχῆς. Vide suprà 13.c.35. 36. Inualidus fui, ἠσθένησα: id est, ἠρρώστησα. Sic Plin. lib.8. ca.51. suẽ ęgrotantẽ uocat inualidã. In hac etiã significatione inualidũ usurpat Virgil. lib.5. Aeneid. Et quicquid tecũ inualidũ, metuẽsq; pericli. Vulg. & Eras. infirmus: quod nusquã legi pro ægroto positũ. 37 Aluimus? ἐθρέψαμεν; Vel, nutriuimus? Vulg. & Eras. pauimus? id est, ἐβόσκησαμεν; 41 Qui paratus est, τὸ ἡτοιμασμένον. In 2. exẽplari scriptũ erat, ὃ ἡτοίμασεν ὁ πατήρ μου, quẽ parauit Pater meus.

Esuriui enim, & non dedistis mihi quo uescerer: sitiui, & non dedistis mihi potum:

Hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non amiciuistis me: inualidus & in custodia eram, & non uisitastis me.

Tunc respondebunt ei & ipsi, dicētes: Domine, quando te uidimus esurientem, aut sitientē, aut hospitem, aut nudum, aut inualidum, aut in custodia, & non ministrauimus tibi?

Tunc respondebit eis, dicens: Amē dico uobis, quatenus non fecistis uni ex istis minimis, nec mihi fecistis.

Dan.11.2.1. Ioan.5.c.29. Et ibunt isti in supplicium æternum: iusti uerò in uitam æternam.

42 ἐπείνασα γὰρ, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ οὐκ ἐποτίσατέ με. A

43 ξένος ἤμην, καὶ οὐ συνηγάγετέ με· γυμνός, καὶ οὐ περιεβάλετέ με· ἀσθενὴς, καὶ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐκ ἐπεσκέψασθέ με.

44 τότε ἀποκριθήσονται αὐτῷ καὶ αὐτοὶ, λέγοντες· κύριε, πότε σε εἴδομεν πεινῶντα, ἢ διψῶντα, ἢ ξένον ἢ γυμνὸν, ἢ ἀσθενῆ, ἢ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐ διηκονήσαμέν σοι;

45 τότε ἀποκριθήσεται αὐτοῖς, λέγων· ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐφ' ὅσον οὐκ ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, οὐδὲ ἐμοὶ ἐποιήσατε.

46 καὶ ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον, οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον.

CAP. XXVI.

Mors Christi. Marc.14.2.1. Luc.22.2.1. ET factum est quum finisset Iesus sermones istos omnes, dixit discipulis suis:

Scitis quòd intra duos dies Pascha fit, & Filius hominis traditur ut crucifigatur.

Consilium sacerdotum contra Christum. Ioan.11.f.47. Tunc coacti sunt principes Sacerdotum & Scribæ & Seniores populi in aulam Pontificis, qui dicebatur Caiapha:

Et consultarunt ut Iesum dolo prehenderēt, & trucidarent.

Dicebant autem: Non in festo, ut ne tumultus fiat in populo.

Christo pedes ungūtur à muliere. Marc.14.2.3. Ioan.11.2.2. Quum autem Iesus esset in Bethania in domo Simonis leprosi,

Venerat ad eum mulier, habens alabastrum unguenti grauis precij, & effuderat super caput ipsius accumbentis.

Videntes autē discipuli eius, indignati sunt, dicentes: Ad quid perditio hæc?

Potuit enim istud unguentum uenūdari magno, & dari pauperibus.

Quum autem hoc cognouisset Iesus, ait eis: Quid laborem affertis mulieri? opus enim bonum operata est erga me.

ΚΕΦΑΛ. κϛ'.

1 ΚΑΙ ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς πάντας τοὺς λόγους τούτους, εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ·

2 οἴδατε ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ πάσχα γίνεται, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς τὸ σταυρωθῆναι.

3 τότε συνήχθησαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως τοῦ λεγομένου Καϊάφα, B

4 καὶ συνεβουλεύσαντο ἵνα τὸν Ἰησοῦν κρατήσωσι δόλῳ, καὶ ἀποκτείνωσιν.

5 ἔλεγον δέ· μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, ἵνα μὴ θόρυβος γένηται ἐν τῷ λαῷ.

6 τοῦ δὲ Ἰησοῦ γενομένου ἐν Βηθανίᾳ, ἐν οἰκίᾳ Σίμωνος τοῦ λεπροῦ,

7 προσῆλθεν αὐτῷ γυνὴ ἀλάβαστρον μύρου ἔχουσα βαρυτίμου, καὶ κατέχεεν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ἀνακειμένου.

8 ἰδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἠγανάκτησαν, λέγοντες· εἰς τί ἡ ἀπώλεια αὕτη;

9 ἠδύνατο γὰρ τοῦτο τὸ μύρον πραθῆναι πολλοῦ, καὶ δοθῆναι πτωχοῖς.

10 γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· τί κόπους παρέχετε τῇ γυναικί; ἔργον γὰρ καλὸν εἰργάσατο εἰς ἐμέ.

IN CAPVT XXVI.

2 Intra duos dies, μετὰ δύο ἡμέρας. Vulg. & Eras. post biduum. Vide Marc. 8. d. 31. Fit, γίνεται. Vulgata in futuro, fiet: id est, γενήσεται. Et paulo post, tradetur pro traditur, ut obseruat Erasmus. Apparet tamen enallagen esse temporis ex uulgata loquendi consuetudine petitam, qua dicitur id fieri, quod mox omnino futurum est. 3 Et Scribæ, καὶ οἱ γραμματεῖς. Hęc deerant in uetustis codicibus, neq; etiam reperiuntur apud ueterem interpretem. In aulam, εἰς τὴν αὐλήν. Vulgata & Erasmus, in atrium. Illud mihi magis placet, quum à Græcis sit acceptū. 4 Consultarunt, συνεβουλεύσαντο. Vulgata, Consilium fecerunt: id est, συμβούλιον ἐποίησαν. Erasmus quoq; per periphrasin, cōsilium inierunt, 7 Venerat ad eum, προσῆλθεν αὐτῷ. Apparet ex Ioanne 12.a.2. hæc gesta esse, antequam Christus ingrederetur Hierosolyma. Nam certè circunstantiarum uarietas tanta non est, ut diuersam hanc historiam ab illa posimus constituere cum Osiandro. Sed cum Euangelista accederet ad narrationem proditionis, distulit in hunc locum historiam eius facti, unde Iudas occasionem arripuit prodendi Dominum. Ideo conuertimus, προσῆλθε & κατέχυσεν, per plusquamperfectū: cuius enallages multa passim exempla occurrunt, ut Genes. 12.a.1. & suprà 25.2. & 4. & hoc eodem capite uersu 48. Alabastrū unguenti, ἀλάβαστρον μύρου. Alabastra dicta sunt uascula unguentaria, quòd alabastritem lapidem ueteres plerunq; excauarent ad eos usus: quoniam optimè seruare unguenta incorrupta traditur, ut refert Plinius libro 11. cap. 2. & rursus libro 35. cap. 2. Aliam etymologiam planè (ut existimo) ridiculam affert Erasmus, quamuis ex Suida repetitam: sed hæc ad nostrum scopum non pertinent. Herodotus quoque in Thalia, inter munera quæ Cambyses per legatos ad regem Aethiopum misit, recenset, μύρου ἀλάβαστρον. Grauis precij, βαρυτίμου. Sic loquitur Sallustius: Cœpit (inquit) graue precium per omnem prouinciam fructibus esse. Nam olim (ut rectè hoc loco annotat Erasmus) æs appendebatur, non numerabatur: ex qua consuetudine orta sunt multa dicendi genera. Idem tamen maluit cum Vetere interprete precioſum interpretari: id est, τίμιον. In uetustis codicibus 2.4.6. scriptum erat πολυτίμου, magni precij, ut suprà 13.f.46. 10 Laborem affertis, κόπους παρέχετε: uel, estis labori: id est, molesti estis, ut uerterunt Vulgata & Erasmus, sensu expresso. Ad uerbum, laborem præbetis, siue (ut loquitur Liuius) curam. Laborem enim appellat animi molestiam.

11 Habebitis,

A πάντοτε γὰρ τοὺς πτωχοὺς ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν, ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε.

11 Nam semper pauperes habebitis uobiscum: me uerò non semper habebitis. *Pauperes. Deut.15.b.11.*

βαλοῦσα γὰρ αὕτη τὸ μύρον τοῦτο ἐπὶ τοῦ σώματός μου πρὸς τὸ ἐνταφιάσαί με ἐποίησεν.

12 Quòd enim hæc unguentum hoc iniecit super corpus meum, ad sepeliendum me *hoc* fecit.

ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅπου ἐὰν κηρυχθῇ τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, λαληθήσεται καὶ ὃ ἐποίησεν αὕτη εἰς μνημόσυνον αὐτῆς.

13 Amen dico uobis, ubicunque prædicatũ fuerit hoc Euãgelium in toto mundo, etiam quod hęc fecit, dicetur in monimentum ipsius.

τότε πορευθεὶς εἷς τῶν δώδεκα, ὁ λεγόμενος Ἰούδας Ἰσκαριώτης, πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς,

14 Tunc profectus unus ex duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes Sacerdotũ, *Iudas uendit Christum. Marc.14.b.10. Luc.22.a.4.*

εἶπε· τί θέλετί μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; οἱ δὲ ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια.

15 Ait eis: Quid uultis mihi dare, & ego uobis tradam eum? Ipsi uerò constituerunt ei trigínta argenteos *nomos*.

καὶ ἀπὸ τότε ἐζήτει εὐκαιρίαν ἵνα αὐτὸν παραδῷ.

16 Et ex eo tem pore quęrebat opportunitatem, ut eum proderet. *Mittuntur apostoli ut parent pascha. Marc.14.b.13 Luc.22.a.7.*

τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζύμων προσῆλθον οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ, λέγοντες αὐτῷ· ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα;

17 Primo autem *die* Azymorum uenerunt discipuli ad Iesum, dicentes ei: Vbi uis paremus tibi ad uescendum pascha?

11 Habebitis, ἔχετε. Vulg.& Eras.ad uerbũ, habetis: sed prȩsens pro futuro uidetur positum, sicut etiam suprà 5.g.46.& 6.a.1. Semper, πάντοτε. Hæc particula & de loco & de tempore dicitur: quæ postrema significatio cõuenit. Commodè autem altero Latino aduerbio (quod sciam) exprimi nõ potest. Itaq; soleo uertere perinde acsi scribeq; Grȩcis respõdet. Itaq; Erasmi uersionẽ sum sequutus, quòd malui dicere, iniecit, quàm misit. Ponitur enim βάλλειν pro ἐπιχέειν, quod iniiciẽdi uocabulo uidetur melius exprimi. Hoc fecit, ἐποίησεν. Subauditur τοῦτο, eclipsi ad explẽdam sententiã prorsus necessaria. 13 Dicetur, λαληθήσεται: id est, διηγηθήσεται. Eras. narrabitur. Monimentũ, μνεμόσυνον. Vulg. memoriã: id est, μνήμιον, ut etiã annotauit Eras. In quarto autẽ exẽplari scriptũ erat μαρτύριον: id est, testimoniũ. 15 Argẽteos *nomos*, ἀργύρια. Ita legitur in omnib. Grȩcis codicibus: & nõ dubiũ est, quin ἀργύρια nocet, quæ Hebræi בספרים: siue denarios Romanos intelligas, siue ficlos Hebræos, siue tetradrachma Attica. Iosephus autẽ libro Antiquitatũ secũdo, ἀργυροῦν meminit, nõ ἀργυρίου: idq; rectius fortasis, ut aliquid subaudias. Sed & Symmachus & Aquila apud Zachariã, ἀργυροῦς scribunt, nõ ἀργύρια. Ioachimus autẽ Camerarius uir eruditissimus (quẽ, sicut debeo, honoris causa nomino) in libello quẽ inscripsit De Grȩcorũ ac Latinorũ numismatis, se didicisse scribit de Grȩcorũ cõmentarijs singula ἀργύρια ualuisse minã Atticam: quod ego quidẽ optarẽ idonei alicuius scripto authoritate confirmatũ. Solet enim Iosephus ἀργυροῦν appellatione ficlos intelligere, ut liquet ex libro 9. cap. 2. si conferantur quæ illic cõmemorat de fame, quæ in Samaria erat, cum capite 6. secundi Regum, eosq; πεντεμήκοντα, ut ipse diserte dicit lib. Antiq. 5. cap. 9. quam rationẽ si sequamur, minã Atticam drachmarũ centum, id est, recẽtiores, æstimabimus argẽteis uigintiquinq. Itaq; necesse esset, ἀργύρια & ἀργυροῦς, distinguere: quod uellẽ à Camerario factum. 16 Proderet, παραδῷ. Vulg. & Eras. traderet. Mihi in tota hac historia uidetur τὸ παραδιδόναι positum ἀντὶ τοῦ προδοῦναι. In secundo exemplari additur, αὐτοῖς eis. 17 Primo autem *die*, τῇ δὲ πρώτῃ. Subauditur, ἡμέρᾳ. nondum tamen aduenerat decimusquintus dies, qui primus est azymorum: sed qui à uespera eius in quo hæc gesta sunt, nimirũ decimiquarti, initium capiebat Azymorũ festum: Romanorũ autẽ more uespera præcedenti diei cõiungitur, nõ sequẽti: ideo decimusquartus dies uocatur primus Azymorum. Cõstat autẽ hoc loco Christũ obseruasse Legem, quam pleriq; transgressi sunt traditionis causa, sicut alibi dicemus: quod Græci interpretes multi non uiderunt, & quidẽ inter cæteros Nicephorus ille, cuius nugę nuper editæ sunt ineptiarum, atque adeò impietatis plenæ, magno quidem eorum dedecore: qui post exortam Euãgelij lucem ista excudunt, ut (si fieri possit) tenebris iterum obscuretur ueritas. Vt autem tota hęc historia melius intelligatur, & quid quo die fit gestum, placuit hoc diagramma subnectere, quo res omnis perspicuè repręsentatur.

B C



Ipse uerò ait: Abite in urbem ad quendam, & dicite ei: Magister dicit, tempus meum propè est, apud te faciam Pascha cum discipulis meis.

Et fecerunt discipuli sicut iniunxerat eis Iesus, & parauerunt pascha.

Marc.14.b.18. Luc.22.b.14. Ioan.13.c.21. Pascha comedit Christus.

Quum autem serum diei esset, recubuit cum duodecim.

Et edentibus ipsis, dixit: Amen dico uobis, quòd unus uestrûm me prodet.

Tunc tristes facti uehementer, cœperunt singuli eorum dicere ei: Num ego sum, Domine?

Ipse uerò respondens, ait: Qui intingit mecũ manum in catino, iste me proditurus est.

Filius quidem hominis abit, sicut scriptum est de eo: uæ autem homini illi per quem Filius hominis proditur: bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille.

Respondens autẽ Iudas qui prodebat eum, dixit: Nunquid ego sum, Rabbi? Dicit ei: Tu dixisti.

1.Cor.11.c.24.

Edentibus autem eis, accepit Iesus panem: & quum benedixisset, fregit, dedit que discipulis, & ait: Accipite, comedite: hoc est corpus meum.

Et accepto poculo, ac gratijs actis, dedit eis, dicens: Bibite ex eo omnes.

18 ὁ δὲ εἶπεν· ὑπάγετε εἰς τὴν πόλιν πρὸς τὸν δεῖνα, καὶ εἴπατε αὐτῷ· ὁ διδάσκαλος λέγει, ὁ καιρός μου ἐγγύς ἐστι, πρός σε ποιῶ τὸ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου. A

19 καὶ ἐποίησαν οἱ μαθηταὶ ὡς συνέταξεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἡτοίμασαν τὸ πάσχα.

20 Ὀψίας δὲ γενομένης, ἀνέκειτο μετὰ τῶν δώδεκα.

21 καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν εἶπεν· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με.

22 καὶ λυπούμενοι σφόδρα, ἤρξαντο λέγειν αὐτῷ ἕκαστος· αὐτός, μήτι ἐγώ εἰμι, κύριε;

ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν· ὁ ἐμβάψας μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ τρυβλίῳ τὴν χεῖρα, οὗτός με παραδώσει.

23 ὁ μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑπάγει, καθὼς γέγραπται περὶ αὐτοῦ· οὐαὶ δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, δι' οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται. καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος.

24 ἀποκριθεὶς δὲ Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, εἶπε· μήτι ἐγώ εἰμι, ῥαββί; λέγει αὐτῷ, σὺ εἶπας. B

25 ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν, λαβὼν ὁ Ἰησοῦς τὸν ἄρτον, καὶ εὐλογήσας, ἔκλασε, καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς, καὶ εἶπε· λάβετε, φάγετε· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου.

26 καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον, καὶ εὐχαριστήσας, ἔδωκεν αὐτοῖς, λέγων· πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες.

18 Ad quendam, πρὸς τὸν δεῖνα. Rectè cõuersum est, ὁ δεῖνα quidã, quũ certus homo intelligatur, is nimirũ qui Ioãnis apostoli ædes cõduxerat: quas ille scilicet paulo antè emerat, permutatis cũ Caipha pontifice amplis facultatibus, quas in Galilæa possederat. Hæc ineptus ille Nicephorus de Ioanne, homine scilicet locuplete, ut qui post Christi mortẽ in Galilęam redierit ad piscationẽ. Faciam, ποιῶ. Alij, facio. Ego malo præsens positũ esse pro futuro, sicut paulo antè dixi uersiculo 11. 19 Iniunxerat, συνέταξεν: id est, ἐνετείλατο. Vulg. & Eras. cõstituit: id est, ἔταξεν, ut paulo antè, uersu scilicet 15. In uetustis codicib. sexto & nono, legitur προσέταξεν, eodẽ sensu. Est autẽ positus aoristus pro plusquam perfecto. 20 Recubuit, ἀνέκειτο: uel, accubuit. Etsi disertis uerbis nõ iubentur Israelitæ stare in edendo agno, tamẽ quia ex præscripto Legis Mosaicæ tum calceati erãt, tum etiã baculum gestabãt tanquam festinabundi, & ad iter accincti: probabilis coniectura est, eos tum nõ recubuisse, aut accubuisse mensę: quũ ex more patrio sumpturi cibum, calceos exuerant, ut suprà monuimus. Quum ergo nõ dubium sit, quin oẽs ueteris Legis ceremonias diligẽter obseruarit Dominus, ut omnem pro nobis iustitiam impleret: existimandum est, ἀνέκειτο hoc loco dici de cœna quę paracto solenni ritu Paschatis adornata est. Cum duodecim, μετὰ τῶν δώδεκα. In octauo codice additum erat μαθητῶν, discipulis. Vetus interpres etiam addit pronomen Suis. 21 Amen, ἀμὴν. In sexto codice scriptum erat, ἀμὴν ἀμήν, amen amen. 23 Qui intingit, ὁ ἐμβάψας. Erasmus ad uerbum, Qui intinxit. Ego tamẽ malo cõuertere per præsens, ut sit qui intingit idem atq; Qui intingere cõsueuit. Sic enim uulgò loqui solent: & attingere uidetur quod ait Dauid Psal. 41.b.10. Qui comedebat panem mecum: id est, ὁ ἐσθίων μετ' ἐμοῦ, C ut loquitur Marcus: is scilicet quem eadem mensa dignabar. Sed & in secundo exemplari scriptum erat, ὁ ἐμβαπτίμενος: sicut etiam legitur Marci 14.b.20. quod tamen non est ita accipiendum, quasi eo ipso tempore quo hæc à Domino dicebãtur, Iudas manum haberet in patina (fuisset enim hoc manifestum & indubitatum signum, ut rectè obseruat Erasmus) sed ad mutuum conuictum referendum est, sicut paulo antè dixi. 24 Ei, αὐτῷ. homini illi scilicet. Repetitur autem postea antecedens ἄνθρωπος ἐκεῖνος, homo ille, pro relatiuo, Hebraico more, sicut Psal. 48. a.2. Magnificatus est Dominus in ciuitate Dei nostri: id est, in ciuitate sua. 25 Qui prodebat, ὁ παραδιδοὺς: id est, qui in eo iam totus erat ut proderet. ἰδοὺ tamen paulo pòst usurpatur significatione aoristi secundi.

26 Quum benedixisset, εὐλογήσας. In codicibus uetustis, 3.6.7.8.9.12.14. legitur εὐχαριστήσας, gratijs actis, eodem sensu: & Marc. 8.a. 6. & 7. hæc duo εὐχαριστήσας καὶ εὐλογήσας, pro eodem usurpantur. Itaque non est cur consecrationis (quam uocant) uocabulo magicam aliquam uerborum sacramẽtalium murmurationem intelligamus. Est, τοῦτο, metonymicè: ita tamen, ut sciamus unà cum signo à credentibus uerè percipi spirituali modo id quod externo symbolo repræsentatur, totum scilicet Christum cum suis donis. Neq; tamẽ uel transsubstantiatio, uel localis (quã uocant) coniunctio, uel transfusio, aut commistio cogitanda, sed signi & rei coniunctio symbolica & sacramentalis: quum illa neq; consistere possint cum ueritate humanitatis Christi, neq; ad salutẽ sint necessaria. Neq; enim ut Christi participes fiamus, eum oportet è cœlo deducere: sed potius Spiritus sancti uirtute & fide in cœlũ ascendere, & illic eum amplecti, ut cum eo consideamus in cœlestibus. In summa, uerè nos coniungi & unum fieri cum toto Christo Deo & homine necesse est, ut salui simus: quod nõ alio quàm spirituali modo fit per fidem, quę quidem fides in nobis creatur & confirmatur per Spiritum sanctum: idq; prædicatione uerbi Dei, & adiunctis prædicationi symbolis, quibus omnes nostri sensus excitantur & percelluntur, ut uerè mittamur in Christi ipsius possessionem. 27 Ex eo, ἐξ αὐτοῦ. Vulg. & Eras. ex hoc: id est, ἐκ τούτου. Omnes, πάντες. Num igitur habẽdi sunt pro Ecclesiæ pastoribus qui sacramentum dimidium sustulerunt illis quos laicos uocant?

28 Hoc

A Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ αἷμά μου τὸ τῆς καινῆς διαθή- 28
κης τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁ-
μαρτιῶν.

λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ πίω ἀπ' ἄρτι ἐκ τούτου 29
τοῦ γενήματος τῆς ἀμπέλου, ἕως τῆς ἡμέρας ἐκεί-
νης, ὅταν αὐτὸ πίνω μεθ' ὑμῶν καινὸν ἐν τῇ βασι-
λείᾳ τοῦ πατρός μου.

καὶ ὑμνήσαντες, ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐ- 30
λαιῶν.

τότε λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· πάντες ὑμεῖς σκαν- 31
δαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ· γέγρα-
πται γάρ· πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθή-
σονται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης.

μετὰ δὲ τὸ ἐγερθῆναί με, προάξω ὑμᾶς εἰς τὴν 32
Γαλιλαίαν.

ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος, εἶπεν αὐτῷ· εἰ καὶ 33
πάντες σκανδαλισθήσονται ἐν σοί, ἐγὼ οὐδέποτε
σκανδαλισθήσομαι.

ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· ἀμὴν λέγω σοι, ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ 34
B νυκτί, πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρίς ἀπαρνήσῃ με.

λέγει αὐτῷ ὁ Πέτρος· κἂν δέῃ με σὺν σοὶ ἀ- 35
ποθανεῖν, οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι. ὁμοίως καὶ πάν-
τες οἱ μαθηταὶ εἶπον.

τότε ἔρχεται μετ' αὐτῶν ὁ Ἰησοῦς εἰς χωρίον λεγό- 36
μενον Γεθσημανῆ, καὶ λέγει τοῖς μαθηταῖς· καθί-
σατε αὐτοῦ, ἕως οὗ ἀπελθὼν προσεύξωμαι ἐκεῖ.

καὶ παραλαβὼν τὸν Πέτρον καὶ τοὺς δύο υἱοὺς 37
Ζεβεδαίου, ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν.

τότε λέγει αὐτοῖς· περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕ- 38
ως θανάτου. μείνατε ὧδε, καὶ γρηγορεῖτε μετ' ἐμοῦ.

καὶ προελθὼν μικρόν, ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον 39
αὐτοῦ προσευχόμενος, καὶ λέγων· πάτερ μου, εἰ

Hoc est enim sanguis meus, *qui est* Noui te-
stamenti, qui pro multis effunditur in remissio-
nem peccatorum.

Dico autem uobis, non bibam ab hoc tem- *Remissio pec-*
pore ex hoc fructu uitis usq; in diem illum quū *catorum.*
ipsum bibam uobiscum nouum in regno Pa-
tris mei.

Et cum hymnum cecinissent, exierūt in mon
tem Olearum.

Tunc dicit eis Iesus: Omnes uos offende- *Apostoli scan-*
mini in me in nocte ista. scriptum est enim: *dalizati.*
Percutiam pastorem, & dispergentur oues *Marc.14.c.27.*
gregis. *Ioan.16.d.30.*
& 18.b.8.
Zacha.13.c.7.

Postquam autem surrexero, præibo uobis in *Marc.14.c.28.*
Galilæam. *& 16.b.7.*

Respondens uerò Petrus, ait ei: Etiamsi
omnes offendantur in te, ego nunquam of-
fendar.

Ait ei Iesus: Amen dico tibi, quòd in ista *Petri negatio.*
nocte antequā gallus cantet, ter me abnegabis. *Ioan.13.d.38.*

Ait ei Petrus: Etiamsi oportuerit me mori
tecum, non te abnegabo. Similiter & omnes
discipuli dixerunt.

Tunc uenit Iesus cum eis in locum qui dici- *Marc.14.d.32.*
tur Gethsemane: & dicit discipulis, Sedete hic, *Luc.22.d.39.*
usquequò abiens, orauero illic.

Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedei,
cœpit tristis fieri, & grauissimè angi.

Tūc ait eis Iesus: Valde tristis est anima mea *Tristis Christus.*
usq; ad mortē: manete hic, & uigilate mecum:

Et progressus paululū, procidit in faciē suam *Oratio Christi.*
orans ac dicens: Pater mi, si possibile est, abeat

28 Hoc, τοῦτο. Vulgata & Erasmus, hic: referentes scilicet ad αἷμα, id est sanguinem. Atqui constat ex Luca, 22. c.20. referendum esse ad ποτήριον, id est poculum, metonymicè: tamen ita, ut continens pro cōtento accipiatur, uul gata & trita omnibus linguis consuetudine loquendi. Clamitabunt autē (sat scio) nonnulli sacrilegam esse meam audaciam. Sed clament atque etiam crepent, si libet: ita loquitur Lucas, ut ambigi non possit quin Christus poculum indicarit quum hæc diceret: ut uelint nolint, tropum agnoscere cogantur in pronomine demonstratiuo.

C Testamenti, διαθήκης, uel fœderis. Prior interpretatio morituro conuenit, & epistolæ ad Hebræos authoritate confirmatur. Rursus in fœderibus faciendis adhiberi solitas fuisse & uini libationes & sanguinis fusionē, non modò sacræ, sed etiam profanæ historiæ testantur. Pro, περὶ: id est, ὑπὲρ. Vide suprà 9.c. 36. Effunditur, ἐκχυνόμενον, id est, effundetur. Loquitur enim de re mox futura tanquam iam præsenti. 29 Ab hoc tempore, ἀπ' ἄρτι: id est, ἀπὸ τοῦ νῦν. Nam ἄρτι idem etiam ualet quod νῦν, ut suprà diximus cap. 3. d. 15. Vulgata barbarè, amodo. Erasmus, posthac: id est, μετὰ ταῦτα. Fructu, γενήματος. Ἀ γεννάω δια, id est gignendo dicitur γίννημα, quod etiam stirpibus conuenit. Latini, quod sciam, aliud commune uocabulum non habent quàm fructum: id est καρπόν. Nam genimen quo utitur uetus interpres, barbarum est. Columella progeniem uitis dixit, sed alio sensu. Bibam, πίνω. Iterum præsens pro futuro. Vide suprà 5.g. 46. & hoc eodem capite 11. & 18. 30 Quum hymnum cecinissent, ὑμνήσαντες. Vulgata, hymno dicto: quod rectè mutauit Erasmus, ut intelligatur Apostolos etiā unà cum Christo hymnū cecinisse. 35 Abnegabo, ἀπαρνήσομαι. In uetustis codicib. 6.9.12.14. scriptū erat in subiunctiuo ἀπαρνήσωμαι, abnegauero. Vulgata & Eras. negabo, ἀρνήσομαι. Similiter & omnes, ὁμοίως καὶ πάντες. Exēplaria uetusta 1.5.6.9.14. scriptum habebant, ὁμοίως ἤ καὶ πάντες, Similiter autem etiam omnes. 36 Locum, χωρίον. Sic Valla, & quidem rectè, ut opinor. Vulgata & Erasmus, uillam: id est, ἀγρεαλίαν. Dicit, λέγει. Vulgata & Erasmus, dixit, εἶπεν. 37 Grauissimè angi, ἀδημονεῖν. Vulgata, mœstus esse. Erasmus, affici mœstitudine. Prudenter uerò hæc sunt intelligenda. Nam τὸ ἀδημονεῖν significat præ mœrore concidere animo, & inopem consilij esse: quæ omnia sic in Christo fuerunt, ut tamen ab omni peccato fuerit immunis: has autem horribiles pœnas subtinuerit, quòd sentiret iram Dei in nos accensam, quorum peccata in ipso ulciscebatur Pater. Vnde etiam profecta est uox illa, Deus Deus meus, cur dereliquisti me? Alioqui nisi hoc diligenter obseruies, uidebuntur multi martyres ipso Christo cōstantiores: quod absit ut cogitemus. Exhorruit ergo Christus non mortem per se, sed iram Dei in peccatum, cuius pondus illi erat nostra causa sustinendum. Quid uerò miseris illis fiet, quos Christus non subleuabit? Iam igitur incipit Christus ad inferos descendere, ut suos inde liberet. 38 Valde tristis, περίλυπος. Præpositio περὶ auget significationem. Declarat enim animum undique mœrore obsessum & circumuallatum, Vulgata, Tristis. Erasmus, Mœsta. 39 Abeat, παρελθάτω: id est, prætereat me, & intactum relinquat. Vulgata & Erasmus ad uerbum, transeat: quod fortasis tolerari posset, nisi adderetur præpositio. Nam eodem dicendi genere apud Senecam lib. de Benef. 2. cap. 28. dicitur grando pessimi cuiusque agros transire: id est intactos relinquere. Et Statius

lib.2. Thebaid. Nil transit amanteis: id est, nil præterit. Hoc idem exprimunt Hebræi uerbo עבר, duplici tamẽ, eaq; contraria significatione. Nam aliquando idem ualet quod accedere & capiti incumbere, ut Thren. cap. 4. d. 22. Etiã (inquit Propheta) super te transibit calix: id est, etiam ad te perueniet ira & furor Domini. Aliquando uerò contrà idem ualet quod prætermittere & intactum relinquere, ut hoc loco: & insalutatum prærerire, ut Gen. 18. a. 3. Ne trãseas (inquit Abraham) à seruo tuo: id est, ne me insalutatum prætereas. Sic apud Græcos accipitur, τὸ παρελθεῖν, ut in istis Anacreontis uersiculis sanè perlepidis, ὁ πλοῦτος ὦγαθὲ χρυσοῦ τι βίῳ παρέχει ἄνευτέ, ἐκφεύγειν φυλάττων ἔγ' αὖ θανάτῳ ἰατὰ θεὸς, λάβῃ τι καὶ παρέλθῃ.

A

me poculum istud: ueruntamen nõ ut ego uolo, sed ut tu.

Dormientes discipuli. Vigilia. Oratio. Spiritus. Caro.

Tunc uenit ad discipulos, & reperit eos dormientes: & dicit Petro, Itáne non ualuistis unã horam uigilare mecum? 40

Vigilate & orate, ut ne introeatis in tentationem: spiritus quidem promptus, sed caro infirma est. 41

Rursum secundò abijt, & orauit, dicens: Pater mi, si non potest hoc poculum abire à me, quin bibam ipsum, fiat uoluntas tua. 42

Et reperit eos rursum dormientes: erant enim oculi eorum grauati. 43

Et relictis eis, rursum abijt: & orauit tertiò, eundem sermonem dicens. 44

Tunc uenit ad discipulos suos, & dicit eis: Dormite quod superest, & requiescite: ecce appropinquauit hora, & Filius hominis traditur in manus peccatorum. 45

Surgite, eamus: ecce appropinquauit qui me prodit. 46

Iudæ osculo Christũ prodit. Marc. 14. c. 43. Luc. 22. c. 47. Ioan. 18. 2. 3.

Et adhuc eo loquente, ecce Iudas, unus ex duodecim, uenit, & cum eo turba multa cum gladijs & fustibus, à principibus Sacerdotum & Senioribus populi. 47

Osculum.

Is uerò qui prodebat eum, dederat eis signũ, dicens: Quemcunq; osculatus fuero, ipse est, prehendite eum. 48

Itaq; statim cum uenisset ad Iesum, dixit: Aue Rabbi. & deosculatus est eum. 49

At Iesus dixit ei, Amice, adquid ad es? Tunc 50

λωμα τοῦτο, πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ.

καὶ ἔρχεται πρὸς τοὺς μαθητὰς, καὶ εὑρίσκει αὐτοὺς καθεύδοντας. καὶ λέγει τῷ Πέτρῳ, Οὕτως οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρηγορῆσαι μετ' ἐμοῦ;

γρηγορεῖτε, καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν. τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής.

πάλιν ἐκ δευτέρου ἀπελθὼν, προσηύξατο λέγων· πάτερ μου, εἰ οὐ δύναται τοῦτο τὸ ποτήριον παρελθεῖν ἀπ' ἐμοῦ, ἐὰν μὴ αὐτὸ πίω, γενηθήτω τὸ θέλημά σου.

καὶ ἐλθὼν εὑρίσκει αὐτοὺς πάλιν καθεύδοντας, ἦσαν γὰρ αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ βεβαρημένοι.

καὶ ἀφεὶς αὐτοὺς, ἀπελθὼν πάλιν, προσηύξατο τὸν ἐκ τρίτου, τὸν αὐτὸν λόγον εἰπών.

τότε ἔρχεται πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτοῖς· καθεύδετε τὸ λοιπὸν, καὶ ἀναπαύεσθε· ἰδοὺ ἤγγικεν ἡ ὥρα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν.

ἐγείρεσθε, ἄγωμεν· ἰδοὺ ἤγγικεν ὁ παραδιδούς με.

ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδοὺ Ἰούδας εἷς τῶν δώδεκα ἦλθε, καὶ μετ' αὐτοῦ ὄχλος πολὺς μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων, ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων καὶ πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ.

ὁ δὲ παραδιδοὺς αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς σημεῖον, λέγων· ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστιν· κρατήσατε αὐτόν.

καὶ εὐθέως προσελθὼν τῷ Ἰησοῦ, εἶπε· χαῖρε ῥαββί. καὶ κατεφίλησεν αὐτόν.

ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ πάρει; τότε

Poculum, ποτήριον. Vulgata & Erasmus, calix. Quum autem paulo antè Erasmus Veterem interpretem flagellarit, quòd Græcum uocabulum τριβλίον, alio Græco uocabulo conuerterit, & suprà etiam 20. c. 22. diserè hanc uersionem emendarit, miror eum hoc loco idem non fecisse. Quòd si profanis pictoribus hic quoque credendum est, hæc omnia scilicet ad execrandum illud non Christi, sed Antichristi sacrificium pertinẽt. Nam quia calicis hic fit mentio, inepti pictores totam hanc actionem ita pingunt, ut Christus procidens, Missam illam execrandam obire uideatur: nec istos pudet imperitorum uulgus tam impijs & tam crassis erroribus in superstitionis tenebris retinere. Poculi autem appellatione ex Hebræorum idiotismo significatur ira Dei, & supplicium pro peccatis nostris. Vide suprà 22. c. 22. 40 Itáne, οὕτως. Vulgata, Sic. Erasmus, Adeò. Veteres codices 3. 6. 7. 12. 14. sic distinguũt, οὕτως; οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρηγορῆσαι μετ' ἐμοῦ; id est, itáne? non potuistis unam horam uigilare mecum? Quæ repetitio interrogationis, aut expostulationis potius, magnam uidetur emphasin habere. Vnam horam, μίαν ὥραν. Vulgata & Erasmus, una hora. Ego malui uertere quarto casu, quo scilicet tempus continuum declaratur. 42 Rursum secundo, πάλιν ἐκ δευτέρου. Erasmus, Rursus altera uice. Ego existimo πάλιν hic significare conuersionem in contrariam partem, non iterationem: quo modo πάλιν & ἀνάπαλιν ἀνάπαλιν sumitur apud Geometras. Propriè autem Rursum idem ualere quod Retro, & Prorsum etiam idem quod Ante, Latini Grammatici notant. Quòd si utrumque iterationem significare malumus, sic etiam Latinè Plautus dixit, rursum denuò.

Quin, οὐκ μέ. Vulgata & Erasmus, nisi. Vide Marcum, cap. 10. c. 30. 43 Reperit eos rursum, εὑρίσκει αὐτοὺς πάλιν. In codicibus quinto & octauo sic legebatur, καὶ ἐλθὼν πάλιν εὗρεν αὐτοὺς καθεύδοντας: id est, Et quum rursum uenisset, inuenit eos dormientes: sicut conuertit Vetus interpres. 45 Quod superest, τὸ λοιπόν. Vel, de cætero. Vulgata & Eras. iam ἤδη. Peccatorũ, ἁμαρτωλῶν. In nono codice præponitur ἀνθρώπων, hominũ. 47 Ἀπὸ. Vulgata & Erasmus addunt participium Missi, ἀποσταλέντες: quod facilè subauditur. 48 Prehendite, κρατήσατε, uel retinete. ita ut elabi ne si uelit quidem, possit. Nam uocabulo Græco significatur uis aliqua afferri. 49 Aue, χαῖρε. Ad uerbum, Gaude. Latini Salue aut Aue dicunt. Fuit autem hic ritus Iudæis familiaris, cuius sæpe fit mentio apud Paulum in extremis epistolis. 50 Ad quid, ἐφ' ᾧ, quorsum: id est τίνι, ut suprà dixit, uersu 8. Nonnulla exemplaria obseruat Erasmus scriptum habuisse ἐφ' ᾗ, & nouè usurpatum esse articulum postpositiuũ, pro τίνι, uel τί: quum tamen sic etiam apud Thucydidem usurpetur. Fateor tamen ἐφ' ᾧ plerunq; indefinitè poni, pro ὅτι, uel idem ualere quod In quo, uel quoad: id est ἐφ' ὅσον.

B

C

51 Exer-

A πῶ πελθόντω ἐπίβαλον τὰς χεῖρας ὡδὶ τὸν ἰησοῦν, καὶ ἐκράτησαν αὐτόν.

καὶ ἰδοὺ εἷς τ μετὰ ἰησοῦ, ἐκτείνας τὴν χεῖρα, 51 ἀπέσπασε τὴν μάχαιραν αὐτ· καὶ πατάξας τ δοῦλον τοῦ ἀρχιερέως, ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον.

τότε λέγει αὐτῷ ὁ ἰησοῦς, ἀπόστρεψον σου τὴν 52 μάχαιραν εἰς τὸν τόπον αὐτῆς. πάντες γὰρ οἱ λαβόντες μάχαιραν, ἐν μαχαίρᾳ ἀπολοῦνται.

ἢ δοκεῖς, ὅτι δύναμαι ἄρτι παρακαλέσαι τ 53 πατέρα μου, καὶ παραστήσει μοι πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων;

πῶς οὖν πληρωθῶσιν αἱ γραφαὶ, ὅτι οὕτω δεῖ 54 γενέσθαι;

ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ εἶπεν ὁ ἰησοῦς τοῖς ὄχλοις· ὡς 55 ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθετε μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων συλλαβεῖν με. καθ' ἡμέραν πρὸς ὑμᾶς ἐκαθεζόμην διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ οὐκ ἐκρατήσατέ με.

τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γρα- 56 φαὶ τ προφητῶν· τότε οἱ μαθηταὶ πάντες ἀφῆκαν

B αὐτὸν, καὶ ἔφυγον.

οἱ δὲ κρατήσαντες τ ἰησοῦν, ἀπήγαγον πρὸς 57 καϊάφαν τ ἀρχιερέα, ὅπου οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι συνήχθησαν.

ὁ δὲ πέτρος ἠκολούθει αὐτῷ ἀπὸ μακρόθεν, ἕως 58 τῆς αὐλῆς τοῦ ἀρχιερέως. καὶ εἰσελθὼν ἔσω, ἐκάθητο μετὰ τ ὑπηρετῶν, ἰδεῖν τὸ τέλος.

οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ τὸ συνέ- 59 δριον ὅλον ἐζήτουν ψευδομαρτυρίαν κατὰ τοῦ ἰησοῦ, ὅπως αὐτὸν θανατώσωσι,

καὶ οὐχ εὗρον· καὶ πολλῶν ψευδομαρτύρων προ- 60 σελθόντων, οὐχ εὗρον. ὕστερον δὲ προσελθόντες δύο ψευδομάρτυρες,

εἶπον· οὗτος ἔφη, δύναμαι καταλῦσαι τὸν ναὸν 61 τοῦ θεοῦ, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν οἰκοδομῆσαι αὐτόν.

accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & prehenderunt eum.

Et ecce unus ex his qui *erant* cum Iesu, extensa manu exeruit gladium suum: & percussò seruo Pontificis, abstulit auriculam eius. *Auricula seruo pontificis amputata.*

Tunc ait ei Iesus: Conuerte gladium tuum in locum suum. omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. *Gladio perituri.* Gen.9.b.6. Apo.13.c.10.

An putas quòd non possim nunc precari Patrem meum, qui præstet mihi plures quàm duodecim legiones Angelorum?

Quomodo ergo impletæ fuerint Scripturæ, quæ dicunt quòd sic oportet fieri? *Scripturæ implendæ.* Esa.53.c.10.

In illa hora dixit Iesus turbæ: Vt in latronem existis cum gladijs & fustibus, ut comprehenderetis me. quotidie apud uos sedebam docens in templo, & non me prehendistis.

Hoc autem totum factum est, ut impleantur scripturæ Prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo, fugerunt. Thren.4.d.22. Suprà 20.d.31.

Illi uerò prehensum Iesum adduxerũt ad Caiapham pontificem, ubi Scribę & Seniores coacti erant. *Ad Caipham ducitur.* Marc.14.f.53. Luc.22.f.54. Ioan.18.c.14.

Petrus autem sequebatur eum procul usque ad aulam pontificis: & ingressus intrò, sedebat cum ministris, ut uideret finem. *Petrus sequitur.*

Principes autem Sacerdotum & Seniores & totus consessus quærebant falsum testimoniũ contra Iesum, ut eum morte multarent: Marc.14.f.55.

Et non inuenerunt: etiam quum multi falsi testes accessissent, non inuenerunt. Postremò uerò aduenientes duo falsi testes, *Falsi testes.*

Dixerunt: Iste dixit, Possum dissoluere templum Dei, & in triduo ædificare ipsum. Ioan.2.c.19.

51 Exeruit, ἀπέσπασε. Ad uerbum, euulsit. Vulgata & Erasmus, exemit. Abstulit, ἀφεῖλεν. Cicero ad Q. Fratrem lib.3. Auriculam fortasse mordicus abstulisset. Vulgata & Erasmus, amputauit: id est, ἀπέκοψεν.

C 52 Qui acceperint, οἱ λαβόντες: id est, qui usurparint. Ita enim accipitur interdum apud Hebræos uerbũ נשא quod respondet τῷ λαμβάνειν, ut Exod 20.b.7. & Psal.50.c.16. Sic uernaculo nostro sermone, *mettre la main à l'epée*: id est, manum ensi apponere, significat gladium exerere feriendi causa. Peribunt, ἀπολοῦνται. In uetustis codicibus 1.5.6.9.14. legitur ἀπολοῦνται, morientur. 53 Qui præstet mihi, καὶ παραστήσει μοι. Vulgata & Erasmus ad uerbum, & exhibebit mihi: quamuis Exhibere potius respondeat τῷ παρέχειν. Cæterum animaduerti, Hebræos in huiusmodi transitionibus personarum sæpe usurpare copulatiuam coniunctionem, contra Græcorum & Latinorum consuetudinem qui simplici prouocabulo potius utuntur, ut ex hoc loco apparet. Legiones, λεγεῶνας. Vocabulum Latinum corruptum, de quo alibi diximus. 54 Quomodo ergo, πῶς οὖν. Præcisa est loquutio. neq; enim cum superiore uersu uidentur ista posse connecti. Respondet igitur tacitæ obiectioni, cur subsidium à Patre non petat in extremo periculo: & ita quidem respondet, ut interrogare uideatur: quod schema Rhetores uocant ἐπερώτησιν. Impletæ fuerint, πληρωθῶσιν. In secundo exemplari legitur πληρωθήσονται, implebuntur. Quod sic, ὅτι οὕτω. Subaudiendum uidetur participium λέγουσαι: quod expressimus, ut particula ὅτι accipiatur διὰ τοῦτο, sicut annotat Erasmus. 55. In, ἐπὶ: id est, aduersum. Vulgata & Erasmus, ad: id est, πρός. Vt comprehenderetis me, συλλαβεῖν με. In uetustis omnibus exemplaribus scriptum erat συλλαβεῖν μι, adscripta scilicet nota interrogationis, uel potius expostulationis. 58 Procul, ἀπὸ μακρόθεν, uel eminus. Vulgata ad uerbũ, à longè. Abundat ἀπὸ, quod etiam non erat in uetustis codicibus 4.5.8. Sic tamen reperias apud Homerum, ἀπ' οὐρηθεν. 59 Morte multarent, θανατώσωσι. Vulgata & Erasmus, morti traderent. Vide suprà 10. c.21. In uno codice scriptum erat ἀπολέσωσι, perderent. 60 Inuenerunt, εὗρον. In quinto exemplari legitur ηὕρισκον, inueniebant, quo modo Vulgata & Erasmus. Etiam quum multi, καὶ πολλῶν. In uno uetere exemplari non repetitur, οὐχ εὗρον in hoc membro, neq; ante πολλῶν adscribitur καὶ: quam lectionem sequutus est uetus interpres. mihi tamen non uidetur ociosa repetitio.

Postremò uerò, ὕστερον δὲ: id est, ὕστατα δὲ. Assentior enim Erasmo, qui comparatiuũ pro superlatiuo positum putat.

61 Dissoluere, καταλῦσαι: id est, destruere. Sunt enim lapides cęmento quasi uinculis deuincti. In triduo, διὰ τριῶν ἡμερῶν. Sic uulgò Galli, *en trois iours*. ut sit διὰ positum pro ἐν. Plinius lib.9.cap.51. Cæterę fœminę in triduo excludunt. Vetus interpres, post triduum: id est, μετὰ τρεῖς ἡμέρας. quo modo etiam accipitur Marci 2.a.1. & Galat.2.a.1. Idem infrà Marci 14.f.58. interpretatur, per tres dies: & Erasmus, tribus diebus. Aedificare, οἰκοδομῆσαι. Vulgata reædificare: id est, ἀνοικοδομῆσαι, quia scilicet mentio facta est destructionis.

Et surgens Pontifex, ait ei: Nihil respondes? quid *illud est quod* isti aduersum te testificantur?

Iesus autem silebat. Et respondens Pontifex, ait ei: Adiuro te per Deum uiuentem, ut dicas nobis, si tu es Christus ille Filius Dei.

Adiurare.

Dicit ei: Iesus Tu dixisti. quinetiam dico uobis, ab hoc tempore uidebitis Filium hominis sedentem à dextra potestatis Dei, & uenientem in nubibus cœli.

Iesus fatetur se esse Christum. Supra 16.d.27. Rom.14.b.10. 1.Thes.4.b.14.

Tunc Pontifex dirupit uestimenta sua, dicens: Blasphemauit: quid amplius egemus testibus? ecce nunc audistis blasphemiam eius.

Quid uobis uidetur? Ipsi uerò respõdentes, dixerunt: Obnoxius est morti.

Tunc inspuerunt in faciem eius, & colaphos ei inflixerunt, alij autem bacillis eum ceciderũt,

Conspuitur, & alapis cæditur. Esa.50.c.6.

Dicentes: Vaticinare nobis Christe, quis sit qui te ferijt.

Petrus autem sedebat extrà in aula: & accessit ad eum una ancillula, dicens: Et tu cum Iesu Galilæo eras.

Petrus negat Christum. Matc.14.g.66. Luc.22.f.55. Ioan.18.c.29.

Ipse uerò negauit coram omnibus, dicens: Nescio quid dicas.

Quum autem ipse egrederetur in uestibulum, uidit eum alia *ancilla*: & ait his qui erant illic: Et iste erat cum Iesu Nazareno.

Tunc rursus negauit cum iureiurando, Non noui hominem.

Paulo pòst autem accesserunt qui astabant, & dixerunt Petro: Verè & tu ex ipsis es: nam & locutio tua te manifestum facit.

62 καὶ ἀναστὰς ὁ ἀρχιερεὺς, εἶπεν αὐτῷ· οὐδὲν ἀπο- A
κρίνῃ; τί οὗτοί σε καταμαρτυροῦσιν;

63 ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐσιώπα. καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἀρχιερεὺς, εἶπεν αὐτῷ· ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἵνα ἡμῖν εἴπῃς, εἰ σὺ εἶ ὁ χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ.

64 λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· σὺ εἶπας. πλὴν λέγω ὑμῖν, ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ.

65 τότε ὁ ἀρχιερεὺς διέρρηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, λέγων· ὅτι ἐβλασφήμησε· τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτύρων; ἴδε νῦν ἠκούσατε τὴν βλασφημίαν αὐτοῦ.

66 τί ὑμῖν δοκεῖ; οἱ δὲ ἀποκριθέντες εἶπον· ἔνοχος θανάτου ἐστί.

67 τότε ἐνέπτυσαν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἐκολάφισαν αὐτόν. οἱ δὲ ἐρράπισαν,

68 λέγοντες· προφήτευσον ἡμῖν χριστὲ, τίς ἐστιν ὁ παίσας σε.

69 ὁ δὲ Πέτρος ἔξω ἐκάθητο ἐν τῇ αὐλῇ, καὶ προσῆλθεν αὐτῷ μία παιδίσκη, λέγουσα· καὶ σὺ ἦσθα B
μετὰ Ἰησοῦ τοῦ Γαλιλαίου.

70 ὁ δὲ ἠρνήσατο ἔμπροσθεν πάντων, λέγων· οὐκ οἶδα τί λέγεις.

71 ἐξελθόντα δὲ αὐτὸν εἰς τὸν πυλῶνα, εἶδεν αὐτὸν ἄλλη, καὶ λέγει τοῖς ἐκεῖ· καὶ οὗτος ἦν μετὰ Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου.

72 καὶ πάλιν ἠρνήσατο μετ' ὅρκου, ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον.

73 μετὰ μικρὸν δὲ προσελθόντες οἱ ἑστῶτες, εἶπον τῷ Πέτρῳ· ἀληθῶς καὶ σὺ ἐξ αὐτῶν εἶ· καὶ γὰρ ἡ λαλιά σου δηλόν σε ποιεῖ.

62 Quid *illud est quod*, τί. Vulgata, ad ea quæ: id est, πρὸς ἃ, nulla adscripta distinctione post ἀπεκρίνῃ: quum tamen in omnibus codicibus, quos mihi uidere licuit, ista dirimantur duplici interrogatione hoc loco: & apud Marcum quoq; Erasmus ad uerbum, quid. nos uerò aliquid addendum putauimus, ut magis perspicua sit sententia. Aduersum te testificantur? σοῦ καταμαρτυροῦσιν. Erasmus, testimonium dicunt aduersum te? Videtur enim particulam τί accepisse pro aduerbio: ut sit hic sensus, Qui fit ut isti aduersum te testimonium dicant? 63 Adiuro, ἐξορκίζω: id est, interposito iureiurando, & Dei authoritate præcipio: ut scilicet intelligas te coram Deo consistere, & uelut à Deo ipso rogari. Græcis tamen scriptoribus hoc uerbum significat iureiurando aliquid solenniter confirmare, sicut etiam Latinis adiurare. Apud Theologos autem accipitur pro eo quod uulgò dicunt Coniurare. Vnde C
in primis illis Ecclesiæ incunabulis exorcistæ dicti, qui miraculorum dono pollentes, inuocato Christi nomine, diabolos eijciebant. Si tu, ὁ σὺ. Terẽtius, Visam si domi est. Dei, τοῦ θεοῦ. exemplar quartum addit, τοῦ ζῶντος, uiuentis, ex formula loquendi Patribus usitata. 64 Quinetiam, πλήν. Vulgata & Erasmus, ueruntamen. Vide suprà 11.c.22. Ab hoc tempore, ἀπ' ἄρτι deinceps. siue, post hac. Idem enim hic ualet quod μετέπειτα: distinguitq; hæc particula priorem Christi aduentum à posteriore quẽ expectamus. Vulg. & Eras, amodo. A' dextra potestatis Dei, ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως. Nomẽ Dei suppleuimus ex Luca. Idem autẽ ualet A' dextra potestatis Dei, atq; A' dextra potentis Dei: & Deus hic nobis instar principis alicuius proponitur. Nam qui assident à dextera principis, ij sunt principi longè charissimi, atq; adeò ueluti principis collegæ, qui honoratiore loco sedeãt. Vulg. & Eras. à dextris uirtutis. In nubibus, ἐπὶ τῶν νεφελῶν. Vide suprà 24.c.30. 65 Dirupit, διέρρηξε. Hanc consuetudinẽ omnibus ferè priscis gentibus in luctu solennem fuisse, ex multis Homeri locis cõstat: maximè uerò ex illo Iliad.χ. in quo Priamus Hectorem deflet: quod etiam Virgilius imitatus est 5. Aeneid. his uersiculis: Tum pater Aeneas huc meris abscindere uestẽ, Auxiliosq; uocare deos, &c. Atq; adeò illud idem Persis cõmune fuisse ostẽdit. Herodotus in Thalia, Cambysq; mortem describens. Sed & Iudæi id facere tenebant, si ab Israelita quopiã audissent blasphemiã in Deum: idq; ex traditione quæ scripta extat in Talmud, uolumine de magistratibus, Tit. de quadruplici morte.

66 Obnoxius est morti, ἔνοχος θανάτου ἐστί. Cic. ad Q. fratrem lib. 2. Vt qui nõ discessissent, ea pœna quæ est de ui, tenerentur: id est, obnoxij essent pœnæ. Vulg. & Eras. Reus est mortis. Vide suprà 5.c.21. 67 Bacillis cecid. ἐῤῥάπισαν. Vide Marc.14.g.65. 70 Coram omnibus, ἔμπροσθεν πάντων. In uetustis codicibus, sexto, septimo, & duodecimo, additur αὐτῶν, ipsis. 71 Quum autem ipse egrederetur, ἐξελθόντα ἢ αὐτὸν. Deest pronomẽ αὐτὸν, in octauo codice: & certè quum postea addatur, abundaret secundo loco, nisi uertas tanquam absolutè positum, sicut fecit uetus interpres: quem in eo quoq; sequuti sumus, quod ἐξελθόντα sum interpretatus præsenti tempore. Existimo enim hæc contigisse non iam egresso Petro, sed in ipso egressu. His qui erant illic, τοῖς ἐκεῖ. Exemplaria 5.7.9. legunt, λέγει αὐτοῖς, ἐκεῖ καὶ οὗτος: dicit eis, illic & iste. 72 Non noui, ἴστε τὸν ἄνθρωπον. In secundo exemplari scriptum erat, idq; (ni fallor) rectius, λέγων, τὸν οἶδα, dicens, Non noui. 73 Paulo pòst, μετὰ μικρὸν: id est, μετ' ὀλίγον. Vulgata & Erasmus, post pusillum. Qui astabant, οἱ ἑστῶτες: id est, οἱ παρεστῶτες, ut loquitur Marcus. Vulgata & Erasmus ad uerbum, qui stabant.

τότε ἤρξατο καταθεματίζειν καὶ ὀμνύειν ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον. καὶ εὐθέως ἀλέκτωρ ἐφώνησε. 74

καὶ ἐμνήσθη ὁ Πέτρος τοῦ ῥήματος τοῦ Ἰησοῦ, εἰρηκότος αὐτῷ, ὅτι πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, δὶς ἀπαρνήσῃ με. καὶ ἐξελθὼν ἔξω, ἔκλαυσε πικρῶς. 75

Tunc cœpit seipsum deuouere, *dicens*: Non noui hominem. Et statim gallus cantauit.

Tunc meminit Petrus uerborum Iesu, qui dixerat ei: Prius quàm gallus cantet, ter me abnegabis. Et egressus extrà, fleuit amarè.

ΚΕΦ. κζ. CAP. XXVII.

Πρωΐας δὲ γενομένης, συμβούλιον ἔλαβον πάντες οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, ὥστε θανατῶσαι αὐτόν. 1

καὶ δήσαντες αὐτὸν, ἀπήγαγον, καὶ παρέδωκαν Πόντιῳ Πιλάτῳ τῷ ἡγεμόνι. 2

τότε ἰδὼν Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, ὅτι κατεκρίθη, μεταμεληθεὶς, ἀπέστρεψε τὰ τριάκοντα ἀργύρια τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, 3

λέγων· ἥμαρτον, παραδοὺς αἷμα ἀθῷον. οἱ δὲ εἶπον, τί πρὸς ἡμᾶς; σὺ ὄψει. 4

καὶ ῥίψας τὰ ἀργύρια ἐν τῷ ναῷ, ἀνεχώρησε, καὶ ἀπελθὼν ἀπήγξατο. 5

οἱ δὲ ἀρχιερεῖς λαβόντες τὰ ἀργύρια, εἶπον· οὐκ ἔξεστι βαλεῖν αὐτὰ εἰς τὸν κορβανᾶν, ἐπεὶ τιμὴ αἵματός ἐστι. 6

συμβούλιον δὲ λαβόντες, ἠγόρασαν ἐξ αὐτῶν τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως εἰς ταφὴν τοῖς ξένοις. 7

διὸ ἐκλήθη ὁ ἀγρὸς ἐκεῖνος, ἀγρὸς αἵματος, ἕως τῆς σήμερον. 8

τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος· καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια, τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ. 9

Manè autem quum esset, consiliũ ceperũt omnes principes Sacerdotũ & Seniores populi aduersus Iesum, ut eum morte multarẽt. Pilato uinctus Christus traditur. Marc.15.a.1. Luc.22.g.66. Ioan.17.c.20.

Et ligatum eum abduxerunt, ac tradiderunt eum Pontio Pilato præsidi.

Tunc uidẽs Iudas qui eum prodiderat, quòd damnatus esset, pœnitens, retulit triginta argẽteos *numos* principib. Sacerdotum & Seniorib.

Dicens: Peccaui prodito sanguine innoxio. At illi dixerunt, Quid ad nos? tu uideris.

Et proiectis *numis* argenteis in templum, secessit: & abiens, strangulauit *seipsum*. Iudas suspendit seipsum. Act.1.c.18.

Principes autem Sacerdotum acceptis *numis* argenteis, dixerũt: Non licet eos mittere in corbanam: quia precium sanguinis est.

Consilio autem capto, emerũt ex eis agrum illum figuli, in sepulturam hospitum.

Quapropter uocatus est ager ille, Ager sanguinis usq; in hodiernum diem. Act.1.c.19.

(Tunc impletum est quod dictum est per Ieremiam prophetam dicentem: Et acceperunt triginta argenteos, precium æstimati, qui æstimatus fuit à filijs Israel. Zach.11.c.13.

74 Seipsum deuouere, *κατανεθεματίζειν*. Ira exprimo uim præpositionis *κατὰ*, quasi scriptum sit *κατ' ἰωτὴ, ἀνάθεμα* Græci Theologi uocant quod Hebræi חרם. Vnde *ἀναθεματίζειν*: id est, extremis diris & execrationibus deuouere. Vulgata, detestari. Erasmus, execrari. Non noui, *ὅτι οὐκ οἶδα*. Vulgata, quia non nouisset. Erasmus, quòd non nosset: quasi scriptum sit, *ὅτι οὐκ εἰδότα*. Ego uerò potius existimo particulam *ὅτι* abundare, & subaudiendum participium, dicens, ex Hebræorum idiotismo, de quo dicemus Marc. 10.c.35.

IN CAP. XXVII.

1 Manè autem quum esset, *πρωΐας δὲ γενομένης*. Ad uerbum, Matutino autem facto tempore. Nam subauditur *ὥρας*. Latini plerũque simpliciter dicunt manè. Vulgata & Erasmus, Mane autem facto. Ceperunt, *ἔλαβον*. Vulgata & Erasmus, inierunt. In secundo exemplari legitur *ἐποίησαν*, fecerunt. 2 Præsidi, *ἡγεμόνι*. Sic uocant Latini eum qui prouinciæ præest: Græci autem plerique scriptores *Ἐπιτρόπῳ* & *ἐπάρχῳ*: nam *ἡγεμὼν* propriè ducem significat.

3 Prodiderat, *παραδιδούς*, significatione præteriti pluſquam perfecti. In secundo codice legitur *παραδιδοὺς*, & quidem rectius. Vulgata, tradidit. Retulit, *ἀπέστρεψε*, ab Hebræo השיב, id est restituit. Sic in quibusdam Galliæ partibus uulgò dicunt *retourner l'argent*, pro eo quod rectius dicitur, *rendre l'argent*. 4 Innoxio, *ἀθῷον*. Vulgata, iustum: id est, *δικαίου*, sicut in octauo codice scriptum erat, eodem sensu. Est autem Hebraismus, quo significat Iudas innocentem hominem à se proditum ad cædem. 5 Secesserit, *ἀνεχώρησε*: id est, abijt ex hominum conspectu. Nam secretum aliquem locum quæsiuisse non dubium est, torquente ipsum conscientia, & adigente ad suspendium. Vulgata & Erasmus, recesserit. Strangulauit *seipsum*, *ἀπήγξατο*. Vide Act. 1.c.18. 6 Corbanam, *κορβανᾶν*: id est, templi ærarium. Vocabulum est Syriacum: quod quum Euangelistæ Græcè scribentes noluerint mutare, ego quoq; retinui. Sanguinis, *αἵματος*: id est, uitæ aut cædis. Tanti enim æstimant uitam filij Dei religiosi isti homines, nostris Pharisæis planè similes, quibus religio est iudicijs capitalibus interesse, quum interim pios omnibus modis persequantur ad necem, & alijs tradant iugulandos, quos suis præiudicijs damnarunt.

7 Agrum illum figuli, *τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως*. Quũ articulus & quidem duplex à Græcis addatur, putaui hoc nõ temerè esse factum, sed Euangelistã tanquam de certo agro loqui, quẽ scilicet designasset propheta Zacharias 11. c.13. cuius oracului postea recitat. Itaq; articuli uim expressi. Hospitum, *τῶν ξένων*. Ad uerbum, hospitibus: id est peregrinis & exteris: ueluti Romanis & alijs, quibus etiam mortuis cõiungi, religio erat Iudæis. 9 Ieremiam, *Ἱερεμίου*. Sic habent constanter omnes codices, & hic nodus uetustissimos quosque interpretes torsit: quia scilicet testimoniũ ex Zacharia sumptum est, non ex Ieremia, ut planè uideatur esse *ἀμάρτημα μνημονικὸν*, ut cẽset Augustinus libo de Consensu Euangelistarũ tertio, cap. 7. Itemq; Eusebius *ἀναδίφων* lib. 10. Quòd si quis hunc errorẽ malit uel librarijs tribuere, uel alicuius imperitiæ, qui Ieremiæ nomẽ adscripserit, cum Euangelista: ut alibi sæpe, ita etiam hoc loco tantum scripsisset, *διὰ τοῦ προφήτου*: necesse tamen est, ut fateamur iam olim hunc errorem in Sacros codices irrepsisse. Alias multas rationes affert Erasmus ex ueteribus scriptoribus collectas. Sed hæc non sunt huius loci. Et acceperunt, *καὶ ἔλαβον*. Quia hoc Zachariæ oracului parum uidetur conuenire cum Hebraica ueritate: quamuis non sit instituti nostri commentarios scribere, tamen libuit ad huius loci explicationem, ueluti symbolum conferre. In primis ergo illud tenendum est, ita plerunque citari solere Vetus testamentũ à Sacris Noui testamẽti scriptotibus, ut sensum respexerint, & Prophetiæ potius impletionem, quàm oraculi ipsius uerba

recẽsuerint. Id autem nemini mirum aut temerarium uidebitur, qui sibi persuaserit quod res ipsa conuincit, eundem Spiritum ore Euangelistarum loquutum esse, qui aperuerit os Prophetarum. Deinde Prophetarum munus fuisse, quid futurum esset, prædicere: Euangelistarum uerò, quid sit factum narrare. Itaq; quum Spiritus Dei illorũ Oracula in nouo Testamento non exscribat, sed interpretetur, minimè certè debuit itidem enumerandis uocabulis astringi. Deinde & hoc notandum est, uersionem illam Græcam Prophetarum quæ extat sub nomine Septuaginta interpretum, uel supposititiam esse (quod partim ex Iosepho, partim ex infinitis, & ijs quidem crassissimis erroribus licet intelligere) uel certè aliam & plerũq; diuersam ab ea qua utuntur noui Testamẽti scriptores: quod uel ex hoc loco licet intelligere: quem tamen constat uarijs modis fuisse conuersum. Nam ut cætera omittam de quibus copiosè agit Eusebius libro ἀποδείξεως χ, Septuaginta interpretes, & Symmachus pro eo quod Euangelista mentionem facit καμίνου, uerterunt χωνευτήριον: id est fornacem, in qua scilicet aurum & argentũ exploratur. Aquila uerò re consentiens cum nostro Euangelista, πλαστὸν interpretatur. Sed nunc agè, ad rem accedamus. Zacharias sic habet ad uerbum, Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. & dixit Dominus ad me, Proijce illud ad figulum honestum precium quo æstimatus sum ab eis. Accepi igitur triginta argenteos, & proieci eos in domo Domini ad figulum. Nunc cum illis conferamus Euangelistæ uerba quæ sic habent, Et acceperunt triginta argenteos, precium illius æstimati quem filij Israel æstimarunt, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. Hæc autem si quis conferat, intelliget Euangelistam non tam uaticinium ipsum Prophetæ repetere, quàm eius impletionẽ narrare: quamuis uideatur in ipsius Prophetæ persona loqui. Itaq; Zacharias de seipso loquens, utitur prima persona, Accepi & proieci. Euangelista uerò contrà, narrans scilicet quod ab alijs est factum, tertijs personis utitur, ἔλαβον & ἔδωκαν. Deinde narrat Zacharias quid ipse fecerit Domini iussu, Iudam scilicet proditorem adumbrans: Euangelista uerò, neq; de Zacharia propheta, neq; de Iuda loquitur, sed narrat quid fecerint Iudæi: eos scilicet accepisse triginta illos argenteos à Iuda proiectos in domum Domini, & ex ijs agrum emisse à figulo quodam. Explicat igitur quomodo impletum fuerit illud quod à Propheta dictum est, Proieci eos ad figulum: id est, quos futurum erat ut darent figulo. Ex quo etiam apparet יצר, *iosèr* accipi à Propheta propria significatione: & eos falli qui Kimhi authoritatem sequuti, putant in eo uocabulo mutatum esse ϰ in ר, ut significet eum qui præerat templi ærario: id est, Seniores & Sacerdotes quibus restituti fuerunt triginta argentei. Neq; enim melior interpres quærendus quàm Euangelista qui diserte facit figuli mentionem: ita ut hæc uerba Prophetę, Ad figulum, Gallicè uerti debeant, *pour un potier*, potius quàm *au potier*. Cæterùm hæc uerba Prophetæ, Honestum precium quo æstimatus sum ab eis, Euangelista his uerbis exposuit, Precium illius æstimati quem filij Israel æstimarunt. mutatiq; primam personam in tertiam: quia inducit Propheta Deum ipsum loquentẽ. Euangelista uerò ipse in persona sua loquitur. Deinde passiuum dicendi genus in actiuum transfert. Postremò explicat emphasin relatiui Eis, quo utitur Propheta ad rei indignitatẽ amplificandã. Significatur enim Dominus triginta tantum argẽteis æstimatus: idq; ab ijs ipsis quos Dominus pro populo peculiari cõplexus erat. Et hæc quidem hactenus de huius loci explicatione. Cæterùm quod ad uerborum interpretationẽ attinet, hæc uerba, ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ, interpretatur Erasmus, quæm æstimatum emerunt [Pharisæi scilicet] à filijs Israel: id est, à Iuda Israelita. Vulgata, quem appreciauerunt à filijs Israel. At ego puto commodius sic uerti posse, quem æstimarunt qui sunt ex filijs Israel: id est, qui æstimatus fuit à filijs Israel: perinde ac si dixisset τινὸς, uel εἷς ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ. Nam ita conueniunt Græca cum Hebræis. Deinde τιμᾶσθαι, pro emere rem æstimatam, nusquam legi. Præterea præpositio Latinorum A in illo dicendi genere quod usurpat Erasmus, ferè respondet τῷ παρά. Vix enim dicere licet, ἀγοράζεσθαι ἀπό τινος, sed potius, παρά τινος. Itaq; mihi uidetur subaudiendus articulus οἱ, uel τινὲς ante ἀπὸ, ut hæc uerba ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ, ordine constructionis præponantur uerbo τιμήσαντο, non subsequantur: ἀπὸ autem idem ualet quod ὑπό, ut infrà 21. in quo dicendi genere etiam hæc eclipsis est bis usurpata suprà 23. d. 34. καὶ ὃ μὲν αὐτῶν ἀποκτενεῖτε, καὶ ὃν αὐτῶν σταυρώσετε, pro τινὰς δὲ αὐτῶν: id est, occidetis ex ipsis, & crucifigetis ex ipsis, pro nõnullos ex ipsis. Sed & multo apertius in recto casu eadem omnino eclipsis apparet, Act. 21. c. 16. Sic enim Lucas, συνῆλθόν τινες καὶ τῶν μαθητῶν ἀπὸ Καισαρείας, pro τινὲς τῶν μαθητῶν: id est, quidam discipulorũ: quod uernacula lingua dicimus, *il uint des disciples*, eadem prorsus eclipsi. Et hæc quidem præter institutum fortasis: maxima tamen ex parte (ni fallor) necessaria ad confirmandam interpretationem nostram.

Et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.) 10 καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως, καθὰ συνέταξέ μοι κύριος.

Pilato fatetur se esse Regem Christus. Iesus autem stetit coram Præside, & interrogauit eum Præses, dicens: Tú ne es Rex ille Iudęorum? Dixit autem ei Iesus, Tu dicis. 11 ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔστη ἔμπροσθεν τοῦ ἡγεμόνος· καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν ὁ ἡγεμὼν, λέγων· σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔφη αὐτῷ, σὺ λέγεις.

Marc. 15. 2. 3. Et cum ipse accusaretur à principibus Sacerdotum & Senioribus, nihil respondit. 12 καὶ ἐν τῷ κατηγορεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν πρεσβυτέρων, οὐδὲν ἀπεκρίνατο.

Tunc dicit ei Pilatus: Non audis quàm multa aduersum te testificentur? 13 τότε λέγει αὐτῷ ὁ Πιλάτος, οὐκ ἀκούεις πόσα σου καταμαρτυροῦσι;

Et non respondit ei ad ullum uerbum: *ita* ut miraretur Præses ualde. 14 καὶ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ πρὸς οὐδὲ ἓν ῥῆμα, ὥστε θαυμάζειν τὸν ἡγεμόνα λίαν.

Marc. 15. 2. 6. Luc. 23. 17. In festo autem consuescerat Præses turbæ dimittere unum captiuum quem uoluissent. 15 Κατὰ δὲ ἑορτὴν εἰώθει ὁ ἡγεμὼν ἀπολύειν ἕνα τῷ ὄχλῳ δέσμιον, ὃν ἤθελον.

Habebant uerò tunc captiuũ insignem, qui dicebatur Barabbas. 16 εἶχον δὲ τότε δέσμιον ἐπίσημον, λεγόμενον Βαραββᾶν.

Ipsis igitur coactis, dixit eis Pilatus, Vtrum uultis dimittã uobis? Barabbam, an Iesum qui dicitur Christus? 17 συνηγμένων οὖν αὐτῶν, εἶπεν αὐτοῖς ὁ Πιλάτος· τίνα θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν; Βαραββᾶν, ἢ Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον χριστόν;

11 Túne es Rex ille, σὺ εἶ ὁ βασιλεύς. Ad uerbũ, Tu es ille Rex. Sed adiuuãda est interrogatio pronunciatione: ideo addidi particulam, ut hic locus corrumpi facilè non possit. Vim quoq; articuli seruaui, sicut Erasmo placuit in annotationibus. 15 Captiuum, δέσμιον: id est, αἰχμάλωτον: Vulgata & Erasmus ad uerbum, uinctum. Sed δέσμιος nomen est, non participium 16 Habebant, εἶχον. Vulgata & Erasmus, habebat, εἶχε.

21 E'duo

A ἤδει γὰρ ὅτι διὰ φθόνον παρέδωκαν αὐτόν. 18
Sciebat enim q̃ per inuidiã tradidissent eũ.

καθημένου δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ βήματος, ἀπέστειλε 19
πρὸς αὐτὸν ἡ γυνὴ αὐτοῦ, λέγουσα· μηδὲν σοὶ καὶ τῷ
δικαίῳ ἐκείνῳ· πολλὰ γὰρ ἔπαθον σήμερον κατ' ὄναρ δι' αὐτόν.
Vxor Pilati.
Sedente autem eo pro tribunali, misit ad eum uxor eius, dicens: Nihil tibi rei sit cum iusto illo: multa enim passa sum hodie in somnijs propter eum.

οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἔπεισαν τοὺς 20
ὄχλους, ἵνα αἰτήσωνται τὸν Βαραββᾶν, τὸν δὲ Ἰησοῦν
ἀπολέσωσιν.
Barabbam petunt Iudæi sibi dimitti. Marc.15.a.11. Luc.23.c.18. Ioan.18.g.40. Act.3.c.14.
Principes autem Sacerdotum & Seniores persuaserunt turbæ ut peteret Barabban, Iesum uerò perderet.

ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἡγεμὼν, εἶπεν αὐτοῖς· τίνα θέ- 21
λετε ἀπὸ τῶν δύο ἀπολύσω ὑμῖν; οἱ δὲ εἶπον, Βαραββᾶν.
Respondens autem Præses, ait eis: Vtrum uultis uobis è duobus illis dimittam? Ipsi uerò dixerunt, Barabban.

λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλάτος· τί οὖν ποιήσω Ἰη- 22
σοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν; λέγουσιν αὐτῷ πάν-
τες, σταυρωθήτω.
Dixit eis Pilatus: Quid igitur faciam Iesu qui dicitur Christus? Dicunt ei omnes: Crucifigatur.

ὁ δὲ ἡγεμὼν ἔφη· τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; οἱ δὲ 23
περισσῶς ἔκραζον, λέγοντες, σταυρωθήτω.
Præses aũt ait: Enimuero quid mali fecit? At illi amplius clamabant, dicentes: Crucifigatur.

ἰδὼν δὲ ὁ Πιλάτος ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖ, ἀλλὰ μᾶλ- 24
λον θόρυβος γίνεται, λαβὼν ὕδωρ ἀπενίψατο τὰς
χεῖρας ἀπέναντι τοῦ ὄχλου, λέγων· ἀθῷός εἰμι ἀπὸ
B τοῦ αἵματος τούτου· ὑμεῖς ὄψεσθε.
Pilatus lauat manus tanquam innocens.
Videns autem Pilatus quòd nihil hoc iuuaret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua, abluit manus coram turba, dicens: Innoxius ego sum à sanguine huius iusti: uos uideritis.

καὶ ἀποκριθεὶς πᾶς ὁ λαὸς, εἶπε· τὸ αἷμα αὐτοῦ 25
ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν.
Et respondens uniuersus populus, dixit: Sanguis eius super nos & super filios nostros.

τότε ἀπέλυσεν αὐτοῖς τὸν Βαραββᾶν, τὸν δὲ Ἰη- 26
σοῦν φραγελλώσας, παρέδωκεν ἵνα σταυρωθῇ.
Tunc dimisit eis Barabban: Iesum autẽ quũ flagellasset, tradidit ut crucifigeretur.

τότε οἱ στρατιῶται τοῦ ἡγεμόνος παραλαβόν- 27
τες τὸν Ἰησοῦν εἰς τὸ πραιτώριον, συνήγαγον ἐπ' αὐτὸν ὅλην τὴν σπεῖραν.
Marc.15.b.16. Ioan.19.a.1.
Tunc milites Præsidis quum accepissent Iesum in prætorium, coegerunt apud eum uniuersam cohortem.

καὶ ἐκδύσαντες αὐτὸν, περιέθηκαν αὐτῷ 28
χλαμύδα κοκκίνην.
Et quum exuissent eum, circumposuerunt ei chlamydem coccinam:

καὶ πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν, ἐπέθηκαν ἐπὶ 29
τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ κάλαμον ἐπὶ τὴν δεξιὰν αὐ-
τοῦ. καὶ γονυπετήσαντες ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἐνέπαι-
Et coronam è spinis plexam imposuerunt super caput eius, & arundinem in dextram eius: & genu summisso ante eum illudebant
Coronatur spinis Christus, illuditur & conspuitur.

21 E duobus illis, ἀπὸ τῶν δύο. Particula ἀπὸ manifestè hic ponitur pro ἐκ, sicut suprà hoc eodem capite uersu nono. Sic etiam Appianus, ἐμφυλίων α. Μέτελλόν τε καὶ τοὺς ἄλλους ὅσοι ἦσαν ἀπὸ τῆς βουλῆς τῶν ἑκατὸν σωθῆναι, ἐξορίσειν ἀπὸ τῶν λοιπῶν: id est, Metellum & alios è Senatu quotquot cum Sylla erant, hostes iudicauit. 22 Iesu, Ἰησοῦν. Ad uerbum, Iesum, quarto casu. Est autem Hellenismus. Vulgata, de Iesu. 23 Amplius, περισσῶς. Vulgata, magis: id est, μᾶλλον. Vide suprà 5.g.47. 24 Hoc iuuaret, ὠφελεῖ: id est, prodesset: ad eum scilicet liberandum. Sic
C Cicero primo de Finibus, Eruditio ad beatam uitam iuuat. Vulgata & Erasmus, proficeret: id est, πρόκοπτε, uel προκόπτει, quasi subaudiatur αὐτὸν ipse. Ego uerò nusquam legi, τὸ ὠφελῶν, ita usurpatum. Itaque rectum qui in Græco suppletur expressi, ut constructionem uerbi ostenderem. Abluit manus, ἀπενίψατο τὰς χεῖρας. Similis quædam cæremonia instituitur Deut. 21. b. 6. ad quam tamen non fit mihi uerisimile Pilatum respexisse. Triclinius uerò Sophoclis interpres uersiculum illum ex Aiace explicans, ἀλλὰ σὺμὶ πρός τι λουτρὰ, &c. ita scribit, ὡς τοῖς πολλοῖς ἔθος, ἐπὶ ἃ φεύγουσιν ἀθῴωσιν, ἢ ἄλλας σφαγὰς ἱκέσιον, ὕδατι ἀποπίπτειν τὰς χεῖρας ὡς ἐκθύοντας τὸ μιάσμα: id est, Veteribus mos erat in hominum cæde alijsúe mactationibus, aqua abluere manus expiationis causa. Vnde illud Virgilij 2. Aeneid. Me bello è tanto digressum & cæde recenti Attrectare nefas, donec me flumine uiuo Abluero. Coram turba, ἀπέναντι τοῦ ὄχλου, ἀπέναντι, hoc loco accipio pro ἐμπροσθεν. Vulgata & Erasmus, coram populo: ist est, ἐμπροσθεν τοῦ λαοῦ.

A sanguine, ἀπὸ τοῦ αἵματος: id est cæde, ex Hebræorum consuetudine: quod tamen dicendi genus etiam apud Euripidem in Hecuba reperitur. 25 Sanguis eius, τὸ αἷμα αὐτοῦ. Hebraismus non ita facilis ad explicandum, nisi longo circuitu. Est enim hic sensus, Si quid peccabitur in eo occidẽdo, nos & posteritas nostra pœnas luamus.

26 Quum flagellasset, φραγελλώσας. Quod scribit in hunc locum Erasmus, Christum à Pilato uirgis cæsum, quòd damnatos ante ultimum supplicium uirgis cædere ex more esset Romano: id (ni fallor) huic loco non conuenit, quum neq; damnatus adhuc esset à Pilato Christus, neq; etiam alia ratione fuerit flagellatus, quàm ut occasionem quæreret Christum liberandi, si Iudæorum crudelitati aliqua ex parte satisfeciisset: ut ex Ioanne constat, qui in his narrandis ordinem historiæ seruauit multo diligentius quàm cæteri Euangelistæ. Nam quæ hîc commemorantur à Matthæo, quum damnationem præcesserint, per hysterologiam sunt explicanda. 27 Cohortem, σπεῖραν. Spira contortum funem declarat ex multiplicibus funiculis ita circumuolutis, ut in se non recurrant. Inde factum ut pro militum multitudine accipiatur hoc loco, & apud Ennium, ut Festus testatur. Sed & apud Appianum, ἐμφυλίων α. Sic etiam Hebræis idem uocabulum חבל *hebel* funẽ propriè declarat, translatitiè uerò pro caterua & cœtu accipitur: ut primo Samu. 10. a. 5. 28 Circumposuerunt, περιέθηκαν. Ita loquitur quia superinijcitur chlamys & circumuoluitur, carens nimirum manicis. Vulgata & Erasmus, circundederunt.

29 Plexam, πλέξαντες: id est, contextam uel concinnatam. Apparet igitur milites per ludibrium regiam quandam speciem Christo affinxisse. Ante, ἔμπροσθεν. Vertere solemus ἔμπροσθεν coram, sed hic aliquid amplius uidetur significari.

ei, dicentes: Aue rex ludæorum.

30 Et quum inspuissent in eum, ceperunt arundinem, & uerberabant caput eius.

31 Et quum illusissent ei, exuerunt eum chlamyde, induerunt́q; eum uestimentis suis: & abduxerunt eum ut crucifigerent.

Simon Cyrenæus. *Marc.15.b.22.* *Luc.23.d.26.*

32 Exeuntes autem inuenerunt quendam Cyrenæum, nomine Simonem: hunc angariauerunt ut tolleret crucem eius.

Marc.15.b.22. *Luc.23.e.32.* *Ioan.19.c.16.* *Crucifigitur.*

33 Et quum uenissent in locum qui dicitur Golgotha, quod est Caluariæ locus,

34 Dederunt ei acetum bibendum cum felle mistum: & quum gustasset, noluit bibere.

Marc.15.b.24.

35 Postquam autem crucifixerunt eum, dispertiuerunt uestimenta eius, sortem mittentes: ut

Psal.22.c.9.

impleretur quod dictũ est à propheta, Dispertiuerunt sibi uestimenta mea, & super uestimẽtum meum iecerunt sortem.

36 Et sedentes seruabant eum illic.

37 Et imposuerunt super caput eius crimen ipsius scriptum: ISTE EST IESVS REX ILLE IVDAEORVM.

Latrones crucifixi cum Iesu.

38 Tunc crucifiguntur cum eo duo latrones: unus à dextra, & alter à sinistra.

Blasphemiæ in Christum. *Ioan.2.c.19.*

39 Prætereuntes autem conuiciabantur ei, mouentes capita sua,

40 Et dicentes: Tu ille qui dissoluis templum, & in triduo ædificas, serua temetipsum: si filius Dei es, descende à cruce.

41 Similiter autem & principes Sacerdotum illudentes cum Scribis & senioribus, dicebant:

42 Alios seruauit, seipsum non potest seruare: si rex Israel est, descendat nunc à cruce, & credemus ei.

Psal.22.b.9. *Sap.2.d.28.*

43 Confidit in Deo, liberet eum nũc, si uult eum: dixit enim, Filius Dei sum.

44 Idipsum autem & latrones qui crucifixi erãt cum eo, exprobrabant ei.

Tenebræ.

45 A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super uniuersam terram, usq; ad horam nonam.

46 Circa uerò horã nonã exclamauit Iesus uoce

ζον αὐτῷ, λέγοντες, χαῖρε ὁ βασιλεὺς τῶν ἰουδαίων. A

30 καὶ ἐμπτύσαντες εἰς αὐτὸν, ἔλαβον τὸν κάλαμον, καὶ ἔτυπτον εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.

31 καὶ ὅτε ἐνέπαιξαν αὐτῷ, ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν χλαμύδα, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ· καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ σταυρῶσαι.

32 ἐξερχόμενοι δὲ εὗρον ἄνθρωπον Κυρηναῖον ὀνόματι σίμωνα· τοῦτον ἠγγάρευσαν ἵνα ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ.

33 καὶ ἐλθόντες εἰς τόπον λεγόμενον γολγοθᾶ, ὅς ἐστι λεγόμενος κρανίου τόπος,

34 ἔδωκαν αὐτῷ πιεῖν ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον· καὶ γευσάμενος, οὐκ ἤθελε πιεῖν.

35 σταυρώσαντες δὲ αὐτὸν, διεμερίσαντο τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, βάλλοντες κλῆρον· ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου· διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον.

36 καὶ καθήμενοι ἐτήρουν αὐτὸν ἐκεῖ.

37 καὶ ἐπέθηκαν ἐπάνω τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ τὴν αἰτίαν αὐτοῦ γεγραμμένην, ΟΤΤΟΣ ΕΣΤΙΝ ΙΗΣΟΥΣ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ. B

38 τότε σταυροῦνται σὺν αὐτῷ δύο λῃσταὶ, εἷς ἐκ δεξιῶν καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων.

39 οἱ δὲ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν, κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν,

40 καὶ λέγοντες· ὁ καταλύων τὸν ναὸν, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν, σῶσον σαυτόν. εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ.

41 ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἀρχιερεῖς ἐμπαίζοντες μετὰ τῶν γραμματέων καὶ πρεσβυτέρων, ἔλεγον·

42 ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι. εἰ βασιλεὺς ἰσραὴλ ἐστι, καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ πιστεύσομεν αὐτῷ.

43 πέποιθεν ἐπὶ τὸν θεόν, ῥυσάσθω νῦν αὐτὸν, εἰ θέλει αὐτόν. εἶπε γάρ, ὅτι θεοῦ εἰμι υἱός.

44 τὸ δ' αὐτὸ καὶ οἱ λῃσταὶ οἱ συσταυρωθέντες αὐτῷ, ὠνείδιζον αὐτῷ. C

45 ἀπὸ δὲ ἕκτης ὥρας σκότος ἐγένετο ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, ἕως ὥρας ἐνάτης.

46 περὶ δὲ τὴν ἐνάτην ὥραν ἀνεβόησεν ὁ ἰησοῦς

Rex, ὁ βασιλεύς: pro, ὁ βασιλεῦ. Vide suprà 11. d. 26. 30 Verberabant, ἔτυπτον. Vulgata & Erasmus, percutiebant, κατάκεντουν. Caput, εἰς τὴν κεφαλὴν. Ad uerbum, in caput: quo modo etiã Gallicè loquentes dicimus, *en la teste*. Latini omittunt præpositionem. 32 Angariauerunt, ἠγγάρευσαν. Vide suprà 5. f. 41. 33 Golgotha, γολγοθᾶ. Ita reperimus scriptum in omnibus codicibus, perperam tamen pro γολγοθὰ, altero λ detracto.

Quod est, ἤτοι λεγόμενος. Ad uerbum, qui est dictus. In tertio codice legitur, ὁ ὅστι μεθερμηνευόμενον: id est, quod est, si interpreteris. sicut suprà 1. d. 23. 34. Acetum, ὄξος. In secundo exemplari legitur οἶνον, id est uinum: sicut etiam conuertit Vetus interpres. Sed illa lectio melius quadrat uaticinio Dauidis. 35 Dispertiuerunt, διεμερίσαντο. Vulgata & Erasmus, Diuiserunt: quod respondet τῷ διαμερίζεσθαι. Vt impleretur, ἵνα πληρωθῇ. Totum hoc membrum cum Prophetæ testimonio in nullis uetustis codicibus reperimus. 37 Crimen, αἰτίαν. Vulgata & Erasmus, causam: quod etiam declarat Græcis αἰτία, sed illa tamen significatio uidetur huic loco melius conuenire. Vide suprà 19. a. 3. 40 Qui dissoluis, ὁ καταλύων. In secundo codice additur εἰμὶ, quod rectè Vulgata conuertit Vah. Est enim χαλασταῖον. Ponitur autem ὁ καταλύων quasi in uocandi casu, ut paulo antè annotauimus, 23. b. 14. 41 Similiter autem, ὁμοίως δὲ. Vulgata & Erasmus omiserunt particulam δὲ. Et Senioribus, καὶ πρεσβυτέρων. In uetustis omnibus addebatur, καὶ φαρισαίων, & Pharisæis. 42 Seruare, σῶσαι. Addita erat nota interrogationis aut ridiculæ potius percontationis in uetustis codicibus 3. 4. 7. 9. 12. 14. Ei, αὐτῷ. Vetusta exemplaria pleraque scriptum habebant, ἐπ' αὐτῷ. Quoddam etiam, ἐπ' αὐτὸν, ut non uideantur usqueadeò inter se differre, Credere Deo, & credere in Deum. Hoc enim discrimen potius statuerem inter credere Deo, & credere Deum. 44 Idipsum autem, τὸ δ' αὐτὸ. Integrum hunc uersiculum non reperimus in uno uetere codice: sed fublatum puto à quopiã, qui hæc pugnare censuerit cum ijs quæ tradit Lucas de altero latronum. Quem nodum, si Dominus dederit, illic explicabimus. 46 Exclamauit, ἀνεβόησεν. ἀνὰ uim addit uerbo quæ non fuit negligenda. Vulgata & Erasmus, clamauit.

Lama,

A φωνῇ μεγάλῃ, λέγων, ηλὶ ηλὶ λαμὰ σαβαχθανί, τοῦτ' ἔστι, θεέ μου θεέ μου, ἱνατί με ἐγκατέλιπες;

magna dicens: Eli, Eli lama sabachthani? hoc est, Deus meus, Deus meus, cur deseruisti me? *Oratio Christi in cruce. Psal.22.a.2.*

τινὲς δὲ τῶν ἐκεῖ ἑστώτων ἀκούσαντες, ἔλεγον ὅτι 47
Ηλίαν φωνεῖ οὗτος.

Quidam autem ex ijs qui illic stabant, quum hoc audissent, dicebant: Eliam uocat iste.

καὶ εὐθέως δραμὼν εἷς ἐξ αὐτῶν, καὶ λαβὼν 48
σπόγγον, πλήσας τε ὄξους, καὶ περιθεὶς καλάμῳ, ἐπότιζεν αὐτόν.

Et statim currens unus ex eis, quum acceptã spongiam implesset aceto, & circumposuisset calamo, dabat ei ut biberet. *Acetum. Psal. 69.c.22.*

οἱ δὲ λοιποὶ ἔλεγον· ἄφες, ἴδωμεν εἰ ἔρχεται Ηλίας 49
σώσων αὐτόν.

Reliqui uerò dicebant: Sine uideamus an ueniat Elias seruaturus eum.

ὁ δὲ Ἰησοῦς πάλιν κράξας φωνῇ μεγάλῃ, ἀφῆκε 50
τὸ πνεῦμα.

Iesus autem cum rursum clamasset uoce magna, emisit spiritum. *Moritur. 2.Par.3.d.14.*

καὶ ἰδοὺ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς 51
δύο, ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω· καὶ ἡ γῆ ἐσείσθη, καὶ αἱ πέτραι ἐσχίσθησαν,

Et ecce aulæum templi fissum est in duo, à summo usq; ad imum: & terra mota est, & petræ fissę sunt, *Velum templi. Petræ scissæ.*

καὶ τὰ μνημεῖα ἀνεῴχθησαν, καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθη,

Et monumẽta aperta sunt: & multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt: *Resurrectio.*

καὶ ἐξελθόντες ἐκ τῶν μνημείων μετὰ τὴν ἔγερσιν 53
αὐτοῦ, εἰσῆλθον εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς.

Qui egressi è monumentis post resurrectionem eius, introierunt in Sanctam urbem, & apparuerunt multis.

B ὁ δὲ ἑκατόνταρχος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, τηροῦντες 54
τὸν Ἰησοῦν, ἰδόντες τὸν σεισμὸν καὶ τὰ γενόμενα, ἐφοβήθησαν σφόδρα, λέγοντες· ἀληθῶς θεοῦ υἱὸς ἦν οὗτος.

Centurio uerò, & qui cum eo erant seruantes Iesum, uiso terræmotu & his quæ facta fuerant, timuerunt uehementer, dicentes: Verè filius Dei erat iste.

Ησαν δὲ ἐκεῖ γυναῖκες πολλαὶ, ἀπὸ μακρόθεν 55
θεωροῦσαι, αἵτινες ἠκολούθησαν τῷ Ἰησοῦ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, διακονοῦσαι αὐτῷ.

Erant autem illic mulieres multę procul spectantes, quæ sequutę fuerãt Iesum à Galilæa ministrantes ei: *Mulieres quæ Christo ministrauerant.*

ἐν αἷς ἦν Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ Μαρία ἡ τοῦ 56
Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆ μήτηρ, καὶ ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου.

Inter quas erat Maria Magdalene & Maria Iacobi, & Iose mater, & mater filiorũ Zebedæi.

Ὀψίας δὲ γενομένης, ἦλθεν ἄνθρωπος πλούσιος 57
ἀπὸ Ἀριμαθαίας, τοὔνομα Ἰωσήφ, ὃς καὶ αὐτὸς ἐμαθήτευσε τῷ Ἰησοῦ.

Quum autem serum diei esset, uenit homo diues ab Arimathea nomine Ioseph, qui & ipse discipulus fuerat Iesu. *Ioseph sepelit Christum. Marc.15.d.42. Luc.23.g.50. Ioan.19.d.38.*

οὗτος προσελθὼν τῷ Πιλάτῳ ἠτήσατο τὸ σῶμα 58
τοῦ Ἰησοῦ. τότε ὁ Πιλάτος ἐκέλευσεν ἀποδοθῆναι τὸ σῶμα.

Iste adijt Pilatum, ac petijt corpus Iesu: tunc Pilatus iussit reddi corpus.

καὶ λαβὼν τὸ σῶμα ὁ Ἰωσὴφ, ἐνετύλιξεν αὐτὸ 59
σινδόνι καθαρᾷ,

Et quum Ioseph accepisset corpus, inuoluit ipsum sindone munda:

καὶ ἔθηκεν αὐτὸ ἐν τῷ καινῷ αὐτοῦ μνημείῳ, ὃ ἐ- 60
C λατόμησεν ἐν τῇ πέτρᾳ· καὶ προσκυλίσας λίθον μέγαν τῇ θύρᾳ τοῦ μνημείου, ἀπῆλθεν.

Posuitq; ipsum in monumento suo nouo quod exciderat in petra: & aduoluto saxo magno ad ostium monumenti, abijt.

Ἦν δὲ ἐκεῖ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ ἄλλη μα- 61
Lama, λαμα. In exemplaribus 4.6.14. λαμμά. In 1.2.3.5.7.8.9. λεμά. In octauo λιμά. quæ uariatio nata est partim ex ignoratione linguæ Hebraicæ, partim ex diuersa apud ipsos Hebræos uocalium pronunciatione. Deseruisti, ἐγκατέλιπες. In hac tãta calamitate, scilicet. Nam plus est (ut notat Erasmus) ἐγκατέλιπες, quàm κατέλιπες, sicut de serere plus uidetur esse quàm derelinquere: quo posteriore usus est uetus interpres. 48 Et circumposuisset, καὶ περιθεὶς: id est, ἐπιθεὶς imposuisset: extremo scilicet calamo. Calamum autem potius quàm arundinem interpretor hoc loco, non modò quia usitatum est Latinis uocabulum: sed etiam quia fortasis hyssopi culmum declarat, sicut uidetur apparere ex Ioannis 19.c.28. ut illic quasi arboreścere hyssopum oporteat, ficut & sinapi. Hoc tamen affirmare non ausim, quum primo Samuelis quarto d. 33. uideatur tanquam inter herbas humilima, cedris arborum procerissimis opponi. 49 Seruaturus, σώσων. Vulgata, liberans: id est, σώσῳν, aut potius ἐλευθερώσων. Erasmus, liberaturus: id est, ἐλευθερώσων, uel ῥυσόμενος. Cæterùm in uetustis codicibus, quarto & octauo post σώσων αὐτὸν, additum erat, ἄλλος δὲ λαβὼν λόγχην ἔνυξεν αὐτοῦ τὴν πλευρὰν, καὶ ἐξῆλθεν ὕδωρ καὶ αἷμα: id est, alius autem acceptà lancea, confodit ipsius latus, & exijt aqua & sanguis, quæ opinor ex Ioanne annotata, postea librariorum culpa in contextum irrepsisse: idq; alieno loco, quum hæc sint Christi mortem consequuta, ut ex Ioanne apparet.

51 Aulæum, τὸ καταπέτασμα. Aulęum illud scilicet quo suspensio dirimebantur Sancta sanctorum à Sancto. Fissum est, ἐσχίσθη. Vulgata & Erasmus, scissum est, id est ἐρράγη. In duo, εἰς δύο. Vulgata & Erasmus, in duas partes, εἰς δύο μέρη. 53 Qui egressi, καὶ ἐξελθόντες. Erasmus ad uerbum, Et egressi. Vide suprà 26.c.53. Introierunt, εἰσῆλθον. Vulgata & Erasmus, uenerunt, ἦλθον. Apparuerunt, ἐνεφανίσθησαν. In secundo legitur, ἐνεφάνησαν, eodem sensu. 54 Seruantes, τηροῦντες. Vulgata & Erasmus, custodientes, φυλάττοντες. 55 Mulieres, γυναῖκες. In uetustis codicibus sexto & octauo scriptum erat, καὶ γυναῖκες, etiam mulieres.

57 Discipulus fuerat, ἐμαθητεύθη. Vulgata & Erasmus, discipulus erat: id est, ἐμαθήτευε. Est autem hoc uerbum interdum etiam transitiuum pro docere, ut infrà 28.d.19. à quo passiuum deducitur μαθητεύεσθαι, quod usurpauit suprà 13.g.52.

61 Contra,

Maria sedentes contra sepulchrum.

Sepulchrum Christi custoditur à militibus.

Postera uerò die quæ sequitur Parasceuen, 61 coacti sunt principes Sacerdotum & Pharisæi ad Pilatum,

Dicentes: Domine, meminimus quòd pla- 62 nus ille dixit adhuc uiuens, Tertio pòst die surgam.

Iube ergo muniri sepulchrum usque in diem 63 tertium: ne quando ueniant discipuli eius nocte, & furentur eum, dicantq; populo, Surrexit à mortuis: & erit ultimus error peior priore.

Ait eis Pilatus: Habetis custodiam: abite, mu- 64 nite sicut scitis.

Ipsi autem profecti, munierunt sepulchrum, 65 obsignato lapide, cum custodia.

CAP. XXVIII.

Mulieres uisitãt sepulchrum. Marc. 16. b. 6. Ioan. 20. c. 11. Angelus.

EXtremo autẽ Sabbatho quũ lucesceret in 1 primũ *diem* hebdomadæ, uenit Maria Magdalene & altera Maria ut spectarẽt sepulchrũ.

Et ecce terræ motus factus est magnus. Ange- 2 lus eñ Dñi quũ descẽdisset è cœlo, & accessisset, deuoluit lapidẽ ab ostio, sedebatq; super eũ.

Erat autem uisus eius ut fulgur, & indumen- 3 tum eius album sicut nix.

εἰσ. καθήμεναι ἀπέναντι τ τάφ.

τῇ δὲ ἐπαύριον, ἥτις ἐστὶ μετὰ τὴν παρασκευήν, συνήχθησαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι πρὸς Πιλάτον,

λέγοντες· κύριε, ἐμνήσθημεν ὅτι ἐκεῖνος ὁ πλάνος εἶπεν ἔτι ζῶν· μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι.

κέλευσον οὖν ἀσφαλισθῆναι τὸν τάφον ἕως τ τρίτης ἡμέρας, μήποτε ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτ νυκτὸς κλέψωσιν αὐτόν, καὶ εἴπωσι τῷ λαῷ, ἠγέρθη ἀπὸ τ νεκρῶν· καὶ ἔσται ἡ ἐσχάτη πλάνη χείρων τ πρώτης.

ἔφη δὲ αὐτοῖς ὁ Πιλᾶτος· ἔχετε κουστωδίαν, ὑπάγετε, ἀσφαλίσασθε ὡς οἴδατε.

οἱ δὲ πορευθέντες, ἠσφαλίσαντο τὸν τάφον, σφραγίσαντες τ λίθον μετὰ τ κουστωδίας.

ΚΕΦ κη.

ὈΨὲ δὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, ἦλθε μαρία ἡ μαγδαληνὴ, καὶ ἡ ἄλλη μαρία, θεωρῆσαι τ τάφον.

καὶ ἰδοὺ σεισμὸς ἐγένετο μέγας. ἄγγελος γὰρ κυρίου καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ, προσελθὼν ἀπεκύλισε τὸν λίθον ἀπ᾽ θύρας, καὶ ἐκάθητο ἐπάνω αὐτ.

ἦν δὲ ἡ ἰδέα αὐτ ὡς ἀστραπὴ, καὶ τὸ ἔνδυμα αὐτ λευκὸν ὡσεὶ χιών.

61 Contra, ἀπέναντι: id est, eregione. ut in illo Virgilij loco, Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni, Carthago: Italiã contra, Tyberinaq; longè Ostia, &c. Quod admonere placuit, nequis idem ualere putet atq; Gallicã particulam *contre*: id est, iuxta. 63 Planus, πλάνος: id est, præstigator, quẽ γόητα Græci uocãt, qualem fuisse Christum Iudæi etiam dicere non uerentur. Vocabulum hoc Græcum usurpat Cicero pro Cluentio, & Horatius lib. 1. epist. Vulgata, seductor: non malè, παρὰ τὸ πλανᾶν. Surgam, ἐγείρομαι. Vulg. resurgam, ἀναστήσομαι. præsens pro futuro. Interpretor aũt ἐκτὰς τρεῖς ἡμέρας, tertio pòst die, uel intra tres dies, ut annotauimus Marc. 8. d. 31. 64 Nocte, νυκτός. Hoc deest in Vulgata, neq; scriptum erat in uetustis codicibus secundo & decimotertio. 65 Habetis, ἔχετε. Potest etiam imperandi modo uerti, habete, ut notat Erasmus: sed malo per indicatiuum interpretari. Custodiam, κουστωδίαν: id est, præsidiarios milites, templi scilicet custodiæ defignatos. Itaq; sæpe commemoratur in Actis Apostolorum, ὁ στρατηγὸς τ ἱερ, & Pharisæis ac pontificibus adiungitur.

IN CAP. XXVIII.

1 Extremo aũt sabbatho, ὀψὲ δὲ σαββάτων: id est, exeũte iam sabbatho, quod excipitur à primo die sequẽtis hebdomadę. Nã ὀψὲ absolutè positũ idẽ ualet quod serò aut uespere: id est, ἑσπέρας: & ita sumus semper interpretati. quũ autem habet casum adiunctũ, idem ualet quod ἐν ὀψίᾳ: id est, in extremo. Itaq; hoc loco extremã partẽ Sabbathi signi ficat Romanorũ more, qui diem naturalẽ ab ortu solis ad sequentẽ ortum numerãt: non aũt Hebræorũ, qui à uespera dicẽ inchoãt. Iam enim corrupta erat maxima ex parte ueterũ cõsuetudo: quam etiam ob causam suprà diximus, decimumquartũ diem uocatũ esse primum diem azymorũ: quod quũ non obseruaret Osiander, existimauit uesperam hic Hebræorũ more uocari extremã festi partem: id est, initiũ noctis quæ inter sabbathũ & primũ à sabbatho diem, quem Dominicũ uocamus, intercedit: ideoq; in his quę sequuntur, nõ subaudit ἡμέρᾳ, ut sit plena hæc loquutio, τῇ ἡμέρᾳ ἐπιφωσκούσῃ: sed cõtrà subintelligit νυκτὶ, docetq; ex Thalmudis quodam loco, Lucis appellatione interdum noctis initiũ, id est primã faciem intelligi. Ego uerò malo ad diluculũ hæc referre, aut certè tẽpus diluculo ꝓximũ, q̃ mihi uideatur hęc interpretatio simplicissima, & cum aliorũ Euangelistarũ narratione consentiẽs. Eras. Vesperam aũt Sabbathorũ: quam interpretationẽ repudiaui. Primùm quia Euãgelista (ut ante dixi) nõ primã noctis partẽ quæ uespera dicitur, sed ultimã designat quã diluculũ uocãt: aut eam certè quę ꝓxima est diluculo. Deinde q̃ τὰ σάββατα conuertere potius oportuit singulari numero, quum hic sit enallage numeri, de qua diximus suprà 11. a. 1. aut certè Sabbathũ pro festo Paschæ accipiatur. Quũ lucesceret in primũ *diem* hebdomadę, τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων: id est, quũ iam primus à sabbatho dies immineret, siue primi à sabbatho diei lucescẽte diluculo. Cęterùm sciẽdum est (quãuis diuersum existimet Osiander) subintelligi ἡμέρᾳ ante illud τῇ ἐπιφωσκούσῃ. Nam alioquin ista cohærere cum superioribus non possunt: sicut tamen uidetur uelle uetus interpres, & eum sequutus Eras. qui interpretantur, quæ lucescit: quasi scripserit Matthæus, ἐπιφώσκουσῃ τῇ ἰδιᾳ ἡμέρᾳ. Sic aũt plenè loquitur Herodotus in Thalia, ἐπὶ ἡμέρῃ δὲ δεκάτῃ ἐπὶ τῇ καὶ σωιδήκεσι παρῆσαν: id est, quum primum autem diluxisset dies, sex illi sicut constituerãt, affuerunt. Nam & hoc sciendum, ἡμέρα hic usurpari pro luce: sicut dies interdum apud Latinos quoque accipitur. Itaque potuissem interpretari, Die lucescente: uel, Quũ dies lucesceret: sed malui præcisè dicere, Quum lucesceret: quo modo etiam Terentius loquitur. Postremò sciendum, μίαν σαββάτων, dici diem à sabbatho proximum, quem Dominicum uocamus: id est, hebdomadæ sequentis primum. μία enim, id est una, pro prima positum, imitatione Hæbræorum, apud quos אחת, quod unam significat, pro prima accipitur: atque adeò apud Græcos ipsos interdum pro prima ponitur. Sic enim accipitur apud Homerum, Iliad. π. ut annotat Eustathius. Deniq; σαββάτων uocabulo non iam septimus dies (ut paulo antè) nec singuli dies hebdomadæ, quos communi nomine solẽt Monachi (perpetuò scilicet feriantes) Ferias uocare, sed ipsa potius septimana intelligitur: uocabulo etiam deducto ab Hebræis, apud quos plurali numero שבתות uocatur septimana, ut Leuit. 23. c. 15. & 25. a. 8.

3 Visus, εἶδος. Erasmus in anontationib. speciẽ siue formam interpretatur: quæ uidentur mihi latius patêre, quum

A quum hic de facie tantùm agatur: imò uerò ne de facie quidem tota, sed de oculorum radijs. Vulgata, aſpectus: idque non malè, niſi uſurparetur potius pro actione ipſa uidendi, quàm pro ſpecie & acie oculorum. Poſſumus tamen per ſynecdochen interpretari Vultum, qui hac ratione ὄψις quoq; dicitur à Græcis.

ἀπὸ δὲ τοῦ φόβου αὐτοῦ ἐσείσθησαν οἱ τηροῦντες, καὶ ἐγένοντο ὡσεὶ νεκροί. 4

Præ timore autem eius concuſsi ſunt cuſtodes, & facti ſunt ſicut mortui.

ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἄγγελος εἶπε ταῖς γυναιξίν· μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς· οἶδα γὰρ ὅτι Ἰησοῦν τὸν ἐσταυρωμένον ζητεῖτε. 5

Reſpondens autem angelus, dixit mulieribus. Ne timeatis uos: ſcio enim quòd Ieſum crucifixum quæritis.

οὐκ ἔστιν ὧδε· ἠγέρθη γάρ, καθὼς εἶπε. δεῦτε ἴδετε τὸν τόπον, ὅπου ἔκειτο ὁ κύριος. 6

Non eſt hic, ſurrexit enim ſicut dixit: uenite, uidete locum ubi iacebat Dominus. *Surrexit Chriſtus.*

καὶ ταχὺ πορευθεῖσαι εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ὅτι ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ ἰδοὺ προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν· ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε. ἰδοὺ εἶπον ὑμῖν. 7

Et citò euntes, dicite diſcipulis eius quòd ſurrexit à mortuis: & ecce præit uobis in Galilæam, illic eum uidebitis: ecce dixi uobis.

καὶ ἐξελθοῦσαι ταχὺ ἀπὸ τοῦ μνημείου μετὰ φόβου καὶ χαρᾶς μεγάλης, ἔδραμον ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. ὡς δὲ ἐπορεύοντο ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, 8

Tunc egreſſæ citò à monumento cum timore & gaudio magno, currebant ut nunciarent diſcipulis eius. quum autem proficiſcerentur ut nunciarent diſcipulis eius, *Chriſtus conſpicitur à mulieribus.*

καὶ ἰδοὺ ὁ Ἰησοῦς ἀπήντησεν αὐταῖς, λέγων· χαίρετε. αἱ δὲ προσελθοῦσαι ἐκράτησαν αὐτοῦ τοὺς πόδας, καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ. 9

Ecce Ieſus occurrit eis, dicens: Auete. Illæ autem acceſſerunt, & prehenderunt pedes eius, & adorauerunt eum.

τότε λέγει αὐταῖς ὁ Ἰησοῦς· μὴ φοβεῖσθε. ὑπάγετε ἀπαγγείλατε τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἵνα ἀπέλθωσιν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, κἀκεῖ με ὄψονται. 10

Tunc aít eis Ieſus, Ne timeatis: abite, nunciate fratribus meis ut abeant in Galilæam, illic me uidebunt. *Fratres.*

πορευομένων δὲ αὐτῶν, ἰδού τινες τῆς κουστωδίας ἐλθόντες εἰς τὴν πόλιν, ἀπήγγειλαν τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἅπαντα τὰ γενόμενα. 11

Proficiſcẽtibus aũt ipſis, ecce quidam è cuſtodia uenerũt in urbem, ac nunciauerunt principibus Sacerdotum omnia quæ facta fuerant. *Reſurrexiſſe Chriſtum non credũt Iudæi.*

καὶ συναχθέντες μετὰ τῶν πρεσβυτέρων, συμβούλιόν τε λαβόντες, ἀργύρια ἱκανὰ ἔδωκαν τοῖς στρατιώταις, 12

Tunc coacti cum ſenioribus, conſilio capto pecuniam multam dederunt militibus,

λέγοντες· εἴπατε ὅτι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς ἐλθόντες, ἔκλεψαν αὐτὸν ἡμῶν κοιμωμένων. 13

Dicentes: Dicite, Diſcipuli eius nocte uenerunt, & furati ſunt eum nobis dormientibus.

καὶ ἐὰν ἀκουσθῇ τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος, ἡμεῖς πείσομεν αὐτὸν, καὶ ὑμᾶς ἀμερίμνους ποιήσομεν. 14

Et ſi hoc auditum fuerit apud Præſidem, nos perſuadebimus ei, & ſecuros uos faciemus.

οἱ δὲ λαβόντες τὰ ἀργύρια, ἐποίησαν ὡς ἐδιδάχθησαν. καὶ διεφημίσθη ὁ λόγος οὗτος παρὰ Ἰουδαίοις μέχρι τῆς σήμερον. 15

Ipſi uerò accepta pecunia fecerunt ſicut erãt edocti: & diuulgatus eſt iſte ſermo apud Iudæos uſq; in hodiernum diem.

C οἱ δὲ ἕνδεκα μαθηταὶ ἐπορεύθησαν εἰς τὸ Γαλιλαίαν, εἰς τὸ ὄρος οὗ ἐτάξατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· 16

Vndecim aũt diſcipuli profecti ſunt in Galilæam, in montem ubi conſtituerat eis Ieſus.

καὶ ἰδόντες αὐτὸν, προσεκύνησαν αὐτῷ. οἱ δὲ ἐδίστασαν. 17

Et quum uidiſſent eum, adorauerunt eum: quidam autem dubitauerunt. *Chriſtus in Galilæa adoratur ab Apoſtolis.*

4 Præ timore, ἀπὸ τοῦ φόβου. ἀπὸ pro ὑπό, ut ſuprà diximus 13.f.44. Cuſtodes, οἱ τηροῦντες, id eſt φύλακες. Ad uerbũ, ij qui ſeruabant. ſubaudit τὸν τάφον, ſepulchrũ. 6 Sicut dixit, καθὼς εἶπεν. In decimoquarto exemplari addit ὑμῖν, uobis. Iacebat, ἔκειτο. Vulgata & Eraſ. poſitus erat: quo modo etiã uertimus ſuprà 3.c.10. & 5.b. 14. Sed quũ hoc loco propria ſignificatione accipiat, minimè neceſſe fuit ſynonymũ quærere. 7 Citò, ταχύ. Eraſ. ſequẽte uerſiculo uertit Celeriter: hic aũt nihil mutauit. 8 Quum aũt proficiſcerentur ut ren. diſc. eius, ὡς δὲ ἐπορεύοντο ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. Illud ὡς melius exprimimus Gallicè hoc modo, *comme elles aloyent*. Sic Plautus in Menęchmis, Nam rus ut ibat: quod ferè Græci dicunt, ὡς τὴν ταχίστην. Ita etiã Lucas Act. 1.b. 10. Deeſt aũt totũ hoc membrũ apud Veterẽ interpretẽ, neq; ſcriptum erat in ſecundo exẽplari: & certè uideí etiã ſi ſuſtuleris, integra manere ſententia. 9 Ecce, καὶ ἰδού. Hebraicè הנה. Vulgata & Eraſ. ad uerbũ, Et ecce: & rectè quidem Vetus interpres, qui præcedens membrũ non legit. Eraſ. aũt qui legit & interpetatus eſt, debuit omittere copulatiuã hoc loco redundantẽ, ſicut ſuprà 9.a.10. & infinitis locis apud Lucã, qui hoc pleonaſmi Hebraici genere mirũ in modũ delectat: ut infrà 1.b. 10. eodem etiã dicẽdi genere præcedente. 10 Fratrib. meis, τοῖς ἀδελφοῖς μου. In primo exẽplari ſcriptũ erat, τοῖς μαθηταῖς μου, diſcipulis meis. Illic, κἀκεῖ. Eraſmus ad uerbũ, & illic: ſed uidetur iterũ abundare καί: ideo uetterem interpretẽ ſum ſequutus. 11 Quę facta fuerant, τὰ γενόμενα. Eraſ. quæ acciderant: id eſt, τὰ συμπεπτωκότα. 12 Pecuniam multam, ἀργύρια ἱκανὰ. In ſecundo legitur, ἀργύριον ἱκανὸν, idq; (ni fallor) rectius. Ἱκανὸς autem quum propriè declaret ſufficientem, accipitur hoc loco & alibi ſæpe pro πολὺς, quod hoc quidẽ loco Gallicè ita exprimere mus, *donner de l'argent a l'aduenant*. 13 Nobis dominentibus, ὑμῶν κοιμωμένων. Hanc lectionem cum ueteribus codicibus conſentientem ſequuti, non expreſſimus particulam ἐν præcedentẽ. Ea uerò non redundabit, ſi legeris, ὑμῖν κοιμωμένοις, uobis domiẽtibus. ut excudit Colinæus 14 Apud Præſidẽ, ἐπὶ ἡγεμόνος: id eſt à Præſide, ſiue corãpræſide, ut dixit Lucianus ἐπὶ Ῥαδαμάνθυος, coram Rhadamanto. Et Paulus, ἐπὶ Πιλάτου, coram Pilato, 1. Timoth. 6.c.13. Nam periculum erat ne hoc nomine milites apud Pilatum deferrentur. Vulgata & Eraſmus ad uerbum, ſub præſide.

19 Ergo,

Mittit Apostolos ad prædicandum.

Et accedens Iesus, loquutus est eis, dicens: Data est mihi omnis authoritas in cœlo & in terra.

Marc.16.c.15. Profecti ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritusancti:

Docentes eos seruare omnia quæ mandaui uobis: & ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.

18 καὶ προσελθὼν ὁ Ἰησοῦς, ἐλάλησεν αὐτοῖς, λέγων· ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. A

19 πορευθέντες οὖν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος,

20 διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν· καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. ἀμήν.

19 Ergo, οὖν. Deerat in omnibus uetustis codicibus. 20 Omnibus diebus, πάσας τὰς ἡμέρας: id est, in omne tempus. Alloquitur enim Ecclesiam. Quum autem idem ipse Dominus paulo antè dixerit, Me uerò non semper habebitis: apparet distinguendum esse præsentiæ & absentiæ modum.

Sanctum IESV Christi Euangelium secundum Marcum.

Εὐαγγέλιον κατὰ Μάρκον.

CAPVT I. ΚΕΦ. α. B

Malac.3.a.1. Principium Euangelij Iesu Christi filij Dei.

Esa.40.a.3. Ioan.1.c.15. Luc.3.a.4. Vt scriptū est in Prophetis, Ecce ego mitto nuncium meum ante faciem tuam, qui parabit uiā tuam coram te.

Matth.3.a.4. Vox clamantis in deserto, Parate uiam Domini, rectas facite semitas eius.

Baptizabat Ioannes in deserto, & prædica-

1 ΑΡΧΗ τοῦ εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ.

2 ὡς γέγραπται ἐν τοῖς προφήταις, ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου.

3 φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ.

4 ἐγένετο Ἰωάννης βαπτίζων ἐν τῇ ἐρήμῳ καὶ κη-

IN CAP. I.

2 In prophetis, ἐν προφήταις. Ita scriptum reperimus in omnibus codicibus uetustis, præter secundum & octauū, in quibus legimus ἐν ὁσαΐᾳ τῷ προφήτῃ: id est, in Esaia propheta: quo modo interpretatus est hunc locū Vetus interpres, & citat quoque Hieronymus ad Pammachium De optimo genere interpretandi: unde nata illa quæstio, cur geminum uaticinium adducens Euangelista, unum scilicet ex Malachia, alterum ex Iesaia, hunc tamen unum nominet. in quo nodo explicando ne frustra laboremus, præstat plurali numero legere, ἐν προφήταις, quum tot ueterum codicum, ac ipsius etiam Theophylacti authoritas consentiat. Illud quidem constat, appellatione Prophetarum intelligi ipsorum libros: quod tamen dicendi genus præcipuè usurpatur, quum ex minoribus Prophetis aliquod testimonium petitur, etiamsi unus tantum ex illis citetur, ut Act.7.c.42. nempe quod hic duodecim essent in unum uolumen compositi, ut docent Hebræorū interpretes. Mitto, ἀποστέλλω. Loquitur Malachias C tanquam de re iam præsenti, ut solent etiam alij Prophetæ: nimirum de re futura tam certi, quàm si eam oculis cernerent. In Græca tamē editione legitur, ἐξαποστελῶ, mittam. Deinde hanc temporis enallagen annotauimus alibi tam esse. Nuncium meum, τὸν ἄγγελόν μου. Vulgata, angelum: sed hoc quidem loco de homine agitur, ut rectè annotat Erasmus: qui tamen certum aliquem nuncium designari putat articulo, quum omnes alioqui Prophetæ uenturum Christum nunciarint. Sed responderi potest, hanc potius emphasin esse in his uerbis πρὸ προσώπου σου: id est, ante faciem tuam: quibus indicatur hic agi de eo demum nuncio, qui Messiā non eminus positum (ut alij) sed præsentem commonstraret. Ante faciem tuam, πρὸ προσώπου σου. In Hebræis & Græca editione legitur meā: & hoc loco non ponitur, sed post uerba sequentia, ubi legimus, ἔμπροσθέν σου, ante te: quibus uerbis Hebraismus ille explicatur. Sumpta enim est metaphora à Regum cōsuetudine, qui suos solent habere antecambulones. Viam tuā, τὴν ὁδόν σου. In Hebræo non additur pronomen, & pro κατασκευάσει in Græca editione legitur ἐπισκέψεται: id est, inspiciet, non satis rectè, quum in Hebræo non legatur מבה upannah in Chal: sed מבה upinnah in Pihel, quod idem uerbū in Iesaia uerterunt ἑτοιμάσατε. 4 Baptizabat, ἐγένετο βαπτίζων. Verbum ἐγένετο, nonnulli ad ἀγγέλλω referunt, ut testimonia Prophetarum parenthesi includantur: sed primū uerisculum ego malo tituli loco positum esse: quod & Erasmo placet. Sic enim uetustissimi quique scriptores Hebræi præsertim, & ex græcis quoq; Herodotus, Thucydides & Ephorus libros historiarum inchoant. Cæterùm existimat Valla, uerbum ἐγένετο à sequentibus esse separandum, ut sit hæc sententia, quendam Ioannem extitisse qui in deserto baptizaret. Nam (inquit) incipiendum fuit à nuncupatione uiri potius quàm ab eius actione, tanquam de eius nomine fuisset iam facta mentio: ut apud Ioannem, Fuit homo missus à Deo cui nomen erat Ioannes. Nec dicitur, Fuit homo missus: sed Fuit homo. deinde, Missus à Deo: id est, qui missus fuit à Deo. At ego existimo, si hoc uerū esset, addendū fuisse post ἐγένετο, uel ἦν uel αὐτῷ nomen. Quòd autem Marcus à Ioannis prædicatione perinde exorditur, ac si mentionem eius aliquam antea fecisset, id commune habet cum Matthæo. Erat enim Ioannis nomen celebrius quàm ut esset exordium altius petendum. Sed hanc tamen partem egregiè persequutus est Lucas. Erasmus igitur rectè coniunxit uerbum ἐγένετο cum participio βαπτίζων: periphrasi Græcis etiam familiari pro ἐβάπτιζεν: id est, erat baptizans, pro baptizabat: sicut dixit Plautus in Curcul. sunt bibentes, pro bibunt. Vetus interpres maluit cum ἐν ἐρήμῳ connectere. ut sit hæc sententia, Fuisse: id est, uersatum esse, Ioannem in deserto, ubi baptizaret & prædicaret. Sed repugnat uerborū series. Dicendum enim fuisset, ἐγένετο Ἰωάννης ἐν ἐρήμῳ βαπτίζων, ut paulo post, nempe uersiculo 13.

In remis-

A κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

ptiſmum reſipiſcentiæ in remiſsionem peccatorum.

καὶ ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν πᾶσα ἡ Ἰουδαία χώρα, καὶ οἱ Ἱεροσολυμῖται· καὶ ἐβαπτίζοντο πάντες ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ ὑπ' αὐτοῦ, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.

5 Et exiuit ad eum tota Iudææ regio ac Ieroſolymitæ: & baptizabantur omnes ab eo in Iordane flumine, confitentes peccata ſua. Matth.3.a.5 Confeſsio.

ἦν δὲ ὁ Ἰωάννης ἐνδεδυμένος τρίχας καμήλου, καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφῦν αὐτοῦ, καὶ ἐσθίων ἀκρίδας καὶ μέλι ἄγριον.

6 Induebatur autem Ioannes pilis camelorum, & zona pellicea circa lumbos ſuos: & edebat locuſtas ac mel ſylueſtre. Veſtitus & victus Ioannis. Leuit.11.c.22

καὶ ἐκήρυσσε, λέγων· ἔρχεται ὁ ἰσχυρότερός μου ὀπίσω μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς κύψας λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ.

7 Et prædicabat, dicens: Venit poſt me is qui ualidior eſt me, cuius non ſum dignus qui incuruatus ſoluam corrigiam ſolearum. Matth.3.c.11 Luc.3.c.16 Ioan.1.d.27

ἐγὼ μὲν ἐβάπτισα ὑμᾶς ἐν ὕδατι, αὐτὸς δὲ βαπτίσει ὑμᾶς ἐν πνεύματι ἁγίῳ.

8 Ego quidem baptizaui uos aqua: ipſe uerò baptizabit uos Spiritu ſancto. Act.1.a.5.& 2.a.4 & 11.c.16. & 19.a.2.4

καὶ ἐγένετο ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, ἦλθεν Ἰησοῦς ἀπὸ Ναζαρὲτ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἐβαπτίσθη εἰς τὸν Ἰορδάνην ὑπὸ Ἰωάννου.

9 Et factum eſt in diebus illis, uenit Ieſus à Nazareth urbe Galilææ, & baptizatus eſt in Iordane à Ioanne. Baptizatur Ieſus. Matth.3.d.14 Luc.3.d.22 Ioan.1.e.33

καὶ εὐθὺς ἀναβαίνων ἀπὸ τοῦ ὕδατος, εἶδε σχιζομένους τοὺς οὐρανοὺς, καὶ τὸ πνεῦμα ὡσεὶ περιστερὰν καταβαῖνον ἐπ' αὐτόν.

10 Qui quum ſtatim aſcenderet ex aqua, uidit findi cœlos, & Spiritum quaſi columbam deſcendere ſuper eum.

In remiſsionem, εἰς ἄφεσιν. In hic præparationem ſignificat, non effectum, inquit Eraſmus. At ego (quod uetera pace dixerim) non puto reſipiſcentiam poſſe à remiſsione peccatorum ſeparari, de quo alibi dicemus, ſi Dominus dederit. Quòd autem Eraſmus ſubiungit, Ioannem prius baptizaſſe, deinde prædicaſſe baptiſmum, eiuſmodi eſt ut ne refutatione quidem uideatur indigere. Quid enim? quum diceret Ioannes, Pœnitentiam agite, appropinquat enim regnum cœlorum: non docebat quos erat baptizaturus? Imò uerò niſi prius docuiſſet, in quē finē baptizaret, quis tandem ad eius baptiſmum acceſsiſſet? Certè quum ſacramenta ſint σφραγίδια, neceſſe eſt ut præeat doctrina quam obſignent. Neque eſt cur Anabaptiſtæ hæc arripiant aduerſus pædobaptiſmum, quum hic negocium Ioanni fuerit cum adultis: neque etiam quum infantes baptizantur, uerbum à ſigno ſeparetur in Eccleſia Dei. 5 Omnes, πάντες. In octauo codice non ſcribitur πάντες hoc loco, ſed poſt ἐξομολογούμενοι, in membro præcendenti, & fortaſſe rectius. 7 Venit, ἔρχεται. Tam in præſenti quàm futuro accipi hoc poteſt, ut alibi diximus: ſed præſentis ſignificatio magis conuenit: ut Chriſtum intelligas iam eſſe in uia, & Veniſſe pro Adeſſe poſitum.

Qui ualid. eſt me, ὁ ἰσχυρότερός μου. Rectè articulum expreſsit Eraſmus, à Vetere interprete prætermiſſum. Dignus, ἱκανὸς, ut ſuprà, Matth. 8.a. 8. Eraſ. idoneus: id eſt, ἀξιόπιστος. Incuruatus, λῦσαι. Vulg. & Eraſ. procumbens: id eſt, προσκυνῆσαι. Nam fortaſsis uoluit Euangeliſta peculiarem geſtum deſignare maieſtati Chriſti conuenientem. Deerat tamen hoc participiū in uno uetere codice. 8 Quidem, μὲν. Hanc particulam à Vetere interprete intē peſtiuè prætermiſſam in antitheſi, rectè Eraſmus reſtituit: quanquam animaduertimus illam in uno uetere exemplari non adſcribi. Baptizaui, ἐβάπτισα. In ſecundo codice, ſicut apud Matthæum & Lucam, hic quoq; legitur βαπτίσω: quod indicat in media actione hæc eſſe dicta à Ioāne, ut totam baptiſmi uim doceret à Chriſto manare, qui interius baptizat: id eſt, ut rē ipſam à ſigno diſtingueret. Aqua, ἐν ὕδατι. De pleonaſmo præpoſitionis ἐν, alibi diximus: qui quidē notādus eſt hoc loco, ne quis prorſus imperitus, in aqua pro intra aquā accipiat: cuiuſmodi ineptijs pleni ſunt Sophiſtarū libri. 9 Vrbe Galilææ, γαλιλαίας, Suppleui quod deerat cōſtructioni. Eſt aūt hoc additum non diſcriminis alicuius cauſa, ſicut in urbe Cana factum eſt, Ioan. 2.a.1. ſed ad ſitum urbis exprimendū. Hoc uerò pertinet non modò ad fidem faciendam hiſtoriæ, ſed etiam ad intelligendum cur Ieſus diceretur Nazarenus & Galilæus per contumeliam, ut eum uocabat Iulianus ille apoſtata Iudæos ſequutus, quorum ſit metnio Ioan. 7. g. 52. In Iordane, εἰς τὸν Ἰορδάνην. De hac enallage εἰς pro ἐν ſæpe iam diximus. Demoſth. περὶ στεφ. τοσοῦτον ἀμάρτημα πολλῆς γέγονε εἰς αὐτὰ τοῦτα ἁμαρτίας, pro ἐν αὐτοῖς τούτοις: id eſt, tanto in his rebus quæ dico præſtantior ciuis fui. 10 Qui quum ſtatim aſcenderet, καὶ εὐθὺς ἀναβαίνων. Vulgata ad uerbum, Et ſtatim aſcendens. Eraſmus, Et ſtatim quum aſcenderet. Exiſtimauit enim, ἀναβαίνων, pro ἀναβαντα positum, ad Ieſum poſſe referri: uerbum autem εἶδε, ad Ioannem: quum ipſa ratio conſtructionis declaret participium eſſe cum uerbo coniungendum, ut utrunque ad eandem perſonam pertineat. Ego ut perſpicuitati ſtuderem, à Græcis contra meam conſuetudinem aliquātulum deflexi. Nam uidetur quidem mollior uerborum ſyntaxis, ſi de Ieſu hæc omnia accipias: quum præſertim uox illa cœleſtis ad eum dirigatur, ut quidem hic refertur à Marco. Sed quum ipſius potiſsimùm Ioānis cauſa ſit editum hoc ſignum, ut apparet Ioan. 1. c. 33. & 34. quam etiam ob cauſam Matthæum opinor hæc ita deſcribere, ut Pater è cœlo Ioannem & circunſtantes potius quām Filium ipſum uideatur compellare: non dubito quin relatiuum quod ſubauditur, ad Ioannem pertineat, qui hæc dicatur uidiſſe. Id igitur ut melius intelligeretur, primùm omnium in ſuperiore uerſiculo mutaui uerborum collocationem, nulla prorſus ſenſus iniuria: idcirco tantùm ut propius abeſſet quod eſt, ἀπὸ ποταμοῦ repetēdum. Deinde in locum copulatiuæ καὶ ſubſtitui prouocabulum, de quo diximus etiam in Matthæo. Ne uerò longius abeamus, ſimilem in relatiuo amphiboliā reperies infrā 2. b. 13. ubi αὐτὸς quod ante uerbum ἤρξατο, ſubauditur, non refertur ad paralyticum, cuius mētio proximè facta illic erat, ſed ad Ieſum, ab octauo uſque uerſiculo repetitum. Simile exemplum extat infrà 11. a. 6. & 7. ubi quum tria hæc uerba ἄπειμι, ἀφῆκαε, ἤγαγεν, ita connectantur, ut ad eandem perſonam omnino uideantur pertinere: apparet tamen ἄπειμι, & ἤγαγεν, de diſcipulis dici. ἀφῆκαν uerò de ijs qui diſcipulos interpellarent. Poſtremò (ut ad rem redeam) aduerbium εὐθὺς, ex Matthæo didici non eſſe cum uerbo ἦλθε, ſed cum participio ἀναβαίνων coniungendum, ut etiam conuerti potuerit, εὐθὺς ἀναβαίνων, pro εὐθὺς ἀναβάς, ſimulac aſcendiſſet: id eſt, ἅμα τῷ ἀναβῆναι. Findi, σχιζομένους. Participium poſitum eſt loco uerbi, Atticorum more. In ſecundo exemplari ſcriptum erat ἀνεῳγμένους: id eſt, apertos, ſicut conuertit Vetus interpres. Super eum, ἐπ' αὐτὸν, In uno codice ſcriptum reperimus ἐν αὐτῷ, conſtructione magis uſitata, niſi

fortasis quartum casum ideo usurpauit, quòd significetur motus ad locum. Cæterùm quod apud Veterem interpretem additur, & manentem, καὶ μένον, additum uidetur ex Ioanne 1.c.33. A

Et uox facta est à cœlis: Tu es filius ille meus dilectus, in quo acquiesco. 11 καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῶν οὐρανῶν· σὺ εἶ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν σοὶ εὐδόκησα.

Christus tentatur. Statimq; Spiritus eum eijcit in desertum. 12 καὶ εὐθὺς τὸ πνεῦμα αὐτὸν ἐκβάλλει εἰς τὴν ἔρημον.

Matth. 4.a.1 Luc. 4.a.1 *Angeli.* Et fuit illic in deserto dies quadraginta, tentante eum Satana: eratq; cum feris, & Angeli ministrabant ei. 13 καὶ ἦν ἐκεῖ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἡμέρας τεσσεράκοντα, πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ· καὶ ἦν μετὰ τῶν θηρίων, καὶ οἱ ἄγγελοι διηκόνουν αὐτῷ.

Matth. 4.b.12 Luc. 4. d.14 Ioan. 4.f.43 *Prædicat Christus.* Postquam autem traditus esset Ioannes, uenit Iesus in Galilæam, prædicans Euangelium regni Dei. 14 μετὰ δὲ τὸ παραδοθῆναι τὸν Ἰωάνην, ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν Γαλιλαίαν, κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς Βασιλείας τοῦ θεοῦ.

Et dicens, Impletum est tempus, & appropinquat regnum Dei: resipiscite, & credite Euangelio. 15 καὶ λέγων, ὅτι πεπλήρωται ὁ καιρὸς, καὶ ἤγγικεν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ· μετανοεῖτε, καὶ πιστεύετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ.

Simon & Andreas uocantur. Matth. 4.c.18 Luc. 5.a.2 Ambulans autem ad mare Galilææ, uidit Simonem & Andream fratrem eius, iacientes rete in mare (erant enim piscatores) 16 περιπατῶν παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, εἶδε Σίμωνα καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, βάλλοντας ἀμφίβληστρον ἐν τῇ θαλάσσῃ (ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς)

Piscatores hominum. Et dixit eis Iesus: Venite post me, & faciam ut sitis piscatores hominum. 17 καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς γενέσθαι ἁλιεῖς ἀνθρώπων.

Et ipsi statim omissis retibus suis, sequuti sunt eum. 18 καὶ εὐθέως ἀφέντες τὰ δίκτυα αὐτῶν, ἠκολούθησαν αὐτῷ. B

Iacobus & Ioannis. Tunc progressus illinc paululum, uidit Iacobum filium Zebedei, & Ioannem fratrem eius, & ipsos in nauigio sarcientes retia. 19 καὶ προβὰς ἐκεῖθεν ὀλίγον, εἶδεν Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάνην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ αὐτοὺς ἐν τῷ πλοίῳ καταρτίζοντας τὰ δίκτυα.

Statimq; uocauit eos: & ipsi relicto patre suo 20 καὶ εὐθέως ἐκάλεσεν αὐτούς. καὶ ἀφέντες τὸν

11 In quo, ἐν ᾧ. Vul. in te, ἐν σοὶ: quæ lectio uidetur melius conuenire, ut uitetur mutatio personæ, quantumuis apud Hebræos frequens. Certè ita scriptum erat in uetustis Roberti exemplaribus 3.4. & 8. Cur autem εὐδόκησα uertimus, acquiesco, diximus Matth. 3.d.17. 12 Spiritus, τὸ πνεῦμα. In secundo exemplari additur ἅγιον sanctus, quod uocabulum magnam lucem affert huic loco. Nam ne illud quidem quod additur apud Matthæum, subductum fuisse à Spiritu ut tentaretur à Diabolo, satis uidetur omnem amphiboliam tollere, quum apud Hebræos sæpe antecedens relatiui loco repetatur, ut Psal. 48.a.1. nec regula illa Didymi sit perpetua, quæ tradit πνεῦμα & appellatione Spiritum sanctum intelligi, quoties illi præponitur articulus, ut liquet ex Ioan. 3.a.8. & alijs locis. Eijcit, ἐκβάλλει. Vulgata & Erasmus conuertunt, expellit. Vallæ autem uisa est hæc expositio paulo durior. Et certè constat, τὸ ἐκβάλλειν, interdum idem ualere atque τὸ ἐξάγειν καὶ ἐκπέμπειν, ut Matth. 12.c.35. Ioann. 10.a.4. Sed uidetur hic notari hoc uerbo repentina quædam mutatio, quum Christus quia adhuc inter homines tanquam plebeius & priuatus uixerat, quasi noua quadam persona induitur, & cœlesti planè ratione non modò proximæ luctæ præparatur, sed etiam toti suo muneri inauguratur. Non est igitur existimandum, fuisse illum quasi inuitum & reluctantem extrusum, sed diuinæ potius uirtutis in ipso corporaliter habitantis motu & impulsu ad tempus ex hominum conspectu abreptum: idq; nostra causa, ut nobis sanctificatus, carnem & Diabolum superaret. 13 Fuit, ἦν. Vulgata & Erasmus, erat. Mihi uerò uidetur huic loco melius conuenire significatio aoristi posterioris. In deserto, ἐν τῇ ἐρήμῳ. Hæc addere non fuit necesse, quum præcedat relatiuum ἐκεῖ. Itaque comperimus uetustos codices hic uariare, quum in uno hæc deessent, quemadmodum etiam in editione Vulgata: in altero uerò ἐκεῖ non esset adscriptum. Dies quad. τεσσεράκοντα ἡμέρας. Addit Vulgata, & quadraginta noctibus, καὶ τεσσεράκοντα νύκτας: quod in uno etiam uetere exemplari scriptum legimus. Tentante, πειραζόμενος. Hoc participium ita conuertendum fuit, tum quòd à Latinis raro usurpetur præsentis temporis passiuum participium: tum uerò quia uerbum ὦ non sic cohæret cum πειράζομαι, ut pro præterito imperfecto ἐπειράσθη ponatur, ut suprà uersu 6. imò uerò significatur, in eo deserto tentatum fuisse Christum in quo quadraginta dies & quadraginta noctes sit uersatus. Feris, θηρίων. Θηρίον apud Græcos non minus latè patet quàm Bestia apud Latinos: sed pro feris bestijs hic accipitur, quæ in desertis illis uersantur. Itaque Erasmi uersionem sum sequutus. 14 Postquam traditus esset, μετὰ τὸ παραδοθῆναι. in custodiam scilicet, ut diximus suprà Matth. 4.b.12. Vsurpari autem hoc uocabulum sæpe cum eclipsi, quæ pro ratione eius de quo agitur supplenda sit, uel illud exemplum docet Demosthenis, λαβὼν Νικίαν, πρυτανεύσαντα πάλαι, παραδοὺς ταῖς ἑβδομήκοντα ταῖς τὰς ἐξηγητὰς: id est, postulaui ut ancillas traderet, nimirum ad quæstionem habendam. 15 Euangelio, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ. ἐν præpositio hoc loco abundat, nisi malimus existimare ἐν pro εἰς positum esse: sicut credere Deo, & credere in Deum dicunt Theologi. 16 Ambulans, περιπατῶν. In secundo & tertio exemplari legitur παράγων, id est, prætereuns: quod sequitur Vetus interpres. 17 Venite post me, δεῦτε ὀπίσω μου: id est, ἀκολουθεῖτέ μοι, Sequamini me, ut cõuertit Erasm. Vt sitis, γενέσθαι, γίνεσθαι, accipio pro εἶναι: id est esse, potius quàm pro fieri, uel effici. Sic Homerus Deos uocat ἀεὶ γενέτας: id est, semper existentes. Ita uerò cõstruitur uerbũ γενέσθαι apud Græcos: quum Latini per subiũctiuũ hoc efferant cum VT τελικῷ. Dicunt enim, faciã ut sitis. Galli phrasim Græcam sequuntur, je vous feray estre. Sic Demosthenes, περὶ γὰρ τοῦτό τὶ ἐξέσεσμαι τὴν τύχην πάλαι περιεῖδον ἀνέλπιστον παρεῖναι ἀκούσασιν: id est, hoc plebiscitum fecit ut periculum quod ciuitatem circunsteterat, præteriret. 19 Sarcientes, διακαταρτίζοντας. Ad uerbum, re dintegrantes. Nam ἄρτιον dicitur quod perfectum est & integrum: quum alioquin ex multis partibus constet: unde etiam factum, ut pro coagmentare & componere accipiatur. Rom. 9.e.22. & pro complere, & omnibus suis numeris absolutum reddere, ut nihil desit aut redundet: ut Luc. 7.f.40. Vulgata, componentes. Erasmus, reconcinnabant. 20 Abierunt post eum, ἀπῆλθον ὀπίσω αὐτοῦ, Vulgata & Erasmus, sequuti sunt eum, ἠκολούθησαν αὐτῷ: quod etiam

A etiam scriptum erat in secundo exemplari.

πατέρα αὐτοῦ Ζεβεδαῖον ἐν τῷ πλοίῳ μετὰ τῶν μισθωτῶν, ἀπῆλθον ὀπίσω αὐτοῦ.

Zebedæo in nauigio cum mercenarijs, abierunt post eum.

καὶ εἰσπορεύονται εἰς Καπερναούμ· καὶ εὐθέως τοῖς σάββασιν εἰσελθὼν εἰς τὴν συναγωγὴν, ἐδίδασκε.

21 Et ingrediuntur Capernaum: statimq; sabbato ingressus in synagogam, docebat.

Docet Christus in synagogis. Matth. 4.b.23 Luc.4.c.31 Matth.7.d.28 Luc.4.c.32

καὶ ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ· ἦν γὰρ διδάσκων αὐτοὺς ὡς ἐξουσίαν ἔχων, καὶ οὐχ ὡς οἱ γραμματεῖς.

22 Et percellebantur super doctrina eius: docebat enim eos ut authoritatem habens, & non ut Scribæ.

καὶ ἦν ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ, καὶ ἀνέκραξε,

23 Erat autem in synagoga eorum homo in quo erat spiritus impurus: qui exclamauit,

Dæmoniacus sanatur. Luc.4.c.32

λέγων· ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοὶ Ἰησοῦ Ναζαρηνέ; ἦλθες ἀπολέσαι ἡμᾶς; οἶδά σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ.

24 Dicens, Ah, quid nobis tecum Iesu Nazarene? uenisti ut perderes nos? noui te quis sis, nimirum Sanctus ille Dei.

καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, λέγων· φιμώθητι, καὶ ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ.

25 Et obiurgauit eum Iesus, dicens: Obmutesce, & exi ab eo.

καὶ σπαράξαν αὐτὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον, καὶ κράξαν φωνῇ μεγάλῃ, ἐξῆλθεν ἐξ αὐτοῦ.

26 Tunc quum discerpsisset eum spiritus impurus, & clamasset uoce magna, exijt ab eo.

καὶ ἐθαμβήθησαν πάντες, ὥστε συζητεῖν πρὸς αὐτοὺς, λέγοντας, τί ἐστι τοῦτο; τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη, ὅτι κατ' ἐξουσίαν καὶ τοῖς πνεύμασι τοῖς ἀκαθάρτοις ἐπιτάσσει, καὶ ὑπακούουσιν αὐτῷ;

27 Et expauerunt omnes ita, ut mutuò quærerent inter se, dicentes: Quid est hoc? quæ doctrina noua hæc, quòd per potestatem etiã spiritibus impuris imperat, & auscultant ei?

Doctrina noua.

B

καὶ ἐξῆλθε ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εὐθὺς εἰς ὅλην τὴν περίχωρον τῆς Γαλιλαίας.

28 Venit autẽ fama eius statim in totam regionem circumiacentem Galilææ.

καὶ εὐθέως ἐκ τῆς συναγωγῆς ἐξελθόντες, ἦλθον εἰς τὴν οἰκίαν Σίμωνος καὶ Ἀνδρέου, μετὰ Ἰακώβου καὶ Ἰωάννου.

29 Et statim è synagoga egressi, uenerunt in domum Simonis & Andreæ cum Iacobo & Ioanne.

Socrus Petri sanatur à febre. Matth.8.b.14 Luc.4.f.32

21 Et ingrediuntur, καὶ εἰσπορεύονται. In quinto exemplari scriptum erat, καὶ εἰσπορεύεται, Tunc ingreditur. Et paulo post pro εὐθὺς εἰς τὴν συναγωγὴν ἐδίδασκεν, legimus ἐδίδασκεν εἰς τὴν συναγωγὴν, docebat in synagoga, absq; participio εἰσελθών. Item in proximo uersiculo post ἐξεπλήσσοντο, additum erat πάντες, omnes. Sabbato, τοῖς σάββασιν. Vulgata & Erasmus, sabbatis. Sed satis apparet, pluralem numerum positum pro singulari, ut diximus Matth. 12.a.1. & Act.16.c.13. quæ permutatio uidetur in Latino sermone obscurior. 23 In quo erat spiritus imp. ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ. Simili genere dicendi utentes Græci, dicunt, ἐν ἀνθρώπῳ εἶναι; & Latini, in culpa esse. Sed tamen nimis obscura esset interpretatio, si uertas ad uerbum. In spiritu immundo, cum Vetere interprete: sicut uulgò dicimus, estre en fiebure, pro eo quod Latini dicunt, febre teneri. Ideo Erasmus maluit interpretari, obnoxius spiritui: sensu quidem expresso, sed ita ut discedat à Græcis, à quibus studuimus propius abesse. Ita etiam infrà loquitur cap. 5.a.2. Cæterùm quòd initio huius uersiculi καὶ interpretati sumus Autem, nemo (opinor) reprehendet qui uarium huius particulæ usum in Sacris scriptoribus obseruarit. Itaque in hoc eodem uersiculo eiusdem particulæ loco substituimus pronocabulum, ut melius cohæreret oratio, sicut suprà uersu 10. 24 Ah, ἔα, uel Hem. quæ particulæ cõueniunt exclamanti partim dolore, partim rei nouitate. Ad uerbum, sine, παρὰ τὸ ῥῆμα. sed multa uerba in aduerbia degenerant, ut ἄγε, ἄπαγε, & pleraq; eiusmodi. Vetus interpres aut non legit, aut prætermisit. Valla legit ἔα. Nazarene? τὸ Ναζαρηνέ; Alibi ναζωραῖος dicitur Iesus nomine gentili, à Nazareth Galilææ ciuitate & patria Mariæ, in quam se receperat Ioseph: unde factum, ut (sicut prædictum erat) Nazarenus sit Christus uocatus. Matth.2.d.13. Consideranda est

C igitur fraus Satanæ, qui quum illum sciret esse natum in Bethleem, ut Prophetæ prædixerant de Messia, & Sanctũ illum Domini esse fateatur, populi tamen errorem fouet, ne Christum, quem sciebant omnes in Bethleem nascitu rum ex familia Dauid (Matth.2.a.5.) pro Messia haberent: neq; Satanam fefellit hæc expectatio, ut apparet Ioan. 7.f.42. Noui te quis sis, οἶδά σε τίς εἶ. Hellenismus pro, noui quis tu sis. Sic Terentius in And. Obserua filiũ quid agat. In octauo codice legitur οἶδαμέν, scimus. Nimirum Sanctus ille Dei, ὁ ἅγιος. Particula nimirum rectè addita est ab Erasmo ad leniendam transitionem. Simile dicendi genus extat Matth. 19. cap.17. Alludit autem Satan ad nomen illud quod Pontificis maximi tiaræ inscriptum erat, ut scriptum est Exod.28.f.36. 26 Quum discerpsisset, σπαράξαν. Vide infrà cap.9.c.20. 27 Ita ut mutuò quærerent inter se, ὥστε συζητεῖν πρὸς αὐτούς. Conquirendi uerbum, quo usus est post Veterem interpretem Erasmus, Latinis significat diligenter aliquid inuestigare. συζητῶ autem hoc loco est hominum attonitorum, qui mutuò sese rogitant & interpellant. Sed in συζητέω utraq; pars interdum idem quærit, interdum quod alius oppugnat, alter tuetur: unde factum, ut συζητῶ interdum uertamus altercari. Quòd, ὅτι. Sic etiam hæc particula accipitur infrà cap. 4.d.41. & 6.a.2. Cicero quoque intio oranis pro Roscio Amer. penè sic loquitur: Credo (inquit) ego uos mirari, quid sit quòd ego potissimum surrexerim. Per potestatem, κατ' ἐξουσίαν; Cicero 6. in Verr. Nõ per præstigia, sed palàm per potestatẽ uno imperio ostiatim totum oppidum compilarit: id est, pro suo iure & authoritate, seu pro imperio, ut loquitur Terentius. alioquin ἐξουσίαν solemus interpretari authoritatem, & δύναμιν potestatem. Vetus interpres uertit, in potestate: id est (ut sæpe alibi scriptum reperitur) ἐν ἐξουσίᾳ. Nam κατὰ hoc loco est nota causalis, uelut etiam quum dicunt Græci κατὰ τύχην: id est (ut uernaculo sermone loquuntur) par fortune. Erasmus, cum authoritate: id est, μετ' ἐξουσίας, ut Act.26.c.12.

Imperat, ἐπιτάσσει. Alibi ἐπιτάσσειν uertimus iniungere, sed hic quæ fiuimus synonymum, quia absolutè ponitur. Auscultant, ὑπακούουσιν. Vulgata & Erasmus, obediunt: id est, πείθονται. 28 Circumiacentem Gal. περίχωρον τῆς Γαλιλαίας. Vulg. regionem Galilææ: id est, χώραν τῆς Γαλιλαίας. quum tamen subaudiatur γῆν ante περίχωρον: & ita dicatur fama Iesu non modò per totam Galilæam, sed etiam in uicinas regiones sparsa.

Socrus autem Simonis decumbebat febricitans: & statim dicunt ei de illa.

Tunc accedens, erexit eam prehensa manu eius: & reliquit eam febris statim, & ipsa ministrauit eis.

Sanat Christus infirmos. Quum autem serum *diei* esset, occidente sole adducebãt ad eum omnes malè affectos & dæmoniacos:

Ciuitasq; tota coacta erat ad ostium.

Et sanauit multos malè affectos uarijs morbis: & dæmonia multa eiecit: neq; sinebat loqui dæmonia quòd ipsum nossent.

Dæmonibus cognitus Christus.

Et mane ualde multa nocte quum surrexisset, exijt, & abijt in desertũ locum, & illic orabat.

Orat Christus. Et prosequuti sunt eum Simon, & qui cum ipso erant:

Qui quum inuenissent eum, dicunt ei: Omnes te quærunt.

Tunc dicit eis: Eamus in contigua oppidula, ut & illic prædicem: in hoc enim egressus sum.

Prædicat. Et prædicabat in synagogis eorũ in tota Galilæa: & dæmonia eijciebat.

Leprosus sanatur. Matth. 2. a. 2. Luc. 5. e. 12. Venitq; ad eum leprosus precans eum, eiq; ad genua accidens, ac dicens ei: Si uelis, potes me purgare.

Iesus autem misericordia commotus, extensa manu, tetigit eum, & dicit ei: Volo, purgator.

Et quum *hæc* ipse dixisset, statim abijt ab illo

30 ἡ δὲ πενθερὰ σίμωνος κατέκειτο πυρίσσουσα· καὶ εὐθέως λέγουσιν αὐτῷ περὶ αὐτῆς. A

31 καὶ προσελθὼν ἤγειρεν αὐτὴν, κρατήσας τῆς χειρὸς αὐτῆς· καὶ ἀφῆκεν αὐτὴν ὁ πυρετὸς εὐθέως, καὶ διηκόνει αὐτοῖς.

32 ὀψίας δὲ γενομένης, ὅτε ἔλυσε ὁ ἥλιος, ἔφερον πρὸς αὐτὸν πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας, καὶ τοὺς δαιμονιζομένους·

33 καὶ ἡ πόλις ὅλη ἐπισυνηγμένη ἦν πρὸς τὴν θύραν.

34 καὶ ἐθεράπευσε πολλοὺς κακῶς ἔχοντας ποικίλαις νόσοις· καὶ δαιμόνια πολλὰ ἐξέβαλε, καὶ οὐκ ἤφιεν λαλεῖν τὰ δαιμόνια, ὅτι ᾔδεισαν αὐτόν.

35 καὶ πρωῒ ἔννυχον λίαν ἀναστὰς ἐξῆλθε, καὶ ἀπῆλθεν εἰς ἔρημον τόπον, κἀκεῖ προσηύχετο.

36 καὶ κατεδίωξαν αὐτὸν ὁ σίμων καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ·

37 καὶ εὑρόντες αὐτὸν, λέγουσιν αὐτῷ, ὅτι πάντες ζητοῦσί σε.

38 καὶ λέγει αὐτοῖς· ἄγωμεν εἰς τὰς ἐχομένας κωμοπόλεις, ἵνα κἀκεῖ κηρύξω· εἰς τοῦτο γὰρ ἐξελήλυθα.

39 καὶ ἦν κηρύσσων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, εἰς ὅλην τὴν γαλιλαίαν, καὶ τὰ δαιμόνια ἐκβάλλων. B

40 καὶ ἔρχεται πρὸς αὐτὸν λεπρὸς, παρακαλῶν αὐτὸν, καὶ γονυπετῶν αὐτὸν, καὶ λέγων αὐτῷ, ὅτι ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι.

41 ὁ δὲ ἰησοῦς σπλαγχνισθείς, ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἥψατο αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτῷ· θέλω, καθαρίσθητι.

42 καὶ εἰπόντος αὐτοῦ, εὐθέως ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ

31 Et *ipsa* ministrauit, καὶ διηκόνει. Vulgata & Erasmus, & ministrabat. Ego putaui relatiuum exprimendum, non tantum ut uitetur omnis ambiguitas (esset enim nimium absurda sententia, si ad febrim referas) sed ut melius cohæreret oratio: quamobrem etiã διηκόνουν sum interpretatus ac si scriptum esset διηκόνουν. 32 Occidente sole, ὅτε ἔλυσε ὁ ἥλιος. Ad uerbum, quum occideret sol. Sed noluimus repetere particulam Quum. Dicuntur autem δύνειν & καταδύνειν quæ aquam subeunt: ut appareat hoc dicendi genus profectum ex uulgi opinione, qui solẽ mergi putabat Oceano: sicut ex alio nõ minus inepto errore, in uernaculo nostro sermone dicimus solẽ, quũ occidit, ire cubitum, & occidentem solem appellamus cubantem. Vulgata & Erasmus, quum occidisset: significatione aoristi posterioris: quum optimus Marci interpres Lucas 4. g. 40. utatur participio præsenti δύνοντος. quanquam, quod ad rem ipsam attinet, aut nullum, aut paruum est discrimen. Significatur enim in genere, extremum diem, ipsumq; adeò crepusculum sanandis ægrotis fuisse consumptum. 33 Tota, ὅλη. Vulgata, omnis: id est, πᾶσα. quod rectè mutauit Erasmus, ne omnes ciuitates concurrisse intelligas. Interdum tamen τὸ πᾶν, etiam in discreta quantitate usurpari constat, ut infrà cap. 2. b. 13. 34 Eiecit, ἐξέβαλλε. Vulgata & Erasmus, eijciebat: id est, ἐξέβαλλε. Sed illud melius conuenit, quia mollius cum superiore uerbo cohæret. Sinebat, ἤφιεν. Ita habent omnia exemplaria, quum potius dici soleat ἄφιεν. puto igitur aoristum secundum esse ab ἵημι τὸ οἴσω. Sic infrà capite 11. b. 16. C

Quòd ipsum nossent, ὅτι ᾔδεισαν αὐτὸν. Potes hæc ita explicare, ut dicas non passum eos proloqui quòd agnoscerent Iesum, uel non passum omnino loqui. idq; propterea quòd Christum sciebant esse Messiam. Nam codices 5. 6. 8. 9. addunt χριστὸν εἶναι. sicut scribit Lucas, 4. g. 41. Causa autem huius interdicti est, ne (ut inquit Erasmus) id ante tempus effutirent. Ego uerò aliam potius rationem esse puto, quòd scilicet diaboli munus non sit prædicare Euangelium. Quamobrem etiam Paulus Pythonis testimonium ægrè fert, Act. 16. d. 18. 35 Mane ualde multa nocte, πρωῒ ἔννυχον λίαν. Vulgata, diluculo ualde: prætermisso aduerbio ἔννυχον, uel ἔννυχα, ut legebatur in uetustis codicibus 6. 8. 12. quo significatur tempus adhuc uelut intra noctem latens. Nos uerò quum hoc exprimere altero uocabulo Latino non possemus, necessariò recessimus à Græcis. Erasmus pro λίαν uertit adhuc, id est ἔτι, aut certè hoc addidit de suo. 36 Et prosequuti sunt, καὶ κατεδίωξαν. Et prosequuti sunt: scilicet uelut fugientem, ut sæpe solebat ad precandum solitudinem captare. Vulgata & Erasmus legerunt κατεδίωξεν, singulari numero, sicut in duob. uetustis codicibus scriptum legimus. 38 Contigua, τὰς ἐχομένας: id est (ut uertit Vulgata & Erasmus) proxima: παρὰ τὸ ἔχεσθαι, quod hærere & quasi affixum esse significat. Oppidula, κωμοπόλεις. Ita nocat compositio nomine, quæ neque merentur duntaxat uici nomen, neque etiam dici possunt urbes, quòd non sint mœnibus cinctæ: ideoq; usi sumus diminutiuo quo utcunq; id explicaretur. Nam pagi nomen latius patere existimo. Hebræi חֲצֵרִים, Galli *bourgades* appellant. Erat autem scriptum in secundo exemplari, ἐπὶ τὰς ἐγγὺς κώμας καὶ ἐπὶ τὰς πόλεις: id est, in propinquos uicos & ciuitates: quam lectionem sequutus est Vetus interpres. In hoc, ἐπὶ τοῦτο. Vulgata, ad hoc. Nam positum est, ἐπὶ αὐτὶ τοῦ ἐπὶτὶ: id est, IN pro AD. Sic Columel. lib. 7. cap. 8. Sub umbra, inquit, cratibus in hoc factis: id est, ad eũ usum. Egressus sum, ἐξελήλυθα. Tertius codex legit ἐλήλυθα, id est ueni: & ita conuertit Vetus interpres. 40 Si uelis, ὅτι ἐὰν θέλῃς. Ad uerbum, Quòd si uelis. Particula ὅτι (ut alibi infinitis locis) abũdat. Sed eius loco scriptum erat in octauo exemplari, κύριε Domine. 42 Quum *hæc* ipse dix., εἰπόντος αὐτοῦ. Hæc deerant in uetustis duobus exemplaribus, nempe secundo & octauo.

43 Ablegauit.

A λέπρα, καὶ ἐκαθαρίσθη.

καὶ ἐμβριμησάμενος αὐτῷ, εὐθέως ἐξέβαλεν 43 lepra, & purgatus fuit.
αὐτόν.

καὶ λέγει αὐτῷ· ὅρα μηδενὶ μηδὲν εἴπῃς, ἀλλ' 44 Et interminatus ei Iesus, statim ablegauit eum:
ὕπαγε, σεαυτὸν δεῖξον τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκε περὶ τοῦ καθαρισμοῦ σου ἃ προσέταξε Μωσῆς, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς.

Dicítq; ei: Vide ut nemini quicquam dicas: sed abi, indica teipsum Sacerdoti, & offer pro purgatione tui quæ iniunxit Moses, & in testimonium ipsis. Leuit.14.a.4

ὁ δὲ ἐξελθὼν, ἤρξατο κηρύσσειν πολλὰ, καὶ διαφημίζειν τὸν λόγον, ὥστε μηκέτι αὐτὸν δύνασθαι φανερῶς εἰς πόλιν εἰσελθεῖν· ἀλλ' ἔξω ἐν ἐρήμοις τόποις ἦν, καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν πανταχόθεν.

45 Ille uerò egressus, cœpit prædicare multa, & rem diuulgare, ita ut iam non posset Iesus manifestè introire in ciuitatem: sed foris in desertis locis erat, & ueniebant ad eum undique. Luc.5.d.18

ΚΕΦ. Β'. CAP. II.

Καὶ πάλιν εἰσῆλθεν εἰς Καπερναοὺμ δι' ἡμερῶν, καὶ ἠκούσθη ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι.

1 Etrursus intrauit Capernaum interiectis aliquot diebus, & auditū est quòd domi esset. Matth.9.a.1

καὶ εὐθέως συνήχθησαν πολλοί, ὥστε μηκέτι χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν· καὶ ἐλάλει αὐτοῖς τὸν λόγον.

2 Statimq; coacti sunt multi, adeò ut iam nō caperent eos ne ea quidem loca quæ erant ad ostiū: & loquebatur eis sermonem.

καὶ ἔρχονται πρὸς αὐτὸν, παραλυτικὸν φέροντες αἰρόμενον ὑπὸ τεσσάρων.

3 Tunc ueniunt ad eum ferentes paralyticum quí à quatuor portabatur. Paralyticus sanatur.

καὶ μὴ δυνάμενοι προσεγγίσαι αὐτῷ διὰ τὸν ὄχλον, ἀπεστέγασαν τὴν στέγην ὅπου ἦν, καὶ ἐξορύξαντες χαλῶσι τὸν κράβαττον, ἐφ' ᾧ ὁ παραλυτικὸς κατέκειτο.

4 Et quum non possent appropinquare ei propter turbam, detexerunt tectum ubi erat, eoq; perfosso *funibus* demittunt grabbatum in quo paralyticus iacebat.

43 Ablegauit, ἐξέβαλεν. Propriè eijciendi uerbum quo usus est Vetus interpres, non quadrat: & tamen uidetur aliquid amplius significare Euangelista, quàm declaret uerbum emittere, quod usurpat Erasmus, quia additur interminatio. placuit igitur quod medium erat. 44 Vt nemini, μηδενὶ. Subauditur particula ἵνα, quam expressi. Quòd autem negationes duas adscriptas habemus, Atticismus est alienus à Latino idiomate, ubi duæ negationes magis negant. Tamen in exemplaribus primo & secundo μηδὲν non erat adscriptum. Sacerdoti, τῷ ἱερεῖ. Vulgata, principi Sacerdotum: id est, ἀρχιερεῖ. Nec uideo cur ita conuerterit Vetus interpres, nisi fortassis quia additur articulus. Sed liquet ex Leuit. 13.a.2. non modò penes ipsum summum Pontificem, sed etiam penes omnes ex Aaronis posteritate Sacerdotes fuisse iudicium de lepra. Itaq; articulus hoc loco non ponitur διακριτικῶς, sed potius (ut ex Magētino Budæus obseruauit) ἐναλλαγὴ τοῦ πρὸς ἀναίρεσιν τοῦ ἀοριστίου: ueluti si de tota hominis specie loquēs dicas, ὁ ἄνθρωπος. Pro, πᾶσι: id est, πάντες, ut annotauimus Matth. 9.d.36. & 26.c.28. 45 Rem, τὸν λόγον. Ad uerbum, sermonem. Sed Hebraismus est, de quo iam sæpe diximus. Diuulgare, διαφημίζειν. Vulgata, dissamare. Sed hoc uerbum à Latinis semper in uitio ponitur. Non posset, μὴ δύνασθαι. Intellige tantam turbam fuisse, ut periculum sæpe incurrerit ne elideretur: & paratam idcirco nauiculam habere ipsum oportuerit, ut explicatur infrà cap.3.b.9.

Iesus, αὐτὸν. Ad uerbum, ipse. Sed quum hoc ita Græcè scriptum sit, ut dubitare possis an ad purgatū leprosum, an uerò ad Iesum pertineat, rectè Erasmus (quem sequuti sumus) pro relatiuo ipsum antecedens posuit.

IN CAP. II.

1 Interiectis aliquot dieb. δι' ἡμερῶν. Sic Lucas Act. 24.c.17. δι' ἐτῶν δὲ πλειόνων, plurib. aūt annis interiectis. Vulg. post dies. Eras. post aliquot dies: id est, μετ' ἡμέρας, quo modo etiā loquitur Marcus noster infrà cap.9.a.2, & 14.f.58. C sed addito dierū numero. Paulus quoq; hoc dicendi genus, id est præpositionē διὰ pro μετὰ usurpat Galat.2. a.1. & Matthæus 26.f.61. sed expresso certo numero. Certè nusquam memini legere δι' ἡμερῶν, apud Græcos scriptores absolutè positum, quum alioquin dicant διὰ πολλοῦ: id est, multo interiecto tempore: & in ueteribus Latinis codicibus duobus testatur Erasmus se legisse scriptum, post dies octo. quamuis eam lectionem ipse non probet. Ego uerò hoc dicendi genus puto ex Hebræorum idiomate profectum, qui ita solent dicere indefinitè ימים רבים, ut Gen.4.a.3. Ita enim exponi à Græcis מקץ ostendemus infrà cap.8.d.31. Addidimus autem particulam indefinitam ex Erasmo, & præpositionē διὰ uertimus per participium Interiectis: quòd eius significatio ita uideatur hoc loco melius expressa, quàm si uertas Post, id est μετὰ: quamuis quod ad sensum attinet, etiamsi ita interpreteris, sententiam nihil immutes. Domi, εἰς οἶκον. Ad uerbum, in domo: id est, ἐν οἴκῳ, ut etiam legit octauum exemplar. Intelligit autem domum eam in qua commorari solebat. nam eam urbem sibi delegerat, relicta Nazareth, ut scribitur Matth.4.d.13. 2 Ne ea quidem, μηδὰ τά. Vulgata, neque. Erasmus, nec illa. Sed particula μηδὲ in hoc dicendi genere id declarat quod Latinè, ne quidem. Loca quæ erant ad ostium: τὰ πρὸς τὴν θύραν. Vulgata, ad ianuam, omisso articulo τά. Sensus planus est, nempe nec domum ipsam, nec uestibulum capere potuisse multitudinem quæ ad eum audiendum conuenerat. Sermonem, τὸν λόγον. Euangelij sermonem intelligit. Nam ideo addit articulum, neque enim mihi pleonasmus esse uidetur. 4 Appropinquare, προσεγγίσαι. In octauo codice scriptum erat προσενεγκαι: id est, offerre: scilicet in ipsius conspectum, ut explicat Lucas 5.d.19. ita etiam conuertit Vetus interpres.

Propter turbam, διὰ τὸν ὄχλον. Vulgata & Erasmus, præ turba: id est, ἀπὸ uel ὑπὸ τοῦ ὄχλου. Sic enim usurpata est particula ἀπὸ, Matth.28.a.4. & Lucæ 22.c.45. Detexerunt tectum, ἀπεστέγασαν τὴν στέγην. Ita expressit Erasmus in annotationibus paronomasiam: quæ non apparet, si cum Vetere interprete conuertas, nudauerunt tectum: id est, ἐγύμνωσαν τὴν στέγην. Vbi, ἔνθεν: id est, in quo, ut apertius ostēdit Lucas. Ita enim erant ædes cōstructę (sicut alibi docuimus) ut superior pars esset plana. Ea igitur perfossa, demiserunt paralyticum in inferiorem locum in quo Iesus concionabatur, quòd perrumpere alioqui in ipsius conspectum non posset. Erasmus, ἔνθεν δὲ interpretatur his

quatuor uocabulis, ædium in quibus erat: quum minimè fuerit necesse sententiam per se satis planam illustrare. Sæpius enim solent hæc aduerbia ita usurpari, quàm ut exempla requirantur. Eoq; perfosso, καὶ ἐξορύξαντες. Vulgata, & patefacientes: id est, καὶ ἀνοίξαντες. Erasmus, perfossoq; tecto. Funibus demittunt, χαλῶσι. Vulgata submiserunt. Erasmus rectè usus est periphrasi, ut uim Græci uocabuli exprimeret. Est autem præsens pro præterito: quæ enallage narrationibus conuenit, & Marco est familiaris. Grabbatum, τὸν κράβαττον. Ita uocant Latini propriè lectos uiliores in quibus meridiari solebant ueteres, non autem uel accumbere ad mensam, uel nocte quiescere. Latini à Græcis hoc uocabulum mutuati sunt, sed correpta antepenultima & penultima producta, ut in illo Martialis: Sed si nec focus est, nudi nec sponda grabati. Nam etiam in quibusdam Græcis exemplaribus scriptum erat κράβαττον, in aliis rursus κράββατον. A

Remittit peccata Christus.

Quum autem uidisset Iesus fidem eorum, dicit paralytico: Fili, remissa sunt tibi peccata tua. 5 ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς τὴν πίστιν αὐτῶν, λέγει τῷ παραλυτικῷ· τέκνον, ἀφίενταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου.

Erant autem illic quidam de Scribis sedentes, & ratiocinantes in cordibus suis: 6 ἦσαν δέ τινες τῶν γραμματέων ἐκεῖ καθήμενοι, καὶ διαλογιζόμενοι ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν.

Iob 14.2.4 Esa.43.d.15

Quid iste ita loquitur blasphemias? quis potest remittere peccata, nisi solus Deus? 7 τί οὗτος οὕτω λαλεῖ βλασφημίας; τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ εἷς ὁ θεός;

Et quum statim agnouisset Iesus spiritu suo quòd ita cogitarent apud se, dixit eis: Quid ista ratiocinamini in cordibus uestris? 8 καὶ εὐθέως ἐπιγνοὺς ὁ Ἰησοῦς τῷ πνεύματι αὐτοῦ, ὅτι οὕτω διαλογίζονται ἐν ἑαυτοῖς, εἶπεν αὐτοῖς· τί ταῦτα διαλογίζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν;

Vtrum est facilius, dicere paralytico, Remissa sunt tibi peccata: an dicere: Surge, & tolle grabbatum tuum, & ambula? 9 τί ἐστιν εὐκοπώτερον, εἰπεῖν τῷ παραλυτικῷ, ἀφίενταί σοι αἱ ἁμαρτίαι· ἢ εἰπεῖν, ἔγειραι, καὶ ἆρόν σου τὸν κράβαττον, καὶ περιπάτει;

Vt autem sciatis quòd Filius hominis habet authoritatem remittendi peccata in terra (ait paralytico) 10 ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀφιέναι ἐπὶ τῆς γῆς ἁμαρτίας (λέγει τῷ παραλυτικῷ) B

Tibi dico, surge, ac tolle grabbatum tuum, & abi domum tuam. 11 σοὶ λέγω, ἔγειραι, καὶ ἆρον τὸν κράβαττόν σου, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου.

Tunc ille statim surrexit: sublatoq; grabbato, egressus est coram omnibus, adeò ut percellerentur omnes, & glorificarent Deum, dicentes: Nunquam tale quicquam uidimus. 12 καὶ ἠγέρθη εὐθέως, καὶ ἄρας τὸν κράβαττον, ἐξῆλθεν ἔμπροσθεν πάντων· ὥστε ἐξίστασθαι πάντας, καὶ δοξάζειν τὸν θεόν, λέγοντας, ὅτι οὐδέποτε οὕτως εἴδομεν.

Matth.9.a.9 Luc.5.c.27

Et egressus est rursus ad mare: totaq; turba ueniebat ad eum, ac docebat eos. 13 καὶ ἐξῆλθε πάλιν παρὰ τὴν θάλασσαν, καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἤρχετο πρὸς αὐτόν, καὶ ἐδίδασκεν αὐτούς.

Matthæi uocatio.

Et quum prætergrederetur, uidit Leuin Alphæi *filium* sedentem ad telonium, dicitq; ei: Sequere me. Et *is* surgens sequutus est eum. 14 καὶ παράγων εἶδε Λευὶν τὸν τοῦ Ἁλφαίου καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον· καὶ λέγει αὐτῷ, ἀκολούθει μοι. καὶ ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ.

Et factum est, quum ipse accumberet in domo illius, multi etiam Publicani & peccatores simul discumbebant cum Iesu & discipulis eius: erant enim multi, & sequuti fuerant eum. 15 καὶ ἐγένετο κατακεῖσθαι αὐτὸν ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ, καὶ πολλοὶ τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ συνανέκειντο τῷ Ἰησοῦ, καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. ἦσαν γὰρ πολλοὶ, καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ.

5 Remissa sunt, ἀφίενται: id est, ἀφέωνται, ut post Herodianum interpretatur Budæus in commentarijs. Sed & accipi potest, pro remissa sunto, uel remittuntur: tertia scilicet persona plurali coniunctiui pro ἀφέωνται: quem modum Diomedes Mandatiuum uocat, ut ἀφίω pro ἀφῶ dicitur παντοιαπρεπῶς τοῦ ι. Iliad. π. sicut diserte in eum locũ scribit Eustathius: & ἀφίω, pro ἀφῶ, ut idem scribit Odyss. ν. Itaque nulla causa erat cur Erasmus ab eo se deceptum quereretur, qui quærenti responderat conuerti posse, remittuntur. Vulgata, remittuntur: id est, ἀφίενται, sicut in Aldino exemplari Herodoti in Euterpe legimus κέλευται, non κέλονται. 6 Ratiocinantes, διαλογιζόμενοι. Vulgata & Erasmus cogitantes: id est, διανοούμενοι. Neque ignoro διαλογίζεσθαι sæpe pro διανοεῖσθαι poni, ut alibi diximus: sed tamen quũ proprium uerbum haberem, nolui synonymũ quærere. Est autem διαλογίζεσθαι idem omnino quod ratiocinari: id est, rationes secum uel cum aliquo subducere: unde factum ut pro cogitare & animo uersare accipiatur. Nam qui secum aliquid in utramque partem uersat, duplicem quodammodo personam sustinet. Vide Matth. 21. c. 25. C

12 Percellerentur, ἐξίστασθαι. Vel obstupescerent. Vulgata, mirarentur, θαυμάζειν. Erasmus, stupescerent: id est, præ admiratione apud se non essent. Nam ἐξίστασθαι Græcis, & percellere Latinis declarat Loco dimouere & euertere. ut in illo Ciceronis pro Milone: Martem communem adde, qui sæpe spoliantem iam & exultantem euertit & perculit. Idem Pro domo sua: Desinant homines isdem machinis sperare me restitutum posse labefactari, quibus stantem perculerunt. Sic etiam uertere solemus τὸ ἐκπλήττεσθαι, quia Græcorum copiam assequi non possumus. Tale quicquam, οὔτιν. Vide Matth. 9. d. 33. 14 Leuin, Λευὶν. Hoc fuisse alterum ipsius nomen, quum ipse sese Matthæum etiam uocet suprà 9. a. 9. diserte dicit Lucas 5. c. 27. Itaque Caninius non rectè uidetur existimasse Matthæum fuisse Leuitam. Basilienses editio habet λαὸν, sed λαὸν scriptum reperimus in omnibus ueustis codicibus.

15 Quum ipse accum. ἐν τῷ κατακεῖσθαι αὐτόν. Ad uerbum, in discumbere ipsum. Vbi IN pro INTER ponitur. Latini autem in hoc dicendi genere nomen aut pronomen ab anteriore parte non usurpant. Dicunt enim Inter discumbendum, inter prandendum, absolutè: à posteriore uerò interdũ, ut Liuius, Inter spoliandum corpus hostis, ueruto percussus. Itaque necessariò mutanda fuit phrasis Græca. Sequuti fuerant, ἠκολούθησαν. Vulgata, sequebantur: id est, ἠκολούθουν: quo modo etiam scriptum inuenimus in octauo exemplari.

16 Quid

A καὶ οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι ἰδόντες ὅτι ἐσθίει μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν, ἔλεγον τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· τί ὅτι μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίει καὶ πίνει;

16 Quumq; Scribæ ac Phariſæi uidiſſent eum edentem cum Publicanis & peccatoribus, dixerunt diſcipulis eius: Quid eſt quòd cum Publicanis & peccatoribus edit ac bibit?

καὶ ἀκούσας ὁ Ἰησοῦς, λέγει αὐτοῖς, οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.

17 Et quum hoc audiſſet Ieſus, dicit eis: Qui ualent, non opus habent medico, ſed qui malè affecti ſunt. non ueni ut uocarem iuſtos, ſed peccatores ad reſipiſcentiam.

Iuſti.
Peccatores.
1.Tim.1.c.15

καὶ ἦσαν οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου καὶ οἱ τῶν φαρισαίων νηστεύοντες· καὶ ἔρχονται, καὶ λέγουσιν αὐτῷ· διατί οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου καὶ οἱ τῶν φαρισαίων νηστεύουσιν, οἱ δὲ σοὶ μαθηταὶ οὐ νηστεύουσι;

18 Et diſcipuli Ioannis ac Phariſæorum ieiunabant: ueniuntq;, & dicunt ei: Quare diſcipuli Ioannis & Phariſæorum ieiunant: tui autem diſcipuli non ieiunant?

Ieiunatores & afflictiones poſt ſuros Apoſtolos poſt aſcenſionem ſuam prædicit Chriſtus.

καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· μὴ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος, ἐν ᾧ ὁ νυμφίος μετ' αὐτῶν ἐστι, νηστεύειν; ὅσον χρόνον μεθ' ἑαυτῶν ἔχουσι τὸν νυμφίον, οὐ δύνανται νηστεύειν.

19 Tunc ait eis Ieſus: Num poſſunt filij thalami quo *tempore* cum ipſis eſt Sponſus, ieiunare? quã diu habent ſecum Sponſum, non poſſunt ieiunare.

Sponſus.
Matth.9.b.14
Luc.5.f.33

ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι, ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, καὶ τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις.

20 Venient autem dies quùm tolletur ab eis Sponſus, & tunc ieiunabunt in illis diebus.

οὐδεὶς ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπιῤῥάπτει ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ· εἰ δὲ μή, αἴρει τὸ πλήρωμα αὐτοῦ τὸ καινὸν τοῦ παλαιοῦ, καὶ χεῖρον σχίσμα γίνεται.

21 Sed nemo panniculum impexum inſuit in ueſtimentum uetus: ſin minus, illud ipſius ſupplementum nouum detrahit de ueteri, & peior fit fiſſura.

Pannus impolitus.

D

καὶ οὐδεὶς βάλλει οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς· εἰ δὲ μή, ῥήσσει ὁ οἶνος τοὺς ἀσκούς, καὶ ὁ οἶνος ἐκχεῖται, καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται· ἀλλὰ οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινοὺς βλητέον.

22 Et nemo iniſcit uinum nouum in utres ueteres: ſin minus, diſrumpit uinum nouum utres, & uinum effunditur, & utres pereunt: ſed uinũ nouum in utres nouos iniſciendum eſt.

Vinum nouum.

καὶ ἐγένετο παραπορεύεσθαι αὐτὸν τοῖς σάββασι διὰ τῶν σπορίμων, καὶ ἤρξαντο οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὁδὸν ποιεῖν τίλλοντες τοὺς στάχυας.

23 Factum eſt autem ut ipſe præteriret ſabbatho per ſata, & cœperunt diſcipuli eius iter faciendo uellere ſpicas.

Sabbatho euellunt diſcipuli ſpicas.
Matth.12.a.1
Luc.6.a.1

καὶ οἱ φαρισαῖοι ἔλεγον αὐτῷ· ἴδε τί ποιοῦσιν ἐν τοῖς σάββασιν, ὃ οὐκ ἔξεστι;

24 Tunc Phariſæi dixerunt ei: Ecce, cur faciunt ſabbatho quod non licet?

καὶ αὐτὸς ἔλεγεν αὐτοῖς· οὐδέποτε ἀνέγνωτε τί ἐποίησε Δαβὶδ, ὅτε χρείαν ἔσχε, καὶ ἐπείνασεν αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ;

25 Et ipſe dixit eis: Numquam legiſtis quid fecerit Dauid, quum egeret, & eſuriret ipſe & qui cum eo *erant*?

Dauid.
1.Reg.21.b.6

16 Quid eſt quòd, τί ὅτι. Vulgata, Quare: id eſt, διατί: ſicut etiam legebatur in ſecundo codice. Edit ac bibit? ἐσθίει καὶ πίνει; In octauo exemplari additur, ὁ διδάσκαλος ὑμῶν; magiſter ueſter? quod etiam conuertit Vetus interpres, ut in quibuſdam ipſius interpretis exemplaribus impreſsis legitur. 17 Qui ualent, οἱ ἰσχύοντες: id eſt, Qui ſunt integris uiribus. Vulgata, ſani: id eſt, ὑγιαίνοντες. Eraſmus, qui bene ualent. Ad reſipiſcentiam, εἰς μετάνοιαν. Eraſmus, ad pœnitentiam: de quo alibi diximus. hæc autem non legit Vetus interpres, neque ex uetuſtis exemplaribus 2. & 8. 18 Ac Phariſæorum, καὶ οἱ τῶν φαρισαίων, ſcilicet diſcipuli. In quibuſdam codicibus legitur, καὶ οἱ φαρισαῖοι & Phariſæi, eodem ſenſu. Nam Phariſæorum diſcipuli & ipſi Phariſæi erant. Quod autem putat Eraſmus hæc etiam conuerti ſic poſſe, Et qui ſunt ex Phariſæis: id eſt, ex factione Phariſaica: ſenſum quidem eundem habet, ſed non ſatis conuenit. Dixiſſet enim Euangeliſta, οἱ ἐκ τῶν φαρισαίων, ſicuti ſæpe in Actis loquitur Lucas, & apud Paulum reperias τινὲς ἐκ περιτομῆς. 19 Quo *tempore*, ᾧ χρόνῳ. Subaudi χρόνον: quæ eclipſis eſt Græcis in hoc dicendi genere familiaris. Eraſmus, in quo: ut repetatur νυμφῶνος: id eſt, thalamo. Sed illa interpretatio uidetur melius conuenire cum iis quæ proximè conſequuntur. Subijcitur enim ἕως χρόνον: id eſt, quanto tempore, ſiue quandiu. Itaque idem Eraſmus Luc. 5. f. 31. ἕως οὗ interpretatur Dum, pro Interim dum. 21 Sed nemo, καὶ οὐδεὶς. καὶ deerat in exemplaribus 4. 5. 6. 8. 9. Inſuit, ἐπιῤῥάπτει. Vulg. & Eraſmus, aſſuit: quod neque memini legere apud idoneos authores, neque ſenſum huius loci declarat, ut copioſius oſtendimus Matth. 9. b. 16. unde petenda ſunt quæ ad hunc uerſiculum pertinent. 22 Vinum iniſc. eſt, τὸν οἶνον βλητέον. Græcis τὸν οἶνον: id eſt, uinum ponitur quarto caſu. Dicunt enim, γραπτέον μοι ἐπιστολήν: id eſt, ſcribendum eſt mihi epiſtolã: quod dicendi genus imitatus Virgilius dixit, - pacẽ Troiano à Rege petendum. Et Cicero, Iterandum eadem iſta mihi. Sed hæc ſunt admodum rara. 23 Vt ipſe præteriret, παραπορεύεσθαι αὐτόν. In ſecundo exemplari legitur (quo modo etiam uertit Vulgata) πάλιν αὐτὸν ἐν τοῖς σάββασι διαπορεύεσθαι: id eſt, ut rurſus ipſe ſabbatho iret, uel iter faceret. Nã παραπορεύεσθαι pro ἰέναι hic accipitur, ſicut & Matth. 12. a. 1. Alij legunt, ἐν τῷ παραπορεύεσθαι αὐτόν: id eſt, quum ipſe præteriret. Iter faciendo, ὁδὸν ποιεῖν. Vel ὁδοποιεῖν unico uerbo, ut legit Theophylactus. Videtur autem permutata uerborum collocatio. Nam planior erit oratio, ſi dicas, iter faciendo uellere ſpicas: quàm ſi ad uerbum interpreteris, iter facere uellendo ſpicas. Itaque illo modo malui conuertere. Vulgata, progredi: id eſt, πορεύεσθαι. Eraſmus, inter uiam: id eſt, ἐν τῇ ὁδῷ, uel πρὸς τῇ ὁδῷ. 24 Faciunt, ποιοῦσιν. In ſecundo codice additur οἱ μαθηταί σου, diſcipuli tui: quod tamen addere non erat neceſſariũ, quum præſentes eos commonſtrarent Phariſæi. 25 Quum egeret, ὅτε χρείαν ἔσχε. χρείαν ἔχειν, ferè interpretamur opus habere, ex Columellæ authoritate. Hic autem ſynonymum quæſiuimus neceſſariò, quia abſolutè ponitur.

Panes propositionis.

Quomodo ingressus sit in domum Dei sub Abiathar pontifice, & panes propositionis ederit, quibus non licet edere nisi Sacerdotibus, & dederit etiam ijs qui secum erant:

Exod.29.e.33 Leuit.8.f.31. & 24.b.9

Dixit etiam eis: Sabbathum propter hominem factum est, non homo propter sabbathum.

Sabbathum.

Itaque Filius hominis est Dominus etiam sabbathi. CAP. III.

Arida manus sanatur.

Matth.12.a.9 Luc.6.a.6

ET introiuit rursus in synagogam: eratq; illic homo arefactam habens manum:

Et obseruabant eum an sabbathis sanaturus esset eum, ut accusarent ipsum.

Tunc ait homini habēti manum arefactam, Surge in medium.

Et dicit eis: Licet sabbathis benefacere, an malefacere: hominem seruare, an trucidare? Ipsi uerò silebant.

Ira.

Et quum circumspexisset eos cum ira, condolescens quòd occalluisset cor eorum, dicit homini: Extende manum tuam. Et is extendit: restituta q; est manus eius sana ut altera.

Consilium contra Christum.

Tunc egressi Pharisæi, statim cum Herodianis consilium inierunt aduersus eum, ut eum perderent.

Sed Iesus cum discipulis suis secessit ad mare: & magna multitudo à Galilæa sequuta est eum, & à Iudæa,

Et ab Hierosolymis, & ab Idumæa, & regione trans Iordanem. & qui circa Tyrum ac Sidonē habitabant, magna multitudine, quum audissent quanta faceret, uenerunt ad eum.

26 πῶς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ ἐπὶ Ἀβιαθὰρ τοῦ ἀρχιερέως, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγεν, οὓς οὐκ ἔξεστι φαγεῖν εἰ μὴ τοὺς ἱερεῖς, καὶ ἔδωκε καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ οὖσι; A

27 καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Τὸ σάββατον διὰ τὸν ἄνθρωπον ἐγένετο, καὶ οὐχ ὁ ἄνθρωπος διὰ τὸ σάββατον·

28 ὥστε κύριός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τοῦ σαββάτου. ΚΕΦ. γ.

1 Καὶ εἰσῆλθε πάλιν εἰς τὴν συναγωγήν, καὶ ἦν ἐκεῖ ἄνθρωπος ἐξηραμμένην ἔχων τὴν χεῖρα.

2 καὶ παρετήρουν αὐτόν, εἰ τοῖς σάββασι θεραπεύσει αὐτόν, ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτοῦ.

3 καὶ λέγει τῷ ἀνθρώπῳ τῷ ἐξηραμμένην ἔχοντι τὴν χεῖρα, Ἔγειραι εἰς τὸ μέσον.

4 καὶ λέγει αὐτοῖς, Ἔξεστι τοῖς σάββασιν ἀγαθοποιῆσαι, ἢ κακοποιῆσαι; ψυχὴν σῶσαι, ἢ ἀποκτεῖναι; οἱ δὲ ἐσιώπων.

5 καὶ περιβλεψάμενος αὐτοὺς μετ' ὀργῆς, συλλυπούμενος ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν, λέγει τῷ ἀνθρώπῳ, Ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου. καὶ ἐξέτεινε, καὶ ἀπεκατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη. B

6 καὶ ἐξελθόντες οἱ Φαρισαῖοι, εὐθὺς μετὰ τῶν Ἡρῳδιανῶν συμβούλιον ἐποίουν κατ' αὐτοῦ, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσι.

7 καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀνεχώρησε μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ πρὸς τὴν θάλασσαν. καὶ πολὺ πλῆθος ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἠκολούθησαν αὐτῷ, καὶ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας,

8 καὶ ἀπὸ Ἱεροσολύμων, καὶ ἀπὸ τῆς Ἰδουμαίας, καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου· καὶ οἱ περὶ Τύρον καὶ Σιδῶνα, πλῆθος πολύ, ἀκούσαντες ὅσα ἐποίει, ἦλθον πρὸς αὐτόν.

26 Sub Abiathar pontifice, ἐπὶ Ἀβιάθαρ τοῦ ἀρχιερέως. Ita scriptum inuenimus in omnibus codicibus, quum 1. Samu. 21. a. 1. Pontifex uocetur Achimelech pater ipsius Abiathar. Sed præterquam quòd apparet ex 1. Paralip. 24. a. 2. & 3. duos fuisse Pōtifices qui uicissim fungerentur Sacerdotio: si quis hunc locum Paralipomenon, & præterea, 2. Sam. 8. d. 17. contulerit cum 2. Sam. 15. f. 29. g. 35. & 1. Reg. 2. e. 26. 27. comperiet & patrem & filium binomios fuisse, quum uterque modò Achimelech, modò Abiathar dicatur.

IN CAP. III.

4 Benefacere, ἀγαθοποιῆσαι: id est, beneficio afficere: qua significatione rarò usurpatur uerbum illud apud Latinos: tametsi ab eo dicūtur benefici homines, & benefacta, & beneficia. Paulus 1. Tim. 6. b. 18. eadē significatiōe utitur uerbo ἀγαθεργεῖν. In 5. codice legitur τί ἔξεστι τοῖς σάββασιν: id est, quid sabbathis licet? ut triplex sit interrogatio in hoc uersiculo. Hominem seruare, an trucidare? ψυχὴν σῶσαι ἢ ἀποκτεῖναι: Vetus interpres suo more uertit σῶσαι saluam facere, & ἀποκτεῖναι perdere: id est, ἀπολέσαι, ut etiam scriptum erat in duobus exemplaribus. Cæterùm Animæ uocabulum uel pro uita accipi potest, uel Hebraica synecdoche pro homine. Illo modo si accipias, durior erit loquutio, trucidare uitam. Itaque Animæ uocabulum non repetes ἀπὸ λοιποῦ, sed τὸ ἀποκτεῖναι oppones his duobus cōiunctis, ψυχὴν σῶσαι. Sin autem pro homine accipias, plana erit sententia: quo modo etiam maluimus interpretari. C

5 Condolescens, συλλυπούμενος. Est (ni fallor) peculiaris quædam uis hoc loco præpositionis σύν: neque idem ualet συλλυπούμενος, quod simplex participium λυπούμενος, sicut apud Latinos condolere & condolescere accipiuntur: sed significatur Dominus minimè iratus hominum more, in quibus ira nihil aliud est quàm uindicandæ iniuriæ summa appetitio: ideo cum maleuolentia semper coniuncta est & cum dolore quidem, sed quem ex iniuria nobis facta concipimus, non autem ex eius uel improbitate, uel imprudentia à quo lædimur. At contrà Dominus ita iratus erat ipsorum malitiæ, ut simul eum caperet commiseratio aduersariorum, & nihil prætermitteret quo illos reuocaret ad officium, tantum aberat ut ulciscendi rabie ferretur. Quòd occalluisset cor eorum, καὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν. Vulgata & Erasmus, super cæcitate cordis eorum. Atqui πώρωσις, aliud esse quàm πήρωσις, constat uel ex capite Ioannis 12. f. 4. o. Declarat enim πῶρος callum & duritiem in articulis, unde oritur πωροῦσθαι, id est callum obducere, & πώρωσις: quod postremum quum altero uocabulo Latino non posset interpretari, usus sum periphrasis subsidio. Videtur autem Vetus interpres non πωρώσει, sed πηρώσει legisse, aut hæc duo confudisse, cùm hoc in loco, tum alijs plurimis. Quidā nuper uertit torporem, quasi tarditas, & sopor hic accusetur in Iudæis: sicut in Apostolis, ac nō potius summa cōtumacia & obduratus animus. 6 Consilium inie. συμβούλιον ἐποίουν. Vulg. ad uerbū, cōsiliū faciebāt: quod genus dicēdi nō est Latinū. 7 Magna multitudo, πολὺ πλῆθος. Ad uerbū, multa multitudo. Vulg. multa turba: id est, πολὺ ὄχλος: quod etiā scriptū offēdimus in secūdo exēplari. Et à Iudæa, καὶ ἀπὸ Ἰουδαίας. Hęc non legit Vetus interpres, aut prætermisit. Et certè Hierosolyma, cuius statim fit mentio, in ea regione sita est quæ Iudææ nomine peculiariter intelligitur: ut illud uideri possit irrepsisse, nisi per epexegesin explices. Reperitur tamen ita scriptum in omnibus codicibus etiam uetustis, atque adeò apud Theophylactū. 8 Et regione trans Iordanē, καὶ περαν τοῦ Ἰορδάνου. Vulgata & Erasmus, & trans Iordanem: quod dicendi genus certè obscurum est, quum repetenda sit præpositio ἀπό, ut (si uitare uolueris amphiboliam) dicendum fuerit, & à trans Iordanem. Nos igitur sup-

A tur suppleuimus aliquid, studentes perspicuitati, perinde ac si scriptum esset, καὶ ἀπὸ τῆς πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Intelligit autem regionem quæ à Iosepho Peræa dicitur. Et qui circa Tyrum, &c. καὶ οἱ περὶ Τύρον καὶ Σιδῶνα. Hæc ita distinguenda sunt ut pertineant ad uerbum ἦλθον, quod sequitur, sicut superiora cohærent cum uerbo ἀκηκόεισαν, quod in plerisque codicibus impressis non est obseruatum: neq; etiam ab Erasmo, qui idcirco coactus est repetere paulo pòst prouocabulum Qui. Vertit enim ἀκούσαντες, qui quum audissent: perinde ac si scriptum esset οἱ ἀκούσαντες.

Magna multitudine, πολὺ πλῆθος, Vulgata & Erasmus, multitudo magna, per appositionem. Ego per sextum casum malui, ut subaudiatur præpositio μετά. Quanta, ὅσα: id est, quàm immensa & quàm mirifica. Nam ὅσος & ὁλίκος sæpe permutãtur, & uerior est sensus si ad qualitatem potius quàm ad multitudinem referas. Vulgata & Erasmus, quæ, id est ἅ. Nam sæpe accipitur ὅσος loco prouocabuli, præsertim apud Atticos: sed ita, ut plerunque præcedat τὰ πάντα, uel aliquid eiusmodi. Mallem igitur interpretari uel quanta (sicut fecimus) uel quæcunque. Sic etiam accipitur infrà cap.5.b.18.

καὶ εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἵνα πλοιάριον προσκαρτερῇ αὐτῷ, διὰ τὸν ὄχλον, ἵνα μὴ θλίβωσιν αὐτόν.

9 Ipse autem dixit discipulis suis, ut nauigiolum sibi semper adesset propter turbam, ne se opprimerent.

πολλοὺς γὰρ ἐθεράπευσεν, ὥστε ἐπιπίπτειν αὐτῷ, ἵνα αὐτοῦ ἅψωνται, ὅσοι εἶχον μάστιγας.

10 Multos enim sanauerat, ita ut inciderẽt in eũ ut ipsum tangerẽt quotquot habebãt flagella. *Tactu Christi sanantur infirmi.*

καὶ τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα ὅταν αὐτὸν ἐθεώρει, προσέπιπτεν αὐτῷ, καὶ ἔκραζε, λέγοντα, ὅτι σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ.

11 Et spiritus impuri quum ipsum spectassent, accidebant ei ad pedes, & clamabãt dicentes, Tu es filius ille Dei. *Dæmones.*

καὶ πολλὰ ἐπετίμα αὐτοῖς, ἵνα μὴ αὐτὸν φανερὸν ποιήσωσι.

12 Ipse uerò multum obiurgabat eos, ne se manifestum facerent.

B καὶ ἀναβαίνει εἰς τὸ ὄρος, καὶ προσκαλεῖται οὓς ἤθελεν αὐτός. καὶ ἀπῆλθον πρὸς αὐτόν.

13 Tunc ascendit in montem, & aduocat ad se quos uoluit ipse: & uenerunt ad eum. *Mittit Apostolos ad prædicandum.* Infrà 6.a.7 Matth.10.a.1 Luc.9.a.1

καὶ ἐποίησε δώδεκα, ἵνα ὦσι μετ' αὐτοῦ, καὶ ἵνα ἀποστέλλῃ αὐτοὺς κηρύσσειν,

14 Et constituit duodecim, ut essent secum, utq; mitteret eos ut prædicarent,

καὶ ἔχειν ἐξουσίαν θεραπεύειν τὰς νόσους, καὶ ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια.

15 Haberentq; potestatem sanandi morbos, ejiciendiq; dæmonia.

9 Vt semper adesset, ἵνα προσκαρτερῇ. Vulgata & Erasmus, deseruiret: quod non respondet Græco uocabulo. Significat enim προσκαρτερεῖν, in re aliqua, aut apud aliquẽ perseuerare, ita ut semper præstò sis, ideoq; de pedissequis assidua comes esset. Alibi uerò etiam pro perdurare accipitur, ut Act.1.c.14. Opprimerent, θλίβωσιν. Vulgata, cõque θλίβειν simpliciter significat premere, sed ita premere ut opprimas, ut diximus Matth.13.c.21. neque recusabat premi Christus. Nã quòd infrà cap.5.c.24. & 31. & aliis aliquot locis, συνθλίβειν dicitur Christus & ἀποθλίβεσθαι, quũ tamen elisus non fuerit: apparet per hyperbolen dictum esse, propterea quòd tam grauiter premebatur, ut penè opprimeretur. 10 Inciderent, ἐπιπίπτειν. Sic loquitur Cicero pro Plancio: Non illum accuso (inquit) qui est in summa sacra uia quum ad Fabium fornicem impellor, sed eum qui in meipsum incurrit & incidit. Vulgata & Erasmus, irruerent: id est, ὁρμᾶν. Sed distingui debet τὸ μανίπλιον ab ἐντυγχάνειν. Habebant flagella, ἔχειν μάστιγας: id est, morbis tanquam flagellis à Deo corripiebantur. Sic etiam infrà 5.c.29. Vulg. habebant plagas. Eras. affligebantur. Ego malui retinere Flagelli uocabulum. Nam in hoc loquendi genere magna quędam emphasis esse uidetur: ex quo scilicet intelligimus quæ uera sit morborum origo, & quo consilio à Deo immittantur: qua de re agit Apostolus 1.Corinth.11.g.30. & Hebr.12.b.6. eodem etiam uocabulo usurpato. Itaque nouum hoc dicendi genus malui retinere, quàm Latinorum consuetudini seruiendo, non tam piè loqui. 11 Spiritus, πνεύματα. In ijs scilicet quos inuaserant. Accidebant ei *ad pedes*, προσέπιπτον αὐτῷ. Addidi πρὸς τοὺς πόδας, ad pedes, ut planior & magis C Latina esset oratio: quum sic etiam loquatur infrà cap.7.c.25. Vulg. & Eras. procidebant ei. 12 Multum, πολλά. Vulgata, & Erasmus, uehementer: id est, σφόδρα. Obiurgabat, ἐπετίμα. Vulgata, comminabatur. Erasmus, interminabatur, id est ἀπείλει, quia (inquit) melius huic loco conuenit. Malo tamen hoc loco existimare ἵνα esse τοῦτο εἴπῃ, id est, finem declarare, potius quàm interminationis formulam. Vide Matth.12.b.16. Item infrà cap.8.c.30.

13 Tunc ascendit, καὶ ἀναβαίνει. Ita placuit conuertere coniunctionem καὶ, ut melius cohæreret oratio. Nam penè infinitum esse huius particulæ usum quæ respondet literæ Hebræorum ו uocabulis præpositæ, iam sæpe diximus. Venerunt, ἀπῆλθον. Compositum pro simplici positum, ut Luc.23.e.33. 14 Et constituit duod. &c. καὶ ἐποίησε δώδεκα, ἵνα ὦσι μετ' αὐτοῦ. Erasmus Veterem interpretem sequutus, quum putaret esse traiectionem particulæ ἵνα, interpretatur, fecitq; ut duodecim secum essent. Ego uerò malo existimare ex uulgi consuetudine petitum esse hoc genus loquendi, fecit duodecim: id est, elegit ac designauit duodecim discipulos qui secum familiariter uersarentur (ut explicat Lucas 6.b.13. Ioan.6.g.70. & Act.1.a.2) quod satis indicat particulæ ἵνα repetitio: & quidem copulatiua interiecta, quæ indicat uerbum ἐποίησε repetendum esse ἀπὸ λανθάνοντος. Sensus autem nullus erit, si in hoc quoque membro ut in superiore, particulam ἵνα per traiectionẽ explices. Accipitur ergo τὸ ποιῆσαι pro λαβεῖν, ut Ioan. 6.b.15. quod ut melius intelligeretur, maluimus interpretari Constituit, quàm Fecit: quum alioquin, quoad eius fieri potest, non soleamus à Græcis discedere. Testatur autem Erasmus pòst Δώδεκα se legisse in nõnullis exẽplaribus. οὓς καὶ ἀποστόλους ὠνόμασεν, quos etiam Apostolos uocauit: quæ uerba si adijcias, nostram interpretationem ualde confirmabunt: quamuis uideri possint adiecta ex Lucæ 6.b.13 15 Haberentq; καὶ ἔχειν. Transitio erit durior propter mutatum modum, si subaudias ὥστε: quod fecit Erasmus, qui interpretatur, Vtq; haberent, quum antè uerterit κηρύσσειν ad prædicandum: ut hic quoque debuerit potius interpretari, καὶ ἔχειν, Et ad habendum. Nam quod existimat cum superioribus posse cohærere, quasi scriptum sit ἔχειν pro ἵνα ἔχωσι, eiusmodi est ut ne refutatione quidem indigere uideatur. Necesse est ergo repetere, ἀπὸ λανθάνοντος uerbum ἐποίησε, & ita potius conuertere, Eosq; mitteret, ut prædicarent & potestatem haberent. Vulgata, Et dedit: ut legisse uideatur, καὶ ἔδωκεν.

16 Primum

Primum Simonem (& imposuit Simoni nomen Petrum)

16 καὶ ἐπέθηκε τῷ σίμωνι ὄνομα πέτρον. A

Et Iacobum filium Zebedæi, & Ioannem fratrem Iacobi (& imposuit eis nomina Boanerges, quod est filij tonitrui)

17 καὶ Ἰάκωβον τὸν τοῦ ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν τοῦ Ἰακώβου, καὶ ἐπέθηκεν αὐτοῖς ὀνόματα Βοανεργές, ὅ ἐστιν, υἱοὶ βροντῆς·

Et Andreã, & Philippum, & Bartholomæũ, & Matthæum, & Thomã, & Iacobum Alphæi filium, & Thaddæum, & Simonẽ Cananiten,

18 καὶ Ἀνδρέαν, καὶ Φίλιππον, καὶ Βαρθολομαῖον, καὶ Ματθαῖον, καὶ Θωμᾶν, καὶ Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ἀλφαίου, καὶ Θαδδαῖον, καὶ Σίμωνα τὸν Καναναῖον,

Et Iudam Iscarioten, qui & prodidit eum: uenerunt q̃ domum.

19 καὶ Ἰούδαν Ἰσκαριώτην, ὃς καὶ παρέδωκεν αὐτόν.

Conuenit autem rursum turba, adeò ut ipsi ne edere quidem panem possent.

20 καὶ ἔρχονται εἰς οἶκον· καὶ συνέρχεται πάλιν ὄχλος, ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτοὺς μήτε ἄρτον φαγεῖν.

Et quũ hoc audissent ipsius propinqui, uenerũt ut prehẽderẽt eũ: dicebãt enim q̃ apud se nõ esset.

21 Καὶ ἀκούσαντες οἱ παρ' αὐτοῦ, ἐξῆλθον κρατῆσαι αὐτόν. ἔλεγον γάρ, ὅτι ἐξέστη.

Blasphemia. Matth.9.b.34.& 12.b.24 Luc.11.b.14

Et scribæ qui ab Hierosolymis descẽderant, dicebant quòd Beelzebul haberet, & quòd per principem dæmoniorum eijceret dæmonia.

22 καὶ οἱ γραμματεῖς οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων καταβάντες, ἔλεγον, ὅτι Βεελζεβοὺλ ἔχει, καὶ ὅτι ἐν τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια.

Satanas.

Tunc quum eos aduocasset, dixit eis per parabolas: Quomodo potest Satanas Satanã eijcere?

23 καὶ προσκαλεσάμενος αὐτοὺς, ἐν παραβολαῖς ἔλεγεν αὐτοῖς· πῶς δύναται σατανᾶς σατανᾶν ἐκβάλλειν; B

16 Primum Simonem, πρῶτον σίμωνα. Hæc uerba testatur Erasmus in nonnullis Græcis codicibus extare, neq; tamen ea admittit, sed ex Matthæo desumpta arbitratur. Ego uerò non dubito quin hæc sit germana lectio. Nam præterquam quòd ita loquitur Matthæus & Lucas, nisi ita legas, uersiculus proximus incipiens à particula καὶ, cũ duobus sequentibus, nullum prorsus uerbum habebit cum quo connecti possit. Neque est quòd quisquam miretur post πρῶτον non sequi δεύτερον, τρίτον, & similes particulas, quum sæpe occurrat eiusmodi dicendi genus, ut Matth.10.a.2. Act.16.e.20. Rom.1.a.8. & 3.a.2. Deinde quòd pro ἐπέθηκε τῷ σίμωνι ὄνομα πέτρον, scriptum est ἐπέθηκε σίμωνι, natum est ex Hebræorum idiotismo, apud quos sæpe repetitur antecedens loco relatiui, ut Psal.48.a.12. 17 Boanerges, βοανεργές. Ita scriptum erat hoc nomen in omnibus codicibus, pro בני־רגש, ut facilè appareat expungendum esse ε. Sed uix ullum peregrinum uocabulum inuenias Græcis literis incorruptè scriptum. 18 Thaddæum, θαδδαῖον. In secundo codice legitur λεββαῖον Lebbæum, cui scilicet cognomen fuit Thaddæus, qui idem & Iudas (ut ex Luca apparet) dictus est, ut trinomius fuerit. Itaque Iudas proditor, ut ab eo distinguatur, ubique dicitur ἰσκαριώτης.

Cananiten, καναναῖον. Vide Matth.10.a.4. 19 Venerunt q̃ domum, καὶ ἔρχονται εἰς οἶκον. Quum hæc soleant cum sequente uersiculo connecti, nos contrà superioribus adiunximus. Omnino enim uidetur hæc esse sententia, duodecim illos, quum essent à Domino selecti ex reliqua discipulorum turba, ut posthac cum eo uersarẽtur, domum cum eo reuertisse, quod antè facere non solebant, quum ipsos Dominus in suum contubernium nondum adsciuisset. Cohæret igitur uerbum ἔρχονται cum ἀφῆκεν, quod repetendum est à uersiculo 14. Nam illa, ἵνα ὦσι μετ' αὐτοῦ, & quæ consequuntur usque ad πρῶτον, construenda sunt ἀνεβαινεν, ut loquuntur Grammatici: neque nos offendere debet temporis mutatio, Hebræis, ac Marco præsertim, familiaris: quamobrem etiam prius ἔρχονται, sum interpretatus Venerunt, ne quem offenderet hæc enallage Latinis non ita frequens. 20 Adeò ut ipsi ne edere, &c. ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτοὺς μήτε ἄρτον φαγεῖν. Est hic frequens Hebraismus φαγεῖν, id est uesci, sicut infrà explicatur cap.6.d.31.

21 Ipsius propinqui, οἱ παρ' αὐτοῦ. Ad uerbum, qui ab eo erant, quo modo uernaculo sermone dicimus, ceux qui luy estoyent quelque chose: id est, ipsius gentiles & agnati, qui quàm parum æqui fuerint Christo, liquet ex Ioann.7.a.3.4.5. In hoc tamen dicendi genere Græci ferè utuntur præpositione παρὰ, & cognatos τοὺς παρὰ τινος, uel τοὺς παρὰ αὐτοῦ appellant. Nonnulli de ijs hoc accipiunt qui quum domi apud ipsum essent, exierunt, ut furentem turbam compescerent. Nam relatiuum αὐτοῦ & ἐξέστη, ad turbam referunt, non ad Iesum. Sed ut taceam quæ de cognatorum Christi incredulitate ac maleuolentia narrat Ioannes, certè ea quæ in hoc extremo capite narrãtur de ijsdem Christum accersentibus, quos ipse contempsit, uidentur indicare de ipsius cognatis hæc quoque esse accipienda: quos tamen facilè concedo non omnes in hoc scelus conspirasse, quum paulo pòst inter eos etiam Maria ipsius mater recenseatur: de qua absit ut tale quicquam cogitem. Deinde etiam uerbum κρατῆσαι, quo uis quædam significatur, impedit quo minus illis assentiar. Quis enim studeat furentem multitudinem ui coercere? quod etiam si concederem, tamen non erat eo tempore tantus discipulorum zelus, ut hoc ipsis uel in mentem ueniret. Vulgata, οἱ παρ' αὐτοῦ interpretatur Sui: quod uocabulum nimium latè patet. Erasmus, qui ad eum attinebant: quum potius dicendum fuisse uideatur, qui eum sanguine attingebant. Conuenit igitur hæc Iudæorũ cõsuetudo cum lege XII. tab. quâ cauetur ut qui furiosi sunt & mente capti, ad agnatos & gentiles deducantur. Quòd autem attinet ad uerbum ἐξέστη, uel pro simplici accipiendum est (quo modo etiam tumus interpretati sumus hoc loco, tum etiam infrà cap.8.b.11. & 11.b.11) uel certè ad Nazareth referendum est, totamq; eam regionem, quæcunq; tandem ea fuerit, ex qua isti eo consilio sunt profecti, ut Iesum quasi insanum abducerent, cogerentq; domi se continere: ueriti fortassis Herodem & Pharisæos, ipsosq; adeò Romanos, si quis hac occasione tumultus oriretur. Nam etiam non deerant qui Christum uellent Regem creare, uti docetur Ioan.6.b.15. Quòd apud se non esset, ἐν ἑαυτῷ. Vel, ex potestate exisset. Sic enim Cicero 3. Tusul. ut Budæus obseruauit, Exisse, inquit, ex potestate qui dicuntur, idcirco dicuntur, quia non sunt in potestate mentis, cui regimen totius animi à natura tributum est. Conatus sum tamen huâc eundem sensum ita explicare, ut à Græco uocabulo propius abessem, quum ἐξέστη ad uerbum declaret extra se esse. Suprà 1.b.11. alibi sæpe idem hoc uerbum conuertimus, percellere & percelli: quando scilicet idem ualet quod ἐκπλήσσεσθαι. Vulgata & Erasmus, in furorem uersus est: id est, μανίαν: uel potiùs, ἀφροσύνην.

14 Neq

A καὶ ἐὰν βασιλεία ἐφ' ἑαυτὴν μερισθῇ, οὐ δυνατὰι
σταθῆναι ἡ βασιλεία ἐκείνη.

24 Neque si regnum aduersus seſe partitum fuerit, poteſt ſtare regnum illud. Regnum diuiſum.

καὶ ἐὰν οἰκία ἐφ' ἑαυτὴν μερισθῇ, οὐ δυνήσεται
σταθῆναι ἡ οἰκία ἐκείνη.

25 Neque domus ſi contra ſemetipſam partita fuerit, poteſt ſtare domus illa.

καὶ εἰ ὁ σατανᾶς ἀνέστη ἐφ' ἑαυτὸν, καὶ μεμέρι-
σται, οὐ δύναται σταθῆναι, ἀλλὰ τέλος ἔχει.

26 Sic ſi Satanas inſurrexit aduerſus ſemetipſum, ac partitus eſt, non poteſt ſtare, ſed finē habet.

οὐ δύναται δὲ εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἰσχυροῦ εἰσελθὼν εἰς
τὰ οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον τὸν ἰσχυ-
ρὸν δήσῃ· καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει.

27 Non poteſt quiſquam uaſa ualidi alicuius ingreſſus in domū eius, diripere, niſi primò ualidū illum uinxerit, & tunc domum eius diripiet.

ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι πάντα ἀφεθήσεται τὰ ἁ-
μαρτήματα τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, καὶ βλασφη-
μίαι ὅσας ἂν βλασφημήσωσιν.

28 Amen dico uobis, omnia remittentur peccata filijs hominum, & blaſphemiæ quibuſcunq; blaſphemarint: Matth.12.c.38 Luc.12.b.10 1.Ioan.5.d.16

ὃς δ' ἂν βλασφημήσῃ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, 29
οὐκ ἔχει ἄφεσιν εἰς τὸν αἰῶνα, ἀλλ' ἔνοχός ἐστιν
αἰωνίου κρίσεως.

Sed quicunq; blaſphemarit in Spiritum ſanctum, non habet remiſsionem in æternum, ſed tenetur æterno iudicio. Blaſphemia in Spiritū ſanctū.

ὅτι ἔλεγον, πνεῦμα ἀκάθαρτον ἔχει.

30 Dicebant enim, Spiritum impurum habet.

ἔρχονται οὖν οἱ ἀδελφοὶ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ 31
ἔξω ἑστῶτες, ἀπέστειλαν πρὸς αὐτὸν, φωνοῦντες αὐτόν.

Veniunt igitur fratres & mater eius: & foris ſtantes, miſerunt ad eum, uocantes eum. Matth.12.d.46 Luc.8.c.19

καὶ ἐκάθητο ὄχλος περὶ αὐτόν. εἶπον δὲ αὐτῷ, 32
ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ζητοῦ-
B σί σε.

Sedebat autem turba circa eum: illi uerò dixerunt ei: Ecce mater tua & fratres tui foris quę runt te.

καὶ ἀποκριθεὶς αὐτοῖς, λέγων· τίς ἐστιν ἡ μήτηρ 33
μου, ἢ οἱ ἀδελφοί μου;

Tunc reſpondit eis, dicens: Quæ eſt mater mea, aut fratres mei?

καὶ περιβλεψάμενος κύκλῳ τοὺς περὶ αὐ- 34
τὸν καθημένους, λέγει· ἴδε ἡ μήτηρ μου, καὶ οἱ ἀ-
δελφοί μου.

Et quum circumſpexiſſet in circuitu circum ſe diſcipulos ſedentes, ait: Ecce mater mea & fratres mei.

ὃς γὰρ ἂν ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, οὗτος ἀ- 35
δελφός μου καὶ ἀδελφὴ μου καὶ μήτηρ ἐστί.

Quicunq; enim fecerit uoluntatem Dei, iſte frater meus, & ſoror mea, & mater eſt. Mater, ſoror, et frater Chriſti.

CAP. IIII.

Καὶ πάλιν ἤρξατο διδάσκειν παρὰ τὴν θάλασ-
σαν, καὶ συνήχθη πρὸς αὐτὸν ὄχλος πολύς, ὥστε
αὐτὸν ἐμβάντα εἰς τὸ πλοῖον, καθῆσθαι ἐν τῇ θαλάσσῃ·
καὶ πᾶς ὁ ὄχλος πρὸς τὴν θάλασσαν ἦν ἐπὶ τῆς γῆς ἦν.

1 ET rurſus cœpit docere iuxta mare: & coacta eſt ad eum turba multa, adeò ut ipſe nauigium ingreſſus, ſederet in mari: tota autem turba iuxta mare in terra erat. Matth.13.a.1 Luc.8.a.4

24 Neq; ſi regnum, καὶ ἐὰν βασιλεία. Vulgata & Eraſmus, Et ſi regnum. Ego uerò quum uiderem particulam καὶ neq; in hoc uerſiculo, neq; in proximo ſatis cohærere poſſe, & duas iſtas ſimilitudines probandæ ſuperiori negationi adhibitas, putaui καὶ cum εἰ, quod proximè conſequitur, prorſus; coniungendum: ut ſit καὶ εἰ pro εἰδὲ poſitū.

26 Sic ſi Satanas, καὶ εἰ ὁ σατανᾶς. Vulgata & Eraſmus ad uerbum, Et ſi Satanas: ſed nemo non uidet, ne hoc quidem loco ſatis commodè poſſe copulatiuam uſurpari, quum declaret ſimilitudinis accommodationem. Sciendū eſt igitur Hebraicam eſſe enallagen ו pro כן, quæ ſæpiſsimè in Prouerbiorū libro uſurpatur, ut 25.d.25. & 26.b.9. & 27.c.15. niſi malimus ſubaudire ὅτι, ut Matth.6.b.10. 27 Diripiet, διαρπάσει. In Stephani codicibus 1.3.5.7.12. ſcriptum erat διαρπάσῃ, quod ſanè melius cohæret cum præcedentibus. Nam alioquin præciſum erit dicendi genus, & tunc diripiet, pro, quod ſi fecerit, tum demum diripiet. 28 Filijs hominum, τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. Hebraiſmus: id eſt hominibus, ut Homerus υἷας ἀχαιῶν, Achiuos uocat. 29 Iudicio, κρίσεως: id eſt, damnationis, condemnatione, ut ſæpe alibi κρίσις pro κατακρίσει. In ſecundo codice legitur ἁμαρτίας: id eſt peccato: quam lectionem ſequutus Vetus interpres, interpretatur Delicti. Vocare autem uidetur æternum delictum, quod nunquam deletur.

30 Dicebant enim, ἔλεγον γάρ. Verba ſunt Euangeliſtæ cauſam afferentis cur Ieſus mentionem feciſſet peccati in Spiritum ſanctum. Itaq; præciſum eſt hoc dicendi genus, quo etiam utitur Marcus noſter infrà cap.5.a.8. 31 Veniunt igitur, ἔρχονται οὖν. Vulgata & Eraſmus legerunt, καὶ ἔρχονται, Et ueniunt. Eſt autem hoc loco particula οὖν epanalepſeos nota. Redit enim Marcus ad hiſtoriam quam narrare cœperat uerſu 21. de ipſius propinquis. Fratres & mater eius, οἱ ἀδελφοὶ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ. Vulgata & Eraſmus, mater eius & fratres: quem etiam ordinem ſeruat editio Græca Baſilienſis. Nos tamen in ueteribus omnibus, atq; adeò in Complutenſi editione, item apud Theophylactum fratres inuenimus priores appellatos hoc quidem loco, ſicut paulo poſt contrà, priore loco mater nominatur. Neq; uerò huius rei mentionem feciſſem, niſi ſuſpicarer ueterem lectionem ſuperſtitione quorundā inuerſam, qui magnam putant iniuriam matri Domini fieri, niſi nomen ipſius cæteris præponatur. Illud autem omnib. notum eſſe credo, fratrum & ſororum appellatione paſsim apud Hebræos omnes qui eiuſdem ſint cognationis intelligi. Vocantes, φωνοῦντες: id eſt, accerſentes. Eraſmus, qui euocarent: id eſt φωνήσοντες. 32 illi uerò dixerunt ei, εἶπον δὲ αὐτῷ. Vulg. & Eraſ. & dicunt, καὶ λέγουσιν. quod in uno tantùm codice ſcriptum inuenimus. Itaq; alterū ſumus amplexi. Neq; enim hæc dicta ſunt à circunſtante turba, ſed ab iſs quos miſerant propinqui ut eū accerſerent.

Et fratres tui, οἱ ἀδελφοί σου. In ueteſtis exēplarib. 1.5.6.7.12. additū erat, καὶ αἱ ἀδελφαί σου, & ſorores tuæ. 33 Aut fratres mei? ἢ οἱ ἀδελφοί μου; Vulg. & Eraſ legunt, καὶ οἱ ἀδελφοί μου; & fratres mei? 34 Et quū circunſpexiſſet in circuitu, &c. καὶ περιβλεψάμενος κύκλῳ τοὺς περὶ αὐτὸν καθημένους, Vulgata legit, τοὺς κύκλῳ αὐτοῦ καθημένους: id eſt, eos qui in circuitu ipſius ſedebant. Eraſmus autem, τοὺς κύκλῳ περὶ αὐτὸν μαθητὰς καθημένους: id eſt, in circuitu circum ſe diſcipulos ſedentes. Sed quamcunq; harum lectionum ſequaris, eadem manebit ſententia.

a In doctrina

Et docebat eos per parabolas multa, dicebatq; eis in doctrina sua.

Audite, Ecce quidam qui seminabat, exijt ad seminandum:

Parabola seminantis. Et factum est in seminando, aliud quidem cecidit iuxta uiam: ueneruntq; uolucres cœli, & deuorauerunt illud.

Aliud uerò cecidit in petrosa, ubi non habebat terram multam: & statim exortum est, propterea quòd non habebat profunditatem terræ.

Sole autem exorto, torrefactum est: & propterea quòd non habebat radicem, aruit.

Et aliud cecidit in spinas: & assurrexerunt spinæ, ac suffocauerunt illud, & fructum non dedit.

Et aliud cecidit in terram bonam, dedit q; fructum assurgentem atque crescentem: & tulit unum triginta, & aliud sexaginta, & aliud centũ.

Tunc dixit eis: Qui habet aures ad audiendum audiat.

Quum autem esset solus, rogauerunt eum hi qui circum illum erant cum duodecim, de parabola.

Domum Dei, cognitio Euangely. Et dixit eis: Vobis datum est nosse mysteriũ regni Dei: ijs autem qui foris sunt, per parabolas omnia ista fiunt.

Parabolæ. Esa.6.c.9 Matth.13.b.14 Luc.8.b.10 Ioan.12.f.40 Act.28.f.16 Rom.11.a.8 Vt uidentes uideant, & non cernant: & audientes audiant, & non intelligant: nequando conuertantur, & remittantur eis peccata.

Et dicit eis: Nescitis parabolam istã? & quomodo omnes parabolas cognoscetis?

Expositio parabolæ seminãtis. Seminator ille, sermonem seminat.

Isti autem sunt qui iuxta uiam *semen excipiunt*, quibus *scilicet* seminatur sermo: & quum audierint, statim uenit Satanas, et tollit sermonem seminatum in cordibus eorum.

2 καὶ ἐδίδασκεν αὐτοὺς ἐν παραβολαῖς πολλὰ, καὶ A
ἔλεγεν αὐτοῖς ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ.

3 ἀκούετε· ἰδοὺ ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖ-
ραι.

4 καὶ ἐγένετο ἐν τῷ σπείρειν, ὃ μὲν ἔπεσε παρὰ
τὴν ὁδόν, καὶ ἦλθε τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ
κατέφαγεν αὐτό.

5 ἄλλο δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὸ πετρῶδες, ὅπου οὐκ εἶχε
γῆν πολλὴν, καὶ εὐθέως ἐξανέτειλε, διὰ τὸ μὴ ἔ-
χειν βάθος γῆς.

6 ἡλίου δὲ ἀνατείλαντος ἐκαυματίσθη· καὶ διὰ
τὸ μὴ ἔχειν ῥίζαν, ἐξηράνθη.

7 καὶ ἄλλο ἔπεσεν εἰς τὰς ἀκάνθας, καὶ ἀνέβησαν
αἱ ἄκανθαι, καὶ συνέπνιξαν αὐτὸ, καὶ καρπὸν οὐκ
ἔδωκε.

8 καὶ ἄλλο ἔπεσεν εἰς τὴν γῆν τὴν καλὴν, καὶ ἐδίδου
καρπὸν ἀναβαίνοντα καὶ αὐξανόμενα, καὶ ἔφερεν ἓν
τριάκοντα, καὶ ἓν ἑξήκοντα, καὶ ἓν ἑκατόν.

9 καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀ-
κουέτω.

10 ὅτε δὲ ἐγένετο κατὰμόνας, ἠρώτησαν αὐ-
τὸν οἱ περὶ αὐτὸν σὺν τοῖς δώδεκα τὴν παραβο-
λήν. B

11 καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὸ μυστή-
ριον τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ· ἐκείνοις δὲ τοῖς ἔξω τὰ
πάντα παραβολαῖς γίνεται.

12 ἵνα βλέποντες βλέπωσι, καὶ μὴ ἴδωσι· καὶ ἀκού-
οντες ἀκούωσι, καὶ μὴ συνιῶσι, μήποτε ἐπιστρέ-
ψωσι, καὶ ἀφεθῇ αὐτοῖς τὰ ἁμαρτήματα.

13 καὶ λέγει αὐτοῖς, οὐκ οἴδατε τὴν παραβολὴν ταύ-
την; καὶ πῶς πάσας τὰς παραβολὰς γνώσεσθε;

14 ὁ σπείρων, τὸν λόγον σπείρει.

15 οὗτοι δέ εἰσιν οἱ παρὰ τὴν ὁδόν, ὅπου σπείρεται
ὁ λόγος, καὶ ὅταν ἀκούσωσιν, εὐθέως ἔρχεται ὁ
σατανᾶς, καὶ αἴρει τὸν λόγον τὸν ἐσπαρμένον ἐν
ταῖς καρδίαις αὐτῶν.

IN CAP. IIII.

2 In doctrina sua, ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ. Puto hic commodius accipi posse διδαχὴ, pro actione uerbi διδάσκειν, ut perinde sit ac si dixisset Marcus, ἐν τῷ διδάσκειν, quum ipse eos doceret, quum alioquin διδαχὴ appellatione intelligi soleat id ipsum quod docetur. 5 Petrosa, τὸ πετρῶδες: id est, τὰ πετρώδη, ut infrà uersu 16. 8 Vnum, ἓν. Quãquam hic, tum etiam paulo pòst uersiculo 20. ut ἐν præpositio pro distributiua ἀνὰ, uel κατὰ posita sit: id est, ad uerbum, per triginta, & per sexaginta, & per centum pro tricena, sexagena, & centena. 10 Solus, καταμόνας. Ad uerbum solitariè. est enim aduerbium, sed commodius uertitur per nomen. Vulgara, singularis. Qui circum illum erant, οἱ περὶ αὐτὸν, Vel (ut Vulgara) qui cum eo erant. Codex Erasmi scriptum habuit, οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, eodem (ni fallor) sensu. Nam eleganter etiam Græci τοὺς περί τινα appellant eos qui sunt cuipiam dediti & addicti, ita ut eum sectentur, sintq; ipsius uelut factionis. Aesch. διατὰ κτησ. φιέσεται μὲν τῷ δήμῳ ἐλπίδας λέγειν, Δημοσθένει δὲ ἀργύριον καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν: id est, populo quidem uanum spem afferentes, Demosthenis autem & eius sectatoribus, pecuniam. Sic etiã (ut citat Budæus) Plutarchus in Demetrio, τοὺς περὶ φαλῆρα uocat eos qui Phalerei partes sequebãtur. Igitur hoc loco minimè significantur externi aliqui homines qui Christo adessent (turbam enim amandarat) sed hi demũ qui solebant eum assectari, & discipuli ipsius erant: quales habuit quidem præter selectos illos duodecim, etiam alios multos. Isti igitur eum uel domum, uel in desertum sequuti, quæsierunt de parabola. 11 Iis qui foris sunt, τοῖς ἔξω: id est, exteris. Sicut autem Ecclesia siue domus Dei interdum omnes comprehendit, qui ueram religionem profitentur, etiamsi hypocritæ sint plerique: interdum uerò electos duntaxat & uerè credentes: ita etiam Exterorũ appellatione intelliguntur modò quicunq; non accensentur cœtui fidelium, ut 1. Corinth. 5. d. 12. modò uerò ij qui ut in Ecclesia sint, tamen ex uera Ecclesia non sunt, de quibus agitur hoc loco, & Rom. 9. b. 6. 13 Et quomodo, καὶ πῶς: id est, quomodo igitur. Est autem peritum à uulgo hoc dicendi genus, ut suprà diximus Matth. 3. c. 14. Sic Homerus Iliad. α. καὶ τὸν ὃν παῖδα ἐπιτρόπων ἀγερέθουσι. 15 Et quum, καὶ ὅταν. Parum uidentur hæc cohærere cum præcedentibus, ac potius legendum εἰ ὅταν: id est, qui quum. Nam ita etiam loquitur paulo pòst, reliquas similitudinis partes explicans. Sed & ita loqui solere Hebræos, annotauimus in Matthæo, & suprà quoque 1. 2. 10. Nam relatiui loco usurpant copulam suppresso relatiuo. In secundo uerò exemplari, pro ὅπου σπείρεται, ubi seminatur, legitur, ὅτε

A tur, οἵτε σπείρεται: id est, quibus seminatur. quã lectionem germanam esse credo. Itaq; totum hũc locum sic interpretor: Hi sunt autem qui secus uiam *semen excipiunt*, quibus *scilicet* seminatur uerbum, qui quum audierint. Quod autem annotat Erasmus, ὅτου positum esse pro οἷ, fateor me non intelligere: neq; item cur ἐστι uerterit Alij: id est, ἄλλοι. Sed idem rectè hic suppleuit participium σπειρόμενοι, quod in alijs uersiculis exprimitur.

16 καὶ οὗτοί εἰσιν ὁμοίως οἱ ἐπὶ τὰ πετρώδη σπειρόμενοι, οἵ ὅταν ἀκούσωσι τὸν λόγον, εὐθέως μετὰ χαρᾶς λαμβάνουσιν αὐτόν,

Et isti sunt similiter qui in petrosa semen excipiunt: qui *scilicet* quum audierint sermonem, statim cum gaudio accipiunt eum:

17 Καὶ οὐκ ἔχουσι ῥίζαν ἐν ἑαυτοῖς, ἀλλὰ πρόσκαιροί εἰσιν· εἶτα γενομένης θλίψεως ἢ διωγμοῦ διὰ τὸν λόγον, εὐθέως σκανδαλίζονται.

Et non habent radicem in se, sed temporarij sunt: deinde orta oppressione aut persequutione propter sermonem, statim offenduntur.

18 καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ εἰς τὰς ἀκάνθας σπειρόμενοι, οὗτοί εἰσιν, οἱ τὸν λόγον ἀκούοντες,

Et isti sunt qui in spinas semen excipiunt: isti *Spinæ.* inquam sunt qui sermonem audiunt,

19 Καὶ αἱ μέριμναι τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου, καὶ αἱ περὶ τὰ λοιπὰ ἐπιθυμίαι εἰσπορευόμεναι συμπνίγουσι τὸν λόγον, καὶ ἄκαρπος γίνεται.

Sed solicitudines seculi huius, ac seductio di- *Diuitiæ.* uitiarum, & cupiditates quæ in cæteris *rebus* uersantur, introeuntes, suffocant sermonem: ac redditur infructuosus. *1. Timot. 6. 8. 17. Concupiscentiæ,*

20 καὶ ἐκεῖνοί εἰσιν οἱ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν σπαρέντες, οἵτινες ἀκούουσι τὸν λόγον, καὶ παραδέχονται, καὶ καρποφοροῦσιν, ἓν τριάκοντα, καὶ ἓν ἑξήκοντα, καὶ ἓν ἑκατόν.

Et isti sunt qui in terram bonam semen exceperunt: qui *scilicet* audiunt sermonem, & accipiunt: & fructum ferunt, *ita ut* aliud *granum* afferat triginta, aliud sexaginta, aliud centum.

B 21 Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, μήτι ὁ λύχνος ἔρχεται, ἵνα ὑπὸ τὸν μόδιον τεθῇ, ἢ ὑπὸ τὴν κλίνην; οὐχ ἵνα ἐπὶ τὴν λυχνίαν ἐπιτεθῇ;

Dixit etiã eis: Num lucerna uenit, ut subter modium ponatur, aut subter lectum? nónne ut in candelabrum ponatur? *Lucerna.* *Matth. 5. b. 15. Luc. 8. c. 16. & 11. c. 33.*

22 οὐ γάρ ἐστί τι κρυπτόν, ὃ ἐὰν μὴ φανερωθῇ· οὐδὲ ἐγένετο ἀπόκρυφον, ἀλλ' ἵνα εἰς φανερὸν ἔλθῃ.

Nõn est enim quicquam occultũ, quod non manifestandum sit: uel *quod* abscondatur, sed *oportet* ut in apertum ueniat. *Marc. 10. c. 26. Luc. 8. c. 17. & 12. a. 2.*

23 εἴ τις ἔχει ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

Si quis habet aures ad audiendum, audiat.

24 καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· βλέπετε τί ἀκούετε. ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν, καὶ προστεθήσεται ὑμῖν.

Et dixit eis: Videte quid audiatis: qua mensura metimini, alij uobis metientur, & adijcietur uobis. *Matth. 7. a. 2. Luc. 6. i. 38.*

22 Non manifestandum sit, ἐὰν μὴ φανερωθῇ, Vel, non manifestetur: modo intelligas esse modum potentialem. Ponitur enim ἐὰν pro ἐάν. Quod autem Erasmus in annotationibus legit, ἃ μὴ ἵνα φανερωθῇ, neq; in uetustis codicibus reperimus, neque uidetur conuenire. Vel *quod* abscondatur, sed *oportet* ut in apertum ueniat, ἀλλ' ἵνα εἰς φανερὸν ἔλθῃ. Quamuis plana sit huius loci sententia, præsertim si conferatur cum capite Lucæ 8. c. 17. tamen quo modo cohæreat uerborum constructio, non facilè iudicari potest. Est enim eclipsis in hac oratione, quam nonnulli uel neglexerunt, uel non animaduerterunt, nonnulli parum commodè uidentur expleuisse. Vulgata igitur ita uertit,

C Nec factum est occultum, sed ut in palàm ueniat. Erasmus hoc modo, Neque fuit secretum, sed ut in propatulum ueniat. Sic autem supplet in annotationibus, Neque factum est occultum *ut maneat occultum*, sed ut in apertum ueniat. Atqui nemo est qui non uideat aliquid præterea deesse quod à parte anteriore coniungatur cum illo, Factum est. Deinde si ita libeat pro arbitrio supplere integras sententias, non uideo quid non tandem nobis corrumpere liceat. Quidam nimis audacter (ut pleraque alia) sic interpretatus est, Neque quicquam tam arcanè fit, quod non palàm futurum sit: id est, ἀλλὰ τοιοῦτόν ἐστιν ἀπόκρυφον, ὅστις μὴ αὐτὸ ἀεὶ φανερὸν γένηται. Ego uerò hanc licentiam nolui imitari. Primùm igitur particulam μεχρὶ interpretati sumus Vel, ut melius cohæreret oratio. Nam sæpe iam admonui, plures negantes particulas à Græcis negandæ uni rei adhiberi, contrà quàm Latini soleant. Deinde relatiuum ὃ repetij ἀπὸ λοιποῦ. Est enim (ut opinor) hæc eclipsis minimè coacta, aut à uulgata loquendi consuetudine remota: & mutationẽ temporis facilè excusat Hebraismus. Illud autem, οὐκ ἐγένετο ἀπόκρυφον, quum potuissemus ad uerbum interpretari, factum uel redditum sit abscõditum: malui uertere per uerbum cuius est periphrasis, perinde ac si scriptum esset ἀπεκρυφθέντα. Bis enim idem dicit Euangelista noster, quum μὴ φανερωθῇ, id est non manifestari, idem ualeat atque ἀποκρυβῆναι, id est abscondi. Postremò supplendum fuit aliquid necessariò, cui subiungatur ἵνα. Id igitur suppleuimus quod maximè uisum est esse accommodatum, nempe ἀεὶ oportet: cuius eclipsis exemplum habes infrà capite 9. b. 12. & 14. e. 49. Item 1. Iohannis 2. c. 19. & quidem eodem prorsus dicendi genere.

24 Videte quid audiatis, βλέπετε τί ἀκούετε: id est, attendite diligẽter istis quæ uobis dicuntur. Pars ista huius uersiculi cum sequente toto, non uno modo legitur in exemplaribus Græcis. Sic enim in nonnullis scriptum est, βλέπετε τί ἀκούετε, καὶ προστεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν. ὃς ἔχει γάρ, δοθήσεται αὐτῷ· καὶ ὃς οὐκ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ. ἢ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσι, καὶ προστεθήσεται ὑμῖν. id est, Videte quid auditis, etiam adijcietur uobis qui auditis. Nam qui habet, ei dabitur: & qui non habet, etiã quod habet, tolletur ab eo. qua mensura metimini, *alij* metientur uobis qui auditis, & adijcietur uobis. Theophylactus Romanus, & omnia uetusta Stephani exemplaria consentiebãt in lectione quam sequuti sumus: ut mirer Erasmum in Theophylacto diuersam lectionẽ annotasse. Tantùm in codicibus 5. & 9. pro μετρηθήσεται legebatur ἀντιμετρηθήσεται, sicut apud Matthæum, id est uicissim alij metientur: & in secundo codice deerant ista, καὶ προστεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν, quæ etiam uetus interpres non legit.

tur uobis qui audítis.

Matth.13.b.12. & 25.c.29. Luc.8.c.18. & 19.d.26. Qui enim habet, dabitur illi: & qui non habet, etiam quod habet, tolletur ab eo.

Sementis iacta in terram. Et dicebat: Ita est regnum Dei, ut si homo iaciat semen in terram,

Et dormiat & exurgat nocte ac die: & semen germinet, & assurgat quomodo ipse nescit.

Spōte enim terra fructū fert, primùm herbā, deinde spicam, deinde plenū frumentū in spica.

Quum autem prodideri*t se*se fructus, statim mittit falcem: quoniam adest messis.

Matth.13.d.31. Luc.13.d.19. Dicebat etiam: Cui *rei* assimilabimus regnum Dei? aut qua collatione conferemus illud?

Granum sinapis. Velut grano sinapis: quod quum seminatum fuerit in terra, minimum est omnium seminum quæ sunt in terra:

Sed quum seminatum fuerit, assurgit, & fit maximum omnium olerum: facitq; ramos magnos, *ita* ut possint sub umbra eius uolucres cœli nidulari.

Matth.13.c.34. Et talibus multis parabolis loquebatur eis sermonem, prout poterant audire.

Absq; parabola uerò non loquebatur eis: priuatim autem discipulis suis dissoluebat omnia.

Ventis imperat Christus. Matth.8.c.23. Luc.8.c.22. Ait autem eis in die illo quum serum *dici* esset, Transeamus in ulteriorem *ripam*.

Tunc dimissa turba, assumunt eum ut erat in nauigiolo: sed & alia nauigiola erant cum eo.

σεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν. A

25 ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ, δοθήσεται αὐτῷ· καὶ ὃς οὐκ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.

26 Καὶ ἔλεγεν· Οὕτως ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, ὡς ἐὰν ἄνθρωπος βάλῃ τὸν σπόρον ἐπὶ τῆς γῆς,

27 καὶ καθεύδῃ, καὶ ἐγείρηται νύκτα καὶ ἡμέραν, καὶ ὁ σπόρος βλαστάνῃ καὶ μηκύνηται ὡς οὐκ οἶδεν αὐτός.

28 αὐτομάτη γὰρ ἡ γῆ καρποφορεῖ πρῶτον χόρτον, εἶτα στάχυν, εἶτα πλήρη σῖτον ἐν τῷ στάχυϊ.

29 ὅταν δὲ παραδῷ ὁ καρπός, εὐθέως ἀποστέλλει τὸ δρέπανον, ὅτι παρέστηκεν ὁ θερισμός.

30 Καὶ ἔλεγε· τίνι ὁμοιώσωμεν τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, ἢ ἐν ποίᾳ παραβολῇ παραβάλωμεν αὐτήν;

31 ὡς κόκκῳ σινάπεως, ὃς ὅταν σπαρῇ ἐπὶ τῆς γῆς, μικρότερον πάντων τῶν σπερμάτων τῶν ὄντων ἐπὶ τῆς γῆς·

32 καὶ ὅταν σπαρῇ, ἀναβαίνει, καὶ γίνεται πάντων τῶν λαχάνων μείζων, καὶ ποιεῖ κλάδους μεγάλους, ὥστε δύνασθαι ὑπὸ τὴν σκιὰν αὐτοῦ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνοῦν.

33 Καὶ τοιαύταις παραβολαῖς πολλαῖς ἐλάλει αὐτοῖς τὸν λόγον, καθὼς ἠδύναντο ἀκούειν· B

34 χωρὶς δὲ παραβολῆς οὐκ ἐλάλει αὐτοῖς· κατ' ἰδίαν δὲ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἐπέλυε πάντα.

35 Καὶ λέγει αὐτοῖς ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ὀψίας γενομένης, διέλθωμεν εἰς τὸ πέραν.

36 καὶ ἀφέντες τὸν ὄχλον, παραλαμβάνουσιν αὐτὸν ὡς ἦν ἐν τῷ πλοίῳ. καὶ ἄλλα δὲ πλοιάρια ἦν μετ' αὐτοῦ.

26 Ita ut, ὅτως ὡς. Sic Plautus, Vt uoles esse me, ita ero. Vulgata & Erasmus, Sic quemadmodum: id est, ὅτως ὡς πρέπει, sicut scribitur Act.1.b.11. 27 Et dormiat, ac exurgat nocte & die: καὶ καθεύδῃ, καὶ ἐγείρηται νύκτα καὶ ἡμέραν. Id est, semente facta, transigat securus noctes & dies, minimè scilicet dubitans quin semen germinet. Est autem prouerbiale illud dicendi genus Hebræis, cuius exemplum habemus Psalmo 1.2.6. Nam quòd Erasmus existimat referri illud, καὶ ἐγείρεται, ad semen, non potest conuenire propter copulam interiectam: dicendum enim fuerat, καὶ ἐγείρεται νύκτα καὶ ἡμέραν ὁ σπόρος, &c. Deinde illud ἐγείρεσθαι certum est opponi τῷ καθεύδειν: ut sit simile quiddā ei quod dicunt Hebræi Exire & introire, pro Versari in loco aliquo, & officium suum facere. de quo dicemus Act. 1.d.21.

Assurgat, μηκύνεται: id est, crescat & adolescat. Ad uerbum, prolongetur. Vulgata, increscat, ἐπαύξεται. Erasmus, surgat in altum. rectè quidem, quum sic loquatur Columella: sed uno uerbo satis id potuit declarari. Quomodo ipse nescit, ὡς οὐκ οἶδεν αὐτός. Ex his uerbis intelligimus, ministrorum officium esse, agrum studiosè excolere, cætera Domino commendare, qui pro bona sua uoluntate dabit successum. Debent igitur agriculturæ tantùm culpam præstare: atque ut fructus non respondeat animi uoto, non est quòd uana ægritudine seipsos macerent, si quidem officio suo sint defuncti. Vis enim illa qua semen in ijs qui filij Dei sunt, adolescit, sicut ab uno sancto Spiritu promanat, ita etiam est hominibus tam occulta, ut non nisi ex fructu possit apparere. Itaque accipitur ὡς indefinitè pro ἐάν τις. Possimus tamen etiam pro ἕως accipiendo, ad incrementi mensuram referre, & interpretari, quatenus ipse nescit, sensu penè eodem. Vulgata & Erasmus, dum nescit ille. Nam hac quoque significatione accipitur ἕως, ut Matth.26.d.36. nempe pro, Interim dum. Sed utraque illa interpretatio mihi uberior uidetur, & magis congruēs cum proximo uerticulo. Annotat Erasmus αὐτὴ etiam ad σπόρον, id est ad semen, referri posse, quòd exurgat ui naturæ, quum ipsum hoc nesciat. Sed quorsum hoc cuiquam in mentem ueniat? 28 Sponte, αὐτομάτη. Nomen pro aduerbio αὐτομάτως, quo significatur aliquid fieri ui quadam seipsam mouente. Vulgata & Erasmus, Vltro: id est, ἀκουσίως: quod de solo dici uix potest, quum prius coli & seri oporteat. 29 Prodideri *se*se, παραδῷ. Forma huius uerbi ut μισταλλήσω, αὐτοσχεδιάσω, ἀεσάτω, & aliorum aliquot, respondet coniugationi Hebræorum Hithpael: quod ut melius intelligeretur, malui exprimere reciprocum, quàm per passiuum interpretari. Vulgata, produxerit: id est, προάγῃ, uel προφέρῃ, & quidem absolutè: quod nusquam memini legere, nisi pro ἐλαφρίζει, legas τὸν καρπόν. Erasmus, productus fuerit. 30 Cui *rei*, τίνι. In codicibus sexto & octauo scriptum erat τῶν, Quomodo. Vulgata & Erasmus, Cui. Nos uertimus, Cui *rei*, ut neutrum esse intelligatur. Conferemus, παραβάλωμεν. In quibusdam codicibus notat Erasmus, legi θώμεν, id est componemus, eodem sensu. Sed pro ὁμοιώσωμεν & παραβάλωμεν rectius scriptum legimus in nonnullis exemplaribus, ὁμοιάσωμεν & παραβεβλήμεθα. 31 Velut grano, ὡς κόκκῳ. Vulgata & Erasmus, Sicut granum: id est, ὡς κόκκου. In codicibus 1.2.5.6.7.&8. scriptum erat, ὡς κόκκος, quarto casu. Sed neutra lectio cum superioribus satis cohæret, nisi multa subaudias. 33 Prout, καθώς. Hoc est quod barbarè dicunt, secundum quod. Latini dicere solent Prout, uel Vt. Cicero: Pro se quisque, ut in quo erat authoritatis plurimum, ad populum loquebatur. Vide Act.2.a.4. 34 Dissoluebat, ἐπέλυε: id est, explicabat tanquam ænigmatum nodos. Vulgata, edisserebat: id est, ἐξέθετο, ut Matth.13.c.36. Erasmus, exponebat: id est, ἐξηγεῖτο.

35 In ulteriorem *ripam*, εἰς τὸ πέραν. Vulgata, contrà: id est, εἰς τὸ ἀντικρύ, uel εἰς τὴν ἀντικρυνήν. 36 Assumunt, παραλαμβάνουσιν: id est, in altum prouehere incipiunt, Superiorem enim sermonem habuerat ex naui. Est igitur hæc quoque formula sermonis petita è medio.

καὶ γίνεται λαῖλαψ ἀνέμου μεγάλη· τὰ δὲ κύματα ἐπέβαλλεν εἰς τὸ πλοῖον, ὥστε ἤδη γεμίζεσθαι.

37 Turbo, λαῖλαψ. Vulgata & Erasmus, procella: id est, θύελλα. Impleretur, γεμίζεσθαι: id est, πλήρεσθαι. In sexto codice scriptum erat βυθίζεσθαι: id est, in profundum iret, siue mergeretur.

37 Tunc oritur turbo uenti magnus, fluctúsque inijciebant se in nauigium, ita ut ipsum iam impleretur.

καὶ ἦν αὐτὸς ἐπὶ τῇ πρύμνῃ, ἐπὶ τὸ προσκεφάλαιον καθεύδων· καὶ διεγείρουσιν αὐτὸν, καὶ λέγουσιν αὐτῷ· διδάσκαλε, οὐ μέλει σοι ὅτι ἀπολλύμεθα;

38 Et erat ipse in puppi super ceruical dormiens: tunc expergefaciunt eum, dicuntq; ei: Magister, non est tibi curæ quòd perimus?

Dormit Christus super ceruical.

ὁ διεγερθεὶς ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ, καὶ εἶπε τῇ θαλάσσῃ· σιώπα, πεφίμωσο. καὶ ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος, καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη.

39 Experrectus igitur obiurgauit uentum, dixitq; mari: Sile, obmutesce. Tum quieuit uētus: factaq; est tranquillitas magna.

καὶ εἶπεν αὐτοῖς· τί δειλοί ἐστε οὕτω; πῶς οὐκ ἔχετε πίστιν;

40 Ait autem eis: Quid ita timidi estis? quomodo fidem non habetis?

Fides.

καὶ ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν, καὶ ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους· τίς ἄρα οὗτός ἐστιν, ὅτι καὶ ὁ ἄνεμος καὶ ἡ θάλασσα ὑπακούουσιν αὐτῷ;

41 Et timuerunt timore magno, dicebātq; alius ad alium: Quis nam iste est, quòd etiam uentus & mare auscultant ei?

ΚΕΦ. ε'.

CAP. V.

Καὶ ἦλθον εἰς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης, εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν.

1 Et uenerunt in ulteriorem ripam maris, in regionem Gadarenorum.

Dæmoniacus sanatur.

καὶ ἐξελθόντι αὐτῷ ἐκ τοῦ πλοίου, εὐθέως ἀπήντησεν αὐτῷ ἐκ τῶν μνημείων ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ,

2 Egressóque ei è nauigio, statim occurrit è monumentis homo in quo erat spiritus impurus,

Matth. 8. d. 28. Luc. 8. d. 26.

ὃς τὴν κατοίκησιν εἶχεν ἐν τοῖς μνημείοις· καὶ οὐδὲ ἁλύσεσιν οὐκέτι οὐδεὶς ἠδύνατο αὐτὸν δῆσαι,

3 Qui domicilium habebat in monumētis, & ne catenis quidē quisquā poterat eum uincire:

διὰ τὸ αὐτὸν πολλάκις πέδαις καὶ ἁλύσεσι δεδέσθαι, καὶ διεσπάσθαι ὑπ' αὐτοῦ τὰς ἁλύσεις, καὶ τὰς πέδας συντετρίφθαι, καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ἴσχυε δαμάσαι.

4 Propterea quòd ipse sæpe pedicis & catenis uinctus fuerat, sed discerptæ fuerant ab eo catenæ, & pedicæ contritæ, neq; quisquam ualuerat eum domare.

καὶ διαπαντὸς νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ ἐν τοῖς μνήμασιν ἦν κράζων καὶ κατακόπτων ἑαυτὸν λίθοις.

5 Et per omne tempus die ac nocte in montibus & in monumentis erat clamans, & concidens seipsum lapidibus.

ἰδὼν δὲ τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ μακρόθεν, ἔδραμε, καὶ προσεκύνησεν αὐτῷ.

6 Quum uidisset autem Iesum eminus, cucurrit, & adorauit eum:

Dæmon agnoscens Christum.

καὶ κράξας φωνῇ μεγάλῃ, εἶπε· τί ἐμοὶ καὶ σοί, Ἰησοῦ υἱὲ τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου; ὁρκίζω σε τὸν θεόν, μή με βασανίσῃς.

7 Et clamans uoce magna, dixit: Quid mihi tecum, Iesu fili Dei altissimi? adiuro te per Deum ne me uexes.

(ἔλεγε γὰρ αὐτῷ· ἔξελθε τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον ἐκ τοῦ ἀνθρώπου.)

8 (Dicebat enim ei: Exi spiritus impure ex isto homine.)

37 Impleretur, γεμίζεσθαι: id est, πληροῦσθαι. In sexto codice scriptum erat βυθίζεσθαι: id est, in profundum iret, siue mergeretur. 40 Quid ita timidi estis? quomodo fidem non habetis? τί δειλοί ἐστε οὕτω; πῶς οὐκ ἔχετε πίστιν; Hæc ego quidem ita lego, ut obiurgantis sint potius quàm interrogantis: sed ita, ut admirationem habeāt connexam. Cæterùm in uetustis codicibus 5. & 8. scriptum sic erat, τί δειλοί ἐστε οὕπω ἔχετε πίστιν: id est, Quid timidi estis? nondum habetis fidem? quo modo etiam conuertit Vulgata. Valla distinctè legit hoc modo, τί δειλοί ἐστε; οὔπω; πῶς οὐκ ἔχετε πίστιν; id est, Quid timidi estis? ita ne? quomodo non habetis fidē?

41 Alius ad alium, πρὸς ἀλλήλους. Vulgata, ad alterutrum: idq; barbarè. ut Valla obseruauit. Erasmus, inter sese: id est, πρὸς ἑαυτούς. Quòd, ὅτι. Vulgata, quia. Erasmus, quoniam. Vide suprà 1. c. 27.

IN CAPVT V.

1 Venerunt, ἦλθον. In octauo & nono codicibus legitur ἦλθε, uenit. Gadarenorum, γαδαρηνῶν. In octauo & nono exemplaribus legitur γεργεσηνῶν, Gergesenorum: in secundo uerò γερασηνῶν, Gerasenorum: sicut etiam uertit Vetus interpres. Quibus nominibus una regio significatur in tribu Manasse sita trans Iordanem, ut liquet ex Luca 6. d. 26. Eam uocat Strabo Gadarida, lib. 16. 2 Egressóq; ei, καὶ ἐξελθόντι αὐτῷ. Ex uetustis codicibus sextus & octauus scriptum habebant, καὶ ἐξελθόντων αὐτῶν, Et egresso eo: secundus uerò, καὶ ἐξελθόντων αὐτῶν, Et egressis ipsis. Vtrumuis autem sequaris, non abundabit αὐτῷ, quod sequitur. In quo erat spiritus, ἐν πνεύματι. Vide suprà 1. c. 23. ubi diximus ideo dici In spiritu, quòd eum spiritus quasi inclusum teneret ac deuinctum. 3 Et ne catenis quidem, οὐδὲ ταῖς ἁλύσεσιν. Vulg. & Eras. & neq; catenis: quum in hoc dicendi genere δὲ non significet neq;, sed ne quidem. In octauo codice additur ἔτι, ampliùs. 4 Discerptæ fuerant, διεσπάσθαι. Vel distractæ. Sic enim Cicero: Conueniunt, inquit, bonorum emptores ad reliquias uitæ lacerandas ac distrahendas. Vulg. dirupissent. quod respondet τῷ διαῤῥηγνύναι. Ab eo, ὑπ' αὐτοῦ. In quodā manuscripto exemplari scriptum erat, ἀπ' αὐτοῦ: quod confirmat has duas particulas interdum permutari, sicut annotauimus suprà Matt. 11. c. 19. Valuerat, ἴσχυεν. Vulg. poterat: id est, ἐδύνατο. Erasmus, ualuisset legit enim, ἴσχυσεν. 5 Erat, ἦν. Id est, uersabatur. Neque enim ponitur ἦν κράζων, pro ἔκραζεν: id est, erat clamans, pro clamabat. Nam etiam in uetustis codicibus post ἦν addita erat distinctio.

7 Adiuro te per Deum, ἐξορκίζω σε τὸν θεόν: id est, confirma mihi interposito per Dei nomen iureiurādo, fore ut nō me uexes. Nam ἐξορκίζειν significat iusiurandū ab aliquo exigere, ut tibi caueas. Inde factum, ut etiam acciperetur pro imperare aliquid, Diuini numinis authoritate interposita, ut accipitur Act. 19. c. 13. & 1. Thess. 5. d. 27.

Tunc interrogauit eum: Quod tibi nomen est? Et ipse respondit, dicens: Legio mihi nomen est: quia multi sumus:

Legio.

Et multum precabatur eum, ne ipsos mitteret extra illam regionem.

Erat autem illic ad montes grex porcorum magnus pascens.

Et precati sunt eum omnes dæmones, dicentes: Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus:

Et permisit eis statim Iesus. Et egressi spiritus impuri, introierunt in porcos: & ruit ille grex è præcipitio in mare (erant autem quasi bis mille) & suffocati sunt in mari.

Dæmonia in porcos intrant.

Qui uerò pascebāt porcos, fugerunt, & renūciauerunt in ciuitatē & in agros: tunc illi egressi sūt ut uiderēt quid illud esset quod factū fuerat.

Veniúntque ad Iesum, & spectant eum qui fuerat demoniacus, sedentem, ac uestitum, & sanæ mentis, eum *inquam* qui habuerat legionem: & timuerunt.

Et qui *id* uiderant, narrauerunt eis quomodo id factum esset dæmoniaco, & de porcis.

Tunc *illi* cœperunt eum precari ut abiret à finibus ipsorum.

Et ipso ingresso in nauigium, precabatur eū ille qui fuerat dæmoniacus, ut esset cum ipso.

Iesus autem non permisit ei, sed dixit ei: Abi domum tuam ad tuos, & renuncia eis quāta tibi Dominus fecerit, & *quantopere* misertus sit tui.

Annunciare mi sericordiā Dei.

9 καὶ ἐπηρώτα αὐτὸν· τί σοι ὄνομα; καὶ ἀποκρίθη, λέγων· λεγεὼν ὄνομά μοι, ὅτι πολλοί ἐσμεν. A

10 Καὶ παρεκάλει αὐτὸν πολλὰ, ἵνα μὴ αὐτοὺς ἀποστείλῃ ἔξω τῆς χώρας.

11 Ἦν δὲ ἐκεῖ πρὸς τῷ ὄρει ἀγέλη χοίρων μεγάλη βοσκομένη.

12 καὶ παρεκάλεσαν αὐτὸν πάντες οἱ δαίμονες, λέγοντες· πέμψον ἡμᾶς εἰς τοὺς χοίρους, ἵνα εἰς αὐτοὺς εἰσέλθωμεν.

13 καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς εὐθέως ὁ Ἰησοῦς. καὶ ἐξελθόντα τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα, εἰσῆλθον εἰς τοὺς χοίρους. Καὶ ὥρμησεν ἡ ἀγέλη κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν, ὡσεὶ δισχίλιοι, καὶ ἐπνίγοντο ἐν τῇ θαλάσσῃ.

14 οἱ δὲ βόσκοντες τοὺς χοίρους, ἔφυγον, καὶ ἀπήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν, καὶ εἰς τοὺς ἀγρούς. καὶ ἦλθον ἰδεῖν τί ἐστι τὸ γεγονός.

15 καὶ ἔρχονται πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ θεωροῦσι τὸν δαιμονιζόμενον καθήμενον, καὶ ἱματισμένον, καὶ σωφρονοῦντα τὸν ἐσχηκότα τὴν λεγεῶνα· καὶ ἐφοβήθησαν. B

16 καὶ διηγήσαντο αὐτοῖς οἱ ἰδόντες, πῶς ἐγένετο τῷ δαιμονιζομένῳ, καὶ περὶ τῶν χοίρων.

17 Καὶ ἤρξαντο παρακαλεῖν αὐτὸν ἀπελθεῖν ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτῶν.

18 Καὶ ἐμβαίνοντος αὐτοῦ εἰς τὸ πλοῖον, παρεκάλει αὐτὸν ὁ δαιμονισθείς, ἵνα ᾖ μετ' αὐτοῦ.

19 ὁ δὲ Ἰησοῦς οὐκ ἀφῆκεν αὐτόν, ἀλλὰ λέγει αὐτῷ· ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου πρὸς τοὺς σούς, καὶ ἀπάγγειλον αὐτοῖς ὅσα σοι ὁ κύριός σου πεποίηκε, καὶ ἠλέησέ σε.

10 Precabatur, παρεκάλει. Is scilicet eum precabatur, qui legatione fungebatur etiam pro cæteris. quod notandum est propter relatiuum αὐτοὺς. quod proximè sequitur. Ipsos, αὐτοὺς. Vulgata & Erasmus, se: quam uersionem ut obscuram reieci. Mitteret, ἀποστείλῃ. Vulgata, expelleret: id est, ἐκβάλλῃ. 11 Ad montes, πρὸς τῷ ὄρει. Ad pro Apud. Cicero: Ad Marcum Leccam habitare. In uetustis codicibus legitur, πρὲς τῷ ὄρει: id est, ad montem. Est autem tota hæc regio maxima ex parte aspera, intercursantibus montibus Galaad. Pascens, βοσκομένη. In octauo codice scriptum erat, βοσκομένων, pascentium. 12 Precati sunt, παρεκάλεσαν. In tertio exemplari legitur παρεκάλουν, precabantur, sicut etiam uertit Vulgata & Erasmus. Omnes, πάντες. Deerat hæc particula in tribus codicibus, tertio, octauo, nono, & apud ueterem interpretem. 13 In mare, εἰς τὴν θάλασσαν. Existimat Zieglerus in descriptione Palæstinæ (quod mihi uerisimile uidetur) hic non intelligi lacum Genesareth, siue Tiberiadis, quem Iordanis influit, sed eius regionis stagnum quoddam insame. de quo sic Strabo lib. 16. ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ Γαδαρίδι λίμνη μεγάλη λεμνᾶται, ὃ τὰ γυμνούμενα κύφει τρίχα, καὶ ἁλμὴ, καὶ λίθια ἀπολλύουσι: id est, Est etiam in Gadaride regione stagnum aquæ pes C simæ, qua degustata, pecora pilos, ungulas, & cornua amittunt. Quasi bis mille, ὡς δισχίλιοι. Vel, ut Vulgata uertit, ad duo millia. quamuis in hoc dicendi genere haud satis scio an supplenda sit potius particula Vsque, & certus numerus significetur. Ponitur autem ὡς, pro ὡσεὶ, uel σχεδὸν, quæ enallage in nostro uulgato sermone locum habet: diceremus enim, *Il y en auoit comme deux mille, c'est a dire, enuiron deux mille.* Sic eadem particula usurpatur Luc. 8. f. 42. & Act. 1. c. 15. Ita etiam Cicero de sole loquens, Acad. 4. Mihi quasi pedalis uidetur: id est, ἐμοὶ γοῦν φαίνεται ὡς ποδιαῖος· quo tamen in loco fortasis accipitur pro similitudinis aduerbio. 15 Sanæ mentis, σωφρονοῦντα. Participiū Græcum hac periphrasi optimè exprimitur. Nam σωφρονεῖν dicitur παρὰ τὸ σῶα καὶ ὑγιῆ φρονεῖν. Eum qui habuerat leg. τὸν ἐσχηκότα τὴν λεγεῶνα. Hæc deerant in secundo codice, neq; etiam expressa sunt à Vetere interprete, quum tamen non sint frustra apposita. conferunt enim multum ad emphasim miraculi, ut prudenter notat Erasmus. Nam isto (opinor) coniungenda sunt cum καὶ σωφρονοῦντα: id est, & sanæ mētis. sicut in superiore membro, is qui dæmoniacus fuerat: id est, miserrimè uexatus, adeò ut immanissimæ beluæ similior esset, quàm hominis, opponitur homini quieto & composito. Neq; tamen duo homines inter se comparantur, sed eiusdem hominis dispares, atque adeò prorsus contrarij habitus. Quanquam fortasis hęc possunt non ineptè accipi per epexegesin, uel epanalepsin. Nam similes loquendi formulæ sæpe apud hunc nostrum occurrunt, ut infrà cap. 12. d. 44. 16 Et qui uiderant, narrauerunt eis, καὶ διηγήσαντο αὐτοῖς οἱ ἰδόντες. Vulgata & Erasmus, Et narrauerunt illis, qui uiderant: qui ordo in Græcis etiam seruatur, sed absq; amphibolia: quam ut in Latino sermone uitaremus, collocationē uerborum necessariò mutauimus. In quibusdam exemplaribus scriptum erat, διηγήσαντο ᾗ, &c. id est, qui autem uiderant, narrarunt eis. Quomodo *id* factum, &c. πῶς ἐγένετο τῷ δαιμονισθέντι. Vulgata, qualiter factum esset. Erasmus, qualiter accidisset ei qui dæmonium habuerat. Nos relatiuum suppleuimus, & δαιμονισθέντι (ut aliàs sæpe) uertere maluimus dæmoniacum, quàm longiore uti periphrasi. 19 Quanta, ὅσα. Vide suprà 3. b. 2. Et *quantopere*, &c. καὶ ἠλέησέ σε, Ad uerbum, & misertus sit tui: quod certè parum uideretur cohærere cum præcedentibus, ut etiam annotat

A notat Erasmus. Putaui igitur repetendam esse ἀπὸ λοιποῦ particulam ἵνα: sed ita, ut cum priore loco sit nomen, hic degeneret in aduerbium: aut certè subaudiatur λοιπόν. Apparet enim Marcum fuisse breuitatis amantem, quæ res fecit ut omnium Euangelistarum meritò uideri possit difficilimus.

καὶ ἀπῆλθε, καὶ ἤρξατο κηρύσσειν ἐν τῇ Δεκαπόλει, ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· καὶ πάντες ἐθαύμαζον.

Abijt que, & cœpit prædicare in Decapoli quanta sibi fecisset Iesus: & omnes mirabantur.

καὶ διαπεράσαντος τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ πλοίῳ πάλιν εἰς τὸ πέραν, συνήχθη ὄχλος πολὺς ἐπ' αὐτόν, καὶ ἦν παρὰ τὴν θάλασσαν.

Et quum Iesus rursum traiecisset nauigio in ulteriorem ripam, coacta est turba multa ad eum, eratq; ad mare.

καὶ ἰδοὺ ἔρχεται εἷς τῶν ἀρχισυναγώγων, ὀνόματι Ἰάειρος, καὶ ἰδὼν αὐτὸν, πίπτει πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ.

Et ecce uenit quidam principum synagogæ, nomine Iairus: & quum uidisset eum, accidit ad pedes eius: *Iairi filia sanatur. Matth. 9. c. 18. Luc. 8. f. 41.*

καὶ παρακαλεῖ αὐτὸν πολλὰ, λέγων, ὅτι τὸ θυγάτριόν μου ἐσχάτως ἔχει, ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς αὐτῇ τὰς χεῖρας, ὅπως σωθῇ καὶ ζήσεται.

Et multum precabatur eum, dicens: Quia filiola mea in extremum adducta est, *rogo* ut uenias, & imponas ei manus ut seruetur, & uiuet.

καὶ ἀπῆλθε μετ' αὐτοῦ· καὶ ἠκολούθει αὐτῷ ὄχλος πολὺς, καὶ συνέθλιβον αὐτόν.

Abijt igitur cum eo: & sequebatur eum turba multa, & comprimebant eum.

καὶ γυνή τις οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος ἐτῶν δώδεκα,

Tunc mulier quædam quæ erat in fluxione sanguinis *ab* annis duodecim, *Mulier à profluuio sanguine sanatur.*

καὶ πολλὰ παθοῦσα ὑπὸ πολλῶν ἰατρῶν, καὶ δαπανήσασα τὰ παρ' ἑαυτῆς πάντα, καὶ μηδὲν ὠφεληθεῖσα, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς τὸ χεῖρον ἐλθοῦσα,

Fueratq; multa perpessa à multis medicis, & insumpserat omnia sua, & nihil adiuta fuerat, sed potius in deterius uenerat: *Medici.*

ἀκούσασα περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ἐλθοῦσα ἐν τῷ ὄχλῳ ὄπισθεν, ἥψατο τοῦ ἱματίου αὐτοῦ.

Quum audisset de Iesu, uenit in turba à tergo, & tetigit uestimentum eius.

ἔλεγε γὰρ, ὅτι ἂν ἅψωμαι κἂν τῶν ἱματίων αὐτοῦ σωθήσομαι.

Dicebat enim: Si uel uestimenta eius tetigero, seruabor.

καὶ εὐθέως ἐξηράνθη ἡ πηγὴ τοῦ αἵματος αὐτῆς, καὶ ἔγνω τῷ σώματι, ὅτι ἴαται ἀπὸ τῆς μάστιγος.

Et statim aruit fons sanguinis eius: & sensit corpore quòd sanata esset ab eo flagello.

καὶ εὐθέως ὁ Ἰησοῦς ἐπιγνοὺς ἐν ἑαυτῷ τὴν ἐξ αὐτοῦ δύναμιν ἐξελθοῦσαν, ἐπιστραφεὶς ἐν τῷ ὄχλῳ, ἔλεγε, τίς μου ἥψατο τῶν ἱματίων;

Statim autem Iesus quum agnouisset apud se uirtutem quæ ex se exierat, conuersus in turba, dixit: Quis tetigit uestimenta mea?

καὶ ἔλεγον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· Βλέπεις τὸν ὄχλον συνθλίβοντά σε, καὶ λέγεις, τίς μου ἥψατο;

Et dixerunt ei discipuli ipsius: Vides turbam te opprimentem, & dicis: Quis me tetigit?

καὶ περιεβλέπετο ἰδεῖν τὴν τοῦτο ποιήσασαν.

Et circumspiciebat ut uideret eam quæ hoc fecerat.

ἡ δὲ γυνὴ φοβηθεῖσα καὶ τρέμουσα, εἰδυῖα ὃ γέγονεν ἐπ' αὐτῇ, ἦλθε, καὶ προσέπεσεν αὐτῷ, καὶ εἶπεν αὐτῷ πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν.

Mulier uerò timens & tremens, quum sciret quod factum fuerat in sese: uenit, & accidit ei *ad pedes*, dixitq; ei omnem ueritatem.

ὁ δὲ εἶπεν αὐτῇ· Θύγατερ, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε, *Fides.*

Ille autem dixit ei: Filia, fides tua te seruauit:

21 Ad mare, παρὰ τὴν θάλασσαν. Erasmus & Vulgata, circa mare: id est, πρός. 23 Quia filiola mea, ὅτι τὸ θυ-

C γάτριόν μου. In Græcis (inquit Erasmus) non est ὅτι: quod tamē erat omittendū, si fuisset. Atqui nos ipsa in etiam Frobeniana editione reperimus: neq; hoc quidem loco putamus redundare, propter sequentē eclipsin. In extremum adducta est, ἐσχάτως ἔχει. Ad uerbū, extremè habet. Sic enim loquuntur Græci, Vulgata & Erasmus, in extremis est: quod dicendi genus nusquā memini apud idoneos authores legere. Rogo ut uenias, ἵνα ἐλθών. In secundo exēplari legitur, ἐλθὼν ἵνα ἐπιθῇς, ueni, ut quū ueneris, imponas ei manus. quā lectionē si cum uetere interprete sequamur, nulla eclipsi opus erit, quæ alioquin est prorsus necessaria, sed tamen non ita frequens: ut planè mirer ab Erasmo non fuisse annotatam. Nam solent quidem Attici non prorsus dissimili eclipsi uti, sed cum particula ἵνα. Viuet, ζήσεται. Vulgata, uiuat: id est, ζήσῃ: quod etiam scriptum erat in secundo codice: sed præstat legere ζήσεται, ne sit τautologia, Marci breuitati parum conueniens. Deniq; ex Matth. 9. c. 18. apparet hanc esse germanam lectionem. 25 Quæ erat, οὖσα. Erasmus, quę fuerat. Ego ueterem interpretationē restitui, quia de eo tempore hæc narrātur quo nondum eo morbo laborare desierat. In fluxione, ἐν ῥύσει. Sic Cic. 3. & 4. Tusc. sanos opponit ijs qui sunt in morbo: id est, qui morbo aliquo tenentur. ῥύσις autē uerti fluxionē, Plinii sequutus lib. 20. cap. 14. Erasmus, obnoxia profluuio sanguinis: quæ interpretatio præterquā quòd à Græcis discedit, etiā uidetur non satis indicare perpetuum fuisse morbū, & significationi uerborū multū detrahit. Ab annis duodecim, ἐτῶν δώδεκα. Vide Matt. 9. c. 18. 29 Senfit, ἔγνω. Ad uerbum, cognouit: sed illud magis proprium est hoc loco. Verbū autem γινώσκειν non minus latè patet quàm αἰσθάνεσθαι. Ab eo flagello, ἀπὸ τῆς μάστιγος. Sic rectè conuertit Erasmus expresso articulo. Quid autem flagelli appellatione intelligatur, suprà diximus cap. 3. b. 10. Vulgata, à plaga: id est, ἀπὸ τῆς πληγῆς. Complutensis editio addit αὐτῆς, suæ. 30 Apud se, ἐν ἑαυτῷ. Erasmus, in semetipso. quod obscurum est, & (ni fallor) parum Latinum. Quæ ex se exierat, τὴν ἐξ αὐτοῦ ἐξελθοῦσαν. Erasmus, ex sese prodijsse: non expresso articulo, ut planè mirer ab eo reprehensum esse hoc loco ueterē interpretem. 31 Opprimentē, συνθλίβοντα. Vide suprā cap. 3. b. 9. 33 Accidit ei *ad pedes*, προσέπεσεν αὐτῷ. Vulgata, procidit ante eum, ἔμπροσθεν ἐμπροσθεν αὐτοῦ. Erasmus, accidit ei. Vide suprā 3. b. 11. Omnem ueritatem, πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν: id est, rem totam ita ut gesta erat: quo modo etiam uulgò dicimus, *toute la uerite*. Erasmus testatur se legisse, πᾶσαν τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ, totam causam suam: & in nonnullis etiam exemplaribus additum fuisse ἔμπροσθεν πάντων, coram omnibus.

abi in pace, & esto sana à flagello tuo.

Adhuc eo loquente ueniunt *quidam* à principe synagogæ, dicētes: Filia tua mortua est: quid amplius uexas magistrum?

Iesus autem statim ut audijt hunc sermonem qui dicebatur, dicit principi synagogæ: Ne metuas, solummodo crede.

Neque permisit ut quisquam se consequeretur nisi Petrus & Iacobus, & Ioannes frater Iacobi. *Fides.*

Tunc uenit in domum principis synagogæ, & tumultum spectat, flentes & eiulantes multùm.

Et ingressus dicit eis: Quid tumultuamini & fletis? puella non est mortua, sed dormit. *Dormire.*

Et deridebant eum: ipse uerò eiectis omnibus, accipit patrem & matrem puellæ, & eos qui secum erant, & ingreditur ubi puella erat iacens.

Prehensaq; manu puellę, dicit ei, Talitha cumi, quod est, si interpreteris, Puella (tibi dico) surge.

Et statim surrexit puella, & ambulabat: erat enim annorum duodecim. & perculsi sunt perculsione magna.

Et imperauit eis multùm, ne ullus id cognosceret: dixitq; ut daretur illi quo uesceretur.

ὕπαγε εἰς εἰρήνην· καὶ ἴσθι ὑγιὴς ἀπὸ τῆς μάστιγός σου. A

35 ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἔρχονται ἀπὸ τοῦ ἀρχισυναγώγου, λέγοντες· ὅτι ἡ θυγάτηρ σου ἀπέθανε, τί ἔτι σκύλλεις τὸν διδάσκαλον;

36 ὁ δὲ Ἰησοῦς εὐθέως ἀκούσας τὸν λόγον λαλούμενον, λέγει τῷ ἀρχισυναγώγῳ· μὴ φοβοῦ, μόνον πίστευε.

37 καὶ οὐκ ἀφῆκεν οὐδένα αὐτῷ συνακολουθῆσαι, εἰ μὴ τὸν Πέτρον καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν Ἰακώβου.

38 καὶ ἔρχεται εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἀρχισυναγώγου, καὶ θεωρεῖ θόρυβον, κλαίοντας καὶ ἀλαλάζοντας πολλά.

39 καὶ εἰσελθὼν λέγει αὐτοῖς· τί θορυβεῖσθε καὶ κλαίετε; τὸ παιδίον οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ καθεύδει.

40 καὶ κατεγέλων αὐτοῦ· ὁ δὲ ἐκβαλὼν ἅπαντας, παραλαμβάνει τὸν πατέρα τοῦ παιδίου, καὶ τὴν μητέρα, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ, καὶ εἰσπορεύεται ὅπου ἦν τὸ παιδίον κατακείμενον.

41 καὶ κρατήσας τῆς χειρὸς τοῦ παιδίου, λέγει αὐτῇ· ταλιθὰ κοῦμι, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, τὸ κο- B
ράσιον (σοὶ λέγω) ἔγειραι.

42 καὶ εὐθέως ἀνέστη τὸ κοράσιον, καὶ περιεπάτει· ἦν γὰρ ἐτῶν δώδεκα. καὶ ἐξέστησαν ἐκστάσει μεγάλῃ.

43 Καὶ διεστείλατο αὐτοῖς πολλὰ, ἵνα μηδεὶς γνῷ τοῦτο, καὶ εἶπε δοθῆναι αὐτῇ φαγεῖν.

CAP. VI.

ET egressus est illinc, uenitq; in patriã suam: & sequuti sunt eum discipuli sui.

Prædicans Christus in patria sua non suscipitur. Matth. 13. g. 54. Luc. 4. c. 16.

Quumq; aduenisset sabbathum, cœpit in synagoga docere: multiq; audientes percellebãtur, dicentes: Vnde huic ista? & quæ est hæc sapientia quæ data est ei, quòd etiam uirtutes tales per manus eius fiunt?

ΚΕΦ. ϛ'.

1 Καὶ ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν, καὶ ἦλθεν εἰς τὴν πατρίδα αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθοῦσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

2 καὶ γενομένου σαββάτου, ἤρξατο ἐν τῇ συναγωγῇ διδάσκειν. καὶ πολλοὶ ἀκούοντες, ἐξεπλήσσοντο, λέγοντες· πόθεν τούτῳ ταῦτα; καὶ τίς ἡ σοφία ἡ δοθεῖσα αὐτῷ, ὅτι καὶ δυνάμεις τοιαῦται διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ γίνονται;

34 In pace, *εἰς εἰρήνην*, pro *ἐν εἰρήνῃ*: quo modo etiam scriptum erat in uetusto quodam exemplari: id est, *σὺν εἰρήνῃ*, cum pace. Sicut Hebræi dicunt לבר לשלום, 1. Samuelis 1. c. 17. pro eo quod Latini dicunt, quod tibi bene uertat.

35 A principe synagogæ, *ἀπὸ τοῦ ἀρχισυναγώγου*: id est, ab ædibus principis synagogæ. nã Iairus ipse cum Iesu erat. Quod dicendi genus non satis intellectum, obiecit nonnullis errorẽ qui pro Ab archisynagogo, legunt Ad archisynagogum, ut eruditè admonet Erasmus: cui tamen in eo non assentior, quòd præcisum hunc sermonem esse putat, quum ad uerbum sic loquatur Terentius in Hecyra, Sed quid Bacchidẽ à nostro affine exeuntem uideo? id est, ab affinis domo. Idem Phorm. Quæ hæc est anus exanimata, à fratre quæ egressa est meo? id est, à domo fratris, ut C
Donatus explicat. 40 Eos qui secum erant, *τοὺς μετ' αὐτοῦ*. Vulgata & Erasmus, qui erant cum illo: scilicet cũ patre. Ego uerò hoc dictum accipio de tribus discipulis, quos certè minimè introduxerat ut postea ejiceret. positũ est igitur *αὐτοῦ*, pro *ἰδιωτῶν*. Εἰ, ubi, *ἔστι*. Vulgata ad uerbũ, ubi: quod Latinis durius est, nisi exprimas antecedens *ἐκεῖ*. Itaq; Erasmum sum in eo sequutus. Erat iacens, *ἐκεῖ ἀνακείμενον*: id est, iacebat, compositum pro simplici. Nam alioqui significat recumbere & discumbere, ut alibi diximus: & *κείμενον* scriptũ erat in uetustis exemplarib. duob.

41 Ei, *αὐτῇ*. In uetusto quodam codice legimus, *αὐτῷ*, idq; (ni fallor) rectius: certè magis accommodatè ad regulas Grammatices, quum præcesserit *παιδίον*. quãuis sic etiã interdum loqui soleant Attici. ut Thucyd. *ὃ νῦν δὴ πρῶτον ἤρξατο γενέσθαι τῶν ἀθλωτῶν, συνήμεσαν μὲν πρότερον πολλαχόθεν ἐγκατασκῆψαι*. quasi in priore mẽbro pro *νῦν* præcedat *νέον*.

43 Multùm, *πολλὰ*. Vulgata & Erasmus, uehementer: id est, *δεινῶς*, uel *σφόδρα*.

IN CAPVT VI.

2 Quumq; aduenisset, *καὶ γενομένου*. Vulgata ad uerbum, Et facto sabbatho. Sed *γίνεσθαι* accipitur hoc loco pro aduenire, ut in illa dicendi formula quę sæpe occurrit, *ἐξίστατο γενομένου*. quãuis etiã accipi cõmodè posit *γενομένου*, pro *ὄντος*, & *γενομένῳ*, pro *ἐντῷ*, uel *παρόντῳ*: id est, quũ adesset, ut interpretatur Erasmus. Mihi tamen uidetur altera significatio, hoc quidem loco magis propria, quũ ita accipiatur *τὸ γίνεσθαι*, Ioan. 6. b. 20. 21. Sic etiam Herodotus in Clio (exemplo tamen non prorsus simili) *ἐπὰν δὲ ἐπ' αὐτὸν ἐστρατεύετο Κῦρος καὶ ἐς τὸν Βαβυλῶνα, ἐγίνετο ὥσπερ γὼν ἐς μεταιχμίην*: id est, quum Cyrus Babylonem contendens, ad Gyndem fluuium peruenisset. Sic etiam non absimili dicẽdi genere legimus Exo. 10. d. 13. תברקר היה. id est, manè fuit. Percellebantur, *ἐξεπλήσσοντο*: id est, obstupefiebant. In secundo codice & apud Veterem interpretẽ additur, *ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ*: id est, super doctrina eius. Ista? *ταῦτα*: Vulgata addit, omnia? *πάντα*:

Hæc sapientia, *ἡ σοφία*. Vulgata & Erasmus, prætermittunt articulum, qui tamen mihi uidetur omnino fuisse exprimendus, quum ponatur *ἔργα τοιαῦτα*. Quòd etiam uirtutes tales per manus eius fiunt? *ἢ τοιαῦτα δυνάμεις γίνονται διὰ τῶν χειρῶν*

A τῶν χειρῶν αὐτοῦ γίνονται: Vulgata uertit, Et uirtutes tales quæ per manus eius efficiuntur: ut subaudiatur τίνες εἰσί, perinde ac si tertia hæc sit interrogatio, atq; ita scriptum, καὶ δυνάμεις τοιαῦται αἱ διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ γινόμεναι: quod etiam scriptum erat in uno uetere exemplari, quanquam melius fortasse conueniet hæc lectio, si pro τοιαῦται, legas τοῦται, id est istæ. Erasmus autem ita legit ut nos, sublata tantùm particula ὅτι, quæ tamen omnino uidetur necessaria. Complectitur enim hoc membrum rationem superioris admirationis, neque post αὐτοῦ, proximè præcedens scribenda est interrogationis nota, sed simplex distinctio, sicut etiam scriptum habent omnia tum uetera manuscripta, tum impressa exemplaria quæ uidimus. alioqui non uideo quo modo cum præcedentibus ista cohærere possint. Ergo ut redeam ad nostram interpretationem, ὅτι particula hoc loco accipitur sicut etiam suprà capite primo c.27. & quarto d.41. Δυνάμεις autem hic uocantur mirifica illa Christi facta, quæ diuinam ipsius uirtutem ac potestatem declarabant: sicut admonuimus Matthæi capite 27.c.22. Superest ut admoneam, in uetustis exemplaribus tertio & septimo legi ἵνα καὶ: id est, ut etiam. & γίνονται: id est, fiant, quæ propius accedunt ad Latinam loquendi rationem. Posita enim erit coniunctio ἵνα, pro ὥστε.

οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τέκτων, ὁ υἱὸς Μαρίας, ἀδελφὸς δὲ Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆ καὶ Ἰούδα καὶ Σίμωνος; καὶ οὐκ εἰσὶν αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ ὧδε πρὸς ἡμᾶς; καὶ ἐσκανδαλίζοντο ἐν αὐτῷ.

3 Nónne iſte eſt faber ille qui filius eſt Mariæ, frater Iacobi & Ioſe & Iudæ & Simonis? nónne & ſorores eius hic ſunt apud nos? Et offendebantur in ipſo.

Fabri filius & Mariæ. Scandalizari.

ἔλεγε δὲ αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· ὅτι οὐκ ἔστι προφήτης ἄτιμος, εἰ μὴ ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς συγγενέσι, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ.

4 Dicebat aũt eis Ieſus: Non eſt Propheta inhonoratus, niſi in patria ſua, & inter cognatos, & in domo ſua.

Propheta. Ioan.4.f.44.

καὶ οὐκ ἠδύνατο ἐκεῖ δύναμιν οὐδεμίαν ποιῆσαι, εἰ μὴ ὀλίγοις ἀρρώστοις ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας, ἐθεράπευσε.

5 Neque potuit illic uirtutem ullam facere: niſi quòd quum paucis infirmis impoſuiſſet manus, ſanauit eos.

B

καὶ ἐθαύμαζε διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν. καὶ περιῆγε τὰς κώμας κύκλῳ διδάσκων.

6 Mirabaturq; propter incredulitatem eorum: & circuibat uicos in orbem, docens.

Incredulitas Nazarænorum. Matth.9.d.33. Luc.13.c.22.

καὶ προσκαλεῖται τοὺς δώδεκα, καὶ ἤρξατο αὐτοὺς ἀποστέλλειν δύο δύο, καὶ ἐδίδου αὐτοῖς ἐξουσίαν τῶν πνευμάτων τῶν ἀκαθάρτων.

7 Tunc aduocauit duodecim illos, cœpitq; eos mittere binos, deditq; eis authoritatem in ſpiritus impuros.

Mittuntur Apoſtoli. Supra 3.b.14. Matth.10.a.1. Luc.9.a.1.

καὶ παρήγγειλεν αὐτοῖς, ἵνα μηδὲν αἴρωσιν εἰς ὁδόν, εἰ μὴ ῥάβδον μόνον· μὴ πήραν, μὴ ἄρτον, μὴ εἰς τὴν ζώνην χαλκόν·

8 Et denunciauit eis, ut nihil tollerent ad iter, niſi uirgam tantùm: non peram, non panem, nõ in zona æs:

Virga.

1 Faber ille qui filius est, ὁ τέκτων ὁ υἱὸς. Erasmus, legit in nonnullis codicibus, ὁ τοῦ τέκτονος υἱὸς καὶ μαρίας, filius ille fabri illius & Mariæ. Sed omnia uetusta Stephani exemplaria in priore lectione consentiebant, quam forte codicum consensum, Iustinus antiquissimus scriptor, diserte testatur fabrum fuisse lignarium, & aratra ac iuga cæteraq; eiusmodi fabricasse. Ioſe, ἰωσῆ. Vulgata, Ioſeph. Nonnulla Græca exemplaria ἰωσητος, Ioſetis. Sorores eius, αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ. In quinto exemplari additur, πᾶσαι, omnes. More autem Iudæorum agnati & cognati, fratres & ſorores dicebantur. Apud nos, πρὸς ἡμᾶς: id est, παρ' ἡμῖν, sicut Ioan.1.a.1. πρὸς τὸν θεόν, apud Deum, & 1.Corinth.16.b.6. Vulgata & Erasmus, nobiscum: id est, μεθ' ἡμῶν. 4 Inhonoratus, ἄτιμος. Vel expers honoris, sicut ἄτιμος expers rationis. Videtur tamen hoc loco eum significare, cui tantum abest ut iustus honos tribuatur, ut etiam afficiatur contumelia. Vulgata uertit, sine honore: & Erasmus, contemptus: id est, καταφρονητός. Inter cognatos, ἐν τοῖς συγγενέσι. Ad uerbum, in cognatis, ut In positum sit pro Inter. Vetus interpres, in cognatione sua: id est, ἐν τῇ συγγενείᾳ αὐτοῦ, permutato etiam ordine, qui restituendus uidetur, quum ita ut nos uertimus habeant omnia tum manuscripta, tum impressa exemplaria, & in hac etiam enumeratione uideatur Euangelista ordinem sequi à natura institutum, quem pulchrè describit Aristoteles initio primi libri De republica. Itaque οἰκίαν non conuerti familiam, sed domum, ne bis idem inculcare uideatur. Puto enim domum hoc loco minus latè patère quàm συγγένειαν, id est, gentem ac familiam totam: quum alioquin sæpe his omnibus uocabulis idem declaretur. 5 Neque potuit, καὶ οὐκ ἠδύνατο: id est, Noluit. Sic contrà scribit Corinthus, περὶ διακρίσεως, ἀκρίνειν καὶ τὸ θέλειν αὐτὸ τοῦ δύνασθαι, ὅτι ὁ πλάτων, τὰ χαίρειν ἑκὼν μὲ' ἡδονῆς ἀδύνατον. Itaque Hieronymus dialogo aduersus Pelagianos secundo, hunc locum manifestè torquet, quum ex eo colligit à comparatis, humanæ naturæ imbecillitatem in regeneratis. Sed tamen notandum est hoc dicendi genus, quo significatur homines incredulos & ingratos quasi Deo manus uincire, ne ipsis opem ferat. Nisi quòd, ὡ μὴ. Subaudiri uidetur necessariò particula ἵνα, quam rectè expressit Erasmus. Simile dicendi genus extat apud Lucam 7.b.9. Sic quoque Homerus Iliad. σ'. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἴθυ' ἐπεὶ πρότερόν περ ἐμεῖο. Et Cicero ad Quintum fratrem: Non prætermittam ne illud quidem, M. Furium Flaccum Mercuriales de collegio eiecerint. Sanauit eos, ἐθεράπευσεν. Relatiuum suppleui: quam eclipsin ut uitaret uetus interpres, conuertit, paucos infirmos impositis manibus curauit: perinde ac si scriptum sit, ὀλίγους ἐπιθέντες ἐθεράπευσεν: quo modo etiam legi potest eadem manente sententia. Sed quum nulla ratio me cogeret à Græcis discedere, malui uertere κατὰ πάλαι.

6 In orbem, κύκλῳ. Vel, ut Vulgata, in circuitu. Erasmus, undique circumiacentes: id est, τὰς ἐν κύκλῳ πάντοθεν κειμένας. Ego uerò malui, ἐν κύκλῳ referre ad uerbum περιῆγε, quum articulum non habeat adiunctum, quàm ad κώμας. 7 Duodecim illos, τοὺς δώδεκα. In quinto codice additum erat, μαθητὰς αὐτοῦ, discipulos suos. Expressimus autem articulum, ut planior esset sententia. Binos, δύο δύο. Ad uerbum, duos duos. Nam Hebræi distributiuis carent. Vide infrà uersu trigesimonono. In spiritus, τῶν πνευμάτων. Vulgata ad uerbum, spirituum. Sed omnino uidetur subaudienda propositio κατὰ, ut diximus Matthæi 10.a.1. & 12.c.31.

8 Vt nihil, ἵνα μηδὲν. Vt Vulgata & Erasmus, ne quid: id est, μήτι. Ad iter, εἰς ὁδόν. Vulgata, in uia, ὡ ὁδῷ. Vide Matthæi 10.a.10.

Act.12.b.8. Et *ut* calcearentur ſandalijs: & ne induerẽtur binis tunicis. 9 ἀλλ' ὑποδεδεμένους σανδάλια· καὶ μὴ ἐνδύσησθε δύο χιτῶνας. A

Et dicebat eis: Vbicunq; introieritis in domũ, illic manete uſq; dum exeatis illinc. 10 καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς. ὅπου ἐὰν εἰσέλθητε εἰς οἰκίαν, ἐκεῖ μένετε ἕως ἂν ἐξέλθητε ἐκεῖθεν.

Pulueris excuſſio. Matth.10.b.14. Luc.9.a.5. Act.13.g.51. & 18.b.6. Et quicunq; non receperint uos, neq; audierint uos, egreſsi illinc, excutite puluerem qui eſt ſub pedibus ueſtris, in teſtimonium illis. amen dico uobis, tolerabilius erit Sodomis aut Gomorrhis in die iudicij, quàm urbi illi. 11 καὶ ὅσοι ἂν μὴ δέξωνται ὑμᾶς, μηδὲ ἀκούσωσιν ὑμῶν, ἐκπορευόμενοι ἐκεῖθεν, ἐκτινάξατε τὸν χοῦν τὸν ὑποκάτω τῶν ποδῶν ὑμῶν, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀνεκτότερον ἔσται σοδόμοις καὶ γομόρροις ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ.

Pœnitentia. 12 καὶ ἐξελθόντες ἐκήρυσσον ἵνα μετανοήσωσι·

Oleum. Iac.5.c.14. 13 καὶ δαιμόνια πολλὰ ἐξέβαλλον, καὶ ἤλειφον ἐλαίῳ πολλοὺς ἀρρώστους, καὶ ἐθεράπευον.

Iudicium Herodis de Chriſto. Matth.14.a.1. Luc.9.a.7. Et audiuit rex Herodes (celebre enim factũ erat nomen eius) dixitq; Ioannes ille qui baptizabat, ſurrexit à mortuis, & propterea uirtutes agunt in eo. 14 καὶ ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς Ἡρῴδης (φανερὸν γὰρ ἐγένετο τὸ ὄνομα αὐτοῦ) καὶ ἔλεγεν, ὅτι Ἰωάννης ὁ βαπτίζων ἐκ νεκρῶν ἠγέρθη, καὶ διὰ τοῦτο ἐνεργοῦσιν αἱ δυνάμεις ἐν αὐτῷ.

Alij dicebant: Elias eſt. Alij uerò dicebant, Propheta eſt, uel unus ex prophetis illis. 15 ἄλλοι ἔλεγον, ὅτι Ἠλίας ἐστίν. ἄλλοι δὲ ἔλεγον, ὅτι προφήτης ὡς εἷς τῶν προφητῶν.

Luc.3.d.19. Quum igitur hæc audiſſet Herodes, ait: Iſte eſt Ioannes quem ego decollaui: ipſe ſur- 16 ἀκούσας δὲ ὁ Ἡρῴδης, εἶπεν, ὅτι ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην, οὗτος ἠγέρθη· B

9 Calcearentur, ὑποδεδεμένους. Ad uerbũ, calceatos eſſe. Nã ſubauditur ὄντας, ut ſit periphraſis pro ὑποδεδεμένους: un de dicta ſunt, ὑποδήματα, quaſi ſubligacula dicas, quòd ſolerent loris & uinculis accõmodari. de quib. Virg. lib. 8. Et Tyrrhena pedũ circundat uincula plantis. Quod autẽ uidetur Marcus à Matthæo diſſentire, facilè explicari poteſt. Neq; enim ſimpliciter prohibet Dominus apoſtolis apud Matthæũ ne ſint calceati, nõ magis quàm ut ſint ueſtiti, ſed nõ uult ullis ſarcinis onerari, inter quas numerat perã, ueſtes, calceos, uirgas, & cętera eiuſmodi, ut in Matthæo diximus. Sandalijs, σανδάλιοις. Vocabulum Græcũ, quod Terentius ipſe uſurpauit, nos quoq; poſt alios interpretes non inuiti retinuimus. Teſtantur autẽ Græci authores ita uocari muliebre calceamentũ. Sed tum ex hoc loco, tum etiã ex Act. 12. b. 8. apparet Euangeliſtas inter ὑποδήματα & σανδάλια, nullũ poſuiſſe diſcrimen, ut rectè obſeruauit Eraſmus. Et ne induerentur, μὴ ἐνδύσησθε. In codicib. uetuſtis ſexto & octauo legebatur eodem ſenſu, ἐνδεδύσθαι, id eſt indutos eſſe. Nonnulli uerò legunt, καὶ μὴ ἐνδύσασθε, & ne induamini: quod durius uidetur. Quanquã apud Hebræos frequentes ſunt eiuſmodi perſonarũ mutationes. 10 Vbicunq;, ἐὰν: id eſt, quocũq; loco conſtiteritis. Ponitur enim τὸ ἀσυνήθως εἰς οἰκίαν, pro ἐν καταλύσει, id eſt diuertere, & hoſpitium ſibi deligere: quum alioquin, εἰς οἰκίαν, uideatur redundare. Simile dicendi genus occurrit infrà cap. 7. c. 24. Illinc, ἐκεῖθεν: id eſt, ex eo loco. Verat enim hoſpitium mutare in iſta ueluti peruolitatione. Nonnulli referunt non ad ἐὰν, ſed ad εἰσέλθητε, ſenſu prorſus inepto.

11 Et quicunq;, καὶ ὅσοι. Antapodoton ex uulgi ſermone petitũ. Nam ſi ita loquaris, Quicunq; non crediderit, condemnabitur: tum demum plena & iuſta eſt oratio. Sic Virgilius: Quicquid erit, ſuperanda omnis fortuna ferẽdo eſt. Amen, ἀμὴν. Hæc periodus in omnib. exemplarib. Græcis legitur, exceptis tantùm ſecundo & octauo. In Vulgata tamen uerſione prætermittitur: certè totidem uerbis in Matthæo ſcripta eſt. 11 Itaque *illi* egreſsi, καὶ ἐξελθόντες. Vulgata ad uerbum, Et exeuntes. Eraſmus Et egreſsi. Ego uerò exiſtimo, καὶ hoc loco & alijs multis pro δὲ uſurpari: quã enallagen ſæpe iam diximus inde ortam eſſe, quòd ו Hebręorũ uarias habeat ſignificationes.

13 Vngebantq;, καὶ ἤλειφον. Fuit igitur oleum ſymbolum mirificæ iſtius uirtutis, non autẽ medicamentum quo morbos curarent. Iam uerò quum temporaria hæc dona iampridẽ ceſſarint, quorſum hæc ceremonia retineatur?

14 Herodes, Ἡρῴδης. Sextum exemplar habebat, πλὴν ἀκοὴν ἤκουσε: id eſt auditionem, ſiue rumorem qui de Ieſu ferebatur: quod niſi addas, non modò manca fuerit conſtructio, ſed etiã hęc pertinere uidebuntur ad prodigia illa per Apoſtolos edita, quorum proximè meminit: quum potius ad Chriſtum ipſum pertineant, ut declarant ſequentia. C

Celebre, φανερὸν. Eraſmus, innotuerat: id eſt, ἐγνωρίσθη. Vulgata, manifeſtum. quo modo etiam ſolemus interpretari, ſed hic habenda fuit Latinæ linguæ ratio. Factum erat, ἐγένετο. Vel, erat: quũ γίγνεσθαι & εἶναι ſæpe permutẽtur.

Ille qui baptizabat, ὁ βαπτίζων. In quarto codice legitur eodem ſenſu, ὁ βαπτιστὴς, baptiſta: id eſt, baptizator. Solent enim (ut ſæpe diximus) Hebręi participia uſurpare loco nominũ quæ Verbalia uocamus: & uetus interpres ita legit.

Virtutes agunt in eo, ἐνεργοῦσιν αἱ δυνάμεις ἐν αὐτῷ. Sic Eraſmus uertit, in eo tantùm diſſentiens à uetere interprete, quòd maluit agendi uerbo uti, quàm operandi. Vocat autem Marcus, δυνάμεις, hoc loco, non (ut paulo antè) facta illa Chriſti mirifica & uim omnem humanam ſuperantia. ſed ipſam potius uim & facultatem illa efficiendi. Quòd ſi pro factis ipſis accipere libeat, uidetur etiam hic locus commodè ſic poſſe paſsiuo uerbo explicari, Efficiuntur iſtę uirtutes ab eo. Nam uerbum ἐνεργοῦσιν, pro ἐνεργοῦνται, accipi paſsiua ſignificatione poteſt, ut ἀσπᾶν, pro ἀσπάζεσθαι: apud Xenophontem: & τίνας ἀπεκηρυκεύσατε, pro ἀπεκηρυκεύσασθε, apud Herodotum: ἐν αὐτῷ uerò, pro ὑπ' αὐτοῦ uel ἀπ' αὐτοῦ intelligi poteſt, quum ב apud Hebræos (cui reſpondet præpoſitio Græca ἐν) omne cauſarum genus declaret.

15 Vel unus ex prophetis illis, ἢ ὡς εἷς τῶν προφητῶν. Hic locus uarias recipit interpretationes. Sic enim Vulgata, quaſi unus ex prophetis, omiſſa particula ἢ, quæ etiã in ſex uetuſtis exẽplaribus non legitur. ut ſit hic ſenſus, quoſdam habuiſſe Ieſum pro propheta, eoq; minimè uulgari: ſed qui cum excellẽtiſsimo quouis ueterũ illorũ conferri iure potuerit. Eraſmus autem conuertit, uel tanquam unus ex prophetis. ut ſit hæc ſententia: Alios dixiſſe Eliã eſſe, alios prophetam in genere, alios neq; pro Ioanne, neq; pro Elia habuiſſe: ſed admiratos ipſius facta, cunctabũdos pronunciaſſe ipſum uideri poſſe aliquẽ ex ueterib. illis prophetis qui reſurrexiſſet. Vt autem dicã quod ſentio. ego malo ὅτι pro ἔτι poſitũ eſſe. & ita quidem, ut ſit παρίλημμα, ſicut τὸ ἔτι, in ſuperioribus membris. diſiunctiuã autem exiſtimo eſſe neceſſariã, ut quadruplex fuerit opinio: una Herodis, qui exiſtimabat Ioannẽ eſſe: altera, eorum qui pro Elia habebãt: tertia, eorũ qui prophetam eſſe arbitrabãtur: quarta demum eorum qui unũ ex ueterib. illis prophetis, quicũq; tandem is eſſet. 16 Iſte eſt Ioannes quem ego decollaui, οὗτος ἐστὶν Ἰωάννης ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα· οὗτος ἐγήγερται.

Ad uer-

A Ad uerbum, quem ego decollaui Ioannem, iste est: Græca constructione, sicut dixit Quintilianus, Ne quos porrexerim cibos, uenena fiant. Vetus interpres, Quem ego decollaui Ioannem, hic à mortuis resurrexit. Nam non legit ὃν ἐγὼ ἔθηκα, & pro ἀπὸ νεκρῶν ἠγέρθη, legit ὅτι ἠγέρθη, sicut etiam in uno uetusto exemplari scriptum erat. Erasmus, Cui ego præcidi caput, Ioānes iste est: id est, ᾧ ἐγὼ ἀπέταμον τὴν κεφαλὴν, οὗτος ἔστιν. Cæterùm illud ἀκούσας δέ, interpretatus sum, Quum igitur audisset, potius quàm, Quum audisset autem, cum Erasmo: uel, Quo audito, cum uetere interprete: quia existimo hęc esse dicta per epanalepsin. Apparet enim Euāgelistam, ex his Herodis uerbis, describendæ mortis Ioannis occasionem quæsiuisse.

ἠγέρθη ἀπὸ νεκρῶν.

17 αὐτὸς γὰρ ὁ Ἡρῴδης ἀποστείλας ἐκράτησε τὸν Ἰωάννην, καὶ ἔδησεν αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ, διὰ Ἡρῳδιάδα τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ὅτι αὐτὴν ἐγάμησεν.

18 ἔλεγε γὰρ ὁ Ἰωάννης τῷ Ἡρῴδῃ, ὅτι οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ σου.

19 ἡ δὲ Ἡρῳδιὰς ἐνεῖχεν αὐτῷ, καὶ ἤθελεν αὐτὸν ἀποκτεῖναι, καὶ οὐκ ἠδύνατο.

20 ὁ γὰρ Ἡρῴδης ἐφοβεῖτο τὸν Ἰωάννην, εἰδὼς αὐτὸν ἄνδρα δίκαιον καὶ ἅγιον, καὶ συνετήρει αὐτόν, καὶ ἀκούσας αὐτοῦ, πολλὰ ἐποίει, καὶ ἡδέως αὐτοῦ ἤκουε.

B 21 καὶ γενομένης ἡμέρας εὐκαίρου, ὅτε Ἡρῴδης τοῖς γενεσίοις αὐτοῦ δεῖπνον ἐποίει τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ καὶ τοῖς χιλιάρχοις καὶ τοῖς πρώτοις τῆς Γαλιλαίας,

22 καὶ εἰσελθούσης τῆς θυγατρὸς αὐτῆς Ἡρῳδιάδος, καὶ ὀρχησαμένης, καὶ ἀρεσάσης τῷ Ἡρῴδῃ καὶ τοῖς συνανακειμένοις, εἶπεν ὁ βασιλεὺς τῷ κορασίῳ· αἴτησόν με ὃ ἐὰν θέλῃς, καὶ δώσω σοί.

23 καὶ ὤμοσεν αὐτῇ, ὅτι ὃ ἐάν με αἰτήσῃς, δώσω σοι, ἕως ἡμίσους τῆς βασιλείας μου.

24 ἡ δὲ ἐξελθοῦσα εἶπε τῇ μητρὶ αὐτῆς· τί αἰτήσωμαι; ἡ δὲ εἶπε, τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ Βαπτίστου.

25 καὶ εἰσελθοῦσα εὐθὺς μετὰ σπουδῆς πρὸς τὸν βασιλέα, ᾐτήσατο λέγουσα· θέλω ἵνα μοι δῷς ἐξ αὐτοῦ ὧδε ἐν πίνακι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ Βαπτίστου.

rexit à mortuis.

17 Ipse enim Herodes missis satellitibus prehẽderat Ioannem, & uinxerat eum in carcere, propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam uxorem.

18 Dicebat enim Iohannes Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. *Ioannes quere conjectus in carcerem. Leuit. 18. b. 16.*

19 Herodias autem imminebat ei, cupiebatq; trucidare eum, nec poterat. *Herodias.*

20 Herodes enim metuebat Ioannem, sciens eũ esse uirum iustum ac sanctũ, & obseruabat eum: auditoq; eo multa faciebat, & cum uoluptate eum audiebat. *Herodes metuit Ioannem.*

21 Quum igitur dies opportunus adesset, quo tempore Herodes in natalitijs suis cœnam faciebat proceribus suis, ac chiliarchis, & primis Galilææ:

22 Et introisset filia ipsius Herodiadis, ac saltasset, placuissetq; Herodi ac simul discũbentibus, Rex ait puellæ: Pete à me quodcunq; uolueris, & dabo tibi. *Saltare.*

23 Iurauitq; ei: Quodcunq; à me petieris, dabo tibi, usq; ad dimidium regni mei.

24 At illa egressa, dixit matri suæ: Quid petam? Illa uerò dixit, Caput Ioannis Baptistæ.

25 Itaq; ingressa statim studiosè ad Regem, petiuit dicens: Cupio ut iam nunc des mihi in patina caput Iohannis Baptistæ. *Caput Ioannis amputatum datur saltatrici.*

17 Ipse enim Herodes, αὐτὸς γὰρ Ἡρῴδης. In quodam exemplari scriptum erat, ἐγὼ Ἡρῴδης, Herodes enim: idq; fortasis rectius. 19 Imminebat ei, ἐνεῖχεν αὐτῷ. Vulgata & Erasmus, insidiabatur illi: id est, ἐνεδρεύοντες αὐτόν. Ego uerò nusquam memini legere ἐνέχειν pro insidiari. Interpretatur Hesychius ἐφεδρεύειν: sed aliquid etiam amplius uidetur significare, nempe summã offensionem, quæ facit ut omnes captemus occasiones quibus cuipiam noceamus: quod Latini translaticiè declarant uerbo imminere. Itaq; melius (opinor) explicat Eustathius Odyss. γ. κατὰ τὸν ἐνέχειν, ut hic noster loquitur infrà 11. d. 25. & Ioannes Apoc. 2. a. 4. d. 14. g. 20. sed addito casu Galli (ut opinor) hoc exprimunt, quum dicunt, *en auoir à quelcun.* 20 Auditoq; eo, καὶ ἀκούσας αὐτοῦ. In septimo codice legitur, καὶ ἀκούων αὐτοῦ, & eum audiens. Multa faciebat, πολλὰ ἠπόρει. In octauo codice legitur, πολλὰ ἀπόρει: id est, multum hæsitabat: ut qui animo esset anciptiti & dubio, ut planè nesciret quò se uerteret. Hæc enim est uis uerbi Dei, ut conscientias excitet, neq; sinat reprobos torpere, quin saltem exagitent eos anxiæ cogitationes, donec in barathrum desperationis præcipitentur. prior tamen lectio magis est recepta. Cum uoluptate, ἡδέως. Vulgata & Erasmus, libenter: id est, ἀσμένως. Mirum est, tyrannum libenter audijsse sententiam Domini in se latam. Sed ea est, uis ueritatis, ut qui illam pessimè oderunt, tamen reuereantur: & non dubium est quin aliquos bonos motus habuerit Herodes, sed cadebat semen in saxosa loca, itaq; radices non egit. 21 Proceribus, τοῖς μεγιστᾶσιν. Vulgata, principibus. Erasmus, primatibus: quod non memini apud idoneos authores legere. Nonnulli, magnates uocant, uocabulo (ut ego equidem existimo) parum Latino. Apparet autem in Oriente megistanas appellatos qui à Latinis proceres uocantur, quasi maximates dicas. Itaq; non modò Suetonius, de Persarum rege loquens, Græcum uocabulum retinuit (ut obseruauit Erasmus) sed etiam Cornelius Tacitus de Armenijs agens. Primis, τοῖς πρώτοις. Sic quoq; uetus interpres conuertit. Erasmus autem primoribus dicere maluit: quum illud uocabulum hac significatione magis Latinum sit, & Græco optimè respondeat. 22 Filia ipsius Herodiadis, ἡ θυγάτηρ τῆς Ἡρῳδιάδος. In octauo exemplari scriptum erat αὐτῆς: quam lectionẽ si sequaris, conuertes hoc modo, filia eius [scilicet Herodis] Herodias. Sed apparet ex Matthæo Herodiadẽ esse matris ipsius nomen, quam etiam testãtur omnes ueteres non ex Herode Antipa, sed ex marito Philippo hanc filiam sustulisse. Eius autem filiæ nomen Euangelistæ quidem non exprimunt, sed Iosephus Salomen uocat: in eo dissentiens à nostris, id est à ueritate, quòd Herodiadem dicit non Philippo, sed Herodi secundo nuptam fuisse, quum eam Herodes iste cognominatus Antipas abduceret à marito. 25 Studiosè, μετὰ σπουδῆς, siue cupidè. Ad uerbum, cum studio. σπουδὴ Græcis studium, id est (ut Cicero interpretatur) assidua & uehemens ad aliquam rem magna cum uoluntate applicatio. Vulgata, statim: id est, αὐθωρί. Erasmus. confestim. Cupio, θέλω. Vulgata & Erasmus, Volo: quod Latinis uidetur imperiosum. Vide suprà Matthæi 5. g. 42. & infrà capite 10. e. 35. ubi hunc Hebraismum annotauimus. Iam nunc, ἐξ αὐτοῦ. Ad uerbum, ex hac, scilicet hora. subauditur enim ὥρας. Vulgata & Erasmus, protinus: quod aduerbium est uariæ significationis,

nis, ideoq; à nobis repudiatum. Deerant autem hæc duo uocabula in uetustis exemplaribus secundo & quarto, & A sanè raro occurrunt. Vsurpantur tamen etiam à Paulo Philip. 2. c. 23.

Rex autem ualde tristis factus. propter iusiurandum, eosq; qui simul accumbebant, noluit eam reijcere.

26 καὶ περίλυπος γενόμενος ὁ βασιλεύς, διὰ τοὺς ὅρκους καὶ τοὺς συνανακειμένους, οὐκ ἠθέλησεν αὐτὴν ἀθετῆσαι.

Et statim rex misso speculatore, iniunxit ut afferretur caput eius: ille uerò abijt, ac decollauit eum in carcere:

27 καὶ εὐθέως ἀπεστάλας ὁ βασιλεὺς σπεκουλάτορα, ἐπέταξεν ἐνεχθῆναι τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. ὁ δὲ ἀπελθὼν ἀπεκεφάλισεν αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ·

Attulitq; caput eius in patina, & dedit illud puellæ, & puella dedit illud matri suæ.

28 καὶ ἤνεγκεν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐπὶ πίνακι, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν τῷ κορασίῳ, καὶ τὸ κοράσιον ἔδωκεν αὐτὴν τῇ μητρὶ αὐτῆς.

Sepelitur Iohannes.

Quũq; hoc audissent discipuli eius, uenerunt, & sustulerunt cadauer eius, posueruntq; ipsum in monumento.

29 καὶ ἀκούσαντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἦλθον, καὶ ἦραν τὸ πτῶμα αὐτοῦ, καὶ ἔθηκαν αὐτὸ ἐν τῷ μνημείῳ.

Apostoli reuersi à prædicatione. Luc. 9. b. 10.

Tunc coguntur apostoli ad Iesum, & annunciauerunt ei omnia, & quæ egerant, & quæ docuerant.

30 καὶ συνάγονται οἱ ἀπόστολοι πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἀπήγγειλαν αὐτῷ πάντα ὅσα ἐποίησαν, καὶ ὅσα ἐδίδαξαν.

Et ait eis: Venite uos ipsi priuatim in desertũ locum, & requiescite paululum. Erant enim qui uenirent & abirent multi: & ne ad uescendum quidem opportunum tempus habebant.

31 καὶ εἶπεν αὐτοῖς· δεῦτε ὑμεῖς αὐτοὶ κατ' ἰδίαν εἰς ἔρημον τόπον, καὶ ἀναπαύσασθε ὀλίγον. ἦσαν γὰρ οἱ ἐρχόμενοι καὶ οἱ ὑπάγοντες πολλοί, καὶ οὐδὲ φαγεῖν εὐκαίρουν. B

Matth. 14. b. 13. Luc. 9. b. 10.

Abierunt igitur in desertum locum nauigio seorsim.

32 καὶ ἀπῆλθον εἰς ἔρημον τόπον τῷ πλοίῳ κατ' ἰδίαν.

Sed uidit eos abeuntes turba, & agnouerunt eum multi: & pedibus ex omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, præueneruntq; eos, & conuenerunt ad eum.

33 καὶ εἶδον αὐτοὺς ὑπάγοντες οἱ ὄχλοι, καὶ ἐπέγνωσαν αὐτὸν πολλοί, καὶ πεζῇ ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων συνέδραμον ἐκεῖ, καὶ προῆλθον αὐτούς, καὶ συνῆλθον πρὸς αὐτόν.

Docet turbas in deserto. Matth. 9. d. 36. & 14. b. 14. Luc. 9. b. 11.

Tunc egressus uidit turbam multam Iesus, & misericordia commotus est super eis: quia erant ut oues non habentes pastorem: & cœpit eos docere multa.

34 καὶ ἐξελθὼν εἶδεν ὁ Ἰησοῦς πολὺν ὄχλον, καὶ ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτοῖς, ὅτι ἦσαν ὡς πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα. καὶ ἤρξατο διδάσκειν αὐτοὺς πολλά.

Matth. 14. b. 15.

Quum autem iam multus dies esset, adierũt

35 καὶ ἤδη ὥρας πολλῆς γενομένης, προσελθόν-

26 Valde tristis factus, περίλυπος γενόμενος. Vulgata, contristatus est: id est, ἀνιαθείς. Erasmus, dolore affectus. Neuter satis expressit uim præpositionis περὶ. de qua diximus suprà Matth. 26. d. 38. Propter, διὰ. Hoc refertur ad sequens uerbum ἀθετῆσαι, non autem ad præcedentia: & post βασιλεὺς, in secundo exemplari additum erat, τὸ ὄκνος, ut audiuit. Reijcere, ἀθετῆσαι. Vulgata, contristare: id est, λυπῆσαι. Hoc uocabulum proprie rei inanimatæ tribuitur: & opponitur τῷ τιθέναι, id est ponere & statuere. Nam ἀθετῶν νόμον, declarat legem irritam facere, & quasi deponere. Inde factum, ut pro ἐναβάζω & ἀπαφρονῶ accipiatur: id est, reijcere & contemnere. 27 Et statim, καὶ εὐθέως. In secundo codice legitur, ἀλλ' εὐθέως. Sed statim. Vetus quoq; interpres legit ἀλλὰ: sed prætermisit, ὁ βασιλεὺς, tanquã minimè necessarium. Speculatore, σπεκουλάτορα. Vox Latina corrupta, e in i mutato, sicut pleraq; alia passim reperiuntur, de quibus diximus Matth. 5. d. 26. ut κοδράντης, in quo uocabulo eadem fit uocalium permutatio. Erant autem speculatores, principum satellites, sic dicti à gerendis speculis: quorum mentionem facit Cornelius Tacitus. Vnde Speculatoria caliga apud Suetonium in Caligula, sicut Bayfius rectè emendauit. Iniunxit, ἐπέταξεν. Vulgata & Erasmus, iussit: id est, εἰπεῖν τινι: quo modo etiam in nonnullis impressis codicibus legitur, eodem sensu. Vt afferretur, ἐνεχθῆναι. Erasmus inferri: quòd accumberet scilicet, quasi iusserit Herodes caput mensæ inferri, tanquam ferculum aliquod: quod factum esse, ne suspicari quidem possumus ex ijs quæ hoc loco referuntur. Vetus autem interpres pro ἐνεχθῆναι legit ἵνα δίσκῳ, uel ἵνανε, in disco: quum id hoc loco non reperiatur in Græcis codicibus. C

29 Cadauer, πτῶμα. Vulgata, corpus: id est, σῶμα. sicut apud Matthæum scribitur 14. b. 12. nullo quidem discrimine, si Grãmaticis credimus, qui σῶμα proprie dici uolunt τὸ ἀψυχόν. Sed nimirũ hoc ferre non possunt aures quorundam, ne cadauera uideantur adorare. 30 Tunc coguntur, καὶ συνάγονται. Vulgata, & conuenientes: καὶ συναχθέντες. 31 Venite uos ipsi priuatim, δεῦτε ὑμεῖς αὐτοὶ κατ' ἰδίαν. In secundo codice legitur, δεῦτε ὑπάγωμεν, Venite eamus. Vulgata omisit, ὑμεῖς αὐτοί. Erasmus interpretatur, uos soli: hoc est, dimissis cæteris. Positum enim est (inquit) αὐτοῖς pro soli, quemadmodum ἰδιώτην esse dicitur, qui solus est absque arbitris. Et ne ad uescendum, &c. καὶ οὐδὲ φαγεῖν εὐκαίρουν. Vulgata, & nec spacium manducandi habebant: quum in hoc genere dicendi μηδὲ idem ualeat quod nequidem: & εὐκαιρῶν aliquid amplius significet quàm spacium habere uel uacare. quo posteriore utitur Erasmus. In secundo autem codice legebatur, οὐδὲ φαγεῖν εὐκαίρως εἶχον: id est, & ne uesci quidem opportunè poterant. 32 Abierunt igitur, καὶ ἀπῆλθον. Erasmus legit ἀπῆλθε, abijt, singulari numero. 33 Turba, οἱ ὄχλοι. Hoc non legit uetus interpres, neque etiam in ueteribus codicibus reperimus. Agnouerunt eum, ἐπέγνωσαν αὐτόν. In tertio, sexto, octauo & nono exemplaribus scriptum erat αὐτοὺς, eos: quod uidetur legisse uetus interpres, quia noluit repetere tanquam superuacuum. Pedibus, πεζῇ. Vulgata, pedestres: id est, πεζοὶ, sicut etiam legimus in uetustis duobus exemplaribus. Erasmus, pedestri itinere, ut subaudias ὁδῷ. Vide Matth. 14. b. 13. Et conuenerunt ad eum, καὶ συνῆλθον πρὸς αὐτόν. In secũdo codice, pro πρὸς αὐτὸν, scriptum erat αὐτὸ, id est eo. Vetus autem interpres totũ hoc membrũ non legit. Complutenses uerò pro συνῆλθον impresserũt ἦλθον, uenerunt. 35 Quum autẽ iam multus dies esset, καὶ ἤδη ὥρας πολλῆς γενομένης. Vulgata ad uerbũ, Et quũ iam hora multa fieret: quæ uersio est obscu-

A est obscura & parùm Latina. Dicunt enim Latini multum diem, non multam horam. Cicero Attico: Multus sermo ad multum diem. Item Cæsar: Multo die cognouit à suis montem teneri. Itaq; miror Erasmum sic maluisse interpretari, Et quum iam multum diei præteriisset: id est, καὶ ἤδη πολλῆς ὥρας, uel ἡμέρας, discubuere.

καὶ λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγουσιν, ὅτι ἔρημός ἐστιν ὁ τόπος, καὶ ἤδη ὥρα πολλή·

eum discipuli eius, dicentes: Desertus est locus, & iam multus dies est:

Panibus quinq; & duobus piscibus saturãtur 5000 homines.

ἀπόλυσον αὐτούς, ἵνα ἀπελθόντες εἰς τοὺς κύκλῳ ἀγροὺς καὶ κώμας, ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς ἄρτους· τί γὰρ φάγωσιν, οὐκ ἔχουσιν.

36 Dimitte eos, ut quum abierint in circumiacẽtes agros ac uicos, emant sibi panes: nam quòd uescantur non habent.

ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν. καὶ λέγουσιν αὐτῷ· ἀπελθόντες ἀγοράσωμεν δηναρίων διακοσίων ἄρτους, & δώσομεν αὐτοῖς φαγεῖν;

37 At ille respondens, ait eis: Date uos ipsis quo uescantur. Tunc dicunt ei: *Num ut* profecti emamus ducentis denarijs panes, & demus eis quo uescantur?

ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς· πόσους ἄρτους ἔχετε; ὑπάγετε καὶ ἴδετε. καὶ γνόντες, λέγουσι· πέντε, καὶ δύο ἰχθύας.

38 At ille dicit eis: Quot panes habetis? abite & uidete. Et quum cognouissent, dicũt: Quinque, & duos pisces.

Matth. 14. b. 17. Luc. 9. b. 13. Ioan. 6. a. 9.

καὶ ἐπέταξεν αὐτοῖς ἀνακλῖναι πάντας συμπόσια συμπόσια ἐπὶ τῷ χλωρῷ χόρτῳ.

39 Tunc iniunxit eis ut discũbere facerent omnes, sigillatim per cõuiuia super uiridi gramine.

καὶ ἀνέπεσον πρασιαὶ πρασιαί, ἀνὰ ἑκατὸν καὶ ἀνὰ πεντηκοντα.

40 Discubuerũt igitur sigillatim per areolas *partim* centeni, & *partim* quinquageni.

B καὶ λαβὼν τοὺς πέντε ἄρτους καὶ τοὺς δύο ἰχθύας, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εὐλόγησε, καὶ κατέκλασε τοὺς ἄρτους, & ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἵνα παραθῶσιν αὐτοῖς· καὶ τοὺς δύο ἰχθύας ἐμέρισε πᾶσι.

41 Et acceptis quinque illis panibus, ac duobus illis piscibus, suspiciens in cœlum, benedixit, ac fregit panes: deditq; discipulis suis, ut apponerent illis: & duos pisces partitus est omnibus.

Gratiarũ actio.

καὶ ἔφαγον πάντες, καὶ ἐχορτάσθησαν.

42 Comederuntq; omnes, & saturati sunt.

Iam multus dies est, ἤδη ὥρα πολλή. Vulgata, hora præterijt: id est, ὥρα παρῆλθεν. ut loquitur Matth. 14. b. 15. Erasmus, multum temporis effluxit: quæ Græcis non respondent. Quoddam exemplar pro ἤδη scriptum habebat articulum fœmininum ἡ. 36 Circumiacentes agros, τοὺς κύκλῳ ἀγροὺς. κύκλῳ hic uidetur quodammodo degenerare in aduerbium, paulo aliter tamen quàm suprà hoc eodem capite uersu 6, ubi uertimus, in orbem, quia scilicet articulum non habebat adiunctum, ut illic animaduerti. hic autem uidetur ecliptica esse oratio, quam sic explere possis, τοὺς ἐν κύκλῳ κειμένους: id est, περιχώρους. Vulgata uertit, proximas: id est, τοὺς ἐγγύτατα, quod etiam scriptum erat in secundo exemplari. ἀγροὺς uerò cõuerti agros potius quàm uillas: id est, ἀγρικίας. de quo diximus aliquid Matt. 22. a. 5.

Emant sibi panes: nam quo uescantur non habent, ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς ἄρτους· τί γὰρ φάγωσιν, οὐκ ἔχουσιν. *ni* positum uidetur pro ὅτι. Vetus interpres, emant sibi cibos quos manducent. *Num ut* profecti emamus, ἀπελθόντες ἀγοράσωμεν. Quamuis in nonnullis codicibus hæc periodus legatur absq; nota interrogante, tamen quum hæc à discipulis dicantur non inter sese deliberantibus, sed alloquẽtibus Dominũ, existimo cum interrogationis aut admirationis potius nota legi oportere. Est enim interrogatio, sed cũ admiratione, atq; adeò cum ironia quadam cõiuncta: quo dicendi genere utimur etiam quũ indignãtes aliquid negamus nos facturos, ut supplere necesse sit quippiam, sicut hoc loco fecimus. Quòd si ἀγοράσωμεν legas, & paulo pòst λάβωμεν sicut etiam in duobus uetustis codicibus scriptũ erat, subaudienda tãtùm erit particula interrogans quæ sæpe prætermittitur, adiuuante pronunciationem accentu: & ita conuertemus, Num abeũtes ememus panes ducentis denarijs, & dabimus eis ad uescendum? quæ lectio mihi quidem simplicissima uidetur.

C 39 Vt discumbere facerent, ἀνακλῖναι. Hoc uerbum quum propriè neutrum sit, hic degenerat in formam coniugationis hiphil. In editione uerò Basilienſi legitur ἀνακλιθῆναι passiua significatione. quasi dicas, reclinari. Sigillatim per conuiuia, συμπόσια συμπόσια. Vulgata, secundum contubernia. Erasmus, distributis conuiuijs. Neuter satis commodè, ni fallor. Hebræi, pro distributiuis, quibus carent, uti solent uocabulis geminatis, ueluti si binos intelligant, dicant δύο δύο, ut suprà 6. a. 7. id est ut uernaculo sermone dicimus, *deux a deux*. Græci uerò adhibent in eum usum præpositionem κατά. Itaq; conuerti perinde ac si scriptũ esset κατὰ συμπόσια, & paulo pòst πρασιαὶ πρασιαί, id est κατὰ πρασιὰς· συμπόσια autem, id est conuiuia uocat, quę uulgò uocamus *tablees*: id est, numerum hominum quantum potest una mensa capere. Necesse enim fuit tantam multitudinem in uarias tanquam turmas conuiuarũ distribui. Hoc uidit Erasmus, sed obscurè admodum explicauit. Super, ἐπὶ. Erasmus, in. Sed illa certè interpretatio melius conuenit, & propria est huic præpositioni, quoties tertio casui iungitur. Itaque Vulgatam uersionem retinui.

40 Sigillatim per areolas, πρασιαὶ πρασιαί. Vel uno uocabulo, areolatim. Dicuntur enim πρασιαὶ hortorũ areolæ. Distributis igitur turmis conuiuarum super uiridi gramine, uideri poterant prata in totidem ueluti areolas distincta. Vulgata, per partes: id est, κατὰ μέρη. Erasmus, diuisi in uiridaria: id est, μετὰ λειμώνων. *Partim* centeni, & *partim* quinquageni, ἀνὰ ἑκατὸν, καὶ ἀνὰ πεντήκοντα. De ἀνὰ præpositione diximus Matt. 20. a. 9. Vulgata, per cẽtenos & quinquagenos. Erasmus, centeni & quinquageni: quæ utraq; uersio sic posset intelligi, quasi singulæ conuiuarũ caterũ centum quinquaginta conuiuas fuerint complexæ. Itaq; ut eam amphiboliam uitarem, quæ non est in Græco sermone, addidi particulam partim. Quamuis autem in ea re parum esse momẽti quibusdam uideri possit, nemini tamen hæc diligentia displicere debet. 41 Benedixit, εὐλόγησε: id est, gratias egit Deo patri, & nomen eius inuocauit: etiamsi ex Luca τὸν πατέρα commodè repeti potest ἀπὸ τοῦ ἑξῆς, ut dicemus Luc. 9. b. 16. Hoc autem placuit admonere, quia multi uerbum benedicendi, quoties occurrit, nimis cupidè fine iudicio arripiunt, ut trãsferant in alienũ sensum: præsertim superstitiosi, qui pro suo more imaginantur signum crucis in aerẽ sparsum: quod quidem non minus hic est absurdum, quàm si quis eum dicat istis panibus egisse gratias. Nam εὐλογεῖν hoc loco idem ualere quod εὐχαριστεῖν, nemo dubitabit qui hunc uersiculum comparauerit cum capitis octaui uersiculo sexto.

44 Qui

Et sustulerunt fragmentorum duodecim cophinos plenos: & de piscibus.

43 καὶ ἦραν κλασμάτων δώδεκα κοφίνους πλήρεις, καὶ ἀπὸ τῶν ἰχθύων.

Erāt autem qui comederant quasi quinquies mille uiri.

44 ἦσαν δὲ οἱ φαγόντες τοὺς ἄρτους, ὡσεὶ πεντακισχίλιοι ἄνδρες.

Et statim coegit discipulos suos inscendere nauigium, & præire Bethsaidam, in ulteriorem ripam, dum ipse dimitteret turbam.

45 καὶ εὐθέως ἠνάγκασε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον, καὶ προάγειν εἰς τὸ πέραν πρὸς Βηθσαϊδάν, ἕως αὐτὸς ἀπολύσῃ τὸν ὄχλον.

Et quum amandasset eos, abijt in montem ad orandum.

46 καὶ ἀποταξάμενος αὐτοῖς, ἀπῆλθεν εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι.

Quum autem serum diei adesset, erat nauigiū in medio mari, & ipse solus in terra.

47 καὶ ὀψίας γενομένης, ἦν τὸ πλοῖον ἐν μέσῳ τῆς θαλάσσης, καὶ αὐτὸς μόνος ἐπὶ τῆς γῆς.

Apostolis contrarius uentus in mari. Matth.14.c.23. Ioan.6.b.16.

Viditque eos uexatos in prouehendo (erat enim uentus contrarius eis) & circa quartam uigiliam noctis uenit ad eos, ambulans super mare: uolebátque præterire eos.

48 καὶ ἰδὼν αὐτοὺς βασανιζομένους ἐν τῷ ἐλαύνειν. (ἦν γὰρ ὁ ἄνεμος ἐναντίος αὐτοῖς.) καὶ περὶ τετάρτην φυλακὴν τῆς νυκτὸς ἔρχεται πρὸς αὐτοὺς, περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης, καὶ ἤθελε παρελθεῖν αὐτούς.

Phantasma.

Illi uerò uiso eo ambulante super mare, putauerunt spectrum esse: & exclamauerunt.

49 οἱ δὲ ἰδόντες αὐτὸν περιπατοῦντα ἐπὶ τῆς θαλάσσης, ἔδοξαν φάντασμα εἶναι, καὶ ἀνέκραξαν.

Omnes enim uidebant eum, & turbati sunt. sed statim loquutus est cum eis, dixitq; eis: Cōfidite, ego sum, ne timeatis.

50 πάντες γὰρ αὐτὸν εἶδον, καὶ ἐταράχθησαν. καὶ εὐθέως ἐλάλησε μετ' αὐτῶν, καὶ λέγει αὐτοῖς· θαρσεῖτε, ἐγώ εἰμι, μὴ φοβεῖσθε.

Fides.

Tunc ascendit ad eos in nauigium, quieuitq; uentus: & ualde ex abundanti apud sese percellebantur, & mirabantur.

51 καὶ ἀνέβη πρὸς αὐτοὺς εἰς τὸ πλοῖον, καὶ ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος. καὶ λίαν ἐκ περισσοῦ ἐν ἑαυτοῖς ἐξίσταντο καὶ ἐθαύμαζον.

Non enim intellexerant quod factum fuerat in illis panibus: nam cor eorum occalluerat.

52 οὐ γὰρ συνῆκαν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις· ἦν γὰρ ἡ καρδία αὐτῶν πεπωρωμένη.

Et quum traiecissent, uenerunt in terram Genezareth, & appulerunt.

53 Καὶ διαπεράσαντες ἦλθον ἐπὶ τὴν γῆν Γεννησαρέτ, καὶ προσωρμίσθησαν.

Sanantur infirmi tactu uestimēti Christi. Matth.14.d.34.

Tunc ipsis egressis è nauigio, statim agnito eo,

54 καὶ ἐξελθόντων αὐτῶν ἐκ τοῦ πλοίου, εὐθέως ἐπιγνόντες αὐτὸν,

44 Qui comederant, οἱ φαγόντες. Complutensis addit, τοὺς ἄρτους, panes illos. Quasi, ὡσεὶ, id est ferè. Terentius: Quasi ad talenta decem coegi. Vetus interpres hanc particulam non legit, neque etiam uetusti codices adscriptam habebant. 46 Et quum amandasset eos, καὶ ἀποταξάμενος αὐτοῖς: uel, Et quum ualedixisset eis. Nam hoc idem uerbum etiam significat ualedicere: id est, ijs à quibus discedimus, uel qui à nobis discedūt, beneprecari: quo modo usurpatur Luc.9.g.61. Act.18.e.21. & 2.Corinth.2.d.13. Vulgata & Erasmus, quum dimisisset: id est, ἀποστείλας, uel potius ἀποταξάμενος. Eos, αὐτοῦς. Discipulos scilicet. Nam quamuis ad turbam etiam referri posse uideatur, tamen uerisimile est de discipulis intelligendum, quos iusserat traijcere: quum subducere se potius à turba soleat, quàm palàm illi ualedicere. 48 In prouehendo, ἐν τῷ ἐλαύνειν, subaudi τὸ πλοῖον, nauigio. Est enim τὸ ἐλαύνειν nautarum, qui remis prouehunt nauem: & non nisi metaphoricè ad equites & aurigas transfertur. Verbo autem Prouehendi utitur etiam absolutè Plinius libro 21. cap. 13. In Hispania, inquit, mulis prouehunt. simili de causa loquens de nauibus, quibus imposita alueatia prouehuntur. Vulgata & Erasmus, in remigando: id est, ἐν τῷ ἐρέσσειν, uel κωπηλατεῖν. Et circa quartam uigiliam, καὶ περὶ τετάρτην φυλακὴν, Erasmus pro καὶ uertit, at, quod non uidetur huic loco satis conuenire. Certè in uetusto quodam exemplari, initio huius uersiculi, pro καὶ ἤλαυν scriptum erat, καὶ ἐλαύνων, neque hoc loco repetita erat copula: quæ lectio non est repudianda. 51 Et ualde ex abundanti, καὶ λίαν ἐκ περισσοῦ. Vulgata, & plus magis: id est, καὶ μᾶλλον μᾶλλον. quod est barbarè & obscurè dictum. Erasmus, & uehementer supra modum: id est, καὶ σφόδρα ὑπερβολῇ. Cæterùm λίαν idem ualet quod παύν: ἐκ περισσοῦ uerò, Quintilianum authorem sequuti, uertimus ex abundanti, pro quo etiam uulgò dicimus d'abondant: id est, multo magis, uel multo amplius. quasi dicat Euangelista, tantum abfuisse ut quum cognouissent spectrum non esse, desierint obstupescere, ut etiam multo magis quàm antea sint perculsi, quum uiderent uentos ac mare ipsius imperio acquieuisse. Et mirabantur, καὶ ἐθαύμαζον. Hæc deerant in uetusto uno codice: & sanè uideri possunt adiectitia. quod etiam suspicatus est Erasmus. 52 Non enim intellexerant quod factum fuerat in illis panibus: οὐ γὰρ συνῆκαν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις. id est, miraculum illud quinq; panum uel non perceperant, uel non satis considerauerant, adeò ut ista Christi uirtus illis non minus esset noua, quàm si miraculo illi recēs facto non interfuissent. Vulgata & Erasmus, Non enim intellexerant de panibus: id est, περὶ τῶν ἄρτων. Ego malui aliquid supplere. Nā alioqui noua est ista constructio uerbi συνίημι. Itaque sic uidentur etiam Græca explenda, οὐ γὰρ συνῆκαν τὸ προχθὲν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις. Quòd si non placet hæc eclipsis, accipies τὸ συνίημι αὐτὶ τοῦ προσέχειν τὸν νοῦν, & ita cōuertes, Non enim animum aduerterant ad panes illos: id est, ad miraculum illud quinque panum. Nam occalluerat, ὡς γὰρ πεπωρωμένη. Vulgata & Erasmus, erat enim obcæcatum: id est, ὡς γὰρ πεπηρωμένη. Suprà autem cap.3.a.5. docui πώρωσιν aliud esse quam πήρωσιν. Idem ergo declarat πεπῶδθαι quod σκληρύνθαι, unde σκληροκαρδία. Cæterùm in tribus uetustis codicibus pro ὡς γὰρ, scriptum erat, ἀλλ' ὡς πεπωρωμένη, id est, sed occalluerat. 53 Appulerunt, προσωρμίσθησαν. Vulgata, applicuerunt: quod uerbum latius patet quàm προσορμίζεσθαι: id est, ἐλλιμενίζειν. Quamobrem etiam Erasmus uertit, applicuerunt in portum. Ego uerò malui uerbo appellendi uti, quod & ipsum propriè dicitur, quum ex pelago aut freto quis πρὸς ἰόντι, id est ad litus accesserit, ut ait idoneus author Donatus.

55 Quum

A περιβραμόντες ὅλην τὴν περίχωρον ἐκείνην, ἤρξαντο ἐπὶ τοῖς κραββάτοις τοὺς κακῶς ἐχοντας περιφέρειν, ὅπου ἤκουον ὅτι ἐκεῖ ἐστι.

Quum percurrissent totam circumiacentẽ regionem illã, cœperũt in grabbatis malè affectos circumferre, ubi audiebant quòd esset illic.

56 καὶ ὅπου ἂν εἰσεπορεύετο εἰς κώμας, ἢ πόλεις, ἢ ἀγρούς, ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἐτίθουν τοὺς ἀσθενοῦντας, καὶ παρεκάλουν αὐτὸν ἵνα κἂν τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ ἅψωνται· καὶ ὅσοι ἂν ἥπτοντο αὐτοῦ, διεσώζοντο.

56 Et quócũq; introisset in uicos, aut urbes, aut agros, in foris ponebãt eos qui inualidi erãt: & precabãtur eum, ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent: & quotquot tangebant eum, seruabãtur.

ΚΕΦΑΛ. ζ'. CAP. VII.

Καὶ συνάγονται πρὸς αὐτὸν οἱ φαρισαῖοι, καί τινες τῶν γραμματέων ἐλθόντες ἀπὸ Ἱεροσολύμων. 1

Tunc coguntur ad eum Pharisæi, & quidam ex scribis, qui uenerant Hierosolymis.

Manibus illotis comedentes Apostoli reprehenduntur. Matth. 15. a. 2

καὶ ἰδόντες τινὰς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ κοιναῖς χερσί, τοῦτ' ἔστιν ἀνίπτοις, ἐσθίοντας ἄρτους, ἐμέμψαντο. 2

Et quum uidissent quosdam ex discipulis eius pollutis manibus (id est illotis) edere panes, questi sunt.

οἱ γὰρ φαρισαῖοι καὶ πάντες οἱ Ἰουδαῖοι, ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας, οὐκ ἐσθίουσι, κρατοῦντες τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων. 3

Nam Pharisæi & omnes Iudæi, nisi certatim lauerint manus, non edunt, tenentes traditionem maiorum.

καὶ ἀπ' ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ 4

Doctrina hominum de lotionibus.

Et à foro uenientes, nisi loti fuerint, non

55 Quum percurrissent, περιδραμόντες. In nono codice additum erat, οἱ αὐθαρτοῦ τόπου: id est eius loci homines. quod apud Matthæum etiam habetur: & sanè si addatur, mollior erit iunctura duorum participiorum, ὠδιγοῦντες & περιδραμόντες: alioqui cogemur supplere cõiunctionẽ, quam expressit etiã Eras. nisi potius περιδράμωμεν legas: id est, percurrerunt: sicut in uno uetusto codice scriptum erat. & paulo pòst, καὶ ἤρξαντο, addita scilicet copula Vbi audiebant quòd esset illic, ὅπου ἤκουον ὅτι ἐκεῖ ἐστι. Erasmus, quum audissent eum illic esse. Putauit enim ὅπου esse aduerbium temporis, sicut apud Latinos interdum, ubi pro postquam accipitur: quasi hoc sit ad eos referendum, qui quum Iesum agnouissent, statim cæteris nunciarint illum adesse. illi uerò quum hæc audissent, ægrotos ad eum adduxerint. Sed τὸ περιφέρειν, ostendit istos huc & illuc discursasse, eò nimirum ubi Iesum esse intelligebant, qui regionẽ illam peragrabat. Deinde quod paucis dixerat Marcus, sequenti uersiculo pluribus explicatur: ut minimè dubium sit, quin Vetus interpretatio retinenda sit. Nam aduerbium ἵνα ex idiotismo Hebræorum redundat, & in uno etiam uetusto exemplari scriptum non erat. 56 In foris, ἐν ταῖς ἀγοραῖς. Vul. in plateis: id est, ἐν πλατείαις, sicut in secundo exemplari legitur. Quanquam (ut annotat Erasmus) paruum in eo sit discrimen, quum platea, uia latior, pro foro esse possit. Tãgebant eum, ἅπτοντο αὐτοῦ, uel, tangebant eam, scilicet fimbriam. potest enim uel ad ἱματίου referri, uel ad ipsum Christum. Nam de ea quæ uestimentum illius tetigerat, dicit Dominus: Quis me tetigit?

IN CAPVT VII.

1 Tunc coguntur, συνάγονται. Vul. & Eras. Et conueniunt: id est, συνέρχονται. quum plerunq; τὸ συνάγεσθαι uertant congregari. Particulam autẽ καὶ expressi (ut alibi sæpe) per aduerbium tẽporis. Nam præterquã quòd ea significatio melius uidetur cõuenire, Matt. quoq; cap. 15. a. 1. scriptum habet, τότε προσέρχονται. 2 Pollutis, κοιναῖς. Vul. eo Pharisæi illotis manibus cibum capi nolebãt, quòd illas cõmuni rerum attrectatione pollui existimarẽt. Vide Matth. 15. b. 11. Edere panes, ἐσθίοντας ἄρτους. Apud Græcos sæpe participia pro infinitis uerborũ modis ponuntur. Edere autẽ panẽ, Hebræorũ idiotismo, idem ualet quod cibum capere, ut alibi diximus. Questi sunt, ἐμέμψαντο. Vul. uituperauerunt. Eras. incusabant, siue accusarunt. quas omnes significationes admittit uerbũ Græcum μέμφεσθαι: quia scilicet eos de quibus cõquerimur, uituperare, accusare, reprehẽdere solemus. Ego eã significationem sum amplexus, quæ huius uerbi propria est, ni fallor: præsertim quoties absolutè ponit, quã etiã Eras. annotauit.

3 Certatim, πυγμῇ. Quasi pugillatim dicas, ut translatione à pugilibus sumpta, summũ lauãdi studium ac uelut certamẽ significẽt, quod uernaculo sermone dicimus, *qui mieulx à mieulx*. Ergo sicut ἀ στηθὸ tertius casus, στηθὶ aduerbialiter accipitur: sic etiã πυγμῇ deriuari puto à πυγμή, quod nõ modò decurtatã cubiti mensurã, sed ipsam quoq; pugilationẽ, id est pugilũ certamen declarat. Vul. & Eras. uerterunt, crebrò: ut meritò suspiceẽ Erasmus ueterem interpretẽ legisse non πυγμῇ, sed πυκνῇ. Verùm præterquã quòd hæc lectio nullius ueteris codicis authoritate fulcit, & hoc aduerbium nõ minus est inusitatũ quàm πυγμῇ (potius enim dicimus πυκνὰ, uel πυκνῶς) uereor ut ipsa etiam sententia aliã interpretationẽ postulet. Alioqui existimandũ erit Pharisæos quoties cibũ caperent, crebrò & repetitis uicibus manus abluisse, quũ uerisimile sit potius, quoties ad mẽsam accederẽt, una fuisse ablutione cõtentos. Theophyl. autẽ interpretatur ἄγρι τοῦ ἀγκῶνος, id est ad cubitũ usq; quasi cubitaliter dicas. Sed πυγμὴ neq; πῆχυς declarat, id est cubitũ, nisi pro mensura, eaq; decurtata accipias: quãuis aliter scribat Eras. neq; ἀγκὼν, id est ipsam lacerti iunctura, ubi os exterius eminet, quod nõnulli uolũt ab Hippocrate ὠλένιον uocari. Deinde huius ritus ac consuetudinis nulla (quod sciã) apud alios scriptores fit mentio, ut hęc Theophylacti interpretatio ne uerisimilis quidẽ mihi uideatur. Ea uerò expositio quam attuli, quãuis nullius authoritate nitatur, mihi simplicissima est uisa: quòd si quis meliorem attulerit, ego de mea libenter sum decessurus. Tenentes, κρατοῦντες: id studiosè ac pro uiribus obseruantes, quod etiam obtinendi uerbo significatur. ut in illo Terentij, Antiquum obtines. Est autem quædam emphasis τὸ κρατεῖν, hoc loco. quam optimè uidetur Cicero his uerbis explicare pro Flacco: O morẽ, inquit, præclarũ, disciplinãq; quã à maiorib. accepimus, si quidẽ teneremus: sed nescio quo pacto iam de manibus elabit. Declarat enim hoc uerbo uis quędã, quæ à Græcis κράτος uocatur. Ideo interdũ significat ui capere, quod uno uerbo dicimus prehẽdere: interdũ uerò coercere: interdũ etiã totis uiribus retinere, ut hoc loco. 4 A foro uenientes, ἀπ' ἀγορᾶς. In 2. exẽplari additũ reperimus, ἐὰν ἔλθωσι, quod in quibusdã Veteris editionis exẽplaribus est expressum. Loti fuerint, βαπτίσωνται. Vul. baptizentur. quod meritò mutauit Eras. quũ de solẽni illa ablutione non agatur, cui (ut antè dixi) lõga iã cõsuetudine Gẽtium omniũ dicata & cõsecrata est Baptismi appellatio. Plus aũt est βαπτίζεσθαι q̃ χέρνιπτεσθαι, quod illud uideat de corpore uniuerso, istud de manib. dũtaxat intelligendũ. Neq; uerò τὸ βαπτίζεσθαι significat lauare, nisi à consequenti. Nã proprié declarat tingẽdi causa immergere. Ideo etiã trãslatitiè accipitur pro μεθύσκεσθαι apud Plat. in sym. Sicut Latinis q ebrius est, madidus interdũ uocat: cui opponit siccus, id est sobrius.

m Non edunt

non edunt: & alia multa sunt quæ acceperunt tenenda, nempe lotiones poculorum, & sextariorum, & æramentorum, & lectorum.

Deinde interrogant eum Pharisæi & scribæ: Quare discipuli tui non ambulant secundum traditionem Seniorum, sed illotis manibus edũt panem?

Hypocritæ. Esa. 29. d. 13

Ille uerò respondens, dixit eis: Enimuerò bene prophetauit Esaias de uobis hypocritis, ut scriptum est: Populus iste labijs me honorat, cor autem eorum procul abest à me.

Præcepta hominum præceptis Dei præferẽtes Iudæi.

Frustrà uerò me colunt, docentes doctrinas, quæ sunt mandata hominum.

Nam omisso mandato Dei, tenetis traditionem hominum, lotiones sextariorum & poculorum: aliaque assimilia eiusmodi facitis multa.

Dicebat etiam eis: Sanè bene irritũ facitis mandatum Dei, ut traditionem uestram seruetis.

Parentes. Exod. 20. b. 12 Deut. 5. b. 16 Ephes. 6. a. 2 Exod. 21. c. 17 Leuit. 20. b. 9 Prou. 20. a. 20

Moses enim dixit, Honora patrem tuum & matrem tuam: &, Qui maledixerit patri uel matri, morte moriatur.

ἐσθίουσι· καὶ ἄλλα πολλά ἐστιν ἃ παρέλαβον κρατεῖν, βαπτισμοὺς ποτηρίων καὶ ξεστῶν, καὶ χαλκίων, καὶ κλινῶν. A

ἐπειτα ἐπερωτῶσιν αὐτὸν οἱ φαρισαῖοι καὶ οἱ γραμματεῖς· διατί οἱ μαθηταί σου οὐ περιπατοῦσι κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων, ἀλλὰ ἀνίπτοις χερσὶν ἐσθίουσι τὸν ἄρτον;

ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· ὅτι καλῶς προεφήτευσεν Ἡσαΐας περὶ ὑμῶν τῶν ὑποκριτῶν, ὡς γέγραπται· οὗτος ὁ λαὸς τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ.

μάτην δὲ σέβονταί με, διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων.

ἀφέντες γὰρ τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ, κρατεῖτε τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων, βαπτισμοὺς ξεστῶν καὶ ποτηρίων· καὶ ἄλλα παρόμοια τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε.

Καλῶς ἀθετεῖτε τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ, ἵνα τὴν παράδοσιν ὑμῶν τηρήσητε.

μωσῆς γὰρ εἶπε, τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου· καί, ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω. B

Non edunt, οὐκ ἐσθίουσι. Vulgata superiore uersiculo uertit non mãducant: hoc autem loco, nõ comedũt. Erasmus qui hanc Veteris interpretis inconstantiam reprehendit, priore loco interpretatur, capiunt cibum: posteriore, non comedunt. Ego uerò iam antè admonui, pro φαγῶν, nos uesci dicere, pro ἐδῶν, edere: nisi quum Latinę linguę ratio nos cogit ista permutare. Acceperũt tenenda, παρέλαβον κρατεῖν. Quid propriè declaret, τὸ παραλαμβάνειν, admonet hoc loco Erasmus, & nos exposuimus Matth. 1. d. 20. Vulgata, Quæ tradita sunt illis seruare. Erasmus, Quę susceperunt seruanda. ex cuius annotationibus apparet nonnullos codices non κρατεῖν, sed τηρεῖν scriptum habere, eodem tamen sensu seruato. Ab hac autẽ consuetudine de qua hic agitur, Pharisęi peculiari epitheto uocãtur βαπτιστὰί, à Iustino in dialogo περὶ τροφῶν. Et sextariorum, καὶ ξεστῶν. Vulgata & Erasmus, urceorum. ξεστὴν, Romanam esse uocem corruptã uel ex Galeno constare potest, qui lib. 1. De compositione medicamentorum secundum genera sic ait, de Andromacho iuniore loquens, διὰ τοῦ δωμάσσων αὐτὸ τὸ ὑπωτὸν ἐν ᾧ μᾶζαν διαπέπεψε, κοτυλιστῆρα ὀνόμασε πονηρόν. ἐπιχώριον γὰρ τοῦτο τὸ ὄνομα, τέτταρας ἔχειν κοτύλας, καὶ τὸ ἥμισυ, καὶ τὸ τρίτον. Idem, παρὰ μὲν τοῖς Ἀθωνίταις οὕτω τὸ μέτρον λέγουσιν, οὕτω καλοῦσι τὸν ξέστην. τινὲς δὲ ἀφ' οὗ ῥωμαῖοι ἐμέτρησαν, τὸ μὲν ὄνομα τοῦ ξέστου παρὰ πᾶσιν ἴσχυσεν. τῇ δὲ ἀλλοιωθείσῃ χρησιμότητι ἐδόθησαν. οὐκοῦν καὶ τὸ μέτρον ὃ ἴσον τῷ ῥωμαϊκῷ. ξέστης igitur qui Latinis sextarius, partim mensurã declarat duarum heminarum apud Romanos capacem, ut docet harum rerum peritissimus Georgius Agricola: partim etiam uas eius mensuræ capax, cuius appellatione hoc loco cætera tum maiora, tum minora quotidianis usibus destinata comprehenduntur, ex quibus scilicet uinum aut aqua fundebatur: sicut ποτηρίων nomine existimo comprehendi uasa ex quibus potatur. Itaque mirari subit Erasmum maluisse ξυστῶν deriuare à neutro ξυστὸν, & lignea uasa intelligere, sic appellata, inquit, quòd torno poliantur, aut quòd sculpturis ornata sint: quæ ipsius interpretatio lõgiore refutatione non indiget. Nam si à uerbo ξύειν deriuare placet, unde λιθόξυστοι lapidicidæ uocantur: mallem de hydrijs intelligere quæ ex more Iudæorum lapideæ erant, de quibus agit Ioannes capite 2. a. 6. 5 Non ambulant, οὐ περιπατοῦσιν: id est, non instituunt uitam, ex Hebræorum idiotismo, apud quos ambulare idem ualet quod uiuere: & uia dicitur uitæ genus, quod aliquis tanquam uiam sequatur: quò pertinet ille Posidij, siue (ut alij uolunt) Cratetis uersiculus, πείθου τῷ βάτει τάμοι βίβῳ. Traditionem, παράδοσιν. Erasmus, ritum traditum qui paulo antè uerterat Instituta. & hoc codem capite uersibus 9 & 10. cõstitutionem. Vide Matth. 15. a. 3. Illotis, ἀνίπτοις. Vul. cõmunibus, λαυσὶ, quod in uetusto quodã exemplari 2. scriptum erat: de quo etiã diximus paulo antè. 6 Abest, ἀπέχει, uel, distat: id est, ἄπεστι. quo modo etiã scriptum legimus in uno uetere codice. 8 Assimilia eiusmodi, παρόμοια τοιαῦτα. Vul. & Eras. similia his: id est, παρόμοια, uel ut quidã excuderunt, περιόμοια τούτοις: quod postremũ in nullis codicibus reperimus. quanquã si ἐοικότα legas, uidetur alterũ abundare. Sed tamẽ ita legunt omnes & interpretantur paulo pòst uersiculo 13.

9 Sanè bene, καλῶς. Vul. & Eras. bene. Nos autẽ particulã sanè addidimus, ut ironia melius intelligeretur. Sic enim loquitur Terentius in Adel. ut annotat Donatus. & Aristophanes quoq; ironicè dicere solet, καλῶν καλῶς: & in uno codice manuscripto, ut paulo antè uersu 6. ita hic quoq; legimus, ὀρθῶς καλῶς. Quæ particula uidetur non abundare, sed respõdere causali cõiunctioni Hebræorum כי, quæ sæpe ponitur cõfirmationis causa, prępposita hac particula ה, ut 2. Sam. 23. c. 19. quo modo interdum Græci quoq; usurpant: ut in illo Platonis in Apologia, ὅρα γὰρ εἰ ἐγὼ ὀρθῶς ἔνιπον, eorum quæ certò scio esse mala. itaque commodè etiam conuertere licuit, ut suprà uersu 6. Enimuero bene. Cæterùm nonnulli post καλῶς subijciunt distinctionem, ut subaudiendum sit aliquid: quasi dicat Dominus, Rectè sanè facitis. Sed hoc non satis probo. Nam nõ satis rectè cohęreret sequens uerbum, nisi pręterea subaudias particulam aliquam. Itaq; cõiungo cum ἀθετεῖτε, sicut legitur in ueteribus omnibus codicibus. Rursus nonnulli hæc interpretantur ex idiomate Gallico, à quo Latini prorsus abhorrent. Sic enim Galli, vous reiettez bien: id est, uos bene reijcitis. pro, at uos: uel, uos uerò reijcitis. Irritum facitis, ἀθετεῖτε. Erasmus, reijcitis, additipulante Cypriano. Ego uerò existimo τὸ ἀθετεῖν idem hic significare quod τὸ ἀκυροῦν infrà uersu 3. & Matth. 15. a. 6. itaque eodem modo Vetus interpres utrumq; conuertit, quem sequuti sumus. Vide suprà cap. 6. d. 26. 10 Morte moriatur, θανάτῳ τελευτάτω: id est absque ulla spe ueniæ impetrandæ morte multetur. Est enim hæc emphasis Hebraica, quam tamen melius exprimas ad uerbum, si dicas, θανάτῳ θανατούσθω: id est, מוֹת יוּמָת seruata paronomasia.

11 Corban,

A ὑμεῖς δὲ λέγετε· ἐὰν εἴπῃ ἄνθρωπος τῷ πατρὶ, ἢ τῇ μητρὶ κορβᾶν (ὅ ἐστι, δῶρον) ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ, ὠφεληθῇς.

11 Vos autem dicitis: Si dixerit quispiam patri uel matri, Corban (id est dono) quodcunq; ex me erit, iuuaberis: *insons erit.*

καὶ οὐκέτι ἀφίετε αὐτὸν οὐδὲν ποιῆσαι τῷ πατρὶ αὐτοῦ, ἢ τῇ μητρὶ αὐτοῦ·

12 Et non permittitis amplius eum quicquam *boni* facere patri suo, aut matri suæ:

ἀκυροῦντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ τῇ παραδόσει ὑμῶν, ἣν παρεδώκατε· καὶ παρόμοια τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε.

13 Irritum facientes sermonem Dei traditione uestra quam tradidistis: & assimilia huiusmodi multa facitis.

καὶ προσκαλεσάμενος πάντα τὸν ὄχλον, ἔλεγεν αὐτοῖς· ἀκούσατέ μου πάντες, καὶ συνίετε.

14 Et aduocata tota turba, dixit eis: Audite me omnes, & intelligite:

οὐδέν ἐστιν ἔξωθεν τοῦ ἀνθρώπου, εἰσπορευόμενον εἰς αὐτόν, ὃ δύναται αὐτὸν κοινῶσαι· ἀλλὰ τὰ ἐκπορευόμενα ἀπ' αὐτοῦ, ἐκεῖνά ἐστι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον.

15 Nihil est extra hominem introiens in eum, quod possit eum polluere: sed quæ exeunt ab eo, illa sunt quæ polluunt hominem. *Coinquinantia hominem. Matt.15 b.10*

εἴ τις ἔχει ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

Si quis habet aures ad audiendum, audiat.

Καὶ ὅτε εἰσῆλθεν εἰς οἶκον ἀπὸ τοῦ ὄχλου, ἐπηρώτων αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ περὶ τῆς παραβολῆς.

17 Et quum introisset in domum à turba, interrogarunt eum discipuli eius de parabola.

καὶ λέγει αὐτοῖς· οὕτω καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε; οὐ νοεῖτε ὅτι πᾶν τὸ ἔξωθεν εἰσπορευόμενον εἰς τὸν ἄνθρωπον, οὐ δύναται αὐτὸν κοινῶσαι.

18 Tunc dicit eis: Ita ne & uos sine intelligentia estis? non intelligitis quòd omne quod extrinsecus introit in hominem, non potest eũ polluere? *Imprudens.*

ὅτι οὐκ εἰσπορεύεται αὐτοῦ εἰς τὴν καρδίαν, ἀλλ' εἰς τὴν κοιλίαν, καὶ εἰς τὸν ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται, καθαρίζον πάντα τὰ βρώματα;

19 Nam non introit in cor ipsius, sed in uentrem: & in secessum exit, purgans omnes escas.

ἔλεγε δὲ, ὅτι τὸ ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἐκπορευόμενον, ἐκεῖνο κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.

20 Dicebat autẽ, quod ab homine exit, illud polluere hominem.

ἔσωθεν γὰρ ἐκ τῆς καρδίας τῶν ἀνθρώπων οἱ διαλογισμοὶ οἱ κακοὶ ἐκπορεύονται, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, φόνοι, κλοπαὶ, πλεονεξίαι, πονηρίαι, δόλος, ἀσέλγεια, ὀφθαλμὸς πονηρὸς, βλασφημία, ὑπερηφανία, ἀφροσύνη.

21 Intus enim ex corde hominum malæ cogitationes exeunt, adulteria, scortationes, cædes, 22 Furta, auaritiæ, scelera, dolus, proteruia, oculus malus, obtrectatio, superbia, amentia. *Gen.6.2.5 & 8.d.21*

πάντα ταῦτα τὰ πονηρὰ ἔσωθεν ἐκπορεύεται, καὶ κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.

23 Omnia hæc scelera intus exeunt, & polluunt hominem.

11 Corban, κορβᾶν. Vide Matth.15.a.5. 12 Permittitis, ἀφίετε. Vulg. dimittitis. Erasmus, finitis. Vide Matth. 5.d.15. Quicquam *boni* facere, μηδὲν ποιῆσαι. Negans particula uniuersalis necessariò conuersa est in particularem affirmantem, de quo sæpe iam diximus. Cæterum Vulgata & Erasmus ad uerbum interpretantur ποιῆσαι, facere: quod in hac significatione nusquam memini legere apud idoneos authores. Itaq; aliquid supplẽdum putaui, Terentij authoritate fretus, qui ita scripsit in Heaut. Faciam tibi boni aliquid pro ista re, ac libens. 14 Tota, πάντα. Vulgata, iterum: id est, πάλιν: sicut etiam in duobus uetustis codicibus legimus. Omnes, πάντες. Deerat hoc uocabulum in duobus uetustis codicibus, secundo & octauo. Videtur tamen magna esse eius emphasis, præsertim si superiore uersiculo legamus πάντα. 15 Polluere, κοινῶσαι. Vulgata, coinquinare. Erasmus, inquinare. Idem apud Matthæum conuertit, impurum reddere. Vide Matth. 15.b.11. Quæ exeunt ab eo, τὰ ἐκπορευόμενα ἀπ' αὐτοῦ. Vulg. & Erasmus, quæ de homine procedunt: id est, τὰ ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἐκπορευόμενα. quo modo etiã in uno manuscripto codice legitur. Sed uidetur procedendi uocabulum respondere τῷ προερχομένῳ. Nos igitur τὰ ἐκπορευόμενα uertimus, quæ exeunt: ut antithesis & paronomasia intelligatur, τῶν εἰσπορευομένων: id est, eorum quę introeunt. Et ita etiam ijdem interpretes uerterunt paulo pòst, id est uersiculo 20. 17 Introisset, εἰσῆλθεν. Vnus ex uetustis codicibus scriptum habebat, εἰσῆλθον: id est, introissent. A turba, ἀπὸ τοῦ ὄχλου. Erasmus, semotus à turba. Significat enim ἀπὸ, uel (ut alij scribunt) ἄπο absentiam & separationẽ, ut in illo Homerico, ὃς γὰρ ἂν' ὅπλα ἐγὼ καὶ ἐν προμάχοισιν ὀρωρώς. & paulo pòst uersu 31. Simpliciter tamen ita accipi potest hoc loco ut motum à loco significet: itaq; nihil putauimus supplendũ. De parabola, περὶ τῆς παραβολῆς. Vul. parabolam: id est, παραβαλὼν, sicut etiam uetus codex unus scriptum habebat.

18 Ita ne & uos sine intelligentia estis? οὕτω καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε; Eras. adeò & uos: qui tamen in annotationib. eam uersionem præfert, quam nos sequuti sumus. Vide Matth.15.b.16. Non, οὐ. Erasmus, nondum. legit enim οὔπω. 19 Purgans, καθαρίζον. Eras. legit expurgans, ἐκκαθαίρον, eodem sensu. Dicitur enim in quod ad latrinã ejicitur, expurgare omnes cibos, quia est cibi fæx & purgamentũ: ut uideri etiã possit actiuũ pro passiuo usurpatũ. Nam certè purgamentũ potius dici uidetur, quòd expurget, q̃ quod expurget. 20 Polluere, ἐστὶ κοινοῖ. Ad uerbum, quod inquinat. Sed odiosa fuisset repetitio particulæ quòd. dicendum enim fuisset, quòd illud quod exit ex homine, polluit hominem. Ob eam igitur causam Vetus interpres uertit in plurali, ea quę exeunt. Erasmus autem prætermissa particula ἐστι, ex obliqua oratione rectam fecit. 21 Intus, ἔσωθεν: id est, ex corde: ut mox explicatur. Sic autem hæc particula sæpe usurpatur Plauto, ut motum ex loco declaret. Veluti in Cistellaria, Dic me orare ut aliquis intus prodeat. Vulgata, ab intus. Erasmus, ab interioribus: & paulo pòst, ab internis. Quidam alius, internèt quæ omnia nescio an idonei authoris testimonio possint comprobari. 22 Scelera, πονηρίαι, πονηρὰ proprie uocant Græci (ut alibi diximus) hominem ad malè agendum exercitatum. Itaque πονηρία inueteratam malitiam declarat omnium scelerum matrem. Vulgata, nequitiæ: quo uocabulo libidinosæ illecebræ, & inertiæ significantur. Erasmus, fraudes: id est, πανουργίαι. Proteruia, ὑπερηφανία, uel, nequitia. Quòd si plurali numero legas ὑπερηφανίαι, sicut scriptum erat in ueteribus codicibus 1.4 & 9. malim conuertere flagitia, quàm impudicitiæ, cum Vetere interprete, id est, ἀκαθαρσίαι, uel ἀκρασίαι. Oculus malus, ὀφθαλμὸς πονηρὸς. Hebraismus, pro inuidia. Vide Matth. 20. b. 15. Obtre-

ctatio, βλασφημία. Vide Matth. decimoquinto, c. 19. Amentia, ἀφροσύνη. Vulgata & Erasmus stultitia: id est, μωρία. A

Chananæa erat pro dæmoniaca filia. Matth. 15. c. 21

Et illinc surgens, abijt in confinia Tyri ac Si- 24 κἀκεῖθεν ἀναστὰς, ἀπῆλθεν εἰς τὰ μεθόρια τύ-
donis: & ingressus domum, neminem uoluit sci- ρου καὶ Σιδῶνος. καὶ εἰσελθὼν εἰς τινα οἰκίαν, οὐδένα
re, sed non potuit latere. ἤθελε γνῶναι· καὶ οὐκ ἠδυνήθη λαθεῖν.

Quum enim de eo audisset mulier, cuius fi- 25 ἀκούσασα γὰρ γυνὴ περὶ αὐτοῦ, ἧς εἶχε τὸ θυ-
liola habebat spiritum impurum, uenit, & acci- γάτριον αὐτῆς πνεῦμα ἀκάθαρτον, ἐλθοῦσα προ-
dit ad pedes eius: έπεσε πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ·

(Erat autem mulier Græca, Syrophœnissa ge- 26 (ἡ δὲ γυνὴ ἦν Ἑλληνὶς, Συροφοινίκισσα τῷ γέ-
nere) & rogabat eum, ut dæmonium eijceret ex νει) καὶ ἠρώτα αὐτὸν, ἵνα τὸ δαιμόνιον ἐκβάλῃ
filia sua. ἐκ τῆς θυγατρὸς αὐτῆς.

Iesus autem dixit ei: Sine prius saturari libe- 27 ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῇ· ἄφες πρῶτον χορτα-
Panis filiorum. Canes. ros. non est enim bonum capere panem libero- σθῆναι τὰ τέκνα. οὐ γάρ καλόν ἐστι λαβεῖν τὸν ἄρ-
rum, & obijcere catellis. τον τῶν τέκνων, καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις.

Ipsa uerò respõdit, & dicit ei: Etiam Domine. 28 ἡ δὲ ἀπεκρίθη, καὶ λέγει αὐτῷ· ναὶ κύριε. καὶ
etenim catelli edunt sub mensa de micis libe- γὰρ τὰ κυνάρια ὑποκάτω τῆς τραπέζης ἐσθίει
rorum. ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν παιδίων.

Tunc ait ei: Propter istum sermonem abi: exijt 29 καὶ εἶπεν αὐτῇ· διὰ τοῦτον τὸν λόγον ὕπαγε·
dæmonium ex filia tua. ἐξελήλυθε τὸ δαιμόνιον ἐκ τῆς θυγατρός σου.

Quum autem *illa* abijsset domum suam, inue- 30 καὶ ἀπελθοῦσα εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς, εὗρε τὸ δαι-
nit dæmonium exisse, & filiam proiectam super μόνιον ἐξεληλυθός, καὶ τὴν θυγατέρα βεβλημέ-
lectum. νην ἐπὶ τῆς κλίνης. B

Tũc regressus é finib. Tyri ac Sidonis uenit ad 31 καὶ πάλιν ἐξελθὼν ἐκ τῶν ὁρίων Τύρου καὶ Σιδῶνος,

24 Surgẽs, ἀναστὰς id est, profectus, πορευθείς, ex Hebrœorũ idiotismo. In cõfinia, εἰς τὰ μεθόρια. Vul. in fines: id est, εἰς τὰ ἔσχατα. quo modo legebatur in 8. codice. nam sic etiã paulo pòst loquitur uersu 31. & pro μεθόρια Matthæus dicit μέρη. Intelligit igitur extremos Palæstinæ fines quibus à Tyro & Sidone, id est à Phœnicia, dirimitur. quod quidem annotare placuit, ne quis existimet Dominum in eam regionem uenisse quæ inter Tyrum & Sidonem intercedit, quod opinatur Erasmus. Neq; enim Palæstinæ fines unquam est egressus, ut ad profanas gentes proficisceretur. Ac Sidonis, καὶ Σιδῶνος. Hæc deerant in uno uetere exemplari: sed ab aliquo deleta esse opinor, qui non intellexerit quid μεθόριον appellatione hoc loco intelligatur. Ingressus domum, εἰσελθὼν εἰς οἰκίαν· id est, quum in hospitium aliquod diuertisset, quicunq; tandem eius hospes fuit. Neq; enim hic habitabat, sed in Capernaum potius. Itaque quum quidam excuderint ἐκ τῆς οἰκίας, expungendum putauimus articulum, ne quis τὴν ὁρισθεῖσαν εἰς οἰκίαν opponat τῇ ἀποδειχθείσῃ. sicut accipitur Matth. 9. d. 28. quum hic potius declaret τὴν ἀόριστον, ut etiam annotauimus suprà 6. b. 10. Sed καὶ Vulgata & Erasmus, nec: id est, οὐδέ. Vide Matth. 13. c. 22. 25 Quum enim audisset, ἀκούσασα γάρ. Vulgata & Erasmus, Mulier enim statim ut audiuit: id est, οὐδὲν γὰρ ἀναβαλομένη ἤκουσε. quo modo scriptum erat in octauo codice, nisi quòd pro γάρ legebatur ἀλλὰ, uerùm. Cuius filiola ha. ἧς εἶχε τὸ θυγάτριον αὐτῆς. Ad uerbum, cuius habebat filiola ipsius. Abundat hæc particula αὐτῆς, Hebrœorũ more, neq; etiam additur in Complutensi editione. 26 Erat autem, ἦν δέ. Vulgata & Erasmus, erat enim: id est ἦν γάρ: quod non conuenit. Erasmus quoq; in annotationibus legit, ἦν δέ. Græca ἑλληνὶς. Vulgata, Gẽtilis: id est, religione profana, ἐθνικὴ. Nam qua ratione posset Græca dici quæ ex Syrophœnice erat? Notum autem est ex Paulo, omnes Gentes profanas & diuersæ à Mosaica religionis, eo tempore à Iudæis generali Græcorum nomine fuisse comprehensas. Syrophœnissa, συροφοινίκισσα. Syrophœnice regiuncula fuit, cui testatur non modò Tertullianus lib. in Marcionem 3. (ut Erasmus annotat) sed etiam Iustinus dialogo cum Thryphone habito, attributam fuisse Damascum. Matthæus hanc eandem ex uetusto totius illius tractus nomine, uel ex Iudæorum more, Chananæam uocat. Cæterùm in ueteribus codicibus duobus scriptum erat, συροφοινικισσα, eodem sensu. Rursus in septem aliis exemplaribus & Complutensi editione legitur, συροφοίνισσα, duobus distinctis uocabulis, quorum altero uidetur totum quiddam significari, altero uerò pars illius. Latè enim patet Syriæ nomen, adeò ut ipsam etiam Babyloniam & Mesopotamiam complectatur, ut scribit Plinius libro quinto, capite duodecimo. Itaque miror, cur hanc lectionem mendosam esse scripserit in hunc locum Erasmus. Nam quòd regionem Phœnicem arbitratur fuisse Iudæorum, id oportuerat idonei alicuius scriptoris authoritate confirmari. Theophylactus autem legit duntaxat, ἑλληνὶς τῷ γένει. 27 Obijcere. βάλλειν. Vulgata, mittere: quam interpretationem nemo non uidet parum conuenire. Erasmus, proijcere: quod & ipsum, quamuis sit tolerabilius, tamen non satis quadrat. Itaq; rectius uidetur idem conuertisse, obijcere, Matth. 15. c. 26. Catellis, κυναρίοις. Vulgata, canibus. Erasmus autem rectè expressit diminutiuum, quo usus uidetur Dominus, ut maiore cum contemptu loqui uideretur. 28 Etenim, καὶ γάρ. Vulgata, nam &. Erasmus, nam quoq; utraque interpretatio (ni fallor) parum est commoda. Confirmat enim his uerbis mulier quod Christus dixerat, quasi id non impediat quo minus illi cõcedatur quod petit. Ita se res habet, inquit illa, ut tu dicis. Nã satis esse debet catellis, si uel micas excipiant. micas igitur peto, non filiorum panem. Liberorum, παιδίων. Vulgata, puerorum. Erasmus, filiorum, quia (inquit) præcelsit τέκνων. Atqui hæc causa est cur neutram illarum interpretationum sequar, quòd nimium angusta uideatur. 31 Regressus, πάλιν ἐξελθὼν. Vetus interpres, iterum exiens. Erasmus, rursum egressus. Neuter (ut opinor) sensum expressit. Eum enim semel egressum esse oportet, qui rursum egreditur. Sciendum est igitur, πάλιν hoc loco non significare iterationẽ, sed idẽ ualere quòd ἐκ τοίνυν, ut πάλιν ἐξελθὼν declaret ex illis finibus egressum, ut eò reuerteretur, unde initiò digressus erat. Quũ enim ad extremos Israelitarũ fines peruenisset, progredi ampius non poterat, nisi uellet externis etiã Gentibus annũciare Euãgelium. Itaq; significatur eũ protinus ad oues perditas Israelis redijsse. Erat enim (ut ait Paulus) circũcisionis minister. E' finibus Tyri ac Sidonis, uenit ad mare, ἦλθε παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας ἀνὰ μέσον τῶν ὁρίων Τύρου καὶ Σιδῶνος. Vulgatè finibus Tyri uenit per Sidonẽ ad mare: id est, ἦλθε διὰ Σιδῶνος ἐπὶ τὴν θάλασσαν τῶν ὁρίων Τύρου καὶ Σιδῶνος. quo modo scriptũ erat in codicibus 2 & 8. Sed deprauatã hanc esse lectionem, ex eo primùm constat, quòd Christũ nusquã legimus Israelitarũ fines egressum. Nam quorsum id faceret? Tyrũ enim & Sidonẽ

profanæ

A profanę Gentes incolebant. Deinde quum Sidon à Galilęa sit remotior quàm Tyrus, Septentrionem uersus, qui dici potest per Sidonem in Galilęam reuertisse?

ἦλθε πάλιν διὰ τῆς θαλάσσης τῆς γαλιλαίας, ἀνὰ μέσον τῶν ὁρίων δεκαπόλεως.

mare Galilææ, per medios fines Decapolis.

καὶ φέρουσιν αὐτῷ κωφὸν μογιλάλον, καὶ παρακαλοῦσιν αὐτὸν ἵνα ἐπιθῇ αὐτῷ τὴν χεῖρα. 32 Et offerunt ei surdum difficulter loquētem: precanturq; eum ut imponat ei manum. *Surdus mutus sanatur.*

καὶ ἀπολαβόμενος αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὄχλου κατ' ἰδίαν, ἔβαλε τοὺς δακτύλους αὐτοῦ εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ, καὶ πτύσας, ἥψατο τῆς γλώσσης αὐτοῦ. 33 Et quum accepisset eum è turba priuatim, misit digitos suos in auriculas eius: & quum spuisset, tetigit linguam eius.

καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐστέναξε, καὶ λέγει αὐτῷ· ἐφφαθά, ὅ ἐστι διανοίχθητι. 34 Ac suspiciēs in cœlum, ingemuit, dicit'que ei: Ephphatha, quod est, Adaperitor.

καὶ ἠνοίχθησαν αὐτοῦ αἱ ἀκοαὶ, καὶ ἐλύθη ὁ δεσμὸς τῆς γλώσσης αὐτοῦ, καὶ ἐλάλει ὀρθῶς. 35 Et statim adapertę sunt eius aures, & solutū est uinculum linguę eius, & loquebatur rectè.

καὶ διεστείλατο αὐτοῖς, ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν. ὅσον δὲ αὐτὸς αὐτοῖς διεστέλλετο, μᾶλλον περισσότερον ἐκήρυσσον. 36 Et imperauit eis, ut nulli dicerent: sed quantumcunq; ipse eis imperasset, multo amplius prædicabant.

καὶ ὑπερπερισσῶς ἐξεπλήσσοντο, λέγοντες, καλῶς πάντα πεποίηκε· καὶ τοὺς κωφοὺς ποιεῖ ἀκούειν, καὶ τοὺς ἀλάλους λαλεῖν. 37 Et supra modum percellebantur, dicentes: Bene omnia fecit: facit ut & surdi audiant, & muti loquantur.

ΚΕΦΑΛ. η'.

CAP. VIII.

B ΕΝ ἐκείναις ταῖς ἡμέραις πάλιν πολλοῦ ὄχλου ὄντος, καὶ μὴ ἐχόντων τί φάγωσι, προσκαλεσάμενος ὁ ἰησοῦς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγει αὐτοῖς· 1 IN diebus illis, quum multa omnino turba esset, nec haberēt quo uescerentur: aduocauit Iesus discipulos suos, dicit'que eis: *Panibus septem satiātur 4000 hominum. Matth. 15. d. 32.*

σπλαγχνίζομαι ἐπὶ τὸν ὄχλον, ὅτι ἤδη ἡμέρας τρεῖς προσμένουσί μοι, καὶ οὐκ ἔχουσι τί φάγωσι. 2 Misericordia cōmoueor erga turbā: quia iā triduū manēt apud me, nec habēt quo uescāt:

Decapolis, δεκαπόλεως. Regiuncula est à numero decē urbium sic uocata, quas (inquit Plinius lib. 5. capite 18) in tercurſant & cingunt tetrarchiæ: ut per medios eius regionis fines Christum reuertisse, minimè sit mirandum. 32 Offerunt, φέρουσιν. Vulgata & Erasmus adducunt. Et certè constat, φέρειν & ἄγειν sæpe permutari, ut infrà 9. c. 17. Sed seruāda est propria uerborum significatio quoad eius fieri potest. Malo igitur simplex φέρειν pro cōpositō προσφέρειν positum esse, quo plerunq; uti solet Matth. 8. b. 16. item 9. a. 2. item 12. b. 22. Difficulter loquentē, μογιλάλον. Vul. & murum, καὶ ἄλαλον: & uidetur pro hac interpretatione facere, quod dicit turba ultimo huius capitis buli significatio. Deinde, quia si de muto hic ageretur, hoc addi nihil erat necesse, quū qui natura surdus est, idem qui. ex quo probabilis saltē coniectura elicitur, eum etiā antea potuisse loqui, sed admodum impeditè. Quòd autem turba mētionē facit τῶν ἀλάλων, idcirco fit, quia cōmuni loquēdi usu, qui difficulter loquitur, absolutè dicit loqui non posse: uel q. præter hūc balbū alios prorsus mutos sanasset Dominus, sicut Matthæus indicat, cap. 15. c. 30. Nam alioquin de uno loquētes, singularē numerum usurpassent. 33 Quum accepisset, ἀπολαβόμενος: id est, ab illorum manibus acceptū abduxisset. Vul. apprehendens. Eras. quum apprehēdisset: id est ἀπολαβέμενος, quo modo etiā legitur in Cōplutensi editione. Sed mihi quidē illud magis placet. E' turba, ἀπὸ τοῦ ὄχλου. Vide suprà uersu 17. Quum spuisset, πτύσας. Vul. exspuens: id est, ἀποπτύων, quod est auersantis & abominantis. Eras. per periphrasim, sputo emisso. 34 Adaperitor, διανοίχθητι. Quidā in hunc locum annotauit ex Syriaci sermonis idiomate ἀνοίγεσθαι, idē ualere quod Græcum uocabulum ἀναβλέπειν, id est usum recipere: & eum à Syris uocari apertum, quem Græci διάνυστα, dicunt: id est, qui usum habet oculorum. Id ego quidē illi concedo, & eius diligentiā laudo. Sed quorsum hoc, quum de surdo, ac non de cæco hic agatur? 36 Sed quantumcunq; ipse eis imperasset, ὅσον δὲ αὐτὸς αὐτοῖς διεστέλλετο. Vul. quanto autem eis præcipiebat. Eras. sed quo magis ipse eis præceperat. Existimarunt igitur ὅσον hic poni comparatiuè, quod non possum probare. Omnino enim dicēdum fuisset ὅσῳ, & cōparatiuum alī quod adiungendum. Deinde etiam subiungendum fuisset, τοσούτῳ, ut appareret esse καθ' ὅλου, cuius exēpla profert Hermogenes De inuentione, tomo 4. cap. περὶ περιόδου. Superest ergo, ut aduerbium esse dicamus indefinitè positum, uel certè nomen: ut ita conuertas, Sed quicquid ipse eis inhibuisset, multo amplius prædicabāt. sicut in illo Horatij, Quicquid delirāt reges, plectuntur Achiui. Sic etiam uernaculo nostro sermone: *Mais quelque chose qu'il leur eust defendu, ils le publioient tant plus.* Multo amplius, μᾶλλον περισσότερον, subaudi, quàm si ille nō prohibuisset: quæ eclipsis in huiusmodi generibus dicendi est omnibus linguis usitata. Cęterùm abundat quidem particula μᾶλλον, sicut in illo Euripidis uersiculo, ὡς ἡδύ, κἂν μὴ μᾶλλον ἀντύχῃ τέρψει. De quo pleonasmo diximus Matth. 6. d. 26. Sed tamen quia hoc dicendi genus uidetur aliqua emphasi nō carere, nos perinde sumus interpretari ac si scriptū esset, πολλῷ περισσοτέρως. Vulgata, tanto magis plus. Eraſmus, hoc potius amplius. Existimauit enim supplendum τοσούτῳ, & μᾶλλον, hic poni in correctione. Atqui non præcesit ὅσῳ: & quoties legitur μᾶλλον pro imò, uel potius, ferè adiungitur alia particula, ut μᾶλλον δέ, uel μᾶλλον γέ. Deniq; hanc interpretationem quiuis (opinor) intelligere potest Græcis non respondere. 37 Supra modum, ὑπερπερισσῶς: id est, ὑπερμέτρως. Ad uerbum, superabundanter. Vulgata, eo amplius: id est, τοσούτῳ μᾶλλον. Facit ut & surdi audiant, καὶ τοὺς κωφοὺς ποιεῖ ἀκούειν. Vul. & surdos fecit audire: quam interpretationem reprehendit in annotationibus Eraſmus. Latinis enim facio cum infinito modo id significat quod fingo uel pono: id est, ὑποτίθημι.

IN CAPVT VIII.

1 Multa omnino, πολλοῦ. Sic Cicero hanc particulā cum superlatiuo cōiungit interdū, ut 1. Offic. Miserrima est omnino ambitio, honorumq; cōtentio. id est, πανάθλιος δὴ σπουδαρχία καὶ φιλοτιμία. Vulgata, iterum multa: id est, πάλιν πολλοῦ, sicut scriptum erat in exemplaribus duobus, 2 & 8. Eraſmus, admodum multa: id est, πάνυ πολλοῦ.

Quòd si dimisero eos ieiunos in domũ suã, deficiẽt in uia: qdã eñ ex eis eminus uenerũt.

Responderunt autẽ ei discipuli eius: Vnde istos quis poterit hic satiare panib. in deserto?

Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Ipsi uerò dixerunt: Septem.

Tunc denũciauit turbæ ut discumberet humi: & acceptis septem illis panibus, quum

Gratiarũ actio. gratias egisset, fregit, dedit que discipulis suis ut apponerent: & apposuerunt turbæ.

Habebant autẽ piscículos paucos: & quum benedixisset, dixit ut hos etiam apponerent.

Comederũt autẽ, & saturati sunt: ac sustulerũt quę superfuerãt fragmẽtorũ, septẽ sportas.

Erant autem qui comederant, quasi quater mille: dimisit que eos.

Matth. 15. d. 39 Et statim ingressus in nauigium cum discipulis suis, uenit in partes Dalmanutha.

Signa quærunt Iudæi. Et uenerunt Pharisęi, cœperuntq; altercari cum eo, quærentes ab eo signum è cœlo, tentantes eum. Matth. 16. a. 1

Tunc cum altè ingemuisset spiritu suo, dicit: Cur natio hæc signum quærit? amen dico uobis, si dabitur nationi huic signum.

Matth. 16. a. 4 Et ipsis relictis, ingressus rursus nauigium, abijt in ulteriorem ripam.

Matth. 16. a. 5 Fuerant autem obliti sumere panes, & non nisi unum panem habebãt secum in nauigio.

καὶ ἐὰν ἀπολύσω αὐτοὺς νήστεις εἰς οἶκον αὐτῶν, ἐκλυθήσονται ἐν τῇ ὁδῷ· τινὲς γὰρ αὐτῶν μακρόθεν ἥκασι. A

καὶ ἀπεκρίθησαν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· πόθεν τούτους δυνήσεταί τις ὧδε χορτάσαι ἄρτων ἐπ' ἐρημίας;

καὶ ἐπηρώτα αὐτούς, πόσους ἔχετε ἄρτους; οἱ δὲ εἶπον, ἑπτά.

καὶ παρήγγειλε τῷ ὄχλῳ ἀναπεσεῖν ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ λαβὼν τοὺς ἑπτὰ ἄρτους, εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἵνα παραθῶσι· καὶ παρέθηκαν τῷ ὄχλῳ.

καὶ εἶχον ἰχθύδια ὀλίγα, καὶ εὐλογήσας, εἶπε καὶ ταῦτα παρατιθέναι αὐτοῖς.

ἔφαγον δὲ, καὶ ἐχορτάσθησαν· καὶ ἦραν περισσεύματα κλασμάτων ἑπτὰ σπυρίδας.

(ἦσαν δὲ οἱ φαγόντες ὡς τετρακισχίλιοι.) καὶ ἀπέλυσεν αὐτούς.

καὶ εὐθέως ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, ἦλθεν εἰς τὰ μέρη Δαλμανουθά.

καὶ ἐξῆλθον οἱ Φαρισαῖοι, καὶ ἤρξαντο συζητεῖν αὐτῷ, ζητοῦντες παρ' αὐτοῦ σημεῖον ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, πειράζοντες αὐτόν. B

καὶ ἀναστενάξας τῷ πνεύματι αὐτοῦ λέγει· τί ἡ γενεὰ αὕτη σημεῖον ἐπιζητεῖ; ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰ δοθήσεται τῇ γενεᾷ ταύτῃ σημεῖον.

καὶ ἀφεὶς αὐτοὺς, ἐμβὰς πάλιν εἰς τὸ πλοῖον, ἀπῆλθεν εἰς τὸ πέραν.

καὶ ἐπελάθοντο λαβεῖν ἄρτους, καὶ εἰ μὴ ἕνα ἄρτον οὐκ εἶχον μεθ' ἑαυτῶν ἐν τῷ πλοίῳ.

3 Deficient, ἐκλυθήσονται. Ad uerbũ, exoluẽtur, quòd in deliquio animi nerui resoluũtur: alioquin ἐκλύω etiã dissipari declarat, ut Matth. 9. d. 36. 4 Vnde, πόθεν. πῶς, Quomodo, uel quo ex loco: quũ scilicet in solitudine uersemur. Cęterùm in uno codice additũ erat ἐστι, cuius aliqua uis est in interrogatione: ut ita cõuerti possit: Nam unde possit quispiã istos satiare panibus in deserto? ut in illo Virgilij: Nã quis te iuuenũ confidẽtissime, nostras Iussit adire domos? Panibus, ἄρτων. Panis appellatione apud Hebræos sæpe iam admonuimus omnẽ cibũ significari. Hic tamẽ id ipsum intelligi puto quod panẽ uocamus: ut sit argumentũ à cõparatis sumptum. quasi dicerẽt discipuli, ne panes quidem posse eo loco satis multos inueniri, nedum aliquid obsoniũ tantę alendæ multitudini.

6 Denũciauit, παρήγγειλε: id est, significauit per discipulos. Puto enim propria significatione hic usurpari, quãuis Matthęus utatur uerbo λαλῶν. Nam etiã per alios iubemus. Humi, ἐπὶ τῆς γῆς: id est, χαμαί. Vide Matth. 10. c. 19.

7 Quũ benedixisset, εὐλογήσας. Vide Matth. 14. b. 19 & 26. c. 26. Vt apponerẽt, παρατίθημι. Vul. & Eras. apponi: id est, προσπαρατίθημι. Nam mẽdosè legitur in annotationib. Eras. παρατίθημι. 9 Quasi, ὡσ. Vide suprà 5. b. 13. 10 Dalmanutha, Δαλμανουθά. Annotat Erasmus quendã Græcũ codicẽ habuisse μαγδαλὰ, cuius meminit Matthęus, siue (ut quidã legunt) Magedã. Augustinus autem scribit plerosq; codices habuisse Mageda: sed & in 2. codice pro ἀπὸ τὰ μέρη Δαλμανουθὰ scriptum erat, ἀπὸ τὰ ὅρια μαδιγαλὰ, in fines Madegada. 11 Et uenerunt, καὶ ἐξῆλθον. Vul. & exierunt. Eras. & egressi sunt. uterq; ad uerbum. est autẽ hoc dicendi genus Hebræis familiare, quo significatur Pharisæos eo consilio profectos domo, ut eum aggederentur: uel ex antecedente intelligitur cõsequens. Priusquã enim ad Iesum ueniãt, necesse est ut domo egrediãtur. Inde factũ, ut πορεύομαι, ἀπέρχομαι & ἐξέρχομαι sæpe ponantur pro simplici ἔρχομαι. Vide suprà 3. c. 21. & infrà 11. b. 11. Altercari cum eo, συζητεῖν αὐτῷ. Vul. cõquirere. Eras. disputare. Vide suprà 1. c. 27. 12 Tunc quũ altè ingemuisset spiritu suo, καὶ ἀναστενάξας τῷ πνεύματι αὐτοῦ. Vul. & ingemiscens spiritu. Nam etiã in uno Græco exẽplari deerat αὐτοῦ. Eras. & quũ ingemuisset spiritu suo: rectè obseruata temporis aoristi ratione. Cæterùm στενάζειν (teste Aphrodisæo) à cordis angustia dicitur: unde στενάζειν & στενοχωρεῖσθαι, quod Latini dicunt gemere & susurare. Particulã autẽ τῷ interpretatus sum aduerbio rẽporis, ex Hebræorũ idiomate, de quo alibi dictũ est. Deinde addidi aduerbiũ, altè, quia præpositio ἀνὰ nõ uidetur otiosa, sed idẽ ualere quod αὖω: ut intelligamus Dominũ tãta istorum infidelitate uehemẽter offensum, intus exæstuasse. Quãobrem etiã Euãgelista addidit, τῷ πνεύματι αὐτοῦ, spiritu suo, ut sciamus ex intimo corde & ipsis animi penetralibus profecta hęc suspiria. O incredibilẽ & incõprehensibilẽ filij Dei charitatẽ: qua quousq; tãdem abutemur? Cur, ὡί. Tota huius orationis indoles intelligitur ex pronunciatione. Neq; enim hoc loco simpliciter interrogat Dominus, sed potius expostulat de tãta peruicacia, & quidẽ summo cum dolore, quòd illos uideret sibijpsis pernicię accersere. Si, εἰ. Hæc sunt per apposiopesim dicta: quę figura cõuenit grauiter cõmotis, sicut psal. 95. b. 11. Solet autẽ particula אם ab Hebræis adhiberi in iureiurando imprecationis loco: quia qui iurat, Deũ simul aduocat ultorẽ. Deus quũ per seipsum iurat, de fide & gloria sua permittit iudicium fieri ex uerbis quę affirmat. Christus autẽ suã denunciationem hoc loco ita cõfirmat, ac si diceret: Patiar haberi mendax ac impostor, uel aliquid simile. Quum plenã sententiã cõcipiũt Hebræi, imprecatio ipsa diserte ponitur, Hęc faciat mihi Dominus: pro quo dicũt profani homines, Emoriar uel disperẽa: quod fidelibus, nedum Christo ipsi, parũ conuenit. Cæterùm in 4 codice scriptum erat, εἰ δοθήσεται, non dabitur. 14 Et non nisi unũ panẽ habebãt, καὶ εἰ μὴ ἕνα ἄρτον ἐν ἔχον. Sic Vetus interpres, quẽ nos sequuti sumus, mutata tantum uerborum collocatione. Eras. nec pręter unum panem habebant. Sic autem loquitur, ut nos fecimus, Cicero De amicitia: Sed hoc primùm, inquit, sentio, non nisi in bonis amicitiam esse posse.

15 Cauete,

A καὶ διεστέλλετο αὐτοῖς, λέγων· ὁρᾶτε, βλέπετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων, καὶ τῆς ζύμης Ἡρῴδου. 15 Tunc imperauit eis, dicens: Videte, cauete à fermento Phariſęorũ, & fermento Herodis.

καὶ διελογίζοντο, πρὸς ἀλλήλους λέγοντες, ὅτι ἄρτους οὐκ ἔχομεν. 16 Et diſceptabant alij aduerſus alios, dicentes: Panes non habemus.

καὶ γνοὺς ὁ Ἰησοῦς, λέγει αὐτοῖς· τί διαλογίζεσθε, ὅτι ἄρτους οὐκ ἔχετε; οὔπω νοεῖτε, οὐδὲ συνίετε, ἔτι πεπωρωμένην ἔχετε τὴν καρδίαν ὑμῶν; 17 Id autem quũ noſſet Ieſus, dicit eis: Quid diſceptatis, quòd panes non habetis? nondum animum aduertitis, nec intelligitis? adhuc callo obductum habetis cor ueſtrum?

ὀφθαλμοὺς ἔχοντες οὐ βλέπετε, καὶ ὦτα ἔχοντες οὐκ ἀκούετε, καὶ οὐ μνημονεύετε, 18 Oculos habentes non cernitis? & aures habentes non auditis? & non meminiſtis?

ὅτε τοὺς πέντε ἄρτους ἔκλασα εἰς τοὺς πεντακισχιλίους, πόσους κοφίνους πλήρεις κλασμάτων ἤρατε; λέγουσιν αὐτῷ, δώδεκα. 19 Quum quinque illos panes fregi in quinquies mille, quot cophinos fragmentis plenos ſuſtuliſtis? Dicunt ei: Duodecim. *homines* Ioan. 6. a. 11

ὅτε δὲ τοὺς ἑπτὰ εἰς τοὺς τετρακισχιλίους, πόσους σπυρίδας πληρώματα κλασμάτων ἤρατε; οἱ δὲ εἶπαν ἑπτά. 20 Quum autem ſeptem illos in quater mille, quot ſportas plenas fragmẽtorum ſuſtuliſtis? Illi uerò dixerunt: Septem.

καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, πῶς οὐ συνίετε. 21 Tunc dicit eis: Quomodo non intelligitis?

καὶ ἔρχεται εἰς Βηθσαϊδάν, καὶ φέρουσιν αὐτῷ τυφλόν, καὶ παρεκάλουν αὐτὸν ἵνα αὐτοῦ ἅψηται. 22 Venitq; Bethſaidan: & offerunt ei cæcum, & precantur eum ut ipſum tangeret. *Cæcus ſanatur.*

καὶ ἐπιλαβόμενος τῆς χειρὸς τοῦ τυφλοῦ, ἐξήγαγεν 23 Tunc apprehenſa manu cæci, eduxit eũ extra uicũ: et quũ ſpuiſſet in oculos eius, impoſuiſſetq; ei manus, interrogauit eũ ſiquid uideret.

B αὐτὸν ἔξω τῆς κώμης. καὶ πτύσας εἰς τὰ ὄμματα αὐτοῦ, ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας αὐτῷ, ἐπηρώτα αὐτὸν εἴ τι βλέπει. 24 Qui quũ aſpexiſſet, dixit: Video homines. nam cerno inſtar arborum ambulantes.

καὶ ἀναβλέψας ἔλεγε, βλέπω τοὺς ἀνθρώπους, ὅτι ὡς δένδρα ὁρῶ περιπατοῦντας. 25 Deinde rurſum impoſuit manus ſuper oculos eius, fecitq; ut denuò aſpiceret, & reſtitutus

εἶτα πάλιν ἐπέθηκε τὰς χεῖρας ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι, καὶ ἀπεκα-

15 Cauete. βλέπετε: id eſt (ut ait Matth.16.a.6.) προσέχετε. Nã βλέπειν quum de oculis proprié dicatur, hoc loco ad animum trãsfertur. Herodis, Ἡρῴδου. Annotat Eraſ. quoſdã codices pro Ἡρῴδου habere Ἡρωδιανοῦ, Herodianorũ, cuius factionis fit mẽtio ſuprà 3.a.6. Nos de ijs diximus, Matth.22.b.16. 16 Alij aduerſus alios, πρὸς ἀλλήλους. Vul. barbarè, ad alterutrũ. Eraſ. inter ſeſe. Ego uerò ſtudui Græci pronominis tanquã ueſtigia ſectari. 17 Id autem quũ noſſet, γνοὺς. Vide Matth. 16.a.8. Animũ aduertitis, νοεῖτε. Vul. cogitatis. Eraſ. uno uerbo, animaduertitis. Sed hoc utrunq; rarò ponitur abſolutè. Cæterùm τὸ νοεῖν interdũ pro συνιέναι accipitur, ut ſuprà cap. 7. b. 18. Hic autẽ quum utrunq; addatur, uidet illud minus quidpiã ſignificare. Neq; enim quicquid cõſideramus, ſtatim intelligimus. Reprehẽdit autẽ Dominus diſcipulorũ incogitantiã, qui nõ ſatis attẽtum animũ haberẽt ad ea cõſideranda quæ ab ipſo fiebãt: ex quo cõſequebaſ ut ea etiã nõ intelligerent. 18 Non meminiſtis? οὐ μνημονεύετε; In nõnullis codicibus, & Romano Theophylacto nõ aſcribit nota interrogationis, ſed cõiungitur hoc uerbũ cum ,proximo uerſiculo, ſicut etiã apud Matth. cap. 16. b. 9. Sed Apoſtolorũ reſpõſio, & repetita ſimilis interrogatio uerſ. 20. ſatis oſtẽdit ita diſtinguendũ eſſe hũc locũ, ut nos fecimus, Frobenianã editionẽ ſequuti. 19 Quinq; illos panes, τοὺς πέντε ἄρτους. Vul. & Eraſ. hoc quoq; loco prętermittũt articulũ, quẽ nos in tota illa hiſtoria putamus habere uim αὐταρκῆ, uel (ut loquũtur Grãmatici) ἀυτόβασι γενόμενα. Italq; putauimus exprimẽdum. 20 Quot ſportas plenas fragmẽtorũ, πόσους σπυρίδων πληρώματα κλασμάτων. Ad uerbũ, quot ſportarũ cõplementa fragmentorũ: quod nemo intelligeret. Itaq; Vul. interpretaſ, quot ſportas fragmentorũ: id eſt, πόσας σπυρίδας κλασμάτων, uel πόσων σπυρίδων κλασμάτων. Eraſ. autem conuertit, quot ſportas ex reliquijs fragmentorum. Putat enim πλερώματα idem ualere
C quod περισσεύματα, quod ego quidem non auſim affirmare. 21 Quomodo non intelligitis? πῶς οὐ συνίετε; Id eſt, q fieri poteſt ut tã aperta, tãq; manifeſta nõ intelligatis? Vide Matth. 16. b. 11. Cæterùm Frobeniana editio habet, πῶς οὐ νοεῖτε. Quomodo nõ aduertitis animũ? Sed & in tribus uetuſtis codicib. ſcriptũ erat, ὅπως συνίετε; nõdũ intelligitis? Rurſus in alio ſ̃dã, πῶς ὅπω συνίετε, quomodo nondũ intelligitis? quæ quidẽ nõ ſunt interrogãtis, ſed admirãtis ſimul & expoſtulãtis. 22 Offerũt, φέρουσιν, uel ut (Vul. & Eraſ.) adducũt. Cęcũ enim adduci oportuit. 24 Qui quũ aſpexiſſet, ἀναβλέψας, uel quũ reſpexiſſet. Eraſ. & recepto uiſu. Ego uerò exiſtimo particulã ἀναβλέψας uim habere relatiui pronominis, uel potius relatiuũ ὃς ἐκ ſubaudiendũ, ut ita conuertas: Et quum is aſpexiſſet, uel quum autẽ is aſpexiſſet. de quo dicẽdi genere alibi diximus. ἀναβλέπειν uerò nõ declarat uidẽdi facultatẽ amiſſam recuperare, ut alibi ſæpe (neq; enim adhuc uiſum receperat, niſi tenuiter admodum, ſicut ex ipſius reſpõſo apparet) ſed expri mit ipſum cæci geſtũ & habitũ: oculos ſcilicet attollẽtis, & explorãtis ecquid oculorum aciẽ recepiſſet. aut idem ualet quod ſimplex βλέπειν, declarãs ſcilicet ipſam uidendi actionẽ. Itaq; exprimẽdum putauimus uerbo aſpicere abſolutè poſito. Sic Plinius: Cæci, inquit, in obliquũ aſpiciunt. & ita etiã accipitur ἀναβλέπειν infrà 16.a.4. Nam cerno inſtar arborũ ambulantes, ὅτι ὡς ἄνθρωπους ὁρῶ περιπατοῦντας. Eraſ. quoniã uelut arbores cerno ambulãtes. quod etiã ſic accipi poteſt quaſi participiũ ambulãtes, ad arbores pertineat. Hæc enim oſtẽdunt cæcum iſtum potuiſſe motũ hominum percipere, nõ autẽ formã ipſam diſtinguere: quaſi diceret, uideo corpora rectæ ſtaturæ, ſed quæ mouentur, quum arbores ſint immobiles. Ego igitur ut amphiboliã uitarem, quæ nulla eſt in Gręco ſermone, ὡς δένδρα, cõuerti, inſtar arborum. Vetus interpres, uideo homines uelut arbores ambulantes. Coniunxit enim hoc membrum cum ſuperiore, & ita legit, βλέπω τοὺς ἀνθρώπους ὡς δένδρεα περιπατοῦντας: quam lectionem maximè probo, quum præſertim Complutenſis editionis, atque adeò unius codicis uetuſti authoritate confirmetur.

25 Fecit ut denuò aſpiceret, ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι: id eſt, iterum iuſsit ut reipſa exploraret an perſpicuè iam cerneret. Itaque particulam πάλιν repeto, ἀπὸ λοιποῦ, & ἀναβλέψαι accipio ſicut in uerſiculo ſuperiore. nam etiam in uno uetuſto codice ſcriptum erat βλέψαι, non ἀναβλέψαι. Eraſ. & fecit ut uiſum reciperet. quã interpretatioẽ non probo. nam proximè ſequitur, καὶ ἀπεκατέστη. itaque inanis hic eſſet battologia Marci breuitati minimè conue-

A *fermento ſiue doctrina Phariſæorum cauendum.* Matth.16. a.6

nies. Vetus interpres,& cœpit uidere. Legit enim ἠρξατο ἀναβλέψαι, sicut etiã in 2. codice legimus,quod mallẽ interpretari:& cœpit aspicere:repetita (ut antè dixi) particula πάλιν,& uerbo ἀναβλέψαι eadẽ ratioen expositio, sicut & paulo pòst accipitur. Cæterùm τὸ πρῶτον ponitur hoc loco pro authorẽ esse cuipiã alicuius rei faciendæ, ut etiã accipitur Act.3.b.12. Sic uernaculo sermone dicimus,il le sent regarder, quæ est circumloquutio coniugationis Hiphil. est,uiditq; eminus & dilucidè omnes. πάντας, ἠ φῶς βλέψαι τηλαυγῶς ἅπαντας.

Tunc Iesus misit eum domum suam, dicens: Neque in uicum illum ingrediaris, neque dixeris cuiquam in uico. 26 καὶ ἀπέστειλεν αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ,λέγων· μηδὲ εἰς τὴν κώμην εἰσέλθῃς, μηδὲ εἴπῃς τινὶ ἐν τῇ κώμῃ.

Et ingressus est Iesus ac discipuli eius in uicos Cæsareæ quæ cognominatur Philippi:& in uia interrogauit discipulos suos,dicens eis:Quem me dicunt homines esse? 27 Καὶ ἐξῆλθεν ὁ Ἰησοῦς, ἠ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὰς κώμας κωμοπόλεις Φιλίππου. ἠ ἐν τῇ ὁδῷ ἐπηρώτα τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγων αὐτοῖς· τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι;

Populi opinio de Christo. Matth.16.b.13 Luc.9.c.19

Illi uerò responderunt: Ioãnem Baptistam: & alij Eliam,alij uerò unum ex prophetis. 28 οἱ δὲ ἀπεκρίθησαν, Ἰωάννην τὸν Βαπτιστήν, καὶ ἄλλοι Ἠλίαν, ἄλλοι δὲ ἕνα τῶν προφητῶν.

Apostolorum de Christo cõfessio.

Tunc ipse dicit eis: Vos autem quem me dicitis esse? Respondens uerò Petrus, dicit ei: Tu es ille Christus. 29 ἠ αὐτὸς λέγει αὐτοῖς· ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος, λέγει αὐτῷ· σὺ εἶ ὁ χριστός.

Tũc interminatus est ut nulli id dicerẽt de se. 30 ἠ ἐπετίμησεν αὐτοῖς,ἵνα μηδενὶ λέγωσι περὶ αὐτοῦ.

De passione sua præmonet Christus Apostolos.

Et cœpit docere eos quòd oporteret Filium hominis multa pati, & reprobari à Senioribus, principibusq; Sacerdotũ, ac Scribis, & trucidari, & tribus pòst diebus resurgere. 31 ἠ ἤρξατο διδάσκειν αὐτούς, ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν, ἠ ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων ἠ ἀρχιερέων ἠ γραμματέων, ἠ ἀποκτανθῆναι, ἠ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀναστῆναι. B

Viditq; καὶ ἐνέβλεψε. In quinq; uetustis exẽplaribus & editione Cõplutensi scribitur ἀνέβλεψε:quod Erasmus interpretatur,ac denuò uidebat,idq; (ni fallor) non satis cõmodè. Omnino enim hic ponitur cõpositum pro simplici ἔβλεψε, ut liquet ex particula ἅπαντας adiuncta. Vul. ita ut uideret, ὥστε ἀναβλέψαι, sicut habebat secundum exemplar. Sed mihi placet in primis Frobeniana editio,quę habet, ἐνέβλεψε id est,peruidit. Initiò enim nõ nisi ex parte aliqua usum receperat. Eminus & dilucidè, τηλαυγῶς. Vulgata,clarè. Erasmus,dilucidè. Nos uerò studuimus Græci aduerbij significationem paulo clarius explicare. Cõponitur enim ex τῆλε, id est eminus,& αὐγὴ, quod lucem & splendorem declarat. Cæterùm in uno uetere exemplari scriptũ erat διαυγῶς: id est perspicuè, siue pellucidè. Omnes, ἅπαντας. Vulg.omnia,id est πάντα,quod annotatum erat in 2. exemplari. 26 Neq; in uicum illum, μήτε εἰς τὴν κώμην. Omnino fuit exprimendus articulus,ne uideatur generale Christi interdictum. Totus autem hic locus ad finem usq; uersiculi uariè legitur in Græcis exemplaribus. Nam testatur Erasmus se codicem habuisse, in quo post λέγων scriptum esset,ναὶ δὲ τὴν κώμην μηδεὶς εἴπατε, μηδὲ ἐν τῇ κώμῃ: id est, si in uicum introieris,nemini dixeris,ne in uico quidem. Veterem autẽ interpretem legisse apparet,λέγων, ὕπαγε δὲ τὴν οἰκίαν σου, ἠ ναὶ δὲ εἰς τὴν κώμην εἰσέλθῃς, μηδενὶ εἴπῃς. Sic enim conuertit,dicens: Vade in domum tuam: & si in uicum introieris,nemini dixeris. Deniq; in uno uetusto codice deerat totum illud,μηδὲ εἴπατε τινὶ ἐν τῇ κώμῃ.quem si sequamur,uertẽdum erit, ne ingrediaris quidem in uicum illum. Certè uidetur posterius hoc membrum abundare, nisi pro ἐν τῇ κώμῃ, legas εἰς τὴν κώμην: quod tamen nusquam reperi. 28 Vnum,ἕνα. Vul. quasi unum id est,ὁτιοῦν ἕνα 29 Ille Christus,ὁ χριστός. Rectè hic Erasmus articulum expressit,à Vetere interprete prætermissum. Additum autem reperimus in uno uetusto exemplari ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ,Filius Dei. 30 Interminatus est,ἐνετίμησεν. Vide Matth.8.d.26 & 12.b.16.id est, adhibitis minis prohibuit. Terent. in And. Interminatus sum ne id faceres. Paulo pòst accipitur pro obiurgare, ut alibi sæpe. Id dicerent,λέγωσιν. Addidi relatiuum pronomen,quod sæpe alibi prætermittitur: hic autem omnino supplẽdum putaui,non modò quia dicere de se,pro,loqui de se,uidetur obscurius dictum: sed etiam quia ex Matthæo apparet cap.16.c.20. & ex Luca 9. c.21. hoc Christi interdictum non esse generale,sed ad ea referendum quæ proximè præcesserunt.

31 Ἀπὸ,id est ὑπό. Vide Matth. 11.c.19. In uno tamen codice scriptum erat ὑπὸ. Rursus autem in alio quodam legimus,ἀπὸ τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων τῶν πρεσβυτέρων,à filijs hominum senioribus. Tribus pòst diebus,μετὰ τρεῖς ἡμέρας. C Vulgata & Erasmus ad uerbum,post tres dies: quæ interpretatio non modò est obscura hoc quidẽ loco,sed etiam (ut existimo) falsa. Itaq; magnas peperit controuersias inter doctissimos uiros, qui hunc locum cum alijs multis conciliare student,in quibus disertè dicitur Christus non post tres dies,sed ipso die tertio resurrecturus. Dicam igitur & ego quod sentio, ut eruditiores iudicent. Qui ad synecdochen confugiunt, non penitus expediunt nodum: quia nemo Latinè dicet,post tres dies fieri,quod fit intra illud tempus. Quid ergo? Certè genus dicẽdi quo usus est Dominus in suo sermone,minimè ambiguum fuisse declarat Pharisæorum oratio Matth.27. g.64. petentium à Pilato ut iubeat muniri sepulchrum in tertium usq; diem:quia (inquiunt) meminimus impostorem illum dixisse, quum adhuc uiueret, μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι. Hoc igitur dicendi genus si ambiguum fuisset, trium dierum mentionem non fecissent Pharisæi, quibus elapsis se nihil metuere testantur: quum in id duntaxat spacium à Pilato præsidium petunt. Hoc igitur quum uideret Stapulẽsis, homo tam pius quàm eruditus,alia uia aggressus est hunc nodum explicare. Ostẽdit enim ex Apollonio grammatico præpositionem μετὰ interdum poni pro ἐν apud Græcos,ueluti quum dicunt, μετὰ χεῖρας ἔχειν, pro ἐν χερσὶ: id est,in manibus habere. Sed hoc fateor nõ satis conuenire, quum in eiusmodi exemplis, qualia permulta reperiuntur, nullum temporis interuallum significetur. Erasmus igitur aliam excogitat rationem,nempe ut triduum supputetur à captiuitate Christi, non ab occisione. Sed hanc interpretationẽ satis refutat illud quod ex Pharisæorum oratione collegimus. Deinde quũ resurrectio morti opponatur,cõstat tempus futuræ resurrectioni cõstitutũ, potius ab ipsa morte quàm à captiuitate initium ducere. Quid igitur? Nempe hoc affirmare non dubito, fieri non posse ut in hoc dicẽdi genere & similibus, μετὰ respõdeat Latinæ præpositioni pòst. Nã primùm omnium (ut in proposito nobis exẽplo maneamus) qui post tres dies futurum aliquid pronunciat, nullũ certum diẽ cõstituit,non quartum,non quintum,non sextum,non septimum, non denique ullum alium. Itaque nemo sic loqui solet, neque (ut opinor) creditor ullus est, qui mutui solutionem uelit hac formula stipulari. Deinde id ipsum liquet ex illa Pharisæorum petitione.

Nam si

A Nam si, μετὰ τρεῖς ἡμέρας, declarat, Post tres dies, quid tandem ineptius fingi possit hac oratione: Iube muniri sepulchrũ in tertium usq; diẽ, quia iste post tres dies se dixit resurrecturum? Nam potius ante tertium diem exactũ nihil illis metuẽdum fuisse, aut certè post tertium diem maximè fuisse custodiendũ sepulchrũ, ea loquutio declarat. Ex quo efficitur, interpretationem illam stare non posse. Tandem igitur ut ad nostram accedamus, dico ב præpositum uocabulis apud Hebræos, quũ propriè respondeat Græcæ præpositioni ἐν, & Latinę in, tamẽ interdum idem ualere quod μετὰ, id est post: idq; interdum, ita ut res nõ post tẽpus exactum, sed intra ipsum geri dicatur, sicut accipitur Leuit. 12. a. 6. Quinetiam interdum pro μετὰ accipitur, ita ut tempus præteritum excludatur, ut Deut. 4. g. 46. & eiusdem libri 9. a. 4. & Esai. 20. a. 1. Itaq; quum in hoc dicendi genere, ἐν τρισὶν ἡμέραις sit locus ב Hebræorum, nihil mirum est, Euangelistas ita Græcè scribẽtes ut plerunq; hebraissent, illud ב modò per ἐν, modò per μετὰ expressisse: eodem tamen sensu. Deniq; ut hæc ratio Hebraici sermonis non satisfaciat, hoc etiã dico, apud ipsos discertos Græcos præpositionem μετὰ sæpe pro ἐν & εἰς usurpari, idq; etiam quum certum aliquod tẽpus nondum præteritum declaratur: ut in illo uersiculo Homeri, Odyss. χ'. -μενοῦγε καὶ ἀπειρεσίῃ μετὰ δῆτα: id est, ἐν δαΐ, seu potius μετὰ ξὺν λαῷ, aut παρὰ δαῖτα. pro quo Latini dicerent, inter prandendum, aut in prandio: non autem, post prandium. Sic Eurip. ἐλαχεν· τὰ δ' ἱερὰ νύκτιος ἕμελ' ἡμέρων τελεῖ: id est, interdiu. quod & apud Aristophanẽ & apud Plutarchum reperias in dialogo, πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, ubi de ranis loquitur. Apparet igitur μετὰ non semper declarare cõsequẽs tempus, sed etiam interiectum, & adhuc uigens. Quãobrem Deut. 31. c. 10. pro eo quod in Hebræo legitur, à fine septẽ annorum, Græcus interpres uertit, μετὰ ἑπτὰ ἔτη, quum tamẽ de anno remissionis, id est de ipso anno septimo agatur, sicut declarant ea quæ proximè consequuntur, quãuis nonnulli Hebræorum interpretes aliter sentiant. Videtur enim etiã illud מקץ respondere præpositioni μετὰ, pro ἐν usurpatæ, in hoc quidẽ dicendi genere: quod Galli sic ad uerbum exprimerent, au bout de sept ans, septimum ipsum annũ intelligentes, eumq; uel inchoatum, sicut accipitur manifestè Deut. 15. a. 1. uel penè peractum, ut eo loco quem paulo antè citaut. Græci uerò nonnunquã per μετὰ, ut modò ostendimus: interdum per ἐν, ut infrà 15. c. 29. ἐν τρισὶν ἡμέραις: uel per διὰ, ut Deut. 15. a. 1. & infrà 14. f. 58. & Matth. 26. f. 61. διὰ τριῶν ἡμερῶν: uel per ἐπὶ, præsertim quum de futuro agitur. ut Aeschines, ἐπὶ ὑπατίου ἡμέραν πλείους ἢ μιᾶς. Itaq; (ut ad rem redeam) μετὰ τρεῖς ἡμέρας idem omnino declarat atq; ἐν τρισὶν ἡμέραις: uel διὰ τριῶν ἡμερῶν, uel ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις: id est, ut ipse Matthæus explicat, 16. c. 21. τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ: id est, ut loquuntur Latini, tertio pòst die, uel tribus
B pòst diebus. quã interpretationem germanam esse uel illud declarat, quòd si eam sequaris, optimè cohærebit illa Pharisęorum petitio, nempe ut ad diem usq; tertium muniatur sepulchrum, eo quòd dixisset ille sese tribus pòst diebus resurrecturum. His enim loquendi formulis tertium ipsum diem à Latinis intelligi, satis constat ex oppositis dicendi generibus: in quibus scilicet usurpatur præpositio antè. Veluti quum dicimus præcisè III, IIII, uel V Nonas, Idus, Calendas. & sic deinceps, quum sit plena loquutio III, uel IIII, uel V die ante Nonas, Idus, Calendas. sicut semel loquitur Cornelius Tacitus lib. 12. quum, inquam, id dicimus, præpositio antè, non excludit diẽ ipsum Nonarũ, Iduum, Calendarũ, sed significatur dies II. uel III. uel IIII ante Nonas, Idus, Calẽdas. sic etiã Priscianus quum ita loquimur, annos x natus, existimat subaudiri præpositionem antè: quum tamen id de eo dicatur qui decimum ipsum annum agit. Vtramuis igitur harum interpretationum sequaris, nempe intra tres dies, uel tribus pòst diebus, siue tertio pòst die, rectè (ni fallor) expresseris illud, μετὰ τρεῖς ἡμέρας. Quamobrem aliis aliquot locis eandem loquutionem similiter conuertimus.

καὶ παῤῥησίᾳ τὸν λόγον ἐλάλει, καὶ προσλαβόμενος αὐτὸν ὁ Πέτρος, ἤρξατο ἐπιτιμᾶν αὐτῷ. 32 Et apertè eum sermonem loquebatur. Tũc apprehẽdit illũ Petrus, & cœpit eũ obiurgare.

ὁ δὲ ἐπιστραφεὶς, καὶ ἰδὼν τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, ἐπετίμησε τῷ Πέτρῳ, λέγων· ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ, ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων. 33 Ille uerò conuersus, & aspiciens discipulos suos, obiurgauit Petrum, dicẽs: Abscede à me Satana: nam non sapis quæ Dei *sunt*, sed quę *sunt* hominum. *Satan.* Matth. 10. d. 38 & 16. d. 24 Luc. 9. c. 23 & 27. i. 34

καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον σὺν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς· ὅστις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι. 34 Et quum aduocasset turbam cum discipulis suis, dixit eis: Quicunque uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, ac sequatur me. *Sequi Christum.* *Crux.*

C 32 Et apertè eum sermonem loquebatur, καὶ παῤῥησίᾳ τὸν λόγον ἐλάλει. Vulgata, & palàm uerbum loquebatur. Atqui soli discipuli aderant quum hæc diceret. Rectè igitur Erasmus, quẽ sequuti sumus, παῤῥησίᾳ uertit apertè: id est, σαφῶς, sermone scilicet minimè obscuro uel ambiguo: quum propriè significet liberè & intrepidè, sicut alibi dicemus. Cæterùm quòd Vetus interpres uertit uerbum, & Erasmus sermonem, planè obscurum erat, ex Hebræorum scilicet idiomate. Itaque expressimus articulum, quo generalis illa sermonis significatio ad id restringitur de quo differebat Dominus. 33 Abscede à me, ὕπαγε ὀπίσω μου. Vulgata, uade retro me. Videtur enim hæc Christi uerba ita accepisse, quasi Petrus non præire, sed sequi iubeatur: ficut discipulum decet. Præire autem uelle uidebatur, qui præceptorem reprehendere auderet. Ita etiam ex suo illo Origene exposuit hũc locum Erasmus annotationibus in 4. Matthæi caput. Aqui ὕπαγε (ut ipse quoq; rectè annotauit) non significat uade: id est, βάδιζε, uel ἴθι, sed ἄπιθι: id est abi, siue discede. Is autem qui nos sequitur à tergo, certè non discedit à nobis: & Christus tanta Petri temeritate meritò commotus, non modò iubet Petrum locum mutare, sed à se facessere tanquam à Dei regno alienũ: minimè id quidẽ ut hac acerbiss. obiurgatione discipulũ abigeret, sed ut ille deinceps sese disceret modulo suo metiri. Itaq; illud ὀπίσω μου, Vetus interpres non rectè conuertit, retro me: quod dicẽdi genus ne Latinum quidẽ est. nec totũ dicit Erasmus, quum interpretatur post me. neq; enim ὀπίσω idẽ hic ualet quod ponè & à tergò, sicut Matth. 4. c. 19. Δεῦτε ὀπίσω μου, uenite post me. & 1. Tim. 5. c. 15. ὀπίσω σατανᾶ, sequutæ Satanam. & 2. Pet. 2. b. 10. τοὺς ὀπίσω σαρκὸς, qui carnis uestigia sequũtur: sicut deniq; usurpatur uerb. proximo: sed absc'ssionẽ & disc'ssionẽ declarat propter uerbũ ὕπαγον adiunctũ. Nam qui prorsus discedit à nobis, auersis in cõtrariam partem uestigijs abit: sicut in uernaculo nostro sermone, *aller derriere quelqu'un*, aliud declarat quàm *aller arriere de quelqu'un*: quod utrunq; tamẽ à Græcis una particula ὀπίσω exprimi potest, ꝓ ὑπαλλὰξ posita: & quidẽ adiecto casu, sicut dixit Herodianus, ὀπίσω πατρὸς ἐστὶ τρέχειν retrorsum currere. quod uernacula lingua diceremus, *courir en arriere*. unde boues ἀποδέσμιοι, quos Plinius retro pascentes uocat. Vsus sum igitur abscedendi uerbo, quod mihi uidetur illud ὕπαγον ὀπίσω optimè exprimere, translatitia significatione, sicut hic accipitur, nimirum pro abire ex alicuius conspectu.

35 Iste

Animam perdere. Matth.10.d.39 & 16.d.25 Luc.9.c.24 & 17.8.33 Ioan.12.d.25

Nam quisquis uoluerit animam suam seruare, perdet eam: quisquis autem perdiderit animam suam causa mea & Euangelij, iste seruabit eam.

Quid enim iuuabit hominem, si lucratus fuerit mundum totum, & anima sua multetur?

Aut quam dabit homo compensationem animæ suæ?

Erubescere Christum. Matth.10.d.33 Luc.9.c.26 & 12.b.8

Nam quicunq; erubuerit me ac meos sermones in natione hac adultera & peccatrice, Filius etiam hominis erubescet eum, quando uenerit cum gloria Patris sui cum angelis illis sanctis.

CAP. IX.

Matth.16.d.28 Luc.9.d.27

ETiam dixit eis: Amen dico uobis, quòd sunt quidam ex ijs qui hic adstant, qui nequaquam gustabunt mortem, usq; dum uiderint regnum Dei uenisse cum potestate.

Et sexto pòst die accipit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem, & subducit eos in montem sublimem priuatim solos: & transformatus fuit coram eis.

Transfiguratio Christi. Matth. 17. a.1 Luc.9.d.28.

Et uestimenta eius facta sunt coruscantia, candida ualde ut nix: qualia non potest fullo in terra dealbare.

Et uisus est eis, Elias cum Mose, qui colloquebantur cum Iesu.

Tunc respõdens Petrus, dicit Iesu: Rabbi, bonum est nos hic esse: faciamus igitur tabernacula

35 ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ εὐαγγελίου, οὗτος σώσει αὐτήν. A

36 τί γὰρ ὠφελήσει ἄνθρωπον, ἐὰν κερδήσῃ τὸν κόσμον ὅλον καὶ ζημιωθῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ;

37 ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ;

38 ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ μοιχαλίδι καὶ ἁμαρτωλῷ, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται αὐτόν, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀγγέλων τῶν ἁγίων.

ΚΕΦ. Θ'.

1 ΚΑὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ ἐληλυθυῖαν ἐν δυνάμει.

2 καὶ μεθ' ἡμέρας ἓξ παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς τὸν Πέτρον καὶ τὸν Ἰάκωβον καὶ τὸν Ἰωάννην, καὶ ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν μόνους· καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν.

3 καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο στίλβοντα, λευκὰ λίαν ὡς χιών, οἷα γναφεὺς ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δύναται λευκᾶναι. B

4 καὶ ὤφθη αὐτοῖς Ἠλίας σὺν Μωσεῖ, καὶ ἦσαν συλλαλοῦντες τῷ Ἰησοῦ.

5 καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Πέτρος λέγει τῷ Ἰησοῦ· ῥαββεί, καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι, καὶ ποιήσωμεν σκηνὰς

35 Iste, ἐκεῖνος. Deerat hoc loco pronomẽ in uno uetusto codice, & à Vetere interprete nõ exponitur. Mihi tamẽ uidetur magna esse emphasis huius repetitionis, quã Grammatici epanalepsim uocant. 36 Iuuabit hominem, ὠφελήσει τὸν ἄνθρωπον: id est, quid profuerit cuipiã. Vsurpat enim Euangelista τὸν ἄνθρωπον indefinitè pro τινα, sicut alibi sæpe obseruauimus. Cæterum pro τὸν ἄνθρωπον Frobenius excudit τὸ ἄνθρωπος. Sed nusquã legi ὠφελεῖν, neutropassiui forma usurpatum. Vetus codex unus legit ὠφεληθῇ, iuuar. 37 Aut quã dabit, ἢ τί δώσει. In uno uetere exẽplari scriptum erat, τί γὰρ δῷ, quam enim dederit: & fortassis rectius. 38 Erubuerit, ἐπαισχυνθῇ. Vulgata, confusus fuerit, barbarè omnino. Infrà autem Lucæ 9.d. 26. ita conuertit ut nos hoc loco, satis rectè, ni fallor: quamuis erubescere Græci propriè dicant ἐντρέπεσθαι. Quũ enim hæc erubescentia ex pudore oriatur, ex effectu causam facilè colligimus. Angelis illis sanctis, τῶν ἀγγέλων τῶν ἁγίων. Repetitio articuli à nobis expressa est, qua utiẽ (ni fallor) Euãgelista, ut maiestatis illius amplitudinem oculis nostris subijciat, alludens fortassis ad celebrem illam Iesaiæ uisionem.

IN CAP. IX.

1 Qui hic adstant, τῶν ὧδε ἑστηκότων: id est, τῶν ὧδε παρόντων, qui hic adsunt. Ponitur enim ἑστηκέναι pro εἶναι, ut apud Latinos adstare dicitur quispiam, etiamsi sedeat. Sic accipitur Act. 7.g. 55. & paulo pòst infrà 11. a. 5. & d. 29. Cum potestate, ἐν δυνάμει. Vulgata & Erasmus, δύναμιν uertunt Virtutem, de quo alibi dicemus. Regnum autem Dei uocat tempus illud quo Deus in Ecclesia sua patefacto Euangelio, regnum suum ueluti inchoaturus erat, quod statim à resurrectione fieri cœpit, frustra ringente & fremente mundo. Antea uerò quum Christus adhuc infimus hominum esset, paucis quibusdam discipulis, ijs'que infirmissimis cum assectantibus, quodammodo sepulta erat immensa Regis nostri potestas. 2 Sexto pòst die, μεθ' ἡμέρας ἑξ. uel, sex pòst diebus. Vulgata & Erasmus, pòst dies sex: quo dicendi genere nullum certum tempus significari ostendimus superiore capite, uersu 31. Hæc igitur gesta sunt sexto die ab eo quo Dominus sermonẽ præcedentem habuerat. gesta inquã sunt sexto ipso die, & quidem sub uesperam. Hoc enim est quod ait Lucas, non octauo, sed ferè octauo pòst die ista euenisse: quia scilicet inclinante iam die septimo gesta sunt. Numerat enim Lucas eum etiam diem quo superiorem sermonem Christus habuerat. & præterea tempus obseruat quo in montem ascenderunt: imminente scilicet iam nocte, quæ octauum diem auspicabatur, quo tempore Dominus de more in montem conscendit ut oraret: non tamen solus, ut ferè solebat, sed tribus assumptis discipulis. Id'que uel ex eo liquet, quòd idem Lucas narrat discipulorum oculos somno fuisse grauatos. & postero demum die, octauo scilicet, è monte descendisse: in quo nimirum pernoctarant. Scio uerò Chrysostomum alia ratione Lucam cum Matthæo & Marco conciliare quasi scilicet toti sex isti dies inter sermonem habitum & transformationem Domini intercesserint: quia particulam ὡσὶ non ad initium octaui diei, ut ego, sed ad finem refert. Sed in uersione mea probãda non ero prolixior, quia puto lectoribus esse satisfactum suprà 8. d. 31. 3 Coruscantia, στίλβοντα, Vulgata & Erasmus, splendentia uel splendida: id est, λαμπρά. Mihi uerò uidetur uerbum στίλβειν aliquid amplius significare, quàm λάμπειν. Qualia, οἷα, qualia. Erasmus, quãm, nomine in aduerbium mutato, ut (inquit) uitetur sermonis absurditas: quam ego quidem non uideo. In terra, ἐπὶ τῆς γῆς. uel (ut Vulgata & Erasmus) super terram: id est, nullus prorsus fullo. Hoc enim additum est ex uulgò usurpata loquendi consuetudine, ut omnes semel fullones excipiantur. Sic nos quoque uernaculo nostro sermone diceremus. *Il n'y a foulon au monde. ou il n'y a foulon sur la terre.* Dealbare, λευκᾶναι. Vulgata & Erasmus, candida facere: periphrasi (ut ego quidem existimo) minimè necessaria. 5 Faciamus igitur, καὶ ποιήσωμεν. Vel, faciemus igitur, id est, καὶ ποιήσομεν, ut in uno uetere codice legimus. Ponitur autẽ ὦ pro ὼ, ut alibi sæpe. Eras. etiam alicubi

A alicubi legit, Ἵνα τί συζητεῖτε: id est, uis faciamus, quod optimè quadrat. Sed addenda erit interrogatio.

πρὸς, Οἱ μίαν, καὶ μωσεῖ μίαν, καὶ ἠλίᾳ μίαν.
οὐ γὰρ ἤδει τί λαλήσῃ· ἔκφοβοι γὰρ ἐγένοντο.
καὶ ἐγένετο νεφέλη ἐπισκιάζουσα αὐτοῖς, καὶ ἦλθε φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης, λέγουσα· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, αὐτοῦ ἀκούετε.
καὶ ἐξάπινα περιβλεψάμενοι, οὐκέτι οὐδένα εἶδον, ἀλλὰ ἐν ἑαυτοῖς μόνον μεθ' ἑαυτῶν.
καταβαινόντων δὲ αὐτῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους, διεστείλατο αὐτοῖς ἵνα μηδενὶ διηγήσωνται ἃ εἶδον, εἰ μὴ ὅταν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ.
καὶ τὸν λόγον ἐκράτησαν πρὸς ἑαυτούς, συζητοῦντες, τί ἐστι τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι.
καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν, λέγοντες, ὅτι λέγουσιν οἱ γραμματεῖς, ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον;
ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· Ἠλίας μὲν ἐλθὼν πρῶτον, ἀποκαθιστᾷ πάντα. καὶ πῶς γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα πολλὰ παθῇ καὶ ἐξουδενωθῇ.
ἀλλὰ λέγω ὑμῖν, ὅτι καὶ Ἠλίας ἐλήλυθε (καὶ ἐποίησαν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν) καθὼς γέγραπται ἐπ'
B αὐτόν.
καὶ ἐλθὼν πρὸς τοὺς μαθητὰς, εἶδεν ὄχλον πολὺν περὶ αὐτοὺς, καὶ γραμματεῖς συζητοῦντας αὐτοῖς.

tria, tibi unum, & Mosi unum, & Eliæ unum.
6 Nō enim sciebat qd loqueret: erāt enī exterriti.
7 Et facta est nubes, quæ inumbrauit eos: uenitq; uox è nube, dicens: Iste est Filius ille meus dilectus, ipsum audite.
8 Et repentè quū circunspexissent, non amplius uiderunt quenquam, sed solum Iesum *esse* secum. *Audiendus Christus.*
9 Quum uerò descenderent de monte, imperauit eis, ut nulli narrarent quæ uiderant, nisi quum Filius hominis à mortuis resurrexisset. Matth. 17. b. 9
10 Ipsi uerò id continuerūt apud se, mutuò quærentes quid illud esset, A' mortuuis resurgere.
11 Et interrogarunt eum, dicentes: Cur scribæ dicunt quòd Eliam oportet uenire primùm?
12 Ipse uerò respondens, dixit eis: Elias quidem quum uenerit primùm, restituet omnia: & ut scriptum est de Filio hominis, *oportet* ut multa patiatur, & pro nihilo habeatur. *De Elia & Ioanne Baptista.* Malach. 4. b. 3 Esa. 53. a. 4
13 Sed dico uobis, quod Elias uenit, & fecerūt ei quæcunq; uoluerunt, sicut scriptum est de eo.
14 Et quum uenisset ad discipulos *suos*, uidit turbam multam circum eos, & scribas altercantes cum eis. *Spiritū mutum habens sanatur.* Matth. 17. c. 14 Luc. 9. c. 38

Mosi, μωσεῖ. In hoc nomine scribendo, sicut in plerisq; Hebraicis aut Syriacis, mirum in modum uariare comperimus uetera exemplaria. Quædam enim μωσῆ, quædam μωϋσῆ, alia μωσᾶ, alia μωϋσᾶ scriptum habebant.

6 Loqueretur, λαλήσῃ. Vel potius (ut in quatuor exemplaribus legimus) λαλῆσαι. Hoc (inquit Euangelista) dixit Petrus, quòd nesciret quid sibi dicendum esset: quod uernaculo sermone diceremus, *il ne sçauoit qu'il deuoit dire*. Exterriti, ἐκφοβοι: id est, præ metu apud se non erant, ὑπὸ φόβου ἐξίστανται. Id enim ualet præpositio ἐκ. In Cōplutensi editione legitur ἐμφοβοι: id est, metu occupati. Eras. expauefacti: id est, ἐκπλαγέντες. 10 Ipsi uerò id conti. τὸν λόγον ἐκράτησαν πρὸς ἑαυτούς. Eras. ad uerbum, hoc tenuerunt. Tenere enim risum & linguā dicimus pro cōtinere & coercere. Indicat autē τὸ ἐκράτησαν (si Græci uocabuli etymologiā spectemus) discipulos non sine ui quadam & labore hoc arcanum tādiu tacuisse. Nam cæteros probabile est ex ijs quæsiuisse ecquid in monte gestum esset, & quos sermones habuisset. Cæterùm τὸν λόγον conuertimus per pronomen id, ne quis hæc referret ad id duntaxat tiuum ad molliendam transitionē: & τὸν cōuertimus potius ut continuationis, quàm copulationis particulā. Nam etiam in uno uetere exēplari scriptum erat, τὸ δὲ τὸν λόγον ἐκράτησαν. Mutuò quærentes, συζητοῦντες. Vul. conquirentes. Eras. disputantes. Nos pro συζητεῖν dicere solemus, Altercari, quando personæ casus illi adiungitur: ut συζητεῖν τινὶ, uel πρός τινα, sicut suprà annotauimus 1. c. 27. Hic autem maluimus per periphrasim interpretari. Quid illud esset, A' mortuis resurrexisset: τί ἐστι τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι. Vul. quid esset. Quum à mortuis resurrexerit. id est, τί ἐστιν ἐὰν ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ. Eraſmus, quid esset hoc quod dixerat à mortuis resurgere: longiore scilicet usus circuitu, ut articulū explicaret, à Vetere interprete omissum. Hæc autē quæstio de qua hic disceptatur inter tres illos Christi primarios discipulos, non est simpliciter accipienda, quasi de futura resurrectione dubitarēt. nam etsi erant ad-
C modum rudes, tamen non ita erant (opinor) imperiti, ut hominis fœlicitatem huius uitæ spacio terminari putarent. Sed quum nullā corporum resurrectionē præter illam uniuersalem intelligerent, & Pharisaicis opinionibus & peculiari sua resurrectione tertio die futura. Quamobrē etiam quum Dominus iam esset in cœlum conscensurus, non uerentur ex eo quærere ecquid esset eo tempore regnum Israelis restituturus: quam historiam cōmemorat Lucas Act. 1. a. 6. ut intelligamus quàm necesse fuerit Christi corpoream præsentiam nobis adimi, ut eum non in terra, sed in cœlo quærere disceremus. 11 Cur, ὅτι. Vul. quid ergo, τί οὖν. Eraſmus, Quid est quod, τί ὅτι ἐστί, τί. Atqui ὅτι particula interdum pro διατί accipitur, etā indefinitè: sicut paulo pōst uersiculo 28. ijdem interpretes rectè exposuerunt. Sic etiam apud Homerū Odyss. τ'. - τὴν ἐξείρεσαν ἵνα τι σὺ λὼ ἔστε πάθητε. 12 Restituet, ἀποκαθιστᾷ. Notandum hoc dicendi genus forma quadā concessionis dictum. quasi diceret Dominus: Verum quidē est quod illi dicūt, Eliam scilicet (ut prædixit Malachias) primùm uenturū, qui instauret omnia: sed uobis dico ista iam esse completa. Et ut, καὶ πῶς. Locus hic profectò est obscurus. Nusquam enim legi πῶς pro ὅτι, uel ἵνατι positum. & tamen necesse est (ni fallor) ut ita accipiatur. Deinde deest uerbum cui subijciatur particula ἵνα: quod quidem nos ex superioris capitis uersu 31. & Luc. 9. c. 22. supplendum putauimus. Cæterùm in uetusto codice 3. scriptum erat, non καὶ πῶς, sed λαθὼν: quod maximè probarē, nisi uiderem copulatiuam coniunctionē necessariò hic requiri. Hoc deniq; obseruandum est, ἵνα hoc loco necesse esse τελικὸν, sed ἀδικὸν potius. periphrasis enim est infiniti, ficut in illo Homeri Iliad. α'. ὦ ὀϊζυρὲ ἔφαθ' αὐτὸς ἑκὼν γένεσθαι. pro ὦ ὀϊζυρὲ αὐτὸν ἑκὼν γενέσθαι. Sequitur enim, αὐτοῦ γὰρ αὐτῶς ἤδεται δουλοσύνην. De Filio hominis, ἐὰν τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου: uel, super Filio hominis. Sic usurpauit hanc particulam Herodotus initio Thaliæ. λόγῳ γὰρ οὐκ ἔστι τὸν πλησίον πρὸς ἄμαχον ὦδε τῶν θυγατέρα. Cyrum enim eum esse qui ad Amasim super filia legatos miserit. Pro nihilo habeatur, ἐξουδενωθῇ. Vulgata & Eraſmus, contemnatur: id est, ἀπαρρητοθῇ, quod uerbum est nimis dilutum. Alludit autem (opinor) ad illum Psalmi 22. uersiculum: Vermis sum, & non homo. 14 Ad discipulos, πρὸς τοὺς μαθητὰς. Reliquos discipulos intelligit quos pridie eius diei reliquerat, quum in montem ascenderet cum Petro, Ioanne & Iacobo.

16 Inter

Salutatio.

Et statim uniuersa turba uiso eo expauit: & ac currentes salutauerunt eum.

Tunc interrogauit Scribas: Quid altercamini inter uos?

Et respondens unus è turba, dixit: Magister, adduxi filium meũ ad te, habentẽ spiritũ mutum.

Qui ubicunque eum corripuerit, lacerat eum, & ille spumat, ac stridit dentibus suis, & arescit: & dixi discipulis tuis ut eijcerent, sed non ualuerunt.

Corripit patrẽ dæmoniaci incredulum Christus.

Ipse uerò respondens ei, dicit: O' natio infidelis, quousq; tandem apud uos ero? quousq; tandem tolerabo uos? adducite eum ad me.

Tunc ipsum adduxerũt ad eũ: quum autem ipse eum uidisset, continuò spiritus discerpsit eum, & is quum cecidisset in terram, uoluebatur spumãs.

Tũc interrogauit patrẽ eius: Quantũ tẽporis est quòd hoc accidit ei? Ipse uerò ait: Ab infante.

Et sæpe eum in ignem abiecit & in aquas, ut perderet eum: sed si quid potes, succurre nobis, misericordia commotus erga nos.

Fides.

Iesus autem dixit ei: Si potes hoc credere, omnia fieri possunt credenti.

Et quum statim clamasset pater pueri cum lachrymis, dixit: Credo, Domine: succurre infidelitati meæ.

Quũ uidisset aũt Iesus quòd turba simul accurreret, obiurgauit spiritũ illũ impurum, dicẽs ei: Tu spiritus mute & surde, ego tibi iniungo, exi ex eo, & ne amplius ingrediaris in eum.

καὶ ὐθὺς ὡς ἶδεν αὐτὸν, ἐξεθαμβήθη, καὶ προστρέχοντες ἠσπάζοντο αὐτόν. A

καὶ ἐπηρώτησε τοὺς γραμματεῖς, τί συζητεῖτε πρὸς αὐτούς;

καὶ ἀποκριθεὶς εἷς ἐκ τοῦ ὄχλου, εἶπε· διδάσκαλε, ἤνεγκα τὸν υἱόν μου πρός σε, ἔχοντα πνεῦμα ἄλαλον.

καὶ ὅπου ἂν αὐτὸν καταλάβῃ, ῥήσσει αὐτόν, καὶ ἀφρίζει, καὶ τρίζει τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ, καὶ ξηραίνεται. καὶ εἶπον τοῖς μαθηταῖς σου, ἵνα αὐτὸ ἐκβάλωσι, καὶ οὐκ ἴσχυσαν.

ὁ δὲ ἀποκριθεὶς αὐτοῖς, λέγει· ὦ γενεὰ ἄπιστος, ἕως πότε πρὸς ὑμᾶς ἔσομαι; ἕως πότε ἀνέξομαι ὑμῶν; φέρετε αὐτὸν πρός με.

καὶ ἤνεγκαν αὐτὸν πρὸς αὐτόν· καὶ ἰδὼν αὐτὸν, εὐθέως τὸ πνεῦμα ἐσπάραξεν αὐτόν· καὶ πεσὼν ἐπὶ τῆς γῆς ἐκυλίετο ἀφρίζων.

καὶ ἐπηρώτησε τὸν πατέρα αὐτοῦ, πόσος χρόνος ἐστὶν, ὡς τοῦτο γέγονεν αὐτῷ; ὁ δὲ εἶπε, παιδιόθεν.

καὶ πολλάκις αὐτὸν καὶ εἰς πῦρ ἔβαλε, καὶ εἰς ὕδατα, ἵνα ἀπολέσῃ αὐτόν. ἀλλ' εἴ τι δύνασαι, βοήθησον ἡμῖν, σπλαγχνισθεὶς ἐφ' ἡμᾶς. B

ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· τὸ εἰ δύνασαι, πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι.

καὶ εὐθέως κράξας ὁ πατὴρ τοῦ παιδίου, μετὰ δακρύων ἔλεγε, πιστεύω κύριε, βοήθει μου τῇ ἀπιστίᾳ.

ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς ὅτι ἐπισυντρέχει ὁ ὄχλος, ἐπετίμησε τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ, λέγων αὐτῷ· τὸ πνεῦμα τὸ ἄλαλον καὶ κωφόν, ἐγὼ ἐπιτάσσω σοι, ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ, καὶ μηκέτι εἰσέλθῃς εἰς αὐτόν. C

16 Inter uos? πρὸς αὐτούς: Frobeniana editio habet, πρὸς ἑαυτούς: aduersus eos, nimirũ aduersus discipulos meos. quam lectionem magis probo. 18 Vbicunque, ὅπου ἄν. Erasmus, quandocunq;. Sed hoc quidem loco rectè mihi uidetur Vetus interpres propriam huius aduerbij significationem amplexus: melius enim ex circunstantia lochi, quàm tẽporis, declaratur huius periculi magnitudo. Lacerat, ῥήσσει. Vulgata, allidit: id est, ῥάσσει, siue προσράσσει, quod etiam optimè conuenit. Est autem hæc laceratio ad internum dolorem uiscerum referenda, quòd spiritu illum inuadente (sicut in colico dolore accidit) non aliter afficeretur, quàm si re uera sentiret uiscera discerpi. Cicero uerò ad Atticũ scribens, etiã ad animi dolorem trãtulit, quum sese diceret mœrore suo lacerari 19 Quousq; tandem, ἕως πότε. Vulgata, quandiu. Erasmus, quousq;. uide Matth. 17.c.17. 20 Quum autem ipse eum uidisset, καὶ ἰδὼν αὐτόν. Erasmus, & uiso illo. Ego propter amphiboliam addidi relatiuum. Significatur enim, simul atq; Iesus puerum in conspectum suum adductum aspexisset, spiritum cœpisse pro suo more sæuire, sicut Græca manifestè ostendunt: quia ἰδὼν est masculinum, πνεῦμα neutrum. Latina nõ item, nisi relatiuum expresseris: quod quidem etiam ad eum referri potest, qui à dæmonio erat obsessus, sed eodem manente sensu. Discerpsit, ἐσπάραξε, seu uellicauit, sed cum sensu grauissimo. Idem enim hoc loco ualet σπαράττειν quod ῥήσσειν, de quo diximus paulo antè. nisi de totius corporis conuulsione intelligere malis, quam Græci σπάσμα uocãt. Vul. conturbauit: id est, ἐτάραξε. Nam hæc quoq; significatio τῷ σπαράττεσθαι tribuitur ab Hesychio: & in uno uetere codice scriptũ erat ἐωτισπάραξε. 21 Quòd, πότε. Plinius: Tertius hic dies est quòd audiui. Vulgata, ex quo, ἐξ οὗ, sicut etiam in octauo exẽplari scriptum erat. Ab infante, παιδιόθεν. Vulgata, ab infantia, seruato quidem sensu: sed non sine mutatione, quæ minimè fuit necessaria. Sic enim loquitur Columella li. 1. capite octauo: Eligendus, inquit, rusticis operibus ab infantia duratus. Erasmus, à puero: id est, παιδόθεν. quam interpretationem non probo. Conflat enim ex Matthæo adhuc puerũ fuisse istum de quo hic agitur, & discrimen ætatis est inter παιδίον & παῖδα, quãuis non obseruetur uersu 24. 22 Succurre, βοήθησον. Vulgata, adiuua. Erasmus, subueni. Vide Matth. cap. 15. c. 25. 23 Si potes hoc credere, τὸ εἰ δύνασαι πιστεῦσαι. Vulgata prætermisit articulum, qui tamen maximo consensu in omnibus exemplaribus reperitur, & quidem cum uerbo πιστεῦσαι coniunctus: ut eorum sententiam probare non possim qui cum superiore uerbo ἄπτῳ connectunt. Positum est igitur τὸ pro τοῦτο, & hæc Christi uerba cum illius petitione optimè coharẽt. Quum enim dixisset ille, Si potes, succurre nobis: respondet uicissim Dominus: Si tu hoc potes credere, quòd nihil mirum tibi possim succurrere, nihil est quod à me non impetres. Fieri possunt, δυνατὰ. Vugata & Erasmus, possibilia. Ego uerò studui amphiboliã uitare. Neq; enim Christus (ut opinor) significat eum, qui fide sit præditus omnia posse, quod tamen uerum est: sed potius, nihil esse quod ipse non possit ac uelit eius causa, qui ipsius uerbis fidem habuerit. 24 Pueri, παιδίου: id est, παιδίτ. Nam παιδίον (teste Hippocrate) de primo uitæ septennio dicitur: παῖς autem de secundo. Hunc uerò iam puerum extitisse declarat patris responsio, uers. 19. & disertè etiam παῖς uocatur, non παιδίον apud Matth. & Luc. 25 Quòd simul accurreret, ἐπισυντρέχει. Vul. Cõcurrendi uocabulo utitur, quod respõdet τῷ συνῤῥέοντι. Rectè autẽ Eras. ut emphasim præpositionis ἐπὶ exprimeret, cõpositionem resoluit. Tu spiritus, τὸ πνεῦμα. In Græco nõ est pronomẽ, sed id addidi, ut uim articuli minimè ociosi exprimerem. Spiritũ autẽ mutum & surdũ ab effectu uocat. 26 Et quum

A καὶ κράξας, καὶ πολλὰ σπαράξας αὐτὸν, ἐξῆλθε. 26 Καὶ ἐγένετο ὡσεὶ νεκρὸς, ὥστε πολλοὺς λέγειν ὅτι ἀπέθανεν.

ὁ δὲ Ἰησοῦς κρατήσας αὐτοῦ τὴν χεῖρα, ἤγειρεν αὐτὸν, καὶ ἀνέστη. 27

καὶ εἰσελθόντα αὐτὸν εἰς οἶκον, οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπηρώτων αὐτὸν κατ' ἰδίαν, ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό; 28

καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Τοῦτο τὸ γένος ἐν οὐδενὶ δύναται ἐξελθεῖν, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ. 29

καὶ ἐκεῖθεν ἐξελθόντες, παρεπορεύοντο διὰ τῆς Γαλιλαίας, καὶ οὐκ ἤθελεν ἵνα τις γνῷ. 30

ἐδίδασκε γὰρ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτόν· καὶ ἀποκτανθεὶς, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται. 31

οἱ δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα, καὶ ἐφοβοῦντο αὐτὸν ἐπερωτῆσαι. 32

καὶ ἦλθεν εἰς Καπερναούμ· καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ γενόμενος, ἐπηρώτα αὐτούς, Τί ἐν τῇ ὁδῷ πρὸς ἑαυτοὺς διελογίζεσθε; 33

οἱ δὲ ἐσιώπων· πρὸς ἀλλήλους γὰρ διελέχθησαν ἐν τῇ ὁδῷ, τίς μείζων. 34

Καὶ καθίσας ἐφώνησε τοὺς δώδεκα, καὶ λέγει αὐτοῖς· Εἴ τις θέλει πρῶτος εἶναι, ἔσται πάντων ἔσχατος, καὶ πάντων διάκονος. 35

καὶ λαβὼν παιδίον, ἔστησεν αὐτὸ ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτὸ, εἶπεν αὐτοῖς· 36

Ὃς ἐὰν ἓν τῶν τοιούτων παιδίων δέξηται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐμὲ δέχεται· καὶ ὃς ἐὰν ἐμὲ δέξηται, οὐκ ἐμὲ δέχεται, ἀλλὰ τὸν ἀποστείλαντά με. 37

Et quum clamasset spiritus, multumq; discerpsisset eū, exiuit: & *ille* factus est quasi mortuus, adeò ut multi dicerent, quòd mortuus esset. 26

Iesus uerò prehensa manu eius, erexit eum: & *ille* surrexit. 27

Quumq; ipse esset ingressus domum, discipuli eius interrogarunt eum priuatim, Cur nos nō potuimus eijcere illum? 28

Et ait eis: Hoc genus nulla re potest exire, nisi oratione & ieiunio. 29 *Oratio cum ieiunio.*

Et illinc egressi, unà iter faciebant per Galilæam: nec uolebat ut quisquam *id* cognosceret. 30

Docebat enim discipulos suos, & dicebat eis: Filius hominis tradetur in manus hominū, qui trucidabunt eum: sed trucidatus, tertio die resurget. 31 *Præmonet Christus Apostolos passionis suæ. Matth.17.d.22. Luc.9.c.22.*

Ipsi uerò ignorabant hoc dictum, & timebāt eum interrogare. 32

Venit igitur Capernaum: & quum uenisset domum, interrogauit eos: Quid in uia inter uos disceptabatis? 33 *Quis maior inter Apostolos. Matth.18.a.1. Luc.9.f.45.*

Ipsi uerò siluerunt: nam alij aduersus alios disceptarant in uia, quis *esset* maior. 34

Et quū consedisset, uocauit duodecim, & dicit eis: Si quis uult primus esse, erit omniū ultimus, & omnium minister. 35

Et quum accepisset puerulum, statuit eum in medio eorum: & quum accepisset eum in ulnas, ait eis: 36

Quisquis unū ex talibus puerulis exceperit nomine meo, me excipit: & quicunq; me excipit, non me excipit, sed eum qui misit me. 37 *Puerum complectitur Christus.*

29 Nulla re, ἐν οὐδενὶ: id est, nulla ratione & uia. Abundat enim ἐν addita casui instrumenti ex Hebrœorum idiotismo. Vulgata, in nullo: quæ interpretatio est nimium obscura. Oratione, ἐν προσευχῇ. Erasmus, per deprecationem. Vide Act.1.c.14. 30 Vnà iter faciebant, παρεπορεύοντο: id est, adiunctis sibi discipulis suis, iter fecit per Galilęam. Vulgata, prętergrediebantur. Erasmus, iter fecerunt. Idem autē existimat ex præpositione παρὰ intelligendum illos clàm, aut celeriter, & uelut obiter fecisse iter per Galilæam, ita ut nec aperirent se usquam, nec commorarentur. & uiderī poterant (inquit ille) declinasse Galilæam in discessu, nisi obstaret prępositio διὰ. At ego quamuis cōfitear παρὰ, præpositionem in quibusdam uerbis hanc uim habere, tamen nusquam legi, παραπορεύεσθαι, in ea significatione positum, sed pro συμπορεύεσθαι: id est, unà & quasi ad latus incedere, uel pro adambulare, id est, ambulando proximè iter facere, sicut accipitur infrà 11.c.20. Quū autē Cæsarea Philippi uenirent Capernaum, omnino fuit ipsis obeunda Galilæa, nisi Iordane traiecto, maluissent regionem admodum inculturam peragrare. Celerē uerò & ueluti clandestinam fuisse hanc profectionem, ex his quæ sequuntur satis intelligi potest: sed ita, ut aliquandiu tamen illic sint uersati, quum Matthæus cap.17.d.22. utatur uerbo ἀναστρέφεσθαι. 31 Tradetur, παραδίδεται. Iterum de re mox futura loquens, præsenti utitur pro futuro, ut sæpe alibi. Hominum, ἀνθρώπων. In quarto exēplari additum erat, ἁμαρτωλῶν, peccatorum. 32 Hoc dictum, τὸ ῥῆμα. Vulgata, uerbum: quæ interpretatio est perobscura. Erasmus, quod dixerat, ὃ εἶπεν. 33 Et quum uenisset domum, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ γενόμενος. Erasmus, Et quum uenisset in domum, siue in ædes, inquit, non utiq; suas. Atqui cuiuscunq; essent ædes istę, eas sibi pro domicilio delegerat Dominus, sicut intelligimus ex Matthæo 4.b.13. Itaq; nūc dicitur, ἐν τῇ οἰκίᾳ γενόμενος: id est, ad uerbum, factus domi: Capernaum scilicet reuersus, in qua urbe domicilij sui sedem posuerat: ut quum ea abesset, domo abesse uideretur. De uerbo γίνεσθαι uide suprà 6.a.2. 34 Quis *esset* maior, τίς μείζων. Vulgata, quis eorū maior esset: id est, τίς μείζων γέγονε αὐτῶν, sicut in secundo exemplari erat annotatum. Ponitur autē, μείζων, maior pro μέγιστος, maximus. 35 Erit, ἔσται. In quarto exemplari scriptum erat ἔστω, esto: & mihi quidem uidetur uberior sensus, si hanc lectionem sequaris: nisi malis futurum indicatiui pro imperandi modo positum esse ex Hebræorum idiomate. nolui tamen temerè quicquam mutare. Idem admissum est infrà 10.f.43. 36 Accepisset eum in ulnas, ἐναγκαλισάμενος. Erasmus rectè pluribus uerbis Græci uocabuli uim expressit. Sic enim etiam Lucas explicat capite 2.d.18. Vulgata, amplexus: id est, συμπεριλαβών. Nos quidem in hoc scribendo uocabulo comperimus Græca exemplaria tum hoc loco, tum etiam proximo capite, non consentire: sed hunc esse germanam lectionem non dubito. 37 Nomine meo, τῷ ὀνόματί μου: id est, mea causa, quòd mihi honorem hanc habeat. Paulo post autem aliter accipitur. Non me excipit, sed eum qui misit me, οὐκ ἐμὲ δέχεται, ἀλλὰ τὸν ἀποστείλαντά με. Erasmus testatur nonnullos Græcos codices scriptum habuisse, οὐκ ἐμὲ δέχεται μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀποστείλαντά με: id est, non me solùm recipit, sed etiam eum qui me misit. in quo dicendi genere particula μόνον, interdum subauditur, ut Rom.4.b.9. Sed recepta lectio mihi magis probatur. nec enim hic negatio (ut ab illo eruditè obseruatum est) illud remouet,

sed corrigit potius, quasi dicas, non tam me recipit, quàm eũ qui misit me. Sic etiã accipitur Ioan. 5. c. 30. & 6. d. 37. A

Ejciens dæmonia in nomine Christi. Luc. 9. f. 49.

Respondit autem ei Iohannes, dicens: Magister, uidimus quendam qui per nomen tuum ejiciebat dæmonia, qui non sequitur nos: & prohibuimus eum, quia non sequitur nos.

38 ἀπεκρίθη δὲ αὐτῷ ὁ Ἰωάννης, λέγων· Ἐπιστάτα, εἴδομέν τινα τῷ ὀνόματί σου ἐκβάλλοντα δαιμόνια, ὃς οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν· καὶ ἐκωλύσαμεν αὐτόν, ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν.

1. Cor. 12. a. 3.

Iesus autem ait: Ne prohibeatis eum: nullus enim est qui faciat uirtutem per nomen meum, & possit citò maledicere mihi.

39 ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπε· μὴ κωλύετε αὐτόν. οὐδεὶς γάρ ἐστιν ὃς ποιήσει δύναμιν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, καὶ δυνήσεται ταχὺ κακολογῆσαί με.

Qui enim non est contra nos, pro nobis est.

40 ὃς γὰρ οὐκ ἔστι καθ' ὑμῶν, ὑπὲρ ὑμῶν ἐστιν.

Aquam in nomine Christi dare. Matth. 10. d. 42.

Quisquis enim potũ dederit uobis poculum aquæ nomine meo, q̃ pitis Christi: amẽ dico uobis, nequaquam perdiderit mercedem suam.

41 ὃς γὰρ ἂν ποτίσῃ ὑμᾶς ποτήριον ὕδατος ἐν τῷ ὀνόματί μου, ὅτι χριστοῦ ἐστέ, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ.

Scandalizare credentem. Matth. 18. a. 6. Luc. 17. a. 1.

Et quisquis offenderit unum ex paruis istis qui credunt in me, bonum esset ei potius si circumponeretur saxum molare circa collum eius, & projiceretur in mare.

42 καὶ ὃς ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τῶν πιστευόντων εἰς ἐμέ, καλόν ἐστιν αὐτῷ μᾶλλον, εἰ περίκειται λίθος μυλικὸς περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ βέβληται εἰς τὴν θάλασσαν.

Manus & pedis abscisio. Matth. 5. c. 29. & 18. a. 8.

Si uerò manus tua facit ut tu offendas, abscinde eam: bonum est tibi ad uitam ingredi mancũ *potius*, quàm duas manus habentem abire in gehennam, in ignem inextinguibilem:

43 καὶ ἐὰν σκανδαλίζῃ σε ἡ χείρ σου, ἀπόκοψον αὐτήν· καλόν σοί ἐστιν κυλλὸν εἰς τὴν ζωὴν εἰσελθεῖν, ἢ τὰς δύο χεῖρας ἔχοντα ἀπελθεῖν εἰς τὴν γέενναν, εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον, B

Vermis. Esa. 66. g. 24.

Vbi uermis eorum non obit, & ignis non extinguitur.

44 ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται.

Et si pes tuus facit ut tu offendas, abscinde eum: bonum est tibi ingredi in uitam claudum *potius*, quàm duos pedes habentem projici in gehennam, in ignem inextinguibilem:

45 καὶ ἐὰν ὁ πούς σου σκανδαλίζῃ σε, ἀπόκοψον αὐτόν. καλόν ἐστί σοι εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν χωλόν, ἢ τοὺς δύο πόδας ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν, εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον,

Vbi uermis eorum non obit, & ignis non extinguitur.

46 ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται.

Oculi eruitio. Et si oculus tuus facit ut tu offendas, erue eũ: bonum est tibi introire in regnum Dei unoculum, *potius* quàm duos oculos habentem projici in gehennam ignis:

47 καὶ ἐὰν ὁ ὀφθαλμός σου σκανδαλίζῃ σε, ἔκβαλε αὐτόν. καλόν σοί ἐστιν μονόφθαλμον εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, ἢ δύο ὀφθαλμοὺς ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός,

Vbi uermis eorum non obit, & ignis non extinguitur.

48 ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται.

Leuit. 2. c. 23. Nam omnis *homo* igne salietur: & omnis oblatio sale salietur.

49 πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται, καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται.

Sal. Matth. 5. b. 13. Luc. 14. g. 34.

Bonus est sal: si uerò sal insulsus fuerit, per quid ipsum condietis? habete in uobis ipsis salẽ, & pacem habete alij inter alios. *Pax.*

50 καλὸν τὸ ἅλας· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας ἄναλον γένηται, ἐν τίνι αὐτὸ ἀρτύσετε; ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς ἅλας, καὶ C εἰρηνεύετε ἐν ἀλλήλοις.

38 Vidimus, εἴδομεν. In uno uetere exemplari scriptũ erat, εἴδαμεν, nouimus. Per nomen tuum, τῷ ὀνόματί σου. Erasmus ad uerbum, nomine tuo: quę interpretatio uisa est mihi obscurior hoc loco. Neque enim hoc dicendi genere idem hic significatur quod paulo antè. itaque aliter sumus interpretati, quum præsertim in duobus uetustis codicibus addatur præpositio ἐν: quam certum est ex Hebrǫrum idiomate idem ualere quod לְ, uel cum accusatiuo, quum scilicet significatur causa propter quam fit aliquid, ut in uerticulo superiore: uel cum genitiuo, sicut hoc loco, & quoties agitur de causa per quam fit quidpiam: ut illic quidem, ἐν τῷ ὀνόματι, ponatur pro διὰ τὸ ὄνομα, hic uerò pro διὰ τὸ ὀνόματος. quod discrimen Erasmus paulo pòst animaduertit. Quia non sequitur nos, ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν. Hæc non legit Vetus interpres, neque etiam in secundo codice reperimus. 39 Faciat, ποιήσει. Latinis, fateor, non est usitatum hoc dicendi genus, sed Theologis quoque suæ quædam formulæ relinquendæ sunt. De hoc autem diximus, Matth. 7. c. 22. 40 Contra nos, pro nobis, κατ' ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν. Vulgata, contra nos, pro uobis, κατ' ὑμῶν, ὑπὲρ ὑμῶν, sicut legitur in plurimis tum manuscriptis, tum etiam excusis exemplaribus. Sed altera illa lectio mihi quidem magis probatur. 41 Quòd fitis Christi, ὅτι χριστοῦ ἐστέ. Hæc uerba explicãt quid apud Matthæum significet, ὡς ἕνα μαθητῶν, 10. d. 42. 42 Bonum esset ei potius, καλὸν ἦν αὐτῷ μᾶλλον. Erasmus, melius foret ei: id est. ἄμεινον ἂν ἦν αὐτῷ. Coniunxit enim particulam μᾶλλον cum absoluto καλὸν, ut sit periphrasis τὸ ἄμεινον. Sed hæc traiectio sanè dura est, nec (ut ego quidem arbitror) necessaria. 43 Si uerò, καὶ ἐὰν. Vulgata & Erasmus ad uerbum, Et si. Sed nemo non uidet idem ualere, καὶ ἐὰν & εἰ, quo utitur Matthæus. Hæc causa cur καὶ sæpe interpretati sumus Autem & Verò, quando sententias potius quàm uerba connectit.

50 Bonus est sal, καλὸν τὸ ἅλας· Erasmus, Bona res est sal: eodem manente sensu. Idem tamen ita uertit ut nos fecimus, Lucæ 14. f. 34.

IN

A ΚΕΦΑΛ. ι.

Κἀκεῖθεν ἀναστὰς ἔρχεται εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας, διὰ τοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου. καὶ συμπορεύονται πάλιν ὄχλοι πρὸς αὐτόν, καὶ ὡς εἰώθει, πάλιν ἐδίδασκεν αὐτούς.

καὶ προσελθόντες οἱ Φαρισαῖοι, ἐπηρώτησαν αὐτόν, εἰ ἔξεστιν ἀνδρὶ γυναῖκα ἀπολῦσαι, πειράζοντες αὐτόν.

ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· τί ὑμῖν ἐνετείλατο Μωσῆς;

οἱ δὲ εἶπον· Μωσῆς ἐπέτρεψε βιβλίον ἀποστασίου γράψαι, καὶ ἀπολῦσαι.

καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἔγραψεν ὑμῖν τὴν ἐντολὴν ταύτην.

ἀπὸ δὲ ἀρχῆς κτίσεως ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτοὺς ὁ θεός.

ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.

B καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. ὥστε οὐκέτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ μία σάρξ.

ὃ οὖν ὁ θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω.

καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ πάλιν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ περὶ τοῦ αὐτοῦ ἐπηρώτησαν αὐτόν.

καὶ λέγει αὐτοῖς· ὃς ἐὰν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται ἐπ' αὐτήν.

καὶ ἐὰν γυνὴ ἀπολύσασα τὸν ἄνδρα αὐτῆς, καὶ γαμηθῇ ἄλλῳ, μοιχᾶται.

καὶ προσέφερον αὐτῷ παιδία, ἵνα ἅψηται αὐτῶν· οἱ δὲ μαθηταὶ ἐπετίμων τοῖς προσφέρουσιν.

ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς, ἠγανάκτησε, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ἄφετε τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρός με, καὶ μὴ κωλύετε αὐτά· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ.

ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὃς ἐὰν μὴ δέξηται τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ ὡς παιδίον, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτήν.

καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτὰ, τιθεὶς τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτά, εὐλόγει αὐτά.

C καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ εἰς ὁδόν, προσδραμὼν εἷς καὶ γονυπετήσας αὐτόν, ἐπηρώτα αὐτόν· διδάσκαλε ἀγαθέ, τί ποιήσω ἵνα ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω;

ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς, ὁ θεός.

CAP. X.

ET illinc quum surrexisset, uenit in fines Iudææ per *regionem quæ est* trans Iordanem: & conuenit rursum turba ad eum: & ut consueuerat, rursum docebat eos. 1 *Vxor ob solam fornicationem dimittenda.* Matth.19.a.1.

Tunc accedentes Pharisæi, interrogarunt eum an liceret uiro uxorem dimittere: tentantes eum. 2

Ipse uerò respondens, ait eis: Quid uobis mãdauit Moses? 3

Ipsi autem dixerunt, Moses permisit libellũ absceſsionis scribere, ac dimittere uxorem. 4 *Libellus repudij.* Deut.24.a.2.

Tunc respondens Iesus, dixit eis: Propter duritia cordis uestri scripsit uobis mandatum istud. 5

A' principio uerò creationis, masculum & fœminam fecit eos Deus. 6 Gen.1.d.27. Matth.19.a.4.

Propter hoc deseret homo patrem suum & matrem, & agglutinabitur uxori suæ: 7 Gen.2.d.24. 2.Cor.6.d.16. Ephes.5.g.31.

Et qui duo *fuerant*, fient caro una: itaque non sunt amplius duo, sed una caro. 8

Quod ergo Deus cõiunxit, homo ne seiungat. 9 1.Cor.7.b.10.

Et in domo rursum discipuli eius eadem de re interrogauerunt eum. 10

Et dicit eis: Quicunq; dimiserit uxorem suã, & duxerit aliam, mœchatur aduersus eam. 11 Matth.5.e.32. & 19.b.9. Marc.10.b.11. Luc.16.c.18. 1.Cor.7.b.10.

Et si mulier dimiserit uirum suum, & nupserit alteri, mœchatur. 12

Tunc obtulerũt ei puerulos, ut tangeret eos: discipuli uerò obiurgabant eos qui offerebant. 13 *Paruuli Christo offeruntur.* Matth.19.b.13. Luc.18.c.15.

Quum autem *id* uidisset Iesus, indignatus est, & dixit eis: Sinite puerulos uenire ad me, & ne prohibeatis eos: talium enim est regnum Dei. 14 *Regnum Dei, paruulorum.*

Amen dico uobis, quicunq; non acceperit regnum Dei ut puerulus, nequaquam in id ingredietur. 15

Et quum cepisset eos in ulnas, impositis manibus super eos, benedixit eis. 16 *Impositio manuum.*

Et egrediente eo *ut se daret* in uiam, quidam quum accurrisset & accidisset ei ad genua, interrogauit eum: Magister bone, quid faciam ut uitam æternam possideam? 17 *Vita æterna quo modo possideatur.* Matth.19.b.16. Luc.18.d.18.

Iesus autem dixit ei, Cur me dicis bonũ? nullus bonus, nisi unus, *nempe* Deus. 18 *Bonus Deus.*

IN CAPVT X.

1 Quum surrexisset, ἀναστὰς: id est, profectus, seu digressus, ex Hebræorum dialecto: apud quos Sedere idem ualet quod Habitare, & manere aliquo in loco: & Surgere, idem quod abire siue proficisci. Per *regionem quæ est* trans Iordanem, διὰ τοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Vulgata, trans Iordanem, sensu nõ expresso. neque enim hîc describitur status Iudææ, sed iter quo Dominus in Iudæam uenit: traiecto scilicet Iordane per regionem quę Peræa dicitur, quũ per Samariam posset rectà ex Galilæa illuc contendere. Vide Matth.19.a.1. 17 Et egrediente eo *ut se daret* in uiam, καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ εἰς ὁδόν. Vulgata, Et quum egressus esset in uiam. Videtur enim uiam accepisse pro uico. ut Egredi in uiam, idem ualeat atque foràs exire, & domo progredi in publicum. At ego significari puto hæc esse gesta, quũ domo egressus ad iter se compararet, atq; adeò iter ipsum iniret. Scribit enim Matthæus, postquam pueris beneprecatus esset, eum illinc esse profectum, capite 19.b.15. Quidam quum accurrisset, προδραμὼν εἷς. In tertio exemplari scriptum erat, ἰδοὺ τις προδραμὼν προσεδράμων, ecce quidam dies quum accurrisset. In Complutensi uerò editione pro εἷς scriptum erat νὶς, de quo diximus Matth.8.c.19. Et accidisset ei ad genua, καὶ γονυπετήσας αὐτόν. In quodam exemplari scriptum reperimus αὐτῷ: & fortasse rectius. Vide Matthæum 17.b.14. Sextus codex pro αὐτὸν habet ἐμπροσθεν αὐτοῦ, coram eo, ut legit Vetus interpres. Possideam? κληρονομήσω; Vulgata, percipiam? De huius uerbi propria significatione diximus Matthæi 5.a.5. Hic autem translatitiè accipitur κληρονομεῖν, sicut in uernaculo nostro sermone omne genus prædiorum & possessionum solemus hæreditates uocare.

Exod.20.c.13. Mandata nosti, Ne mœcheris, Ne occidas, Ne fureris, Ne falsum testimonium dicas, Ne damno afficias *quenquam*, Honora patrē tuū & matrē.

19 τὰς ἐντολὰς οἶδας, μὴ μοιχεύσῃς, μὴ φονεύσῃς, μὴ κλέψῃς, μὴ ψευδομαρτυρήσῃς, μὴ ἀποστερήσῃς, τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα. A

Ille uerò respondens, dixit ei: Magister, hæc omnia custodiui à iuuentute mea.

20 ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ· διδάσκαλε, ταῦτα πάντα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου.

Diligere. Vendere omnia. Iesus autem intuitus eum, dilexit eum, & dixit ei: Vno deficeris: abi, quæcunque habes uende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo: & ueni, sequere me, sublata *in humeros* cruce.

22 ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐμβλέψας αὐτῷ, ἠγάπησεν αὐτόν, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἓν σοι ὑστερεῖ· ὕπαγε, ὅσα ἔχεις πώλησον, καὶ δὸς τοῖς πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ· καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι, ἄρας τὸν σταυρόν.

Ille uerò mœstus factus propter hunc sermonem, abijt tristis: habebat enim bona multa.

21 ὁ δὲ συγνάσας ἐπὶ τῷ λόγῳ, ἀπῆλθε λυπούμενος· ἦν γὰρ ἔχων κτήματα πολλά.

Diuites. Et quum circunspexisset Iesus, dicit discipulis suis: Quàm difficile qui opes habēt, in regnū Dei introibunt.

22 καὶ περιβλεψάμενος ὁ Ἰησοῦς, λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· πῶς δυσκόλως οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰσελεύσονται.

Discipuli uerò expauerunt ad hos sermones ipsius. Iesus autem rursum respondens, dicit eis: Filij, quàm difficile est eos qui cōfidunt opibus, in regnum Dei ingredi.

23 οἱ δὲ μαθηταὶ ἐθαμβοῦντο ἐπὶ τοῖς λόγοις αὐτοῦ. ὁ δὲ Ἰησοῦς πάλιν ἀποκριθεὶς, λέγει αὐτοῖς· τέκνα, πῶς δύσκολόν ἐστι τοὺς πεποιθότας ἐπὶ τοῖς χρήμασιν, εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰσελθεῖν.

Confidentes in pecunijs. Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem in regnum Dei ingredi.

24 εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυμαλιᾶς τῆς ῥαφίδος διελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰσελθεῖν. B

Illi uerò amplius percellebantur, dicentes apud se: Et quis potest seruari?

25 οἱ δὲ περισσῶς ἐξεπλήσσοντο, λέγοντες πρὸς ἑαυτούς, καὶ τίς δύναται σωθῆναι;

Vita æterna, Dei donum. Intuitus autem eos Iesus, dicit: Apud homines *hoc est* impossibile, sed nō apud Deum: nam omnia possibilia sunt apud Deum.

26 ἐμβλέψας δὲ αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, λέγει· παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατον, ἀλλ' οὐ παρὰ τῷ θεῷ. πάντα γὰρ δυνατά ἐστι παρὰ τῷ θεῷ.

Relinquentes omnia propter Euangelium. Matt.19.d.27. Luc.18.c.28. Tunc cœpit Petrus dicere ei: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.

27 καὶ ἤρξατο ὁ Πέτρος λέγειν αὐτῷ· ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήκαμέν σοι.

Respondens autem Iesus, ait: Amen dico dico uobis, nullus est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut liberos, aut agros mea causa & Euangelij,

28 ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐδείς ἐστιν ὃς ἀφῆκεν οἰκίαν, ἢ ἀδελφούς, ἢ ἀδελφάς, ἢ πατέρα, ἢ μητέρα, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἢ ἀγροὺς, ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ εὐαγγελίου,

19 Ne damno afficias *quenquam*, μὴ ἀποστερήσῃς. Vulg. Ne fraudem feceris. & alibi sæpe, ἀποστερεῖν, fraudare. Atqui fraudare proprie is dicitur, qui per fraudē interuertit aliena. Verbū autē, ἀποστερεῖν, latius patet apud Græcos: significat enim quempiā re sua priuare, siue eam retineas, siue fraude aut ui eripias. Itaq; generali uocabulo cōuertimus, damno afficere, Eras. interpretationē sequuti, 1. Cor. 6. b. 8. sed addito quarto casu. Cæterùm uidetur hoc mandatum compendio quodam superiora omnia complecti. Deerat tamen in uno manuscripto codice, & fortasis redundat. 20 Iuuentute mea, νεότητός μου. In tertio codice additur, νέοτι ὑστερῶ: quod adhuc deficior? 21 Sublata *in humeros* cruce, ἄρας τὸν σταυρόν. Hæc non legit Vetus interpres. Addidit autem Eras. in humeros, ut amphiboliam uitaret. Sextus codex post, σταυρὸν addit σου tua: & in hoc uersiculo post ὑστερῶ, additū reperio in duobus codicibus, ἃ δίδοτε πτωχοῖς ἅπαντα, si uis esse perfectus. 22 Mœstus factus, συγνάσας: id est, λυπούμενος, sicut loquitur Matthæus cap. 19. d. 22. Eras. molestia affectus: id est, χαλεπαινόμενος. Atqui molestiā à tristitia differre puto, sicut causa ab affectu diuersa est: adeò quidē, ut molestia sæpe iram potius q̄ tristitiā gignat. Propter hunc sermonē, ἐπὶ τῷ λόγῳ. Vulg. in in uerbo: quæ interpretatio & barbara est & obscura, ut taceā Verbū potius declarare τὸ ῥῆμα, quàm τὸν λόγον. Eras. propter sermonē, rectè quidē expressa præpositione (ponitur enim ἐπὶ pro διὰ, sicut iterum uersu 24.) sed non satis rectè omisso articulo. 23 Opes, χρήματα. Vulg. & Eras. pecunias. Sed pecuniæ appellatione, etiā quū latissimè patet, bona non nisi mouētia appellantur: ut proprie id declaret quod uernaculo sermone dicimus *chcuance*. Græcū autē uocabulū (ut ait Aristoteles Ethicorū 4) ea omnia cōplectitur, ὅσων ἡ ἀξία σημαίνεται μετρητοῖς: id est, quorum precij numis ſtimatur. Sic enim appellantur, παρὰ τὰ χρήσιμα ἅπαντα, ut docet Budęus ex Xenophonius Oeconomico. 24 Eos qui confidunt, τοὺς πεποιθότας. Vulg. confidentes. Sed rectè monet Eras. ex Cicerone, confidentē apud Latinos participiū nō esse, sed nomē, & aliud declarare. Itaq; quærenda fuit periphrasis. 25 Transire, διελθεῖν. Eras. ingredi, εἰσελθεῖν, sicut in plerisq; codicibus legitur. Sed & Complutēsis editio post δύσκολόν ἐστιν, addit γὰρ enim: & ista quę sequuntur ad finem usq; uersiculi, nempe, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰσελθεῖν, animaduertimus in duobus uetustis codicibus deesse. Nā etiā ut non addas, subaudiuntur ex præcedenti uersiculo. 26 Et quis potest: καὶ τίς δύναται. Cōiunctio ET hoc loco & alijs similibus, non est copulatiua, sed illatiua potius: sed cum interrogatione semper, ut suprà Matth. 1. d. 14. Sic Virg. Aeneid. 1. Et quisquā numen Iunonis adoret Prætereà? In quo tamen genere dicendi Græci ferè usurpant particulam ἄνα, ut Aristophanes in Pluto, ὦ μακάριοι ἀνδρῶν ἀπάντων, ὅτ' ἦσθα πλοῦτος ἄρ': Scelestissime uirorum omnium, & tu filebas Plutus quum fis? 29 Aut uxorem, ἢ γυναῖκα. Hęc suspicatur Erasmus ex Matthæo & Luca perperam à quopiam addita, propterea quòd mox quū repetuntur res relictæ, nulla fit uxorum mentio. reperimus tamen in omnibus exemplaribus.

30 Quin,

A ἐὰν μὴ λάβῃ ἑκατονταπλασίονα νῦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ, οἰκίας, καὶ ἀδελφοὺς, καὶ ἀδελφὰς, καὶ μητέρας, καὶ τέκνα, καὶ ἀγροὺς, μετὰ διωγμῶν, καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχομένῳ ζωὴν αἰώνιον.

πολλοὶ δὲ ἔσονται πρῶτοι ἔσχατοι, καὶ οἱ ἔσχατοι πρῶτοι.

ἦσαν δὲ ἐν τῇ ὁδῷ ἀναβαίνοντες εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἦν προάγων αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐθαμβοῦντο, καὶ ἀκολουθοῦντες ἐφοβοῦντο. καὶ παραλαβὼν πάλιν τοὺς δώδεκα, ἤρξατο αὐτοῖς λέγειν τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμβαίνειν,

ὅτι ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς γραμματεῦσι, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτὸν θανάτῳ, καὶ παραδώσουσιν αὐτὸν τοῖς ἔθνεσι,

καὶ ἐμπαίξουσιν αὐτῷ καὶ μαστιγώσουσιν αὐτὸν, καὶ ἐμπτύσουσιν αὐτῷ, καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτὸν, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται.

καὶ προσπορεύονται αὐτῷ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης οἱ υἱοὶ Ζεβεδαίου, λέγοντες· διδάσκαλε, θέλομεν B ἵνα ὃ ἐὰν αἰτήσωμέν σε, ποιήσῃς ἡμῖν.

ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· τί θέλετε ποιῆσαί με ὑμῖν;

οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· δὸς ἡμῖν ἵνα εἷς ἐκ δεξιῶν σου, καὶ εἷς ἐξ ἀριστερῶν σου καθίσωμεν ἐν τῇ δόξῃ σου.

ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε. δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον ὃ ἐγὼ πίνω, καὶ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι;

οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, δυνάμεθα. ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· τὸ μὲν ποτήριον ὃ ἐγὼ πίνω, πίεσθε· καὶ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθήσεσθε.

τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου καὶ ἐξ ἀριστερῶν μου C μέ, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται.

καὶ ἀκούσαντες οἱ δέκα, ἤρξαντο ἀγανακτεῖν περὶ

Quin accipiat centuplicia nunc in tempore hoc, domus, & fratres, & sorores, & matres, & liberos, & agros, cum persequutionibus, ac in seculo uenturo uitam æternam. *Persequutio. Mortem suam præmunciat discipulis Christus.* Matth.19.d.30. Luc.13.f.30. Matth.20.b.17. Luc.18.f.31.

Multi autem primi, erunt ultimi: & ultimi, primi.

Erant autem in uia ascendentes Hierosolyma: & præibat eis Iesus, & expauescebant, ac sequentes timebant. tunc assumptis rursum duodecim, cœpit eis dicere quæ sibi erant euentura,

Dicens: Ecce ascendimus Hierosolyma, & Filius hominis tradetur principibus Sacerdotum & Scribis: & condemnabunt eum morte, tradentq; eum Gentibus.

Et illæ illudent ei, & flagellabũt eum, & inspuent in eum, & trucidabũt eum: sed tertia die resurget.

Tunc accedunt ad eum Iacobus & Ioannes filij Zebedæi, dicentes: Magister cupimus ut quicquid petierimus, facias nobis. *Zebedæi filij petiũt sedere à dextris Christi.* Matth.20.c.20.

Ipse uerò dixit eis: Quid me uultis facere uobis?

Illi autem dixerunt ei: Da nobis ut unus à dextra tua, & alter à sinistra tua sedeamus in gloria tua.

Iesus autem dixit eis: Nescitis quid petatis: potestis bibere poculum quod ego bibo, & baptismo quo ego baptizor, baptizari? *Calix. Baptismus.*

Ipsi uerò dixerunt ei: Possumus. Iesus autem ait eis, Poculũ quidẽ quod ego bibo, bibetis: & baptismate quo ego baptizor, baptizabimini:

Sed sedere à dextra mea, & à sinistra mea, nõ est meum dare, sed *dabitur* quibus paratum est.

Et quum hæc audissent *alij* decem, cœperunt

30 Quin, ἐὰν μὴ. Vulgata, Qui non: id est, ἐὰν δὲ μὴ, sicut scribitur Luc.18.f.30. Omnia tamẽ exemplaria constanter etiam ita scriptum habebant hoc loco. Quinetiam ita positum est suprà Matth.26.d.42. & apud Homerũ Iliad. β', in his uersiculis, Οὐ γὰρ πω νοέω γε μενέουσιν τόδ' ἕλεσθαι, Εἰ μὴ νῦν λελύοῖσθ' ἀνεμώλιοι ἀὐτμῆν. Videtur autem id esse quod Hebræi dicunt כי אם ut Amos 3.a.4. Centuplicia, ἑκατονταπλασίονα: id est, centies tantundem, nempe quo ad uerum usum & commoda huius etiam uitæ attinet, si modò illa non ex copijs & cupiditate nostra, sed ex Dei nostri uoluntate, quæ una est certissima bonorum regula, metiamur, adeò ut fideles in media etiam egestate huius promissionis euentum sentiant. Itaq; perridiculus erat Iulianus ille Apostata, quum hunc locum exagitans, quæreret num centũ etiam uxores habituri essent Christiani. Certè fidelẽ esse Dũm in suis promissis, ego ipse quum hæc scriberem, re ipsa experiebar. At eñ, dices, multi boni uiri qui Euangelij causa solũ uerterũt, in summa inopia uictitant. Quid igitur, an mendax Dominus? Minimè uerò. nam hęc ipsa promittit, μετὰ διωγμῶν, cum persequutionibus, & nouit quid expediat. Itaq; discamus abundare & pati: ut quum probati fuerimus, uerum illum thesaurũ possideamus. Sed hæc παρέργως. Nunc in tempore hoc, νῦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ. Hæc uerba in Theophylacti Romani codice cum sequentibus connectuntur, adscripta distinctione post ἑκατονταπλασίονα: ut primùm sit in genere proposita promissio centuplicis compensationis, quę deinde duas diuersorum bonorum species complectatur, nimirum præsentis huius uitæ commoda, cum persequutionibus tamen coniuncta, & perpetuam æternæ uitæ hęreditatem. Itaq; hanc distinctionem probo. Et matres, καὶ μητέρας. In tribus uetustis codicibus tertio, quinto & & sexto scriptum erat, καὶ πατέρα καὶ μητέρα, & patrem & matrem. Neque certè uerisimile est Christum in hac promissione id quod uel præcipuum erat, prætermisisse. Ego uerò legendum puto, καὶ πατέρας καὶ μητέρας plurali numero, ut omnia centuplicia promittantur: & Theophylactum ita legisse apparet ex ipsius interpretatione.

33 Dicens, Ecce, ὅτι ἰδοὺ: id est, הנה כי, ut loquuntur interdum Hebræi etiam in initijs. Amos 4.a.3. ubi etiam uidetur eadem usurpari transitio ab oratione recta ad obliquam, subaudito לאמרי, quod hic expressimus. Vide infrà 11.d.11. & 14.g.70. 35 Cupimus, θέλομεν. Ad uerbum, uolumus, id est, optamus. Est enim rogandi, non imperandi significatione positum. Cic. Eum honorem deos tibi fortunare uolo. Sic autem solent Græci conuertere uerbum Hebræum חפץ, per θέλειν, uel βούλειν, ut Malach. 3.a.1. 38 Et baptismo, καὶ τὸ βάπτισμα. Vulgata, aut baptismo, ἢ τὸ βάπτισμα, quod scriptum erat in octauo exemplari. Quid autem significetur hoc dicendi genere, diximus in Matthæo. 40 Et à sinistra, καὶ ἐξ ἀριστερῶν μου. Hic iterum Vulgata pro καὶ legit ἢ, & ita etiam habebat octauum exemplar, sed perperam, ni fallor.

indignari de Iacobo & Ioanne.

Luc.22.c.25. Iesus autem quum aduocasset eos, dicit eis: Scitis quòd quibus placet imperare Gentibus, dominantur in eas: & qui magni sunt inter eas, licentia in eas utuntur.

Minister. Verùm nō ita erit inter uos: sed quicunq; uoluerit fieri magnus inter uos, sit minister uester:

Et quicunque uoluerit ex uobis fieri primus, sit omnium seruus.

Redemptor Christus. Nam & Filius hominis non uenit ut sibi ministraretur, sed ut ministraret, ac daret animam suam redemptionis precium pro multis.

Cæcus uisum recipit. Matt.20.d.29. Luc.18.f.35. Tunc ueniunt Hiericho: eoq; egrediente ab Hiericho, ac discipulis eius, & turba multa, filius Timæi Bartimæus cæcus sedebat iuxta uiā mendicans.

Et quum audisset quòd is esset Iesus ille Nazarenus, cœpit clamare & dicere: Fili Dauid Iesu miserere mei.

Et obiurgabant eum multi ut sileret: ille uerò multo magis clamabat: Fili Dauid, miserere mei.

Fides. Tunc Iesus quum restitisset, iussit eum uocari. uocant igitur cæcum, dicentes ei: Cōfide, surge: uocat te.

Ipse uerò abiecto pallio suo quum surrexisset, uenit ad Iesum.

Et respondens, dicit ei Iesus: Quid uis faciam tibi? Cæcus autem ait ei: Rabboni, ut uisum recipiam.

Fides saluat. Iesus autem dixit ei: Abi, fides tua te seruauit. Statim igitur recepit uisum, & sequebatur Iesum in uia.

CAP. XI.

Ingreditur Christus Ierusalem. Matth.21.a.1. Luc.19.a.29. ET quum appropinquarent Hierosolymis Bethphage & Bethaniæ ad montem Olearum, mittit duos è discipulis suis,

εἰ ἰακώβε καὶ ἰωάννε. A

42 ὁ δὲ ἰησοῦς προσκαλεσάμενος αὐτοὺς, λέγει αὐτοῖς· οἴδατε ὅτι οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῶν ἐθνῶν, κατακυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ οἱ μεγάλοι αὐτῶν κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν.

43 οὐχ οὕτως δέ ἐστιν ἐν ὑμῖν· ἀλλ' ὃς ἐὰν θέλῃ γενέσθαι μέγας ἐν ὑμῖν, ἔστω διάκονος ὑμῶν.

44 καὶ ὃς ἂν θέλῃ ὑμῶν γενέσθαι πρῶτος, ἔστω πάντων δοῦλος.

45 καὶ γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι, καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν.

46 καὶ ἔρχονται εἰς ἱεριχώ. καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ ἀπὸ ἱεριχὼ, καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ ὄχλου ἱκανοῦ, υἱὸς τιμαίου βαρτίμαιος ὁ τυφλὸς ἐκάθητο παρὰ τὴν ὁδὸν προσαιτῶν.

47 καὶ ἀκούσας ὅτι ἰησοῦς ὁ ναζωραῖός ἐστιν, ἤρξατο κράζειν καὶ λέγειν· ὁ υἱὸς δαβὶδ ἰησοῦ, ἐλέησόν με.

48 καὶ ἐπετίμων αὐτῷ πολλοὶ, ἵνα σιωπήσῃ. ὁ δὲ πολλῷ μᾶλλον ἔκραζεν· υἱὲ δαβὶδ, ἐλέησόν με. B

49 καὶ στὰς ὁ ἰησοῦς, εἶπεν αὐτὸν φωνηθῆναι. καὶ φωνοῦσι τὸν τυφλὸν, λέγοντες αὐτῷ· θάρσει, ἔγειραι, φωνεῖ σε.

50 ὁ δὲ ἀποβαλὼν τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, ἀναστὰς ἦλθε πρὸς τὸν ἰησοῦν.

51 καὶ ἀποκριθεὶς λέγει αὐτῷ ὁ ἰησοῦς· τί θέλεις ποιήσω σοι; ὁ δὲ τυφλὸς εἶπεν αὐτῷ· ῥαββονί, ἵνα ἀναβλέψω.

52 ὁ δὲ ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· ὕπαγε, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. καὶ εὐθέως ἀνέβλεψε, καὶ ἠκολούθει τῷ ἰησοῦ ἐν τῇ ὁδῷ.

ΚΕΦΑΛ. ια.

1 Καὶ ὅτε ἐγγίζουσιν εἰς ἱερουσαλὴμ, εἰς βηθφαγὴ καὶ βηθανίαν, πρὸς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, ἀποστέλλει δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ,

42 Quibus placet, οἱ δοκοῦντες: uel, quib. cōstitutum est ac decretū. Illud enim (ut opinor) significat, τὸ δοκεῖν hoc loco, sicut dixi Matth.3.b.9. & Philip.3.a.4. nisi posteriorē interpretationē sequi malimus. Sic eñ Xenophon lib. ἰσχυρίζεσθαι secundo, οὔτε γὰρ τοῦτο ἀρίστους, πάλαμαν φέρειν ἰδίᾳ: id est, quib. hæc placeret, ijs constitutū est ut arundinē gestarent. Scimus autē nullos imperiosius aut crudelius dominari, quàm ij faciāt qui imperio delectantur, uel quib. semel decretū est imperiū nō amittere. Vulg. & Eras. qui uidētur: quam interpretationē nō possum probare. Neq; eñ hīc agitur de ijs qui uidētur sibi Reges aut Imperatores: quū tales reipsa nō sint: sed de ijs qui uerè dominantur in alios, & quorū potestas nō est imaginaria. 43 Erit, ἔστω. In 5. codice scriptū erat, ἴστω esto, idq; rectius, nī fallor: sicut etiā legitur apud Matth.20.d.26. & paulo antè annotauimus 9.c.35. 45 Pro multis, ἀντὶ πολλῶν: id est, multorū uice. Subijt enim uicē nostram, & peccata nostra portauit: uel pro multis, id est, multorum causa, ut ἀντὶ pro ὑπὲρ, uel ἀντὶ ponatur: ueluti quū dicimus, ἀνὸ ὤν, id est ὑπὲρ ἐμοῦ, quo modo etiā accipitur Matth.17.d.27.

47 Fili, ὁ υἱὸς. Rectus pro uocādi casu, sicut alibi annotauimus. Scriptū erat tamen hoc etiā loco in duobus uetustis codicibus υἱὲ, & nomen ἰησοῦ, in uno deerat. Sed & in alio quodam hęc quæ sequēti uersu legimus, nō habentur, ὁ δὲ πολλῷ μᾶλλον ἔκραζεν, υἱὲ δαβὶδ ἐλέησόν με, ille uerò multo magis clamabat, Fili Dauid miserere mei. 49 Quum restitisset, στὰς. Vulg. & Erasmus Standi uocabulo utuntur. Ego uti illo malui, ut melius intelligatur opponi τῷ περπάτει, non τῷ πάλαι. Iussit, εἶπεν. Ad uerbum, dixit: ex Hebręorū idiotismo, de quo diximus Matth.4.a.3. In duobus autē codicibus scriptū legimus, ἄπαγε, φωνῆσαι αὐτὸν, dixit, Vocate eum. 50 Quum surrexisset, ἀναστὰς. In 2. codice scriptū erat, ἀναπηδήσας exiliēs, ut Vetus interpres cōuertit. 51 Rabboni, ῥαββονί. Legitur alicubi, ῥαββουνί perperam, quāuis hoc discrimē non sit positū in re ipsa, sed in pronunciatione, quā ego uideo inter ipsos Iudæos esse multiplicē. Annotat autē Caninius Rabbon Syriacē dici nō quemuis dīm, sed αὐτοκράτορα, & soli Deo propriè tribui: quod si uerū est, certè hic cæcus multo apertius Christi diuinitatē asseruit, quàm quisquā alius ante ipsius resurrectionē. Nā quod idē Caninius tradit, Christū ante mortē à nemine fuisse uocatū Rabboni, ex hoc loco refelli potest. Itaq; mihi fit uerisimile differētiam illā inter Rabbi & Rabboni inanē esse. Neq; enim Deus simpliciter uocatur Rabboni, sed cū adiectione שלישלם. Et Ioannes non aliter quàm διδάσκαλον interpretatur 20.d.16.

IN CAPVT IX.

1 Bethphage, εἰς βηθφαγὴ. Hic quoq; produnt Græci scriptores Hebraicæ linguæ imperitiam. Nam in omnibus

A bus uetustis codicibus, atq; adeò apud Theophylactum perperam scriptum reperimus, βηθφαγῆ. Vetus autem interpres hæc non legit. Sed idē rectè (ut opinor) ἐς βηθανίαν Bethanię interpretatur. Puto enim utrobiq; esse circūloquutionem tertij casus, ut significentur hæc gesta quum Dominus non procul abesset his tribus locis, nimirum Hierosolymis, Bethphage, & Bethania. Erasmus autē, ἐς ἱερουσαλὴμ conuertit Hierosolymis: in alijs duobus præpositionem ἐς seruauit, εἰσὶ τῶν πρὸς, eodem quidem sensu. Sed non uideo cur in eodem dicendi genere diuersam constructionem usurpandam putarit.

καὶ λέγει αὐτοῖς· ὑπάγετε εἰς τὴν κώμην τὴν κατέναντι ὑμῶν· καὶ εὐθέως εἰσπορευόμενοι εἰς αὐτὴν, εὑρήσετε πῶλον δεδεμένον, ἐφ' ὃν οὐδεὶς ἀνθρώπων κεκάθικε· λύσαντες αὐτὸν ἀγάγετε.

1 Et dicit eis: Abite in uicum qui cōtra uos est: & statim *ut* ingrediemini in eum, inuenietis pullum ligatum, supra quem nullus hominū sedit: soluite eum, & adducite.

καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ, τί ποιεῖτε τοῦτο; εἴπατε, ὅτι ὁ κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει· καὶ εὐθέως αὐτὸν ἀποστελεῖ ὧδε.

3 Et si quis uobis dixerit: Cur facitis hoc? dicite quòd Dominus eo opus habet: & statim eū mittet huc.

ἀπῆλθον δὲ, καὶ εὗρον τὸ πῶλον δεδεμένον πρὸς τὴν θύραν ἔξω ἐπὶ τοῦ ἀμφόδου, καὶ λύουσιν αὐτόν.

4 Abierunt autem, & inuenerunt pullum ligatum ad ianuam foris in biuio: & soluunt eum.

καί τινες τῶν ἐκεῖ ἑστηκότων ἔλεγον αὐτοῖς· τί ποιεῖτε λύοντες τὸν πῶλον;

5 Tunc quidam eorum qui illic adstabant, dixerunt eis: Quid facitis qui soluitis pullum?

οἱ δὲ εἶπον αὐτοῖς καθὼς ἐνετείλατο ὁ Ἰησοῦς. καὶ ἀφῆκαν αὐτούς.

6 Ipsi uerò dixerunt eis sicut mandarat Iesus: & illi dimiserunt eos.

καὶ ἤγαγον τὸ πῶλον πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐπέβαλον αὐτῷ τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ ἐκάθισεν ἐπ' αὐτῷ.

7 Adduxerunt igitur pullum ad Iesum, & iniecerunt ei uestimenta sua, seditq; super eum. Ioan.12.b.14.

πολλοὶ δὲ τὰ ἱμάτια αὐτῶν ἔστρωσαν εἰς τὴν ὁδόν· ἄλλοι δὲ στιβάδας κόψαντες ἐκ τῶν δένδρων, καὶ ἐστρώννυον εἰς τὴν ὁδόν.

8 Multi uerò uestimēta sua strauerunt in uiam: alij autem frondes cædebant ex arboribus, & sternebant in uiam.

καὶ οἱ προάγοντες καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες ἔκραζον, λέγοντες· ὡσαννά, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου·

9 Et qui præibant, quiq; sequebantur, clamabant, dicentes: Hosanna, benedictus qui uenit in nomine Domini.

εὐλογημένη ἡ ἐρχομένη βασιλεία ἐν ὀνόματι κυρίου, τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαυίδ· ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις.

10 Benedictum quod uenit regnum in nomine Domini patris nostri Dauid: hosanna *ô qui es in cœlis* altissimis.

καὶ εἰσῆλθεν εἰς Ἰερουσαλὴμ ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἰς τὸ ἱερόν· καὶ περιβλεψάμενος πάντα, ὀψίας ἤδη οὔσης τῆς ὥρας, ἐξῆλθεν εἰς Βηθανίαν μετὰ τῶν δώδεκα.

11 Et ingressus est Hierosolymam Dominus, & in templum: quumq; circunspexisset omnia, & uespera iam hora esset, uenit Bethaniam cū duodecim. *Christus intemplo.* Matth.21.d.10. Luc.19.g.45.

2 Vicum, κώμην. In tertio exemplari legimus, πόλιν urbem: & uideo nōnullis placuisse hæc *intelligere de ipsa* Hierusalem: quorum tamen sententiam non probo. Multi quoq; imperiti homines multa hic garriūt de eo quod addidit Dominus, κατέναντι ὑμῶν, qui contra uos est: quum κατέναντι idem ualeat quod eregione & ex aduerso. Statim *ut* ingrediemini, εἰσπορευόμενοι. Ita sum interpretatus, ut ostenderem particulam ἐνθέως, coniungendam cū participio, εἰσπορευόμενοι: quod alioquin uidebitur redundare: qui pleonasmus est Hebręis familiaris, sed tamen (ut arbitror) nō necessarius hoc loco. Vulg & Eras. statim ingredientes: aut sensu aliquantulum diuerso, aut loquutione (ni fallor) parum Latina. Nullus hominū, οὐδεὶς ἀνθρώπων: id est, nullus prorsus. Abundat enim alioquin genitiuus ἀνθρώπων, ueluti quum Latini Nemo homo dicunt, & Nusquam gentiū. Vetus interpres, nemo adhuc hominum. Legit enim οὔπω οὐδεὶς ἀνθρώπων, sicut in tertio & octauo exemplarib. scriptum inuenimus. mallem tamen conuertere, nondum quisquam hominū: uel, nondum ullus homo. 3 Hoc εἴπατε: Vulg. quid facitis? τί ποιεῖτε: expuncta hac particula. 5 Qui soluitis, λύοντες. Sic loquūtur Latini per periphrasin participij. Vulg. Eras. soluentes.

7 Super eum, ἐπ' αὐτῷ: id est, super pullum. Frobenius excudit ἐπ' αὐτῶν, eodem manente sensu. Theophylacti codex Romanus habet ἐπ' αὐτῶν, super ea, scilicet uestimenta, sicut in Matthęo diximus. Annotat prętera Erasmus quosdam codices habere ἐπ' αὐτὸν, ut ad Asinam referatur, quod (inquit) cum Matthæo consentit. Sed nos illic eam lectionem deprauatam esse ostendimus, quum Lucas & Ioannes solius pulli mentionem faciant, quo uectus fuerit Dominus. 8 Ex arboribus, ἐκ τῶν δένδρων. In uno exemplari scriptum erat, ἐκ τῶν ἀγρῶν, ex agris. Nam etiam nonnullis placet στιβάδες, herbę seu fruticis genus esse quo solebant tori infarciri: quos idcirco στιβάδας, uel στιβάδα, uocabant. Malo tamen ueterem lectionem sequi, ut Marcus cum Matthęo prorsus consentiat.

10 In nomine Domini, ἐν ὀνόματι κυρίου. Hæc uerba in hoc quidem uerficulo deerant in uno uetusto exemplari, & fortasis ab aliquo sunt expuncta, qui hos titulos Dauidi tribui existimauit, quum potius ad participiū ἐρχομένη pertineant, sicut ostendit distinctio in codicibus emendatis adscripta post κυρίου. nisi existimare malimus genitiuū κατρὸς regi à κυρίου, ut sit hic sensus: Benedictum regnum quod uenit in nomine eius qui Dominus est patris nostri Dauid. Solet enim sępe Dauid in Psalmis, Messiam uocare Dominum, ut Christus ipse paulo pòst explicat cap.12.d.36. 11 Et uespera, &c. ὀψίας ἤδη οὔσης τῆς ὥρας. Erasmus, ὥρας rectè annotat pro tempore usurpari, & tempus uespertinum interpretatur. Ego uerò cum Vetere interprete Græcam loquutionem integram seruaui, quòd Latinos etiam uideam ab ista enallage non abhorrere. Plinius libro 19. His horæ rigandi, matutina & uespera. ὀψίαι uerò conuerti perinde ac si scriptum esset ὀψιναῖαι, quia serotinum apud Latinos non uespertinum, sed tardum declarat. Venit, ἦλθεν. Vulgata, exijt. Erasmus, egressus est. Vide suprà 3.c.21. & 8.b.11.

Matth.21.b.19. Et postero die quum exissent Bethania, e- 12 καὶ τῇ ἐπαύριον ἐξελθόντων αὐτῶν ἀπὸ Βηθα- A
surijt. νίας, ἐπείνασε·

Maledicitur ficus infructuosa. Quumq; uidisset ficum eminus habentem fo- 13 καὶ ἰδὼν συκῆν μακρόθεν, ἔχουσαν φύλλα, ἦλ-
lia, uenit ut si quam núnam inueniret aliquid in ea: θεν, εἰ ἄρα εὑρήσει τι ἐν αὐτῇ. καὶ ἐλθὼν ἐπ' αὐτῇ,
& quum uenisset ad eam, nihil inuenit nisi fo- οὐδὲν εὗρεν εἰ μὴ φύλλα· οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύ-
lia: non enim erat tempus ficuum. κων.

Tũc respondens Iesus, dixit ficui: Ne amplius 14 καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῇ· μηκέτι ἐκ σοῦ
ex te in seculum quisquam fructum edat. Et hoc εἰς τὸν αἰῶνα μηδεὶς καρπὸν φάγοι. καὶ ἤκουον οἱ
audierunt discipuli eius: μαθηταὶ αὐτοῦ,

Eiiciuntur uendentes & emen tes. Veniunt igitur Hierosolymam. & ingres- 15 καὶ ἔρχονται εἰς Ἱεροσόλυμα. καὶ εἰσελθὼν ὁ Ἰησοῦς
sus Iesus in templum, cœpit eiicere eos qui uen εἰς τὸ ἱερὸν, ἤρξατο ἐκβάλλειν τοὺς πωλοῦντας &
debant & emebant in templo, & mensas nu- ἀγοράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ τὰς τραπέζας τῶν κολ-
mulariorum, & cathedras uendentium colum- λυβιστῶν, καὶ τὰς καθέδρας τῶν πωλούντων τὰς πε-
bas subuertit. ριστερὰς κατέστρεψε·

Nec sinebat ut quisq; deportaret uas p tẽplũ. 16 καὶ οὐκ ἤφιεν ἵνα τις διενέγκῃ σκεῦος διὰ τοῦ ἱεροῦ.

Domus orationis. Esa.56.c.7. Ierem.7.b.11. Et docebat, dicẽs eis: Nõne scriptũ est q̃ do- 17 καὶ ἐδίδασκε, λέγων αὐτοῖς· οὐ γέγραπται, ὅτι ὁ οἶ-
mus mea, domus orationis uocabitur omnibus κός μου, οἶκος προσευχῆς κληθήσεται πᾶσι τοῖς ἔθνε-
Gentibus? uos aũt fecistis eã, speluncã latronũ. σιν; ὑμεῖς δὲ ἐποιήσατε αὐτὸν σπήλαιον λῃστῶν.

Et hoc audierunt Scribæ, principesq; Sacer- 18 καὶ ἤκουσαν οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ
dotum, & quærebant quomodo eum perde- ἐζήτουν πῶς αὐτὸν ἀπολέσουσιν· ἐφοβοῦντο γὰρ αὐ- B
rent: timebant enim eum, quia tota turba per τὸν, ὅτι πᾶς ὁ ὄχλος ἐξεπλήσσετο ἐπὶ τῇ διδαχῇ
cellebatur super doctrina ipsius. αὐτοῦ.

Ficus arida. Matth.21.b.19. Sed quum serum diei aduenisset, egressus est 19 καὶ ὅτε ὀψὲ ἐγένετο, ἐξεπορεύετο ἔξω τῆς πό-
Iesus ex urbe, λεως·

Et mane adambulãtes uiderunt ficum aruis- 20 καὶ πρωὶ παραπορευόμενοι, εἶδον τὴν συκῆν
se radicitus. ἐξηραμμένην ἐκ ῥιζῶν.

Tunc recordatus Petrus, dicit ei: Rabbi, ec- 21 καὶ ἀναμνησθεὶς ὁ Πέτρος, λέγει αὐτῷ· ῥαββεί,
ce ficus illa cui imprecatus es, aruit. ἴδε ἡ συκῆ ἣν κατηράσω ἐξήρανται.

Fides Dei. Et respondẽs Iesus, dicit eis: Habete fidẽ Dei. 22 καὶ ἀποκριθεὶς Ἰησοῦς λέγει αὐτοῖς· ἔχετε πίστιν θεοῦ.

Amẽ eñ dico uobis q̃ quicunq; dixerit mon- 23 ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ὅτι ὃς ἂν εἴπῃ τῷ ὄρει τού-
ti huic, Tollitor & proiicitor in mare: & non di τῳ, ἄρθητι καὶ βλήθητι εἰς τὴν θάλασσαν· καὶ μὴ
sceptauerit in corde suo, sed crediderit quòd διακριθῇ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ πιστεύσῃ ὅτι ἃ
fient quæ dicit, erit ei quicquid dixerit. λέγει γίνεται, ἔσται αὐτῷ ὃ ἐὰν εἴπῃ.

In oratione fides. Matth.7.a.7. Luc.11.b.9. Propterea dico uobis, quæcunque orantes 24 διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, πάντα ὅσα προσευχόμενοι αἰτεῖσθε, πιστεύετε ὅτι λαμβάνετε, καὶ ἔσται ὑμῖν.

12 Et postero die, καὶ τῇ ἐπαύριον: id est (ut loquuntur Hebræi) in crastino. Nã diserti ores Græci dicunt, τῇ ὑστεραίᾳ, uel τῇ ἑπομένῃ· Vulg. alia die: quod dicendi genus idem interpres exponit modò Altera die, ut Matth. 27.g.62. id est Secunda, ut etiam loquitur Liuius: modò In crastinum, ut Ioan.1.f.43. modò Sequẽti die, ut Act.10.d.23. modò Postero die, ut nos hic fecimus. Ita enim loquuntur Latini. 13 Núm nam inueniret, ἀ ἄρα εὑρήσει. De ἀ in subiectione posito, & ἄρα, alibi diximus. Subauditur autem participiũ Visurus: ut in illo Virgilij, -equidem per littora C
certos Dimittam, & Libyæ lustrare extrema iubebo, Si quibus iectus syluis aut montib. errat. Sic etiã Homerus Iliad. ἀ. ἀ μ' αὐτὸ πρὸς δῶμα γεγάσσεται, ἄλκι πίθηται. Expressimus igitur quod subaudiebatur. 14 Respondens, ἀποκριθείς. Hic manifestè apparet Hebraismus, de quo alibi diximus. Quis enim dicatur ficui respondere?

15 Veniunt, ἔρχονται. Octauum exemplar habebat additum πάλιν, rursum. 16 Nec sinebat, καὶ οὐκ ἤφιεν. Ita reperi scriptũ in omnib. codicib. Necesse est aũt ut ab aoristo posteriore uerbi ἀφίημι deducatur, addito præpositionis augmẽto, sicut in ὕπεγμαι ab ὑπάγω, ἐπιχθεσθέμενος ab ἄπειμι, ἐσθέομαι, & quibusdã aliis uerbis, quę tamẽ pauca sunt. Sic etiam suprà 1.c.34. 17 Vocabitur, κληθήσεται: id est, erit: de quo Hebraismo alibi diximus. 18 Timebant enim eum, ἐφοβοῦντο γὰρ αὐτόν. Ita scriptum erat in omnib. ueruſtis codicib. uno excepto, qui non habebat αὐτόν, & sanè uidetur abundare. 20 Ad ambulantes, παραπορευόμενοι: id est, iuxta ipsam ficũ iter faciẽtes. Erat enim in uia, ut dicit Matthæus. Itaq; παρὰ idem ualet quod agud Latinos præpositio A D, id est, Iuxta, in cõpositione. Vulg. quum transirent: id est, διαπορευόμενοι. Eras. prætereuntes. Vide suprà 9.c.30. 21 Imprecatus es, κατηράσω. Vulg. maledixisti: quod respondet τῷ κακολογῆσαι. Eras. execratus es. Nos (ut opinor) magis propriè uertimus imprecari. Nam ἀρᾶσθαι, idem ualet quod εὔχεσθαι, precari: & tam in uitio quàm in laude usurpatur. Itaq; apud Homerũ Iliad. ά, Chryses promiscuè dicitur, ἀρᾶτος & ἰερεύς. 22 Habete fidẽ Dei, ἔχετε πίστιν θεοῦ. In 12. exemplari scripta erat interrogatio post θεοῦ. Sed pręstat indefinitè legere. quod liquet ex uerſiculo 24. in quo explicatur hæc sententia: ex quo etiam apparet, fidẽ Dei passiuè dici, quæ Deo habetur. Eras. Confidite Deo: id est, πεπίστευται τῷ θεῷ, sensu tamẽ rectè expresso. 23 Amen enim dico uo. ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν. Vulgata & Erasmus non legerunt particulam γὰρ, aut putarũt redundare. 24 Accipietis, λαμβάνετε. Ad uerbum, accipitis. Sed de hac temporum enallage sæpe iam diximus, cuius tamen aliqua uidetur esse emphasis. Loquitur enim de re certò futura, tanquam iam esset pręsens. Sed & in uno uetusto codice scriptum erat Prophetarum more, λάβετε, quod etiam est ὑμφατικώτερον. In secundo tamen exemplari legimus λήψεσθε, quemadmodum scribitur Matth.21.b.22.

25 Et quum

A καὶ ὅταν στήκητε προσευχόμενοι, ἀφίετε εἴ τι 25 Et quum adstiteritis orantes, remittite si quid habetis aduersus aliquem: ut & Pater ille uester qui in cœlis est, remittat uobis offensas uestras. *Remittenda peccata fratri. Matth. 6. b. 14.*

ἔχετε κατά τινος, ἵνα καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀφῇ ὑμῖν τὰ παραπτώματα ὑμῶν.

εἰ δὲ ὑμεῖς οὐκ ἀφίετε, οὐδὲ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν 26 Nam si uos non remiseritis, nec Pater ille uester qui in cœlis est, remittet offensas uestras.

τοῖς οὐρανοῖς ἀφήσει τὰ παραπτώματα ὑμῶν.

καὶ ἔρχονται πάλιν εἰς Ἱεροσόλυμα· καὶ ἐν τῷ ἱερῷ 27 Tunc ueniunt rursus Hierosolyma: & quum ipse ambularet in templo, ueniunt ad eum principes Sacerdotum, & Scribæ, & Seniores, *Tentatur Christus à Phariseis. Matth. 21. b. 14. Luc. 19. a. 1.*

περιπατοῦντος αὐτοῦ, ἔρχονται πρὸς αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι,

καὶ λέγουσιν αὐτῷ· ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς, 28 Et dicunt ei: Qua authoritate ista facis? & quis tibi dedit authoritatem istam, ut ista facias?

καὶ τίς σοι ἔδωκεν τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἵνα ταῦτα ποιῇς;

ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· ἐπερωτήσω 29 Iesus autem respondens, ait eis: Interrogabo uos & ego rem quandam: igitur respondete mihi, & dicam uobis qua authoritate hæc faciam.

ὑμᾶς κἀγὼ ἕνα λόγον, καὶ ἀποκρίθητέ μοι· καὶ ἐρῶ ὑμῖν ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ.

τὸ βάπτισμα Ἰωάννου ἐξ οὐρανοῦ ἦν, ἢ ἐξ ἀνθρώ- 30 Baptismus Ioannis è cœlo erat, an ex hominibus? respondete mihi. *Baptismus Ioannis.*

που, ἀποκρίθητέ μοι.

καὶ ἐλογίζοντο πρὸς ἑαυτοὺς, λέγοντες· ἐὰν εἴ- 31 Ratiocinabantur autem inter se, dicentes: Si dixerimus, E cœlo: dicet, Quare ergo non credidistis ei?

πωμεν· ἐξ οὐρανοῦ, ἐρεῖ, διατί οὖν οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ;

ἀλλ' ἐὰν εἴπωμεν, ἐξ ἀνθρώπων, ἐφοβοῦντο 32 Sed si dicamus, Ex hominibus: timemus populum. omnes enim sentiebant de Ioanne quòd uere Propheta fuisset.

B τὸν λαόν. ἅπαντες γὰρ εἶχον τὸν Ἰωάννην ὅτι ὄντως προφήτης ἦν.

καὶ ἀποκριθέντες λέγουσι τῷ Ἰησοῦ· οὐκ οἴδαμεν. 33 Tunc respondentes, dicũt Iesu, Nescimus. Et Iesus respondens, dicit eis: Nec ego dicam uobis qua authoritate hæc faciam.

καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς λέγει αὐτοῖς· οὐδὲ ἐγὼ λέγω ὑμῖν ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ.

ΚΕΦΑΛ. ιβ'.

CAP. XII.

Καὶ ἤρξατο αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς λέγειν· ἀμ- 1 ΕT cœpit eis per parabolas dicere: Vineam plantauit quidam, & circumposuit sepem, & fodit lacũ, & ędificauit turrim, & elocauit eam agricolis: ac peregrè profectus est. *Vinea locata agricolis Iudæis, qui Christum occiderunt. Matth. 21. c. 33. Luc. 20. b. 9. Esa. 5. a. 1. Ieremi. 2. d. 21.*

πελῶνα ἐφύτευσεν ἄνθρωπος, καὶ περιέθηκε φραγμόν, καὶ ὤρυξεν ὑπολήνιον, καὶ ᾠκοδόμησε πύργον, καὶ ἐξέδετο αὐτὸν γεωργοῖς, καὶ ἀπεδήμησε.

καὶ ἀπέστειλε πρὸς τοὺς γεωργοὺς τῷ καιρῷ δοῦ- 2 Misit que seruum ad agricolas in tempore, ut ab agricolis acciperet de fructu uineæ.

λον, ἵνα παρὰ τῶν γεωργῶν λάβῃ ἀπὸ τοῦ καρποῦ τοῦ ἀμπελῶνος.

25 Et quũ adstiteritis orantes, καὶ ὅταν στήκητε προσευχόμενοι: id est, quũ apparueritis corã altari Dñi preces uestras fundentes. Vulg. & Eras. τὸ ἑστάναι, interpretantur stare. & ex hoc etiam loco colligit Eras. Israelitas stãtes precari solitos: quũ potius uerisimile sit, si nõ semper, at certè plerunq; solenni ritu, flexis genib. orasse, ut apparet ex Dan. 6. b. 10. adeò quidẽ, ut Flectere genua pro toto Dei cultu interdũ accipiatur, ut 1. Reg. 19. d. 18. Mich. 6. b. 6. & alibi sæpe. Itaq;, τὸ ἑστάναι declarat τὸ παρεστάναι καὶ παρᾶναι: id est, sistere se in conspectum & adesse, siue stes, siue sedeas: cuius significationis exempla passim occurrunt, ut Exod. 33. b. 10. & 2. Parap. 34. f. 31. Esa. 3. b. 12. & alibi. Vide suprà 9. a. 1.

26 Nam si, ἀ δὲ. Vulg. & Eras. Quòd si. Sed præstat, δὲ pro γὰρ accipere, ut in illo Homeri Iliad. π', apud quẽ etiam
C frequẽs est ista enallage, Μὴ σύγ' ἀθανάτῳ ἐμὲ κελεύδεα πειρήσαιο Τρωσὶ φιλοπτολέμοισιν, ἀνιηρότερον δέ μιν ἔσται. Annotat autẽ Eras. in plerisq; Græcis codicib. totũ hunc uersiculũ nõ addi, & à Theoph. etiã nõ legi. Nos tamẽ in plerisq; uetustis exẽplarib. reperimus, atq; adeò in Theophylacto Romano. 28 Et quis tibi, καὶ τίς σοι. In uno codice scriptũ erat, ὁ τίς σοι, aut quis tibi. In alijs autẽ duob. totũ hoc membrũ nõ additur. 32 Sed si dicamus, ἀλλ' ἐὰν εἴπωμεν. Veteres omnes codices & Complutensis editio nõ habẽt ἐὰν: & post ἀνθρώπων, adscribũt interrogationẽ, ut sit deliberantium & adhuc incertorũ hominũ oratio. Sed mihi magis arridet recepta lectio, quam etiã sequitur Theophylactus. Apparet autẽ ab ijs corruptã fuisse qui offensi sunt subita ista transitione orationis rectę ad obliquam. Potius eñ dicendũ uidebatur (ut etiã cõuertimus) φοβούμεθα, ut scribitur apud Matthæum 21. c. 26. quàm ἐφοβήθη. Sed huiusmodi trãsitiones Hebræis sunt familiares, quarũ alia exẽpla habemus Luc. 5. c. 14. & 7. a. 4. & 5. itẽ Act. 15. b. 5. quãuis Lucas multo minus hebraisset quàm Marcus. Vide suprà 10. e. 33. Sentiebãt de Ioãne, ὄντως τὸν Ἰωάννην: id est, ὄντως περὶ τοῦ Ἰωάννου. Sic enim potius loquũtur Greci. Vulg. & Eras. habebãt Ioãnem: quæ interpretatio nõ satis uidetur cõuenire cũ ijs quæ sequũtur. Fuisset, ἦν. Vulg. esset. quod rectè emẽdauit Eras. quũ hæc sint gesta post Ioãnis mortem.

IN CAPVT XII.

1 Per parabolas, ἐν παραβολαῖς. Parabola dicitur passim in Euãgelio nõ tam cõparatio, aut collatio, quales adhiberi à plerisq; scriptorib. solent ad ea illustranda quæ alioquin uideri possent obscurius dicta, q̃ allegoria & ænigma: q̃ nõ facilè ab omnib. intelligatur. Hebræi משל & חידה uocãt. Si quis aũt roget cur ἐν παραβολαῖς, dixerit Marcus potius quàm ἐν παραβολῇ, quũ unam tantùm parabolã hic recenseat: respondeo, quãuis unã duntaxat commemoret, multas tamẽ fuisse à Dño propositas, quæ copiosè à Matthæo referuntur. Deinde etiã existimo, his uerbis nõ tam multitudinẽ parabolarum significari, quàm genus ipsum orationis quo Christus usus est ob eam causam quã ipse explicat Matth. 13. e. 35. ut ἐν παραβολαῖς, idẽ ualeat quod παραβολικῶς, ut loquitur Nonnus: id est, αἰνιγματώδη. Dicere, λέγων. Quędam exemplaria habent λαλῶν loqui, ut conuerterunt Vulgata & Erasmus: quam lectionem si sequaris, addendum erit participium, λέγων dicẽs, eclipsi Hebręis familiari, de qua diximus aliquid suprà 10. e. 33.

2 In tempore, τῷ καιρῷ. Vulgata, quam ego sequutus sum, huius interpretationis authorem habet Terentiũ, qui sic loquitur in Andria. Erasmus, quum opportunum esset: id est, ἐν τῷ δυναμένῳ.

3 Inanem,

Illi uerò captum eum cæciderunt,ac remiſe-
runt inanem.

Et rurſum miſit ad eos aliũ ſeruum:& illi lapi
dato caput uulnerarunt,& remiſerunt dedeco-
ratum.

Et rurſum alium miſit,& illum trucidarunt:
multos q; alios,hos quidem cædẽtes,illos uerò
trucidantes.

Quum ergo unũ adhuc haberet filium ſuum
dilectum,miſit etiam eum ad illos ultimum,di-
cens:Reuerebuntur filium meum.

Illi uerò agricolæ dixerũt inter ſe:Iſte eſt hæ
res,uenite,trucidemus eum,& noſtra erit hære
ditas.

Et captum eum trucidarunt,& eiecerunt ex
tra uineam.

Quid ergo faciet dominus uineæ? Ve-
niet,& perdet agricolas,& dabit uineam a-
lijs.

Lapis reprobatus à Iudæis, Chriſtus.
Pſal.117.c.22. Eſa.28.d.18. Matth.21.d.42. Act.4.b.11. Rom.9.g.33. 1.Pet.2.a.8.

Ne hãc quidem Scripturam legiſtis? Quem
lapidem reprobauerunt ædificantes,iſte factus
eſt caput anguli:

A Domino factum eſt iſtud,& eſt mirabile
in oculis noſtris?

Studebãt igitur eum prehendere,ſed timue
runt turbam:norant enim quòd aduerſus ipſos
illam parabolam dixiſſet: itaq; omiſſo eo abie-
runt.

3 οἱ δὲ λαβόντες αὐτὸν ἔδειραν, καὶ ἀπέστειλαν κενόν. A

4 καὶ πάλιν ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς ἄλλον δοῦλον· κἀκεῖνον λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν, καὶ ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον.

5 Καὶ πάλιν ἄλλον ἀπέστειλε, κἀκεῖνον ἀπέκτειναν· καὶ πολλοὺς ἄλλους, τοὺς μὲν δέροντες, τοὺς δὲ ἀποκτείνοντες.

6 ἔτι οὖν ἕνα υἱὸν ἔχων ἀγαπητὸν αὐτοῦ, ἀπέστειλε καὶ αὐτὸν πρὸς αὐτοὺς ἔσχατον, λέγων, ὅτι ἐντραπήσονται τὸν υἱόν μου.

7 ἐκεῖνοι δὲ οἱ γεωργοὶ εἶπον πρὸς ἑαυτούς, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος· δεῦτε ἀποκτείνωμεν αὐτόν, καὶ ἡμῶν ἔσται ἡ κληρονομία.

8 καὶ λαβόντες αὐτόν, ἀπέκτειναν, καὶ ἐξέβαλον ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος.

9 τί οὖν ποιήσει ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος; ἐλεύσεται, καὶ ἀπολέσει τοὺς γεωργοὺς, καὶ δώσει τὸν ἀμπελῶνα ἄλλοις.

10 οὐδὲ τὴν γραφὴν ταύτην ἀνέγνωτε; λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας· B

11 παρὰ κυρίου ἐγένετο αὕτη, καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν.

12 καὶ ἐζήτουν αὐτὸν κρατῆσαι, καὶ ἐφοβήθησαν τὸν ὄχλον. ἔγνωσαν γὰρ ὅτι πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν εἶπε. καὶ ἀφέντες αὐτὸν, ἀπῆλθον.

3 Inanem, κενὸν: uel, uacuum, ut rectè conuertit Eraſmus. Sed quia ceteris ferè locis Inanem interpretantur, eandem ubique rationem ſeruare maluimus. 4 Lapidato, λιθοβολήσαντες. Hanc eſſe ſignificationẽ propriam uerbi Lapidare, Quintilianus innuit lib.8.cap.2. nempe pro Lapides in aliquem conijcere. Sed ſciẽdum eſt, βάλλειν, de eo dici propriè apud Græcos, qui non modò ictu petit, ſed etiam collimat. Vetus interpres hoc non legit, & animaduertimus etiam in duobus uetuſtis codicibus deeſſe. Caput uulnerarunt, ἐκεφαλαίωσαν, Eraſmus, comminuerunt caput: quod non ſine hyperbole intelligi poteſt. Maluimus ergo paucis mutatis Vulgatam editionem retinere, quum præſertim Lucas in hac eadem parabola utatur uerbo τραυματίζειν. Mentionem autem facit uulnerum capitis, quaſi grauiſſimorum. Sed noua eſt hæc ſignificatio uerbi κεφαλαιόω, ut hoc planè ſit quod Græci dicũt, ἄκρῃ κεφαλῇ κεφαλίζειν. Itaque Theophylactus, ἐκεφαλαίωσαν interpretatur, συνετίλησαν καὶ ἐπεξόφωσαν τῷ ὕβρει: id eſt, omni contumelię genere quaſi in ſummam quandam redacto affecerunt, omnemq; iniuriam in eo ueluti conſumpſerunt. Sed uereor ne non ſatis commoda ſit expoſitio, quum quod de contumelia dicit, ad id potius pertineat quod ſequitur. Quid ſi uerò pro ἀκροανηγκάλισαν accipiatur, ut intelligãtur naſum uel aures ignominiæ cauſa præcidiſſe, ſicuti barbari ſæpe legatos ad ſe miſſos huiuſmodi ignominia afficerunt? Sed de his liberum cuiuis iudicium eſto. Dedecoratum, ἠτιμωμένον. Verbum ἀτιμάζειν, cui ἰσοδυναμεῖ τὸ ἀτιμεῖν, uideo tot modis partim à Vetere interprete, partim ab Eraſmo conuerti, contumelia afficere, id eſt ὑβρίζειν, ignommia afficere: quod mihi non diſplicet: contemptui habere, id eſt καταφρονεῖν: inhonorare, dehoneſtare, exhonorare: quę non memini legere apud idoneos authores, quamuis inhonoratum Latinè dicamus eum cui honos non eſt habitus. Theophylacti codex ſcriptum habet ἠτιμωμένον, deprauata lectione, ſi Euſtathio credimus, qui τὸ ἄτιμον, teſtatur uerbum eſſe Homericum. Vetus autem interpres pro καὶ ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον, legit καὶ ἐτίμησαν, & ignominia affecerunt, ſicut in octauo codice ſcriptum reperimus. 7 Agricolę, οἱ γεωργοί. Sextum exemplar hæc addita habebat, διαπαίξοντες αὐτὸν ἔρχεσθαι πρὸς αὐτούς: id eſt, quum uidiſſent eum uenientem ad ſe. 8 Et captum eum, καὶ λαβόντες αὐτὸν. Vulgata, Et apprehendentes eum, καὶ πρατιόντες αὐτὸν. Eraſmus, Et arreptum eum, καὶ ἁρπάσαντες αὐτὸν. 9 Agricolas, τοὺς γεωργούς. In ſexto codice additur τούτους, iſtos. 11 Iſtud, αὕτη: id eſt, res iſta. Eſt enim Hebraiſmus manifeſtus, de quo diximus Matth.21.d.42. Errant igitur qui uel ad κεφαλὴν, uel ad γωνίας referunt: ac multo etiam magis qui legit, factuſ eſt iſte, ut ad lapidem & Chriſtum referatur. 12 Studebant, ἐζήτουν: id eſt, affectabant, & mirificè cupiebant. Id enim declarat apud Latinos uerbum Studere cum quarto caſu cõiunctum, cuius uice hìc ponitur infinitus modus. Ad uerbum, quęrebant, ſicut etiam ſumus in Matthæo non ſatis propriè interpretati. Reſpondet ergo, τὸ ζητεῖν hac ſignificatione uerbo בקש. Enim, γάρ. Non pertinet hæc ratio ad proximum uerbum, ἐφοβήθησαν, ſed ad ἐζήτουν: & rurſus, καὶ ἀφέντες, pertinet ad ἐφοβήθησαν, quod eſt remotius: quę ſynchyſis ut melius intelligatur, & quamobrẽ καὶ primo & tertio loco conuerterimus ut συλλογιστικὸν, ſecundo uerò ut λεκτικὸν: ita diſponendum puto hunc uerſiculum, docendi gratia, alioquin nõnihil obſcurum, καὶ ἐζήτουν αὐτὸν κρατῆσαι· ἔγνωσαν γὰρ ὅτι πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν εἶπε, καὶ ἐφοβήθησαν τὸν ὄχλον· καὶ ἀφέντες αὐτὸν, ἀπῆλθον: id eſt, Studebant igitur eum prehendere. norant enim quòd aduerſus ipſos parabolam illam dixiſſet, ſed timuerunt turbam: itaq; omiſſo eo abierunt. Aduerſus ipſos, πρὸς αὐτούς. Sic rectius conuertit Eraſmus, quàm Vetus interpres, ad eos. Declarat enim πρὸς hoc loco ἰσχυρίσεως, ut in illo Chryſoſtomi, πρὸ προσωπῶν, ἀναλυσάμενος τὰς πρὸς τὸν θεὸν ἁμαρτίας.

13 Captarent,

A ἡ ἀποστείλωσι πρὸς αὐτὸν τινας τῶν φαρισαίων 13
καὶ τῶν Ἡρῳδιανῶν, ἵνα αὐτὸν ἀγρεύσωσι λόγῳ.

οἱ δὲ ἐλθόντες λέγουσιν αὐτῷ· διδάσκαλε, οἴδαμεν ὅτι ἀληθὴς εἶ, καὶ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός· οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐπ' ἀληθείας τὴν ὁδὸν τοῦ θεοῦ διδάσκεις· ἔξεστι κῆνσον Καίσαρι δοῦναι, ἢ οὔ; δῶμεν, ἢ μὴ δῶμεν; 14

ὁ δὲ εἰδὼς αὐτῶν τὴν ὑπόκρισιν, εἶπεν αὐτοῖς· 15
τί με πειράζετε; φέρετέ μοι δηνάριον, ἵνα ἴδω.

οἱ δὲ ἤνεγκαν· καὶ λέγει αὐτοῖς· τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη καὶ ἡ ἐπιγραφή; οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, καίσαρος. 16

καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· ἀπόδοτε 17
τὰ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ θεοῦ τῷ θεῷ. καὶ ἐθαύμασαν ἐπ' αὐτῷ.

καὶ ἔρχονται Σαδδουκαῖοι πρὸς αὐτόν, οἵτινες λέ- 18
γουσιν ἀνάστασιν μὴ εἶναι, καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν, λέγοντες·

B διδάσκαλε, Μωσῆς ἔγραψεν ἡμῖν, ὅτι ἐάν τινος ἀδελφὸς ἀποθάνῃ, καὶ καταλίπῃ γυναῖκα, καὶ τέκνα μὴ ἀφῇ, ἵνα λάβῃ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἐξαναστήσῃ σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ. 19

ἑπτὰ ἀδελφοὶ ἦσαν, καὶ ὁ πρῶτος ἔλαβε γυναῖ- 20
κα, καὶ ἀποθνήσκων οὐκ ἀφῆκε σπέρμα.

καὶ ὁ δεύτερος ἔλαβεν αὐτὴν καὶ ἀπέθανε, καὶ 21
οὐδὲ αὐτὸς ἀφῆκε σπέρμα· καὶ ὁ τρίτος ὡσαύτως.

καὶ ἔλαβον αὐτὴν οἱ ἑπτά, καὶ οὐκ ἀφῆκαν σπέρ- 22
μα· ἔσχατον πάντων ἀπέθανε καὶ ἡ γυνή.

Ac mittunt ad eum quosdam è Pharisæis & Herodianis, ut eum captarent sermone. De tributo Cæsari reddendo. Matth. 22. b. 15. Luc. 20. d. 20.

Illi uerò quum uenissent, dicunt ei: Magister, scimus quòd uerax sis, & neque cures quenquam: non enim respicis in personam hominum, sed in ueritate uiam Dei doces: licet censum Cæsari dare, an non? demus an non demus?

Ipse uerò quum sciret eorum hypocrisin, dixit eis: Quid me tentatis? afferte mihi denarium ut uideam.

Illi uerò attulerunt: tunc dicit eis: Cuius est imago ista & inscriptio? Illi uerò dixerunt ei, Cæsaris.

Et respondens Iesus, dixit eis: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ Dei sunt, Deo. Et admirati sunt super eo. Rom. 13. b. 7.

Tunc ueniunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem: interrogauerunt eum eū, dicentes: De resurrectione. Matt. 22. c. 25. Luc. 22. c. 27.

Magister, Moses scripsit nobis, si cuius frater mortuus sit, ac reliquerit uxorem, & filios non reliquerit: ut accipiat frater eius uxorem eius, & exuscitet semen fratri suo. Deut. 25. a. 5.

Septem ergo fratres fuerunt: ac primus accepit uxorem, & moriens, non reliquit semen.

Et secundus accepit eā, ac mortuus est, & neq; ipse quidem reliquit semen: & tertius itidem.

Et acceperunt eam septē illi, neq; reliquerunt semen: ultima omnium mortua est & mulier.

13 Captarent, ἀγρεύσωσιν: uel, caperent. Nam ἀγρεύειν, quod propriè declarat uenari, etiam de eo dicitur, qui prædam cepit quam uenabatur. Sic Isidorus in Epigrammat. ἀγρεῦσαι δ' ἀγρεύσειν: id est, ἵνα δ' ἁλῶσι, ut ab alijs est anata, uerbo: id est, ῥήματι, ut alibi dictum est. Potest autem hoc referri uel ad eorum orationem qui Christo insidiabantur, uel ad Christi responsionem qua illi sperabant fore, ut sese in laqueos indueret, uel ad utrosq;. 14 In personam, εἰς πρόσωπον. Vulgata, in faciem. Nam hoc propriè declarat πρόσωπον, seu uera sit, seu ficticia: nisi malis Os aut uultum interpretari. Sed & hoc nomine significantur qualitates tum animi, tum corporis, tum etiam rerum externarum, quæ à Rhetoribus uocantur personæ attributa, seu uera sint illa, seu ficta & ad tempus quæsita, ut in theatris fieri solet. Errant igitur, & quidem periculoso errore, qui ubi mētio fit προσωποποιΐας, agi putant de ipsis (ut uulgò loquimur) personis, id est, ipsis hominibus: & hoc testimonio eludunt quæcunque de æterna prædesti- C natione non minus sanctè quàm uerè traduntur. Errant & illi qui quum alioquin Personæ appellatione rectè intelligant significari qualitates illas de quibus diximus, tamen non animaduertunt non damnari personarum omnium discrimina: quod fieri non potest, quin summa rerum omnium ἀταξία inuehatur, sed eam demum πρόσωπον ψέγειν reprehendi quæ tenebras offundit ueritati. Sed hæc fortasse παρέργως: quæ tamen placuit semel annotare, ut quæ uis sit horum uocabulorum intelligatur. Viam Dei, τὴν ὁδὸν τοῦ θεοῦ. Hebraicè דרך יהוה: quo dicendi genere interdum significatur uia qua ad Deum peruenitur, id est, sancti mores & cum Lege Dei consentientes, ut hoc loco & alibi sæpe: interdum uerò ipsa Dei facta & gesta, ut Psalmo 18. c. 31. plurali præsertim numero. Licet, ἔξεστι. In secundo & sexto codicib. ante ἔξεστι legimus, ἔστι καὶ ἡμῖν, dic ergo nobis: quod fortasis irrepsit ex Matthæo. Annon? ἢ οὔ; Totum hoc ἢ οὔ; δῶμεν: deest in Vulgata. Simpliciter enim conuertit, Licet dare tributum Cæsari, an non dabimus? Sed iteratam interrogationem in omnibus codicibus, & apud Theophylactum quoque inuenimus. Ponitur autem δῶμεν potentiali modo: quasi dicas, Debemus dare, an non debemus dare? quod rectè Erasmus obseruauit. 15 Hypocrisin, ὑπόκρισιν. Vulgata, uersutiam: id est, πανουργίαν: uel potius, πανουργίαν. 19 Reliquerit, καταλίπῃ. Vulgata, dimiserit: quę interpretatio melius conuenit Diuortio. Ita enim conuertere solet τὸ ἀπολύειν. Sed usus est Vetus interpres Dimittendi uerbo propter sequens uerbum ἀφῇ, quod ipsum exposcit: quam interpretationem cur non probem, dixi Matth. 22. c. 24. Sed in uno uetere exemplari scriptum inuenimus τέκνον, & apud Matthæum quoque constanter legitur in Vulgata editione Filium, singulari numero: quam lectionem maximè probo. Satis enim erat uel unum filium reliquisse, ut absolueretur frater à suscitandi fraterni seminis lege. 20 Septem ergo, ἑπτὰ οὖν. Erasmus non legit particulam οὖν, quę tamen uidetur requiri, ut narrationis exordiū declaret. Addidimus Igitur, partim ex Veteris interpretis authoritate, partim quia in uno uetusto codice scriptam inuenimus. 21 Et neque ipse, &c. καὶ οὐδὲ αὐτὸς, &c. In uno exemplari legimus, μὴ καταλιπὼν σπέρμα, non relicto semine. 22 Mulier, γυνὴ. Erasmus, uxor. Est enim ambiguum nomen γυνὴ. Sed illam interpretationem melius conuenire liquet ex conclusione quæstionis.

23 Quum

In resurrectione ergo quum resurrexerint, cuius eorum erit uxor? nam septē habuerunt eam uxorem.

23 ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει, ὅταν ἀναστῶσι, τίνος αὐτῶν ἔσται γυνή; οἱ γὰρ ἑπτὰ ἔσχον αὐτὴν γυναῖκα. A

Tunc respondens Iesus, ait eis: Nónne propterea erratis, quòd nescíatis Scripturas, neque potestatem Dei?

24 καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· διὰ τοῦτο πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες τὰς γραφὰς, μηδὲ τὴν δύναμιν τοῦ θεοῦ;

Quū enim à mortuis resurrexerint, neq; uxores ducunt, neq; nuptum dantur, sed sunt ut Angeli qui in cœlis sunt.

25 ὅταν γὰρ ἐκ νεκρῶν ἀναστῶσιν, οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίσκονται, ἀλλ' εἰσὶν ὡς ἄγγελοι οἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Exod.3.b.6. Matth.22.c.32.

De mortuis uerò quòd suscitandi sint, non legistis in libro Mosis, quomodo in rubo loquutus sit ei Deus, dicens: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob?

26 περὶ δὲ τῶν νεκρῶν, ὅτι ἐγείρονται, οὐκ ἀνέγνωτε ἐν τῇ βίβλῳ Μωσέως, ἐπὶ τῆς βάτου πῶς εἶπεν αὐτῷ ὁ θεὸς, λέγων· ἐγὼ ὁ θεὸς Ἀβραάμ, καὶ ὁ θεὸς Ἰσαάκ, καὶ ὁ θεὸς Ἰακώβ.

Non est Deus mortuorum, sed Deus uiuentium: uos ergo multum erratis.

27 οὐκ ἔστι θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ θεὸς ζώντων. ὑμεῖς οὖν πολὺ πλανᾶσθε.

Primum præceptum. Matth.22.d.35.

Et quum accessisset quidā è Scribis qui audierat eos disputantes, & sciebat quòd bene respondisset eis, interrogauit eum quod esset primum omnium mandatum.

28 καὶ προσελθὼν εἷς τῶν γραμματέων, ἀκούσας αὐτῶν συζητούντων, εἰδὼς ὅτι καλῶς αὐτοῖς ἀπεκρίθη, ἐπηρώτησεν αὐτὸν· ποία ἐστὶ πρώτη πασῶν ἐντολή;

Deut.6.2.4.

Iesus autem respondit ei, Primū omnium mandatorū est, Audi Israel, Dominus Deus noster, Dominus unus est:

29 ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίθη αὐτῷ ὅτι πρώτη πασῶν τῶν ἐντολῶν, Ἄκουε Ἰσραήλ, Κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν, Κύριος εἷς ἐστι. B

Dilectio Dei.

Diliges igitur Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota cogitatione tua, & ex totis uiribus tuis. hoc est primum mandatum.

30 καὶ ἀγαπήσεις Κύριον τὸν θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου. αὕτη πρώτη ἐντολή.

Dilectio proximi. Leuit.19.d.18. Matth.22.d.39. Rom.13.c.9. Gal.5.c.14. Iacob.2.b.8.

Et secundum simile hoc est, Diliges proximum tuum ut teipsum. maius istis aliud mandatum non est.

31 καὶ δευτέρα ὁμοία, αὕτη· ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. μείζων τούτων ἄλλη ἐντολὴ οὐκ ἔστι.

Tūc dixit ei Scriba ille: Bene, Magister, in ueritate dixisti, quòd unus sit Deus, & nō sit alius præter eum.

32 καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ γραμματεύς· καλῶς διδάσκαλε ἐπ' ἀληθείας εἶπας, ὅτι εἷς ἐστι θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν αὐτοῦ·

Dilectio Dei & proximi præponitur sacrificijs.

Et diligere eū ex toto corde, & ex tota intelligentia, & ex tota anima, & ex totis uiribus: ac diligere proximum ut seipsum, plus sit quàm omnia holocautomata & sacrificia.

33 καὶ τὸ ἀγαπᾶν αὐτὸν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης τῆς συνέσεως, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος, καὶ τὸ ἀγαπᾶν τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν, πλεῖόν ἐστι πάντων τῶν ὁλοκαυτωμάτων καὶ τῶν θυσιῶν.

Tum Iesus quum uidisset eum cordatè respondisse, ait ei: Non longè es à regno Dei. Et nemo amplius audebat eum interrogare.

34 καὶ ὁ Ἰησοῦς ἰδὼν αὐτὸν ὅτι νουνεχῶς ἀπεκρίθη, εἶπεν αὐτῷ· οὐ μακρὰν εἶ ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ. καὶ οὐδεὶς οὐκέτι ἐτόλμα αὐτὸν ἐπερωτῆσαι.

Christus filius Dauid. Matth.22.d.42. Luc.20.g.41.

Et respondens Iesus, dicebat, docens in templo: Quomodo dicunt Scribæ, quòd Christus filius sit Dauid?

35 καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς ἔλεγε, διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ· πῶς λέγουσιν οἱ γραμματεῖς, ὅτι ὁ χριστὸς, υἱός ἐστι Δαβίδ; C

23 Quum resurrexerint, ἀναστῶσι, Hoc deerat in codicib.2. & 8.& potest expungi, nulla sensus iniuria. 24 Nónne propterea, διὰ τοῦτο. Sic solent Hebræi per interrogationem enunciare quod maximè nolunt haberi pro uero. Deest tamen in Theophylacto particula διὰ, & interrogationis nota. Quòd nescíatis, μὴ εἰδότες. Vulgata ad uerbum, non scientes. Sed quia præcesserit διὰ τοῦτο, necesse fuit aliquantulum à uerbis deflectere: quum ne sic quidem Græci loqui soleāt. 26 Quomodo, ὅτι: uel πῶς, ut in uno codice legimus. Est autē per traiectionē construendum hoc membrum, ut post αὐτῷ subijciatur, ὑπὲρ τοῦ βάτου. Similis traiectionis exemplum occurrit Rom. 12.a.3. 30 Diliges igitur, καὶ ἀγαπήσεις. Vulg.& Eras. Et diliges. Sed apparet καὶ positā esse pro διό: quæ enallage etiam apud Græcos disertiores reperitur. Demost. περὶ τῆς παραπρεσβείας· διὸ δεῖ γραφέντας ἅπαντας τοὺς ἀγῶνας ὁμοίως ἐπιδεῖξαι, καὶ μὴ λίαν τοῦτο τὰ ψηφίσματα. Sic quoq; paulo pòst accipitur uersu 17. Cogitatione, τῆς διανοίας: id est, συνέσεως, ut Scriba responso suo explicat. Vide Matth.22.d.37. 31 Hoc est, αὕτη. Subaudi, ἐστίν. Vulg. illi: id est, αὐτῇ, quo modo scripti erat in codicib. uetustis 5.& 7. 33 Plus sit, πλεῖόν ἐστι. Vulg. maius est, μεῖζόν ἐστι. In octauo aūt codice legimus τὸ ἐπιπλέον, amplius. Holocautomata & sacrificia, τῶν ὁλοκαυτωμάτων καὶ θυσιῶν. Holocautomata uel holocausta interpretantur Græci id sacrificiorum genus in quo tota uictima Deo adolebatur, ut ipsa uerbi notatio declarat. Hebræi עולות uocant. θυσίαι autē appellāt ea sacrificia quæ ab Hebræis dicuntur זבחים: in quibus scilicet pars aliqua Sacerdotib. & cōiuio decidebatur, ut rectè notat Hieronymus in caput Esaiæ 56. Comprehenditur uerò his duobus sacrificiorum generibus uniuersus ille cæremonialis cultus, in quo nonnulli hypocritæ summam pietatis collocabant. 34 Amplius, οὐκέτι. Abundat negatio, ut alibi diximus. Vulgata, iam, οὐδείς. Erasmus, pòst illa, μετὰ ταῦτα. 35 Respondens, ἀποκριθεὶς: id est, uerba faciens, ut alibi docuimus. Seruari tamen potest propria huius uerbi

A uerbi significatio. Nam scribit Matthæus, fuisse in templo coactos Pharisæos, quum hæc diceret Christus. Est autem uerisimile multum utrinq; habitum sermonem, cuius conclusionem duntaxat scripserint Euangelistæ.

αὐτὸς γὰρ Δαβὶδ εἶπεν ἐν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ· εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. 36 Nam ipse Dauid dixit per Spiritū sanctum: Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextra mea, usq; dum posuero inimicos tuos scabellū pedum tuorum. Psal.109.a.1.

αὐτὸς οὖν Δαβὶδ λέγει αὐτὸν κύριον, καὶ πόθεν υἱός αὐτοῦ ἐστιν; καὶ ὁ πολὺς ὄχλος ἤκουεν αὐτοῦ ἡδέως. 37 Ipse ergo Dauid dicit eum Dominum: unde igitur filius eius est? Et pleraq; turba audiebat eum cum uoluptate.

καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ· βλέπετε ἀπὸ τῶν γραμματέων τῶν θελόντων ἐν στολαῖς περιπατεῖν, καὶ ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς, 38 Ipse autem dicebat eis in doctrina sua: Cauete à Scribis, qui uolūt stolati ambulare, & amant salutationes in foris. A Pharisæis cauendum. Matth.23.a.6. Luc.11.f.43. & 20.g.45.

καὶ πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς, καὶ πρωτοκλισίας ἐν τοῖς δείπνοις, 39 Primosq; consessus in conuentibus, & primos accubitus in cœnis.

οἱ κατεσθίοντες τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι. οὗτοι λήψονται περισσότερον κρίμα. 40 Qui penitus comedunt domes uiduarum, & ad obtentum utuntur longis orationibus: isti auferent grauius iudicium. Domus uiduarum. Matth.23.b.14. Luc.20.g.47.

καὶ καθίσας ὁ Ἰησοῦς κατέναντι τοῦ γαζοφυλακίου, ἐθεώρει πῶς ὁ ὄχλος βάλλει χαλκὸν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον. καὶ πολλοὶ πλούσιοι ἔβαλλον πολλά. 41 Et quũ sedisset Iesus contra gazophylacium, spectabat quomodo turba mitteret æs in gazophylacium: multi igitur diuites mittebāt multa. Luc.21.a.1.

καὶ ἐλθοῦσα μία χήρα πτωχὴ ἔβαλεν λεπτὰ δύο, ὅ ἐστιν κοδράντης. 42 Et quum uenisset quædam uidua pauper, mísit minuta duo, quod est quadrans. Vidua quadrantem mittens in gazophylacũ.

36 Per Spiritum sanctum, ἐν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ. Vel, in Spiritu sancto. Est enim quædam in hoc dicendi genere energia: quo scilicet significatur non tam Dauidem loquutum fuisse, quàm Spiritum Dei, qui quodammodo Dauidem ipsum possederit. Dicitur inquã, nescio quomodo, ὑφαντικώτερον Dauid in Spiritu loquutus, quàm Spiritus in Dauide. Ne quis tamẽ hoc arbitretur subtilius consideratum, quum Matth. uigesimosecundo d. 43. in Spiritu conuerterimus, hic interpretati sumus, per Spiritum. 38 In doctrina sua, ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ: id est, inter docendum, ἐν τῷ διδάσκειν. Vide suprà capite 4.a.2. Cauete, βλέπετε: id est, φυλάττεσθε: ut infrà cap.13.b.9. Sic apud Latinos quoq; Videre pro Cauere accipitur, sed diuersa constructione ab ea quæ hic usurpatur. Cicero 4. Academic. Sapientis hanc censet Arcesilas uim esse maximam, cauere ne capiatur, ne fallatur uidere.

Qui uolunt, τῶν θελόντων: id est, τῶν φιλούντων, ut loquitur Matthæus 23.a.4. qui amant, ideoq; summo studio expetunt & ambiunt. Respondet enim τὸ θέλειν, uerbo חפץ, ut diximus suprà 10. e. 35. quo significatur uoluntas cum summa cupiditate coniuncta, ut Genes. 34. c. 19. Cæterùm hoc quoq; notandum est, articulum hic poni ἀντιστιγμένως, sicut Rom. 1. b. 18. perinde enim est ac si dixisset Marcus, θέλουσι γάρ, uolunt enim. Stolati, ἐν στολαῖς: id est, ἐστολισμένοι. Idem autem ualet stola quod uestis in genere: quamuis postea de muliebri uestе ad talos usq; demissa dici cœperit, ut rectè obseruat Bayfius. Hic tamen uidetur exterior illa uestis fimbriata significari, cuius sit mentio Deut. 22. b. 12. Vulgata ad uerbum, in stolis, sicut alibi annotauimus Suetonium scripsisse, Caligulam modò in crepidis uel cothurnis, modò in spiculatoria caliga processisse in publicum: id est, crepidatum uel caligatum. Et amant salutationes, καὶ ἀσπασμούς. Quia dura erat transitio à uerbo ad nomen, Erasmus rectè addidit uerbum ex Luca petitum. 39 Primosq; consessus, καὶ πρωτοκαθεδρίας. Vulgata, Et in primis cathedris sedere: nomine scilicet in uerbum conuerso. Erasmus, Primasq; sellas: quum tamen accipiendum sit Græcum uocabulum non de sellis ipsis, sed de sessione. Primos accubitus, πρωτοκλισίας. Hic rectè reprehendit Erasmus Veterem interpretem, quòd ut sibi constaret, non potius uerterit primi accumbere, nomine per uerbum expresso. Sed quod hic reprehendit, ipse suprà admisit Matth. 23. a. 6. & quidem mutata Vetere editione. 40 Qui penitus comedunt, οἱ κατεσθίοντες. Cur ita conuerterimus, τὰ κατεσθίειν, diximus Matth. 23. b. 14. Cæterùm bellè quidem conueniunt Latina, quia scilicet uersu 30. conuertimus τῶν θελόντων, qui uolunt. In Græcis uerò manifestum est solœcum, quum potius dicẽdum fuerit, τῶν κατεσθιόντων καὶ προσευχομένων, uel εἰ κατεσθίουσι καὶ προσεύχονται, ut loquitur Lucas 20. g. 47. Nam ἐστι quod sequitur, non minus pertinere existimo ad uersiculum 38 & 39. quàm ad hunc 40. Similia uerò dicendi genera etiam apud disertiores scriptores reperiuntur. ut Homerus Iliad. ά, quum exorsus esset hanc comparationem à recto casu, Τρῶες δ' ὥς τ' ὄϊς πολυπαμφάγος οὐδέϊ λᾷ αὐλῆς, subiecit hanc ἀπόλειψιν à uerso casu, ὡς τρώων ἀλαλητὸς ἀΰτει ἀσπετος ἀσχετος ἀσπὶ ἐοικώς ἐρίηρε. Idem Iliad. ζ, φημὶ γὰρ οὔ πω πατασθένεϊ ἴσον μενεαίνειν προτέρωσε Δαναῶν ἔμμεναι ἀνδρῶν ἐγχείῃ πρόφερόν τε βίην καὶ φαίνετο πᾶσι: ubi Eustathius similia nonnulla in Euripide & Sophocle obseruat. Sed & Paulus 1. Tim. 4. a. 2. & 3. uidetur pro rectis genitiuos ter usurpare. Et ad obtentum, καὶ προφάσει. Vide Matth. 23. b. 14. 41 Contrà, κατέναντι: id est, exaduerso, ut uertit Erasmus. Accipitur autem interdum pro ἐμπροσθεν: id est, coram & in oculis, ut ferè loquuntur Hebræi, ut Rom. 4. c. 17. Aes, χαλκὸν: id est, pecuniam ex quocunq; metallo, nempe ex Romanorum consuetudine, apud quos initio fuit æs signatum, ut docet Plinius lib. 34. cap. 1. Terent. Ancillam ære emptam suo. Nam si chalcos intelligeret, qui singulis septennis λεπτοῖς, id est minutis æstimantur, potius scripsisset, χαλκοῦς quàm χαλκόν. 42 Quadrans, κοδράντης. Hunc locum citat doctissimus Budæus lib. de asse quinto, sed non explicat. Est autem hęc supputatio prorsus contraria omnium scriptorum iudicio & authoritati, ut non prorsus uana sit suspicio, uel corruptum esse numerum τῶν λεπτῶν: uel potius hoc totum ἐστι κοδράντης, quum perperam ab aliquo annotatũ esset, postea in contextum, culpa librariorum, irrepsisse: de quo tamẽ nihil temerè affirmo. Illud quidem constat, drachmã, quę proximè ad denarium, Romanum accedit, communi omnium doctorum calculo & sine ulla (quod sciam) controuersia, sex obolis æstimari: obolum aũt sex chalcis, chalcũ aũt septem λεπτοῖς, quę nos quoq; conuertimus Minuta: ex quo efficitur, si drachmam pro denario accipiamus, in quo sunt quadrantes quadraginta, singulos quadrantes ualere minuta sex, & duodecim præterea minuta explendæ toti summæ superesse. Sed hæc non sunt huius loci.

Tunc ille quum aduocasset discipulos suos, dicit eis: Amen dico uobis, uidua hæc pauper plus misit, quàm omnes qui miserunt in gazophylacium.

44 Nam omnes ex eo quod ipsis supererat, miserunt: hæc uerò è penuria sua omnia quæ habebat misit, totum victum suum.

καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ λέγει αὐτοῖς· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι αὕτη ἡ χήρα πτωχὴ πλεῖον πάντων βέβληκε τῶν βαλόντων εἰς τὸ γαζοφυλάκιον.

44 πάντες γὰρ ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς ἔβαλον· αὕτη δὲ ἐκ τῆς ὑστερήσεως αὐτῆς πάντα ὅσα εἶχεν ἔβαλεν, ὅλον τὸν βίον αὐτῆς.

CAP. XIII.

Destructio Ierusalē prædicitur. Mat.24.a.1. Luc.21.a.5.

ET quum egrederetur è templo, dicit ei quidam è discipulis eius: Magister, uide quales lapides, & qualia ista sint ædificia.

ΚΕΦ ιγ.

Καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ ἐκ τοῦ ἱεροῦ, λέγει αὐτῷ εἷς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ· διδάσκαλε, ἴδε ποταποὶ λίθοι, καὶ ποταπαὶ οἰκοδομαί.

Tunc Iesus respondens, ait ei: Vides ista magna ædificia? non relinquetur lapis super lapidem qui non dissoluatur.

Luc.19.g.43.

καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ· βλέπεις ταύτας τὰς μεγάλας οἰκοδομάς; οὐ μὴ ἀφεθῇ λίθος ὧδε λίθος, ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ.

Et quum sederet in monte Olearum contra templum, interrogarunt eum priuatim Petrus & Iacobus & Ioannes & Andreas,

καὶ καθημένου αὐτοῦ εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν κατέναντι τοῦ ἱεροῦ, ἐπηρώτων αὐτὸν κατ' ἰδίαν Πέτρος καὶ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης καὶ Ἀνδρέας,

Dic nobis, quãdo hęc erũt? & quod signũ erit quando futurum est ut omnia consummentur?

εἰπὲ ἡμῖν πότε ταῦτα ἔσται, καὶ τί τὸ σημεῖον ὅταν μέλλῃ πάντα ταῦτα συντελεῖσθαι;

Signa præcedentia aduentum Christi. Ephes.5.b.6. 2. Thes.2.a.3.

Iesus autem respõdens eis, cœpit dicere, Videte ne quis uos seducat.

ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς αὐτοῖς, ἤρξατο λέγειν· Βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ.

Dicẽtes se Christum esse & saluatorem.

Multi enim uenient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus, multosq; seducent.

πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, λέγοντες, ὅτι ἐγώ εἰμι· καὶ πολλοὺς πλανήσουσιν.

Quum autẽ audieritis bella & rumores bellorum, ne turbemini: oportet enim ista fieri, at nondum erit finis.

ὅταν δὲ ἀκούσητε πολέμους καὶ ἀκοὰς πολέμων, μὴ θροεῖσθε· δεῖ γὰρ γενέσθαι· ἀλλ' οὔπω τὸ τέλος.

Surget enim gens in gentem, & regnum in regnum: erúntque terræmotus singulis locis, & erunt fames ac turbæ: principia dolorum ista.

ἐγερθήσεται γὰρ ἔθνος ἐπὶ ἔθνος, καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν· ἔσονται σεισμοὶ κατὰ τόπους, καὶ ἔσονται λιμοί· ἀρχαὶ ὠδίνων ταῦτα.

Persecutiones propter Euangelium.

Sed cauete uos uobis: tradent enim uos in consessus, & in synagogas cædemini, & coram Præsidibus ac Regibus sistemini mea causa, in testimonium ipsis.

Βλέπετε δὲ ὑμεῖς ἑαυτούς· παραδώσουσι γὰρ ὑμᾶς εἰς συνέδρια, καὶ εἰς συναγωγὰς δαρήσεσθε, καὶ ἐπὶ ἡγεμόνων καὶ βασιλέων σταθήσεσθε ἕνεκεν ἐμοῦ εἰς μαρτύριον αὐτοῖς.

Euangelii prædicandum omnibus gentibus. Matth.10.b.19. Luc.12.b.11. & 21.c.14.

Et apud omnes gentes oportet primùm prędicari Euangelium.

καὶ εἰς πάντα τὰ ἔθνη δεῖ πρῶτον κηρυχθῆναι τὸ εὐαγγέλιον.

Quum autẽ traditos duxerint uos, ne antè

ὅταν δὲ ἀγάγωσιν ὑμᾶς παραδιδόντες, μὴ προ-

44 Ex eo quod ipsis supererat, ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς. Vulgata, ex eo quod abundabat illis: quum potius dicendum fuerit, ex eo quo ipsi redundabant. Hæc enim est uis τοῦ περισσοῦ, de qua diximus Matth. 5.f.37. rectè ab Erasmo expressa hoc loco. Legimus autem in sexto Stephani codice, ἐκ τοῦ περισσεύματος αὐτῶν, eodẽ quidem sensu, sed tamen rectius fortassis, quum postea legatur ἐν τῇ ὑστερήσει, non autem ἐν τῷ ὑστέρῳ.

IN CAP. XIII.

2 Vides, βλέπεις: id est ὁρᾷς, cernis. Nonnulli (ut testatur Erasmus) legunt βλέπει. Sic enim respondet Dominus quasi ab uno prouocatus communi cæterorum nomine. Non relinquetur, οὐ μὴ ἀφεθῇ. In codicibus uetustis sexto & octauo additur ὧδε hic, quod & apud Matthæum legitur. 6 Ego sum Christus, ἐγώ εἰμι. Præcisa est oratio, quam rectè ex Matthæo uidetur expleuisse Erasmus. Nam quod idem obseruat hæc ita posse accipi, quasi dicat, multi uenturi sunt, dicentes se eum esse qui ego sum, eundem prorsus scriptum habet, sed mihi non placet, propter longiorem circuitum, & duriorem eclipsin. 7 Ista fieri, γενέσθαι. In nono codice additur ταῦτα: quod exprimendum putauimus. Nondum, οὔπω: id est, οὐδέπω, non statim, ut explicat Lucas 21.a.9.

9 Cauete uobis, βλέπετε ἑαυτούς: id est, φυλάττεσθε ἑαυτούς, ut diximus suprà 12.d.38. Vulgata, Videte uosmetipsos: & barbarè & obscurè. Sed hoc notandum est, quum φυλάττεσθαί τινα Græcis ferè declaret Cauere ab aliquo: hìc contrà accipi βλέπειν: id est, φυλάττεσθαι ἑαυτοὺς, pro cauere sibiipsis. Apud Lucã ὁρᾶν & φυλάττεσθαι unà cõiunguntur, Luc.12.b.15.

Et in synagogas, καὶ εἰς συναγωγάς. Pleraque exemplaria post συναγωγὰς distinctionem adscribunt, quæ etiam sequuti sumus. Nonnulla tamen cum uerbo δαρήσεσθε coniungunt. Sed & in sexto codice scriptũ erat, καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν δαρήσεσθε, & in synagogis ipsorum cædemini: quæ lectio prorsus consentit cum Matthæo 10.c.17.

Et coram Præsidibus, καὶ ἐπὶ ἡγεμόνων. In duobus codicibus legitur, καὶ ἐπὶ ἡγεμόνων δ', sed & coram Præsidibus. Ponitur autem ἐπὶ, pro Coram uel Ante, ut etiam accipitur 1. Tim. 6.c.13. Sistemini, σταθήσεσθε. Vulgata, stabitis, φανήσεσθε. Erasmus, ducemini, ἀχθήσεσθε. quo modo legit Theophylactus in commentarijs. Sed hanc lectionem si sequamur, positum uidebitur ἐπὶ ἡγεμόνων, pro ἐπὶ ἡγεμονεύων, id est ad Reges, ut loquitur Matthæus. 10 Apud omnes gentes, εἰς πάντα τὰ ἔθνη. Sic Demosthenes περὶ στεφ. καὶ περιπλέων ἅπαν ἀπ' ὑμᾶς, & progressus dixi apud uos. Vulgata, in omnes gentes. quam interpretationẽ si sequamur, uertemus κηρυχθῆναι, promulgari. 11 Ne antè sitis soliciti, μὴ προμεριμνᾶτε. Ita rectè explicat Erasmus in annotationibus. Nam præcogitandi uocabulum, quod

Vetus

A Vetus interpres usurpat, neque Erasmus repudiat, non memini apud idoneos authores legere. Deinde non prohibetur cogitatio, sed solicitudo illa & anxietas quæ à diffidentia proficiscitur, ut diximus Matth. sexto d.27.

μεριμνᾶτε τί λαλήσητε, μηδὲ μελετᾶτε· ἀλλ' ὃ ἐὰν δοθῇ ὑμῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, τοῦτο λαλεῖτε. οὐ γάρ ἐστε ὑμεῖς οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

sitis soliciti quid dicturi sitis, neq; meditemini: sed quicquid datum fuerit uobis in illo momento, hoc loquamini: non enim estis uos qui loquimini, sed Spiritus ille sanctus. *Spiritus sanctus.*

παραδώσει δὲ ἀδελφὸς ἀδελφὸν εἰς θάνατον, καὶ πατὴρ τέκνον, καὶ ἐπαναστήσονται τέκνα ἐπὶ γονεῖς, καὶ θανατώσουσιν αὐτούς. 12

Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent liberi aduersus parentes, ac morte multandos curabunt eos.

καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων διὰ τὸ ὄνομά μου. ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται. 13

Et eritis exosi omnib. ppter nomẽ meũ: sed qui perseuerauerit usq; in finem, iste seruabitur.

ὅταν δὲ ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Δανιὴλ τοῦ προφήτου, ἑστὼς ὅπου οὐ δεῖ, (ὁ ἀναγινώσκων νοείτω,) τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη· 14

Quum autem uideritis abominandam uastationem quæ dicta est à Daniele propheta, existentem ubi non oportet (qui legit, animaduertat) tunc qui *fuerint* in Iudæa, fugiant in montes:

ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ δώματος, μὴ καταβάτω εἰς τὴν οἰκίαν, μηδὲ εἰσελθέτω ἆραί τι ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ. 15

Qui uerò *fuerit* supra domum, ne descendat in domum, nec ingrediatur ut quicquam tollat è domo sua. *Destructio Ierusalem. Matth.24.b.15. Dan.9.g.25. Luc.21.d.20.*

καὶ ὁ εἰς τὸν ἀγρὸν ὢν, μὴ ἐπιστρεψάτω εἰς τὰ ὀπίσω, ἆραι τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ. 16

Et qui fuerit in agro, ne reuertatur retrò ad tollendum pallium suum.

B

οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις, καὶ ταῖς θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. 17

Væ autem uentrem ferentibus & lactantib. in illis diebus.

προσεύχεσθε δὲ ἵνα μὴ γένηται ἡ φυγὴ ὑμῶν χειμῶνος. 18

Orate uerò ne fiat fuga uestra hyeme:

ἔσονται γὰρ αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι θλῖψις, οἵα οὐ γέγονε τοιαύτη ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως ἧς ἔκτισεν ὁ θεὸς, ἕως τοῦ νῦν, καὶ οὐ μὴ γένηται. 19

Erunt enim dies illi *talis* oppressio, qualis nõ fuit à principio rerum conditarum quas condidit Deus, usq; ad hoc tempus, nec fiet.

καὶ εἰ μὴ κύριος ἐκολόβωσε τὰς ἡμέρας, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ· ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐκλεκτοὺς οὓς ἐξελέξατο, ἐκολόβωσε τὰς ἡμέρας. 20

Et nisi Dominus decurtasset dies illos, nulla caro seruaretur: sed propter electos quos elegit, decurtauit dies illos.

καὶ τότε ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ, ἰδοὺ ὧδε ὁ Χριστός, ἢ ἰδοὺ ἐκεῖ· μὴ πιστεύητε. 21

Ac tum si quis uobis dixerit, Ecce hîc Christus, uel ecce illic: ne credatis. *Falsorũ prophetarũ miracula ad seducendos electos. Matt.24.b.23. Luc.21.b.8.*

ἐγερθήσονται γὰρ ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ δώσουσι σημεῖα καὶ τέρατα, πρὸς τὸ ἀποπλανᾶν, εἰ δυνατὸν, καὶ τοὺς ἐκλεκτούς. 22

Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ: & edent signa ac prodigia ad seducendum si fieri possit, etiam electos.

ὑμεῖς δὲ βλέπετε· ἰδοὺ προείρηκα ὑμῖν πάντα. 23

Vos autẽ cauete: ecce, prædixi uobis omnia.

ἀλλ' ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, μετὰ τὴν θλῖψιν 24

C ἐκείνην, ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, *Enoch.37.b.7. Esa.13.b.10. Ioel 2.b.10.g.31. & 3.c.15.*

καὶ οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ ἔσονται ἐκπίπτοντες, καὶ αἱ δυνάμεις αἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς σαλευθήσονται. 25

Cæterùm in illis diebus post oppressionem illam sol obscurabitur, & luna non dabit splendorem suum.

Et stellæ cœli excident, & potestates quæ in cœlis *sunt*, agitabuntur.

καὶ τότε ὄψονται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν νεφέλαις μετὰ δυνάμεως πολλῆς καὶ δόξης. 26

Et tunc uidebunt Filium hominis uenientẽ in nubibus cum potestate multa & gloria. *Aduentus Christi in iudicium.*

Neque meditemini, μηδὲ μελετᾶτε. Hoc ego refero ad artificiosa illa Oratorum præcepta, qui exercendis suis discipulis scribunt quas μελέτας uocãt. Vult ergo Christus suos quantumuis indoctos & rudes, in cœlum respicere, ut Dei fide & causæ bonitate freti, aliunde quàm ab humana eloquentia præsidiũ expectent. Cæterùm in nono codice scriptum erat προμελετᾶτε, præmeditemini: quod melius uidetur conuenire, quum præcesserit προσευχεσθε. 14 Quæ dicta est, &c. τὸ ῥηθὲν, &c. Hoc membrum deest apud ueterem interpretem, neq; scriptum erat in codicibus secundo & octauo. Existentem, ἑστὼς. Vel, stantẽ. Videtur tamen illa interpretatio commodior. Est autem huius loci hæc sententia, fore ut profanæ gentes ciuitatem Dei ipsumq; templum non modò contaminent ac polluant suo ingressu, sed etiam funditus euertant. Cæterùm uetusta exemplaria omnia legunt ἑστὼς, præter nonum & Complutense, quę sequi maluimus: & quoddam aliud, in quo scriptum erat ἑστηκὸς. Vbi non oportet, ἔστω ὁ Ἅγ. In uno exemplari legimus, ἐν τόπῳ ἁγίῳ, in loco sancto. 16 Retro, ἐπὶ τὰ ὀπίσω. Erasmus, ad ea quę reliquit à tergo: id est, ἐπὶ τὰ ἐπὶ δεξιὰ ἐπιστραφήτω. Atqui sæpe apud Græcos aduerbia pluraliter efferuntur: & ἐπὶ τὰ ὀπίσω, idem declarat quod ὀπίσω simplex. 18 Ne fiat fuga uestra hyeme, μὴ γένηται ἡ φυγὴ ὑμῶν χειμῶνος. In octauo codice scriptum erat, μὴ χειμῶν ἢ τοῦτο γένηται, ἢ σαββάτῳ, ne hyeme fiant ista, uel sabbatho. Vulgata expungit τοῦτο & ἢ σαββάτῳ. 19 Erunt enim, ἔσονται γὰ. Hebræum dicendi genus, cuius magna est emphasis: ita enim significatur fore ut toto illo tẽpore calamitas calamitatẽ excipiat, perinde acsi tempus ipsum nihil aliud esset quàm ipsissima (ut ita dicam) miseria. Sic Amos 5.e.20. dicit diem Domini fore tenebras, nõ lucẽ. Sic à Latinis interdũ sceleratissimus aliquis homo dicitur scelus. Legit aũt uetus interpres, θλίψεως τοιαύτης, &c. quæ consequuntur plurali numero: quo modo etiã scripta hæc erant in secũdo exẽplari. Rerum conditarũ, κτίσεως. Vulgata ad uerbum creaturæ: quod uocabulum Latinum esse negant. Significat autem *latius* interdum conditionem ac creationem mundi, ut suprà 10.a.6. interdum res creatas, ut hoc loco, & Rom.8.d.21. interdum homines, ut infrà cap.16.b.15.

Et tunc ipse mittet Angelos suos, & coget electos suos à quatuor uentis, ab extremo terræ usq; ad extremum cœli. 27 καὶ τότε ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ ἐπισυνάξει τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων, ἀπ' ἄκρου γῆς ἕως ἄκρου οὐρανοῦ. A

A ficu uerò discite parabolam, Quum ramus eius iã tener fit, & germinat folia, nostis quòd propè sit æstas: 28 ἀπὸ δὲ τῆς συκῆς μάθετε τὴν παραβολήν· ὅταν αὐτῆς ἤδη ὁ κλάδος ἁπαλὸς γένηται, καὶ ἐκφύῃ τὰ φύλλα, γινώσκετε ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος ἐστίν.

Ita & uos quum hæc uideritis fieri, agnoscite quòd propè sit in foribus regnum Dei. 29 οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν ταῦτα ἴδητε γινόμενα, γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις.

Amen dico uobis, nequaquam præterierit ætas hæc, usq; dum omnia hæc facta fuerint. 30 ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη, μέχρις οὗ πάντα ταῦτα γένηται.

Verbum Dei. Cœlum & terra præteribunt: sermones autem mei nequaquam præteribunt: 31 ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι.

Sed de die illo ac hora nemo scit, ne Angeli quidem qui in cœlo sunt, nec ipse Filius, nisi solus Pater. 32 περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι οἱ ἐν οὐρανῷ, οὐδὲ ὁ υἱός, εἰ μὴ ὁ πατήρ.

Vigilandum. Orandum. Mat. 24. d. 13. Cauete, uigilate & orate: nescitis enim quando tempus sit. 33 βλέπετε, ἀγρυπνεῖτε καὶ προσεύχεσθε· οὐκ οἴδατε γὰρ πότε ὁ καιρός ἐστιν.

Nam Filius hominis ita est ut quispiam qui peregrè agens relicta domo sua, dataq; seruis suis potestate, ac suo cuiq; opere, ianitori mandauit ut uigilaret: 34 ὡς ἄνθρωπος ἀπόδημος ἀφεὶς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, καὶ δοὺς τοῖς δούλοις αὐτοῦ τὴν ἐξουσίαν, καὶ ἑκάστῳ τὸ ἔργον αὐτοῦ, καὶ τῷ θυρωρῷ ἐνετείλατο ἵνα γρηγορῇ. B

Quatuor noctis uigiliæ. Vigilate igitur (nescitis enim quando Dominus domus ueniet, serò, an medio noctis, an in gallicinio, an mane.) 35 γρηγορεῖτε οὖν (οὐκ οἴδατε γὰρ πότε ὁ κύριος τῆς οἰκίας ἔρχεται, ὀψέ, ἢ μεσονυκτίου, ἢ ἀλεκτοροφωνίας, ἢ πρωΐ.)

Ne quũ uenerit repentè, inueniat uos dormientes. 36 μὴ ἐλθὼν ἐξαίφνης, εὕρῃ ὑμᾶς καθεύδοντας.

Quæ autẽ dico uobis, omnib. dico, Vigilate. 37 ἃ δὲ ὑμῖν λέγω, πᾶσι λέγω, γρηγορεῖτε.

CAP. XIIII. ΚΕΦ. νδ'.

Cõsilium Sacerdotum in Christum. Matth. 26. a. 1. Luc. 22. a. 1. ERat autem Pascha, & Azyma duobus pòst diebus, & quærebant principes Sacerdotum & Scribæ quomodo eum dolo prehensum occiderent: 1 ΗΝ δὲ τὸ πάσχα καὶ τὰ ἄζυμα μετὰ δύο ἡμέρας. καὶ ἐζήτουν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς, πῶς αὐτὸν ἐν δόλῳ κρατήσαντες, ἀποκτείνωσιν.

Dicebant autem: Non in festo, ne tumultus sit populi. 2 ἔλεγον δέ· μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, μήποτε θόρυβος ἔσται τοῦ λαοῦ.

Caput Christi ungitur à muliere. Matt. 26. a. 6. Ioan. 12. a. 2. Et quum esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, accumbente eo uenit mulier habens alabastrum unguenti nardi spicatæ multi precij: & comminuto alabastro, effudit ei in caput. 3 καὶ ὄντος αὐτοῦ ἐν Βηθανίᾳ, ἐν τῇ οἰκίᾳ Σίμωνος τοῦ λεπροῦ, κατακειμένου αὐτοῦ, ἦλθε γυνὴ ἔχουσα ἀλάβαστρον μύρου, νάρδου πιστικῆς πολυτελοῦς. καὶ συντρίψασα τὸ ἀλάβαστρον, κατέχεεν αὐτοῦ τῆς κεφαλῆς. C

27 Et coget, καὶ ἐπισυνάξει. In octauo codice scriptum erat, καὶ ἐπισυνάξουσι: id est, qui cogant. de qua formula loquendi diximus suprà 1. a. 10. 32 Ac hora, καὶ τῆς ὥρας. Nos etiam alibi sæpe Momentum uertimus, eodem sensu. Rectè quoq; Erasmus interpretatur, ac tempore: id est, καὶ τοῦ καιροῦ. quo uocabulo utitur Euangelista paulo pòst. Cæterùm in uetustis codicibus 3. 5. 6. 8. 9. 12. scriptum erat ὁ ὥρας, uel hora, ut Vetus etiam interpres conuertit: ut facilè appareat non esse cur subtiliter hic inter diem & horam distingamus, quum utroq; hoc uocabulo intelligatur in genere punctum illud temporis à Deo constitutum secundo Christi aduentui. Hoc autem placuit anno tare propter fanaticos quosdam, qui iam inde à multis seculis se torserunt, ut futuri iudicij tempus ex Scripturis elicerent: quibus si obijcias hæc Christi uerba, respondere solent, incertum quidem esse diem & horam, tempus autem & annum minimè. Quasi uerò ratio illa, propter quam noluit Deus ut hoc tempus cuiquam esset cognitũ (nempe ut de re ipsa certi, cuius euentum ignoramus, perpetuò in excubijs ageremus) minus ualeat In tempore & anno, quàm In die & hora. Sed furentes istos uates partim præterita secula conuincunt, partim etiam futura redarguent. Pijs autem omnibus hæc Christi doctrina sufficiet, ut eius aduentum religiosè expectent, in Dei uerò arcana curiosè non inquirant. 34 Vt quispiam, ὡς ἄνθρωπος. Nemo est qui non uideat particulam causalem deesse: deinde multa explendæ non modò sententiæ, sed etiam constructioni deesse, quæ ab alijs interpretibus omissa suppleuimus. Quia igitur paulo antè facta erat mentio Filij hominis uenientis in nubibus, quem etiam paulo pòst uocat τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου: ideo in supplenda ἀπεδίδην Filium hominis exprimendum putauimus. Eclipsin uerò non dissimilem annotauimus Matth. 25. a. 14. Potestate, τὴν ἐξουσίαν. Annotat Erasmus se alicubi legisse τὴν οὐσίαν, id est, bona & facultates suas. quod fortasis melius cõuenit. Ianitori, τῷ θυρωρῷ. Particulam καὶ abũdare, ostendit ratio Græcæ constructionis. Itaq; expungendam putauimus. Vide Matth. 28. b. 9.

IN CAP. XIIII.

3 Spicatæ, πιστικοῦ. Ita constanter legunt omnes Græci codices quos uidere nobis contigit. Valla Theophylactum sequutus, πιστικὸν dici putat quasi ἄδολον: id est, sincerã & germanam, nomine à πίστις deriuato. Nam, ut docet Plinius, miris modis adulterabatur, quum uariæ sint nardi species, & nouem etiam numerentur herbæ quæ nardum imitentur. Sed adiectiuum πιστικὸς à πίστις deductum nusquam legi, in ea quidem significatione. Itaque in eorum potius sententiam inclino qui Latinam uocem esse censent, corruptè (ut alia multa uocabula) Græca terminatione

A minatione inflexam, non modò mutata una uocali, sed etiam interueniente metathesi. Laudatur enim maximè in unguentis (ut tradit Plinius) ea Indicę nardi species quæ in aristas assurgit: quam ideo etiam Galenus νεφελίαχον, & officinæ nardispicam uocant.

ἦσαν δέ τινες ἀγανακτοῦντες πρὸς ἑαυτοὺς, καὶ λέγοντες· εἰς τί ἡ ἀπώλεια αὕτη τοῦ μύρου γέγονεν;

ἠδύνατο γὰρ τοῦτο πραθῆναι ἐπάνω τριακοσίων δηναρίων, καὶ δοθῆναι τοῖς πτωχοῖς. καὶ ἐνεβριμῶντο αὐτῇ.

ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν· ἄφετε αὐτήν· τί αὐτῇ κόπους παρέχετε; καλὸν ἔργον εἰργάσατο εἰς ἐμέ.

πάντοτε γὰρ τοὺς πτωχοὺς ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν, καὶ ὅταν θέλητε, δύνασθε αὐτοὺς εὐποιῆσαι· ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε.

ὃ ἔσχεν αὕτη, ἐποίησε. προέλαβε μυρῆσαι μου τὸ σῶμα εἰς τὸν ἐνταφιασμόν.

ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅπου ἐὰν κηρυχθῇ τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο εἰς ὅλον τὸν κόσμον, καὶ ὃ ἐποίησεν αὕτη, λαληθήσεται εἰς μνημόσυνον αὐτῆς.

B καὶ Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης, εἷς τῶν δώδεκα, ἀπῆλθε πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς, ἵνα παραδῷ αὐτὸν αὐτοῖς.

οἱ δὲ ἀκούσαντες, ἐχάρησαν, καὶ ἐπηγγείλαντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι. καὶ ἐζήτει πῶς εὐκαίρως αὐτὸν παραδῷ.

καὶ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῶν ἀζύμων, ὅτε τὸ πάσχα ἔθυον, λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ποῦ θέλεις ἀπελθόντες ἑτοιμάσωμεν ἵνα φάγῃς τὸ πάσχα;

καὶ ἀποστέλλει δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτοῖς· ὑπάγετε εἰς τὴν πόλιν, καὶ ἀπαντήσει ὑμῖν ἄνθρωπος κεράμιον ὕδατος βαστάζων· ἀκολουθήσατε αὐτῷ,

καὶ ὅπου ἐὰν εἰσέλθῃ, εἴπατε τῷ οἰκοδεσπότῃ, ὅτι ὁ διδάσκαλος λέγει, ποῦ ἐστι τὸ κατάλυμά, ὅπου τὸ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου φάγω;

κἀκεῖνος ὑμῖν δείξει ἀνώγεον μέγα ἐστρωμένον, ἕτοιμον· ἐκεῖ ἑτοιμάσατε ὑμῖν.

4 Erant autem quidam qui indignarentur apud seſe, ac dicerent: Ad quid perditio hæc unguenti facta est?

5 Nam poterat hoc uendi amplius quàm trecentis denarijs, ac dari pauperibus. Et fremebant in eam.

6 Iesus autem ait: Omittite eam: quid ei laborē affertis? bonum opus operata est erga me.

Bonum opus.

7 Sēper enim pauperes habebitis uobiscū: & quandocunq; uolueritis, potestis illis benefacere: me uerò non semper habebitis.

Pauperes.

8 Quod potuit hæc, fecit: ocupauit enim ungere meum corpus ad sepulturam.

9 Amen dico uobis, ubicunq; prędicatum fuerit Euangelium hoc in toto mundo, etiam hoc quod fecit hęc, dicetur in memoriam ipsius.

10 Tunc Iudas Iscariotes, unus è duodecim, uenit ad principes sacerdotum, ut proderet eum ipsis.

Iudas prodit Christum. Matth. 26. b. 14. Luc. 22. a. 4.

11 Illi uerò quū hoc audissent, gauisi sunt: & polliciti sunt ei pecuniam se daturos. Quærebat igitur quomodo opportunè eum proderet.

12 Ac primo die Azymorum, quando pascha sacrificabant, dicunt ei discipuli sui: Vbi uis ut profecti paremus ut edas pascha?

Paschæ præparatio. Matth. 26. b. 17. Luc. 22. a. 7.

13 Tunc mittit duos è discipulis suis, & dicit eis: Abite in ciuitatem: & occurret uobis quidam amphoram aquæ baiulans: sequimini eum.

14 Et quòcunq; introierit, dicite patrifamiliâs: Magister dicit, Vbi est diuersorium ubi pascha cum discipulis meis edam?

15 Tunc ipse uobis indicabit cœnaculum magnum, stratum, paratum: illic parate nobis.

C 5 Amplius, ἐπάνω. Ad uerbum, suprà. Sic Horatius: Paulatim mercaris agrum fortasse trecentis, Aut etiam supra numorum millibus emptum. Fremebant in eam, ἐνεβριμῶντο αὐτῇ. Sic rectè Vetus interpres, diuisa uerbi compositione. Apparet enim Latinum uerbum Fremere à Græco βρίμειν seu βρεμᾶν aut βρεμᾶσθαι deduci. Alibi frequenter ἐμβριμᾶσθαι uertimus Interminari, quoties scilicet pro ἀπειλεῖν, uel ἀπειλᾶν accipitur. Hic autem murmur & fremitus indignantium significatur, potius quàm interminatio. 8 Occupauit, προέλαβε: id est, προέφθασε. Vulgata & Erasmus, præuenit. Liuius: Occupat Tullius in agrum Sabinum transire. Quod dicendi genus mihi uisum est proximè ad hoc Græcum accedere. 12 Quando, ὅτε: id est, quo die, nimirum ad uesperam, quæ initium erat diei decimiquinti, sicut pluribus ostendimus, Matth. 26. b. 17. Erasmus, Quum pascha immolarent: quam interpretationem ut ambiguam reieci. Videtur enim significari, hæc gesta esse inter conuiuium ipsum Paschæ. Pascha, τὸ πάσχα. id est, agnum illum, cuius mactatio in festo Paschæ certis ritibus fiebat. Neque enim hîc accipitur pro ipso die festo Paschæ: sed manifesta est metonymia, sacramentis peculiaris, qua rei ipsius nomen signo tribuitur. Simili ratione Christus etiam ipse à Paulo Pascha nostrum uocatur, 1. Corinth. 5. c. 7. Sacrificabant, ἔθυον: id est, sacrificare solebant. ut infrà cap. 15. a. 6. dimittebat, pro dimittere solebat. Marcus enim nullam habet rationem Iudaicæ traditionis, sed respicit partim Dei constitutionem, partim quòd frequentius fieri à Iudæis etiam ipsis solebat. Neque enim erat traditionis locus, nisi quum primus Azymorum dies, id est decimusquintus primi mensis, incidisset in πρωΐαν, sicut hoc ipso anno contigisse liquet ex passionis historia.

13 Amphoram, κεράμιον. Ita Græci uocant amphoras, quòd ferè fictiles essent, ut apparet ex hoc Horatij uersiculo, —amphora cœpit Institui currente rota, cur urceus exit? Vulgata, lagenē: quæ tamen Luc. 22. a. 10. amphoram rectè conuertit. Erasmus, hydriam. Idem apud Lucam uas testaceum, κεραμεοῦν interpretatur. Videtur enim etiam in genere pro fictili uase usurpari. Sed præstat seruare significationem magis usitatam, ut κεράμιον & κεραμεῖον distinguantur, propter sequens uerbum βαστάζων, quod propriè de grauibus oneribus dici opinor. 15 Cœnaculum, ἀνώγεον. Græca uox declarat contignationem ædium superiorem, cuicunq; tandem usui sit destinata, ut ex Varrone & Vitruuio liquet. Quia uerò moris erat in ea domus parte cœnare, ideo cœnaculū dici cœpit. quod quum obseruarit Erasmus, miror eum maluisse triclinium, id est Græcum uocabulum, altero Græco interpretari.

Paratum, ἕτοιμον. Hoc deerat in septimo Stephani exemplari, & sanè uidetur initio additum ad codicis marginem, quo explicaretur illud ἐστρωμένον quod præcesserit. Nam etiam apud Lucam non additur.

Abierunt igitur discipuli eius, uenerunq; in ciuitatem, & inuenerunt *omnia* sicut dixerat eis: & parauerunt pascha.

16 καὶ ἀπῆλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ καὶ ἦλθον εἰς τὴν πόλιν, καὶ εὗρον καθὼς εἶπεν αὐτοῖς, καὶ ἡτοίμασαν τὸ πάσχα. A

Et quum serũ *diei* adesset, uenit cũ duodecim.

17 ὀψίας δὲ γενομένης ἔρχεται μετὰ τῶν δώδεκα.

De Iuda proditore. Matth. 26. b. 20. Luc. 22. b. 14. Ioan. 13. c. 21.

Quumq; accumberent ederentq;, ait Iesus: Amen dico, uobis unus ex uobis prodet me, qui edit mecum.

18 καὶ ἀνακειμένων αὐτῶν, καὶ ἐσθιόντων, εἶπεν ὁ Ἰησοῦς· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με, ὁ ἐσθίων μετ' ἐμοῦ.

Ipsi uerò cœperunt esse tristes, ac dicere ei singillatim: Nunquid ego? Et alius, Nũquid ego?

19 οἱ δὲ ἤρξαντο λυπεῖσθαι, καὶ λέγειν αὐτῷ εἷς καθ' εἷς, μήτι ἐγώ; καὶ ἄλλος, μήτι ἐγώ;

Ipse aũt respõdens dixit eis: Vnus ex duodecim qui *manum* intingit mecũ in catinũ, *me prodet*.

20 ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· εἷς ἐκ τῶν δώδεκα ὁ ἐμβαπτόμενος μετ' ἐμοῦ εἰς τὸ τρυβλίον.

Filius quidem hominis abit, sicut scriptum est de eo: sed uę homini illi per quem Filius hominis proditur. bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille.

21 ὁ μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑπάγει, καθὼς γέγραπται περὶ αὐτοῦ. οὐαὶ δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, δι' οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται. καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος.

Paschæ mandatio. Matth. 26. b. 26. 1. Cor. 11. c. 24.

Et edentibus ipsis, quum accepisset Iesus panẽ, & benedixisset, fregit: deditq; eis, & ait: Accipite, edite: hoc est corpus meum.

22 καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν, λαβὼν ὁ Ἰησοῦς ἄρτον, εὐλογήσας ἔκλασε, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς, καὶ εἶπε· λάβετε, φάγετε· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου.

Et accepto poculo, quum gratias egisset, dedit eis: & biberunt ex eo omnes.

23 καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον, εὐχαριστήσας ἔδωκεν αὐτοῖς. καὶ ἔπιον ἐξ αὐτοῦ πάντες. B

Sanguis. Nouum testamentum.

Et ait eis: Hoc est sanguis meus *qui est* Noui illius testamenti, qui pro multis effunditur.

24 καὶ εἶπεν αὐτοῖς· τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου τὸ τῆς καινῆς διαθήκης τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυννόμενον.

Amen dico uobis, non bibã amplius de fructu uitis, usq; ad diem illum quũ ipsum bibam nouum in regno Dei.

25 ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐκέτι οὐ μὴ πίω ἐκ τοῦ γενήματος τῆς ἀμπέλου, ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ὅταν αὐτὸ πίνω καινὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ.

Gratiarum actio.

Et quum hymnũ cecinissent, exierũt in montem Oliuarum.

26 καὶ ὑμνήσαντες, ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν.

Sandalizati Apostoli. Ioan. 16. d. 32. Zach. 13. c. 7.

Tunc dicit eis Iesus: Omnes offendemini in me nocte ista. nam scriptum est, Percutiam pastorem, & dispergentur oues.

27 καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· ὅτι πάντες σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ· ὅτι γέγραπται, πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα.

Infrà 16. b. 7.

Sed postquam surrexero, præibo uobis in Galilæam.

28 ἀλλὰ μετὰ τὸ ἐγερθῆναί με, προάξω ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν.

Petrus autem dixit ei: Etiamsi omnes offendantur, at non ego.

29 ὁ δὲ Πέτρος εἶπεν αὐτῷ· εἰ καὶ πάντες σκανδαλισθήσονται, ἀλλ' οὐκ ἐγώ.

Tunc dicit ei Iesus: Amen dico tibi, hodie in nocte ista, prius quàm bis gallus cecinerit, ter abnegabis me.

30 καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, ἀμὴν λέγω σοι, ὅτι σὺ σήμερον ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ, πρὶν ἢ δὶς ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρίς ἀπαρνήσῃ με. C

At ille multo amplius dicebat: Si me oportuerit commori tibi, haudquaquam te abnegabo. Itidem autem etiam omnes dicebant.

31 ὁ δὲ ἐκ περισσοῦ ἔλεγε μᾶλλον, ἐάν με δέῃ συναποθανεῖν σοι, οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι. ὡσαύτως δὲ καὶ πάντες ἔλεγον.

16 Abierunt, ἐξῆλθον. Erasmus ad uerbum, Exierunt. Sed apparet positum esse ἐξῆλθον pro ἀπῆλθον, quo utitur Lucas, minus scilicet Hebraissans quàm hic noster. Inuenerunt *omnia*, εὗρον. Addidimus quod explendę constructioni deesse uidebatur. In secundo autem codice scriptum erat ἐποίησαν, fecerunt, fortassis ex Matthæo.

19 Sigillatim, εἷς κατ' εἷς. Ita scriptum ubiq; legimus, uno exemplari excepto, in quo scriptum erat καθότι. Ego uerò existimo scribendum esse καθᾶς, sicut legitur Ioan. 8. a. 9. uel, si distinguere libet uocabula, κατ' εἷς. Est enim κατὰ ex κατὰ ἕνα contractum, ut εἷς κατ' εἷς ad uerbum declaret unum & deinde unum: quod uernaculo sermone dicimus, *un a un, ou l'un apres l'autre*. Vetus interpres in Ioanne conuertit, Vnum post unum. Et alius, Nunquid ego? μήτι ἄλλος, μήτι ἐγώ. Hæc deerant in duobus codicibus, & sanè uidentur redundare. 20 Qui *manum* intingit, ὁ ἐμβαπτόμενος: id est, qui mecum uesci consueuit, ut exposuimus Matthæi 26. b. 23. Suppleuimus autẽ ex Matthęo, quæ omnino requiruntur, ut plena fit sententia. 21 Homo ille, ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος: id est, αὐτὸς ipse. Est enim Hebraica repetitio antecedentis pro relatiuo, de qua sæpe iam diximus. 27 Oues, τὰ πρόβατα. In nono codice additur, τῆς ποίμνης, gregis. 29 Offendantur, σκανδαλισθήσονται. Complutensis editio additum habet ἐν σοί, in te. 30 Hodie, σήμερον. In duobus exemplaribus legimus σὺ σήμερον, tu hodie: cuius pronominis uidetur non contemnenda emphasis. Nam ideo etiã non contentus dixisse σήμερον, addit τῇ νυκτὶ ταύτῃ. 31 Multo amplius, ἐκ περισσοῦ μᾶλλον. Ad uerbum, magis ex abundanti. Vulgata non legit μᾶλλον, aut reiecit tanquam πλεονάζον. Nam certè redundat: sed ita tamen, ut ista conduplicatio magis exprimat uehemẽtem Petri assẽuerationẽ, sicut Erasmus rectè obseruat. Nos igitur, ut hanc emphasin ostenderemus, conuertimus Multo amplius, acsi scriptum esset πολὺ μᾶλλον, uel πολὺ περισσοτέρως. Erasmus autem distinguit post ἔλεγε, & μᾶλλον annectit ijs quæ consequuntur, ideoq; interpretatur, Imò si me oportuerit, &c. Sed præterquam quòd hæc aliter distincta in omnib/codicibus reperiuntur, uix etiã (opinor) reperias μᾶλλον pro Imò uel potius positum alicuius membri initio, nisi addatur particula ὴ, sicut in Matthæo annotauimus.

14 Et dicit

A ϗ ἔρχονται εἰς χωρίον, οὗ τὸ ὄνομα Γεθσημανῆ. 32
καὶ λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· καθίσατε ὧδε, ἕως
προσεύξωμαι.

καὶ παραλαμβάνει τὸν Πέτρον καὶ τὸν Ἰάκω- 33
βον καὶ Ἰωάννην μεθ' ἑαυτοῦ, ϗ ἤρξατο ἐκθαμβεῖσθαι
ϗ ἀδημονεῖν.

ϗ λέγει αὐτοῖς· περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως 34
θανάτου. μείνατε ὧδε, ϗ γρηγορεῖτε.

ϗ προελθὼν μικρόν, ἔπεσεν ἐπὶ τῆς γῆς, ϗ 35
προσηύχετο, ἵνα εἰ δυνατόν ἐστι, παρέλθῃ ἀπ' αὐτοῦ
ἡ ὥρα.

ϗ ἔλεγε· Ἀββᾶ ὁ πατήρ, πάντα δυνατά σοι· 36
παρένεγκε τὸ ποτήριον ἀπ' ἐμοῦ τοῦτο. ἀλλ' οὐ τί ἐ-
γὼ θέλω, ἀλλὰ τί σύ.

ϗ ἔρχεται, ϗ εὑρίσκει αὐτοὺς καθεύδοντας, ϗ 37
λέγει τῷ Πέτρῳ· Σίμων, καθεύδεις; οὐκ ἴσχυσας μί-
αν ὥραν γρηγορῆσαι;

γρηγορεῖτε ϗ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε 38
εἰς πειρασμόν. τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ
B σὰρξ ἀσθενής.

ϗ πάλιν ἀπελθὼν προσηύξατο, τὸν αὐτὸν λό- 39
γον εἰπών.

ϗ ὑποστρέψας εὗρεν αὐτοὺς πάλιν καθεύδοντας· 40
ἦσαν γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν βεβαρημένοι)
καὶ οὐκ ἤδεισαν τί αὐτῷ ἀποκριθῶσι.

καὶ ἔρχεται τὸ τρίτον, καὶ λέγει αὐτοῖς· καθεύ- 41
δετε τὸ λοιπὸν, καὶ ἀναπαύεσθε· ἀπέχει, ἦλθεν ἡ
ὥρα· ἰδοὺ παραδίδοται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου εἰς τὰς
χεῖρας τῶν ἁμαρτωλῶν.

ἐγείρεσθε, ἄγωμεν· ἰδοὺ ὁ παραδιδούς με ἤγγικε. 42

καὶ εὐθέως, ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, παραγίνεται ἰού- 43
δας εἷς ὢν τῶν δώδεκα, καὶ μετ' αὐτοῦ ὄχλος πολὺς
μετὰ μαχαιρῶν ϗ ξύλων, παρὰ τῶν ἀρχιερέων καὶ
τῶν γραμματέων καὶ τῶν πρεσβυτέρων.

δεδώκει δὲ ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν σύνσημον αὐτοῖς, 44
λέγων· ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστι κρατήσατε αὐτόν,
καὶ ἀπαγάγετε ἀσφαλῶς.

C καὶ ἐλθὼν, εὐθέως προσελθὼν αὐτῷ, λέγει· ῥαβ- 45
βί ῥαββεί. καὶ κατεφίλησεν αὐτόν.

Veniunt igitur in locũ, cuius nomen *est* Gethsemane: tunc dicit discipulis suis: Sedete hîc, usque dum orauero. *Christus in horto.* Matth.26.d.30. Luc.22.d.39.

Et accipit Petrum & Iacobum & Ioannem secum, cœpítque expauescere & grauissimè angi.

Et dicit eis: Valde tristis est anima mea usq; ad mortem: manete hîc, & uigilate.

Progressúsque parum, procidit in terram: & orauit, ut si possibile esset, abiret à se hora illa.

Dixitq; Abba, *id est*, Pater, omnia possibilia sunt tibi: transfer à me istud poculum. uerùm non quid ego uelim, sed quid tu. *Oratio Christi.*

Tunc uenit, & inuenit eos dormientes, dicitq; Petro: Simon, dormis? non ualuisti unam horam uigilare?

Vigilate & orate, ne introeatis in tentationem. Spíritus quidem promptus *est*, caro autem infirma. *Vigilare. Orare. Spiritus. Caro.*

Et quum rursum abijsset, orauit, & eundem dixit sermonem.

Et reuersus, inuenit eos rursum dormientes: erant enim oculi eorum grauati, neq; sciebant quid ei responderent.

Et uenit tertiò, dicitq; eis: Dormite quod superest, & requiescite. sufficit, uenit hora, ecce traditur Filius hominis in manus peccatorum.

Surgite, eamus. ecce, qui prodit me, appropinquauit.

Et statim, adhuc eo loquente, adest Iudas qui erat unus è duodecim, & cum eo turba multa cum gladijs & fustibus à principibus Sacerdotum, & Scribis, & Senioribus. *Osculo Iudas Christum tradit Iudæis.* Matth. 26.c.47. Luc.22.c.47. Ioan.18.a.3.

Dederat autẽ is qui prodebat eum, commune signum eis, dicens: Quemcunque osculatus fuero, is est: cõprehendite eũ, & abducite tutò.

Quũ igitur uenisset, statim accedit ad eũ, dicitq; ei: Rabbi, rabbi: ac deosculatus est eum.

34 Et dicit eis, καὶ λέγει αὐτοῖς. In quatuor exemplaribus hęc coniunguntur præcedentibus: & pro λέγει scribitur λέγειν, dicere. Vigilate, γρηγορᾶτε. Complutensis liber addit μετ' ἐμοῦ, mecum. 36 Non quid ego, &c. ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ τί σύ. Hunc locum uarijs modis deprauatum inuenimus in plerisque codicibus scriptis. Omnino enim plenior esset sententia, si pro τί legeremus ἅ, τι, uel ὅτ, quod testatur Erasmus se in quibusdam exemplaribus legisse. ut subaudiatur γενέσθω, quod à Matthæo & Luca exprimitur. Sententiam uerò quamuis imperfectam, idcir co non expleuimus, quòd hæc apostiopesis non uideatur sua emphasi carere, in oratione tam ardenti.

40 Et reuersus, καὶ ὑποστρέψας. In octauo codice scriptum erat, καὶ πάλιν ἐλθὼν, & quum denuò uenisset. πάλιν autem quod antè καθεύδοντας hîc posiuum est, erat expunctum. Vulgata, Et reuersus denuò inuenit eos dormientes, καὶ ὑποστρέψας, πάλιν εὗρεν αὐτοὺς καθεύδοντας. 41 Sufficit, ἀπέχει. Ita legimus in omnibus Græcis codicibus. Erasmus tamen obseruat in quibusdam addi τὸ τέλος. quam lectionem si sequaris, duobus modis licebit interpretari, nempe ut compositum ἀπέχει pro ἔχει accipias, & subaudiatur aliquid, hoc modo: Habent finem ea scilicet quę de me scripta sunt, & quæ paulo antè uobis prædixi. Instat enim illorũ exitus. Nam ipse Christus disertè Lucæ 22. d.37. dicit τὰ περὶ ἐμοῦ τέλος ἔχει. qui locus uidetur hanc interpretationem confirmare. sin minus, licebit etiam conuertere ἀπέχει τὸ τέλος, pro ἄπεστι τὸ τέλος, abest finis: id est, solus iam finis supereſt, eorum scilicet quæ de me prædicta sunt. Quod si simpliciter legamus ἀπέχει, sicut ubiq; scriptum legimus, fateor me non habere quod hic affirmem. Nam ἀπέχει nusquam legi pro ἱκανόν ἐστι, satis est: uel ἀφικτέον, id est sufficit, ut Euangelistæ ferè loquuntur. Quid si igitur corruptè scriptum est ἀπέχει pro ἀπέχεται? Sed nihil tamen uolui mutare ex coniectura. Traditur, παραδίδοται. Vulgata, tradetur: quam interpretationem non probo. Est enim omninò seruanda præsentis temporis significatio hoc loco. 43 Adest, παραγίνεται id est, πάρεστι. Vdetur enim, si ita accipias τὸ παραγίνεσθαι, uberior esse sensus. Iudas, Ἰούδας. In tertio codice & Vulgata editione additur ὁ Ἰσκαριώτης, Iscariotes. 44 Tutò, ἀσφαλῶς: id est, ita diligenter & tanto cum præsidio, ut elabi non possit: adeò sibi metuit mala conscientia, quam illis postea Christus exprobrat uersu 48. Vulgata, cautè: id est, περιφανῶς, uel ὁλοκλήρως. 45 Rabbi, ῥαββεί. In secundo & nono exemplaribus semel tantùm scriptum hoc inuenimus, in cęteris repetitum.

Illi uerò iniecerũt in eum manus suas: & prehenderunt eum.

46 οἱ δὲ ἐπέβαλον ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας αὐτῶν, καὶ ἐκράτησαν αὐτόν. A

Auricula amputatur Malcho.

Quidam autem astantium extracto gladio ferijt seruum Pontificis, & abstulit eius auriculam.

47 εἷς δέτις τῶν παρεστηκότων σπασάμενος τὴν μάχαιραν, ἔπαισε τὸν δοῦλον τοῦ ἀρχιερέως, καὶ ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον.

Et respõdens Iesus, dixit eis: Vt in latronem existis cum gladijs ac fustibus ad comprehendendum me?

48 καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθετε μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων συλλαβεῖν με;

Quotidie eram apud uos in templo docens, & non comprehendistis me. Sed *ista fiunt* ut impleantur Scripturæ.

49 καθ' ἡμέραν ἤμην πρὸς ὑμᾶς ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων, καὶ οὐκ ἐκρατήσατέ με. ἀλλ' ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαί.

Fugiunt Apostoli.

Tunc relicto eo, omnes fugerunt.

50 καὶ ἀφέντες αὐτὸν, πάντες ἔφυγον.

Quidam autem adolescentulus sequebatur eum, circumamictus sindone super nudum *corpus*: & prehenderunt eum adolescentuli.

51 καὶ εἷς τις νεανίσκος ἠκολούθει αὐτῷ, περιβεβλημένος σινδόνα ἐπὶ γυμνοῦ· καὶ κρατοῦσιν αὐτὸν οἱ νεανίσκοι.

Ipse uerò derelicta sindone, nudus effugit ab illis.

52 ὁ δὲ καταλιπὼν τὴν σινδόνα, γυμνὸς ἔφυγεν ἀπ' αὐτῶν.

Christus coram Caipha. Matth.26.f.57. Luc.22.f.54. Ioan.18.c.24.

Tunc abduxerunt Iesum ad Pontificem: & conuenerunt cum eo omnes principes Sacerdotum, & seniores, ac Scribæ.

53 καὶ ἀπήγαγον τὸν Ἰησοῦν πρὸς τὸν ἀρχιερέα. καὶ συνέρχονται αὐτῷ πάντες οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ γραμματεῖς. B

Petrus autem eminus secutus est eum usq; intrò in aulam Pontificis, & erat cõsidens cum ministris, & calefaciens *sese* ad ad ignem.

54 καὶ ὁ Πέτρος ἀπὸ μακρόθεν ἠκολούθησεν αὐτῷ ἕως ἔσω εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως, καὶ ἦν συνκαθήμενος μετὰ τῶν ὑπηρετῶν, καὶ θερμαινόμενος πρὸς τὸ φῶς.

Matt.26.f.59.

Principes autem Sacerdotum & totus consessus quærebant aduersus Iesum testimonium, ut morte multarent eum: nec inueniebant.

55 οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ ὅλον τὸ συνέδριον ἐζήτουν κατὰ τοῦ Ἰησοῦ μαρτυρίαν, εἰς τὸ θανατῶσαι αὐτόν· καὶ οὐχ ηὕρισκον.

Falsum testimonium in Christũ.

Nam multi falsum testimonium dicebant aduersus eũ, sed nõ erãt paria ipsorum testimonia.

56 πολλοὶ γὰρ ἐψευδομαρτύρουν κατ' αὐτοῦ, καὶ ἴσαι αἱ μαρτυρίαι οὐκ ἦσαν.

Tunc quidam quũ assurrexissent, falsum testimonium tulerunt aduersus eum, dicentes:

57 καί τινες ἀναστάντες ἐψευδομαρτύρουν κατ' αὐτοῦ, λέγοντες,

Ioan.2.c.19.

Nos audiuimus eum dicẽtem, Ego dissoluã templum hoc quod est manibus factum, & in triduo aliud sine manibus factum ædificabo.

58 ὅτι ἡμεῖς ἠκούσαμεν αὐτοῦ λέγοντος, ὅτι ἐγὼ καταλύσω τὸν ναὸν τοῦτον τὸν χειροποίητον, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν ἄλλον ἀχειροποίητον οἰκοδομήσω.

Sed ne sic quidem par erat testimoniũ eorũ.

59 καὶ οὐδὲ οὕτως ἴση ἦν ἡ μαρτυρία αὐτῶν.

Tum Pontifex quũ assurrexisset in mediũ, interrogauit Iesum, dicens: Non respondes quicquã? qd *illud est quod* isti aduersum te testificant?

60 καὶ ἀναστὰς ὁ ἀρχιερεὺς εἰς τὸ μέσον, ἐπηρώτησε τὸν Ἰησοῦν, λέγων· οὐκ ἀποκρίνῃ οὐδέν; τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσιν; C

47 Quidam autem, τίς δέ τις. In hoc genere dicendi uel τις redundat: uel quum addatur secundus casus, traiectioni locus est, acsi scriptum esset, τίς ἦ τίς τῶν παριστηκότων: id est, quidam uerò qui unus erat ex circũstantibus. Sed postponitur τις, quia est encliticum. Vulgata, Vnus autem quidam. Erasmus, Vnus autem quispiam. Cicero dicere solet, Vnus aliquis: sed tum demum, quum incerta est persona. Hìc autem certus & notus homo designatur. Neque enim quis hic esset ignorabat Marcus, præsertim si uerum est quod magno consensu tradunt ueteres, eum scilicet ex ipso Petro hoc Euangelium excepisse. quod tamen nolim affirmare. 49 Sed *ista fiunt* ut, ἀλλ' ἵνα. Erasmus rectè suppleuit ex Matth.26.f.56. quod explendæ constructioni deerat. Vide suprà 4.c.22.

50 Omnes, πάντες. omnes scilicet discipuli, ut exprimit Matthæus, & Vetus etiam interpres: ne de illis agere Marcus uideatur, quos Iesus superiore oratione compellarat. 51 Super nudum *corpus*, ἐπὶ γυμνῷ. Sic uernaculo sermone dicimus, *Sur le nud*. Latinos uerò non existimo ita loqui. Addidimus ergo aliquid, quamuis non sum ma hìc à nobis habeatur Latinitatis ratio. De sindone uerò uide infrà 15.d.46. 54 Ad ignem, πρὸς τὸ φῶς: id est, πρὸς τὸ αὖρ. Nam φωτὸς appellatione etiam ignem intelligi testatur Hesychius, à consequenti scilicet. Vulgata hoc prętermisit. Erasmus interpretatur, ad lumem, referẽs ad participium συγκαθήμενος. Siquidem, inquit, lumen illum prodidit. Sed nimium est insolens hæc traiectio. 56 Sed non erant, καὶ οὐκ ἦσαν. Vulgata, & non erant. Erasmus, nec erant. Sed si καὶ pro ἀλλὰ accipias, ut alibi sæpe, plenior erit sententia. Paria, ἴσαι: id est, cohærentia, siue (ut non malè sensum expressit Vetus interpres) conuenientia. quod rectè explicat Erasmus in annotationibus. Idem tamen conuertit, satis idonea: id est, ἱκαναὶ, nempe propter uersiculum 59. Sed τὸ ἴσον nusquam legi hac significatione usurpatum. 59 Par, ἴση. Videtur tamen hæc ita fuisse paulo antè commemorata, quasi prorsus conueniret inter testes. Itaq; Erasmus iterum ἴσαι conuertit, satis idonea. Legit enim ista plurali numero, contra uetustorum omnium codicum fidem. Sed si Euangelistas inter se comparemus, apparebit cur istorum testimonium Marcus impar fuisse scribat. Nam scribit Matthæus istos esse testatos se ex Christo audiuisse quòd posset templum destruere, & aliud ædificare: Marcus uerò, quòd destructurus esset templum, & intra triduum instauraturus: quæ plurimum inter se differunt. Poterat enim illud pro inani duntaxat iactantia accipi. Iam uerò quũ duos testes fuisse diserte dicat Matthęus, necesse est (opinor) ut fateamur imparia fuisse ipsorum testimonia.

A ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐσιώπα, καὶ οὐδὲν ἀπεκρίνατο. πάλιν ὁ ἀρ- 61 Ipse uerò silebat, & nihil respondit. Rursum Tacet Christus.
χιερεὺς ἐπηρώτα αὐτὸν, καὶ λέγει αὐτῷ· σὺ εἶ ὁ χρι- Pontifex interrogauit eum, & dicit ei: Túne ille Christus filius Benedicti?
στὸς ὁ υἱὸς τοῦ εὐλογητοῦ;
ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν, ἐγώ εἰμι· καὶ ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀν- 62 Iesus autem dixit: Ego sum: & uidebitis Filium hominis sedentem à dextra potestatis Dei, & uenientem cum nubibus cœli. Se Christum siue Messiam esse fatetur. Matth.24.c.30.
θρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καὶ ἐρχό-
μενον μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ.
ὁ δὲ ἀρχιερεὺς διαῤῥήξας τοὺς χιτῶνας αὐτοῦ, 63 Pontifex uerò diruptis uestibus suis dixit: Quid adhuc opus habemus testibus?
λέγει· τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτύρων;
ἠκούσατε τῆς βλασφημίας. τί ὑμῖν φαίνεται; 64 Audistis blasphemiam: quid uobis uidetur? Illi uerò omnes contra eum iudicarunt, ipsum teneri morte.
οἱ δὲ πάντες κατέκριναν αὐτὸν εἶναι ἔνοχον θα-
νάτου.
καὶ ἤρξαντό τινες ἐμπτύειν αὐτῷ, καὶ περικαλύ- 65 Et cœperunt quidam conspuere in eum: & obtegere faciem eius, & colaphos ei infligere, ac dicere ei, Vaticinare. ministri autem, bacillorum ictibus eum cædebant. Conspuitur & cæditur Christus.
πτειν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ κολαφίζειν αὐτόν, καὶ
λέγειν αὐτῷ, προφήτευσον. καὶ οἱ ὑπηρέται ῥαπί-
σμασιν αὐτὸν ἔβαλλον.
καὶ ὄντος τοῦ Πέτρου κάτω ἐν τῇ αὐλῇ, ἔρχεται 66 Et quum esset Petrus in aula inferius, uenit una ex ancillis Pontificis. Petrum negat Christum. Matth.26.g.69. Luc.22.f.55. Ioan.18.c.25.
μία τῶν παιδισκῶν τοῦ ἀρχιερέως,
καὶ ἰδοῦσα τὸν Πέτρον θερμαινόμενον, ἐμ- 67 Quúmque uidisset Petrum calfacientē se, inspiciens in eum dicit: Et tu cum Nazareno Iesu eras.
βλέψασα αὐτῷ, λέγει· καὶ σὺ μετὰ τοῦ Ναζαρηνοῦ
ἦσθα.
ὁ δὲ ἠρνήσατο λέγων· οὐκ οἶδα οὐδὲ ἐπίσταμαι τί 68 Ipse uerò negauit, dicēs: Non noui, neq; scio quid tu dicas. Et exiuit extrà in uestibulum: & gallus cantauit.
σὺ λέγεις. καὶ ἐξῆλθεν ἔξω εἰς τὸ προαύλιον, καὶ ἀ-
λέκτωρ ἐφώνησε.
καὶ ἡ παιδίσκη ἰδοῦσα αὐτὸν πάλιν, ἤρξατο λέ- 69 Tunc ancilla quum rursus uidisset eum, cœpit dicere ijs qui astabant, Iste est ex ipsis. Matth.27.g.71. Luc.22.f.58. Ioan.18.c.25.
γειν τοῖς παρεστηκόσιν, ὅτι οὗτος ἐξ αὐτῶν ἐστιν.

61 Benedicti, τοῦ εὐλογητοῦ: id est Dei, qui scilicet omni laude dignus est. Hoc autem est Dei nomen, quod sæpe in Hebræorum commentarijs reperias ברוך הוא, quum alioquin soleat Dei nomē diserte exprimi. Estq; εὐλογητὸς nomen à participio εὐλογημένος distinguendum. quod discrimen non uideo quî satis commodè possimus Latinè exprimere, nisi synonyma uel periphrasin quæras. Sed maluimus tritum apud Theologos uocabulum usurpare. Cæterùm in nono codice pro εὐλογητοῦ, scriptum erat τοῦ θεοῦ ζῶντος: id est, Dei illius uiuentis. 62 Potestatis Dei, τῆς δυνάμεως: quem quî exprimere nō possemus, suppleuimus Dei nomen ex Lucæ 22.g.69. Videtur autem Marcus ab Hebræorum consuetudine mutuatus hanc Dei appellationem. Sic enim eorum magistri Deum interdum uocant הגבורה Haggeburá, ut obseruat Caninius. 64 Audistis, ἠκούσατε. In sexto codice additur παίσατε, omnino. Rursus in quodam alio post βλασφημίας adscripta erat nota interrogationis. Contra eum iudicarūt, κατέκριναν. Vulgata & Erasmus, condemnarunt: quod non satis cohæret cum ijs quæ consequūtur. Ideò dissoluimus compositionem. 65 Vaticinare, προφήτευσον. Vulgata, Prophetiza cuius uocabuli formā repudio. Itaq; προφητεύειν uertere soleo Prophetare, quod & ipsum fateor Latinum non esse. Sed profanos uates placuit à sacris ita distinguere, ut alibi dixi. Hìc tamē ut amphiboliam uerbi & nominis uitarem, malui interpretari Vaticinare quàm Propheta, quum uaticinandi uerbum potius respondeat τῷ μαντεύεσθαι. Erasmus, Diuina: quæ etiam interpretatio est ambigua. Cæterùm in sexto codice additur, τίς ἐστιν ὁ παίσας σε, quis sit qui te ferijt. ex Matthæo fortasis. Bacilorum ictibus eum cædebant, ῥαπίσμασιν αὐτὸν ἐβάλλον. Ostendimus ex Plutarcho, Matth. 5. f. 39. eos dici ῥαπίζειν qui fuste aut uirga quempiam feriunt: ut illis non possim assentiri qui de ijs hoc dici putant qui alapā (ut loquuntur) infligunt, nisi fortasis alicubi καταχρηστικῶς ita usurpetur. Videtur autem hic locus nostram interpretationem optimè confirmare. Nam ὑπηρέται uocat præfidis apparitores, qui in prouincijs ῥαβδοῦχοι, siue ῥάβδοι, id est (ut idē Plude istis loquens Marcus hoc uerbo utitur, quod nos quoq; ob eam causam uertimus per periphrasin, bacillorum ictibus cædere. Nam τὸ βάλλειν pro πάσσειν accipitur etiam quando cominus infligitur uulnus, ut ex his Homeri uersiculis apparet Iliad. ι. τὸν μὲν ἔπειτ' ἀνόρουσε δουρικλυτὸς ἐγγύθεν ἐλθὼν πλευρὰν παραλὺς κατὰ ἰσχίον ἔγχει βαλών. 66 Inferius, κάτω. Vulgat. deorsum, prorsus inepè. Notandum tamen est, hic non agi de contignatione inferiore, quasi Christus in superiore causam dixerit. Nam si id ita esset, nō satis esset (opinor) probabile quod narrat Lucas 22.g.61. Christū ſci licet post tertiā abnegationē respexisse Petrū: nisi Petrum dicamus post secundā abnegationē quę in ipso uestibulo contigit, sese in eum ipsum locum recepisse, ubi Christi causa agebatur. quod mihi idcirco non uidetur uerisimile, quòd simulatq; se deprehensum agnouit, se recepit in uestibulum: cogitans scilicet de fuga. si amplius urgere tur. Describitur ergo ipsius aulæ situs, habita totius ædificij ratione. uel fortasis aliquot duntaxat gradibus supra aulam eminebat locus in quo sedebat Pontifex cum suis. 68 In uestibulum, εἰς τὸ προαύλιον. Vestibulum uocat locum portæ proximum, & ipsi aulę oppositum, qui tamē intra ædes ipsas esset. Ideò enim hoc addidit Marcus, ut explicaret aduerbium ἔξω, ne quis Petrum existimaret domo exijsse: quod demum fecit post tertiam abnegationem. 69 Rursus, πάλιν. Hæc particula coniungitur ab Erasmo cum uerbo ἤρξατο, contrà omnium codicum fidem. Videtur autem, ut hæc ita distingueret, eo adductus, quòd diserte testetur Matthæus 26. g. 71. alteram hanc ancillam fuisse. Sed si quis Euangelistas inter se conferat, reperiet Petrum fuisse à pluribus agnitū, suggerentibus ancillis. quamobrem etiam apud Lucam ubi agitur de secunda abnegatione, fit mentio serui, non ancillæ.

Ex ipsis, ἐξ αὐτῶν. Sic solent interdum Hæbræi subijcere relatiua earum rerum, quarum nulla antè facta est mentio. Sed tamen opinor hæc indicare, aliquem habitum esse de Christo & ipsius discipulis sermonem inter seruos & ancillas, priusquam deprehenderetur Petrus.

70 Et loquutio

Ipse uerò rursum negauit. Et rursus paulo pôst 70
qui adstabant, dixerunt Petro: Verè es ex ipsis:
etenim Galilæus es, & loquutio tua similis est.
Ipse autem cœpit execrari & iurare, dicens: 71
Non noui hominem istum quem dicitis.
Matth.27.g.67. Ioan.13.d.38. Tunc secundò gallus cantauit, recordatusq; 72
est Petrus uerborum quæ dixerat ei Iesus: Prius
quàm gallus cantarit bis, abnegabis me ter. &
animum adijciens, fleuit.

CAP. XV.

Christus coram Pilato. Matth.27.a.1. Luc.22.g.66. ET statim diluculo consilio inito, summi Sa- 1
cerdotes cum Senioribus & Scribis ac to-
to consessu, uinctum Iesu abduxerunt, tradide-
runtq; Pilato.
Christus Rex Iudæorum. Tunc interrogauit eum Pilatus: Túne es ille 2
Rex Iudæorum? Ipse uerò respondens, dixit ei,
Tu dicis.
Et multũ accusabãt eũ principes Sacerdotũ. 3
Tacet Christus. Matth.27.b.12. Luc.23.a.9. Ioan.18.f.33. Pilatus autem rursus interrogauit eum dicẽs: 4
Non respondes quicquã? ecce quàm multa ad-
uersus te testificantur.
Iesus autem etiamnum nihil respondit, adeò 5
ut miraretur Pilatus.
In festo autem dimittebat eis unum captiuũ, 6
quemcunq; postulassent.
Barabbas. Erat autem quidam qui dicebatur Barabbas, 7
uinctus cum seditionis socijs, qui cædem per se
ditionem fecerant.
Et quum exclamasset turba, cœpit petere ut 8
faceret sicut semper fecerat ipsis.
Pilatus Christũ tradit Iudæis crucifigendum. Pilatus autem respondit eis, dicens: Vultis 9
dimittam uobis Regem illum Iudæorum?
Inuidia. Nouerat enim quòd per inuidiam tradidis- 10
sent eum Principes Sacerdotum.
Principes uerò Sacerdotũ concitauerunt tur 11
bam ut potius Barabbam ipsis dimitteret.
Pilatus autem respondens, rursum dicit eis: 12

ὁ δὲ πάλιν ἠρνεῖτο. καὶ μετὰ μικρὸν πάλιν οἱ A
παρεστῶτες ἔλεγον τῷ Πέτρῳ· ἀληθῶς ἐξ αὐτῶν εἶ·
καὶ γὰρ Γαλιλαῖος εἶ, καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει.
ὁ δὲ ἤρξατο ἀναθεματίζειν καὶ ὀμνύειν, ὅτι οὐκ
οἶδα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον, ὃν λέγετε.
καὶ ἐκ δευτέρου ἀλέκτωρ ἐφώνησε. καὶ ἀνε-
μνήσθη ὁ Πέτρος τοῦ ῥήματος ὃ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰη-
σοῦς, ὅτι πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι δίς, ἀπαρνήσῃ
με τρίς. καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε.

ΚΕΦ ιε.

Καὶ εὐθέως ἐπὶ τὸ πρωὶ συμβούλιον ποιήσαν- 1
τες οἱ ἀρχιερεῖς μετὰ τῶν πρεσβυτέρων καὶ
γραμματέων, καὶ ὅλον τὸ συνέδριον, δήσαντες τὸν
Ἰησοῦν, ἀπήνεγκαν καὶ παρέδωκαν τῷ Πιλάτῳ.
καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν ὁ Πιλάτος· σὺ εἶ ὁ 2
βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, ἔφη αὐτῷ,
σὺ λέγεις.
καὶ κατηγόρουν αὐτοῦ οἱ ἀρχιερεῖς πολλά. 3
ὁ δὲ Πιλάτος πάλιν ἐπηρώτησεν αὐτὸν, 4
λέγων· οὐκ ἀποκρίνῃ οὐδέν; ἴδε πόσα σου κατα- B
μαρτυροῦσιν.
ὁ δὲ Ἰησοῦς οὐκέτι οὐδὲν ἀπεκρίθη, ὥστε θαυμάζειν 5
τὸν Πιλάτον.
κατὰ δὲ ἑορτὴν ἀπέλυεν αὐτοῖς ἕνα δέσμιον 6
ὃν παρῃτοῦντο.
ἦν δὲ ὁ λεγόμενος Βαραββᾶς μετὰ τῶν συνεστα- 7
σιωτῶν δεδεμένος, οἵτινες ἐν τῇ στάσει φόνον πεποι-
ήκεισαν.
καὶ ἀναβοήσας ὁ ὄχλος ἤρξατο αἰτεῖσθαι, καθὼς 8
ἀεὶ ἐποίει αὐτοῖς.
ὁ δὲ Πιλάτος ἀπεκρίθη αὐτοῖς, λέγων· θέλετε 9
ἀπολύσω ὑμῖν τὸν Βασιλέα τῶν Ἰουδαίων;
ἐγίνωσκε γὰρ, ὅτι διὰ φθόνον παρέδωκαν 10
αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς.
οἱ δὲ ἀρχιερεῖς ἀνέσεισαν τὸν ὄχλον, ἵνα μᾶλλον 11
τὸν Βαραββᾶν ἀπολύσῃ αὐτοῖς.
ὁ δὲ Πιλάτος ἀποκριθεὶς, πάλιν ἔφη αὐτοῖς· C

70 Et locutio tua similis est, καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει. Hoc non legit uetus interpres, neq; reperimus in octauo codice. 71 Dicens, Non noui, λέγει οὐκ οἶδα. Vel est mutatio personæ Hebræis familiaris: uel subaudiendum est participium, quod expressi. Vide suprà cap.10.e.33. 72 Tunc secũdò, καὶ ἐκ δευτέρου. Vulgata, Et statim. καὶ εὐθέως. quo modo scriptũ erat in octauo codice. Eras. Et iterũ, καὶ πάλιν. Animũ adijciens, fleuit, ἐπιβαλὼν ἔκλαιε. ἐπιβάλλω, inter alia declarat animũ ad rem aliquam adijcere, ut ostendit prolatis exemplis Budęus. quam significationẽ, ut maximè appositam selegi, ac si dicas in uernaculo nostro sermone, s'estant aduisé. Nam paulo antè dixit Marcus Petrũ secundo galli clamore uelut ex altissimo somno expergefactũ, cœpisse uerborũ Christi recordari. Nunc ergo addit, ipsum cũ huic cogitationi incubuisset, & sui sceleris magnitudinẽ perpẽdisset, lacrymas fudisse. Vulgata, cœpit flere. Erasmus in annotationib. prorupit in fletum. Nam (inquit) τὸ ἐπιβάλλειν, inter alias significationes interdum etiam declarat aggredi siue impetum sumere ad aliquid agendũ. Sed (quod eius pace dixerim) si hoc significare uoluisset Marcus, omnino scripsisset ἐπέβαλε τῷ κλαίειν. Deinde si ita accipias, non significabitur Petrum esse lachrymatum, sed conatum esse lachrymari. Postremò non desunt qui ἐπιβαλὼν interpretentur Opertus, quasi scilicet præ pudore Petrus caput inuoluerit, ut ij facere solent quos uehementer pudet, aut qui se mœrori & tristitiæ dediderunt. Sed ἐπιβάλλειν non memini legere ita usurpatum.

IN CAP. XV.

3 Multum, πολλά. Vulgata & Eras. de multis: id est, περὶ πολλῶν. nisi malis subaudire λεγτά. Addit Complutẽsis editio, κατὰ δὲ οὐδὲν ἀπεκρίνατο, ipse uerò nihil respondit. idq; uidetur optimè conuenire cum ijs quæ subijciuntur.

6 Dimittebat, ἀπέλυεν. Vel, absoluebat: id est, absoluere & liberare solebat, ut planius explicat Matthęus. Simile dicendi genus annotauimus suprà capite 14.b.12. 7 Seditionis socijs, συναστατῶν, Ad uerbum, conseditiosis. Itaq; nec uetus interpres qui cõuertit, seditiosis: nec Erasmus qui interpretatur, seditionis authoribus, Græcũ uocabulum expresserunt. Cædem fecerant, φόνον πεποιήκεισαν. Vulgata, fecerat homicidium. Eras. cædem patrauerat. Videtur enim uterq; legisse ἐν τῇ στάσει: quamuis repugnet Frobenij editio. Cæterùm in uetustis codicibus scriptum constanter reperimus πεποιήκεισαν, pro πεποιήκεσαν, uno excepto in quo legebat πεποίηκαι. 8 Quum exclamasset, ἀναβοήσας. Vulgata, quum ascendisset: id est, ἀναβάς. Nam ἀναβοᾶν, quod annotat Erasmus, nusquam memini legere. Vt faceret, sicut καθὼς. Ecclipsin ex uulgi sermone petitam rectè Erasmus suppleuit, quum Vetus interpres neglexisset. 18 Salutare

A τί οὖν θέλετε ποιήσω ὃν λέγετε βασιλέα τῶν Ἰουδαίων;

Quid ergo uultis faciam ei quem dicitis Regẽ Iudæorum?

οἱ δὲ πάλιν ἔκραξαν, σταύρωσον αὐτόν. 13 Ipsi uerò rursum clamauerũt, Crucifige eum.

ὁ δὲ Πιλᾶτος ἔλεγεν αὐτοῖς, τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; οἱ δὲ περισσοτέρως ἔκραξαν, σταύρωσον αὐτόν. 14 Pilatus autem dicebat eis, Enimuero quid mali fecit? Illi autem amplius clamauerunt, Crucifige eum.

ὁ δὲ Πιλᾶτος βουλόμενος τῷ ὄχλῳ τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι, ἀπέλυσεν αὐτοῖς τὸν Βαραββᾶν, καὶ παρέδωκε τὸν Ἰησοῦν φραγελλώσας, ἵνα σταυρωθῇ. 15 Pilatus uerò uolens turbæ satisfacere, dimisit ei Barabbam: & Iesum flagellatum tradidit ut crucifigeretur.

οἱ δὲ στρατιῶται ἀπήγαγον αὐτὸν ἔσω τῆς αὐλῆς, ὅ ἐστι πραιτώριον, καὶ συγκαλοῦσι ὅλην τὴν σπεῖραν. 16 Milites autem abduxerunt eum intra aulam, id est prætorium, & conuocant totam cohortem.

καὶ ἐνδύουσιν αὐτὸν πορφύραν, καὶ περιτιθέασιν αὐτῷ πλέξαντες ἀκάνθινον στέφανον. 17 Et induunt eum purpura, & circumponunt ei plexam coronam spineam. *Coronatur spinis Christus.*

καὶ ἤρξαντο ἀσπάζεσθαι αὐτόν, χαῖρε βασιλεῦ τῶν Ἰουδαίων. 18 Cœperuntq; salutare eum, *dicentes*, Aue rex Iudæorum.

καὶ ἔτυπτον αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν καλάμῳ, καὶ ἐνέπτυον αὐτῷ, καὶ τιθέντες τὰ γόνατα, προσεκύνουν αὐτῷ. 19 Et uerberabant illius caput calamo, & inspuebant in eum, ac summissis genibus adorabãt illum. *Conspuitur, & irridetur.*

B καὶ ὅτε ἐνέπαιξαν αὐτῷ, ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν πορφύραν, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια τὰ ἴδια. καὶ ἐξάγουσιν αὐτόν, ἵνα σταυρώσωσιν αὐτόν. 20 Et quum illusissent ei, exuerunt eum purpura, & induerunt eum uestibus propriis: educuntq; eum ut crucifigerent eum.

καὶ ἀγγαρεύουσι παράγοντά τινα σίμωνα Κυρηναῖον, ἐρχόμενον ἀπ' ἀγροῦ, τὸν πατέρα Ἀλεξάνδρου καὶ Ῥούφου, ἵνα ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ. 20. Et angariant prætereuntem quendam Simonem Cyrenẽũ, (qui ueniebat rure, patrem Alexandri & Rufi) ut tolleret crucem eius. *Simon Cyrenæus.* Matth. 27. d. 32. Luc. 23. d. 26. Matth. 27. d. 3. Luc. 23. d. 33. Ioan. 19. c. 17.

καὶ φέρουσιν αὐτὸν ἐπὶ Γολγοθᾶ τόπον, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, Κρανίου τόπος. 21 Ducuntq; eum in Golgotha locum: quod est, si interpreteris, Caluariæ locus.

καὶ ἐδίδουν αὐτῷ πιεῖν ἐσμυρνισμένον οἶνον· ὁ δὲ οὐκ ἔλαβε. 22 Et dederunt ei bibendum myrrhatum uinũ: ipse uerò non sumpsit.

καὶ σταυρώσαντες αὐτὸν, διαμερίζονται τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, βάλλοντες κλῆρον ἐπ' αὐτὰ, τίς τί ἄρῃ. 23 Quumq; crucifixissent eum, dispertiuerunt uestimenta eius proiecta sorte super ea, quis quid tolleret. *Crucifigitur Christus.* Matth. 27. d. 35. Luc. 23. d. 33. Ioan. 19. d. 23.

ἦν δὲ ὥρα τρίτη, 24 Erat autem hora tertia,

18 Salutare eum, *dicentes*, ἀσπάζεσθαι αὐτὸν, Eclipsin huius participij suprà annotauimus cap. 10. e. 33. & 14. g. 71. Complutensis aũt editio addit καὶ λέγειν, & dicere. 21 Et Rufi, καὶ Ῥούφου. In quibusdam codicib. legit Erasmus τοῦ Ῥούφου: id est, qui filius erat Rufi: ut Rufus iste scilicet auus fuerit Alexandri, pater autem Simonis. Nam hoc ita ille explicat: quod non uideo qui possit conuenire, nisi perperam illic impressum est τῶ Ῥούφου, pro τὸν Ῥοῦφον. Cæterum notos & celebres in Ecclesia Dei istos fuisse oportet, quorum nuda nomina Marcus exposuerit. Mentio quidem fit C Alexandri Act. 19. f. 33. & Rufi, Rom. 16. b. 13. Sed incertum est an hi sint quorum hic fit mentio: neq; de eo magnopere solicitos esse oportet. 22 Golgotha, γολγοθᾶ. Nonnulla exemplaria scriptum habebant γολγοθὰν: Græca scilicet inflexione, apud quos hæc nomina mirũ in modũ sunt corrupta, propter Hebræę & Syriacæ linguę imperitiã. 25 Hora tertia, ὥρα τρίτη. Ita scriptum inuenimus summo cõsensu in omnibus codicibus tum manuscriptis, tum impressis: & ex ueteribus (ut Augustino & Hieronymo) apparet iampridem eam lectionẽ fuisse receptã. quãuis in speciem non uideatur cõsentire cum eo quod scribitur Ioan. 19. c. 24. circiter horam sextam fuisse cõdemnado nodo: sed (quod tanti uiri pace dictum esse uelim) non satis appositè, ut eius opinionẽ minimè necesse sit commemorare. Duplici autem ratione soluitur. Primùm enim ex consueto loquẽdi modo hora tertia esse dicitur, quũ tertium signum datum est: & tertiam horam uocamus illud potius spacium quod inter tertiam & quartam intercedit, quàm quod inter secundam & tertiam: quum tamẽ hæc ueré pro hora tertia sit habenda. Deinde & hoc notandum est, ueteres quamuis in duodecim uncias singulos dies diuiderent: id est, totum illud spacium quo inter ortum solis & occasum intercipitur: tamen interdum has uncias in quatuor quadrantes solitos diuidere, sicut & noctem pariter secabant. Sed noctis quadrantes uocabant φυλακὰς: id est, custodias, quod nulla probatione indiget: diei uerò quadrantes sumebant eius horæ nomen à qua exordiebantur. Hac ergo ratione primus quadrãs, primæ horæ nomine interdum intelligebatur, secundus tertiæ, tertius sextæ, quartus nonæ, ut minimè pugnet quod dicit Marcus horam fuisse tertiam quum crucifigeretur Christus, cum eo quod scribit Ioannes, damnatum fuisse circiter horam sextam. Imò uerò ita explicat Ioannes quod obscurius dixerat Marcus, quum hora tertia complectatur horas quartam, quintam, sextam, uel potius (ut uulgum loqui diximus) tertiam, quartam, quintam, quam consequitur sexta, quæ propriè septima est. Ita uerò solitos fuisse ueteres diem distinguere, apparet ex parabola quæ scribitur Matth. 20. a. i. ubi dies in istos quadrantes secatur, ex recepta nimirum consuetudine. Altera solutio uiolentior est, nempe si à librarijs corruptus locus dicatur. Nam quum à Græcis designentur numeri per notas: & hac nota ϛ pingatur hora tertia, hoc autem signo ϝ hora sexta, lubricus fuit utrinque lapsus. Hæc opinio est Hieronymi Psalmo 77. sicut Eras. obseruauit. Quod si libet existimare deprauatã esse numeri notam, quod ad me quidem attinet, malim existimare apud Ioannẽ potius reponẽdum esse ὥρα τρίτη, quàm apud Marcum ὥρα ἕκτη. Nam si hora erat penè sexta quum damnatus est Christus, qui potuit tam breui spacio abduci,

crucifigi

crucifigi cum latronibus, ita ocioſè derideri à prætereuntibus? Neceſſe eſt enim ut his omnibus uix dimidium horæ tribuamus, quum à ſexta ad nonam tenebræ terram inuoluerint. Ergo uerisimile eſt, quum primo diluculo ad Pilarum ductus fuerit Chriſtus, tres penè horas in ipſius cauſæ cognitione conſumptas, quum hora penè tertia damnatus fuerit: deinde hora tertia crucifixum, ad horam uſq; ſextam fuiſſe omnium ludibrijs expoſitum, ſicut copioſè explicant Euangeliſtæ: & hora demum nona poſt trium horarum tenebras mortuum: quod autem diei ſuperfuit, fuiſſe ſepulturæ datum. Sed liberum hic cuiuis iudicium eſto. A

quando crucifixerunt eum.

Eratq; inſcriptio criminis ipſius inſcripta his uerbis, *iſte eſt* REX *ille* IVDAEORVM.

Et cum eo crucifigunt duos latrones: unum à dextra, & alterum ab eius ſiniſtra.

Et impleta eſt Scriptura quę dicit, Et cum iniquis numeratus eſt.

Et qui præteribant, conuiciabantur ei, mouentes capita ſua, ac dicentes Vah *tu* qui diſſoluis templum, & in triduo ædificas:

Serua teipſum, & deſcende à cruce.

Similiter autem & principes Sacerdotum illudentes dicebant alij ad alios cum Scribis: Alios ſeruauit, ſeipſum ſeruare non poteſt.

Chriſtus ille Rex Iſrael deſcendat nunc à cruce, ut uideamus, & credamus. Et qui crucifixi erant cum eo, probris afficiebant eum.

Quũ uerò aduenisſet hora ſexta, tenebræ factę ſunt ſuper totã terrã uſq; ad horam nonam.

Et hora nona clamauit Ieſus uoce magna dicẽs: Eloi, Eloi, lamma ſabachthani? quod eſt, ſi quis interpretetur, Deus meus, Deus meus, cur me deſeruiſti?

καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν.

26 καὶ ἦν ἡ ἐπιγραφὴ τῆς αἰτίας αὐτοῦ ἐπιγεγραμμένη, Ὁ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.

27 καὶ σὺν αὐτῷ σταυροῦσι δύο λῃστάς, ἕνα ἐκ δεξιῶν, καὶ ἕνα ἐξ ἀριστερῶν αὐτοῦ.

28 καὶ ἐπληρώθη ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα, καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη.

29 καὶ οἱ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτόν, κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ λέγοντες· οὐὰ ὁ καταλύων τὸν ναὸν, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν·

σῶσον σεαυτόν, καὶ κατάβα ἀπὸ τοῦ σταυροῦ.

31 ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἀρχιερεῖς ἐμπαίζοντες, πρὸς ἀλλήλους μετὰ τῶν γραμματέων ἔλεγον· ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι.

32 ὁ Χριστὸς ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραὴλ καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, ἵνα ἴδωμεν καὶ πιστεύσωμεν. καὶ οἱ συνεσταυρωμένοι αὐτῷ ὠνείδιζον αὐτόν.

33 Γενομένης δὲ ὥρας ἕκτης, σκότος ἐγένετο ἐφ' ὅλην τὴν γῆν ἕως ὥρας ἐνάτης.

34 καὶ τῇ ὥρᾳ τῇ ἐνάτῃ ἐβόησεν ὁ Ἰησοῦς φωνῇ μεγάλῃ, λέγων· ἐλωΐ, ἐλωΐ λεμμᾶ σαβαχθανί; ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, ὁ θεός μου ὁ θεός μου, εἰς τί με ἐγκατέλιπες;

Latrones. Eſa. 53. d. 12. Conuicia in Chriſtum. Ioan. 2. c. 19. Tenebræ. Pſal. 21. a. 2. Mat. 27. c. 46.

Quando crucifixerũt, καὶ ἐσταύρωσαν. Vulgata & Eraſmus ad uerbum, & crucifixerunt: ſed καὶ pro ὅτι poſitum eſſe, apparet ex Hebræorũ idiotiſmo: apud quos ר interdum ponit pro אשר ut docent Grammatici. 28 Cum iniquis numeratus eſt, μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη. ἀνόμους uocat τοὺς παρανόμους: id eſt, legis præuaricatores, quaſi exleges, aut extra legis orbitam ambulantes, quos Hebræi dicunt מרשעים. Nos uerò Iniquos interpretamur, ut quã pauciſſima uocabula immutemus: quum alioquin Latini uix ſoleant ita loqui, niſi adiuncto ſubſtantiuo, ut uocant. Cæterùm de uerbo λογίζεσθαι, quod Vetus interpres uertit, reputare, Eraſmus deputare: uel ipſum uocabulũ τῆς λογισμικῆς, quæ ſpecies eſt Arithmetices, indicat interdum pro ἀριθμεῖσθαι uſurpari: quam ſignificationem hic ſeruandam fuiſſe, non id modò declarat quod reſpondet uerbo ברבו quo utitur Eſaias cap. 53. d. 12. ex quo petitum eſt hoc teſtimonium: ſed etiam hiſtoria ipſa (ni fallor) oſtendit. Dicitur enim Chriſtus non modò habitus fuiſſe pro impio & peccatore, qualis etiamnum habetur hodie à Iudæis, ſed unà cum latronibus numeratus: quia ſcilicet quum publicè inter duos latrones pẽderet, pro tertio latrone propter pœnæ ſimilitudinem numerabatur. Denique plus eſt inter ipſos latrones coràm conſpici & numerari, quàm haberi pro latrone. Supereſt ut ex Vigilij antiqui & eruditi ſcriptoris libris aduerſus Eutychen annotemus, hunc locum ab Eutychianis fuiſſe impudẽtiſsimè deprauatum, quum ad ſtabiliendum ſuum errorẽ de unica Chriſti natura, pro μετὰ ἀνόμων legerent μετὰ νεκρῶν, cum mortuis: ut inde colligerent non fuiſſe ueré mortuum, ſed pro mortuo habitum. 29 Vah, ὀὰ. Eraſmus, Væ: id eſt, ἰδοὺ cuius particulę uſus eſt potius in maledicendo quàm irridendo. Tu qui diſſoluis, ὁ καταλύων. Hieronymus qui deſtruit, ut Eraſmus obſeruat. Sed ſequens uerbum σῶσον ſatis indicat accipienda hæc eſſe uocandi caſu: quod ut melius intelligeretur pronomen Tu expreſsimus. Similem loquendi formam annotauimus Matth. 23. b. 14.

30 Et deſcende. καὶ κατάβα Atticus imperatiuus pro καταβάτω, ut ἄνωγα pro ἀνάγνυθι. Vulgata, deſcẽdens: id eſt, καταβὰς: ſicut etiam legimus in octauo codice. 31 Illudentes, ἐμπαίζοντες. Illudentes ſcilicet Chriſto. Eſt enim poſt hoc participium adſcribenda diſtinctio, ut πρὸς ἀλλήλους connectatur cum λέγων, ſicut rectè legitur in Theophylacto: alioquin pro ἐμπαίζοντες, potius dicendum erat συμπαίζοντες, ut ſignificet ipſos unà inter ſe luſiſſe. Itaq; ne poſt hac poſſet hic locus corrumpi, citauimus uerborũ traiectionem. Seruare, σῶσαι. In uetuſtis codicib. adſcripta erat interrogationis nota, quæ quidem magnum addit pondus ironiæ, uel ſarcaſmo potius. 32 Credamus, πιστεύσωμεν. In ſexto codice additur, αὐτῷ, ei. 33 Totam, ὅλην. Apud Matthæum legitur πᾶσαν. Quæritur autẽ à multis, an de Iudæa duntaxat, an uerò potius de uniuerſo orbe terrarum hæc ſint accipienda: quod poſterius amplectitur Tertullianus Apologet. cap. 21. hoc ſolis deliquium uocans mundi caſum, quem Romani in ſuis archiuis habeant. Sed ego iis potius aſſentior qui de Ieruſalem & tota uicina regione hoc dictum accipiunt. Nam familiare eſt Sacris ſcriptoribus, terræ appellatione, etiamſi nihil adijciatur, intelligere terram Chanaan: & γῆν pro χώραν: id eſt terram, pro regione reperimus alibi uſurpatam: ut Matth. 9. c. 26. & Luc. 4. d. 25. πᾶσαν τὴν γῆν legimus, pro πᾶσαν τὴν χώραν, ut ego quidem exiſtimo. Confert hoc autem ad prodigij nouitatem, ſi intellexerimus non modò in nouilunio accidiſſe hanc ſolis eclipſin, ſed etiam reliquum orbem illuſtrante ſole: atq; adeò in ipſo meridie hunc unum angulum in quo tantum facinus patrabatur, in denſiſsimis tenebris delituiſſe. Nam quod de Dionyſio illo refertur quem Areopagitam uocant, apud me non minus fide caret, quàm multæ aliæ fabulæ quæ eiuſdem authoris nomen præferunt: & ſi uniuerſale fuiſſet hoc prodigium, eſſet proculdubio omnium ſcriptorum monimentis celebratum.

31 Adſtan-

A καί τινες τῶν παρεστηκότων ἀκούσαντες, ἔλεγον, 35 Et quidam astantium quum audissent, dicebant: Ecce, Eliam uocat.
ἰδοὺ Ἠλίαν φωνεῖ.

δραμὼν δέ τις, καὶ γεμίσας σπόγγον ὄξους, 36 Cucurrit autem quidam, & impleta spongia aceto, & circumposita calamo, dedit ei potum, dicens: Sinite, uideamus an ueniat Elias ad deponendum eum. *Aceto potatur. Psal.69.c.22.*
περιθείς τε καλάμῳ, ἐπότιζεν αὐτὸν, λέγων· ἄφετε, ἴδωμεν εἰ ἔρχεται Ἠλίας καθελεῖν αὐτόν.

ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀφεὶς φωνὴν μεγάλην, ἐξέπνευσε. 37 Iesus autem emissa uoce magna expirauit.
καὶ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο ἀπὸ 38 Et aulæum templi fissum est in duo, à summo
τοῦ ἀνωθεν ἕως κάτω. usq; ad imum.

ἰδὼν δὲ ὁ κεντυρίων ὁ παρεστηκὼς ἐξ ἐναντίας 39 Quum uidisset autem Centurio qui astabat ipsi ex aduerso, quòd ita emisso clamore expirasset, dixit: Verè homo iste filius erat Dei. *Centurionis fides.*
αὐτοῦ, ὅτι οὕτως κράξας ἐξέπνευσεν, εἶπεν· ἀληθῶς
ὁ ἄνθρωπος οὗτος υἱὸς ἦν θεοῦ.

ἦσαν δὲ καὶ γυναῖκες ἀπὸ μακρόθεν θεωροῦσαι, ἐν 40 Erant autem & mulieres eminus spectantes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi parui, & Iose mater, & Salome. *Mulieres quæ Christo ministrauerant uisum. Luc.8.a.2.*
αἷς ἦν καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου τοῦ μικροῦ καὶ Ἰωσῆ μήτηρ, καὶ Σαλώμη,

αἳ ὅτε ἦν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, ἠκολούθουν αὐτῷ, 41 Quæ etiã quũ esset in Galilæa, sequutæ fuerant eum, & ministrauerant ei: aliæ´que multæ
καὶ διηκόνουν αὐτῷ, καὶ ἄλλαι πολλαὶ, αἱ συναναβᾶσαι αὐτῷ εἰς Ἰερουσόλυμα. quæ simul ascenderant cum eo Hierosolyma.

καὶ ἤδη ὀψίας γενομένης, (ἐπεὶ ἦν παρασκευὴ, 42 Quum autem serum *diei* iam esset (quoniam *Matth.27.g.57. Luc.23.g.50. Ioan.19.g.38.*
B ὅ ἐστι προσάββατον.) erat parasceue, hoc est ante sabbathum.)

ἦλθεν Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας, εὐσχήμων βου- 43 Veniens Ioseph *ortus* ex Arimathæa, hone- *Ioseph sepelit Christum.*
λευτὴς, ὃς καὶ αὐτὸς ἦν προσδεχόμενος τὴν βασιλείαν stus Senator, qui & ipse expectabat regnum
τοῦ θεοῦ, τολμήσας εἰσῆλθε πρὸς Πιλάτον, καὶ ἠτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. Dei: sidenti animo introijt ad Pilatum, & petijt corpus Iesu.

ὁ δὲ Πιλᾶτος ἐθαύμασεν, εἰ ἤδη τέθνηκε· καὶ 44 Pilatus autẽ miratus est si iam mortuus esset:
προσκαλεσάμενος τὸν κεντυρίωνα, ἐπηρώτησεν & aduocato Centurione, interrogauit eum an
αὐτὸν, εἰ πάλαι ἀπέθανε. iamdudum mortuus fuisset.

καὶ γνοὺς ἀπὸ τοῦ κεντυρίωνος, ἐδωρήσατο τὸ 45 Et re cognita ex Cẽturione, donauit corpus
σῶμα τῷ Ἰωσήφ. ipsi Ioseph.

καὶ ἀγοράσας σινδόνα, καὶ καθελὼν αὐτὸν, ἐ- 46 Is autem emit sindonem, & depositum eum
νείλησε τῇ σινδόνι, καὶ κατέθηκεν αὐτὸν ἐν μνημείῳ, inuoluit sindone: depositúq; in monumento
ὃ ἦν λελατομημένον ἐκ πέτρας· καὶ προσεκύλισε quod erat excisum è petra: & aduoluit saxum
λίθον ἐπὶ τὴν θύραν τοῦ μνημείου. ad ostium monumenti.

ἡ δὲ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ Μαρία Ἰωσῆ ἐθεώ- 47 Maria Magdalene uerò, & Maria Iose *mater*,
ρουν ποῦ τίθεται. spectabant ubi poneretur.

ΚΕΦ. ιϛ'. CAP. XVI.

C Καὶ διαγενομένου τοῦ σαββάτου, Μαρία ἡ Μαγ- 1 Ἐτ quum transisset sabbathum, Maria Ma- *Mulieres accedunt ad sepelibrum. Luc.24.a.1. Ioan.20.a.1.*
δαληνὴ καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου καὶ Σαλώ- gdalene, & Maria Iacobi *mater*, & Salome,
μη ἠγόρασαν ἀρώματα, ἵνα ἐλθοῦσαι ἀλείψωσιν emerunt aromata, ut uenientes, ungerent
αὐτόν. eum.

καὶ λίαν πρωῒ τῆς σαββάτων ἔρχονται ἐπὶ τὸ 2 Itaq; ualde mane primo die hebdomadæ ueniunt ad monumentum, exorto sole:
μνημεῖον, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου.

15 Adstantium, τῶν παρεστηκότων: id est, τῶν παρόντων præsentium, de quo alibi diximus. Aderat autem Cẽturio cũ suis, ne quis scilicet pendentib. opem aliquã afferret, ut intelligere licet ex Matt. 27.d.36. & f.54. 42 Antesabbathũ, προσάββατον: id est, dies quæ sabbathũ antegreditur. Latina Ecclesia Vigiliã olim uocabat. Est aũt nouum hoc uocabulũ in re scilicet noua, sed nõ infœliciter (ut opinor) à uetere interprete confictũ. Erasmus, quę præcedit sabbathũ: quæ interpretatio nõ satis uidetur explicare quid sit παρασκευὴ: sed potius ita accipi potest, quasi aliqua esset parasceue quæ nõ præcederet sabbathũ, à qua distingueretur ista, cuius hic fit mentio. 43 Veniens, ἐλθὼν. Ita legimus ex octauo codice. Nã si legas ἔλθῳν (ut in omnib. aliis exemplarib. legitur) omnino addenda erit particula καὶ ante τολμήσας. Honestus, εὐσχήμων: id est, plenus grauitatis & authoritatis. Vulgata, nobilis: id est, εὐγενὴς. Fidenti animo, τολμήσας. Ad uerbũ, audens. Vulg. audacter. Eras. sumpta audacia. Ego audaciæ nomẽ repudiaui, quia in uitio ponitur. Idẽ autẽ ualet hoc loco τολμήσας, quòd θαῤῥῶν, uel πιστεύσας. Et certè mira fuit istius hominis fiducia. Nam corpus Iesu postulare non poterat quin sese non modò Iudæis omnib. sed ipsi etiã Pilato palàm opponeret: & tamen eo tẽpore uidebatur actum esse de Christo. Itaq; miror nostro seculo aliquos inueniri posse tam impudentes, ut suæ diffidentiæ ausint Iosephi & Nicodemi exempla prætexere. Hunc enim illi in sepultura Iesu comitem adiungit Ioannes. 44 Si, ἤδη. Sic Terentius: Mirabar, hoc si sic abiret. Adhuc enim dubitabat Pilatus. Itaque non ponitur ἤδη pro ποτὲ, ut rectè obseruauit Erasmus. Iamdudum, πάλαι. Vulgata, iam: id est, ἤδη, quod etiam testatur Erasmus scriptum esse in nonnullis exemplaribus. 46 Sindonem, σινδόνα: id est, ὀθόνιον linteum, ut intelligimus ex Ioan. 19.g.40. Significatur autem hoc uocabulo materia, linum scilicet Aegyptiacum: non autem uestis genus ex eo lino confectæ, sicut suprà usurpatum est cap.14.e.51.

IN CAPVT XVI.

2 Exorto, ἀνατείλαντος. Quomodo hæc inter se consentiant, iampridem à multis quæritur. Nam si orto demũ

sole, uenerunt ad sepulchrum, cur dixit λίαν πρωΐ: & Lucas etiam, ἐρχομένου βαθέως: id est, profundo diluculo: & rursum Ioannes, σκοτίας ἔτι οὔσης: hoc est, quum adhuc tenebræ essent? Ad hoc igitur responderi solet, summo quidem mane profectas esse, sed ad sepulchrum non ita mane peruenisse. Atqui Euangelistæ, ac præsertim Ioannes, omnino uidentur indicare illud ipsum momentum quo peruenerūt ad sepulchrum. Deinde oportuisset procul ab urbe dissitum esse monumentum, si quum ante lucem exissent, non nisi post ortum solis eò peruenerunt. Nam quod rursus excipiunt nonnulli, mulieres militum metu in itinere substitisse usq; dum diluxisset, sola cōiectura nititur. Ego igitur, quod ad me attinet, deprauatum esse hunc locum existimo. Germanæ autē lectionis uestigia adhuc supererant in tertio codice, in quo scriptum erat, ἔτι σκοτίαλλουσ@: quo modo etiam citatur hic locus ab Eusebio libro ἀποδείξ. i. καφ. 6. pro quo uetus interpres habet, orto iam sole, quasi ἔτι, pro ἤδη, positum sit, sequente scilicet aoristo. Videbat enim cōmodè uerti nō posse, orto adhuc sole. At ego suspicor omissam particulam δέ, quum scripsisset Marcus ἐκάτι σκοτίαλλουσ@ ἡλίο: id est, nondum orto sole: ita scilicet explicans quod dixerat λίαν πρωΐ, ex quo etiam optimè intelligitur, cur scripserit Matthæus τῇ ἐπιφωσκούσῃ, & Lucas ἐρχομένου βαθέως, & Ioannes σκοτίας ἔτι οὔσης, ut omnes inter se optimè consentiāt. Neque uerò hic duntaxat omissa est negans particula ὀ, sed etiam suprà Matth. 8. d. 30. si quis eum locum diligenter consideret. Quod si cui placet integram ueterem lectionem seruare, interpretari licebit, adhuc oriente sole, quasi scriptum sit σκοτίαλλουσ@: ut intelligamus mulieres sub primam auroram uenisse. Nam certè nisi iam illuxisset, non potuissent eminus animaduertere reuolutum esse lapidem. Cæterùm in tanta uarietate placuit nihil prorsus mutare, ut suum cuiq; iudicium liberum maneat.

Dicebantq; inter sese: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti?

3 καὶ ἔλεγον πρὸς ἑαυτάς· τίς ἀποκυλίσει ἡμῖν τὸν λίθον ἐκ τῆς θύρας τοῦ μνημείου;

(Et quum respexissent, uident lapidem esse reuolutum) nam erat magnus ualde.

4 (καὶ ἀναβλέψασαι, θεωροῦσιν ὅτι ἀποκεκύλισται ὁ λίθος.) ἦν γὰρ μέγας σφόδρα.

Angelus mulieres alloquitur. Matth. 28. a. 1. Ioan. 20. c. 12.

Et ingressæ in monumentum, uiderunt adolescentulum sedētem ad dextram, amictum stola candida: & expauerunt.

5 καὶ εἰσελθοῦσαι εἰς τὸ μνημεῖον, εἶδον νεανίσκον καθήμενον ἐν τοῖς δεξιοῖς, περιβεβλημένον στολὴν λευκήν· καὶ ἐξεθαμβήθησαν.

Ipse uerò dicit eis: Ne expauescatis: Iesum illū quæritis Nazarenū, qui fuit crucifixus: suscitatus est, non est hic, ecce locus ubi posuerāt eum.

6 ὁ δὲ λέγει αὐταῖς· μὴ ἐκθαμβεῖσθε. Ἰησοῦν ζητεῖτε τὸν Ναζαρηνὸν τὸν ἐσταυρωμένον. ἠγέρθη, οὐκ ἔστιν ὧδε. ἴδε ὁ τόπος, ὅπου ἔθηκαν αὐτόν.

Sed abite, dicite discipulis eius & Petro, quòd *ille* præit uobis in Galilæam: illic eum uidebitis, sicut dixit uobis.

Matth. 26. c. 32. Suprà 14. c. 28.

7 ἀλλ' ὑπάγετε, εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, καὶ τῷ Πέτρῳ, ὅτι προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν· ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε, καθὼς εἶπεν ὑμῖν.

Tunc abeuntes citò, fugerunt à monumento: habebat enim eas tremor & stupor, neq; cuiquam quicquam dicebant: timebant enim.

8 καὶ ἐξελθοῦσαι ταχὺ, ἔφυγον ἀπὸ τοῦ μνημείου. εἶχε δὲ αὐτὰς τρόμος καὶ ἔκστασις, καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον· ἐφοβοῦντο γάρ.

Christus apparet Mariæ Magdalenæ. Ioan. 20. d. 26. Luc. 8. a. 2.

Quum autem resurrexisset Iesus, mane primo die hebdomadæ apparuit primùm Mariæ Magdalenæ, ex qua eiecerat septem dæmonia.

9 Ἀναστὰς δὲ πρωῒ πρώτῃ σαββάτου ἐφάνη πρῶτον Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ, ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια.

Illa profecta renunciauit ijs qui cum ipso fuerant, lugentibus ac flentibus.

10 ἐκείνη πορευθεῖσα ἀπήγγειλε τοῖς μετ' αὐτοῦ γενομένοις, πενθοῦσι καὶ κλαίουσι·

Infidelitas.

Et illi quum audissent quòd uiueret, ac spectatus esset ab ea, non crediderunt.

11 κἀκεῖνοι ἀκούσαντες ὅτι ζῇ, καὶ ἐθεάθη ὑπ' αὐτῆς, ἠπίστησαν.

Euntibus in Emmaosta apparet. Luc. 24. b. 13

Postea autē duobus ex ipsis ambulantibus, apparuit alia forma, quum rus proficiscerentur.

12 Μετὰ δὲ ταῦτα δυσὶν ἐξ αὐτῶν περιπατοῦσιν ἐφανερώθη ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ, πορευομένοις εἰς ἀγρόν.

Et illi abierunt, ac renunciauerunt reliquis: qui ne illis quidem crediderunt.

13 κἀκεῖνοι ἀπελθόντες, ἀπήγγειλαν τοῖς λοιποῖς· οὐδὲ ἐκείνοις ἐπίστευσαν.

4 Quum respexissent, ἀναβλέψασαι: id est, ἀναβλίψασαι: quum sepulchrum uersus conuertissent oculos. Vide suprà 8. c. 24. 6 Qui fuit crucifixus, τὸν ἐσταυρωμένον. Vulgata, crucifixum. Erasmus autem rectè usus est periphrasi: ut significetur agi de re præterita. Nam apud Latinos hæc participia etiam paulo aliter usurpantur. Erat autem adscripta interrogationis nota in duobus codicibus. Sed præstat (ni fallor) indefinitè legere, ut melius appareat Angelū uaticinari quod illi in animo habebant. Vnus tamen Deus est καρδιογνώστης. Sed hoc potuerat Angelus ex manifestis etiam signis colligere: & legationis suæ rationem proculdubio ex eo intellexerat à quo fuerat huic muneri destinatus. 8 Citò, ταχύ. Hoc deerat in uetustis codicibus. 9 Quum autem resurrexisset, ἀναστὰς δέ. In Complutensi editione additur, ὁ Ἰησοῦς Iesus. Admonet autem Theophylactus adscribendam esse distinctionem, qua significetur πρωΐ, ad sequentia pertinere, quod ante eum obseruarat Hieronymus in epistola ad Hedibiā, quæstione tertia, ut Erasmus in annotationibus docet. Causam uerò huic distinctioni quærendæ præbuit, quòd alioquin uideatur Marcus contraria cæteris Euangelistis narrare. Nam Matthæus (inquit Hieronymus) scribit, Vespere sabbathi illucescente in unam sabbathi Dominum surrexisse. Marcus autem, mane resurrectionem eius factam esse commemorat. Hunc igitur nodum ut soluat, recurrit ad illam distinctionem, de qua antè dixi, Aut (inquit) Marci testimonium non recipimus quod in raris fertur Euangelijs: omnibus penè Græciæ libris hoc capitulum in fine non habentibus. Hæc Hieronymus. Ego uerò in hoc capite nihil animaduerto quod cum cæterorum Euangelistarum narratione pugnet, uel diuersi authoris stilum arguat: & testor in omnibus uetustis codicibus quæ nobis uidere contigit, hoc caput inueniri. Reperimus tamen in octauo codice quædam interiecta. Nam post ἐφοβοῦντο γάρ, hæc addita erant eadem manu in ipso contextu, πάντα δὲ τὰ παρηγγελμένα τοῖς περὶ τὸν Πέτρον συντόμως ἐξήγγειλαν. μετὰ δὲ ταῦτα καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ ἀνατολῆς καὶ ἄχρι δύσεως ἐξαπέστειλε δι' αὐτῶν τὸ ἱερὸν καὶ ἄφθαρτον κήρυγμα τῆς αἰωνίου σωτηρίας: id est, Omnia autem quæ ipsis fuerāt imperata, celeriter Petro & ipsius comitibus renunciarunt. Postea uerò etiam Iesus ipse ab Oriente

A ab Oriente ad Occidentem per eos sacrum illum & incorruptum æternæ salutis nuncium promulgauit. Sed quis hæc non animaduertat à diuerso prorsus authore profecta? Certè mihi mirari subit eorum audaciã, quos non puduit sacra profanis tam temerè permiscere. Quòd autem ad illam quæstionem attinet, non est quòd in ea soluẽda multũ laboremus. Nata enim est ex falsa uerborum Matthæi interpretatione, de qua suo loco diximus: quã etiam si admitterem, tamen nusquam reperio Matthæum, aut alium quempiam Euangelistam scripsisse, uespere ite sabbathi, an uerò circa diluculum primi diei hebdomadæ, quẽ nunc Dominicũ uocamus, Christus resurrexerit: probabilius est ex ijs quæ narrantur Matth. 28. a. 1. 3. 4. diluculo resurrexisse, atq; adeò circa auroram, ut diserte scribit Eusebius eo loco quem paulo antè citaui, receptam nimirum à Græcis opinionem commemorans.

ὕστερον ἀνακειμένοις αὐτοῖς τοῖς ἕνδεκα ἐφανερώθη, καὶ ὠνείδισε τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν, καὶ σκληροκαρδίαν, ὅτι τοῖς θεασαμένοις αὐτὸν ἐγηγερμένον, οὐκ ἐπίστευσαν.

14 Postremò unà sedentibus ipsis undecim apparuit, & exprobrauit eis incredulitatẽ eorum, & cordis duritiem: quòd ijs qui ipsum uidissent suscitatum, non credidissent. *Apostoli incredauli.* Luc. 24. c. 36. Ioan. 20. c. 19.

καὶ εἶπεν αὐτοῖς· πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα, κηρύξατε τὸ εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει.

15 Et dixit eis: Profecti in mundum uniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Matth. 28. d. 19.

ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθείς, σωθήσεται· ὁ δὲ ἀπιστήσας, κατακριθήσεται.

16 Qui crediderit, & baptizatus fuerit, seruabitur: qui uerò non crediderit, condemnabitur. *Fides. Baptismus.* Ioan. 12. g. 48.

σημεῖα δὲ τοῖς πιστεύσασι, ταῦτα παρακολουθήσει· ἐν τῷ ἐμῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐκβαλοῦσι, γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς,

17 Signa autem eos qui crediderint, hæc subsequentur: Per nomen meum dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis: *Miracula.* Act. 16. d. 18. Act. 2. a. 4. & 10. g. 46.

ὄφεις ἀροῦσι· κἂν θανάσιμόν τι πίωσιν, οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψει· ἐπὶ ἀρρώστους χεῖρας ἐπιθήσουσι, καὶ καλῶς ἕξουσι.

18 Serpentes tollent, & si quid lethale biberint, nequaquam nocebit eis: super inualidos manus imponent, & bene habebunt. Act. 28. a. 5. Act. 28. b. 8.

ὁ μὲν οὖν κύριος, μετὰ τὸ λαλῆσαι αὐτοῖς, ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ.

19 Dominus igitur postquam loquutus fuisset eis, sursum assumptus est in cœlum, & sedit à dextra Dei. *Assumptio Christi.* Luc. 24. g. 51.

14 Postremò, ὕστερον. Vulgata, Nouissimè. Erasmus, Postea. μετ' ἔπειτα. Ita enim alium nodum soluit, quem nectit Augustinus libro de consensu Euangelistarũ 3. cap. 25. Nam existimat hæc euenisse antequam appareret Christus ad mare Tiberiadis, sicut refert Ioannes: ideoq; quærit qua ratione dici possit hæc apparitio postrema. Respondeo, Marcum summo iudicio, ut breuitati studeret, declarationem resurrectionis Domini in tres ueluti partes, alijs Euangelistis intelligitur. Marcus uerò hæc omnia in unum uelut corpus coniungit. Deinde exponit quomodo eodem die fuerit duobus illis conspectus, qui rus ibant. In postrema demum parte commemorat, quomodo discipulis apparuerit: incipiens scilicet à prima illa apparitione quæ facta est in eo ipso die quo resurrexit, quam a- apparitionem uocat, quæ scilicet ab ipso die resurrectionis ad ascensionem usq; porrigitur, ut liquet ex uersiculo 19. Eandem prorsus rationem sequitur Lucas postremo capite, in quo ita cõnectit primam illam apparitionẽ cum postrema, ut nisi quis hoc quod dixi, cõsideret, sit existimaturus Dominum eo ipso die quo primùm apparuit discipulis, id est quo resurrexerat, in cœlum ascẽdisse, quum dies XL. intercedãt, ut ipse refert Act. 1. Vnà sedẽtibus, ἀνακειμένοις: id est, quum unà domi essent. Vulgata & Erasmus, de accubitu interpretãtur, & ita adhuc cõuertimus, τὸ ἀνακεῖσθαι, quamuis (ut docet Athenæus) hoc uerbum propriè de remigibus dicatur, quoties adducẽdo remo corpus in trãstra resupinãt. Hic autem nõ agi de accubitu, quasi scilicet ipsis cœnantibus interuenerit Dominus, satis uidetur declarare temporis circunstantia quam explicat Lucas. Nam duo illi quibus in uia apparuit Dominus,

C quum iam appeteret uespera, domum ingressi sunt, ubi tempus aliquod incipiendæ cœnæ datum est. inde, agnito Domino, statim reuertũtur Hierosolymam, ut ista discipulis nunciarent. Iam uerò quum Emmaus, unde regressi sunt, sexaginta stadijs ab urbe distaret, ut diserte dicit Lucas, certè ut maximè etiam properarint, non nisi ualde profunda iam nocte potuerunt ad discipulos peruenire: in quod tempus uix fieri potest ut discipuli cœnam receperint, ut maximè sit probabile Christum ipsis lugentibus & precantibus, potius quàm cœnantibus interuenisse. Itaque existimo ἀνακειμένοις, optimè hoc loco explicari posse σωνεστρεμμένοις, uel συνεγμένοις: quibus uerbis utũtur Lucas & Ioannes eandem historiam narrantes. Ponitur enim ἀνὰ pro συὸ interdum, sicut in isto Homeri uersiculo, Iliad. ά. χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ. Vt τὸ ἀναπάδαι, idem ualeat quòd συνπάδαι, quod etiam declarat simul & unà esse, ut in illo Sophoclis: βαλοῦσι γ' ὁμοῦ τρὰξ ἐμοῦ συγκαμεῖσαι. Non credidissent, ἠπίστησαν. Hic obseruat Erasmus ex Hieronymi dialogo secũdo aduersus Pelagianos, in quibusdam Marci exemplaribus, & maximè in Græcis codicibus hæc scripta fuisse. Et illi satisfaciebant, dicentes: Seculum istud iniquitatis & incrẽdulitatis substantia est, quæ non sinit per immundos spiritus ueram Dei apprehendi uirtutem: idcirco iam nunc reuela iustitiam tuam. Sed quàm parum hæc conueniant Apostolorum personæ, & quàm impudenter Marco tribuantur, non est (opinor) cur pluribus ostendere conemur. 15 Omni creaturæ, πάσῃ τῇ κτίσει. Suprà 13. c. 19. annotauimus uarium usum huius uocabuli in his libris. Hic quidem accipitur pro homine: sed tamen si conuerterimus, omni homini, uel omnibus hominibus, magis quidem Latinum id erit: uerùm non expresserimus emphasin, quæ in hoc dicendi genere latet. Nam uocabulo κτίσεως, simul indicatur loquentis dignitas: perinde ac si diceret Dominus, sibi iam decretum esse, sicut omnium hominum conditor est, ita etiam per uniuersum orbem terrarum promulgare gratuitæ remissionis nuncium: quum antea unam duntaxat gentem Iudæorum hoc beneficio esset dignatus, quasi non etiam reliquas gentes condidisset. Denique significatur hoc dicendi genere (quod explicat Petrus Act. 10. c. 34. & 35. & quod Galat. 3. d. 28. dicit Paulus) in Euangelio non esse Iudæum neque Græcum, non seruum neque liberum, non masculum aut fœminam. Præterea declaratur his uerbis Apostolicam functionem non unius aut alterius Ecclesiæ angustijs terminari, sed totius orbis terrarum finibus comprehendi: neque tamen hoc munus fuit aut uni Petro demandatum, aut in Ecclesia Dei perpetuum. 17 Nouis, καιναῖς. Nouas linguas appellat, non recenter

fabricatas, sed peregrinas, & quas nunquam antea nossent, qui singulari Spiritus munere repentè euadebant earum periti. Planius ergo loquitur Lucas Act. 2. a. 4. quum ἑτέραις, id est alias & diuersas uocat. A

Cooperator Deus. Miraculorum usus. Heb. 2. a. 4.

Illi uerò egressi, prædicauerunt ubiq; Domino unà operante, & sermonem confirmãte per signa subsequentia.

20 ἐκεῖνοι ὁ ἐξελθόντες ἐκήρυξαν πανταχοῦ, τοῦ κυρίου συνεργοῦντος, καὶ τὸν λόγον βεβαιοῦντος διὰ τῶν ἐπακολουθούντων σημείων. ἀμήν.

20 Subsequentia, ἐπακολουθούντων. Subsequentia scilicet eorum doctrinam, quæ istis tanquam sigillis obsignabatur. Neq; enim hæc ad subsequẽte maliquem librum referri possunt. Ex significatione uerò huius uocabuli obseruandum est, oportere cum signis semper coniungere doctrinam: & ita quidem, ut huic priores partes tribuamus: cui scilicet confirmandę illa adhibeantur, ut si falsa est doctrina, idem quoq; de signis & prodigijs ipsis statuamus, quemadmodum docet Dominus Deut. 13. a. 1.

Sanctum IESV Christi Euangelium secundum Lucam.

Εὐαγγέλιον κατὰ Λουκᾶν.

CAP. I.

QVandoquidẽ multi aggressi sunt componere narrationem earum rerum quarum plena fides nobis facta est,

ΚΕΦ. α.

1 Ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι διήγησιν περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων, B

IN CAPVT I.

1 Quandoquidem, ἐπειδήπερ. Vulgata, Quoniam quidem. Erasmus, Quoniam. Neutram interpretationem reprehendo: quamuis hæ omnes particulæ à Latinis ferè subijci soleant in oratione. Quia tamen ἐπειδὴ non uidetur propriè causam significare, sed occasionem potius, idcirco aliud uocabulum quæsiui. Aggressi sunt, ἐπεχείρησαν. Vulgata, conati sunt. Significat autem τὸ ἐπιχειρεῖν, (ut rectè obseruat Erasmus) aliquid in manus sumere: quod Latini, ratione non prorsus dissimili, Aggrediendi uocabulo declarant: translatione scilicet non à manibus, sed à pedibus sumpta. quæ significatio diligenter est annotanda. nempe ut istos qui scribẽdi occasionem nostro Euangelistæ præbuerunt, sciamus minimè id præstitisse quod erant aggressi. Nam alioquin quid aliud Lucas testaretur, quàm se uelle actum (quod aiunt) agere? Ergo nec Matthæus, nec Marcus ante Lucam scripserunt: de quibus proculdubio magis honorificè esset loquutus. & qui nobis putidas quasdam nugas sub Nicodemi, Nazaræorũ, Thomæ, Aegyptiorũ, Proteuangelij titulis obtrudunt, uiderint quàm bene de Ecclesia Dei mereantur. Cõponere, ἀνατάξασθαι. Vulg. ordinare. Eras. cõtexere, & digerere: quæ ut translatitia repudiauit. Budæus, adstruere: quod nusquam memini legerè ea significatione usurpatũ, quæ possit huic loco accõmodari. Ego uerò existimo ἀνὰ pro σὺν poni, ut diximus Marci 16. c. 12. & ἀνατάξασθαι idẽ declarare atq; τὸ συντάξασθαι, id est cõponere, siue cõscribere & cõsignare. Narrationẽ, διήγησιν. Distinguere oportet, authore Aphthonio, διήγησιν & διήγημα, ut totũ & partẽ. Itaq; διηγήσεως appellatione Lucas intelligit libros ipsos de Christi dictis ac factis conscriptos. quemadmodũ ipse explicat Act. 1. a. 1. ut ἀνατάξασθαι διήγησιν, nihil aliud declaret quàm historiã conscribere. Earũ rerum quarũ plena fides nobis facta est, περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων. Ad uerbũ de rebus quæ inter nos fuerũt prorsus certificatæ, uel certioratæ. neq; enim possum Græcũ uocabulũ πληροφορεῖσθαι, altero Latino explicare. Vulgata, quæ in nobis cõpletæ sunt rerũ. quæ interpretatio Græcis non respondet. Neq; enim τὸ πληροφορεῖν declarat τὸ πληροῦν id est implere, sed plenè certiorare, ut sæpe loquitur Vlpianus Iurisconsultus: unde πληροφορεῖσθαι, quum ad personã refertur, significat certiorem ab aliquo fieri, ita ut de re quapiam nulla sit amplius dubitatio. sin autẽ ad res ipsas accommodetur, πεπληροφορημένα πράγματα, dicuntur quæ certis testimonijs ita sunt comprobata, ut de ijs ambigi non possit, nisi C quis uelit apertam ueritatem inficiari. Inde factum, ut Paulus πληροφορίαν uocet partim quidem testimonium illud Spiritus sancti, per quẽ in corda electorum effunditur dilectio, qua nos Deus dilexit, quum peccatores essemus: partim uerò illius testimonij efficaciam in nobis, cuius ui scilicet certò scimus fore, ut nihil nos possit separare à dilectione illa qua nos Deus in Christo dilexit ab æterno. cui πληροφορίᾳ coniuncta est πεποίθησις illa quæ facit ut in medijs afflictionibus gloriãtes, cum fiducia clamemus, Abba Pater. Sunt autem hi proprij & peculiares in electis effectus fidei, à qua fideles appellamur. Itaque qui hanc doctrinam oppugnãt, sciant sese ipsi Christo & toti Christianæ religioni bellum indixisse. Ergo Vetus interpres, quamuis alioqui uideatur summa religione sacros libros interpretatus, tamen quæ significatio sit horum uocabulorum, non uidetur cognouisse, nedum ut uim illorum intellexerit. Erasmus autem paucis quidem exposuit uerborum germanam significationem: sed (quod mirũ est tanto uiro in tam fœlici seculo contingere potuisse) fidei πληροφορίαν, aut non intellexit, aut certè dissimulauit. Fidem enim dici putauit assensionem qua Christi historiæ assentimur: quum quoties de ea fide disseritur qua Christũ apprehendimus, & quæ filijs Dei propria & peculiaris est, certam persuasionem declaret gratuitæ & æternę electionis nostræ in Christo. quæ per Spiritum sanctum in nobis agentem, quotidie magis ac magis obsignatur. Idq; ita esse, liquet ex libello de Præparatione ad mortem, in quo præcipuam illam pacis ac consolationis nostræ basin nõ modò non fulsit, sed etiam pro uiribus conuellit. quod ego quidem nullo hominis odio, sed commiseratione potius annotaui: ut qui plus æquo sunt illius scriptis addicti, meliorem sibi, in his quidem rebus, præceptorem quærendum esse intelligant. Sed ad rem redeo. Erasmus igitur conuertit hunc locum his uerbis, earum quæ inter nos certissimæ fidei sunt rerũ: id est, (ut ipse in annotationibus explicat) quæ sunt indubitatis argumẽtis persuasæ. Budęus autem interpretatur, De rebus inter nos exploratis. Atqui (ni fallor) Lucas huc nõ respexit, neq; dicere uoluit fidem adhibitam esse Apostolorum testimonio, sed de ijs rebus se scripturum esse, quarũ plena fides antè sit facta, & quidẽ ab oculatis testibus. Neq; enim hic quæritur sit'ne creditum Apostolorum testimonio, an'non: sed quàm certo testimonio possint ea confirmari, de quibus ipse dicturus est, quum sint alioquin incredibilia.

a Prout

καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου.

2 Prout tradiderūt nobis ꝟ qui à principio ſpectatores & miniſtri fuerunt ſermonis:

ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς, καθεξῆς σοι γράψαι, κράτιστε Θεόφιλε,

3 Viſum eſt etiam mihi, omnia altè repetita peni tus conſequuto, ordine de ijs ad te ſcribere, præſtantiſsime Theophile:

ἵνα ἐπιγνῷς περὶ ὧν κατηχήθης λόγων τὴν

4 Vt agnoſcas earum rerum ueritatem quibus

2 Prout tradiderunt, καθὼς παρέδοσαν. Ex hoc loco apparet, Lucam ea ſcripſiſſe quæ auditione acceperat, non tam à Paulo (ut ueterum nonnulli tradunt) quàm ab Apoſtolis, qui cum Chriſto iam inde ab initio erant uerſati. Deinde hoc quoque uidetur eorum ineptias refellere, qui Lucam ſcribunt unum fuiſſe ex ſeptuaginta duobus diſcipulis, cui cum Cleopa apparuerit Dominus. Hæc autem ſomnia nobis peperit quorūdam περιεργία, qua iamprídem uſus eſt Satanas, ut (ſi fieri poſſet) ſacris ſcriptoribus omnem fidem adimeret. Et fuit hoc fortaſsis, patrū memoria, commiſeratione potius quàm inſectatione dignum, quum denſiſsimæ tenebræ omnem lucis conſpectum hominibus eripuiſſent: nunc uerò in tam manifeſta luce ueritatis, quid non illi mærentur, quos non pudet Eccleſiæ Dei iſta ſomnia obtrudere, quibus ipſa Euangelij ueritas in dubium reuocatur? Spectatores, αὐτόπται: id eſt, διαπαί. Sic enim ſatis commodè mihi uidetur conuerti poſſe Græcum illud uocabulum, quo ſignificatur qui ſuis oculis aliquid uidit: quem Plautus oculatum teſtem feſtiuè uocat, & teſti aurito opponit. Neque enim quiſquam alienis oculis dicitur quidpiam contemplari. Vulgata, qui ipſi uiderunt. Eraſ. qui oculis ſuis uiderant. Huc autem pertinet, quod ſcribitur 1. Ioan. 1. a. 1. & 3. Miniſtri, ὑπηρέται. Ita uocat Apoſtolos honeſto uocabulo, qui ſcilicet Chriſto aſſuerunt, publica Euangelij prædicatione occupato: ita tamē, ut ipſe potius illis miniſtrarit, quamuis illorum magiſter eſſet ac Dominus, ut teſtatur infrà 22. c. 27. Sermonis, τοῦ λόγου. Sicui placet de Filio Dei intelligere, non reclamo: quia alioquin Lucas non meminerit eius de quo ſcribere conſtituit, ſed in genere dixerit ſe ſcripturum eſſe de rebus quibuſdam quas ab idoneis teſtibus acceperit: quod exordium obſcurum ac fortaſſe uitioſum uideri poſſet. Eraſmus interpretatur, eorum quæ narrabant: ut ſignificet ſe hæc didiciſſe ex ijs qui rebus ipſis non modò interfuerint, ſed etiam pars eorum magna fuerint, ut loquitur Æneas ille Virgilianus. Et certè fateor apud Hebræos דבר, interdum id declarare, ſicut ſæpe annotauimus. Quanquam autem uidetur uberior fore ſententia, ſi hæc de Chriſto ipſo accipiamus, ſicut Epiphanius aduerſus Marcellianos diſertè interpretatur: quid, ſi tamen appellatione τοῦ λόγου, non tam res à Chriſto geſtas, quàm ipſam Euangelij prædicationem intelligas, cuius miniſtri fuerunt Apoſtoli poſt mortem Domini? Bellè certè quadrat hæc expoſitio. Quod uerò ad primam illam rationē, de qua antè dixi, attinet, oportuiſſe ſcilicet Lucam ſaltem in proœmio attingere cuius hiſtoriā ſcribere inſtituiſſet, nihil mirum ſi Lucas de re nota apud ſuum Theophilum uerba faciens, in eius explicatione minus fuerit ſolicitus. Si quis obijciat, nomen αὐτόπται ad doctrinam non quadrare: reſponſio in promptu eſt, non opus eſſe duo hæc coniungere: quia quum dixiſſet ſpectatores fuiſſe τῶν πράγματος, addidit etiam λόγου miniſtros. Etiam apparet τοῦ λόγου, non modò ad ὑπηρέται, ſed etiam ad αὐτόπται pertinere. Non poſſunt autem Apoſtoli dici Euangelicę prædicationis ſpectatores & miniſtri, niſi diuerſa & temporis & perſonarum ratione, ut hæc expoſitio cum illa ſuperiore Eraſmi prorſus uideatur coniungenda. 3 Omnia, πάντα. Hoc nonnulli ad Apoſtolos referunt, quos aſſectatus fuerit Lucas, ut rem totam ex ipſis cognoſceret. Sed præſtat ad ea referre de quibus ſe ſcripturum profitetur. Altè repetita, ἄνωθεν. Sic à Latinis dicuntur proœmia altè repetita, quæ à primis initijs & ipſa uſque origine ducuntur. Vulgata & Eraſmus, ab initio: id eſt, ἀπ' ἀρχῆς. Alij, denuò: quæ interpretatio non conuenit cum participio παρηκολουθηκότι. Budæus interpretatur, pridem: id eſt, πάλαι. Sed res ipſa oſtendit quomodo hoc aduerbium ſit accipiendum hoc loco, quum Lucas multo altius quàm cæteri Euangeliſtæ hanc hiſtoriam ſit exorſus. Addidi autem participium Repetita, partim ut planior eſſet ſententia, partim ut mollius cohærerent duo aduerbia ἄνωθεν & ἀκριβῶς. Penitus, ἀκριβῶς. Græcum hoc uocabulum (ut etymologia oſtendit) illi Latino prorſus reſpondet. Penitus enim Latinis idem declarat atque Intrinſecus, & ad intima uſq; ut apud Virgilium Æneidos 3, — & penitus cauſas tentare latentes. ἀκριβῶς autem à Græcis dicitur παρὰ τὸ ἀπ' ἄκρου βαίνειν, id eſt, quòd ab imo ad ſupremum aſcendatur: quod eſt exquiſitæ & perfectæ diligētiæ. Vulgata, exactè: quæ interpretatio eſt planè barbara. Eraſmus, exacta diligētia: quæſita ſcilicet periphraſi propter aduerbium κἄπειτα proximè præcedens. Quidam, accuratè: id eſt, ἐπιμελῶς. Alij, diligenter: id eſt, φιλοπόνως. Conſequuto, παρηκολουθηκότι, id eſt καταμαθόντι καὶ πανσοφίᾳ, quum perdidicerim & intellexerim: ut rectè (mea quidem ſententia) explicat Budæus in Commentarijs. Nam uerum quidem eſt quod Eraſmus tradit, τὸ παρακολουθεῖν propriè ſignificare aliquem aſſectari, ut Græci loquūtur, τὸ παρὰ πόδας ἀκολουθεῖν καὶ συμπαρεμπεσεῖν: & de rebus etiam ipſis dici, quas qui ita conſectetur ut nihil prætermittat, dicatur παρακολουθεῖσθαι. Sed Lucam opinor aliquid amplius ſignificare, ſe nimirum ita hæc eſſe conſectatum, ut etiam perdidicerit. Nam alioquin non omnia conſequimur quæ conſectamur aut perueſtigamus: ut accipiendum eſt illud Ciceronis 2. Verr. Habeo autem certam uiam atque rationem qua omnes illorum conatus inueſtigare & conſequi poſsim. Itaq; non puto ſatis expri mi Lucæ ſententiam ab ijs qui uel Conſectandi uel perueſtigandi uocabulo uti maluerunt: quum alioquin τὸ παρακολουθεῖν multis locis optimè poſsimus eo etiam modo interpretari: & Perueſtigare potius reſpōdeat τῷ διϊχνεῦσαι, quo utitur Lycophron initio Alexandræ. Vide 2. Timoth. 3. c. 10. Ordine, καθεξῆς, id eſt diſtinctè & diſtributè, ut ij ſolent qui ad ſcribendam hiſtoriam aliquod iudicium afferunt. quam laudem Ambroſius meritò tribuit Lucæ. Vulgata, ex ordine. Eraſmus, deinceps. Græcum autem aduerbium propriè declarat Cohærenter, παρὰ τὸ ἑχῆσθαι. Præſtantiſsime, κράτιστε. Vulgata & Eraſmus, optime: id eſt, ἄριστε. Annotat tamen Eraſmus diuerſas interpretationes. Poteſt enim κράτιστος deduci uel à κράτος, quod robur & imperium declarat: uel à κρατεῖν, id eſt uincere, ſiue compotem eſſe, quaſi plurimum pollentem aut potentiſsimum dicas: uel à κρατίστων, quod etiam potentiorem & potiorem ſignificat: quam poſtremam expoſitionem ut ſimpliciſsimam ſelegi. Conuenit autem hoc epitheton uiris principibus, & qui magna ſunt authoritate. Itaque tribuitur Felici Act. 23. f. 26. & Feſto, Act. 26. f. 25. utrique Iudææ præſidi. Fuit igitur hic Theophilus, cui Lucas utrunque ſuum librum inſcribit, inſignis quiſpiam princeps, quales paucos ſemper habuit Eccleſia Dei. Adiunctū enim epitheton omnino uidetur oſtēdere propriū alicuius nomen eſſe: neque inde efficitur, uni duntaxat homini Lucam, aut potius Spiritum ſanctum, iſta ſcripſiſſe. 4 Agnoſcas, ἐπιγνῷς. Vulgata, cognoſcas, id eſt γνῷς. quod rectè emendauit Eraſmus, Theophylacti authoritatem ſequutus, qui hoc uerbum ita expoſuit, ut ſignificet eius rei, quam utcunq; ſemel cognoueris, maiorem deinceps cognitionem capere. Earum rerum ueritatem, quibus fuiſti informatus, περὶ ὧν κατηχήθης λόγων ἀσφάλειαν. λέγουσι

uocat(Hebræorum more)idipsum de quo dicturus est. κατηχῆν uerò apud Lucam & Paulũ significat religionis rudimenta docere, ut magistri solent in ludo, uoce nimirum potius quàm scriptis. unde ἀκατηχήτους in uetere Ecclesia uocati. Vt autem melius intelligeretur de prima illa institutione hic agi, quæ uiuam præceptoris uocem requirit, malui informatum dicere, quàm edoctum uel eruditum. Sic enim uideo etiam in re dissimili semel usurpatũ, Act. 21.d.21. ubi κατηχήθησαν omnino id declarat quod uernaculo sermone dicimus, ils ont este informez. Cicero uerò de prima illa institutione loquens: Nam ut primùm, inquit, ex pueris excesit Archias, atq; ab his artibus quib. ætas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendi studium contulit. Porphyrius quoq; initio ἐμπειρικῶν ἐστοιμάτων, παιδευθῆναι ἐκ τέχνων uocat. quod annotare placuit propter eos qui apud profanos scriptores negãt hoc uocabulum inueniri. Cæterùm ἀσφάλειαν non conuerti Certitudinem, cum Erasmo (nam hoc uocabulum apud idoneos authores non legi) sed ueritatem, id est ἀλήθειαν, cum uetere interprete. Neq; enim hic quæritur (opinor) quàm firma, sed quàm uera sit Euangelij doctrina: quæ duo ut separari uix possint, distingui tamen debent. A

fuisti informatus.

Zacharias. 1.Paral.24.a.1. Elisabeth.

FVit in diebus Herodis illius regis Iudææ sacerdos quidam nomine Zacharias, ex uice Abia, uxor uerò ipsius erat ex filiabus Aaron, & nomen eius Elisabet.

Erant autem iusti ambo coram Deo, incedẽtes in omnibus mandatis, & constitutis Domini inculpatè.

ἀσφάλειαν.

5 Ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρῴδου τοῦ βασιλέως τῆς Ἰουδαίας, ἱερεύς τις ὀνόματι Ζαχαρίας, ἐξ ἐφημερίας Ἀβιά· καὶ γυνὴ αὐτῷ ἐκ τῶν θυγατέρων Ἀαρών, καὶ τὸ ὄνομα αὐτῆς Ἐλισάβετ.

6 ἦσαν δὲ δίκαιοι ἀμφότεροι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, πορευόμενοι ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι τοῦ κυρίου ἄμεμπτοι.

5 In diebus, ἐν ταῖς ἡμέραις. Id est temporibus: pro quo disertiores Græci dicerẽt ἐπὶ Ἡρῴδου. Illum autem Hebraismum libens retineo: quo nimirum optimè exprimitur quàm breuis & caduca sit bonorum etiam regum potestas, nedum ut sit perpetua quorundam tyrannis. Illius Regis, τοῦ βασιλέως. Articulum expressi, cuius uis est hoc loco διαιρετικὴ. Voluit enim (ni fallor) Lucas Herodem illum Magnum Iudææ Regem ab Herode Galilææ Tetrarcha distinguere. Ex uice, ἐξ ἐφημερίας. Quod Hebræi uocant בּוּחלוּקה & מִשְׁמֶרֶת & בִּשְׁבוּרַת: id Græci interpretes non modò διαίρεσιν, διανομὴν, & κλῆρον, id est distributionem siue classem, munus & sortem conuertunt, sed etiã ἐφημερίαν: idcirco nimirum, quòd sorte distributis sacerdotibus ex posteritate Aaron (ut scribitur 1.Paral.24.a.1.) singulæ familiæ certis dierũ uicibus Sacerdotij munus obibant. Ex filiabus, ἐκ θυγατέρων: id est, ex posteritate. quod Hebræorum idioma alibi exposuimus. Minimè autem mirandum est Elisabeth cognatam fuisse Mariæ, quę ex tribu Dauidis erat. Lex enim illa qua cauetur ut filiæ nubant uiris ex sua tribu (sicut scriptum est Num.36.b.8.) quum huc spectaret, ne tribuum distributiones confunderentur, non impediebat quominus cæteræ tribus cum Leuitica affinitatem inirent, quia Leuitis nulla propriè assignata fuerat portio. 6 Coram, ἐνώπιον. Hebraicè בעני יהוה, id est in oculis & conspectu Domini. Vulgata, ante: id est, ἔμπροσθεν. Est autem hic Hebraismus diligenter obseruandus. & planè dignus qui omnibus linguis usurpetur. Ita enim optimè distinguitur uera illa & germana pietas à falsa & adulterina, ut eos demum sciamus bonos uiros esse, qui non ex opinione aut longa consuetudine, sed ex uerbo Dei uitam instituunt: deinde qui quales uideri uolunt, tales re ipsa existunt in intimo animi recessu, quousq; penetrare uni Deo licet. Hæc inquam est huius Hebraismi emphasis. Qui uerò ex hoc loco & similibus conãtur iustitiam illam operum stabilire, quorum meritis salus nostra uel in solidum, uel ex aliqua parte nitatur, illi se & indoctos & blasphemos esse sciant. Incedentes, πορευόμενοι, id est uiuentes. Sic enim accipitur hoc loco περιπατεῖν & in epistolis Petri & Iudæ sæpe: quum reliqui potius utantur uerbo πολιτεύεσθαι, pro quo dicunt Hebræi הלך. Erasmus, uersantes: id est, ἀναστρεφομένους. Nos hunc quoq; Hebraismum seruauimus: ex quo scilicet perspicuè intelligitur, mandata Dei quasi instar uiæ esse probis & integris hominibus, intra quorum fines sese contineant: ut neque ad dextram, neque ad sinistram deflectant, donec perueniant ad metam. In omnibus mandatis & constitutis, ἐν πάσαις ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι. Sæpe in Sacris literis ubi agitur de Lege Dei, tria hæc uocabula coniunguntur ברצוֹת חוקים בישמטים: quę Græci interpretes conuertunt ἐντολὰς, δικαιώματα, κρίματα. Videtur autem mihi eorum opinio probabilis, qui quoties ista coniunguntur, τὰς ἐντολὰς exponunt eam Legis partẽ quam Moralem uocant: in qua scilicet præcipitur quid Deo, quid proximo debeamus: δικαιώματα uerò sacros ritus totamq; adeò ceremonialem Legem: κρίματα denique eam partem quæ ad forenses controuersias pertinet, quam Iudicialem appellant. Causa autem manifesta est cur Lucas non solùm mentionem fecerit τῶν ἐντολῶν, sed etiam τῶν δικαιωμάτων: quia nimirum Zacharias unus erat ex sacerdotum principibus. item cur tertiam speciem Legis præterierit: quia scilicet iudicia penes Romanos erant, nisi quum de causis religionis agebatur. Cæterùm τὰ δικαιώματα propriè apud Græcos declarant quæcunq; profert aliquis, ut ius suum tueatur. ut apud Thucydidem libro primo, δικαιώματα μὲν τοῦδε τάδε ἐχρὴ ὑμᾶς ἐγκεῖσθαι ἐκείνα κατὰ τὸν τῶν ἐλλήνων νόμον. Demosthenes περὶ στεφ. uocat τὰ δίκαια, & Terentius in Phormione Iusta interpretatur. Sed Græci Bibliorum interpretes hoc uocabulum postea ad totam Legem Dei, ac præsertim ad sacros ritus transtulerunt: ita nimirum maximè commendata lege quòd certa sit omnis uirtutis ac præsertim pietatis regula. Itaque uulgò solent ad uerbum conuertere Iustificationes: quam interpretationem idcirco tantùm reieci, ut hanc quoque occasionem calumniandæ iustificationis ex fide præciderem: quum alioquin τὸ δικαιοῦν iustificare, & τὸν δικαίωσιν iustificationem interpretari malim, quàm noua uocabula quærere cum infirmorum offensione. Quidam conuertit Instituta: sed hoc uocabulo uidetur significari consuetudo non perscripta, quæ scilicet usu potius quàm legislatoris authoritate inualuit: ut apparet ex illo Ciceronis loco in Pisonem: Qui eius ciuitatis, in qua in principum numero uultis esse, nõ leges, non instituta, non mores, non iura noritis. Hic uerò agitur de ritibus sacrorum à Deo acceptis, & à Mose promulgatis ac perscriptis, ut ipsa Hebraici uocabuli notatio declarat. Itaque uidetur paulo melius hoc exprimi, si Constituta uoces, quo nomine utitur Cicero in ea significatione, libro ad Atticum secundo. Inculpatè, ἄμεμπτοι, id est ἀμέμπτως, ut loquitur Homerus: eiusmodi scilicet quos nemo iure posset culpare, quum sint (ut Erasmus conuertit) irreprehensibiles, id est ἀνεπιλήπτους, ut loquitur Paulus 1. Timoth. 3.a.2. Nomen autem conuerti per aduerbium, ut amphiboliam uitarem. Vulgata, sine querela, id est de quibus nemo unquam questus fuerat: quam laudem Erasmus maiorem esse putat, quàm si quis innoxius dicatur: id est, ἀνάιτιος. At ego contrà, quum non sit æstimanda probitas ex uulgi iudicio, qui ferè optimos quosq; persequitur, magis laudabilem eius uitam esse puto qui nihil admiserit iusta reprehensione dignum, & millies tamen sit accusatus, C

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt urn:nbn:de:gbv:3:1-226230-p0186-8

A cusatus, quàm qui flagitiosè uixerit, & nullum inuenerit reprehensorem. Itaque ἀμεμπτον dici puto, nõ qui improbis etiã ipsis satisfecerit, sed qui uerè fuerit (ut inquit ille) Integer uitæ, scelerisq; purus. qualis præcipuè fuit Christus Dominus noster, toties ab improbis uexatus. Sed hic obseruandum est quod Paulus scribit, Rom. 4. a. 2. Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet quod glorietur, sed non apud Deum. Item 1. Corinth. 4. a 4. Nullius mihi sum conscius, sed non in hoc iustificatus sum. Quum enim quæritur de ea iusticia quæ nos facit Christi cohæredes, tota eius laus Christo in solidum tribuenda est: qui quidem nobis per fidem gratuitò imputatur, ut stet illud Dauidis firmum, Non iustificabitur in conspectu tuo ullus uiuens: & illud Pauli Galat. 2. d. 11. Si ex Lege est iusticia, frustra nimirum Christus mortuus est. Denique hoc loco & similibus alijs sciamus iustitiæ ipsius fructus & testimonia, non causam describi.

καὶ ἦν αὐτοῖς τέκνον, καθότι ἦν ἡ Ἐλισάβετ στεῖρα, καὶ ἀμφότεροι προβεβηκότες ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν ἦσαν. 7

Nec erat ipsis proles, eo quòd esset Elisabeth sterilis, & ambo prouecti iam essent ætate.

ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἱερατεύειν αὐτὸν ἐν τῇ τάξει τῆς ἐφημερίας αὐτοῦ, ἔναντι τοῦ θεοῦ, 8

Factum est autem, quum is sacerdotio fungeretur in ordine uicis suæ ante Deum,

(κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἱερατείας, ἔλαχε τοῦ θυμιάσαι, εἰσελθὼν εἰς τὸν ναὸν τοῦ κυρίου) 9

Secundum morem functionis sacerdotalis sortitus est *munus* suffimenti faciendi, postquam ingressus esset in templum Domini.

καὶ πᾶν τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ ἦν προσευχόμενον ἔξω τῇ ὥρᾳ τοῦ θυμιάματος. 10

Et omnis multitudo populi erat foris orans tempore suffitus. Leuit. 16. d. 17. Exo. 30. a. 7.

ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος κυρίου, ἑστὼς ἐκ δεξιῶν τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ θυμιάματος. 11

Visus autem est ei Angelus Domini, stans à dextra altaris suffitus.

καὶ ἐταράχθη Ζαχαρίας ἰδὼν, καὶ φόβος ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτόν. 12

Et Zacharias turbatus est eo uiso, ac timor incidit super eum. *Zacharie promittitur filius Ioannes.*

εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ ἄγγελος· μὴ φοβοῦ, Ζαχαρία· διότι εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου, καὶ ἡ γυνή σου Ἐλισάβετ γεννήσει υἱόν σοι, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωάννην. 13

Dixit autẽ ad eum Angelus: Ne timeas, Zacharia: quoniam exaudita est deprecatio tua: uxorq; tua Elisabeth gignet tibi filium, & uocabis nomen eius Ioannem.

καὶ ἔσται χαρά σοι καὶ ἀγαλλίασις, καὶ πολλοὶ ἐπὶ τῇ γενέσει αὐτοῦ χαρήσονται. 14

Et erit gaudio tibi & exultationi, multiq; super eius natiuitate gaudebunt.

ἔσται γὰρ μέγας ἐνώπιον τοῦ κυρίου, καὶ οἶνον καὶ σίκερα οὐ μὴ πίῃ, καὶ πνεύματος ἁγίου πλησθήσεται ἔτι ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ· 15

Erit enim magnus coram Domino, & uinum siceraq; non bibet: & Spiritu sancto implebitur etiam ab utero matris suæ: *Ioannes qualis futurus.*

καὶ πολλοὺς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐπιστρέψει ἐπὶ κύριον τὸν θεὸν αὐτῶν. 16

Multos q; filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum. *Malach. 4. b. 5. Matth. 11. b. 14.*

9 Sortitus est, ἔλαχε. Vulgata, sorte exijt. Erasmus, sorte illi obuenit. Ego non uideo cur quærenda fuerit periphrasis, quum apud Latinos Sortiri, quemadmodum apud Græcos λαγχάνειν, non modò significet sortem proijcere, sed etiam sortitione aliquid cõsequi. Liuius libro quarto belli Maced. Illa tacita suberat cura, ne nouus COS. Græciam prouinciam sortiretur. *Munus* suffimenti faciendi, τοῦ θυμιάσαι. Vulgata, ut incensum poneret. Solet enim pro suffimento incensum dicere. Erasmus, ut odores incenderet. Ego eam interpretationem sum sequutus, quæ propius abest à Græcis. Docent enim Grammatici, quando τὸ λαγχάνειν coniungitur secundo casui, subaudiendum esse μέρος uel ἔργον, quod nos expressimus: ideoq; in sequente participio conuertendo usi sumus periphrasi. In templum, εἰς τὸν ναὸν. Hic manifestè distinguit Atrium à Templo, quod in Sanctum & in Sanctum sanctorum diuidebatur. Dicitur enim populus foris fuisse: extra Sanctum scilicet, in quo erat ara suffimenti collocata, quum populo nõ liceret Atrij fines egredi. Atrium autem ipsum uocatur ἱερὸν Matth. 21. a. 12. & in Actis Apostolorum sæpe.

14 Gaudio, χαρᾷ. Vulgata & Erasmus, ad uerbum, gaudium. Sed puto nomen Ioannis repetendum ἀπὸ πεσσοῦ, ut locus sit appositioni & Hebræis & Græcis familiari, quam Latini exprimunt tertio casu. 15 Coram Domino, ἐνώπιον τοῦ κυρίου. Hebraismus, quo significatur singularis quædam præstantia, ut Genes. 10. b. 9. dicitur Nembrod גבור צידד לפני יהוה, id est robustissimus uenator coram Domino. Sicera, σίκερα. Vocabulum Hebræum retinuimus quo significatur, ut inquit Basilius κατὰ μεθύοντας, πᾶν τὸ δυναμένου μέθην ἐμποιῆσαι, à שכר quod declarat inebriare, ut rectè obseruat Erasmus. Inde fortasis Galli potionem illam quam conficiunt ex pomis, uocant *du Sidre*. Sed quod quidam (ut etymologiam Hebræam adumbraret) temetum cõuertit, mihi non placet. Sicera enim manifestè hoc loco distinguitur à uino, ut Leuit. 10. b. 9. Temetum autem antiquum fuisse nomẽ quo significabatur uinum, declarat Plin. lib. 14. cap. 13. Etiam, ἔτι. Vulgata, adhuc: quæ interpretatio non conuenit. nisi pro ἐκ κοιλίας ex utero, legas ἐν κοιλίᾳ in utero. Fortasis enim respicit quod postea refertur uersu 41. Sed omnes codices constanter scriptũ habebant, ἐκ κοιλίας. Eras. iam inde ab utero: ut uideatur ἔτι accepisse pro ἤδη. quam enallagen admitterẽ, si idonei authoris testimonio esset confirmata. Nihi aũt uidetur ἔτι hoc loco esse particula σὺμφωνος, quæ respõdet Hebrẽo aduerbio עד, sicut usurpatur Psalm. 14. a. 3. aut certè accipi pro præterea, ita ut cohæreat cum uerbo πλησθήσεται, quasi scriptum sit καὶ ἔτι πλησθήσεται πνεύματος ἁγίου ἐκ κοιλίας, & præterea implebitur Spiritu sancto ab utero.

17 Conuertet, ἐπιστρέψει, id est faciet ut multi resipiscentes se conuertant ad Deum à quo defciuerant. Nam (ut alibi ostendimus) Resipiscentia uocatur ab Hebræis cõuersio: quod in uernaculo nostro sermone retinuimus. Quidam uertit, reconciliabit: qui quamobrem à Græcis discesserit, nescio. Nam si proprium uocabulum quærebat, non uideo quem potuerit meliorem Latinitatis authorem sequi Cicerone, qui sic loquitur lib. de Natura deorum primo: Quo facilius (inquit) animos imperitorũ ad deorum cultum à uitæ prauitate cõuerterent. Deinde impropriè loqui existimo, qui Ioannem dicat Israelitas Deo reconciliasse. Hoc enim unius Christi est, quãuis Deus in ore ministrorum Euangelij posuerit reconciliationis sermonem: neq; usquam (ut opinor) ita loquitur Spiritus sanctus.

Nam ipse præcedet in conspectu eius, cum spiritu & uirtute Eliæ, ut conuertat corda patrum in filios, & contumaces ad prudentiam iustorum: ut paret Domino populum instructum.

17 καὶ αὐτὸς προελεύσεται ἐνώπιον αὐτοῦ, ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου, ἀποκαταστῆσαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, καὶ ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει δικαίων, ἑτοιμάσαι κυρίῳ λαὸν κατεσκευασμένον.

Incredulus Zacharias, mutus efficitur.

Tunc dixit Zacharias ad Angelum: Quo argumento istud noscam? ego enim sum senex, & uxor mea prouecta est ætate.

18 καὶ εἶπε Ζαχαρίας πρὸς τὸν ἄγγελον· κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; ἐγὼ γάρ εἰμι πρεσβύτης, καὶ ἡ γυνή μου προβεβηκυῖα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῆς.

Gabriel.

Et respondens angelus, dixit ei: Ego sum Gabriel qui asto in conspectu Dei: missusq; sum ut loquar ad te, & hæc tibi læta nunciem.

19 καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἄγγελος εἶπεν αὐτῷ· ἐγώ εἰμι Γαβριὴλ ὁ παρεστηκὼς ἐνώπιον τοῦ θεοῦ· καὶ ἀπεστάλην λαλῆσαι πρός σε, καὶ εὐαγγελίσασθαί σοι ταῦτα.

Et ecce silebis, nec loqui poteris ad eum usque diem quo hæc fiant: propterea quòd non credidisti sermonibus meis, qui implebuntur in tempore suo.

20 καὶ ἰδοὺ ἔσῃ σιωπῶν, καὶ μὴ δυνάμενος λαλῆσαι ἄχρι ἧς ἡμέρας γένηται ταῦτα, ἀνθ' ὧν οὐκ ἐπίστευσας τοῖς λόγοις μου, οἵτινες πληρωθήσονται εἰς τὸν καιρὸν αὐτῶν.

17 In conspectu eius, ἐνώπιον αὐτοῦ: id est, ita ut solent qui reges & principes antegrediuntur. Solent enim habere qui antecedant: quos ubi conspexeris, statim intelligas Regem non procul abesse. Loquitur ergo ἐμφατικώτερον quàm si dixisset, Antecedet eum, ut nuper quidã interpretatus est, ne hebraissare uideretur. Nam omnes Prophetæ antecesserunt Christum. Sed unus Ioannes quasi apparitoris uice fuit, ut annotauimus Marc. 1. a. 2. Cum spiritu & uirtute Eliæ, ᾧ πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου. De enallage præpositionis ᾧ pro οὗ alibi diximus. Spiritum autem per metonymiam usitatum est Sacris scriptoribus usurpare pro gratuitis donis quæ in nobis efficit Spiritus sanctus. Additur δυνάμει ad significandam illorum donorum præstantiam, quæ in Ioanne non minora aut maiora etiam fuerunt quàm in Elia: quem tamen unum cum Ioanne confert, non modò habita personarum ratione, sed etiam eorum temporum in quæ uterque incidit, & eius rationis uitæ quam uterque fuit sequutus. Vt conuertat, ἐπιστρέψαι. In editione Græca ueteris Testamenti legimus ἀποκαταστήσει, id est in priorem statum restituet, eodem sensu. Placuit tamen hoc annotare, ut sciamus illam editionem qua utimur, diuersam esse ab ea qua usi sunt Apostoli: ut facilè intelliget qui utranq; compararit. Cæterùm quia quod hic dicitur de Ioannis munere, cum eo uidetur prorsus pugnare quod Christus de se dicit infrà 12. g. 51. & 53. sciendum est hic agi de uero & proprio Euangelij fine: illic autem Christum differere de prædicationis Euangelicæ euentu, quæ longè maximam mundi partem offendit. Sed hoc tribui Euangelio non potest, nisi κατὰ συμβεβηκὸς, quum sit doctrina ueræ concordiæ ac pacis, sicut Angeli è cœlo testati sunt. Significat igitur Propheta, fore ut Iohannes ille Christi apparitor uehementissima sua oratione homines compellat ad resipiscentiam, ut concordibus animis Euangelij nuncium accipiant: quum antea nec patribus cum filijs, nec filijs cum patribus conueniret: essentq; & illi filij suæ in parentes pietatis immemores. Commemorauit enim Propheta eas inimicitias, ex quibus maximam in humana societate perturbationem oriri necesse est, ut cæteræ quoque συνεπαγωγὰς intelligãtur. Contumaces, ἀπειθεῖς. Vulgata, Incredulos, id est ἀπίστους, quemadmodum ἀπειθῶν & ἀπιστῶν sæpe confundit. Sunt autem (fateor) hæc uitia connecta, sed tamen distinguenda, hoc præsertim loco, ubi agitur de filiorum erga patres officio: ut nemo nõ uideat, de filiorum contumacia potius quàm de diffidentia loqui prophetam. Erasmus, inobedientes conuertit: quod uocabulum non legi apud idoneos authores. Ad uerbum, imparentes, quod reperias apud Festum. Sed malui usurpare synonymon, quàm obsoletam uocem usurpare. Nam inobsequentes apud unum Senecam reperio, immorigeros nusquam. Ad prudentiã iustorum, ἐν φρονήσει δικαίων. Nonnulli interpretantur, prudentia iustorum: id est, non ui, ut homines inconsiderati faciunt: sed prudenti & sobria oratione, ut boni uiri solent. Sed hanc interpretationem non admitto: primùm quia nihil tale legitur in Malachia, unde petitus est hic locus: deinde quia hoc membrum ita uidetur explicandum, ut superiori respondeat. Malo igitur ἐν pro ἐπὶ positum esse, ut infrà 23. f. 42. sicut in hunc locum obseruat Erasmus, & nos sæpe iam annotauimus. Idem autem ualet ἐπὶ quod ἐπὶ in superiore membro, id est πρὸς, sicut Latinè In, pro Erga uel Aduersus, poni solet. Pulchrè igitur Angelus ita citat uaticinium prophetæ, ut simul explicet. Nam pro eo quòd scripsit Malachias, Erga patres, dixit Angelus, Ad prudentiã iustorum: attingens nimirum duas illas res quibus adduci possunt filij ad reuerendos patres: nempe si & prudentes & bonos uiros esse cognouerint, quales scilicet illos efficiet Ioannis prædicatio, ut uicissim his artibus sibi filios adiungant: nempe ut quum Dominus paulo pòst uenerit, paratos habeat auditorum animos. Neq; enim locus esse potest Euangelio, ubi nec patres nec filij officium faciunt: id est, ubi pacis ac concordiæ Spiritus non regnat. Ideo etiam Angelus hanc appendicem adiunxit, quę apud prophetam non extat, ut huius coniunctionis scopus ac finis intelligeretur. Quidam autem ἐν φρονήσει interpretatur, ad frugalitatem, id est ἐν σωφροσύνῃ: quàm rectè, ipse uiderit. Ad me quidem quod attinet, φρόνησιν αὐτὴ ἡ σωφροσύνη nusquam legi: neq; de frugalitate hic agi puto. Instructum, κατεσκευασμένον. Vulgata, plebem perfectam, id est δεδεμένην λειτουργικῶς, quod neque usquam legimus, neq; putamus conuenire. Quamuis enim baptismus Ioannis non fuerit nudum (ut quidam uolunt) resipiscentiæ symbolum, sed annexam habuerit peccatorum remissionem in sanguine Christi iamiam uenturi: tamen cõstat ipsius ministeriũ, si cum Christi prædicatione cõferatur, quasi rudem fuisse doctrinæ Euangelicæ informationem, ut populum perfecisse dici non possit, sed uias tantùm Domino uenienti præparasse. 18 Quo argumento, κατὰ τί: id est, τίνι, uel ἐν τίνι, ut sæpe apud Paulum κατὰ χάριν, pro χάριτι. Vulgata, Vnde, id est πόθεν, sensu rectè expresso. Prouecta est ætate, προβεβηκυῖα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν. Vulgata, ad uerbum, Processit in diebus suis, ut suprà quoq; uersu 7. quẽ Hebraismum non putaui necessariò retinendum. 19 Qui asto, ὁ παρεστηκὼς: id est, qui appareo Domino, ut Latini loquũtur. Erasmus, qui astiti. Sed non uideo cur mutãda fuerit uetus interpretatio. Vtitur enim præterito perfecto, respiciens illud scilicet quod facere consueuerat: & ubicunq; sunt Angeli, sunt in Dei conspectu, parati scilicet ad capessenda eius imperia. Sic enim Hebræi de regum & principum ministris loqui solent, quemadmodum à Latinis uocantur apparitores, quòd in magistratus conspectu semper appareant.

21 Erat

A καὶ ἦν ὁ λαὸς προσδοκῶν τὸν Ζαχαρίαν, καὶ ἐθαύμαζον ἐν τῷ χρονίζειν αὐτὸν ἐν τῷ ναῷ. 21 Erat autem populus expectans Zachariã, & mirabantur quòd is tardaret in templo.

ἐξελθὼν δὲ οὐκ ἐδύνατο λαλῆσαι αὐτοῖς. καὶ ἐπέγνωσαν, ὅτι ὀπτασίαν ἑώρακεν ἐν τῷ ναῷ. καὶ αὐτὸς ἦν διανεύων αὐτοῖς, καὶ διέμενε κωφός. 22 Egressus uerò ille non poterat loqui ipsis: & agnouerunt quòd uisionem uidisset in templo. Nam ipse innuebat eis: permansitq; mutus.

καὶ ἐγένετο ὡς ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τῆς λειτουργίας αὐτοῦ, ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. 23 Et factũ est, ut impleti sunt dies officij ipsius, abijt domum suam.

μετὰ δὲ ταύτας τὰς ἡμέρας συνέλαβεν Ἐλισάβετ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ περιέκρυβεν ἑαυτὴν μῆνας πέντε, λέγουσα· 24 Post eos autem dies concepit Elisabeth uxor eius: & occultabat se mensibus quinque, dicens: *Concipit Elisabeth sterilis.*

ὅτι οὕτω μοι πεποίηκεν ὁ κύριος ἐν ἡμέραις αἷς ἐπεῖδεν ἀφελεῖν τὸ ὀνειδός μου ἐν ἀνθρώποις. 25 Nempe ita mihi fecit Dominus in diebus quibus me respexit, ut auferret probrũ illud meum inter homines.

ἐν δὲ τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ ὑπὸ τοῦ θεοῦ εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας, ᾗ ὄνομα Ναζαρέτ, 26 In mense autem sexto missus est Angelus Gabriel à Deo in urbem Galilææ, cui nomen Nazareth, *Angelus, salutata Maria, annũciat Christi natiuitatem.*

πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ, ᾧ ὄνομα Ἰωσὴφ, ἐξ οἴκου Δαβίδ· καὶ τὸ ὄνομα τῆς παρθένου, Μαριάμ. 27 Ad uirginem desponsam uiro cui nomen erat Ioseph, ex domo Dauid: nomen autem uirginis, Maria.

B καὶ εἰσελθὼν ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτὴν, εἶπε· Χαῖρε κεχαριτωμένη. ὁ κύριος μετά σου, εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν. 28 Ingressus igitur Angelus ad eam, dixit: Aue gratis dilecta, Dominus tecum est: benedicta tu inter mulieres.

ἡ δὲ ἰδοῦσα διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ, καὶ διελογίζετο ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος. 29 Illa uerò quum *eum* uidisset, perturbata est super sermone eius: & cogitabat qualis esset salutatio ista.

21 Erat autem, καὶ ἦν. De uario usu literæ ν apud Hebræos, non attinet repetere quæ toties iam diximus. Verbum autem ἦν, quamuis uideatur πλεοναστικῶς positum, ut sit ἦν περιμένων, pro περιμένει, tamẽ seruaui, quòd uideatur longiorem quandam moram significare: quasi dicas, manebat uel perseuerabat expectans: sicut etiam accipiatur suprà uersu 10. 27 Desponsam, μεμνηστευμένην, id est sponsione promissam. neque enim adhuc Iosephus uxorem, ut in Matthæo exposuimus. Quod autem Erasmus hic tradit, μνηστεύειν Græcis propriè declarare sponsam proco tradere, eiusmodi est, ut ne refutatione quidem indigeat. Ex domo, ἐξ οἴκου. Erasmus annotat, Chrysostomum homilia in Matthæum secunda addere, καὶ πατριᾶς, id est & familia: sicut etiam additur infrà 2. a. 5. Eadem addita nos quoq; reperimus in uno uetere codice: & certè quum Christus disertè dicatur filius Dauid, disertè addendum fuisse uidetur nomen τῆς πατριᾶς, ut intelligeretur ex ipsis Dauidis posteris natus. Nam domus appellatione etiam eos cõprehendit qui uel cognatione attingebãt familiã Dauidis, uel ex ipsius fratribus erãt oriundi. Quod autem de Iosepho dicitur, de Maria quoq; intelligendum est. alioquin Christus nõ posset dici ex lumbis Dauidis prodijsse. 28 Aue, χαῖρε: id est, Gaude. Nam Auere (ut ait Festus) etiam significat gaudere. Est autem hoc omnibus gentibus familiare, ut in primo congressu soleant occurrentibus bene precari. Gratis dilecta, κεχαριτωμένη. Hebraicè חנונה, quod participium Lucas nouo Græco uocabulo expressit. id est, quam Deus, pro sua gratuita bonitate, gratam & acceptam habuit. Ad uerbum, gratificata: participio scilicet passiuo deducto à uerbo χαριτῶ, quo utitur Paulus Ephes. 1. b. 6. Et hoc quidem quum animaduerterit Erasmus, miror cur gratiosam sit interpretatus: id est, εὐχαριτισμένον. Etsi enim hoc epitheto exprimitur propensus Dei fauor, tamen negligitur quod præcipuũ erat, ex quo scilicet intelligi possit huius fauoris causam in sola Dei gratuita beneuolentia, atque adeò in eo ipso Christo residere, cuius mater erat futura. Vulgata conuertit, gratia plena: quæ interpretatio non respondet Græcis, & multis occasionem præbuit multa parum appositè in hunc locum scribendi. Quidam uerò nuper interpretatus est Acceptam, sed ne hoc quidem satis ostendit quæ sit huius gratiæ origo. Mallem igitur conuertere, gratiam consequutam, quum præsertim Angelus paulo pòst uelut hoc participium explicans, ipsam dicat χάριν εὑρηκέναι. Sed participium passiuum altero passiuo malui interpretari: & quia nostris propriè laboribus aut certè conatibus dicimur aliquid consequi, ideo quæsiui uocabula quibus omnem falsæ interpretationis ansam præciderẽ. Tecum est, μετά σου. Expressi uerbum ἐστι, quod deerat, ne quis suppleat ἔσται, id est sit. Videtur enim Angelus narrare potius & gratulari beneficium præsens, quàm futurum precari. Nihil tamen prohibet quo minus hoc etiam modo interpretemur. Scriptum est enim: Qui iustificatus est, iustificetur adhuc: & ipsis sanctis Paulus gratiã ac pacem, ipsamq; adeò Dei potentiam ubiq; solet optare. Benedicta, εὐλογημένη. Benedicta scilicet à Deo: id est, fœlix & beata effecta præ cæteris mulieribus. Itaque non uidetur satis conuenire Erasmi opinio, qui Laudatam interpretatus, & de qua omnes bene loquantur: quod & ipsum uerum esse, non inficior. quis enim ultrò non fareatur Mariam insignitis partibus omnium mulierum præstantiam superare? sed tamen si huc respexisset Angelus, εὐλογητὴ nocasset potius quàm εὐλογημένη. 29 Quum *eum* uidisset, ἰδοῦσα. Deerat hoc participiũ in octauo codice. In quibusdã autem ueteris editionis exemplaribus legitur, quũ audisset: id est ἀκούσασα, sublata nimirum meliore interpretatione à quopiam qui ita legendum putarit, ut ista quæ sequuntur melius cohærerent. Sed facilè intelligi potest Mariã, conspecto Angelo (in quo proculdubio maiestas aliqua cœlestis apparebat) deinde etiam audita mirifica ista salutatione, utraque re tam insolenti fuisse non mediocriter commotã. Nam quòd nonnulli existimant uel assuetam fuisse uirginem his uisionibus, uel tam blandam salutationem suspectam habuisse, mihi non probatur. Qualis, ποταπὸς, id est quò tandem spectaret, & quæ esset huius salutationis sententia. Vel cuias, id est unde profecta. Voluit enim probare spiritum.

30 Es enim

Tunc ait Angelus ei: Ne timeas Maria: es enim in gratia apud Deum. 30 καὶ εἶπεν ὁ ἄγγελος αὐτῇ· μὴ φοβοῦ Μαριάμ, εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ θεῷ· A

Esa.7.c.14. Infrà 2.c.21. Matth.1.d.21. Nam ecce cõcipies in utero, & paries filium: ac uocabis nomen eius Iesum. 31 καὶ ἰδοὺ συλλήμψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν.

Hic erit magnus, & Filius Altissimi uocabitur, dabitq; ei Dominus Deus sedem Dauid patris ipsius: 32 οὗτος ἔσται μέγας, καὶ υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται, καὶ δώσει αὐτῷ κύριος ὁ θεὸς τὸν θρόνον Δαυὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.

Dan.7.c.14.g.27 Mich.4.b.7. Regnabitq; super domum Iacob in æternũ, & regni eius non erit finis. 33 καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος.

Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo erit istud, quandoquidem uirum non sum cognitura? 34 εἶπε δὲ Μαριὰμ πρὸς τὸν ἄγγελον· πῶς ἔσται τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω;

30 Es enim in gratia, εὗρες γὰρ χάριν. Vulgata & Erasmus, ad uerbũ, Inuenisti [uel, nacta es] enim gratiam. Hebraicè autem מצא חן: id est, inuenisse gratiam dicitur qui est in gratia cum aliquo. neque hic quicquam ualet quod de meritis quidam nugantur. Nam nec Græcis quidem, τὸ εὑρίσκω, semper dicitur de eo quod labore tuo uel collatis beneficijs fueris adeptus, quemadmodum explicatur ab Vlpiano grammatico, & usurpatur Rom.4.a.1. sed interdum etiam de eo quod tibi nihil tale quærenti uel speranti obtigerit, nedum ut studueris promereri. Sic Gregorius de Saule loquens Israelis Rege designato præter omnem spem & expectationem, ἐν, φησὶ, τοῖς ἔθνεσι τὸν πατρὸς ζητοῦσι, βασιλέα νέμει. Neque tamen casum aut fortunam ullam hic agnosco, sed hoc potius constituo quod ait Paulus, nos esse dilectos à Domino, quum peccatores essemus, ut quisquis gloriatur, in Domino glorietur.

31 Nam ecce, ἰδοὺ γάρ. Hebraicè הרה, de quo alibi diximus. Videtur autem καὶ, pro γὰρ, hoc quoq; loco usurpari. In nonnullis tamen codicibus impressis deest. In utero, ἐν γαστρὶ. Hebræus pleonasmus. 32 Altissimi, τοῦ ὑψίστου. Hebraicè. Nam inter cætera nomina quæ Deo tribuuntur, apud Hebræos etiam dicitur עליון: id est, summus uel supremus. Vocabitur, κληθήσεται. Filius Dei scilicet uocabitur, quia re uera Filius Dei est ab æterno unigenitus: suo tamen tempore manifestatus in carne. Non est ergo quod יקרא, simpliciter ita accipiamus pro יהיה, cum impio illo Serueto qui Samosateni errorem renouauit: sed potius manifestationem æterni Filij Dei sciamus hoc uocabulo declarari. 34 Quomodo, πῶς. Quidam admirationem Mariæ obstupefactæ rei nouitate, nec prorsus assentientis Angelo: quidam uerò simplicem quæstionem esse uolunt, cupientis scilicet amplius erudiri. Ego utranq; opinionem coniungo: ita tamen, ut hanc admirationem non à diffidẽtia profectam, sed ex eo potius ortam esse credam, quòd quum uerbis Angeli credidisset, ipsa rei magnitudo cogeret scisciari, qua tandem ratione id fieri posset. Vt autem ita credam, eò etiam adducor, quòd duntaxat de modo conceptionis querit. ex quo intelligitur non fuisse hoc unum quæsituram, nisi cæteris credidisset, quæ magis etiam erant incredibilia: imò uerò idcirco percontatam esse quomodo hunc posset concipere, quòd intellexisset atq; credidisset, fore ut Filiũ Dei æternum illum Regem ac Messiam pareret. alioquin cur miraretur Virgo desponsa se concepturam ac parituram?

Erit, ἔσται. Vulgata, fiet, γενήσεται, eodem sensu. In tribus autem codicibus additum erat pronomen μοι mihi: quod nisi exprimatur, necessariò fuerit subaudiendum. Virum, ἄνδρα. Viri nomen hoc loco sexum declarat. neq; (ut arbitror) maritum Iosephum significat. Dixisset enim potius, τὸν ἄνδρα, aut τὸν ἐμὸν ἄνδρα, addito etiam pronomine.

Non sum cognitura? γινώσκω; Quia hoc uerbum paulo aliter conuerti quàm uulgò soleat, & difficilis est hic locus, uisum est paulo copiosius meam sententiã explicare: quam tamen Ecclesiæ authoritati libens subijcio. Quidã igitur, etiam ex ueteribus, afferri putant à Maria rationem, cur penè incredibilis uideretur Angeli narratio, ut sit hæc sententia: Tu quidem dicis fore ut concipiam ac pariam: quod fieri non potest, nisi cum Iosepho congrediar, cui scilicet sum desponsa. Atqui adhuc ab eo abstinui, & porrò consilium est abstinere. Quomodo tandem igitur credibile est fore quod dicis? Hanc autem interpretationẽ multis de causis non possum amplecti. Vnde enim probabitur Mariam eo tempore fuisse uiro traditam, quum dũtaxat dicatur μεμνηστευμένη, & diserte iubeatur Iosephus lõgo pòst tempore, quum iam scilicet intumuisset uterus, illam παραλαμβάνειν: Item unde hoc seruandæ uirginitatis propositum in muliere, quod omni exemplo & testimonio caret? Deinde quum intelligeret Maria cur sit institutum matrimonium, & innupta manens, multo liberius ac tutius posset uirginitatem seruare, cur matrimonij nomine abuteretur? Quòd si post desponsionem demum de ea re cogitarat, nónne tamen mutuum uiri consensum interuenire oportuit? Consensisse autem Iosephum, aut ullam eius rei mentionem inter eos factam unde tandem colligemus? nimirum ex Proteuangelio (quod uocant) libro certè impurissimo, & planè eiusmodi ut inter Christianos sine flagitio ne nominari quidẽ possit, quum à Matthæo & Luca, id est à ueritate apertè dissentiat. Postremò ut etiam ita esse demus, cur non potius ex Angeli sermone colligit Maria mutandum esse hoc consilium? cur non potius miratur, qui fieri possit ut ex infimæ sortis hominibus talis tãtusq; puer nascatur? Quidam igitur paulo aliter explicant. Volunt enim simplicem esse interrogationem, perinde ac si dixisset Maria: Assentior quidem tibi. Sed dic obsecro, quis sit eius rei modus futurus. Nam nunc quidem integra sum à uiro, utpote quæ nulli mortalium adhuc nupserim. Num igitur erit mihi cum Iosepho sponso meo consuescendum, aut alia quapiam ratione fiet quod dicis? nam certè quæ narras, uix possim à mortali quopiam sperare. Videtur autẽ hæc expositio satis simplex & apposita. sed repugnat omnium codicum consensus, in quibus scilicet scriptam interrogationis notam reperio, non post ἔσται, ut certè debuit, si ita interpretari placet, sed post γινώσκω. Fuisset autem ita potius distinguẽdus & conuertendus hic locus, Quomodo erit istud? nam uirum nõ cognosco: id est, nondum nupsi, & adhuc integra sunt omnia. Præterea particula ἐπεὶ quum ἀντιστροφῶς ponitur, plerunq; declarat connexum esse sermonẽ (ut in coniuncto syllogismo) cui nullum locum relinquit ista interpretatio. Id autem liquebit, si non à conclusione (ut fecit Maria) sed ab antecedente exordiaris, naturalem ordinem sequutus, hoc modo scilicet: Quum uirum non cognoscam, quomodo fiet istud? Quam orationem non possis illo modo explicare. Itaque non desunt qui tertiam expositionem afferant, quasi scilicet Maria μεμνηστευμένη, id est desponsa dicta sit, κατὰ προέκτασιν, cuiusmodi multa etiam in communi sermone interdum dici solent. Mariam igitur aiunt ad istam conceptus & partus mentionem meritò fuisse attonitam, quum de matrimonio nondum cogitasset. Verùm probabile non est Mariã, accepto hoc nuncio,

fœdus

A fœdus matrimonij fuisse inituram. Neque enim id facere poterat, quin & maritò suo imponeret, & matrimonio abuteretur: quin denique sese in maximum discrimen adduceret. à quibus sceleribus non dubito quin sanctissima & castissima uirgo longissimè abfuerit. Quid igitur? Mihi quidem de his rebus diu multumq; cogitanti simplicissima & maximè consentanea uisa est interpretatio, quam sum sequutus. Venerat autem illa mihi iam pridem in mentem, sed nunc demum in ea acquieui, quum eam reperissem in optimi mei parentis & præstantissimi theologi D. Ioannis Caluini commentarijs annotatam. Conabor autem (quod alibi sæpe facere studui) paulo fusius explicare quæ ille, suo more, breuiter ac præcisè tradidit. Maria quum in prophetarum lectione ualde esset exercitata (id enim uel ille nobilis ipsius hymnus satis superq; ostendit) Messiam nimirum eo ipso tempore expectabat qui redempturus esset Israelem: & ut concedam perobscurum adhuc fuisse tum ipsius personæ Christi, tum etiam futuri regni mysterium, tamen animo conceperat, Messiam fore extra omnium hominum sortem, cui nimirum tam multa passim in prophetis tribuantur quæ humanæ naturæ non conueniant. Sed & in ipso uulgo sparsa erant eiusmodi multa de Messia, ueluti quod refertur Iohannis septimo d. 27. fore scilicet ut quum ille ueniret, nemo sciret unde uenisset, aut quibus ortus esset parentibus. Maria igitur præter hæc omnia, quum esset ex stirpe Dauid, & diserte audisset ex angelo, se illam esse quam Deus singulari & omnibus seculis inaudito gratiæ exemplo delegisset, ex qua Filius ille Altissimi & Rex æternus nasceretur, rectè statim colligit ex angeli sermone, hic agi de mirifica aliqua concipiendi ratione. Hoc igitur assumens, ex Spiritus sancti & fidei uirtute, & nihilominus tamen tanti mysterij magnitudine perculsa, percontatur his uerbis, qui tandem hoc fieri possit. Quandoquidem (inquit) uirum non sum cognitura: id est, Quandoquidem in eo quod polliceris, nullus locus est uulgari & consuetæ matrimonij coniunctioni, age qua tandem ratione fiet quod narras? Hac igitur expositione non uideo quid dici possit accommodatius. Latini uerò in hoc dicendi genere utuntur participiali nomine in rus, quo rectè obseruant Grammatici non innui tempus, sed qualitatem uel animi uoluntatem. Ea uerò solet per Debeo, uel uolò, uel possum (sicut in potentiali modo) explicari: ut in illo Fabij exemplo, Detinet atq; obruit ingenia melius alijs uacatura: commodissimè hoc participiale nomen exposueris, Quę possent aut deberent uacare. Itaq; pro
B γενόμενον dixi, sum cognitura: quod etiam si libuerit futuri significatione accipere, nouum uideri nō debet. Est enim hæc enallage futuri pro præsenti sæpe iam à nobis annotata. Sic Virgilius, Progeniē sed enim Troiano à sanguine duci Audierat. pro, ducendā esse. Et Aristoph. τί δρᾷς: pro τί δράσω: quid sum facturus? atq; adeò ne longius abeamus, sic in proximo uersiculo τὸ γεννώμενον, non declarat quod nascitur, sed quod nascetur: id est, (ut uernaculo sermone dicimus) *ce qui doibt naistre*. & simili prorsus exemplo, Ioan. 7. d. 27. ὁ Χριστὸς γινόμενος, non rectè transfertur, *nemo scit*, quum potius dicendum fuerit, *nemo cogniturus est*, id est (ut Galli uulgo loquuntur) *nul ne pourra cognoiſtre*. Superest, ut annotemus ex Hebræorum idiomate ידע, id est cognoscere, honestè dici de mariti cum uxore, & uicissim uxoris cum marito cōsuetudine. Itaq; intempestiuè philosophatur in hoc uerbo Epiphanius in Antidicomarianitas, quod tamen rectè exposuit in libro quem inscripsit ἀγκυρωτόν.

καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἄγγελος, Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σε, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον

Et respondens Angelus dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus Altissimi inumbrabit te. Propterea id etiā quod nascetur ex te

15 Superueniet, ἐπελεύσεται. Hoc uocabulo aptissimè significatur fore ut Spiritus sancti uirtus quasi patris generantis uices suppleat. Sed in eo summum est discrimen, quòd homines corrupti, ex sua substantia filios gignunt in corruptis mulieribus: in hoc autem mysterio quod humana ratione comprehendi non potest, Spiritus sanctus à Patre & Filio unigenito procedens, carnem non gignit ex sese, sed creat ex selectæ uirginis substantia, cui deinde animam indit, utranq; ipse sua ui sanctificans: cui deinde (eodem tamen momento) æternus ille Dei Patris Filius Deus in unam eandemq; personam coniungitur: ita scilicet ut nec Deus in hominem, nec homo in Deum mutetur: nec rursus duo Christi constituantur, quorum unus sit Dei, alter uerò Mariæ Filius: sed unus sit Filius Dei in carne manifestatus, & unus inter Deum & homines mediator. Quidam autem, ἐπελεύσεται, uertit Inuadet: quod uerbum mihi non probatur hoc loco. Solet enim plerunque in uitio usurpari, neque satis uidetur exprimere discrimen illud inter ἐπέρχεσθαι & ἐπεσέρχεσθαι, quod rectè obseruat his uerbis Epiphanius aduersus Theodotianos, ἀ γαλεφὴλ ἔλεγε, φησί, πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σε, ἐπειδὴ οὐκ ἦν ἡ Θεοτόκος ἐν σαρκὶ παραγεγενημένη, ἀλλὰ πνεῦμα ἅγιον ἐν σαρκὶ
C παραγενόμενον: id est, Si Gabriel (inquit) dixisset, Spiritus sanctus ueniet in te, non iam liceret existimare Filium in carne uenisse, sed Spiritum sanctum. Hæc Epiphanius. Ex quo apparet, quanta fuerit impuri illius Serueti audacia, qui libro de Trinitate primo, quum hunc locum citaret, pro Spiritu sancto substituit, νοῦν λόγου, quasi λόγον, hoc loco dicatur, ἅγιον πνεῦμα, ac non potius utriusq; hypostases sint distinctæ. in quo etiam errore fuit ille cuius extant commentarij in Matthæum in quinquagintaquatuor Homilias distributi, & falsò inscripti Chrysostomo, ut Erasmus sua in eum librum præfatione rectè obseruauit. Propterea *id* etiam quod nascetur, διὸ καὶ τὸ γεννώμενον: uel, quod gignetur. Potest enim τὸ γεννᾶσθαι, uel ad conceptum, uel ad partum accommodari. Particulam autem καὶ annotarunt ueteres non pertinere ad uerbum παυθόντων, sed ad τὸ γεννώμενον: qua de re libet eiusdem Epiphanij uerba subijcere cum ijs cohærentia quæ modò citauimus. Gabriel (inquit) οὐκ ἄπει μόνον, διὸ τὸ γεννώμενον, ἀλλὰ διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἵνα δείξῃ σαφῶς διὰ λόγου τὸ ἐν μήτρᾳ γεννώμενον κατὰ τὴν ἰδίαν οἰκονομίαν: id est, nō dixit solum, Propterea quod gignetur: sed, Propterea etiā quod gignetur, ut ostenderet Deum uerbum qui est ex alto, etiā in utero genitū quum homo fieret. Hæc Epiphanius, ostendens hac particula designari utriusq; naturæ in una Filij Dei persona coniunctionem. quæ emphasis ut melius intelligeretur, uolui exprimere antecedens. Ex te, ἐκ σοῦ. Ita scriptum inuenimus in nonnullis ueteris editionis codicibus, item in libro Complutensi, sed & plurimis locis apud Epiphanium. Athanasius deniq; in epistola quadam ad Epictetum Corinthiorum episcopum, ita legendum esse, his uerbis ostendit: ὁ γαλεφὴλ, φησὶν, ἀσφαλῶς ἀπεγγείλατο τῇ μαρίᾳ, λέγων ἐπ' ἀκάκοις, τὸ γεννώμενον ἐν σοὶ, ἵνα μὴ ἴσως ὑπονοηθέντος κτίσμα τοῦ μυθεύσῃ ἄλλο· ἐκ σοῦ ἵνα φύσει τὸ γεννώμενον ᾖ κύριε ἅγια πιστεύσῃ: id est, Gabriel, inquit, planè ac certò nunciū exposuit Mariæ, quum non simpliciter diceret, Quod gignetur in te, ne quis existimaret corpus in ipsam foris introductum: sed, Ex te, nempe ut natura fore ex ipsa crederemus quod gigneretur. Hæc Athanasius aduersus Dimæritas, qui corpus Christi censebant esse ipsius diuinitati coessentiale: quorum errorem postea sequuti sunt Eutychiani & Monothelitæ: & nostro seculo Schuenfeldius, & impius ille Seruetus. Minimè igitur dubitaui hæc uerba restituere ex Græcis & Latinis plerisq; codicibus, aut temerè, aut malitiosè expuncta. nec dubito quin idem facturus fuerit Erasmus, si Athanasij locum illum obseruasset.

Sanctum,

Filius Dei. sanctum, uocabitur filius Dei.

Atq; ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mēsis est sextus ipsi quæ uocabatur sterilis:

Quia apud Deum non erit impossibile ullum uerbum.

Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Et abijt ab ea Angelus.

Maria uisitat Elisabeth. Quum autem surrexisset Maria per eos dies, profecta est in montanam *regionem* cum festinatione, in urbem Iuda.

Et ingressa est in domum Zacharię, ac salutauit Elisabet.

Salutatio. Et factum est ut audiuit Elisabet salutationē Mariæ, salijt fœtus in utero eius, & repleta est Spiritu sancto Elisabeth.

Exclamauit q̄ uoce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, quia benedictus fructus uentris tui.

Et unde hoc mihi, ut ueniat mater Domini mei ad me?

Ecce enim ut peruenit uox salutationis tuæ ad aures meas, salijt cum exultatione infans in utero meo.

ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς θεοῦ. A

36 καὶ ἰδοὺ ἐλισάβετ ἡ συγγενίς σου, καὶ αὐτὴ συνείληφεν υἱὸν ἐν γήρει αὐτῆς· καὶ οὗτος μὴν ἕκτος ἐστὶν αὐτῇ τῇ καλουμένῃ στείρᾳ.

37 ὅτι οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τοῦ θεοῦ πᾶν ῥῆμα.

38 εἶπε δὲ μαριάμ· ἰδοὺ ἡ δούλη κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῆς ὁ ἄγγελος.

39 ἀναστᾶσα δὲ μαριὰμ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, ἐπορεύθη εἰς τὴν ὀρεινὴν μετὰ σπουδῆς, εἰς πόλιν ἰούδα.

40 καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον ζαχαρίου, καὶ ἠσπάσατο τὴν ἐλισάβετ.

41 καὶ ἐγένετο ὡς ἤκουσεν ἡ ἐλισάβετ τὸν ἀσπασμὸν τῆς μαρίας, ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς· καὶ ἐπλήσθη πνεύματος ἁγίου ἡ ἐλισάβετ,

42 καὶ ἀνεφώνησε φωνῇ μεγάλῃ, καὶ εἶπεν, εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου, B

43 καὶ πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθῃ ἡ μήτηρ τοῦ κυρίου μου πρός με;

44 ἰδοὺ γὰρ ὡς ἐγένετο ἡ φωνὴ τοῦ ἀσπασμοῦ σου εἰς τὰ ὦτά μου, ἐσκίρτησεν ἐν ἀγαλλιάσει τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ μου.

Sanctum, ἅγιον: id est, quum purum sit, & ab omni peccato prorsus immune, templum deniq; Dei in ipso corporaliter habitantis. Nam (ut rectè dicit Augustinus) eum oportuit sine peccato concipi & nasci, qui uenit ut mundi tolleret peccatum. Vocabitur, κληθήσεται. Hic quoq; (quemadmodum suprà uersu 32.) Vocandi uerbo manifestatio intelligi debet potius quàm essentiæ principium, ut rectè in Seruetum doctissimus Caluinus obseruauit. Neq; enim qui ex Maria natus est, duntaxat homo est, sed Deus in carne manifestatus. Quamobrem rectè constituit Ecclesia aduersus Nestorium, ut Maria θεοτόκος diceretur. Vide 1. Ioan. 3. a. 1. 36 Et hic mensis, καὶ οὗτος μήν. Hebraicè id est, sextum iam mensem agit à cōceptu. Dicit autem uocatam fuisse sterilem, quòd nimirum sterilem adhuc fuisse inter omnes constaret, & ætate iam esset prouectiore. 37 Vllum, παῦ. Vulgata & Erasmus, omne. Solent enim Hebræi quoties enūciatio generaliter negat, pro nullo dicere לא-כל, collocata tamen ante uerbū negante particula. Sed apud Græcos & Latinos, Non omne declarat orationem specialem & indefinitam potius quàm generalem negationem. Itaq; uix possis hunc Hebraismum retinere sine sensus iniuria. Vllum uerbū, παῦ ῥῆμα: id est, quicquid Deus semel futurum dixerit: uel res ulla, ut quidam sunt non malè interpretati. Sed illam tamen interpretationem prætuli, quòd melius uideatur conuenire Gabrielis nuncio, & Mariæ ipsius responsioni.

38 Ecce ancilla Domini, ἰδοὺ ἡ δούλη κυρίου. Petitum est hoc dicendi genus ex consuetudine Hebræorum, qui de se perinde ac tertio quopiā loquentes, dicere solent, Ecce seruus Domini mei. Sed hic loquitur Maria ex animo, quū plerig; in ore potius id habeant quàm in pectore. 39 In montanam *regionem*, εἰς τὴν ὀρεινὴν. Vulgata & Erasmus, in montana. Intelligit autem mōtes Iuda expositos ad Meridiem Hierosolymorum, ut paulo pòst declarabimus. C In urbē Iuda, εἰς πόλιν ἰούδα. In nullis codicibus inuenimus adscriptum ciuitatis nomen. In uno tamen exemplari scriptum erat, εἰς πόλιν δαβίδ, quasi scilicet appellatione ciuitatis Iuda significetur ipsa Hierosalem Iudææ metropolis, quæ & ciuitas Dauid dicitur propter arcem Mello in ea conditam, ut scribitur 2. Samu. 5. b. 9. Sed hoc planè repudio. Cogitanti uerò mihi cur Euāgelista non adscripserit ciuitatis nomen, uenit fortassis in mentem id quod res est. Scribitur enim Iosue cap. 21. b. 9. in sorte Leuitarum, filijs Aaronis data fuisse nouem oppida de tribu Iuda & Simeon, inter quæ primo loco nominatur Ciriath-arba, quæ & Hebron dicitur, & diserte etiam adijcitur sitam fuisse in monte Iuda, quemadmodum copiosius refertur eiusdem libri cap. 14. Quū igitur Zacharias ex familia Aaronis esset, & una hæc urbs sacerdotū cōmemoretur in montibus Iuda, nō fuit necesse ut Euāgelista de Zachariæ domicilio loquens, eius urbis nomen diserte exprimeret, quum nemo esset quin ubi mētio fieret sacerdotū & ciuitatis Iuda, satis intelligeret Hebronem intelligi. 41 Fœtus, βρέφος: id est, ἔμβρυον. Nam propriè dicitur βρέφος de partu recens edito. Hęc interdū apud alios etiam authores permutātur. Aphrodisæus, ἐν μέσῃ δυνάμει σπάσας βρέφος καταμένον. Dioscorides, τότε καὶ τὰ βρέφη ἐκτιτρώσκει. Phocylides autem utrunq; coniunxit in hoc uersiculo, μή τι γυνὴ φθείρῃ βρέφος ἐμβρυον ἐνδέκατον γαστρὶ, ut est ab alijs annotatum. Sed fortassis usus est Lucas nomine βρέφους, potius quàm ἐμβρύου, ut hunc motum inusitatum fuisse ostenderet, & puero iam nato magis conuenientem quàm adhuc intra uterum delitescenti. Nam alioquin minimè nouum est fœtus in utero subsilire. Sed tamen hunc motum à Spiritu sancto profectum esse, satis etiam per se testatur Elizabethæ oratio de Christi conceptu uaticinantis, cui non interfuerat, & quem aliunde cognoscere non potuerat.

42 Quia benedictus, καὶ εὐλογημένος. Benedictus dicitur Christus humanæ naturæ ratione: id est, quatenus unctus est, accepto Spiritu supra omnem mensuram, ut primogenitus sit inter multos fratres. Particulam autem ὡς tanquam causalem conuerti, Theophylactum sequutus, qui ita interpretatur, & prolatis exemplis hanc enallagen cōfirmat. de qua alibi diximus. Videtur autem uberior sensus, si ita accipiamus, ut scilicet intelligatur benedictionem Mariæ ab eo manare quem in utero gestabat. 44 Peruenit, ἐγένετο. Vulgata & Erasmus ad uerbum, facta est. Vide Marc. 9. c. 33. & Ioan. 6. b. 19. & 21.

43 Quæ

A καὶ μακαρία ἡ πιστεύσασα, ὅτι ἔσται τελείωσις 45
τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ κυρίου.

καὶ εἶπε Μαριάμ· μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν 46
κύριον,

καὶ ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ θεῷ τῷ σω- 47
τῆρί μου,

ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δού- 48
λης αὐτοῦ. ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶ-
σαι αἱ γενεαί.

ὅτι ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα ὁ δυνατός, καὶ ἅγιον 49
τὸ ὄνομα αὐτοῦ.

καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ εἰς γενεὰς γενεῶν τοῖς φοβου- 50
μένοις αὐτόν.

Et beata quæ credidit: quoniam perficientur ea quæ dicta sunt ei à Domino.

Tunc ait Maria: Magnificat anima mea Dominum:

Et exultat spiritus meus super Deo seruatore meo.

Quia respexit humilem ancillam suam: ecce enim ex hoc *tempore* beatam me dicent omnes ætates.

Quia magnificè mecum egit potens ille, cuius sanctum *est* nomen.

Et cuius misericordia in omnes ætates *parata* est timentibus ipsum.

Canticum Mariæ, quo Christum promissum uenisse canit.

45 Quæ credidit, ἡ πιστεύσασα. In quibusdam Vulgatæ editionis codicibus legitur, quæ credidisti: & paulò post, fient tibi: quasi scriptum sit σοὶ pro αὐτῇ. Sunt autem frequentes apud Hebræos istæ personarum mutationes. Quoniam, ὅτι. Vel, quòd, ut post πιστεύσασα non adscribatur distinctio, & ὅτι non ἀντιστοιχῶς, sed ἁπλῶς accipiatur, sicut explicat Theophylactus. A Domino, παρὰ κυρίου: id est quod barbarè uulgò dicunt, ex parte Dei. Distingui enim debet παρὰ ab ὑπὸ. quanquam, quod ad rem ipsam attinet, nullum est discrimen. Dicitur enim Deus ipse facere, quod ipsius ministri faciunt eius mandato. 46 Magnificat, μεγαλύνει, id est, altè & magnificè præ
B dicat, quod Hebræi declarant uerbo גידל. Vide Matth. 23. a. 5. 47 Exultat, ἠγαλλίασε. Vulgata & Erasmus ad uerbum, exultauit. Sed manifesta est temporis enallage, nisi καὶ iterum malis pro γάρ, id est, Et pro Enim accipere. Nam oportuit præire intelligentiam Spiritus de tanto beneficio exultantis, unde postea natum gaudium quo totus est animus perfusus, ut lingua in apertas Dei laudes erũperet. Super Deo, ἐπὶ τῷ θεῷ. Vulgata & Erasmus, in Deo, quasi ἐπὶ pro ἐν ponatur. Ego malo ἐπὶ declarare causam, ipsamq; adeò gaudij materiam. Seruatore, σωτῆρι. Vulgata, salutari: id est σωτηρίῳ, ut scriptum erat in octauo codice, eodem sensu. 48 Quia respexit, ὅτι ἐπέβλεψεν. Respicere pro diligere & gratuito fauore complecti, etiam à Latinis usurpatur. Solent enim homines, si cuius ipsos capit commiseratio, in eum intueri: si quem autem aspernantur, ab eo auertere oculos. Itaq; eosdem etiã habitus Deo tribuunt, eo tropo qui dicitur ἀνθρωποπάθεια. Humilem ancillam suam, ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης
C αὐτοῦ. Vulgata & Erasmus ad uerbum, ad humilitatẽ ancillæ suæ. Sed humilitas ancillæ pro humili ancilla ponitur, ex Hebræorũ idiotismo: de quo diximus Matth. 24. b. 15. Significat autem ταπείνωσις humilitatem, id est uilem & abiectam conditionem, qualis est nimirũ uilium seruulorum. Itaq; inepti sunt qui modestiã cæterasq; Mariæ uirtutes hoc loco prædicãt: quasi ταπεινοφροσύνῃ uocant, Galli uerò uernaculo sermone *humilité*: quasi deniq; Maria ulla sua merita, ac non potius infinitã Dei misericordiam collaudet, ut rectè obseruat Erasmus in hunc locum. Profert autem Theophylacti uerba: quæ iterum libuit exscribere, ut præposteri isti Mariæ cultores intelligant, si quid illis mentis ac cordis supereſt, sanis hominibus nũquam placuisse ista quæ ipsi tam pertinaciter tuentur. Sic igitur ille, ἡ παρθένος φησί, πνευματικῶς πληροφορηθεῖσα, ἀφέλεγεν τὴν θεῖαν γραφὴν τὴν εἰποῦσαν· καὶ ἔσται τὰ ῥηθέντα αὐτῇ παρὰ τοῦ κυρίου· οὐκ ἀπιστοῦσα, φησίν, ἀπέβλεψε γὰρ ἐπ' ἐμὲ τὴν ταπεινήν, ἐπεὶ ἐγὼ πρὸ πολλοῦ ἐπεβλεψα· ἀπιστοῦσι μὲν ὀλίγοις, οὐκ ἐμοὶ δὲ τοῖς ἀπιστοῦσιν· καὶ διὰ τοῦτο μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί. τὸ μὲν οὖν ἀπεβλεψε, ἀλλὰ τῇ μὲν τῶν πεπιστευκότων γενεᾷ. ἀπιστεῖ δὲ μακαριοῦσι; ἆρα διὰ τὴν ἰδιωτείαν; πῶς; ἀλλ' ὅτι ἀπίθανον μὲν ἐμοὶ μεγαλεῖα ὁ δυνατός: id est, Virgo plenius edocta glorificat Deum, illi miraculum adscribens, nõ sibi. Ille enim, inquit, respexit ad me humilem, non ego illum suspexi: ille mei misertus est, non ego illum quæsiui: & ex hoc tempore beatam me dicent omnes generationes. non sola uerò Elisabeth, sed & omnes credentium generationes. Sed quam ob causam beatam me dicent? non propter meam uirtutem? Non, sed quia mihi magnifica fecit Deus. Hactenus Theophylactus, & quidem Romæ excusus annis abhinc tredecim. Ætates, γενεαί. Hebraicè דורות ut diximus Matth. 11. b. 16. Quidam Nationes interpretantur: quasi dicat Maria, fore ut uniuersus orbis terrarum hoc Dei beneficium celebret. Sed illud malo. 49 Magnificè mecum egit, ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα. Totum hoc dicendi genus Hebræis est familiare. Sic enim dicunt עשה גדולות: id est, sublimia patrauit: pro, præstantiam & magnificentiam suam insigni aliquo facinore declarauit. Deflexi autem aliquantulum à uerbis ipsis, tum in hoc Mariæ cantico, tum etiam in altero Zachariæ, ut obscuriores Hebraismos illustrarem. Potens ille, ὁ δυνατός. Articulus hoc loco præstantiam declarat. & ὁ δυνατὸς Deum Græcis significat, sicut האל Hebræis: pro quo tamen Græci interpretes τὸν ἰσχυρὸν plerunq; dicunt. Annorandus præterea Hebraismus, quo repetitur antecedens loco relatiui. Videbatur enim potius dicendum αὐτὸς uel ἐκεῖνος: id est, ipse uel ille. Cuius nomen, καὶ ἅγιον αὐτοῦ. Hebr. ושמו. Vulgata & Erasmus ad uerbum, & nomen eius. Apparet autem Hebraismum esse à Græcorum & Latinorum idiomate alienum, nempe quòd soleant Hebræi sua quæ uocant affixa nominibus subijcere.

50 In omnes ætates, εἰς γενεὰς γενεῶν. Vel, in omnem posteritatem. In quibusdam codicibus legitur eodem sensu, εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. Significatur autem γενεὰς appellatione id quod Hebræi דור, uel עד uel עולם uocant, Græci etiam αἰῶνα, Latini Aeuum, uel seculum, uel ætatem: ut intelligamus promissiones Dei complecti perennia ac perpetua bona: denique nunquam excidere uerbum Dei, quemadmodum loquitur Paulus: ut hoc tantum, illud sit quod Hebræi dicunt לדור דורים, aut לעולם עולמים. Vel hoc uocabulo declarantur nepotes, cæteriq; deinceps posteri: ut sit hæc sententia, tantam esse Dei misericordiam, ut non solos credentes, sed etiam eorum posteros faciat bonorum suorũ participes, in mille usque progenies, quemadmodum ipse testatur Exod. 20. b. 6. Quòd si hãc interpretationẽ sequamur cum Vetere interprete, qui uertit, à progenie in progenies, id est, ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάς, & cum Erasmo, qui ad uerbum interpretatus est, in progeniem & progeniem: tum demum εἰς γενεὰς γενεῶν idem declarabit atque לבני בנים: id est, in filios filiorum. Respicit autem Maria, atq; adeò totidem uerbis repetit quod scriptum est Psal. 103. c. 17. ubi utriusque interpretationis exemplum extat. Timentibus, φοβουμένοις: id est, religiosè ac reuerenter ipsum colentibus. Nam apud Hebræos יראה totum Dei cultum declarat. uerbum autem suppleui quod explendæ constructioni deerat.

Esa.41.b.9. Pſal.33.b.10. Esa.29.c.15. Forte facinus fecit brachio ſuo: diſsipauit ſuperbos cogitatione cordis ipſorum.

Detraxit potẽtes è thronis, & extulit humiles.

Famelicos impleuit bonis, & diuites ablegauit inanes.

1.Reg.2.a.6. Pſal.34.b.11. Suſtentauit Iſrael puerum ſuum, ut memor eſſet miſericordiæ,

Esa.30.d.18. & 41.b.8. & 54.b.5. Iere.31.a.3.d.20. Gen.17.c.19. & 22.c.15. Pſal.131.b.11. (Sicut loquutus eſt ad Patres noſtros, *nimirum* Abrahamum, & ſemen eius) in æternum.

Manſit autem Maria cum illa quaſi menſes tres, & *deinde* reuertit domum ſuam.

51 ἐποίησε κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ· διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους διανοίᾳ καρδίας αὐτῶν. A

52 καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὕψωσε ταπεινούς.

53 πεινῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν, καὶ πλουτοῦντας ἐξαπέστειλε κενούς.

54 ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ, μνησθῆναι ἐλέους,

55 (καθὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ) εἰς τὸν αἰῶνα.

56 ἔμεινε δὲ Μαριὰμ σὺν αὐτῇ ὡσεὶ μῆνας τρεῖς, καὶ ὑπέστρεψεν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς.

51 Forte facinus fecit, ἐποίησε κράτος. Sic apud Hebræos עשה חיל ut Pſal.118.c.16. Vulgata, Fecit potentiam: Eraſmus, Præſtitit robur: uterque nimium obſcurè, quum eiuſmodi enallage uix habeat locum in Latino ſermone. Videtur autem ab hoc dicendi genere nõ multum diſsidere Homericum illud Iliad.β'. — πρίν καὶ δεῦτ' ἀγαγέσθαι γυναῖκα θύγατρα ἀτίτηθεν ἑκόντα, ἐπεὶ καὶ εἶσι. Brachio ſuo, ἐν βραχίονι αὐτοῦ. Pleonaſmus hic eſt maximæ energiæ, & Hebræis familiaris, apud quos etiam זרוע accipitur prõ robore. Diſsipauit, διεσκόρπισεν: id eſt תיר, translatione ſumpta à turbine, qui paleas abreptas huc & illuc ſpargit: quæ ſimilitudo frequenter occurrit in Prophetis, & optimè declarat fore ut ſuperborum conſilia à uentis (quod aiunt) auferantur: id eſt, tanquam res inaniſsimæ, pereant, ut ſcribitur Eſa. capite uigeſimonono. quod quidem caput uidetur Maria hoc ſuo cantico quaſi cõmentarijs quibuſdam illuſtrare. uel תמיך: id eſt, ita comminuit, ut fruſtra hinc & inde diſsilierint: quæ interpretatio uidetur reſpondere illiquod paulo antè dixerat. ἐποίησε κράτος. Id autem Latini etiam Diſpergendi uerbo declarant, ut apud Terentium, An tibi mauis cerebrum diſpergi? Itaq; non reprehendo Veterem interpretem, quod ad ſententiam B attinet. ſed tamen hoc uocabulum repudiaui ut ambiguum. Quid ſi uerò διεσκόρπισεν idem ualeat atque apud Hebræos תמר? Video enim in ſententia prorſus ſimili hoc uocabulum frequenter uſurpari, ut Pſal.33.b.10. & 2. Sam. 15.d.34. & Iob 5.b.12. Quocunq; autem modo accipias, uidetur Diſsipandi uocabulum optimè conuenire.

Cogitatione, διανοίᾳ. Accommodari hoc poteſt diuerſo ſenſu ad uerbum διεσκόρπισεν, ut ſignificetur à Domino diſsipari ſuperbos, idq; ijs ipſis conſilijs & artibus, quibus conantur alios euertere (comprehendit enim eos Dominus in aſtutia ſua, & malum cõſilium (ut aiunt) ipſi conſultori peſsimũ eſſe ſolet) aut diſsipari ſuperbos cum ſuis conſilijs, aut denique propter præua eorum conſilia. Vel coniungi poteſt cum nomine ὑπερηφάνους: ut ſit hæc ſententia, eos à Domino diſsipari qui ſibi in conſilijs ſuis placent. Mihi uerò ſatis fuit Græca ſimpliciter conuertiſſe, ut nulli expoſitioni præiudicium afferrem. 52 Potentes, δυνάστας. Græco uocabulo utitur ipſe Cicero Philippica undecima, & Seneca in Thyeſte, choro Actus tertij, Anxius ſceptrum tenet, & mouentes Cuncta dynaſtas: metuitq; caſus Mobiles rerum, &c. adeò ut appareat in Oriente ita uocatos qui principes quidem eſſent: ſed Regibus & Tetrarchis inferiores, ijdem fortaſſe atq; illi quos Perſæ Satrapas uocabant. Nos tamen hîc noluimus nimium eſſe curioſi, quum ſatis conſtet ex antitheſi, quoſuis hîc ſignificari qui opibus aut genere ſint inſignes: id eſt, ὀλιγαρῶν potius quàm ἐξ γῆς. E thronis, ἀπὸ θρόνων, uel è ſolijs. Videtur enim his nominibus auguſtius aliquid ſignificari, quàm ſedis appellatione declaretur: quo uocabulo Vetus interpres & Eraſmus uti maluerunt.

Humiles, ταπεινούς: id eſt, utilis & abiectæ conditionis homines. quod placuit rurſus obſeruare, ne quis inter ταπεινοὺς & ταπεινόφρονας nullum diſcrimen cõſtituat: quamuis hoc quidem loco ταπεινοὶ dicantur qui non modò inter homines ſunt infimi, ſed etiam coram Deo nihil prorſus ſibi tribuunt: qui deniq; uerè pauperes ſunt ſpiritu.

53 Famelicos, πεινῶντας. Vulgata & Eraſmus, ad uerbum, Eſurientes: quibus opponuntur πλουτοῦντας. Sed apparet participia loco nominum, quæ uerbalia uocant, eſſe poſita, Hæbræorum more. Deinde uerò oſtendit antitheſis non uocari famelicos, id eſt רעבים eos qui ſimpliciter eſuriant. (poſſunt enim eſurire etiam qui ditiſsimi ſunt) C ſed eos qui ad extremam inopiam redacti ſunt, quos Hebræi אביונים uocant ab אות quod concupiſcere & deſiderare declarat. Eſt igitur uehementior antitheſis quàm ſi πείνοντας oppoſuiſſet πλουσίους. Conueniunt autem hęc Mariæ uerba cum ijs quæ ab Hanna referuntur, 1. Sam. 2. a. 6. Ablegauit, ἐξαπέστειλε, Vulg. & Eraſ. dimiſit: id eſt, ἀφῆκε, uel ἀπέλυσεν. Vtẽdum autem fuit uocabulo duriore, quale eſt Ablegare à ſe, & amandare. 54 Suſtentauit, ἀντελάβετο: id eſt, porrecta manu ſuſtinuit cadentem, uel proſtratum erexit & fulciuit: quod Hebræi declarant uerbo תמך, utiturq; eo Ieſaias 41. b. 10. quem locum uidetur Maria cantico ſuo accommodare. Vulgata & Eraſmus, Suſcepit: id eſt, ab alijs deſertum ſuſcepit tuendum ac defendendum. aut, pro filio uel ſeruo agnouit & aſſeruit ab alijs oppreſſum. quod potius reſpondet τῷ ὑπερασπιστῇ αὐτοῦ. Puerum ſuum, παιδὸς αὐτοῦ, id eſt ſeruum ſuum: quanquam etiam uocatur filius, & quidem primogenitus, Exod. 4. c. 22. Sed uidetur Maria (ut modò dixi) iſta repetere ex Ieſa. 41. b. 8. & 9. ubi diſertè dicitur Iſrael à Domino עבדי: id eſt, ſeruus meus. Simpliciter tamen Græca cõuerti, ut ſuum cuiq; iudiciũ integrum maneat. 55 Loquutus eſt, ἐλάλησε, id eſt, pollicitus eſt. Sic enim etiã accipitur apud Hebræos אמר. *Nimirum* Abrahamum, τῷ Ἀβραάμ. Rectè annotat Eraſmus Lucam uariaſſe conſtructionem uerbi ἐλάλησε, quod ut planius eſſet, adiecit particulam Nimirũ, & Abrahamo Latina terminatione conuertit. Sed hęc mutatio ſyntaxeos uix locũ habet in Græco ſermone, niſi fortè apud Poetas. Itaq; malo referre ad uariã conſtructionẽ uerbi, nec uideo cur hoc fuerit Latinè loquenti retinendum. Et ſemẽ e. καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ Hebr. וזרעו: id eſt poſteritatẽ eius, ut alibi diximus. Intelligit autẽ Iſaacum, Iacobum, Dauidẽ, quibus nominatim Dominus renouauit promiſsionẽ factã Abrahamo, niſi aliter placeat explicare, ut ſtatim dicam. In æternum, εἰς τὸν αἰῶνα. In quibuſdam codicibus legitur ἕως αἰῶνος, in æternum uſq;. Cæterùm in uetuſtis exemplaribus, atq; adeò in Theophylacto Romano iſta ſic diſtinguunt, ut hęc omnia καθὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, includant parẽtheſi, & εἰς τὸν αἰῶνα connectatur cũ ſuperiore uerſiculo. Ego uerò quãuis nihil immutarim cõtra tot exemplariũ conſenſum, tamẽ uix tolerabilẽ eſſe puto hanc parẽtheſim. Neq; enim uideo cur nõ potius Lucas hæc annexuiſſet ipſi uerſiculo ſuperiori. Fortaſsis igitur hæc eſt ſentẽtia: Dominũ miſertum eſſe Iſraelis extremo hoc tẽpore, ut oſtenderet ſe memorẽ eſſe miſericordię, quemadmodum pollicitus eſt maiorib. uidelicet miſericordia uſurũ tum erga Abrahamũ, tum erga ipſius poſteros: idq; non ad certum uſq; gradum poſteritatis, ſed in infinitum uſq;.

58 Magnificè

A πλήρωθῆναι τὸν χρόνον τοῦ τεκεῖν αὐτήν, καὶ ἐγέννησεν υἱόν. 57

Elisabethæ uerò impletum est tempus pariendi: & peperit filium.

καὶ ἤκουσαν οἱ περίοικοι καὶ οἱ συγγενεῖς αὐτῆς, ὅτι ἐμεγάλυνεν κύριος τὸ ἔλεος αὐτοῦ μετ' αὐτῆς, καὶ συνέχαιρον αὐτῇ. 58

Et audierunt accolæ & cognati eius, quòd magnificè Dominus misericordia sua usus esset erga illam: & gratulabantur ei. Supra b.14.

Et factum est, in die octauo uenerunt ut circuncliderent puerulum, & uocabant eum ex nomine patris sui Zachariam.

καὶ ἐγένετο, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ ἦλθον περιτεμεῖν τὸ παιδίον, καὶ ἐκάλουν αὐτὸ ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Ζαχαρίαν. 59

Sed respondens mater eius, ait: Nequaquã, sed uocabitur Ioannes.

καὶ ἀποκριθεῖσα ἡ μήτηρ αὐτοῦ εἶπεν· οὐχί, ἀλλὰ κληθήσεται Ἰωάννης. 60

Et dixerunt ad eam: Nemo est in cognatione tua qui uocetur isto nomine.

καὶ εἶπον πρὸς αὐτήν, ὅτι οὐδείς ἐστιν ἐν τῇ συγγενείᾳ σου, ὃς καλεῖται τῷ ὀνόματι τούτῳ. 61

Innuebãt autem patri eius, quid uellet uocari eum.

ἐνένευον δὲ τῷ πατρὶ αὐτοῦ, τὸ τί ἂν θέλοι καλεῖσθαι αὐτόν. 62

Isq; postulatis tabellis scripsit, dicens: Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt omnes. Supra b.13.

καὶ αἰτήσας πινακίδιον, ἔγραψε, λέγων, Ἰωάννης ἐστὶν τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Καὶ ἐθαύμασαν πάντες. 63

Apertum est autem os eius illico, & lingua eius: & loquebatur, benedicens Deo.

ἀνεῴχθη δὲ τὸ στόμα αὐτοῦ παραχρῆμα, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ, καὶ ἐλάλει, εὐλογῶν τὸν θεόν. 64

Ortus est igitur timor super omnes accolas eorum: & in tota montana regione Iudææ diuulgata sunt omnia uerba ista.

καὶ ἐγένετο ἐπὶ πάντας φόβος τοὺς περιοικοῦντας αὐτούς· καὶ διὰ πάσης τῆς ὀρεινῆς τῆς Ἰουδαίας διελαλεῖτο πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα. B 65

Et omnes qui audierunt, reposuerunt ea in corde suo, dicentes: Quídnam puerulus hic erit? Manus autem Domini erat cum eo.

καὶ ἔθεντο πάντες οἱ ἀκούσαντες ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν, λέγοντες· τί ἄρα τὸ παιδίον τοῦτο ἔσται; καὶ χεὶρ κυρίου ἦν μετ' αὐτοῦ. 66

Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto: propheta uitq; dicens:

καὶ Ζαχαρίας ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐπλήσθη πνεύματος ἁγίου, καὶ προεφήτευσεν, λέγων· 67

Benedictus Dominus Deus Israel, quòd inuisit

εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραήλ· ὅτι ἐπεσκέψατο 68

Canticum Zacharię, in quo Christum promissum uenisse nunciat.

58 Magnificè misericordia sua usus esset, ἐμεγάλυνεν τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Vulgata, Magnificauit misericordiam suam: id est. (ut loquuntur Hebræi) הסדר גדל עם sicut scriptum est Genes. 19. d. 19. 62 Innuebant, ἐνίνευον: id est, signis & nutibus petebant. quod loquendi genus ortum est ex uulgi consuetudine, ut alia multa. ueluti quod paulo antè usurpauit, quum diceret uenisse ut circumciderent puerum, pro, uenisse ut circuncisioni pueri interesset. Infrà 2. d. 30. Matth. 1. d. 22.

Quid, τί τὸ: id est, quo nomine. Abundat autem articulus pleonasmo Atticis familiari, ut in illo Aristoph. exemplo quod citat Budæus ἀπ' ἀγορᾶς τὸ τί; 63 Dicens, λέγων. id est in hæc uerba: uel est pleonasmus, quem alibi diximus Hebræis esse familiarem, apud quos scilicet infinitis locis abundat לאמור. 64 Apertum est, ἀνεῴχθη: id est restitutus est illi usus uocis quem amiserat. Videtur enim quodammodo illius os occlusum qui loqui non posit. qua ratione dicuntur etiam cæcorum oculi, & surdorum aures aperiri, ut scribitur Esa. 35. a. 5.

Lingua eius, ἡ γλῶσσα αὐτοῦ. In editione Complutensi additur διηρθρώθη, quo uerbo significatur soluta fuisse linguæ uincula, ut iam posset articulatè & distinctè loqui. Sed uidetur repeti posse uerbum ἀνεῴχθη. id est פתח. quod apud Hebræos etiam significat solui ac liberari è uinculis, ut Iob 12. b. 14. C 65 Ortus est, ἐγένετο. Vulgata, factus est. Erasmus peruasit, id est διεδόθη. Infrà uerò Act. 5. a. 5. ita uertit. ut nos hoc loco. Accolas, τοὺς περιοικοῦντας. Sic Cicero Ennenses, Siciliæ populum, uocat Cereris accolas, quòd apud eos Ceres diceretur habitare. Vulgata & Erasmus, uicinos interpretantur, id est γείτονας. cuius uocabuli uisa est nimis angusta significatio. Dicunt enim hoc loco Periœci, id est accolę, omnes illi qui totum illum regionis tractum incolebant, ut declarat sequens membrum positum scilicet κατ' ἐπεξήγησιν. Alioquin apud Geographos multo latius patet Periœcorum appellatio, qua intelliguntur omnes ij qui sub eodem parallelo habitant. Diuulgata sunt, διελαλεῖτο: id est ad uerbum, sermonibus omnium celebrata sunt. pro quo dixit Matth. 28. c 15. διεφημίσθησαν. Positus enim hic est περιστατικὸς αἰτὶ περίοικοι.

Omnia uerba ista, πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα: id est, quicquid hic dictum aut factum fuerat. 66 Reposuerunt, ἔθεντο. Hebr. שמו: id est, diligenter & attentè considerarunt, & uelut infixerunt animo. Sic apud Homerum sæpe, σὺ δ' ἐν φρεσὶ βάλλευ σῇσι. pro quo Virgilius, Sensibus hæc imis, res est non parua, reponas. Et alibi, —memori quæ condita mente teneto. Item, —manet alta mente repostum Iudicium Paridis. Manus autem Domini, &c. καὶ χεὶρ κυρίου, &c. Heb. יד יהוה היתה עמו præsens Dei fauor & singularis quædam uirtus in eo apparebat. sicut Ezechielis primo a. 3 appellatione Manus Dei intelligit Spiritus prophetiæ. Non dissimili ratione Pindarus Olymp. 10. dixit, θεοῦ σοὶ παλάμᾳ: id est. τῷ θεοῦ δυνάμει καὶ βοηθείᾳ. Cæterùm Vulg. cõuertitet enim: id est, manus. τῷ θεῷ χεὶρ, q̃d etiã scriptum erat in octauo codice, & uidetur non malè conuenire. 68 Benedictus, εὐλογητὸς. Subauditur ἐστω. Perinde enim est ac si dixisset. ἐπαινέσθω, uel δοξασθέτω: id est, & laudetur ac prædicetur. Vel εὐλογητὸς, declarat omni gloria & laude dignum, ut incipiat Zacharias ab epiphonemate. Nos autem libenter retinuimus hoc etiam loco Benedicendi uocabulum, tanquam Theologis familiare: cuius significationem alibi exposuimus. Quòd inuiserit, ὅτι ἐπεσκέψατο. Hebraicè פקד: id est, quòd se memorem esse declarauerit populi sui: adeò quidẽ ut ipse è cœlo descenderit. ut præsens eos inuiseret. & infinito precio redimeret. Ita enim loquitur Dominus Exod. 3. c. 8. quem locum uidetur respexisse Zacharias: simul tamen designans Deum re ipsa iam præstitisse quod olim adumbrarat, id est, è cœlis uerè descendisse. ut uerũ Israelem à captiuitate diaboli, peccati & mortis, sanguine suo redemptum sibi acquireret. Itaq; propriã significationem uerbi פקד retinendam putaui, quo scilicet ipsa Filij Dei in carne manifestatio & præsentia disertè exprimuntur. Quidam nuper admodum frigidè & ambiguè totũ hunc locũ est interpretatus, quum diceret, Deum procurasse populi sui liberationem. Nam, ut emphasin uerbi διεσκέψατο pręteream, de

qua modò dixi, uel Christi beneficium quantum in nos extet, non satis intelligit, uel nimium parcè illud prædicat, qui ex Iesu: id est uno & solo nostræ salutis authore, facit salutis nostræ procuratorem. Denique nimium ieiunè Deum laudat qui ab eo dicit id esse procuratū aut etiā administratū, quod ipse solus ultrò & inchoauit & perfecit. A

uiserit & redemerit populum suum: σκέψατο καὶ ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ.

Psal.132.c.17. Et erexerit cornu salutis nobis in Domo Da- 69 καὶ ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῖν ἐν τῷ οἴκῳ Δαυὶδ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ.
uid pueri sui:

Psal.132.c.18. Ierc.23.a.6. & 30.b.10. Sicut loquutus est per os sanctorum qui à sæ- 70 καθὼς ἐλάλησε διὰ στόματος τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνος προφητῶν αὐτοῦ,
culo fuerunt, Prophetarum suorum.

Fore ut nos seruaret ex inimicis nostris, & de ma- 71 σωτηρίαν ἐξ ἐχθρῶν ἡμῶν καὶ ἐκ χειρὸς πάντων
nu omnium qui oderunt nos. τῶν μισούντων ἡμᾶς.

Vt uteretur misericordia erga patres nostros, 72 ποιῆσαι ἔλεος μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ μνη-
ac memor esset Testamenti sui sancti: σθῆναι διαθήκης ἁγίας αὐτοῦ.

Gen.22.c.16. Iere.31.f.33. Heb.6.c.13.d.17. Et iurisiurandi quod iurauit Abrahamo patri 73 ὅρκον ὃν ὤμοσε πρὸς Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ἡ-
nostro: nimirum se daturum nobis, μῶν, τοῦ δοῦναι ἡμῖν,

Vt sine metu, è manu inimicorum nostrorū 74 ἀφόβως ἐκ χειρὸς τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν ῥυσθέντας,
liberati, seruiremus ipsi, λατρεύειν αὐτῷ.

1.Pet.1.c.15. Cum sanctitate & iustitia corā ipso, cunctos 75 ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ ἐνώπιον αὐτοῦ,

Redemerit, λύτρωσιν. Hebr. עשה פדות. Est autem periphrasis quam uno uerbo maluimus explicare, ut constructio melius cohæreret. Sed hoc obseruandum est, quum multæ sint liberationis species, eam demum significari λύτρωσιν nomine, quæ nec ui (ut olim contigit, quum Dominus populum eriperet Pharaoni) nec quum bona hostium gratia (ut quum populus Babylone reuerteretur) sed iusto persoluto precio impetratur. Ideo toties repetit Apostolus nos sanguine Christi redemptos, ingenti scilicet illo precio quod olim adumbrabatur uictimarum cruore, ut de salute nostra dubitare sit nefas. Hoc itaq; uidetur quidam nuper non satis considerasse, quum λύτρωσιν interpretaretur liberationem. B

69 Erexerit cornu salutis, ἤγειρε κέρας σωτηρίας. Hebraicè קרן ישועה Est autem totum hoc dicendi genus translatitium, quo significatur, quum planè collapsæ uiderentur uires Israëlis, ac in primis actum esse uideretur de magnificis illis promissis Dauidi factis super regno ipsius æterno, Dominum excitasse Christum illum suum: sicut scriptum est Amos cap. nono, qui inuicto suo robore, tanquam cornu quodam prostratis aduersarijs, Israelis æternum illud regnum assereret. Est autem Hebræis familiare קרן, id est, cornu pro ui & robore usurpare, translatione sumpta ab animalibus cornupetis, ut 2. Sam. 22. a. 3. & quidem adiecto uerbo הרים quod respondet τῷ ἤγειρεν, quum agitur de amissæ potestatis aut uirium instauratione, ut 1. Samuelis secundo b. 10. & nominatim etiam ubi agitur de Messia, ut Psal. 132. d. 17. 70 Loquutus est, ἐλάλησε. Hebr. אשר דבר: id est, diserte promisit, ut suprà diximus uersu 55. A' seculo, ἀπ' αἰῶνος. Hebr. מעולם id est, à condito mundo, ut Psal. 119. 52. & Act. 3. d. 21. Interdum uerò idem declarat ἀπ' αἰῶνος, quod ab æterno, ut Psalm. 92. a. 2. & alibi sæpe. 71 Fore ut nos seruaret ex inimicis, σωτηρίαν ἐξ ἐχθρῶν. Vulgata ad uerbum, salutem ex inimicis. Refertur autem σωτηρίαν ad uerbum ἐλάλησε, quemadmodum & sequentes uersiculi duo. Sed quia durior uideri posset ista traiectio, rectè fecit Erasmus qui quæsita periphrasi studuerit illam emollire. Sed in ipsa periphrasi ab eo dissentio. Interpretatur enim, Fore ut seruaremur ab inimicis: cuius interpretationis amphiboliam nemo non uidet. Malui igitur uti uerbo ἀφῃρεῖσθαι, & seruare præpositionem ἐκ, quum sic scripserit Virgilius, Seruatum ex undis Strophadum me littora primùm Accipiunt. 72 Vt uteretur misericordia, ποιῆσαι ἔλεος. Vulgata ad uerbum, ad faciendam misericordiam. Sic Hebr. לעשות חסד quod esset in Latino sermone obscurius.

Memor esset, μνησθῆναι: id est, re ipsa declararet se memorem esse: quomodo etiam accipitur hoc uerbum suprà uersu 54 Testamenti, διαθήκης, uel potius, pacti & fœderis, id est ברית: quamuis Testamenti uocabulum suâ emphasi non caret, ut docet epistola ad Hebræos. Itaque nolui quicquã mutare. C 73 Et iurisiurandi quod iurauit, ὅρκον ὃν, &c. Apud Theophylactum legitur ὅρκου οὗ, & rectius (opinor) uitata scilicet mutatione cõstructionis. Nam etiamsi legas quarto casu ὅρκον, non uidetur tamen subaudienda præpositio κατὰ (quæ eclipsis in hoc dicendi genere est prorsus inusitata) sed erit potius mutatio constructionis Hebraica. Hebræis enim uerbum זכר iungitur & genitiuo casui, absque articulo scilicet, & accusatiuo, ut Græcis μιμνήσκομαι, & Latinis memini: apud quos tamen uix reperias diuersas eiusdem uerbi in eadem periodo constructiones, nisi uarietur etiam significatio. Ponitur ergo ὅρκον uel ὅρκου in appositione, quod aiunt: ut scilicet explicetur uocabulum διαθήκης præcedens. Ideo addidimus coniunctionem Et, ut intelligatur epexegesis. Se daturum nobis, τοῦ δοῦναι ἡμῖν. Hebraicè לתת לנו. Erasmus, ut daret nobis: ut uideatur etiam τὸ ποιῆσαι retulisse ad uerbum ἐλάλησε, quod non possum probare. Apparet enim potius explicari his uerbis iusiurandum ipsum, id est, quid illud sit quod Deus iureiurando promiserat Patribus. Ideo hæc accipio ἀδιαφόρως potius quàm τελικῶς. Nam etsi uideatur articulus τῷ indicare subintelligendum esse ὅτι (quæ particula finem declarat) tamen hoc ego nihil moror. Puto enim Hebraismum esse, & articulum τῷ respondere seruili literæ ל, quæ non minus accipitur ἀδιαφόρως, quàm τελικῶς. Itaq; Deut. 4. c. 21. quod Hebraicè legimus לבלתי עברי & לבלתי בוא, Græci uerterũt ἵνα μὴ διαβῶ & ἵνα μὴ εἰσέλθω, pro τοῦ μὴ διαβῆναι & τοῦ μὴ εἰσελθεῖν. Itaq; τῷ δοῦναι perinde conuerti acsi scriptum esset δόσιν, uel τοῦ ἐμοῦ δοῦναι, Veterem interpretem sequutus: à quo tamen in ea re dissentio, quòd hæc uideatur præcedentibus coniunxisse, ut nunc quidem ista imperitè in templis cantentur, quum potius pertineant ad sequentia. 74 Sine metu, ἀφόβως. Hebraicè לבטח: id est, (ut loquitur Paulus Ephes. 4. c. 12.) ἐν πεποιθήσει. Neq; enim φόβον hîc uocat religiosum illum timorem qui alio uocabulo dicitur εὐλάβεια, & præcipua pars est pietatis: sed futuri mali ægritudinem, quam Latini metum uocant. Ea uerò pugnat ex diametro cum fiducia illa filiorum Dei, qui fide iustificati pacem habent, ut loquitur Paulus Rom. 5. a. 1. Hæc igitur ut distinguerem, ἀφόβως potius conuerti, absq; metu, quàm sine timore, cum Vetere interprete & Erasmo. Cæterùm Theophylactus hoc aduerbium coniungit cum participio ῥυσθέντας, & interpretatur ἀπεκδύσαντας: id est, sine ullo nostro periculo. Christus enim, inquit, quiescentibus nobis crucifixus est. Sed uberior erit sensus & minus coacta interpretatio, si ad λατρεύειν potius retulerimus. 75 Coram ipso, ἐνώπιον αὐτοῦ, Hebraicè בעיניו quam ipse Deus animo tum scrutator approbet ut minimè simulatam, ut diximus suprà uersu 6.

A πασῶν τῶν ἡμερῶν τῆς ζωῆς ἡμῶν.

καὶ σὺ παιδίον προφήτης ὑψίστου κληθήσῃ· προπορεύσῃ γὰρ πρὸ προσώπου κυρίου, ἑτοιμάσαι ὁδοὺς αὐτοῦ.

τοῦ δοῦναι γνῶσιν σωτηρίας τῷ λαῷ αὐτοῦ ἐν ἀφέσει ἁμαρτιῶν αὐτῶν,

διὰ σπλάγχνα ἐλέους θεοῦ ἡμῶν, ἐν οἷς ἐπισκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους,

ἐπιφᾶναι τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου κα- 79
θημένοις, τοῦ κατευθῦναι τοὺς πόδας ἡμῶν εἰς ὁ-
δὸν εἰρήνης.

τὸ δὲ παιδίον ηὔξανεν καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι 80
τε· καὶ ἦν ἐν ταῖς ἐρήμοις ἕως ἡμέρας ἀναδείξεως
αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἰσραήλ.

dies uitæ noſtræ.

Tu uerò puerule, Propheta Altiſsimi uocaberis: præibis enim ante faciem Domini, ut pares uias eius: 76

Ioannis officiũ, docere populum Chriſtũ uenisſe in remiſsionẽ peccatorum.

Et ut des ſcientiam ſalutis populo ipſius per remiſsionem peccatorum eius. 77

Propter uiſcera miſericordiæ Dei noſtri, qui bus inuiſit nos Germen ex alto: 78

Malac. 4.a.2. Suprà b.17. Zach.3.d.9. & 4.c.12.

Vt appareat iis qui in tenebris & umbra mortis poſiti ſunt, ad dirigendos pedes noſtros in uiam pacis. 79

Ipſe autem puerulus creſcebat & corrobora batur Spiritu: fuitq; in deſertis ad eum uſq; diẽ quo ſe oſtenderat apud Iſraelem. 80

Vitæ noſtræ, τῆς ζωῆς ἡμῶν. In codicibus ſecundo & octauo deerat τῆς ζωῆς: neq; etiam Vulgata conuertit.

76 Tu uerò, καὶ σὺ, καὶ omnino uidetur accipi pro ὁ hoc loco, ut alibi ſæpe. Ita enim melius notatur apoſtrophe. In octauo autem codice ſcriptum legimus, καὶ σὺ ὁ, Sed & tu. Puerule, παιδίον. Vulgata & Eraſmus, puer. Videtur autem aliqua eſſe emphaſis diminutiui, hoc ſaltem loco minimè negligenda. perinde ac ſi diceret Zacharias: Tu uerò puerule qui nunc tantillus es, tamen in hoc Chriſti regno ueluti primas tenebis. Eris enim Altiſsimi prænuncius, & uiã ad ſalutem cęteris præmunies. Altiſsimi, ὑψίστου. Hebraicè חעליון, id eſt Dei, ut diximus ſu
B prà uerſu 35. Vocaberis, κληθήσῃ: id eſt, eris, & quidem publico teſtimonio. Vide Matth. 5.a.9. 77 Et ut deſ, τοῦ δοῦναι. Iterum putaui particulã Et adijciendam, ut intelligatur epexegeſis. Explicat enim quomodo Iohannes præparaturus ſit uiam Domino, nimirum quòd annunciaturus eſſet ſalutem in ſanguine agni illius, quem etiam erat commonſtraturus digito. Dare autem cognitionẽ, ex Hebræorum idiomate, id eſt לתת בדעת, hoc loco dicitur qui alijs aditum patefacit ad rem quampiã cognoſcendam. Nam quum idem dicitur de Deo, longè maiorẽ habet emphaſin, ut Dan. 1.c.17. Per remiſsionem, ἐν ἀφέσει. Hebraicè בסליחת עונות. Nam alioquin admodum raro additur præpoſitio huic caſui, quum cauſam declarat inſtrumentalem aut quaſi inſtrumentalem. Eſt autem remiſsio peccatorũ, modus ipſe per quẽ Deus Pater nos in Filio ſeruat, ut docet Paulus Rom. 4. a.7. ex illo Dauidis uerſu, Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates. Vulg. in remiſsionẽ: id eſt, ὡς ἄφεσιν. Nam ſæpe permutãtur ἐν & ὡς. ſed præſtat accipere ἐν ἀφέσει pro δι' ἄφεσιν. 78 Propter uiſcera miſericordię, διὰ σπλάγχνα ἐλέους. Hebraicè ברחמי חסדו: id eſt, propter intimã & in ipſis uiſceribus hęrentem miſericordiam. Alij putant hoc dicendi genere declarari eum amorem quo ſolent matres complecti ſua uiſcera: id eſt, ſuos natos. quæ interpretatio ſenſum eundem gignit atq; ſuperior. Sed uidetur hìc adumbrare Zacharias Chriſti ἐνσάρκωσιν, qui ex ipſo patris ſinu ad nos miſſus eſt. Eſt igitur magna uis huius Hebraiſmi: quem idcirco libenter retinuimus, & ſuprà etiã attigimus, quum explicaremus σπλαγχνίζεσθαι, quod reſpondet Hebræorum uerbo רחם. Cæterùm Vulgata & Eraſmus conuerterunt, Per uiſcera: id eſt, διὰ σπλάγχνα: quanquam, quod ad ſententiam attinet, exiguum eſt in iſtis diſcrimen, niſi quum ſubtilius diſtinguendæ ſunt cauſæ ſalutis noſtræ. Quibus, ἐν οἷς: id eſt, per quæ uiſcera, & qua miſericordia impellente. Vulgata ad uerbum, in quibus, nimium obſcurè. Abundat autem iterum præpoſitio ἐν ex Hebræorum idiomatę, quod paulo antè expoſuimus. Germen, ἀνατολὴ. Hebraicè צמח. uocatur enim hoc nomine Meſsias ipſo etiam teſte Chaldæo paraphraſte, Ierem. 23.a.5. Zach. 3.c.8. & 6.c.12. quibus locis Græci interpretes cõuerterunt ἀνατολὴν, impropriè quidem, ut exiſtimo. Nam ἀνατολὴ quum de ſole dicitur, uel ipſum ſolis exortum, uel eam cœli partem
C declarat unde ſol exoritur: quum autem plantis & cæteris huiuſmodi rebus, aut etiam ipſorum hominum ortui translatitiè tribuitur (ut Hebr. 7.c.14. dicitur Dominus ἀνατετάλκέναι ἐν ἰούδᾳ, nihil aliud declarat quàm earum rerum exortum. In illis autem locis Ieremiæ & Zachariæ, & hìc quoq; idipſum quod exoritur, uocatur צמח. Græci (quod ſciam) ἀνατολὴν nuſquam, ſed βλαστὸν, uel βλάστημα uocant. Homerus autem ἔρνος ſæpe appellat, ut Latini Stirpem. Neq; uerò dubito quin eò reſpexerit alter hic Zacharias in hoc ſuo cantico, & Filij Dei manifeſtationem in carne, & diuinum ipſius conceptus & ortus arcanum his uerbis indicarit. Addit enim, ἐξ ὕψους: id eſt, ex alto. pro quo Hebræi dicunt ממרום è cœlo ſcilicet, ut ſit anthiteſis cæterarum uelut plantarum, quæ omnes è terra germinant, hæc autẽ è cœlo, unde panis ille uiuus in partes inferiores terræ deſcendit. Vulgata & Eraſmus Orientẽ interpretantur, quos deinde alij multi ſequuti ſunt: idcirco nimirum, quia paulo poſt fit tenebrarũ & lucis mentio. Sed nihil obſtat quo minus dicamus Zachariam, quum ad diuerſas prophetias reſpiceret, diuerſas etiam translationes coniunxiſſe. Certè non uideo quomodo uel Hebraicum illud צמח quod Græcos oſtendi impropriè conuertere ἀνατολὴν, uel Græcum ipſum uocabulum ἀνατολὴ, uel Oriens Latinum, poſsis aut pro ſole, aut pro luce accipere, niſi ualde coacta interpretatione: quod & ſemel tantũ fortaſſe apud Poetam reperias: ſic enim Aeneid. 5. Et me, inquit, ſæuus equis oriens afflauit anhelis. Cæterùm in uno codice Argentoratẽſis editionis ſcriptũ legi ἀνατολὴ tertio caſu. ut ſit hęc ſententia, Dominũ nos reſpexiſſe ſuo exortu ex alto: qui ſenſus bene quidem cõuenit, ſed repugnat ſummus re liquorũ exemplarium etiã manuſcriptorũ conſenſus: & manifeſta eſt alluſio huius loci ad uaticinia illa Ieremiæ & Zachariæ quę paulo antè citaui, in quibus Meſsias dicitur ἀνατολὴ recto caſu, & quaſi proprio nomine.

79 Vt appareat, ἐπιφᾶναι. Hic germen illud è cœlo exoriens confertur cum ſole, quemadmodum ſæpe Sol iuſtitiæ & Lux ipſa in utroq; Teſtamento dicitur. Alioquin etiam in genere apud Hebræos, Tenebrarum appellatione calamitas intelligitur, ac uicißim Lucis nomine liberatio, & quæ illam conſequitur fœlicitas. Vmbra mortis, σκιᾷ θανάτου: id eſt, umbroſa & tenebricoſa morte. Vide Matth. 4.c.16. In uiam pacis, εἰς ὁδὸν εἰρήνης: id eſt, in eam uiam quæ ad ueram fœlicitatem ducit. Nam Hebræi Pacis appellatione eum ſtatũ intelligunt inquo aliquis meritò acquieſcat. Etſi autem multi multos ſibi & diuerſos fines proponant, tamen res ipſa oſtendit, eos demum rectam uiam ingredi, qui Chriſtum ducem ſequuti, ad alteram illam uitam contendunt. 80 Ad eum uſque diem quo ſe oſtenderet, ἕως ἡμέρας ἀναδείξεως αὐτοῦ. Vulgata ad uerbum, uſq; ad diem oſtenſionis ſuæ. Ego ut perſpicuitati ſtuderem, à Græcis aliquantulum deflexi, nulla ſenſus iniuria.

CAP. II.

Censetur uniuersus orbis à Cæsare Augusto.

FActum est autem, in diebus illis uenit edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur tota terra.

(Hæc descriptio prima facta est Præside Syriæ Cyrenio.)

Ibant igitur omnes ut describerẽtur, in suam quisq; urbem.

Ascendit autem & Ioseph à Galilæa, ex urbe Nazareth, in Iudæam, in urbem Dauid quæ

ΚΕΦ. Β'. A

1 Ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος αὐγούστου, ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην.

2 αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου.

3 καὶ ἐπορεύοντο πάντες ἀπογράφεσθαι ἕκαστος εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν.

4 ἀνέβη δὲ καὶ Ἰωσὴφ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, ἐκ πόλεως Ναζαρὲτ, εἰς τὴν Ἰουδαίαν εἰς πόλιν Δαβίδ,

IN CAP. II.

1 Venit, ἐξῆλθ. Vulgata & Erasmus ad uerbum, exijt. Vide Marc. 8. b. 11. Vt describeretur, ἀπογράφεσθαι, id est, ut descriptis omnium ciuitatum capitibus, intelligeretur quæ cuiusque regionis, urbis, familiæ, domus facultates essent. Ideoq; uertit Erasmus, ut censeretur, rectè quidem: sed tamen potius respondet τῷ τιμᾶσθαι: & Latini etiam Describendi uocabulo utuntur eadem significatione qua Græci τῷ ἀπογράφεσθαι. Tota terra, πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. Ad uerbum, tota habitabilis, ita ut subaudias γῆν terra. Sed hoc dictum est καταχρηστικῶς, quum significetur ea duntaxat terræ portio quæ Romanis parebat. Regnabat autem in Iudæa Herodes, sed precario, & ὡσὶ φόρου τινὸς ὑποτελὴς, ut testatur Appianus. 2 Prima, πρώτη. Hoc uocabulum alij coniungunt cum ἀπογραφὴ, ut intelligamus primam hanc fuisse descriptionem Iudææ: alij cum ἐγένετο, ut significetur duas fuisse factas à Cyrenio descriptiones, quarum prior hic commemoretur, ea scilicet cuius nulla fit mentio à Iosepho, qui posteriorem duntaxat commemorat ab eodem Cyrenio factam, quum pulso Archelao, Iudæa in prouinciam redigeretur. Notandum tamen est, Lucã non scripsisse τὰς κυρηνίου, quanuis Vetus interpres conuerterit, à Cyrino: sed simpliciter κυρηνίου ἡγεμονεύοντος, id est, quum præsidem Cyriæ ageret Cyrenius: ut uideri possit explicare potius quãdo sit facta hæc descriptio, quàm à quo sit facta. Cyrenio, κυρηνίου. Ita legitur in omnibus exemplaribus quæ uidi, atq; adeò in Iustino & Iosepho Græco, quem apparet Erasmum nunquam uidisse. Sed Dionis libro 54. legimus κυρίνιον, & in Latino Coss. catalogo, P. Sultitium Quirinum: ut mihi quidem emendatissimè uideatur scriptum esse κυρίνιον in Romano Theophylacto. Is autem est Quirinus de quo multa Corn. Tacitus libro tertio. Sed aliunde maior oboritur difficultas, de qua etiam mihi putaui aliquid dicendum. Apparet enim ex Iosepho non Cyrenium, sed Quintilium Varum, qui postea cæsus est ab Arminio in Germania, ultimis Herodis annis fuisse Syriæ præsidem, & quidem Saturnino successorem datum, ne quis existimet inter Saturninum & Varum posse locum aliquem Cyrenio concedi. Deinde idem Iosephus meminit quidem descriptionis factæ à Cyrenio, sed quæ prorsus sit diuersa. nam hæc nostra descriptio uniuersalis est, illa uerò Cyrenij ad Iudæam duntaxat pertinet: hæc uiuente Herode, illa minimùm nouem annis interiectis, pulso in exilium Archelao, fuit instituta: ut planè cùm in plerisq; alijs, tum uerò in hoc quoq; infantiam suam prodiderit Nicephorus ille, cuius magnum uolumẽ nugarum & mendaciorum plenum nuper quidam edidit. Quid igitur? Nempe quod ad posteriorem nodum attinet, facilè solui potest, si dicamus duas diuersas descriptiones fuisse à Cirenio factas. Sed hîc nos inuoluet prior ille nodus, quum tempore nascẽtis Christi (si Iosephum sequamur) non Cyrenius, sed Varus, uel certè Saturninus Syriæ præfuerit. Iosephum autem in re tam celebri & ex actis publicis cognita, mirum est potuisse tam turpiter hallucinari. Præterea uix (opinor) hoc ferre potest imperij Romani consuetudo, ut unus eidem pacatæ prouinciæ bis præfuerit. Necesse est tamen, ut Euangelistæ sua constet authoritas. Itaq; superest ut uel in Syriæ præsidibus enumerandis errauerit Iosephus, uel potius ut quemadmodum ipse libro Antiquitatum 16. Volumnium adiungit Saturnino quasi collegam in Syriæ administratione (quem tamen libro primo de bello Iudaico procuratorem Cæsaris fuisse dicit) sic etiam existimemus, huius descriptionis tempore Varum quidem fuisse Syriæ præfidem, sed ei adiunctum fuisse Cyrenium: qui cum in Herodis regno non posset dici Iudææ præses, neq; tamen simplici procuratoris Cæsaris titulo uideretur satis honestari, Syriæ etiam præses diceretur. Quid si uerò potius totum hoc αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου, quum ab aliquo esset annotatum qui Cyrenij descriptionem cum ista confuderit, postea ex margine in contextum irrepsit? Nam certè deest particula quæpiam qua uersiculus iste cum superiore connectatur, & simile quiddam factũ uidetur Marc. 12. d. 42. ut suo loco annotauimus, & fortasis etiam infrà Act. 8. c. 26. Sed hoc quidem est nodum secare potius quàm soluere. Absit autem ut uel apicem unum immutem, nedum quicquam detraham. Quod autem ad hanc orbis descriptionem attinet, libuit etiam quædam παρέργως subijcere, à nemine (quod sciam) animaduersa. Scribit Dion lib. 56. quum Augustus alendis exercitibus, quibus imperium Romanum continebatur, uicesimam instituisset, & id tributum omnes ægerrimè ferrent, adeò ut quiduis potius passuri uiderentur, cõstituisse tributum ex agris & ædibus colligere. Statim igitur inquit, μᾶλλον ἀπὸρ, μᾶλλ' ἔστε μᾶλλ' ὅπως αὐτὸ διανοεῖσθαι ἕκαστος ἄλλοτε ἄλλα τέλη ἐπὶ τοῖς ὠνίοις καὶ τοῖς τῶν πλοίων κτήμασιν ἀπογραφόμενος: id est, quum non dixisset, uel quantum, uel quemadmodum illud daretur, alios alio misit qui priuatorum hominum ipsarumq; ciuitatum bona describerẽt. Possent igitur hæc Dionis uerba uideri ad hanc orbis descriptionem pertinere, cuius mentionem facit Lucas, nisi repugnaret temporis series. Id enim ipse refert in annum imperij Augusti penultimum: quum scilicet Christus annum iam ageret decimumquartum. Itaq; si quis hîc est coniecturę locus, existimarim Augustum pro suo iure, quũ Romani imperij breuiarium conficeret, huiusmodi descriptionem instituisse: non ut noua tributa exigeret, sed ut totius imperij facultates, copias, uires, ac prouentus quotidianos intelligeret. quamobrẽ etiam nullus est eo tempore in Iudæa excitatus tumultus, sicut postea factum est, quum Archelao pulso, & Iudæa à Cyrenio in prouinciam redacta, tributa à Romanis exigerentur. Neq; enim alia ratione confici potuit hoc breuiarium, de quo post Suetoniũ sic scribit Dion eodem libro: Ab augusti morte, inquit, prolata sunt quatuor ipsius uolumina, quorum tertium, τάξιν τῶν στρατιωτῶν καὶ τὰ τῶν πρασσόντων, τίνων αἰσχυμμάτων τὸ δημόσιον, τίνι πολλῷ τῶν ἐν τοῖς δυσκόλοις γραμμάτων, καὶ ἕτερα ἄλλα τοιαῦτα ὅτι τῶν ἡγεμονικῶν φέροντα λόγων, ἔχει: id est, complectebat quæ ad milites, quæq; ad reditus sumptusq; publicos pertinebant, item quanta pecuniæ summa in fiscis esset, & quæcunq; eiusmodi ad imperium spectabant. Sed de his hactenus. 4 Ascendit, ἀνέβη. Hebraicè עלה, id est profectus est. Sunt tamen qui putent haberi rationem situs Hierosolymorum.

5 Desponsa,

A πᾶς ἐκαλεῖτο Βηθλεέμ, εἶναι ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβίδ·

uocatur Bethleem, propterea quòd esset ex domo & familia Dauid: Ioan.7.f.42.

ἀπογράψασθαι σὺν Μαριὰμ τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ γυναικί, οὔσῃ ἐγκύῳ. 5

Vt describeretur cum Maria desponsa sibi uxore, quæ erat prægnans.

ἐγένετο δὲ ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐκεῖ, ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτήν· 6

Factum est autem quum essent illic, completi sunt dies quibus ipsa pareret.

καὶ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν, καὶ ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ, διότι οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι. 7

Peperit igitur filium suum primogenitũ, ac fasciis eum inuoluit, reclinauitq; eum in præsepi: eo quòd non erat eis locus in diuersorio. Nascitur Christus.

καὶ ποιμένες ἦσαν ἐν τῇ χώρᾳ τῇ αὐτῇ ἀγραυλοῦντες, καὶ φυλάσσοντες φυλακὰς τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὴν ποίμνην αὐτῶν. 8

Erant autem pastores in regione eadem excubantes, & agentes uigilias noctis super gregem suum. Vigilantibus pastoribus nunciatur Christus natus.

καὶ ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου ἐπέστη αὐτοῖς, καὶ δόξα κυρίου περιέλαμψεν αὐτούς, καὶ ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν. 9

Et ecce Angelus Domini superuenit ipsis, & gloria Domini circunfulsit eos: & timuerunt timore magno.

καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ ἄγγελος· μὴ φοβεῖσθε. ἰδοὺ γὰρ εὐαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν μεγάλην, ἥτις ἔσται παντὶ τῷ λαῷ, 10

Tunc dixit eis Angelus: Ne timeatis: ecce enim euangelizo uobis gaudium magnũ, quod erit toti populo:

ὅτι ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον σωτὴρ, ὅς ἐστι Χριστὸς κύριος ἐν πόλει Δαβίδ· 11

Quòd scilicet natus est uobis hodie Seruator, qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid: Saluator.

καὶ τοῦτο ὑμῖν τὸ σημεῖον· εὑρήσετε βρέφος ἐσπαργανωμένον, κείμενον ἐν τῇ φάτνῃ. 12

Hoc autem uobis signum erit, Inuenietis infantem fasciis inuolutum, iacentem in præsepi.

καὶ ἐξαίφνης ἐγένετο σὺν τῷ ἀγγέλῳ πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου, αἰνούντων τὸν θεὸν, καὶ λεγόντων· 13

Et derepentè affuit cum Angelo multitudo exercituum cœlestium, laudantium Deum, & dicentium,

δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. 14

Gloria in cœlis altissimis Deo, ac in terra pax, in homines beneuolentia. Angelorum canticum.

5 Desponsa, μεμνηστευμένῃ. Differre τὸ μνηστεύεσθαι & τὸ γαμεῖν non minus quàm Sponsalia à nuptijs, alibi diximus. Cur igitur, dices, μεμνηστευμένη uocatur Maria quum iam nupsisset? nam probabile est ante profectionem apparuisse Ioſepho Angelum à quo iussus est eam ducere. Respondeo, fieri posse ut in ipsa profectione Ioſephus eam deuocare quàm nuptam propterea quòd Ioſeph non secus abstineret ab ea quàm si nondum eam duxisset. Possunt autem hæc coniungi uel cum ἀπογράψασθαι, uel cum αὐτῷ. 8 Excubantes, ἀγραυλοῦντες. Sic apud Hesiodum in Theogonia ποιμένες ἀγροῦται cognominantur, ὡς ἀγροῦς αὐλιζομένους, ut hic explicat Theophylactus. quod Latini simili ratione declarant Excubandi uerbo, quasi extrà cubare dicas, id est foris atque adeò sub dio pernoctare. Idē etiam aliter interpretatur ἀγραυλοῦντας τὰς ἀγρευτικὰς αὐλιζομένους, quasi scilicet rusticis cātibus noctē transegerint pastores: quā interpretationem planè repudio. Vulgata & Erasmus, uigilantes: id est, γρηγοροῦντες. Agentes uigilias, φυλάσσοντες φυλακάς. Ad uerbum, custodientes custodias, quam paranomasiam ut explicaret Erasmus, conuertit excubantes excubias. Noctis, τῆς νυκτός. Hebræus est pleonasmus: neque enim ullæ sunt diei uigiliæ. Erasmus, nocte: id est, νυκτὸς, non addito articulo. 9 Superuenit, ἐπέστη: id est, repentè uenit, quū nihil minus expectarēt. Nam inter omnes uerbi ἐφίστημι significationes hæc mihi uisa est huic loco maximè accōmodata. Sic aūt Latini Superueniēdi uerbo utuntur: ut Horatius, Grata superueniet quæ non sperabitur hora. Vulgata, stetit iuxta illos: & Erasmus, adstitit: id est, παρέστη. Idem tamen in annotationibus explicat, imminuit ex alto: quia nimirū cœlitus apparuit Angelus, & αὐτοῖς etiam declarat Super uel Suprà. Gloria, δόξα. Vulg. claritas, nempe ut amphibolia uitaretur, quia interdum apud Hebræos כבוד יהוה, pro ipso glorioso Deo accipitur, ut Exod. 16. c. 10. & alibi sæpe. 11 Quòd scilicet natus est, ὅτι ἐτέχθη. Vulgata Erasmus, Quia natus est, quasi ὅτι accipiatur αἰτιολογικῶς. At ego malo ἀληθῶς interpretari, ut sit hæc sententia: Annuncio uobis hodie magnum gaudium, nempe uobis hodie natum esse Messiam. 13 Affuit, ἐγένετο: id est, παρεγένετο. Vulgata & Erasmus, facta est: quæ interpretatio non conuenit huic loco. Exercituum cœlestium, στρατιᾶς οὐρανίου. Ita uocantur ab Hebræis copiæ Angelorum, quibus circunsepta est Dei, tanquā potentissimi cuiusdam monarchæ, maiestas. Vulgata & Erasmus, militiæ cœlestis. Ego uerò militiam pro exercitu nusquam legi. Deinde, ut melius conuenirent sequentia, singularem numerum per pluralem conuerti. 14 Gloria, δόξα. Subauditur ἔστω, uel ἔστωσαν, id est esto, uel est, sensu aliquantulum diuerso propter sequens membrum. Nam si Esto subaudias, aut uidebuntur Angeli non tam annunciare factam pacem, quàm futuram precari: aut καὶ pro δὲ accipias necesse est: quo modo etiā Theophylactus explicat. ut sit hęc sententia: Gloria sit Deo, quòd pax in terris sit hominibus concessa. Quòd si utrobiq; subaudiamus ἔστω, Angeli uidebuntur & Deo ipsi magnam ipsius gloriæ amplificationem, & hominibus singulare Dei beneficium gratulari. In cœlis altissimis, ἐν ὑψίστοις. Hebraicè במרומים, de quo aliquid diximus Matth. 21. a. 9. Non desunt etiam qui conuertant, Gloria Deo qui est in cœlis, quasi scriptum sit τῷ ἐν ὑψίστοις. Sed interpretatio quam sequuti sumus, uidetur melius conuenire sequenti antithesi. Nam alioquin simili ratione non dicēdum esset, pax hominibus in terra, sed pax hominibus qui sunt in terra. In homines, ἐν ἀνθρώποις, uel inter homines. Sed malo ἐν pro εἰς accipere: quam enallagen sæpe iam annotauimus. Alioquin si ἐν εὐδοκίᾳ conuertamus, In hominibus, aut coniungenda hęc erunt cum membro superiori, ut εὐδοκία seorsim legatur: aut certè abundabit præpositio ἐν, ut alibi sæpe: nisi pro εὐδοκία legamus εὐδοκίαν, eo sensu quem paulo pòst explicabimus. Annotat etiam Erasmus, hanc præpositionem in nonnullis Græcis codicibus non addi, & in plerisq; ueteris editionis codicibus deesse cōstat. Beneuolentia, εὐδοκία. Hanc particulā omnia Græca

exemplaria quæ uidimus, atq; adeò Theophylactus & Eusebius libro ἀποδείξεως δ', & Epiphanius κατὰ ἑρμογένους, & Chrysostomus tomo quinto, homil. 56. quæ est De monachorum uita, & in epistolam ad Colosſ. connectũt cum ἐν τοῖς εὐδοκίας, ita ut tria sint huius gratulationis membra. alij seorsim legunt, ut post ἐν τοῖς εὐδοκίας adscripta distinctione, εὐδοκία per appositionem connectatur cum ἀγάπη. Significat autem εὐδοκία idipsum quod Hebræi רצון, Latini beneuolentiam, id est propensam animi uoluntatem uocant: diciturq; tum de gratuito & infinito illo Dei amore in electos, quos ipse prior ante tempora æterna in Filio dilexit, ut Ephes. 1. a. 5. & b. 9. pro quo Vetus interpres solet Beneplacitum dicere: tum uerò de mutua hominum inter se amicitia, qua fit ut alij aliorum commodis studeant, ut Rom. 10. a. 1. atq; adeò de eã charitate qua homines ipsum Deum diligunt, ut Philip. 1. b. 15. quam postremam notionem Erasmus uidetur non animaduertisse. Sed idem rectè eos reprehendit qui putarunt hîc agi de hominum εὐδοκία, quum potius gratulentur angeli hominibus gratuitam Dei cum ipsis reconciliationem. Rectè igitur Chrysostomus ad Colosſ. εὐδοκίαν interpretatur καταλλαγὴν: quamuis hæc ab illa differat ut consequens à causa. Non malè etiam Theophylactus ἀναπαύσεως, modò intelligamus Deum non in ipsis hominibus, sed in uno filio acquiescere: in quo scilicet dilectos suos ἠγαπημένους. Occasionem autem falsæ interpretationi præbuit non tam diuersa lectio, quàm ignoratio idiotismi Hebræorum. Apparet enim Origenem homilia in Lucam 13. itémque Chrysostomum plurimis locis, ut Homilia in Matth. 36. item in Sermone De ascensione Domini, item Homilia De natiuitate Domini, Veterem deniq; interpretem pro εὐδοκίαν legisse εὐδοκίας. Hebræos autem nemo est qui nesciat solere adiectiuorum loco uti genitiuis appellatiuorum. Sic filij promissionis, electionis, uasa iræ, uasa misericordiæ, uasa electionis Hebraicè dicuntur ij, quibus Deus destinauit promissiones, quos elegit, in quos iram uel misericordiam decreuit exercere, quorum opera in rebus magnis uti constituit. Ita igitur quemadmodum & dotè & commodè (meo iudicio) primus in hunc locum Erasmus annotauit, uocantur οἱ εὐδοκίας εὐδοκίας, id est ad uerbum, homines beneplaciti, uel (ut Vetus interpres conuertit) homines bonæ uoluntatis, quos Hebraicè dicas אנשי רצון, id est, quos Deus ex gratuito suo proposito diligit & complectitur in Filio, sicut Daniel dicitur חמודות, id est uir desideriorum, pro uiro multis modis desiderato. Hunc igitur Hebraismum ueteres (quod cum eorum pace ac uenia dictum esse uelim) quum non considerarent, uariè corruperunt. Nam alij, ut Origenes (de quo quid sentirem, in præfatione dixi) εὐδοκίας coniungunt cum ἀγάπῃ, traiectione prorsus uiolenta: Chrysostomus in sermone De natiuitate Domini, manifestè ad bonam hominum uoluntatem retulit. Veteres Latini ita etiã sunt interpretati, & eum errorem recentiores Sophistæ auxerunt. Ad me uerò quod attinet, quamuis (ut antè dixi) in omnibus exẽplaribus legerim εὐδοκία, & ita sim interpretatus: tamen Origenis, Chrysostomi, Veteris interpretis authoritatem, ipsam deniq; rationem sequutus, malim legere εὐδοκίας, & totam hanc orationem in duo tantum membra partiri, hoc modo, Δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκίας: id est, Gloria in cœlis altissimis Deo, & in terra pax, in hominibus dilectis, uel complacitis. Neq; enim hæc pax ad omnes pertinet, sed ad eos demum quos Deus gratia sua dignatur. Certè hoc modo plana erit omnium membrorum antithesis, & nihil prorsus hiulcum aut detortum apparebit. Contrà uerò si legas εὐδοκία, durissima erit appositio: &, si tria membra constituas, ut nos quoq; fecimus, aliorum authoritatem potius quàm nostrum iudicium sequuti, deerit copula in tertio membro, quæ tamen est in secundo expressa: ut hanc eclipsim necesse sit ex Hebræorum idiotismo suppleri. cuius exemplum prorsus simile annotaui Thren. 3. b. 11. Nam aliquantulum diuersa est illa qua utitur Apostolus, in bimembri scilicet oratione, 1. Timoth. 4. a. 3.

Et factum est ut discesserunt ab eis angeli in cœlum, tum pastores illi dixerũt alij ad alios, Eamus sanè Bethlehem usq;, & uideamus factũ istud quod Dominus notum fecit nobis.

15 καὶ ἐγένετο ὡς ἀπῆλθον ἀπ' αὐτῶν εἰς τὸν οὐρανὸν οἱ ἄγγελοι, καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ ποιμένες ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους· διέλθωμεν δὴ ἕως Βηθλεέμ, καὶ ἴδωμεν τὸ ῥῆμα τοῦτο τὸ γεγονὸς, ὃ ὁ κύριος ἐγνώρισεν ἡμῖν.

Venerunt igitur festinantes, & inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem iacentem in præsepi.

16 καὶ ἦλθον ἀνέβισαντες, καὶ ἀνεῦρον τήν τε Μαριὰμ καὶ τὸν Ἰωσὴφ, καὶ τὸ βρέφος κείμενον ἐν τῇ φάτνῃ.

Quum uidissent autem, diuulgauerunt

17 ἰδόντες δὲ διεγνώρισαν περὶ τοῦ ῥήματος τοῦ

15 Tum pastores illi, καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ ποιμένες. Duplex hîc est hebraismus. Primùm enim ponitur καὶ pro τότε, in subiectione, ut apud Hebræos גם pro אז, nisi malimus καὶ abundare: de quo pleonasmo diximus Matth. uigesimo octauo b. 9. Deinde appositio est speciei ad genus, pro quo dicunt Hebræi אנשים הרועים: quod dicendi genus imitantur quidem interdum Græci & Latini, ut alibi obseruauimus, sed rarò. Itaq; ueterẽ interpretem sequutus, prætermisi οἱ ἄνθρωποι tanquam redundans. Erasmus autem ad uerbum conuertit, & homines pastores, neglecto articulo, quem putaui potius exprimendum. Eamus, διέλθωμεν. Hebraicè נעברה. Vulgata & Erasmus ad uerbum, transeamus. Sed apparet compositum pro simplici accipiendum esse, quamuis aliquoties apud Terentium uerbum Transeo simili significatione usurpetur. Sed apud Græcos discertiores διέρχεσθαι nusquam legi pro ἔρχεσθαι καὶ παραγίνεσθαι. Sanè, δή. Vulgata hanc particulam ut abundantẽ prætermisit. Erasmus conuertit, iam: id est, νῦν uel τοῦ. Sed Latinos constat non aliter usurpare aduerbium Sanè, præsertim in concessione. Factum istud, τὸ ῥῆμα τοῦτο τὸ γεγονὸς, Hebraicè הדבר הזה אשר היה. Vulgata, hoc uerbum quod factum est. Erasmus, hoc quod audiuimus accidisse. Putauit enim ῥῆμα, id est (ut Hebræi loquuntur) דבר dici rem nouam quæ rumore diuulgetur, quod ut interdum uerum sit (sicut apud Latinos nonnunquam rumor pro eo dicitur quod ipso rumore spargitur) tamen non est perpetuum. Imò uerò hoc uocabulum non minus latè patet apud Hebræos, quàm πρᾶγμα apud Græcos, & Res apud Latinos: & ita hoc loco usurpari credo, quum præsertim addatur participium γεγονὸς. Possumus tamen pro ipso Angelorum nuncio accipere, & interpretari, Istud de quo nobis facta sunt uerba: ut sequentia per epexegesin explicentur. Ideo etiam in uno codice expunctum erat participium γεγονὸς, quasi redundans.

Notum fecit, ἐγνώρισεν. Hebraicè הודיע. Nam propriè apud Græcos γνωρίζειν significat τὸ γνώσιμον uel ἀδιγνώστον. Interdum tamen accipitur, ut hoc loco, pro eo quod Ouidius uno uerbo dixit, notificare: ut apud Athenæum dicitur Rex Persarum præmia proposuisse τοῖς τὰς ὁδοὺς αὐτῷ γνωρίσουσι. Vulgata, ostẽdit: id est, δείκνυσιν. Erasmus aperuit: id est, ἤνοιξεν. 17 Diuulgauerunt, διεγνώρισαν: id est, διεφήμισαν, ut Marc. 1. d. 45. Vulgata cognouerunt, pro quo Erasmus in annotationibus substituit pernouerunt: ut significetur, pastores tum demum pernosse quod antè audierant ex angelis. Sed prior expositio mihi uidetur multo simplicior.

Id, περὶ

A λαληθέντων αὐτοῖς περὶ τοῦ παιδίου τούτου.

18 καὶ πάντες οἱ ἀκούσαντες ἐθαύμασαν περὶ τῶν λαληθέντων ὑπὸ τῶν ποιμένων πρὸς αὐτούς.

19 ἡ δὲ μαρία πάντα συνετήρει τὰ ῥήματα ταῦτα, συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς.

20 καὶ ἐπέστρεψαν οἱ ποιμένες δοξάζοντες καὶ αἰνοῦντες τὸν θεὸν ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἤκουσαν καὶ εἶδον, καθὼς ἐλαλήθη πρὸς αὐτούς.

21 καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν ἡμέραι τοῦ περιτεμεῖν τὸ παιδίον, καὶ ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἰησοῦς, τὸ κληθὲν ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου πρὸ τοῦ συλληφθῆναι αὐτὸν ἐν τῇ κοιλίᾳ.

22 καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν, κατὰ τὸν νόμον μωσέως, ἀνήγαγον αὐτὸν εἰς ἱεροσόλυμα, παραστῆσαι τῷ κυρίῳ,

(καθὼς γέγραπται ἐν νόμῳ κυρίου, ὅτι πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν, ἅγιον τῷ κυρίῳ κληθήσεται.)

24 καὶ τοῦ δοῦναι θυσίαν, κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν νόμῳ κυρίου, ζεῦγος τρυγόνων, ἢ δύο νεοσσοὺς περιστερῶν.

25 καὶ ἰδοὺ ἦν ἄνθρωπος ἐν ἱερουσαλὴμ, ᾧ ὄνομα συμεών, καὶ ὁ ἄνθρωπος οὗτος δίκαιος καὶ εὐλαβὴς, προσδεχόμενος παράκλησιν τοῦ ἰσραήλ· καὶ πνεῦμα ἅγιον ἦν ἐπ' αὐτόν,

26 καὶ ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον ὑπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, μὴ ἰδεῖν θάνατον, πρὶν ἢ ἴδῃ τὸν χριστὸν κυρίου.

27 καὶ ἦλθεν ἐν τῷ πνεύματι εἰς τὸ ἱερόν. καὶ ἐν τῷ εἰσαγαγεῖν τοὺς γονεῖς τὸ παιδίον ἰησοῦν,

id quod dictum fuerat ipsis de puerulo illo.

18 Et omnes qui audierunt, mirati sunt ea quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos.

19 Maria uerò ista omnia conseruabat, conferens ea in corde suo.

20 Et reuersi sunt pastores, glorificantes ac laudantes Deum super omnibus quæ audierant & uiderant, sicut dictum fuerat ipsis.

21 Et quum aduenisset dies octauus ut circumciderent puerulum, tunc uocatum est nomen eius Iesus, quod uocatum fuerat ab Angelo priusquam ille in utero conciperetur. *Circumciditur Iesus.* Gen.17.b.18. Leuit.12.a.3. Suprà 1.c.31. Matth.1.d.21. Ioan.7.c.22.

22 Et quũ impleti fuissent dies purgationis Mariæ secundum legem Mosis, adduxerunt eum Hierosolymam, ut sisterent eum Domino. *Puerperæ Mariæ purgatio,* Leuit.12.b.6. Exod.13.a.2. Numer.8.c.6.

(Sicut scriptum est in lege Domini, Omnis masculus primogenitus, sanctus Domino erit.)

24 Et ut darent oblationem, secundum id quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. Leuit.12.b.16.

25 Et ecce quidam erat in Ierusalem, cui nomen Simeon: eratq; homo iste iustus ac religiosus, expectans consolationẽ Israel: & Spiritus sanctus erat super eum.

26 Fueratq; ipsi diuinitùs nunciatum à Spiritu sancto, ipsum non uisurum mortem, priusquam uidisset Christum illum Domini.

27 Is igitur uenit impulsore Spiritu in templum. & quum inducerent puerum Iesum

B C Id, περὶ τοῦ ῥήματος. Hebraicè על חדבר pro את חדבר, ut Thren. 2. d. 14. Vulgata & Erasmus, de uerbo. Sic in re usurpant præpositionem περὶ. 19 Conferens ea, συμβάλλουσα. Vel redundat hoc participium, uel supplendum est relatiuum quod expressimus. ut in illo Virgilij,—clypeoq; sinistram Insertabã aptans. 21 Et quũ aduenisset dies octauus, καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν ἡμέραι ὀκτώ. Vulgata & Erasmus, Et postquam consummati sunt dies octo. Vide Act.2.a.1. Tunc uocatum est, καὶ ἐκλήθη. Iterum καὶ pro τότε, nisi malimus abundare. Vide suprà, uersu 15.

22 Mariæ, αὐτῆς. Vulgata, eius, Mariæ uidelicet. Oportuit enim impleri Legem, quamuis Maria Christi partu potius esset sanctificata. expressimus autem ipsum antecedens, ut uitaremus ambiguitatem. In plerisque codicibus legitur αὐτοῦ, & ita etiam legit Origenes, quem sequitur Erasmus. Sed non uideo quì conueniat, quum Lex purificationis ad solam matrem pertineat. Itaque ueterem editionem sequi malui, cui Complutensis editio adstipulatur. Vt sisterent, παραστῆσαι. Vel ut commendarent, inquit Erasmus. Ego uerò nusquam legi hoc uerbum in ea significatione. Et tamen si hoc concederem, apparet τὸ παραστῆσαι respondere uerbo העביר quo utitur Moses Exod.13.b.11. quod ad uerbum declarat transire facere: id est, sistere in conspectũ. 23 Primogenitus, διανοῖγον μήτραν. Hebraicè פטר רחם: id est, πρωτότοκον. Neque enim simpliciter declarat eum qui nascitur (ut putauit Erasmus) sed eum demum qui primus nascitur. Itaq; hunc Hebraismum ut obscuriorem non retinui. Erit, κληθήσεται. Vel ad uerbum, uocabitur. Ponitur autem futurum indicatiui pro imperatiuo. esto. Sed utrumque hunc Hebraismum sæpe iam exposuimus. 24 Oblationem, θυσίαν. Hebraicè מבחח, id est προσφορὰν, nisi sacrificium malimus uocare. Nam alioquin plurali numero dicendum erat, hostias. Quod dictum est, τὸ εἰρημένον: id est, quod est mandatum. Ponitur enim אמר pro צוה, ut alibi annotauimus. In quinto exẽplari legebatur τὸ γεγραμμένον, quod scriptum est. 25 Religiosus, εὐλαβὴς. Vulgata barbarè, timoratus. Significat autem εὐλάβεια non quemuis timorem, sed cum reuerentia potius quàm cum animi trepidatione coniunctum. Latini (ni fallor) religionem uocant propriè. qua de re copiosius dicemus Hebr.11.b.7. Erasmus conuertit Pius, id est εὐσεβὴς: quo modo scriptum legimus in duobus codicibus uetustis. Super eum, ἐπ' αὐτόν. Hebraicè עליר: quo genere dicendi declaratur, uim illam Spiritus sancti cœlitùs illabi. Appellatione autem Spiritus familiare est Sacris scriptoribus per Metonymiam ipsa Spiritus sancti dona significare. Itaq; noluimus à uerbis usitatis discedere. 26 Diuinitus nunciatum κεχρηματισμένον. Vide Matth.2.b.12. Non uisurum mortem μὴ ἰδεῖν θάνατον, id est mortem sensu rum. Hebræa periphrasis, בל לא יחזה ראות חמות pro לבלתי ראות חמות, ut Psal.89.g.49. Latini non dissimili forma loquendi, Somnũ uidere dicunt pro Dormire. Christũ illum Domini, τὸν χριστὸν κυρίου. Hebraicè משיח יהוה. Est autem hæc appellatio omnibus Regibus communis apud Hebræos: qua nimirum significatur quod ait Solomon Prouerb.8.b.15. Reges à Domino accipere imperium, ut ipse quoq; Homerus multis locis testatur. Sed Messias, id est, Christi & Regis nomen peculiari ratione conuenit Iesu Seruatori. Ideo expressimus articulum.

27 Impulsore Spiritu, ἐν τῷ πνεύματι. Erasmus, per Spiritum. Vulgata ad uerbum, in Spiritu, id est ברוח: quẽ Hebraismum retinuimus Matth.22.d.43. Hic uerò propter amphiboliam explicuimus, ne quis scilicet arbitretur ista non re uera, sed per spiritalem aliquam uisionem euenisse.

Parentes,

parentes, ut faceret secundum consuetudinem Legis, pro eo:

Simeon suscipit Christum. Canticum Simeonis.

Tunc ipse accepit eum in ulnas suas, & benedixit Deo, ac dixit:

Nunc dimitis seruum tuum Domine, secundum uerbum tuum, in pace:

Quia uiderunt oculi mei salutem tuam,

Quam parasti in oculis omnium populorũ.

Lumen reuelandum Gentibus, & gloriam populi tui Israel.

Pater autem & mater eius mirabantur super ijs quæ dicebantur de eo.

Ruina & resurrectio, Christus. Esa.8.c.14. Rom.9.g 32. 1.Petri 2.b.8.

Et benedixit eis Simeon, dixítque ad Mariam matrẽ eius: Ecce positus est iste in casum & resurrectionem multorum in Israel: & in signum cui contradicatur.

(Quin & tuam ipsius animam traijciet gladius) ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

τ ποιῆσαι αὐτὸς ηϑ τὸ εἰθισμένον τῦ νόμυ πρὸ αὐτῦ, A

κ αὐτὸς ἐδέξατο αὐτὸ εἰς τὰς ἀγκάλας αὐτ, καὶ εὐλόγησε τ θεὸν, κ εἶπε·

νυν ἀπολύεις τ δῦλόν σε δέσποτα, ηϑ τὸ ῥῆμά σε, ἐν εἰρήνῃ·

ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μυ τὸ σωτήριόν σε,

ὃ ἡτοίμασας ηϑ πρόσωπον πάντων τ λαῶν.

φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, καὶ δόξαν λαῦ σε Ἰσραήλ.

καὶ ἦν Ἰωσὴφ καὶ ἡ μήτηρ αὐτῦ θαυμάζοντες ἐπὶ τοῖς λαλυμένοις περὶ αὐτῦ.

καὶ εὐλόγησεν αὐτὸς ὁ υμεών, κ εἶπε πρὸς Μαριὰμ τὴν μητέρα αὐτῦ· ἰδὸ οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν κ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραήλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον.

(κ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία,) ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί.

Parentes, οἱ γονεῖς. Ita scriptum inuenimus in omnibus codicibus, hoc loco, & paulo pòst uersu 41. sed non dubium est quin Euangelista spectet uulgi opinionẽ potius quàm quod res erat. Nam (ut posteà cõmemorat) habebatur Iosephus pro Christi patre. Et paulo pòst, uersu 33. & 48. ita appellatur: quum tamen (ut pulchrè dicit Nazianzenus) Christus quatenus Deus est, ἀμήτωρ existat, quatenus homo ἀπάτωρ: & rursus, Quia unus est, unũ tantũ patrem & unam matrẽ habeat: sed illum quidem Deũ, hanc aũt hominem, quia in ipso diuersæ distinctæq; naturæ coaluerunt. Iraq; nõ est cur Hebionitæ aut alij hæretici ex hoc loco & alijs similibus cõcludant Iesum fuisse Iosephi filiũ. In Vulgata editione addit relatiuũ eius, ὃν. 28 Tunc ipse, καὶ αὐτὸς. Vulg. & ipse. Eras. ipse quoq; quasi scilicet alij quoq; sint Christũ complexi. Vide suprà, uersu 15. 29 Dimittis, ἀπολύεις: id est, decedendi potestatẽ facis: ex hac uita scilicet, ut patrib. meis adiungar: id est, ut ad te redeam. Nam Dominus eum ad æternũ pacem properantem uelut è medio cursu reuocarat. Sanctos aũt emorientes Deus à se non ablegat, sed ad se potius reuocat, sicut princeps quispiam qui legatis facit copiam ex prouincia reuertendi. Vel τὸ ἀπολύειν respondet uerbo תנית, quod etiã significat statuere & collocare. ut sit hæc sententia: Nunc demũ Domine seruum tuum in uera pace ac trãquillitate constituis, ut qui præsens oculis suis conspexerit tuum Messiam: id est, illum ipsum à quo uno fœlicitas omnis est expectanda. Seruum tuũ, τὸν δῦλόν σου. Hebr. עבדך: id est, me qui sum seruus tuus. Secundum uerbũ tuum, κατὰ τὸ ῥῆμά σου, Hebr. כאמרתך: id est, quemadmodũ mihi pollicitus es. Respicit enim illud quod diuinitus intelexerat, ut paulo antè narrauit Lucas. In pace, ἐν εἰρήνῃ. Hebraicè בשלום: id est fœliciter & beatè, ut alibi exposuimus. 30 Viderũt oculi mei, εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου. Hebr. ראו עיני. Est aũt huius pleonasmi magna emphasis, ut quũ Latinè dicimus, His ego oculis uidi, ut uideri possit Pleonasmus nõ esse. Nam animo quoq; & opinione dicimur aliquid uidere. Hic autẽ de corporeo Christi conspectu sibi gratulatur Simeon: quem tamen antea fide iam erat uerè complexus, ut Abrahamus dicitur diẽ Domini uidisse. Apud Homerũ autẽ Vlysses Circen alloquens, ut uerũ conspectũ à falso & imaginario distingueret, νῶϊν, inquit, ἴν' ἰδόμεθον ἰδὼν ἑτέρω τε πάντε. C

Salutẽ tuam, σωτήριόν σου. Hebr. ישועתך ut Psal. 50. d. 23. id est eum quẽ seruãdis electis tuis destinasti: unde etiam factum ut uocetur Iesus. quod nomẽ Simeon adumbrat. Vulg. & Eras. salutare tuũ. Sed ijdem rectius Ephes. 6. c. 17 salutẽ interpretantur. Nam absurdior est amphibolia, quàm ut illi uitandę necesse sit ignotũ uocabulum quærere.

31 In oculis, κατὰ πρόσωπον. Hebr. לעיני: id est (ut alicubi dixit Virgilius) Ante ora. Sic Homer. Odyss. ν'. πρὸ ὀφθαλμῶν· ἑτάρους τὸ ἰδόμεθον ἰδόντε. Vulg. ad uerbũ, ante faciẽ: id est, tanquã signũ aliquod edito loco positũ, quò cõuer tant omniũ oculi. Alioquin κατὰ πρόσωπον accipit pro eo quod barbari dicunt, secundũ apparẽtiam, ut 2. Cor. 10. a. 1.

32 Reuelandũ Gentib. εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, Chald. לאתגלאה לגוים: id est lucẽ quę Gentibus manifestetur & illucescat. Alludit enim ad Psal. 98. a. 2. & Esa. 9. a. 2. & 42. a. 6. & 49. b. 6. Vulgata & Erasmus ad uerbum, ad reuelationem Gentium. quæ interpretatio nimium est obscura. 34 Positus est, κεῖται. Hebraicè צבוי: id est. pro scopo est constitutus & destinatus à Deo, cui sic placet gloriæ suæ consulere. Sed tamen inter reproborum casum & Dei consiliũ interuenit ipsorum corruptio & spontanea infidelitas: quæ res facit ut totam exitij sui culpam meritò sustineant, quũ Deus non aliter exequatur suum consiliũ quàm ipsorũ scelera iustè uindicãdo. Casum & resurrectionem, πῶσιν κ ἀνάστασιν. In casum scilicet reproborũ sua ipsorum culpa pereuntiũ, & in resurrectionẽ electorum quibus datur ut credãt. quod multo antè prædixit Esaias 8. c. 14. & 15. Nam uocabulũ πτῶσις sigillatim est applicãdum, non cõiunctim. Sed operępreciũ est hoc loco considerare sacrilegã eius audaciã, qui utrunq; Testamẽtum nuper ita cõuertit, ut suo arbitrio quiduis non modò detraxerit aut addiderit, sed etiã mutarit. Is igiẽ quia inter cęteros errores hunc etiã tuetur, qui homini liberũ arbitriũ concedit, à cuius uolũtate pẽdeat diuini cõsilij cõstantia: id est, qui causarũ ordinẽ prorsus inuertit. uidebat aũt uerbum κεῖσθαι nõ posse sine uiolenta interpretatione ad solum euẽtum referri, sed potius æternã Dei destinationẽ declarare. idcirco in locũ unius copulatiuę cõiunctionis, duas disiunctiuas substituit. & totũ hunc locũ ita interpretatur: Scito hunc multorum uel casui, uel resurrectioni in Israelitis destinatũ esse. Hoc est scilicet diuinæ prouidentiæ religiosè patrocinari. In signum, εἰς σημεῖον. Hebraicè למטרה ut Thren. 3. b. 12. Significat igitur Christum ueluti scopum fore, quem omnes certatim figere contendant. Sed paulo pòst discedit à translatione, quam alicubi quamuis in re dissimili, eleganter tamen expreisit Antipater in Anacreontis Epitaphio. 35 Traijciet, διελεύσεται. Vul. pertranſibit. quã interpretationẽ non reijcerẽ, nisi (ut rectè obseruat Eras.) inde arripuisset occasionẽ Augustinus parum aptę expositionis, quasi scilicet significare uoluerit Simeon fore ut hic dolor non infideret animo Mariæ, sed pertranſiret duntaxat.

Atqui

A Atqui Græcè non ſcriptum eſt παρελάβοντο, ſed λελαβόντο. Itaq; Eraſmus, ut hoc incommodum uitaret, maluit Pene trandi uocabulum uſurpare. Sed ne hæc quidem interpretatio Græco uerbo reſpondet. Nam ferrũ quidem quod traijcit, idem etiam penetrat: ſed non contrà quodcunq; penetrat, illud etiam dici poteſt traijceere.

καὶ ἦν ἄννα προφῆτις θυγάτηρ φανουὴλ ἐκ φυλῆς ἀσὴρ· αὕτη προβεβηκυῖα ἐν ἡμέραις πολλαῖς, ζήσασα ἔτη μετὰ ἀνδρὸς ἑπτὰ ἀπὸ τῆς παρθενίας αὐτῆς, 36

Erat etiã *quædam* Anna prophetiſſa, filia Phanuel, ex tribu Aſer: hæc proceſſerat in multam ætatem, & uixerat cum uiro annis ſeptem à uirginitate ſua. *Anna prophetiſſa.*

καὶ αὕτη χήρα ὡς ἐτῶν ὀγδοηκοντατεσσάρων, ἥτις οὐκ ἀφίστατο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, νηστείαις καὶ δεήσεσι λατρεύουσα νύκτα καὶ ἡμέραν. 37

Et *quum eſſet* uidua quaſi annorum octoginta quatuor, non abſcedebat à templo, ieiunijs ac deprecationibus ſeruiens Deo noctem ac diem.

καὶ αὕτη αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐπιστᾶσα, ἀνθωμολογεῖτο τῷ κυρίῳ, καὶ ἐλάλει περὶ αὐτοῦ πᾶσι τοῖς προσδεχομένοις λύτρωσιν ἐν ἰερουσαλήμ. 38

Hęc igitur eo ipſo momẽto quũ ſuperueniſſet, uicißim confitebatur Dño, & loquebatur de eo omnib. qui expectabãt redemptionẽ in Ieruſalem.

καὶ ὡς ἐτέλεσαν ἅπαντα τὰ κατὰ τὸν νόμον κυρίου, ὑπέστρεψαν εἰς τὴν γαλιλαίαν, εἰς τὴν πόλιν αὐτῶν ναζαρέτ. 39

At illi ut perfecerunt omnia ſecundum Legẽ Domini, reuerſi ſunt in Galilæam, in urbẽ ſuam Nazareth.

τὸ δὲ παιδίον ηὔξανε καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι, πληρούμενον σοφίας, καὶ χάρις θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτό. 40

Puerulus autem creſcebat, & roborabatur Spiritu, implebaturq; ſapientia: & gratia Dei erat ſuper ipſum. *Puer Chriſtus.*

B καὶ ἐπορεύοντο οἱ γονεῖς αὐτοῦ κατ' ἔτος εἰς ἰερουσαλὴμ τῇ ἑορτῇ τοῦ πάσχα. 41

Ibant uerò parentes eius quotannis Hieroſolymam feſto Paſchæ. *Deut.16.a.1.*

καὶ ὅτε ἐγένετο ἐτῶν δώδεκα, ἀναβάντων αὐτῶν κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἑορτῆς, 42

Et quũ factus eſſet annorũ duodecim, aſcenderunt ipſi Hieroſolymã ſecundum ritum feſti:

καὶ τελειωσάντων τὰς ἡμέρας, ἐν τῷ ὑποστρέφειν αὐτούς, ὑπέμεινεν ἰησοῦς ὁ παῖς ἐν ἰερουσαλὴμ· καὶ οὐκ ἔγνω ἰωσὴφ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ. 43

Peractiſq; eius diebus, quum reuerterentur illi, remanſit puer Ieſus in Ieruſalem: neque *id* cognouerunt Ioſeph & mater eius.

νομίσαντες δὲ αὐτὸν ἐν τῇ συνοδίᾳ εἶναι, ἦλθον ἡμέρας ὁδὸν, καὶ ἀνεζήτουν αὐτὸν ἐν τοῖς συγγενέσι καὶ ἐν τοῖς γνωστοῖς· 44

Exiſtimantes autem eum eſſe in comitatu, ierunt uiam *unius* diei: ac requirebãt eum inter cognatos & inter notos.

καὶ μὴ εὑρόντες αὐτὸν, ὑπέστρεψαν εἰς ἰερουσαλὴμ, ζητοῦντες αὐτόν. 45

Et quum non inueniſſent eum, reuerſi ſunt in Ieruſalem, quærentes eum.

C καὶ ἐγένετο, μεθ' ἡμέρας τρεῖς εὗρον αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ, καθεζόμενον ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων, καὶ ἀκούοντα αὐτῶν, καὶ ἐπερωτῶντα αὐτούς. 46

Et factum eſt, triduo poſt inuenerunt eum in templo ſedentem in medio doctorum, & audientem eos, ac interrogantem eos. *Ieſus cum doctoribus diſputat.*

ἐξίσταντο δὲ πάντες οἱ ἀκούοντες αὐτοῦ, ἐπὶ τῇ συνέσει καὶ ταῖς ἀποκρίσεσιν αὐτοῦ. 47

Percellebantur autem omnes qui eum audiebant, ſuper intelligentia & reſponſis eius.

καὶ ἰδόντες αὐτὸν, ἐξεπλάγησαν. καὶ πρὸς αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ εἶπε· τέκνον, τί ἐποίησας ἡμῖν οὕτως; ἰδοὺ ὁ πατήρ σου κἀγὼ ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε. 48

Et uiſo eo attoniti ſunt: & dixit mater eius ad eũ: Fili, cur ita feciſti nobis? ecce, pater tuus & ego cruciati quærebamus te.

καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς, τί ὅτι ἐζητεῖτέ με; οὐκ ᾔδειτε ὅτι ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου δεῖ εἶναί με; 49

Tunc ait ad eos: Quid eſt quòd quærebatis me? *an* neſciebatis quòd in ijs quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?

καὶ αὐτοὶ οὐ συνῆκαν τὸ ῥῆμα ὃ ἐλάλησεν αὐτοῖς. 50

Sed ipſi non intellexerũt uerba quæ loquutus eſt ipſis.

καὶ κατέβη μετ' αὐτῶν, καὶ ἦλθεν εἰς ναζαρέτ. καὶ ἦν ὑποτασσόμενος αὐτοῖς. καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ διετήρει πάντα τὰ ῥήματα τοῦτα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς. 51

Deſcendit autẽ cum eis, uenitq; Nazareth: eratq; ſubiectus eis. & mater eius conſeruabat omnia hæc in corde ſuo.

37 Et *quum eſſet* uidua, καὶ αὐτὴ χήρα. Vulg. & Eraſ. Et hæc uidua. Apparet Hebraicã eſſe repetitionẽ in αὐτὴ & ἡ, quã noluimus imitari, ne non ſatis cohæreret oratio. Sed duplicis relatiui loco expreſsimus participiũ ὖσα, quod in Græco ſermone ſubauditur. Quaſi, ἥτις. Vulg. uſq; ad: id eſt, ὡσεί, quod ſcriptũ erat in codicibus uetuſtis 8. & 14.

Deprecationibus, δεήσεσι. Sic rectè Eraſ. ut annotabimus Act. 1. c. 14. Vulgata, obſecrationibus: quũ Græcis Obſecrare ſignificet τὸ αἰτεῖσθαι, ut idem Eraſ in hunc locum annotauit. Seruiens Deo, λατρεύουσα. Quid ſit λατρεύειν, diximus Matth. 4. b. 10. Addidimus autem tertium caſum, ut amphiboliam uitaremus. 38 Eo ipſo momẽto, αὐτῇ τῇ ὥρᾳ. Vide Matth. 9. c. 22. Viciſim confitebatur, ἀνθωμολογεῖτο. Vulgata, confitebatur: id eſt, ὡμολόγειτο. Sed (ut rectè obſeruat Eraſmus) non erat negligẽda particula ἀντὶ, qua ſignificatur Annã quaſi ſuccinuiſſe Simeoni in prædicando Meſsiç aduentu. Hunc enim intelligimus appellatione κυρίου. Nam ſi poſt αὐτῷ ſubaudias πρῶτον, antecedens uidebitur longius petitum. In Ieruſalem, ἐν ἰερουσαλήμ. In uno codice ſcriptũ legimus ἐν τῷ ἰσραὴλ, in Iſrael. Sed & in nonnullis exemplaribus Latinis ſimpliciter legitur, redemptionem Iſrael. 40 Implebaturq;, πλησούμενον. Vulgata, plenus, πλήρης. Eraſmus autẽ rectè expreſsit uim participij, quo ſignificatur diuinç naturę infinita illa uis pro ætatis progreſſu ſeſe in homine Chriſto exeruiſſe. 44 Ierunt, ἦλθον. Vulgata & Eraſ. uenerunt. Apparet autẽ ἐρχεσθαι poſitum eſſe pro ἰέναι: id eſt, iter facere. 48 Cruciati, ὀδυνώμενοι. Vulgata & Eraſmus, dolentes, λυπούμενοι. Sed τὸ ὀδυνᾶσθαι uidetur ἐμφατικώτερον.

51 Et ſta-

Iesus autem proficiebat sapientia, & statura, ac gratia apud Deum & homines. 52

CAP. III.

ANno autem decimoquinto imperij Tiberij Cæsaris, Pontio Pilato præside Iudææ, tetrarcha Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis, & Lysaníæ Abilenes tetrarcha, 1

Ioannes hortatur ad resipiscẽtiam, docens Christum uenisse. Act.4.a.6. Matth.3.a.2. Marc.1.a.4. Esa.40.a.3. Ioan.1.c.23.

Sub Pontificibus Anna & Caiapha, factum est uerbum Domini ad Ioannem Zachariæ filium, in deserto. 2

Venit igitur in omnem regionem circumiacentem Iordani, prædicans Baptismum resipiscentiæ in remissionem peccatorum: 3

Vt scriptum est in libro sermonũ Esaiæ prophetæ, dicentis: Vox clamãtis in deserto, Parate uiam Domini, rectas facite semitas eius. 4

Omnis uallis implebitur, & omnis mons & collis deprimetur: & quę curua sunt, fient *ita* recta, & asperæ uiæ *fient* planæ. 5

Salus Dei. Viperæ. Matth.3.b.7.

Videbitq; omnis caro salutem Dei. 6

Dicebat igitur turbę uenienti ut baptizaretur ab ipso: Progenies uiperarum, quis pręmonstrauit uobis ut fugeretis à futura ira? 7

Opera resipiscentium. Abrahæ filij à Deo.

Ferte igitur fructus dignos ijs qui resipuerint, & ne cœperitis dicere apud uosipsos: Patrẽ habemus Abrahã. dico enim uobis q̃ possit Deus etiã ex lapidibus istis suscitare liberos Abraham. 8

Securis.

Iam uerò & securis ad radicem arborũ posita est: omnis ergo arbor non ferens fructum bonum, exciditur, & in ignem abijcitur. 9

Tunc interrogauit eum turba, dicens: Quid igitur faciemus? 10

52 Et statura, καὶ ἡλικίᾳ. Hæc deerant in uno uetere exemplari. Puto autem ab aliquo fuisse expuncta, quũ ἡλικίαν pro ætate accepit. Satis enim intelligitur ætas illius augeri qui pergit uiuere. Malè igitur Vetus interpres & Erasmus ἡλικίαν hoc loco ætatem interpretantur, quum accipiatur pro ipsa corporis statura, ut diximus Matth. 6.d.27. Idem error admissus est infrà Ephes. 4. c. 13. Cæterùm in secundo exemplari primo loco scriptum erat ἐν τῇ ἡλικίᾳ, deinde σοφίᾳ καὶ χάριτι. qui ordo melius uidetur conuenire.

IN CAP. III.

1 Decimoquinto, πρωτκαιδεκάτῳ. Ita reperitur scriptum summo consensu in omnibus exemplaribus: quod placuit annotare, ut intelligamus non conuenire Epiphanij supputationem, qui quatuor Herodis magni postremos annos Christi uitæ tribuit. Nam si uerum est, Archelaum Herodis successorem nouem annis partim Regem, partim Tetrarcham Iudæę fuisse, cui deinde tres præsides usque ad annum Tiberij primum successerint, ut intelligimus ex Iosepho: necesse est dicamus, cui annus tricesimus in annum decimumquintum Tiberij incidit, ultimo anno Herodis & natum esse, & in Aegyptum deportatum, unde redierit quum iam Archelaus in patris regnum succeisisset. Imperij, ἡγεμονίας. Apparet Lucam minimè fuisse solicitum de Tiberij imperio à Pilati præfectura distinguendo. Itaque nemo mirari debet quòd contra meum morem idem uocabulum in eodem uersiculo diuersis modis sim interpretatus. Sed & Græcos reliquos authores, qui Cæsarum uitas scripserunt, uideo sibi non constare. Nam pro imperio interdum ἡγεμονίαν, interdum ἀρχὴν, modò αὐτοκράτορα ἀρχὴν, modò αὐτοκράτορα dicunt. Præsides autem prouinciarum ferè uocant ὑπάρχους uel ἐπάρχους, nonnunquã etiam ἡγεμόνας. 2 Ad Ioannem, ἐπὶ ἰωάννῃν, id est, πρὸς ἰωάννην, ut Hebræi usurpant אל pro על. 5 Fient, ἔσται, Hebr יהיו: id est, γενέσθωσαν fient, ut diximus Matth. 19.a.5. ubi tres Hebraismos exposuimus qui hoc quoq; loco usurpantur. Ponitur enim Esse pro Fieri, & additur præpositio contra Græcæ & Latinæ linguæ consuetudinem: Caro denique pro homine accipitur.

6 Salutem Dei, σωτήριον θεοῦ: id est, Messiam, salutis unicum organum à Deo non uni duntaxat genti Iudæorum, sed toti mundo exhibitum. Vulgata & Erasmus, salutare Dei: de quo diximus suprà uersu trigesimo.

7 Venienti, ἐκπορευομένοις: id est, quæ domo profecta, ad eum uenerat: ut diximus Marci 8. b. 11. Nam familiare est Hebræis, posito uno uerbo alterũ consequens intelligere, quum Græci & Latini potius soleant ex consequenti sumere antecedens. ut Prouerb. 25. c. 22. גחלים אתה חתה על ראשו: id est, carbones tu accipies super caput eius: id est, accipies & pones. 8 Ne cœperitis dicere, μὴ ἄρξησθε λέγειν. In secundo codice scriptum erat, μὴ δόξητε λέγειν, sicut apud Matthæum legimus: id est, ne putetis uobis dicendum. 10 Quid igitur faciemus? τί οὖν ποιήσωμεν; In eodem exemplari additur ἵνα σωθῶμεν; ut seruemur?

11 Impertiat,

καὶ Ἰησοῦς προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι παρὰ θεῷ καὶ ἀνθρώποις. A

ΚΕΦ γ.

ΕΝ ἔτει δὲ πρωτκαιδεκάτῳ τῆς ἡγεμονίας Τιβερίου καίσαρος, ἡγεμονεύοντος ποντίου πιλάτου τῆς ἰουδαίας, καὶ τετραρχοῦντος τῆς γαλιλαίας ἡρῴδου, φιλίππου δὲ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ τετραρχοῦντος τῆς ἰτουραίας καὶ τραχωνίτιδος χώρας, καὶ λυσανίου τῆς ἀβιληνῆς τετραρχοῦντος, 1

ἐπ' ἀρχιερέως ἄννα καὶ καϊάφα, ἐγένετο ῥῆμα θεοῦ ἐπὶ ἰωάννην τὸν τοῦ ζαχαρίου υἱὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ. 2

καὶ ἦλθεν εἰς πᾶσαν τὴν περίχωρον τοῦ ἰορδάνου, κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, 3

ὡς γέγραπται ἐν βίβλῳ λόγων ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος· φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ. 4

πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται, καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται. καὶ ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, καὶ αἱ τραχεῖαι εἰς ὁδοὺς λείας. 5 B

καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ. 6

ἔλεγεν οὖν τοῖς ἐκπορευομένοις ὄχλοις βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ· γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς; 7

ποιήσατε οὖν καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας, καὶ μὴ ἄρξησθε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς· πατέρα ἔχομεν τὸν ἀβραάμ. λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι δύναται ὁ θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ ἀβραάμ. 8

ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται. παν οὖν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται. 9

καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν οἱ ὄχλοι, λέγοντες· τί οὖν ποιήσωμεν; 10

A ἀποκριθεὶς δὲ λέγει αὐτοῖς· ὁ ἔχων δύο χιτῶνας, μεταδότω τῷ μὴ ἔχοντι. καὶ ὁ ἔχων βρώματα, ὁμοίως ποιείτω. 11 Respõdens autem dixit eis: Qui habet duas tunicas, impertiat non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. *Tunica. Esca. Iacob.2.c.15 1.Ioan.3.c.17*

ἦλθον δὲ καὶ τελῶναι βαπτισθῆναι, καὶ εἶπον πρὸς αὐτόν· διδάσκαλε, τί ποιήσωμεν; 12 Venerunt autem & Publicani ut baptizarentur: & dixerunt ad eũ: Magister quid faciemus? *Publicani.*

ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς, μηδὲν πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον ὑμῖν πράσσετε. 13 Ipse uerò dixit ad eos: Nihil amplius quàm quod constitutum est uobis, exigite.

ἐπηρώτων δὲ αὐτὸν καὶ στρατευόμενοι, λέγοντες· καὶ ἡμεῖς τί ποιήσωμεν; καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· μηδένα διασείσητε, μηδὲ συκοφαντήσητε, καὶ ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν. 14 Interrogarunt autem eum etiam milites, dicentes: Et nos quid faciemus? Et ait eis: Neminem concutite, neq; calumniemini: & contenti estote stipendijs uestris. *Milites.*

προσδοκῶντος δὲ τοῦ λαοῦ, καὶ διαλογιζομένων πάντων ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν περὶ τοῦ ἰωάννου, μήποτε αὐτὸς εἴη ὁ χριστός, 15 Expectante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, númnam ipse esset Christus ille: *Testimonium Ioannis de Christo.*

ἀπεκρίνατο ὁ ἰωάννης ἅπασι, λέγων· ἐγὼ μὲν ὕδατι βαπτίζω ὑμᾶς, ἔρχεται δὲ ὁ ἰσχυρότερός μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ, αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί· 16 Respondit Ioannes, dicens uniuersis: Ego quidem aqua baptizo uos: sed uenit qui ualidior me est, cuius non sum dignus qui soluam corrigiam solearum: ipse uos baptizabit Spiritu sancto & igni. *Matth.3.c.11 Marc.1.a.8 Ioan.1.d.26 Act.1.a.5.& 8.a.4 & 11.b.16.& 19.a.4 Baptizare Spiritu sancto.*

οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ τὴν B ἅλωνα αὐτοῦ, καὶ συνάξει τὸν σῖτον εἰς τὴν ἀποθήκην αὐτοῦ, τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ. 17 Cuius uentilabrum in manu ipsius, & permũ dabit areã suã: & coget triticum in horreũ suũ, paleam autem exuret igni inextinguibili. *Matth.3.c.12. Palea.*

πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἕτερα παρακαλῶν εὐηγγελίζετο τὸν λαόν. 18 Multa igitur etiam alia admonens, euangelizabat populo.

ὁ δὲ ἡρῴδης ὁ τετράρχης ἐλεγχόμενος ὑπ' αὐτοῦ περὶ Ἡρῳδιάδος τῆς γυναικὸς Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ περὶ πάντων ὧν ἐποίησε πονηρῶν ὁ ἡρῴδης, 19 Herodes autem tetrarcha quum argueretur ab eo de Herodiade uxore Philippi fratris eius, deq; omnibus sceleribus quæ ipse fecerat, *matth.14.a.3 marc.6.c.17*

προσέθηκε καὶ τοῦτο ἐπὶ πᾶσι, καὶ κατέκλεισε τὸν Ἰωάννην ἐν τῇ φυλακῇ. 20 Adiecit & hoc super omnia, quòd inclusit Ioannem in carcerem. *Herodes incarcerat Ioannem.*

ἐγένετο δὲ ἐν τῷ βαπτισθῆναι ἅπαντα τὸν λαὸν, καὶ Ἰησοῦ βαπτισθέντος, καὶ προσευχομένου, ἀνεῳχθῆναι τὸν οὐρανὸν· 21 Factum est autem quum baptizaretur omnis populus, & Iesus baptizatus esset & oraret, ut apertum sit cœlum: *Baptizatur Christus. matth.3.d.13 marc.1.a.9 Ioan.1.c.32*

καὶ καταβῆναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον σωματικῷ εἴδει ὡσεὶ περιστερὰν ἐπ' αὐτόν, καὶ φωνὴν ἐξ οὐρανοῦ γενέσθαι, λέγουσαν· σὺ εἶ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν σοὶ εὐδόκησα. 22 Ac descẽderit Spiritus sanctus corporea specie quasi columba, super ipsum: & uox de cœlo facta sit, dicens: Tu es filius ille meus dilectus, in te acquiesco.

καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος ὤν, ὡς ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσὴφ τοῦ Ἡλί, 23 Ipse autem Iesus incipiebat esse quasi annorum triginta, filius (ut existimabatur) Ioseph, qui fuit *filius* Heli, *Catalogus maiorum Christi.*

C 11 Impertiat, μεταδότω. Vulg. det: id est, δότω, sensu aliquantulũ diuerso. 13 Exigite, πράττετε. Vulg. faciatis: quę est altera uerbi πράττειν significatio. Sed illam melius conuenire, uel illud ostendit quòd paulo pòst cap. 13. g. 58. πράκτορες uocantur qui multas exigunt: ut obseruat Erasmus, & probat Budæus in Commentarijs. 14 Milites, στρατευόμενοι: id est, στρατεύεται. Nam alibi admonuimus, Hebræos uti participijs loco nominum, quæ uerbalia Grammatici uocant. Stipendijs uestris, ὀψωνίοις ὑμῶν. Quid obsonij appellatione intelligatur, omnes norunt. Hic autem pro stipendio militari accipi puto, quia non modò pecunia, sed etiam cibaria militibus dabantur: id est, τροφὴ καὶ γέφυρα siue ἄδρα, ut uocat Dion. unde etiam dictus est Sextarius castrensis, duarum urnarum capax, sicut docet harum rerum peritissimus Georgius Agricola. 18 Admonens, παρακαλῶν. παρακαλῶν interdum etiam precari, interdum consolari declarat. Hoc autem loco idem ualet atque τὸ παραινῶν. Rectè igitur Vulgata & Erasmus conuerterunt, exhortans: sed seruiendum fuit Latinæ constructioni. 19 Ipse, ὁ ἡρῴδης. Hebrea repetitio antecedentis loco relatiui, de qua alibi dictum est à nobis. 20 Quòd inclusit, καὶ κατέκλεισεν. Vulgata & Erasmus, & inclusit: ita ut uideantur ista non satis cohærere. Puto igitur καὶ pro ὅτι usurpari hoc loco, ut interdum apud Hebræos יאשר pro ש, uel אשר. 23 Ipse autem Iesus, &c. καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς. Hic locus paulo aliter citatur ab Epiphanio ἐκτὰ Ἑβραίων, & bis ἐκτὰ τῶν αὐτῶν. Legit enim, ἦν Ἰησοῦς ἀρχόμενος ἄνευ δὲ τοῦ τριάκοντα, ὃν ᾠήθησαν, ὡς ἐνομίζετο, τοῦ Ἰωσήφ. id est, Iesus autẽ incipiebat esse quasi triginta annorum, filius existens (ut existimabatur) Iosephi. Hanc autem lectionem maximè probo, quia si ὢν cõiungas cum ἀρχόμενος, ut scriptum sit ἦν ἀρχόμενος ὤν, durior erit hæc loquendi formula, pro ἦρχετο ὤν, uel ἦσαν. Eadem tamen est sententia, utramuis lectionem sequamur. Qui fuit *filius* Heli, τοῦ ἡλί. De hac eclipsi alibi. Non desunt qui γενέσθαι malint subaudire, quod mihi non placet. Videtur enim eadem potius ratione eclipsis supplenda in Iosepho atque in alijs qui sequuntur. neque etiam nouum aut à ratione alienum est, ut generi uocentur socerorum filij, quum nurus suas Noemi filias uocet. Deinde sunt aliæ etiam rationes quibus Matthæus & Lucas in hac genealogia concilientur, quæ ex alijs peti possunt. Nũc uerò satisfeciſſe uidebor officio meo, si diuersas duntaxat lectiones annotaro: quæ quidem alicuius sunt momenti. Nam comperio in his scribendis nominibus infinitam esse codicum uarietatem, partim propter summam Hebrææ linguæ imperitiam in plerisque non modò

librarijs, sed etiam interpretibus alioquin pijs & eruditis: partim etiam quia puncta uocalia non omnes Hebræi eodem modo pronunciant.

Qui fuit Mathat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianna, qui fuit Ioseph,
Qui fuit Matthathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Esli, qui fuit Nagge,
Qui fuit Maath, qui fuit Matthathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda,
Qui fuit Ioanna, qui fuit Rhesa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri,
Qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Elmodam, qui fuit Er,
Qui fuit Iose, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Mattha, qui fuit Leui,
Qui fuit Simeō, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Ionam, qui fuit Eliacim,
Qui fuit Melea, qui fuit Menam, qui fuit Matthatha, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid,
Qui fuit Iesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salomon, qui fuit Naasson,
Qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Efron, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ,
Qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Tharæ, qui fuit Nachor,
Qui fuit Saruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale,
Qui fuit Arphaxad, qui fuit Sē, qui fuit Noe, qui fuit Lamech.
Qui fuit Mathusala, qui fuit Henoch, qui fuit Iared, qui fuit Mahalaleel, qui fuit Cainan,
Qui fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

24 τοῦ ματθὰτ, τοῦ λευΐ, τοῦ μελχί, τοῦ ἰαννὰ, τοῦ ἰωσήφ,
25 τοῦ ματτα θίου, τοῦ ἀμὼς, τοῦ ναοὺμ, τοῦ ἐσλὶ, τοῦ ναγγαὶ,
26 τοῦ μαὰθ, τοῦ ματταθίου, τοῦ σεμεΐ, τοῦ ἰωσήφ, τοῦ ἰούδα,
27 τοῦ ἰωαννᾶ, τοῦ ῥησὰ, τοῦ ζοροβαβὲλ, τοῦ σαλαθιὴλ, τοῦ νηρὶ,
28 τοῦ μελχὶ, τοῦ ἀδδὶ, τοῦ κωσὰμ, τοῦ ἐλμωδὰμ, τοῦ ἤρ,
29 τοῦ ἰωσὴ, τοῦ ἐλιέζερ, τοῦ ἰωρεὶμ, τοῦ ματθὰτ, τοῦ λευΐ,
30 τοῦ συμεὼν, τοῦ ἰούδα, τοῦ ἰωσὴφ, τοῦ ἰωνὰμ, τοῦ ἐλιακεὶμ,
31 τοῦ μελεᾶ, τοῦ μαϊνὰμ, τοῦ ματταθὰ, τοῦ ναθὰμ, τοῦ δαβὶδ,
32 τοῦ ἰεσσαὶ, τοῦ ὠβὴδ, τοῦ βοὸζ, τοῦ σαλμὼν, τοῦ ναασσὼν,
33 τοῦ ἀμιναδὰβ, τοῦ ἀρὰμ, τοῦ ἐσρὼμ, τοῦ φαρὲς, τοῦ ἰούδα,
34 τοῦ ἰακὼβ, τοῦ ἰσαὰκ, τοῦ ἀβραὰμ, τοῦ θαρὰ, τοῦ ναχὼρ,
35 τοῦ σαρὲχ, τοῦ ῥαγαῦ, τοῦ φαλὶκ, τοῦ ἑβὲρ, τοῦ σαλὰ,
36 τοῦ καϊνὰμ, τοῦ ἀρφαξὰδ, τοῦ σὴμ, τοῦ νῶε, τοῦ λαμεχ,
37 τοῦ μαθουσάλα, τοῦ ἐνὼχ, τοῦ ἰαρὲδ, τοῦ μαλελεὴλ, τοῦ καϊνὰμ,
38 τοῦ ἐνὼς, τοῦ σὴθ, τοῦ ἀδὰμ, τοῦ θεοῦ.

CAP. IIII.

Christus tentatur in deserto. Matth.4.a.1 Marc.1.b.12

IEsus autem plenus Spiritu sancto, reuertit à Iordane, & actus est ab eodem Spiritu in desertum,

Dies quadraginta tentãte eum diabolo. neq; comedit quicquam per illos dies: sed ijs exactis postea esurijt.

Tunc dixit ei diabolus: Si filius es Dei, dic lapidi huic ut fiat panis.

ΚΕΦ. δ'.

1 Ἰησοῦς δὲ πνεύματος ἁγίου πλήρης ὑπέστρεψεν ἀπὸ τοῦ Ἰορδάνου, καὶ ἤγετο ἐν τῷ πνεύματι εἰς τὴν ἔρημον,
2 ἡμέρας τεσσαράκοντα πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ διαβόλου. καὶ οὐκ ἔφαγεν οὐδὲν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις· καὶ συντελεσθεισῶν αὐτῶν, ὕστερον ἐπείνασε.
καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ διάβολος, εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, εἰπὲ τῷ λίθῳ τούτῳ, ἵνα γένηται ἄρτος.

24 Qui fuit Ianna, τοῦ ἰαννὰ. In uno codice inter Ianna & Ioseph adscriptum erat τοῦ ἐλιέζερ, τοῦ φαρὲς, qui fuit Eliezer, qui fuit Phares. Deinde inter Ioseph & Mattathiam, interiectum est, τοῦ ἰωρὶμ, τοῦ ἰούδα, qui fuit Iorim, qui fuit Iuda. 25 Qui fuit Matthathiæ, τοῦ ματταθίου. In eodem exemplari inter Matthathiã & Amos legitur τοῦ ματταθὰ, τοῦ ἰακὼβ, qui fuit Mattath, qui fuit Iacob. Deinde inter Amos & Naum interijcitur τοῦ λευΐ, τοῦ ἰσαὰκ, qui fuit Leui, qui fuit Isaac. Præterea inter Naum & Esli adscribitur, τοῦ συμεὼν, τοῦ ἀβραὰμ, qui fuit Simeō, qui fuit Abraham. Postremò inter Esli & Nagge interpositum erat, τοῦ ἰούδα, τοῦ ἐαρὲ, qui fuit Iuda, qui fuit Thara. 28 Qui fuit Elmodam, τοῦ ἐλμωδὰμ. In uno exemplari legimus ἐλμαδὰδ. 29 Qui fuit Iese, τοῦ ἰωσὲ. Alibi scriptum erat ἰωσῆ, Ieso: alibi ἰησοῦ, Iesu. 36 Qui fuit Arphaxad, ἀρφαξὰδ. Ante hoc nomen legitur τοῦ καϊνὰμ, quod non dubitauimus expungere, sequuti authoritatem Mosis Gen.11.b.12. 38 Qui fuit Dei, τοῦ θεοῦ. Scilicet Filius, non quòd ab eo uel ex eo sit genitus, sed quia ab eo factus. Nam hac quoq; ratione Deus interdum sese patrem uocat, ut Deut.32.a.6.c.18.& 29.

IN CAP. IIII.

1 Ab *eodem* Spiritu, ὑπὸ τοῦ πνεύματος. A' spiritu sancto scilicet, cuius mentio facta est in superiore mẽbro. Nam articulus uim habet ἀνταφορᾶς: aut etiam repetitur antecedens pro relatiuo, Hebræorum more. Vulgata, in spiritu, id est ברוח. Solent enim Hebræi, ut sæpe iam diximus, causarum omne genus interdum exprimere præfixa litera ב, quæ pro uaria causæ ratione explicanda est. Hic autem nemo non uidet ὑπὸ τῷ πνεύματι, idem declarare atq; ἀπὸ τοῦ πνεύματος. Erasmus, per spiritum: id est, διὰ τοῦ πνεύματος: quæ expositio non satis conuenit, & uidetur etiam ambigua. Posset enim ita accipi quasi non re uera, sed κατ' ἐπίνοιαν, id est imaginariè, fuerit actus in desertum, ut etiam annotauimus suprà cap.2.d.26. 2 Dies quadraginta, τεσσαράκοντα ἡμέρας. Vetus interpres hæc coniungit cum uerbo ἤγετο, contra fidem omnium exemplarium quæ uidimus. Ita tamen distinguit Eusebius ἀπὸ διαφ. γ. διαφ. β. & mihi quoque non displicet hæc distinctio, si modò ex Marco suppleas quod hic deesse uidetur perficiendæ sententiæ, hoc modo scilicet: Et actus est ab eodem Spiritu in desertum, fuitq; illic dies quadraginta, tentante eum diabolo.

Tentante

A Tentante *cum* dia. πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ διαβόλου. Vulgata & Erasmus, & tentabatur à diabolo. Nam ut annotauimus Marci 1.b.13. raro à Latinis usurpatur passiuum participium præsentis temporis: qua de re adhuc inter Grammaticos certatur. Sic igitur nos quoque conuertimus apud Marcum. Sed mihi postea in mentem uenit, multo commodius hoc exprimi posse, passiuo in actiuum mutato, ut hic fecimus, & paulo post uersu 15.

ὁ δὲ ἀπεκρίθη πρὸς αὐτὸν λέγων· γέγραπται, ὅτι οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι θεοῦ. 4 Et respondit ei Iesus, dicens: Scriptum est: Quòd non pane solo uiuet homo, sed omni uerbo Dei. *Vita in uerbo Dei.* Deut.8.a.3 Matth.4.a.4

καὶ ἀναγαγὼν αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς ὄρος ὑψηλὸν, ἔδειξεν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τῆς οἰκουμένης ἐν στιγμῇ χρόνου. 5 Tunc quũ subduxisset eum diabolus in montem sublimem, indicauit ei omnia regna terræ in puncto temporis.

καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ διάβολος· Σοὶ δώσω τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἅπασαν, καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν· ὅτι ἐμοὶ παραδέδοται, καὶ ᾧ ἐὰν θέλω, δίδωμι αὐτήν. 6 Et ait ei diabolus: Tibi dabo potestatem hanc uniuersam, & gloriam illorum *regnorum*. nam mihi tradita est, & cuicunque uoluero, do eam.

σὺ οὖν ἐὰν προσκυνήσῃς ἐνώπιόν μου, ἔσται σοῦ πᾶσα. 7 Itaque si tu adoraueris me, erunt tua omnia. *Adorare.*

καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ· γέγραπται γάρ, προσκυνήσεις κύριον τὸν θεόν σου, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. 8 Respondens autem Iesus dixit ei: Abscede à me, Satana. scriptum est enim: Adorabis Dominum Deum tuum, & ei soli seruies. *Seruiendũ Deo.* Deut.6.c.16.& 10.d.20

καὶ ἤγαγεν αὐτὸν εἰς Ἰερουσαλήμ, καὶ ἔστησεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· εἰ ὁ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, βάλε σεαυτὸν ἐντεῦθεν κάτω· 9 Tum duxit eum in Ierusalem, statuitq; eum super pinnaculum templi: & dixit ei: Si filius Dei es, iace teipsum hinc deorsum.

γέγραπται γὰρ, ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, τοῦ διαφυλάξαι σε· 10 Scriptum est enim, quòd Angelis suis mandabit de te, ut custodiant te. Psal.91.c.12

καὶ ὅτι ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου. 11 Et quòd in manus tollent te, nequando offendas ad lapidem pedem tuum.

καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, ὅτι ἐρρέθη, οὐκ ἐκπειράσεις κύριον τὸν θεόν σου. 12 Sed respondens Iesus, ait ei: Dictum est, Nõ tentabis Dominum Deum tuum. Deut.6.c.16

καὶ συντελέσας πάντα πειρασμὸν ὁ διάβολος, ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ ἄχρι καιροῦ. 13 Et finita omni tentatione, diabolus abscessit ab eo ad tempus.

καὶ ὑπέστρεψεν ὁ Ἰησοῦς ἐν τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καὶ φήμη ἐξῆλθε καθ' ὅλης τῆς περιχώρου περὶ αὐτοῦ. 14 Reuersus est autem Iesus cum uirtute Spiritus in Galilæam: & fama de eo peruenit in totam circumiacentem regionem.

4 Et respõdit ei, ὁ δὲ ἀπεκρίθη πρὸς αὐτόν. Heb. ויאמר אליו pro ויען לו uel איתיר: quã cõstructionẽ Latini & Græci quoq; respuũt, nisi quum de re agitur. Dicimur enim respondere ad aliquid, non ad aliquem. Nã illud Plinij, Quũ ad eos respõdissem, fortasis est ἀπαξιωμένου. Sed & apud unum Lucã reperias hãc cõstructionẽ uerbi ἀποκρίνεσθαι, eamq; non ita frequenter, nimirum infrã cap.6.a.3.& 14.a.5.& Act.25.d.16. Quòd non, ὅτι οὐκ. Particulam ὅτι ab Erasmo prætermissam non puto redundare, sed potius ἐλλικῶς poni, atque adeò repeti ex ipso Mose, Deut.8.a.4. Pane, ἐπ' ἄρτῳ. Heb. על לחם pro quo Vetus interpres ad uerbum, in pane. Sed Latinos constat in hoc dicendi genere omittere præpositionem. 5 In puncto temporis, ἐν στιγμῇ χρόνου. Hebræi רגע: id est, in momento temporis, ut uertit Vetus interpres, diuersa tamen translatione, nimirum à ponderibus sumpta. Momentum enim puto id esse quòd Græci ῥοπὴν uocant. Sed uereor ut in hoc dicẽdi genere explicando nõ rectè sentiat Erasmus, sumptã esse metaphorã à puncto Mathematico. Neq; enim uulgò Geometræ suum punctum uocant στιγμὴν, sed σημεῖον, ut C uideatur potius orta translatio à scribis & librarijs, apud quos στιγμὴ in pingendis literarum notis uidetur esse id cuius apud Geometras σημεῖον in lineis animo concipiendis idea quædam est. 6 Potestatem, ἐξουσίαν. Potestatem uocat Satanas metonymicè (ut opinor) nõ tam ius ipsum monarchiæ, quàm ipsas regiones orbis terrarum: quo modo Romanum imperium dicitur tota ditio Romano Imperatori subiecta. Nam alioquin dicendum erat, dabo tibi potestatem in hæc omnia. Illorum *regnorum*, αὐτῶν. Subauditur βασιλειῶν. quæ eclipsis in Latino aut Græco sermone nullum locum habet, quia non satis cohæret cum proximo eiusdem periodi membro. Tradita est, παραδέδοται. Tradita est scilicet hæc potestas & gloria. Verè hactenus Satan qui princeps est huius mũdi. Sed quod subijcit, falsum est. Neq; enim pleno iure princeps est mundi, sed precario duntaxat, & quidem definita potestate. Vulgata & Erasmus, tradita sunt: quæ interpretatio non respondet Græcis, nisi pro αὐτῶν scribas αὐτὰ, ut etiam legit Vetus interpres. 7 Si tu adoraueris me, σὺ οὖν ἐὰν προσκυνήσῃς ἐνώπιόν μου. Vulgata ad uerbum, si adoraueris corã me. Erasmus, si adoraueris *prouolutus* coram me. Ego malui ἐνώπιόν μου accipere pro simplici pronomine, ut sæpe apud Hebræos לפני ponitur simplicis affixi loco. Sed notanda est traiectio pronominis σὺ, quam miror seruatam fuisse ab interpretibus, quum in Latino sermone diuersam requirat constructionem. Referretur enim ad uerbum posterius, ut omnino dicendum fuerit, Tu igitur, si adoraueris me, omnia possidebis. In uno codice additum erat πεσὼν procidens. Omnia, πάντα. Ita loquitur Satan, quia totius mundi regna illi ostentabat ex montis uertice; quod tamen non ita accipio, quasi uel sit ullus mons tam sublimis, ut ex eo despici possit uniuersus mundus, uel imaginariè hæc facta sint, ut putat Theophylactus: sed quòd ex editissimo monte Satan subiecta regione amplissima, situm regionum per singulas mundi partes Christo commonstraret. Sed pro πάντα, in omnibus uetustis codicibus legimus πᾶσα, quod uidetur melius cohærere cum superiore uerticulo, ut conuertas ἔσται σοῦ πᾶσα, tota tua erit, scilicet gloria illa quam dixi mihi esse traditam. 8 Abscede à me, Satana, ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ. Vide Marci 8.d.33. Cæterùm neq; in uulgata editione, neque in ueteribus codicibus, secundo, septimo & octauo, hæc leguntur. In reliquis autem exemplaribus & apud Theophylactum reperiuntur. Enim, γάρ. Hæc particula deerat in

codicibus quorum paulo antè memini. Seruies, λατρεύσεις. Erasmus, coles. Vide Matth. 4. b. 10.

Nam ipse docebat in synagogis eorum, omnibus ipsum glorificantibus. 15 καὶ αὐτὸς ἐδίδασκεν ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, δοξαζόμενος ὑπὸ πάντων.

Matth. 13. g. 54 Marc. 6. a. 1 Ioan. 4. f. 43

Venit igitur in Nazareth, ubi fuerat nutritus: intrauitq; secundum consuetudinem suam die sabbathi in synagogam: & surrexit ut legeret. 16 καὶ ἦλθεν εἰς Ναζαρέτ, οὗ ἦν τεθραμμένος, καὶ εἰσῆλθε κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων εἰς τὴν συναγωγήν, καὶ ἀνέστη ἀναγνῶναι.

Tunc traditus est ei liber Esaiæ prophetæ: quumq; explicuisset librum, inuenit locum in quo scriptum erat, 17 καὶ ἐπεδόθη αὐτῷ βιβλίον Ἡσαΐου τοῦ προφήτου. καὶ ἀναπτύξας τὸ βιβλίον, εὗρε τὸν τόπον, οὗ ἦν γεγραμμένον,

Esa. 61. a. 1 Spiritus Domini super me, propterea quòd unxit me: ut euãgelizem pauperibus, misit me, ut sanem contritos corde, ut prædicem captiuis dimissionem, & cæcis uisus recuperationem, ut confractos emittam in libertatem: 18 πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμέ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με· εὐαγγελίζεσθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει,

Vt prædicem annum Domini acceptum. 19 κηρύξαι ἐνιαυτὸν κυρίου δεκτόν.

Et complicatũ librum quum reddidisset ministro, sedit, & omniũ in synagoga oculi erant intenti in eum. 20 καὶ πτύξας τὸ βιβλίον, ἀποδοὺς τῷ ὑπηρέτῃ, ἐκάθισε. καὶ πάντων ἐν τῇ συναγωγῇ οἱ ὀφθαλμοὶ ἦσαν ἀτενίζοντες αὐτῷ.

Cœpit autem dicere ad eos: Hodie impleta est hæc Scriptura audientibus uobis. 21 ἤρξατο δὲ λέγειν πρὸς αὐτούς, ὅτι σήμερον πεπλήρωται ἡ γραφὴ αὕτη ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν.

Nazarei scandalizantur in Christo. Et omnes testimonium suum ei dabant, ac mirabantur super sermonibus *plenis* gratia, qui procedebant ex ore ipsius, dicebantq;: Non ne iste est filius Ioseph? 22 καὶ πάντες ἐμαρτύρουν αὐτῷ, καὶ ἐθαύμαζον ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος, τοῖς ἐκπορευομένοις ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἔλεγον, οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς Ἰωσήφ;

16 Sabbathi, τῶν σαββάτων. Erasmus, sabbathorum. Sed rectius conuertit Vetus interpres. Est enim enallage, de qua diximus Matth. 12. a 1. nisi post τῶν σαββάτων adscribatur distinctio, ut hæc cohæreant cum participio ἀναστὰς, quẽadmodum in Theophylacto Romano distinguuntur. 17 Quumq; explicuisset, καὶ ἀναπτύξας. In secundo codice legimus, καὶ ἀνοίξας, & quum aperuisset. Est autem utrunq; hoc participium referendum ad eius temporis morẽ, quo libri non ita erant distinctis foliis compacti ut nunc sunt, sed terete baculo circumuoluti: cuius extrema uocabant umbilicos, seu quòd umbilici formam præferrent, seu quòd circumuoluto libro instar cuiusdam umbilici in medio sita apparerent. 18 Pauperibus, πτωχοῖς. Sic uerterunt Græci, quũ in Hebræo nõ legatur עניים sed עניים. Verùm quod ad sensum attinet, nihil interest. nam hic agitur de spirituali paupertate: id est, περὶ ταπεινοφρονούντων καὶ πραέων. Superbis autem resistit Deus, quales ferè sunt qui opibus abundant. Dimissionem, ἄφεσιν. Vulgata & Eras. remissionẽ, quod nõ uidetur cõuenire. Nã remittuntur debita, dimittũtur captiui. Visus recuperationẽ, ἀνάβλεψιν. Vulgata, uisum: quũ ἀνάβλεψις potius declaret redditũ uisum, quasi reuidentiam dicas, ut Erasmus obseruat in annotationibus. De hoc autem membro quid mihi uideatur, statim dicam. Vt confractos emittam in liberᾳ. ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει. Putauit Erasmus hoc membrum abundare: & certè necesse est ut uel redundet, uel quod proximè præcessit: id est, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. quod facilè intelliget quisquis Hebræa cum Græcis contulerit. Certè Ambrosius hoc posterius non legit, quantum ex eius interpretatione colligi potest. Eusebius quoq; quum in libris ἀπολάβωμεν hoc testimonium citet quinquies aut sexies, nusquam tamen hæc addidit, nisi uno tantum loco. Ego uerò non dubito quin hic factum sit quod alibi sæpe, ut quum ad marginem editionis Septuaginta (quam uocant) uel annotata esset diuersa aliqua eiusdem loci interpretatio, Aquilæ puta, aut Symmachi, aut Theodotionis, uel non dissimilis sententiæ testimonium adscriptum, librarij deinde hæc omnia promiscuè in ipso contextu descripserint. Sic igitur habent Hebræa לאסורים פקח-קוח pro quibus Septuaginta interpretes uerterũt, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. Acceperunt enim פקח-קוח pro uno uocabulo, sicut etiam Kimhi interpretatur: & quia de oculorũ apertione propriè dicitur, idcirco אסורים putarunt translatitiè significare עיורים, id est cæcos, ut constaret antithesis, quia scilicet qui uincti tenentur in carceris tenebris, non multo maiorem habent usum lucis quàm qui oculis sunt orbati, ut declaratur Esaiæ 42. b. 7. Hanc igitur interpretationem quum quispiam uel non intelligeret, uel putaret Hebræis non respondere, annotauit alium locum quo putauit istum posse illustrari: petitum scilicet ex eiusdem Prophetæ cap. 58. b. 6. ubi in Hebræo legitur רשלח רצוצים חפשים, in Græcis autem ἀπόστελλε τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει: quæ deinde in contextum irrepserunt, mutato tantùm uerbo ἀπόστελλε in ἀποστεῖλαι, quod alioquin non cohæreret constructio. Sed quisquis hunc locum primus annotauit ad marginem, res sanè dissimillimas inter se comparauit: ut nulla possit subesse suspicio duo eiusdem Prophetæ testimonia coniungi. Poterat autem quisquis ille fuit, alium locum prorsus similẽ conferre ex cap. 42. b. 7. ubi pro eo quod in Hebræis legitur לפקוח עיניים עיורות לחרציא מבית כסגר אסיר Græci habẽt ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους: id est, ut aperias oculos cæcorum, & educas ex uinculis uinctos. qui locus hunc optimè explicat, quum in utroque agatur de Christi officio. Hæc igitur mea sententia est. Sed mihi tamen religio fuit uel minimum apicem detrahere. 19 Acceptum, δεκτὸν. In Hebræo legitur רצון, id est δεδεκτὸν, ut scribit suprà cap. 2. b. 14. Addit autem Vulgata editio, & diem retributionis: id est, καὶ ἡμέραν ἀνταποδόσεως. quæ uerba in Hebræis quidem habentur, sed in multis Græcis codicibus reperiuntur hoc loco adscripta. 20 Intenti, ἀτενίζοντες. Vulgata, intendentes. Erasmus, defixi. Vide Act. 1. b. 10.

21 Audientibus uobis, ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν. Heb. באזניכם: id est (ut Vetus interpres & Erasmus ad uerbum interpretantur) in auribus uestris. Sic interdum reperias בעיניכם: id est, in oculis uestris. pro, uidentibus uobis. Sed hoc dicendi genus Latini quoque usurpant, illud repudiant. 22 Testimonium scilicet ei dabant, ἐμαρτύρουν αὐτῷ: id est, approbabant communi consensu ac uoce quæ ipse differebat. Nam τοῖς μαρτυρῶ hoc loco & alijs multis nõ declarat

A declarat simpliciter testari de aliquo, ut solent testes à Iudice rogati: sed publica professione quidpiam ita testari, ut non modò assentiaris, sed etiam laudes ac comprobes. Itaq; mihi quidem uidetur respondere uerbo Hæbræo יהד pro quo sæpe Sacri scriptores usurpant uerbum ὁμολογεῖν, unde תודה, id est, μαρτυρία καὶ ὁμολογία, ut 1. Tim. 6. c. 12. & 13. Sic apud Xenophontem lib. ἀπομνημ. α. λέγω μαρτυρῶν τούτοις: id est, ego quoque testimonio meo hæc approbo.

Ac mirabantur, καὶ ἐθαύμαζον. In sexto codice additum erat, εἰ ἔχοι, turbæ. Hinc autem licet duo colligere, quæ si fuissent conseruata, non tam facilè quibusdam licuisset tyrannidem suã constituere: nempe isti collationi Scripturarum non solos doctores, sed ipsam quoq; plebem interfuisse, & uernaculum sermonem in hac actione fuisse usurpatum, ut quiuis omnia intelligere, quiuis etiam rogare ac respondere posset, ritè tamen & certo ordine constituto, ut liquet ex Act. 13. c. 15. quem optimum ac planè necessarium Ecclesiæ morem quum Satan iam cœpisset Pauli ætate deprauare, restituit fidelis Apostolus, 1. Corinth. 14. c. 16. & deinceps. Super sermonibus *plenis* gra. ὧν τὸν λόγον τῆ χάριτι. Vulgata perobscurè, in uerbis gratiæ. Neque enim gratia hoc loco (id est, ut Hebræi loquuntur, חן) declarat gratuitam reconciliationem, sed uim illam planè diuinã quæ in Christi uerbis totoq; habitu inerat, ut qui illum audiebant, nisi qui planè erant ἀναίδεντοι, non possent non illum amare, suspicere, complecti: quod etiam apparuit in illis militibus quorum fit mentio Ioan. 7. g. 46. ut prædictum erat Psal. 45. a. 3. Erasmus, super gratia sermonum, ut fit hypallage, integro tamen sensu.

καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· πάντως ῥηθήσεταί μοι τὴν παραβολὴν ταύτην, ἰατρέ, θεράπευσον σεαυτόν. ὅσα ἠκούσαμεν γενόμενα εἰς τὴν Καπερναούμ, ποίησον καὶ ὧδε ἐν τῇ πατρίδι σου. 23

Tunc ait ad eos: Omnino dicetis mihi hoc prouerbium: Medice, cura teipsum: quæcunq; audiuimus facta fuisse in Capernaum, fac & hic in patria tua.

εἶπε δέ· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐδεὶς προφήτης δεκτός ἐστιν ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ. 24

Ait autem: Amen dico uobis, nemo Prophe ta acceptus est in patria sua. *Propheta.* Ioan. 4. f. 44

ἐπ' ἀληθείας δὲ λέγω ὑμῖν, πολλαὶ χῆραι ἦσαν 25 ἐν ταῖς ἡμέραις Ἠλίου ἐν τῷ Ἰσραήλ, ὅτε ἐκλείσθη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ ἔτη τρία καὶ μῆνας ἕξ, ὡς ἐγένετο λιμὸς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν,

Sed in ueritate dico uobis, multæ uiduæ erãt in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cœlum ad tres annos & menses sex, adeò ut orta sit fames magna per omnem terram: *Ad uiduam missus Elias.* 1. Reg. 17. b. 9 Iac. 5. d. 17

καὶ πρὸς οὐδεμίαν αὐτῶν ἐπέμφθη Ἠλίας, εἰ μὴ εἰς 26 Σάρεπτα τῆς Σιδωνίας, πρὸς γυναῖκα χήραν.

Sed ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarephtha *urbem* Sidoniæ, ad mulierem uiduã.

καὶ πολλοὶ λεπροὶ ἦσαν ἐπὶ Ἐλισαίου τοῦ προ- 27 φήτου ἐν τῷ Ἰσραήλ, καὶ οὐδεὶς αὐτῶν ἐκαθαρίσθη, εἰ μὴ Νεεμὰν ὁ Σύρος.

Et multi leprosi erant in Israel sub Elisæo propheta: sed nemo eorum purgatus est, nisi Naaman Syrus. *Leprosus Naaman.* 2. Reg. 5. d. 14

καὶ ἐπλήσθησαν πάντες θυμοῦ ἐν τῇ συναγωγῇ 28 ταῦτα,

Tum repleti sunt omnes excandescentia in synagoga, hæc audientes.

καὶ ἀναστάντες ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω τῆς πό- 29 λεως, καὶ ἤγαγον αὐτὸν ἕως τῆς ὀφρύος τοῦ ὄρους, ἐφ' οὗ ἡ πόλις αὐτῶν ᾠκοδόμητο, εἰς τὸ κατακρημνίσαι αὐτόν.

Et quum surrexissent, eiecerunt eum extra urbem, & duxerunt eum usque ad supercilium montis (super quem urbs ipsorum erat ædificata) ut præcipitarent eum.

αὐτὸς δὲ διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν, ἐπορεύετο. 30

Ipse autem quum transisset per medium ipsorum, profectus est:

καὶ κατῆλθεν εἰς Καπερναούμ πόλιν τῆς Γαλιλαίας· καὶ ἦν διδάσκων αὐτοὺς ἐν τοῖς σάββα- 31 σι.

Et descendit in Capernaum urbem Galilææ, ibiq; docebat eos sabbathis. *Docet Christus sabbathis.* matth. 4. b. 13 Marc. 1. c. 21 Matth. 7. d. 29 Marc. 1. c. 22

καὶ ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ, ὅτι 32 ἐν ἐξουσίᾳ ἦν ὁ λόγος αὐτοῦ.

Et percellebantur super doctrina eius: nam cum authoritate erat sermo ipsius.

C καὶ ἐν τῇ συναγωγῇ ἦν ἄνθρωπος ἔχων πνεῦ- 33 μα δαιμονίου ἀκαθάρτου, καὶ ἀνέκραξε φωνῇ μεγάλῃ

Erat autem in synagoga quidam habens spiritum dæmoniacum impurum: qui exclamauit uoce magna, *Dæmoniacus saltator.* Marc. 1. c. 23

23 Hoc prouerbium, τὴν παραβολὴν ταύτην. Heb. משל הזה. Vulgata & Erasmus, hanc similitudinem. Nos uerò alibi Græcum uocabulum seruauimus, quum scilicet allegorica quædam narratio instituitur. hic autem nemo nõ uidet παραβολὴν dici quod Latini Prouerbium uocant, quia nimirũ in pleriſq; prouerbijs, cuiusmodi hoc est, locus est similitudini & allegoriæ: quam rationẽ sequuti sunt Donatus ac Diomedes in Paræmia definienda. 25 In ueritate, ἐπ' ἀληθείας. Sic loquitur etiam Quintilianus. de qua re diximus, Matth. 22. b. 16. Adeò ut orta sit, ὡς ἐγένετο. Vulgata & Erasmus, quum facta esset, ut ὡς pro ὅτι, uel ἐπεὶ accipiatur. Sed præstat (opinor) accipere pro ὥστε, quod à Græcis ἀποτατικὸν uocatur, & interdum etiam cum indicatiuo iungitur: quamuis frequentius construatur cum infinitiuo. 26 Sidoniæ, τῆς Σιδωνίας: uel, Sidoniorum. Est enim Metonymia. uel subauditur χώρας, uel πόλεως, quo nomine apud Græcos non urbs modò significatur, sed hominum cœtus, quorum unum est corpus, etiamsi per uarios pagos habitent. Erasmus, Sidonis: id est, ad Sidona spectantem, siue quæ erat in Sidoniorum agro & ditione: eodem quidem sensu, sed dicendi genere parum usitato. Mulierem uiduam, γυναῖκα χήραν. Heb. אשה אלמנה de quo pleonasmo diximus suprà cap. 2. b. 15. 28 Excandescentia, θυμοῦ. Vulg. & Eras. ira: id est, ὀργῆς. 29 Quũ surrexissent, ἀναστάντες: id est, dimisso conuentu, egressi ex synagoga. Erasmus, insurrexerunt, id est ἐπαναστάντες.

32 Cum authoritate, ἐν ἐξουσίᾳ. Vulgata ad uerbum, in potestate. Sæpe autem annotauimus ἐν pro ἐπὶ poni. & nomen ἐξουσίας exposuimus, Matth. 7. d. 29. & Marc. 1. c. 27. 33 Spiritum dæmoniacum impurum, πνεῦμα δαιμονίου ἀκαθάρτου, dæmonium immundum, sensu rectè expresso. Vulgata & Erasmus ad uerbũ, habens spiritũ dæmonij impuri. quæ interpretatio tolerabilis est, si πνεῦμα pro impulsu & afflatu accipias, quo modo sæpe accipi constat in utroque Testamento, ut quum dicitur Daniel habuisse Spiritum Deorum sanctorum, Dan. 4. a. 5. 6. c. 15. & 5. c. 11. d. 14. Sed malo Hæbraã esse geminationem: ut si spiritum diabolicum pro diabolo ipso dicas. Sic enim reperias

טיטיין lutum cœni, pro luto cœnoso: id est, cœno profundissimo, Psal. 40.a.3. & ארבת עפר terra pulueris, pro pulueretenestri, id est humo, Dan. 12.a.2. Idem dicendi genus reperio Apoc. 16.c.14. alibi uerò nusquam in Nouo testamento. Qui exclamauit, καὶ ἀνέκραξε. De hoc dicendi genere diximus, Marc. 1.a.10. Malo autem relatiuum referre ad spiritum illum quàm ad hominem ipsum, quòd homo fuerit duntaxat dæmonij organum. A

Dicens, Ah, quid nobis tecum Iesu Nazarene? ueneristi ut perderes nos? noui te quis sis, nimirum Sanctus ille Dei.

34 λέγων, ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοὶ Ἰησοῦ Ναζαρηνέ; ἦλθες ἀπολέσαι ἡμᾶς; οἶδά σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ.

Et obiurgauit illum Iesus, dicens: Obmutesce, & exi ab eo. Tunc dæmonium abiecto illo in medium, exijt ab eo, nihilq; ei nocuit.

35 καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, λέγων· φιμώθητι, καὶ ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ. καὶ ῥίψαν αὐτὸ τὸ δαιμόνιον εἰς τὸ μέσον, ἐξῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ, μηδὲν βλάψαν αὐτόν.

Et factus est pauor super omnes: & colloquebantur alij ad alios, dicentes: Quid hoc rei est, quòd cum authoritate ac potestate imperat immundis spiritibus, & exeunt?

36 καὶ ἐγένετο θάμβος ἐπὶ πάντας, καὶ συνελάλουν πρὸς ἀλλήλους, λέγοντες· τίς ὁ λόγος οὗτος, ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ καὶ δυνάμει ἐπιτάσσει τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι, καὶ ἐξέρχονται;

Et peruenit rumor de eo in omnem locum circumiacentis regionis.

37 καὶ ἐξεπορεύετο ἦχος περὶ αὐτοῦ εἰς πάντα τόπον τῆς περιχώρου.

Socrus Petri sanatur à febre. Matth. 8.b.14 Marc. 1.c.29

Quum surrexisset autem Iesus è synagoga, ingressus est in domum Simonis: socrus uerò Simonis detinebatur febri magna: & rogauerunt eũ pro illa.

38 ἀναστὰς δὲ ἀπὸ τῆς συναγωγῆς, εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν Σίμωνος. πενθερὰ δὲ τοῦ Σίμωνος ἦν συνεχομένη πυρετῷ μεγάλῳ, καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν περὶ αὐτῆς.

Tum ipse astans supra eã, obiurgauit febrim: & febris eam dimisit. Illa uerò quum illico surrexisset, ministrauit eis.

39 καὶ ἐπιστὰς ἐπάνω αὐτῆς, ἐπετίμησε τῷ πυρετῷ, καὶ ἀφῆκεν αὐτήν. παραχρῆμα δὲ ἀναστᾶσα διηκόνει αὐτοῖς. B

Sanantur infirmi.

Occidente autem sole, omnes qui habebant infirmos morbis uarijs, ducebant ipsos ad eum: ille uerò unicuiq; ipsorum impositis manibus, sanauit eos.

40 Δύοντος δὲ τοῦ ἡλίου, πάντες ὅσοι εἶχον ἀσθενοῦντας νόσοις ποικίλαις, ἤγαγον αὐτοὺς πρὸς αὐτόν. ὁ δὲ ἑνὶ ἑκάστῳ αὐτῶν τὰς χεῖρας ἐπιθεὶς, ἐθεράπευσεν αὐτούς.

Dæmones confitentur Christũ. Marc. 1.d.35

Exibant autem & dæmonia à multis, clamantia ac dicẽtia: Tu es Christus ille filius Dei. Sed ipse obiurgans, nõ sinebat ea loqui, quòd scirent ipsum esse Christum.

41 ἐξήρχετο δὲ καὶ δαιμόνια ἀπὸ πολλῶν, κράζοντα καὶ λέγοντα, ὅτι σὺ εἶ ὁ χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ. καὶ ἐπιτιμῶν οὐκ εἴα αὐτὰ λαλεῖν, ὅτι ἤδεισαν τὸν χριστὸν αὐτὸν εἶναι.

Orto autem die egressus, profectus est in desertum locum: & turba quærebat eum, ueneruntq; usq; ad ipsum: & detinebant eum ne discederet ab eis.

42 γενομένης δὲ ἡμέρας, ἐξελθὼν ἐπορεύθη εἰς ἔρημον τόπον· καὶ οἱ ὄχλοι ἐζήτουν αὐτὸν, καὶ ἦλθον ἕως αὐτοῦ, καὶ κατεῖχον αὐτὸν τοῦ μὴ πορεύεσθαι ἀπ' αὐτῶν.

Ille uerò dixit ad eos: Certè etiam alijs urbibus oportet me euangelizare regnum Dei: nã in hoc missus sum.

43 ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτοὺς, ὅτι καὶ ταῖς ἑτέραις πόλεσιν εὐαγγελίσασθαί με δεῖ τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ· ὅτι εἰς τοῦτο ἀπέσταλμαι. (λαίας.

Et prædicabat in synagogis Galilææ.

44 καὶ ἦν κηρύσσων ἐν ταῖς συναγωγαῖς τῆς Γαλι-

CAP. V.

ΚΕΦ. ε'.

Christus docet de naui. Matth. 4.c.18 Marc. 1.b.16

FActum est autem quũ turba immineret ei, audiendi uerbi Dei causa, ipse stabat iuxta stagnum Genezareth.

1 Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τὸν ὄχλον ἐπικεῖσθαι αὐτῷ τοῦ ἀκούειν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, καὶ αὐτὸς ἦν ἑστὼς παρὰ τὴν λίμνην Γεννησαρέτ. C

Viditq; duo nauigia quæ erant apud stagnũ: piscatores uerò quum descendissent ex ijs, abluebant retia.

2 καὶ εἶδε δύο πλοῖα ἑστῶτα παρὰ τὴν λίμνην· οἱ δὲ ἁλιεῖς ἀποβάντες ἀπ' αὐτῶν, ἀπέπλυναν τὰ δίκτυα.

Ingressus autem in unum istorum nauigiorum, quod erat Simonis, rogauit eum ut à terra proueheret paululum, quumq; consedisset, docebat è nauigio turbam.

3 ἐμβὰς δὲ εἰς ἓν τῶν πλοίων, ὃ ἦν τοῦ Σίμωνος, ἠρώτησεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἐπαναγαγεῖν ὀλίγον· καθίσας ἐδίδασκεν ἐκ τοῦ πλοίου τοὺς ὄχλους.

Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: Prouehito in altum, & demittite retia uestra ad capturam.

4 ὡς δὲ ἐπαύσατο λαλῶν, εἶπε πρὸς τὸν Σίμωνα· ἐπανάγαγε εἰς τὸ βάθος, καὶ χαλάσατε τὰ δίκτυα ὑμῶν εἰς ἄγραν.

36 Quid hoc rei est, τίς ὁ λόγος οὗτος. Vulgata, Quod est hoc uerbum. Erasmus, Quis sermo hic est. Mihi uerò uidetur planior interpretatio quam sumus sequuti: quamuis possit hoc etiam referri ad ipsum Christi sermonẽ, ut interpretatur Theophylactus.

IN CAP. V.

1 Quum immineret, ἐν τῷ ἐπικεῖσθαι: id est, quũ quasi in illũ incũberet præ uisendi & audiẽdi studio: quæ res fecit ut cogeretur è naui docere. Hoc enim declarat τὸ ἐπικεῖσθαι hoc loco: quũ alioquin etiã accipiatur pro instare, ut in frà cap. 23.c.23. Vulg. quũ irruerẽt, id est, ἐν τῷ ἐφορμᾶν. 3 Proueheret, ἐπαναγαγεῖν, id est ἀναπλεῦσαι, cui opponitur τὸ διαπλεῦσαι quo utitur paulo pòst, id est τὸ διαπλεῦσαι. Neq; enim ἀνὰ iterationem declarat in hoc uerbo, ut putauit Vetus interpres, qui uertit, reducere, sed idem ualet atq; ἄνω, Erasm. abduceret, ἀπάγειν. 4 Demittite, χαλάσατε. Vulgata & Erasmus,

A & Erasmus, laxate. quod nullo modo respondet Græco uocabulo, de quo diximus Marc. 1. a. 4.

καὶ ἀποκριθεὶς ὁ σίμων, εἶπεν αὐτῷ· ἐπιστάτα, δι' ὅλης νυκτὸς κοπιάσαντες, οὐδὲν ἐλάβομεν· ἐπὶ δὲ τῷ ῥήματί σου χαλάσω τὸ δίκτυον.

5 Tum respõdens Simon ait ei: Magister quũ per totam noctem fuerimus fatigati, nihil cepimus: tamen ex tuo iussu demittam rete.

Piscatores Petrus cum sociis Iacobo & Ioanne uocantur.

καὶ τοῦτο ποιήσαντες, συνέκλεισαν ἰχθύων πλῆθος πολύ. διερήσσετο δὲ τὸ δίκτυον αὐτῶν.

6 Et quum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem magnam. dirumpebatur autem rete eorum:

Piscium multitudo.

καὶ κατένευσαν τοῖς μετόχοις τοῖς ἐν τῷ ἑτέρῳ πλοίῳ, τοῦ ἐλθόντας συλλαβέσθαι αὐτοῖς. καὶ ἦλθον, καὶ ἔπλησαν ἀμφότερα τὰ πλοῖα, ὥστε βυθίζεσθαι αὐτά.

7 Et annuerunt socijs qui *erant* in altero nauigio, ut uenirent, & opitularẽtur sibi. Venerunt igitur, & impleuerunt ambas naues, *ita* ut mergerentur.

ἰδὼν δὲ σίμων πέτρος, προσέπεσε τοῖς γόνασιν τοῦ Ἰησοῦ, λέγων· ἔξελθε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι ἀνὴρ ἁμαρτωλός εἰμι κύριε.

8 Quum autem *hæc* uidisset Simon Petrus, accidit ad genua Iesu, dicens: Exi à me, nam homo peccator sum, Domine.

θάμβος γὰρ περιέσχεν αὐτὸν καὶ πάντας τοὺς σὺν αὐτῷ, ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων ἣν συνέλαβον·

9 Pauor enim circũdederat eum & omnes qui cum eo *erant*, super captura piscium quam comprehenderant:

ὁμοίως δὲ καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, υἱοὺς Ζεβεδαίου, οἵ ἦσαν κοινωνοὶ τῷ σίμωνι. καὶ εἶπε πρὸς τὸν σίμωνα ὁ Ἰησοῦς· μὴ φοβοῦ, ἀπὸ τοῦ νῦν ἀνθρώ-
B πους ἔσῃ ζωγρῶν.

10 Similiter autem & Iacobum & Ioannem filios Zebedæi, qui erant socij Simoni. Tunc ait ad Simonem Iesus: Ne timeas: ab hoc *tempore* homines uiuos capies.

καὶ καταγαγόντες τὰ πλοῖα ἐπὶ τὴν γῆν, ἀφέντες ἅπαντα, ἠκολούθησαν αὐτῷ.

11 *Illi* autem quum subduxissent in terram nauigia, relictis omnibus sequuti sunt eum.

Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν μιᾷ τῶν πόλεων, καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ πλήρης λέπρας, καὶ ἰδὼν τὸν Ἰησοῦν, πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον, ἐδεήθη αὐτοῦ, λέγων· κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι.

12 Et factum est, quum esset in quadam ciuitate, tum ecce *affuit* quidam plenus lepra: ac uiso Iesu, procidens in faciem, rogauit eũ, dicens: Domine, si uelis, potes me purgare.

Leprosus sanatur.
Matth. 8. a. 2
Marc. 1. d. 40

καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἥψατο αὐτοῦ, εἰπών· θέλω, καθαρίσθητι. καὶ εὐθέως ἡ λέπρα ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ.

13 Iesus autem extensa manu tetigit eum, dicens: Volo, purgator. Et statim lepra abijt ab eo.

καὶ αὐτὸς παρήγγειλεν αὐτῷ, μηδενὶ εἰπεῖν· ἀλλὰ ἀπελθὼν δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκε περὶ τοῦ καθαρισμοῦ σου, καθὼς προσέταξε μωσῆς, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς.

14 Ipse uerò denunciauit ei ut nulli *hoc* diceret: sed: uade, *inquit*, indica teipsum Sacerdoti, & offer pro purgatione tui, sicut iniunxit Moses, in testimonium ipsis.

Leuit. 14. a. 4

διηρχετο δὲ μᾶλλον ὁ λόγος περὶ αὐτοῦ, καὶ συνήρχοντο ὄχλοι πολλοὶ ἀκούειν, καὶ θεραπεύεσθαι ὑπ' αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἀσθενειῶν αὐτῶν.

15 Dimanabant autẽ *eo* magis sermones de eo: & conueniebat turba multa ut audirent, & sanarentur ab eo ab infirmitatibus suis.

αὐτὸς δὲ ἦν ὑποχωρῶν ἐν ταῖς ἐρήμοις, καὶ προσευχόμενος.

16 Ipse autem secedens erat in desertis, & orabat.

In deserto erat Christus.

Καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, καὶ αὐτὸς ἦν διδάσκων. καὶ ἦσαν καθήμενοι φαρισαῖοι καὶ νομοδιδάσκαλοι, οἳ ἦσαν ἐληλυθότες ἐκ πάσης κώμης τῆς γαλιλαίας καὶ ἰουδαίας καὶ ἱερουσαλήμ, καὶ δύναμις κυρίου ἦν εἰς τὸ ἰᾶσθαι αὐτούς.

17 Et factum est quodam die, quum ipse doceret, essentq; Pharisæi sedentes ac Legis doctores, qui uenerant ex omnibus uicis Galilææ & Iudææ & ex Hierusalem: & potestas Domini adesset *ei* ad sanandum eos.
C

5 Magister, ἐπιστάτα. ἐπιστάτης proprie declarat eum qui rei cuipiam sit præfectus, quem uocant Hebræi בעזיב, uel בשיא. Sed & in eadem significatione interdum ponitur רב, ficut Dan. 1. g. 48. ut minimè dubitem ἐπιστάτην à Luca dici quem cæteri Euangelistæ Hebraico nomine seruato רבי appellant. Quum fuerimus fatigati, *κοπιάσαντες*. Vulgata & Erasmus, laborãtes. Vide Matth. 6. d. 28. Ex tuo iussu, ἐπὶ τῷ ῥήματί σου. Heb. כדברך iuxta uerbum tuũ, pro quo Vulgata ad uerbum, in uerbo tuo, id est (ut uernaculo sermone exprimimus) *à uostre parole*. Ponitur autẽ ἐπὶ pro κατὰ, ut apud Platonem in Epist. legimus ἐπὶ τῇ pro κατὰ τὴν: id est, ex animi sententia: & ῥῆμα pro mandato ponitur, sicut Dicere pro Iubere, ut alibi annotauimus. 7 Et opitularentur, συλλαβέσθαι: id est, ut unà secum ius manus admouerent reti, quod simili translatione dicunt Græci συναίρεσθαι. Vulgata & Erasmus Adiuuandi uocabulo utuntur, quod respondet τῷ ἑτέρῳ. Vt mergerentur, ὥστε βυθίζεσθαι. In secũdo codice additum erat παρά τι, pro quo in nonnullis Veteris editionis codicibus legitur, penè. 9 Circundederat, περιέσχεν. Heb. סבב, uel אמף, id est undique occuparat, & conclusum tenebat, sicut Tacitus dixit Induere pauores. Super captura, ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ. Capturam hoc loco uocat ipsos pisces captos, ut ostendit relatiuum proximum. Nam alioqui dicendum erat ἣν non ᾗ. Sic Latini iactum retis interdum appellant quicquid piscium uno retis iactu capitur.

17 Quodam die, ἐν μιᾷ ἡμερῶν, Heb. באחד הימים pro quo Vetus interpres ad uerbum, in una dierum: id est, ut uulgò loquimur *un iour*. Ponitur autem ὧν pro τίνι, ut etiam οὗτος & αὐτὸς ἐμὸς, ficut sæpe annotauimus.

Quum ipse, καὶ αὐτὸς. καὶ pro τότε ex Hebræorum idiotismo interdum usurpari, sæpe iam diximus: hic autem ponit uidetur ויהי pro באשר, id est pro ὅτε, ut respondeat initio uersiculi decimioctaui, sicut Exod. 1. d. 21. & alibi sæpe. Ad sanandum eos, ἐὰν τὸ ἰᾶσθαι αὐτούς. In uno codice pro αὐτοὺς legimus αὐτὸν, quam puto germanam esse

lectionem, ut αὐτὸν referat Iesum, & à parte anteriore construatur: sitq; hic sensus, uirtutem Domini ad sanandum (id est χάρισμα ἰαμάτων, ut loquitur Apostolus 1. Corinth. 12. a. 8) sese eo tempore exeruisse in Christo. alioquin pronomen αὐτοῦ referendum est ad eos quorum facta est mentio, uersu 5. A

Paralyticus sanatur. Matth. 9. a. 2 Marc. 2. a. 3

Tunc ecce *affuerunt* quidam ferentes in lecto hominem qui erat paralyticus: & quærebant eũ inferre, & ponere in ipsius conspectu.

18 καὶ ἰδοὺ ἄνδρες φέροντες ἐπὶ κλίνης ἄνθρωπον, ὃς ἦν παραλελυμένος, καὶ ἐζήτουν αὐτὸν εἰσενεγκεῖν, καὶ θεῖναι ἐνώπιον αὐτοῦ.

Et quum non inuenissent qua parte eum inferrent propter turbam, ascenderunt supra domum, ac per tegulas demiserunt eum cum lectulo in medium ante Iesum.

19 καὶ μὴ εὑρόντες ποίας εἰσενέγκωσιν αὐτὸν, διὰ τὸν ὄχλον, ἀναβάντες ἐπὶ τὸ δῶμα, διὰ τῶν κεράμων καθῆκαν αὐτὸν σὺν τῷ κλινιδίῳ εἰς τὸ μέσον ἔμπροσθεν τοῦ Ἰησοῦ.

Fides. Qui uisa fide eorum, ait ei: Homo, remissa sunt tibi peccata tua.

20 καὶ ἰδὼν τὴν πίστιν αὐτῶν, εἶπεν αὐτῷ· ἄνθρωπε, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου.

Remissio peccatorum. Matth. 9. b. 3 Marc. 2. b. 6 Luc. 5. b. 21

Tunc cœperunt ratiocinari Scribæ & Pharisæi, dicentes: Quis est iste qui loquitur blasphemias? Quis potest remittere peccata, nisi solus Deus?

21 καὶ ἤρξαντο διαλογίζεσθαι οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι, λέγοντες· τίς ἐστιν οὗτος, ὃς λαλεῖ βλασφημίας; τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ μόνος ὁ θεός;

Iesus autem, agnitis ipsorum ratiocinationibus, respondens dixit ad eos: Quid ratiocinamini in cordibus uestris?

22 ἐπιγνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν, ἀποκριθεὶς εἶπε πρὸς αὐτούς· τί διαλογίζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν;

Vtrum est facilius dicere, Remissa sunt tibi peccata: an dicere, Surge & ambula?

23 τί ἐστιν εὐκοπώτερον, εἰπεῖν, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου· ἢ εἰπεῖν, ἔγειραι καὶ περιπάτει; B

Christus peccata remittit. Matth. 9. b. 6 Marc. 2. b. 10 Luc. 5. b. 24

Vt autem sciatis quòd Filius hominis habet authoritatem in terra remittendi peccata (ait paralytico) Tibi dico, surge: & sublato lectulo tuo, proficiscere in domum tuam.

24 ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας (εἶπε τῷ παραλελυμένῳ) σοὶ λέγω, ἔγειραι, καὶ ἆρας τὸ κλινίδιόν σου, πορεύου εἰς τὸν οἶκόν σου.

Is autem illico quũ surrexisset in conspectu eorum, sublato eo in quo iacuerat, abijt in domum suam, glorificans Deum.

25 καὶ παραχρῆμα ἀναστὰς ἐνώπιον αὐτῶν, ἆρας ἐφ' ᾧ κατέκειτο, ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, δοξάζων τὸν θεόν.

Et stupor cepit omnes, & glorificabant Deum: ac repleti sunt timore, dicentes: Certè uidimus inopinata hodie.

26 καὶ ἔκστασις ἔλαβεν ἅπαντας, καὶ ἐδόξαζον τὸν θεόν, καὶ ἐπλήσθησαν φόβου, λέγοντες, ὅτι εἴδομεν παράδοξα σήμερον.

Vocatio. Matth. 9. a. 9 Marc. 2. b. 14

Post hæc autem exijt, ac uidit publicanum nomine Leui, sedentem ad telonium, & ait ei: Sequere me.

27 καὶ μετὰ ταῦτα ἐξῆλθε, καὶ ἐθεάσατο τελώνην ὀνόματι Λευὶν, καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, καὶ εἶπεν αὐτῷ, ἀκολούθει μοι.

Atque is relictis omnibus, surgens sequutus est eum.

28 καὶ καταλιπὼν ἅπαντα, ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ.

Et fecit ei Leui epulum magnum in domo sua: eratq; turba multa publicanorum, & aliorum qui cum ipsis accumbebant.

29 καὶ ἐποίησε δοχὴν μεγάλην Λευὶς αὐτῷ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ. καὶ ἦν ὄχλος τελωνῶν πολὺς, καὶ ἄλλων οἳ ἦσαν μετ' αὐτῶν κατακείμενοι.

Qui autem ex eis erant Scribæ ac Pharisæi, murmurabant aduersus discipulos eius, dicentes: Quare cum publicanis & peccatoribus editis & bibitis?

30 καὶ ἐγόγγυζον οἱ γραμματεῖς αὐτῶν καὶ οἱ φαρισαῖοι πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγοντες· διατί μετὰ τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίετε καὶ πίνετε; C

Sani. Et respondens Iesus, dixit ad eos: Non opus habent qui sani sunt, medico: sed qui malè affecti sunt.

31 καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπε πρὸς αὐτούς· οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες.

Iusti. Peccatores. 1. Tim. 1. c. 15

Non ueni ut uocarem iustos, sed peccatores ad resipiscentiam.

32 οὐκ ἐλήλυθα καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.

Matth. 9. b. 14 Marc. 2. c. 18

Ipsi uerò dixerunt ad eum: Quare discipuli Ioannis ieiunant crebrò, & deprecationes faciunt, similiter & Pharisæorum: tui uerò edunt & bibunt?

33 οἱ δὲ εἶπον πρὸς αὐτόν· διατί οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου νηστεύουσι πυκνὰ, καὶ δεήσεις ποιοῦνται, ὁμοίως καὶ οἱ τῶν φαρισαίων, οἱ δὲ σοὶ ἐσθίουσι καὶ πίνουσι;

Ipse autem dixit ad eos: Nũ potestis facere ut

34 ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς· μὴ δύνασθε τοὺς υἱοὺς τοῦ

18 Tum ecce *affuerunt*, καὶ ἰδοὺ. Suppleuimus constructionem hoc loco, ut paulo antè. 22 In cordibus uestris, ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν: In quibusdam Veteris editionis codicibus additur, mala: & in secundo Græco exemplari πονηρά. 26 Inopinata, παράδοξα. Sic Quintilianus, τὸ παράδοξον interpretatur lib. 9. Vulgata, mirabilia, θαυμαστά. Erasmus, incredibilia, ἀπίθανα. 29 Epulum, δοχὴν, id est ad uerbum, acceptionem, quòd passim in eo omnes accipiãtur. Annotat autem Erasmus ex libro Athenæi Δειπνοσοφ. π. splendidum epulum δοχὴν appellari. 30 Qui autem ex eis erant Scri. οἱ δὲ γραμματεῖς αὐτῶν. Erasmus non legit αὐτῶν, sed reperitur apud Veterem interpretem, & in uetustis codicibus. Est autem hoc pronomen connectendum cum οἱ, non autem cum γραμματεῖς. 33 Deprecationes, δεήσεις. Vide Act. 1. c. 14.

35 Quum

A νυμφῶν, ἐν ᾧ ὁ νυμφίος μετ' αὐτῶν ἐστι, ποιῆσαι νηστεύειν;

filij thalami, quo *tempore* cum ipsis est Sponsus, ieiunent?

Ieiunia & afflictiones Apostolorum post ascẽsionem.

ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι, καὶ ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις.

35 Venient autem dies quum tolletur ab eis Sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus.

Sponsus. Commissura.

ἔλεγε δὲ καὶ παραβολὴν πρὸς αὐτούς, ὅτι οὐδεὶς ἐπίβλημα ἀπὸ ἱματίου καινοῦ ἀποσχίζει καὶ ἐπιβάλλει ἐπὶ ἱμάτιον παλαιόν· εἰ δὲ μήγε, καὶ τὸ καινὸν ῥήξει, καὶ τῷ παλαιῷ οὐ συμφωνήσει ἐπίβλημα τὸ ἀπὸ τοῦ καινοῦ.

36 Dicebat autem & parabolam ad eos: Nemo panniculum noui uestimenti immittit in uestimentum uetus: sin minus, & illud nouum sindit *uetus*, & ueteri non consentit panniculus *sumptus* ex nouo.

καὶ οὐδεὶς βάλλει οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς· εἰ δὲ μήγε, ῥήξει ὁ νέος οἶνος τοὺς ἀσκούς, καὶ αὐτὸς ἐκχυθήσεται, καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται.

37 Et nemo inijcit uinum nouum in utres ueteres: sin minus, rumpet uinum nouũ utres, & ipsum effundetur, & utres peribunt.

ἀλλὰ οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινοὺς βλητέον, καὶ ἀμφότεροι συντηροῦνται.

38 Sed uinum mustum in utres nouos inijciendum est: & utrique conseruantur.

Vinum nouum.

καὶ οὐδεὶς πιὼν παλαιὸν θέλει νέον· λέγει γάρ, ὁ παλαιὸς χρηστότερός ἐστιν.

39 Et nemo qui biberit uetus, statim uult nouũ: dicit enim, Vetus utilius est.

ΚΕΦ. ϛ'. CAP. VI.

1 Ἐγένετο δὲ ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ διαπορεύεσθαι αὐτὸν διὰ σπορίμων· καὶ ἔτιλλον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τοὺς στάχυας, καὶ ἤσθιον, ψώχοντες ταῖς χερσί.

1 Factum est autem ut ipse in sabbatho secundoprimo transiret per sata: ac uellebant discipuli eius spicas, edebantq́, confricantes manibus.

Sabbatho discipuli uellunt spicas. Matth.12.a.1 Marc.2.d.23.

2 τινὲς δὲ τῶν φαρισαίων εἶπον αὐτοῖς· τί ποιεῖτε ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν ἐν τοῖς σάββασι;

2 Quidam autem Pharisæorum dixerunt eis: Cur facitis quod non licet facere in sabbathis?

3 καὶ ἀποκριθεὶς πρὸς αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν· οὐδὲ τοῦτο ἀνέγνωτε, ὃ ἐποίησε Δαβὶδ, ὅτε ἐπείνασεν αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ὄντες,

3 Tunc respondens Iesus dixit ad eos: Ne hoc quidem legistis quod fecit Dauid, quum esuriisset ipse & qui cum eo erant:

Dauid. 1.Reg.21.b.6

4 ὡς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως λαβὼν, ἔφαγε, καὶ ἔδωκε καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ, οὓς οὐκ ἔξεστι φαγεῖν εἰ μὴ μόνους τοὺς ἱερεῖς;

4 Quomodo introierit in domum Dei, & panes propositionis sumpserit, ederitq́, ac dederit etiam ijs qui secum *erant*: quos *panes* non licet edere nisi solis Sacerdotibus?

Exod.19.e.33 Leuit.6.f.32. & 24.b.9

5 καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, ὅτι κύριός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ σαββάτου.

5 Et dicebat eis: Filius hominis dominus est etiam sabbathi.

6 Ἐγένετο δὲ καὶ ἐν ἑτέρῳ σαββάτῳ εἰσελθεῖν αὐτὸν εἰς τὴν συναγωγὴν, καὶ διδάσκειν· ἦν καὶ ἄνθρωπος, καὶ ἡ χεὶρ αὐτοῦ ἡ δεξιὰ ἦν ξηρά.

6 Factum est autem & in alio sabbatho, ut ipse ingrederetur in synagogam, ac doceret. Erat autem ibi quidam, cuius manus dextera erat arida.

Arida manus sanatur. Matth.12.a.5 Marc.3.a.1

παρετηροῦντο δὲ αὐτὸν οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι, εἰ ἐν τῷ σαββάτῳ θεραπεύσει, ἵνα εὕρωσι κατηγορίαν αὐτοῦ.

7 Obseruabant autem eum Scribę ac Pharisęi, an in sabbatho sanaturus esset: ut inuenirent accusationem *aduersus* eum.

αὐτὸς δὲ ᾔδει τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν, καὶ εἶπε τῷ ἀνθρώπῳ τῷ ξηρὰν ἔχοντι τὴν χεῖρα, ἔγειραι, καὶ στῆθι εἰς τὸ μέσον. ὁ δὲ ἀναστὰς ἔστη.

8 Ipse uerò sciebat ratiocinationes eorum: & ait homini qui habebat manum aridam: Surge, & sta in medio. Ille uerò surgens, stetit.

Cogitationes nouit Christus.

εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πρὸς αὐτούς· ἐπερωτήσω ὑμᾶς, τί ἔξεστι τοῖς σάββασιν, ἀγαθοποιῆσαι, ἢ κακοποιῆσαι; ψυχὴν σῶσαι, ἢ ἀπολέσαι;

9 Ait igitur ad eos Iesus: Interrogabo uos quid dam: Licet sabbathis benefacere, an malefacere: hominem seruare, an perdere?

Sabbathis benefaciendum.

35 Quum tolletur, καὶ ἔσται ἀπ' αὐτῶν. In secundo codice deerat καὶ & sanè uel redundat, uel est transposita hæc particula, quum potius debeat construi cum ἔλθῃ, sicut apud alios Euangelistas.

IN CAP. VI.

1 Secundoprimo, δευτεροπρώτῳ. Duæ erant Sabbathorum species. Vna eorum quæ septimo quoque die recurrebant: altera eorum quibus ex peculiari Dei mandato feriandum erat, solennibus scilicet festis. Iam uerò in festo plurium dierum, ut Paschæ & tabernaculorum, duo erant sabbatha, primus scilicet eius festi dies, & ultimus, eadẽ pariq́ prorsus cæremonia, ut differtè cauet Dominus Leuit. 23. Commodè igitur Lucas posterius illud Sabbathũ, id est, ultimum diem Azymorum (id enim intelligitur ex eo quòd fit mentio spicarum, ut rectè notat Epiph. ἀπὸ τῶν καιρῶν) uocat sabbathum secundoprimum, quasi alterum primum dicas. Sed hæc aliaq́ multa licebit ex uarijs commentarijs petere. Volui tamen paucis indicare quam sententiam maximè probarem. 5 Etiam sabbathi, τῇ τοῦ σαββάτου. In secũdo exẽplari addita hæc reperimus, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ θεασάμενός τινα ἐργαζόμενον τῷ σαββάτῳ, εἶπεν αὐτῷ, ἄνθρωπε, εἰ μὲν οἶδας τί ποιεῖς, μακάριος εἶ· εἰ δὲ μὴ οἶδας, ἐπικατάρατος εἶ καὶ παραβάτης εἶ τοῦ νόμου: id est, Eodẽ die quũ quendã cõspexisset operantẽ sabbatho, dixit ei, Heus tu, si quidẽ ipse nosti quid agas, beatus es: sin aũt nõ nosti, execrabilis es & Legis trãsgressor. Sed hæc in Ecclesia nõ legũtur, neq; mihi quidẽ uidẽtur sapere maiestatẽ Euãgelicã. 6 Cuius manus, ἡ ἡ χεὶρ αὐτοῦ. Hebraismus, de quo diximus suprà cap.1.c.49. 7 Accusationẽ aduersus eum, κατηγορίαν κατ' αὐτοῦ. Vulgata & Eras. unde accusarẽt eũ, εὕρωσι κατηγορεῖσθαι κατ' αὐτοῦ, sensu tamẽ rectè expresso. Addidimus aũt præpositiõnẽ Aduersus, id est κατὰ, quę hic necessariò subauditur, ut suprà Matth.10.a.1. quinetiã additur apud Theophylactũ, item in editiõe Frobeniana, & uetustis codicib.3.5.&8. 9 Interrogabo uos quiddã, ἐπερωτήσω ὑμᾶς τι. Triplex esse potest huius

huius loci distinctio. Nam aut coniungitur τί cum ἐπερωτήσω, quam lectionem, ut simplicissimam, sequuti sumus: aut sequentibus adiungitur, idq; duplici ratione. Nam Theophylactus post τί adscribit distinctionem, ut ita conuertas, Interrogabo uos: quid licet sabbathis benefacere, an malefacere? In plerisq; autem codicibus τί connectitur cum sequentib. sine distinctione, & pro πότερον accipitur, hoc modo scilicet. Interrogabo uos, ecquid licet, &c. Est autem illud ἐπερωτήσω ὑμᾶς, dicendi genus, à quo nos quoq; in uernaculo nostro sermone sæpe auspicamur interrogantem orationem. Sic enim totum hunc locum explicaremus, *Ie vous demande, Est il loisible*, &c. Vetus interpres pro ἐπερωτήσω legit ἐπερωτῶ interrogo: & pro τί uidetur scriptum habuisse ἆ, id est Si, pro An. quam lectionem in octauo exemplari reperimus. Benefacere, ἀγαθοποιῆσαι. Benefacere legendum est cõiunctim, uno uocabulo, sicut etiam malefacere quod respondet τῷ κακοποιῆσαι. quod notandum est, ne quis putet Christum simpliciter quærere, num quid boni facere liceat sabbatho. Id enim erat extra controuersiam: & qui precationi aut concioni aut lectioni uacat, dicitur in genere rem bonam facere. Sed percontatur Christus, ecquid liceat sabbatho charitatis officia proximo præstare. Vide Marc. 3. a. 4.

Et quum eos omnes circunspexisset, ait homini: Extẽde manum tuam. Ille autem ita fecit: & restituta est manus eius sana sicut altera.

10 καὶ περιβλεψάμενος πάντας αὐτοὺς, εἶπε τῷ ἀνθρώπῳ· ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου. ὁ δὲ ἐποίησεν οὕτως. καὶ ἀπεκατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη.

Ipsi autem repleti sunt amentia: & colloquebantur alij ad alios, quidnam facerent Iesu.

11 αὐτοὶ δὲ ἐπλήσθησαν ἀνοίας, καὶ διελάλουν πρὸς ἀλλήλους, τί ἂν ποιήσειαν τῷ Ἰησοῦ.

Factum est autem in illis diebus, abijt in mõtem ad orandum, & pernoctauit *illic*, orans Deum.

12 Ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, ἐξῆλθεν εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι, καὶ ἦν διανυκτερεύων ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ θεοῦ.

Et quum dies ortus esset, aduocauit discipulos suos: & quum ex ipsis elegisset duodecim, quos & Apostolos nominauit:

Infrà 9.a.1 Matth. 10.a.1 Marc. 3.b.13. & 6.a.7.

13 καὶ ὅτε ἐγένετο ἡμέρα, προσεφώνησε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ· καὶ ἐκλεξάμενος ἀπ' αὐτῶν δώδεκα, οὓς καὶ ἀποστόλους ὠνόμασε.

(Simonem, quem & nominauit Petrum, & Andream fratrem eius: Iacobum & Ioannem, Philippum & Bartholomæum:

14 (σίμωνα, ὃν καὶ ὠνόμασε πέτρον, καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, Φίλιππον καὶ Βαρθολομαῖον,

Matthæum & Thomam: & Iacobum Alphæi filium, & Simonem qui uocatur Zelotes:

15 Ματθαῖον καὶ Θωμᾶν, Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ἁλφαίου, καὶ Σίμωνα τὸν καλούμενον Ζηλωτὴν,

Iudã Iacobi *fratrem*, & Iudam Iscariotem, qui etiam fuit proditor)

16 Ἰούδαν Ἰακώβου, καὶ Ἰούδαν Ἰσκαριώτην, ὃς καὶ ἐγένετο προδότης.)

Tum descendit cum eis, stetitq; in loco campestri: turbaq; discipulorum eius, & multitudo magna plebis ex omni Iudæa & Ierusalem & à maritima *regione* Tyri & Sidonis, qui uenerant ut audirent eum, & sanarentur à morbis suis:

17 καὶ καταβὰς μετ' αὐτῶν, ἔστη ἐπὶ τόπου πεδινοῦ, καὶ ὄχλος μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ πλῆθος πολὺ τοῦ λαοῦ ἀπὸ πάσης τῆς Ἰουδαίας καὶ Ἰερουσαλὴμ, καὶ τῆς παραλίου Τύρου καὶ Σιδῶνος, οἳ ἦλθον ἀκοῦσαι αὐτοῦ, καὶ ἰαθῆναι ἀπὸ τῶν νόσων αὐτῶν·

Et qui molestia afficiebantur à spiritibus immundis: & sanabantur.

18 καὶ οἱ ὀχλούμενοι ἀπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων· καὶ ἐθεραπεύοντο.

Et omnis turba quærebat eum tangere: quia uirtus ab eo exibat, & sanabat omnes.

19 καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἐζήτει ἅπτεσθαι αὐτοῦ· ὅτι δύναμις παρ' αὐτοῦ ἐξήρχετο, καὶ ἰᾶτο πάντας.

Ipse uerò sublatis oculis suis in discipulos, dicebat: Beati pauperes: quia uestrum est regnũ Dei.

Matth. 5. a. 2

20 Καὶ αὐτὸς ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, ἔλεγε· μακάριοι οἱ πτωχοὶ, ὅτι ὑμετέρα ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ.

Beati qui esuritis nunc: quia saturabimini.

Esa. 65. c. 13.

21 μακάριοι οἱ πεινῶντες νῦν, ὅτι χορτασθήσεσθε· μακάριοι οἱ κλαίοντες νῦν, ὅτι γελάσετε.

Esa. 61. a. 3. & 66. 7

10 Ille autem ita fecit, ὁ δὲ ἐποίησεν οὕτω. Vulgata, Et extendit, καὶ ἔξετεινε, ut legitur apud Matthæum & Marcum, & hic quoque in secundo codice scriptum erat. Erasmus, Ille autem fecit, prætermissa particula οὕτω, quam adiecit Stephanus noster ex editione Complutensi, cum qua consentiebant quinque alij codices uetusti. Sana sicut altera, ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη. Totum hoc deerat in secundo codice, neque reperitur in Vulgata editione. 12 Et pernoctauit *illic*, orans Deum, καὶ ἦν διανυκτερεύων ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ θεοῦ. Vulg. & Erasmus ad uerbum, & erat pernoctans in oratione [uel, deprecatione] Dei. Ego uerò malui aliquantulum à Græcis deflectere, ut planius loqueret. 13 Et quum elegisset, καὶ ἐκλεξάμενος. Vulg. & Erasm. & elegit. At ego existimo hunc uersiculum decimumtertium cum decimoseptimo coniungendum esse, ita ut tres interiecti includantur parenthesi. Simile hyperbaton est Marci 3. c. 19. 17 Maritima *regione* Tyri, τῆς παραλίου τόπου. Vetus interpres, & maritima Tyri, quum explere debuerit constructionem. Sed Erasmi explicationem non probo, qui existimat hanc esse sententiam: uenisse scilicet nonnullos à maritima parte Tyri & Sidonis, hoc est, ab extrema parte quæ spectat ad mare: aut à maritima parte Iudææ, nempe Tyro & Sidone. Ego uerò puto Tyrum & Sidonem uocari non ipsas urbes, sed ipsis uicinam regionem, & totum illum maris tractum qui Syrophœnicia dicitur. Itaque genitiuos seruaui Tyri & Sidonis, quum ipse conuerterit, maritima Tyro & Sidone. Neque enim uideo cur addendum fuerit τῆ παραλίου, nisi per appositionem id explices, sicut ipse fecit. Verùm hæc appositio non satis uidetur cohærere. 18 Qui molestia afficiebantur, οἱ ἐνοχλούμενοι, id est molestabantur. quo uerbo utitur Modestinus Iurisconsul. si modò is Latinè scripsit. Vulgata & Erasm. qui uexabantur: id est, οἱ βασανιζόμενοι, eodem tamen sensu. Videtur enim hic esse liptote in uerbo ἐνοχλοῦσθαι, quo unus Lucas utitur, & quidem duobus tantùm locis, hic scilicet & Act. 5. c. 16. Sed sciendum est καὶ ἐθ pertinere ad uerbum ἦσαν (quod repetendum est per syllepsin à uersiculi superioris initio) non autem ad uerbum ἦλθον.

22 Separa-

A μακάριοί ἐστε ὅταν μισήσωσιν ὑμᾶς οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὅταν ἀφορίσωσιν ὑμᾶς, καὶ ὀνειδίσωσι, καὶ ἐκβάλωσι τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς πονηρὸν, ἕνεκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.

22 Beati eritis quum uos oderint homines, & se parauerint uos, & conuiciati fuerint uobis, & nomen uestrum ut malum eiecerint, propter Filium hominis. *Afflicti propter Christum.* Matth.5.a.5

χάρητε ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, καὶ σκιρτήσατε· ἰδοὺ γὰρ ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τῷ οὐρανῷ. κατὰ τὰ αὐτὰ γὰρ ἐποίουν τοῖς προφήταις οἱ πατέρες αὐτῶν.

23 Gaudete in illo die, & gestite: ecce enim, merces uestra multa est in cœlis: nam itidem faciebant Prophetis patres eorum. *Merces.*

πλὴν οὐαὶ ὑμῖν τοῖς πλουσίοις, ὅτι ἀπέχετε τὴν παράκλησιν ὑμῶν.

24 Sed uæ uobis diuitibus: nam retulistis consolationem uestram. *Diuites.* Amos 6.a.1 Eccl.31.a.8

οὐαὶ ὑμῖν οἱ ἐμπεπλησμένοι, ὅτι πεινάσετε. οὐαὶ ὑμῖν οἱ γελῶντες νῦν, ὅτι πενθήσετε καὶ κλαύσετε.

25 Væ uobis qui impleti estis: nã esurietis. Væ uobis qui ridetis nũc: nam lugebitis & flebitis. *Saturati. Ridentes.* Esa.65.c.13

οὐαὶ ὑμῖν ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἴπωσι πάντες οἱ ἄνθρωποι· κατὰ τὰ αὐτὰ γὰρ ἐποίουν τοῖς ψευδοπροφήταις οἱ πατέρες αὐτῶν.

26 Væ uobis quum bene uobis dixerint omnes homines: nam itidem faciebant pseudoprophetis patres eorum. *Benedicere.*

ἀλλ' ὑμῖν λέγω τοῖς ἀκούουσιν, ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς.

27 Sed uobis dico qui auditis: Diligite inimicos uestros: benefacite ijs qui uos oderunt. *Diligendi inimici.* Matth.5.g.44

εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμῖν, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς.

28 Benedicite ijs qui deuouent uos: & orate pro ijs qui infestant uos.

τῷ τύπτοντί σε ἐπὶ τὴν σιαγόνα, πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην· καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντός σου τὸ ἱμάτιον, καὶ τὸν χιτῶνα μὴ κωλύσῃς.

29 Ei qui tibi uerberauerit maxillam, præbe & alteram: & ab eo qui tollit tibi pallium, etiam tunicam noli prohibere. *Percussa maxilla.* Matt.5.f.39 1.Cor.6.b.7

παντὶ δὲ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου· καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ, μὴ ἀπαίτει.

30 Cuiuis autem petenti abs te, da: & ab eo qui tollit res tuas, ne repetas.

Καὶ καθὼς θέλετε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς ὁμοίως.

31 Et prout uultis ut faciant uobis homines, uos etiam facite eis similiter. Matth.7.c.12 Iob 4.c.16

καὶ εἰ ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ τοὺς ἀγαπῶντας αὐτοὺς ἀγαπῶσι.

32 Nam si diligitis eos qui uos diligunt, quæ uobis erit gratia? nã & peccatores diligunt eos à quibus diliguntur. Matth.5.g.46

καὶ ἐὰν ἀγαθοποιῆτε τοὺς ἀγαθοποιοῦντας ὑμᾶς, ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ τὸ αὐτὸ ποιοῦσι.

33 Et si benefeceritis ijs qui uobis benefaciunt, quæ uobis erit gratia? nam & peccatores idem faciunt. Matth.5.g.42. Deut.15.b.8

καὶ ἐὰν δανείσητε, παρ' ὧν ἐλπίζετε λαβεῖν, ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἁμαρτωλοῖς δανείζουσιν, ἵνα ἀπολάβωσι τὰ ἴσα.

34 Et si mutuũ dederitis ijs à quibus speratis uos recepturos, quę gratia erit uobis? nã & peccatores peccatorib. dant mutuũ, ut recipiant paria.

22 Separauerint, ἀφορίσωσιν: id est, ἀποσυναγώγους ποιήσωσιν, ex synagoga eiecerint, ut explicat Ioan. 16. a. 2. Sed & paulo pòst Lucas ipse exponit quæ sit ista separatio, quum scilicet nomen alicuius expungitur è populo Dei: sicut apud Latinos dicebantur capitis diminutionem pati, quibus ius ciuitatis adimebatur. Est autem hæc pœna omnium maximè formidabilis in Ecclesia Dei: sed ita demum, si homines fuerint Dei instrumenta, id est si ex uerbo Dei quispiam legitimo ueræ Ecclesiæ iudicio damnetur. alioquin multo præstat ex impiorũ consortio eijci, quàm inter eos numerari, ut etiam explicat Dauid Psal. 1. a. 1. & 2. 23 Gestite, σκιρτήσατε. Dicuntur lasciuientes pecudes C σκιρτᾶν, quod Hebræis significat רקד ut Psal. 114. a. 4. Latinis uerò gestire, translatitiè de ijs dicitur qui præ nimia lætitia non possunt se continere, quin uarios gestus edãt, hinc & inde subsilientes. Vulg. & Erasm. exultate, eodem quidem sensu, sed tamen uerbo synonymo, quod potius respondet τῷ ἀγαλλιᾶσθαι. Itidem, κατὰ τὰ αὐτὰ: id est, ὡσαύτως. Vulg. & Eras. ad uerbum, secundum hoc. Existimo autem τὰ αὐτὰ pro τὰ αὐτὰ positũ, sicut in uno codice scriptum legimus infrà uersu 26. 24 Sed, πλὴν. Vulg. & Eras. Veruntamen. Vide Matth. 11. c. 22. Retulistis, ἀπέχετε: id est, quicquid boni unquam uobis potest accidere, hoc totũ iam à uestris opibus estis consequuti. Itaque nõ est quod aliam felicitatem speretis. Vide Matth. 6. a. 2. ubi huius uocabuli uim declarauimus. Vulg. & Erasm. habetis: id est, ἔχετε. 25 Qui impleti estis, οἱ ἐμπεπλησμένοι. Virg. Implentur ueteris Bacchi, pinguis{q} ferinæ. Vulg. & Eras. qui saturati estis, οἱ κεκορεσμένοι, eodem tamen sensu. Sed in Theophylacti codice Romano additur νῦν nunc, sicut in superioribus uersiculis. 26 Omnes, πάντες. Hæc particula deerat in uetustis codicibus omnibus. 32 Quæ uobis erit gratia? ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; id est, quid est in hoc uestro opere quod Deo gratum esse possit? uel, quid gratiæ possitis à Deo consequi hoc uestro facto? Videtur enim hæc ita explicare Matthæus, quum inquit, τίνα μισθὸν ἔχετε; quam mercedem referetis? ex quibus etiam uerbis apparet nonnullos frustra somniare mutuam inter meritum & mercedem relationem, quum idipsum à Luca χάρις dicatur, quod μισθὸς à Matthæo. Possumus tamen aliter etiam explicare, nempe si χάριν ad homines ipsos retulerimus, ut sit hæc sententia, Quę uobis est gratia? id est, quæ est uestra in ea re liberalitas ac beneficentia? Nã qui eũ diligit à quo uicissim diligitur, nõ potest dici quippiã largiri, sed reddere potius quod debet: adeò, ut nisi id faciat, nõ possit uir bonus uideri. Postremò qui eũ demũ diligit à quo se diligi putat, is profectò uidetur nõ tã amicũ quàm seipsum diligere. itaq; nõ alijs, sed sibi ipsi gratificatur. Sed uidetur mihi prima interpretatio maximè conuenire: quamobrẽ etiã τῷ uerti per futurũ, ficut apud Matthæũ ἔχετε interpretatus sum habebitis, id est ἕξετε: quia de beneficiorũ mercede disserit Christus ex hypothesi. quasi dicret: Si in amando spectatis uestra cõmoda, quærite ea cõmoda quæ ueré cõmoda sunt. diligite igitur inimicos uestros. Nã ita ostendetis uos ea cõmoda expectare quæ nõ ab hominibus, sed à Deo proficiscuntur, quũ homines propter Deũ diligatis. alioquin si amicos duntaxat diligatis, nõ à Deo, sed ab ipsis amicis paria expectate, ut profani homines solent. Est aũt insignis hic locus, in quo apertè ostẽditur discrimẽ præceptorũ Euãgelij ac philosophiæ: quũ alioquin etiã Plato de diligẽdis inimicis præcipiat.

35 Inde

Itaque diligite inimicos uestros, & benefacite, & mutuũ date, nihil inde sperãtes: & erit merces uestra multa, ac filij eritis illius Altissimi: nã ipse benignus est erga ingratos ac sceleratos.

Matth.5.g.45

Estote ergo misericordes, sicut & Pater uester misericors est.

Ne iudicetis, & non iudicabimini: ne condemnetis, & non condemnabimini: absoluite, & absoluemini.

Matth.7.a.1

Date, & dabitur uobis. mensuram bonam, pressam, agitatam, & superfluentem dabunt in sinum uestrum: eadem enim mensura qua metimini, uicissim metientur uobis *alij*.

matth.7.a.2 Marc.4.c.24

Dicebat autem eis parabolam: Nunquid potest cæcus cæco præire? non ne ambo in foueã cadent?

Matth.15.b.14

Non est discipulus supra magistrum suum: sed quisquis *erit* perfectus *discipulus*, erit ut magister.

matth.10.c.24 Ioan.13.b.16 & 15.c.10

Quid autem aspicis festucam quæ *est* in oculo fratris tui: trabem autem quæ in oculo proprio est, non animaduertis?

Matth.7.a.3

Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater, sine eijciam festucam quæ in oculo tuo est: quum ipse trabẽ quæ est in oculo tuo, non aspicias? Hypocrita, eijce primùm trabem illam ex oculo tuo: & tum dispicies ut eijcias festucam quæ est in oculo fratris tui.

Nõ est enim arbor bona quæ ferat fructũ mala: neque arbor putris quæ ferat fructum bonũ.

Arbor ex fructu nota.

Matth.7.b.17

35 πλὴν ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ ἀγαθοποιεῖτε, καὶ δανίζετε, μηδὲν ἀπελπίζοντες· καὶ ἔσται ὁ μισθὸς ὑμῶν πολύς, καὶ ἔσεσθε υἱοὶ τοῦ ὑψίστου· ὅτι αὐτὸς χρηστός ἐστιν ἐπὶ τοὺς ἀχαρίστους καὶ πονηρούς.

36 γίνεσθε οὖν οἰκτίρμονες, καθὼς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν οἰκτίρμων ἐστί.

37 καὶ μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε· μὴ κατακρίνετε, καὶ οὐ μὴ κατακριθῆτε· ἀπολύετε, καὶ ἀπολυθήσεσθε.

38 δίδοτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν· μέτρον καλὸν πεπιεσμένον καὶ σεσαλευμένον καὶ ὑπερεκχυνόμενον δώσουσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν· τῷ γὰρ αὐτῷ μέτρῳ ᾧ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν.

39 εἶπε δὲ παραβολὴν αὐτοῖς· μήτι δύναται τυφλὸς τυφλὸν ὁδηγεῖν; οὐχὶ ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται;

40 οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ, κατηρτισμένος δὲ πᾶς ἔσται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ.

41 τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ δοκὸν τὴν ἐν τῷ ἰδίῳ ὀφθαλμῷ οὐ κατανοεῖς;

42 ἢ πῶς δύνασαι λέγειν τῷ ἀδελφῷ σου, ἀδελφέ, ἄφες ἐκβάλω τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου, αὐτὸς τὴν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου δοκὸν οὐ βλέπων; ὑποκριτά, ἔκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου, καὶ τότε διαβλέψας ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου.

43 οὐ γάρ ἐστι δένδρον καλὸν, ποιοῦν καρπὸν σαπρόν· οὐδὲ πάλιν δένδρον σαπρὸν, ποιοῦν καρπὸν καλόν.

35 Inde sperantes, ἀπελπίζοντες. Fateor me nusquam alibi legisse ἀπελπίζειν in hac significatione, quum propriè declaret τὸ ἀπογινώσκειν, id est desperare. Et certè uideri possit Dominus hoc loco considerare quid plerunq; soleat homines deterrere, ne fratri inopi pecuniam credant: quia nimirũ ne pereat quod inopi creditur: ideoq; nobis istũ metũ uelle extorquere, & nos huc adducere, ut quoties proximũ in nomine Dei iuuerimus, nunquã illa cogitatio nostros animos subeat, frustrà id esse à nobis factũ: quum Deus ipse quasi uadem & sponsorem se interponat, fore ut multo etiam cum fœnore, quicquid crediderimus, recipiamus. Hanc aũt interpretationẽ si sequamur, pro inde sperantes, dicendum erit, desperantes. Sed tamen nolui ex recepta interpretatione quicquam mutare, quum & ipsa cõmodũ sensum habeat, & in multis uerbis similem uim esse appareat præpositionis ἀπὸ, ut in ἀπέχειν & ἀπολαμβάνειν, id est ab alio accipere, & ἀπογράφειν, ab alio describere. & aliis plurimis. Benignus, χρηστὸς. Hoc uocabulum tribus omnino modis interpretamur. Nam quum de re dicitur, aliquãdo id declarat quo facilè quis uti possit, ut Matth.11.d.30. Christus testatur iugum suũ esse χρηστὸν, id est facile: quo scilicet facilè & minima aut nulla potius cũ molestia utamur. interdum uerò declarat τὸ χρήσιμον, id est utile & usui nostro maximè accommodatum: quæ significatio ut non multum sit à superiore diuersa, tamen diuerso uocabulo exprimitur à Latinis, ut suprà 5.g.39. εἶναι δὲ καλὸν, id est uinum uetus dicitur χρηστότερος, utilius & magis salubre. Postremò quum personis accommodatur χρηστὸς, eum declarat qui facilem sui usum aliis præbet, quem Latini Benignum ac beneficum appellant hoc loco, & Rom.2.a.4. & Ephes.4.g.32. unde χρηστότης toties ab Apostolo laudata, quam nos Benignitatem ac facilitatem interpretamur. 38 Pressam, πεπιεσμένον. Vulg. & Eras. confertam: à consequenti scilicet. Nam epitheta hæc omnia petita sunt ab eorum consuetudine qui res aridas, ut frumentum uel legumina, uel aliquid eiusmodi, liberaliter metiuntur. Solent enim idipsum quod admetiuntur, comprimere, deinde medium quatere, postremò etiam cumulare, adeò ut suprà iustam mẽsurã aliquid redundet. In sinũ uestrum, εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν. Heb. אלחיקכם. quæ loquutio Hebræis est familiaris, ut Psal.79.d.12. 39 Parabolam, παραβολὴν. Apud Theophylactum reperio καὶ παραβολὴν, etiam parabolam, quem admodum legit Vetus interpres. 40 Sed quisquis *erit* perfectus *discipulus*, erit ut magister. διατηρισμένος δὲ λείπει ὧδε ἡ Ἀκολουθία ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ: id est, tum demum se existimet discipulus ad summũ doctrinæ gradũ peruenisse, quum præceptori suo par euaserit. Ita enim explicari uidetur hæc sententia Matth. 10.c.25. quod tamen melius intelligetur, si permutetur constructio, hoc modo: Quisquis aũt est ut magister, is est perfectus discipulus. Sic etiam suprà 6.d.29. scriptum uidetur, Ab eo qui tollit tibi pallium, etiam tunicam noli prohibere: id est, eum qui tollit tibi pallium, noli à tunica prohibere. ut in illo Ouidij: In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora. quod etiam Grammatici per hypallagen explicant. Itaque, ut ad rem redeam, Vetus interpres sententiam rectè expressit, quum hunc locum ita interpretaretur, Perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. Eras. autem ἔσται uidetur accipere pro ἐστὶ, id est fit, Theophylactum sequutus. Putat enim his Domini uerbis prohiberi discipulo, ne usurpet sibi quæ præceptor non usurpauerit: nam ita perfectum fore, si per omnia suũ præceptorem imitetur. Rursus non incommodè possis ἔσται cum διατηρισμένος connectere, & Conformem, id est σύμμορφον, nempe ad eãdem ueluti formã ac speciem cõpositũ, interpretari, ut cõueniat hæc sententia cum eo quod scribitur Rom.8.f.29. Nã etiã Epiphanius, κατὰ εἰσαγώγην ita legit, & explicat hunc locũ, ὅτι ἐστὶ μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ, ἔστω δὲ διατηρισμένος κατὰ πάντα ὁ μαθητὴς ὡς ὁ διδάσκαλος, τοῦτ' ἔστιν ἵστησι δὲ διαγμὸν ἡ διαστολὴν, καὶ πάλιν ἐστὶ καὶ ἕτερα φέρεται. Alibi tamen uidetur prima interpretatio simplicissima, ut ex Matthæo Lucas explicetur.

48 Fodit

ἕκαστον γὰρ δένδρον ἐκ τοῦ ἰδίου καρποῦ γινώ- 44 Vnaquæque enim arbor ex fructu proprio Matth.12.c.33 Matth.7.c.16
σκεται. οὐ γὰρ ἐξ ἀκανθῶν συλλέγουσι σῦκα, οὐδὲ cognoscitur. Neque enim è spinis colligunt ficus, neq; è rubo uindemiant uuam.
ἐκ βάτου τρυγῶσι σταφυλήν.

ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς 45 Bonus homo ex bono thesauro cor- Cor ex operibus notum.
καρδίας αὐτοῦ προφέρει τὸ ἀγαθόν, καὶ ὁ πονηρὸς dis sui profert bonum: & malus homo ex
ἄνθρωπος ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐ malo thesauro cordis sui profert malum.
τοῦ προφέρει τὸ πονηρόν· ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματος ex abundantia enim cordis loquitur os e-
τῆς καρδίας λαλεῖ τὸ στόμα αὐτοῦ. ius.

τί δέ με καλεῖτε, Κύριε κύριε, καὶ οὐ ποιεῖτε 46 Quid autem uocatis me, Domine, Domine: Facientes uolun tatem Dei.
ἃ λέγω. & non facitis quæ dico?

πᾶς ὁ ἐρχόμενος πρός με, καὶ ἀκούων μου τοὺς λόγους, 47 Quisquis uenit ad me, & audit sermones me- Matth.7.c.12 Rom.2.b.13 Iac.1.d.22
καὶ ποιῶν αὐτούς, ὑποδείξω ὑμῖν τίνι ἐστὶν ὅμοιος. os, & facit eos: indicabo uobis cui similis sit.

ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδομοῦντι οἰκίαν, ὃς 48 Similis est homini ædificanti domum, qui fo-
ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε, καὶ ἔθηκε θεμέλιον ἐπὶ τὴν dit & excauauit, posuitque fundamentum su-
πέτραν· πλημμύρας δὲ γενομένης, προσέρηξεν ὁ per petram. inundatione autem facta, illisum
ποταμὸς τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, καὶ οὐκ ἴσχυσε σαλεῦσαι est flumen domui illi, sed non potuit eam quate
αὐτήν· τεθεμελίωτο γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν. re: fundata enim erat super petram.

ὁ δὲ ἀκούσας, καὶ μὴ ποιήσας, ὅμοιός ἐστιν ἀν- 49 Qui autem audiuit & non fecit, similis est
θρώπῳ οἰκοδομήσαντι οἰκίαν ἐπὶ τὴν γῆν χωρὶς homini, qui ædificauit domum suam super ter-
θεμελίου, ᾗ προσέρηξεν ὁ ποταμός, καὶ ram absq; fundamento: cui illisum est flumen:
εὐθέως ἔπεσε, καὶ ἐγένετο τὸ ῥῆγμα τῆς οἰκίας itaque statim cecidit, & facta est ruina domus
ἐκείνης μέγα. illius magna.

ΚΕΦΑΛ. ζ. CAP. VII.

Ἐπεὶ δὲ ἐπλήρωσε πάντα τὰ ῥήματα αὐτοῦ εἰς 1 QVum autem finisset omnia uerba sua, au- Centurionis seruus sanatur. Matth.8.a.5
τὰς ἀκοὰς τοῦ λαοῦ, εἰσῆλθεν εἰς Καπερναούμ. diente populo, ingressus est Capernaum.

ἑκατοντάρχου δέ τινος δοῦλος κακῶς ἔ- 2 Centurionis autem cuiusdam seruus malè af-
χων, ἤμελλε τελευτᾶν, ὃς ἦν αὐτῷ ἔντιμος. fectus moribundus erat: qui erat ipsi precio sus.

ἀκούσας δὲ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν 3 Is uerò quum audisset de Iesu, misit ad eum
πρεσβυτέρους τῶν Ἰουδαίων, ἐρωτῶν αὐτὸν, ὅπως Seniores ludæorum, rogans eum ut ueniret, &
ἐλθὼν διασώσῃ τὸν δοῦλον αὐτοῦ. seruaret seruum suum.

οἱ δὲ παραγενόμενοι πρὸς τὸν Ἰησοῦν, παρε- 4 Isti autem quum uenissent ad Iesum, precati
κάλουν αὐτὸν σπουδαίως, λέγοντες, ὅτι ἄξιός sunt eum studiosè, dicentes dignum esse cui hoc
ἐστιν ᾧ παρέξει τοῦτο· præberet.

ἀγαπᾷ γὰρ τὸ ἔθνος ἡμῶν, καὶ τὴν συναγω- 5 Diligit enim, aiebant, gentem nostram, & sy-
γὴν αὐτὸς ᾠκοδόμησεν ἡμῖν. nagogam ipse ædificauit nobis.

ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐπορεύετο σὺν αὐτοῖς. ἤδη δὲ αὐ- 6 Iesus ergo proficiscebatur cum eis. Sed quũ
τοῦ ἀπέχοντος ἀπὸ τῆς οἰκίας, ἔπεμ- iam non longè abesset à domo, misit ad eum
ψε πρὸς αὐτὸν ὁ ἑκατόνταρχος φίλους, λέγων Centurio ille amicos, dicens ei: Domine, ne ue Fides Centurionis.
αὐτῷ· κύριε, μὴ σκύλλου· οὐ γὰρ ἱκανός εἰμι ἵνα xeris: non enim sum dignus, ut sub tectum meũ
ὑπὸ τὴν στέγην μου εἰσέλθῃς. ingrediaris.

48 Fodit & excauauit, ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε. Crescit oratio. plus enim est excauare, quàm fodere. Vulgata & Eras. fodit in altũ: id est, ἔσκαψε δὲ βάθει, sensu tamẽ rectè expresso. Quatere, σαλεύσαι. Paulo antè & alibi etiã aliquoties idem uerbum conuertimus, agitare: hic autem quia amplius quiddam significat, nimirum agitando subuertere, aliud uocabulum quæsiuimus. Vulgata & Erasmus mouere: id est, ἀνασῦραι.

IN CAPVT VII.

1 Finisset, ἐπλήρωσε: id est, τέλεσε. Vul. ad uerbum, impleuisset: quam interpretationem, ut ambiguam, reieci. Audiente populo, ἐν τοῖς ἀκοαῖς τοῦ λαοῦ. Vide suprà 4.d.21. 2 Seruus, δοῦλος. Hinc colligit Eras. apud Matthæum cap. 5. παῖδες appellatione non filium, sed seruum necessariò intelligi. sed non desunt qui negent quod assumit Erasmus, eandem scilicet historiam à Matthæo & Luca commemorari. quibus tamen non assentior. Moribundus erat, ἤμελλε τελευτᾶν. Vulgata ad uerbum, erat moriturus. Ego uerò malui moribundum dicere. Eras. agebat animam. sensu quidem eleganter expresso, sed recedens à uerbis Lucæ. Preciosus, ἔντιμος: id est, quem plurimi faciebat. Ponitur enim ἔντιμος pro τίμιος. cui opponitur εὔτιμος: id est uilis, & parui precij. Eras. charũ mauult interpretari: quia, inquit, preciosus de re dicitur, de homine non item, nisi translaticiè. atqui cõstat mancipia in bonis numerari. 4 Dignum esse, ὅτι ἄξιός ἐστιν. Sensum infiniti conuertimus per ipsum infinitum, ut melius intelligatur obliquã esse orationẽ: quod neq; Vetus interpres, neq; Eras. ipse uidentur considerasse, ut qui conuerterint παρίξει, præstes, quasi scriptum sit παρίξῃς, in secunda futuri à παρίχομαι. Nam mihi nõ fit uerisimile Lucã Atticorum more scripsisse, παρίξει pro παρίξῃ. 5 Diligit enim, aiebãt, ἀγαπᾷ γάρ. Trãsitio est duriuscula ab obliqua oratione ad rectã. cuius exemplum extat prorsus simile suprà 5.c.14. Eam igitur ut emollirẽ, addidi uerbũ Aiebant, sicut illo loco Eras. rectè suppleuit uerbum, Inquit. 6 Iesus ergo, Ἰησοῦς δέ. Hoc loco δέ pro οὖν accipi cõmodè (ni fallor) potest, sicut rursus in sequẽti mẽbro uidetur pro ἀλλὰ usurpari. Ita enim melius cohæret tota oratio. Dicẽs ei, λέγων αὐτῷ: id est, qui ei suo nomine hæc dicerẽt. Solent enim Hebræi, ut alibi etiã annotauimus, dialogis potius q̃ obliquis sermonib. res gestas explicare. Est autẽ hæc cõsuetudo notanda hoc loco, ut Matthæus cũ Luca cõcilietur in huius historiæ narratione.

7 Dic uer-

Ideo ne meipsum qdē sum dignū arbitratus q uenirē ad te: sed dic uerbo, et sanabit puer meus.

7 διὸ οὐδὲ ἐμαυτὸν ἠξίωσα πρός σε ἐλθεῖν. ἀλλὰ εἰπὲ λόγῳ, καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς μου. A

Etenim ego homo sum sub potestate cōstitutus, habens sub me milites: & dico huic, Proficiscere, & proficiscitur: & alteri, Veni, ac uenit: & seruo meo, Fac hoc, ac facit.

8 καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν τασσόμενος, ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας. καὶ λέγω τούτῳ, πορεύθητι, καὶ πορεύεται· καὶ ἄλλῳ, ἔρχου, καὶ ἔρχεται· καὶ τῷ δούλῳ μου, ποίησον τοῦτο, καὶ ποιεῖ.

Auditis autem his, Iesus miratus est eum: & conuersus sequenti se turbæ dixit: Dico uobis, quòd nec in Israel quidem tantam fidem inueni.

9 ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἰησοῦς, ἐθαύμασεν αὐτὸν· καὶ στραφεὶς τῷ ἀκολουθοῦντι αὐτῷ ὄχλῳ εἶπε· λέγω ὑμῖν, οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον.

Et domum reuersi qui missi fuerant, inuenerunt seruum, qui inualidus fuerat, sanum.

10 καὶ ὑποστρέψαντες οἱ πεμφθέντες εἰς τὸν οἶκον, εὗρον τὸν δοῦλον ὑγιαίνοντα.

Filius uiduæ suscitatur in Naim.

Et factum est *die* sequenti, proficiscebatur in ciuitatem quæ uocatur Naim: & proficiscebantur cum eo discipuli eius multi, turbaq; multa.

11 καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἑξῆς, ἐπορεύετο εἰς πόλιν καλουμένην Ναΐν, καὶ συνεπορεύοντο αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἱκανοὶ, καὶ ὄχλος πολύς.

Vt autem appropinquauit portæ ciuitatis, tum ecce defunctus efferebatur, *qui* unigenitus *erat* matri suæ, & ipsi *quidem* uiduæ: turbaq; ciuitatis multa erat cum ea.

12 ὡς δὲ ἤγγισε τῇ πύλῃ τῆς πόλεως, καὶ ἰδοὺ ἐξεκομίζετο τεθνηκὼς υἱὸς μονογενὴς τῇ μητρὶ αὐτοῦ, καὶ αὐτὴ ἦν χήρα, καὶ ὄχλος τῆς πόλεως ἱκανὸς σὺν αὐτῇ.

Misericordia.

Ipsam autem quum uidisset Dominus, misericordia cōmotus est super ea, & ait ei: Ne fleas.

13 καὶ ἰδὼν αὐτὴν ὁ Κύριος, ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτῇ, καὶ εἶπεν αὐτῇ, μὴ κλαῖε.

Et quum accessisset, tetigit loculum (ij uerò qui portabant, restiterunt) & ait: Adolescentule, tibi dico, surge.

14 καὶ προσελθὼν ἥψατο τῆς σοροῦ· οἱ δὲ βαστάζοντες ἔστησαν. καὶ εἶπε, νεανίσκε, σοὶ λέγω, ἐγέρθητι. B

Tunc resedit qui fuerat mortuus, & cœpit loqui: & *ille* dedit eum matri suæ.

15 καὶ ἀνεκάθισεν ὁ νεκρὸς, καὶ ἤρξατο λαλεῖν. καὶ ἔδωκεν αὐτὸν τῇ μητρὶ αὐτοῦ.

Propheta.

Cæpit autem omnes timor: & glorificabant Deum, dicentes: Certè propheta magnus surrexit inter nos, & certe Deus respexit populum suum.

16 ἔλαβε δὲ φόβος ἅπαντας, καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεὸν, λέγοντες· ὅτι προφήτης μέγας ἠγέρθη ἐν ἡμῖν, καὶ ὅτι ἐπεσκέψατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ.

Peruenitq; iste de eo sermo in uniuersam Iudæam, & in omnem regionem circumiacētem.

17 καὶ ἐξῆλθεν ὁ λόγος οὗτος ἐν ὅλῃ τῇ Ἰουδαίᾳ περὶ αὐτοῦ, καὶ πάσῃ τῇ περιχώρῳ.

Ioannes mittit discipulos suos ad Christum. Matth. 11. a. 2

Et renunciarunt Ioanni discipuli ipsius de his omnibus. qui conuocatos duos quosdam è discipulis suis

18 καὶ ἀπήγγειλαν Ἰωάννῃ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ περὶ πάντων τούτων. καὶ προσκαλεσάμενος δύο τινὰς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ Ἰωάννης,

Misit ad Iesum, dicens: Tu es ille qui uenturus erat, an alium expectabimus?

19 ἔπεμψε πρὸς τὸν Ἰησοῦν, λέγων· σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἄλλον προσδοκῶμεν;

Quum igitur uenissent ad eum uiri illi, dixerunt: Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens: Tu es ille qui uenturus erat, an alium expectabimus?

20 παραγενόμενοι δὲ πρὸς αὐτὸν οἱ ἄνδρες εἶπον· Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς ἀπέστειλεν ἡμᾶς πρός σε, λέγων· σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἄλλον προσδοκῶμεν;

Eadem autem hora multos sanauit à morbis

21 ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐθεράπευσε πολλοὺς ἀπὸ νόσων C

7 Dic uerbo, εἰπὲ λόγῳ: id est, solo dūtaxat uerbo iube ut ita fiat. Nam dicere pro iubere accipi sæpe, iam annotauimus. Vide Matth. 8. a. 8. 11 Die sequēti, ἐν τῇ ἑξῆς. Subauditur ἡμέρᾳ: ut quum dicimus, τῇ ὑστεραίᾳ. In quibusdam autē codicibus, atq; adeò apud Theophylactum legitur, ἐν τῷ ἑξῆς, subaudi λαιρῷ, ut initio sequentis capitis, id est postea, uel deinceps: ut exposuit Eras. cum Vetere interprete. Multi, ἱκανοὶ. Deerat in octauo exēplari, neq; est in editione Vulgata. 12 Qui unigenitus *erat*, μονογενὴς. Vul. & Eras. unicus: id est, μόνος. Exposui autem participium ὤν, quod in Græco sermone cōmodè subauditur, ut melius cohæreāt sequentia. Et ipsi *quidem* uiduæ, καὶ αὐτὴ ἦν χήρα. Huius loci triplicē lectionē inuenio in manuscriptis codicibus. Quidā enim habent, καὶ αὐτὴ ἦν χήρα, καὶ ὄχλος τῆς πόλεως ἱκανὸς σὺν αὐτῇ, id est: ut cōuerterunt Vetus interpres & Eras. Et hęc uidua erat, & turba ciuitatis multacū ea. Sed hāc lectionem si sequamur, nemo non uidet duram esse repetitionē uerbi ἦν in ultimo membro, quū illud καὶ ἦν χήρα nō sit cōiungendū cum καὶ αὐτῇ, sed cū καὶ ὄχλος ἱκανὸς ἦν σὺν αὐτῇ. Itaq; nōnulli codices habēt ἦν posteriore loco, nō aūt prior: id est post ἱκανὸς, nō autē post αὐτῇ: & pro καὶ αὐτὴ χήρα, legūt αὐτὴ καὶ χήρα. quā lectionē multo tolerabiliorē puto. Sed utriq; antepono eam quā sum sequutus in nōnullis exēplaribus repertam, hāc scilicet, ἦσαν μονογενὴς τῇ μητρὶ αὐτοῦ καὶ αὐτὴ χήρα καὶ ὄχλος τῆς πόλεως ἱκανὸς ἦν σὺν αὐτῇ. 16 Surrexit, ἠγέρθη. Id est, exortus est: ut diximus Matthæi 11. b. 11. Certè, ὅτι. Sæpe quidē redundat hæc particula, sed interdū tamen sua ui non caret, ut hoc loco non uideā ociosa, quū præsertim bis repetat. 18 Qui, τινὰς ἰδίων. Vul. & Eras. ad uerbū, & Ioannes. Est aūt Hebraica repetitio antecedētis, p relatiuo, quę repetitio ut uitari posset, inuenta esse, pnomina testatur Apollonius. 20 Viri illi, οἱ ἄνδρες. Vul. & Eras. prætermittunt articulum, cuius uis est ἀναφορικὴ hoc loco. Sed tamen hæc deesse, comperimus in uno uetusto codice, nulla sensus iniuria. 21 Eadem autem hora, ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ὥρᾳ: id est, eo ipso tempore quo ad Iesum uenerunt. Neque enim ὥρα hic accipitur pro duodecima diei parte, quam etiam ob causam alibi conuertimus momentum. Sed & in uno exemplari scriptum legimus, ἐν ἰσότῃ τῇ ἡμέρᾳ, in illo die.

Grtifi-

A μαστίγων καὶ πνευμάτων πονηρῶν, καὶ τυφλοῖς πολλοῖς ἐχαρίσατο τὸ βλέπειν.

ac flagellis & spiritibus malis: & cæcis multis ui sum gratificatus est.

καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· πορευθέντες ἀπαγγείλατε Ἰωάννῃ ἃ εἴδετε καὶ ἠκούσατε, ὅτι τυφλοὶ ἀναβλέπουσι, χωλοὶ περιπατοῦσι, λεπροὶ καθαρίζονται, καὶ κωφοὶ ἀκούουσι, νεκροὶ ἐγείρονται, πτωχοὶ εὐαγγελίζονται.

22 Et respondens Iesus, dixit eis: Profecti renunciate Iohanni quæ uidistis & audistis: quòd cæci uisum recipiunt, claudi ambulant, leprosi purgantur, surdi audiunt, mortui surgunt, pauperes euangelizantur. *Pauperes.*

καὶ μακάριός ἐστιν ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί.

23 Et beatus est quicunq; non fuerit offensus in me. *Beatus.*

ἀπελθόντων δὲ τῶν ἀγγέλων Ἰωάννου, ἤρξατο λέγειν πρὸς τοὺς ὄχλους περὶ Ἰωάννου· τί ἐξήλθατε εἰς τὴν ἔρημον θεάσασθαι; κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον;

24 Et quum abijssent nuncij Ioannis, cœpit de Ioanne dicere ad turbam: Quid uenistis in desertum ut spectaretis? arundinem quæ uento agitetur? *Testimonium Christi de Ioanne.*

ἀλλὰ τί ἐξήλθατε ἰδεῖν; ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον; ἰδοὺ οἱ ἐν ἱματισμῷ ἐνδόξῳ καὶ τρυφῇ ὑπάρχοντες, ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσίν.

25 Sed quid existis ut uideretis, hominem mollibus uestimentis amictum? ecce, qui sunt uestitu honorifico & in delicijs, sunt in palatijs regum.

ἀλλὰ τί ἐξήλθατε ἰδεῖν; προφήτην; ναὶ λέγω ὑμῖν, καὶ περισσότερον προφήτου.

26 Sed quid existis ut uideretis? Prophetam? etiam dico uobis, et maiorem quàm prophetam.

οὗτός ἐστι περὶ οὗ γέγραπται· ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου.

27 Iste est de quo scriptum est: Ecce mitto nuncium meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam coram te. *Mal. ch. 3. a. 1*

λέγω γὰρ ὑμῖν, μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν προφήτης Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ· ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ, μείζων αὐτοῦ ἐστι.

28 Nam, dico uobis, inter eos qui gignuntur è mulieribus, nemo est maior propheta Ioanne Baptista: sed qui minimus est in regno Dei, maior est eo.

καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἀκούσας, καὶ οἱ τελῶναι, ἐδικαίωσαν τὸν θεόν, βαπτισθέντες τὸ βάπτισμα Ἰωάννου.

29 Tunc omnis populus his auditis, & publicani iustificarunt Deum, qui baptizati fuerant baptismo Ioannis. *Iustificare Deum.*

οἱ δὲ φαρισαῖοι καὶ οἱ νομικοὶ τὴν βουλὴν τοῦ θεοῦ ἠθέτησαν εἰς ἑαυτούς, μὴ βαπτισθέντες ὑπ' αὐτοῦ.

30 Pharisæi autem & legisperiti consilium Dei reiecerunt aduersus semetipsos, qui non fuerant baptizati ab illo.

εἶπε δὲ ὁ κύριος· τίνι οὖν ὁμοιώσω τοὺς ἀνθρώπους τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ τίνι εἰσὶν ὅμοιοι;

31 Ait autē Dominus: Cui ergo assimilabo homines nationis istius? & cui *rei* similes sunt? *Matth. 11. b. 16*

Gratificatus est, ἐχαρίσατο. Vul. & Eras. donauit, ἐλαβέσατο, eodem quidem sensu. Sed quū gratificandi uerbum ita usurpetur frequenter ab ipso Cicerone, ut prorsus respondeat uerbo χαρίζεσθαι tum significatione, tum etiā constructione, nulla est ratio cur synonymum quæramus. Itaq; deinceps interpretabimur hoc modo, præsertim in Pauli epistolis. 22 Respōdens Iesus, ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς. Theophylactus hoc loco nō habet ὁ Ἰησοῦς, & certè uidetur potius superiori uersiculo conuenire. 24 In desertū, εἰς τὴν ἔρημον. Annotat Eras. in nōnullis Latinis exemplaribus, post hæc uerba subijci notā interrogationis, ut διάκειται coniungatur sequentibus: quæ distinctio mihi non displicet. 25 Honorifico, ἐνδόξῳ: id est, quo utuntur uiri nobiles, & suis opibus illustres. Eras. splendido, λαμπρῷ. Vul. precioso: id est, τιμίῳ: quāuis, quod ad sensum attinet, nullū sit in his discrimē. 26 Maiorē quàm prophetā, περισσότερον προφήτου. In uetustis exemplaribus 3.5.8. & apud Theophylactū non additur προφήτου, neq; etiā apud Matth. 29 Iustificarunt, ἐδικαίωσαν: id est, Deū ut iustū, bonū ac fidelē, & misericordē laudarunt. Nam apud Hebræos sæpe צדקה fidem, benignitatē ac misericordiā declarat: adeò ut Septuaginta illi, quos uulgò uocāt, interpretes, interdum ἐπιεικεύεσθαι interpretentur. Itaq; τὸ δικαιοῦν hoc loco penè idem declarat atq; ἐμπαίζειν, δεοξολογεῖν, λοίδορον ποιεῖσθαι, quæ uerba alibi frequenter occurrunt: nisi fortassis malimus dici Deum ab ijs iustificari, id est iustum declarari, qui fide amplexi ipsius promissiones, cæteris hominibus præbent luculentum iusticiæ ac bonitatis diuinæ specimen. Eos enim gratis iustificat Dominus in Christi sanguine, ut iusticiā suam declaret Rom. 3. d. 15. Vide Matth. 11. c. 19. 30 Reiecerunt, ἠθέτησαν. Sic accipitur uerbum ἀθετεῖν Gal. 2. d. 21. Quidam conuertit rescinderunt: & fateor τὸ ἀθετεῖν interdum hoc declarare, ut diximus Marci 6. d. 26. Sed alibi testatur Paulus uerbum Domini nō posse excidere, & abest ut de Deo minus diuinè sentiamus, quàm de suo Ioue Homerus, quū sic eum loquentē inducit, —εὖ γὰ ἰκὴν πολυάγρυτον οὐδ' ἀποπλὴν, οὐδ' ἀτελεύτητόν γ' ἔ, τι ἐφ' ἁμαρτὴ ἐκπεπιθοῦν. Itaq; quamuis soli homines in culpa sint, quoties nullū beneficentiæ Dei locum relinquunt, tamen cōsilium Dei rescindi posse nego. Aduersus semetipsos, εἰς ἑαυτούς: id est, suo maximo damno. Neq; enim Deum, sed seipsos lædunt qui Dei gratiam aspernantur. Potest tamen etiam accipi εἰς pro ὡς, ut εἰς ἑαυτοὺς significet, apud se: quia scilicet isti non audebant palàm Ioannis doctrinam aspernari, quòd populū metuerent, ut traditur Matth. 21. c. 26. Postremò quidam conuertit, κατ' ἑαυτούς, quantum in se fuit: quod genus dicendi nusquam memini legere, & haud satis scio an reperiatur nisi præpositio articulo. Poterat tamen uideri hoc modo conuertisse, ut leniret præcedentem interpretationem uerbi θέτησαν, nisi omnes nossent ita eum sentire de quibusdam Dei consilijs, ut eorum euentum uelit in hominis esse arbitrio ac potestate. Actum enim erat de Dei iusticia, nisi eius patrocinium bonus uir iste suscepisset. 31 Ait aūt Dominus, εἶπε δὲ ὁ κύριος. Hęc uerba deerant in omnibus uetustis codicib. quę tamē prorsus uidētur requiri, nisi duos uersiculos, proximè præcedētes includamus parēthesi, aut suo more Lucas ab oratione obliqua trāseat ad rectā, ut suprà uersu 5.

Símiles sunt puerulis sedentibus in foro, & qui acclamant alij ad alios, ac dicunt: Cecinímus uobis tibijs, & non saltastis: lamentati sumus uobis, & non fleuistis.

Ioannes non bibit uinum.

Venit enim Ioannes Baptísta, neque edens panem, neque bíbens uinum: & dicitis, Dæmonium habet.

Christus bibit.

Venit filius hominis edens ac bíbens, & dicitis: Ecce homo edax, & uini potor, amicus publicanorum ac peccatorum.

Sed iustificata est sapientia à filijs suis omnibus.

Christus mandat cuen Simone Pharisæo.

Rogauit autem eum quidam è Pharisæis, ut uescretur cum ipso: itaque ingressus domum Pharisæi, accubuit.

Peccatrix rigat pedes Iesu.

Et ecce, mulier quæ fuerat in urbe peccatrix, cum cognouisset quòd accubuisset in domo Pharisæi, allato alabastro unguenti,

Marc. 15. d. 40 Ioan. 20. c. 11

Et stans ad pedes eius retrò, flens cœpit lachrymis rigare pedes eius, & capillis capitis sui extergebat: & deosculabatur pedes eius, & unguento ungebat.

Quum autem id uidisset Pharisæus, qui uocauerat eum, ait apud se, dicens: Hic si esset propheta, nosset quę & qualis sit ea mulier quæ tangit ipsum: nam est peccatrix.

Tunc respondens Iesus dixit ad eum: Símon habeo quiddam quod tibi dicam. At ille ait: Magíster, dic.

Debitores duo.

Duo debitores, *inquit Iesus*, erant cuidam creditori: unus debebat denarios quingentos, alter uerò quinquaginta.

Quũ autẽ illi non essent soluẽdo, gratificatus est utrisq. Horũ igitur dic uter eũ plus diliget?

Respondens uerò Simon dixit: Existimo quòd is cui plus gratificatus est. At ille dixit ei: Rectè iudicasti.

Lauare pedes.

Et conuersus ad mulierem, dixit Símoni: Vides hanc mulierem? ingressus sum in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis capitis sui extersit.

Osculum

Osculum mihi nõ dedisti: hæc autem, ex quo intraui, non intermisit deosculari pedes meos.

Oleo ungere caput.

Oleo caput meum non unxisti: hæc autem unguento unxit pedes meos.

Dilectio.

Remissio peccatorum.

Cuius rei gratia, dico tibi *quòd* remissa sunt peccata eius multa, nam dilexit multum. cui autem paululum remittitur, paululum diligit.

32 ὅμοιοί εἰσι παιδίοις τοῖς ἐν ἀγορᾷ καθημένοις, A
καὶ προσφωνοῦσιν ἀλλήλοις, καὶ λέγουσιν· ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε· ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκλαύσατε.

33 ἐλήλυθε γὰρ Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς μὴτε ἄρτον ἐσθίων, μήτε οἶνον πίνων, καὶ λέγετε, Δαιμόνιον ἔχει.

34 ἐλήλυθεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων, καὶ λέγετε· ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης, τελωνῶν φίλος καὶ ἁμαρτωλῶν.

35 καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ πάντων τῶν τέκνων αὐτῆς.

36 Ἠρώτα δέ τις αὐτὸν τῶν Φαρισαίων, ἵνα φάγῃ μετ' αὐτοῦ. καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Φαρισαίου, ἀνεκλίθη.

37 καὶ ἰδοὺ γυνὴ ἥτις ἦν ἐν τῇ πόλει, ἁμαρτωλός, καὶ γνοῦσα ὅτι κατάκειται ἐν τῷ οἰκίᾳ τοῦ Φαρισαίου, κομίσασα ἀλάβαστρον μύρου,

38 καὶ στᾶσα παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ ὀπίσω κλαίουσα, ἤρξατο βρέχειν τοὺς πόδας αὐτοῦ τοῖς δάκρυσι, καὶ ταῖς θριξὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς ἐξέμασσε, καὶ κατεφίλει τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἤλειφε τῷ μύρῳ. B

39 ἰδὼν δὲ ὁ Φαρισαῖος ὁ καλέσας αὐτὸν, εἶπεν ἐν ἑαυτῷ, λέγων· οὗτος εἰ ἦν προφήτης, ἐγίνωσκεν ἂν τίς καὶ ποταπὴ ἡ γυνὴ ἥτις ἅπτεται αὐτοῦ, ὅτι ἁμαρτωλός ἐστι.

40 καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπε πρὸς αὐτὸν· Σίμων, ἔχω σοί τι εἰπεῖν. ὁ δέ φησι, Διδάσκαλε, εἰπέ.

41 Δύο χρεοφειλέται ἦσαν δανεισταῖ τινι· ὁ εἷς ὤφειλε δηνάρια πεντακόσια, ὁ δὲ ἕτερος πεντήκοντα.

42 μὴ ἐχόντων ἀποδοῦναι, ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο. τίς οὖν αὐτῶν, εἰπέ, πλεῖον αὐτὸν ἀγαπήσει;

43 ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Σίμων εἶπεν· Ὑπολαμβάνω ὅτι ᾧ τὸ πλεῖον ἐχαρίσατο. ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, ὀρθῶς ἔκρινας.

44 καὶ στραφεὶς πρὸς τὴν γυναῖκα, τῷ Σίμωνι ἔφη· Βλέπεις ταύτην τὴν γυναῖκα; εἰσῆλθόν σου εἰς τὴν οἰκίαν, ὕδωρ μοι ἐπὶ τοὺς πόδας οὐκ ἔδωκας· αὕτη δὲ τοῖς δάκρυσι ἔβρεξέ μου τοὺς πόδας, καὶ C
ταῖς θριξὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς ἐξέμαξε.

45 φίλημά μοι οὐκ ἔδωκας· αὕτη δὲ ἀφ' ἧς εἰσῆλθον, οὐ διέλιπε καταφιλοῦσά μου τοὺς πόδας.

46 ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου οὐκ ἤλειψας, αὕτη δὲ μύρῳ ἤλειψε μου τοὺς πόδας.

47 οὗ χάριν, λέγω σοι, ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαί, ὅτι ἠγάπησε πολύ. ᾧ δὲ ὀλίγον ἀφίεται, ὀλίγον ἀγαπᾷ.

35 Omnibus, πάντων. Deerat in secundo codice, & in Vulgata editione. Vide Matth. 11. c. 19. 37 Quum cognouisset, ἐπιγνοῦσα, id est, γνοῦσα. Nam alioquin τὸ ἐπιγινώσκειν interpretamur Agnoscere. 38 Et stans, καὶ στᾶσα, id est existens ac manens ad pedes. Nam τὸ ἑστάναι non opponitur τῷ καθῆσθαι hoc loco, sed nihil aliud decarat quàm παρεῖναι, sicut etiam accipitur Act. 7. g. 56. & alibi sæpe. Itaq; nõ assentior Erasmo, qui ex hoc loco colligit, thorum tam altè fuisse extructum, ut stans attigerit accumbentis pedes. 39 Dicens, λέγων. Hebræus pleonasmus uerbi לאמר. Sic infrà 20. a. 2. 47 Dico tibi *quòd* remissa sunt, &c. λέγω σοι, ἀφέωνται. Particulam ὅτι expressi, quę deesse uidebatur hoc loco, & adscripta etiam erat in uno uetusto codice. Sic etiã paulo antè uersu 9. & Marc. 6. a. 5. Nam dilexit, ὅτι ἠγάπησε. Vul. & Eras. quoniã dilexit. Ego uerò malui illo modo interpretari, ut faciliùs intelligatur, in his uerbis nõ ostẽdi causam remissionis peccatorũ, sed id potius quod cõsequitur peccatorũ remissionẽ, & ex cõsequente colligi antecedẽs. Deus enim prior non dilexit, quũ adhuc peccatores essemus. Itaq; qui hoc loco abutuntur ad euertendã gratuitã ex ipsa fide iustificationẽ, non modò summã impudentiã, sed etiã infantiam suam patefaciunt.

IN CA-

εἶπε δὲ αὐτῇ· ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι. 49
καὶ ἤρξαντο οἱ συνανακείμενοι λέγειν ἐν ἑαυτοῖς· τίς οὗτός ἐστιν, ὃς καὶ ἁμαρτίας ἀφίησιν; 49
εἶπε δὲ πρὸς τὴν γυναῖκα, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε, πορεύου εἰς εἰρήνην. 50

Dixit aũt ad eam: Remissa sunt tibi peccata.
Et cœperũt qui simul accũbebãt, dicere inter se: Quis est hic, qui etiam peccata remittit?
Dixit autem ad mulierem: Fides tua te seruauit: uade in pace. *Fides.*

ΚΕΦΑΛ. η'. CAP. VIII.

Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ καθεξῆς, καὶ αὐτὸς διώδευε κατὰ πόλιν καὶ κώμην, κηρύσσων καὶ εὐαγγελιζόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, καὶ οἱ δώδεκα σὺν αὐτῷ, 1

ET factum est deinceps, ipse iter faciebat per singulas urbes & uicos, prædicans & euangelizans regnum Dei: & duodecim illi erant cum eo. *Docet Christus regnum Dei.*

καί γυναῖκές τινες, αἳ ἦσαν τεθεραπευμέναι ἀπὸ πνευμάτων πονηρῶν καὶ ἀσθενειῶν, Μαρία ἡ καλουμένη Μαγδαληνή, ἀφ' ἧς δαιμόνια ἑπτὰ ἐξεληλύθει, 2

Ac quædam mulieres quas sanauerat à spiritibus malis & infirmitatibus, Maria quæ uocabatur Magdalene, è qua septem dæmonia exierant, *Mulieres ministrantes Christo de facultatibus suis.* Marc.16.b.9

καὶ Ἰωάννα γυνὴ Χουζᾶ ἐπιτρόπου Ἡρῴδου, καὶ Σουσάννα, καὶ ἕτεραι πολλαί, αἵτινες διηκόνουν αὐτοῖς ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων αὐταῖς. 3

Et Iohanna uxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ ministrabant ei de facultatibus suis.

συνιόντος δὲ ὄχλου πολλοῦ, καὶ τῶν κατὰ πόλιν ἐπιπορευομένων πρὸς αὐτόν, εἶπε διὰ παραβολῆς· 4

Quum autem multa turba conueniret, & qui in singulis urbibus erant, proficiscerentur ad eum, dixit per parabolam:

B ἐξῆλθεν ὁ σπείρων, τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ σπείρειν αὐτὸν, ὃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδόν, καὶ κατεπατήθη, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατέφαγεν αὐτό. 5

Quidam qui seminabat, exijt ad seminandum semen suum: & in seminando aliud cecidit iuxta uiam, & conculcatum est, & uolucres cœli deuorarunt illud. *Parabola seminantis.* Matth. 13. a. 3 Marc. 4. a. 1

καὶ ἕτερον ἔπεσεν ἐπὶ τὴν πέτραν, καὶ φυὲν ἐξηράνθη, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἰκμάδα. 6

Et aliud cecidit super petram, & enatũ aruit, quia non habebat humorem.

καὶ ἕτερον ἔπεσεν ἐν μέσῳ τῶν ἀκανθῶν, καὶ συμφυσᾶσαι αἱ ἄκανθαι ἀπέπνιξαν αὐτό. 7

Et aliud cecidit inter spinas: & simul enatæ spinæ suffocauerunt illud.

καὶ ἕτερον ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν, καὶ φυὲν ἐποίησε καρπὸν ἑκατονταπλασίονα. ταῦτα λέγων, ἐφώνει· ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω. 8

Et aliud cecidit in terram bonam: & quum enatum esset, tulit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat: Qui habet aures ad audiendũ, audiat.

ἐπηρώτων δὲ αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες· τίς εἴη ἡ παραβολὴ αὕτη; 9

Interrogabant autem eum discipuli eis, dicentes quæ esset ista parabolà.

C ὁ δὲ εἶπεν· ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ, τοῖς δὲ λοιποῖς ἐν παραβολαῖς, ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι, καὶ ἀκούοντες μὴ συνιῶσιν. 10

Ipse uerò dixit *eis*: Vobis datum est nosse mysteria regni Dei: reliquis autẽ per parabolas, ut uidentes non uideant, & audiẽtes nõ intelligãt. *Apostolis data cognitio Euangelij.* Esa. 6. c. 9 Matth. 13. b. 14 Marc. 4. b. 12. Ioan. 12. f. 40 Act. 28. f. 26 Rom. 11. a. 8 Matth. 13. b. 18 Marc. 4. b. 15

ἔστι δὲ αὕτη ἡ παραβολή· ὁ σπόρος ἐστὶν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ. 11

Est autem hæc parabola: Semen, est sermo Dei.

οἱ δὲ παρὰ τὴν ὁδόν, εἰσὶν οἱ ἀκούοντες, εἶτα ἔρχεται ὁ διάβολος, καὶ αἴρει τὸν λόγον ἀπὸ τῆς καρδίας αὐτῶν, ἵνα μὴ πιστεύσαντες σωθῶσιν. 12

Qui auem iuxta uiã, ij sunt qui audiunt: deinde uenit diabolus, & tollit sermonẽ è corde eorum, ne quum crediderint, seruentur.

οἱ δὲ ἐπὶ τῆς πέτρας, οἵτινες ὅταν ἀκούσωσι, μετὰ χαρᾶς δέχονται τὸν λόγον· καὶ οὗτοι ῥίζαν οὐκ ἔχουσιν, οἱ πρὸς καιρὸν πιστεύουσι, καὶ ἐν καιρῷ πειρασμοῦ ἀφίστανται. 13

Qui uerò super petram, *ij sunt* qui quum audierint, cum gaudio excipiunt sermonem: sed isti radices non habent: qui ad tempus credũt, & in tempore tentationis absistunt. *Tentatio.*

τὸ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας πεσόν, οὗτοί εἰσιν οἱ ἀκού-

Quod autẽ in spinas cecidit, ij sunt qui audie-

IN CAPVT VIII.

2 Quas sanauerat, ἃς ἦσαν τεθεραπευμέναι. Passiuum expressimus per actiuum, ut amphiboliam uitaremus.
3 Ei, αὐτῷ. Ex uetustis codicibus quartus, 7. 9. 12. 14. legunt αὐτοῦ, eis, id est Christo & eius discipulis.
4 Proficiscerentur, ἐπιπορευομένων. Vulgata & Erasmus, properarent, σπουδάζοντων 9 Dicentes, λέγοντες. Hoc participiũ neq; in ueteribus codicibus 2 & 8. neq; in Vulgata editione reperitur: & certè uidetur non posse cõuenire, nisi pro ἦσαν legas ἦν, ut sit recta oratio. 14 Profecti, πορευόμενοι. Id est, quum audito uerbo redeunt domũ ad agendas res suas. Est enim per traiectionem explicandum hoc participium: quæ figura apud Lucam singulis penè uersiculis occurrit. Itaq; (quod tanti uiri pace dixerim) non erat, opinor, cur Erasmus in hoc explicando nimium se torqueret, quasi sit passiuum participium à uerbo πορεύω, quod, inquit, haud scio an significet copiam affero, ut significetur, copia diuitiarum obrui. Atqui non modò τὸ πορεύειν ita nunquam, quod sciam, accipitur, sed ne πορεῖαι quidem aut πορίζειν usquam memini legere pro abundare, uel copiam afferre: sed εὐπορεῖν potius aut εὐπορίαν, quod miror ipsi non uenisse in mentem. Sed & altera expositio nihilo est magis accommodata, quasi πορευόμενοι, dictum sit pro ἐμπορευόμενοι, ut ad negociatores pertineat. Quidam conuertit, eò ueniunt, id est, eò rediguntur, quasi πορευόμενοι ad progressum temporis referatur: quam etiam expositionem affert Erasmus.

Solicitudo. Diuitiæ. Voluptates.

runt: sed profecti, à solicitudinibus & diuitijs ac uoluptatibus uitę suffocantur, nec fructum perferunt.

σαντες, καὶ ὑπὸ μεριμνῶν καὶ πλούτου καὶ ἡδονῶν τοῦ βίου πορευόμενοι συμπνίγονται, καὶ οὐ τελεσφοροῦσι.

Quod autem in bonam terram cecidit, ij sunt qui in corde honesto ac bono auditũ sermonẽ retinent, & fructum afferunt per patientiam.

15 τὸ δὲ ἐν τῇ καλῇ γῇ, οὗτοί εἰσιν οἵτινες ἐν καρδίᾳ καλῇ καὶ ἀγαθῇ ἀκούσαντες τὸν λόγον, κατέχουσι καὶ καρποφοροῦσιν ἐν ὑπομονῇ.

Lucerna. Infrà 11. c. 33 Matth. 5. b. 15 Marci 4. c. 22

Nemo uerò quũ lucernam accẽderit, operit eã uase, aut subter lectũ ponit: sed in candelabrũ ponit, ut qui ingrediuntur, uideant lumen.

16 οὐδεὶς δὲ λύχνον ἅψας, καλύπτει αὐτὸ σκεύει, ἢ ὑποκάτω κλίνης τίθησιν· ἀλλ' ἐπὶ λυχνίας ἐπιτίθησιν, ἵνα οἱ εἰσπορευόμενοι βλέπωσι τὸ φῶς.

Infrà 12. a. 2 Matth. 10. c. 26 Marc. 4. c. 22

Non est enim *quicquam* occultum quod non manifestum sit futurum: nec abscõditum, quod non sit cognoscendũ, & in apertum uenturum.

17 οὐ γάρ ἐστι κρυπτὸν, ὃ οὐ φανερὸν γενήσεται· οὐδὲ ἀπόκρυφον, ὃ οὐ γνωσθήσεται, καὶ εἰς φανερὸν ἔλθῃ.

Matth. 13. b. 12 & 25. c. 29 Marc. 4. c. 25 Infrà 19. d. 26

Videte ergo quomodo audiatis: quisquis enim habet, dabitur ei: & quicunq; non habet, etiam quod uidetur habere, tolletur ab eo.

18 βλέπετε οὖν πῶς ἀκούετε. ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ, δοθήσεται αὐτῷ· καὶ ὃς ἂν μὴ ἔχῃ, καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.

Mater & fratres Christi. Matth. 12. d. 46 Marc. 3. d. 32

Venerunt autem ad eum mater & fratres eius, & non poterant conuenire eum propter turbam.

19 παρεγένοντο δὲ πρὸς αὐτὸν ἡ μήτηρ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἠδύναντο συντυχεῖν αὐτῷ διὰ τὸν ὄχλον.

Et nunciatum est ei, dicentibus *nonnullis*: Mater tua & fratres tui stant foris, cupientes te uidere.

20 καὶ ἀπηγγέλη αὐτῷ, λεγόντων· ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἑστήκασιν ἔξω, ἰδεῖν σε θέλοντες.

Ipse uerò respõdens, dixit ad eos: Mater mea, & fratres mei, isti sunt qui sermonem Dei audiunt, ac faciunt eum.

21 ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε πρὸς αὐτοὺς, μήτηρ μου καὶ ἀδελφοί μου οὗτοί εἰσιν, οἱ τὸν λόγον τοῦ θεοῦ ἀκούοντες, καὶ ποιοῦντες αὐτόν.

Christus uentũ imperat. Matth. 8. c. 23 Marc. 4. d. 36

Factum est autem quodam die, ipse ingressus est in nauigium, ac discipuli eius, & ait ad eos: Trãseamus in ulteriorem ripam stagni. Ac prouecti sunt.

22 καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, καὶ αὐτὸς ἐνέβη εἰς πλοῖον, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· διέλθωμεν εἰς τὸ πέραν τῆς λίμνης, καὶ ἀνήχθησαν.

Nauigantibus autem ipsis sopitus est: & descendit turbo uenti in stagnum, & complebantur, ac periclitabantur.

23 πλεόντων δὲ αὐτῶν ἀφύπνωσε, καὶ κατέβη λαῖλαψ ἀνέμου εἰς τὴν λίμνην, καὶ συνεπληροῦντο, καὶ ἐκινδύνευον.

Accedentes autem, expergefecerunt eum, dicentes: Præceptor, præceptor, perimus. Ipse

24 προσελθόντες δὲ διήγειραν αὐτὸν, λέγοντες· ἐπιστάτα ἐπιστάτα, ἀπολλύμεθα. ὁ δὲ ἐγερθεὶς

Fructum perferunt, τελεσφοροῦσι. Sic Columella lib. 3. cap. 10. uidetur Græcum hoc uocabulum eleganti periphrasi explicare. Puto autem deriuari nõ à τέλος, ut existimat Eras. sed à τέλω & φέρω, ut declaret fructum perfectum & absolutum ferre: id est, usq; eò ut maturescat. 15 Honesto ac bono, καλῇ καὶ ἀγαθῇ. Vulgata, bono & optimo. quam interpretationem rectè quidem emendauit Erasmus, sed fortàsis non tam fœliciter exposuit. Putat enim Hebraicã esse cõduplicationẽ pro egregiè bono, nempe sicut Ier. 24. a. 3. תאנים חטובות טובות ficus bonas bonas uocat Propheta, ficus ualde bonas. At ego puto meré Græcũ esse hoc dicẽdi genus, & quidẽ ex ipsis Philosophiæ adytis petitum. quamuis id etiam uulgus in ore haberet. Quia enim alia sunt externa, fortunæ scilicet (ut uocant) & corporis, alia uerò animi bona, hominem utriusq; Græci ornatum καλὸν κἀγαθὸν uocant, quamuis τὸ καλὸν interdum latius pateat. Huic autem loco ita est accommodandum hoc dicendi genus, ut intelligamus postremum hoc hominum genus comparari primùm cum ijs, qui quum externam quandam speciem fructus præ se ferant initio, tamen ad bonam frugem non perueniunt, de quibus etiam uernaculum extat prouerbium, inutilem esse pulchritudinem absq; bonitate: deinde cum ijs qui nullum prorsus fructum ferunt. Isti igitur è contrario dicuntur καλοὶ κἀγαθοί, id est, qui non modò uideri, sed etiam reipsa boni esse studeant: ut καλοὶ ad externam uitam, ἀγαθοὶ ad fidem, spẽ, charitatem, cæteraq; animi uirtutes referatur. Retinent, κατέχουσιν. Notãda uis est huius uocabuli, quo significatur, non sine magno certamine posse istud bonum semen asseruari, luctante scilicet carne ac diabolo aduersus Spiritum Dei, nouum illum hospitem & capitalem ipsorum inimicum. Ideo etiam addit ἐν ὑπομονῇ, quia nimirum sancti patiendo uincunt. Sed & in uno uetusto codice adscriptum erat πολλῆς, multa.

18 Videtur, δοκεῖ: uidetur, scilicet aut sibi aut alijs, ut rectè notat Erasmus, uel potius & sibi & alijs. Nam hoc hominum genere nihil est superbius, si quis uideat quod intus celat, aut magis comparatum ad fallendos homines. Vul. putat se habere: quæ interpretatio unum tantum sensum admittit. 19 Conuenire, συντυχεῖν: id est, συμβαλεῖν, quomodo etiam accipitur interdum τὸ συνεῖναι. Vul. adire, προσέλθωσι. 20 Dicentibus nõnullis, λεγόντων. Deest hoc participium in octauo codice & in Vulgata editione: in tertio autem & quinto exemplaribus additur αὐτῶν, quod relatiuum scilicet ad turbas refertur. Sed rarò certè reperias simile dicendi genus, cuius tamen apud Plutarchum in Dialogo πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, hoc exemplum reperio, ubi miram cuiusdam canis historiam cõmemorat. παρὰν γὰρ ὁ λύκων μίμημα κλοπὴν ἔχοντι δραματικὴν καὶ πανοῦργον, ἄδηλον τὸ μιμούμενον ἀπέδειξεν τοῖς ὑπομένουσι πείραμασι καὶ πάθεσι προσφέρων, καὶ φαρμάκων ποικιλίαν ἐν αὐτῷ πάσχων, τὸν ἄρτον λιβάνου. & paulò pòst, ἐπειτα ὁ κυνηγὸς ἀποστὰς, ἐξαπατᾷ τὸν λύκον, καὶ ἐν ὕδατι. 22 Prouecti sunt, ἀνήχθησαν. Vide suprà 5. a. 3. Vul. ascenderunt, ἀνέβησαν. Eraſmus, soluerunt: id est, ἀπῆραν. 23 Sopitus est, ἀφύπνωσε. Vulgata & Eraſmus, obdormiuit, ἐκάθευδε, eodẽ sensu: quãquam fortasis Lucas magis propriè loquutus est quàm Matthæus & Marcus. Testantur enim Grammatici τὸ ἀφυπνοῦν amplius quiddam significare quàm τὸ καθεύδειν: & profundissimum fuisse hunc soporem, declarat geminata illa inclamatio discipulorum in ipso excitando. 27 Dæ-

A ἐπετίμησε τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ καὶ τῷ κλύδωνι τοῦ ὕδατος· καὶ ἐπαύσαντο, καὶ ἐγένετο γαλήνη.

ειπε δὲ αὐτοῖς· ποῦ ἐστιν ἡ πίστις ὑμῶν; φοβηθέντες δὲ ἐθαύμασαν, λέγοντες πρὸς ἀλλήλους· τίς ἄρα οὗτός ἐστιν, ὅτι καὶ τοῖς ἀνέμοις ἐπιτάσσει, καὶ τῷ ὕδατι, καὶ ὑπακούουσιν αὐτῷ;

καὶ κατέπλευσαν εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν, ἥτις ἐστὶν ἀντιπέρα τῆς Γαλιλαίας.

ἐξελθόντι δὲ αὐτῷ ἐπὶ τὴν γῆν, ὑπήντησεν αὐτῷ τις ἐκ τῆς πόλεως, ὃς εἶχε δαιμόνια ἐκ χρόνων ἱκανῶν, καὶ ἱματίου οὐκ ἐνεδιδύσκετο, καὶ ἐν οἰκίᾳ οὐκ ἔμενεν, ἀλλ' ἐν τοῖς μνήμασιν.

ἰδὼν δὲ τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἀνακράξας, προσέπεσεν αὐτῷ, καὶ φωνῇ μεγάλῃ εἶπε· τί ἐμοὶ καὶ σοί, Ἰησοῦ υἱὲ τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου; δέομαί σου, μή με βασανίσῃς.

παρήγγελλε γὰρ τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ, ἐξελθεῖν ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου. πολλοῖς γὰρ χρόνοις συνηρπάκει αὐτόν, καὶ ἐδεσμεῖτο ἁλύσεσι καὶ πέδαις φυλασσόμενος, καὶ διαῤῥήσσων τὰ δεσμά, ἠλαύνετο ὑπὸ τοῦ δαιμονίου εἰς τὰς ἐρήμους.

B ἐπηρώτησε δὲ αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, λέγων· τί σοί ἐστιν ὄνομα; ὁ δὲ εἶπε, λεγεών· ὅτι δαιμόνια πολλὰ εἰσῆλθεν εἰς αὐτόν.

καὶ παρεκάλει αὐτὸν, ἵνα μὴ ἐπιτάξῃ αὐτοῖς εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν.

ἦν δὲ ἐκεῖ ἀγέλη χοίρων ἱκανῶν βοσκομένων ἐν τῷ ὄρει. καὶ παρεκάλεσαν αὐτὸν, ἵνα ἐπιτρέψῃ αὐτοῖς εἰς ἐκείνους εἰσελθεῖν. καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς.

ἐξελθόντα δὲ τὰ δαιμόνια ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, εἰσῆλθεν εἰς τοὺς χοίρους, καὶ ὥρμησεν ἡ ἀγέλη κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν λίμνην, καὶ ἀπεπνίγη.

ἰδόντες δὲ οἱ βόσκοντες τὸ γεγονὸς ἔφυγον· καὶ ἀπελθόντες ἀπήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν, καὶ εἰς τοὺς ἀγρούς.

ἐξῆλθον δὲ ἰδεῖν τὸ γεγονὸς· καὶ ἦλθον πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ εὗρον καθήμενον τὸν ἄνθρωπον, ἀφ' οὗ τὰ δαιμόνια ἐξεληλύθει, ἱματισμένον καὶ σωφρονοῦντα, παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ. καὶ ἐφοβήθησαν.

ἀπήγγειλαν δὲ αὐτοῖς καὶ οἱ ἰδόντες, πῶς ἐσώθη C ὁ δαιμονισθείς.

καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν ἅπαν τὸ πλῆθος τῆς περιχώρου τῶν Γαδαρηνῶν, ἀπελθεῖν ἀπ' αὐτῶν, ὅτι φόβῳ μεγάλῳ συνείχοντο. αὐτὸς δὲ ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον, ὑπέστρεψεν.

ἐδεῖτο δὲ αὐτοῦ ὁ ἀνὴρ, ἀφ' οὗ ἐξεληλύθει τὰ δαιμόνια, εἶναι σὺν αὐτῷ. ἀπέλυσε δὲ αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, λέγων,

ὑπόστρεφε εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ διηγοῦ ὅσα ἐποίησέ

uerò experrectus obiurgauit uētū ac fluctuatiō nē aquæ: & ceſſauerūt, factaq; eſt tranquillitas.

25 Dixit autem eis: Vbi eſt fides ueſtra? Timentes autē mirati ſunt, dicentes alij ad alios: Quiſnam iſte eſt, quòd uentis quoq; & aquæ imperat, & auſcultant ei?

26 Tunc nauigauerunt in regionem Gadarenorum, quæ eſt in oppoſita ripa Galilææ.

27 Et ipſi egreſſo in terram, occurrit ex ea urbe uir quidam, qui habebat dæmonia à temporibus multis, & ueſtimento non induebatur, neq; in domo manebat, ſed in monumentis. *Dæmoniacus ſanatur.* Matth. 8. d. 8 Marc. 5. a. 4

28 Is ergo quū uidiſſet Ieſum, & exclamaſſet, accidit ei *ad pedes*, ac uoce magna dixit: Quid mihi tecū Ieſu fili Dei altiſſimi? obſecro te ne me uexes.

29 (Denunciabat enim ſpiritui impuro ut exiret ab eo homine. nam à multo tempore corripuerat eum. itaq; uinctus *ille* catenis & pedicis cuſtodiebatur: ſed diruptis uinculis agitabatur à dæmonio in deſerta)

30 Interrogauit autem eum Ieſus, dicens: Quod tibi nomen eſt? Ipſe uerò dixit, Legio. Nam dęmonia multa ingreſſa erant in eum.

31 Et precabantur eum ne imperaret ipſis ut abirent in abyſſum.

32 Erat autem ibi grex porcorū multorū paſcentiū in monte: & precabātur eum *dæmonia*, ut permitteret ipſis in illos ingredi: & permiſit eis.

33 Egreſſa autē dæmonia ab eo homine, ingreſſa ſunt in porcos: quorum grex ruit è præcipitio in ſtagnum, & ſuffocatus eſt.

34 Quum autē paſtores uidiſſent quod factum fuerat, fugerunt: & profecti renunciarunt in urbem & in agros.

35 Exierunt igitur ut uiderent quod factum erat: uenerunt que ad Ieſum, & inuenerunt ſedentem hominem illum à quo dæmonia exierant, ueſtitum, ac ſanæ mentis, ad pedes Ieſu: & timuerunt.

36 Renunciauerūt autē ipſis ij qui uiderāt, quomodo ſeruatus fuiſſet is q fuerat dæmoniacus.

37 Tunc rogauerunt eum omnis multitudo circumiacentis regionis Gadarenorum, ut diſcederet ab ipſis, quia magno timore tenebantur: ipſe autem ingreſſus nauigium reuerſus eſt. *Geraſeni Chriſtum reiciunt.*

38 Eſt autem eum deprecatus uir ille à quo dæmonia exierāt, ut cum eo eſſet: ſed dimiſit eum Ieſus dicens:

39 Reuertere domum tuam, & narra quāta tibi *Beneficia Dei narranda.*

27 Dæmonia, *δαιμόνια*. Ita legitur in omnibus codicibus. 29 Nam *à* multo tēpore, *πολλοῖς γὰρ χρόνοις*, id eſt, iampridem. Videtur autē hæc interpretatio melius cōuenire cū eo quod paulo antè dixerat, *ἐκ χρόνων ἱκανῶν*. Eraſ. frequenter, id eſt *πολλάκις*: quā etiā interpretationē non improbo. Itaq; uinctus *ille*, *ἠλαύνετο*. Vul. & uinciebatur. Ego uerò ſtudui uitare amphiboliā quæ ex Hebrœo idiomate naſcitur. Agitabatur, *ἠλαύνετο*: id eſt, cū impetu impellebatur, ut eques calcaribus equū agitat. Sic enim loquitur Plautus in Aſin. Vul. & Eraſ. agebatur, *ἤγετο*. quod uerbū nimis eſt dilutū hoc loco. 31 In abyſſum, *εἰς τὴν ἄβυσσον*. Græcū uocabulū retinuimus, quod in noſtrum etiā, id eſt Gallicū idioma tranſit. Significat autē immenſæ profunditatis uoraginē, id eſt eum ipſum locū quem idē Lucas infrà 8. c. 21, *ἅδλον* uocat, in quo ſcilicet dæmones cōſtricti tenētur caliginis tenebris, 2. Pet. 2. a. 4. quod ne profani quidē ſcriptores ignorarunt. Sed id quoq; uidendū eſt, ut admodū ſobriè philoſophemur, ne pro ueritate aniles fabulas ſubſtituamus, quales multas Gregorius in ſuis Dialogis cōmemorat. 38 Eſt autē deprecatus, *ἐδεῖτο δὲ*. Eraſ. rogauerat enim: id eſt, *ἐδεήθη γὰρ*. Nam etiam ita impreſsit Frobenius. 39 Quanta, *ὅσα*, uel, quæcunq; Poſſumus enim uel ad multitudinem, uel ad qualitatē referre. Eraſ. illud maluit, ego poſterius delegi.

fecerit Deus. Abiit igitur prædicans per totam urbem quanta ipsi fecisset Iesus.

Factum est autem quum reuertisset Iesus, excepit eum turba: nam omnes expectabant eum.

Iairi filia sanatur. Matth. 9. c. 18 Marc. 5. c. 22

Tunc ecce uenit quidam, cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogę erat: quumq; accidisset ad pedes Iesu, precabatur eum, ut ingrederetur in domum suam.

Quoniam unigenita filia erat ei quasi annorum duodecim, & hæc moriebatur. (inter eundum uerò turba coarctabat eum:

Mulier à fluxu sanguinis sanatur.

Et mulier quæ erat in fluxione sanguinis ab annis duodecim, & in medicos impenderat totum uictum, nec ab ullo ualuerat curari.

Quũ accessisset à tergo tetigit fimbriã uesti mẽti eius: & illico cõstitit fluxio sanguinis eius.

Tũc ait Iesus: Quis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum eo erant: Magister, turba te constringunt & opprimunt, & dicis: Quis est qui me tetigit?

Iesus autem ait: Tetigit me aliquis. nam ego cognoui uirtutem à me exisse.

Quum autem uidisset mulier illa quòd non latuisset, tremens uenit, & accidens ei *ad pedes*, renunciauit ei coram toto populo ob quã causam tetigisset eum, & ut sanata fuisset illico.

Fides saluat.

Ipse uerò dixit ei: Confide filia, fides tua te seruauit: uade cum pace)

Adhuc eo loquente, uenit quidam à principe synagogæ, dicens ei: Mortua est filia tua: ne uexes Magistrum.

Fidem requirit Christus.

Iesus autem *hoc* audito, respondit ei: Ne timeas, crede solummodo, & seruabitur.

Ingressus uerò in domum, non permisit ingredi quenquam, nisi Petrum & Iacobum & Ioannem, & patrem ac matrem puellæ.

Fletus in mortuis. Dormire.

Flebant autẽ omnes, & plangebant eam: ipse uerò dixit: Ne fleatis, nõ est mortua, sed dormit.

Et deridebant eũ, sciẽtes quòd mortua esset.

Ipse autẽ eiectis foras omnibus, & prehensa manu eius, clamauit, dicens: Puella, surge.

Per totam urbem, *καθ' ὅλην τὴν πόλιν*. Vrbem Gadarorum proculdubio intelligit, ex qua hunc fuisse dixit suprà uers. 27. Quod autẽ narrat Marcus istũ in Decapoli prædicasse, non pugnat cũ eo quod Lucas hoc loco cõmemorat, quum Plin. lib. 5. cap. 18. inter Decapolitanę regionis oppida numeret etiã Gadara. fuit igit Decapolis partim cis Iordanẽ, partim trãs Iordanẽ sita. 40 Quũ reuertisset, *ὡς τὸν ὑποστρέψαι*, id est, *μετὰ τὸ ὑποστρέψαι*. Vide Act. 2. a. 1.

43 Totum uictũ, *ὅλον τὸν βίον*: id est, id omne ex quo antè uictitabat. Nam apud idoneos etiã authores *βίος* pro *οὐσία* ponitur. Sed si Eusebio credimus, non fuit ista tam inops quin superfuerit unde statuã æneam sibi & Christo poneret Cæsareæ Philippi: unde nõnulli non minus futile quàm ineptũ argumentũ colligũt cõstituendæ suę idolomaniæ. Curari, *θεραπεύεσθαι*, alibi *τὸ θεραπεύσαι* uertere solemus sanare: sed hoc loco propriè accipitur, quum agatur de remedijs quibus ad curandos morbos utuntur medici. Vide Matth. 4. d. 23. 46 Cognoui, *ἔγνων*: id est sensi, & percepi. Vul. & Eras. noui: id est, *οἶδα*. 50 Respondit ei, *ἀπεκρίθη αὐτῷ*, id est, principi synagogæ, non autẽ ipsius seruo: quod quia ambiguum est, Vul. & Eras. maluerunt exprimere antecedẽs. 54 Eiectis foras omnibus, *ἐκβαλὼν ἔξω πάντας*. Vetus interpres hæc non legit: reperimus tamen in omnibus uetustis codicibus, si 2. & 8. excipias, quorum mirificus est eum Vul. editione consensus. Eras. ex Marco addita suspicatur. Nam, inquit, iam antè testatus est Lucas Iesum non passum esse quenquã eò ingredi ubi funus erat puellæ, præter patrẽ & matrem & tres discipulos. Verùm (quod Erasmi pace dixerim) ut hoc concedam, non tamẽ consequi uidetur, hæc addi non debuisse. Refertur enim illud ad eã turbã quæ cũ Iesu aduenerat. Quid igitur illis fiet quos plurimos domi reperit flẽtes ac eiulãtes, ut diserte scribit Marcus? Hi sunt scilicet à quibus deridebatur, & quos idcirco domo eiecit. Hoc quũ non consideraret Eras. aliũ hic nodum nectit, quomodo scilicet possit turba dici eiecta quã nõ passus sit ingredi. Sed, inquit, fieri potuit, ut in uestibulo cõstiterit turba, funus in interioribus ædib. positum fuerit. At ego existimo alios nõ esse passum ingredi, alios uerò intus repertos domo eiecisse: ut planè id sit quod aiunt, nodum in scirpo quærere.

IN

καὶ ἐπέστρεψε τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ἀνέστη παραχρῆμα. καὶ διέταξεν αὐτοῖς δοθῆναι φαγεῖν.

55 Tunc reuersus est spiritus eius, ac resurrexit illico: & ipse iniunxit ut ei daretur cibus.

καὶ ἐξέστησαν οἱ γονεῖς αὐτοῦ. ὁ δὲ παρήγγειλεν αὐτοῖς μηδενὶ εἰπεῖν τὸ γεγονός.

56 Et perculsi sunt parētes eius: ipse uerò denunciauit eis, ut nulli dicerent quod factum erat.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

CAP. IX.

Συγκαλεσάμενος δὲ τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς δύναμιν καὶ ἐξουσίαν ἐπὶ πάντα τὰ δαιμόνια, καὶ νόσους θεραπεύειν.

1 COnuocatis autem Iesus duodecim discipulis suis, dedit eis potestatem & authoritatem in omnia dæmonia & morbos sanandi. *Apostolos mittit ad prædicandum Christum.* Matth. 10. a. 1 Marc. 3. b. 15 & 6. a. 7 Matth. 10. a. 7

καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς κηρύσσειν τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, καὶ ἰᾶσθαι τοὺς ἀδυνατοῦντας.

2 Misitq; eos, ut prædicarent regnum Dei, & sanarent inualidos.

καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· μηδὲν αἴρετε εἰς τὴν ὁδόν, μήτε ῥάβδους, μήτε πήραν, μήτε ἄρτον, μήτε ἀργύριον, μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας ἔχειν.

3 Et ait ad eos: Nihil tollitē ad iter, neque uirgas, neq; peram, neq; panē, neq; pecuniam, neque binas tunicas habete. Matth. 10. a. 9 Marc. 6. b. 8

καὶ εἰς ἣν ἂν οἰκίαν εἰσέλθητε, ἐκεῖ μένετε, καὶ ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθε.

4 Et in quamcunque domum intraueritis, illic manete, & illinc exite.

καὶ ὅσοι ἂν μὴ δέξωνται ὑμᾶς, ἐξερχόμενοι ἀπὸ τῆς πόλεως ἐκείνης, καὶ τὸν κονιορτὸν ἀπὸ τῶν ποδῶν ὑμῶν ἀποτινάσσετε εἰς μαρτύριον ἐπ' αὐτούς.

5 Et quicunque non receperint uos, exeuntes ex urbe illa, etiam puluerē à pedibus uestris excutite in testimonium aduersus eos. *Puluis pedum.* Infrà 10. b. 11 Matth. 10. b. 14 Marc. 6. b. 11 Act. 13. g. 51

ἐξερχόμενοι δὲ διήρχοντο κατὰ τὰς κώμας, εὐ-
Β αγγελιζόμενοι καὶ θεραπεύοντες πανταχοῦ.

6 Exeuntes igitur obibāt singulos uicos, euangelizantes & sanantes ubique.

ἤκουσε δὲ Ἡρῴδης ὁ τετράρχης τὰ γινόμενα ὑπ' αὐτοῦ πάντα, καὶ διηπόρει, διὰ τὸ λέγεσθαι ὑπό τινων, ὅτι Ἰωάννης ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν.

7 Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quę fiebant ab eo: & hæsitabat, propterea quòd dicebatur à quibusdam quòd Ioannes surrexisset à mortuis. *Populi de Christo opinio.* Matth. 14. a. 1 Marc. 6. b. 14

ὑπό τινων δέ, ὅτι Ἠλίας ἐφάνη· ἄλλων δέ, ὅτι προφήτης εἷς τῶν ἀρχαίων ἀνέστη.

8 A quibusdam uerò, quòd Elias apparuisset: ab alijs autem, quòd propheta quispiam ex antiquis resurrexisset.

εἶπεν δὲ Ἡρῴδης· Ἰωάννην ἐγὼ ἀπεκεφάλισα· τίς δέ ἐστιν οὗτος, περὶ οὗ ἐγὼ ἀκούω τοιαῦτα; καὶ ἐζήτει ἰδεῖν αὐτόν.

9 Tunc ait Herodes: Ioannem ego decollaui: quis est autem iste, de quo ego talia audio? Et quærebat uidere eum.

καὶ ὑποστρέψαντες οἱ ἀπόστολοι, διηγήσαντο αὐτῷ ὅσα ἐποίησαν. καὶ παραλαβὼν αὐτοὺς, ὑπεχώρησε κατ' ἰδίαν εἰς τόπον ἔρημον πόλεως καλουμένης Βηθσαϊδά.

10 Reuersi autem Apostoli narrauerunt illi quæcunque fecerant. Tunc ipsis assumptis, secessit priuatim in locum desertum urbis quę uocatur Bethsaida. *Satiātur 5000 uirorum quinq; panibus.* Matth. 14. b. 13 Marci 6. c. 35

οἱ δὲ ὄχλοι γνόντες, ἠκολούθησαν αὐτῷ· καὶ

11 Sed quum hoc cognouisset turba, sequuta est

IN CAPVT IX.

1 Duodecim discipulis suis, τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ. In octauo codice legimus, τοὺς δώδεκα ἀποστόλους, id est duodecim Apostolis, senin nihil uariato. Placuit tamen annotare, ne quis temerè Veterem interpretem reprehendat. Theophylactus autem simpliciter legit, τοὺς δώδεκα. 2 Et sanarent, καὶ ἰᾶσθαι. Hic libuit quasi περίεργως subijcere
C quę Theophylactus sanctè ac piè in hūc locum annotauit, his uerbis: Διὰ τοῦ τῶν δώδεκα ἀριθμοῦ ἐγκεχειρισμένος, καὶ ἐκεῖθεν ἀπὸ δώδεκα, ἀλλ' ὅμως οὐ διὰ τοῦτο τὸ ἀόριστον ἀγνοεῖ. διὸ καὶ τὰ δώδεκα αὐτοῦ ἀπὸ θεοῦ. Hæc considerent qui miracula separant à uerbo. 3 Virgas, ῥάβδους. Sic scriptum inuenimus in omnibus uetustis exemplaribus, præter octauum, quod cum Vetere editione legit ῥάβδον, id est uirgam. Vide Matth. 10. b. 10. Binas tunicas, ἀνὰ δύο χιτῶνας. Particula ἀνὰ distributionem declarat hoc loco, deerat autem in octauo codice. Habete, ἔχειν, id est ἔχητε, enallage Græcis familiari: quamuis sanè dura sit, quum præcedat ἄρητε, & μένετε subsequatur. Itaq; in octauo codice scriptum erat ἔχητε, in alio uerò simpliciter scriptū erat, μένετε κατὰ δύο χιτῶνας, ita scilicet ut ἄρητε repetat ἀπὸ τοῦ λιπεῖν. 4 Et illinc exite, κἀκεῖθεν ἐξέρχεσθε. In nono codice scriptū erat, κἀκεῖθεν μὴ ἐξέρχεσθε. & ne illinc exeatis: quod in nonnullis etiam Veteris editionis exemplaribus legitur, & à Valla & Erasmo reprehenditur. Mihi uerò, etiamsi negationem addideris, uidetur eadem manere sententia. Nam in summa prohibet Dominus ne hospitium mutent. iubet igitur ut ex ciuitate aliqua discessuri, illinc exeant quò primùm diuerterint: aut uetat ne quum aliquò semel ingressi fuerint, inde exeant, ad alium scilicet quærendum hospitem. 6 Obibant, διήρχοντο. & Erasmus, circumibant, id est, περιῄεσαν. Cæterùm τὸ διέρχεσθαι alibi uertimus transire, hic interpretari maluimus obire, quòd paulo melius uideatur conuenire hæc significatio. Singulos uicos, κατὰ κώμας. Vul. & Eras. per castella. Ego exprimendam putaui particulam distributiuam. 7 Hęsitabat, διηπόρει. Hęsitādi uerbum uidetur potius respondere τῷ ἀπορεῖν, quum de ijs dicatur qui ita perplexi & impediti quasi in luto tenentur, ut exitum nō inueniant, quod Græcis declarat πόρον ἀφίσασιν. Huius rei uerum exemplum qui requirit, consideret quid moliti sint aduersarij ueritatis nostra memoria, & quām uaria subinde cōsilia frustrà captārt.
10 Vrbis quæ uocatur Bethsaida, πόλεως καλουμένης βηθσαϊδά. Vulgata, qui est Bethsaidę, τῆς βηθσαϊδά. In nōnullis codicibus legimus βηθσαϊδάν. Cæterùm dicitur desertum esse eius ciuitatis, à qua cognominabatur: quòd scilicet aut in eius agro esset, aut occurreret ijs qui Tiberiade proficiscebantur in eam urbē. Quomodo autē accipienda sit dictio ἔρημον apud alios Euāgelistas in huius historiæ narratione, & qua ratione Matthęus & Marcus cū Ioāne concilientur, dicemus Ioan. 6.

12 Illuc

eum: ipse autem excepit eos, & loquebatur eis de regno Dei: & eos qui sanatione opus habebant, sanabat.

Matth.14.b.16 Marc.6.e.35 Ioan. 6.a 5

Dies autem cœperat inclinare: & accedentes duodecim, dixerunt ei: Dimitte turbam, ut abeuntes in circumiacentes uicos & agros, illuc diuertant, & inueniant cibaria: nam hic in loco deserto sumus.

Ait autem ad eos: Vos date ipsis quo uescantur. Ipsi uerò dixerunt: Non sunt nobis plusquàm quinq; panes & duo pisces, nisi nos profecti emamus toti huic populo escas.

Aderant enim quasi uiri quinquies mille. Ait autẽ ad discipulos suos: Facite ut ipsi discũbant in singulo quoq; discubitu quinquageni.

Ipsi igitur ita fecerũt, & discubuerũt illi omnes.

Ipse uerò acceptis quinque illis panibus & duobus piscibus, suspiciens in cœlum, benedixit eis, & fregit, dedit que discipulis, ut apponerent turbæ.

Comederũt igitur omnes illi, & saturati sunt: & sublatum est quod superfuit ipsis fragmentorum, cophini duodecim.

Et factum est, quum ipse solus esset orans, erant cum eo discipuli, interrogauit que eos, dicens, Quem me dicit esse turbæ?

Vulgi opinio de Christo. Matth. 16. b.31 Marc. 8.c. 27.

καὶ λέξαμεν αὐτοὺς, ἐλάλει αὐτοῖς περὶ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ, καὶ τοὺς χρείαν ἔχοντας θεραπείας ἰᾶτο. A

12 ἡ δὲ ἡμέρα ἤρξατο κλίνειν. προσελθόντες δὲ οἱ δώδεκα, εἶπον αὐτῷ· ἀπόλυσον τὸν ὄχλον, ἵνα ἀπελθόντες εἰς τὰς κύκλῳ κώμας, καὶ τοὺς ἀγροὺς καταλύσωσι, καὶ εὑρωσιν ἐπισιτισμόν, ὅτι ὧδε ἐν ἐρήμῳ τόπῳ ἐσμέν.

13 εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς· δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν. οἱ δὲ εἶπον· οὐκ εἰσὶν ἡμῖν πλεῖον ἢ ὡσεὶ ἄρτοι, καὶ δύο ἰχθύες, εἰ μήτι πορευθέντες ἡμεῖς ἀγοράσωμεν εἰς πάντα τὸν λαὸν τοῦτον βρώματα.

14 ἦσαν γὰρ ὡσεὶ ἄνδρες πεντακισχίλιοι. εἶπε δὲ πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, κατακλίνατε αὐτοὺς κλισίας ἀνὰ πεντήκοντα.

15 καὶ ἐποίησαν οὕτω, καὶ ἀνέκλιναν ἅπαντας.

16 λαβὼν δὲ τοὺς πέντε ἄρτους, καὶ τοὺς δύο ἰχθύας, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εὐλόγησεν αὐτοὺς, καὶ κατέκλασε, καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς παραθεῖναι τῷ ὄχλῳ.

καὶ ἔφαγον, καὶ ἐχορτάσθησαν πάντες, καὶ ἤρθη τὸ περισσεῦσαν αὐτοῖς κλασμάτων, κόφινοι δώδεκα. B

18 καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν προσευχόμενον κατὰ μόνας, συνῆσαν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ, καὶ ἐπηρώτησεν αὐτοὺς, λέγων· τίνα με λέγουσιν οἱ ὄχλοι εἶναι;

12 *Illuc* diuertant, διαταλαιπωρεῖν. Alibi τὸ διαταλαιπωρεῖν conuertimus dissoluere, quæ est propria huius uerbi declaratio. Translatitiè autem accipitur pro recipere se in diuersoriũ: sed de ijs tamen propriè dicitur qui curru iter conficiunt, quia nimirum equos soluunt quum ad diuersorium uentum est. qua significatione uidetur Martialis uti interiungendi uocabulo. Apud Latinos autem, qui in hospitium aut potius tabernã concedunt, dicuntur diuertere, quòd de uia deflectant: & hospitia ipsa, diuersoria uocantur simili ratione. Cibaria, ἐπισιτισμόν. Vulgata & Erasmus, escas, ἐρήματα. Est autem ἐπισιτισμὸς propriè, ut existimo, militare uocabulum, & id declarat quod Latini frumentationem dicunt. 13 Plus, πλεῖον. Eras. plures: id est, πλείους. quum in Frobenij editione legatur πλεῖν. Cic. Opiniones quum tam uariæ sint, alterum fieri potest, ut earũ nulla: alterum certè non potest, ut plus una uera sit. Terent. Ancillas secum adduxit plus decem. Nisi, εἰ μήτι. Sic sæpe in eclipsi adhibẽtur eiusmodi particulæ ex cõmuni usu loquendo. Potest autem hoc modo expleri sententia: Non sunt nobis plus quàm quinq; panes & duo pisces. Itaq; non possumus eis dare quo uescantur, nisi fortè profecti, &c. Sed hoc præterea notandum est, hanc formulam loquẽdi ferè usurpari quoties absurdum quippiã aut ἀλλόκοτον sequi significatur. ideo subijcitur, ὅσον γε, aderant enim: quibus uerbis Lucas causam affert cur hoc discipuli tam absurdum iudicarint. Toti huic populo, ὡς πάντα τὸν λαὸν τοῦτον. Hebr. לכל העם הזה: id est, qui toti huic populo sufficiat. Vulg. & Eras. ad uerbum, in omnẽ hunc populum. qua significatione interdum etiam usurpatur præpositio In apud Latinos: sed ita ferè, ut rei potius quàm personæ declarandæ adhibeatur: ut apud Terent. reperias, Emptos piscículos in cœnam seni. C Quidã nuper conuertit, ad omnem hunc populum: cuius loquutionis exemplum nusquam reperi. Sed hæc fortasis παρέργως. 14 Aderant enim, ὅσαν γὰρ. Vul. & Eras. Erant autẽ, ὅσαν δὲ, contra omnium codicũ fidem. In singulo quoq; discubitu quinquageni, κλισίας ἀνὰ πεντήκοντα. κλισίας uocat Lucas, quæ συμπόσια uocantur Marci 6. c. 39. ubi exposuimus hanc loquendi formulam. 15 Discubuerunt illi omnes, καὶ ἀνέκλιναν ἅπαντες. Sic scriptum inuenio in Veteris editionis plerisq; exemplaribus: quam lectionẽ magis probo, quàm si ἅπαντας legas: & interpreteris, fecerunt omnes discũbere. quãuis eiusmodi repetitiones sint Hebræis familiares. 16 Benedixit eis, εὐλόγησεν αὐτοὺς. In 2. codice legimus προσηύξατο καὶ διεκλάσατο, precatus est, & fregit. Apud Ioan. uerò in huius historiæ narratione 6.b.11. scriptum est, καὶ εὐχαριστήσας ἔδωκε. & gratijs actis, dedit. Itaq; non dubiũ est quin εὐλογεῖν hoc loco significet τὸ εὐχαριστεῖν, id est, gratias agere. Quia tamẽ additur relatiuũ αὐτοῖς, & nimis absurdum fuerit cogitare Christum egisse panibus gratias, aut precatũ esse panes ac pisces, emollienda est hæc interpretatio. Dicitur ergo panibus benedixisse, id est de his panibus ac piscibus gratias egisse Deo Patri, & simul eum precatus ut tãtilla panum ac piscíũ copia tantã multitudinem pasceret: deniq; ut totum hoc cõuiuium ad Dei gloriã referretur. Sic de Samuele dicitur Sam. 9. b.13. יברך הזבח: id est, benedicere solet sacrificio. & Paulus 1. Tim. 4. b. 5. cibus dicitur sanctificari uerbo & oratione, siue gratiarũ actione. Vtrumq; enim ibi coniũgit Apostolus, ut hic quoq; coniungendum est. Nam partim pro cibo præstito aguntur Deo gratiæ: partim autem petitur ut purè & sobriè eo uti liceat, ut reliquã uitam in Dei cultu consumamus. inde factum, ut Christiani dicãtur benedicere mensæ, & consecrare mẽsam: quã tamen hæc benedictio non ad ipsos cibos, sed ad Deũ potius & conuiuas pertineat. in poculo uerò benedictionis, cui benedicimus, ut scribitur 1. Corinth. 10. d. 16. ut ipsum benedicendi uerbũ posit eodem modo explicari, tamen prorsus diuersus est benedictionis finis, ut suo loco explicabimus. Dediτῳ, καὶ ἐδίδου. Vul. & Eras. & distribuit, καὶ μετεδίδου. 18 Solus, κατὰμόνας, id est seorsim à turba: nisi malimus exponere ἐν τῷ οἴκῳ, quũ fuisset, ut suprà 8. f. 40. ἐν τῷ οἴκῳ γενέσθαι, quũ reuertisset: aut fortasis quũ solus oraret, interuenerũt discipuli. Discipuli, οἱ μαθηταὶ. Vul. & Eras. & discipuli, καὶ οἱ μαθηταὶ, quum ne in Frobeniana quidẽ editione addatur καὶ. cui certè nullus hic locus est. Nam ita significaretur alios præterea affuisse: quod si uerũ est, quì dici possit Christus fuisse κατὰμόνας;

23 Quotidie,

A οἱ δὲ ἀποκριθέντες εἶπον, Ἰωάννην τὸν Βαπτιστήν· ἄλλοι δὲ Ἠλίαν, ἄλλοι δὲ ὅτι προφήτης τις τῶν ἀρχαίων ἀνέστη.

19 Ipsi autem respõderunt & dixerunt, Ioãnem Baptistam: alij autẽ Eliam: alij uerò, quòd propheta quispiam ex antiquis resurrexit. *Confessio Apostolorum.*

εἶπε δὲ αὐτοῖς· ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος, εἶπε· τὸν χριστὸν τοῦ θεοῦ.

20 Dixit autem eis: Vos uerò quem me esse dicitis? Respondens autem Simon Petrus, dixit: Christum illum Dei.

ὁ δὲ ἐπιτιμήσας αὐτοῖς, παρήγγειλε μηδενὶ εἰπεῖν τοῦτο,

21 Ipse uerò interminatus eis, denunciauit ut nulli hoc dicerent,

εἰπὼν, ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων καὶ ἀρχιερέων καὶ γραμματέων, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι.

22 Dicens: Oportet filium hominis multa pati, & reprobari à Senioribus & principibus Sacerdotum & Scribis, & occidi, & tertia die suscitari. Matth. 17. d. 22. Marc. 8. c. 31.

ἔλεγε δὲ πρὸς πάντας· εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καθ' ἡμέραν, καὶ ἀκολουθείτω μοι.

23 Dicebat autem ad omnes: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucẽ suam quotidie, & sequatur me. *Abnegare seipsum. Crux.* Infrà 14. f. 27. Matth. 10. d. 38. & 16. d. 24. Marc. 8. d. 35.

ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, οὗτος σώσει αὐτήν.

24 Quisquis enim uoluerit animam suam seruare, perdet illã: quisquis uerò perdiderit animam suam causa mea, iste seruabit eam. *Perdere animã.* Infrà 17. g. 33. Matth. 10. d. 39. & 16. d. 25. Marc. 8. d. 35. Ioan. 12. d. 25.

τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος κερδήσας τὸν κόσμον ὅλον, ἑαυτὸν δὲ ἀπολέσας, ἢ ζημιωθείς;

25 Quid enim iuuat hominẽ, si lucretur uniuersum mũdũ, se aũt ipsum perdat, aut *ipso* multeẽ? Matth. 16. d. 26. Marc. 8. d. 36.

B ὃς γὰρ ἐὰν ἐπαισχυνθῇ με, καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους, τοῦτον ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων.

26 Nam qui erubuerit me ac meos sermones, eũ Filius hominis erubescet quando uenerit cũ gloria sua & Patris, sanctorumq; angelorum. *Erubescere Christum.* Infrà 12. b. 9. Matth. 10. d. 33. Marc. 8. d. 38. 1. Tim. 2. b. 12.

λέγω δὲ ὑμῖν ἀληθῶς, εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ.

27 Dico autem uobis uerè, sunt quidam ex ijs qui hic adstant, qui nequaquam gustabũt mortem, usquedum uiderint regnum Dei. Matth. 26. d. 28. Marc. 9. a. 1. Matth. 27. a. 2. Marc. 9. a. 2.

ἐγένετο δὲ μετὰ τοὺς λόγους τούτους ὡσεὶ ἡμέραι ὀκτὼ, καὶ παραλαβὼν τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην καὶ Ἰάκωβον, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι.

28 Factum est autem, post hæc uerba quasi dies octo *interceſſerant*, quum assumptis Petro & Ioanne & Iacobo, ascendit in montem, ut oraret.

καὶ ἐγένετο ἐν τῷ προσεύχεσθαι αὐτὸν, τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἕτερον, καὶ ὁ ἱματισμὸς αὐτοῦ λευκὸς ἐξαστράπτων.

29 Et facta est inter orandum species uultus eius alia, & uestitus eius albus ac emicans. *Transfiguratio Christi.*

καὶ ἰδοὺ ἄνδρες δύο συνελάλουν αὐτῷ, οἵτινες ἦσαν Μωσῆς καὶ Ἠλίας,

30 Et ecce duo uiri colloquebantur cum eo, qui erant Moses & Elias.

οἳ ὀφθέντες ἐν δόξῃ, ἔλεγον τὴν ἔξοδον αὐτοῦ ἣν ἤμελλε πληροῦν ἐν Ἰερουσαλήμ.

31 Qui uisi cum gloria, dicebãt ipsius exitũ, quo futurum erat, ut defungeretur in Hierusalem.

ὁ δὲ Πέτρος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἦσαν βεβαρημένοι ὕπνῳ. διαγρηγορήσαντες δὲ εἶδον τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ τοὺς δύο ἄνδρας τοὺς συνεστῶτας αὐτῷ.

32 Petrus uerò & qui cum ipso erant, grauati erant somno: quum autem euigilassent, uiderũt gloriã eius, & duos illos uiros qui stabãt cũ eo.

καὶ ἐγένετο ἐν τῷ διαχωρίζεσθαι αὐτοὺς ἀπ' C αὐτοῦ, εἶπεν ὁ Πέτρος πρὸς τὸν Ἰησοῦν· ἐπιστάτα, καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι· καὶ ποιήσωμεν σκηνὰς τρεῖς, μίαν σοὶ, καὶ μίαν Μωσῆ μίαν, καὶ μίαν Ἠλίᾳ, μὴ εἰδὼς ὃ λέγει.

33 Et factum est, quũ illi discessissent ab eo, ait Petrus ad Iesum: Magister, bonum est nos hic esse: faciamus igitur tria tabernacula, unũ tibi, & unum Mosi, & unum Eliæ: nesciens quid diceret.

23 Quotidie, καθ' ἡμέραν. Hoc neq; apud alios Euangelistas additur, neq; legitur in Complutensi editione & uetustis codicibus 4. 6. 9. 12. 14. neq; explicatur à Theophylacto. Est tamen magna horum uerborum emphasis, quibus scilicet significatur, fore ut sicut dies diem consequitur, ita crux crucem excipiat. 25 Si lucretur, ἂν κερδήσῃ: id est, ἐὰν ὑφέληται, ut Matthæus & Marcus loquuntur. Sic enim resoluendum est interdum participium apud Græcos, ut in illo Homeri uersiculo Iliad. γ. ἴσον μοῖραν μένοντι: id est, ἐὰν τις μένῃ. Subijcitur enim, καὶ ἢ μάλα τίς τε καὶ ἀλκὶ 26 Erubuerit, ἐπαισχυνθῇ. Optarim, inquit in hũc locũ Eras. Latinũ esse quod posuit Vetus interpres. At qui sic Cic. in Salust. Non erubuit ora uestra. & Virg. Aeneid. 2. — Sed iura fidẽq; Supplicis erubuit. Nunquid igitur hoc Latinũ non est? 28 Dies octo *interceſſerant*, ἡμέραι ὀκτὼ. Eras. diebus octo, ὑπέρασαι ὀκτὼ. Ego malui constructionem explere. Quomodo uerò cum Matthæo & Marco conciliandus sit Lucas, diximus Mar. 9. a. 2. 31 Exitum, τὴν ἔξοδον. Vulgata & Erasmus, excessum. rectè quidem & eleganter, sed ambiguè. Itaq; nonnulli hac ambiguitate decepti, quòd Græca ignorarent, perinde sunt interpretati, ac si ἐκστασιν declararet: nonnulli rursus, tanquam excellentiam ac præstantiam, id est ἐξοχὴν aut ὑπεροχὴν significet. Accipitur autem Exitus pro morte apud idoneos etiam authores, ut annotat Valla. Quo futurum erat, ut defungeretur, ὃν ἤμελλε πληροῦν. Vulgata & Erasmus ad uerbum, quem cõpleturus erat. Ego malui synonymum quærere, quo tamen optimè declaratur uerbi Græci emphasis. Fuit enim mors illa omnium acerbissima instar muneris imposita Christo, quo ipse non minus promptè quàm fidelitèr est defunctus, ita ut omnes Mediatoris partes impleuerit. 32 Quum euigilassent, διαγρηγορήσαντες. Vulgata & Erasmus, experrecti, διαγρηγορότες.

Hæc autem ipso loquēte, facta est nubes quę inumbrauit eos: timuerunt autem dum ingrederentur in nubem.

Audiēdus Christus.

Et uox facta est ē nube, dicens: Iste est filius ille meus dilectus: ipsum audite.

Et quum facta fuisset illa uox, inuentus est Iesus solus: ipsi autem siluerunt, & nulli dixerunt per id tempus quicquam eorum quæ uiderant.

Lunaticus sanatur. Matth. 17. b. 14. Marc. 9. c. 17

Factum est autem sequenti die, quum ipsi descendissent de monte, occurrit ei turba multa.

Et ecce, quidam ē turba exclamauit, dicens: Magister, deprecor te, respice ad filium meum: nam unigenitus est mihi:

Et ecce, spiritus capit eum, & erepentè clamat, & discerpit eum cum spuma, & uix discedit ab eo, conterens eum.

Et deprecatus sum discipulos tuos ut eiicerēt ipsum: sed non potuerunt.

Infidelitas Apostolorum.

Respondens autem Iesus, ait: O' natio infidelis & peruersa, usquequò tandem ero apud uos, ac tolerabo uos? Adduc filium tuum huc.

Quum adhuc autem accederet, lacerauit eum dæmonium, & discerpsit. obiurgauit autem Iesus spiritum impurū, & sanauit puerum: & reddidit eum patri suo.

Percellebantur autem omnes super magnifica uirtute Dei. omnibus uerò mirantibus super omnibus quæ faciebat, dixit ad discipulos suos:

De morte sua præmonet Apostolos Christus. Matth. 17. d. 22. Marc. 9. c. 35

Reponite uos in aures uestras sermones istos: futurum est enim, ut Filius hominis tradatur in manus hominum.

Ipsi uerò ignorabant dictum istud, eratq; occultum ipsis, ut non sentirent illud: & timebant eum interrogare de hoc dicto.

De primatu contentio Apostolorum. Matth. 18. a. 1. Marc. 9. c. 33

Ingressa est autem ratiocinatio in eos, quis eorum maximus esset.

Pueri.

Iesus autem ratiocinatione uisa cordis ipsorū, accepit puerulum, statuitq; eum iuxta se.

Et ait eis: Quicunq; exceperit puerulum hūc nomine meo, me excipit: & quicūq; me exceperit, excipit eum qui me misit. nam qui minimus est inter uos, iste erit magnus.

Eiicients dæmonia in nomine Christi. Marc. 9. f. 38

Respondēs aūt Ioānes, ait: Magister, uidimus quendam sub nomine tuo eiicientē dæmonia, & prohibuimus eū: quia te non sequitur nobiscum.

34 ταῦτα δὲ αὐτοῦ λέγοντος, ἐγένετο νεφέλη, καὶ ἐπεσκίαζεν αὐτούς· ἐφοβήθησαν δὲ ἐν τῷ εἰσελθεῖν εἰς τὴν νεφέλην. A

35 καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῆς νεφέλης, λέγουσα· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, αὐτοῦ ἀκούετε.

36 καὶ ἐν τῷ γενέσθαι τὴν φωνὴν, εὑρέθη ὁ Ἰησοῦς μόνος· καὶ αὐτοὶ ἐσίγησαν, καὶ οὐδενὶ ἀπήγγειλαν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις οὐδὲν ὧν ἑωράκασιν.

37 Ἐγένετο δὲ ἐν τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ, καταβάντων αὐτῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους, συνήντησεν αὐτῷ ὄχλος πολύς.

38 καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ἀπὸ τοῦ ὄχλου ἀνεβόησε, λέγων· διδάσκαλε, δέομαί σου ἐπιβλέψαι ἐπὶ τὸν υἱόν μου, ὅτι μονογενής μοί ἐστι.

39 καὶ ἰδοὺ πνεῦμα λαμβάνει αὐτὸν, καὶ ἐξαίφνης κράζει, καὶ σπαράσσει αὐτὸν μετὰ ἀφροῦ, καὶ μόγις ἀποχωρεῖ ἀπ' αὐτοῦ συντρίβον αὐτόν.

40 καὶ ἐδεήθην τῶν μαθητῶν σου, ἵνα ἐκβάλωσιν αὐτὸ, καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν.

41 ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν· ὦ γενεὰ ἄπιστος καὶ διεστραμμένη, ἕως πότε ἔσομαι πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἀνέξομαι ὑμῶν; προσάγαγε ὧδε τὸν υἱόν σου. B

42 ἔτι δὲ προσερχομένου αὐτοῦ ἔρρηξεν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον, καὶ συνεσπάραξεν. ἐπετίμησε δὲ ὁ Ἰησοῦς τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ, καὶ ἰάσατο τὸν παῖδα, καὶ ἀπέδωκεν αὐτὸν τῷ πατρὶ αὐτοῦ.

43 ἐξεπλήσσοντο δὲ πάντες ἐπὶ τῇ μεγαλειότητι τοῦ θεοῦ. πάντων δὲ θαυμαζόντων ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, εἶπε πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ·

44 θέσθε ὑμεῖς εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν τοὺς λόγους τούτους. ὁ γὰρ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλλει παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων.

45 οἱ δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα τοῦτο, καὶ ἦν παρακεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν, ἵνα μὴ αἴσθωνται αὐτὸ· καὶ ἐφοβοῦντο ἐρωτῆσαι αὐτὸν περὶ τοῦ ῥήματος τούτου.

46 εἰσῆλθε δὲ διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς, τὸ, τίς ἂν εἴη μείζων αὐτῶν.

47 ὁ δὲ Ἰησοῦς ἰδὼν τὸν διαλογισμὸν τῆς καρδίας αὐτῶν, ἐπιλαβόμενος παιδίου, ἔστησεν αὐτὸ παρ' ἑαυτῷ.

48 καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ὃς ἐὰν δέξηται τοῦτο τὸ παιδίον ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐμὲ δέχεται· καὶ ὃς ἐὰν ἐμὲ δέξηται, δέχεται τὸν ἀποστείλαντά με. ὁ γὰρ μικρότερος ἐν πᾶσιν ὑμῖν ὑπάρχων, οὗτος ἔσται μέγας. C

49 ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰωάννης εἶπεν· ἐπιστάτα, εἴδομέν τινα ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου ἐκβάλλοντα τὰ δαιμόνια, καὶ ἐκωλύσαμεν αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ μεθ' ἡμῶν.

36 Per id tēpus, ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. Vul. & Eras. ad uerbum, in diebus illis. Hunc autē Hebraismum quum alibi sæpe retinuerimus, hic mutauimus, quod diserte dicat Marcus, discipulos nō aliquot diebus duntaxat tacuisse, sed usquequò Christus resurrexisset. 39 Conterens, συντρίβον. Vul. & Eras. dilanians, διασπαράσσον. in nonnullis codicibus legit Eras. συντρίβοντες: id est, atterēte seu cōterente. Nam ut in morbo etiā comitiali accidit, solent isti in membrorum cōuulsione caput cæteraq; mēbra terrę illidere, ita ut sese totos atterant. 42 Lacerauit, ἔρρηξεν. Vul. elisit: id est, ἐξέθλιψεν, ut existimat Eras. uel potius ἐξέτιλεν. 43 Magnifica uirtute, μεγαλειότητι. Vul. magnitudine, μεγέθει. Eras. magnificētia, μεγαλοπρεπείᾳ. Ego periphrasim usurpaui necessariò. Nam ut solent mirifica illa Christi facta uocari μεγαλεῖα, ita uirtus illa cœlestis istorū operum effectrix, μεγαλειότης dicitur. 44 In aures uestras, εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν: id est, attendite diligenter, & semel audita conseruate. Vul. in cordibus uestris, εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, pro quo dicere solet Homerus: -σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν. & Virgilius: -memori quæ condita mente teneto. 45 Occultum ipsis, παρακεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν. Sic usurpatur apud Hebræos, נעלם, ut Psal. 68. a. 6. quū Latini potius tertio casu utantur. Vul. & erat uelatum ante eos: ut legisse uideatur, ἦν γὰρ ἔμπροσθεν αὐτῶν. Eras. abscōditum ab illis: quæ interpretatio etiā ambigua est. 47 Visa, ἰδὼν. Quod oculorum est, ad animum trāsfertur: quemadmodum etiam paulo antè positum est, αἰσθάνεσθαι pro συνιέναι, id est, sentire pro intelligere. in nōnullis autem codicib. legitur ἄλλον, quum sciret. 48 Erit, ἔσται. Vul. legit ἐστὶν, est: in præsenti. quam lectionem magis sinceram esse puto. Sed & pro τοῦτο τὸ παιδίον, hunc puerulum, fortasis legendum est τοιοῦτο παιδίον, huiusmodi puerulum.

50 Tunc

A καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, μὴ κωλύετε· ὃς γὰρ 50 Tunc ait ad eum Iesus: Ne prohibeatis illum: qui enim non est aduersum nos, pro nobis est.
οὐκ ἔστι καθ' ὑμῶν, ὑπὲρ ὑμῶν ἐστιν.

ἐγένετο δὲ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς 51 Factum est autem, quum aduenisset tempus
ἀναλήψεως αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ quo sursum reciperetur, tum ipse sese obfirma-
ἐστήρισε τοῦ πορεύεσθαι εἰς Ἱερουσαλήμ, uit ut proficisceretur in Ierusalem.

καὶ ἀπέστειλεν ἀγγέλους πρὸ προσώπου αὐτοῦ. καὶ 52 Misitq; nuncios ante faciem suam: qui profecti ingressi sunt in uicum Samaritanorum, ut parent ei hospitium. Samaritani nolunt Christum suscipere. 4. Reg. 8. b. 10. & 12.
πορευθέντες εἰσῆλθον εἰς κώμην Σαμαρειτῶν, ὡς
ἑτοιμάσαι αὐτῷ.

καὶ οὐκ ἐδέξαντο αὐτόν, ὅτι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν 53 Sed illi non receperunt eum, quòd habitum
πορευόμενον εἰς Ἱερουσαλήμ. præferret proficiscentis in Ierusalem.

ἰδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάν- 54 Quum autem hoc uidissent discipuli eius Iacobus & Ioannes, dixerunt: Domine, uis dicamus
νης, εἶπον· κύριε, θέλεις εἴπωμεν πῦρ καταβῆναι ut ignis descendat è cœlo, & consumat eos, ut e-
ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἀναλῶσαι αὐτούς, ὡς καὶ Ἠλίας tiam Elias fecit? Vindicta.
ἐποίησε;

στραφεὶς δὲ ἐπετίμησεν αὐτοῖς, καὶ εἶπεν, οὐκ οἴ- 55 Sed conuersus Iesus obiurgauit eos, dicens:
δατε οἵου πνεύματός ἐστε ὑμεῖς· Nescitis cuius spiritus uos sitis.

ὁ γὰρ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε ψυχὰς ἀνθρώ- 56 Filius enim hominis non uenit ut perderet
πων ἀπολέσαι, ἀλλὰ σῶσαι. καὶ ἐπορεύθησαν εἰς animas hominum, sed ut seruaret. Abierunt igi- Christus saluator. Matth. 8. c. 19.
ἑτέραν κώμην. tur in alium uicum.

ἐγένετο δὲ πορευομένων αὐτῶν ἐν τῇ ὁδῷ, εἶπέ 57 Factum est autem, proficiscẽtibus ipsis, in uia
B τις πρὸς αὐτόν, ἀκολουθήσω σοι ὅπου ἂν ἀπέρ- dixit quidam ad eum: Sequar te quòcunq; ieris, Domine. Sequens Christum ob diuitias.
χῃ, κύριε.

καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχου- 58 Dixit autem ei Iesus: Vulpes lustra habent,
σι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις· ὁ δὲ & uolucres cœli, nidos: Filius autẽ hominis non
υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ. habet ubi caput reclinet.

εἶπε δὲ πρὸς ἕτερον, ἀκολούθει μοι. ὁ δὲ εἶπε, κύ- 59 Ait autem ad alium quendam, Sequere me. Ille
ριε, ἐπίτρεψόν μοι ἀπελθόντι πρῶτον θάψαι τὸν uerò dixit: Domine, permitte mihi ut prius ab-
πατέρα μου. eam ac sepeliam patrem meum. Sequens Christum Euangelista omnia relinquat. Matth. 8. c. 21.

50 Ne prohibeatis *illum*, μὴ κωλύετε. In duobus exemplaribus statim subijcitur, ὁ γὰρ ἔστι καθ' ὑμῶν, non est enim contra uos. Deinde subijcitur, ὑπὲρ ὑμῶν ἐστιν. 51 Quum aduenisset, ἐν τῷ συμπληροῦσθαι. Vulg. & Eras. ad uerbũ, dum compleretur. Vide Act. 2. a. 1. Tẽpus quo sursum reciperetur, τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ. Vulg. & Eras. dies assumptionis eius. Sed (ut rectè obseruauit idem Erasmus Act. 1. a. 2.) Assumi potius respondet τῷ παραλαμβάνεσθαι. cui tamen in eo non assentior, quòd in ἀνάληψις putet prępositionem ἀνὰ declarare τὸ πάλιν, id est rursum: quum potius ascensum in superiorem locum significet. quod ut exprimerem, coactus sum periphrasin quærere, & à Græcis alitinos Agnitio liberorum contraria est abdicationi: existimat doctissimus Budęus, ἀνάληψιν hoc loco significare id tempus quo Christus antea uelut à Patre abdicatus, ab eodẽ est agnitus, & in paternam domũ receptus. Sed hoc mihi quidem subtile nimiũ uidetur. Sese obfirmauit, τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐστήρισε. Heb. חכין פניו, ut Ezech. 4. a. 1. Nam חעז פניו non lego nisi in uitio positum, ut Prouerb. 21. d. 29. Significatur autem hoc genere dicendi, Christum certo iam proposito moriendi sese dedisse in uiam, & deposito omni mortis terrore iter ingressum. Nam qui aliquò proficiscitur, eò conuertat uultum necesse est: sed uerbo חכין aliquid etiam amplius significatur quàm ut simpliciter dicatur uultum suũ direxisse Ierusalem uersus. Quia uerò obscurior uisa est interpretatio, si dicamus ad uersum, Obfirmauit faciem suam, perinde conuerti ac si scriptum esset, ἐστήριξεν ἐαυτὸν, quum alioquin apud Hebræos sæpe hæc periphrasis usurpetur simplicis affixi loco. ut uersiculo sequenti, Ante faciem suam, nihil aliud declarat quàm Ante se. In summa, hæc est sententia, Christum, quum ipsius hora uenisset, sese obfirmato animo ad ineundum iter comparasse. 52 In uicum, εἰς κώμην. In quibusdam codicibus legitur, εἰς πόλιν, in urbem: quam lectionem sequutus est Vetus interpres. Sed illam præfero: quia postea sequitur, οὐκ ἐδέξαντο κώμην in alium uicum. Non fit igitur hoc loco mentio ipsius Samariæ metropolis, quam Euangelista non uocasset κώμην, quum iam esset magnificè constructa ab Herode Antipatri filio, qui Sebasten illam ab Augusto cognominauit: sed potius uicus aliquis obscurus eius regionis significatur. Vt pararent ei hospitium, ἑτοιμάσαι αὐτῷ. Sic apud Hebræos usurpari solẽt uerba ετοιμαζειν: & ita ponitur τὸ παρασκευάσαι Act. 10. b. 10. 53 Quòd habitum prę ferret proficiscentis, ὅτι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν πορευόμενον, Ad uerbum, quia facies eius erat uadens. Sed (inquit Erasmus) sicut oculi loqui dicuntur qui innuunt quod dictum uelis, ita facies ire dicitur quæ prę se ferat iter aliquò destinatum esse. Ego uerò per πρόσωπον, intelligo totum habitum. ex quo facilè perspicere potuerunt Samaritani, Christum cum suis Iudæum esse, & Hierosolyma ad diem festum Paschæ proficisci. Norunt autem omnes quæ fuerit Samaritanorum hæresis de templo Hierosolymitano, quę paucis explicatur Ioan. 4. c. 20. 54 Dicamus, εἴπωμεν: id est, iubeamus: quẽ Hebraismũ sæpe iam exposuimus. Vt etiã Elias fecit, ὡς καὶ ἠλίας ἐποίησεν: Hæc desunt in octauo codice & in Vulgata editione, uminimè tamen uidẽtur expungenda, quũ insignem doctrinam contineãt peruersę quorundam καρδιολίας. Reperiuntur etiã & explicantur apud Theophylactum. 55 Cuius spiritus sitis, οἵου πνεύματός ἐστε. Spiritũ uocat, Hebræorũ more, animi motũ, qui partim ab interiore, partim ab externa aliqua ui proficiscitur, puta uel à Spiritu sancto, uel à spiritu malo. Inde factũ, ut dona Dei uocẽtur Spiritus: & ecõtrario quoq; uitia hoc etiã nomine appellentur, ut spiritus auaritiæ, superbiæ, furoris, & eiusmodi multa quæ passim occurrunt. 56 Animas hominũ, ψυχὰς ἀνθρώπων. Heb. צם שרת חאדם: id est, homines ipsos, aut hominũ uitã. Cõperimus aũt hęc omnia, καὶ ἄπωμεν, ἵνα ἐλλατεῖν πνεύματος ἐστε ὑμεῖς. ὁ γὰρ υἱὸς ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε ψυχὰς ἀνθρώπων ἀπολέσαι, ἀλλὰ σῶσαι, deesse in quinq; ueteribus codicibus. Rursum in quibusdam annotat Eras. nõ addi ἀνθρώπων, quod etiam omittitur in Vetere editione.

Dixit autem ei Iesus: Sine ut mortui sepeliãt mortuos suos: tu uerò profectus annuncia regnum Dei.

60 εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς· σὺ δὲ ἀπελθὼν διάγγελλε τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. A

Tunc ait etiam alius: Sequar te Domine: sed permitte mihi prius ut dicã uale ijs qui sunt domi meæ.

61 εἶπε δὲ καὶ ἕτερος· ἀκολουθήσω σοι κύριε. πρῶτον δὲ ἐπίτρεψόν μοι ἀποτάξασθαι τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου.

Manus ad aratrum. Respicere retro.

Ait autem ad eum Iesus: Nemo qui manu sua admota aratro, respexerit ad ea quæ à tergo sunt, aptus est regno Dei.

62 εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς· οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ.

CAP. X. ΚΕΦΑΛ. ι.

Discipuli 70.

POst hæc autem designauit Dominus etiam alios septuaginta, misitq; eos binos ante faciem suã in omnem urbem & locum quò futurum erat ut ipse ueniret.

1 Μετὰ δὲ ταῦτα ἀνέδειξεν ὁ κύριος καὶ ἑτέρους ἑβδομήκοντα, καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς ἀνὰ δύο πρὸ προσώπου αὐτοῦ, εἰς πᾶσαν πόλιν καὶ τόπον, οὗ ἤμελλεν αὐτὸς ἔρχεσθαι.

Messis. Operarij. Matt. 9. d. 37.

Dicebat ergo eis: Messis quidem multa, sed operarij pauci: deprecamini ergo dominũ messis, ut emittat operarios in messem suam.

2 ἔλεγεν οὖν πρὸς αὐτούς· ὁ μὲν θερισμὸς πολύς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι. δεήθητε οὖν τοῦ κυρίου τοῦ θερισμοῦ, ὅπως ἐκβάλῃ ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ.

Agni. Lupi. Matth. 10. b. 16.

Abite: ecce, ego mitto uos sicut agnos in medium luporum.

3 ὑπάγετε· ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς ἄρνας ἐν μέσῳ λύκων.

Saccus. Salutatio. 4. Reg. 4. c. 29.

Ne portetis sacculum, neque peram, neque calceamenta: & neminem per uiam salutaueritis.

4 μὴ βαστάζετε βαλλάντιον, μὴ πήραν, μηδὲ ὑποδήματα· καὶ μηδένα κατὰ τὴν ὁδὸν ἀσπάσησθε. B

Pax domui. Matth. 10. b. 12. Marc. 6. b. 10.

In quamcunq; domũ ingrediamini, primùm dicite: Pax huic domui.

5 εἰς ἣν δ' ἂν οἰκίαν εἰσέρχησθε, πρῶτον λέγετε, εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ.

Et si illic fuerit quispiam filius pacis, requiesceat super eum pax uestra: sin minus, ad uos reuertetur.

6 καὶ ἐὰν μὲν ἐκεῖ ᾖ υἱὸς εἰρήνης, ἐπαναπαήσεται ἐπ' αὐτὸν ἡ εἰρήνη ὑμῶν· εἰ δὲ μήγε, ἐφ' ὑμᾶς ἀνακάμψει.

Operarius dignus cibo. Deut. 24. c. 14. Matth. 10. b. 10. 1. Tim. 5. c. 18.

In ea autẽ ipsa domo manete, edẽtes & bibẽtes quæ ab ipsis *apposita fuerint*: dignus enim est operarius mercede sua. Ne trãseatis è domo in domũ.

7 ἐν αὐτῇ δὲ τῇ οἰκίᾳ μένετε, ἐσθίοντες καὶ πίνοντες τὰ παρ' αὐτῶν· ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ. μὴ μεταβαίνετε ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν.

62 Aptus, εὔθετος. Ad uerbum, bene dispositus, ut uernaculo etiam sermone loquimur.

IN CAPVT X.

1 Septuaginta, ἑβδομήκοντα. In uetere editione legimus septuaginta duos, casúne an errore nescio, quum uetustissimi quique interpretes 70 tantùm recenseant, ut copiosius ostendit Erasmus in hunc locũ. Sed in uno codice additum reperimus, μαθητὰς discipulos: quo fit ut suspicer in Vetere editione, quum scriptum esset δ̄ος, ut sæpe librarij indocti ista compendia quæsierunt, postea nonnullos ex δ̄ος, duos feciſſe. qui deinde uersiculum 17 corruperunt, quum ex huius capitis initio uellent emendare. Verùm in eodem illo codice scriptum erat ἑβδομήκοντα δύο. ut planè nihil certi habeam quod constituam, nisi quòd præstat (opinor) septuaginta legere, quũ cætera exemplaria in ea lectione consentiant. Nam quod ueteres huc afferunt de duodecim fontibus & 70 palmis, nihil habet solidi: neque uerò res ista tanti est momenti, ut de ea contendere oporteat. 6 Quispiam filius pacis, υἱὸς εἰρήνης. Videtur non fuisse hoc loco prætermittendus articulus, cuius quidem uis est ἀδιόριστος, quum ferè soleat, uel ἀνακεφαλαιωτικῶς, uel κατ' ἐξοχὴν poni. Filius autem pacis Hebraico more uocatur qui non abhorret à doctrina pacis & C Euãgelij, siue quem Dominus constituit ad ueræ pacis cognitionem uocare. 7 In ea autem ipsa domo, ἐν αὐτῇ ἢ τῇ οἰκίᾳ. Vulgata & Erasmus, in eadem autem domo, ἐν τῇ αὐτῇ ἢ οἰκίᾳ. quę interpretatio etiam ambigua est. Possunt enim hęc ita accipi, quasi omnes iubeantur eundem habere hospitem, uel quasi prohibeantur hospitium mutare: quod paulo pòst subijcitur: adeò ut si ita interpreteris, uix possit hęc battologia excusari. Erit autem plana sententia, si à Græcis non discesseris. Nam nemo erit qui non intelligat præcipi discipulis, ne de quærendo commodo hospite laborent, uti faciunt scilicet qui uel in aliquo loco constituerunt diutius commorari, uel delicias ac uoluptates, commoda denique sua captant. Iubet igitur econtrario Christus ut discipuli in quamcunque domum fuerint ingressi, id est, quæcunque domus illis uenientibus patuerit, eam ipsam pro hospitio deligant. Neq; enim hìc instituitur solennis quædam prædicatio Euangelij, qualis fuit à discipulis usurpata, quum iam Ecclesias constituerent: sed mittuntur isti tanquam Christi apparitores, qui eum significarent aduentare Hierosolymam, & uerum ac ultimum Iubileum promulgarent, nempe ut Christus supremarum suarum concionum, & passionis itẽ ac resurrectionis plurimos testes haberet. Nam quod ad me attinet, ego hęc existimo gesta esse in ultima Christi profectione, quia superiore cap. uersu 51. addidit Lucas, ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ: id est, quũ aduenisset tempus quo futurum erat ut sursum reciperetur. Manete, μένετε: id est, hospitiũ uobis deligite, quod Græci dicunt καταλύσαι. Neque enim τὸ μένειν, hìc propriè accipitur pro ישב, id est habitare, & sedes ponere, aut diutius hærere: sed pro חלין, id est diuertere & in hospitio tantisper morari, dum quieueris, ut cœptum iter persequaris. Vnde mansionis uocabulum pro Hospitio & diuersorio usurpatum à Suetonio & Plinio, pro quo Hebræi dicunt בולרין. Quæ ab ipsis *apposita fuerint*, τὰ παρ' αὐτῶν. Subaudi, παρατιθέμενα. quod participium exprimitur sequenti uersiculo. Vulgata, quæ apud illos sunt: id est, τὰ παρ' αὐτοῖς, ut Erasmus rectè annotauit: quamuis quod ad sententiam attinet, minimum interfit. E' domo in domum, ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν. Hic demum uetantur hospitium mutare, ob eam causam quam paulo antè dixi: & bellè quidem hoc quadrat Mendicantium, quos uocãt, fratrũ aut uentrũ potius instituto, quos tamen non pudet profiteri se Apostolicã uitã agere, q̃ hostiatim uictum mendicare soleãt.

A καὶ εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν εἰσέρχησθε, καὶ δέ- 8 Sed & in quãcunq; urbem ingressi fueritis, Matth.10.b.11.
χωνται ὑμᾶς, ἐσθίετε τὰ παρατιθέμενα ὑμῖν. & exceperint uos, edite quę apponũtur uobis:

καὶ θεραπεύετε τοὺς ἐν αὐτῇ ἀσθενεῖς· καὶ λέγετε 9 Et sanate inualidos qui in ea fuerint, ac dicite
αὐτοῖς, ἤγγικεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ. eis: Appropinquauit ad uos regnum Dei.

εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν εἰσέρχησθε, καὶ μὴ δέχων- 10 In quamcunque autem urbem ingressi fueri- Ciuitatem in-
ται ὑμᾶς, ἐξελθόντες εἰς τὰς πλατείας αὐτῆς, ris, & nõ exceperint uos, egressi in plateas eius, gressi discipuli.
εἴπατε, dicite:

καὶ τὸν κονιορτὸν τὸν κολληθέντα ἡμῖν ἐκ τῆς πό- 11 Etiam puluerem qui adhæsit nobis ex urbe Puluis.
λεως ὑμῶν, ἀπομασσόμεθα ὑμῖν· πλὴν τοῦτο γινώ- uestra, abstergimus in uos: tamen hoc scitote, Supra 9.a.5.
σκετε, ὅτι ἤγγικεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ. quòd appropinquauit ad uos regnum Dei. Act.13.g.51. & 18.b.6.

λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι Σοδόμοις ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ 12 Dico autem uobis, quòd Sodomis in die illo Sodomæ.
ἀνεκτότερον ἔσται, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ. tolerabilius erit quàm illi urbi.

Οὐαί σοι Χωραζίν, οὐαί σοι Βηθσαϊδά, ὅτι εἰ ἐν Τύ- 13 Væ tibi Chorazin, uæ tibi Beth-saida. nam si Chorozaim,
ρῳ καὶ Σιδῶνι ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γενόμεναι in Tyro & Sidone factæ fuissent uirtutes quæ Tyrus, Sidon.
ἐν ὑμῖν, πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ καθήμεναι factæ sunt in uobis, olim cum sacco & cinere se- Matth.11.c.21.
μετενόησαν. sedentes resipuissent.

πλὴν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἀνεκτότερον ἔσται ἐν τῇ 14 Ideo Tyro & Sidoni remissius erit in iudicio,
κρίσει, ἢ ὑμῖν. quàm uobis.

καὶ σὺ Καπερναούμ, μὴ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθήσῃ, 15 Et tu Capernaum, quę usq; ad cœlum sublata Caphernaum.
ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ. es, usq; ad inferos deprimêris.

B ὁ ἀκούων ὑμῶν, ἐμοῦ ἀκούει· καὶ ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς, 16 Qui uos audit, me audit: & qui uos reijcit, Audiendi apo-
ἐμὲ ἀθετεῖ· ὁ δὲ ἐμὲ ἀθετῶν, ἀθετεῖ τὸν ἀποστείλαν- me reijcit. qui autem me reijcit, reijcit eum qui stoli.
τά με. misit me. Matth.10.d.40. Ioan.13.c.20.

Ὑπέστρεψαν δὲ οἱ ἑβδομήκοντα μετὰ χαρᾶς, λέ- 17 Reuersi sunt autem septuaginta cum gaudio,
γοντες· κύριε, καὶ τὰ δαιμόνια ὑποτάσσεται ἡμῖν dicẽtes: Domine, etiam dæmonia subijciuntur
ἐν τῷ ὀνόματί σου. nobis per nomen tuum.

εἶπε δὲ αὐτοῖς· ἐθεώρουν τὸν σατανᾶν ὡς ἀστρα- 18 Ipse autem dixit eis: Spectaui satanam ut ful- Satan subiectus
πὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα. gur de cœlo cadere. Apostolis.

ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω 19 Ecce do uobis potestatem calcandi serpentes
ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύνα- & scorpiones, & super omnem potestatem ini-
μιν τοῦ ἐχθροῦ, καὶ οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσῃ. mici: & nihil uos lædet.

πλὴν ἐν τούτῳ μὴ χαίρετε, ὅτι τὰ πνεύματα 20 Sed de eo ne gaudeatis, quòd spíritus uobis Gaudere.
ὑμῖν ὑποτάσσεται· χαίρετε δὲ μᾶλλον, ὅτι τὰ ὀνό- subijciantur: gaudete uerò potius, quòd nomi- Nomina scripta
ματα ὑμῶν ἐγγέγραπται ἐν τοῖς οὐρανοῖς. na uestra scripta sint in cœlis. in cœlis.

ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἠγαλλιάσατο τῷ πνεύματι ὁ 21 Eo ipso momento exultauit Iesus spí- Prudentes.
Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν· ἐξομολογοῦμαί σοι πάτερ, κύριε ritu, & dixit: Confiteor tibi Pater, domine Paruuli.
τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ cœli & terræ, quòd absconderis hæc à sa-
σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις. ναὶ ὁ πατήρ, ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμ- pientibus & intelligentibus, & reuelaris
C προσθέν σου. ea infantibus: etiam Pater, quia ita placuit
tibi.

πάντα παρεδόθη μοι ὑπὸ τοῦ πατρός μου· καὶ 22 Omnia mihi tradita sunt à Patre meo: &
οὐδεὶς γινώσκει τίς ἐστιν ὁ υἱός, εἰ μὴ ὁ πατήρ· καὶ nemo nouit quis sit Filius, nisi Pater: & quis
τίς ἐστιν ὁ πατήρ, εἰ μὴ ὁ υἱός, καὶ ᾧ ἐὰν βούληται ὁ sit Pater, nisi Filius, & cuicunque uoluerit Fi-
υἱὸς ἀποκαλύψαι. lius reuelare.

8 Sed & in quãcunq;, ἣν δὲ εἰς ἣν δ' ἂν. Vulg. & Eras. Et in quãcunq;, ἣν δὲ εἰς ἣν ἄν, quũ in emẽdatioribus exẽplaribus adda tur particula ἄν, & ita ferè loqui soleãt diserti ores Græci. Ne quis uerò existimet hoc uersiculo repeti quod superio re dictũ fuerat, ac proinde inanem esse battologiã, considerãda est ratio superiori uersiculo adiuncta. Quũ enim dixisset Dñs, Edite & bibite quæ ab hospitibus apposita fuerint: addit rationẽ, Quia, inquit, dignus est operarius mercede sua. Perinde est igitur ac si dixisset, posse ipsos bona cõscientia uesci hospitis bonis, etiamsi nõ haberẽt un de soluerẽt (mittebat enim eos ab omnib. rebus imparatos) quũ ali etiam mercenarij soleãt. Hic aũt alius est finis ipsi propositus. Vult eñ ut cõtenti sint nõ modò quouis hospitio quod ipsis patuerit, sed etiam quouis apposito cibo, nempe ne seipsos quærant, eorũ exemplo quorũ Deus uẽter est. 9 Ad uos, ἐφ' ὑμᾶς. Vulg. & Eras. in uos. Sed cõstat ἐπὶ usurpari, αὐτοῖς δὲ πρὸς, ut suprà etiã annotauimus 3.a.2. Vtuntur aũt hac enallage nõ modò Hebræi, sed etiã disertiores Græci. Sic eñ Hom. Iliad. α. ἰὼν δ' ἐπὶ νῆα θοὴν ἦλθε. 14 Ideo, πλὴν. Vulg. & Eras. Veruntamẽ. Vi de Matth. 11.c.22. 16 Reijcit, ἀθετεῖ. Vide Marci 6.d.26. 18 Spectaui, ἐθεώρουν: uel, Spectabã. Sed mihi quidem uidetur prius aliquãto melius cõuenire: quum præsertim singulis penè uersiculis occurrat hęc enallage. Annotat Eras. se in quibusdã codicib. legisse, Videbãt: tertia scilicet persona pluralis numeri, quã interpretationem planè re pudio. 19 Nihil uos lædet, οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσῃ: uel (ut Vulg. & Eras.) nihil uobis nocebit. Ponitur enim τὸ οὐδὲν ἀντὶ τοῦ βλάπτων, quũ alioquin dicatur ἀδικῶν, quisquis etiã aliquid præter iustum & æquũ facere conatur: & om nium iniurijs nulli sint æquè expositi, atq; in quibus hoc unum est curæ, ut Deum religiosè colant. adeò prępostera est hominum φιλαυτία. 21 Spiritu, τῷ πνεύματι: id est, animo. Quamuis enim in tribus uetustis codicibus adda

tur, τῷ ἁγίῳ, id est sancto, ut in nonnullis etiam uetustis codicibus Latinis legitur: tamen hāc esse germanam lectionem puto, nec magis commodè hæc posse exponi de spiritu sancto, quàm quod dicitur Ioan. 13. c. 21. turbatus fuisse spiritu: qui locus optimè explicatur Matth. 26. d. 38. Quod autem existimat Eras. de Spiritu sancto hæc intelligi, quia adiunctus est articulus, non satis firma ratione nititur, ut alibi ostendimus. Ita placuit tibi, ὅτι ἐγένετο δεῖπνον ἅγιον σου. Vide Matth. 11. d. 27. Cæterùm in uetustis codicib. additur, καὶ γραφὰς πρὸς τοὺς μαθητὰς ἴδιας, & conuersus ad discipulos dixit: quę uerba non legit Vetus interpres, & sanè puto redundare, quamuis aliter sentiat Valla. A

Beatus. Matth. 13. b. 16.

Tunc conuersus ad discipulos, seorsim dixit: Beati oculi qui uident quæ uos uidetis.

23 καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς, κατ' ἰδίαν εἶπε· μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ οἱ βλέποντες ἃ βλέπετε.

Dico enim uobis, quòd multi Prophetæ & Reges cupierunt uidere quæ uos uidetis, & nō uiderunt: & audire quæ auditis, & nō audierūt.

24 λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι πολλοὶ προφῆται καὶ βασιλεῖς ἠθέλησαν ἰδεῖν ἃ ὑμεῖς βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον· καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν.

Vita æterna quomodo possideatur. Matth. 22. d. 35. Marc. 12. e. 28.

Tum ecce, quidam Legis interpres surrexit, tentans eum, & dicens: Magister, quid faciendo, uitam æternam possidebo?

25 καὶ ἰδοὺ νομικός τις ἀνέστη, ἐκπειράζων αὐτὸν, καὶ λέγων· διδάσκαλε, τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω;

At ille dixit ad eum: In Lege quid scriptum est? quomodo legis?

26 ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτόν· ἐν τῷ νόμῳ τί γέγραπται; πῶς ἀναγινώσκεις;

Dilectio Dei. Deut. 6. a. 1.

Ille uerò respondens dixit: Dilíges Dominũ Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis uiribus tuis, & ex tota cogitatione tua:

27 ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν· ἀγαπήσεις κύριον τὸν θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου· καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν.

Leuit. 19. d. 18.

& proximum tuum ut teipsum.

Tū ipse dixit ei: Rectè ēnīdisti: hoc fac, & uiues.

28 εἶπε δὲ αὐτῷ, ὀρθῶς ἀπεκρίθης. τοῦτο ποίει, καὶ ζήσῃ.

Iustificare seipsum. Proximus quis.

Ille autem uolens iustificare seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus?

29 ὁ δὲ θέλων δικαιοῦν ἑαυτὸν, εἶπε πρὸς τὸν Ἰησοῦν· καὶ τίς ἐστί μου πλησίον; B

Excipiens autem Iesus dixit: Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui expoliato eo & plagis impositis, abierunt, seminece relicto.

30 ὑπολαβὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν· ἄνθρωπός τις κατέβαινεν ἀπὸ Ἰερουσαλὴμ εἰς Ἰεριχὼ, καὶ λῃσταῖς περιέπεσεν, οἳ καὶ ἐκδύσαντες αὐτὸν, καὶ πληγὰς ἐπιθέντες, ἀπῆλθον, ἀφέντες ἡμιθανῆ τυγχάνοντα.

Fortè autē Sacerdos quidā descendit per eandem uiam: qui uiso eo, ex aduerso præterijt.

31 κατὰ συγκυρίαν δὲ ἱερεύς τις κατέβαινεν ἐν τῇ ὁδῷ ἐκείνῃ, καὶ ἰδὼν αὐτὸν, ἀντιπαρῆλθεν.

Similiter & Leuita, quum uenisset ad eum locum, & illum uidisset, præterijt ex aduerso.

32 ὁμοίως δὲ καὶ Λευίτης γενόμενον κατὰ τὸν τόπον, ἐλθὼν καὶ ἰδὼν, ἀντιπαρῆλθεν.

Samaritanus autē quidam iter faciens, uenit ad eum, & uiso eo, misericordia commotus est.

33 Σαμαρίτης δέ τις ὁδεύων, ἦλθε κατ' αὐτόν, καὶ ἰδὼν αὐτὸν, ἐσπλαγχνίσθη·

Et accedens obligauit uulnera eius, infundens oleum ac uinum: & ipsum impositum in suum iumentum, duxit in hospitium, & eius curam egit.

34 καὶ προσελθὼν κατέδησε τὰ τραύματα αὐτῶν, ἐπιχέων ἔλαιον καὶ οἶνον. ἐπιβιβάσας δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἴδιον κτῆνος, ἤγαγεν αὐτὸν εἰς πανδοχεῖον, καὶ ἐπεμελήθη αὐτοῦ.

Postero autē die abiens, depromptos duos denarios dedit hospiti, & ait ei: Curā ipsius age: & quodcunq; præterea insumpseris, ego quum

35 καὶ ἐπὶ τὴν αὔριον ἐκβαλὼν δύο δηνάρια, ἔδωκε τῷ πανδόχῳ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἐπιμελήθητι αὐτοῦ, καὶ ὅ, τι ἂν προσδαπανήσῃς, ἐγὼ ἐν τῷ

23 Seorsim, κατ' ἰδίαν. Hoc deest in Vulgata editione. uidetur autē additum, nō modò quia peculiariter pertinet ad discipulos quod dicturus est, sed etiam ne uideatur totum illud redundare, καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς, quū eadem addantur uersu 21. C

29 Iustificare seipsum, δικαιοῦν ἑαυτόν: id est, seipsum à iustitia commendare, siue sese ut iustum approbare. Sic dicitur è Iacobo Abraham non modò ex fide, sed etiam ex operibus iustificatus: quam homonymiam qui nō animaduerterunt, conati sunt gratuitā ex fide iustificationē eiusmodi testimonijs euertere.

30 Excipiens, ὑπολαβὼν: id est (ut loquitur Plato in Euthydemo) ἀναδεξάμενος, pro quo in uernaculo nostro sermone diceremus, *prenant la parolle*. Sic Virgilius lib. Aeneid. 9. utitur excipiendi uerbo absolutè posito, ut annotauit Valla, prolato etiam Xenophontis exemplo. Idem igitur declarat, τὸ ὑπολαμβάνειν hoc loco, atque τὸ ἀποκρίνεσθαι apud Homerum. quamobrem Erasmus conuertit, respondens, id est ἀποκρινόμενος: quū alioquin etiam significet Existimare, ut sæpe sumus interpretati, & Sursum rapi, ut Act. 1. b. 9. siue Suscipere: quam postremam notionem sequutus hoc loco Vetus interpres, quum conuertisset ὑπολαβὼν susciens, sciolus quispiam mutauit in Suspiciens, quasi hęc Christus dixerit sublatis in cœlum oculis. Plagis impositis, πληγὰς ἐπιθέντες. Sic Latinè conuertit Vetus interpres, quum hoc dicēdi genere utatur Cic. pro Sestio, & alibi sæpe, ut minimè necesse fuerit à Græcis deflectere.

31 Fortè, κατὰ συγκυρίαν: id est, κατὰ συμβουλὴν, pro quo uulgò dicimus ad uerbum, *par rencontre*. quod tamen ita est accipiendum, ut sciamus hominum quidem consilium ac deliberationem, non autem prouidentiam Dei excludi, quę ita moderatur rebus omnibus, ut casui ac fortunæ nullus prorsus locus relinquatur. Ex aduerso præterijt, ἀντιπαρῆλθεν. Vulg. & Eras. pręterijt: id est, παρῆλθεν. Sed non erat (opinor) negligenda particula ἀντὶ, qua scilicet significatur, istum non modò non accessisse, sed etiam deflexisse de uia, nempe quòd ei esset religio, uel illum contingere, ne cadaueris contactu pollueretur. 32 Quum uenisset ad eum locum, γενόμενον κατὰ τὸν τόπον. Vulg. quum esset secus locum. Eras. quū iret iuxta locū. Vide Marci 6. a. 2. & Ioan. 6. b. 10. ubi τὸ γενέσθαι ponitur pro παραγενέσθαι. Itaque uidetur participium ἰδὼν, quod in plerisq; codicib. additur, redundare, neq; etiam conuersum est à Vulgato interprete. 33 Ad eum, κατ' αὐτὸν: id est, eò loci ubi ille iacebat: aliud enim est κατ' αὐτὸν, quàm πρὸς αὐτὸν. Ideo Vetus interpres conuertit, secus eum.

40 Superueniens,

A ἐπανοίξειδαί με, ἀποδώσω σοι.

τίς οὖν τούτων τῶν τριῶν δοκεῖ σοι πλησίον γε- 36
γονέναι τοῦ ἐμπεσόντος εἰς τοὺς λῃστάς;

ὁ δὲ εἶπεν· ὁ ποιήσας τὸ ἔλεος μετ' αὐτοῦ. εἶπεν 37
οὖν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, πορεύου, καὶ σὺ ποίει ὁμοίως.

ἐγένετο δὲ ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτοὺς, καὶ αὐτὸς 38
εἰσῆλθεν εἰς κώμην τινά. γυνὴ δὲ ὀνόματι Μάρ-
θα ὑπεδέξατο αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς.

καὶ τῇδε ἦν ἀδελφὴ καλουμένη Μαρία, ἣ καὶ πα- 39
ρακαθίσασα παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, ἤκουε τὸν
λόγον αὐτοῦ.

ἡ δὲ Μάρθα περιεσπᾶτο περὶ πολλὴν διακο- 40
νίαν. ἐπιστᾶσα δὲ εἶπε· κύριε, οὐ μέλει σοι, ὅτι ἡ ἀδελ-
φή μου μόνην με κατέλιπε διακονεῖν; εἰπὲ οὖν αὐ-
τῇ, ἵνα μοι συναντιλάβηται.

ἀποκριθεὶς δὲ εἶπεν αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Μάρθα Μάρθα, 41
μεριμνᾷς, καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλά.

ἑνὸς δέ ἐστι χρεία. Μαρία δὲ τὴν ἀγαθὴν μερίδα 42
ἐξελέξατο, ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς.

ΚΕΦΑΛ. ια'.

B ΚΑΙ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τόπῳ τινὶ προ- 1
σευχόμενον, ὡς ἐπαύσατο, εἶπέ τις τῶν μα-
θητῶν αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν· κύριε, δίδαξον ἡμᾶς προσεύχε-
σθαι, καθὼς καὶ Ἰωάννης ἐδίδαξε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ.

εἶπε δὲ αὐτοῖς· ὅταν προσεύχησθε, λέγετε, πά- 2
τερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά
σου, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου, γενηθήτω τὸ θέλημά
σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.

τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δίδου ἡμῖν τὸ 3
καθ' ἡμέραν,

καὶ ἄφες ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ γὰρ αὐ- 4
τοὶ ἀφίεμεν παντὶ ὀφείλοντι ἡμῖν. καὶ μὴ εἰσενέγ-
κῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ
πονηροῦ.

καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· τίς ἐξ ὑμῶν ἕξει φίλον, καὶ 5
πορεύσεται πρὸς αὐτὸν μεσονυκτίου, καὶ εἴπῃ αὐτῷ,
φίλε, χρῆσόν μοι τρεῖς ἄρτους,

ἐπειδὴ φίλος μου παρεγένετο ἐξ ὁδοῦ πρός 6
με, καὶ οὐκ ἔχω ὃ παραθήσω αὐτῷ·

C κἀκεῖνος ἔσωθεν ἀποκριθεὶς εἴπῃ, μή μοι κόπους 7
παρέχε· ἤδη ἡ θύρα κέκλεισται, καὶ τὰ παιδία μου
μετ' ἐμοῦ εἰς τὴν κοίτην εἰσίν· οὐ δύναμαι ἀναστὰς
δοῦναί σοι.

rediero, reddam tibi.

Quis igitur horum trium uidetur tibi proxi- 36
mus fuisse illi qui incidit in latrones?

Ille autem dixit: Is qui usus est misericordia er- 37 *Misericordia.*
ga eũ. Ait igitur ei Iesus: Abi, & tu fac similiter.

Factum est uerò inter eundum, ipse ingressus 38 *Christus suscipitur à Martha.*
est in quendam uicum: mulier autem quædam
Martha nomine excepit eum in domum suam.

Et huic erat soror quæ uocabatur Maria, quæ 39
etiam assidens ad pedes Iesu, audiebat sermonẽ
ipsius.

Martha autem distrahebatur circa frequens 40 *Maria soror Marthæ auelit uerbum Dei.*
ministerium. superueniens igitur ait: Domine,
nõ est tibi curæ q̃ soror mea reliquit me, ut sola
ministrẽ? dic ergo ei ut mihi uicissim opituletur.

Respondens autem dixit ei Iesus: Martha, 41
Martha, solicita es, & turbaris circa multa.

Atqui unius rei opus est. Maria uerò bonam 42
partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

CAP. XI.

ET factum est quum ipse oraret quodam in 1 *Docet Christus apostolos orare.*
loco, ut cessauit, dixit quidam ex discipulis
eius ad eum: Domine, doce nos orare, sicut &
Ioannes docuit discipulos suos.

Dixit autem eis: Quum oratis, dicite: Pater 2 *Matth. 6. b. 4.*
noster qui es in cœlis, Sanctificetur nomen tuũ.
Veniat regnum tuum. Fiat uoluntas tua, quem-
admodum in cœlo, sic etiam in terra.

Panem nostrum quotidianum da nobis in 3
diem.

Et remitte nobis peccata nostra: etenim ipsi 4
remittimus omnibus qui debent nobis. Et ne
nos inducas in tentationem, sed libera nos à
malo.

Dixit etiam ad eos: Quis uestrûm habebit a- 5 *Perseuerandum in oratione.*
micum, & proficiscetur ad eum media nocte, &
dicit ei: Amice, da mihi mutuò tres panes:

Quoniam amicus meus uenit de uia ad me, 6
& non habeo quod apponam ei.

Et ille intus respondens dicat: Ne mihi mole 7
stiam exhibeas: iam ostium clausum est, & pue-
ruli mei mecum sunt in cubili: non possum sur-
gere & dare tibi.

IN CAPVT XI.

40 Superueniens, διϊστᾶσα. Vide Marci 2. b. 9. ut uicissim mihi opituletur, ἵνα μοι συναντιλάβηται: uel, ut unà me-
cum manus admoueat operi. Est enim metaphora ab oneribus sumpta quæ utring; admotis manibus subleuan-
tur. Vulgata & Erasmus, ut me adiuueti: d est, ἵνα μοι ἐπαραγῶσιν.

2 Noster qui es in cœlis, ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Hæc non legit hoc loco Vetus interpres. 3 In diem, τὸ καθ' ἡμέραν: id est, quanto in hunc diem opus est: nempe ut apud Quintilianum, declamatione 13. feræ ac uolucres dicũ-
tur præsentis modò cibi memores, in diem uiuere: ad quorum exemplum nos reuocat Christus, non ut honestam
curam tuendę huius uitæ nobis eximat, sed potius solicitudinem illam & ægritudinem animi cum diffidentia cõ-
iunctam, qua se plerię; conficiunt. Hanc igitur interpretationem si sequamur, idem declarabit τὸ καθ' ἡμέραν, atq; a-
pud Matthæum σήμερον, sed illud tamen multo est expressius: quamobrem nolui cum Vetere interprete cõuertere,
hodie. Possumus tamen, τὸ καθ' ἡμέραν etiam exponere in singulos dies, id est quotidie, ut legitur in Veteris editio-
nis quibusdam codicibus, & in Erasmi uersione. Sed quum Dominus nos uetet de crastino esse solicitos, hanc ex-
positionem non probo. Multo minus autem probo quod idem Erasmus affert in annotationibus, nimirum hic
peti crastinum panem. Nam, inquit, qui uesperi orat pro uictu postridiano, quid aliud petit quàm uictum quoti-
dianũ? Rectè sanè, quasi uespere duntaxat sit huic orationi locus. 4 Etenim ipsi, καὶ γὰρ αὐτοί, uel, καὶ γὰρ καὶ αὐτοί:
id est, etenim & ipsi, ut in uno uetusto codice scriptũ legimus. Vulgata & Erasmus, siquidẽ & ipsi: ut sit, ὡ καὶ αὐτοί.
Sed libera nos à malo, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Hanc quoque particulam non legit Vetus interpres.
5 Da mihi mutuò, χρῆσόν μοι. Vulgata, commoda mihi, impropriè, quia hic affertur exemplum earum rerum
quæ usu consumuntur, quãuis Plautus semel atq; iterum ita loquutus reperiatur: & χρῆσαι Græcis tam de commo-

dato quàm de mutuo dicatur. Meritò igitur eam interpretationem reprehendit Valla, cuius uestigia sequutus est Erasmus. Quidam uertit, mutua: quod uerbum non nemini legere apud idoneos authores. A

Dico uobis, etiamsi nō dederit ei surgens, eo q̄ amicus eius sit: ac certè propter importunitatē eius surget, ac dabit ei quotquot habet opus.

8 λέγω ὑμῖν, εἰ καὶ οὐ δώσει αὐτῷ ἀναστὰς, διὰ τὸ εἶναι αὐτοῦ φίλον, διά γε τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ ἐγερθεὶς δώσει αὐτῷ ὅσων χρῄζει.

Matth. 7.a.7. & 21.c.22. Marc.11.c.24. Ioan. 14. b.13. & 16.fc 22. Iacob.1.a.10. Matth.7. b.7. Matth.9. d.32. & 12.b.22. Marc.3.c.20.

Et ego dico uobis: Petite, & dabitur uobis: querite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis.

9 Κἀγὼ ὑμῖν λέγω, αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν. ζητεῖτε, καὶ εὑρήσετε· κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν.

Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur.

10 πᾶς γὰρ ὁ αἰτῶν λαμβάνει, καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει, καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται.

Num quis autem ex uobis pater, si filius ab eo petierit panem, lapidē dabit ei? Aut si piscem, num pro pisce serpentem dabit illi?

11 τίνα δὲ ὑμῶν τὸν πατέρα αἰτήσει ὁ υἱὸς ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; ἢ καὶ ἰχθὺν, μὴ ἀντὶ ἰχθύος ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ;

Spiritus bonus datur petentibus.

Aut si petierit ouum, num dabit ei scorpium?

12 ἢ καὶ αἰτήσει ᾠόν, μὴ ἐπιδώσει αὐτῷ σκορπίον.

Si uos igitur quum sitis mali, nostis bona dona dare liberis uestris: quanto magis Pater uester cœlestis dabit Spiritum sanctum ijs qui ab eo petierint?

13 εἰ οὖν ὑμεῖς πονηροὶ ὑπάρχοντες, οἴδατε ἀγαθὰ δόματα διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὁ ἐξ οὐρανοῦ δώσει πνεῦμα ἅγιον τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν.

Dæmoniū ejicitur.

Tum eiecit dæmonium quod erat mutum: factum est autem, egresso dæmonio, loquutus est mutus: & mirata est turba.

14 Καὶ ἦν ἐκβάλλων δαιμόνιον, καὶ αὐτὸ ἦν κωφόν. ἐγένετο δὲ, τοῦ δαιμονίου ἐξελθόντος, ἐλάλησεν ὁ κωφός· καὶ ἐθαύμασαν οἱ ὄχλοι.

Blasphemia. Matth.9.d.24.

Quidā uerò ex eis dixerunt: Per Beelzebul principem dæmoniorum eijcit dæmonia.

15 τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν εἶπον· ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια. B

Et alij tentantes, signum è cœlo quærebant ab eo.

16 ἕτεροι δὲ πειράζοντες, σημεῖον παρ' αὐτοῦ ἐζήτουν ἐξ οὐρανοῦ.

Matth.12.b.25. Marci 3.c.44.

Ipse autem quum sciret cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnū partitum aduersus sese, uastatur: & domus aduersus sese partita, cadit.

17 αὐτὸς δὲ εἰδὼς αὐτῶν τὰ διανοήματα, εἶπεν αὐτοῖς· πᾶσα βασιλεία ἐφ' ἑαυτὴν διαμερισθεῖσα, ἐρημοῦται, καὶ οἶκος ἐπὶ οἶκον πίπτει.

Digitus Dei.

Quòd si etiam Satanas aduersus seipsum partitus est, quomodo stabit regnū eius? Nam dicitis, per Beelzebul eijcere me dæmonia.

18 εἰ δὲ καὶ ὁ Σατανᾶς ἐφ' ἑαυτὸν διεμερίσθη, πῶς σταθήσεται ἡ βασιλεία αὐτοῦ; ὅτι λέγετε, ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλειν με τὰ δαιμόνια.

Quòd si ego per Beelzebul eijcio dæmonia: filij uestri per quem eijciunt? propterea ipsi erunt uestri iudices.

19 εἰ δὲ ἐγὼ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσι; διὰ τοῦτο αὐτοὶ κριταὶ ὑμῶν αὐτοί εἰσιν.

Sin autem digito Dei eijcio dæmonia: nempe peruenit ad uos regnum Dei.

20 εἰ δὲ ἐν δακτύλῳ θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ.

Quū ualidus quispiā armatus custodit aulam

21 ὅταν ὁ ἰσχυρὸς καθωπλισμένος φυλάσσῃ τὴν

8 At certè propter importunitatē, Διὰγε τὴν ἀναίδειαν. Particulā γε cōuerterunt Vetus interp. & Eras. Tamē: id est, μέντοι: quū potius significet Quidē certè, uel At certè. Rursus quòd ἀναίδειαν exponūt Improbitatē, mihi nō probatur. Improbitas eñ declarat potius πονηρίαν uel κακίαν: neq; puto ad rē pertinere q̄ Virgilius laborē improbum uocauit. Significat autē in genere ἀναίδειαν, impudētiam: sed quia de certa specie impudētiæ hic agitur, eorū scilicet qui nullo responso possunt abigi, quominus molestē urgeāt: ideo importunitatē uertimus: quanq̄, si spectemus quod hac similitudine Christus adumbrauit, hęc importunitas & quasi impudentia in Deo assiduē & singulis momentis die ac nocte rogādo, uirtiū nō est: imò uerò in pijs hominib. maximè cōmendatur. C

11 Num quis aūt, &c. τίνα δέ. In quibusdā codicib. legitur, τίς δὲ ὑμῶν. Sed quomodocūq; legas, nō uitaris ἀναπλήρωτον, cuius simile exemplū habemus Exod. 3. b. a. 1. Itaq; ut planior esset oratio, nō uertimus κατὰ πόδας, sed paulū defleximus: ita tamē (ni fallor) ut minus procul discesserimus q̄ alij interpretes, quos nobis uidere cōtigit. Videtur uerò hoc fuisse uulgatū prouerbiū, cui respondet Plautinū illud quod Eras. obseruat, Altera manu fert lapidē, panem ostētat altera. Illi autem quod proximè sequitur, respondet Græcorū illud, ἀντὶ τοξότου σκύλακα: id est, pro perca scorpiū: quod idē Erasm. in Chiliadibus cōmemorat. 13 Cœlestis, ἐξ οὐρανοῦ. Malui receptę interpretationi assentiri q̄ quicq̄ mutare. Sed mihi tamē nō prorsus propriè uidetur Deus Pater dici, ἐξ οὐρανοῦ, quū potius dicatur, ἐν τῷ οὐρανῷ. Puto igitur expuncto articulo ita potius legendū, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὑμῶν (additur eñ pronomē in sexto codice & in Vulg. editione) ἐξ οὐρανοῦ δώσει πνεῦμα ἅγιον τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν: id est, quāto magis Pater ille uester dabit è cœlo Spiritū sanctū ijs qui ab eo petierint. Nihil tamē sum ausus mutare ex cōiectura. Sanctū, ἅγιον. In Vulg. editione legitur bonū, id est ἀγαθὸν. Contrà uerò in omnib. Græcis codicib. legimus ἅγιον, exceptis 6 & 8. quę cum Vulg. editione cōsentiebāt. 17 Aduersus sese, ἐφ' ἑαυτήν. Valla potius conuertendū putat in seipso, uel suprà seipsum: sed meritò reprehēditur ab Erasmo. Ponitur eñ οἶκος pro κατὰ, ut in οἰκόρριζος pro κατάρριζος, & οἶκος οἶκον πίπτει, quæ est Aeschyli Tragœdia, pro οἶκος κατὰ οἶκον, ut recte emēdat Eustathius, quū uulgò legāt, οἶκος ἐπὶ οἶκον. Et domus aduersus sese partita, cadit, καὶ οἶκος οἶκον πίπτει. Vulg. & Eras. & domus super domū cadit. At ego puto post ἐπὶ οἶκον, repetendū esse per syllepsin participiū μεριζόμενος, quod & sentētia ipsa ostēdit, & ex Matthęi ac Marci collatione liquet. Nam Matthæus quū de regno diuiso mentionē fecisset, subijcit, καὶ πᾶσα πόλις ἢ οἰκία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς. Marcus autē, καὶ ἐὰν οἰκία ἐφ' ἑαυτὸν μερισθῇ. Sed & Theoph. hūc locum explicans, repetit participium: Siue, inquit, de familia, siue de ipsius ædificij structura hoc accipias. Dixit autē Lucas οἶκος οἶκον, pro ἐφ' ἑαυτόν, Hebraica repetitione antecedētis pro relatiuo. 20 Digito Dei, ἐν δακτύλῳ θεοῦ. Heb. באצבע אלהים, ut Exod. 8. b. 17. id est, uirtute ac potestate diuina. Est autē Patris ac Filij uirtus, Spiritus sanctus. Ideo apud Matthæum legimus pro digito Dei, Spiritum Dei. 21 Aulam, τὴν αὐλὴν: id est, regiam suam. Vulg. & Eras. atriū.

Id enim

A Id enim propriè declarat αὐλὴ, locum scilicet apertũ & uacuũ ante ipsas ædes expositũ, quem Galli uulgò Cortem uocant. Inde factum ut pro regũ ac principũ palatijs acciperetur, sicut notat Athenæus: quę significatio melius cõ uenit huic loco. In pace, ἐν εἰρήνῃ. Heb. בשלום: id est, tranquillè ac beatè suis bonis perfruitur.

ἑαυτοῦ αὐλὴν, ἐν εἰρήνῃ ἐστὶ τὰ ὑπαρχοντα αὐτοῦ. suam, in pace sunt ea quæ ipse habet.

ἐπὰν δὲ ὁ ἰσχυρότερος αὐτοῦ ἐπελθὼν νικήσῃ 22 Postquam uerò quispiam ualidior eo aggressus uicerit eum, totam armaturam eius aufert, in qua confidebat, & spolia eius distribuit.

αὐτὸν, τὴν πανοπλίαν αὐτοῦ αἴρει, ἐφ' ᾗ ἐπεποίθει, καὶ τὰ σκῦλα αὐτοῦ διαδίδωσιν.

ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ ἐστι· καὶ ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ, σκορπίζει. 23 Qui non est mecum, contra me est: & qui nõ mecum, dispergit.

ὅταν τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀν- 24 Quum impurus spiritus exierit à quopiã homine, ambulat per arida loca, quærẽs requiẽ: & quum non inueniat, dicit: Reuertar in domum meam unde exiui. Matth. 12. d. 43.

θρώπου, διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων, ζητοῦν ἀνά παυσιν· καὶ μὴ εὑρίσκων, λέγει. ὑποστρέψω εἰς τὸν οἶκόν μου, ὅθεν ἐξῆλθον.

ἐλθὸν εὑρίσκει σεσαρωμένον καὶ κεκοσμημένον. 25 Veniẽs igitur, inuenit eam uersam & ornatã.

τότε πορεύεται καὶ παραλαμβάνει ἑπτὰ ἕτερα 26 Tũc proficiscitur, & accipit septem alios spiritus peiores quàm sit ipse: qui ingressi habitãt illic, fitq; ultima cõditio hominis illius deterior priore. Heb. 6. a. 4. 1. Pet. 2. d. 20.

πνεύματα πονηρότερα ἑαυτοῦ, καὶ εἰσελθόντα κατοικεῖ ἐκεῖ. καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων.

ἐγένετο δὲ ἐν τῷ λέγειν αὐτὸν ταῦτα, ἐπάρασά 27 Factum est autem quum hæc diceret, extollẽs uocem quædã mulier è turba, & dixit ei: Beatus uenter qui te portauit, & hubera quæ suxisti. Beati.

τις γυνὴ φωνὴν ἐκ τοῦ ὄχλου, εἶπεν αὐτῷ· μακαία B ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοὶ οὓς ἐθήλασας.

αὐτὸς δὲ εἶπε· μενοῦνγε μακάριοι οἱ ἀκούοντες 28 Ipse autem dixit: Imo uerò beati qui audiunt sermonem Dei, & custodiunt eum.

τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, καὶ φυλάσσοντες αὐτόν.

τοῦ δὲ ὄχλου ἐπαθροιζομένων, ἤρξατο λέγειν· ἡ 29 Quum autem turba cõgregaretur apud eum, cœpit dicere: Natio hæc scelerata est: signum requirit: sed signum nõ dabitur ei, nisi signum illud Ionæ prophetę. Signa petunt Iudæi. Matth. 12. c. 38. Ionæ 2. a. 1.

γενεὰ αὕτη πονηρά ἐστι· σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου.

καθὼς γὰρ ἐγένετο Ἰωνᾶς σημεῖον τοῖς Νινευίταις, 30 Nam sicut fuit Ionas signum Niniuitis: ita erit & Filius hominis nationi isti.

οὕτως ἔσται καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τῇ γενεᾷ ταύτῃ.

βασίλισσα νότου ἐγερθήσεται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῶν 31 Regina Austri surget in iudicio cum uiris nationis huius, & cõdemnabit eos: quòd uenerit à terminis terræ, ut audiret sapientiam Solomonis: & ecce plus quàm Solomon hic. Regina Saba. 3. Reg. 10. a. 1. 2. Para. 9. a. 1.

ἀνδρῶν τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινεῖ αὐτούς· ὅτι ἦλθεν ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς, ἀκοῦσαι τὴν σοφίαν Σολομῶντος· καὶ ἰδοὺ πλεῖον Σολομῶντος ὧδε.

ἄνδρες Νινευῖται ἀναστήσονται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς 32 Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum natione hac, & condemnabunt eam: quòd ad prædicationem Ionæ resipuerint: & ecce plus quàm Ionas est hoc in loco. Niniuitæ. Ionæ 3. b. 5.

γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτήν, ὅτι μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ· καὶ ἰδοὺ πλεῖον Ἰωνᾶ ὧδε.

οὐδεὶς δὲ λύχνον ἅψας, εἰς κρυπτὸν τίθησιν, οὐδὲ ὑπὸ τὸν μόδιον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν, ἵνα οἱ εἰσπορευόμενοι τὸ φέγγος βλέπωσιν. 33 Nullus uerò lucernam accẽsam in occulto ponit, neq; subter modium: sed in candelabrum, ut qui ingrediuntur, splendorem uideant. Lucerna. Suprà 8. b. 16. Matth. 5. b. 15. Marc. 4. c. 21.

C ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός. ὅταν 34 Lucerna corporis est oculus. quũ igitur oculus tuus fuerit simplex, totum quoque corpus tuum lucidum erit: quum uerò malus fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Oculus simplex. Matth. 6. c. 22.

οὖν ὁ ὀφθαλμός σου ἁπλοῦς ᾖ, καὶ ὅλον τὸ σῶμά σου φωτεινὸν ἔστιν· ἐὰν δὲ πονηρὸς ᾖ, καὶ τὸ σῶμά σου σκοτεινόν.

σκόπει οὖν μὴ τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ, σκότος ἐστίν. 35 Considera ergo num lumen quod in te est, tenebræ sint.

εἰ οὖν τὸ σῶμά σου ὅλον φωτεινὸν, μὴ ἔχον τι μέ- 36 Si ergo corpus tuum totum lucidum *fuerit*, nõ habens aliquam partem tenebrosam: *sic* erit lucidum totũ, ut quum lucerna fulgore illuminat te.

ρος σκοτεινόν, ἔσται φωτεινὸν ὅλον, ὡς ὅταν ὁ λύχνος τῇ ἀστραπῇ φωτίζῃ σε.

ἐν δὲ τῷ λαλῆσαι, ἐρωτᾷ αὐτὸν Φαρισαῖός τις, 36 Inter loquẽdum aũt, rogauit eũ quidam Pharisęus ut prãderet apud se. ingressus igit accubuit. Christus illotus manducat cum Pharisæo.

ὅπως ἀριστήσῃ παρ' αὐτῷ. εἰσελθὼν δὲ ἀνέπεσεν.

ὁ δὲ Φαρισαῖος ἰδὼν, ἐθαύμασεν, ὅτι οὐ πρῶτον 37 Pharisæus aũt quũ *hoc* uidisset, admiratus est quòd non prius ablutus fuisset ante prandium.

ἐβαπτίσθη πρὸ τοῦ ἀρίστου.

22 Aggressus, ἐπελθὼν, uel (ut Vetus interpres conuertit) superueniens, id est ex inopinato ueniens, ut apud Hom. Odyss. ἐλθὲ μὴ ὀψὲ ἰὼν ἐπέλθῃς. Sed illud est, ἐπαπροσδοκήτως. 29 Scelerata est, πονηρά ἐστι Cur πονηρὸν interdum malignum sceleratum quàm malum dicere, alibi exposuimus. Cęterùm apud Veterem interpretem & in codicibus Græcis sexto & octauo reperitur γενεὰ natio. 31 In occulto, εἰς κρυπτὸν. Sic loquitur Cæsar. Vulgata & Erasmus, in abscondito, quod nusquam legi. In omnibus autem codicibus uetustis legimus ἐπὶ κρυπτῷ, & fortasse magis accommodatè. Cryptas enim & cryptoporticus uocabant olim abditos & cõcameratos locos, quos uulgò dicimus caueas. Splendorẽ, τὸ φέγγος: uel, τὸ φῶς lumẽ, ut legerũt & interpretati sunt alij, eodẽ sensu. 35 Num sint, μὴ ὦσιν. Vulg. ne sint, μὴ ᾖ: quę errorẽ quũ Valla animaduerterit, miror nõ correctũ ab Eras. 38 Quũ *hoc* uidisset, admiratus est, ἰδὼν, θαύμασεν. In 2. exẽplari scriptũ legimus, ἤρξατο διαπορεύεσθαι ἐν ἑαυτῷ λέγων, quã lectionẽ sequutus Vet. interp.

conuertit, cœpit intra se reputans dicere, quum τὸ διακρίνεσθαι alibi interpretetur hęsitare, ut Marc. 11. c. 23. Quòd non prius, &c. ὅτε ὁ πρῶτον ἐβαπτίσθη. Vulg. quòd nõ baptizatus esset, prætermissa particula πρῶτον, quę uideri etiam potest redundare. Sed τὸ βαπτίζεσθαι idem hic declarat atq; τὸ νίπτεσθαι καὶ χειρίσασθαι, ut diximus Marc. 7. a. 4. A

Dixit autem Dñs ad eũ: Vos quidẽ Pharisæi exteriorem poculi patinæq; partẽ purgatis: sed pars interior, plena est rapina uestra & scelere.

39 εἶπε δὲ ὁ κύριος πρὸς αὐτόν· νῦν ὑμεῖς οἱ Φαρισαῖοι τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου καὶ τοῦ πίνακος καθαρίζετε, τὸ δὲ ἔσωθεν ὑμῶν γέμει ἁρπαγῆς καὶ πονηρίας.

Rapina. Iniquitas. Matth. 23. c. 25.

Amentes, nónne qui fecit quod foris est, etiã id quòd intus est fecit?

40 ἄφρονες, οὐχ ὁ ποιήσας τὸ ἔξωθεν, καὶ τὸ ἔσωθεν ἐποίησε;

Date igitur ea quæ intus sunt, in eleemosynã: & ecce, omnia munda erunt uobis.

41 πλὴν τὰ ἐνόντα δότε ἐλεημοσύνην, καὶ ἰδοὺ πάντα καθαρὰ ὑμῖν ἔσται.

39 Vos quidẽ, νῦν ὑμεῖς. Vulg. & Eras. Nũc uos. Verùm particula νῦν hoc loco nõ uidetur esse tẽporis aduerbiũ, sed potius cõiunctio expletiua, nisi malimus interpretari, At uos, uel Vos uerò. Sic eñ sępe solet à Demosthene usurpari in assumptionib. argumẽtorũ. Pars interior, τὸ ἔσωθεν. Vulg. quod intus est uestrũ. Eras. Vallã sequutus, quod intus est uestri. Neutra uerò harũ interpretationũ mihi satis perspicua uidetur, etiamsi ὑμῶν coniungendũ esset cũ ἔσωθεν. Sed si quis cõtulerit cũ hoc loco ea quę scribuntur Matth. 23. c. 26. comperiet (opinor) ὑμῶν potius pertinere ad ἁρπαγῆς καὶ πονηρίας, per traiectionẽ, quæ huic nostro Euangelistę est familiarissima. Matthæus eñ apertè dicit patinas & pocula referta esse ipsorũ rapinis: id quidẽ ad institutũ sermonẽ multo accõmodatius. Agitur eñ de puro ciborũ usu, contra Pharisęorũ sentẽtiã, qui putabãt mundatis patinis omnia esse munda. Quasi uerò (inquit Dñs) nõ sit potius habẽda ratio eius quod intra patinã est, quàm ipsius patinæ. Atqui dapes istæ quas apponitis, quãuis uobis mundæ uideãtur, quia scilicet patinas mundastis, & ex earũ sunt genere quarũ usus in Lege cõceditur: tamẽ alia ratione sunt immundæ, quia scilicet per rapinã & scelus bona uestra cõparastis. Scelere, πονηρίας. Vulg. iniquitate: id est, ἀδικίας. Theoph. inuidia interpretatur. Est eñ hoc uitiũ semper cũ mala mẽte & malo animo cõiunctum. 41 Date igitur, πλὴν δότε: uel, Quin potius, ut rapinę & sceleri quę impediebãt quo minus purè uesci possent, opponatur beneficẽtia, qua futurũ sit ut sanctificetur quod intra patinã est, etiamsi ablutæ nõ fuerint patinæ. Est eñ uarius ac multiplex usus istius particulę, ut diximus Matth. 11. c. 22. Vulg. & Eras. Veruntamẽ date: ut sit hæc sentẽtia, Impurè quidẽ uescimini, ut nũc facitis, & hallucinamini magnopere. Sed tamẽ remediũ huic malo afferri potest: puta si ex uestris istis facultatib. per fraudem partis dederitis eleemosynam, nimirum (ut nonnulli tradunt) pro peccatorum satisfactione. Atqui nõ hìc agitur (opinor) quo precio possint pro rapinis & fraudib. satisfacere (una enim nostra satisfactio est Christus) sed peruersa eorũ opinio reprehẽditur de legitimo ac puro ciborũ usu. Itaq; hãc expositionẽ planè repudio. Quod autẽ attinet ad uerbũ δότε, affert alterã etiam interpretationẽ Eras. puta si significet Datis, indicandi modo. ut sit hic sensus: Quod quũ ita sit, id est, quũ intus abundetis rapina & scelere, Dñs autẽ animi potius quàm patinarũ purificationem requirat, tamẽ ita estis stulti, ut uos existimetis liberari ab omni rapina, si paululũ ex ea cõtuleritis in pauperes. Sed uæ uobis, &c. Nã alioquin (inquit idẽ Eras.) duriusculè cohæret hęc adhortatio cũ ijs quę præcedunt ac sequuntur. Qui eñ cõuenit ut quos modò fecerit tã scelerosos, subitò, data eleemosyna, uelit undiquaq; mundos uideri? Hæc ille. Atqui nõ uidẽtur hęc pati posse Grãmaticorum regulę, ut δότε pro δίδοτε accipiatur, neq; mihi facilè persuaserim usquã extare similis enallages exẽplũ. Deinde hęc uerba, Et ecce omnia munda sunt uobis, ironicè essent explicanda: quod fieri uix potest, quin coacta sit interpretatio. Neq; uerò duriusculè cohęret hæc adhortatio, quũ nihil magis sit consentaneũ quàm explicato morbo adhibere remediũ: quod quidẽ quale sit, uõ uidetur Eras. (quod cum bona ipsius uenia dictũ esse uelim) satis attẽte cõsiderasse. Ea quę intus sunt, τὰ ἐνόντα: id est, τὰ ἐντὸς τῶν περιῤῥαντηρίδων καὶ παροψίδων: id est, quæ sunt intra patinam ac poculũ. Ita enim loquitur Matthęus, tanquã Lucę interpres, quãuis diuersa sit loci circunstantia, quo hæc eadẽ apud eum dicit Dñs: & si ita exponas, plana erit antithesis in proposita hypothesi. Quamuis enim hinc elicięda sit generalis doctrina aduersus eos oẽs qui externo duntaxat cultu, eoq; plerunq; cõmentitio, pietatẽ metiuntur (ut nostri etiã Pharisæi hodie docẽt) tamẽ nisi in argumẽto proposito maneas, coacta fuerit uerborũ interpretatio. Quæstio est igitur quis purè uescatur. Existimãt Pharisęi duo hìc requiri, nempe ut cibus cæremoniali Lege interdictus nõ apponatur, deinde ut manus ac patinæ diligẽter purificẽtur. Christus cõtrà uult, ut bonis artibus quæsitæ sint dapes quę apponuntur: deinde, ut quẽadmodũ in sacris oblationib. primitię Deo decerpebantur, quę oẽs fructus totius conuiuium sanctificabãt: ita pro eo q; ex pauperũ bonis securè epulabãtur suis, nimirũ externis purificationib. freti, partẽ potius eorũ quę apponũtur, in primis, pauperib. decidãt. Ita eñ fore ut purè uescantur. hęc igitur interpretatio mihi uisa est simplicissima, & maximè ad id de q̃ agitur, accõmodata. Supereſt ut alias etiã ꝓferamus. Vetus interp. cõuertit, quod supereſt, id est τὸ λοιπὸν, seu potius τὸ περισσεῦον. Vidit eñ (opinor) germanã huius loci sentẽtiã, & conatus est illustrare qđ obscurius dictũ uidebaſ. itaq; qđ generaliter dictũ erat, ad partẽ restrinxit. Nã certũ est Dñm nõ iubere, ut quicquid appositũ est, largiamur pauperib. sed potiusut qđ à Deo accepimus, cũ pauperib. cõmunicemus, siue id fiat cõuiuij initio (qđ maioris est charitatis signũ) siue à cõuiuio (ut ferè solẽt) ciborũ reliquias pauperib. distribuamus. ad quã cõsuetudinẽ Vet. interp. (ut opinor) respexit, q̃uis aliter interpretetẽ Eras. Ergo qđ ad rẽ ipsam attinet, cũ eo cõsentio. Sed malui uocabulũ q̃ usus est Euãgelista, cõseruare, nõ modò quia mihi religio est quicq̃ hìc audere, sed etiam quia manifestè opponũtur τὰ ἐνόντα, id est ea quę intus sunt, τοῖς ἔξωθεν, id est externis. quę antithesis alioquin perierit. Theoph. τὰ ἐνόντα, interpretatur τὰ ὑπαρχοντα ὑμῖν: id est, quę uobis adsunt, siue facultates uestras. Sed hæc interpretatio præterq̃ q̃ illã antithesin tollit, de qua modò dixi, nimiũ etiã est generalis, & aberrat à proposita hypothesi. Quod aũt idẽ existimat Christũ maluisse dicere, τὰ ἐνόντα, quàm τὰ ἔνδοθεν, ut Pharisęorum auaritiã notaret, quia nimirũ diuitiæ insunt, atq; adeò insident auari hominis animo, id mihi quidẽ subtilius uidetur quàm ut admitti possit. Affert Eraſm. tres alias interpretationes. quarũ una est, ut subaudita prępositione κατὰ interpreteris τὰ ἐνόντα, iuxta ea quę suppetunt uobis, id est pro facultatũ ratione: altera, ut τὰ ἐνόντα uocet ea quę sunt in nostra potestate: tertia, ut τὰ ἐνόντα positũ sit absolutè, pro τὰ ἐνὸν, ut intelligas, quę facta sunt, fieri infecta nõ posse. illud restare, quod sit in eorũ potestate, ut rapinas pensent eleemosynis. Has autem oẽs interpretationes eadem ratione reiicio qua superiorem Theophylacti. Deinde quo ad primã illarum attinet, requiro etiam similis ec lipsis exemplum. Nam illud, τὸ κατ' ἐμὲ, τὸ γε μὴ ἐπ' ἄλλοις, τοῦ μὲν μέρος, & similia, certè aliquantulum sunt diuersa. Secundam autem si addmittas, quæram cur hoc sit additum. neque enim causa ulla est cur suspicari possimus, Dominum iubere ut de alieno simus liberales. Postremò haud satis scio an τὰ ἐνόντα usquam reperias absolutè positum: & tota etiam hæc expositio (ut opinor) sensum habet cum uera Christi religione parum consentientem.

Neque

A Neque enim existimandum est eum facere quod Deo gratum esse possit, qui ex malè quæsitis partem sibi seruet, partem pauperibus, aut Deo etiam ipsi decidat, nedum ut hac ratione pro peccatis satisfaciat. Hinc illæ querelę toties apud Prophetas repetitæ aduersus eos qui externo cultu putabant se Dei fauorem mereri, quēcunq; animum ad hæc sacra attulissent, quum, ut rectè scribitur Ecclesiastici 34. d. 24. qui è bonis pauperum sacrificat, similis sit eius qui mactat filium coram patre. In eleemosynam, ἐλεημοσύνην: id est, per beneficium & liberalitatem, si magis elegāter loqui placet. Sed nolui à Græcis recedere longius. Cohæret autem ἐλεημοσύνην cum τὰ ἐνόντα per appositionem, non modò Hebræis, sed etiam Græcis familiarem. Sic Isocrat. ad Demonicum, ἀπίστασθαι τῶν τῆδε τὸν λόγον ἄμεινον, τιμήσειν μᾶλλον τοὺς περὶ ἐμὲ φίλους, ἐνεμὸν ἢ τοὺς περὶ ἐπιδέκνυσθαι σωτῆρας. Sic etiam Plautus in Trinumo: Est ager (inquit) sub urbe nobis, eum dabo dotem sorori. Erunt, ἔσται: id est ἔστω, ut etiam scriptum erat in sexto exemplari. Eadem enallage occurrit Matth. 28. d. 20.

ἀλλ' οὐαὶ ὑμῖν τοῖς φαρισαίοις, ὅτι ἀποδεκατοῦτε 42 τὸ ἡδύοσμον καὶ τὸ πήγανον καὶ πᾶν λάχανον, καὶ παρέρχεσθε τὴν κρίσιν καὶ τὴν ἀγάπην τοῦ θεοῦ. ταῦτα δὲ ἔδει ποιῆσαι κἀκεῖνα μὴ ἀφιέναι.

Sed uę uobis Pharisæis: nam decimatis mentham & rutam, & quoduis olus, sed præteritis iudicium & charitatem Dei. Hæc autem oportuit facere, & illa non omittere.

Decimæ rutæ. Iudicium. Charitas.

οὐαὶ ὑμῖν τοῖς φαρισαίοις, ὅτι ἀγαπᾶτε τὴν πρωτοκαθεδρίαν ἐν ταῖς συναγωγαῖς, καὶ τοὺς ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς.

43 Væ uobis Pharisæis, qui diligitis primum consessum in conuentibus, & salutationes in foris.

Infrà 20. g. 46. Matth. 23. a. 6. Marc. 12. d. 38. Salutationes.

οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῦσι καὶ φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι ἐστὲ ὡς τὰ μνημεῖα τὰ ἀδηλα, καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ περιπατοῦντες ἐπάνω οὐκ οἴδασιν.

44 Væ uobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: nā estis ut monumenta quæ non apparēt, quę nesciunt ij qui super ea ambulant.

Matth. 23. c. 27.

B ἀποκριθεὶς δέ τις τῶν νομικῶν, λέγει αὐτῷ· διδάσκαλε, ταῦτα λέγων καὶ ὑμᾶς ὑβρίζεις.

45 Respondens autem quidam ex Legis interpretibus, ait ei: Magister, quum hæc dicis, etiam nos afficis iniuria.

Legisperitus.

ὁ δὲ εἶπε· καὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς οὐαί, ὅτι φορτίζετε τοὺς ἀνθρώπους φορτία δυσβάστακτα, καὶ αὐτοὶ ἑνὶ τῶν δακτύλων ὑμῶν οὐ προσψαύετε τοῖς φορτίοις.

46 Ipse autem ait: Væ uobis quoque Legis interpretibus: nam oneratis homines oneribus difficilibus portatu, sed ipsi uno ex digitis uestris non attingitis onera.

Onera populi. Matth. 23. a. 4. Act. 15. b. 10.

οὐαὶ ὑμῖν, ὅτι οἰκοδομεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν προφητῶν, οἱ δὲ πατέρες ὑμῶν ἀπέκτειναν αὐτούς.

47 Væ uobis: nam ædificatis monumenta Prophetarum patres autem uestri trucidarunt eos.

ἄρα μαρτυρεῖτε, καὶ συνευδοκεῖτε τοῖς ἔργοις τῶν πατέρων ὑμῶν· ὅτι αὐτοὶ μὲν ἀπέκτειναν αὐτούς, ὑμεῖς δὲ οἰκοδομεῖτε αὐτῶν τὰ μνημεῖα.

48 Nempe testimonio uestro comprobatis facta patrū uestrorum: quoniā illi quidē eos trucidarunt, uos autem ædificatis eorū monumēta.

διὰ τοῦτο καὶ ἡ σοφία τοῦ θεοῦ εἶπεν· ἀποστελῶ εἰς αὐτοὺς προφήτας καὶ ἀποστόλους, καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενοῦσι καὶ ἐκδιώξουσιν·

49 Propterea etiam Sapientia Dei dixit: Mittam ad eos Prophetas & Apostolos, & ex ipsis *quosdam* trucidabunt, & *quosdam* expellent:

Sapientia Dei.

41 Sed uæ uobis, ἀλλ' οὐαὶ ὑμῖν. Optimè hęc cohærent cū superiorib. ut minimè dubium sit, quin ἀλλὰ sic conuerti oporteat. Quū enim mentionē feciisset beneficentiæ, futurum erat ut hic Pharisæi suas decimas obijcerent. Oſtēdit igitur Dñs quantum absint à uera liberalitate, quātumuis externam illius speciē præ se ferant. Huc pertinet quod ait Paulus 1. Cor. 11. a 3. Nam, ὅτι. In pleriſq; Vulgatę editionis codicib. non legitur Quia, sed Qui, tū hoc uersiculo, tū etiam alijs sequētibus: quā lectionē germanā esse puto, & ab ijs deprauatā, qui, quū scriptū esset, ut uides in ista margine, & hoc literarum compendiū ignorarēt, pro οἱ legerunt ὅτι. Neq; uerò mirū hoc cuiquā uidebitur, qui manuscripta exēplaria cum impreſsis cōtulerit, in quib. permulta similia errata tam sæpe occurrūt, ut nemini dubium esse possit ex uno loco infinitos alios postea fuisse deprauatos, & ex uno aliquo exēplari errorē in alia pluri ma emanasse. Nihil tamē uolui mutare, cōtra uetustorū codicū fidem. Decimatis, ἀποδεκατεῖτε: id est, decimā partē deciditis nimirū ex Dei Lege persoluendam, quemadmodū Latinis dicebatur legio decimari, quū decimus quisq; ad supplicīū legebatur ex militari disciplina. Alij cōtrà ad auaritiam Phariſçorū hoc referunt. qui ex quibuſuis col ligerēt decimas. Et certè hoc etiam sensu accipitur uerbū ἀποδεκατεῖν Heb. 7. a 5. Sed priorē interpretationē potius recipio. Et quoduis olus, καὶ πᾶν λάχανον: uel, quoduis olus: id est, omne genus olerū, ut rectè explicat Augustin. Enchiridio ad Laurētium, cap. 59. simili ratione docēs exponi oportere quod ait Apoſtolus 1. Timoth. 2. a. 4. Deū uelle oēs homines saluos fieri. Iudicium, τὴν κρίσιν. Hebraicè משפט, id est quod iustū & æquū est. Complectitur enim hoc uocabulū alteram illā partem Iuris gētium, QVOD TIBI FIERI NOLIS, ALTERI NE FACIAS. Charitas autē Dei ad primam tabulam spectat, quæ quidē pręcipua est, adeò ut illa ab hac diuelli nullo modo posſit. Eraſmus autem iudicium facit duplex. Vnum hominū, quando scilicet ex cultu externo metimur pietatem: alterum Dei, quum ex animi affectu pietas æstimatur. Duplicem item charitatem. unam hominum, quum leuiculo beneficio afficitur proximus: alteram Dei, quum in his succurritur homini, quæ ad æternam illius salutem pertinent. Sed hęc (ut opinor) ad hunc locum nō spectant. Nam neq; iudicium hic accipitur pro animi opinione, aut sententia: neq; uocabulū δεῖ, est repetendum, ἀπὸ τοῦ πρώτου: neq; charitas Dei aliud hic declarat quàm eum amorē quem Deo debemus. Hęc autem oportuit, ταῦτα δὲ ἔδει. Ita interpretatur Vulgata editio, & particulam δὲ additā reperimus in codicibus uetustis, sexto & octauo. Eraſmus, imò oportuit, μᾶλλον δὲ ἔδει. 48 Testimonio ue. comp. μαρτυρεῖτε καὶ συνευδοκεῖτε. Vulgata, testificamini quòd consentitis: id est, μαρτυρεῖτε ὅτι συνευδοκεῖτε. Vide suprà 4. d. 22. 49 Ex ipsis *quosdam*, ἐξ αὐτῶν. Subauditur τινὰς, in Græco, quod Latinè expreſsimus, ut Matthęi 23. d. 34. & 17. b. 9. & Act 21. c. 16. Expellent, ἐκδιώξουσιν: id est, ita infectabuntur, ut tandem iniurijs suis expellant. Vulgata & Eraſmus, persequētur: id est, διώξουσιν. Ita enim etiam excudit Frobenius. Sed uetusti codices legūt ἐκδιώξουσιν: quod quidem est multo ἐμφατικώτερον.

50 Requiratur

Vtà natione iſta requiratur ſanguis omnium Prophetarum, effuſus à iactis fundamẽtis mundi.

50 ἵνα ἐκζητηθῇ τὸ αἷμα πάντων τῶν προφητῶν, τὸ A ἐκχυνόμενον ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης,

Gen. 4. b. 8. 2. Paral. 24. f. 21.

A' ſanguine Abel uſq; ad ſanguinem Zachariæ, qui periit inter altare & ædem: etiam dico uobis, requiretur ab hac natione.

51 ἀπὸ τοῦ αἵματος Ἅβελ ἕως τοῦ αἵματος Ζαχαρίου τοῦ ἀπολομένου μεταξὺ τοῦ θυσιαστηρίου καὶ τοῦ οἴκου. ναὶ λέγω ὑμῖν, ἐκζητηθήσεται ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης.

Clauis ſcientiæ.

Væ uobis Legis interpretibus: nam ſuſtuliſtis clauem cognitionis: ipſi non introiſtis, & eos qui introibant prohibuiſtis.

52 οὐαὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς, ὅτι ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως· αὐτοὶ οὐκ εἰσήλθετε, καὶ τοὺς εἰσερχομένους ἐκωλύσατε.

Quũ autẽ hæc ad eos diceret, cœperunt Scribę & Phariſæi uehementer ipſi imminere, & eũ allicere ad loquendum de multis:

53 λέγοντος δὲ αὐτοῦ ταῦτα πρὸς αὐτούς, ἤρξαντο οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι δεινῶς ἐνέχειν, καὶ ἀποστοματίζειν αὐτὸν περὶ πλειόνων,

Insidiantes ei, & cupidè uenantes aliquid ex ore eius, ut accuſarent eum.

54 ἐνεδρεύοντες αὐτὸν, καὶ ζητοῦντές τι θηρεῦσαι ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτοῦ.

CAP. XII.

ΚΕΦΑΛ. ιβ'.

Fermentũ Phariſæorum. Matth. 16. a. 5. Marc. 8. b. 14.

INterea quum coacta eſſet permulta turbæ multitudo, adeò ut alij alios conculcarent, cœpit dicere ad diſcipulos ſuos: In primis cauete uobiſipſis à fermento Phariſæorum, quod eſt hypocriſis.

1 Ἐν οἷς ἐπισυναχθεισῶν τῶν μυριάδων τοῦ ὄχλου, ὥστε καταπατεῖν ἀλλήλους, ἤρξατο λέγειν πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ πρῶτον προσέχετε ἑαυτοῖς ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν φαρισαίων, ἥτις ἐστὶν ὑπόκρισις.

Matth. 10. c. 26. Marc. 4. c. 22.

Nihil enim opertum eſt, quod non ſit reue- 2 οὐδὲν δὲ συγκεκαλυμμένον ἐστὶν, ὃ οὐκ B

50 Requiratur ſan. ἵνα ἐκζητηθῇ τὸ αἷμα. Heb. דם כל-חנביאים ידרש: id eſt, ut ratio à uobis repoſcatur atque adeò pœnæ exigantur fuſi ſanguinis Prophetarum. Cæterùm illud, ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης, id eſt à natione iſta, quum in Græcis ponatur in extremo uerſiculo, collocauimus potius in principio, ut ſtuderemus perſpicuitati, ne quis ſcilicet connectat cum principio ἐκχυνόμενον. Nam potius cohærere cum ἐκζητηθῇ, apparet ex fine proximi uerſiculi. Effuſus, τὸ ἐκχυνόμενον. Eraſm. qui effunditur. Atqui rectius (ni fallor) Vetus interpres animaduertit præſens pro præterito, aut potius pro futuro exacto uſurpatum. 51 Suſtuliſtis, ἤρατε: id eſt, ἀπεκρύψατε καὶ ἐφανίσατε, abſcondiſtis & ſuſtuliſtis è medio, ut nuſquam compareant. Sic enim rectè (meo quidem iudicio) interpretatur Theophylactus. Nam quod Eraſmus exiſtimat potius ſignificari Scribas tuliſſe, id eſt, in ſe recepiſſe, & geſtandas ſuſcepiſſe claues cognitionis, quia nimirum ſibi ſolis cognitionem Legis & docendi munus arrogabant: quamuis bene cõueniat, tamen non poſſum probare. Neq; enim uerbum αἴρειν, ſed αἴρεσθαι, potius hac ſignificatione ſolet à Græcis uſurpari. 53 Quum autem, &c. λέγοντος δὲ αὐτοῦ ταῦτα πρὸς αὐτούς. In octauo codice ſcriptum erat, καὶ ἐκβάλλοντες αὐτὸν, & eo illinc egreſſo. Imminere, ἐνέχειν. Vulgata & Eraſmus, inſiſtere. Vide Marc. 6. c. 19. In Complutenſi editione & quinto codice legimus, σωρεύειν, id eſt urgere & quaſi comprimere. Et eum allicere ad loquen. καὶ ἀποστοματίζειν αὐτόν. Sic legitur in omnibus uetuſtis codicibus. ſi duo tantùm excipias, in quibus ſcriptũ erat, ἀποστομίζειν, eadem (ut opinor) manente ſententia. Sed utrouis modo legas, rectè (ut opinor) Eraſmus in eo reprehendit Veterem interpretem, quòd ἀποστοματίζειν uerterit, os opprimere, quum id potius declaret, τὸ ἀποστομίζειν, quo utitur Apoſtolus Tit. 1. c. 11. neq; ulla ratione uideatur hæc expoſitio poſſe conuenire. Nam qui ex cuiuſpiam ore aliquid aucupatur unde creet illi periculum, potius eum conatur ad loquendum prouocare, quàm os ipſi occludere. Theoph. aliam præterea interpretationem affert, nempe ut ἀποστοματίζειν, declaret ἀπὸ τῆ στόματος κρατεῖν: id eſt, ut uernaculo noſtro ſermone optimè explicamus, *prendre par le bec*. Sed neq; hoc uerbum uſquam reperio uſurpatum ea ſignificatione. neque hæc expoſitio admitti poteſt, quin fateamur Lucam ualde impropriè loquutum, ut qui dicat Scribas cœpiſſe ipſum ἀποστοματίζειν, id eſt (ſi hanc interpretationem recipiamus) in ſermone illaqueare, quum potius dicendum fuerit ipſos id eſſe conatos, quod tamen nunquam uel minima ex parte obtinuerunt. Quid igitur Eraſmus in hunc locum multa annotat eruditè: ſed quid potiſſimum ſequatur, non oſtendit. Ego uerò ingenuè dicã quod ſentio, ἀποστοματίζειν reperio apud Athenæum pro memoriter aliquid referre, cuius exemplum profert Eraſmus: apud Platonem autem in Euthydemo, accipitur ἀμαθαίνειν, diciturq; de Grammaticis qui pueris ore ſuo uerba præfantur, ut ſubſequantur illi, aut dictata excipiant: unde Horatius, Occidit miſeros Crambe repetita magiſtros. Loquẽs ſcilicet περὶ τῶν ἀποστοματιζομένων: id eſt de ijs quę præceptor uiua uoce ſolet diſcentibus inculcare. quo uerbo utitur etiam in ea ſignificatione Ariſtoteles Elẽch. cap. 3. Poſtremò apud Plutarchum in Theſeo uſurpatur μυθολογικῶς pro eo quod Latini dicũt Recitare & ore ſuo pronunciare, ſed cum quadam energia: ut furentes uates finguntur ſuos uerſus cum impetu repentè profundere. Loquitur enim de quadam Sibyllę prædictione. Hæc autem omnia quum inter ſe comparo, uenio in eam opinionẽ, ut hoc loco putẽ ἀποστοματίζειν accipi forma Hebrææ coniugationis Hiphil, ſicut paſſim alia multa obſeruauimus. & eo ſignificari quod ſequenti uerſiculo declaratur, nempe conatos fuiſſe Phariſæos, multis ac uarijs propoſitis quæſtionib. uaria ab ipſius ore reſponſa elicere: quòd fore ſperarẽt, ut aliquid aut nimiũ liberè, aut ambiguè, aut denig; non ſatis conſideratè effutiret, unde arriperent calumniandi occaſionem. Itaq; conuerti, ἀποστοματίζειν αὐτὸν, cum allicere ad dicendum, uel loquendũ, ut Græci uocabuli uim aliquatenus ſaltem adumbrarẽ. Eraſ. interpretatur, captioſè eũ interrogare: quæ interpretatio ferè eandem habet ſententiã, ſed à Græci uerbi genuina explicatione paulo longius diſcedit: ut ſequẽs uerſiculus oſtendit. Nam ut paucis dicam, ἀποστοματίζειν αὐτὸν, nihil aliud declarat quàm θηρᾶσαί τι ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ: id eſt, uenari quippiam ab ipſius ore.

IN CAPVT XII.

1 Interea, ἐν οἷς. Hoc eſt omnino quod uernaculo ſermone dicimus, *en ces entrefaictes*. Vulgata & Eraſ. autẽ: id eſt, ἐπί. Quum coacta eſſet, ἐπισυναχθεισῶν. Vulgata, circunſtantibus, περιστασῶν. Eraſmus, quum conueniſſet, συνελθουσῶν. Permulta multitudo, μυριάδων. Sic rectè Valla. Poſitus eſt enim definitus numerus pro infinito. Vulgata, multis. quod eſt nimis dilutum.

2 Propterea,

A ἀκαλυφθήσεται· καὶ λεχθήσεται, ὃ ἐν τῷ οὖς ἐλάλησατε ἐν τοῖς ταμείοις, κηρυχθήσεται ἐπὶ τῶν δωμάτων.

landum: neque absconditum, quod non uentu rum sit in notitiam.

3 Propterea quæ in tenebris dixistis, in luce au dientur: & quod in aurem loquuti estis in cõclauibus, prædicabitur supra domos.

4 Λέγω δὲ ὑμῖν τοῖς φίλοις μου· μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεννόντων τὸ σῶμα, καὶ μετὰ ταῦτα μὴ ἐχόντων περισσότερόν τι ποιῆσαι.

Dico autem uobis amicis meis: Ne timete uobis ab ijs qui trucidant corpus, & postea non habent quod amplius faciant. *Amici.* Matth.10.c.28.

5 Ὑποδείξω δὲ ὑμῖν, τίνα φοβηθῆτε. φοβήθητε τὸν μετὰ τὸ ἀποκτεῖναι, ἐξουσίαν ἔχοντα ἐμβαλεῖν εἰς τὴν γέενναν. ναὶ λέγω ὑμῖν, τοῦτον φοβήθητε.

Prædemõstrabo aũt uobis quẽ timeatis: timete eũ qui, postquã trucidarit, habet authoritatem injiciẽdi in gehẽnã: etiã dico uobis, hũc timete. *Quis timendus.*

6 Οὐχὶ πέντε στρουθία πωλεῖται ἀσσαρίων δύο, καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἐπιλελησμένον ἐνώπιον τοῦ θεοῦ;

Non ne quinque passerculi ueneunt assarijs duobus, & unus ex illis non est in obliuione coram Deo? *Passeres Deo curæ.* Matth.10.c.29.

7 ἀλλὰ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς ὑμῶν πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσίν. μὴ οὖν φοβεῖσθε· πολλῶν στρουθίων διαφέρετε.

Quinetiam capilli capitis uestri omnes numerati sunt. ne igitur timeatis: multis passerculis præstatis.

8 Λέγω δὲ ὑμῖν· πᾶς ὃς ἂν ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁμολογήσει ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τῶν ἀγγέλων τοῦ θεοῦ.

Dico autem uobis: Omnis qui confessus fuerit me coram hominibus, & Filius hominis confiteb.tur eum coram Angelis Dei: *Confiteri Christum.* Supra 9.d.26. Matth.10.c.32. 2. Tim.2.b.12.

9 ὁ δὲ ἀρνησάμενός με ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, ἀπαρνηθήσεται ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων τοῦ θεοῦ.

Qui autem negauerit me coram hominibus, abnegabitur coram Angelis Dei.

10 καὶ πᾶς ὃς ἐρεῖ λόγον εἰς τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ· τῷ δὲ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα βλασφημήσαντι, οὐκ ἀφεθήσεται.

Et quisquis dicet quippiam in Filium hominis, ei remittetur: ei uerò qui in Spiritum sanctũ blasphemauerit non remittetur. *Blasphemia.*

11 ὅταν δὲ προσφέρωσιν ὑμᾶς ἐπὶ τὰς συναγωγὰς καὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, μὴ μεριμνᾶτε πῶς ἢ τί ἀπολογήσησθε, ἢ τί εἴπητε·

Quum autem adduxerint uos ad synagogas, & ad magistratus, ac potestates, ne solliciti sitis quomodo aut quid respõdeatis, aut qd dicatis: *Afflictiones.* Matth.10.c.19. Marc.13.b.11.

12 τὸ γὰρ ἅγιον πνεῦμα διδάξει ὑμᾶς ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, ἃ δεῖ εἰπεῖν.

Spiritus enim sanctus docebit uos in eo ipso momento, quid oporteat uos dicere.

13 Εἶπε δέ τις αὐτῷ ἐκ τοῦ ὄχλου· διδάσκαλε, εἰπὲ τῷ ἀδελφῷ μου μερίσασθαι μετ' ἐμοῦ τὴν κληρονομίαν.

Dixit autem ei quidam è turba: Magister, dic fratri meo ut partiatur mecum hæreditatem.

14 ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ· ἄνθρωπε, τίς με κατέστησε κριτὴν ἢ μεριστὴν ἐφ' ὑμᾶς;

Ipse uerò dixit ei: Heus tu, quis me constituit iudicem aut partitorem super uos? *Hæreditas dividenda.*

15 εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς· ὁρᾶτε καὶ φυλάσσεσθε ἀπὸ τῆς πλεονεξίας· ὅτι οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινί ἐστιν ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ.

Dixit igitur ad eos: Videte, & cauete ab auaritia: neq; enim quum bona cuipiam redundant, uita ipsi constat ex bonis suis. *Auaritia.*

C 3 Propterea, διὸ ὅσα. Vulgata & Erasmus, Quoniam: quasi sit ratio superioris dicti, quũ potius sit consequutio quæ inde colligitur. 4 Timete, φοβεῖσθε. Vulgata & Erasmus, terreamini: sensu non multùm diuerso ἀπὸ λοιπὸν. De impendentibus periculis monet: quia scilicet improuisa (quod aiunt) uehementius feriunt. Itaque nõ est ociosa præpositio, quam tamen neglexerunt Vetus interpres & Erasmus. Vide Matth.3.b.7 6 Assarijs, ἀσσαρίων. Vulgata, dipondio, id est, assibus duobus. Erasmus, minutis assibus. Neuter uidetur intellexisse quid sit assarius, de quo diximus Matth.10.c.29. 8 Me, ἐν ἐμοὶ: id est me, ut paulo pòst ἐν αὐτῷ, declarat αὐτὸν μὲ eum, ut ex Matthæo liquet. Itaque quæ in hunc locum cõmentatur Theophylactus, ut nihil asperius dicam, certè ad rem non pertinent. 14 Heus tu, ἄνθρωπε. Vulgata & Erasmus, ad uerbum, Homo. 15 Auaritia, τῆς πλεονεξίας. Vulgata, omni auaritia, id est, πάσης πλεονεξίας, ut in secundo codice scriptum erat. Significat autem πλεονεξία immo dicam acquirendi cupiditatem etiam cum aliorum detrimento. Itaq; latius patet quàm φιλαργυρία. Neque enim quũ, &c. ὁ γὰρ τῷ περισσεύειν τινὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἔστιν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ. Quidã codices ἔστιν proximè coniungunt cũ negante particula: & rectius, ut opinor. Nam alioquin omnino uideri posset membrum alterum deesse, in quo scilicet declaretur qua in re uita sit posita, quæ in bonis sita non est. Præterea quædam exemplaria legũt, ἡ ζωὴ αὐτοῦ, pro ἡ ζωὴ αὐτῷ: quædam etiam ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ eadem tamẽ manente sententia. Quia uerò ita collocata sunt uocabula in hoc membro, ut magna sit huius loci obscuritas: sententias aliorum paucis explicabimus, & nostram quoq; confirmabimus, ne quis nouitate offendatur. Quidam igitur τινὶ construunt cum ἔστιν, quorum sententiam si sequamur, necesse est (opinor) dicamus relatiuum αὐτοῦ, quod sequitur post ζωὴ, abundare ex Hebrçorum idiotismo. Quidam cõiungunt cum περισσεύειν, sed ita, ut sit neutrius generis, neque de persona, sed de re dicatur, ut περισσεύειν τινὶ, significet re quapiam abundare: quorum sententiam multis de causis repudio. Coniungo tamen τινὶ cum περισσεύειν, ita ut pronomen αὐτῷ non redundet, & ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ, idẽ declaret atq; ἐν τῷ περισσεύειν τινὸς: id est, quum quispiã abundat. Puto enim περισσεύειν, uel impersonaliter poni, ut in illo Philostrati in Heroicis, περίεστι σοφίαι αὐτῷ: id est, abundat sapientia: uel, si hoc cuipiam uidetur durius, subaudiendum esse cognatum casum, puta κτῆμα, uel ὑπάρχοντα, quod etiam expressimus, ut planior esset hic locus. Quod igitur nonnulli putant Christum significare,

nullius

nullius uitam in eo positam esse quod ipsi redundat ex facultatibus suis, mihi non probatur. Nam hoc modo damnaretur tantùm redundãtia, & quidẽ duntaxat tanquam inutilis ad tolerandam uitam: quod non cõuenit cum proxima parabola, neq; respondet huius sermonis grauitati. Deinde, ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ, connectendum esset cũ ἐν τῇ περισσείᾳ, per traiectionem: quæ mihi quidem uidetur nimium uiolenta. Non desunt igitur qui putent hic damnari auarorum ingenium, qui plerunq; inter medias opes esuriũt, quo nomine iubeat Christus ut auaritiam detestemur. Sed præterquam quòd ne hoc quidem cohæret cum sequente similitudine, uidetur etiam detorta expositio, si hæc uerba, Non est ipsi uita ex facultatibus suis, interpreteris, Non fruitur bonis suis. Theophylactus autem totum hoc, ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ, in commentario non attingit: & illud, ζωὴ ἔστιν, exponit de uitæ prorogatione: quia (inquit) ὁ σωματόεντα τὸ τοῦ ζῆν μέτρον τῇ περισσείᾳ: id est, uitæ modus non producitur unà cũ facultatum incremento: quę interpretatio quamuis uideatur non malè congruere cum adiuncto exemplo, tamen mihi non satisfacit. Existimo enim illud, ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ, nõ redundare, sed potius ostẽdere aliquid amplius significari. Est igitur (ut arbitror) germana hæc sententia: Christus ut suos ab ista immodica opum cupiditate deterreat, euertit illud ipsum quo nituntur eiusmodi hominum consilia. Iam uerò nemo est (opinor) tam amens, ut uitam diuturniorem ab opibus expectet. Ergo non huc spectant Christi uerba. Quorsum igitur? nempe solent homines uitæ suę præsidia in opibus collocare, adeò ut quo quisque ditior est, eo minus omnia pericula atq; adeò ipsam mortẽ reformidet. Hinc illa diuitum arrogantia & supinitas, quasi Deum ipsum in cistis & horreis inclusum habeant in potestate. Contrà uerò ostendit Dominus, ut quispiam sit locupletissimus, adeò ut omni opum genere redundet, tamen quod uiuit, hoc minimè debere acceptum ferre opibus suis, quum ipsius uitam ne temporis quidem momento possint ullæ bonorum copiæ conseruare. Vnus enim Deus qui uitam dedit, eam quoque quandiu libuit, & fouere & extinguere pro suo iure potest. Quorsum igitur quisquam à diuitijs pendeat, ut ij solent qui de ijs accumulandis tantopere sunt solliciti? Hanc autem esse germanam sententiam, uel ex consequenti exemplo satis opinor liquere.

Ecclę.11.c.19.

Dixit autem parabolam ad eos in hęc uerba, Hominis cuiusdam diuitis exuberarat regio.
16 ἔπι δὲ παραβολὴν πρὸς αὐτοὺς, λέγων· ἀνθρώπου τινὸς πλουσίου εὐφόρησεν ἡ χώρα, B

Itaq; cogitabat apud se, dicens: Quid faciam, quòd non habeam ubi cogam fructus meos?
17 καὶ διελογίζετο ἐν ἑαυτῷ, λέγων· τί ποιήσω; ὅτι οὐκ ἔχω ποῦ συνάξω τοὺς καρπούς μου.

Et dixit: Hoc faciam, destruam horrea mea, & maiora ædificabo: & illic cogam omnes fructus meos, & bona mea.
18 καὶ εἶπε τοῦτο ποιήσω, καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας, καὶ μείζονας οἰκοδομήσω, καὶ συνάξω ἐκεῖ πάντα τὰ γενήματά μου, καὶ τὰ ἀγαθά μου.

Et dicam animæ mæ: Anima habes multa bona reposita in annos multos: requiesce, comede, bibe, oblectare.
19 καὶ ἐρῶ τῇ ψυχῇ μου· ψυχή, ἔχεις πολλὰ ἀγαθὰ κείμενα εἰς ἔτη πολλά, ἀναπαύου, φάγε, πίε, εὐφραίνου.

Dixit autem ei Deus: O' demẽs hac nocte animam tuam repetunt abs te: quæ uerò parasti, cuius erunt?
20 εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ θεός· ἄφρον, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ· ἃ δὲ ἡτοίμασας, τίνι ἔσται;

Ita est q thesaurizat sibi, nec est in Deo diues.
21 οὕτως ὁ θησαυρίζων ἑαυτῷ, καὶ μὴ εἰς θεὸν πλουτῶν.

Diues in Deo. Solicitudo de uita & uestitu deponenda. Matth.6.c.15. 1.Pet.5.b.7. Psal.54.d.26.

Dixit autem ad discipulos suos: Propterea dico uobis, ne soliciti sitis de anima uestra, quid edatis: neq; de corpore, quo induamini.
22 εἶπε δὲ πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ· διὰ τοῦτο ὑμῖν λέγω, μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν, τί φάγητε· μηδὲ τῷ σώματι, τί ἐνδύσησθε.

Anima plus est, quàm alimentum: & corpus, quàm indumentum.
23 ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος.

Corui.

Considerate quòd corui non seminant, neq; metunt: quibus non est cella neque horreum, & tamen Deus pascit illos: quãto magis uos præstatis uolucribus?
24 κατανοήσατε τοὺς κόρακας, ὅτι οὐ σπείρουσιν, οὐδὲ θερίζουσιν, οἷς οὐκ ἔστι ταμεῖον, οὐδὲ ἀποθήκη, καὶ C ὁ θεὸς τρέφει αὐτούς· πόσῳ μᾶλλον ὑμεῖς διαφέρετε τῶν πετεινῶν;

Quis autem ex uobis solicitè cogitando potest apponere ad staturam suam cubitũ unum?
25 τίς δὲ ἐξ ὑμῶν μεριμνῶν δύναται προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα;

16 Exuberarat, εὐφόρησεν. Vulgata & Erasmus per periphrasin, uberes fructus attulit. Regio, ἡ χώρα. Vulgata & Erasmus, ager: id est, χωρίον. Videtur autem emphasis esse in hoc uerbo, quam etiam annotat Theophylactus, quasi scilicet iste non fundum quempiam, sed totam aliquam regionem possederit, ut ij solent qui domum domo, agrum agro coniungunt, de quibus Esaias 5.b.8. 19 Oblectare, εὐφραίνου. Vulg. epulare. quod non satis latè patet. Eras. gaude, χαῖρε. Est autem hæc suãpsius compellatio Hebręis familiaris. Sic etiam apud Homerum Vlysses seipsum adhortatur his uerbis, τέτλαθι δὴ κραδίη. 21 Sibi, ἑαυτῷ: id est, sese respiciens, aut seipso fretus. In uno codice legimus, ἐν ἑαυτῷ. ex quo intelligitur quomodo dicatur aliquis πλουτεῖν εἰς θεὸν, quando scilicet omnia præsidia in uno Deo collocat: ut εἰς θεὸν, idem declaret atq; ἐν θεῷ, cui opponitur ἐν ἑαυτῷ. In Deo, εἰς θεὸν: uel, apud Deum. Iubet enim nos Deus thesaurizare in cœlis: qua de re Apostolus 1.Tim.6.d.17.18.19. Vulg. in Deum. Erasmus, erga Deum. Vtranq; interpretationem repudio, ne quis ex ea occasionem arripiat statuendi operum merita, quamuis bonis operibus gratuitam mercedẽ constitutã esse non negem. Sequor enim quod scribitur Psal.16.a.2. & Rom.11.d.35. Cæterùm in uetustis codicib.3.4.6.7.9. post πλουτῶν, id est diues est, subijcitur, ταῦτα λέγων ἐφύσα, ἐξέχεε ὕπνον ἀκούσαν, ἀκούσατω, Hæc dicens, clamabat: Qui habet aures ad audiendum, audiat. 24 Quòd corui, κόρακας ὅτι. Constructio hęc Græca est, ut apparet ex sequenti relatiuo. Sic Terentius in And. Obserues filium quid agat. Cella, ταμεῖον: uel, cellarium, ut uertit Vetus interpres. Sed illud est magis usitatum. Erasmus, penuariũ, quod uocabulum non memini legere. Alibi, ταμεῖον, uertimus conclaue, in re scilicet nõ prorsus simili. Et tamen Deus, καὶ ὁ θεὸς. Ecclesiasticę particulę aduersatiuæ non dissimilem obseruauimus Matth.2.a.6.

29 Ne

A εἰ οὖν οὔτε ἐλάχιστον δύνασθε, τί περὶ τῶν λοι- 26 Si ergo neid quidem quod minimum est po
πῶν μεριμνᾶτε;
teſtis, quid de cæteris ſolicíti eſtis?

κατανοήσατε τὰ κρίνα, πῶς αὐξάνει, οὐ 27 Conſiderate quomodo lilia creſcunt: non fa- Lilia.
κοπιᾷ, οὐδὲ νήθει. λέγω δὲ ὑμῖν, οὐδὲ σολο- tigantur, neq; nent: dico autem uobis, quòd ne
μὼν ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ περιεβάλετο ὡς ἓν Solomon quidem in omni gloria ſua amictus
τούτων. fuit ut unum ex iſtis.

εἰ δὲ τὸν χόρτον τὸν σήμερον ὄντα, καὶ 28 Quòd ſi herbã quæ hodie eſt in agro, & cras
αὔριον εἰς κλίβανον βαλλόμενον, ὁ θεὸς οὕτως ἀμ- in clibanũ mittitur, Deus ita circunueſtit: quan-
φιέννυσι, πόσῳ μᾶλλον ὑμᾶς, ὀλιγόπιστοι; to magis uos ô parum fideles?

καὶ ὑμεῖς μὴ ζητεῖτε τί φάγητε, ἢ τί πίητε, καὶ 29 Vos igitur quærere nolite quid eſturi ſitis, aut
μὴ μετεωρίζεσθε· quid bibituri: & ne animi pendeatis.

ταῦτα γὰρ πάντα τὰ ἔθνη τοῦ κόσμου ἐπιζητεῖ. 30 Hæc enim omnia gentes mundi requirunt: Gentes mundi.
ὑμῶν δὲ ὁ πατὴρ οἶδεν, ὅτι χρῄζετε τούτων. Pater autem ueſter nouit quòd iſtis indigeatis.

πλὴν ζητεῖτε τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, καὶ ταῦ- 31 Quin potius quærite regnum Dei, & hæc o- Regnum Dei.
τα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. mnia adijcientur uobis. Iuſtitia.

μὴ φοβοῦ, τὸ μικρὸν ποίμνιον· ὅτι εὐδόκησεν ὁ 32 Ne timeas tu parue grex: nam complacitum Vita æterna.
πατὴρ ὑμῶν δοῦναι ὑμῖν τὴν βασιλείαν. eſt Patri ueſtro dare uobis regnum.

πωλήσατε τὰ ὑπάρχοντα ὑμῶν, καὶ δότε 33 Vendite bona ueſtra, & date in eleemoſy- Eleemoſyna.
ἐλεημοσύνην. ποιήσατε ἑαυτοῖς βαλάντια μὴ nam. Parate uobis marſupia quæ non uetera- Theſaurus.
B παλαιούμενα, θησαυρὸν ἀνέκλειπτον ἐν τοῖς ſcant, theſaurum in cœlis, qui nunquam poſsit Matth.6.c.20.
οὐρανοῖς, ὅπου κλέπτης οὐκ ἐγγίζει, οὐδὲ σὴς δια- deficere, quò fur non appropinquat, & ubi tinea
φθείρει. non corrumpit.

ὅπου γάρ ἐστιν ὁ θησαυρὸς ὑμῶν, ἐκεῖ καὶ ἡ καρ- 34 Vbi enim theſaurus ueſter eſt, illic & cor ue-
δία ὑμῶν ἔσται. ſtrum erit.

ἔστωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιζωσμέναι, καὶ 35 Sint lumbi ueſtri præcincti, & ueſtræ lucernæ Lumbi.
οἱ λύχνοι καιόμενοι, accenſæ: Lucernæ.
1.Pet.1.c.13.

καὶ ὑμεῖς ὅμοιοι ἀνθρώποις προσδεχομένοις τὸν 36 Et uos ſimiles hominibus expectãtibus quã- Expectantibus dominum ſimiles.
κύριον ἑαυτῶν, πότε ἀναλύσει ἐκ τῶν γάμων, ἵνα ἐλ- do dominus ſuus reuertetur à nuptijs: ut quum
θόντος καὶ κρούσαντος, εὐθέως ἀνοίξωσιν αὐτῷ. uenerit, ac pulſauerit, confeſtim aperiant ei.

μακάριοι οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι, οὓς ἐλθὼν ὁ κύριος 37 Beati ſerui illi, quos, quum uenerit dominus, Vigilare.
εὑρήσει γρηγοροῦντας. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι περι- inuenerit uigilantes. amen dico uobis, quòd
ζώσεται, καὶ ἀνακλινεῖ αὐτοὺς, καὶ παρελθὼν præcinget ſe, & faciet eos diſcumbere, & pro-
διακονήσει αὐτοῖς. diens miniſtrabit eis.

29 Ne animi pendeatis, μὴ μετεωρίζεσθε. Quidam τὸ μετεωρίζεσθαι interpretantur in ſublime tolli, nempe ut ex aſtrorum curſu in futurum ſibi conſulãt homines: quam interpretationem miror potuiſſe ab Eraſmo approbari. Quidam de diuitum arrogantia explicant, ut idem declaret atq; altum ſapere. Quidam ad inſtabilem illam hominum cupiditatem referunt, qui ſemper inhiant altioribus. Suum cuique liberum iudicium eſto. Ad me uerò quod attinet, quia μετέωρος Græcis non eum modò declarat qui poſitus eſt in ſublimi, ut Socrates ille apud Ariſtophanem ἀεροβατῶν καὶ τὴν ἥλιον περιφρονῶν, ſed etiam à conſequenti ſignificat τὸν ταλαντευόμενον καὶ ἀβέβαιον ἔχοντα, id eſt eum cuius
C animus uelut in aere ſuſpenſus, modò huc, modò illuc inclinat: ideo exiſtimo τὸ μετεωρίζεσθαι, accipi pro eo quod Latini dicunt Animi pendere, & dubio ac ſuſpenſo animo eſſe: quod ijs euenire neceſſe eſt, qui de præſente uita ſoliciti, in humana duntaxat præſidia reſpiciunt. 30 Indigeatis, χρῄζετε. Clemens Alexandrinus in Pædagogo hæc omnia explicat περὶ δὲ τῶν περιττῶν ἐπιθυμιῶν, id eſt de cupiditate qua appetimus quæ minimè ſunt neceſſaria, delicias ſcilicet ac uoluptates. & in eam ſententiã ſuperiore uerſiculo Chriſtũ dixiſſe putat, μὴ μετεωρίζεσθε. Nam (inquit) μετεώρους ἀεὶ δεῖ ἀνθρώπους ἀναβοσκὰς καὶ τρυφὰς ποιεῖ. Atqui uel hoc uocabulum χρῄζειν & ταῦτα πάντα, quod ſequitur in proximo uerſiculo, indicant hanc Chriſti doctrinam longius porrigi. Reprehẽdit enim Dominus eos omnes qui præſenti uitæ ita ſunt addicti, ut beatam illam ac ſempiternam uitam uel prorſus obliuiſcantur, uel illi certè poſtpoquo fit ut plerique anxij & irrequieti, ne huius quidem uitæ commodis fruantur, quorum omnium uitiorum radix eſt diffidẽtia. Eam igitur his uerbis Chriſtus conatur ſuis eximere, non ut officio ſuo deſint, ſed ut in primis quærãt quod præcipuum eſſe debet, & ita laborent ut impiam illam animi ægritudinem uitent, omnes denique cogitationes in Patrem cœleſtem reijciant, ut monet 1.Pet.5.b.7. 31 Quin potius, πλὴν. Vulgata, Verumtamen. Vide ſuprà cap.11.f.41. & Matth.11.c.22. Omnia, πάντα. Deerat hæc particula in tribus uetuſtis codicibus: ſed mihi tamen uidetur minimè otioſa. 33 In eleemoſynam, ἐλεημοσύνην. Vide ſuprà 11.f.41.

36 Reuertetur, ἀνακάμψει: id eſt, ἀναστρέψει, trãslatione à nautis ſumpta: qua ratione qui diſcedit, dicitur ſoluere, eò referas, quòd qui miniſtrant conuiuis, eos ſubinde oporteat locum mutare. Sed præſtat (ni fallor) illo modo interpretari, ut idem declaret atque παρελθὼν, ut etiam accipitur infrà cap.17.b.7. ubi tamen agitur non de miniſtro, ſed de eo qui ad menſam accumbit. Abundant autem huiuſmodi participia, ex Hebræorum idiotiſmo, ut in illis dicẽdi formulis, Reſpondens dixit, ſurgens abijt, profectus uenit, & ſimilibus. Sic tamen loquuntur etiam diſertiores Græci, quum ſignificare uolunt repentè & præter expectationem aliquem prodijſſe in publicum. Aeſch. ἐξ οὐδενὸς πάντα παρελθὼν τὴν κλεῖθρον ἀφρωνήσω. Demoſth. ἐφάνη τούτων ἕτερος ἐν ὑμῖν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐγὼ, καὶ παρελθὼν ἔπειθ' ὑμᾶς, &c. quę emphaſis fortaſſe non eſt hoc loco negligenda.

Et si uenerit in secundâ uigilia, & si in tertia uigilia uenerit, atq; ita inuenerit: beati sunt serui illi. 38 καὶ ἐὰν ἔλθῃ ἐν τῇ δευτέρᾳ φυλακῇ, καὶ ἐν τῇ τρίτῃ φυλακῇ ἔλθῃ, καὶ εὕρῃ οὕτω, μακάριοί εἰσιν οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι. A

Fur in nocte. Matth. 24. d. 43. Apoc. 16. c. 15. Hoc autem scitote, quòd si sciisset paterfamilias qua hora fur uenturus erat, uigilasset, nec permisisset perfodi domum suam. 39 τοῦτο δὲ γινώσκετε, ὅτι εἰ ᾔδει ὁ οἰκοδεσπότης, ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κλέπτης ἔρχεται, ἐγρηγόρησεν ἄν, καὶ οὐκ ἂν ἀφῆκε διορυχθῆναι τὸν οἶκον αὐτοῦ.

Et uos igitur estote parati: quia qua hora nō putatis, filius hominis uenit. 40 καὶ ὑμεῖς οὖν γίνεσθε ἕτοιμοι· ὅτι ᾗ ὥρᾳ οὐ δοκεῖτε, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται.

Ait autem ei Petrus: Domine, ad nos dicis istam parabolam, an etiam ad omnes? 41 εἶπε δὲ ὁ Πέτρος πρὸς αὐτόν· κύριε, πρὸς ἡμᾶς τὴν παραβολὴν ταύτην λέγεις, ἢ καὶ πρὸς πάντας;

Dispensator fidelis. Dixit autem Dominus: Quis nam est fidelis dispensator ac prudens, quem constituet dominus super famulitium suum, ut in tempore det demensum? 42 εἶπε δὲ ὁ κύριος· τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς οἰκονόμος καὶ φρόνιμος, ὃν καταστήσει ὁ κύριος ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ, τοῦ διδόναι ἐν καιρῷ τὸ σιτομέτριον;

Beatus ille seruus, quem quum uenerit dominus, inuenerit ita facientem. 43 μακάριος ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, ὃν ἐλθὼν ὁ κύριος αὐτοῦ εὑρήσει ποιοῦντα οὕτως.

Verè dico uobis, quòd super omnia sua constituet eum. 44 ἀληθῶς λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ καταστήσει αὐτόν.

Seruus malus. Quòd si dixerit seruus ille in corde suo: Tardat dominus meus uenire: cœperitque uerberare seruos & ancillas, & edere biberéque & inebriari: 45 ἐὰν δὲ εἴπῃ ὁ δοῦλος ἐκεῖνος ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· χρονίζει ὁ κύριός μου ἔρχεσθαι, καὶ ἄρξηται τύπτειν τοὺς παῖδας καὶ τὰς παιδίσκας, ἐσθίειν τε καὶ πίνειν καὶ μεθύσκεσθαι· B

Veniet dominus serui illius die quo non expectat, & hora qua nō nouit: & separabit eum, partemq; eius cum infidis ponet. 46 ἥξει ὁ κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου ἐν ἡμέρᾳ ᾗ οὐ προσδοκᾷ, καὶ ὥρᾳ ᾗ οὐ γινώσκει, καὶ διχοτομήσει αὐτόν, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων θήσει.

Seruus cognoscens uoluntatem domini. Ille autem seruus qui nouit uoluntatem domini sui, nec se comparauit, nec fecit ex uoluntate eius, cædetur multis plagis. 47 ἐκεῖνος δὲ ὁ δοῦλος, ὁ γνοὺς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου ἑαυτοῦ, καὶ μὴ ἑτοιμάσας, μηδὲ ποιήσας πρὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ, δαρήσεται πολλάς.

Qui autem non nouit, & fecit digna plagis, cædetur plagis paucis. Cuicunq; uerò multum datum est, multum quæretur ab eo: & apud quem deposuerunt multum, amplius petent ab eo. 48 ὁ δὲ μὴ γνούς, ποιήσας δὲ ἄξια πληγῶν, δαρήσεται ὀλίγας. παντὶ δὲ ᾧ ἐδόθη πολύ, πολὺ ζητηθήσεται παρ' αὐτοῦ· καὶ ᾧ παρέθεντο πολύ, περισσότερον αἰτήσουσιν αὐτόν.

Ignis. Ignem ueni missurus in terram, & quid uolo, si iam accensus est? 49 πῦρ ἦλθον βαλεῖν εἰς τὴν γῆν, καὶ τί θέλω, εἰ ἤδη ἀνήφθη;

Baptisma. Passio Christi. Sed baptismo oportet me baptizari, & quomodo coarctor usquequo hoc perficiatur. 50 βάπτισμα δέ ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ πῶς συνέχομαι ἕως τελεσθῇ;

Putatis quòd pacem aduenerim daturus in 51 δοκεῖτε ὅτι εἰρήνην παρεγενόμην δοῦναι ἐν

39 Si sciisset, εἰ ᾔδει. Vulgata, si sciret. & paulo pòst, uigilaret, & sineret, pro uigilasset, & siuisset, ut rectè emendat Erasmus. Agitur enim de eo cuius domus iam sit perfossa. 42 Est, ἐστὶν. In uno exemplari scriptum erat, ἔσται erit. Demensum, σιτομέτριον: Serui, inquit Donatus in Phormionem, quaternos modios frumenti accipiebant in mensem. & id demensum dicebatur. Vulgata, mensuram frumenti. Erasmus, demensum cibum, ut loquitur Plautus in Sticho. 49 Amplius, περισσότερον. Amplius scilicet quàm ab eo cui non tam multa commissa sunt: non autem, amplius quàm sit ipsi commissum. Theophylactus autem hoc discrimen constituit in uerbis δοῦναι & παρατιθέναι. Illud enim accipit de miraculorum donis, hoc uerò de uerbi ministerio. Legit autem, ᾧ ἐπαπεστάλησαν: idq;, ut opinor, rectius. Nam præterquam quòd pro commendare alicui & fidei committere, potius dicunt Græci παραπιστεύειν, Paulus etiam donum Spiritus sancti eleganter uocat, 1. Timoth. 6. d. 20. & 2. Tim. 1. d. 14. Sic tamen usurpauit uerbum παρατιθέναι noster Lucas infrà 25. f. 46. & in Actis Apostol. aliquoties.

49 Si iam accensus est? ἀ ἤδη ἀνήφθη; Ita legitur in omnibus uetustis codicibus quos uidimus, & apud Theophylactum: quem tamen miror, τί θέλω ἀ ἤδη ἀνήφθη; interpretari, πόσην θέλω ἀ ἤδη ἀνήφθη: Neque enim uideo quomodo hæc cohæreāt, nisi potius legas ἀνάφθῇ, ut ἀ pro ὅπως accipiatur, quemadmodum apud Homerum sæpe: & interpreteris. quantopere uelim ut iam accendatur? Sed ne hoc quidem mihi satis placet. Vulgata, nisi ut accendatur. Videtur enim legisse, καὶ τί θέλω ἀ μὴ ἀνάφθῃ: uel potius, καὶ τί θέλω ἀ ἤδη ἀνάφθῃ: id est, & quid aliud uelim quàm iam esse accensum? ut rectè coniicit Erasmus. 50 Oportet me baptizari, ἔχω βαπτισθῆναι. Vulgata & Erasmus, habeo baptizari: quo dicendi genere utitur Suetonius. itaq; non repudio, sed malui planius loqui. Cæterùm in hoc uersiculo comperi Epiphanium plurimùm uariare ab omnibus codicibus quos mihi contigit inspicere. Sic enim ille ἐκτὸς ἀρτιμανιτῶν hunc locum citat, πότηριον ἔχω πιεῖν, καὶ τί σπεύδω ἕως τοῦ πίω αὐτό; καὶ βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἐβαπτίσθην: id est poculum habeo bibendum, & quid festino donec ipsum bibero? & baptismo oportet me baptizari, & quid uolo si iam sum baptizatus? Sed existimo uel hunc locum esse in græco Epiphanio deprauatū: uel doctissimum hominem, quum hæc scriberet, memoria sua confisum, & de sententia potius ipsa quàm de uerbis solicitum, ipsa exemplaria non consuluisse. Est enim hoc ueteribus omnibus familiare, ut in præfatione admonuimus: adeò ut eum oporteat summo iudicio præditum esse qui uelit exemplaria nostra ex ipsorum scriptis emendare. Quomodo, πῶς: id est, πόσην, quantopere: neq; est interrogantis, sed exclamantis.

51 Dissidium

A τῆ γῆ; ἐχέ, λέγω ὑμῖν, ἀλλ' ἢ διαμερισμόν.

ἔσονται γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν πέντε ἐν οἴκῳ ἑνὶ 52 διαμεμερισμένοι, τρεῖς ἐπὶ δυσὶ, καὶ δύο ἐπὶ τρισί.

διαμερισθήσεται πατὴρ ἐφ' υἱῷ, καὶ υἱὸς ἐπὶ 53 πατρὶ· μήτηρ ἐπὶ θυγατρὶ, καὶ θυγάτηρ ἐπὶ μητρί. πενθερὰ ἐπὶ τῇ νύμφῃ αὐτῆς, καὶ νύμφη ἐπὶ τῇ πενθερᾷ αὐτῆς.

ἔλεγε δὲ καὶ τοῖς ὄχλοις· ὅταν ἴδητε τὴν νεφέ- 54 λην ἀνατέλλουσαν ἀπὸ δυσμῶν, εὐθέως λέγετε, ὄμβρος ἔρχεται· καὶ γίνεται οὕτω.

καὶ ὅταν νότον πνέοντα, λέγετε, ὅτι καύσων 55 ἔσται· καὶ γίνεται.

ὑποκριταί, τὸ πρόσωπον τῆς γῆς καὶ τοῦ οὐρανοῦ 56 οἴδατε δοκιμάζειν, τὸν δὲ καιρὸν τοῦτον πῶς οὐ δοκιμάζετε;

τί δὲ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν οὐ κρίνετε τὸ δί- 57 καιον;

ὡς γὰρ ὑπάγεις μετὰ τοῦ ἀντιδίκου σου ἐπ' ἄρ- 58
B χοντα, ἐν τῇ ὁδῷ δὸς ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι ἀπ' αὐτοῦ, μήποτε κατασύρῃ σε πρὸς τὸν κριτὴν, καὶ ὁ κριτής σε τῷ πράκτορι παραδώσει, καὶ ὁ πράκτωρ σε βαλεῖ εἰς φυλακήν.

λέγω σοι, οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν, ἕως ἂν καὶ τὸ ἔσχα- 59 τον λεπτὸν ἀποδῷς.

ΚΕΦ. ιγ'.

ΠΑρῆσαν δέ τινες ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ, ἀπαγγέλ- 1 λοντες αὐτῷ περὶ τῶν Γαλιλαίων, ὧν τὸ αἷμα Πιλάτος ἔμιξε μετὰ τῶν θυσιῶν αὐτῶν.

καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· δοκεῖτε ὅτι 2 οἱ Γαλιλαῖοι οὗτοι ἁμαρτωλοὶ παρὰ πάντας τοὺς Γαλιλαίους ἐγένοντο, ὅτι τοιαῦτα πεπόνθασιν;

οὐχί, λέγω ὑμῖν, ἀλλ' ἐὰν μὴ μετανοῆτε, πάν- 3 τες ὡσαύτως ἀπολεῖσθε.

ἢ ἐκεῖνοι οἱ δέκα καὶ ὀκτὼ, ἐφ' οὓς ἔπεσεν ὁ πύρ- 4
C γος ἐν τῷ Σιλωὰμ, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτοὺς, δοκεῖτε ὅτι οὗτοι ὀφειλέται ἐγένοντο παρὰ πάντας ἀνθρώπους τοὺς κατοικοῦντας ἐν Ἰερουσαλήμ.

οὐχί, λέγω ὑμῖν· ἀλλ' ἐὰν μὴ μετανοῆτε, πάντες 5 ὁμοίως ἀπολεῖσθε.

ἔλεγε δὲ ταύτην τὴν παραβολήν· συκῆν εἶχέ 6 τις

terrã? non, dico uobis, imò diſsidium. *Diſsidia ob uerbum Euangelij.*

Erunt enim ex hoc *tempore* quinque in domo 52
una diſsidentes, tres aduerſus duos, & duo aduerſus tres.

Diſsidebit pater aduerſus filium, & filius ad- 53
uerſus patrem: mater aduerſus filiam, & filia aduerſus matrem: ſocrus aduerſus nurum ſuam, & nurus aduerſus ſocrum ſuam.

Dicebat autem etiam ad turbam: Quum uí- 54
deritis nubem orientem ab Occaſu, ſtatim dicitis, Imber uenit: & ita fit. *Tempus Chriſti. Matth.16.a.2.*

Et quum Auſtrum flantem, dicitis quòd æ- 55
ſtus erit: & fit æſtus.

Hypocritæ, faciem cœli & terræ noſtis pro- 56
bare: hoc autem tempus quî fit ut non probetis?

Cur autẽ & per uos ipſos non iudicatis quod 57
iuſtum eſt?

Enimuerò dum abis cum aduerſario tuo 58
ad magiſtratum, in uia da operam ut libereris ab eo: ne pertrahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor conijciat te in cuſtodiam. *Aduerſarius in uia. Matth.5.d.25.*

Dico tibi, non exibis inde, uſquequò ultimũ 59
etiam minutum reddideris.

CAP. XIII.

AFfuerunt aũt eo ipſo tempore quidã nun- 1
ciantes ei de Galileis, quorum ſanguinem Pilatus miſcuerat cum ſacrificijs ipſorum. *Crudelitas Pilati narratur.*

Et reſpondens Ieſus dixit eis: Putatis quòd 2
hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia paſsi ſunt? *Chriſtus ad pœnitentiam & conuerſionem hortatur.*

Non, dico uobis: imò niſi reſipiſcatis, omnes 3
itidem peribitis.

Aut illi decem & octo, ſupra quos cecidit tur- 4
ris in Siloàm, & occidit eos: putatis quòd debitores fuerint præ omnibus hominibus qui inhabitant in Ieruſalem.

Non, dico uobis, imò niſi reſipiſcatis, omnes 5
itidem peribitis.

Dixit autem hanc parabolam: Ficum habe- 6 *Ficus ſucciſa, quòd non ferat fructum.*

51 Diſsidium, διαμερισμόν. Vulgata & Eraſmus, ſeparationem: rectè quidem, niſi mauis diſparationem dicere. Nam diſpertitionem non dicimus. ſed Separare oppono τῷ ἀφορίσαι, ob eam cauſam quam alibi expoſuimus. alioquin Diſsidere reſpondet τῷ διϊστάναι. 52 Aduerſus duos, ἐπὶ δυσί. Vulgata, in duos: quæ interpretatio eſt obſcura propter præcedens participium διαμεμερισμένοι, quod uertit, diuiſi. Ponitur autem tertius caſus pro quarto, ut in illo Homeri uerſiculo Iliados γ', εἰ πρίν τ' ἄλλοισιν ἐφέρεν πολὺ λαὸν ἀρηρώς: pro, τ' ἄλλοισιν, id eſt, ἢ κατ' ἄλλους. Sic Lucas paulo pòſt, ἐπὶ τῷ νύμφῃ & ἐπὶ τῇ πενθερᾷ. 57 Iudicatis, κρίνετε. In ſexto codice legitur διακρίνετε, diſcernitis. κατακρίνετε, ut Eraſmus conijcit. Exactori, πράκτορι. Vide ſuprà cap.3.c.13. 59 Minutum, λεπτὸν. Vide Marc. 12. d. 42. Qui autem ex hoc loco ſtatuunt purgatorium, ſaltem legant Theophylacti commentaria Romæ ipſius Pontificis auſpicijs excuſa.

IN CAPVT XIII.

9 Præ omnibus Galilæis, παρὰ πάντας τοὺς Γαλιλαίους. In hoc dicendi genere, quod etiam paulo pòſt repetitur, neceſſariò ſubauditur ἄλλους uel ἀνθρώπους, ut ſit plena loquutio, præ reliquis [uel, alijs] omnibus Galilæis. Sic Plinius de obeliſcis loquens, Omnibus (inquit) quæ in mari uiſa ſunt mirabiliorem. pro, omnibus alijs. 4 In Siloàm, ἐν τῷ Σιλωάμ. Subauditur τόπῳ, uel ὕδατι, propter adiũctum articulum. Fuit enim Siloam riuulus unde aquæ ducẽtus in urbem ferebatur, cuius meminit Ioannes 9.b.7. & Eſaias 8.b.6. ubi Hebraicè uocatur שלח. Itaque hoc nomen nihil pertinet ad urbem שלח, quam Græci uocant σιλὼμ, iam olim uaſtatam. ut liquet ex Ieremiæ 7. cap. Exiſtimandum eſt potius ad ipſam piſcinam fuiſſe extructam turrim quampiam, aut ipſius aquæductus caſtellum, quod repentè proſtratum aliquot homines occiderit, ſub hoc tempus quo Chriſtus hunc habuit ſermonem. Debitores, ὀφειλέται: id eſt, ἁμαρτωλοὶ peccatores. Vide Matth.23.b.16.

bat quidam plantatã in uinea ſua: & uenit quærens fructum in ea, nec̃ inuenit.

Dixit autem ad uinitorẽ: Ecce, anni tres ſunt, 7
ex quo uenio quęrens fructũ in ficu hac, & non
inuenio: excinde eam: quorſum etiam terram
inertem reddit?

Ille uerò reſpondens dixit ei: Domine, dimit 8
tam eam etiam hoc anno, uſquequò fodero cir-
cum eam, & miſero ſtercus:

Et ſi quidem tulerit fructum, *dimittes*: ſin mi- 9
nus, in futurum excindes eam.

Docebat autem in quadam ſynagoga ſab- 10
batho.

Mulier inclinata ſanatur in ſabbatho.

Et ecce, mulier adfuit, habens ſpiritum infir- 11
mitatis *ab* annis decem & octo: eratq; incuruata, nec prorſus ſeſe poterat recuruare.

Ipſam autẽ quum uidiſſet Ieſus, aduocauit, & 12
ait ei: Mulier, abſoluta es ab infirmitate tua.

Et impoſuit ei manus: & illicò ſurrecta eſt, & 13
glorificabat Deum.

Sabbatho licet benefacere.

Reſpondens autem princeps ſynagogæ, in- 14
dignans quòd ſabbatho ſanaſſet Ieſus, dixit
turbæ: Sex dies ſunt quibus oportet operari:
his ergo *diebus* uenite, & ſanemini, & non die
ſabbathi.

Adaquare aſinum in ſabbatho.

Reſpondit ergo ei Dominus, & dixit: Hypo 15
crita, unuſquiſq; ueſtrũ ſabbatho nónne ſoluit
bouem ſuũ aut aſinã à præſepi, & ducit aquatũ?

Satan alligans homines.

Hanc autem filiam Abrahæ, quam ligarat ſa- 16
tanas ecce decem & octo annos, non oportuit
à uinculo iſto ſolui die ſabbathi?

Et quum hæc diceret, pudore afficiebantur 17
omnes qui ſe opponebant ei: ſed tota turba gau
debat ſuper omnibus glorioſis rebus quæ fie-
bant ab eo.

Ζις γὼ ἔτ᾽ ἀμπελῶνι αὐτοῦ πεφυτευμένην, καὶ ἦλ- A
θε καρπὸν ζητῶν ἐν αὐτῇ, καὶ οὐχ εὗρεν.

εἶπε δὲ πρὸς τὸν ἀμπελουργόν· ἰδοὺ τρία ἔτη
ἔρχομαι ζητῶν καρπὸν ἐν τῇ συκῇ ταύτῃ, καὶ
οὐχ εὑρίσκω· ἔκκοψον αὐτήν· ἵνατί καὶ τὴν γῆν
καταργεῖ;

ὁ δὲ ἀποκριθεὶς λέγει αὐτῷ· κύριε, ἄφες αὐ- 8
τὴν καὶ τοῦτο τὸ ἔτος, ἕως ὅτου σκάψω περὶ αὐτὴν,
καὶ βάλω κοπρίαν.

κἂν μὲν ποιήσῃ καρπὸν εἰ δὲ μήγε, εἰς τὸ μέλ- 9
λον ἐκκόψεις αὐτήν.

ἦν δὲ διδάσκων ἐν μιᾷ τῶν συναγωγῶν ἐν τοῖς 10
σάββασι·

Καὶ ἰδοὺ γυνὴ ἦν πνεῦμα ἔχουσα ἀσθενείας ἔτη 11
δέκα καὶ ὀκτὼ, καὶ ἦν συγκύπτουσα, καὶ μὴ δυ-
μένη ἀνακύψαι εἰς τὸ παντελές.

ἰδὼν δὲ αὐτὴν ὁ Ἰησοῦς, προσεφώνησε, καὶ εἶπεν 12
αὐτῇ· γύναι, ἀπολέλυσαι τῆς ἀσθενείας σου.

Καὶ ἐπέθηκεν αὐτῇ τὰς χεῖρας· καὶ παραχρῆμα 13
ἀνορθώθη, καὶ ἐδόξαζε τὸν θεόν.

ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἀρχισυνάγωγος, ἀγανακτῶν B
ὅτι τῷ σαββάτῳ ἐθεράπευσεν ὁ Ἰησοῦς, ἔλεγε
τῷ ὄχλῳ· ἓξ ἡμέραι εἰσὶν, ἐν αἷς δεῖ ἐργάζεσθαι·
ἐν ταύταις οὖν ἐρχόμενοι θεραπεύεσθε, καὶ μὴ
τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου.

ἀπεκρίθη δὲ αὐτῷ ὁ κύριος, καὶ εἶπεν· ὑποκριτά, 15
ἕκαστος ὑμῶν τῷ σαββάτῳ οὐ λύει τὸν βοῦν αὐτοῦ, ἢ
τὸν ὄνον ἀπὸ τῆς φάτνης, καὶ ἀπαγαγὼν ποτίζει;

ταύτην δὲ θυγατέρα Ἀβραὰμ οὖσαν, ἣν ἔδησεν 16
ὁ Σατανᾶς ἰδοὺ δέκα καὶ ὀκτὼ ἔτη, οὐκ ἔδει λυθῆναι
ἀπὸ τοῦ δεσμοῦ τούτου τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου;

καὶ ταῦτα λέγοντος αὐτοῦ, κατῃσχύνοντο 17
πάντες οἱ ἀντικείμενοι αὐτῷ. καὶ πᾶς ὁ ὄχλος
ἐχαιρεν ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἐνδόξοις τοῖς γινομένοις
ὑπ᾽ αὐτοῦ.

7 Ex quo, ἀφ᾽ οὗ. Hoc diſertè additum erat in octauo codice: quod alioquin ſubaudiendum eſt, niſi malimus ſic loquutum Lucam, ut ſcripſit Virgilius lib. Aeneidos 1. — una cum gente tot annos Bella gero. Venio, ἔρχομαι, id eſt ueni, uel uenire ſoleo. Similem loquendi formulam obſeruauimus Matth. 26. b. 23. Quorſum etiam terram, &c. ἵνατί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ. Vulgata, utquid etiam terram occupat? Eraſmus, ad quid uel terram occupat? id eſt, onerat, ſed inutili onere. hoc eſt enim (inquit) propriè καταργεῖν. at ego fateor me nuſquam legiſſe καταργεῖν, pro inutiliter onerare uel occupare. Hoc quidem conſtat, τὸ ἀργὸν ſignificare quod eſt ignauum & iners, ac nullis prorſus uiribus: unde τὸ καταργεῖν ſæpe apud Paulum occurrit, pro eneruare, & caſſum ac irritum reddere: deinde etiam metaphoricè τὸ καταργεῖσθαι pro liberari. Exiſtimo igitur hic dici ficum τὴν γῆν καταργεῖν, quæ præterquam quòd erat infructuoſa, eam etiam terræ partem quam occupabat, ſterilem reddebat: quæ alioquin uitibus cõſita, non fuiſſet inutilis. Cæterùm in quarto exemplari ſcriptum legimus, ἵνα μὴ καὶ τὴν γῆν καταργῇ: id eſt, ut ne terram etiam inertem reddat. 9 Et ſi quidem tulerit fructum, *dimittes*, κἂν μὲν ποιήσῃ καρπόν. Hoc, inquit doctiſsimus Budæus, mutilatum uidetur ijs qui Græcè neſciunt. Eſt enim ſchema Græcũ quod anantapodoton dicitur, Atticæ linguæ proprium, oratio ſcilicet uno membro defecta. Hæc Budæus, quæ prolatis etiam ex Ariſtophane & Cicerone exẽplis confirmat, annotationibus prioribus in Pandectas. Me uerò non piguit explere quod deerat, ut perſpicuitati ſtuderem. 11 Adfuit, ἦν: id eſt, ἦν ἐπί. Sic enim malo accipere, quàm coniungere cum participio ἔχουσα. Habẽs ſpiritum infirmitatis, πνεῦμα ἔχουσα ἀσθενείας, id eſt morbo à Satana inflicto laborãs, ut explicatur poſtea uerſu 16. Sic ſpiritus auaritiæ, dicitur ſpiritus ad auaritiã impellens. & ſimilia multa paſsim occurrunt, de quibus alibi diximus.

Incuruata, συγκύπτουσα id eſt, διακαμπύπτουσα. Vulgata, inclinata: huius uocabuli ui non ſatis expreſſa. Eraſmus, contracta: quod rectè quidem explicat in Annotationibus, ſed tamen non ſatis conuenit. Contractus enim eſſe poteſt qui minimè ſit deorſum incuruus, imò uerò qui ſit etiam reſupinatus. Huic opponitur τὸ ἀνακύψαι, id eſt recuruare. Nam recuruus aduerſatur incuruo, ſicut apud Græcos ἀποπλαγιαζόντων τῷ συγκυπτόντι. Abſoluta es, ἀπολέλυσαι. Vulg. dimiſſa es. Eraſ. liberata es. Vterq; Græci uocabuli propriam ſignificationem neglexit, quam tamen ſeruare oportuerat. Tenebatur enim ſatanæ quaſi uinculis conſtricta, ut ne attollere quidem caput totis octodecim annis potuerit, ſicut Dominus ipſe poſtea loquitur. Vtitur ergo uerbo ἀπολύειν compoſito pro ſimplici, ſicut à Latinis etiam interdum Abſoluere pro Soluere uſurpatur. 13 Surrecta eſt, ἀνωρθώθη, uel ſubrecta. Nam utroq; hoc participio utuntur idonei authores. Vulgata & Eraſmus, erecta eſt. Erigimus autem iacentia, ſurrigimus quæ deorſum pendent. 15 Hypocrita, ὑποκριτά. Complutenſis editio cum uetuſtis codicibus 3. 7. 12. 14. legunt ὑποκριτά hypocritæ: ut omnes ſcilicet doctores appellet, quum ſequatur ἕκαστος ὑμῶν, unuſquiſq; ueſtrũm.

25 Poſtquam

A ἔλεγε δέ· τίνι ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, καὶ τίνι ὁμοιώσω αὐτήν; 18 Dixit autem Iesus: Cui simile est regnum Dei? & cui rei assimilabo illud? Matth.13.d.31. Marc.4.c.31.

ὁμοία ἐστὶ κόκκῳ σινάπεως, ὃν λαβὼν ἄνθρωπος ἔβαλεν εἰς κῆπον ἑαυτοῦ, καὶηὐξήθη, καὶ ἐγένετο εἰς δένδρον μέγα, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατεσκήνωσεν ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ. 19 Simile est grano sinapis, quod acceptum homo misit in hortum suum: & creuit, & euasit in arborem magnã, & uolucres cœli nidulati sunt in ramis eius. *Granum sinapis.*

καὶ πάλιν εἶπε· τίνι ὁμοιώσω τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ; 20 Et rursum dixit: Cui rei assimilabo regnum Dei? Matth.13.c.33.

ὁμοία ἐστὶ ζύμῃ, ἣν λαβοῦσα γυνὴ ἐνέκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον. 21 Simile est fermento, quod acceptum mulier condidit in farinæ satis tribus, usquequò fermentaretur tota. *Fermentum.*

καὶ διεπορεύετο κατὰ πόλεις καὶ κώμας διδάσκων, καὶ πορείαν ποιούμενος εἰς Ἱερουσαλήμ. 22 Transibat igitur per singulas urbes & uicos, docens, & iter faciens Hierosolymam. Matth.9.d.35. Marc.6.a.6.

εἶπε δέ τις αὐτῷ· κύριε, εἰ ὀλίγοι οἱ σῳζόμενοι; ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς· 23 Ait autem ei quidã: Domine, num pauci *sunt* qui seruentur? Ipse uerò dixit ad eos: *An pauci saluandi.*

ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν διὰ τῆς στενῆς πύλης· ὅτι πολλοί, λέγω ὑμῖν, ζητήσουσιν εἰσελθεῖν, καὶ οὐκ ἰσχύσουσιν. 24 Contendite intrare per angustam portam: quia multi, dico uobis, quærent intrare, & non ualebunt. *Angusta porta.* Matth.7.b.13.

ἀφ' οὗ ἐγερθῇ ὁ οἰκοδεσπότης, καὶ ἀποκλείσῃ τὴν θύραν, καὶ ἄρξησθε ἔξω ἑστάναι, καὶ κρούειν τὴν θύραν, λέγοντες· κύριε, κύριε, ἄνοιξον ἡμῖν, καὶ ἀποκριθεὶς ἐρεῖ ὑμῖν· οὐκ οἶδα ὑμᾶς πόθεν ἐστέ. 25 Postquã surrexerit paterfamiliãs, & clauserit ostium, & cœperitis foris stare, & pulsare ostiũ, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis: qui respondens dicet uobis: Nescio unde uos sitis. *Clausum ostiũ.*

τότε ἄρξεσθε λέγειν· ἐφάγομεν ἐνώπιόν σου, καὶ ἐπίομεν, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις ἡμῶν ἐδίδαξας. 26 Tunc incipietis dicere: Edimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris docuisti.

καὶ ἐρεῖ· λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς πόθεν ἐστέ· ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ πάντες οἱ ἐργάται τῆς ἀδικίας. 27 Et dicet: Dico uobis, nescio unde uos sitis: abscedite à me omnes qui operamini iniquitatẽ. Matth.7.c.23. & 25.d.41. Psal.6.c.9.

ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, ὅταν ὄψησθε Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ καὶ πάντας τοὺς προφήτας ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ, ὑμᾶς δὲ ἐκβαλλομένους ἔξω. 28 Illic erit fletus & stridor dentium: quum uideritis Abraham & Isaac & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei, uos autem expelli foras. *Regnum Dei.*

καὶ ἥξουσιν ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, καὶ ἀπὸ βορρᾶ καὶ νότου, καὶ ἀνακλιθήσονται ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ. 29 Tunc uenient *multi* ab Oriente, & Occidente, & Borea, & Austro: & discumbent in regno Dei.

καὶ ἰδοὺ εἰσὶν ἔσχατοι οἳ ἔσονται πρῶτοι, καὶ εἰσὶ πρῶτοι οἳ ἔσονται ἔσχατοι. 30 Et ecce sunt ultimi, qui erunt primi: & sunt primi, qui erunt ultimi. Matth.19.d.30. & 20.b.16. Marc.10.d.31.

ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ προσῆλθάν τινες Φαρισαῖοι, λέγοντες αὐτῷ· ἔξελθε, καὶ πορεύου ἐντεῦθεν, ὅτι Ἡρῴδης θέλει σε ἀποκτεῖναι. 31 Eo ipso die accesserunt quidam Pharisæorũ, dicentes ei: Exi, & abi hinc: nam Herodes uult te trucidare.

C καὶ εἶπεν αὐτοῖς· πορευθέντες εἴπατε τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ, ἰδοὺ ἐκβάλλω δαιμόνια, καὶ ἰάσεις ἀποτελῶ σήμερον καὶ αὔριον, καὶ τῇ τρίτῃ τελειοῦμαι. 32 Tunc ait eis: Profecti dicite uulpi illi: Ecce ejiciam dæmonia, & sanationes peragam hodie & cras, & tertia die consummabor. *Herodem uocat Christus uulpẽ.*

25 Postquam, ἀφ' οὗ, uel, Ex quo. Cohærent enim hæc cum præcedente uerbo, & causa affertur cur uolentibus ingredi non patebit aditus, quia scilicet serò uenient occlusis iam foribus. Vulgata & Erasmus affertur cur uolentibus ingredi non patebit aditus, quia scilicet serò uenient occlusis iam foribus. Vulgata & Erasmus, Postquam autem: quasi noua inchoetur periodus. 32 Ejiciam, ἐκβάλλω. Vulgata & Erasmus, ad uerbum, ejicio. Mihi uerò uidetur esse enallage præsentis pro futuro, quæ tamen sua emphasi nõ non caret. Ita enim declarat se iam esse in ipso opere, neque uel Pharisæorum inuidia, qui obiecto Herodis metu uolebant eum abigere, nec Herodis conatibus & ullis consiliis posse impediri, quo minus quod semel est exorsus, ad finem perducat. Itaq; ueterem etiam interpretationem non planè repudio. Sanationes peragam, ἰάσεις ἀποτελῶ. Vulgata & Erasmus, sanitates perficio: quasi ἴαματα & ὑγίεια idem declarent. Hodie & cras, σήμερον καὶ αὔριον. Prouerbialiter dici hoc uidetur pro, exiguo temporis spacio, ut interpretatur Theophylactus. Contigerunt enim hæc omnia in ultima Christi profectione, ut ego quidem arbitror. Nam quod ad historiæ seriem attinet, Lucam censeo quasi pro regula nobis esse proponendum, ad quam deinde Matthæi & Marci scripta accommodentur: quum ipse diserte testetur in proœmio, se in historia ordine digerenda plurimum operæ posuisse. Sed hæc παρέργως. Potest tamen hoc dicendi genus etiam accipi sensu prorsus diuerso, quasi dicat sese quicquid aduersarij moliantur, nihilominus tamen & hodie & cras, id est & in præsenti, & in posterum, quandiu scilicet libuerit, suo munere functurum. Postremò notandum, hoc ita dici quasi nuncij in ipsius Christi persona loquãtur, qui mos est Hebræis familiaris. Sed ferè proponi solet aliquid ex quo id possit intelligi, ut apud Prophetas כה אמר יהוה, id est, hæc dicit Dominus, & in Ioãnis Apocalypsi, τάδε λέγει ὁ πρῶτος καὶ ἔσχατος, hæc dicit primus & nouissimus. deinde inducitur Deus ipse loquens. Itaq; tale quidpiam hoc loco supplendum uidetur. Consummabor, τελειοῦμαι. Iterum præsens pro futuro ponitur, ut etiam annotat Erasmus: cui tamẽ in eo non assentior, quòd τελειοῦμαι putat actiuè posse accipi pro τελῶ: id est, finiam [siue, absoluam] opus meum. Nam etsi hæc sententia bene conuenit, tamen τελειοῦμαι non memini legere actiuè positum: & ut ita usurpari posse concedam, absolutè tamen poni nõ potuit. Hoc quidem certum est, Christi mortem intra triduum futuram,

id est iam proximam & instantem hic designari, quæ ultima fuit peregrinationis Christi clausula, quum à resurrectione induerit immortalitatē. Sed malui Consummandi, quàm Finiendi uocabulo uti: quia Finiri proprié dicuntur ea quæ imposito fine amplius non extant, ut Finiri uita, dolor, morbus dicitur. Mors autem Christi neq; Christo ipsi, neq; ipsius officio finem proprié imposuit, sed Christum potius consummauit, adeò quidem ut eadem hac oblatione suos dicatur consummasse, idq; in perpetuum, quū sit etiam æternus sacerdos. Quinetiam fortassis usus est Dominus uerbo בלה quod sacrificijs quoque conuenit. & Græcis Theologis dicuntur τελεῖσθαι, qui in mortem Christi baptizantur. & peculiariter τελειῶται absolutè uocantur qui pro Christo sanguinem fuderunt. quæ significatio an huc pertineat, & an hac ratione fideles dicantur in Christo τετελεσμένοι, iudicium penes Ecclesiam esto. A

Veruntamen oportet me hodie & cras & perendie iter facere, quia non contingit ut propheta pereat extra Ierusalem. 33 πλὴν δεῖ με σήμερον καὶ αὔριον καὶ τῇ ἐχομένῃ πορεύεσθαι, ὅτι ἐκ ἐνδέχεται προφήτην ἀπολέσθαι ἐξω Ἱερουσαλήμ.

Ierusalem destructio ob contemptum Christum. Matth. 23. d. 37. Ierusalem, Ierusalem, quæ trucidas prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties uolui cogere liberos tuos, quemadmodum gallina pulliciem suam sub alas, & noluistis? 34 Ἱερουσαλὴμ Ἱερουσαλήμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυνάξαι τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ὄρνις τὴν ἑαυτῆς νοσσιὰν ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε;

Ecce relinquitur uobis domus uestra deserta. Amen autem dico uobis, quòd non uidebitis me, usquedum uenerit tempus quum dicatis: Benedictus qui uenit in nomine Domini. 35 ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. ἀμὴν δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐ μή με ἴδητε, ἕως ἥξει ὅτε εἴπητε, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου.

CAP. XIIII. ΚΕΦ. ιδ'.

ET factum est, quum ipse uenisset domū cuiusdam ex principibus Pharisæorum sabbatho ad capiendum cibum, ipsi obseruabāt eum. 1 ΚΑΙ ἐγένετο ἐν τῷ ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς οἶκόν τινος τῶν ἀρχόντων τῶν φαρισαίων, σαββάτῳ φαγεῖν ἄρτον, καὶ αὐτοὶ ἦσαν παρατηρούμενοι αὐτόν. B

Hydropicus sanatur. Et ecce, quidam hydropicus erat coram eo. 2 καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπός τις ὑδρωπικὸς ἦν ἔμπροσθεν αὐτοῦ.

Sabbatho licet benefacere. Tum respondens Iesus ait ad Legis interpretes, & Pharisæos, dicens: Licétne sanare sabbatho: 3 καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπε πρὸς τοὺς νομικοὺς καὶ φαρισαίους, λέγων· εἰ ἔξεστι τῷ σαββάτῳ θεραπεύειν;

Ipsi uerò tacuerunt. Tum ipse apprehensum eum sanauit, ac dimisit. 4 οἱ δὲ ἡσύχασαν. καὶ ἐπιλαβόμενος ἰάσατο αὐτόν, καὶ ἀπέλυσε.

Et respondens eis dixit: Quis uestrûm, si ipsius asinus aut bos in puteum incidat, nō statim retrahet eum die sabbathi? 5 καὶ ἀποκριθεὶς πρὸς αὐτούς, εἶπε· τίνος ὑμῶν ὄνος ἢ βοῦς εἰς φρέαρ ἐμπεσεῖται, καὶ οὐκ ἀνελεῖ αὐτὸν εὐθέως ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου;

Et non poterant ad hæc contrà respondere ipsi. 6 καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἀνταποκριθῆναι αὐτῷ πρὸς ταῦτα.

In nuptijs quo loco accumbendum. Dixit autem parabolam ad eos qui uocati fuerant, attēdens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad eos: 7 ἔλεγε δὲ πρὸς τοὺς κεκλημένους παραβολήν, ἐπέχων πῶς τὰς πρωτοκλισίας ἐξελέγοντο, λέγων πρὸς αὐτούς·

Quum uocatus fueris ab aliquo ad nuptias, ne accumbas in primo loco: nequando honoratior te sit uocatus ab eo, 8 ὅταν κληθῇς ὑπό τινος εἰς γάμους, μὴ κατακλιθῇς εἰς τὴν πρωτοκλισίαν, μήποτε ἐντιμότερός σου ᾖ κεκλημένος ὑπ' αὐτοῦ. C

Et ueniens is qui te & illum uocauit, dicat tibi: Da huic locum: & tunc incipias cum pudore ultimum locum obtinere. 9 καὶ ἐλθὼν ὁ σὲ καὶ αὐτὸν καλέσας, ἐρεῖ σοι· δὸς τούτῳ τόπον· καὶ τότε ἄρξῃ μετ' αἰσχύνης τὸν ἔσχατον τόπον κατέχειν.

Prou. 25. a. 7. Sed quum uocatus fueris, uade sessum in ultimum locum, ut quum uenerit qui te uocauit, dicat tibi: Amice, ascende superius: tunc erit 10 ἀλλ' ὅταν κληθῇς, πορευθεὶς ἀνάπεσον εἰς τὸν ἔσχατον τόπον, ἵνα ὅταν ἔλθῃ ὁ κεκληκώς σε, εἴπῃ σοι· φίλε, προσανάβηθι ἀνώτερον· τότε ἔσται

33 Veruntamen, πλήν. Hæc nonnulli cum superioribus coniungunt, quasi iubeat Christus hæc quoq; Herodi nunciari. Sed malo distinguere, ut sit hic sensus: Quamuis quod mihi dicitis Herodem minari, non possit me impedire quo minus fortiter pergam in eo quod cœpi, tamen nō est quòd metuatis ne hic maneam. Discédam sanè, & quum aliquandiu oberraro, ipsam Hierosolymam breui perueniam, ubi re ipsa declarabitis quo studio me admoneatis ut mihi ab Herode caueam. Non contingit, οὐκ ἐνδέχεται. Vulgata, non capit: sicut apud Græcos ἐγχωρεῖ accipitur pro ἔξεστι, licet. Erasmus, fieri non potest, ἀδύνατόν ἐστι. Docent autem Dialectici & Physici quomodo inter se differāt, τὸ μὴ ἐνδεχόμενον καὶ τὸ ἀδύνατον. 34 Pulliciem, τὰ νοσσιά. Sic loquitur Columella plurimis locis, proprij in his rebus sermonis obseruantissimus. Vulg. & Eras. nidum: id est, καλιάν. Sic tamen Virgil. lib. 4. — ipsasq; uolantes Ore ferunt, dulcē nidis immitibus escam. In duobus aūt codicibus legimus τὰ ἑαυτῆς νοσσία, pullos suos.

IN CAPVT XIIII.

3 Dicens, λέγων. Pleonasmus est huius participij, de quo sæpe iam diximus. 5 Quis uestrûm, τίνος ὑμῶν. Permutata est constructio uerborum in hac periodo, ex Hebræorum idiotismo, quem exposuimus suprà 11. b. 11. Ideo maluimus à Græcis aliquantulum deflectere, quàm uerbum reddere pro uerbo. 7 Attendens, ἐπέχων: id est, προσέχων, quomodo etiam accipi τὸ ἐπέχειν obseruat Eustathius in Homerum Odyss. τ'.

18 Vna

A σοι λόγε φνώπον τῷ σωναναπειμένων σοί.
ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται· καὶ ὁ 11
ταπεινῶν ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται.
ἔλεγε δὲ καὶ τῷ κεκληκότι αὐτὸν, ὅταν ποιῇς 12
ἄριστον ἢ δεῖπνον, μὴ φώνει τοὺς φίλους σου, μηδὲ
τοὺς ἀδελφούς σου, μηδὲ τοὺς συγγενεῖς σου, μηδὲ γεί-
τονας πλουσίους, μήποτε καὶ αὐτοί σε ἀντικαλέσω-
σι, καὶ γένηταί σοι ἀνταπόδομα.
ἀλλ' ὅταν ποιῇς δοχὴν, κάλει πτωχούς, ἀναπή- 13
πους, χωλούς, τυφλούς·
καὶ μακάριος ἔσῃ, ὅτι οὐκ ἔχουσιν ἀνταποδοῦ- 14
ναί σοι· ἀνταποδοθήσεται γάρ σοι ἐν τῇ ἀναστάσει
τῶν δικαίων.
ἀκούσας δέ τις τῶν συνανακειμένων ταῦτα, εἶ- 15
πεν αὐτῷ· μακάριος ὃς φάγεται ἄρτον ἐν τῇ βα-
σιλείᾳ τοῦ θεοῦ.
ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ· ἄνθρωπός τις ἐποίησε δεῖ- 16
πνον μέγα, καὶ ἐκάλεσε πολλούς.
καὶ ἀπέστειλε τὸν δοῦλον αὐτοῦ τῇ ὥρᾳ τοῦ δεί- 17
B πνου, εἰπεῖν τοῖς κεκλημένοις· ἔρχεσθε, ὅτι ἤδη ἕ-
τοιμά ἐστι πάντα.
καὶ ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς πάντες παραιτεῖσθαι. ὁ πρῶ- 18
τος εἶπεν αὐτῷ· ἀγρὸν ἠγόρασα, καὶ ἔχω ἀνάγκην
ἐξελθεῖν, καὶ ἰδεῖν αὐτόν, ἐρωτῶ σε, ἔχε με πε-
μνόν.
καὶ ἕτερος εἶπε· ζεύγη βοῶν ἠγόρασα πέντε, 19
καὶ πορεύομαι δοκιμάσαι αὐτά· ἐρωτῶ σε, ἔχε με
παρῃτημένον.
καὶ ἕτερος εἶπε· γυναῖκα ἔγημα, καὶ διὰ τοῦ- 20
το οὐ δύναμαι ἐλθεῖν.
καὶ παραγενόμενος ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, ἀπήγγειλε τῷ 21
κυρίῳ αὐτοῦ ταῦτα· τότε ὀργισθεὶς ὁ οἰκοδεσπότης,
εἶπε τῷ δούλῳ αὐτοῦ· ἔξελθε ταχέως εἰς τὰς πλα-
τείας καὶ ῥύμας τῆς πόλεως, καὶ τοὺς πτωχοὺς καὶ ἀνα-
πήρους καὶ χωλοὺς καὶ τυφλοὺς εἰσάγαγε ὧδε.
καὶ εἶπεν ὁ δοῦλος· κύριε, γέγονεν ὡς ἐπέ- 22
ταξας, καὶ ἔτι τόπος ἐστί.
καὶ εἶπεν ὁ κύριος πρὸς τὸν δοῦλον· ἔξελθε εἰς 23
τὰς ὁδοὺς καὶ φραγμούς, καὶ ἀνάγκασον εἰσελθεῖν, ἵνα
C γεμισθῇ ὁ οἶκός μου.
λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οὐδεὶς τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τῶν 24
κεκλημένων γεύσεταί μου τοῦ δείπνου.
συνεπορεύοντο δὲ αὐτῷ ὄχλοι πολλοί. καὶ στρα- 25
φεὶς εἶπε πρὸς αὐτούς·
εἴ τις ἔρχεται πρός με, καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα 26
ἑαυτοῦ, καὶ τὴν μητέρα καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὰ
τέκνα, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς καὶ τὰς ἀδελφάς, ἔτι δὲ καὶ
τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν, οὐ δύναταί μου μαθητὴς εἶναι.
καὶ ὅστις οὐ βαστάζει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἔρχεται 27
ὀπίσω μου, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής.
τίς γὰρ ἐξ ὑμῶν, θέλων πύργον οἰκοδομῆσαι, 28
οὐχὶ πρῶτον καθίσας ψηφίζει τὴν δαπάνην, εἰ ἔχει
τὰ πρὸς ἀπαρτισμόν,

tibi gloria coram ijs qui tecum discumbunt.
Nam omnis qui se extollit, deprimetur: & qui se demiserit, extolletur. 11 Infra 18.c.14. Matth.23.a.12.
Dicebat autē etiam ei qui se uocauerat: Quū facis prandium aut cœnam, noli uocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos tuos, neq; uicinos diuites: nequando & ipsi te uicissim uocent, ac retribuatur tibi beneficium. 12 Pauperes ad cōuiuii inuitandi. Tob.4.b.7. Prou.3.b.9.
Sed quum facis epulum, uoca pauperes, mācos, claudos, cæcos: 13
Et beatus eris, quia non possunt gratiam retribuere tibi. retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. 14
Hæc autem quum audisset quidam ex ijs qui simul accumbebant, dixit ei: Beatus qui comedit panem in regno Dei. 15 Inuitati ad cœnam & fidem in Christum Iudæi renuunt uenire. Matth.22.a.2. Apoc.19.b.9.
Ipse autem dixit ei: Homo quidam fecit cœnam magnam, & uocauit multos: 16
Misitq; seruum suum hora cœnæ, ut diceret uocatis: Venite, quia iam parata sunt omnia. 17
Sed omnes cœperunt una sententia recusare. Primus dixit ei: Agrum emi, necesse habeo exire, & uidere eum: rogo te, habe me excusatum. 18
Et alter dixit: Iuga boum emi quinque, & proficiscor ad probandum ea: rogo te, habe me excusatum. 19
Et alius dixit: Vxorē duxi, & propterea non possum uenire. 20
Quum igitur seruus ab ijs uenisset, renunciauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo: Abi citò in plateas & uicos ciuitatis: & pauperes ac mancos, claudos q; & cęcos huc introducito. 21
Et ait seruus: Domine, factum est ut iniunxisti, & adhuc locus est. 22
Tunc ait dominus seruo: Abi in uias & sepes, & coge ingredi, ut impleatur domus mea. 23 Gentes cōpulsæ accedunt ad fidem Christi.
Dico enim uobis quòd nemo uirorū illorum qui uocati fuerant, gustabit cœnam meam. 24
Ibat autem turba multa cum eo: & conuersus dixit ad eos: 25
Si quis uenit ad me, nec odit patrem suum ac matrem, & uxorem & liberos, & fratres & sorores, amplius autem etiam animam suam, nō potest meus esse discipulus. 26 Odio habere parentes propter Christum. Supra 9.c.23. Matth.10.d.37. 10.d.24.
Et quisquis non portat crucem suam, & uenit post me, non potest meus esse discipulus. 27 Crux. Matth.10.d.38. & 16.d.24. Marc.8.d.24.
Quis enim ex uobis, qui uelit turrim ædificare, non prius sedēs computat sumptus, an habeat quæ ad perfectionem operis requiruntur: 28 Turrim ædificaturus.

18 Vna *sententia*, ἀπὸ μιᾶς: id est, ἐξ ἰσότητος συνθέματος, inquit Theophylactus, quasi ex cōpacto & constituto. pro quo dicimus uernaculo nostro sermone, d'un accord, expressa etiam præpositione ἀπό. Quamuis enim isti aliquantulum diuersas causas afferant, tamen in eo conueniunt omnes, quòd sua negotia præexunt ne ad cœnam adsint. Potest autem commodissimè suppleri γνώμης, aut βουλῆς, id est sententia uel consilio, sicut in illo Homeri uersiculo Iliad. β'. ὧ φίλοι· ἐχρὴ μέσσῃ βουλὴν ἐνὶ θεσθαι ἅπαντας. Itaque is qui nuper ἀπὸ μιᾶς conuertit, ad unum, non uidetur sensum assequutus, neque uetus interpres qui simul interpretatur: id est, ὁμοῦ.

Ne, postquam posuerit fundamentum, nec ualuerit perficere, omnes qui spectarint, incipiant illudere ei,

Dicentes: Homo iste cœpit ædificare, nec ualuit perficere ædificium.

Congressurus Rex cum hoste.

Aut quis rex proficiscens ut committat prælium aduersus alterum Regem, non sedens prius consultat an possit cum decem millibus occurrere ei qui cum uiginti millibus uenit contra se?

Sin minus, quum adhuc ille procul est, legatione missa, rogat ea quæ ad pacem pertinent.

Renunciare omnibus quæ possidemus.

Sic ergo quisquis uestrûm non uale dicit omnibus bonis suis, non potest meus esse discipulus.

Sal. Matth. 5. 13. Marc. 9. 49. 50.

Bonus est sal: si uerò sal insatuatus fuerit, quo condietur?

Neq; in terram, neq; in sterquilinium appositus est: foras abijciunt eum. Qui habet aures ad audiendum, audiat.

CAP. XV.

Peccatores audiunt Christum.

ACcedebant autem ad eum omnes publicani & peccatores, ut audirent eum.

Et murmurabant Pharisæi ac Scribæ, dicentes: Iste peccatores recipit, ac uescitur cum eis.

Ipse uerò loquutus est ad eos parabolã hanc, dicens:

Ouis perdita. Matth. 18. b. 12.

Quis ex uobis homo qui habeat centum oues, & perdiderit unam ex illis: non relinquit illas nonagintanouem in deserto, & proficiscitur usq; dum eam quę perijt, inueniat?

Et inuentam, imponit in humeros suos gaudens:

Gaudium in cœlo ob peccatorẽ conuersum.

Veniensq; domum, conuocat amicos & uicinos, dicens eis: Congratulemini mihi: nam inueni ouem meam quæ perierat.

Dico uobis quòd ita gaudium erit in cœlo super uno peccatore resipiscente *magis* quàm super nonagintanouem iustis, qui non opus habent resipiscentia.

Drachma perdita.

Aut mulier quæ habeat drachmas decem, si perdiderit drachmam unam, non accendit lucernam, & uerrit domum, quæritq; accuratè usquequò inueniat?

Et quum inuenerit, conuocat amicas ac uicinas, dicens: Congratulemini mihi: nam inueni drachmam quam perdideram.

Angeli.

Ita, dico uobis, gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore resipiscente.

De filio qui consumptis omnibus bonis reuertitur ad patrẽ.

Ait autem: Quidam habebat duos filios:

29 ἵνα μήποτε θέντος αὐτοῦ θεμέλιον, καὶ μὴ ἰσχύοντος ἐκτελέσαι, πάντες οἱ θεωροῦντες ἄρξωνται ἐμπαίζειν αὐτῷ,

30 λέγοντες· ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος ἤρξατο οἰκοδομεῖν, καὶ οὐκ ἰσχυσεν ἐκτελέσαι.

31 ἢ τίς βασιλεὺς πορευόμενος συμβαλεῖν ἑτέρῳ βασιλεῖ εἰς πόλεμον, οὐχὶ καθίσας πρῶτον βουλεύσεται, εἰ δυνατός ἐστιν ἐν δέκα χιλιάσιν ἀπαντῆσαι τῷ μετὰ εἴκοσι χιλιάδων ἐρχομένῳ ἐπ' αὐτόν;

32 εἰ δὲ μήγε, ἔτι αὐτοῦ πόρρω ὄντος, πρεσβείαν ἀποστείλας ἐρωτᾷ τὰ πρὸς εἰρήνην.

33 οὕτως οὖν πᾶς ἐξ ὑμῶν, ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσιν, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής.

34 Καλὸν τὸ ἅλας· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἀρτυθήσεται;

35 οὔτε εἰς γῆν, οὔτε εἰς κοπρίαν εὔθετόν ἐστιν. ἔξω βάλλουσιν αὐτό. ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

ΚΕΦ. ιε.

1 ΗΣαν δὲ ἐγγίζοντες αὐτῷ πάντες οἱ τελῶναι καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ, ἀκούειν αὐτοῦ.

2 καὶ διεγόγγυζον οἵ τε φαρισαῖοι καὶ οἱ γραμματεῖς, λέγοντες· ὅτι οὗτος ἁμαρτωλοὺς προσδέχεται, καὶ συνεσθίει αὐτοῖς.

3 εἶπε δὲ πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν ταύτην, λέγων·

4 τίς ἄνθρωπος ἐξ ὑμῶν, ἔχων ἑκατὸν πρόβατα, καὶ ἀπολέσας ἓν ἐξ αὐτῶν, οὐ καταλείπει τὰ ἐνενηκονταεννέα ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ πορεύεται ἐπὶ τὸ ἀπολωλός, ἕως εὕρῃ αὐτό;

5 καὶ εὑρὼν ἐπιτίθησιν ἐπὶ τοὺς ὤμους ἑαυτοῦ χαίρων,

6 καὶ ἐλθὼν εἰς τὸν οἶκον, συγκαλεῖ τοὺς φίλους καὶ τοὺς γείτονας, λέγων αὐτοῖς· συγχάρητέ μοι, ὅτι εὗρον τὸ πρόβατόν μου τὸ ἀπολωλός.

7 λέγω ὑμῖν, ὅτι οὕτως χαρὰ ἔσται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, ἢ ἐπὶ ἐνενηκονταεννέα δικαίοις, οἵτινες οὐ χρείαν ἔχουσι μετανοίας.

8 ἢ τίς γυνὴ δραχμὰς ἔχουσα δέκα, ἐὰν ἀπολέσῃ δραχμὴν μίαν, οὐχὶ ἅπτει λύχνον, καὶ σαροῖ τὴν οἰκίαν, καὶ ζητεῖ ἐπιμελῶς, ἕως ὅτου εὕρῃ;

9 καὶ εὑροῦσα συγκαλεῖται τὰς φίλας καὶ τὰς γείτονας, λέγουσα· συγχάρητέ μοι, ὅτι εὗρον τὴν δραχμὴν ἣν ἀπώλεσα.

10 οὕτω, λέγω ὑμῖν, χαρὰ γίνεται ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων τοῦ θεοῦ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι.

11 Εἶπε δέ· ἄνθρωπός τις εἶχε δύο υἱούς·

31 Consultat, βουλεύεται: consultat, scilicet adhibitis etiam alijs in consilium, quum de Rege hic agatur ac suscipienda expeditione. Vulgata & Erasmus, cogitat: id est, λογίζεται, uel ἐνθυμεῖται. 32 Appositus, ἐπίτηδες. id est, aptus & accommodatus, ut Varro agrum dixit appositum uitem: & Cicero, dies ad agendum appositos. Vulgata & Erasmus, utilis: id est, χρήσιμον.

IN CAPVT XV.

7 *Magis* quàm, ἤ. Sic apud Hebræos interdum omittitur particula מהר, ficut apud Græcos μᾶλλον, de quo alibi diximus. 8 Verrit, σαροῖ. In uetustissimis codicibus Vulgatæ editionis (ut post Vallam Erasmus annotauit) perperam scriptum est Euerrit pro Euerrit: qui error Gregorio pontifici Romano & alijs Græcæ linguæ imperitis occasionem præbuit multa in hunc locum parum appositè comminiscendi.

12 Partem

A καὶ εἶπεν ὁ νεώτερος αὐτῶν τῷ πατρί· πάτερ, δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας. καὶ διεῖλεν αὐτοῖς τὸν βίον. 12

Quorũ iunior dixit patri: Pater, da mihi partem substantiæ mihi contingentem. Ille igitur diuisit facultates.

καὶ μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας συναγαγὼν ἅπαντα ὁ νεώτερος υἱὸς, ἀπεδήμησεν εἰς χώραν μακρὰν, καὶ ἐκεῖ διεσκόρπισε τὴν οὐσίαν αὐτοῦ ζῶν ἀσώτως. 13

Post dies aũt non multos, quum omnia coegisset iunior ille filius, peregrè profectus est in regionem longinquam: & illic dissipauit substantiam suam, uiuendo effusè. *Gentium figura.*

δαπανήσαντος δὲ αὐτοῦ πάντα, ἐγένετο λιμὸς ἰσχυρὸς κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην, καὶ αὐτὸς ἤρξατο ὑστερεῖσθαι. 14

Omnibus uerò ab ipso consumptis, facta est fames ualida in regione illa, & ipse cœpit uitiu deficì.

καὶ πορευθεὶς ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν τῆς χώρας ἐκείνης· καὶ ἐπέμψεν αὐτὸν εἰς τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ βόσκειν χοίρους. 15

Abijt igitur & adhæsit uni ex ciuibus regionis illius: qui misit eum in agros suos ut pasceret porcos.

καὶ ἐπεθύμει γεμίσαι τὴν κοιλίαν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν κεράτιων ὧν ἤσθιον οἱ χοῖροι· καὶ οὐδεὶς ἐδίδου αὐτῷ. 16

Et cupiebat implere uentrem suum filiquis quibus porci uescebantur: neque quisquam illi dabat.

εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐλθὼν, εἶπε· πόσοι μίσθιοι τοῦ πατρός μου περισσεύονται ἄρτων, ἐγὼ δὲ λιμῷ ἀπόλλυμαι; 17

Quum autem ad se redijsset, dixit: Quot mercenarij patris mei abundant panibus, ego uerò fame pereo? *Pœnitentia & conuersio.*

ἀναστὰς πορεύσομαι πρὸς τὸν πατέρα μου, καὶ ἐρῶ αὐτῷ· πάτερ, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐνώπιόν σου. 18

Surgens proficiscar ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccaui in cœlum & coram te:

καὶ οὐκέτι εἰμὶ ἄξιος κληθῆναι υἱός σου· ποίησόν με ὡς ἕνα τῶν μισθίων σου. 19

Neq; amplius sum dignus uocari filius tuus: fac me ut unum ex mercenarijs tuis.

καὶ ἀναστὰς ἦλθε πρὸς τὸν πατέρα ἑαυτοῦ. ἔτι δὲ αὐτοῦ μακρὰν ἀπέχοντος, εἶδεν αὐτὸν ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ ἐσπλαγχνίσθη, καὶ δραμὼν ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ κατεφίλησεν αὐτόν. 20

Surgẽs igitur uenit ad patrem suum. Quum autem adhuc longè abesset, uidit eum pater ipsius, ac misericordia motus est: & accurrẽs incidit in collum eius, & deosculatus est eum. *Misericordia Dei inexplicabilis erga peccatores conuersos.*

εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ υἱὸς· πάτερ, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐνώπιόν σου, καὶ οὐκέτι εἰμὶ ἄξιος κληθῆναι υἱός σου. 21

Dixit autem ei filius: Pater, peccaui in cœlũ & coram te, neque amplius sum dignus uocari filius tuus.

εἶπε δὲ ὁ πατὴρ πρὸς τοὺς δούλους αὐτοῦ· ἐξενέγκατε τὴν στολὴν τὴν πρώτην, καὶ ἐνδύσατε αὐτὸν, καὶ δότε δακτύλιον εἰς τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ ὑποδήματα εἰς τοὺς πόδας· 22

Dixit uerò pater ad seruos suos: Proferte stolam illam præcipuam, & induite eum, & date annulum in manum eius, & soleas in pedes:

καὶ φένεγκαντες τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν θύσατε, καὶ φαγόντες εὐφρανθῶμεν· 23

Et adductum uitulum illum saginatum mactate, & uescentes lætemur:

ὅτι οὗτος ὁ υἱός μου νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησε· καὶ ἀπολωλὼς ἦν, καὶ εὑρέθη. καὶ ἤρξαντο εὐφραίνεσθαι. 24

Quia filius iste meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Cœperunt igitur lætari.

C ἦν δὲ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ πρεσβύτερος ἐν ἀγρῷ· καὶ ὡς ἐρχόμενος ἤγγισε τῇ οἰκίᾳ, ἤκουσε συμφωνίας καὶ χορῶν. 25

Erat autem filius eius senior in agro, qui ut ueniens appropinquauit domui, audiuit concentum & choros. *Iudæorum figura.*

καὶ προσκαλεσάμενος ἕνα τῶν παίδων αὐτοῦ, ἐπυνθάνετο τί ἂν εἴη ταῦτα. 26

Et uocatum unum ex pueris, percontatus est quid istud esset.

ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ· ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἥκει, καὶ ἔθυσεν ὁ πατήρ σου τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν, ὅτι ὑγιαίνοντα αὐτὸν ἀπέλαβεν. 27

Is uerò dixit ei: Frater tuus uenit, & mactauit pater tuus uitulum illum saginatum, quòd ualentem illum receperit.

12 Partem contingẽtem, τὸ ἐπιβάλλον μέρος. Sic loquitur Caius Iurisconsultus in l. domino. D. de Senatusc. Syleiano. Alioquin conuertere etiam licuit, quæ ad me pertinet: id est, τὸ καθῆκον μοι, uel, quæ mihi debetur. Nam sic quoq; accipitur τὸ ἐπιβάλλον. sed illa interpretatio prorsus respondet Græco uocabulo. Erasmus, quæ ad me redit.

Facultates, τὸν βίον, ut alibi diximus, tum uitam, tum illud ipsum declarat quo uitam tuemur. Ideo conuertimus interdum Vitam, interdum Victum, nonnunquam Substantiam post Quintilianum, ut facturi eramus hoc loco: nisi in eodem hoc uersiculo occurreret οὐσία. 13 Effusè, ἀσώτως. Deriuant Grammatici ἀσώτως ab α & σώζω, ut eum declaret qui nihil sibi seruat: quem Latini effusum uel profusum simili ratione uocant. Vulg. & Eras. luxurioſè: id est, ἀσωτῶς 18 Peccaui in cœlũ, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν: id est, peccaui in Deum. Sic enim potius Hebræi dicunt חטאתי ליהוה, adeò quidem ut in utriusq; Testamenti contextu non putem reperiri huius loquutionis aliud exemplum. Puto autem hanc formulam ex eo ortam, quòd Rabinorum sermone interdum cœlorum appellatione Deus ipse in cœlis habitans intelligitur, ut annotauimus Matth. 21. c. 25. 26 Vnum ex pueris, ἕνα τῶν παίδων. Frobenij codex addit αὐτοῦ, id est suis, quod uidetur expungendum. Apud Theophylactum autem legitur, ἕνα τῶν παίδων λάθρᾳ: ac mihi quidem dubium non est, quin λάθρᾳ culpa librarij ex margine in contextum irrepserit.

19 Trans-

Indignatus est autem ille, nec uoluit introire: pater ergo ipsius egressus, precatus est eum.

Ipse uerò respõdens dixit patri: Ecce, tot annos seruio tibi, nec unquam mandatum tuum transgressus sum, nec unquam dedisti mihi hœdum, ut cum amicis meis lætarer.

Sed quum filius iste tuus, qui deuorauit facultates tuas cum meretricibus, uenit, mactasti ei uitulum illum saginatum.

Ipse uerò dixit ei: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt:

Lætari autem & gaudere oportebat, quòd frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.

28 ὠργίσθη δέ, καὶ οὐκ ἤθελεν εἰσελθεῖν. ὁ οὖν πατὴρ αὐτοῦ ἐξελθὼν, παρεκάλει αὐτόν.

29 ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε τῷ πατρί· ἰδοὺ τοσαῦτα ἔτη δουλεύω σοι, καὶ οὐδέποτε ἐντολήν σου παρῆλθον, καὶ ἐμοὶ οὐδέποτε ἔδωκας ἔριφον, ἵνα μετὰ τῶν φίλων μου εὐφρανθῶ.

30 ὅτε δὲ ὁ υἱός σου οὗτος, ὁ καταφαγών σου τὸν βίον μετὰ πορνῶν, ἦλθεν, ἔθυσας αὐτῷ τὸν μόσχον τὸν σιτευτόν.

31 ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ· τέκνον, σὺ πάντοτε μετ' ἐμοῦ εἶ, καὶ πάντα τὰ ἐμὰ, σά ἐστιν.

32 εὐφρανθῆναι δὲ καὶ χαρῆναι ἔδει, ὅτι ὁ ἀδελφός σου οὗτος νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησε· καὶ ἀπολωλὼς ἦν, καὶ εὑρέθη.

CAP. XVI.

De dispensatore delato ad dominum.

Dixit autem & ad discipulos suos: Homo quidam erat diues, qui habebat dispensatorem: qui delatus est apud eum ut qui dissiparet bona ipsius.

Vocauit eum igitur, & ait ei: Quid hoc audio de te? redde rationem dispensationis tuæ: non enim poteris amplius esse dispensator.

Dixit autem apud se dispensator: Quid faciã, quòd dominus meus aufert à me dispensationem? fodere non ualeo, mendicare pudet.

Noui quid faciam, ut quum amotus fuero à dispensatione, recipiant me aliqui in domos suas.

Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dixit primo: Quantum debes domino meo?

Is autem ait: Centum batos olei. Tum ille dixit ei: Accipe tabulas tuas, & sede citò, & scribe quinquaginta.

Deinde alij dixit: Tu uerò quantum debes? Is autem ait, Centũ coros tritici. Tum ipse dixit ei: Accipe tabulas tuas, & scribe octoginta.

Et laudauit dominus dispensatorem iniquũ,

ΚΕΦ. ιϛ'.

1 Ἔλεγε δὲ καὶ πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ· ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος, ὃς εἶχεν οἰκονόμον, καὶ οὗτος διεβλήθη αὐτῷ ὡς διασκορπίζων τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ.

2 καὶ φωνήσας αὐτὸν, εἶπεν αὐτῷ· τί τοῦτο ἀκούω περὶ σοῦ; ἀπόδος τὸν λόγον τῆς οἰκονομίας σου· οὐ γὰρ δυνήσῃ ἔτι οἰκονομεῖν.

3 εἶπε δὲ ἐν ἑαυτῷ ὁ οἰκονόμος· τί ποιήσω, ὅτι ὁ κύριός μου ἀφαιρεῖται τὴν οἰκονομίαν ἀπ' ἐμοῦ; σκάπτειν οὐκ ἰσχύω, ἐπαιτεῖν αἰσχύνομαι.

4 ἔγνων τί ποιήσω, ἵνα ὅταν μετασταθῶ τῆς οἰκονομίας, δέξωνταί με εἰς τοὺς οἴκους αὐτῶν.

5 καὶ προσκαλεσάμενος ἕνα ἕκαστον τῶν χρεωφειλετῶν τοῦ κυρίου ἑαυτοῦ, ἔλεγε τῷ πρώτῳ· πόσον ὀφείλεις τῷ κυρίῳ μου;

6 ὁ δὲ εἶπεν· ἑκατὸν βάτους ἐλαίου. καὶ εἶπεν αὐτῷ· δέξαι σου τὸ γράμμα, καὶ καθίσας ταχέως γράψον πεντήκοντα.

7 ἔπειτα ἑτέρῳ εἶπε· σὺ δὲ πόσον ὀφείλεις; ὁ δὲ εἶπεν· ἑκατὸν κόρους σίτου. καὶ λέγει αὐτῷ· δέξαι σου τὸ γράμμα, καὶ γράψον ὀγδοήκοντα.

8 καὶ ἐπῄνεσεν ὁ κύριος τὸν οἰκονόμον τὸν ἀδικίας, ὅτι

29 Transgressus sum, παρῆλθον, id est, ὑπερῆλθον, uel præterij, id est contempsi: quia quæ aspernamur, solemus ne aspecta quidem præterire. Theophylactus legit παρῴδησα, despexi. 30 Facultates tuas, σὸν τὸν βίον. Vulgata, substantiam suam: id est, τὸν αὐτοῦ βίον. Sed illud est μετωνυμικώτερον, & Græci omnes codices in eo consentiunt.

IN CAPVT XVI.

2 Non poteris, οὐ δυνήσῃ, id est, tibi non fiet à me potestas. Nam alioquin dispensator esse poterat, si hoc dominus ipsi concessisset. Esse dispensator, οἰκονομεῖν. Vulgata, uillicare. quod haud satis scio an aliud declaret quàm rusticari. certè non tam latè patet quàm τὸ οἰκονομεῖν, quod significat rem domesticam curare. Erasmus, dispensare. quod quidem non legi absolutè positum. 6 Batos, βάτους. Vulgata, cados: & rectè quidem. Nam, ut apertè probat doctissimus Georgius Agricola, apud Hebræos בת mensura fuit rerum liquidarum, prorsus respondens Atticæ amphoræ, quæ Græcè non modò μετρητὴς, sed etiam κάδος & κεράμιον dicitur. quod neq; Epiphanius, neque Hieronymus cognouit. Sed & in uetustis duobus codicibus, secundo & octauo, scriptum erat λάδος. Immeritò igitur Erasmus, hoc quidem loco, Veterem interpretem reprehendit. Tabulas, γράμμα. Sic uocant Latini obligationis instrumentum, ut uel ex eo liquet quòd ipsi tabulas nouas appellant. Vulgata, cautionem, quo uocabulo sic utitur etiam Seneca. 7 Coros, κόρους. Apud Hebræos, ut hoc quoque παρέργως dicamus, כור, pro quo Græci interpretes & ipse quoque Iosephus κόρον dicunt, mensura fuit rerum aridarum, quæ decem Atticos medimnos capiebat, ut testatur idem Iosephus libro Antiquitatum 15. cap. 12. Locus igitur quem ex eodem citat Erasmus ex libri tertij ultimo capite, in quo uidetur Corus æstimari medimnis Atticis quadraginta uno, omnino deprauatus est uel in numeri nota, uel in eo quod pro ἑξήκοντα, scribendum est ἑβδομήκοντα, ut rectè obseruat Georgius Agricola, homo (meo quidem iudicio) omnium qui de his rebus ad hunc diem scripserunt, diligentissimus.

8 Iniquũ, τὸν ἀδικίας. Heb. רשע, id est iniquitatis, ut uertit Vulgata. Sed fortassis hic dispensator sic uocatur, non quòd ex domini incõmodis sua quæreret cõmoda, sed quòd malus antea fuisset dispensator, id est nõ bene administrasset hoc munus, ut qui bona patrisfamiliãs dilapidasset. Videtur enim hæc interpretatio magis accõmodata, ne uideatur paterfamiliãs dispensatoris iniquum factum laudare, quum potius prudentiam approbet, qui sibi uoluerit in futurum prospicere. Oporteret autem inter homines ualde humanũ ac liberalem esse patremfamiliãs qui eiusmodi œconomum laudaret. Spectandum est igitur illud quod hac similitudine adumbratur, ne putemus probari eum qui sit ex alieno liberalis. esset enim hic potius habendus pro fure. Sed Deum repræsentat hic paterfamiliãs, qui

A liás, qui prodigos bonorum suorum dispensatores laudat potius quàm parcos & auaros. Prodigos autem appello, qui quarum rerum uelut œconomi sunt à Deo constituti, eas cum pauperibus libenter ac benignè communicant. Hanc igitur interpretationem si amplectamur, præstiterit τὴ ἀδικίας interpretari malum quàm iniquũ, ut malus œconomus is sit omnino quem uulgò uocamus, *vn mauuais mesnager.*

φρονίμως ἐποίησεν. ὅτι οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου φρονιμώτεροι ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτὸς εἰς τὴν γενεὰν τὴν ἑαυτῶν εἰσι.

quòd prudenter fecisset: quamobrem filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis in suo genere.

9 Καὶ ἐγὼ ὑμῖν λέγω, ποιήσατε ἑαυτοῖς φίλους ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας, ἵνα ὅταν ἐκλίπητε, δέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς.

Et ego uobis dico: Facite uobis amícos ex mamona iniquo: ut quum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. *Amici de mamona iniquitatis.*

10 Ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ, καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστι· καὶ ὁ ἐν ἐλαχίστῳ ἄδικος, καὶ ἐν πολλῷ ἄδικός ἐστιν.

Qui fidelis est in paucíssimis, etiam in multis fidelis est: & qui in paucíssimis iniquus est, etiã in multis iniquus est. *Fidelis in dispẽsandis diuitijs.*

11 εἰ οὖν ἐν τῷ ἀδίκῳ μαμωνᾷ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε, τὸ ἀληθινὸν τίς ὑμῖν πιστεύσει;

Si ergo in iniquo mamona fideles nõ fuístis: uerum *mamona* quis credet uobis?

12 καὶ εἰ ἐν τῷ τοῦ ἀλλοτρίῳ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε, τὸ ὑμέτερον τίς ὑμῖν δώσει;

Et si in alieno fideles non fuístis, quod uestrũ est, quis dabit uobis?

13 Οὐδεὶς οἰκέτης δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει· ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει· οὐ δύνασθε θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ.

Nullus seruus potest duobus dominis seruire: aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut uni adhærebit, & alterum contemnet. non potestis Deo seruire, & mamonæ. *Duobus dominis seruire.* Matth. 6. c. 24.

14 Ἤκουον δὲ ταῦτα πάντα καὶ οἱ φαρισαῖοι, φιλάργυροι ὑπάρχοντες, καὶ ἐξεμυκτήριζον αὐτόν.

Audiebant autem hęc omnia etiam Pharisęi qui erant auari, & sannis excipiebant eum.

15 καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ὑμεῖς ἐστε οἱ δικαιοῦντες ἑαυτοὺς ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων· ὁ δὲ θεὸς γινώσκει τὰς καρδίας ὑμῶν. ὅτι τὸ ἐν ἀνθρώποις ὑψηλὸν, βδέλυγμα ἐνώπιον τοῦ θεοῦ ἐστιν.

Tũc ait eis: Vos estis qui iustificatis uosipsos coram hominibus: Deus autem nouit corda uestra: quia quod apud homines est sublime, abominandum est coram Deo. *Iustificare se coram hominibus.*

16 Ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου. ἀπὸ τότε ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ εὐαγγελίζεται, καὶ πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται.

Lex & Prophetæ usq; ad Ioannem: ab eo tẽpore regnum Dei annunciatur, & quiuis in illud perrumpit. *Lex & prophetæ.* matth. 11. b. 12.

17 Εὐκοπώτερον δέ ἐστιν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν παρελθεῖν, ἢ τοῦ νόμου μίαν κεραίαν πεσεῖν.

Facilius est autem cœlum & terram præterire, quàm Legis unum apicem cadere. *Lex.* matth 5 c. 18.

18 Πᾶς ὁ ἀπολύων τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ γαμῶν

Quisquis dimittit uxorem suam, & alterã du- *Vxor* matth. 5. c. 32. & 19. b. 9. 1. Cor. 7. b. 11.

Quamobrem, ὅτι. Vulgata & Erasmus, quia. Mihi autem uidetur in ijs quæ sequuntur, collatio esse similitudinis, ita ut à comparatis argumentetur. Filij huius seculi, οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου. Sic apud Rabinos בני העולם הזה, id est homines præsenti uitæ addicti, quos uocat Apostolus σαρκικοὺς, & opponit πνευματικοῖς, qui hoc loco dicuntur Filij lucis, id est בני אורה, quos scilicet Dominus sui spiritus luce illustrauit. In suo genere, εἰς τὴν γενεὰν τὴν ἑαυτῶν. γενεὰν alicubi nationem, generationem, progeniem exposuimus. est enim multiplex huius uocabuli declaratio. Sed mihi quidem uidetur hic accipi pro certo genere ac specie hominum, & εἰς pro ἐν usurpari. Virgilius, Parce pio generi. Idem, Quod genus hoc hominũ. Vulgata, in generatione sua. Erasmus, in natione sua. Nam Cicero quoq; in hac significatione nationem candidatorum & nationem optimatium dicit. Sed illud planius est & magis tritũ. C

9 Iniquo, τῆ ἀδικίας. id est רשע uel ארך. quibus uocabulis quum significetur etiam afflictio, quæ Latinis quoque malum dicitur, considerandum relinquo num ἡ ἀδικία id declaret hoc loco, ex Hebræorum idiotismo: ut dicatur μαμωνᾶς τῆς ἀδικίας, ab effectu, quem designauit Horatius quum solicitas opes uocaret: nisi malimus ornatas esse diuitias hoc epitheto: uel quòd, ut uerè scripsit Ouidius, sint malorum irritamenta: uel quòd, ut uulgato prolius conuenire huic loco: quia hæc omnia sunt dicta in eos qui quum uerum diuitiarum usum hunc esse nesciant, ut simus in pauperes munifici ac liberales, ex suis bonis nihil præter curam ac dolorem percipiunt. Quid si uerò τὸν μαμωνᾶ τῆ ἀδικίας, interpretemur ברון שוא, id est falsas aut mendaces opes? Nam paulo pòst ἄδικον μαμωνᾶν opponit τῷ ἀληθινῷ: ut hæc expositio quam nuper quidam attulit, mihi certè uideatur simplicissima. Nolui tamen quicquam audere quod cæteris interpretationibus nullum locum relinqueret. Hoc quidem constat, Mamonam iniquitatis intelligi non posse diuitias fraude aut scelere partas, quum ex infinitis locis constet Deo non placere liberalitatem, quæ ex puro fonte non proficiscatur. Magis esset probabilis opinio Theophylacti, qui sic existimat uocari facultates, quibus uel per auaritiam, uel per luxum antè abusus fuerat œconomus.

10 In paucissimis, ἐν ἐλαχίστῳ. Quia τὸ ἐλάχιστον hic opponitur τῷ πολλῷ, ideò non sum interpretatus in minimo. Fuisset enim subijciendum ἐν μεγάλῳ, id est in magnis. Neq; tamen ignoro & πολὺ & μέγα, interdum de continua etiam quantitate dici. Sed puto hic significari illud ipsum quod Dominus declarauit similitudine talentorũ, Matt. 25. b. 23. & c. 29. ubi ijsdem penè uerbis utitur. 11 Verum *mamonã*, τὸ ἀληθινὸν, μαμωνᾶ, quod puro esse indeclinabile, repetij ἀπὸ τοῦ ἑξῆς. Omnino enim id postulare uidetur antithesis, ut ueræ opes, cœlestes scilicet ac diuinę, fluxis ac caducis opponantur. In proximo uersiculo similis est antithesis. Nam quæ profani homines bona fortunæ & externa uocant, Christus appellat aliena, nostræ scilicet fidei commissa: eaq; opponit ijs, quæ qui sunt consequuti, uerè possunt sua dicere, quia pars hæc optima nunquam ab ijs aufertur qui eam elegerunt.

14 Sannis excipiebant, ἐξεμυκτήριζον. Vulgata, deridebant, διετυίλωμ. Erasmus in annotationibus, subsannabant. quod non memini legere.

19 Quidam

cit, mœchatur: & qui dimissam à uiro ducit, mœchatur.

Diues in inferno.

Quidam uerò erat diues, & induebatur purpura & byssо, & genio indulgebat quotidie splendidè.

Erat uerò quidã mẽdicus nomine Lazarus, qui proiectus erat ad uestibulũ eius ulcerosus:

Cupiensq; saturari micis quæ cadebant à mẽsa diuitis: sed & canes ueniebant ac lingebant ulcera eius.

Factum est autem ut moreretur mendicus, & asportaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. mortuus est uerò & diues ille, ac sepultus est.

Et apud inferos sublatis oculis suis, quum esset in cruciatibus, uidet Abraham eminus, & Lazarum in sinu eius:

Tum ipse clamans dixit: Pater Abraham, mi sererе mei, & mitte Lazarum ut mergat extremum digiti sui in aquam, ac refrigeret linguam meam: quia crucior in ista flamma.

Dixit autem Abraham: Fili memento quòd receperis bona tua in uita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic solatio fruitur, tu uerò cruciaris.

Et super hæc omnia, inter nos & uos hiatus ingens constitutus est: ut ij qui uolunt hinc transire ad uos, non possint, neque istinc huc transire.

Dixit autem ille: Rogo ergo te pater ut eum mittas domum patris mei.

Habeo enim quinque fratres, ut testificetur illis, ne & ipsi ueniant in hunc locum cruciatus.

Moysesq; prophetæ audiẽdi.

Dicit ei Abraham: Habent Mosen ac Prophetas, audiant eos.

Ille uerò dixit: Non, pater Abrahã: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, resipiscent.

Mortui.

Abraham autem ait ei: Si Mosen & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis suscitatus, credent.

CAP. XVII.

Scandala. Matth. 18. a. 7. Marc. 9. f. 42.

Ait autem ad discipulos: Fieri non potest quin ueniant scãdala, sed uæ illi per quem ueniunt.

Expedit illi, si mola asinaria circumponatur

19 Quidam uerò, ἄνθρωπός τις. In secũdo exemplari legitur, ἄλλη ἦν ἱστόρια παραλελυ, ἄνθρωπός τις ὢν. Dixit autem aliam etiam parabolam, Quidam erat, &c. 23 Et apud inferos, καὶ ἐν τῷ ἅδῃ. Vulgata omisit præpositionem καὶ: qui error in causa fuit cur ex ueteribus nonnulli parum appositè disputarint de sepultura diuitis in inferno.

26 Super hęc omnia, ἐπὶ πᾶσι τούτοις: id est, πρὸς τούτοις, præter hæc, uel ad hæc. Vulgata, in ijs omnibus: quod Erasmus iure correxit. Hiatus, χάσμα, id est uasta uorago, παρὰ τὸ χάσκειν. Sic Virgilius, —quæ nunc satis ima dehiscat Terra mihi. Vulgata chaos, librariorum errore, ut Budæus existimat. Constitutus est, ἐστήρικται. Vulgata & Erasmus, firmatus est: quod non satis conuenit huic loco, quum agatur de re minimè firma ac solida, sed uacuã potius ac inani, quæ tamen dicitur ἐστηρίχθαι, id est firmo & constãti Dei robore stabilita, ut difluere non possit. Fortasis usus est Dominus uerbo רקע, quod quum propriè significet expandere, Græci interpretes uertere solent στερεοῦν, quod parum differt à στερέωμα. unde רקיע ipsi στερέωμα, id est firmamentum, appellant. nisi malimus στερέωμα opponere Hebræorum uerbo כון, quod & ipsum commodè interpretari possumus, constituere & collocare: unde מכון, id est sedes firma ac stabilis.

IN CAPVT XVII.

1 Fieri non potest, ἀνένδεκτόν ἐστι, id est aliter non potest contingere, siue, necesse est, ut loquitur Matth. 18. a. 7. Cæterùm in tribus exemplaribus post μαθητὰς, id est discipulos, additur αὐτοῦ, id est suos. Item decrat articulus τοῦ in uno exemplari.

2 Quantu-

ἑτέραν, μοιχᾶται· καὶ πᾶς ὁ ἀπολελυμένην ἀπὸ ἀνδρὸς γαμῶν, μοιχᾶται. A

19 ἄνθρωπος δέ τις ἦν πλούσιος, καὶ ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον, εὐφραινόμενος καθ' ἡμέραν λαμπρῶς.

20 πτωχὸς δέ τις ἦν ὀνόματι Λάζαρος, ὃς ἐβέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα αὐτοῦ εἱλκωμένος.

21 καὶ ἐπιθυμῶν χορτασθῆναι ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τοῦ πλουσίου· ἀλλὰ καὶ οἱ κύνες ἐρχόμενοι ἀπέλειχον τὰ ἕλκη αὐτοῦ.

22 ἐγένετο δὲ ἀποθανεῖν τὸν πτωχὸν, καὶ ἀπενεχθῆναι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς τὸν κόλπον τοῦ Ἀβραάμ. ἀπέθανε δὲ καὶ ὁ πλούσιος, καὶ ἐτάφη.

23 καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, ὑπάρχων ἐν βασάνοις, ὁρᾷ τὸν Ἀβραὰμ ἀπὸ μακρόθεν, καὶ Λάζαρον ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ·

24 καὶ αὐτὸς φωνήσας εἶπε· πάτερ Ἀβραὰμ ἐλέησόν με, καὶ πέμψον Λάζαρον, ἵνα βάψῃ τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου αὐτοῦ ὕδατος, καὶ καταψύξῃ τὴν γλῶσσάν μου, ὅτι ὀδυνῶμαι ἐν τῇ φλογὶ ταύτῃ.

25 εἶπε δὲ Ἀβραάμ· τέκνον, μνήσθητι ὅτι ἀπέλαβες σὺ τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου, καὶ Λάζαρος ὁμοίως τὰ κακά· νῦν δὲ ὧδε παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι. B

26 καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις, μεταξὺ ἡμῶν καὶ ὑμῶν χάσμα μέγα ἐστήρικται, ὅπως οἱ θέλοντες διαβῆναι ἐντεῦθεν πρὸς ὑμᾶς, μὴ δύωνται, μηδὲ οἱ ἐκεῖθεν πρὸς ἡμᾶς διαπερῶσιν.

27 εἶπε δέ· ἐρωτῶ οὖν σε, πάτερ, ἵνα πέμψῃς αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου·

28 ἔχω γὰρ πέντε ἀδελφοὺς, ὅπως διαμαρτύρηται αὐτοῖς, ἵνα μὴ καὶ αὐτοὶ ἔλθωσιν εἰς τὸν τόπον τοῦτον τῆς βασάνου.

29 λέγει αὐτῷ Ἀβραάμ· ἔχουσι Μωσέα καὶ τοὺς προφήτας, ἀκουσάτωσαν αὐτῶν.

30 ὁ δὲ εἶπεν· οὐχί, πάτερ Ἀβραάμ, ἀλλ' ἐάν τις ἀπὸ νεκρῶν πορευθῇ πρὸς αὐτοὺς, μετανοήσουσιν.

31 εἶπε δὲ αὐτῷ· εἰ Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν οὐκ ἀκούουσιν, οὐδὲ ἐάν τις ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ, πεισθήσονται. C

ΚΕΦ. ιζ'.

1 Εἶπε δὲ πρὸς τοὺς μαθητὰς, ἀνένδεκτόν ἐστι τοῦ μὴ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα, οὐαὶ δὲ δι' οὗ ἔρχεται.

2 λυσιτελεῖ αὐτῷ, εἰ μύλος ὀνικὸς περίκειται περὶ

A ἢν περίκειται αὐτῷ μύλος ὀνικὸς καὶ βληθῆναι εἰς τὴν θάλασσαν, ἢ ἵνα σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων.

circa collum eius, & proiectus fuerit in mare, potius quàm ut offendat unum ex paruis istis.

προσέχετε ἑαυτοῖς· ἐὰν ὁ ἀδελφός σου ἁμαρτήσῃ εἰς σέ, ἐπιτίμησον αὐτῷ· καὶ ἐὰν μετανοήσῃ, ἄφες αὐτῷ.

3 Cauete uobis: Si peccauerit in te frater tuus, obiurga eum: & si resipuerit, remitte ei. *Peccanti in nos fratri remittendum.*

καὶ ἐὰν ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἁμαρτήσῃ εἰς σέ, καὶ ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἐπιστρέψῃ πρός σε, λέγων, μετανοῶ, ἀφήσεις αὐτῷ.

4 Et, si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens: Resipui, remitte ei. *Matth.18.c.21*

καὶ εἶπαν οἱ ἀπόστολοι τῷ κυρίῳ, πρόσθες ἡμῖν πίστιν.

5 Tunc dixerunt Apostoli Domino: Adijce nobis fidem. *Fides.*

εἶπε δὲ ὁ κύριος· εἰ ἔχετε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐλέγετε ἂν τῇ συκαμίνῳ ταύτῃ, ἐκριζώθητι, καὶ φυτεύθητι ἐν τῇ θαλάσσῃ· καὶ ὑπήκουσεν ἂν ὑμῖν.

6 Dixit autem Dominus: Si haberetis fidem quantulum *est* granum sinapis, diceretis huic sycamino: Eradicator & plantator in mari: & obediret uobis. *Matth.16.c.20*

τίς δὲ ἐξ ὑμῶν δοῦλον ἔχων ἀροτριῶντα ἢ ποιμαίνοντα, ὃς εἰσελθόντι ἐκ τοῦ ἀγροῦ ἐρεῖ εὐθέως, παρελθὼν ἀνάπεσαι·

7 Quis autem uestrûm habet seruum arantem aut pascentem, qui regresso ab agro, dicat statim: Prodi, & accumbe:

ἀλλ' οὐχὶ ἐρεῖ αὐτῷ, ἑτοίμασον τί δειπνήσω, καὶ περίζωσαι καὶ διακόνει μοι, ἕως φάγω καὶ πίω, καὶ μετὰ ταῦτα φάγεσαι καὶ πίεσαι σύ;

8 Ac non potius dicit ei: Para quod cœnem, & præcinctus ministra mihi, usquedum edero ac bibero: & post hæc edito & bibito tu?

B μὴ χάριν ἔχει τῷ δούλῳ ἐκείνῳ, ὅτι ἐποίησε τὰ διαταχθέντα αὐτῷ; οὐ δοκῶ.

9 Num gratiam habet seruo illi quia fecit quæ ei iniuncta fuerant? non puto.

οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν ποιήσητε πάντα τὰ διαταχθέντα ὑμῖν, λέγετε, ὅτι δοῦλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν· ὃ ὠφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν.

10 Ita & uos quum feceritis omnia quæ iniuncta sunt uobis, dicite: Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. *Serui inutiles sumus.*

καὶ ἐγένετο ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτὸν εἰς Ἰερουσαλὴμ, καὶ αὐτὸς διήρχετο διὰ μέσου Σαμαρείας καὶ Γαλιλαίας.

11 Et factum est inter eundum Hierosolymã, ipse transibat per mediam Samariam & Galilæam.

καὶ εἰσερχομένου αὐτοῦ εἴς τινα κώμην, ἀπήντησαν αὐτῷ δέκα λεπροὶ ἄνδρες, οἳ ἔστησαν πόρρωθεν.

12 Et quum ingrederetur in quendam uicum, occurrerunt ei decem uiri leprosi, qui steterunt procul. *Leprosi decem sanantur.*

καὶ αὐτοὶ ἦραν φωνὴν, λέγοντες, Ἰησοῦ ἐπιστάτα, ἐλέησον ἡμᾶς.

13 Et extulerunt uocem, dicentes: Iesu magister miserere nostri.

καὶ ἰδὼν εἶπεν αὐτοῖς· πορευθέντες ἐπιδείξατε ἑαυτοὺς τοῖς ἱερεῦσι. καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ὑπάγειν αὐτοὺς, ἐκαθαρίσθησαν.

14 Qui quum eos uidisset, dixit eis: Profecti indicate uos Sacerdotibus. Et factum est ut inter eundum purgati sint. *Leuit.14.a.2*

εἷς δὲ ἐξ αὐτῶν ἰδὼν ὅτι ἰάθη, ὑπέστρεψε μετὰ φωνῆς μεγάλης δοξάζων τὸν θεόν.

15 Vnus autẽ ex ipsis ut uidit quòd sanatus esset, reuertit glorificans Deum uoce magna: *Samaritanus sanatus gratias agit Deo.*

καὶ ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ, εὐχαριστῶν αὐτῷ· καὶ αὐτὸς ἦν Σαμαρείτης.

16 Et procidit in faciem ad pedes eius, gratias agens ei: eratq; hic Samaritanus.

C ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν· οὐχὶ οἱ δέκα ἐκαθαρίσθησαν; οἱ δὲ ἐννέα ποῦ;

17 Respondens autem Iesus dixit: Non ne decem illi purgati sunt? nouem autem illi ubi?

οὐχ εὑρέθησαν ὑποστρέψαντες δοῦναι δόξαν τῷ θεῷ, εἰ μὴ ὁ ἀλλογενὴς οὗτος.

18 Non sunt reperti qui redierint ut darent gloriam Deo, nisi alienigena iste.

καὶ εἶπεν αὐτῷ, ἀναστὰς πορεύου· ἡ πίστις σου σέσωκέ σε.

19 Et ait ei: Surge, proficiscere, fides tua te seruauit. *Fides.*

6 Quantulum *est* granum sinapis, ὅσον κόκκον σινάπεως, Cur à Græcis aliquantulũ deflexerimus, diximus Matth. 17.c.20. Miror autem potuisse cuiquam in mentem uenire quod in hunc locum Erasmus scripsit, cuius alioquin eruditioni ac diligentiæ plurimùm faueo. Nescio, inquit, an interpres usurparit κόκκον neutro genere. Nec enim esset sensus (mea sententia) absurdus, coccum uelut habere fidem, quod in speciem humile & abiectum, non antè prodit uigorem suum quàm attritu prouocatum. Sic alibi uocat nos ad exemplum passerculorum ac liliorũ. Hæc ille. Atqui κόκκον nusquam memini legere neutro genere. Deinde quis non uider granum sinapis pro re minima, prouerbiali figura, usurpari? Perinde enim est acsi diceret Dominus, Si uel tãtillum fidei nobis inesset quantulum est granum sinapis. Ergo quod de sinapis natura hic traditur, planè est ἀπροσδιόνυσον. Sycamino, τῇ συκαμίνῳ, uel (ut alii uolunt) Sycomoro. Dioscorides enim cap. 144. lib. 1. sycomorum nonnullis eundem esse scribit quæ & Sycaminus dicitur. nihilominus tamen Sycaminum morũ interpretatur: quæ etiam Galeni sententia est libro secundo de Alimentis, capite de Sycaminis. Atque adeò paulo pòst singulari capite de Sycomoris disputat, quas inter ficũ arborem & morum medias collocat. indeq; nomen ipsis arbitratur esse positum: non autem (ut Dioscorides scribit) διὰ τὸ ἑτέρων τῶν γνώρισμα: id est, propter inefficacem gustum: quasi fatuam ficum dixeris. Eandem ipsam arborem (quam & ueluti non admodum frequentem, Galenus in Alexandria se uidisse scribit) dictionibus inuersis Celsus Morosycon appellat. Quare quum certò apud Galenum scriptorem tum doctissimum tum diligentissimum constet sycaminum diuersam esse à sycomoro, Erasmi sententiam non recipio: ut qui perperam sycaminum

obseruasse uideatur eandem esse quam συκομωρέαν infrà 19.2.4.appellat Lucas. Propius enim uero est, quum diuersis nominibus utatur Euãgelista, diuersas quoque arbores notari: & Sycaminum quidem morum significare (quam etiam opinionem sequutus est Vetus interpres) Sycomorum uero uel συκομωρέαν, eam quæ inter ficum & morum media est, quocunque tandem à Latinis nomine appelletur: quanquam Plinio ficus Aegyptia sit. Sed hæc fortasis non sunt huius loci. A

Regnũ Dei quãdo uenturum.

Interrogatus autem à Pharisæis quando uenturum esset regnum Dei: respondit eis, & dixit: Non ueniet regnum Dei ita ut obseruari possit. 20 ἐπερωτηθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν φαρισαίων, πότε ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, ἀπεκρίθη αὐτοῖς, καὶ εἶπεν· οὐκ ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ μετὰ παρατηρήσεως.

Regnum Dei intra nos.

Neque dicent: Ecce hic, aut, ecce illic: ecce enim regnum Dei intus habetis. 21 οὐδὲ ἐροῦσιν, ἰδοὺ ὧδε, ἢ, ἰδοὺ ἐκεῖ· ἰδοὺ γὰρ ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν.

Dixit autem ad discipulos: Veniet tempus quũ desiderabitis uidere unum ex diebus Filij hominis: nec uidebitis. 22 εἶπε δὲ πρὸς τοὺς μαθητάς· ἐλεύσονται ἡμέραι, ὅτε ἐπιθυμήσετε μίαν τῶν ἡμερῶν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἰδεῖν, καὶ οὐκ ὄψεσθε.

Falsi Christi. Matth.24.b.23 Marc.13.c.21

Et dicent uobis: Ecce hic, aut, ecce illic: sed ne abeatis, neque prosequamini. 23 καὶ ἐροῦσιν ὑμῖν· ἰδοὺ ὧδε, ἢ, ἰδοὺ ἐκεῖ· μὴ ἀπέλθητε, μηδὲ διώξητε.

Dies Christi.

Nam sicut fulgur coruscans, è regione quæ sub cœlo est in alteram quæ sub cœlo est, splẽdet: ita erit & Filius hominis in die suo. 24 ὥσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ ἡ ἀστράπτουσα ἐκ τῆς ὑπ' οὐρανὸν εἰς τὴν ὑπ' οὐρανὸν λάμπει, οὕτως ἔσται καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ ἡμέρᾳ αὐτοῦ.

Sed prius oportet eum multa pati, & reprobari à natione ista. 25 πρῶτον δὲ δεῖ αὐτὸν πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης.

Noe. Gene.7.b.5 Matth.24.d.38 1.Pet.3.d.20

Et sicut factũ est in diebus Noe, ita erit & in diebus Filij hominis. 26 καὶ καθὼς ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ Νῶε, οὕτως ἔσται καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. B

Diluuium.

Edebant, bibebant, uxores ducebant, & dabãtur nuptũ, ad eũ usq; diem quo introijt Noe in arcam: uenitq; diluuium, ac perdidit omnes. 27 ἤσθιον, ἔπινον, ἐγάμουν, ἐξεγαμίζοντο, ἄχρις ἧς ἡμέρας εἰσῆλθε Νῶε εἰς τὴν κιβωτόν, καὶ ἦλθεν ὁ κατακλυσμὸς, καὶ ἀπώλεσεν ἅπαντας.

20 Ita ut obseruari possit, μετὰ παρατηρήσεως: id est, cum externo quopiam maiestatis splendore, ex quo possit agnosci. Alioquin ex manifestis etiam multis signis potuit intelligi, Christum esse Messiam illum cuius regnum tandiu fuerat expetitum. Sed de ijs signis & notis hoc accipiendum est quas Pharisæi animo conceperant, qui scilicet terrenum quoddam regnum Messiæ expectabant: in quo errore Iudæi etiamnum hodie uersantur. Theophylactus mauult ad tempus referre, quod obseruari non possit: quia, inquit, regno Dei non est aliquod tempus constitutum, sed semper est præsens ei qui uelit credere, & uiuere ut fidelem decet. Nonnulli demũ παρατήρησιν putant uocari παράδοσιν: id est traditiones, in quibus illi summam pietatem ponebant: quasi Christus neget regnum Dei in istis externis rebus positum esse, sed potius in animo per fidem purgato. Ex his autem interpretationibus primam maximè probo, quòd simplicissima uideatur, & quæstioni propositæ in primis accommodata. Itaque non placuit ad uerbum interpretari μετὰ παρατηρήσεως cum obseruatione, ne nimis obscurè loquerer. 21 Intus habetis, ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν. Heb. בקרבכם: id est, ad uerbum ἐν μέσῳ ὑμῶν, in medio uestri. quod nihil aliud declarat quàm ἐν ὑμῖν, ut ferè semper conuerterunt Græci in Vetere testamento pro παρ' ὑμῖν, id est apud uos, ut loquuntur Latini: nisi quòd particulæ ἐντὸς hæc uidetur esse emphasis, ut significetur Messiam ita apud eos esse, ut minimè lateat, sed in medio uersetur, omnium conspectui expositus, ut loquitur Ioannes 1.d.27. uel fortasis ita declaratur, eos nõ modò propinquum, sed intus etiam, id est domi suæ, Messiam habere: ut nisi peruersa illa opinio de terreno illius regno ipsis offunderet tenebras, non potuerint ipsum non agnoscere. Deniq; testatur eos ut absentem quærere quẽ domi præsentem reijcerent: & fontem eius erroris aperit, sicut etiam testatur Ioannes 1. b. 11. Christum uenisse in sua, & à suis non agnitum. Ideò malui ἐντὸς ὑμῶν ἔστιν interpretari, intus habetis, quàm apud uos, aut in uobis, aut inter uos est. Sunt qui malint ad uerbum exponere, intra uos est, quasi significetur regnum Christi spirituale esse, C non autem terrenum, ut Pharisæi imaginabantur: quæ sententia ut uera sit, fortasis tamen non est huic loco satis accommodata, tribus de causis. Primum enim uidetur mihi uiolenta hæc expositio, Regnum Dei intra uos est: id est, positum est in ijs quæ ad animum pertinent, non autem in externo illo splendore. Cuperem igitur aliquod exemplum proferri, non quo sententia hæc cõfirmaretur (de cuius ueritate non dubito) sed ex quo intelligeretur, hoc dicendi genus ita esse explicandum. Deinde nõ dicit simpliciter, ἐντὸς ἔστιν, intus est, uel ἐν τοῖς ἐντὸς ἐστιν, est in ijs quæ intus sunt, uel ἐντὸς αὐθρώπου ἐστὶν, intra hominem est, sed ἐντὸς ὑμῶν ἐστὶν, intra uos est. Omnino autem habẽda est ratio eorum quos alloquitur, nimirum Pharisæorum, à quibus certè non est uerisimile Christum sumere uoluisse hypothesin in regni sui natura explicanda. Postremò non hic agitur (opinor) de regno Christi in Ecclesia, sed de ipsius aduentu in mundum. Itaq; Christi responsum huc quoque accommodandum est: ex quo tamen postea rectè colligi potest generalis doctrina, quum eadem sit conditio membrorum & capitis. 22 Vnum ex diebus Filij hominis, μίαν τῶν ἡμερῶν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. Cur unum ex diebus malim interpretari quàm unum dierum, alibi exposuimus. Loquitur autem de priore Christi aduentu in mundum, & tempus fore dicit quo discipuli ipsum absentem magna cum animi tristitia frustra requirant. Nam quid non perpessos fuisse probabile est, ab ea nocte qua captus fuit, ad eum usq; diem quo sese rediturum ipsis exhibuit, imò uerò usq; dum à Spiritu sancto confirmaren turſIn proximo autem uersiculo diem Filij hominis, appellat diem posterioris aduentus Domini, quem ait fulgoris instar tum repentinũ, tum etiam clarissimũ fore: ita ut nullus sit angulus terræ tã remotus, quò non is fulgor peruenìat. Itaq; nõ esse audiẽdos eos qui uel hic uel illic Christũ dixerint latitare: sicut hodie loquũtur qui Christũ è cœlo eliciunt. Sed tamẽ hũc posteriorẽ aduẽtũ possumus à promulgato inter Gẽtes Euãgelio auspicari. Tum enim cogi cœpit Ecclesia in uniuerso orbe terrarũ: quã idcirco catholicã uocamus. Ex eo inquã cœpit Christus in ter suos regnare: nec prius pugnare aduersus hostes desinet, quàm subactis tãdẽ damnatisq; omnib. impijs. Deus sit omnia in omnibus. 23 Aut, ecce illic: ἢ ἐκεῖ ἰδοὺ ἐκεῖ. Vetus interpres legit καὶ ἰδοὺ ἐκεῖ & ecce illic: eadẽ quidẽ manente sententia, sed tamẽ placuit hoc annotare, quòd alibi uideantur interdũ permutatæ hę particulæ obscuritatẽ nonnullã afferre, ut Ro.4.c.13. sicut etiã annotauimus Matth.12.c.37. Cæterùm in duobus exemplarib. post ἐκεῖ additũ reperimus ὁ χριστὸς, Christus.

A ὁμοίως καὶ ὡς ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Λώτ· ἤσθιον, ἔπινον, ἠγόραζον, ἐπώλουν, ἐφύτευον, ᾠκοδόμουν.

28 Similiter etiam ut accidit in diebus Lot: edebant, bibebant, emebant, uendebant, plantabant, ædificabant: Genes. 19. c. 24

ᾗ δ' ἡμέρᾳ ἐξῆλθε Λὼτ ἀπὸ Σοδόμων, ἔβρεξεν πῦρ καὶ θεῖον ἀπ' οὐρανοῦ, καὶ ἀπώλεσεν ἅπαντας.

29 Quo autem die exijt Lot è Sodomis, pluit ígni & sulphure de cœlo, & omnes perdidit: Lot.

κατὰ τὰ αὐτὰ ἔσται ἡ ἡμέρα ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀποκαλύπτεται.

30 Secundum hæc erit dies quo Filius hominis reuelabitur.

ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὃς ἔσται ἐπὶ τοῦ δώματος, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ ἐν τῇ οἰκίᾳ, μὴ καταβάτω ἆραι αὐτά· καὶ ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ, ὁμοίως μὴ ἐπιστρεψάτω εἰς τὰ ὀπίσω.

31 In illo die si quis fuerit supra domum, & uasa eius in domo, ne descendat ad tollendum ea: & qui in agro, similiter non reuertatur ad ea quæ retro reliquerit.

μνημονεύετε τῆς γυναικὸς Λώτ.

32 Memineritis uxoris Lot. Vxor ipsius Lot.

ὃς ἐὰν ζητήσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὃς ἐὰν ἀπολέσῃ αὐτήν, ζωογονήσει αὐτήν.

33 Quicunque quæsierit animam suam seruare, perdet eam: & quicunque perdiderit eam, uitam ei parabit. Genes. 19. c. 26 Supra 9. c. 24. & 16. d. 25 Matth. 10. d. 39 Marc. 8. d. 35 Ioan. 12. d. 25 Matth. 24. d. 41

λέγω ὑμῖν, ταύτῃ τῇ νυκτὶ ἔσονται δύο ἐπὶ κλίνης μιᾶς· ὁ εἷς παραληφθήσεται, καὶ ὁ ἕτερος ἀφεθήσεται.

34 Dico uobis, illa nocte erũt duo in lecto uno: unus accipietur, & alter relinquetur.

δύο ἔσονται ἀλήθουσαι ἐπὶ τὸ αὐτό· μία παραληφθήσεται, καὶ ἡ ἑτέρα ἀφεθήσεται.

35 Duę erunt molentes simul: una accipietur, & altera relinquetur.

B δύο ἔσονται ἐν τῷ ἀγρῷ· ὁ εἷς παραληφθήσεται, καὶ ὁ ἕτερος ἀφεθήσεται.

36 Duo erunt in agro: unus accipietur, & alter relinquetur.

καὶ ἀποκριθέντες λέγουσιν αὐτῷ· ποῦ, κύριε; ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, ὅπου τὸ σῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί.

37 Tunc respondentes dicunt ei: Vbi Domine? Ipse uerò dixit eis: Vbi corpus, illuc cogentur & aquilæ. Matth. 24. c. 28

ΚΕΦ. ιη'.

CAP. XVIII.

Ἔλεγε δὲ καὶ παραβολὴν αὐτοῖς, πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι, καὶ μὴ ἐκκακεῖν,

1 Dixit autem eis etiam parabolam, huc spectãtem, quòd oporteret ipsos semper orare, nec segnescere, Orandum semper. Eccl. 18. c. 22 Rom. 12. b. 12 1. Thess. 5. c. 17

λέγων· κριτής τις ἦν ἔν τινι πόλει, τὸν θεὸν μὴ φοβούμενος, καὶ ἄνθρωπον μὴ ἐντρεπόμενος.

2 Dicens: Iudex quidã erat in quadam urbe qui Deum non timebat, nec quenquã reuerebatur.

χήρα δὲ ἦν ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ, καὶ ἤρχετο πρὸς αὐτὸν, λέγουσα· ἐκδίκησόν με ἀπὸ τοῦ ἀντιδίκου μου.

3 Erat autem in illa urbe quædam uidua, quæ uenit ad eum, dicens: Vindica me de aduersario meo.

καὶ οὐκ ἤθελησεν ἐπὶ χρόνον. μετὰ δὲ ταῦτα εἶπεν ἐν ἑαυτῷ· εἰ καὶ τὸν θεὸν οὐ φοβοῦμαι, καὶ ἄνθρωπον οὐκ ἐντρέπομαι,

4 Ille autem noluit ad *multum* tempus. Post hæc uerò dixit apud se: Etsi Deum non timeo, nec quenquam reuereor:

διά γε τὸ παρέχειν μοι κόπον τὴν χήραν ταύτην, ἐκδικήσω αὐτήν, ἵνα μὴ εἰς τέλος ἐρχομένη ὑπωπιάζῃ με.

5 Tamen quia molestiam mihi exhibet uidua ista, uindicabo eam, ne ad extremum ueniẽdo, obtundat me.

C εἶπε δὲ ὁ κύριος· ἀκούσατε τί ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας λέγει.

6 Ait autem Dominus: Audite quid iudex ille iniquus dicat.

36 Duo erunt in agro, Δύο ἔσονται ἐν τῷ ἀγρῷ. Hunc uersiculum omisit Erasmus tanquam ex Matthæo adiectum: reperimus tamen in editione Complutensi & uetustis codicibus, 2. 3. 6. 7. 37 Corpus, σῶμα. In uno exemplari, & apud Theophylactũ scriptum est πτῶμα, id est cadauer: sicut etiam in nonnullis codicibus testatur se legisse Eras. uideturq; hæc lectio magis accommodata similitudini à carniuoris auibus sumptæ. Vide Matthæum 24. c. 28.

IN CAP. XVIII.

1 Huc *spectantem*, quòd oporteret, πρὸς τὸ δεῖν. Sic rectè Erasmus, ut Hellenismum explicaret. Vulgata, quoniã oporteret, ὅτι δεῖ. Segnescere, ἐκκακεῖν: uel, afflictionibus & malis cedere. Nam *kanèt* proprie dicitur de segni & meticuloso, qui pedem referat in certamine, παρὰ τὸ χάσμα, ut annorat Eustathius. Vulg. deficere, id est ἐκλείπειν. Eras. defatigari, id est ἐκπάμνειν. 2 Quenquam, ἄνθρωπον. Vel, homines. ut sit enallage numeri. Sed ἄνθρωπον sæpe pro particula τινὰ positum, iam antea obseruauimus. Puto igitur id esse quod uernaculo nostro sermone dicimus *il ne craignoit homme, ou, il ne craignoit personne*. Sed & hoc placet παρίγνως annotare (ne quis miretur, impium & iniquissimum iudicem cum Deo comparari) hoc loco paria inter se non conferri, sed minus cum maiore: quasi dicat Dominus. Si etiam ab iniquissimis iudicibus per importunitatẽ ius obtinetur, quanto magis piorum assiduæ preces apud Deum ualebunt? 4 Ad *multum* tempus, ἐπὶ χρόνον. Eras. aliquandiu. quam interpretationem non prorsus repudio. Sed tamen quia χρόνος interdum de longo temporis spacio dicitur, & ea significatio melius repræsentat eam μακροθυμίαν cuius postea fit mentio, Veterem interpretem sum sequutus. Nam etiam apud Homerum Odyss. ξ. reperio ἐπὶ χρόνον ita usurpatum, ut non paruum temporis spacium declaret. 5 Obtundat me, ὑπωπιάζῃ με. Sic (ni fallor) quidam nuper multo rectius hunc locum interpretatus est, quàm Vetus interpres aut Erasmus, qui uerterunt, fugillet, id est uituperet ac deroget, ut Erasmus explicat. Quorsum enim hoc afferat qui nec Deum timet, nec homines reueretur? imo uerò ὑπωπιάζειν propriè dicuntur pugiles, quum pugnis aut cæstibus antagonistã

obtundunt. unde κατατιτρώσκειν dicuntur uulnera ex contusione accepta, præsertim in facie (ut grammatici tradunt) liuida scilicet ex collecto ad cutim sanguine. Inde factum, ut accipiatur pro domare & quasi ualidis ictibus subijcere reluctantem, ut accipitur 1. Cor. 9. d. 27. ubi Paulus comparationem à pugilibus sumptam prosequitur. Hic uerò de ea molestia dicitur quam sustinet quispiam, cuius aures ab importuno aliquo flagitatore quasi uerberantur: sicut apud Latinos simili prorsus translatione usurpatur uerbum Obtundere. quod & ipsum proprie de pugilibus dici ostendit illud Plauti in Amphitryone: Fateor, nã sum obtusus pugnis pessimè. In quibus data igitur exemplarib. nõ uidetur rectè legi ἐκπαίσῃ, siue, ut scriptũ est in Romano Theophylacto, ἐκπαίσῃ: id est, opprimat aut affligat. A

Vindicta electorum Dei.

Deus autem non uindicabit electos suos, uoctferantes ad se die ac nocte, etiamsi iram differat super ipsis?

7 ὁ δὲ θεὸς τὴν μὴ ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ, τῶν βοώντων πρὸς αὐτὸν ἡμέρας καὶ νυκτός, καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς;

Dico uobis quòd uindicabit eos citò. Veruntamen Filius hominis quum uenerit, num reperturus est fidem in terra?

8 λέγω ὑμῖν, ὅτι ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν αὐτῶν ἐν τάχει. πλὴν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐλθὼν ἆρα εὑρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς;

Fides.

Confidentes in sua iustitia.

Dixit autem etiam ad quosdam, apud se persuasos quòd essent iusti, & qui pro nihilo habebant reliquos, parabolam istam:

9 Εἶπε δὲ καὶ πρός τινας τοὺς πεποιθότας ἐφ' ἑαυτοῖς, ὅτι εἰσὶ δίκαιοι, καὶ ἐξουθενοῦντας τοὺς λοιπούς, τὴν παραβολὴν ταύτην·

Duo homines ascenderant in templum ut orarent: unus Pharisæus, & alter publicanus.

10 ἄνθρωποι δύο ἀνέβησαν εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι, ὁ εἷς φαρισαῖος, καὶ ὁ ἕτερος τελώνης.

Pharisæi oratio.

Pharisæus stans hæc apud se orabat: Deus, gratias ago tibi quòd non sim ut reliqui homines, rapaces, iniusti, mœchi: uel etiam ut iste Publicanus:

11 ὁ φαρισαῖος σταθεὶς, πρὸς ἑαυτὸν ταῦτα προσηύχετο· ὁ θεός, εὐχαριστῶ σοι, ὅτι οὐκ εἰμὶ ὥσπερ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, ἅρπαγες, ἄδικοι, μοιχοί, ἢ καὶ ὡς οὗτος ὁ τελώνης. B

Ieiuno bis in hebdomade, decimo omnia quæ possideo.

12 νηστεύω δὶς τοῦ σαββάτου, ἀποδεκατῶ πάντα ὅσα κτῶμαι.

Publicanus autem eminus stans, nolebat uel oculos in cœlum attollere: sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus, propitius esto mihi peccatori.

13 ὁ δὲ τελώνης μακρόθεν ἑστὼς, οὐκ ἤθελεν οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπᾶραι, ἀλλ' ἔτυπτεν εἰς τὸ στῆθος αὐτοῦ, λέγων· ὁ θεός, ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ.

Oratio Publicani.

Humilitas. Supra 14. c. 11 Matth. 23. a. 12.

Dico uobis, descendit iste iustificatus domũ suam potius quàm ille. quia quicunq; se extollit, deprimetur: & qui se deprimit, extolletur.

14 λέγω ὑμῖν, κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἢ ἐκεῖνος. ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται· ὁ δὲ ταπεινῶν ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται.

Puerorum est regnum cœlorum. Matth. 19. b. 13 Marc. 10. b. 13

Afferebant autem ad eum *à nonnullis* etiam infantes, ut eos tangeret: quũ autem hoc uidissent discipuli, obiurgarunt illos.

15 Προσέφερον δὲ αὐτῷ καὶ τὰ βρέφη, ἵνα αὐτῶν ἅπτηται. ἰδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ, ἐπετίμησαν αὐτοῖς.

7 Etiamsi iram differat super ipsis, καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς: id est, quantumuis tardus uideatur in ulciscendis ipsarum iniurijs. Omnino enim accipitur καὶ pro διὰ siue διαὐτοῦ, ut rectè explicat Theophylactus: quam etiam enallagen annotauimus Matth. 5. c. 19. & 15. a. 6. Chrysostomus tamen in oratione posteriore περὶ προσευχῆς legit, καὶ μακροθυμεῖ ἐπ' αὐτοῖς: id est, & iram differet super ipsis: quam lectionem sequutus Vetus interpres conuertit, Et patiẽtiam habebit super illis: quasi neget Dominus se iram dilaturum, ut suos ulciscatur, quia nimirum sequitur, eum uindicaturum suos ἐν τάχει: quod alioquin pugnare uidetur cum illa μακροθυμίᾳ. At ego non possum hanc sententiam amplecti, quum & uniuersa Scriptura & sanctorum innumerabiles historiæ testentur, à Domino interdum diu differri supplicium in impios & Ecclesiæ aduersarios constitutum: unde illæ Dauidis & Prophetarũ querelæ, & uox illa Martyrum quæ commemoratur Apoc. 6. c. 10. Sic enim placet Domino suos exercere, & patientiam etiam erga uasa ad interitum compacta commendare: ut loquitur Apostolus Rom. 9. c. 22. alioquin quorsum iuberet Dominus ut in precando simus uelut importuni, si statim ad uindicandos suos proueret? Quomodo autem intelligendum sit illud ἐν τάχει tum in proximo uerticulo, tum uerò alijs multis Scripturæ locis, indicatur 1. Pet. 3. b. 8. & 2. nisi malimus interpretari repentè aut subitò: uel ad iræ Dei acerbitatem referre: quæ quidem tanta futura est, ut simulatq; momentum illud aduenerit perdendis impijs constitutum, statim eos penitus absumat: ut canit Dauid Psal. 37. b. 10. & 73. c. 19. & 20. 8 Dico uobis quòd uindicabit eos, λέγω ὑμῖν ὅτι ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν αὐτῶν. In Cõplutensi codice & manuscripto exemplari duodecimo legitur καὶ λέγω, Etiam dico. Rursus annotat Erasmus, in quodam codice extremam partem superioris uerticuli cum isto connecti, hoc modo, καὶ λέγω, μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν: id est, Erasmo interprete, Etiam dico, longanimis super illis faciet uindictam. Sed receptam lectionẽ amplecti malo. 12 In hebdomade, τοῦ σαββάτου. Vulg. & Eras. Sabbatho: quæ interpretatio neq; satis plana est, neq; huic loco cõuenit. Vide Matth. 28. a. 1. 14 Potius quàm ille, ἢ ἐκεῖνος. De Eclipsi particulæ μᾶλλον alibi diximus. Sed quod Hieronymus aduersus Pelagianos uertit, plus quàm ille, & Augustinus epistola 86. magis q̃ ille: mihi qui dẽ nõ placet. Stat enim illud Dauidis, Non iustificabitur in cõspectu tuo ullus uiuens. Itẽ illud, Cor contritũ Deus non abijcies: ex quibus efficitur, non fuisse ambobus istis communem iusticiam. Cæterùm in codicibus manuscriptis 2. & 8. scriptum erat παρ' ἐκείνου, eadem manente sententia. Sic enim Heb. 9. f. 23. ponitur παρὰ τούτοις pro ἐν τούτοις. Itaq; non assentior Erasmo qui παρ' ἐκείνου conuertit, præ illo. Vetus autem interpres uidetur potius legisse παρ' ἐκείνῳ, ut qui interpretatus sit, ab illo, sententia prorsus inepta, quamuis eum conetur Eras. excusare, prolato Gellij exẽplo. Sed quod plerig; Græci codices scriptũ habent ἐν ἐκείνῳ. sanè nõ intelligo, & hunc locum suspicor uariè fuisse deprauatũ, quòd insignẽ doctrinã cõtineat aduersus operũ fiduciã. Nã hoc illud est quod facit ut mundus Euãgelio tã pertinaciter reluctetur, quia nimirũ arguitur de peccato. 15 Obiurgarunt illos, ἐπετίμησαν αὐτοῖς: id est, eos à quibus afferebantur τὰ βρέφη, ut explicatur Marc. 10. b. 15. teneri scilicet & adhuc ab uberibus pendentes pueruli. Est enim aduersus hostes Pædobaptismi seruanda propria significatio uerbi περιτίθημι & nominis βρέφος, ut liquet ex eo quòd

eo quòd Dominus dicitur eos ἐναγκαλίζεσθαι, id est in ulnas seu gremium recepisse, Marc.10.b.16. deinde ex ijs quæ scribuntur infrà uers.17.& explicantur 1.Pet.2.a.2.

16 ὁ δὲ Ἰησοῦς προσκαλεσάμενος αὐτὰ, εἶπεν· ἄφετε τὰ παιδία ἐρχεσθαι πρός με, καὶ μὴ κωλύετε αὐτά· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ.

16 Iesus uerò quum puerulos aduocasset, dixit: Sinite puerulos uenire ad me, ne prohibeatis eos: talium est enim regnum Dei.

17 ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὃς ἐὰν μὴ δέξηται τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ ὡς παιδίον, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτήν.

17 Amen dico uobis, quicunque non acceperit regnum Dei tanquam puerulus, nequaquam introibit in illud.

18 καὶ ἐπηρώτησέ τις αὐτὸν ἄρχων, λέγων· διδάσκαλε ἀγαθε, τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω;

18 Tunc interrogauit eum quidam princeps, dicens: Magister bone, quid faciendo, uitam æternam possidebo?

19 εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθός, εἰ μὴ εἷς ὁ θεός.

19 Dixit autem ei Iesus: Cur me dicis bonum? nemo bonus, nisi unus, *nempe* Deus.

Vita æterna à quibus possidetur.

20 τὰς ἐντολὰς οἶδας· μὴ μοιχεύσῃς, μὴ φονεύσῃς, μὴ κλέψῃς, μὴ ψευδομαρτυρήσῃς· τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου.

20 Mandata nosti: Ne mœcheris: Ne occidas: Ne fureris: Ne falsum testimoniū dicas: Honora patrem tuum & matrem tuam.

Matth.19.b.16 Marc.10.b.17 Exod.20.c.13

21 ὁ δὲ εἶπε· ταῦτα πάντα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου.

21 Ille autem dixit: Hæc omnia custodiui à iuuentute mea.

22 ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτῷ· ἔτι σοι λείπει· πάντα ὅσα ἔχεις πώλησον, καὶ διάδος πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι.

22 Iesus uerò his auditis ait ei: Adhuc unum tibi deest: omnia quæ habes, uende, & distribue pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & ueni, sequere me.

Vendere omnia & dare pauperibus.

23 ὁ δὲ ἀκούσας ταῦτα, περίλυπος ἐγένετο· ἦν γὰρ πλούσιος σφόδρα.

23 At ille his auditis, ualde tristis factus est: nam diues erat ualde.

24 ἰδὼν δὲ αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς περίλυπον γενόμενον, εἶπε· πῶς δυσκόλως οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες, εἰσελεύσονται εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ·

24 Quum autem uidisset Iesus eū ualde tristem factum, dixit: Quàm difficile qui pecunias habent in regnum Dei introibunt.

Diues.

25 εὐκοπώτερον γάρ ἐστι κάμηλον διὰ τρυμαλιᾶς ῥαφίδος εἰσελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰσελθεῖν.

25 Facilius est enim camelum per foramen acus introire, quàm diuitē introire in regnum Dei.

26 εἶπον δὲ οἱ ἀκούσαντες· καὶ τίς δύναται σωθῆναι;

26 Qui uerò hoc audierant, dixerunt: Et quis potest saluus fieri?

27 ὁ δὲ εἶπε· τὰ ἀδύνατα παρὰ ἀνθρώποις, δυνατά ἐστι παρὰ τῷ θεῷ.

27 Ipse autem dixit: Quæ impossibilia sūt apud homines, possibilia sunt apud Deum.

Salus à Deo.

28 εἶπε δὲ ὁ Πέτρος· ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι.

28 Ait aūt Petrus: Ecce, nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te.

Sequentes Christum relictis omnibus.
Matth.19.d.27 Marc.10.c.28

29 ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐδείς ἐστιν ὃς ἀφῆκεν οἰκίαν, ἢ γονεῖς, ἢ ἀδελφάς, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἕνεκεν τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ,

29 Ipse uerò dixit eis: Amen dico uobis, nemo est qui relquerit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorē, aut liberos, regni Dei causa,

30 ὃς οὐ μὴ ἀπολάβῃ πολλαπλασίονα ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ, καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχομένῳ ζωὴν αἰώνιον.

30 Qui non recepturus sit multiplicia in hoc tēpore, & in seculo uenturo uitam æternam.

31 παραλαβὼν δὲ τοὺς δώδεκα, εἶπεν πρὸς αὐτούς· ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ τελεσθήσεται πάντα τὰ γεγραμμένα διὰ τῶν προφητῶν τῷ υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου.

31 Assumptis autem Iesus duodecim, ait eis: Ecce ascendimus Ieroſolymam, & perficientur Filio hominis omnia quæ scripta sunt per Prophetas.

Mortem suam prædicit Christus Apostolis.
Matth.20.b.17 Marc.10.c.32

32 παραδοθήσεται γὰρ τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐμπαιχθήσεται, καὶ ὑβρισθήσεται, καὶ ἐμπτυσθήσεται,

32 Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & contumelijs afficietur, & conſpuetur.

33 καὶ μαστιγώσαντες ἀποκτενοῦσιν αὐτόν, καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ ἀναστήσεται.

33 Et postquam flagellauerint, trucidabunt eū: sed die tertia resurget.

16 Quū puerulos aduocasset, περιπεποιησάμενος ὡς τέκνα. Fateor relatiuū ὡς τέκνα ad puerulos referri: quod ut melius intelligeretur, expressi ipsum antecedens. Sed ex eo non conficitur, Dominū cōpellasse ipsos puerulos, ac proinde eos iam fuisse natu grādiores: imò ex uulgata loquēdi cōsuetudine dicitur puerulū ad se uocare qui nutricē accersit quæ infantē ipsum afferat. Itaq; sic est hoc accipiendū, ut sciamus eos à quibus afferebantur pueruli, quos discipuli abigebant, iussos fuisse à Domino propius accedere, unà cū infantib. quos gestabant. 19 Cur me dicis bonū? &c. τί με λέγεις ἀγαθόν; &c. Marcionē qui unius Lucæ Euāgeliū admittebat, sed plurimis locis diminutū & corruptū, testatur Epiphanius hunc locū sic deprauasse, μή με λέγε ἀγαθὸν· πολλοὶ ἀγαθοί εἰσιν, ὁ εἷς ὁ πατήρ: id est, Ne me dicas bonū: unus bonus est, *nempe* Deus pater. Deinde in proximo uersiculo pro εἶδας nosti, substituerat οἶδα noui.

31 Filio hominis, τῷ υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου. Vetus interpres habet, de Filio hominis. Putauit enim deesse præpositionē, & τῷ υἱῷ cōstrui oportere cū participio γεγραμμένα, quū potius pertineant ad uerbū τελεσθήσεται. Est enim in Græco cō textu traiectio Lucæ familiaris, quam in Latina interpretatione mutauimus. 31 Cōtumelijs afficiētur, ὑβρισθήσεται. Vulg. flagellabitur, id est μαστιγώσεται. Dicitur aūt ὕβρις omnis maior improbitas ac flagitium per impotentiam perpetratum.

perpetratum. Itaque non tantùm ad id pertinet quòd flagellatus est Dominus, sed etiam quòd colaphis & bacillo cæsus est. imo uerò seorsum meminit flagellationis in proximo uersiculo. A

Ipsi uerò nihil horum intellexerunt: erantq; ista uerba abscondita ipsis, nec cognouerunt quæ dicebantur.

34 καὶ αὐτοὶ οὐδὲν τούτων συνῆκαν, καὶ ἦν τὸ ῥῆμα οὗτο κεκρυμμένον ἀπ' αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐγίνωσκον τὰ λεγόμενα.

Cæcus uisum recipit. Factum est autem dum ipse appropinquaret Iericho, cæcus quidã sedebat iuxta uiã, mẽdicãs.

35 ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἐγγίζειν αὐτὸν εἰς Ἰεριχὼ, τυφλός τις ἐκάθητο παρὰ τὴν ὁδὸν πτωχεύων·

Matth.20.d.29 Marc.10.d.46 Quum igitur is audisset turbam prætereuntẽ, interrogabat quid hoc esset.

36 ἀκούσας δὲ ὄχλου διαπορευομένου, ἐπυνθάνετο τί εἴη τοῦτο.

Renunciarunt autem ei quòd Iesus Nazarenus transiret.

37 ἀπήγγειλαν δὲ αὐτῷ, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος παρέρχεται.

Tunc uociferatus est, dicens: Iesu fili Dauid, miserere mei.

38 καὶ ἐβόησε, λέγων· Ἰησοῦ υἱὲ Δαβίδ, ἐλέησόν με.

Et qui præibant, obiurgabant eum ut sileret: ipse uerò multo magis clamabat: Fili Dauid, miserere mei.

39 καὶ οἱ προάγοντες ἐπετίμων αὐτῷ, ἵνα σιωπήσῃ. αὐτὸς δὲ πολλῷ μᾶλλον ἔκραζεν, υἱὲ Δαβίδ, ἐλέησόν με.

Iesus aũt quum restitisset, iussit eũ adduci ad se, & quum is appropinquasset, interrogauit eũ,

40 σταθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀχθῆναι πρὸς αὐτόν. ἐγγίσαντος δὲ αὐτοῦ, ἐπηρώτησεν αὐτὸν,

Dicens: Quid tibi uis faciam? Ille uerò dixit: Domine, ut uisum recipiam.

41 λέγων· τί σοι θέλεις ποιήσω; ὁ δὲ εἶπε, κύριε, ἵνα ἀναβλέψω.

Fides. Et Iesus dixit ei: Recipito uisum: fides tua te seruauit.

42 καὶ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, ἀνάβλεψον, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. B

Illico igitur uisum recepit, ac sequebatur eũ, glorificans Deum: & totus populus quum hoc uidisset, dedit laudem Deo.

45 καὶ παραχρῆμα ἀνέβλεψε, καὶ ἠκολούθει αὐτῷ, δοξάζων τὸν θεόν. καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἰδὼν, ἔδωκεν αἶνον τῷ θεῷ.

Laus Deo.

CAP. XIX.

ΚΕΦ. ιθ'.

Cũ Zacchæo publicano manet Christus. Iesus autem ingressus transibat per Iericho.

1 Καὶ εἰσελθὼν διήρχετο τὴν Ἰεριχώ.

Et ecce quidam qui uocabatur Zacchæus, qui princeps erat Publicanorum, & diues:

2 καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ὀνόματι καλούμενος Ζακχαῖος, καὶ αὐτὸς ἦν ἀρχιτελώνης, καὶ οὗτος ἦν πλούσιος.

Quærebatq; uidere quis esset Iesus, nec poterat præ turba, quòd statura paruus esset.

3 καὶ ἐζήτει ἰδεῖν τὸν Ἰησοῦν, τίς ἐστι, καὶ οὐκ ἠδύνατο ἀπὸ τοῦ ὄχλου, ὅτι τῇ ἡλικίᾳ μικρὸς ἦν.

Præcurrens igitur ascendit in sycomorum, ut uideret eum: nam futurum erat ut illac transiret.

4 καὶ προδραμὼν ἔμπροσθεν, ἀνέβη ἐπὶ συκομωραίαν, ἵνα ἴδῃ αὐτόν· ὅτι διὰ ἐκείνης ἤμελλε διέρχεσθαι.

Vt autem uenit ad eum locum, suspiciens Iesus, uidit eum, dixitq; ad eum: Zacchæe, festinans descende: hodie enim domi tuæ oportet me manere.

5 καὶ ὡς ἦλθεν ἐπὶ τὸν τόπον, ἀναβλέψας ὁ Ἰησοῦς εἶδεν αὐτὸν, καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν· Ζακχαῖε, σπεύσας κατάβηθι· σήμερον γὰρ ἐν τῷ οἴκῳ σου δεῖ με μεῖναι.

Tum is festinans descendit, & excepit eum gaudens.

6 καὶ σπεύσας κατέβη, καὶ ὑπεδέξατο αὐτὸν χαίρων. C

Resipiscentia siue pœnitentia Zacchæi. Quumq; uiderent omnes, murmurabant, dicentes quòd ingressus esset, apud hominem peccatorem diuersaturus.

7 καὶ ἰδόντες ἅπαντες, διεγόγγυζον, λέγοντες, ὅτι παρὰ ἁμαρτωλῷ ἀνδρὶ εἰσῆλθε καταλῦσαι.

Adstans autem Zacchæus dixit ad Dominum: Ecce, dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & siquid cuipiam per calumniam eripui, reddo quadruplum.

8 σταθεὶς δὲ Ζακχαῖος εἶπε πρὸς τὸν κύριον· ἰδοὺ τὰ ἡμίσιά μου τῶν ὑπαρχόντων μου, κύριε, δίδωμι τοῖς πτωχοῖς· καὶ εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα, ἀποδίδωμι τετραπλοῦν.

34 Ipsis, ἀπ' αὐτῶν. Heb. מהם ab ipsis: id est, ita ut quasi ab ipsorum conspectu essent remota: quod postea ad animum transfertur. Expunximus autem præpositionem, ut uitaremus amphiboliam.

IN CAP. XIX.

1 Iesus autem ingressus, καὶ εἰσελθὼν. Suppleuimus Iesu nomen, ut magis perspicua esset oratio. Deinde in proximo uersiculo pro οὐκ αὐτὸς & καὶ οὗτος usurpauimus simplex prouocabulum, ut Latinorum consuetudini seruiremus. 4 Præcurrens, προδραμὼν, ἔμπροσθεν. In Complutensi editione & manuscripto codice octauo legimus, καὶ προδραμὼν ἔμπροσθεν & quum ante accurrisset: quam lectionem magis amplector. nam alioquin abundabit aduerbium ἔμπροσθεν. Sycomorum, συκομωραίαν. De hoc arboris genere diximus nonnulla cap. 17. & multa commemorat in hunc locum Erasmus, quæ ex eo petere licebit. Sed hoc placuit annotare, in hoc nomine scribendo miram esse uetustorum codicum uarietatem. Nam præter συκομωραίαν legimus etiam συκομορίαν & συκομωρίαν & συκομωράαν. Illac, δι' ἐκείνης. Sic rectè Eras. Nã subauditur ὁδοῦ: quæ eclipsis in Græcis scriptoribus frequenter occurrit, nisi malis repetere συκομωραίαν. Vulg. inde, id est ἐκεῖθεν, quod non uidetur posse conuenire. 8 Si quid cuipiã per calumniam eripui, εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα. Sic placuit explicare Græcum uocabulum συκοφαντῶ: cuius propria significatio uidetur optimè conuenire personæ principis publicanorum. Istis enim ferè mos est, suis latrocinijs præte-

xere

A xere reip. commoda, & hoc obtentu ita impudenter prædari, ut si quis sese illorum rapacitati opponat, iniuriam sibi ac reip. fieri clamitent. Vulg. & Eraſm. ſi quid aliquem defraudaui: quæ interpretatio mihi uidetur nimium esse generalis, neque satis expresse declarare istorum hominum summam in latrocinando impudentiam.

εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, ὅτι σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ ἐγένετο, καθότι καὶ αὐτὸς υἱὸς Ἀβραάμ ἐστιν.

9 Dixit uerò Iesus ad eum: Hodie salus domui huic contigit, eo quòd ipse quoque es filius Abraham. *Salus. Filius Abrahæ.*

ἦλθε γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλός.

10 Venit enim Filius hominis ut quærat & seruet quod perierat. *Matth. 18. b. 11*

ἀκουόντων δὲ αὐτῶν ταῦτα, προσθεὶς εἶπε παραβολήν, διὰ τὸ ἐγγὺς αὐτὸν εἶναι Ἰερουσαλήμ, καὶ δοκεῖν αὐτοὺς ὅτι παραχρῆμα μέλλει ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ ἀναφαίνεσθαι.

11 Hæc autem ipsis audientibus, pergens, dixit parabolam, eo quòd esset prope Ierusalem, & quòd putarent fore ut illico regnum Dei appareret. *Homo profectus ad accipiendum sibi regnum.*

εἶπεν οὖν· ἄνθρωπός τις εὐγενὴς ἐπορεύθη εἰς χώραν μακρὰν, λαβεῖν ἑαυτῷ βασιλείαν, καὶ ὑποστρέψαι.

12 Dixit ergo: Homo quidã genere clarus profectus est in regionem longinquam ut acciperet sibi regnum, ac reuerteretur. *Matth. 25. a. 14*

καλέσας δὲ δέκα δούλους ἑαυτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς δέκα μνᾶς, καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· πραγματεύσασθε ἕως ἔρχομαι.

13 Vocatis autem decem seruis suis, dedit eis decem minas, & ait ad eos: Negociemini donec ueniam. *Minæ seruis data.*

οἱ δὲ πολῖται αὐτοῦ ἐμίσουν αὐτόν, καὶ ἀπέστειλαν πρεσβείαν ὀπίσω αὐτοῦ, λέγοντες· οὐ θέλομεν τοῦτον βασιλεῦσαι ἐφ' ἡμᾶς.

14 Ciues autem eius oderant eum, miseruntq; legationẽ post eum, dicentes: Nolumus hunc regnare in nos.

B καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἐπανελθεῖν αὐτὸν λαβόντα τὴν βασιλείαν, καὶ εἶπε φωνηθῆναι αὐτῷ τοὺς δούλους τούτους, οἷς δεδώκει τὸ ἀργύριον, ἵνα γνῷ τίς τί διεπραγματεύσατο.

15 Et factum est quum redijsset, accepto regno, tum iussit uocari illos seruos ad se, quibus dederat pecuniam: ut cognosceret quis quid negociatus esset.

παρεγένετο δὲ ὁ πρῶτος, λέγων· κύριε, ἡ μνᾶ σου δέκα μνᾶς προσηργάσατο.

16 Affuit autem primus, dicens: Domine, mina tua decem minas lucrifecit.

καὶ εἶπεν αὐτῷ· εὖ ἀγαθὲ δοῦλε· ὅτι ἐν ἐλαχίστῳ πιστὸς ἐγένου, ἴσθι ἐξουσίαν ἔχων ἐπάνω δέκα πόλεων.

17 Ille autem ait ei: Bene habet bone serue: quia in minimo fuisti fidelis, habeto potestatem super decem urbes.

καὶ ἦλθεν ὁ δεύτερος, λέγων, κύριε, ἡ μνᾶ σου ἐποίησε πέντε μνᾶς.

18 Et alter uenit, dicens: Domine, mina tua fecit quinque minas.

9 Eo quòd, *καθότι*. uel quatenus pro Quandoquidem, ut apud Quintilianum lib. 4. Sed quatenus, inquit, sorte quadam peruenimus ad difficilius narrationum genus, iam de ijs loquamur. Itaque *τὸ καθότι* hoc loco causalis est particula, ponituŕq; pro *διότι*: sicut Rom. 8. a. 3. *ᾧ ὁ* idem declarat atq; *διὸ*, ut suo loco dicemus. Ipse quoq; est filius Abraham, *καὶ αὐτὸς ὑὸς Ἀβραάμ ἐστιν*. Filium esse Abrahæ nihil aliud declarat quàm gratis electum esse: ut Rom. 9. b. 8. & uestigijs fidei Abrahæ insistere, ut Rom. 4. b. 12. & opera Abrahæ facere, ut Io. 8. c. 39. ex quib. demũ rectè colligitur certa futuræ salutis expectatio, ut Rom. 8. f. 29. Quòd autem ex antecedente particulari Dominus nectit uniuersalem conclusionem, id est, quòd ex Zacchæi fide colligit totius familiæ salutem, æstimandum est ex rationę fœderis quod cum ipso Abrahamo ita sancitum est, ut eius etiam familiam comprehenderet. id enim ex fœderis tessera liquet, quæ cum tota Abraham familia fuit communicata: ita tamen ut Domino interim maneat
C quòd talis esse solet familia, qualis est paterfamiliãs: & absurdum quoque puto quod existimant nonnulli, appellatione Domus significari Zacchæum. Quòd autem Eraſ. hunc locum sic interpretatur, eo quòd & ipsa filia sit Abrahæ, ea demum ratione nititur, quòd pro confesso assumpserit pronomen *αὐτὸς* referri ad *οἶκον*, quod uocabulũ apud Græcos masculinum est, quum Latinis domus fœmineo genere dicatur: quamobrem etiam pro *ὑὸς*, id est filius, conuertit filia, id est *θυγάτηρ*. Eadem quoq; ratio coegit Theophylactum & alios (opinor) ut per domum intelligerent Zacchæum ipsum, quia duré de familia dicatur, ipsam esse filiũ Abrahæ. Verùm quod ad Eraſmum attinet, licet confitear, hoc loco domum accipi pro familia, tamen eius interpretationem non recipio, quia *ὑὸς* non potest filiã significare: quamuis filiorum appellatione obseruent Iuriſc. etiam filias comprehendi: neq; (ut arbitror) usquam hoc dicendi genus usurpatur. Deinde cur non potius Lucas uteretur uocabulo *οἰκίας* & *θυγατρὸς*: Posto igitur *αὐτὸς* non referri ad *οἶκον*, sed pro *σὸ* positum esse, sicut etiam conuertimus, perinde nimirum ac si scriptum esset *καθότι καὶ σὺ ὑὸς Ἀβραάμ ἐσσι*. Excusatur autem hæc enallage duplici ratione. Sic enim alloquitur Dominus Zacchæum, ut rationẽ habeat circũstantiũ. Itaq; quũ initio Zacchæũ ipsum alloqueretur, postea ad illos se conuertit: quã tamẽ personæ mutationẽ conati sumus emollire, quòd nõ ita frequenter soleat à Græcis aut Latinis usurpari, nisi quum à recta oratione ad obliquã transitur, aut contrà. Sic tamẽ uidetur Isocrates in Nicoclis persona loquutus, his uerbis *ἵν' ὑπὲρ ὧν ἐπαινοῦσιν ἔχω ὑμῖν ὁ βασιλεὺς, ὃς οὐ μόνον διὰ τοῦτο παρῆνεσε, ἀλλὰ καὶ δι' ὑμᾶς, δικαίως ἂν ἡμῖν μισεῖσθε τιμᾶτε ἢ τοὐναντίον ἀξιοῦτε*, ubi fit transitus in eadem orationis specie à tertia persona ad primã, contrà quàm hoc loco à prima ad tertiã. Deinde ne quis de hac enallage amplius dubitet, simile prorsus exẽplũ reperitur Psal. 22. f. 26. ubi ponitur יראיו pro יראיך. Et Esaiæ 6. b. 10. usurpatur ורפאתי לו pro ורפאתי לה 11 Pergens, *προσθείς*. Vulg. & Eraſ. adiiciens. Sed apparet hoc dicẽdi genus esse ab Hebræis petitũ, qui sic usurpare solent uerbũ יסף quod respõdet τῷ *προσθεῖναι*. Sed apud unũ Lucã reperio hunc Hebraismũ, & quidẽ tribus prætetea locis usurpatũ, nẽpe infrà 20. b. 11. & 12. & Act. 12. a. 3. alibi in Nouo quidẽ testamẽto, nusquã. 16 Lucrifecit, *προσεργάσατο*. Ad uerbũ, adoperata est. Nos uocabulũ quæsiuimus illi Græco proximum. Nã Græcis eleganter dicitur pecunia *ἐργαστὴ* uel *ἐργος* quæ fœnori data est: & contrà *ἀργὸς*, id est ociosa, quæ domi asseruatur. Vulg. & Eraſ. acquisiuit, *προσεποίησατο*.

Ille uerò & isti dixit: Tu quoque præsis quinque urbibus.

19 εἶπε δὲ καὶ τούτῳ· καὶ σὺ γίνου ἐπάνω πέντε πόλεων. A

Mina recondita à seruo nequam.

Et alius uenit, dicens: Domine, ecce mina tua quam habui sepositam in sudario:

20 καὶ ἕτερος ἦλθε, λέγων· κύριε, ἰδοὺ ἡ μνᾶ σου, ἣν εἶχον ἀποκειμένην ἐν σουδαρίῳ·

Timui enim te, quòd homo austerus sis: tollis quod non posuisti, & metis quod nō seminasti.

21 ἐφοβούμην γάρ σε, ὅτι ἄνθρωπος αὐστηρὸς εἶ· αἴρεις ὃ οὐκ ἔθηκας, καὶ θερίζεις ὃ οὐκ ἔσπειρας.

Tum *ille* dixit ei: Ex ore tuo te iudicabo, serue male: sciebas quòd ego homo austerus sim, tollens quod nō posui, & metēs quod nō seminaui:

22 λέγει δὲ αὐτῷ, ἐκ τοῦ στόματός σου κρινῶ σε, πονηρὲ δοῦλε. ἤδεις ὅτι ἐγὼ ἄνθρωπος αὐστηρός εἰμι, αἴρων ὃ οὐκ ἔθηκα, καὶ θερίζων ὃ οὐκ ἔσπειρα·

Quare igitur non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego ueniens, cum usuris exegissem illam?

23 καὶ διατί οὐκ ἔδωκας τὸ ἀργύριόν μου ἐπὶ τράπεζαν, καὶ ἐγὼ ἐλθὼν σὺν τόκῳ αὐτὸ ἂν ἔπραξα αὐτό;

Et astantibus dixit: Tollite ab eo minam, & date ei qui decem minas habet.

24 καὶ τοῖς παρεστῶσιν εἶπεν· ἄρατε ἀπ' αὐτοῦ τὴν μνᾶν, καὶ δότε τῷ τὰς δέκα μνᾶς ἔχοντι.

Supra 8.c.18 Matth.13.b.12 & 25.c.29 Marc.4.c.25

Illi uerò dixerūt ei: Domine, habet decē minas.

25 καὶ εἶπον αὐτῷ· κύριε, ἔχει δέκα μνᾶς.

At *ille*: Nam, *inquit*, dico uobis quòd omni habenti dabitur: ab eo autem qui non habet, etiā quod habet, tolletur.

26 λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι παντὶ τῷ ἔχοντι δοθήσεται· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος, καὶ ὃ ἔχει, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.

Inimici Christi interficiuntur.

Quinetiam inimicos meos illos qui noluerunt me regnare in se, adducite huc, & mactate coram me.

27 πλὴν τοὺς ἐχθρούς μου ἐκείνους, τοὺς μὴ θελήσαντάς με βασιλεῦσαι ἐπ' αὐτούς, ἀγάγετε ὧδε, καὶ κατασφάξατε ἔμπροσθέν μου. B

Et his dictis, præibat ascendens Ierosolymam.

28 καὶ εἰπὼν ταῦτα, ἐπορεύετο ἔμπροσθεν ἀναβαίνων εἰς Ἱεροσόλυμα.

Iesus ingreditur Ierusalem. Matth.21.a.1 Marc.11.a.1

Et factum est quum appropinquasset Bethphage & Bethaniæ, ad mōtem qui uocatur Olearum, misit duos ex discipulis suis,

29 καὶ ἐγένετο ὡς ἤγγισεν εἰς Βηθφαγὴ καὶ Βηθανίαν, πρὸς τὸ ὄρος τὸ καλούμενον ἐλαιῶν, ἀπέστειλε δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ,

Dicens: Abite in uicum qui contrà uos est, in quem introeūtes, inuenietis pullum alligatum, supra quem nemo unquam hominum sedit: solutum eum adducite.

30 εἰπὼν· ὑπάγετε εἰς τὴν κατέναντι κώμην, ἐν ᾗ εἰσπορευόμενοι εὑρήσετε πῶλον δεδεμένον, ἐφ' ὃν οὐδεὶς πώποτε ἀνθρώπων ἐκάθισε· λύσαντες αὐτὸν ἀγάγετε.

Et si quis uos interrogauerit, Quare soluitis? sic dicetis ei: Quia Dominus eo opus habet.

31 καὶ ἐάν τις ὑμᾶς ἐρωτᾷ, διατί λύετε, οὕτως ἐρεῖτε αὐτῷ, ὅτι ὁ κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει.

Profecti autem qui missi erant, inuenerunt sicut dixerat eis.

32 ἀπελθόντες δὲ οἱ ἀπεσταλμένοι, εὗρον καθὼς εἶπεν αὐτοῖς.

Soluentibus autem ipsis pullum, dixerunt domini eius ad eos: Quare soluitis pullum?

33 λυόντων δὲ αὐτῶν τὸν πῶλον, εἶπον οἱ κύριοι αὐτοῦ πρὸς αὐτούς· τί λύετε τὸν πῶλον;

Ipsi uerò dixerūt: Quia Dñs eo habet opus.

34 οἱ δὲ εἶπον· ὁ κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει.

Matth.21.a.7 Ioan.12.b.14

Duxerunt igitur eum ad Iesum: & iectis uestimentis suis super pullum, imposuerunt Iesum.

35 καὶ ἤγαγον αὐτὸν πρὸς τὸν ἰησοῦν· καὶ ἐπιῤῥίψαντες ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια ἐπὶ τὸν πῶλον, ἐπεβίβασαν τὸν ἰησοῦν. C

Eunte autem eo, substernebant uestimenta sua in uia.

36 πορευομένου δὲ αὐτοῦ, ὑπεστρώννυον τὰ ἱμάτια αὐτῶν ἐν τῇ ὁδῷ.

Et quum appropinquaret iam ad descensum montis Olearum, cœpit omnis multitudo discipulorum gaudentium laudare Deum uoce magna, de omnibus quas uiderant uirtutibus:

37 ἐγγίζοντος δὲ αὐτοῦ ἤδη πρὸς τῇ καταβάσει τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν, ἤρξαντο ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν χαίροντες, αἰνεῖν τὸν θεὸν φωνῇ μεγάλῃ περὶ πασῶν ὧν εἶδον δυνάμεων,

Pax.

Dicēdo: Benedictus Rex ille qui uenit in nomine Domini: pax in cœlo, & gloria in locis altissimis.

38 λέγοντες· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος βασιλεὺς ἐν ὀνόματι κυρίου· εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις.

23 Ad mensam, ἐπὶ τὴν τράπεζαν, id est τοῖς τραπεζίταις mensarijs, ut legitur in Complutensi editione. 26 At *ille*. Nam, *inquit*, dico uobis, λέγω γὰρ ὑμῖν Necessariò fuit adijciendum aliquid ut cohæreret hic uersiculus cum superiore. Sic autem usurpaui particulam Nam, ut apud Virgilium positam inuenio, Æn. 8. Nam quis te iuuenum confidentissime nostras Iussit adire domos? Quum nihil præcesserit expressum cuius ratio afferatur: sed subaudiendum est aliquid ad id de quo agitur accommodatum. 27 Quinetiam, πλήν. Vide Matth.11.c.22. 28 Præibat, ἐπορεύετο ἔμπροσθεν. Sic quoque Vetus interpres hoc accipit, ut sit periphrasis uerbi πορεύεσθαι: quam expositionē maximè amplector. Nam hoc arguit singularem animi magnitudinem in Christo, ita alacriter ad mortem pergente (quamuis iam cum terrore mortis & iudicio Dei luctaretur) ut etiam timentibus discipulis præiret, sicut diserte refertur Marci 4.c.32. Erasmus, ibat pergens. Nam Græcis interdū τὸ πορεύεσθαι πρόειναι, accipitur εἶναι τοῦ προκόπτειν: id est promouere & pergere. Sed illa interpretatio mihi quidem plenior & uberior uidetur.

40 Mox

A καὶ τινες τ̃ φαρισαίων ἀπὸ τ̃ ὄχλου εἶπον πρὸς αὐ- 39 Tum quidam Phariſæorum è turba dixerunt
τὸν διδάσκαλε, ἐπιτίμησον τοῖς μαθηταῖς σου. ad eum: Magiſter obiurga diſcipulos tuos.

καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν 40 Et ipſe reſpõdens dixit eis: Dico uobis quòd
οὗτοι σιωπήσωσιν, οἱ λίθοι κεκράξονται. ſi hi ſiluerint, mox lapides clamabunt.

καὶ ὡς ἤγγισεν, ἰδὼν τὴν πόλιν, ἔκλαυσεν 41 Et ut appropinquauit, uiſa urbe, fleuit ſuper
ἐπ' αὐτῇ, ipſa,

λέγων, ὅτι εἰ ἔγνως καὶ σὺ, καὶ γε ἐν τῇ ἡμέρᾳ 42 Dicens: O ſi uel tu noſſes uel hoc ſaltem tuo
σου ταύτῃ, τὰ πρὸς εἰρήνην σου· νῦν δὲ ἐκρύβη ἀπὸ die, quæ ad pacem tuam pertinent: ſed ea nunc ab-
ὀφθαλμῶν σου. ſcondita ſunt oculis tuis.

ὅτι ἥξουσιν ἡμέραι ἐπί σε, καὶ παρεμβαλοῦσιν οἱ 43 Nam ueniet tempus in te conſtitutum, quo cir-
ἐχθροί σου χάρακά σοι, καὶ περικυκλώσουσί σε, καὶ cunijcient tibi inimici tui uallum, & circuncin-
συνέξουσί σε πανταχόθεν, gent te, & coarctabunt te undiq:

καὶ ἐδαφιοῦσί σε, καὶ τὰ τέκνα σου ἐν σοί, καὶ οὐκ 44 Teq; ſolo æquabunt, & filios tuos intra te:
ἀφήσουσιν ἐν σοὶ λίθον ἐπὶ λίθῳ, ἀνθ' ὧν οὐκ ἔγνως neque relinquent in te lapidem ſuper lapidem:
τὸν καιρὸν τ̃ ἐπισκοπῆς σου. propterea quòd non noueris tempus illud uiſi-
tationis tuæ. Viſitationis tempus.

καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸ ἱερὸν, ἤρξατο ἐκβάλλειν τοὺς 45 Et ingreſſus in templum, cœpit eijcere eos
πωλοῦντας ἐν αὐτῷ, καὶ ἀγοράζοντας, qui uendebant in illo & emebant, Vendentes eijciũ
tur de templo.

λέγων αὐτοῖς· γέγραπται, ὁ οἶκός μου, οἶκος προ- 46 Dicens eis: Scriptum eſt, Domus mea, do-
B σευχῆς ἔσται. ὑμεῖς δὲ αὐτὸν ἐποιήσατε σπήλαιον mus orationis eſt: uos autem feciſtis eam, ſpe-
λῃστῶν. luncam latronum.

καὶ ἦν διδάσκων τὸ καθ' ἡμέραν ἐν τῷ ἱερῷ. 47 Et docebat quotidie in templo. Principes au
οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς ἐζήτουν αὐτὸν tem Sacerdotum & Scribæ quærebant eũ per-
ἀπολέσαι, καὶ οἱ πρῶτοι τ̃ λαοῦ, dere, & primores plebis:

Lapides. Flens Chriſtus prædicit deſtructionẽ Ieruſalẽ. Iosuæ 21.2.6 Matth. 24.2.1 Marc.13.2.1

Vendentes eijciũtur de templo. Matth. 21.b.12 Marc.11.b.11 Eſa.56.c.7 Ierem.7.b.11 Matth.21.b.13 Marc.11.c.17

40 Mox clamabunt, κεκράξονται. Sic Eraſmus, ut emphaſin exprimat temporis paulo pòſt futuri. Legebatur tamen in octauo codice ἐκράξουσιν, id eſt clamabunt. 42 O ſi noſſes, ἔγνως ἀλλ. Sic rectè hunc locum interpretatus eſt doctiſsimus Budæus prioribus in Pandectas annotationibus. Eſt enim oratio defectiua, hominis ſcilicet partim commiſerantis inſtantem urbis cladem, partim inauditam perfidiam ac cõtumaciam ipſi exprobrantis: quod ut melius intelligeretur, addidimus particulam exclamandi. Hanc igitur germanam eſſe hius loci ſententiam, non dubito. Quidam tamen interpretantur, Vtinam noſſes: & fateor nonnunquam coniunctionem εἰ ſic explicari, ſed ita ut uel optandi modo uel ſubiunctiuo coniungatur, aut certè ſequatur ἄν particula ἐὰν τοῦτο. Vel tu, καὶ σύ. Vulg. & Eraſ. & tu. Ego uerò non uideo quis hic locus eſſe poſsit copulatiuæ coniunctioni. Neque enim (opinor) deflet, quòd ne ipſa quidem liberatorem agnoſceret, ſibi quaſi propriè præ cæteris urbibus ac peculiariter deſtinatum: unde futurum denunciat, ut multo acerbiores det pœnas contempti Meſsiæ, quàm urbes reliquæ: niſi quòd uidetur non diſsimilia interminatus Chorazin, Bethſaidæ, & Capernaum, in quibus oppidis plerunque fuerat minimo cum fructu uerſatus. Ponitur ergo particula καὶ ſicut apud Latinos Vel pro Saltem. Vel ſaltem, ἀλλά γε quid eſt, ſi poſt tot Prophetas interfectos & me quoq; prophetarum dominum toties repulſum, nunc ſaltem hac extrema profectione, aliquam tuijpſius rationem haberes. Ergo hic quoq; particula καὶ accipienda eſt ut paulo antè: quod etiam liquet ex particula γε adiuncta. Vulg. & tu. Eraſmus quoq; ſimiliter interpretatur, ſed in annotationibus uehementer fallitur, niſi ego potius fallor. Putauit enim uerbum ἔγνως abſolutè poni, & in poſteriore membro ſuppleudum uerbum, cui ſubiiciantur à tergo τὰ πρὸς εἰρήνην σου: ut ſit hæc ſententia. Si aliqua intelligentia tu quoq; præ
C dita eſes, ſaltem hoc tuo die curares quæ ad pacem tuam pertinent. Alij uerò nonnulli, ſed recentiores, poſt ἔγνως ſubaudiunt aliquid, nempe imminentia tibi mala: & in poſteriore membro itidem aliud uerbum ſubaudiunt. Sed hæc nullius (quod ſciam) interpretis idonei authoritate nituntur: & totam huius orationis emphaſin eneruant: deindè ſi ita libeat uerba foris accerſere, quem locum non liceat hæreticis deprauare? Origenem autem annotat Eraſmus non legere ἐκάλυψε, quarum tamen particularum maximum eſſe pondus rectè obſeruat. Hoc tuo die, ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου ταύτῃ. Dies huius urbis dicitur Hebræorum more, tempus illud quo Dominus ſingulari beneficio eam dignatus erat, niſi non iam eminus uocantem, ſed præſentem Deum ipſa contempſiſſet. Quæ ad pacem tuam pertinat, τὰ πρὸς εἰρήνην σου. (Heb. שאלי שלום ut Pſal. 122.6) id eſt, in quibus poſita eſt tota tua fœlicitas. Nam extra Chriſtum non eſt ſalus: ex quo efficitur, nullos ſibi peius conſulere quàm qui oblatum Chriſtum nolunt in ſe regnare. Quòd igitur Gregorius Pacis nomine intelligit huius mundi delicias, & alij quoq; aliter interpretantur, ne refutatione quidem indiget. Sunt autem hæc (ut modò dixi) cum uerbo ἔγνως, quod in hac oratione unicum eſt, coniungenda, ut non ineptè poſsis totam hanc orationem ſic explere: O ſi uel tu uel hoc ſaltem tuo die eum agnoſceres, à quo uno tota pax & ſalus tua dependet, quàm fœlix eſſes ac beata. Sed longè uehementiorem orationem efficit poſterioris membri apoſiopeſis. 43 Nam ueniet tempus, ἥξουσιν ἡμέραι. Theophylactus hæc ita conne ctit cum ſuperioris uerſiculi fine, ut ἐπὶ σὲ ponatur ἀλληγορῶς, in explanatione ſcilicet, hoc modo: Sed ea nunc ſunt oculis tuis tecta quòd ſcilicet tempus imminet, quo tui hoſtes, &c. Poſſemus etiam (ni fallor) ἐπὶ σὲ accipere pro ἐπὶ σοί, ita ut ſit concluſio ex ſuperioribus naſcens, & ſic conuertas: Sed ea nunc tecta ſunt oculis tuis. Quamobrem ueniet tempus quo, &c. Sed præſtat (ni fallor) pro cauſali coniunctione accipere, ut ſit altera apoſiopeſis in fine uerſiculi ſuperioris, cuius maximam eſſe energiam diximus. Sic igitur poſsit expleri ſententia: Sed hæc tibi iam ſunt ignota. Lataq; peribis. Nam ueniet tempus, &c. 44 Tempus illud uiſitationis tuæ, τὸν καιρὸν τ̃ ἐπισκοπ̃ σου: id eſt, hoc tempus punctum quo Deus ipſe te inuiſit. Puto enim habendam eſſe rationem propriæ ſignificationis τ̃ ἐπισκοπ̃, ut annotauimus ſuprà 1.f.68. Nam alioquin Hebræis פקידה pro quo Græci reddunt ἐπισκοπὴ, multo latius patet.
47 Quotidie, τὸ καθ' ἡμέραν, uel, interdiu. Nam ueſpere ſolebat ſe extra urbẽ recipere, ut apparet ex Matthæo & Marco.

IN CAP.

Nec inueniebant quid facerent: totus enim populus pendebat ab ipso, quum audiret eum.

48 καὶ οὐχ εὕρισκον τὸ τί ποιήσωσιν· ὁ λαὸς γὰρ ἅ- A
πας ἐξεκρέματο αὐτοῦ ἀκούων.

CAP. XX.

ΚΕΦ. κ'.

De potestate interrogant Christum Pharisæi. Matth. 21. c. 23 Marc. 11. d. 27

ET factum est, quodam dierum illorum, docente ipso populum in templo, & euangelizante, superuenerunt principes Sacerdotum & Scribæ, cum Senioribus,

1 Καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν ἐκείνων, διδά-
σκοντος αὐτοῦ τὸν λαὸν ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ εὐαγ-
γελιζομένου, ἐπέστησαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμμα-
τεῖς σὺν τοῖς πρεσβυτέροις,

Et dixerunt ad eum: Dic nobis qua authoritate ista facias, aut quis sit qui dedit tibi istam authoritatem.

2 καὶ εἶπον πρὸς αὐτὸν, λέγοντες· εἰπὲ ἡμῖν ἐν ποίᾳ
ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς, ἢ τίς ἐστιν ὁ δούς σοι τὴν ἐξου-
σίαν ταύτην.

Respõdens aũt Iesus dixit ad eos: Interrogabo uos & ego rem quandã: dicite igitur mihi:

3 ἀποκριθεὶς δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς, ἐρωτήσω ὑμᾶς
κἀγὼ ἕνα λόγον, καὶ εἴπατέ μοι·

Baptismus Ioannis.

Baptismus Ioannis è cœlo erat, an ex hominibus?

4 τὸ βάπτισμα Ἰωάννου ἐξ οὐρανοῦ ἦν, ἢ ἐξ ἀνθρώ-
πων;

At illi ratiocinabantur, apud se, dicentes: Si dixerimus, E cœlo: dicet, Quare ergo non credidistis ei?

5 οἱ δὲ συνελογίσαντο πρὸς ἑαυτοὺς, λέγοντες, ὅτι
ἐὰν εἴπωμεν, ἐξ οὐρανοῦ, ἐρεῖ, διατί οὖν οὐκ ἐπιστεύ-
σατε αὐτῷ.

Sin autem dixerimus, Ex hominibus: plebs uniuersa lapidabit nos. persuasa enim est, Ioannem prophetam esse.

6 ἐὰν δὲ εἴπωμεν, ἐξ ἀνθρώπων, πᾶς ὁ λαὸς κα-
ταλιθάσει ἡμᾶς· πεπεισμένοι γάρ εἰσιν Ἰωάννην
προφήτην εἶναι.

Respõderunt igitur se nescire unde esset.

7 καὶ ἀπεκρίθησαν, μὴ εἰδέναι πόθεν. B

Tum Iesus dixit eis: Neq; ego dicam uobis qua autoritate hæc faciam.

8 καὶ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· οὐδὲ ἐγὼ λέγω ὑμῖν, ἐν
ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ.

Vinea locata agricolis. Esa. c. 5. 1 Ierem. 2. d. 31 Matth. 21. d. 33 Marc. 12. a. 1

Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc: Homo quidam plantauit uineam, & elocauit eam agricolis: & peregrè fuit multũ tempus.

9 ἤρξατο δὲ πρὸς τὸν λαὸν λέγειν τὴν παραβολὴν
ταύτην· ἄνθρωπός τις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ
ἐξέδοτο αὐτὸν γεωργοῖς, καὶ ἀπεδήμησε χρόνους
ἱκανούς.

Et in tempore misit ad illos agricolas seruum, ut de fructu uineæ darent ipsi: qui cæsum remiserunt inanem.

10 καὶ τῷ καιρῷ ἀπέστειλε πρὸς τοὺς γεωργοὺς δοῦλον,
ἵνα ἀπὸ τοῦ καρποῦ τοῦ ἀμπελῶνος δῶσιν αὐτῷ· οἱ
δὲ γεωργοὶ δείραντες αὐτὸν, ἐξαπέστειλαν κενόν.

Ille uerò perrexit alterum seruum mittere: at ipsi hunc quoq; cæsum & dedecoratum remiserunt inanem.

11 καὶ προέθετο πέμψαι ἕτερον δοῦλον. οἱ δὲ
κἀκεῖνον δείραντες καὶ ἀτιμάσαντες, ἐξαπέστει-
λαν κενόν.

Et perrexit mittere tertium: at illi & istũ uulneratum eiecerunt.

12 καὶ προσέθετο πέμψαι τρίτον. οἱ δὲ καὶ τοῦτον
τραυματίσαντες ἐξέβαλον.

Filius hæres Christus occiditur.

Dixit igitur dominus uineæ: Quid faciam? mittam filium illum meum dilectum: forsitan quum hunc uiderint, reuerebuntur.

13 εἶπε δὲ ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος, τί ποιήσω;
πέμψω τὸν υἱόν μου τὸν ἀγαπητόν· ἴσως τοῦτον ἐν-
τραπήσονται·

Viso autem eo, agricolæ colloquuti sunt inter se, dicentes: Iste est hæres: uenite, trucidemus eum, ut nostra fiat hæreditas.

14 ἰδόντες δὲ αὐτὸν οἱ γεωργοὶ, διελογίζοντο πρὸς ἑαυ-
τοὺς, λέγοντες· οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος· δεῦτε ἀπο- C
κτείνωμεν αὐτὸν, ἵνα ἡμῶν γένηται ἡ κληρονομία.

Et eiectum eum extra uineam, trucidarunt. Quid ergo faciet eis dominus uineæ?

15 καὶ ἐκβαλόντες αὐτὸν ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος, ἀπέκτει-
ναν. τί οὖν ποιήσει αὐτοῖς ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος;

Veniet & perdet agricolas istos, & dabit uineam alijs. Hoc autem quum audissent, dixerũt: Absit.

16 ἐλεύσεται καὶ ἀπολέσει τοὺς γεωργοὺς τούτους, καὶ
δώσει τὸν ἀμπελῶνα ἄλλοις. ἀκούσαντες δὲ εἶπον,
μὴ γένοιτο.

Lapis Christus reprobatus à ludæis. Psal. 117. 22 Esa. 28. d. 16 Act. 4. b. 11 Rom. 9. g. 33 1. Pet. 2. a. 8

Ille uerò intuitus eos, ait: Quid illud est ergo quod scriptum est: Quem lapidem reprobauerunt ædificantes, is factus est caput anguli?

17 ὁ δὲ ἐμβλέψας αὐτοῖς εἶπε· τί οὖν ἐστὶ τὸ γεγραμ-
μένον τοῦτο, λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦν-
τες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας;

Omnis qui ceciderit super illum lapidem, cõquassabitur: super quem autem ceciderit, dissipabit eum.

18 πᾶς ὁ πεσὼν ἐπ' ἐκεῖνον τὸν λίθον, συνθλασθή-
σεται· ἐφ' ὃν δ' ἂν πέσῃ, λικμήσει αὐτόν.

Sacerdotes quærunt Christum occidere.

Tum quæsierunt principes Sacerdotum & Scribæ injcere in eum manus eo ipso momento: sed timuerunt plebem: cognouerunt enim quòd ad ipsos dixisset similitudinem hanc.

19 καὶ ἐζήτησαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς
ἐπιβαλεῖν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, καὶ
ἐφοβήθησαν τὸν λαόν· ἔγνωσαν γὰρ πρὸς αὐ-
τοὺς τὴν παραβολὴν ταύτην εἶπε.

IN CAP. XX.

1 Superuenerunt, ἐπέστησαν. Vulg. conuenerunt, συνῆλθον. Erasmus in annotationibus, adorti sunt, id est ἐπέθεντο. Vide supra 2. b. 9.

20 Itaq;

A καὶ παρατηρήσαντες ἀπέστειλαν ἐγκαθέτους ὑ- 20 Itaq; obseruantes *eum*, miserunt insidiatores,
ποκρινομένους ἑαυτοὺς δικαίους εἶναι, ἵνα ἐπιλάβων- qui se iustos esse simularent: ut carperent eius
ται αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ παραδοῦναι αὐτὸν τῇ ἀρχῇ sermonem, tradituri eum imperio & potestati
καὶ τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ ἡγεμόνος. Præsidis.

καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν, λέγοντες· διδάσκαλε, οἴδαμεν 21 Qui interrogauerunt eum, dicentes: Magi- *Tributum Cæsari reddendum.*
ὅτι ὀρθῶς λέγεις καὶ διδάσκεις, καὶ οὐ λαμβάνεις ster, scimus quod rectè dicis ac doces, nec acci- Matth.22.b.16
πρόσωπον, ἀλλ' ἐπ' ἀληθείας τὴν ὁδὸν τοῦ θεοῦ διδά- pis personam, sed uiam Dei in ueritate doces: Marc.12.b.13
σκεις. ἔξεστιν ἡμῖν κῆνσον καίσαρι φόρον δοῦναι, ἢ οὔ; 22 Licet nobis censum dare Cæsari, an non?
κατανοήσας δὲ αὐτῶν τὴν πανουργίαν, εἶπε πρὸς 23 Animaduersa autem eorum calliditate, dixit
αὐτούς, τί με πειράζετε; ad eos: Quid me tentatis?
δείξατέ μοι δηνάριον, τίνος ἔχει εἰ- 24 Ostendite mihi denarium: cuius habet ima-
κόνα καὶ ἐπιγραφήν; ἀποκριθέντες δὲ εἶπον, καί- ginem & inscriptionem? Respondentes autem
σαρος. dixerunt, Cæsaris.

ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, ἀπόδοτε οὖν τὰ καίσα- 25 Tunc ait eis: Reddite igitur quæ *sunt* Cæsaris, *Rom.13.b.7*
ρος καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ θεοῦ τῷ θεῷ. Cæsari: & quæ *sunt* Dei, Deo.

καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἐπιλαβέσθαι αὐτοῦ ῥήματος ἐ- 26 Itaque non ualuerunt uerba eius carpere an-
ναντίον τοῦ λαοῦ· καὶ θαυμάσαντες ἐπὶ τῇ ἀποκρί- te populum: & mirati super responso eius, si-
σει αὐτοῦ, ἐσίγησαν. luerunt.

Προσελθόντες δέ τινες τῶν σαδδουκαίων, οἱ 27 Accedentes autem quidam Sadducæorum *De resurrectione Christum interrogant Sadducæi.*
B ἀντιλέγοντες ἀνάστασιν μὴ εἶναι, ἐπηρώτησαν αὐ- (qui negant esse resurrectionem) interrogaue- Matth.22.c.23
τόν, runt eum, Marc.12.b.18

λέγοντες· διδάσκαλε, Μωσῆς ἔγραψεν ἡμῖν, 28 Dicentes: Magister, Moses scripsit nobis: Si Deut.25.a.5
ἐάν τινος ἀδελφὸς ἀποθάνῃ ἔχων γυναῖκα, καὶ οὗ- cuius frater mortuus fuerit, habens uxorem, &
τος ἄτεκνος ἀποθάνῃ, ἵνα λάβῃ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ quidem sine liberis mortuus fuerit: ut accipiat
τὴν γυναῖκα, καὶ ἐξαναστήσῃ σπέρμα τῷ ἀδελ- frater eius uxorem illam, & exsuscitet semen
φῷ αὐτοῦ. fratri suo.

ἑπτὰ οὖν ἀδελφοὶ ἦσαν, καὶ ὁ πρῶτος λαβὼν 29 Septem ergo fratres fuerunt, quorum primus
γυναῖκα, ἀπέθανεν ἄτεκνος· accepta uxore, mortuus est sine liberis.

καὶ ἔλαβεν ὁ δεύτερος τὴν γυναῖκα, καὶ οὗτος 30 Accepit igitur eam secundus, *qui* & ipse mor-
ἀπέθανεν ἄτεκνος. tuus est sine liberis.

C καὶ ὁ τρίτος ἔλαβεν αὐτήν, ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ἑ- 31 Deinde tertius accepit eam: itidem autem &
πτὰ οὐ κατέλιπον τέκνα, καὶ ἀπέθανον· illi septē: nec reliquerūt liberos, & mortui sunt.

ὕστερον δὲ πάντων ἀπέθανε καὶ ἡ γυνή. 32 Post omnes autem mortua est & mulier.

ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει, τίνος αὐτῶν γίνεται γυνή; οἱ 33 In resurrectione ergo, cuius eorum erit uxor?
γὰρ ἑπτὰ ἔσχον αὐτὴν γυναῖκα. nam septem habuerunt eam uxorem.

καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· οἱ υἱοὶ τοῦ 34 Tum respondens ait eis Iesus: Filij huius æui
αἰῶνος τούτου γαμοῦσι καὶ ἐκγαμίσκονται· ducunt uxores, & nuptum dantur.

οἱ δὲ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν 35 Qui uerò digni habiti fuerint qui æuum il-
καὶ τῆς ἀναστάσεως τῆς ἐκ νεκρῶν, οὔτε γαμοῦσιν, lud consequantur, & resurrectionē ex mortuis,
C οὔτε ἐκγαμίσκονται· neq; ducunt uxores, neq; nuptum dantur.

οὔτε γὰρ ἀποθανεῖν ἔτι δύνανται, ἰσάγγελοι 36 Neq; enim mori possunt amplius. æquales *Resurgunt mortui.*
γάρ εἰσι· καὶ υἱοί εἰσι τοῦ θεοῦ, τῆς ἀναστάσεως υἱοὶ enim Angelis sunt: & filij sunt Dei, quum sint
ὄντες. filij resurrectionis.

20 Itaque obseruantes *eum*, καὶ παρατηρήσαντες, id est captantes. Ponitur enim τὸ παρατηρεῖν hoc loco in uitio, nisi libeat subaudire τὴν λαμβὼν, & seruata aoristi significatione, interpretari. Et obseruato tēpore opportuno. Vt carperent eius sermonem, ἵνα ἐπιλάβωνται αὐτοῦ λόγου id est, ut aliquid ex ipsius sermone arriperent, & hac occasione calumniā ei strnerent. Sic enim hoc loco explicandum est τὸ ἐπιλαμβάνεσθαι. Vulg. & Eras. ut caperent eū in sermone: pro quo dicere maluissem, ut interciperent eum. Legerunt autem λόγῳ: & nos in quibusdam codicibus legimus λόγου & λόγοις. Sed magis est usitata constructio quam sumus sequuti, & confirmatur etiam simili exemplo paulo pòst, uersu 26. Imperio & potestati Præsidis, τῇ ἀρχῇ καὶ ἐξουσίᾳ τοῦ ἡγεμόνος: id est, Præsidi, penes quem erat imperium ac potestas. Sic περιφρανικῶς Cæsaream maiestatem pro ipso Cæsare dicimus. 23 Animaduersa, διανοήσας. Vulg. Cōsiderans, id est νοήσας, uel σκεψάμενος. Eras. Intellecta, id est ἐνοήσας. Calliditate, πανουργίαν. Vulg. dolo, non satis expresse. Significat enim πανουργία quandam ad malè agendum solertiam, longo scilicet usu & tractandis rebus omnibus quæsitam: sicut Latinis callidus dicitur à callendo, uel ab eo quòd usu artis callum duxerit. Eras. uersutia, id est πανουργία. Nam Cicero πανοῦργον uersutum interpretatur. 26 Carpere, ἐπιλαβέσθαι, id est reprehendere. Sic Plato in Gorgia, ἵνα μὴ δὲ λόγου σε, τῶν λόγων ἐπιλάβωμαι. Omnia quæ uidi exemplaria ita scriptum habent. Vetus tamen interpres habet, Sine liberis fuerit, ἄτεκνος ἀποθάνῃ, & quidem rectius, ut opinor. 34 Filij huius æui, οἱ υἱοὶ αἰῶνος τούτου. Hebraismus est quem suprà exposuimus 16.b.8. qui tamen hoc loco paulo aliter accipitur. Nam illic uocantur Filij huius seculi qui præsenti uitæ sunt addicti, & Filijs lucis opponuntur. Hic uerò dicuntur hoc nomine quicunque in hoc mundo adhuc uersantur. alioquin uideretur matrimonium ad Filios Dei non pertinere, ut impius ille Cyricius Papa docuit, contra tot manifesta scripturæ testimonia, ac præsertim contra id quod scribitur Heb. 13.a. 4. 36 Filij resurrectionis, υἱοὶ τῆς ἀναστάσεως: id est homines resurrectionis participes. Est enim Hebraismus, quem sæpe iam exposuimus. Sicut autem

autem uerè dicuntur uicturi qui æterna illa fœlicitate perfruentur: ita nerè censentur resurgere qui in uitam æternam resurgunt: quum alioquin, si resurrectionem in genere & per se consideremus, ex plurimis alijs scripturæ testimonijs constet etiam impios resurrecturos ut æternum exitium subeant: quod quidem non uita, sed mors dicitur: quia uita tam infœlix, proprie dici uita non debet. A

Exod.3.b.6 Quòd uerò resurgant mortui, etiam Moses indicauit apud rubum, quum dicit Dominum, Deum Abraham, & Deũ Isaac, & Deum Iacob.

37 ὅτι δὲ ἐγείρονται οἱ νεκροὶ, καὶ Μωσῆς ἐμήνυσεν ἐπὶ τῆς βάτου, ὡς λέγει Κύριον τὸν Θεὸν Ἀβραὰμ, καὶ τὸν Θεὸν Ἰσαὰκ, καὶ τὸν Θεὸν Ἰακώβ.

Deus autem non est mortuorum, sed uiuorum: omnes enim uiuunt ei.

38 Θεὸς δὲ οὐκ ἔστι νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων· πάντες γὰρ αὐτῷ ζῶσιν.

Respondentes autem quidam ex Scribis, dixerunt: Magister, bene dixisti.

39 ἀποκριθέντες δέ τινες τῶν γραμματέων, εἶπαν· Διδάσκαλε, καλῶς εἶπας.

Et amplius nõ audebãt eũ ququã interrogare.

40 οὐκέτι δὲ ἐτόλμων αὐτὸν ἐπερωτᾶν οὐδὲν ἕν.

Christus filius Dauid. Matth.22.d.44 Marc.12.d.35 Psal.109.a.1

Dixit autem ad eos: Quomodo dicunt Christum filium esse Dauid:

41 εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς· πῶς λέγουσι τὸν Χριστὸν υἱὸν Δαβὶδ εἶναι;

Et ipse Dauid dicit in libro Psalmorũ: Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis,

42 καὶ αὐτὸς Δαβὶδ λέγει ἐν βίβλῳ Ψαλμῶν, Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου,

Vsquedum posuero inimicos tuos scabellũ pedum tuorum.

43 ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου;

Dauid ergo Dominum eum uocat, & quomodo filius eius est?

44 Δαβὶδ οὖν κύριον αὐτὸν καλεῖ, καὶ πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἐστιν;

Audiente uerò toto populo, dixit discipulis suis:

45 ἀκούοντος δὲ παντὸς τοῦ λαοῦ, εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, B

Scribæ quales. Supra 11.f.43 Matth.23.a.6 Marc.12.d.38

Cauete à Scribis, qui uolunt ambulare stolati, & amant salutationes in foris, ac primos consessus in conuentibus, & primos discubitus in cœnis.

46 πρόσεχετε ἀπὸ τῶν γραμματέων τῶν θελόντων περιπατεῖν ἐν στολαῖς, καὶ φιλοῦντων ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς, καὶ πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς, καὶ πρωτοκλισίας ἐν τοῖς δείπνοις·

Qui penitus comedunt domos uiduarũ, & in speciem orationibus longis utuntur, isti ausferent grauius iudicium.

47 οἱ κατεσθίοντες τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσεύχονται. οὗτοι λήψονται περισσότερον κρίμα.

CAP. XXI.

ΚΕΦ. κά.

Vidua supra uires liberalitas. Marc.12.d.42

QVum autem aspexisset, uidit diuites mittentes munera sua in gazophylacium.

1 Ἀναβλέψας δὲ εἶδε τοὺς βάλλοντας τὰ δῶρα αὐτῶν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον πλουσίους·

Vidit autem & quandam uiduam pauperculam mittentem illuc minuta duo.

2 εἶδε δέ τινα χήραν πενιχρὰν βάλλουσαν ἐκεῖ λεπτὰ δύο·

Et dixit: Verè dico uobis, uidua hæc pauper plus quàm omnes misit.

3 καὶ εἶπεν· ἀληθῶς λέγω ὑμῖν, ὅτι ἡ χήρα αὕτη ἡ πτωχὴ πλεῖον πάντων ἔβαλεν·

Nam omnes hi ex eo quod ipsis superest, miserunt quod donarent Deo: hæc autem ex penuria sua totum uictum quem habebat, misit.

4 ἅπαντες γὰρ οὗτοι ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς ἔβαλον εἰς τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ, αὕτη δὲ ἐκ τοῦ ὑστερήματος αὐτῆς πάντα τὸν βίον ὃν εἶχεν ἔβαλε.

38 Ei, αὐτῷ id est, quod ad ipsum attinet, cui omnia futura sunt præsentia. Itaq; nisi futurum esset ut Abraham, Isaac, & Iacob resurgerent, Deus non se uocaret eorum Deum. Quod si quis obijciat, Deum non dicere se illorum Deum fore, sed esse: ex quo consequeretur, aut iam illos resurrexisse, aut hæc non pertinere ad corporum resurrectionẽ, sed ad animi uitam: sic respondet huic obiectioni Christus, ut dicat, Deo iam uiuere qui suo tempore sunt resurrecturi, ideoq; Deum de re certò futura non aliter quàm de re præsenti loqui. Quamuis enim animi immortalitas nec debeat nec possit à corporis resurrectione in hoc argumento separari, tamen ijs assentior qui hæc dicta accipiunt de corporum resurrectione potius quàm de animi immortalitate, de qua quæstum non erat. Obtẽdit autem particula γάρ ita tractandum esse hoc membrum, ut sit ad tacitam obiectionem respõsio. Nam alioquin potius dicendum fuerat πάντες τοῦ, id est omnes igitur, quàm πάντες γάρ, omnes enim. 41 Dicunt, λέγουσι. In duobus codicibus additur τινὲς, quidam. Sed fortasis tertia persona posita est secundo loco, ut diximus supra 19. b. 9. nisi malimus hæc non tam ad Scribas quàm de Scribis dicta ad quos tamen dicitur oratio dirigi, propterea quòd ipsi præsentes aderant quum Christus hunc sermonem haberet. 47 In speciem orationibus longis utuntur, προφάσει μακρὰ προσεύχονται. Vulg. simulantes lõgam orationem, sensu rectè expresso: neq; enim legendum opinor μακρῷ, sed μακρὰ, ut in Matthæo & Marco, accedente etiam duorum codicum fide. C

IN CAP. XXI.

1 Quum autem aspex. ἀναβλέψας: id est βλέψας, uel ἐπιβλέψας, ut exposuimus Marc. 8. c. 24. Vulg. respiciens. quod quidem declarat flexis in tergum oculis aspicere. Eras. sublatis oculis, quasi gazophylaciũ in edito loco esset. aut quòd antea suos intuitus, oculos sustulerit in eos qui longius aberant. 4 Ex eo quod ipsis supereſt, ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς. In secundo codice scriptum erat ἐκ τοῦ περισσεύματος αὐτῶν, eodem quidem sensu, sed fortasis accommodatius. quia sequitur ἐκ τοῦ ὑστερήματος. Quod donarent Deo: εἰς τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ. Heb. לתת ליהוה, ita ut ל causam finalem declaret & commodè etiam explicare possis, ad dandum Deo, τοῦ διδόναι τῷ Θεῷ. Nam dona Dei passiuè hic dicuntur quæ Deo consecrantur, ut fides Dei, quæ Deo habetur. & apud Hebræos uerbalia interdum pro infinitis uerborum ponuntur, suntq; per gerundi modum explicanda, ut Esai. 7. a. 1. עלה רצין מלך ארם ופקח בן רמליהו מלך ישראל למלחמה עליה pro לח לחם. Sed & εἰς τὰ δῶρα positũ est fortasis pro ὡς τὰ δῶρα: id est, inter dona.

A Aut Lucas τὰ δῶρα uocat ipsum templi ærarium seu gazophylacium, id est arculam ab Hebræis dictam אוצר, cuius fit mentio 2. Reg. 12. 10. idq; Chaldæorum idiomate, qui simili ratione hoc ærarium uocabant Corbanã, ut Matth. 27. a. 6. quum קרבן propriè declaret τὸ δῶρον, id est donum. Vulgata & Erasmus in munera Dei: quæ interpretatio nimium est obscura.

καὶ πινὲς λεγόντων περὶ τοῦ ἱεροῦ, ὅτι λίθοις καλοῖς καὶ ἀναθήμασι κεκόσμηται, εἶπε· 5

ταῦτα ἃ θεωρεῖτε, ἐλεύσονται ἡμέραι, ἐν αἷς οὐκ ἀφεθήσεται λίθος ἐπὶ λίθῳ, ὃς οὐ καταλυθήσεται. 6

ἐπηρώτησαν δὲ αὐτὸν, λέγοντες· διδάσκαλε, πότε οὖν ταῦτα ἔσται; καὶ τί τὸ σημεῖον, ὅταν μέλλῃ ταῦτα γίνεσθαι; 7

ὁ δὲ εἶπε, βλέπετε μὴ πλανηθῆτε· πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, λέγοντες, ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ ὁ καιρὸς ἤγγικε· μὴ οὖν πορευθῆτε ὀπίσω αὐτῶν. 8

ὅταν δὲ ἀκούσητε πολέμους καὶ ἀκαταστασίας, μὴ πτοηθῆτε· δεῖ γὰρ ταῦτα γενέσθαι πρῶτον, ἀλλ' οὐκ εὐθέως τὸ τέλος. 9

B τότε ἔλεγεν αὐτοῖς, ἐγερθήσεται ἔθνος ἐπὶ ἔθνος, καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν· 10

σεισμοί τε μεγάλοι κατὰ τόπους, καὶ λιμοὶ καὶ λοιμοὶ ἔσονται· φόβητρά τε καὶ σημεῖα ἀπ' οὐρανοῦ μεγάλα ἔσται. 11

πρὸ δὲ τούτων ἁπάντων ἐπιβαλοῦσιν ἐφ' ὑμᾶς τὰς χεῖρας αὐτῶν, καὶ διώξουσι, παραδιδόντες εἰς συναγωγὰς καὶ φυλακὰς, ἀγομένους ἐπὶ βασιλεῖς καὶ ἡγεμόνας ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου. 12

ἀποβήσεται ὑμῖν εἰς μαρτύριον. 13

θέτε οὖν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν μὴ προμελετᾶν ἀπολογηθῆναι· 14

ἐγὼ γὰρ δώσω ὑμῖν στόμα καὶ σοφίαν, ᾗ οὐ δυνήσονται ἀντειπεῖν οὐδὲ ἀντιστῆναι πάντες οἱ ἀντικείμενοι ὑμῖν. 15

παραδοθήσεσθε δὲ καὶ ὑπὸ γονέων καὶ ἀδελφῶν καὶ συγγενῶν καὶ φίλων, καὶ θανατώσουσιν ἐξ ὑμῶν. 16

C καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων διὰ τὸ ὄνομά μου. 17

καὶ θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὑμῶν οὐ μὴ ἀπόληται. 18

ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. 19

Et quibusdam dicentibus de tẽplo quòd pulchris lapidibus ac donarijs ornatum esset, dixit: Suprà 19. g. 34. Matth. 24. a. 1. Marc. 13. a. 1.

Hęccine spectatis? uenient dies quibus non relinquetur lapis super lapidem qui non dissoluatur.

Interrogauerunt autem eum, dicentes: Magister, quando igitur hæc erũt? & quod signum quando futurum est ut ista fiant? *Signa præcedẽtia cõsummationem seculi.*

Ipse uerò dixit, Videte ne seducamini: multi enim uenient in nomine meo, dicentes, Ego sum *Christus*: & tempus illud appropinquat: ne igitur eatis post eos. *Seductores & falsi Christi.*

Quum uerò audieritis bella & seditiones, ne terreamini: oportet enim ista primùm fieri, sed non statim finis *erit*.

Tunc dixit eis: Surget gens in gentem, & regnum in regnum:

Et terræ motus magni erunt singulis locis, & fames, ac pestilentiæ terriculamentaq; & signa è cœlo magna erunt. Matth. 24. a. 8. Marc. 13. b. 9.

Sed ante hæc omnia inijcient uobis manus suas, & *uos* persequẽtur, tradentes in synagogas & carceres, adductos ad Reges ac Præsides, no minis mei causa. *Afflictiones propter Christum.*

Hæc autem cedent uobis testimonio.

Habete igitur fixum in cordibus uestris, non esse præmeditandam defensionem: Suprà 12. b. 12. Matth. 10. b. 19. Marc. 13. b. 11.

Ego enim dabo uobis os & sapientiam, cui non poterunt contradicere neq; resistere omnes qui se opponent uobis.

Trademini autem etiam à parentibus & fratribus & cognatis & amicis, & morte multabunt *quosdam* ex uobis:

Et eritis exosi omnibus propter nomen meum.

Sed pilus capitis uestri non peribit. Matth. 10. c. 30.

Per patientiam uestram possidete animas uestras: *Patientia.*

5 Donarijs, ἀναθήμασι. Græci ἀναθήματα uocant donaria quæ templorum ærarijs consecrantur, παρὰ τὸ ἀνατιθέναι, id est (ut nonnulli explicant) quòd eiusmodi dona soleant ex reliquis bonis excepta cõsecrari: uel, ut quosdam malle uideo, quòd soleant de parietibus aut columnis templi suspendi. Hebræi hæc eadem (opinor) תרומת uocãt, à רום quod & ipsum declarat sursum attollere: ita scilicet ut solebat solẽni ritu sacerdos oblationes quas manu gestabat, quasi coram Dei conspectu attollere. Sed ἀνάθημα diuersæ significationis uocabulum, quamuis ab eodẽ uerbo ἀνατίθημι deriuetur, id declarat quod Hebræi חרם appellant, de quo dicemus Rom. 9. a. 3. quod discrimen rectè obseruauit Budæus, neglexit autem Erasmus quum in hunc locum scriberet. 6 Hæccine spectatis? ταῦτα ἃ θεωρεῖτε: Ad uerbũ, hęccine *sunt* ea quæ spectatis? uel, hæc ne quæ spectatis, scilicet miramini? Quamuis enim in Græcis codicibus non addatur interrogatio, quę etiã apud Hebræos sæpe omittitur, tamẽ non dubitaui eam apponere ex Matthæo & Marco. Eras. Ex his quæ uidetis: quæ interpretatio non uideo quomodo cohærear. 8 In nomine meo, ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου. Id est, nomẽ meum usurpãtes, ut ipse paulo pòst explicat. Nam alioqui dicuntur in nomine Christi uenire pseudoprophetæ qui se fingunt à Christo missos. 12 Adductos, ἀγομένους. Vulg. & Erasmus trahentes, quasi scriptũ sit ἀγοντας: quam lectionem si sequaris, subaudiẽda erit copulatiua καὶ, qua cõnectantur duo hæc participia. 13 Hæc autem cedent, ἀποβήσεται: id est, is aũt erit istarum rerum exitus, ut coram Deo & hominibus testata sit uestrorum hostiũ perfidia & crudelitas, ac uestra uicissim constantia. Vulg. & Eras. Continget autẽ: id est, συμβήσεται ὑμῖν. Nos uerò cur Contingentiæ uocabulum fugiamus, alibi exposuimus. 14 Habete igitur fixum, θέσθε οὖν. Sic Erasmus rectè expressit hoc dicẽdi genus ipsis etiã Græcis disertioribus familiare. hoc enim est quod sæpe apud Homerũ occurrit, σὺ δ' ἐν φρεσὶ βάλλεο σῇσιν, pro quo Virg. —memori quę condita mẽte teneto. 19 Possidete animas uestras, κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. Id est, quantumuis multa uos undiq; mala circunstent, fruamini nihilominus uirtute uestra, hæc omnia fortiter sustinendo. Nam ut mundus & Satan aduersus Ec-

clesiam coniurarint, & extrema quæq; experiantur, non potest tamen ipsius pacem ac tranquillitatem perturbare, A
quum ex ipsis doloribus arripiat lætitię & exultationis argumentū, ut scribitur Rom. 5. a. 1. 2. & 3. Hāc igitur exposi
tionē si sequamur. Possidere animā nihil aliud declarabit quàm uita fœlice ac beata perfruì. Nōnulli uerò perinde
hoc explicant, acsi significet, In hac uita uersari, sensu non multum diuerso à superiore. alij accipiunt pro uitā suam
& animum regere: quo modo iubet Paulus ut quisq; uas suum possideat cum honore, 1. Thess. 4. a. 4. id est, quisq;
corpus suum ab omni labe purum conseruet. Alij demum κτᾶσθαι τὰς ψυχὰς putant idem declarare atq; saluti suæ cō
sulere: &, sicut hic noster Lucas alibi scribit, seipsum lucrifacere. Nam, ut scribunt Matthæus & Marcus, qui perse
uerauerit ad finem usque, seruabitur. Quamuis autem istæ interpretationes parum uarient: tamen quia nonnihil
differunt, integrum Hebraismum seruare maluimus, quàm cuiusquam opinioni præiudicium afferre.

Matth. 24. b. 15. Marc. 13. b. 14. Dan. 9. g. 27.

Quum autem uideritis Ieruſalem circuncin- 20 ὅταν δὲ ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων
gi ab exercitibus, tunc agnoscite quòd appro- τότε γνῶτε ὅτι ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς.
pinquarit uastatio eius.

Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in montes: 21 τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη· καὶ
& qui in medio eius, excedant: & qui in agris, οἱ ἐν μέσῳ αὐτῆς ἐκχωρείτωσαν· καὶ οἱ ἐν ταῖς χώ-
non ingrediantur in eam. ραις μὴ εἰσερχέσθωσαν εἰς αὐτήν.

Nam dies ultionis hi sunt, ut impleantur om 22 ὅτι ἡμέραι ἐκδικήσεως αὗταί εἰσι, τοῦ πλησθῆ-
nia quæ scripta sunt. ναι πάντα τὰ γεγραμμένα.

Væ autem uentrem ferentibus & lactanti- 23 οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις καὶ ταῖς θηλαζού-
bus in illis diebus: erit enim necessitas magna σαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις· ἔσται γὰρ ἀνάγκη με
in hac regione, & ira in populo isto. γάλη ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὀργὴ τῷ λαῷ τούτῳ.

Et cadent acie gladij, & captiui ducentur 24 καὶ πεσοῦνται στόματι μαχαίρας, καὶ αἰχμα-
in omnes Gentes: & Ieruſalem calcabitur à λωτισθήσονται εἰς πάντα τὰ ἔθνη· καὶ Ἰερουσαλὴμ
Gentibus, donec impleantur tempora Gen- ἔσται πατουμένη ὑπὸ ἐθνῶν, ἄχρι πληρωθῶσι καιροὶ
tium. ἐθνῶν.

Extremum iudicium. Esa. 13. b. 10. Ezech. 32. b. 7. Matth. 24. c. 29. Marc. 13. c. 24.

Tunc erunt signa in sole & luna & astris: & 25 καὶ ἔσται σημεῖα ἐν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ ἄστροις, καὶ
in terra angustia Gentium in consilij inopia, re- ἐπὶ τῆς συνοχὴ ἐθνῶν ἐν ἀπορίᾳ, ἠχούσης θαλάσ
sonante mari & salo, σης καὶ σάλου,

Exanimatis hominibus præ timore & expe- 26 ἀποψυχόντων ἀνθρώπων ἀπὸ φόβου καὶ προσδο
ctatione *malorum* inuadētium orbem terrarum. κίας τῶν ἐπερχομένων τῇ οἰκουμένῃ. αἱ γὰρ δυνά
nam potestates cœlorum agitabuntur. μεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται.

Et tunc uidebunt Filium hominis uenientē 27 καὶ τότε ὄψονται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον
in nube cum potestate & gloria multa. ἐν νεφέλῃ μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς.

Redemptio. Rom. 8. d. 23.

Quum autem hæc fieri incipient, susp icite & 28 ἀρχομένων δὲ τούτων γίνεσθαι, ἀνακύψατε καὶ
attollite capita uestra, quoniam appropinquat ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν, διότι ἐγγίζει ἡ ἀπο-
redemptio uestra. λύτρωσις ὑμῶν.

Dixit etiam eis *hanc* parabolam, Videte ficū 29 καὶ εἶπε παραβολὴν αὐτοῖς· ἴδετε τὴν συκῆν
& omnes arbores. καὶ πάντα τὰ δένδρα,

Æstatis signa.

Quum iam emiserint folia, uos ea cernētes, ex 30 ὅταν προβάλωσιν ἤδη, βλέποντες ἀφ' ἑαυ-
uobismetipsis agnoscitis quòd iam propè sit æstas. τῶν γινώσκετε, ὅτι ἤδη ἐγγὺς τὸ θέρος ἐστίν. C

Ita & uos quum uideritis hęc fieri, agnoscite- 31 οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν ἴδητε ταῦτα γινόμενα,
quòd propè sit regnum Dei. γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ.

Regnum Dei.

Amen dico uobis, nequaquam præterierit 32 ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐμὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕ-
ætas hæc, usquequò hæc omnia facta fuerint. τη, ἕως ἂν πάντα γένηται.

21 In agris, ἐν τοῖς χώραις. Vulgata & Erasmus, in regionibus: quæ interpretatio nimiū est obscura. uidetur e
nim Lucas hoc nomine intelligere hoc quidem loco uillas, oppidula, prædia, ex quibus ferè solent sese belli tem
pore in munitiorem locum recipere. 23 In hac regione, ἐπὶ τῆς γῆς. Vulgata & Erasmus, super terram, non
satis dilucidè, hoc quidem loco. Ira, ὀργὴ. Iram uocat, Hebrçorum more, eas calamitates quæ ab irato Deo im
mittuntur, alioquin ἐν τῷ λαῷ τούτῳ conuertissem, in hunc populum. 24 Acie, στόματι. Vulgata ad uerbum, ore.
Nam Hebræi gladiorum aciem uocant אבחה, & Grçci quoq; στόμα, quòd ea parte quasi mordeat, uel sanguinē hau
riat: unde etiam gladius anceps dicitur à Græcis δίστομος & ἀμφίστομος. Gentium, ἐθνῶν. In secundo exemplari
deerat hoc uocabulum. 25 Tunc erunt, καὶ ἔσται: id est, postquam exacta fuerint tempora Gentium saluti &
Iudęorum ultioni constituta: qua de re copiosè Paulus Rom. 11. c. 25. Est autē notanda hæc particula, ut intelliga
mus qua ratione Christus ab excidio Hierosolymitano transeat ad futuri illius uniuersalis ac supremi iudicij nar
rationem. Ideo particulam ἡ oportuit hoc loco, si usquam aliàs, per temporis aduerbium explicari. Et astris,
καὶ ἄστροις. Vulgata & Erasmus, & stellis. Atqui constat ἀστέρα & ἄστρον inter se differre, ut partem & totum: quamuis
quod ad sensum attinet huius loci, nullius sit momenti hoc discrimen. In consilij inopia, ἐν ἀπορίᾳ. Vulgata,
prę confusione. Erasmus, per desperationem. neuter satis propriè: neq; etiam uideo qua ratione Vetus interpres &
Erasmus potuerint hæc connectere cum participio ἠχούσης. 30 Emiserint *folia*, προβάλωσιν. Lucas τὸ προβάλλειν
hoc loco absolutè pro ἐκφύειν seu βλαστᾶν usurpat. Itaq; Erasmus, ut constructionem expleret, suppleuit gemmas,
quas Græci ἐρίσματα uocant. Vetus interpres ad fructum retulit, & ἀφ' ἑαυτῶν cōiunxit cum προβάλωσιν, neq; legit par
ticipium βλέποντες, contra omnium codicum fidem. Quidam conuertit, pullularint, quod planè est ἀκυρον. Ego uerò
quod constructioni deerat, suppleui ex Matthæo & Marco. 32 Hæc omnia, πάντα. Addidimus ταῦτα ex Mat
thæo, quamuis in nullis uetustis codicibus scriptum inuenerimus.

35 Qui

A ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου 33
οὐ μὴ παρέλθωσι.

προσέχετε δὲ ἑαυτοῖς, μήποτε βαρηθῶσιν ὑ- 34
μῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ καὶ μερι-
μναις βιωτικαῖς, καὶ αἰφνίδιος ἐφ' ὑμᾶς ἡμέρα ἐκείνη.

ὡς παγὶς γὰρ ἐπελεύσεται πάντας τοὺς καθη- 35
μένους ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς.

ἀγρυπνεῖτε οὖν ἐν παντὶ καιρῷ δεόμενοι, ἵνα 36
καταξιωθῆτε ἐκφυγεῖν ταῦτα πάντα τὰ μέλ-
λοντα γίνεσθαι, καὶ σταθῆναι ἔμπροσθεν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀν-
θρώπου.

ἦν δὲ τὰς ἡμέρας ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων, τὰς 37
δὲ νύκτας ἐξερχόμενος ηὐλίζετο εἰς τὸ ὄρος τὸ καλού-
μενον ἐλαιῶν.

καὶ πᾶς ὁ λαὸς ὤρθριζε πρὸς αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ 38
ἀκούειν αὐτοῦ.

ΚΕΦ. ΚΒ'.

B Ἤγγιζε δὲ ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων, ἡ λεγομένη πά- 1
σχα.

καὶ ἐζήτουν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς 2
τὸ, πῶς ἀνέλωσιν αὐτόν. ἐφοβοῦντο γὰρ τὸν
λαόν.

εἰσῆλθε δὲ σατανᾶς εἰς Ἰούδαν τὸν καλούμε- 3
νον Ἰσκαριώτην, ὄντα ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα.

καὶ ἀπελθὼν συνελάλησε τοῖς ἀρχιερεῦσι 4
καὶ τοῖς στρατηγοῖς τὸ, πῶς αὐτὸν παραδῷ αὐ-
τοῖς.

καὶ ἐχάρησαν, καὶ συνέθεντο αὐτῷ ἀργύριον 5
δοῦναι.

καὶ ἐξωμολόγησε, καὶ ἐζήτει εὐκαιρίαν τοῦ παρα- 6
δοῦναι αὐτὸν αὐτοῖς ἄτερ ὄχλου.

ἦλθε δὲ ἡ ἡμέρα τῶν ἀζύμων, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι 7
τὸ πάσχα.

Cœlum & terra præteribunt, uerba autem mea nequaquam præteribunt.

Attendite autem uobis ipsis ne quando grauentur corda uestra crapula & ebrietate, & curis huius uitæ: & repentè uobis superueniat dies ille.

Crapula. Ebrietas. Curæ.

Nam ut laqueus, inuadet in omnes qui habitant in superficie totius terræ.

Excubate igitur, omni tempore deprecantes ut digni habeamini qui effugiatis ista omnia quæ futura sunt, & consistatis coram Filio hominis.

Oratio.

Docebat autē interdiu in templo: noctu uerò exiens diuersabatur in monte qui uocatur Olearum.

Docet Christus in templo.

Et omnis populus diluculo ueniebat adeū, ut in templo audiret eum.

CAP. XXII.

APpropinquabat autem festum Azymorum, quod dicitur Pascha:

Azymorū dies Paschæ. Matth. 26.a.1. Marc. 14.a.1.

Et quærebant principes Sacerdotum & Scribæ quomodo eum tollerent è medio: timebant enim plebem.

Introijt autem Satanas in Iudam cognominatum Iscariotem, è numero duodecim.

Iudas uendit Christum. Matth. 26.b.14. Marc. 14.b.10.

Qui abiēs colloquutus est cum principibus Sacerdotum ac præfectis templo, quēadmodum illum traderet eis.

Qui gauisi sunt: ac pacti sunt se daturos ei pecuniam.

Et ipse spopondit: quærebatq; opportunitatem ut traderet eum ipsis sine turba.

Venit autem dies azymorum, in qua oportebat mactari Pascha.

Paschā parant Apostoli. Matth. 26.b.17. Marc. 14.b.13.

35 Qui habitant in superficie terræ, τοὺς καθημένους ἐπὶ πρόσωπον τῆς γῆς: id est in omnes homines, ubicunq; tandem fuerint. Ponitur enim uerbum καθίζω pro sedes ponere, sicut ab Hebræis usurpatur ישב ut diximus Matth. 4.c.16. & πρόσωπον τῆς γῆς id est quod Hebræi פני הארץ Latini superficiem terræ uocant. 36 Vt digni habeamini, ἵνα καταξιωθῆτε. Magna est huius uerbi emphasis, ex quo scilicet intelligimus omnia deberi gratuitæ Dei electioni, qui nos prior dilexit. Erasmus igitur non satis expressè uertit, ut liceat uobis, ἵνα ᾖ ἐξὸν ὑμῖν. In duobus tamen codicibus legimus, ἵνα καταξιώσητε ἐκφυγεῖν, ut ualeatis effugere, nimirum per gratiam Dei quæ uobis aderit.

Consistatis, σταθῆναι: id est, ita appareatis, ut intrepidè positis uultum & sententiam iudicis sustinere. Hæc enim est filiorum Dei παῤῥησία καὶ παραβυσία, quam pulchrè describit Paulus Rom. 8.f.35. & 34. Consistere igitur & Cadere opponuntur hoc loco: quemadmodum etiam Standi uocabulum à Terentio usurpatur. quod tamen ut ambiguum repudiauī. Sic Psalm. 1.b.5. dicit Dauid, quòd impij in iudicio לא יקומו, id est non consistent: pro quo Græcus interpres perperam reddidit, οὐκ ἀναστήσονται. unde postea emanauit eorum error qui impios resurrecturos negarunt. tanti est momenti ueram uocabulorum significationem tenere. 38 Diluculo ueniebat, ὠρθρίζε. Sic solent Septuaginta, quos uocant, interpretes, explicare uerbum Hebræum השכים quasi dicas, diluculari: pro quo in Veteri editione aliquoties legitur barbarum uocabulum Manicare, quod ipsum etiam Augustinum offendit, ut Erasmus in hunc locum obseruauit. Neq; tamen ὀρθρίζω declarat diluculo uenire, sed diluculo surgere: quā etiam significatione reperio participium ὀρθριανὸς apud Lucianum in Gallo. Sed (ut sæpe iam annotauimus) ueluti Mar. 8.b.11. & suprà 3.b.7. Hebræis est familiare, posito uno uerbo intelligere consequens.

IN CAP. XXII.

4 Ac præfectis templo, στρατηγοῖς. Vulg. & Eras. & Magistratibus, quo nomine potius intellexerim τοὺς πρεσβυτέρους. Vocatos autem fuisse στρατηγοὺς eos qui tēpli custodię præerant (cuius fit mentio Matth. 27.g.65.) & distinctos fuisse à presbyteris ac principibus Sacerdotū, liquet ex uersu 52 huius capitis. Quidam Antistites conuertit: quam rectè, ipse uiderit. 6 Spopondit, ὡμολόγησε. Alibi τὸ ὁμολογεῖσθαι declarat palàm profiteri. hic autem ad mutuam stipulationem refertur, in qua scilicet unus rogat, Spondes? alter respondet, Spondeo. Nam ὁμολογῶ ad uerbum declarat, paribus uerbis loqui, ut ij solent qui petentibus assentiuntur. Sine turba, ἄτερ ὄχλου: id est, sine tumultu, uel clam turba quę eum solebat assectari. quamobrem etiam id tempus obseruauit, quo solum esse sciebat in horto. 7 Oportebat, ἔδει. Oportebat, scilicet ex Legis præscripto. Sed hoc quoque Dei mandatum Iudęi pleriq; traditionibus suis uiolabant, ut annotauimus Matth. 26.b.17. Vulgata & Erasmus, necesse erat, ἀνάγκη ἦν.

Pascha, τὸ πάσχα: id est, Agnum qui figura erat ipsius Phasę: quę metonymia alibi est à nobis annotata.

Et misit Petrum ac Iohannem, dicens: Profecti parate uobis pascha ut uescamur.

Ipsi uerò dixerunt ei: Vbi uis paremus illud?

Ad ille dixit ad eos: Ecce, quum uos introieritis in urbem, occurret uobis quidam aquę amphoram baiulans: sequimini eum in domum in quam ingredietur.

Et dicite patrisfamiliâs ędium: Dicit tibi Magister, ubi est diuersorium, ubi pascha cum discipulis meis edam?

Tunc ipse indicabit uobis cœnaculum magnum stratum: illic parate *pascha*.

Profecti autem inuenerunt omnia sicut dixerat eis: & parauerunt pascha.

Pascha comedit Christus. Matth. 26. b. 20. Marc. 14. b. 18.

Quum igitur adesset *constitutum* illud tempus, accubuit, ac duodecim Apostoli cum eo.

Et ait eis: Desiderio desideraui hoc pascha uesci uobiscum, antequam ego patiar.

Dicò enim uobis quòd non amplius edam ex eo, usquequò compleatur in regno Dei.

Calix. Et accepto poculo, quum gratias egisset, dixit: Accipite hoc, & dispertite uobis ipsis.

Dico enim uobis quod non bibam de fructu uitis, usquequo regnum Dei uenerit.

Panis. Matth. 26. c. 26. Marc. 14. c. 22. 1. Cor. 11. c. 24.

Et accepto pane, quum gratias egisset, fregit: ac dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum quod pro uobis datur: hoc facite in mei recordationem.

Sacramenti institutio. *Nouum Testamentum.*

Itidem etiam *dedit eis* poculum, postquam cœnasset, dicens: Hoc poculum *est* Nouum

8 ιη̃ ἀπέστειλε πέτρον κ̀ ἰωάνην, εἰπὼν· πορευθέντες ἑτοιμάσατε ἡμῖν τὸ πάσχα, ἵνα φάγωμεν.

9 οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν;

10 ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· ἰδοὺ εἰσελθόντων ὑμῶν εἰς τὴν πόλιν, συναντήσει ὑμῖν ἄνθρωπος κεράμιον ὕδατος βαστάζων· ἀκολουθήσατε αὐτῷ εἰς τὴν οἰκίαν οὗ εἰσπορεύεται,

11 καὶ ἐρεῖτε τῷ οἰκοδεσπότῃ τῆς οἰκίας· λέγει σοι ὁ διδάσκαλος, ποῦ ἐστι τὸ κατάλυμα, ὅπου τὸ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου φάγω;

12 κἀκεῖνος ὑμῖν δείξει ἀνάγαιον μέγα ἐστρωμένον· ἐκεῖ ἑτοιμάσατε.

13 ἀπελθόντες δὲ εὗρον καθὼς εἶπεν αὐτοῖς, κ̀ ἡτοίμασαν τὸ πάσχα.

14 καὶ ὅτε ἐγένετο ἡ ὥρα, ἀνέπεσε, καὶ οἱ δώδεκα ἀπόστολοι σὺν αὐτῷ.

15 κ̀ εἶπε πρὸς αὐτούς· ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν, πρὸ τοῦ με παθεῖν.

16 λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οὐκέτι οὐ μὴ φάγω ἐξ αὐτοῦ, ἕως ὅτου πληρωθῇ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ.

17 καὶ δεξάμενος ποτήριον, εὐχαριστήσας εἶπε· λάβετε τοῦτο καὶ διαμερίσατε ἑαυτοῖς.

18 λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ πίω ἀπὸ τοῦ γενήματος τῆς ἀμπέλου, ἕως ὅτου ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ ἔλθῃ.

19 καὶ λαβὼν ἄρτον, εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς λέγων· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον. τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.

20 ὡσαύτως κ̀ τὸ ποτήριον μετὰ τὸ δειπνῆσαι, λέγων· τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ

14 *Constitutum* illud tempus, ὁ ὥρα. Tot uocabulis libuit τὴν ὥραν interpretari, ut planius loquerer. Ita enim significatur uespertinũ crepusculum, intra quod oportuit hanc cœnã peragi: quod non satis uidearis exprimere, si cum Vetere interprete cõuertas, Quum facta esset hora: uel cũ Eras. Quum iam esset tempestiuũ. 15 Desiderio desideraui, ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα. Hebr. תאוה תאויתי pro summopere desideraui. Huncaũt uerisculũ testatur Epiphanius sic fuisse ab Hebionæis deprauatũ, μὲ ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα πρίασι φαγεῖν μεθ' ὑμῶν: id est, Non desiderauidesiderio hoc pascha carne uesci uobiscũ. Patiar, παθεῖν: id est, supplicio mortis afficiar. Libenter autẽ retinuimus hoc uocabulũ, ut Ecclesiæ consuetudini obsequeremur. 20 Postquam cœnasset, μετὰ τὸ δειπνῆσαι. Hic libuit subijcere ex rituũ Iudaicorũ uolumine quod ipsi בר — בל uocãt, cæremoniã cõmunis panis & poculi quę sumũt Iudæi sub finẽ Cœnę agni paschalis. Ea igitur eiusmodi est, Emanuele Tremellio homine doctissimo interprete. Paterfamiliãs initio cõuiuij sumit panem azymum integrũ, quem in duas partes diuidit. quarũ uni sic benedicit, Benedictus es Domine Deus noster, Rex uniuersi, qui educis panẽ è terra: uel sic, Benedictus es Domine Deus noster, Rex uniuersi, in esu panis azymi. Alteram aũt partem recondit sub mappa, ut uidentes pueruli rogent cur panem azymũ abscondamus, & eum differamus comedere: deinde ne, si eum uideant, comedant inter cœnandũ imprudentes: postea peragit cœnã suam quisq; lætus. qua peracta, resumit paterfamiliãs partem illam quam sub mappa absconderat, & ex ea recumbens comedit tantillum quanta est oliua, distribuitq; singulis accũbentibus, in Paschæ memoriam: nec quicquam cibi deinceps ea nocte gustant, ut gustus panis azymi maneat in ore ipsorum. Deinde ad eundem modum discumbens bibit, & recitat gratiarũ actiones, quibus sumpto cibo solent gratias agere Deo. Hæc est igitur illorum cæremonia, ad quam non desunt qui putent Christum respexisse quum sacrosanctam synaxin institueret: quod si uerum est (neq; enim hoc facile cõcesserim) longè tamen aliter iudicandũ est de sanctis & solẽni institutione qua in ipsius Christi possessionẽ mittimur, quàm de externo illo ritu & humana traditione.

Hoc poculum *est*, τοῦτο τὸ ποτήριον. Verbum substantiuum quod hic deest, rectè suppletur ex 1. Cor. 11. c. 25. sed à Vetere interpete non est positum suo loco. Vertit enim, Hic est calix, pro, Hic calix est. Est aũt hoc loco duplex metonymia, quam agnoscere coguntur etiam ij qui in hac formula nõ desinunt τὸ ἐστὶν urgere, ut quod semel tuendũ susceperunt, omnibus modis defendant. Primùm enim ponitur cõtinens (ut Grammatici loquuntur) pro cõtento, poculum scilicet pro uino quod ipso poculo continetur. Deinde uinum dicitur esse ipsum fœdus, quum sit duntaxat fœderis, aut eius potius quo fœdus sancitur, nimirũ sanguinis Domini symbolum ac tessera: uera quidem illa & minimè inanis, sed tamẽ ab eo distinguenda quod ipsa repręsentat. Non est igitur quòd è cœlo Christum eliciamus, uel Christi corpus immensum & inuisibile cõminiscamur, ut propriam significationẽ uerbi Est cõseruemus. Est autem hæc metonymia nõ modò in Sacris literis frequens, ut est ab eruditissimis hominibus toties inculcatũ, sed etiã ab ipso Homero usurpata. Sic enim ille ubi mentionem facit fœderis inter Græcos & Troianos multis cęremonijs sanciti, libro Iliad. γ, κήρυκας δ' ἐκέλευε δύω ἀρνὸν θοὸν ἐλθεῖν ἔρκιον ἰσχύν, Ἀρνε δύω, μὴ ἄνευ ἱερεύσιν κεκριμένω ἀρούρης Ἀσπὸν ἰὸν αἰγλήν. In quibus uersiculis nemo nõ uidet (liceat enim nobis profana cum Sacris hactenus comparare) agnis & uino, quæ fœderis duntaxat symbola erant, tribui ipsam fœderis appellationẽ, simili prorsus dicendi genere quo hic usus Lucas poculum uocauit Nouum testamẽtum. Nouum illud testamentum, ὁ καινὴ διαθήκη: uel potius fœdus. Nam

mihi

A mihi quidem uidetur hæc interpretatio melius conuenire, ut plenior sit ueteris fœderis & noui collatio: neq; tamẽ ausus sum quicquam hic mutare. Sed putaui exprimendum articulũ, qui additus uidetur ut discipulis ueniret in mentem quod pollicitus, fuerat Dominus iam olim Ierem. 31. f. 31. quam promissionem probabile est in populo Dei celebrem fuisse, quamuis à Scribis & Pharisæis non rectè explicaretur.

αἵματί μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον.

illud testamentum per sanguinem meum, qui pro uobis effunditur.

πλὴν ἰδοὺ ἡ χεὶρ τοῦ παραδιδόντός με, μετ' ἐμοῦ ἐπὶ τῆς τραπέζης. 21

Veruntamen ecce, manus prodentis me mecum est in mensa. 21 *De Iuda proditore.*

καὶ ὁ μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου πορεύεται κατὰ τὸ ὡρισμένον· πλὴν οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ δι' οὗ παραδίδοται. 22

Et filius quidem hominis prout definitum est, uadit: ueruntamen uæ homini illi per quem proditur. 22 Matth. 26. b. 21. Marc. 14. b. 19. Ioan. 13. b. 18. Psalm. 40. c. 11.

καὶ αὐτοὶ ἤρξαντο συζητεῖν πρὸς ἑαυτοὺς τὸ, τίς ἄρα εἴη ἐξ αὐτῶν, ὁ τοῦτο μέλλων πράσσειν. 23

Tunc ipsi cœperunt mutuò quærere inter se quisnam esset ex ipsis qui hoc facturus esset. 23

ἐγένετο δὲ καὶ φιλονεικία ἐν αὐτοῖς, τὸ, τίς αὐτῶν δοκεῖ εἶναι μείζων. 24

Orta est autem etiam cõtentio inter eos, quis eorum uideretur esse maior. 24 *Quis maior inter Apostolos.* Matth. 20. d. 25. Marc. 10. f. 42. Matth. 20. d. 25. Marc. 14. f. 42.

ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· οἱ βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν κυριεύουσιν αὐτῶν· καὶ οἱ ἐξουσιάζοντες αὐτῶν, εὐεργέται καλοῦνται. 25

Ipse uerò dixit eis: Reges gentiũ dominantur eis: & qui potestatem habent in eas, benefici uocantur. 25

ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως· ἀλλ' ὁ μείζων ἐν ὑμῖν, γινέσθω ὡς ὁ νεώτερος· καὶ ὁ ἡγούμενος, ὡς ὁ διακονῶν. 26

Vos autem non ita: sed qui maximus est inter uos, sit sicut qui minimus est: & qui princeps est, sicut qui ministrat. 26

τίς γὰρ μείζων, ὁ ἀνακείμενος, ἢ ὁ διακονῶν; οὐχὶ ὁ ἀνακείμενος; ἐγὼ δὲ εἰμὶ ἐν μέσῳ ὑμῶν, ὡς ὁ διακονῶν. 27

Nam uter maior est, qui accumbit, an qui ministrat? nónne qui accumbit? At ego in medio uestrũm suum, ut qui ministrat. 27 *Minister Christus.*

ὑμεῖς δέ ἐστε οἱ διαμεμενηκότες μετ' ἐμοῦ ἐν τοῖς πειρασμοῖς μου. 28

Vos porrò ij estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. 28

κἀγὼ διατίθεμαι ὑμῖν, καθὼς διέθετό μοι ὁ πατήρ μου βασιλείαν, 29

Ego igitur paciscor uobis, prout pactus est mihi Pater meus regnum, 29

B Qui pro uobis effunditur, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. Quum hæc uerba, si cõstructionem spectemus, necessariò non ad sanguinem, sed ad poculum pertineant, neq; tamen de uino nedum de poculo intelligi possint, aut manifestum est solœcophanes, quũ dicendum fuerit τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον, ut legit Basilius in Ethicis, ἐφ' ἑκά. aut potius quum hæc essent ad marginem annotata ex Matthæo & Marco, postea in contextum irrepserunt: quod eo quidem facilius est admissum, quòd cum in superiore uersiculo adscriptum esset, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον, id est, quod pro uobis datur, simile quippiam uidetur adijciendum fuisse ubi agitur de sanguine. Sed neque hoc additur apud Paulum 1. Cor. undecimo. c. 25. (qui tamen uidetur ex hoc loco descripsisse Cœnæ institutionem) neque causam uideo cur solœcophanes Lucas usurparet. Omnes tamen uetusti nostri codices ita scriptum habebant.

22 Definitum est, τὸ ὡρισμένον. Sic loquitur Spiritus sanctus Act. 4. c. 27. & quidem apertius aliquanto, nominans manum ac consiliũ Dei. Viderint igitur præposteri quidam iustitiæ Dei iudices scilicet ac patroni, qua fronte, quũ de peccatis hominum agitur, prouidentiã Dei à consilio & decreto separent: nempe, inquiunt, ne Deũ faciamus mali authorem. Quid uerò? Christum prodere, deridere, crucifigere, scelus non fuit? & tamẽ dicit ipse Christus, dicunt Apostoli id esse à Deo definitũ, id inquam Dei manu & consilio prius, id est ab æterno, fuisse constitutum. sic, inquam, loquitur Deus ipse, cuius authoritatẽ qui sequitur, emendatè sanè loquitur. Ergo, inquies, Deus fuit huius sceleris author? Absit. Clemens enim & bonus est Deus noster mundum in Christo reconcilians sibi: & iustus quoq; peccatorũ nostrorum iudex in eo qui factus execratio pro nobis: sceleratus autem est Iudas, qui innocentissimum hominem prodit ut auaritiæ suæ seruiat: scelerati Iudæi, qui seruatorem suum postulant ad necem: sceleratus Pilatus, qui repugnãte conscientia insontem damnat. Distingue igitur Dei consilium ac decretum à causis medijs, id est, ab istorum mala conscientia, & in uno eodemq; facto, Dei iustitiam & bonitatẽ cole, diaboli & hominum iniquitatem & improbitatẽ detestaberis. Hæc non intelligis? Clama igitur cum Apostolo, O altitudo, &c. & ne temerè reprehendas quod percipere non potes. 25 Benefici uocantur, εὐεργέται καλοῦνται: id est magnificis titulis ornantur. Sic enim mos semper fuit Principes aliquibus cognomentis honestare, quæ postea transierunt etiam ad hæredes. Nominatim uerò inter Aegypti Reges numerantur duo Euergetæ. Sed & ab Hebræis Principes generali nomine גדיבים, id est, munifici & liberales dicuntur per antonomasiam, quò uidetur Lucas respexisse. 26 Qui minimus est, ὁ νεώτερος. Propriè hoc dicitur de ætate, cuius tamen discrimina Dominus non tollit, nisi hactenus ut stulta & uana ambitio uitetur. Malo tamẽ νεώτερος accipere in genere pro eo qui minimè est, authoritatis: sicut apud Hebræos interdum usurpatur uocabulum צעיר. 27 In medio uestrũm, ἐν μέσῳ ὑμῶν: id est, inter uos: pro quo dicunt Hebræi בקרבכם, ut alibi annotauimus. 29 Paciscor, διατίθεμαι. Vel, ergo, testamento meo scilicet: quæ interpretatio conuenit morituro, & Græco etiam uocabulo non repugnat: deinde etiam nititur authoritate Epistolæ ad Hebræos cap. 9. c. 17. Sed tamẽ quia simili ratione non potest dici Pater Filio regnũ legasse, hoc autem loco significat Christus sese ius illud Filij nobiscum cõmunicare, quod quidem eiusmodi est ut filius uiuente etiam patre sit ipsius bonorum particeps, præsertim si pater ita cum eo pactus fuerit: ideo ad ius illud pacti referre malo, quo in uitæ æternæ consortium asciti sumus. Itaq; locus ille Epistolæ ad Hebræos fortassis aliter explicãdus est, ut suo loco dicemus: uel pro alluſione potius quàm pro genuina interpretatione accipiẽdus. Neq; obstat quòd uita æterna toties dicitur hæreditas, & Christi dicimur cohæredes. Nam in genere οἱ κληρονόμοι accipitur pro Possidere, & κληρονομία pro eo quod possidemus, sicut apud Hebræos accipitur נחל & ירש quibus tamen uocabulis uti uidetur Scriptura, ut declaret nos non ullis nostris meritis, sed gratuita adoptione nitam æ-

ternam consequi. Pẽdet aũt hęc adoptio, non à testamẽto, sed à fœdere, seu pacto, quod quidẽ nõ ipsius Patris, qui A
nos adoptauit, & mori nõ potest, sed Filij potius in quo adoptati sumus, morte sancitur. Itaque simili ratione dici-
mur hæredes Dei, qua cohæredes Christi: quia scilicet filij sumus, ex fœdere tamẽ, non ex testamẽto: alioquin Pa-
trem à quo adoptati sumus, oporteret mori antequam hęreditatem acciperemus. Certè sic ista dicuntur de fœdere
cum Abrahamo inito, Act. 3. d. 25. quod uocatur ubiq; ברית. Theophylactus quoq; διαθήκην ὑμῖν interpretatur συμ-
φωνῆσαι πρὸς ὑμᾶς: à quo tamen in eo dissentio, quòd βασιλείαν connectit cum uerbo διέθετο, hoc modo scilicet: Prout igi-
tur Pater mihi pactus est regnum, ita uobiscũ paciscor, ut edatis & bibatis, &c. Ego uerò malo post ὁ πατήρ μου adsci
bere distinctionem quæ in plerisq; exẽplaribus reperitur, & uersiculum sequentẽ accipere pro huius declaratione.

A` Satana expetitii Apostoli. Matth. 19. d. 28. 1. Pet. 5. c. 8.

Vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo: & sedeatis super thronos, iudicãtes duodecim tribus Israel.

ἵνα ἐσθίητε καὶ πίνητε ἐπὶ τῆς τραπέζης μου, ἐν τῇ βασιλείᾳ μου, καὶ καθίσησθε ἐπὶ θρόνων, κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ. 30

Ait etiã Dominus: Simon, Simon, ecce Satanas expetiuit uos ut uentilaret sicut tritícum:

εἶπε δὲ ὁ κύριος· σίμων, σίμων, ἰδοὺ ὁ σατανᾶς ἐξῃτήσατο ὑμᾶς τοῦ σινιάσαι ὡς τὸν σῖτον· 31

Oratio Christi pro fide Petri.

Sed ego rogaui prote, ne deficiat fides tua: tu igitur aliquando conuersus, confirma fratres tuos.

ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περὶ σοῦ, ἵνα μὴ ἐκλίπῃ ἡ πίστις σου· καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψας, στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου. 31

Ipse uerò dixit ei: Domine tẽcum paratus sum & in carcerem & ad mortem proficisci.

ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ· κύριε, μετὰ σοῦ ἕτοιμός εἰμι καὶ εἰς φυλακὴν καὶ εἰς θάνατον πορεύεσθαι. 33

Matth. 26. c. 34. Marc. 14. c. 30. Ioan. 13. d. 38.

At ille dixit: Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, priusquam ter abneges te nosse me.

ὁ δὲ εἶπε· λέγω σοι, Πέτρε, οὐ μὴ φωνήσει σήμερον ἀλέκτωρ, πρὶν ἢ τρὶς ἀπαρνήσῃ μὴ εἰδέναι με. 34

Apostoli nihil defuit. Sacculus. Pera. Matth. 10. 2. 9.

Dixit etiam eis: Quando misi uos absq; sacculo & pera & soleis, num quid defuit uobis? Ipsi uerò dixerunt, Nihil.

καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ὅτε ἀπέστειλα ὑμᾶς ἄτερ βαλαντίου καὶ πήρας καὶ ὑποδημάτων, μή τινος ὑστερήσατε; οἱ δὲ εἶπον, οὐδενός. 35 B

Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum, tollat: similiter & peram: & qui non habet, uendat pallium suum, & emat gladium.

εἶπεν οὖν αὐτοῖς· ἀλλὰ νυνὶ ὁ ἔχων βαλάντιον ἀράτω, ὁμοίως καὶ πήραν· καὶ ὁ μὴ ἔχων, πωλησάτω τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, καὶ ἀγορασάτω μάχαιραν. 36

Gladius. Scripturæ implendæ. Esa. 53. d. 12.

Dico enim uobis quòd adhuc oportet in me perfici scriptũ illud, Et cum iniquis numeratus est. Etenim ea quę scripta sunt de me, finẽ habent.

λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι ἔτι τοῦτο τὸ γεγραμμένον δεῖ τελεσθῆναι ἐν ἐμοί, τὸ, Καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη. καὶ γὰρ τὰ περὶ ἐμοῦ τέλος ἔχει. 37

At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladij hîc. Ipse uerò dixit eis, Satis est.

οἱ δὲ εἶπον, Κύριε, ἰδοὺ μάχαιραι ὧδε δύο. ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Ἱκανόν ἐστι. 38

Christus in horto. Matth. 26. d. 36. Marc. 14. d. 32. Ioan. 18. a. 1. Matth. 26. d. 41. Marc. 14. d. 38.

Et egressus profectus est ex consuetudine in montem Oliuarum: sequuti sunt autem eum etiam discipuli eius.

καὶ ἐξελθὼν ἐπορεύθη κατὰ τὸ ἔθος εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν· ἠκολούθησαν δὲ αὐτῷ καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. 39

Quum uerò peruenisset ad eum locũ, dixit eis: Orate ne intro eatis in tentationem.

γενόμενος δὲ ἐπὶ τοῦ τόπου, εἶπεν αὐτοῖς· προσεύχεσθε μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν. 40

Tum ipse auulsus est ab eis quasi ad iactum lapidis, positisq; genibus orabat,

καὶ αὐτὸς ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν ὡσεὶ λίθου βολήν, καὶ θεὶς τὰ γόνατα προσηύχετο, 41 C

Oratio Christi.

Dicens: Pater, si uis, transfer poculum hoc

λέγων· πάτερ, εἰ βούλει παρένεγκε τὸ ποτήριον τοῦτο 42

31 Vt uentilaret, ἐξαιτέω: id est agitaret & dispergeret, uel etiam excuteret. Vulgata & Erasmus, ut cribraret. Ambrosius lib. 1. de uocatione Gentium, cap. ult. ut cerneret. Sed hic agitur de illo Satanæ studio quo totus ardet Ecclesię cœtum modis omnibus agitatum ac uexatum dissipare, fidem deniq; nobis excutere. Cribrandi autem & Cernendi significatio tum demum conuenit, ubi de Dei consilijs agitur in Ecclesia sua non perdenda, sed repurganda. Theophylactus interpretatur ταράξαι καὶ βλάψαι, id est, turbare & lædere, quod propius est uerbo σείεσθαι. 36 Tollat, ἀράτω: id est sumat, nimirum ut eius precio gladium redimat, ut omnino apparet ex ijs quæ subijciuntur de pallio: nisi malimus post ἐμὲ ἔχων subaudire μάχαιραν, quod ex Hebræorũ consuetudine, priore loco omissum, exprimitur in posteriore, uice relatiui. ut sit hic sensus, Et qui non habet gladium, uendat pallium, & gladiũ emat. Hanc interpretationẽ sequutus est Theophylactus, qui ἀράτω interpretat βαστάζετω, id est ferat, quasi suos moneat Dominus ea tempora instare, quibus ipsi sibi debeant humanis etiam præsidijs prospicere, quũ antea præsente Domino, sola ipsius prouidentia tuti essent ac securi. Ego uerò neq; hoc prorsus admitto, neq; uideo quid torquere debuerit ueteres in hoc loco explicando, quasi de gladij aut belli iure hic agatur. Ostendunt omnes circunstãtiæ Christum Apostolis suis denunciare tempus illud instare, quo non, ut antea, quiete secũ essent uersaturi, minantibus potius quàm reipsa pugnantibus aduersarijs, sed in extremum periculum uenturi tum huius uitæ, tum etiam fidei amittendæ. Itaq; totius hic sermo allegoricus est. quasi dicat: Vixistis adhuc in pace, cõmilitones, nunc uerò bellum instat acerrimũ, & cæteris rebus omissis, de unis armis cogitandum. Quænam autem illa sint arma, ipse quum in horto precaretur, & Petrũ gladio ferientem reprehenderet, suo scilicet exemplo docere maluit quàm importunè hoc loco stupidis adhuc & ad res istas nõ satis attentis discipulis explicare. Cæterùm in codicib. uetustis 2. 4. 6. 7. 9. 12. & 14. pro ἀράτω, πωλησάτω, ἀγορασάτω legimus, ἀρῶ, πωλήσω, ἀγοράσω, id est tollet, uendet, emet: quã lectionẽ annotat etiam Erasmus ex Basilio, ita scilicet ut sermo sit prędicentis imminentem afflictionem, non autẽ exhortantis ad parandum commeatum aut armaturam. Ego uerò priorem & magis receptam lectionem potius amplector: quam etiam suspicor deprauatam à quopiam qui non aliter potuerit hunc nodum expedire.

37 Numeratus est, λογίσθη. Vulg. & Eras. deputatus est. Vide Mar. 15. c. 28. 40 Quum peruenissiet, γενόμενος. Vide Mar. 6. a. 2. & suprà 10. f. 32.

44 Con-

A εἰ δυνατὸν ἐστὶν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο· πλὴν μὴ τὸ θέλημά μου, ἀλλὰ τὸ σὸν γινέσθω.

à me: ueruntamen, non mea uoluntas, sed tua fiat.

ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος ἀπ' οὐρανοῦ, ἐνισχύων αὐτόν. 43

Visus est autem ei Angelus è cœlo corroborans eum.

καὶ γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ, ἐκτενέστερον προσηύχετο. ἐγένετο δὲ ὁ ἱδρὼς αὐτοῦ ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος καταβαίνοντος ἐπὶ τὴν γῆν. 44

Sed constitutus in angore, intentius orabat: & erat sudor eius quasi grumi sanguinis, descẽdentes in terram. *Sudat sanguinẽ Christus.*

καὶ ἀναστὰς ἀπὸ τῆς προσευχῆς, ἐλθὼν πρὸς τοὺς μαθητὰς, εὗρεν αὐτοὺς κοιμωμένους ἀπὸ τῆς λύπης. 45

Et quũ surrexisset ab oratione, uenissetq; ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia.

καὶ εἶπεν αὐτοῖς· τί καθεύδετε; ἀναστάντες προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν. 46

Et dixit eis: Quid dormitis? surgite, & orate ne introeatis in tentationem.

ἔτι δὲ αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδοὺ ὄχλος, καὶ ὁ λεγόμενος Ἰούδας, εἷς τῶν δώδεκα, προήρχετο αὐτῶν, καὶ ἤγγισεν τῷ Ἰησοῦ φιλῆσαι αὐτόν. 47

Adhuc autem eo loquente, ecce turba, & is qui dicebatur Iudas, unus è duodecim, præibat eis, & appropinquauit Iesu ut oscularetur eum. *Iudas ósculo Christũ tradit. Matth. 26. c. 47. Marc. 14. c. 43. Ioan. 18. a. 3.*

Ἰησοῦς δὲ εἶπεν αὐτῷ· Ἰούδα, φιλήματι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδίδως; 48

Iesus autem dixit ei: Iuda, ósculo Filium hominis prodis?

ἰδόντες δὲ οἱ περὶ αὐτὸν τὸ ἐσόμενον, εἶπον αὐτῷ· κύριε, εἰ παταξομεν ἐν μαχαίρᾳ;

Videtes autem ij qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerũt ei: Domine, percutiemús ne gladio?

B καὶ ἐπάταξεν εἷς τις ἐξ αὐτῶν τὸν δοῦλον τοῦ ἀρχιερέως, καὶ ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ δεξιόν. 50

Et percussit quidam ex ipsis seruũ principis Sacerdotũ, & abstulit auriculam eius dextram. *Auriculã Malcho amputatam Christus sanat.*

ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν· ἐᾶτε ἕως τούτου. καὶ 51 ἁψάμενος τοῦ ὠτίου αὐτοῦ ἰάσατο αὐτόν.

Respondens autem Iesus dixit: Sinite huc usq;. Et tacta illius auricula, sanauit eum.

εἶπε δὲ ὁ Ἰησοῦς πρὸς τοὺς παραγενομένους ἐπ' 52 αὐτὸν ἀρχιερεῖς καὶ στρατηγοὺς τοῦ ἱεροῦ καὶ πρεσβυτέρους, ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλυθατε μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων;

Dixit autem Iesus ad eos qui uenerant ad se, principes Sacerdotum, ac præfectos templo, & Seniores: Vt in latronem existis cum gladijs ac fustibus?

καθ' ἡμέραν ὄντος μου μεθ' ὑμῶν ἐν τῷ ἱερῷ, οὐκ 53 ἐξετείνατε τὰς χεῖρας ἐπ' ἐμέ· ἀλλ' αὕτη ὑμῶν ἐστὶν ἡ ὥρα, καὶ ἡ ἐξουσία τοῦ σκότους.

Quum quotidie uobiscũ fuerim in templo, non extẽdistis manus in me: sed hæc est hora illa uestra, & potestas tenebrarum.

συλλαβόντες δὲ αὐτὸν ἤγαγον, καὶ εἰσήγαγον 54 αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἀρχιερέως. ὁ δὲ Πέτρος ἠκολούθει μακρόθεν.

Comprehensum autem eum duxerũt & introduxerunt in domum Pontificis. Petrus uerò sequebatur eminus: *Matth. 26. f. 57. Marc. 14. f. 53. Ioan. 18. e. 24.*

ἁψάντων δὲ πῦρ ἐν μέσῳ τῆς αὐλῆς, καὶ συγκαθισάντων αὐτῶν, ἐκάθητο ὁ Πέτρος ἐν μέσῳ αὐτῶν. 55

Quũ autẽ accendissent ignẽ in medio aulæ, atq; unà consedissent, sedit & Petrus inter eos. *Matth. 26. g. 69. Marc. 14. g. 66. Ioan. 18. e. 26.*

C ἰδοῦσα δέ τις αὐτὸν παιδίσκη τινὰ καθήμενον πρὸς τὸ φῶς, καὶ ἀτενίσασα αὐτῷ, εἶπε· καὶ οὗτος σὺν αὐτῷ ἦν. 56

Quum uerò eum uidisset ancilla quædam sedentem ad ignem, defixis in eum oculis, dixit: Et iste cum illo erat.

ὁ δὲ ἠρνήσατο αὐτὸν, λέγων· γύναι, οὐκ οἶδα 57 αὐτόν.

Ipse autam negauit eum, dicens: Mulier, non noui eum.

καὶ μετὰ βραχὺ ἕτερος ἰδὼν αὐτὸν, ἔφη· καὶ σὺ ἐξ αὐτῶν εἶ. ὁ δὲ Πέτρος εἶπεν· ἄνθρωπε, οὐκ εἰμί. 58

Et paulo pòst alius uidens eum, dixit: Et tu ex ipsis es. Petrus uerò ait: Heus tu, non sum.

44 Constitutus in angore, γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ. Vulgata ad uerbum, & factus est in agonia: quę interpretatio nimium est obscura. Significat autem ἀγωνία summã Christi luctantis angustiam. Neq; enim cum mortis duntaxat terroribus luctabatur Christus, ut cæteri homines solent, (alioquin uideri possent multi martyres ipso Christo cõstantiores) sed cum terribili Patris irati iudicio, quo nihil formidabilius cogitari potest: quia nimirum peccatorũ nostrorum onus in se receperat. Itaq; in hac Christi deiectione consistit nostrę consolationis summa, tantum abest ut propterea quicquam de ipsius maiestate diminuatur. Nam, ut diuinè prorsus ait Nazianzenus, μὴ διὰ τοῦτο ἀτιμοτέραν; Id est, num propterea honore suo spoliãdus est, quia propter te humilis factus? Intentius, ἐκτενέστερον. Vulg. & Eras. prolixius. Ego uerò malo ad ipsam orationis qualitatem referre, tum hoc loco, tum & alibi.

Grumi, θρόμβοι. Vulg. & Erasmus guttæ: quæ interpretatio nõ satis est expressa. alioqui nolim eos imitari quos non pudet multa comminisci ut mulierculas non tam ad resipiscentiam ac fidem excitent, quàm ad mollem quandam & inanem commiserationem commoueant: id est, ut Iudæos ac Pilatum potius quàm sua peccata discant execrari. Sed uicissim digni sunt magna reprehẽsione qui ne uideantur Christo tribuere tam insigina humanę infirmitatis argumenta, partim ista extenuant, in quibus tamen posita est nostræ pacis & cum Deo recõciliationis summa: partim etiam eò impudentiæ prouecti sunt, ut nonnulla tanquam ab hæreticis infarta expunxerint. Siquidem (ut est ab Erasmo annotatum) Hieronymus lib. cõtra Pelagianos secundo, & Hilarius lib. de Trinitate decimo, indicant in plerisq; Græcorum ac Latinorum codicibus non fieri mentionem neq; de sudore sanguineo, neq; de Angelo confortante. At ego sacrilegam eorum audaciam execror qui hæc deleuerunt. Descendentes, καταβαίνοντες. Vel descendentis, id est, καταβαίνοντος, ut in nonnullis codicibus legit Erasmus.

Et interposita quasi hora una, alius quidam affirmabat dicens: Verè & iste cũ illo erat: etenim Galilæus est.

Ait autem Petrus: Heus tu nescio quid dicas. Et illico adhuc ipso loquente, cantauit gallus.

Respicit Petrũ Christus. Matth.26.c.34. Ioan.13.d.38.

Tum conuersus Dominus intuitus est Petrum: & recordatus est Petrus sermonis Domini, quomodo *scilicet* dixerat ipsi: Prius quàm gallus cantarit, ter me negabis.

Flet Petrus. Matth.26.c.34. Marc.14.g.65.

Et egressus foras Petrus fleuit amarè.

Illuditur & cæditur Christus.

At ij qui unà tenebant Iesum, illudebant ei: cædentes *eum.*

Et quum circumtexissent eum, uerberabant faciem eius: & interrogabant eum, dicẽtes: Vaticinare quis sit qui te ferijt.

Et alia multa conuiciantes dicebant in eum.

Matth.27.a.1. Marc.15.a.1. Ioan.18.c.28.

Et ut ortus est dies, conuenerunt Seniores plebis & principes Sacerdotum & scribæ, & adduxerunt eum in consessum suum,

Dicentes: Num tu es ille Christus? dic nobis. Dixit autem eis: Si uobis dixero, nequaquam credetis:

Quòd si etiam interrogauero, nequaquam respondebitis mihi, neq; dimittetis.

Christus se filiũ Dei fatetur.

Ex hoc tempore erit Filius hominis sedens à dextra uirtutis Dei.

Dixerunt autẽ omnes: Tu ergo es filius Dei? Ipse uerò dixit ad eos: Vos dicitis me esse.

At illi dixerunt: Quid adhuc egemus testimonio? Ipsi enim audiuimus ex ore ipsius.

CAP. XXIII.

Accusatur Christus corã Pilato. Matth.22.b.11. Marc.12.b.17.

TVm surgẽs uniuersa multitudo eorum, duxit eum ad Pilatum.

Cœperunt autem eum accusare, dicentes: Hunc comperimus peruertere gentem, acuetare tributa dare Cæsari, dicentem se Christum regem esse.

Christus Rex Iudæorum. Matth.27.b.11. Marc.15.a.2. Ioan.18.f.33.

Pilatus autem interrogauit eum, dicẽs: Tũ es ille Rex Iudæorum? Ipse uerò respondens ei, dixit: Tu dicis.

Ait uerò Pilatus ad principes Sacerdotum & turbas: Nullam inuenio noxam in hoc homine.

At illi inualescebant, dicentes: Concitat populum, docens per uniuersam Iudæam, exorsus à Galilæa hucusq;

Pilatus uerò audita Galilæa, interrogauit nũ Galilæus esset.

Christus à Pilato mittitur ad Herodem.

Et quum agnouisset quòd ad Herodis potestatẽ pertineret, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Ierosolymis erat per eos dies.

59 καὶ ἀναπόσις ὡσεὶ ὥρας μιᾶς, ἄλλος διϊσχυρίζετο λέγων, ἐπ' ἀληθείας καὶ οὗτος μετ' αὐτοῦ ἦν· καὶ γὰρ Γαλιλαῖός ἐστιν. A

60 εἶπε δὲ ὁ Πέτρος, ἄνθρωπε· οὐκ οἶδα ὃ λέγεις. καὶ παραχρῆμα, ἔτι λαλοῦντος αὐτοῦ, ἐφώνησεν ὁ ἀλέκτωρ.

61 καὶ στραφεὶς ὁ Κύριος ἐνέβλεψε τῷ Πέτρῳ. καὶ ὑπεμνήσθη ὁ Πέτρος τοῦ λόγου τοῦ Κυρίου, ὡς εἶπεν αὐτῷ, ὅτι πρίν ἀλέκτορα φωνῆσαι, ἀπαρνήσῃ με τρίς.

62 καὶ ἐξελθὼν ἔξω ὁ Πέτρος, ἔκλαυσε πικρῶς.

63 καὶ οἱ ἄνδρες οἱ συνέχοντες τὸν Ἰησοῦν, ἐνέπαιζον αὐτῷ, δέροντες.

64 καὶ περικαλύψαντες αὐτὸν, ἐπετύπτουν αὐτοῦ τὸ πρόσωπον, καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν, λέγοντες· προφήτευσον, τίς ἐστιν ὁ παίσας σε;

65 καὶ ἕτερα πολλὰ βλασφημοῦντες ἔλεγον εἰς αὐτόν.

66 καὶ ὡς ἐγένετο ἡμέρα, συνήχθη τὸ πρεσβυτέριον τοῦ λαοῦ, ἀρχιερεῖς τε καὶ γραμματεῖς, καὶ ἀνήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ συνέδριον ἑαυτῶν, B

67 λέγοντες, εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστός; εἰπὲ ἡμῖν. εἶπε δὲ αὐτοῖς· ἐὰν ὑμῖν εἴπω, οὐ μὴ πιστεύσητε.

68 ἐὰν δὲ καὶ ἐρωτήσω, οὐ μὴ ἀποκριθῆτέ μοι, οὐδὲ λύσητε.

69 ἀπὸ τοῦ νῦν ἔσται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καθήμενος ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ.

70 εἶπαν δὲ πάντες· σὺ οὖν εἶ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ; ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἔφη· ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἐγώ εἰμι.

71 οἱ δὲ εἶπαν, τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτυρίας; αὐτοὶ γὰρ ἠκούσαμεν ἀπὸ τοῦ στόματος αὐτοῦ.

ΚΕΦ. κγ.

1 ΚΑὶ ἀναστὰν ἅπαν τὸ πλῆθος αὐτῶν, ἤγαγον αὐτὸν ἐπὶ τὸν Πιλάτον.

2 ἤρξαντο δὲ κατηγορεῖν αὐτοῦ, λέγοντες· τοῦτον εὕρομεν διαστρέφοντα τὸ ἔθνος, καὶ κωλύοντα Καίσαρι φόρους διδόναι, λέγοντα ἑαυτὸν χριστὸν βασιλέα εἶναι. C

3 ὁ δὲ Πιλάτος ἐπηρώτησεν αὐτὸν, λέγων· σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; ὁ δὲ ἀποκριθεὶς αὐτῷ ἔφη, σὺ λέγεις.

4 ὁ δὲ Πιλάτος εἶπε πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ τοὺς ὄχλους· οὐδὲν εὑρίσκω αἴτιον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ.

5 οἱ δὲ ἐπίσχυον, λέγοντες· ὅτι ἀνασείει τὸν λαὸν, διδάσκων καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἕως ὧδε.

6 Πιλάτος δὲ ἀκούσας Γαλιλαίαν, ἐπηρώτησεν εἰ ὁ ἄνθρωπος Γαλιλαῖός ἐστι.

7 καὶ ἐπιγνοὺς ὅτι ἐκ τῆς ἐξουσίας Ἡρῴδου ἐστὶν, ἀνέπεμψεν αὐτὸν πρὸς Ἡρῴδην, ὄντα καὶ αὐτὸν ἐν Ἰεροσολύμοις ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις.

67 Num tu es, *εἰ σὺ εἶ*: uel, si tu es. Nam in uetustis codicib. duobus nulla erat adscripta interrogationis nota.

IN CAP. XXIII.

2 Gentem, *ἔθνος*. In codicibus manuscriptis 3. 5 & 8. additum erat *ἡμῶν*, nostram, & ita legit Vetus interpres.

4 Noxam, *αἴτιον*. Vocabulum Causæ quo utitur Vetus interpres, nimium latè patet. Differentia autem illa inter noxam & noxiam, quæ hoc loco repetitur ab Erasmo, infinitis idoneorum scriptorũ testimonijs refutatur.

5 Inualescebant, *ἐπίσχυον*. Vel, contrà nitebantur. Nam utrunq; potest hoc uerbo intelligi.

11 Cum

A ὁ δὲ ἡρῴδης ἰδὼν τὸν ἰησοῦν, ἐχάρη λίαν· ἦν γὰρ 8
θέλων ἐξ ἱκανοῦ ἰδεῖν αὐτὸν διὰ τὸ ἀκούειν πολλὰ
περὶ αὐτοῦ· καὶ ἤλπιζέ τι σημεῖον ἰδεῖν ὑπ' αὐτοῦ γι-
νόμενον.

ἐπηρώτα δὲ αὐτὸν ἐν λόγοις ἱκανοῖς· αὐτὸς δὲ οὐ- 9
δὲν ἀπεκρίνατο αὐτῷ.

εἱστήκεισαν δὲ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς εὐ- 10
τόνως κατηγοροῦντες αὐτοῦ.

ἐξουθένησας δὲ αὐτὸν ὁ ἡρῴδης σὺν τοῖς στρατεύ- 11
μασιν αὐτοῦ, καὶ ἐμπαίξας, περιβαλὼν αὐτὸν ἐσθῆτα
λαμπρὰν, ἀνέπεμψεν αὐτὸν τῷ πιλάτῳ.

ἐγένοντο δὲ φίλοι ὅ, τε πιλάτος καὶ ὁ ἡρῴδης ἐν 12
αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ μετ' ἀλλήλων· προϋπῆρχον γὰρ ἐν ἔχθρᾳ ὄντες πρὸς ἑαυτούς.

πιλάτος δὲ συγκαλεσάμενος τοὺς ἀρχιερεῖς 13
καὶ τοὺς ἄρχοντας καὶ τὸν λαὸν,

εἶπε πρὸς αὐτούς· προσηνέγκατέ μοι τὸν ἄνθρω- 14
πον τοῦτον ὡς ἀποστρέφοντα τὸν λαὸν, καὶ ἰδοὺ ἐγὼ
ἐνώπιον ὑμῶν ἀνακρίνας, οὐδὲν εὗρον ἐν τῷ ἀνθρώ-
B πῳ τούτῳ αἴτιον, ὧν κατηγορεῖτε κατ' αὐτοῦ·

ἀλλ' οὐδὲ ἡρῴδης· ἀνέπεμψα γὰρ ὑμᾶς πρὸς 15
αὐτὸν, καὶ ἰδοὺ οὐδὲν ἄξιον θανάτου ἐστὶ πεπραγμέ-
νον αὐτῷ.

παιδεύσας οὖν αὐτὸν ἀπολύσω. 16

ἀνάγκην δὲ εἶχεν ἀπολύειν αὐτοῖς κατὰ ἑορτὴν 17
ἕνα.

ἀνεκραξαν δὲ παμπληθεὶ λέγοντες· αἶρε τοῦτον, 18
ἀπόλυσον δὲ ἡμῖν τὸν Βαραββᾶν.

ὅστις ἦν διὰ στάσιν τινὰ γενομένην ἐν τῇ πόλει 19
καὶ φόνον βεβλημένος εἰς φυλακήν.

πάλιν οὖν ὁ πιλάτος προσεφώνησε, θέλων ἀ- 20
πολῦσαι τὸν ἰησοῦν.

οἱ δὲ ἐπεφώνουν, λέγοντες· σταύρωσον, σταύρω- 21
σον αὐτόν.

ὁ δὲ τρίτον εἶπε πρὸς αὐτούς· τί γὰρ κακὸν ἐποί- 22
ησεν οὗτος; οὐδὲν αἴτιον θανάτου εὗρον ἐν αὐτῷ.
C παιδεύσας οὖν αὐτὸν ἀπολύσω.

οἱ δὲ ἐπέκειντο φωναῖς μεγάλαις, αἰτούμενοι αὐ- 23
τὸν σταυρωθῆναι, καὶ κατίσχυον αἱ φωναὶ αὐτῶν καὶ
τῶν ἀρχιερέων.

ὁ δὲ πιλάτος ἐπέκρινε γενέσθαι τὸ αἴτημα 24
αὐτῶν.

ἀπέλυσε δὲ αὐτοῖς τὸν διὰ στάσιν καὶ φόνον 25
βεβλημένον εἰς τὴν φυλακήν, ὃν ἠτοῦντο· τὸν
δὲ ἰησοῦν παρέδωκε τῷ θελήματι αὐτῶν.

καὶ ὡς ἀπήγαγον αὐτὸν, ἐπιλαβόμενοι σίμω- 26
νός τινος κυρηναίου ἐρχομένου ἀπ' ἀγροῦ, ἐπέθη-
καν αὐτῷ τὸν σταυρὸν φέρειν ὀπίσω τοῦ ἰησοῦ.

ἠκολούθει δὲ αὐτῷ πολὺ πλῆθος τοῦ λαοῦ 27
καὶ γυναικῶν, αἳ καὶ ἐκόπτοντο καὶ ἐθρήνουν
αὐτόν.

8 Herodes autem uiso Iesu, gauisus est ualde: cupiebat enim à multo *tempore* eum uidere: eo quòd audiret multa de eo: & sperabat se signũ aliquod uisurum ab eo fieri. *Herodes multa signa uidere.*

9 Interrogauit autem eum multis sermonibus: sed ipse nihil ei respondit. *Tacet Christus.*

10 Stabant autem principes Sacerdotũ & Scribæ ualde constanter accusantes eum.

11 Herodes autem cum agminibus suis, quum eum pro nihilo habuisset, & illusisset ei, amictũ uestę splendida remisit ad Pilatum.

12 Et facti sunt amici inter sese Pilatus & Herodes eo ipso die: nam antea inimici erant inter se.

13 Pilatus uerò conuocatis principibus Sacerdotum & magistratibus ac populo, *Pilatus uult Christum liberare.*

14 Dixit ad eos: Obtulistis mihi hũc hominem ut qui auertat populum: & ecce, ego coram uobis quæstione habita, nullam noxã inueni in homine isto, ex ijs de quibus accusatis eum: *Matth. 27. c. 23. Marc. 15. b. 14. Ioan. 18 g. 38. & 19. a. 4.*

15 Sed ne Herodes quidem: nam remisi uos ad illum: & ecce, nihil dignum morte factum est ab eo.

16 Castigatum ergo eum dimittam.

17 Necesse autem habebat dimittere eis in festo unum *quempiam*. *Christum cruci figi, Barabbam uoluit liberari Iudæi.*

18 Exclamauit aũt simul uniuersa turba, dicens: Tolle hunc, dimitte uerò nobis Barabbam.

19 Qui erat propter seditionẽ quandã factã in ciuitate & cædem, coniectus in custodiam.

20 Rursus ergo Pilatus alloquutus est *eos*, uolẽs dimittere Iesum.

21 Ipsi uerò inclamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum.

22 Ille autem tertiò dixit ad eos: Quid enim mali fecit hic? nullam noxam capitalem inueni in eo: castigatum ergo eum dimittam.

23 At illi instabãt uocibus magnis, petentes ut crucifigeretur: & inualescebãt uoces eorum ac principum Sacerdotum:

24 Tum Pilatus adiudicauit ut fieret quod ipsi petebant.

25 Dimisit autem ipsis eum qui propter seditionem & cædem coniectus fuerat in custodiam: quem *scilicet* petierant: Iesum uerò tradidit cupiditati eorum. *Christus mortι adiudicatur.*

26 Quum igitur abducerent eum, apprehenso Simone quodam Cyrenæo, qui ueniebat rure, imposuerunt ei crucem ferendam pone Iesum. *Simon Cyrenensis. Matth. 27. d. 32. Marc. 15. b. 21.*

27 Sequebatur autem eum magna multitudo populi ac mulierum: quæ & plangebant & lamentabantur eum. *Mulieres plangentes Christũ.*

11 Cum agminibus suis, σὺν τοῖς στρατεύμασιν αὐτοῦ. Vel copijs. Nam exercituum nomen uidetur nimium militare. στράτευμα uerò translatitiè hic accipitur pro multitudine satellitum & nobilium qui Herodem è Galilæa senon sustinuisset Herodem armatum cum suis in Iudæam ingredi. 15 Nam remisi uos ad illum, ἀνέπεμψα γὰρ ὑμᾶς πρὸς αὐτόν. In tribus codicibus, nempe 3. 5. & 14. scriptum erat ἀνέπεμψε γὰρ αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς, remisit enim eum ad nos: quæ lectio mihi uidetur optimè conuenire. Illud enim complectitur ex quo intelligi possit, ne Herodem quidem ullum in eo crimen comperisse. Nam, inquit, eum ad nos remisit: quod facturus alioqui nõ erat, si dignũ esse comperisset in quem animaduerteret.

28 Filiæ

Conuersus autem ad eas Iesus, dixit: Filiæ Ierusalē, nē fleatis super me, sed super uobisipsis flete, & super liberis uestris:

Destructio Ierusalem. Nam ecce, uenient dies in quibus dicent, Beatæ steriles, & uentres qui non genuerunt, & ubera quæ non lactauerunt.

Esa. 2. d. 19. Osee 10. b. 8. Apoc. 6. d. 16. Tunc incipient dicere montibus, Cadite super nos: & collibus, Tegite nos.

Nam si in humido ligno ista faciunt, in arido quid fiet?

Crucifigitur Christus. Matth. 27. d. 38. Marc. 15. b. 27. Ioan. 19. c. 18. Ducebantur autem etiam alij duo malefici ut cum eo tollerentur.

Quum igitur uenissent in locū qui uocatur Caluaria, illic crucifixerunt eum & malefícos: unum à dextra, alterum à sinistra.

Oratio Christi. Iesus autem dicebat: Pater, remitte eis, nesciunt enim quid faciunt. Dispertientes uerò uestimenta eius, miserunt sortem.

Et stabat populus spectans: sannis autem excipiebant eum principes cum eis, dicentes: Alios seruauit, seruet seipsum, si hic est ille Christus Dei electus.

Deridebatur Christus. Illudebant autem etiam ei milites, accedentes & acetum offerentes ei,

Dicentesq; Si tu es Rex ille Iudæorum, serua temetipsum.

Erat autem etiā inscriptio scripta super eum literis Græcis, & Romanis, & Hebraicis: Hic est Rex ille Iudæorum.

Latro blasphemans Christū. Vnus autem ex maleficis qui erant suspensi, conuiciabatur ei, dicens: Si tu es Christus ille, serua teipsum & nos.

Respondens autem alter, obiurgauit eum, dicens: Ne times quidem tu Deum, quòd in eadē damnatione sis?

Et nos quidem iustè: nā digna factis recipimus: iste uerò nihil improbum fecit.

Latro fidelis saluatur. Dixitq; ad Iesum: Domine, memento mei quum ueneris in regnum tuum.

Tum dixit ei Iesus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.

Erat autem quasi hora sexta, & tenebræ factæ sunt super totam terram usque ad horam nonam.

Moritur Christus. Et obscuratus est sol, & uelum templi fissum est medium.

28 Filiæ Ierusalem, θυγατέρες ἰερουσαλήμ. Hebraicè בנות ירושלם: id est, uos Ieroſolymitanæ mulieres.

35 Cum eis, σὺν αὐτοῖς. Hoc deerat in uno exemplari. Dei electus, ὁ τοῦ θεοῦ ἐκλεκτός. Hebraicè בחיר יהוה, id est, quem Deus præteritis cæteris hominibus hoc fauore complexus est, ut ipsum designarit Messiam. Alioqui solent electi Dei uocari quos Dominus ad uitam æternam ab æterno selegit. 39 Vnus autem, εἷς δέ. Matthæus alterius latronis præterita historia, utrunque pari scelere inuoluit: quod Augustinus per numeri heterosin excusat. Fuit enim in genere propositum Matthæo narrare, à Christo conuicijs lacerando nullum genus hominum abstinuisse. Sed & uerisimile est alterum ex latronibus saltem silentio suo aliquandiu uisum alteri cōuiciatori consentire, donec scilicet uictus aduersariorum Christi extrema improbitate, qui semimortuum, & non modò ad hæc omnia nihil respondantem, sed etiam pro ipsis orantem exagitare non desinebant, in præclaram illam & sempiternā memoria dignam confessionem erumperet. 43 Hodie, σήμερον. Quærit Theophylactus qui hoc conueniat cum ijs quæ dicuntur Hebr. 11. g. 40. ueteres scilicet illos sanctos, quorum illic fit mentio, non accepisse promissionem: & ad hunc nodum explicandum multa sanè absurda commemorat, quæ nō attingo, ne à scopo uidear aberrare. Tantùm dico, nimium audaces fuisse qui particulam σήμερον adiecta distinctione coniunxerunt cum uerbo λέγω, quum in omnibus codicib. connectatur cum uerbo ἔσῃ, & in quodam etiam exemplari legatur ἔσῃ σήμερον. Quomodo uerò locus ille sit explicādus, dicemus suo loco, & item alter ille Petri, cuius fasa interpretatio nobi sgenuit quem uocant Limbum, Vide de Paradiso 2. Cor. 12. b. 4. 46 De-

καὶ φωνήσας φωνῇ μεγάλῃ ὁ Ἰησοῦς, εἶπε· πάτερ, εἰς χεῖράς σου παρατίθεμαι τὸ πνεῦμά μου. καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐξέπνευσεν. 46

Quumq; clamasset uoce magna Iesus ait: Pater, in manus tuas depono spiritum meum. Et quum hæc dixisset, expirauit. Psal.30.a.6.

Ἰδὼν δὲ ὁ ἑκατόνταρχος τὸ γενόμενον, ἐδόξασε τὸν θεόν, λέγων· ὄντως ὁ ἄνθρωπος οὗτος δίκαιος ἦν. 47

Quum uidisset autem Centurio quod factũ fuerat, glorificauit Deum, dicens: Verè hic homo iustus erat. Centurio glorificans Deum.

Καὶ πάντες οἱ συμπαραγενόμενοι ὄχλοι ἐπὶ τὴν θεωρίαν ταύτην, θεωροῦντες τὰ γενόμενα, τύπτοντες ἑαυτῶν τὰ στήθη, ἀπεστρέφοντο. 48

Et omnis turba quæ simul accesserat ad spectaculum istud, spectans quæ facta fuerant, uerberans pectora sua, reuertebatur. Pœnitentia.

εἱστήκεισαν δὲ πάντες οἱ γνωστοὶ αὐτοῦ μακρόθεν, καὶ γυναῖκες αἱ συνακολουθήσασαι αὐτῷ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, ὁρῶσαι ταῦτα. 49

Stabant autem omnes noti eius eminus, & mulieres quæ unà sequutæ eum erant à Galilæa, uidentes ista.

Καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ὀνόματι Ἰωσὴφ, βουλευτὴς ὑπάρχων, ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ δίκαιος· 50

Tum ecce uir nomine Ioseph, senator, uir bonus ac iustus:

οὗτος οὐκ ἦν συγκατατεθειμένος τῇ βουλῇ καὶ τῇ πράξει αὐτῶν, ἀπὸ Ἀριμαθαίας πόλεως τῶν Ἰουδαίων, ὃς καὶ προσεδέχετο καὶ αὐτὸς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ· 51

Qui non suffragatus fuerat consilio ac facto eorum, ex Arimathæa ciuitate Iudæorum, qui expectabat & ipse regnum Dei: Sepelitur Christus. Matth. 27. g. 57. Marc. 15. d. 34. Ioan. 19. g. 38.

οὗτος προσελθὼν τῷ Πιλάτῳ, ἠτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. 52

Hic inquam ueniens ad Pilatum, petijt corpus Iesu.

καὶ καθελὼν αὐτὸ ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι, καὶ ἔθηκεν αὐτὸ ἐν μνήματι λαξευτῷ, οὗ οὐκ ἦν οὐδέπω οὐδεὶς κείμενος. 53

Et detractũ inuoluit sindone, posuitq; illud in monumento quod erat ex lapide excisum, in quo nondum quisquam positus fuerat.

καὶ ἡμέρα ἦν παρασκευή, καὶ σάββατον ἐπέφωσκε. 54

Porrò dies erat Parasceues, & sabbathi dies succedebat.

κατακολουθήσασαι δὲ αἱ γυναῖκες, αἵτινες ἦσαν συνεληλυθυῖαι αὐτῷ ἐκ τῆς Γαλιλαίας, ἐθεάσαντο τὸ μνημεῖον, καὶ ὡς ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ· 55

Subsequutæ autem etiã quæ cum eo uenerãt ex Galilæa, spectarunt monumentum, & quomodo positum erat corpus eius. Mulieres.

ὑποστρέψασαι δὲ ἡτοίμασαν ἀρώματα καὶ μύρα· καὶ τὸ μὲν σάββατον ἡσύχασαν κατὰ τὴν ἐντολήν. 56

Reuersę uerò parauerũt aromata & unguenta: ac sabbatho quidem quieuerunt, secundum mandatum.

ΚΕΦ. κδ'.

CAP. XXIIII.

Τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων ὄρθρου βαθέως ἦλθον ἐπὶ τὸ μνῆμα, φέρουσαι ἃ ἡτοίμασαν ἀρώματα, καί τινες σὺν αὐταῖς. 1

PRimo autẽ die hebdomadis, profundo diluculo, uenerunt ad monumentũ, ferẽtes quę parauerant aromata, & nonnullæ cum ipsis. Mulieres uisitãtes sepulchrũ. Marc 16.a.1. Ioan.2.a.1.

εὗρον δὲ τὸν λίθον ἀπεκεκυλισμένον ἀπὸ τοῦ μνημείου. 2

Inuenerunt autem lapidem reuolutum à monumento.

καὶ εἰσελθοῦσαι οὐχ εὗρον τὸ σῶμα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ. 3

Et ingressæ non inuenerunt corpus Domini Iesu.

46 Depono, παρατίθεμαι. Vel commendo: id est, σώζω μαι. Sed illud magis est proprium, & huius loci sententiæ accommodatius. Erasmus, commendabo. Nam etiam Psalm. 31. b. 6. unde petita sunt hæc Christi uerba, legitur אמסור futuro tempore. Sed prę terquam quòd familiares sunt Hebręis omnium temporum permutationes, res ipsa ostendit significationem præsentis melius conuenire. Deinde in uetustis codicibus duobus & Theophylacto Romano scriptum est παραδίδωμι, & in alijs tribus παρακατάθεμαι. 51 Expectabat, προσεδέχετο. Vel exceperat, & amplexus fuerat, quæ est propria huius uocabuli significatio. 54 Et sabbathi dies succedebat, καὶ σάββατον ἐπέφωσκεν, Vulgata & Erasmus ad uerbum, & sabbathum illucescebat: quæ interpretatio est perobscura, nisi fi quis Osiandrum sequutus, uesperam proximam à qua inchoabãt sabbathum, putet appellatione φωτὸς intelligi. Ego uerò existimo Lucam hæc addidisse ut explicaret nomen Parasceues, & ἐπέφωσκε pro Post accipiendum: quod ita sum interpretatus, ut perspicuitati studerem.

IN CAP. XXIIII.

1 Primo autem die hebdomadis, τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων. Vulgata, Vna autem sabbati. Erasmus, Vno autẽ Sabbathorum. Nostram interpretationem hoc loco confirmat Theophylacti authoritas. Vide Matth. 28. a. 1. Profundo diluculo, ὄρθρου βαθέως. Id est (ut inquit Marcus) ualde mane, siue (ut ait Iohannes) quũ adhuc tenebræ essent, id est, quum uix dum inciperet lucescere. Diuiditur enim crepusculum matutinum à Grę cis in multas partes. Nam ὄρθρον propriè uocant primum diluculi punctum. unde gallus dicitur ὀρθρίζειν, quòd lucem prænũciet primo statim diluculo. Huic succedit τὸ λυκαυγές, quum dubia iam lux est, quã excipit aurora. Totũ autem crepusculum matutinũ uocant διὰλου πρωΐαν, & interdum quoq; ὄρθρον: quamobrem Lucas addidit βαθέως, ut primã diluculi partem apertius declararet. Sed & Marcus quũ dixisset πρωΐ (quo uocabulo declaratur non modò crepusculum totum matutinum, sed etiam prima diei pars) addidit λίαν: id est ualde, sicut Hom. Iliad. α', quum extremam partem crepusculi describens usus esset uocabulo πρωΐ, subiunxit τὰ· ὀΐη, ut planius loqueretur. Rectè ergo Ioh. dixit, σκοτίας ἔτι οὔσης, neque ab alijs Euangelistis dissentit, & ista (ni fallor) confirmant nostram coniecturam, de qua diximus Marci decimo-sexto a. 2. Et nonnullæ cum ipsis, καί τινες σὺν αὐταῖς. Hæc deerant in uno uetere exemplari, neque habentur in Vulgata editione.

Et factum est dum consternatę in ea re hæ- 4 ⟨ὡ⟩ ἐγένετο ⟨τῷ⟩ διαπορεῖσθαι αὐτὰς περὶ τού- A
sitarent, ecce duo uiri superuenerunt ipsis, indu τον, καὶ ἰδοὺ δύο ἄνδρες ἐπέστησαν αὐταῖς ⟨ἐν⟩
ti uestibus fulgurantibus. ἐσθήσεσιν ἀστραπτούσαις.

Angeli alloquũtur mulieres. Quum autem expauefactæ essent, & decli- 5 ἐμφόβων δὲ γενομένων αὐτῶν καὶ κλινουσῶν τὸ
narent faciem in terram, dixerunt ad eas: Quid πρόσωπον εἰς τὴν γῆν, εἶπον πρὸς αὐτάς· τί ζητεῖτε
inter mortuos quæritis cum qui uiuit? τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν;

Supra 9.c.22. Matth.17.d.23. Marc.9.e.31. Non est hic, sed surrexit. memẽtote ut loquu 6 οὐκ ἔστιν ὧδε, ἀλλ' ἠγέρθη. μνήσθητε ὡς ἐλάλη-
tus sit uobis quum adhuc in Galilæa esset, σεν ὑμῖν, ἔτι ὢν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ,

Dicens: Oportet Filium hominis tradi in ma- 7 λέγων, ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδοθῆναι
nus hominum peccatorum, & crucifigi: & die εἰς χεῖρας ἀνθρώπων ἁμαρτωλῶν, καὶ σταυρωθῆναι,
tertio resurgere. καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι.

Recordatę sunt igitur uerborum illius. 8 καὶ ἐμνήσθησαν τῶν ῥημάτων αὐτοῦ.

Mulieres nunciant Apostolis Christum resurrexisse. Et reuersæ à monumento, nunciauerunt hæc 9 καὶ ὑποστρέψασαι ἀπὸ τοῦ μνημείου, ἀπήγγειλαν
omnia illis undecim, & reliquis omnibus. ταῦτα πάντα τοῖς ἕνδεκα, καὶ πᾶσι τοῖς λοιποῖς.

Erat autem Maria Magdalene, & Ioanna, & 10 ἦσαν δὲ ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία, καὶ Ἰωάννα, καὶ
Maria Iacobi *mater*. & reliquę cum eis *erant*, quæ Μαρία Ἰακώβου, καὶ αἱ λοιπαὶ σὺν αὐταῖς, αἱ ἔλεγον
hæc dicebant ad Apostolos. πρὸς τοὺς ἀποστόλους ταῦτα·

Sed uisa sunt apud eos quasi deliramentum, 11 καὶ ἐφάνησαν ἐνώπιον αὐτῶν ὡσεὶ λῆρος τὰ ῥή-
uerba eorum, neq; crediderunt ipsis. ματα αὐτῶν, καὶ ἠπίστουν αὐταῖς.

Petrus currit ad sepulchrum. Petrus autẽ surgens cucurrit ad monumen- 12 ὁ δὲ Πέτρος ἀναστὰς ἔδραμεν ἐπὶ τὸ μνημεῖον, B
tum, & quũ introspexisset, uidet lintea sola illic καὶ παρακύψας βλέπει τὰ ὀθόνια κείμενα μόνα· καὶ
iacentia: abijtq;, apud semetipsum mirans hoc ἀπῆλθε, πρὸς ἑαυτὸν θαυμάζων τὸ γεγονός.
factum.

Et ecce duo ex ijs ibant eo ipso die in uicum 13 καὶ ἰδοὺ δύο ἐξ αὐτῶν ἦσαν πορευόμενοι ἐν αὐτῇ
distantem stadijs sexaginta ab Ierusalem, cui uꝛ τῇ ἡμέρᾳ εἰς κώμην ἀπέχουσαν στάδιους ἑξηκοντα
nomen *est* Emmaus: ἀπὸ Ἰερουσαλήμ, ᾧ ὄνομα Ἐμμαούς·

Proficiscẽtibus in Emmaũta apparet Christus. Marc.16.c.12. Et colloquebantur inter se de ijs omnibus 14 καὶ αὐτοὶ ὡμίλουν πρὸς ἀλλήλους περὶ πάντων
quæ acciderant. τῶν συμβεβηκότων τούτων.

Et factum est dum colloquerentur, & se mu- 15 καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ὁμιλεῖν αὐτοὺς, καὶ συ-
tuò rogitarent, ipse Iesus appropinquans ibat ζητεῖν, ⟨καὶ⟩ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἐγγίσας συνεπορεύετο αὐ-
unà cum ipsis. τοῖς·

Oculi autem eorum tenebantur ne eum a- 16 οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκρατοῦντο τοῦ μὴ ἐπιγνῶ-
gnoscerent. ναι αὐτόν.

4 Dum consternatę in ea re hæsitarent, *ἐν τῷ διαπορεῖσθαι αὐτὰς περὶ τούτου*. Vulg. & Eras. dum mente consternatę essent de hoc. De uerbo *διαπορεῖν* diximus supra 9.a.7. Sed rectè annotat doctissimus Budęus *διαπορεῖσθαι* plus esse quàm *διαπορεῖν*, sicut rursus *ἐξαπορεῖσθαι* aliquid amplius declarare uidetur quàm *διαπορεῖσθαι*, 2. Cor.4.b.8. Ideo addidimus participium Consternatæ. 5 Inter mortuos, *μετὰ τῶν νεκρῶν*. Vulg. & Erasmus cum mortuis. Sed præstat pro *μετὰ* accipere: quamuis in hac significatione ferè iungatur cum tertio casu. Deinde sciendum est, hoc pertinere ad uerbum *ferãtis*. Abundat enim Lucas uerborum traiectionibus, quæ sæpenumero sententiam reddunt obscuriorem. 6 Mementote, *μνήσθητε*, *Μνήσθητι*, inquit Erasmus in hunc locum, anceps est, imperatiui ne sit modi an indicatiui. Id uerò quid sit, & quomodo probabile sit, non uideo. 10 Cum eis, *σὺν αὐταῖς*. Vulgata & Erasmus, quæ cum eis erant: id est, *αἱ σὺν αὐταῖς*. 12 Quum introspexisset, *παρακύψας*. Vetus interpres, procumbens: id est, *προσκύψας*. Idem Ioan.20.b.5. & c.11. uertit, quum se inclinasset, magis propriè, ni fallor. Alibi, id est Iac.1.c.25. & 1. Pet.1.b.12. uti maluit uerbo Prospiciendi, quod hîc quoq; substituit Erasmus: quum Prospicere aliud prorsus declaret, nimirum eminus conspicere: quod quidem fit diuerso corporis gestu ab eo qui hoc uerbo declaratur. Nam *τὸ παρακύπτειν* à consequenti significat, prono capite & propenso collo diligentius introspicere, nisi quum *παρὰ* designat præteritionem ac contemptum. Tunc enim declarat, obiter & quasi prætereundo limis oculis aspicere, ut si præteriens alicuius ædes, caput immittas, & eo uix conspecto, statim discedas: pro quo Latini dicunt, A' limine salutare. Est igitur Procumbendi uocabulum nimis generale, Prospiciendi uerò improprium. Neque uerò hæc obseruatio inanis est. Ita enim significatur, Petrum rem totam diligenter esse perscrutatum: quo minus est nobis dubitandum de huius historiæ fide. 14 Colloquebantur, *ὡμίλουν*. Erasmus confabulabantur, à quo uerbo libens abstineo, ne fabulas narrasse isti uideantur. quamuis non ignorem Fabulari apud Plautum sæpe de omni sermone dici, utpote quod à fando deducatur. Verbum autem *ὁμιλεῖν* propriè quidem & *κατὰ τὸ ἑξῆς* significat unà uersari, sed hîc accipitur pro *συνλαλεῖσθαι*, quo uerbo utitur Naziãzenus. 16 Tenebãtur, *ἐκρατοῦντο*. id est, retinebantur & impediebantur, ita scilicet statuente Domino. Ex hoc autem loco apparet quàm inconsideratè faciant qui corpori Domini glorificato ea tribuunt quæ uero corpori non possunt cõuenire: ueluti qui inuisibile, nulla quãtitate, nullo loco circumscriptum imaginantur. Non multo minus errãt qui Christũ existimãt à resurrectione uarios ultus induisse: quia, inquiunt, corpus erat spirituale. Quanto melius Augustinus ad Cosentium, corpus animale definit quod propter mortis dissolutionem & corruptionem cæteris animãtibus simile est: spirituale uerò quod iam cum spiritu est immortale! Et paulo pòst: Sicut, inquit, animale corpus non est anima, sed corpus: ita & spirituale corpus non spiritum debemus putare, sed corpus. Quid quod idem in epistola ad Dardanum, ne animę quidem Christi tribuit, nedum corpori, ut duobus simul locis existere potuerit? Quod autẽ ad formæ & characteris mutationem attinet, si ita est ut uultum & staturam mutarit Dominus, quid necesse fuit istorũ oculos

A oculos teneri? Quod igitur Theophylactus citat ex Marci 16.c.12. Christum duobus istis apparuisse ἐτέρᾳ μορφῇ, ita explicandum est, ut uel μορφὴ pro ipso habitu & uestitu corporis accipiatur. apparuit enim illis tanquam & ipse ad iter accinctus: sicut Mariæ uisus hortulani specie, non antè est ab ea agnitus quàm nominatim eam compellaret: uel fortasis referatur ad eam formam qua ipsis uisus est, non qua ipse esset reuera. Hactenus enim tenebantur ipsorum oculi, non ut nullam in eo formam uiderent, sed ut ueram non perspicerent, unde scilicet agnosci posset: ex quo efficitur, caligantibus eorum oculis diuersæ formæ imaginem fuisse obiectam, quum reuera sicut idem erat corpus, eadem etiam esset eius forma.

καὶ ἐστε σκυθρωποί; — 17 Dixit uerò ad eos: Qui sunt hi sermones quos confertis inter uos ambulantes? & quid estis tetrico uultu? — *Colloquentibus de se adesse Christus.*

ἀποκριθεὶς ὁ εἷς, ᾧ ὄνομα Κλεόπας, εἶπε πρὸς αὐτόν· σὺ μόνος παροικεῖς Ἰερουσαλὴμ, καὶ οὐκ ἔγνως τὰ γενόμενα ἐν αὐτῇ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις; — 18 Respondēs autem alter, cui nomen Cleopas, dixit ei: Tu solus commoraris in Ierusalem, neq; nosti quæ facta sunt in ea per hos dies?

καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ποῖα; οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· τὰ περὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου, ὃς ἐγένετο ἀνὴρ προφήτης, δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ ἐναντίον τοῦ θεοῦ καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ· — 19 Ipse uerò dixit eis: Quæ? At illi dixerunt ei: De Iesu Nazareno, qui fuit Propheta, potēs operibus & sermonibus ante Deum & totum populum.

ὅπως τε παρέδωκαν αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ἄρχοντες ἡμῶν εἰς κρίμα θανάτου, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν. — 20 Et quomodo eum tradiderunt principes Sacerdotum, & magistratus nostri in condemnationem mortis, & crucifixerunt eum.

B ἡμεῖς δὲ ἠλπίζομεν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ. ἀλλά γε σὺν πᾶσι τούτοις τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον, ἀφ' οὗ ταῦτα ἐγένετο. — 21 Nos autem sperabamus eum esse illum qui redempturus esset Israel: atqui super hæc omnia, tertium hunc diem agit hodie ex quo hæc facta sunt.

ἀλλὰ καὶ γυναῖκές τινες ἐξ ἡμῶν ἐξέστησαν ἡμᾶς, γενόμεναι ὄρθριαι ἐπὶ τὸ μνημεῖον· — 22 Sed & mulieres quædam ex nobis perculerūt nos, quæ diluculo affuerūt ad monumentū.

καὶ μὴ εὑροῦσαι τὸ σῶμα αὐτοῦ, ἦλθον, λέγουσαι καὶ ὀπτασίαν ἀγγέλων ἑωρακέναι, οἳ λέγουσιν αὐτὸν ζῆν. — 23 Et nō inuento corpore eius, uenerunt, dicentes se etiam uisionem Angelorum uidisse, qui dicunt eum uiuere.

καὶ ἀπῆλθόν τινες τῶν σὺν ἡμῖν ἐπὶ τὸ μνημεῖον, καὶ εὗρον οὕτως καθὼς καὶ αἱ γυναῖκες εἶπον, αὐτὸν δὲ οὐκ εἶδον. — 24 Et abierunt quidam eorum qui erant nobiscum, ad monumentum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerant, ipsum uerò non uiderunt.

καὶ αὐτὸς εἶπε πρὸς αὐτούς· ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ τοῦ πιστεύειν ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται· — 25 Tum ipse dixit ad eos: O amentes & tardi corde ad credēdum omnibus quæ loquuti sunt Prophetæ: — *Infidelitas reprehenditur.*

οὐχὶ ταῦτα ἔδει παθεῖν τὸν χριστὸν καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ; — 26 Nónne hæc oportuit pati Christum, & introire in gloriam suam?

17 Et quid estis tetrico uultu? καὶ ἐστε σκυθρωποί: Addidi particulā quæ omnino ad explendam sententiam requiritur. Sed in uno exemplari scriptum inuenimus, καὶ ἔστηκεν σκυθρωποί, quod ego interpretarer, at illi cōstiterunt tristes. Nam neq; addita erat interrogationis nota, neq; hæc cum superioribus erant coniuncta: & sanè germanam hanc C lectionem esse arbitror, quamuis nihil sim ausus immutare. Quod autem attinet ad σκυθρωποί, rectè quidem Vetus interpres hoc loco tristes interpretatur: sed quum tristitia propriè sit animi, & de uultus habitu hìc agatur, studui planius loqui, & uocabulum Græcum paulo expressius declarare. Alibi tetricum exposuimus. 18 Cleopas, πλέονες. Alterum fuisse hunc nostrum Lucam, quidam ex ueteribus arbitrantur, quorum opinio uidetur refelli ex præfatione Actis apostolorum præposita. Epiphanius autem aduersus Saturnilianos Nathanaelem fuisse tradit. Ita necesse ut repugnantia scribant qui curiosas quæstiones tractant ex coniecturis. Commoraris, παροικεῖς. Differre παροικεῖν à κατοικεῖν, sicut apud Latinos Cōmorari & Habitare, obseruauimus Matth. 2. d. 23. Sed hoc quidem loco nolim eam differentiam subtilius obseruare. Si cui tamen hoc placuerit, ita licebit interpretari, Tu solus aduena hoc scilicet die festo in Ierusalē ueniſti, qui hæc non noueris? nisi fortè malimus παροικεῖν interpretari accolere, ut ita exponatur, Túne solus accolis Ierusalem, & ista nō nosti? Nā in uno codice legimus, παροικεῖς ἐφεστακέν, nō addita præpositione ἐν: & istos uerisimile est suspicatos esse, eum quē nō agnoscebant, quiq; statim à solēni die festo ex urbe profectus esset, ex uicino aliquo pago uenisse ad quē sese reciperet. Vulg. & Eras. Tu solus peregrinus es in Ierusalē: ut παροικεῖν idē declaret atq; τὸ ξενιτεύειν, quo utitur Lucas Act. 2. b. 10. Sed mihi nō satis placet eorum expositio qui addūt particulā Adeò, ut sit hęc sententia, Túne solus es adeò peregrinus & hospes in Ierusalē, ut ista nō cognoueris? Nā trāslatitiè dicitur hospes esse in aliquā ciuitate, qui ignorat quod cęteri illic norint. Sic Cic. pro Milone: An uerò, Iudices, uos soli ignoratis, uos hospites in hac urbe uersamini, uestræ peregrinantur aures, neq; in hoc peruagato ciuitatis sermone uersantur? Sed hoc dicēdi genus nescio quomodo uidetur à cōmuni loquēdi usu remotius q̄ ut Lucas eò respexerit. Deinde ista interpretandi libertas in his quidē libris mihi nō placet, ne tum quidem quū de sententia nihil detrahitur. 21 Atqui, ἀλλάγε. Vulg. & nunc, καὶ νῦν. Tertium hunc diem agit, τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει. Agit scilicet ille quem sperabamus fore Israelis liberatorem. Quamuis eīm duriusculè hoc dicatur de eo quem ipsi adhuc mortuum esse putabāt, tamen multo planior est hic sensus & mollior eclipsis, quàm si cum nonnullis subaudias χρόνον, id est tempus: deinde hac etiam ratione potest hoc excusari, quòd ab eo dicatur qui ambigat num resurrexerit: & in eam quoq; sententiam uideatur nonnihil propendere, ut ex sequentibus appareret. Vulg. & Eras. tertius hic dies est. Atqui hoc non est nodū expedire, sed secare potius. 22 Ex nobis, ἐξ ἡμῶν:

id est, nostri gregis. Itaque uetus interpres, si sensum spectas, eleganter conuertit, Ex nostris: tum hoc loco, tum etiam uersu 24. A

Christus interpretatur Scripturas.

Et exorsus à Mose & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ de se *scripta erant*.

27 καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ μωσέως καὶ ἀπὸ πάντων τῶν προφητῶν, διερμήνευεν αὐτοῖς ἐν πάσαις ταῖς γραφαῖς τὰ περὶ ἑαυτοῦ.

Appropinquauerunt autem uico in quẽ proficiscebantur, & ipse fingebat se longius ire.

28 Καὶ ἤγγισαν εἰς τὴν κώμην οὗ ἐπορεύοντο, καὶ αὐτὸς προσεποιήσατο πορρώτερον πορεύεσθαι.

Sed *ipsi* adegerunt eũ, dicentes: Mane nobiscum: quoniã est circiter uesperam, & inclinatus est dies. Ingressus est igitur ut maneret cum eis.

29 καὶ παρεβιάσαντο αὐτὸν, λέγοντες· μεῖνον μεθ' ἡμῶν, ὅτι πρὸς ἑσπέραν ἐστὶ, καὶ κέκλικεν ἡ ἡμέρα. καὶ εἰσῆλθε τοῦ μεῖναι σὺν αὐτοῖς.

Et factum est, quum ipse accubuisset cum eis, sumpto pane, benedixit, & fractum dedit eis.

30 καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κατακλιθῆναι αὐτὸν μετ' αὐτῶν, λαβὼν τὸν ἄρτον εὐλόγησε, καὶ κλάσας ἐπεδίδου αὐτοῖς.

Aperti sunt autem oculi eorum, & agnouerunt eum: sed ipse ablatus est extra conspectum ipsorum.

31 αὐτῶν δὲ διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἐπέγνωσαν αὐτόν· καὶ αὐτὸς ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν.

Et dixerunt inter se: Nónne cor nostrum ardebat in nobis, dum loqueretur nobis in uia, & quum aperiret nobis Scripturas?

32 καὶ εἶπον πρὸς ἀλλήλους· οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν ἐν ἡμῖν, ὡς ἐλάλει ἡμῖν ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ ὡς διήνοιγεν ἡμῖν τὰς γραφάς;

Et surgentes eo ipso momento reuersi sunt in Ierusalem, & inuenerunt cõgregatos Vndecim, & eos qui cum illis erant,

33 καὶ ἀναστάντες αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, ὑπέστρεψαν εἰς Ἰερουσαλήμ, καὶ εὗρον συνηθροισμένους τοὺς ἕνδεκα, καὶ B τοὺς σὺν αὐτοῖς,

Dicentes: Surrexit Dominus uerè, & apparuit Simoni.

34 λέγοντας· ὅτι ἠγέρθη ὁ κύριος ὄντως, καὶ ὤφθη Σίμωνι.

Tum ipsi narrarunt quæ *gesta erant* in uia: & ut fuisset agnitus ipsis in fractione panis.

35 Καὶ αὐτοὶ ἐξηγοῦντο τὰ ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ ὡς ἐγνώσθη αὐτοῖς ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου.

Marci 16. c. 14. Ioan. 20. c. 19.

Hæc autem ipsis loquẽtibus, stetit Iesus ipse in medio eorum, & dixit eis: Pax uobis.

36 ταῦτα δὲ αὐτοῦ λαλοῦντος, αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἔστη ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ λέγει αὐτοῖς· εἰρήνη ὑμῖν.

Apostoli nõ credunt Christum resurrexisse.

Territi uerò *illi* & expauefacti, putabant se spiritum uidere.

37 πτοηθέντες δὲ καὶ ἔμφοβοι γενόμενοι ἐδόκουν πνεῦμα θεωρεῖν.

Tum dixit eis: Quid turbati estis, & quare cogitationes subeunt in corda uestra?

38 καὶ εἶπεν αὐτοῖς· τί τεταραγμένοι ἐστὲ, καὶ διατὶ διαλογισμοὶ ἀναβαίνουσιν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν;

Spiritus non habet carnem.

Videte manus meas & pedes meos: nam ego ipse sum: cõrectate me, & uidete: nam spiritus carnẽ & ossa nõ habet, sicut me uidetis habere.

39 ἴδετε τὰς χεῖράς μου καὶ τοὺς πόδας μου, ὅτι αὐτὸς ἐγώ εἰμι· ψηλαφήσατέ με καὶ ἴδετε, ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα.

Et quum hæc dixisset, ostendit eis manus ac pedes.

40 καὶ τοῦτο εἰπὼν ἐπέδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας.

Adhuc autem ipsis non credentibus, præ gaudio, & mirantibus, dixit eis: Habetis hic edile quippiam?

41 ἔτι δὲ ἀπιστούντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς χαρᾶς, καὶ θαυμαζόντων, εἶπεν αὐτοῖς· ἔχετέ τι βρώσιμον ἐνθάδε; C

Tum ipsi obtulerunt ei partem piscis assi, & aliquid ex fauo apiario.

42 οἱ δὲ ἐπέδωκαν αὐτῷ ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος, καὶ ἀπὸ μελισσίου κηρίου.

Quæ *ille* accepit, & coram ipsis comedit.

43 καὶ λαβὼν ἐνώπιον αὐτῶν ἔφαγεν.

Scripturæ impletæ: quarum intelligentia est à Christo.

Dixitq; ad eos: Hi sunt sermones quos loquutus sum ad uos, quũ adhuc essem uobiscũ: q̃ *scilicet* oporteret impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosis, & Prophetis, & Psalmis de me.

44 εἶπε δὲ αὐτοῖς· οὗτοι οἱ λόγοι οὓς ἐλάλησα πρὸς ὑμᾶς, ἔτι ὢν σὺν ὑμῖν, ὅτι δεῖ πληρωθῆναι πάντα τὰ γεγραμμένα ἐν τῷ νόμῳ μωσέως καὶ προφήταις καὶ ψαλμοῖς περὶ ἐμοῦ.

Tunc aperuit eorum mentem, ut intelligerẽt Scripturas.

45 τότε διήνοιξεν αὐτῶν τὸν νοῦν, τοῦ συνιέναι τὰς γραφάς,

Et dixit eis: Ita scriptum est, & ita oportuit Christũ pati, & resurgere à mortuis tertio die:

46 καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ὅτι οὕτω γέγραπται, καὶ οὕτως ἔδει παθεῖν τὸν χριστὸν, καὶ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ,

31 Ablatus est extra conspectum ipsorum, ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν. Vulg. euanuit ab oculis eorum. Sed rectè admonet Eras. Euanescendi uocabulũ non satis conuenire, quum hic non de spectro, sed de uero corpore fiat mẽtio. Quod autem idem interpretatur, subduxit sese ab oculis eorum, non satis uidetur repentinam illam corporis subductionem declarare. Cæterùm ἀφανισμὸν ἔχειν dixit Lucas ἀπ' αὐτῶν, quàm si dixisset αὐτοῖς, nempe ne quis existimet præsentem quidem Christum cum ipsis mansisse, sed corpore, quod cerni non posset. Itaq; dicere mãlui, extra ipsorum conspectum, quàm ipsorum conspectui aut oculis ablatum. 32 Ardebat, καιομένη ἦν. In secundo exẽplari scriptũ erat, κεκαλυμμένη ἦν, obtectum erat. 35 In fractione panis, ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου: id est, quum panem frangeret: qui mos erat huius gentis, atq; etiamnum hodie seruatur conuiuij initio, adhibita precatione. Erasm. ex fractione panis, quasi ex hoc facto Christus ab illis agnitus dicatur, quum tempus potius declaretur quo Christum agnouerunt. 47 Incipiendo, ἀρξάμενον. Vulg. incipientibus: id est, ἀρξαμένοις, scilicet ὑμῖν uobis. Sed apud

A pud Græcos interdum quartus etiam casus absolutè ponitur: quod omnes norunt. Quòd autem Erasmus existimat ad Christum posse referri, non ob eam tantùm causam repudiandum est quam ipse commemorat, id est quia Christus non cœperit ab Ierusalem, sed Apostoli: uerùm etiam quia κηρυχθῆναι dixit, non κηρύσσειν: & res ipsa clamat Christum hîc agere de Apostolorum munere.

κὴ κηρυχθῆναι ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μετάνοιαν 47
κὴ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εἰς πάντα τὰ ἔθνη, ἀρξάμενον ἀπὸ Ἰερουσαλήμ.

Et prædicari in eius nomine resipiscentiam ac remissionem peccatorum apud omnes Gentes, incipiendo ab Ierusalem. Pœnitentia. Remissio peccatorum.

ὑμεῖς δέ ἐστε μάρτυρες τούτων. 48

Vos autem estis testes horum. Testes Apostoli.

κὴ ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρός μου ἐφ' ὑμᾶς. ὑμεῖς δὲ καθίσατε ἐν τῇ πόλει Ἰερουσαλήμ, ἕως οὗ ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους. 49

Et ecce, ego mittã promissum Patris mei super uos: uos autem manete in urbe Ierusalem, usquequò induamini uirtute ex alto. Spiritus sanctus. Ioan.15.d.26. Act.1.a.4.

ἐξήγαγε δὲ αὐτοὺς ἔξω, ἕως εἰς Βηθανίαν· κὴ ἐπάρας τὰς χεῖρας αὐτοῦ, εὐλόγησεν αὐτούς. 50

Eduxit autem eos foras usq; Bethaniam: & sublatis manibus suis, benedixit eis. Ascendit Christus in cœlum. Marc.16.d.19. Act.1.b.9.

κὴ ἐγένετο ἐν τῷ εὐλογεῖν αὐτὸν αὐτοὺς, διέστη ἀπ' αὐτῶν, κὴ ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανόν. 51

Et factum est, dum ipse benediceret eis, disiunctus ab eis, sursum ferebatur in cœlum.

κὴ αὐτοὶ προσκυνήσαντες αὐτὸν, ὑπέστρεψαν εἰς Ἰερουσαλὴμ μετὰ χαρᾶς μεγάλης· 52

Ipsi autem adorato eo reuersi sunt in Ierusalẽ cum gaudio magno.

κὴ ἦσαν διὰ παντὸς ἐν τῷ ἱερῷ, αἰνοῦντες κὴ εὐλογοῦντες τὸν θεόν. ἀμήν. 53

Erantq; semper in templo, laudantes & benedicentes Deum. Amen. Laus.

49 Manete, καθίσατε. Vulgata & Erasmus ad uerbum, sedete: id est, moremini, quieti expectate. Sic enim apud B Hebræos accipitur uerbum ישב, quod huic Græco opponitur, ut alibi obseruauimus. Induamini uirtute ex alto, ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους: id est, usquequo Spiritus sanctus è cœlo in uos illabatur. Sic enim loquuntur Hebræi, ut Iud.6.f.34. Nos autem hunc quoque Hebraismum, quia perelegans uidetur, libenter retinuimus. 51 Disiunctus, διέστη. Vulgata & Erasmus, recessit, ἀνεχώρησεν.

Sanctum IESV Christi Euangelium secundum Ioannem.

Εὐαγγέλιον κατὰ Ἰωάννην.

ΚΕΦ. Δ.

CAP. I.

ΕΝ ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, κὴ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν, κὴ θεὸς ἦν ὁ λόγος. 1

IN principio erat Sermo ille, & Sermo ille erat apud Deum, eratq; ille Sermo Deus.

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 In principio, ἐν ἀρχῇ: id est, ἀπ' ἀρχῆς à principio, ut loquitur idem noster Ioannes suæ epistolæ 1.a.1. quod putaui obseruandum, ut appareat non satis appositam esse eorum interpretationem, qui seruata propria significa- C tione præpositionis ἐν, principium interpretantur Patrem in quo erat Sermo. Principij autem appellatione nonnulli æternitatem ipsam intelligunt: quæ interpretatio mihi uidetur impropria. Malo igitur hoc nomine intelligere temporis initium, quod quidem tum cœpit quum Deo placuit aliquid condere. Est igitur hęc sententia, Sermonem non cœpisse existere, quum Deus initium faceret creandi quicquid conditum est. Nam, inquit Ioannes, iam tum existebat Sermo ille quum res creatæ condi cœperunt. Alioqui dicitur etiam diabolus homicida fuisse ab initio, infrà 8.f.44. id est, quum primus homo esset conditus, siue à primo homine condito, antequam scilicet genus humanum propagaretur. Nam nondum existente homine, qui potuit esse homicida? Hic autem agitur de primo omnium rerum creatarum exordio, sicut liquet ex ijs quæ consequuntur. Itaque locum illum de diabolo & similes alios frustra citant hæretici, ut hęc Ioannis uerba eludant, quibus æterna Filij hypostasis manifestò confirmatur. Erat, ἦν: id est, ὑφίστατο subsistebat, ut rectè explicant Græci. Est enim proprietas ipsius uerbi εἶναι obseruanda: quod quidem uni Deo propriè conuenit, qui idcirco ab Hebræis יהוה, à Græcis ὁ ὤν dicitur: neq; ideam quandam declarat (ut Samosatenus existimabat, & qui eius errorem renouauit Seruetus) sed quod reuera existit: & habenda etiam in primis ratio pręteriti imperf. quo scilicet significatur Sermonis hypostasis, id est æterna Filij generatio principio caruisse, ut qui iam existeret quum conderetur quicquid conditum est, ut ipse de se testatur infrà 17.a.5.

Sermo ille, ὁ λόγος. Vulgata, Verbum: id est, τὸ ῥῆμα, quod rectè mutauit Erasmus, ueterum etiam fretus authoritate, puta Cypriani, Lactantij, Hilarij, Hieronymi, Ambrosij, Augustini. Sed apud Græcos latè patet λόγος. Nam & orationẽ, & rationẽ, & definitionem, & alia nonnulla declarat. unde factum ut Græci præsertim theologi quorum uestigia sequuti sunt Latini, uariè hunc locũ sint interpretati, dũ explicare uolunt qua ratione Filius dicatur λόγος: quæ omnia uidetur Nazianzenus his paucis uerbis diligenter & perspicuè explanasse, Concione 2. περὶ υἱοῦ· Δεικνῦμι δὲ μὲν λόγῳ λόγος ἐστὶ πρὸς πατέρα ὅτου ἐγώ· ὡς πρὸς νοῦν λόγος, ὁ μέσον διὰ τὸ ἀπαθὲς ἀγγενήσει, ἀλλὰ καὶ τὸ σωφρὸν καὶ τὸ θεραπευτικὸν καὶ ἁπλῶς ὅτι πρὸς τὸ ἕτερον πρὸς τὸ ἑρμηνεῦσμένον, ἐπειδὴ καὶ ἔστι λόγος ὁ μὲν γεννητὸς, φησὶ, τὸ ἐμφυτον (τοῦτο γὰρ ἔοικε τὸ ὑπαρκὸς) τὸ νοερὸν τοῦ πατρὸς, καὶ σιωπηρὸν ἀπόλουτον καὶ ἀφθὲς ἀεὶ τοῦ πατρὸς φόρημα ὑφ' ὑμῶν, γέννημα γὰρ ἅπαν τὸ γιγνόμενον σιωπῇ λέγει: id est, Sermo dicitur, quòd eam rationem habeat cum Patre, quem Sermo cum mente: non solùm quia sit à Patre citra omnẽ per-

pesionem genitus, sed etiam quòd Patri sit cõiunctus, eumq; exprimat. Sed & fortasis dicere posit aliquis, eandē esse Filij cũ Patre rationem, quę finitionis cum definito. nam λόγος etiam finitionē declarat. Etenim qui mente complexus est Filium (id enim est pro quo dixit, Qui uidit) is & Patrē comprehēdit, ut iam Filius nō sit aliud q̃ breuis ac facilis quędā demonstratio naturæ Patris. Si quidē omnis fœtus est ceu tacita quædam expressio eius à quo productus est. Hæc ille. Basilius autē alias etiam rationes affert Homilia in hunc locũ scripta. Sed quãuis de rebus omniũ abstrusissimis loquatur Ioannes, & hęc testimonia de Filio Dei uerè ac sapienter dicta agnoscam, mihi tamen nõ fit uerisimile tam subtiliter illũ uoluisse hoc loco disserere. Deinde habēda potius fuit (opinor) ratio idiomatis Hebręi quàm Gręci. Quãuis enim Ioannes Græcè scripserit, tamē in tradenda theologia ac præsertim in istis declarādis arcanis, neq; à uerbis neq; à loquutionibus recesit: quę in uerbo Dei & in Synagogis erant ita usitatæ, ut ipso etiam uulgo si nõ res ipsę, at certè uocabula intelligerētur. Iam uerò in editione Chaldaica (quã opinor populari sermoni maximè fuisse accõmodatam) innumeris penè locis pro eo quod in cõtextu scribitur יהוה, scriptũ inuenimus מימרא, ut mihi uerisimile uideatur Ioannē hoc nomē ueluti è medio sumpsisse: quo scilicet soliti fuerint ueteres illi Messiam uocare: quasi enim dicas de quo loquutus est, siue quē pollicitus est Dominus. Nam Iudęi de Messiæ Diuinitate non prius cœperunt disputare quàm planè fuerunt excæcati, ut facilè cognoscet quisquis ueterum Rabbinorum scripta cum recentiorũ commentarijs compararit. Fecit enim implacabile in Christũ odium, & iustũ uicissim Christi in eos iudicium, ut in torquendis Scripturæ locis qui pro Christi utraq; natura apertè faciunt, eos nõ pudeat ab ipsis etiam maioribus suis apertè dissentire. Ergo, ut ad rem redeam, ὁ λόγος benedictum illud semen declarat, de quo Adæ, Abrahæ, Isaaco, Iacobo, Dauidi & electis omnibus loquutus est Dominus, quasi Sermonem seu promissum Dei uoces. nisi malis huc referre, quòd sit unicus Patris interpres: qua ratione etiã Angelus interdum appellatur, per quē scilicet Pater ipse semper loquutus, tandē extremis temporibus seipsum mundo patefecit, ut infrà declaratur uersu 18. Sed tamen postrema hæc notatio uidetur nonnihil impropria, quia λόγος nusquam alibi (quod sciam) accipitur pro interprete seu pro eo qui loquatur, sed pro eo potius quod aliquis loquatur. Cæteræ uerò significationes huius uocabuli, quas Græci & Latini theologi tam cupidè arripiunt, Chaldaï eo uocabulo מימרא, non possunt ulla probabili ratione conuenire. Sed tamen hęc omnia atq; adeò meipsum libēs Ecclesiæ subijcio. Porrò quod annotāt ueteres Græci, additum esse articulũ ut hic Sermo ab alijs discernatur (nam alioqui & Legē & Prophetas, & omnia Dei mandata Sermonem Dei uocamus) quia uidetur cõmodè & suo loco obseruatum, nullo modo negligendũ censuimus, quamuis frequens illa pronominis repetitio nonnullis fortasse parũ placebit. Et sermo ille erat apud Deum, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν. Repetitur antecedens loco relatiui, nõ modò ex idiomate Hebræorum, sed etiam ut magis perspicua sit oratio. Prępositio autē πρὸς hypostasin Filij ab hypostasi Patris distinguit aduersus Sabellium: ideoq; nõ dixit ἐν τῷ θεῷ, ut rectè obseruat Basilius Homilia ὅτι τὸ κατὰ ἴσωσιν οὐκ ἀναγέλλει, & κατὰ σαβελλιανῶν, quamuis ut τὸ ὁμοούσιον indicet, alibi se in Patre esse dicat, infrà 10.g.38. quod tamen accipi potest de Diuinę in Christo potentię manifestatione. Nõ desunt etiam qui prępositionem πρὸς existiment significare μίμησίν τινα πρὸς ἐμφασιν, id est assimilationē quandam, ut πρὸς τὸν θεόν idem declaret atq; κατὰ θεόν: ueluti quũ scribit Philo de Mundo, κατ' εἰκόνα θείου γεγενῆσθαι σώματος: id est, ad imaginem & exemplar Dei conditum esse hominem: in qua opinione is est qui libellum scripsit περὶ σωτάδου, præferentem Basilij Magni nomen. Est enim Filius Patris character & imago prorsus ἀπαράλλακτος: quę interpretatio hypostases distinguit, & eandem ὁμοίωσιν cõfirmat, quum in Deo nihil non ὁμοούσιον cõsideretur. Sed tamen hoc mihi subtilius uidetur, quum in plurimis locis hęc prępositio simpliciter accipiatur pro Apud, ut Mar. 6.a.3. & 9.c.19. Rom. 15.g.30. 1. Cor. 16.a.6. pro quo dixit ipse Christus παρὰ σοί, de Patre loquens, infrà 17.a.5. Eratq; ille sermo Deus, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. In Græco sermone additus articulus manifestè ostendit τὸν λόγον habere subiecti rationē, θεὸν uerò prædicati, ut etiam infrà 4.d.24. quod omnino fuit annotandum: quia alioqui si inuersa propositione dicas, καὶ ὁ θεὸς ἦν ὁ λόγος, & Deus ille erat Sermo, personã Patris & Filij confuderis, quia uis articuli est ἀναφορικὴ. Deinde impropriè dicas Deum esse sermonem, quia ὁ θεὸς uel ipsam οὐσίαν declarat, quæ tribus hypostasibus est eadē: uel certè Patris hypostasin significat, ut in superiore membro. Itaque ut uitaremus periculosam amphiboliam, quę non est in Gręco sermone, naturalem ordinem constructionis sequuti, priore loco subiectum, posterioriore prædicatum collocauimus.

Hic *Sermo* erat in principio apud Deum. 2 οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν.

Omnia per eum *Sermonem* facta sunt, & absq; 3 πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο
eo factum est nihil quod factum sit. Ç οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν.

2 Hic *Sermo*, οὗτος. Expresi ipsum antecedens, ne quis τὸν θεὸν repetendũ puter. Nam rectè quidem dicas Deũ ex Deo genitum: Deũ autem apud Deum, improprię. quia πρὸς declarat hypostasis distinctionē. Filius autē non distinguitur à Patre, quatenus Deus est, sed quatenus Filius. Coniunctim tamē dicere licebit, Hic Sermo Deus erat apud Deum, ut is rectè notat cuius aliquot extant in nostrũ hunc Euangelistam Homiliæ sub Origenis nomine. Etsi autē ijs assentior qui in his uerbis putant epilogum quendam esse superiorum ἀξιωμάτων, tamen etiam existimo necesse fuisse hęc addi, ut intelligeremus illud ἐν ἀρχῇ repetendum esse ἀπὸ τοῦ πατρὸς, in duobus posterioribus mẽbris, quasi scriptum sit, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ἐν ἀρχῇ ἦν πρὸς τὸν θεόν, καὶ ἐν ἀρχῇ θεὸς ἦν ὁ λόγος. quæ obseruatio, & Sabellij & Samosateni & Arrij, & uetustiorum, nempe Hebionis & Cerinthi, hæreses manifestè cõuincit. Annotat Augustinus lib. de doctrina Christiana 3. cap. quosdam post πρὸς τὸν θεόν, adscripta distinctione, ὁ λόγος coniungere cum ἦν τὸ, quasi ita scripserit Ioannes, In principio erat Sermo, & Sermo erat apud Deum, eratq; Deus. Sermo iste erat in principio apud Deum. Quę distinctio mihi non uidetur peruertere sententiam, si modò ante tertium Erat, repetas ὁ λόγος, ita ut Deus à parte posteriore construatur, tanquam prædicatum scilicet. Nam alioqui de Sermonis Diuinitate testimonium impiè corruperis. Apud Deum, πρὸς τὸν θεόν. Quum non contentus Ioannes dixisse ἐν ἀρχῇ, hęc etiam addat: neque tamen uerisimile sit eum uoluisse περισσολογῆσαι, apparet non satis solidam esse Cyrilli sententiam, qui in principio interpretatur In Patre, qui est principium. Nam quę esset hęc sententia, Sermo erat in Patre apud Deum? 3 Per eum *Sermonem*, δι' αὐτοῦ. Iterum expresi antecedens, ut planior esset oratio. Quod autem Arriani ex hoc loco inæqualitatem Filij arguebant, quasi διὰ non causam efficientem, sed instrumentalem duntaxat declaret, eruditè & eleganter refutatur à Basilio Magno, libro de Spiritu sancto cap. 50. ex Scripturę authoritate, quę ἐκ τοῦ & διὰ τοῦ, tum Patri, tum Filio, tum etiam Spiritui sancto tribuit, ut Rom. 11.d.36. Eph. 4.d.16. Colos. 2.d.19. Infrà 2.a.6. Rom. 5.a.5. & alibi sæpe. Quomodo autem explicandus sit hic locus, nemo diuinius possit docere quàm Paulus Colos. 1.b.15. & 16. Absque eo, χωρὶς αὐτοῦ. Is cuius extant Homiliæ sub Origenis nomine, interpretatur, extra eum (nam χωρὶς etiam declarat seorsum ac separatim) & eius expositionis causam nescio quam affert.

Quia,

A Quia, inquit, quum Extrà audis, nihil omnino relinquis quod in ipso & per ipsum factum non sit. Hilarius quoq; lib. De Trinit. primo obscurã quandam affert huius loci interpretationẽ. Ego existimo Ioannem, quum dixisset, Omnia per ipsum cõdita (quibus uerbis, τὸ ἀμέσευτον καὶ πανταπλώσιμον declarat) nunc iterum hypostasin distinguere, quum Filium adiungit Patri ὁμοφυῆ, ut ipse de se testatur infrà 5.c.17.& 19. Nihil quod factum sit, ὃ ἓν ᾧ ἐγένετο: id est, ex ijs quæ facta sunt, nihil factum est absq; eo, siue (ut Epiphanij uerbis utar) πάντα τὰ γενόμενα, δι' αὐτοῦ ἐγένετο. Itaq; obseruatio illa Vallæ distinguentis ἐγένετο & γέγονεν, nullius est momenti. Magis etiam sunt importuni qui appellatione Nihili putant peccatum aut malitiam intelligi. Fuit autem hic locus uaria distinctione corruptus, præsertim à Latinis. Coniungunt enim ἐγένετο, quod factum est, cum sequenti uersiculo: quẽ rursus trifariam distinguũt. Alij enim legunt, Quod factum est, in ipso uita erat, id est, quicquid factũ est, subsistit etiam in eo non in sese. quam distinctionẽ sequitur ex Græcis Cyrillus, & Latini ferè omnes. Vel, quicquid factum, iam erat uita in eo, id est, iam in ipso quodammodo uiuebat. quod Augustino non displiceat. Alij legũt, Quod factum est in ipso, uita erat: quam lectionem non rectè tribuit Augustino Erasmus in hunc locum scribens, quum diserte eam reprehendat lib. 5. de Genesi ad literam, cap. 13. Non, inquit, ita pronunciare oportet, Quod factum est in illo, uita est. quid enim non in illo factum est? Theophylactus demũ tertiam distinctionem affert cuiusdam ex ueteribus qui legerit, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ: id est, & sine ipso factũ est nihil, quod factum est in ipso: deinde adscripto puncto subnectit, Vita erat, & uita erat lux hominum. Chrysost. uerò omnes has distinctiones reprehendit, aduersus eos differens qui contendebãt Spiritum sanctũ, quem ipsi inter res creatas enumerabant, intelligi in eo quod dicitur, Quod factum est. & ὃ γέγονεν ostendit ad ἐν ᾧ pertinere, ita ut ἐν αὐτῷ fit sequentis uersiculi initium. Nazianzenus quoque idem sentit in Oratione, περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ut planè mirer quid Erasmo in mentem uenerit, ut cum existimaret cum Cyrillo sentire. Hęc sunt autem ipsius uerba, ἐδιδάχθημεν ἡμεῖς ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τῶν θείων, τὰ πάντα διὰ τοῦ ἁγίου γεγονέναι λόγου καὶ ἐνεργείας τοῦ πατρὸς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. πάντα γὰρ ὅσα γέγονεν, ἤρτηται, ἐκ ἀπλῶς ἅπαντα. ἐδιδάχθ. ὅσα μὴ γέγονεν. Hæc ille, quæ manifestè ostendunt eum coniunxisse ὃ γέγονεν cum ἐδιδάχθ. tanquam exceptionem, qua res creatæ à nõ creatis distinguantur. Epiphanius quoque contra Ariomanitas, & in Anchorato, duobus locis eos diserte reprehendit qui aliter distinguunt, uitiato tamen exemplari Græco, ut res ipsa ostendit. Idem κατὰ αὐτῶν aperte post ὃ

B γέγονεν distinguit. Præterea in omnibus manuscriptis codicibus, uno duntaxat excepto, hanc distinctionem inueni mus. Theophylactus quoque pro nobis facit. Itaque non dubitauimus hanc lectionẽ cæteris anteponere, quia planam habet sententiam, & doctissimorum interpretum Græcorum authoritate nititur. Quòd autem affert Erasmus, sibi magis placere lectionem quam hodie uulgò sequitur Latinorum usus (quia apud hunc Euãgelistam ferè semper ex proximo membro sumitur gradus sequẽtis, ut In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deũ, & Deus erat uerbum. Et paulo pòst, In ipso uita erat, & uita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt: quasi idcirco etiam legendum sit, Et sine eo factum est nihil: quod factum est, in ipso uita erat) id non est eiusmodi ut magnopere nos debeat mouere.

ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων, 4 In ipso uita erat, & uita erat Lux illa hominum. Vita.

καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν. 5 Et Lux ista in tenebris lucet, sed tenebræ eam non comprehenderunt. Lux.

ἐγένετο ἄνθρωπος ἀπεσταλμένος παρὰ θεοῦ, ὄνομα αὐτῷ Ἰωάννης. 6 Fuit quidam missus à Deo, cui nomen Ioannes. Ioannes testatur Lucem Christum uenisse Matth. 3. a. 1. Marci 1. a. 2. Luc. 3. a. 2.

οὗτος ἦλθεν εἰς μαρτυρίαν, ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός, ἵνα πάντες πιστεύσωσι δι' αὐτοῦ. 7 Is uenit in testimonium, *nempe* ut testaretur de Luce, ut omnes crederent per ipsum.

4 In ipso, ἐν αὐτῷ: id est, Per ipsum, ipsius scilicet ui & efficacia. Idem enim uitam indidit qui fecit ut existeret. Itaq; præpositio ἐν idem declarat atq; διὰ in superiore membro, & causam uitæ effectricem ac conseruatricẽ declarat, ex idiotismo Hebræorũ, quẽ sæpe iam obseruauimus. Itaq; subtilius quàm par sit argutantur qui uitã explicãt in Sermone fuisse antequam res conderentur, Platonicas scilicet ideas reuocãdo. quæ argutię mihi non placent: quãuis non desint rationes quibus possint cõfirmari. At illi impiè de Deo sentiunt qui uitam in eo esse existimãt,

C quasi ipsius essentia rebus permisceatur: quã etiam blasphemiam nõ puduit impurissimos illos Postellum & Seruetum affirmare. tanti est uoculæ unius obseruatio. Et tamen uel ipse quotidianus sermo potuerat illos erudire. Nam quũ uitam ac salutem nostram in aliquo homine sitam esse dicimus, quis est cui in mentem ueniat ista naturę permistio, ac non potius de potestate, uirtute, authoritate alicuius hominis cogitet? Itaq; Cyrillus quũ hunc locum particulam Erasmi. quum eius sententiam annotaret, certè non debuit prętermittere. Eadẽ ratio est explicandi illius quod ait Paulus Act. 17. f. 28. nos in Deo uiuere, moueri & esse. Vita, ἡ ζωή. Additus articulus distinguit id uitæ genus de quo dicturus est, uitam scilicet humanã, ab ea quam indefinitè ζωὴ uocarat, cõmunem scilicet omnib. animantibus. Sed hęc distinctio nõ uidetur satis propriè hoc loco exprimi in Latino sermone potuisse. Nam si dicas, uita illa, quum uitæ nomen præcesserit, uidebitur huius pronominis uis esse ἀναφορικὴ potius quàm διακριτικήν. Potest etiã Sermo dici ἡ ζωή: id est uita, ab effectu, quia scilicet is est qui uiuificat. Erat, ἦν. erat scilicet iam tum quum per eum essent facta omnia. alioquin dixisset, ἐστὶν est, uel ἔσται in aoristo secundo, id est fuit. Erat, ἦν. Iterũ habenda est ratio prętęriti imperf. quod usurpauit Euangelista potius quàm prȩsens aut prȩteritũ, ut significaret lucẽ istam homini præluxisse ab ipso statim initio ipsius conditi. Lux illa, τὸ φῶς: id est, uis illa rationis & intelligẽtiæ in hominum animis accensa: nisi rursus malimus uitam illam, id est, Sermonem uiuificantem, ab effectu Lucem uocari, quòd hominẽ rationis luce donarit: quæ interpretatio nititur ueterũ authoritate, & optimè cohæret cum ijs quæ proximè subijciuntur. Siue autem pro huius lucis authore, siue pro ipso lucis munere accipias, adiunctus erit articulus prędicato ad declarandam uel authoris uel muneris prȩstantiam. Nam alioqui dicendum erat, ἡ ζωὴ ἦν φῶς τῶν ἀνθρώπων, sicut dixit, ὁ λόγος ἦν θεός. 5 Et lux ista, καὶ τὸ φῶς: id est, Quę lux. Solent enim Hebrȩi loco relatiui, sæpe copulatiuam coniunctionem usurpare adiecto aut suppleto antecedente, ut annotauimus Marc. 1. a. 10. & alibi sæpe.

Non comprehenderunt, οὐ κατέλαβεν: id est, percipere & consequi non potuerunt, atq; adeò non agnouerunt, ut ipse paulo pòst explicat, uers. 10. & 11. cuius rei causam affert Paulus Rom. 1. c. 21. 7 Per ipsum, δι' αὐτοῦ. Per ipsum scilicet Ioannem. Nam quum de Christo ipso agitur, usurpari solet particula διὰ uel ὑπὲρ uel ἐν pro διὰ, præcedente uerbo πιστεύειν, ut infrà 12. f. 36. Act. 9. g. 42. Rom. 9. f. 33.

Non erat ille Lux illa, sed *missus erat* ut testaretur de illa Luce.

8 οὐκ ἦν ἐκεῖνος τὸ φῶς, ἀλλ' ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός. A

Lux Christus. Hic erat Lux illa uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in mundum.

9 ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον.

Heb.11.2.4. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, sed mundus eum non agnouit.

10 ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω.

Ad suos uenit, & sui eum non acceperunt.

11 εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον.

Quotquot autem eum acceperunt, dedit eis

12 ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτόν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι, τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ,

Filij Dei qui Christo credunt. Fides à Deo. hanc dignitatem ut Filij Dei fierent, *nempe* ijs qui credunt in nomen eius:

Qui non ex sanguine, neque ex libidine carnis, neq; ex libidine uiri, sed ex Deo geniti sunt.

13 οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκός, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρός, ἀλλ' ἐκ θεοῦ ἐγεννήθησαν.

8 Lux illa, τὸ φῶς, Lux illa scilicet de qua diximus, id est Christus, qui unus potest nostras tenebras illustrare, ut infrà 8.b.12. Est ergo uis articuli, αὐτοφορικόν. Nam alioqui additur etiam articulus Matth.5.b.14. ubi dicit Dominus Apostolis suis, Vos estis τὸ φῶς: id est, lux mundi. &, luceat τὸ φῶς, id est, lux uestra. Ité infrà 5.f.34. ubi de hoc ipso Ioanne loquens Dominus, Ille, inquit, erat ὁ λύχνος ὁ καιόμενος: id est, lucerna illa ardés, additis articulis duobus: quod miror non fuisse à Cyrillo annotatum. 9 Lux illa uera, τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν: id est, quæ uerè & propriè meretur Lucis nomen, quum natura luceat, non participatione. Cæterùm hæc omnia accipio pro prædicato. Itaque ante uerbum ἦν subaudito ὅτι, ut sit hæc integra propositio: Iste, de quo scilicet hìc agitur, & qui cum Ioanne comparatur, est Lux illa uera. Vetus interpres ad uerbum, Erat Lux uera. neglectis etiam articulis. Erasmus, Erat Lux illa lux uera: quasi scriptum sit, τὸ φῶς ἦν τὸ ἀληθινόν, scilicet φῶς. quę uerborum traiectio nimis est uiolenta: quamuis sententiam ipsam rectè alioqui expresserit, præsertim in annotationibus. Venientem in mundum, ἐρχόμενον εἰς κόσμον, id est nascentem, ut explicat Christus ipse hoc dicendi genus infrà 18.g.37. Quod autem nonnulli participium ἐρχόμενον putant posse ad τὸ φῶς referri, ut ita conuertas, Hæc est Lux illa uera quę ueniens in mundum illuminat omnem hominem: id inquam nimis est uiolentum, & tractationem huius argumenti, id est manifestationis Christi, confundit. Significatur ergo, nullum hominem nasci huius Lucis expertem. Nam infantes etsi usum rationis non habent, aut certè perexiguum, tamen animo ipso sunt prædíti, qui suapte natura iam tum aptus est ad intelligendum ac ratiocinandum, ut rectè docet Lactantius: quamuis quo minus officium faciat, instrumentorum corporis infirmitas impediat. Apparet enim hoc loco disseri de beneficijs toti humanæ genti cõmunibus, ut minimè necesse fuerit nodum hunc nectere, qua ratione dicatur omnem hominem illuminare Christus, quum tam multi in tenebris maneant: quasi scilicet de regenerationis gratia hìc agatur, quæ filijs Dei peculiariter est destinata. 10 Et mundus per ipsum factus est, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο: uel, nã mundus. Hoc enim additũ est ad explicandum confirmandũ illud, In mundo erat. nam, inquit, mundus per ipsum factus est, itaq; tota ipsius dispositio, imò uerò singularum mundi partium consideratio æternam opificis potentiam ac diuinitatem oculis hominum obijciebat, ut scriptum est Psalm.19.a.1. & Rom.1.c.19.& 20. Ideo rursus uerbum ἦν explicandum est per præteritum imperfectum, quo significatur hìc agi de Filij manifestatione quæ cum ipso mundo cœpit, elucente scilicet ipsius gloria ac maiestate in rebus omnibus ab ipso conditis. Alteram uerò, qua scilicet manifestatus est in carne, aggredietur proximo uersiculo. Per ipsum, δι' αὐτοῦ. Per eum scilicet qui est uera illa Lux. Neque enim subaudiendum est ῥηθὲν, quia dura esset loquutio, mundum factum esse per Lucem. quamobrem etiam in hoc uersiculo & duobus sequentibus non usurpauit pronomen αὐτὸς in neutro genere, sed αὐτὸν. Itaque initio uersiculi noni non suppleui τοῦτο, sed ἐκεῖνο. neque conuerti, Hęc erat Lux illa uera: sed, Hic erat Lux illa uera. Non agnouit, οὐκ ἔγνω. Vulgata & Erasmus, non cognouit. Ego malui usurpare uocabulum Agnoscendi: quia quamuis homines in densis illis tenebris uersantes, quas peccatum inuexit, Deum propriè non cognouerint, tamen hactenus cognouerũt ut suo ipsorum testimonio conuincantur, quòd eum quem cognouerant, ne cognitionis quidem modo agnouerint, id est, coluerint & gloria affecerint, ut declarat Apostolus Rom.1.c.21.& Act.14.c.16.& 17. C

11 Ad suos, εἰς τὰ ἴδια. Siue, Ad populum suum (fuit enim Israel populus Domino peculiaris) uel, Ad terram suam, ut Psal.84.a.1. Terra Israeli à Deo tradita, in qua una uerus Deus coleretur. Terra Dei peculiari nomine dicitur, quum alioqui Domini sit terra uniuersa, & quicunque terram incolunt. Vulg. In propria. Erasmus, In sua. Nam τὰ ἴδια idem declarat atque τὰ ἑαυτοῦ. Sed utraque hæc interpretatio in Latino sermone uidetur perobscura, quũ hoc dicẽdi genere nihil aliud declaretur quàm quod expressimus, ut etiã accipitur infrà 17.d.31.& Act.21.a.6. pro quo dicunt Hebræi לעברו, uel אל ארצו. Infrà uerò 19.e.27. significat, אל ביתו: id est domũ suam, uel אלו, id est ad se. & 1. Thess.4.c.11. πράσσειν τὰ ἴδια, declarat sua negotia curare. Acceperunt, παρέλαβον. De propria significatione uerbi παραλαμβάνειν, diximus Matth.1.d.20. quam hìc puto obseruandam. Ita enim significatur quod ipse Christus alibi explicat, se nimirum à Patre exijsse, à Patre missum, à Patre datum, ut qui credit, non pereat: ex quibus manifestò intelligitur, hęc esse de Christi in carne manifestatione accipienda. Neque obstat quòd mox utitur simplici uerbo ἔλαβον. Est enim hoc ex Hebræorum idiomate explicandum, qui eiusmodi compositis uerbis carent: quamobrem etiam paulo antè uersu 10. positum est ἔγνω pro ἐπέγνω. 12 Hanc dignitatem, ἐξουσίαν: id est, hoc iure & hac dignitate eos dignatus est, ut eos pro filijs adoptaret, sicut & Cyrillus explicat. Nam hoc totum nihil aliud declarat quàm gratiam υἱοθεσίας, quam meritò uocat ἐξουσίαν, id est ἀξίωσιν, quum hac ratione simus Dei hæredes, cohæredes autem Christi. Itaque qui ἐξουσίαν interpretantur, quasi duntaxat significet eligendi potestatem, & hoc loco abutuntur, ut liberum suũ arbitriũ stabiliant, quod & ipsum dicũt à gratia nõ penitus præstari, sed præueniri duntaxat & adiuuari, ij nunq; intellexerũt quid beneficij per Christũ fide cõsequamur, nempe ut nõ modò filij Dei esse possimus si uelimus, sed uelimus & simus. Vulg. potestatem filios Dei fieri. Quidã authoritatẽ cõuertunt. Nos quũ alibi sæpe ἐξουσίαν cõuerterimus potestatẽ & authoritatẽ, utrunq; tamẽ hoc loco repudiauimus: quia nõ agitur de potestate quã habemus in alios inferiores, sed de eo dignitatis gradu quẽ obtinemus apud eum qui est supra omnia. Eras. ut liceret filios Dei fieri, Sophistas fortasis sequutus, & suũ in primis Origenẽ, quorũ opinionẽ antea reiecimus. Idẽ tamẽ in Paraph. & piè & elegãter totũ hũc locũ exposuit. 13 Ex sanguine, ἐξ αἱμάτων.

Heb.

A Heb. בדמים, ut Ezech. 6. aliquoties. Malo enim hoc referre ad sanguinẽ quo fœtus in utero alitur ac cõfirmatur, & quo infectus nascitur, quàm uel ad cognationem, uel ad ipsius uiri semen. Neq; uerò hæc sunt indigna quæ hoc loco saltem attingantur, quum ab istis non abhorreant ipsi etiam Prophetæ, ut oculis hominum subijciant miseram & sordidam ipsorum originem. Hic autem nemo non uidet spiritualem illam & sanctam ex gratia in Christo ἀναγέννησιν, cum impuro illo & naturali hominis ortu conferri: de quo quum loqueretur Dauid, Ecce, inquit, in iniquitate sum formatus, & in peccatis cõcepit me mater mea. Cæterùm quod Augustinus de seminis paterni ac materni commistione disserit, quasi idcirco Euangelista sit usus multitudinis numero, medicis relinquo. certè non uidetur hoc suo loco obseruatum, quum sit potius enallage numeri ex Hebraico idiotismo. Ex libidine carnis, ἐκ θελήματος σαρκὸς. Diuus alibi annotauimus accipi pro ἐπιθυμίᾳ, itaq; quum de cupiditate omnium uehemẽtissima hîc agatur, Voluntatis nomen quo usi sunt Vetus interpres & Erasmus, non dubitaui expungere, tanquam non satis expressum. Quod autem nonnulli Carnis appellatione fœminam intelligunt, nimirum quia subiecit Ioannes, ἀλλ' ἐκ θεοῦ ἐγεννήθησαν αὐτοί, non uideo cur approbem, quamuis nonnihil eiusmodi afferat etiam Theophylactus. imò uerò Carnis nomine intelligitur crassa illa & impura hominis natura, quæ spiritui opponitur passim, ac præsertim infrà 3. a. 6. Nam tota illa Christi cum Nicodemo disputatio huc pertinet.

καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν 41
ἡμῖν, (καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς
μονογενοῦς παρὰ πατρός,) πλήρης χάριτος καὶ
ἀληθείας.

Et sermo ille Caro factus est, & commoratus est inter nos, (& uidimus gloriam eius, gloriam inquam ut unigeniti egressi à Patre) plenus gratiæ ac ueritatis. Matth. 1. c. 16. Luc. 2. a. 7.

Ἰωάννης μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ, καὶ κέκραγε, 15
λέγων, Οὗτος ἦν ὃν εἶπον, Ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος,
ἔμπροσθέν μου γέγονεν· ὅτι πρῶτός μου ἦν.

Ioānes testatus est de eo, & clamauit, dicẽs: Iste erat de quo dixi, Qui post me uenturus est, ante me factus est: quia prior me erat.

14 Caro, σὰρξ. Heb. בשר. id est Homo, per synecdochen, ut Esa. 40. b. 5. & Ioel. 2. g. 28. Itaq; non minus ineptus quàm impius erat Apollinaris, quũ ex hoc loco urgeret animã hominis nõ fuisse à Christo assumptam: quod si uerũ esset, adhuc hæreret animus noster in ea maledictione cui est obnoxius. Cõmoratus est, ἐσκήνωσε: id est, σκῆνος ἐγε, de quo diximus Matth. 2. d. 23. Est autẽ uocabulum à tabernaculis scilicet seu tentorijs deductum: ex quo intelB ligitur, Christi morã apud nos temporariam fuisse. Nam quod nonnulli ex ueterib. appellatione Tabernaculi, corpus intelligunt (sicut etiam accipitur 2. Pet. 1. c. 13. & 14.) putantq; ita distingui duas in uno Christo naturas, quum alius sit qui habitat, alius in quo habitatur, mihi quidem nõ placet. Scimus enim Nestoriũ hac arrepta occasione, Christũ in duas hypostases discerpsisse: & uiolẽta est hæc expositio. Primùm, quia σκηνοῦν & σκηνοπηγεῖν, non minus differunt q̃ In tabernaculo cõmorari, & Tabernaculum ipsum cõstruere: quod discrimẽ Eras. in suis Annotationibus cõfundit. Deinde hæc eadẽ expositio cogit nos interpretari, In nobis, id est, in corpore huic nostro simili: quã declarationẽ nemo non uidet (opinor) esse detortam, quãuis ueterum authoritate nitatur. Certè quum Paulus de diuinitate Christi loquitur Colos. 2. b. 9. non dicit Diuinitatem cõmoratam esse in ipsius corpore, sed ipsam Deitatem corporaliter, id est ἐνοικοῦσαν, habitare in Christo. Christi autẽ nomẽ, totum Christũ declarat, qui his uerbis significatur uerè & reipsa Deus esse, non participatione aut nuda sanctificatione, quasi Diuinitas tanquã hospitio usa sit ipsius corpore. Deinde utitur uerbo κατοικεῖν, quo fixum & perenne domiciliũ declaratur: neq; dicit κατοικήσαι, sed κατοικᾶ, præsenti tempore utens, quũ Ioannes utatur uerbo σκηνοῦν, quod (ut antè dixi) temporariã cõmorationem, non autẽ habitationẽ declarat: & quidẽ præterito tempore ἐσκήνωσεν, quia desijt ista commoratio Christi inter nos, quum iam in cœlestib. sedeat, ubi nobis quærendus est per fidẽ. Ergo Pauli locus ille non rectè potest cũ isto conferri. Inter nos, ἐν ἡμῖν. Vulg. in nobis: quam interpretationẽ proxima annotatione refutauimus: & hoc etiam quod subijcitur. Et spectauimus eius gloriã, satis refellit. Hoc quum rectè annotasset Eras. postea à seipso usus est dissentire, quũ sic interpretatur ἐσκήνωσεν, quasi significet, Habitaculum siue domiciliũ fecit in nobis, ut (inquit) intelligamus eum cœpisse habitare in nobis, nec tamen desijsse. Hoc uerò quid aliud est quàm Christi corpus adhuc in terris collocare, quod tamẽ Petrus testatur fore ut cœli capiãt usq; ad tempora restitutionis omniũ? Neq; tamẽ Christi præsentiam tollimus ex Ecclesia, cum qua se perpetuò futurum dixit: sed ita, ut uirtute Spiritus sancti, prȩsentiq; modus definiatur, ne imaginariam Christi in cœlum ascensionem cõstituamus. Egressi à Patre, παρὰ πατρός. Suppleui participium ἐξελθόντος, quo utitur ipse Christus infrà 16. d. 27. & 28. item 17. b. 8. Licuit etiam interpretari, qui esset à Patre, subaudito participio ὄντος. sic enim & ipse loquitur infrà 7. d. 29. Cyrillus tamen, & ValC la ac Erasmus eum sequnti, malunt παρὰ πατρὸς, coniungere cũ δόξαν, ut ita conuertas, gloriam ut Vnigeniti à Patre, scilicet profectam. Sed hæc traiectio mihi uidetur parum necessaria. Deinde quod idem Eras. post Vallam μονογενοῦς, putat conuerti posse Vnicum, mihi quidem non placet. Nam unicus etiam dici potest qui ex multis fratrib. solus patri supereſt. Vnigenitus autem dicitur Christus, Diuinq; proprie naturæ respectu, nõ humanæ: nisi quatenus humana natura cum Diuina unita est, ut unus tantùm sit Dei Filius, Deus & homo. Plenus, πλήρης. Sic habebant omnia etiam manuscripta Stephani nostri exemplaria, exceptis duobus, in quibus scriptum erat πλήρου: quæ lectio non uideo quomodo cohærere possit, nisi ad ἰδιαζόντως referamus, ita ut maior fuerit habita ratio sententiæ quàm uerborũ, ut in illo Hom. Iliados γ'. Καὶ νοτάμιαι πρὸ γάων, ἧχι τε νάϊσσηρὶ πολυκτιτε Λυκάονος υἱππόδιτε, ἔστε π' ἐλέφαντ ἐμόλοις. Sed malo πλήρης legere, & cõnectere cũ ἔλεγεν, ita ut illud πρὸ ἐμοῦ ἐγένετο usq; ad πατρὸς includatur parẽthesi. Vetus interpres conuertit, plenum, sed nominandi casu, ut rectè obseruauit Valla, quia ἔλεγεν interpretatur Verbum. Quod autem Erasmus coniectat posse hæc connecti cum sequente uersiculo, quasi his titulis ornetur Ioannes, possetq; fassis etiam confirmari etymologia ipsius nominis, quia יוחנן declarat gratiosum. Sed istæ argutiæ frustra captantur, & præterquam quòd hæc distinctio nullius exemplaris authoritate confirmatur, ea quę sequuntur, satis indicant hæc ornamenta ad Christum pertinere, & ita accipienda, ut ipsa gratiæ & ueritatis πλήρης unctum fuisse Christum intelligamus. 15 Testatus est, μαρτυρεῖ. Vulgata & Erasmus, testatur. Sed existimo temporis esse enallagen Hebræis familiarem, ut infrà 4. d. 28. Sed durior est tamen transitus à præsenti ad præteritum. Ideo Cyrilli interpres uertit, Testatur & clamat. Chrysostomi uerò interpres sibi non constat. Quidam annotant usurpatum esse tempus præsens ab Euangelista, ut significetur perennis authoritas huius testimonij: quasi etiamnum hodie hæc testaretur Ioannes. quam emphasin si quis seruatam uoluerit, conuertat hoc modo, Ioannes testatur de eo, qui clamauit, dicens, &c. Iste est, ὅτι οὗτος. Vetus interpres & Erasmus, Hic erat. Ego uerò non uideo quis locus sit prȩterito imperfecto in hoc sermone. Certè Cyrilli interpres utitur præsenti in libro de Fide ad Reginas, & hanc enallagen ἡ οὗτος pro ἦν doctissimus Budæus annotauit, citans hæc uerba Aphrodis. in primum Topicorum, ubi explicat Aristotelicum illud, τὸ τί ἦν εἶναι. τῷ ἦν, φασὶ, δηλοῦται χρόνου διωρισμένῳ κίνημα-

ταυτῶ, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο ἔρχεται. σωθῆναι δὲ ὁ τοιοῦτος ἔρχεται χρῄζει. ἐγὼ λέγω τῷ τέλει ἔρχεται. καὶ ὁ λέγων, τίς ὁ πέμπων ὧν τῶν ὄχλων, τίς A
ἔρχεται ὁ πέμπων, λέγει.

Ioannis testimoniũ de Christo. Gratia. Colos. 1. c. 19. & 2. b. 9.

est de quo dicebam, Is qui post me uenit, præla tus est mihi, quia præstantior me est.
Et ex plenitudine ipsius omnes sumpsimus, 16 & gratiam pro gratia.

λέγων, οὗτος ἦν ὃν εἶπον, ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἔμ
προσθεν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν.
καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλά
βομεν, καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος.

De quo, ὑπὲρ: id est περὶ τοῦ, ut ipse explicat infrà uersu 31. Sic Aristophanes, λέγει δὲ σοι Δικαῖ' κακοδαίμονα, pro περὶ κακοδαίμονος. Is qui post me uenit, ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος: id est, is ante quem sum missus, uiam scilicet illi paraturus. Quamobrem qui ad Christi natiuitatẽ hęc referunt (in qua opinione uideo esse non tantùm Augustinũ, sed etiam Epiphanium aduersus Ariomanitas: quia scilicet Ioannes sex mensibus maior natu fuit quàm Christus) ij etsi nihil falsum aut impium tradunt, tamen non satis aptè hunc locum explicant. Quorsum enim hoc ad augendam Ioannis authoritatem, quòd aliquot mensibus maior natu esset quàm Christus? Rectius ergo Chrysostomus & Cyrillus ad prædicationis munus referunt. Videbat enim Ioannes quę esset Iudæorum de se opinio, à qua quũ ipsos uellet reuocare, Quid in me obstupescitis? inquit. imo uerò scitote post me uẽturum qui ut tempore posterior, ita reipsa est infinitis partibus prior. Illum igitur crescere oportet, me uerò minui, ut ipse apertè dixit infrà 2. d. 30. Cæterùm addidi particulam Is, ut perspicuitati studerem. Neq; enim Erasmus rectè conuertit, Qui quum me sequeretur, quũ hæc non cohęreant cum ὅτι, sed cum uerbo ἦλθε. Nam alioqui, ὃς ἐρχόμενος, dicendum fuerat potius quàm ὁ ἐρχόμενος. Deinde quod ad participium ἐρχόμενος attinet, potest quidem etiam conuerti per futurum tempus, ut diximus Matth. 3. c. 11. & ita interpretantur Chrysostomus & Vetus interpres. Hæc enim quę nunc prȩsente Christo recitat Ioannes, proculdubio dixerat antequam Christus ipse Ioanni conspiceretur. Sed tamen illud malui explicare præsenti tempore, ut Ioannem sciamus de eo loqui cuius proximus sit aduentus, atq; adeò qui iam sit in uia.

Prælatus est mihi, ἔμπροσθέν μου γέγονεν. Sic Augustinus rectissimè omnium explicat hæc uerba Loquutionum lib. 7. Chrysostomus quoq; ac Cyrillus in eandem sententiam differunt. Est autem ortum hoc dicendi genus ex eo q illis qui dignitate excellunt, prior locus tribui soleat. Nam ἔμπροσθεν proprię ordinis est seu loci, non temporis: quo modo etiam hìc accipitur. Itaque Epiphanius κατὰ ἀριθμοῦντων, non satis aptè hæc explicat de eo præsentiæ modo quo æternus sermo sese mundo conspiciendum prębuit, antequam homo fieret: qua de re dictum est suprà uersu 10. Ineptissimè autem ille Pseudorigenes hęc perinde accipit acsi Ioannes diceret Christũ sibi obiectum ac cognitum fuisse iam pridem, nempe quum Maria inuiseret Elisabetham: quę historia refertur Luc. 1. d. 41. Sed non est negligendum quod Chrysostomus obseruat, Ioannem scilicet, quamuis de re futura loquatur (adhuc enim erat obscura Christi fama quum Ioannes hęc diceret) tamen prȩterito uti, ex Prophetarum consuetudine, quam & ipsam alibi obseruauimus. Vulg. conuertit ad uerbum, ante me factus est, perobscurè profectò & impropriè. Neq; enim usquã dici solet Christus factus esse, quin aliquid adijciatur, ex quo possit intelligi quatenus ei conueniat uerbũ γίγνεσθαι, ut Rom. 1. a. 2. Gal. 4. a. 3. & alibi. Deinde posset imperitus aut malitiosus aliquis urgere participiũ Factus est, ut Ariani quondam Græcũ uerbum ἐγένετο: quasi hìc agatur de Christi ortu, aut quasi hæc perpetua uis sit uerbi γίγνεσθαι, ut naturę alicuius conditę originẽ declaret. Sic enim isti interpretabantur, ἔμπροσθέν μου ἐγένετο siue γέγονεν (ut scribitur infrà uersu 31) quasi ũ significet περὶ μοῦ ἐκτίσθη, creatus est prius q̃ ego. At ego istos libenter rogem ut uel unum ex noui Testamenti libris exemplum proferãt in quo ἔμπροσθεν tempus declaret. Deinde si quoties uerbum γίγνεσθαι occurret, ὅσιαι initium imaginemur: quot unius hominis creationes imaginabimur? Sed hæc petere ex alijs licebit. Quia prȩstantior me est, ὅτι πρῶτός μου ἦν. Vulgata & Erasmus, quia prior me erat. Et certè πρῶτος absolutum pro comparatiuo πρότερος positum esse id ostendit, quòd de duobus est sermo. Nam alioqui principem & primarium declarat, ut Luc. 19. g. 47. Act. 25. a. 2. & alibi sępe: quamobrem etiam nonnulli πρῶτός μου interpretantur, princeps meus: quod mihi quidem durum & insolens uidetur. Sed & illis non assentior qui πρῶτον, id est πρότερόν μου putant Christum uocari temporis ordine, quia scilicet æternus erat Dei Filius: quo modo uideo ueteres hunc locum interpretari. Existimo potius causam asserri cur quum posterior uenerit, sit priori prælatus: Quia, inquit Ioannes, agnosco hoc mereri ipsius prȩstantiam, ut mihi anteponatur. Iterum ergo accipio ὧν pro ὄχλῳ, ut oratio tota melius cohæreat: & πρῶτος non ad tempus, sed ad dignitatem ac præstantiam personæ refero. Quòd si libeat ὧν interpretari, erat, bene etiam quadrabit in sententia. Excellentior enim erat Ioanne Christus, etiam antequam homines eum Ioanni prȩferrent. Nam eius prȩstantia ab hominum fama ac iudicio non pendebat. 16 Et ex plenitudine ipsius, καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ. In duobus codicib. pro καὶ scriptum erat ὅτι, id est nam: quam lectionem sequitur etiam Nonnus. Videntur enim ista cum proximè prȩcedentibus ita posse cohærere, ut uel complectantur alteram rationem cur Christus fuerit Ioãni prælatus, uel declarent qua ratione Christus sit Ioanne præstantior: quod posterius probabilius est. Præstantior me est Christus, inquit Ioannes. nam & ego & omnes alij doctiores, quicquid habuimus, ex hoc perẽni fonte hausimus. Sic igitur explicat Theophylactus. At ego ijs potius assentior qui Euangelistę uerba esse uolunt, perinde acsi in superiore uersiculo usus esset obliqua oratione in Baptistæ testimonio commemorando. Est enim familiare Hebræis rectam loquutionem pro obliqua usurpare, & ab illa ad hanc transire, ut infrà uers. 19. & 20. & alibi sæpe. Vt autem ita sentiam, his rationibus adducor: primùm, quia res ipsa indicat, quòd hìc subijcit de Christi plenitudine, Ex qua omnes sumpsimus, multo probabilius & conuenientius connecti cum eo quod sine controuersia dixerat Euangelista: Et habitauit in nobis plenus gratia & ueritate. Deinde quia de ea gratia loquens quę in homines est effusa per Christi prædicationem, Nos omnes, inquit, de plenitudine eius accepimus, & gratiam pro gratia. Atqui ij quos alloquitur Baptista, Christum adhuc ignorabant, & ut Christi officium nonnulli didicissent, tamen perobscura erat hęc cognitio, ut causa non uideatur fuisse satis idonea cur uteretur particula uniuersali, & quidam prȩterito tempore potius quàm præsenti aut futuro. Quòd si malimus ad eos Prophetas & sanctos referre qui Baptistam prȩcesserunt, quamuis uera erit sententia (uidit enim Abraham diem Domini, & gauisus est) tamen paulo longius petita uidebitur, quia totus contextus ostendit hìc agi de Gratię copia in fideles nonnisi post Christi ascensionẽ effusę, & manifestè Moses ac cũ Mose oẽs sancti qui sub Lege uixerunt, comparantur cũ Christo, & ijs qui in temporis plenitudinẽ inciderunt: ut ipse quoq; Christus apertè docet Matth. 11. b. 11. & 13. quę antithesis perierit, si hęc de Baptista & priorib. Prophetis accipias. Postremò quum utatur prȩteritis, ἐλάβομεν, ἐγένετο, ἤρχετο, minus coactè ista accipiuntur dicta ab Euangelista de se & ijs omnibus,

A nibus, qui quum hæc scriberet, in Christum crediderant, & amplissimis donis spiritus sancti fuerãt donati: ex quibus certissimè apparet Christi hominis Diuinitas, cuius testimonia hoc loco ab Euangelista colliguntur. Huc enim pertinet quod scriptum est Marci 16.d.17. Lucæ 24.g.49. infrà 7.f.39. Act. 1.a.5. & 2.c.33. Et tamen fateor hæc posse excusari ea ratione quam attulimus paulo antè, quum explicaremus illud ἡμιτροδίῳ μαθητευτι, quia scilicet solẽt Prophetę de re futura loqui tanquam de re quæ iam acciderit. Sed nolim ad hanc solutionem confugere nisi coactus. Itaque ut tandem absoluam, ex his effici posse credo probabilius hæc accipi non pro Baptistæ, ted pro Euangelistæ uerbis. Quamobrem nisi ueritus essem aliorum sententiæ præiudicium asserre, totum hũc locum sic essem interpretatus, Et Sermo ille caro factus est, & habitauit inter nos plenus gratia ac ueritate, & spectauimus gloriã eius ut unigeniti egressi à Patre. Ioannes de eo testatus est & clamauit, dicens eũ esse de quo dixisset, illum qui post se ueniret, sibi esse prælatum, ut qui esset præstantior. Et de ipsius plenitudine nos omnes sumpsimus. Gratiam pro gratia, χάριν ἀντὶ χάριτος: id est (ut quidam uir eruditus explicat) חן על חן, gratiam supra gratiam, pro quo elegãter dixeris, gratiam gratia cumulatam, ut significentur Spiritus sancti dona pleno cornu per Christum è cœlis in suos effusa. Sed etiamsi concederem, apud Hebræos præpositionem על, quæ propriè respondet præpositioni ἐπὶ, ut Esa. 29.a.1. & 30.a.2. interdum poni pro תחת. id est ἀντὶ, quod ipsum nusquam inuenio: tamen non consequitur ἀντὶ posse permutari cum ὑπὲρ, nisi quis huius Hebraismi exemplum proferat. Ego uerò apud idoneos Græcæ linguæ scriptores duplicem tantùm reperio significationem huius particulæ: quarum una est propria, quum scilicet accipitur pro uice seu loco, ut ἀντὶ βρέφους loco pueri, ἀντὶ πολλῶν multorum loco, ἀντὶ βρώσεως, Heb. 12.d.16. id est ad uerbũ, pro edulio. agitur enim de permutatione: altera translaticia, quum accipitur pro διὰ, id est propter: ita tamẽ ut causam non finalem, sed quæ uelut origo est, declaret: ueluti quum dicimus αὐτὸ τοῦτο & διὰ τοῦτο, ut Luc. 19.g.44. Act. 12.d.23. & ἀντὶ τούτου, ut Ephes. 5.g.31. His duas alias adiungo, quas Sacris scriptoribus peculiares opinor: unam, quum accipitur pro ὑπὲρ, & commodum ac utilitatem declarat: qua significatione reperio positum tribus locis, & quidẽ semper personæ coniunctum, non rei: nempe Matth. 17.d.27. & 20.d.28. Item Marc. 10.f.45. alteram quum finẽ designat, quo modo reperio duobus duntaxat locis usurpatum, nempe Corinth. 12.c.15. & Heb. 12.a.2. Ex his quatuor significationibus (neque enim plures reperio) deligat prudens lector quam uolet. Ad me quidem quod attinet, ego Chrysostomo, Cyrillo & Theophylacto assentior, qui primam appositissimam putarũt. Nam præterquã quòd propria est & maximè usitata, sequens uersiculus in quo uetus fœdus ac sacerdotium cum nouo comparantur, sicut Ierem. 31.f.31.32.33.34. & in tota ad Hebræos Epistola, additus omnino uidetur ad horum uerborum explicationem, ut liquet ex particula causali.

ὅτι ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη, ἡ χάρις καὶ ἡ 17
ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο.

Nam Lex per Mosen data est, Gratia & Veritas per Iesum Christum facta est. Deut.

θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· ὁ μονογενὴς 18
υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο.

Deum nemo uidit unquam: unigenitus ille Filius qui est in sinu Patris, ille *nobis* enarrauit. 1. Ioan. 4.c.12. 1. Tim. 6.d.16.

καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία τοῦ Ἰωάννου, ὅτε ἀπέ- 19
στειλαν οἱ Ἰουδαῖοι ἐξ Ἱεροσολύμων ἱερεῖς καὶ Λευίτας, ἵνα ἐρωτήσωσιν αὐτὸν, σὺ τίς εἶ;

Hoc est igitur testimonium Ioannis, quando miserunt Iudæi ab Ierosolymis Sacerdotes & Leuitas, ut interrogarent eum, Tu quis es?

καὶ ὡμολόγησε, καὶ οὐκ ἠρνήσατο· καὶ ὡμολόγησεν, 20
ὅτι ἐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ Χριστός.

Et confessus est, neque negauit: confessus est quòd se non esse Christum illum. Ioannes testatur se non esse Christum.

καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν, τί οὖν; Ἠλίας εἶ σὺ; καὶ 21
λέγει, οὐκ εἰμί. ὁ προφήτης εἶ σύ; καὶ ἀπεκρίθη, Οὔ.

Tunc interrogauerunt eum, Quid ergo es? Elias tu? Ipse uerò dixit: Non sum. Et ille, Es tu Propheta ille? Qui respondit, Non.

17 Facta est, ἐγένετο. Sic Vetus interpres. Erasmus, exorta est: quod non uidetur satis expressum.

18 In sinu, εἰς τὸν κόλπον: id est, qui Patri est intimus ac coniunctissimus, non modò amoris, sed etiam naturę coniunctione atq; adeò unione. Sic enim nobis loqui liceat, ut id exprimamus cui non possunt satis idonea uocabula inueniri. Alibi quę charissima sunt, ut liberi & uxores, dicuntur ab Hebręis esse בחיך, id est in sinu, ut Num. 11.c.12. Deut. 13.b.6. & alibi sæpe. Sed multo maiorem esse horum uerborum emphasin hoc loco, contextus ipse declarat. Nam si nemo Deum uidit, ne Filius quidem uidit, nisi unum cum Patre Deum esse concedas, qui unus seipsum uider, ideoq; unus seipsum potuit patefacere. Enarrauit, ἐξηγήσατο: id est antea Legis umbris occultatum, & humanæ mentis aciem effugientem detexit, & spectandum exhibuit. Nam qui ipsum uidet, uidet & Patrem, à quo separari non potest Spiritus sanctus, cuius gratia & ueritas in Christo etiam cæcis illuxit. Est igitur notanda emphasis uerbi ἐξηγεῖσθαι, quod de eo dicitur qui res alioqui latentes & obscuras planè ac dilucidè declarat, ut rectè annotat Erasmus: quãuis hic personæ tribuatur. Huc quoq; pertinet quod Sophoclis Græcus interpres obseruat, ἐξηγεῖν proprie de rebus Diuinis & excellentibus, ἐμφαίνειν de uulgaribus & passim obuijs dici.

19 Hoc est igitur, καὶ αὕτη ἐστὶν. Sic interpretor, quia existimo Euangelistam, quum quędam de suo interposuisset, quibus Christi hominis Diuinitatem confirmaret, reuerti ad pleniorem narrationem eius testimonij Ioannis Baptistæ, quam duntaxat attigerat suprà uersu 15. Quòd si quis maluerit totum superiorem sermonẽ uni Baptistæ tribuere, ut hęc historia nouũ testimonium aut potius idem repetitum complectatur, illi licebit interpretari. Hoc etiam est testimonium, &c. 20 Confessus est, ὡμολόγησε: id est, palàm & apertè agnouit ac dixit. Vide Matth. 10.c.32. Neq; negauit, καὶ οὐκ ἠρνήσατο. Pleonasmus Hebræus, cuius tamen magna est emphasis, ut Psal. 40.b.10.11.12. & Esa. 38.a.1. Quinetiam statim repetit, καὶ ὡμολόγησε, ut eo apertius & Ioannis modestiam singularem, & ipsius simplicem ac planam responsionem, tum etiam Iudęorum improbitatem declaret. Se non esse Christum illum, ὅτι οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ χριστός. Vulg. & Eras. ad uerbum, Non sum ego Christus. Ego uerò etiam in hoc uersiculo, sicut in superiore, pro recta oratione substitui obliquam, ut perspicuitati studerẽ. Deinde articulum expressi, quo summum aliquid significatur. Sic apud Virgiliũ, Túne ille Aeneas? & apud Hebręos quoq; המשיח. 21 Propheta ille? ὁ προφήτης; Omnino poscit linguæ Græcæ ratio ut de uno & certo quopiã propheta hæc accipiãtur, qui eximatur ex cæterorum turba. De Christo tamen ipsos non rogitare, ex duabus causis apertè intelligitur. Iam enim ab initio palàm

tio palàm & sine ambagibus dixerat Ioannes se Christum non esse: cur igitur de eo iterũ quærerent: deinde quod infrà subijciunt uersu 25. si neque Christus ille, neque Elias, neq; es Propheta ille, &c. omnino ostendit ipsos à Christo distinguere eum Prophetam de quo percontantur. Itaque Chrysostomi, Cyrilli & Theophylacti opinionem amplector, qui Iudæos tradunt in eo errore fuisse uersatos, ut non modò Eliæ illius Thesbitæ παλιγγενεσίαν expectarent, ex loco Malach. 4. b. 5. perperam expositò: sed etiam uenturum quendam prophetam sperarent Mosi similem, huc detorquentes quod Moses scripsit Deut. 18. c. 15. & 18. Atqui hic Mosis locus partim de omnibus Prophetis, partim de ipso Prophetarum capite, nimirum de Christo, est accipiẽdus. illud uerò Malachiæ testimonium ad Ioannem ipsum pertinebat, sed alio sensu quàm ipsi in animo haberent: ut nihil mirum sit, Ioannem ipsum negare se Eliam esse: quod tamen de eo Christus affirmat, Matth. 11. b. 14.

Dixerunt ergo ei: Quis es? ut responsum demus his qui miserunt nos: quid dicis de teipso?

22 εἶπον οὖν αὐτῷ· τίς εἶ, ἵνα ἀπόκρισιν δῶμεν τοῖς πέμψασιν ἡμᾶς; τί λέγεις περὶ σεαυτοῦ;

Esa. 40. a. 3. Matth. 3. a. 3. Luc. 3. a. 4.

Ait, Ego *sum* uox clamantis in deserto. Purgate uiam Domini, sicut dixit Esaias Propheta.

23 ἔφη, ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, εὐθύνατε τὴν ὁδὸν κυρίου, καθὼς εἶπεν Ἡσαΐας ὁ προφήτης.

Porrò qui missi fuerant, erant ex Pharisæis.

24 καὶ οἱ ἀπεσταλμένοι ἦσαν ἐκ τῶν Φαρισαίων,

Et interrogauerũt eum, ac dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neq; Elias, neq; Propheta ille?

25 καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν, καὶ εἶπον αὐτῷ· τί οὖν βαπτίζεις, εἰ σὺ οὐκ εἶ ὁ χριστὸς, οὔτε Ἠλίας, οὔτε ὁ προφήτης;

Matth. 3. c. 11. Marc. 1. a. 7. Luc. 3. c. 16. Act. 1. a. 5. & 11. c. 16. & 19. a. 4.

Respondit ei Ioannes, dicens: Ego baptizo aqua: sed in medio uestrùm stat, quem uos nescitis:

26 ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰωάννης, λέγων· ἐγὼ βαπτίζω ἐν ὕδατι· μέσος ὑμῶν ἕστηκεν, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε,

Ipse *is* est qui post me uenit: qui prælatus est mihi: cuius solearum ego nõ sum dignus ut soluam corrigiam.

27 αὐτός ἐστιν ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, οὗ ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἄξιος ἵνα λύσω αὐτοῦ τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος.

Hæc in Bethabara facta sunt trans Iordanem, ubi Ioannes baptizabat.

28 ταῦτα ἐν Βηθαβαρᾷ ἐγένετο, πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ὅπου ἦν Ἰωάννης βαπτίζων.

Agnus Dei, Christus.

Postero die uidet Ioannes Iesum uenientem ad se, & ait: Ecce Agnus ille Dei qui tollit peccatum mundi.

29 τῇ ἐπαύριον βλέπει ὁ Ἰωάννης τὸν Ἰησοῦν ἐρχόμενον πρὸς αὐτὸν, καὶ λέγει· ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου.

23 Purgate, εὐθύνατε. Vulgata & Erasmus, dirigite. Diximus Matth. 3. a. 3. εὐθὺ declarare quod & planum est & æquabile. Itaq; non dubito quin εὐθύνειν τὴν ὁδὸν, id sit hoc loco quod Latinè dicitur, Viam purgare. Nam, inquit Vlpianus, purgare uiam propriè dicitur ad libramentum proprium redigere, sublato eo quod supereſt.

26 In medio uestrùm, μέσος ὑμῶν: id est, palàm & inter uos, ut alibi expositum uidimus. Stat, ἕστηκεν. Vulgata, stetit. Itaq; nonnulli hoc referunt ad historiam quæ refertur Luc. 2. g. 46. sed parum accommodatè, ni fallor. Loquitur enim de re præsenti. & ἑστηκέναι significationẽ præsentis habere, ex plurimis locis liquidò apparet, ut Luc. 8. c. 20. Act. 1. b. 11. Rom. 5. a. 2. & alibi sæpe. 28 In Bethabara, ἐν Βηθαβαρᾷ. Vulgata, in Bethania, ἐν Βηθανίᾳ: quo modo etiam scriptum erat in omnibus uetustis codicibus. Sic etiam legit Cyrillus, & eam lectionem annotat Epiphanius κατὰ τῶν αὐτῶν. Sed magis placet assentiri Chrysostomo qui hanc lectionem emendat. Constat enim Bethaniam Iudææ respectu sitam fuisse cis Iordanem stadijs ab Ierusalem quindecim, ut scribitur infrà 11. b. 18. Fit quidem mentio loci בית־ברה. ad Iordanem Iud. 7. g. 24. Sed à Iosepho trans Iordanem ponitur regio Batanæa, quæ ad Bethaniæ nomen proximè accedit. In tanta nominum uarietate non habeo quod potissimum sequar.

29 Videt, βλέπει. Sic legunt emendatiores codices uetustę editionis, quos neque Valla uidit, neque Erasmus: & pro altera die, postero die. Est autem quędam emphasis uerbi βλέπει, quasi non narretur res præterita, sed præsens potius geratur. Agnus ille, ὁ ἀμνὸς. Articulus adiunctus (ut ex Chrysostomo & Theophylacto Erasmus obseruauit) emphasin habet non modò dignitatis, ut à typico agno & cæteris legalibus uictimis distinguatur, sed etiam relationis. Reuocat enim in mentem prophetias Esaiæ, & aliorum. Qui tollit, ὁ αἴρων. Vide ne pro tollit legas tollet. Nam ita significatur hanc uim perpetuam ac natiuam Agno isti inesse: ut si dicas elleborum purgare cerebrum, nullum tempus certum declaras, sed uim potius elleboro insitam. Hæc Erasmus Chrysostomum sequutus: rectè sanè & appositè. Cæterùm Tollendi uocabulum ad temporis circunstantiam accommodo. Quia igitur externo baptismate, in quo occupatus erat Ioannes quum hæc diceret, abluuntur corporis sordes: ita significat uocabulo Agni, sacrificium, cuius sanguine deleto chirographo, expiamur: uerbo autem Tollendi, naturalis illius labis ac maculæ ablutio designatur, quum Christo per internum baptismum insitis nobis, uetus homo moritur, & nouus induitur. Illud ergo ad Iustificationem, hoc autem ad Sanctificationem pertinet, in quę ueluti membra distribuere licet omne Christi in nos collatum beneficium. Peccatum, τὴν ἁμαρτίαν. Sic constanter scriptum habebant omnes nostri codices uetusti, quibus assentitur Augustinus libro aduersus Faustum duodecimo cap. 30. & Theophylactus quoque. Chrysostomus tamen uidetur legisse ἁμαρτίας, id est peccata. Cyrilli aũt interpres sibi nõ constat. Ego uerò non dubito quin legendũ sit singulari numero τὴν ἁμαρτίαν: neq; tamen arbitror articulũ significare πρεπόντως τὴν ἰδιότητα, rationẽ scilicet peccati formalem, quasi scriptũ sit πᾶσαν ἁμαρτίαν, id est omnia peccata (ut explicat Theoph.) sed arbitror potius illam peccatorum omniũ radicẽ, originale scilicet peccatũ quod uocant, ac proinde ex cõsequẽti fructus quoq; huius ita declarari. quod quidẽ peccatũ in ijs mortificatur per Christi Spiritũ, qui Christũ baptismo induernnt, uetere illo homine in ipsis crucifixo, mortuo, ac sepulto.

qua

A qua de re copiosissimè disserit Apostolus toto capite 6. & 7. epistolæ ad Romanos, utiq; scribens τῶν ἁμαρτιῶν, numero singulari: quia scilicet non agit de peccatorum remissione, quæ pars est altera iustificationis, sed de inchoata in nobis sanctificatione: quæ ut separari non possint, distingui tamen debent.

οὗτός ἐστιν περὶ οὗ ἐγὼ εἶπον· ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν.

30 Iste est de quo dicebam: Post me uenit, uir qui prælatus est mihi: quia præstantior me est. *Ioannes docebat Christum uenisse.*

κἀγὼ οὐκ ἤδειν αὐτόν, ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ τῷ Ἰσραὴλ, διὰ τοῦτο ἦλθον ἐγὼ ἐν τῷ ὕδατι βαπτίζων.

31 Et ego non noueram eum: sed ut manifestus fiat Israeli, propterea ueni ego baptizans aqua.

καὶ ἐμαρτύρησεν Ἰωάννης, λέγων· ὅτι τεθέαμαι τὸ πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἔμεινεν ἐπ' αὐτόν.

32 Tum *inquam* testatus est Ioannes, dicens: Spectaui Spiritum descendentem quasi columbam de cœlo, *qui* etiam mansit super eum. *Matth.3.d.16. Marc.1.b.10. Luc.3.d.22.*

κἀγὼ οὐκ ἤδειν αὐτόν, ἀλλ' ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι, ἐκεῖνός μοι εἶπεν· ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ πνεῦμα καταβαῖνον, καὶ μένον ἐπ' αὐτόν, οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν πνεύματι ἁγίῳ.

33 Et ego non noueram eum: sed qui misit me ut baptizarem aqua, ille mihi dixerat: Super quem uideris Spiritum descendentem ac manentem super eum, hic est qui baptizat Spiritu sancto. *Vnde cognouit Ioannes Iesum esse Christum.*

κἀγὼ ἑώρακα, καὶ μεμαρτύρηκα, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ.

34 Ego igitur uidi, & testor quòd hic est Filius ille Dei.

B τῇ ἐπαύριον πάλιν εἱστήκει ὁ Ἰωάννης καὶ ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ δύο·

35 Postero die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo.

καὶ ἐμβλέψας τῷ Ἰησοῦ περιπατοῦντι, λέγει· ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ.

36 Et intuitus Iesum ambulantem, dicit: Ecce Agnus ille Dei. *Agnus Dei.*

καὶ ἤκουσαν αὐτοῦ οἱ δύο μαθηταὶ λαλοῦντος, καὶ ἠκολούθησαν τῷ Ἰησοῦ.

37 Audierunt autem eum duo discipuli loquentem, & sequuti sunt Iesum. *Discipuli Ioannis sequuntur Christum.*

στραφεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, καὶ θεασάμενος αὐτοὺς ἀκολουθοῦντας,

38 Conuersus uerò Iesus, & conspicatus eos sequentes se, dicit eis:

λέγει αὐτοῖς, τί ζητεῖτε; οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, ῥαββεί (ὃ λέγεται ἑρμηνευόμενον, διδάσκαλε) ποῦ μένεις;

39 Quid quæritis? Illi uerò dixerunt ei: Rabbi (quod dicitur, si interpreteris, Magister) ubi moraris?

λέγει αὐτοῖς, ἔρχεσθε, καὶ ὄψεσθε. ἦλθον, οὖν καὶ εἶδον ποῦ μένει, καὶ παρ' αὐτῷ ἔμειναν τὴν ἡμέραν ἐκείνην. ὥρα ἦν ὡς δεκάτη.

40 Dicit eis: Venite & uidete. Venerunt uiderunt ubi moraretur, & apud eum manserunt die illo: hora enim erat quasi decima.

ἦν Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς Σίμωνος Πέτρου, εἷς ἐκ τῶν δύο τῶν ἀκουσάντων παρὰ Ἰωάννου, καὶ ἀκολουθησάντων αὐτῷ.

41 Erat Andreas frater Simonis Petri, unus ex duobus qui audierant *illa* à Ioanne, & sequuti fuerant eum. *Andreas.*

31 Non noueram eum, οὐκ ἤδειν αὐτὸν, non noueram: scilicet de facie. Nam alioquin non poterat ignorare Ioannes Messiam pro foribus esse, quin uocationem suam ignoraret. Sed tamen ad eum diem non fuerat ipsi ul-
C la cum Christo consuetudo, uel ut ipsum posset ex uultu agnoscere, ueluti nec postea uidentur unà fuisse diutius, nempe ita constituente Dei prouidentia, ne res ex composito inter ipsos geri uideretur. Cæterùm quod dicit Ioannes, Nõ noueram eum, ad id tempus referendum est quod præcesit Christi aduentum ad Ioannem, ut ab ipsõ baptizaretur: qua de re scripserunt alij Euangelistę. Antea igitur illum non norat, sed quum ille ad baptismum accederet, monitus est à Deo Ioannes, eum qui accedebat, Christum illum esse cui uiam muniret, & adiuncto etiam, de more, externo signo, quo hięc reuelatio confirmaretur. Ioannes igitur etiam ante signum præstitum, ex ea scilicet reuelatione, Christum aduentantem agnouit: ideoq; illum ad baptismum uenientem conspicatus. Imò uerò, inquit, ego sum abs te baptizandus, & tu ad me uenis? quæ uerba sanè cum ijs non pugnant quę Ioannes hoc loco commemorat. 32 Tum *inquam* testatus est, καὶ ἐμαρτύρησεν. Eandem historiam narrari puto. Neque obstat huic expositioni quòd nouum sermonem uidearur inchoare. Nam sæpe apud Euangelistas in media oratione solent eiusmodi uerba interponi, ut Marc. 4. a. 9. & alijs plurimis locis. Si quis tamen hanc historiã malit à superiore distinguere, is conuertat, Testatus est etiam Ioannes. 34 Et testor, καὶ μεμαρτύρηκα. Hic rursus, quia de re præsenti loquitur Ioannes, præteritum per tempus præsens putaui exprimendum, quanquam hoc etiam potest ad tempus ipsum huius uisionis exprimendum referri. Filius ille, ὁ υἱὸς. Ne hic quidem (ut rectè notat Chrysostomus Homilia 17) omittendus fuit articulus, cuius ea uis est, tum ut summũ aliquid declaret, tum ut ipsum ab ijs distinguat, qui passim à Mose & Prophetis Filij Dei & Filij Excelsi dicuntur: quod & Cyrillus obseruauit.

38 Vbi moraris? ποῦ μένεις; id est, ubi tuum est hospitium, seu quò te recipis? Nam in Nazareth habitabat, itaque eo in loco peregrinus erat, nisi quis existimet ad oppidum Nazareth hęc esse gesta: quod non arbitror, quum dicatur infrà uersu 43. hinc reuertisse in Galilęam. Vulg. & Eras. ubi habitas? ποῦ κατοικᾷς: Vide Luc. 10. b. 7.

39 Hora enim erat, ὥρα ἦν ὡς. Vulgata & Erasmus, Hora autem erat. Ego uerò arbitror causam afferri cur totum illum diem apud Iesum manserint, quia nimirum aduesperascebat, quum Christum conuenirent, à quo in diuersorium deducti, non potuerunt eo ipso die ad Ioannem reuerti: qua occasione pro sua prouidentia usus est Deus ad illos diutuis retinendos cum Christo. Quasi, ὡς. Vide Marc. 5. b. 13.

41 Prior,

Messias uenit.

Inuenit hic prior fratrem suum Simonem, & dicit ei: Inuenimus Messiam illum, quod est, si interpreteris, Christus.

41 εὑρίσκει οὗτος πρῶτος τὸν ἀδελφὸν τὸν ἴδιον A
σίμωνα, καὶ λέγει αὐτῷ· εὑρήκαμεν τὸν μεσσίαν, ὅ
ἐστι μεθερμηνευόμενον, ὁ χριστός.

Et adduxit eum ad Iesum. Intuitus autem eũ Iesus, dixit: Tu es Simon filius Iona: tu uocaberis Cephas, quod declaratur Lapis.

Simon. Cephas.

42 καὶ ἤγαγεν αὐτὸν πρὸς τὸν ἰησοῦν. ἐμβλέψας δὲ
αὐτῷ ὁ ἰησοῦς, εἶπε· σὺ εἶ σίμων ὁ υἱὸς ἰωνᾶ, σὺ κλη-
θήσῃ κηφᾶς, ὅ ἑρμηνεύεται πέτρος.

Philippi uocatio.

Postero die uoluit Iesus abire in Galilæam: inuenit autem Philippum, & dicit ei: Sequere me.

43 τῇ ἐπαύριον ἠθέλησεν ὁ ἰησοῦς ἐξελθεῖν εἰς τὴν
γαλιλαίαν, καὶ εὑρίσκει φίλιππον, καὶ λέγει αὐτῷ·
ἀκολούθει μοι.

Erat uerò Philippus ex Bethsaida, ciuitate Andreæ & Petri.

44 ἦν δὲ ὁ φίλιππος ἀπὸ βηθσαϊδὰ, ἐκ τῆς πόλεως
ἀνδρέου καὶ πέτρου.

Nathanael. Gen. 49. b. 10. Deut. 18. c. 18. Esa. 4. a. 2. & 40. b. 10. & 45. b. 8. Ierem. 23. a. 5. & 23. c. 14. Ezech. 34. f. 23. & 37. f. 24. Dan. 9. f. 24.

Inuenit Philippus Nathanaelem, & dicit ei: Inuenimus *illum* de quo scripsit Moses in Lege, & Prophetę, *nempe* Iesum filium Ioseph illum Nazarenum.

45 εὑρίσκει φίλιππος τὸν ναθαναὴλ, καὶ λέγει
αὐτῷ· ὃν ἔγραψε μωσῆς ἐν τῷ νόμῳ, καὶ οἱ προ-
φῆται, εὑρήκαμεν ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ ἰωσὴφ τὸν
ἀπὸ ναζαρέτ.

Tum dixit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus, Veni & uide.

46 καὶ εἶπεν αὐτῷ ναθαναὴλ· ἐκ ναζαρὲτ δυνα-
τόν τι ἀγαθὸν εἶναι; λέγει αὐτῷ φίλιππος· ἔρχου
καὶ ἴδε.

Vidit Iesus Nathanaelem uenientem ad se, & dicit de eo: Ecce uerè Israelita, in quo dolus non est.

47 εἶδεν ὁ ἰησοῦς τὸν ναθαναὴλ ἐρχόμενον πρὸς αὐ-
τὸν, καὶ λέγει περὶ αὐτοῦ· ἴδε ἀληθῶς ἰσραηλίτης, ἐν
ᾧ δόλος οὐκ ἔστι. B

Dicit ei Nathanael, Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei: Priusquam te Philippus uocaret, quum esses sub ficu, uidebam te.

48 λέγει αὐτῷ ναθαναὴλ· πόθεν με γινώσκεις; ἀ-
πεκρίθη ὁ ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ· πρὸ τοῦ σε φίλιπ-
πον φωνῆσαι ὄντα ὑπὸ τὴν συκῆν, εἶδόν σε.

Fides Nathanaelis.

Respondit Nathanael, & ait ei: Rabbi, tu es ille Filius Dei: tu es ille Rex Israel.

49 ἀπεκρίθη ναθαναὴλ, καὶ λέγει αὐτῷ· ῥαββὶ, σὺ εἶ
ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τοῦ ἰσραήλ.

Respondit Iesus, & dixit ei: Quia dixi tibi, Vidi te sub ficu, credis? maiora his uidebis.

50 ἀπεκρίθη ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ· ὅτι εἶπόν σοι,
εἶδόν σε ὑποκάτω τῆς συκῆς, πιστεύεις; μείζω τούτων
ὄψει.

Et dicit ei: Amen amen dico uobis, Ab hoc tempore uidebitis cœlum apertum, & Angelos Dei ascendentes ac descendentes super Filium hominis.

51 καὶ λέγει αὐτῷ· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀπ' ἄρ-
τι ὄψεσθε τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγότα, καὶ τοὺς ἀγγέλους
τοῦ θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας ἐπὶ τὸν
υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου.

CAP. II. ΚΕΦΑΛ. Β'.

In nuptijs aquam in uinum conuertit Christus.

POrrò die tertio nuptiæ factæ sunt in Cana oppido Galilææ: eratq; mater Iesu ibi.

1 Καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ γάμος ἐγένετο ἐν κα-
νᾷ τῆς γαλιλαίας, καὶ ἦν ἡ μήτηρ τοῦ ἰησοῦ ἐκεῖ.

Vocatus est autem etiam Iesus ac discipuli eius ad nuptias.

2 ἐκλήθη δὲ καὶ ὁ ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς
τὸν γάμον.

Et quum defecisset uinum, dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent.

3 καὶ ὑστερήσαντος οἴνου, λέγει ἡ μήτηρ τοῦ ἰησοῦ C
πρὸς αὐτόν· οἶνον οὐκ ἔχουσι.

41 Prior, πρῶτος. Vulg. primùm, id est πρῶτον, ut scriptũ erat in duobus uetustis codicibus & Theophylacto Romano. Christus, ὁ χριστός. Erasmus, unctus: rectè quidem. Sed nomen illud, quamuis Græcum, tamen magis in omnibus idiomatibus usitatum, malui retinere. 42 Iona, ἰωνᾶ. In octauo codice scriptum erat ἰωάννου. Vide Matth. 16. c. 17. Vocaberis κληθήσῃ. Alibi sæpe, καλεῖσθαι pro εἶναι, id est Vocari pro esse accipitur. Sed hoc loco seruatur propria huius uocabuli notatio, quamuis futurum sit ut res nomini respondeat, & præterea futuri temporis significatio obseruanda. Nam hoc nomen non tam illi nunc imponit, quàm se impositurum pollicetur. Lapis, πέτρος. Vulgata, Petrus: quę interpretatio propterea non conuenit, quia Petrus Latinis nomen est proprium duntaxat, Græcis uerò πέτρος etiam appellatiuum est, ut diximus Matth. 16. c. 17. 45 *Illum* de quo scripsit, ὃν ἔγραψε. Vulgata, quem scripsit. Vide suprà uersu 15. Mutauimus autem uerborum collocationem, ut planior esset constructio. Notanda quoque est emphasis uerbi εὑρήκαμεν, quod à Græcis etiam de lucro insperato & repentè oblato dicitur: quod ipsi idcirco εὕρημα uocant: quæ significatio uidetur hic obseruanda, quamuis Chrysostomus dicat εὑρίσκειν esse eius qui quęrat: quod certè non est perpetuum. 50 Credis? πιστεύεις; Nonnulli codices indefinitè legunt. sed in plerisque inuenimus additam interrogationis notam, quam etiam approbat Chrysostomus.

IN CAPVT II.

1 Die tertio, τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ. Die scilicet tertio ex quo profectus erat à Ioanne, uel ex quo in Galilæam peruenerat. Exactiorem autem horum dierum supputationem si quis requirat, consulat Epiphanium κατὰ τῶν αἱρέσεων.

4 Quid

A λέγει αὐτῇ ὁ ἰησοῦς· τί ἐμοὶ καὶ σοί γύναι; οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου.

Dicit ei Iesus: Quid mihi tecum mulier? nondum uenit hora mea.

λέγει ἡ μήτηρ αὐτοῦ τοῖς διακόνοις· ὅ, τι ἂν λέγῃ ὑμῖν, ποιήσατε.

Dicit eius mater ministris: Quodcunque dixerit uobis, facite.

ἦσαν δὲ ἐκεῖ ὑδρίαι λίθιναι ἓξ κείμεναι, κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν ἰουδαίων, χωροῦσαι ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς.

Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationem Iudæorum, capientes singulæ amphoras binas aut ternas.

λέγει αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς· γεμίσατε τὰς ὑδρίας ὕδατος. καὶ ἐγέμισαν αὐτὰς ἕως ἄνω.

Dicit eis Iesus: Implete has hydrias aqua. Impleuerunt eas igitur usq; ad summum.

καὶ λέγει αὐτοῖς· ἀντλήσατε νῦν, καὶ φέρετε τῷ ἀρχιτρικλίνῳ. καὶ ἤνεγκαν.

Tunc dicit eis: Haurite nunc, & offerte archi triclino. Obtulerunt igitur.

ὡς δὲ ἐγεύσατο ὁ ἀρχιτρίκλινος τὸ ὕδωρ οἶνον γεγενημένον, καὶ οὐκ ἤδει πόθεν ἐστίν, οἱ δὲ διάκονοι ἤδεισαν οἱ ἠντληκότες τὸ ὕδωρ, φωνεῖ τὸν νυμφίον ὁ ἀρχιτρίκλινος·

Vt autem gustauit architriclinus aquã illam quæ facta fuerat uinum (nesciebat autem unde esset: sed ministri sciebãt qui hauserant aquam) uocat sponsum architriclinus:

καὶ λέγει αὐτῷ· πᾶς ἄνθρωπος πρῶτον τὸν καλὸν οἶνον τίθησι, καὶ ὅταν μεθυσθῶσι, τότε τὸν ἐλάσσω· σὺ τετήρηκας τὸν καλὸν οἶνον ἕως ἄρτι.

Et dicit ei: Omnes primo loco bonũ uinum apponunt, & quum *conuiuæ* sitim expleuerint, tunc id quod deterius est: tu seruasti bonum uinum usq; adhuc.

B ταύτην ἐποίησε τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων ὁ ἰησοῦς ἐν κανᾷ τῆς γαλιλαίας, καὶ ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

Hoc principium signorum fecit Iesus in Cana *oppido* Galilęę, ut manifestaret gloriam suam: & crediderunt in eum discipuli eius. *Gloria Christi.*

μετὰ τοῦτο κατέβη εἰς καπερναοὺμ αὐτὸς, καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ἐκεῖ ἔμειναν οὐ πολλὰς ἡμέρας.

Postea descendit Capernaum ipse, & mater, & fratres & discipuli eius: manseruntq; illic nõ multos dies. *Christus cum matre & discipulis in Caphar naum.*

καὶ ἐγγὺς ἦν τὸ πάσχα τῶν ἰουδαίων· καὶ ἀνέβη

Nam propè erat Pascha Iudęorum. Ascendit

4 Quid mihi tecum, τί ἐμοὶ καὶ σοί: id est, quid mihi negotij tecum est, ut diximus Matth. 8. d. 29. Vulgata, quid mihi & tibi: quod nonnullos fefellit, ita scilicet lenientes huius responsi asperitatem, quasi diceret Dominus, quid hoc ad nos pertinet quòd uinum non habeant? 6 Hydriæ, ὑδρίαι: id est, Aquales, ut explicat Varro libro quarto de lingua Latina. Retinuimus tamen Græcum uocabulum, quòd Cicero ipse frequenter eo utatur in orationibus in Verrem. Cæterùm ostendit ipsa natio nominis non uinum, sed aquæ destinata fuisse hæc uasa: quod ad fidem historiæ faciendam pertinet, ne quis aut fæces aut nimi quippiam intus resedisse suspicetur, quod postea infusæ aquæ uini colorem ac saporem indiderit. Eiusmodi autem uasa in quibus sedentes lauabant, Latinis solia dicebantur. Secundum purificationem, κατὰ τὸν καθαρισμὸν: id est, secundum ritum purificationis. Quòd si malimus conuertere, ad purificationem Iudæorum, id est purificandis Iudæis, κατὰ posita fuerit pro εἰς, quæ enallage frequenter occurrit. De hac autem Iudæorum superstitione, quam postea in Ecclesiam Dei inuehere conatus est Hebion, atq; adeò reipsa in Christianorũ tẽpla intulit Satan, pluribus disseritur Marc. 7. a. 3. Amphoras, μετρητὰς: seu metretas, seu cados. Nam utroq; hoc uocabulo utuntur Latini etiam scriptores. Illud tamen malui, ut Latinis magis usitatum. Sed amphoras Atticas accipe, non Romanas, quæ dimidio, id est urna, illas superant. Capiebant aũt singulæ hydriæ ducenas aut trecenas uini libras, pondo singulas unciarum duodecim. nam mensurales libras uix, aut ne uix quidem possis inire. Pondus autem metretæ uini plenæ centum libris æstimat doctissimus ac diligentissimus harum rerum scrutator Georgius Agricola. Ex his igitur intelligimus, Christum sappeditasse magnã uini copiam, nimirum ad libras mille octingentas: quæ res pertinet ad miraculi dignitatem ac magnitudinem. 8 Architriclino, ἀρχιτρικλίνῳ. Ita uocat eum qui totum conuiuium curabat. Nonnulli cum eo confundunt qui Magister conuiuij dicebatur à Latinis, à Græcis συμποσιάρχης, ut conuertit Gaza libro de Senectute, ubi sit istorum magisteriorum mentio: quorum munus quale fuerit, discere licet ex Plutarchi libro συμποσιακῶν προβλ. δ. Fuit hic potius quem Græci ἀλύτην uocabant, ὃν ἑστιάτορα ἢ ἄλλο διακονίας, qui & προγεύστης erat, id est prægustator, & πρόκειται: id est, cuius officium erat dapes conuiuis apponere: quæ pulchrè explicantur Athenæi libro quarto. in Græcis autem dictionarijs prætermissa sunt, quem admodum & alia infinita. Is est deniq; qui Gen. 43. d. 16. dicitur אשר על חברית & à nobis simili prorsus ratione *maistre d'hostel*. 10 Omnes, πᾶς ἄνθρωπος. Vulgata & Erasmus ad uerbum, Omnis homo. Sic paulo pòst, τίθησι, ponit: nos uerò, apponunt, ut minus inculta esset oratio. Quum *conuiuæ* sitim expleuerint, ὅταν μεθυσθῶσι. Vulgata & Erasmus, quum inebriati fuerint. Ego uerò suppleui quod deerat explẽdæ constructioni: deinde mollius uerbum quæsiui. Neque enim apud Hebræos שבר, quod respondet Græco uerbo μεθύω, semper in uitio ponitur, ut Genes. 9. c. 21. sed interdum declarat liberalem uini usum, qui tamen modum non excedat, ut Genes. 43. g. 34. 11 In Cana, ἐν κανᾷ. Coniungenda hæc sunt cum uerbo ἐποίησε, non autem cum ἀρχὴν τῶν σημείων, id est principium signorum, ne quis cum nõnullis ineptis interpretibus existimet, hoc primum fuisse signum non omnium quæ edidit Iesus, sed eorum dũtaxat quæ edidit in Cana. Quorsum enim hoc? ergo ut amphiboliam uitarem, quæ quidem in Græco sermone nulla est, uerborum collocationem mutaui. Vt manifestaret, καὶ ἐφανέρωσε. Vulgata & Erasmus, ad uerbum, & manifestauit. Ego malo accipere καὶ pro ὅτι ex Hebræorum idiotismo, Nehem. 13. c. 19. 12 Et fratres, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ. Frequens illa repetitio relatiui Eius respõdet Hebræorum affixis, quæ uocant. Nos uerò sine ulla sensus iniuria expunximus. 13 Nam propè erat, καὶ ἐγγὺς ἦν. Vulgata, Et propè erat. Atqui uberior est sententia, si καὶ accipias pro γάρ: quam particulam toties iam obseruauimus respondere Hebræorum כי, ideoq; non modò copulatiuam esse, sed interdum quoque causalem, & discretiuam, atque adeò illatiuam, ut in hoc eodem uersiculo.

Vendentes ejiciuntur de templo.

igitur Iesus Ieroſolymam.

Et inuenit in templo eos qui uendebant boues & oues & columbas, & numularios ſedentes.

Factoq; flagello è funiculis, omnes eiecit è templo, & oues & boues, & argentariorum numulos effudit, menſasq; ſubuertit.

Domus orationis.

Et iis qui columbas uendebant, dixit: Tollite iſta hinc: ne facite domum Patris mei, domũ negotiationis.

Pſal. 68. b. 10.

Recordati ſunt autẽ eius diſcipuli quod ſcriptum eſſet, Zelus domus tuæ deuorauit me.

Reſponderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Quod ſignum oſtendis nobis, quî iſta faciaſ?

Templum ſiue corpus Chriſti ſoluendum à Iudæis. Matth. 26. f. 61. & 27. c. 40. Marc. 14. f. 58. & 15. c. 29.

Reſpõdit Iesus, & dixit eis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus erigam illud.

Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum iſtud, & tu in tribus diebus eriges illud?

At ille loquebatur de templo corporis ſui.

Quum ergo ſurrexiſſet à mortuis, recordati ſunt diſcipuli eius quòd hoc dixiſſet eis: & crediderunt Scripturæ, & ſermoni quẽ dixerat Iesus.

Credunt Chriſto multi propter miracula.

Quum autem eſſet Ieroſolymis in Paſcha in die feſto, multi crediderunt in nomen eius, ſpectantes ſigna eius quæ edebat.

Ipſe autem Iesus non credebat ſemetipſum eis, eo quòd ipſe noſſet omnes:

Hominem nouit Chriſtus.

Nec opus haberet ut quiſquam teſtaretur de homine: ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine.

εἰς ἱεροσόλυμα ὁ Ἰησοῦς. A

14 καὶ εὗρεν ἐν τῷ ἱερῷ τοὺς πωλοῦντας βόας καὶ πρόβατα καὶ περιστερὰς, καὶ τοὺς κερματιστὰς καθημένους.

15 καὶ ποιήσας φραγέλλιον ἐκ σχοινίων, πάντας ἐξέβαλεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, τά τε πρόβατα καὶ τοὺς βόας· καὶ τῶν κολλυβιστῶν ἐξέχεε τὸ κέρμα, καὶ τὰς τραπέζας ἀνέστρεψε·

16 καὶ τοῖς τὰς περιστερὰς πωλοῦσιν εἶπεν· ἄρατε ταῦτα ἐντεῦθεν· μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου, οἶκον ἐμπορίου.

17 ἐμνήσθησαν δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ὅτι γέγραμμένον ἐστὶν, ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου καταφάγεταί με.

18 ἀπεκρίθησαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ εἶπον αὐτῷ· τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν, ὅτι ταῦτα ποιεῖς;

19 ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν.

20 εἶπον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι· τεσσαρακοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς οὗτος, καὶ σὺ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερεῖς αὐτόν;

21 ἐκεῖνος δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ. B

22 ὅτε οὖν ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν, ἐμνήσθησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ὅτι τοῦτο ἔλεγεν αὐτοῖς, καὶ ἐπίστευσαν τῇ γραφῇ, καὶ τῷ λόγῳ ᾧ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς.

23 ὡς δὲ ἦν ἐν Ἰεροσολύμοις ἐν τῷ πάσχα ἐν τῇ ἑορτῇ, πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, θεωροῦντες αὐτοῦ τὰ σημεῖα ἃ ἐποίει.

24 αὐτὸς δὲ ὁ Ἰησοῦς οὐκ ἐπίστευεν ἑαυτὸν αὐτοῖς, διὰ τὸ αὐτὸν γινώσκειν πάντας·

25 καὶ ὅτι οὐ χρείαν εἶχεν, ἵνα τις μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ ἀνθρώπου· αὐτὸς γὰρ ἐγίνωσκε τί ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ.

15 Argentariorum numulos, τῶν κολλυβιστῶν τὸ κέρμα. Collybiſtas uocat eos qui ex collybo, id eſt pecuniæ permutatione quæſtum faciebant, quos in Matthæo & Marco numularios ſumus interpretati: hic uerò malui dicere argentarios, quia κερματιστὰς ſuperiore uerſiculo conuerti numularios: nempe ne quis idem uocabulum in Græco repeti putet, quamuis nihil interſit quod ad ſententiam attinet. Cæterùm τὸ κέρμα, quod alij æs exponunt, ego numulos interpretari malui, quia à κείρειν deriuatur, quod declarat in minuta fruſta concidere. 17 Zelus, ὁ ζῆλος. Hoc uocabulum & alia ab eo deriuata, ut ζηλῶ & ζηλωτὴς, obſeruaui uarijs ſignificationibus in nouo Teſtamento uſurpari, quas omnes placuit, compendij cauſa, ſemel annotare. Interdum igitur ζῆλος honeſtum illud ac laudabile ſtudium declarat quo accendimur ad alicuius uirtutes imitandas aut etiam ſuperandas, ſine ullo tamen ipſius odio, ut 1. Corint. 12. d. 31. Item 14. a. 1. c. 12. g. 39. 2. Corint. 9. a. 2. Galat. 4. c. 18. Tit. 2. d. 14. Interdum uerò Inuidiam ac liuorem, ut Act. 5. c. 17. & 7. b. 9. & 13. g. 45. & 17. b. 5. Rom. 13. d. 13. 1. Corinth. 3. a. 3. & 13. b. 4. 2. Cor. 12. f. 20. Galat. 5. d. 20. Iacob. 3. c. 14. & 4. a. 12. Tertiò, accipitur pro ſancta quadam zelotypia, quæ non proficiſcitur à cuiuſquam odio, uerùm ab eorum amore quos non noſtri, ſed ipſorum potius cauſa amamus, ut 2. Cor. 11. a. 2. Quartò, pro ſuiipſius amore, cui ſancta illa zelotypia prætexitur, ut Gal. 4. c. 17. Quintò, pro animi æſtu ex indignatione de ijs concepta quę indignè fiunt aduerſus eum quem amamus, puta uel aduerſus homines nobis charos, ut 2. Cor. 7. b. 7. Coloſſ. 4. c. 13. uel aduerſus Deum ipſum. Eſt autem hic zelus duplex. unus nimirum, cum uoluntatis Dei cognitione ac cura in eum fide coniunctus, qualis eſt Chriſti zelus de quo hic agitur: item qui commendatur 2. Cor. 7. c. 11 & Apoc. 3. d. 19. alter uerò qui non eſt ſecundum ſciẽtiam, & cæcus potius impetus ac furor dici debet, ut Rom. 10. a. 2. Phil. 3. b. 6. Act. 21. d. 20. & 22. a. 3. Galat. 1. c. 14. Hinc demum ſexta ſignificatio orta eſt, quum ζῆλος ad ignis ardorem trãſfertur, Heb. 10. c. 27. 18 Signum, σημεῖον. Quia Chriſtus hoc facto non modò rem nouam facit, ſed etiam repurgationem templi ac cultus diuini reſtitutionem aggreditur, deinde etiam templum uocarat Patris ſui domum: iſti ſignum quærunt, id eſt miraculum aliquod, ex quo poſſit intelligi uirtus ipſius ac authoritas cœleſtis, quæ ius illi tribueret tum ita loquendi, tum iſta etiam faciendi. Quidam σημεῖον interpretantur argumentum, ut ſit hic ſenſus: Quod nam nobis argumentum affers quo cõprobes tibi iſta licere? Sed prior illa expoſitio eſt uberior, & melius quadrat Chriſti reſponſo. Cæterùm quòd quidam interpretatus eſt, Quod nobis exemplum præbes: quaſi ſcilicet iſti querantur Chriſtum hoc ſuo facto homines ad quamuis licentiam concitare: non modò frigidum eſt, ſed etiam Græcis uocabulis uim affert. Quî, &c. ὅτι, &c. Vel, Cur iſta faciaſ? aut ὅτι pro διότι accipiatur. Vel, Quandoquidem iſta facis? Petitum eſt autem è medio hoc dicẽdi genus, quod alioquin paulo aſperius uidetur. Ideo malui paululũ deflectere, quàm ad uerbũ interpretari ὅτι quòd. Ita tamen conuertimus Matt. 8. c. 25. Marc. 1. c. 27. & 6. a. 2. 21 De templo corporis ſui, περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ: id eſt de corpore ſuo, quod templum uocarat: idq; iure, quũ in eo (ut ait Apoſt. Coloſſ. 2. b. 9.) omnis plenitudo deitatis corporaliter habitaret. Sed tamen apparet hoc quoque dicendi genus è medio petitum eſſe. 24 Omnes, πάντας. In uno codice ſcriptum erat πάντα, omnia.

IN CA-

ΚΕΦ. γ'.

Ἦν δὲ ἄνθρωπος ἐκ τῶν φαρισαίων, νικόδημος ὄνομα αὐτῷ, ἄρχων τῶν ἰουδαίων· 1

οὗτος ἦλθε πρὸς τὸν ἰησοῦν νυκτὸς, καὶ εἶπεν αὐτῷ· ῥαββεί, οἴδαμεν ὅτι ἀπὸ θεοῦ ἐλήλυθας διδάσκαλος· οὐδεὶς γὰρ ταῦτα τὰ σημεῖα δύναται ποιεῖν ἃ σὺ ποιεῖς, ἐὰν μὴ ᾖ ὁ θεὸς μετ' αὐτοῦ. 2

ἀπεκρίθη ὁ ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν, οὐ δύναται ἰδεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. 3

λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ νικόδημος· πῶς δύναται ἄνθρωπος γεννηθῆναι γέρων ὤν; μὴ δύναται εἰς τὴν κοιλίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ δεύτερον εἰσελθεῖν, καὶ γεννηθῆναι; 4

ἀπεκρίθη ὁ ἰησοῦς· ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. 5

τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς σάρξ ἐστι· καὶ τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος, πνεῦμά ἐστι. 6

μὴ θαυμάσῃς ὅτι εἶπόν σοι, δεῖ ὑμᾶς γεννηθῆναι ἄνωθεν. 7

τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ, καὶ τὴν φωνὴν αὐτοῦ 8

CAP. III.

ERat autem quidam ex Pharisæis, cui nomẽ erat Nicodemo, princeps Iudæorum: Nicodemus nocte uenit ad Christum ut doceatur.

Hic uenit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus te à Deo uenisse magistrum: nemo enim potest hæc signa edere quæ tu edis, nisi Deus sit cum eo.

Respondit Iesus, & dixit ei: Amen amen dico tibi, nisi quis fuerit genitus denuò, non potest uidere regnum Dei. Nasci denuò.

Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo gigni qui sit senex? num potest in uentrem matris suæ secundò introire, ac gigni?

Respondit Iesus: Amen amen dico tibi, nisi quis fuerit genitus ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum Dei.

Quod genitum est ex carne, caro est: & quod genitum est ex Spiritu, Spiritus est. Nasci ex aqua & Spiritu sancto.

Ne mireris quòd dixi tibi: Oportet uos gigni denuò.

Ventus quò uult spirat, & sonum eius audis: Spiritus.

IN CAPVT III.

2 Magistrum, διδάσκαλον: id est, scimus te missum diuinitus ad nos erudiendos. Verti autem per infinitum modum, ut ampliboliam uitarem, ne quis nimirum acciperet Magister uocandi casu. Edere, ποιεῖν. Sic etiam uertit ipse Erasmus, suprà 2. d. 23. quum alioquin edere opponatur potius uerbo ἀποδαμεῖν. Nisi Deus sit cum eo, ἐὰν μὴ ᾖ ὁ θεὸς μετ' αὐτοῦ. Ex Hebræorum idiotismo dicitur Deus esse cum illis in quibus diuina quædam præstantia ëmicet, quos simili penè ratione Græci uocant θείους καὶ ἀνθρώπους: id est diuinos & quasi alteros deos. Quòd si Nicodemus Christum bene nosset, non modò dixisset Deum cum ipso esse, quasi ipsius συνεργόν: sed Deum esse in ipso, ut loquitur Paulus 2. Cor. 5. d. 19. 3 Fuerit genitus, γεννηθῇ. Vulgata & Erasmus, natus fuerit. Ego uerò in tota hac historia malui uti Gignendi quàm Nascendi uerbo, quia de noua quodãmodo hominis creatione hic agitur. Denuò, ἄνωθεν. Hebraicè שנית. Sic enim Verus interpres (meo iudicio) rectius intellexit quàm Erasmus, qui interpretatur è supernis, id est מלמעלה. Nam etsi Græca uox ἄνωθεν utroq; modo accipi potest, tamẽ considerandũ fuit, hanc ampliboliam non esse in eo sermone quo usus est Dominus. Responsum autem Nicodemi arguit Christum usum esse uocabulo quo nihil aliud quàm iteratio significatur. Itaq; Augustinus libro de Peccatorum remiss. 20. cap. 27. ita hunc locum citat. Chrysostomus quoq; quamuis utranq; interpretationem annotet, tamen non obscurè indicat se illam amplecti quam sequuti sumus, à qua miror cur defecerit Theophylactus, alioquin Chrysostomo prorsus addictus. maluit Erasmus Cyrillum & suum illum Origenem sequi. Videre regnum Dei, ἰδεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ: id est, introire in regnum Dei, ut explicatur infrà uersu 5. Regnum autem Dei non tam uocatur (opinor) ipse Christus (quamuis ita explicarint nonnulli ex ueteribus) aut ipsa etiam uita æterna ad quam contendimus, quàm Ecclesia in qua Deus regnat. Differit enim Christus, qua ratione ius ciuitatis Dei nanciscamur: Gratuita, inquit, adoptione per Spiritum sanctũ, quo regeneramur in ipso Christo fide apprehenso. 4 Qui fit senex? γέρων ὤν: Vulgata & Erasmus, quum sit senex? quæ interpretatio planè est ἄνηγ@ hoc loco. Neq; enim omnis homo senex est: quod tamen uidetur affirmare qui sic loquitur. Sciendum est autem, Nicodemũ perinde respondere, ac si Christi uerba ad se unũ pertinerent: id est, quod in genere Christus dixerat, ad hypothesin reuocare. Itaque sic omnino uertendus est hic locus. 5 Ex aqua & Spiritu, ὕδατος καὶ πνεύματος. Vide infrà 4. b. 10.

6 Caro est, σάρξ ἐστι, id est carnalis, totus scilicet impurus & iræ Dei obnoxius. Neq; enim carnis appellatione in hoc posteriore loco significatur carnea illa corporis moles, sed tum animi tum corporis humani natura, peccato & morti addicta. idq; ita esse, uel ex eo liquet, quòd Apostolus carni tribuit φρόνημα, Rom. 8. b. 7. Caro igitur pro carnali ponitur, ut apud Hebræos sæpe appellatiua pro adiectiuis usurpantur, atq; adeò apud Græcos & Latinos, ut quum quispiam dicitur κάλαμος, id est scelus, pro scelerato: & miseram hominis totius conditionem designat, ut Psal. 56. b. 5. & 78. d. 39. Poscit autem ratio antithesis, ut uicissim Spiritus nomine posteriore loco non intelligamus hominis animum, sed totum hominem spiritualem, id est Spiritus sancti gratia Christo insitum, ac proinde in eo renouatum, qui & ipse Spiritus dicitur, ut natura ipsius perennis, pura ac immortalis significetur: quamuis adhuc superfit lucta carnis, adeò ut unus & idẽ homo fidelis, quãdiu hic uersatur, & caro & Spiritus diuersis respectibus dici possit, ut suo exẽplo elegantissimè describit Paulus cap. Epist. ad Rom. 7. 8 Ventus, τὸ πνεῦμα: id est, ἄνεμος. Arist. de Mundo, ἄνεμος ἐστὶν ὅταν ἐκ πολλῶν ἀθρόων πολὺς ῥεύσῃ καὶ ἀθρόος, ὅτιπερ ἄμα καὶ πνεῦμα λέγεται, λέγεται δὲ καὶ ἕνεκα πνεύματος ὁ τῶν φυτῶν καὶ ζώων καὶ διὰ παντὸς διήκων ἐμψυχὸς τι καὶ γόνιμος ἕξις. Apud Hebræos uerò רוח magis etiam multiplicè habet significationẽ, apud quos scilicet etiam pro Spiritu illo Dei omnia uiuificante accipitur, ut & apud Græcos ac Latinos theologos, qui ex Hebræorum fontibus hauserunt. Quia igitur Spiritus nomen est πολύσημον, & rarò etiam à Latinis pro uento accipitur, uentum malui interpretari quàm Spiritum. Nam hac significatione πνεῦμα hoc loco explicandũ esse, apertè tradunt ueteres, ut Chrysostomus, Cyrillus, Theophylactus, Augustinus de quæstionibus Veteris & noui Testamẽti, quæstione 59. & id quoq; manifestè probat quod de sonitu postea commemoratur. Regulam enim Didymi, tradentis τὸ πνεῦμα Spiritum sanctum declarare propter additum articulum, iam antè ostendimus non esse perpetuam, quum prætermittatur etiam articulus suprà uersu 5. ubi tamen constat agi de Spiritu sancto. Quò uult, ὅπου θέλει: id est, libero & uago impetu. Est enim translatio ab ijs animãtibus sumpta, in quibus

propriè dicitur esse uoluntas. Simili figura utitur Paulus Rom 8.d.19.20.21.22. Sonum, φωνὴν id est, ὄχον, ut Matt. 24.c.31. item 1. Corinth. 14.b.7. & 8. Sic etiam apud Hebræos accipitur קול, ut 2. Reg. 6.g.32. Ezech. 43.a.2. A

ἀκούεις· ἀλλ' οὐκ οἶδας πόθεν ἔρχεται, ἢ ποῦ ὑπάγει. οὕτως ἐστὶ πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ πνεύματος.

sed nescis unde ueniat, & quò uadat. ita est omnis qui genitus est è Spiritu.

9 ἀπεκρίθη Νικόδημος, καὶ εἶπεν αὐτῷ· πῶς δύναται ταῦτα γενέσθαι;

Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri?

Magister. 10 ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ· σὺ εἶ ὁ διδάσκαλος τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ταῦτα οὐ γινώσκεις;

Respondit Iesus, & dixit ei: Tu es magister ille Israelis, & hæc non nosti?

11 ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ὅτι ὃ οἴδαμεν λαλοῦμεν, καὶ ὃ ἑωράκαμεν, μαρτυροῦμεν, καὶ τὴν μαρτυρίαν ἡμῶν οὐ λαμβάνετε.

Amen amē dico tibi, quod scimus loquimur, & quod uidimus testamur: sed testimonium nostrum non recipitis.

12 εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε, πῶς ἐὰν εἴπω ὑμῖν τὰ ἐπουράνια, πιστεύσετε;

Si terrena dixi uobis, & non creditis: quomodo si dixero uobis cœlestia, credetis?

Ascendens in cœlum. 13 καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανόν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ.

Nam nullus ascendit in cœlum, nisi qui descendit è cœlo, *nempe* Filius hominis qui est in cœlo.

Serpens in deserto. Num. 21.c.9. Vita æterna. 14 καὶ καθὼς Μωσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου,

Sicut autem Moses extulit serpentem in deserto: ita extolli oportet Filium hominis:

15 ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων ἐν αὐτῷ μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον.

Vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternam.

Dilectio. Fides, 1. Ioan. 4.b.9. 16 οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. B

Ita enim Deus dilexit mundum, ut filium suũ unigenitum dederit: ut omnis qui credit in eũ, non pereat, sed habeat uitam æternam.

Salus. Fides in Christum. 17 οὐ γὰρ ἀπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ εἰς τὸν κόσμον, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ.

Non enim misit Deus filium suum in mundũ, ut condemnet mundum: sed ut seruetur mundus per eum.

10 Magister ille, ὁ διδάσκαλος. Hoc quoq; loco uidetur articulus suũ pondus habere, quo scilicet significatur Nicodemũ non modò pro doctore, sed etiã pro excellenti doctore haberi ab Israelitis. 11 Sed testimoniũ, καὶ μαρτυρίαν. Vulg. & Eras. & testimoniũ. Sed hic quoq; poni καὶ pro ἀλλὰ, sensus ipse ostendit. Est aũt tacita quædã antithesis in his uerbis diligenter, meo quidem iudicio, obseruanda. Vos, inquit, tractatis ac docetis quæ non intelligitis, & creditur uobis: at ego certa & cognita doceo, & tamen doctrinam meã non admittitis. Non recipitis, οὐ λαμβάνετε: id est, non admittitis. Id enim est pro quo postea dicit, non creditis. Nonnulli interpretantur, non accipitis, uel non capitis, pro, non estis idonei ad intelligendũ. quam amphiboliã ut uitaremus, uertimus potius, recipitis, quàm accipitis. Chrysostomus aũt uidetur legisse, ἐδέξασθε λαμβάνει: id est, nemo accipit. 12 Non creditis, οὐ πιστεύετε. In uno exẽplari scriptũ erat, οὐ πεπιστεύκατε, non credidistis: & paulo pòst pro πιστεύσετε, id est, credetis, in alio quodam inuenimus πιστεύσατε, id est, credituri sitis: eadem tamen manente sententia. 13 Nam nullus, οὐδεὶς: id est, οὐδεὶς γὰρ, ut suprà 1.b.13. & alibi sæpe. Reddit enim causam cur & ipse cœlestia possit suo iure docere, & homines plerique doctrinã cœlestem non admittãt: deinde hanc ipsam doctrinã explicat. Alioquin si cum Vetere interprete & Erasmo conuertas, Et nemo, non facilè possis æstimare quo modo tota hæc oratio cohæreat. *Nempe* Filius hominis, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ. Abũdat Ioãnes huiusmodi appositionibus in subiectione positis, ut suprà 1.b.12. & 1.45. Quod aũt Christus se è cœlo descendisse dicit, primùm ad diuinã naturam, deinde etiam ad conceptionis modum referendum est, non ad corporis materiã, ut Apollinaris & alij hæretici existimarunt, & qui errorem eorum nostra memoria renouauit Schuenfeldius. Deinde quòd se Filiũ hominis, id est hominem in cœlo esse docet, apertè duas naturas distinguit, & unã hypostasin confirmat. Qui est in cœlo, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ. Vel, qui erat in cœlo, ut idem ipse Christus loquitur infrà 6.g.62. Certum est tamen, quum Christus quatenus homo est, cœperit existere à conceptu, impropriam esse hanc loquutionem. impropriam dico, si quis naturas sigillatim consideret. Nam alioquin maximè propria est loquutio, ut summa illa duarũ in uno Christo naturarũ cõiunctio significetur. Christus enim adeò unus est, ut quod unius naturæ est proprium, interdum toti Christo tribuatur: ut quum dicimus Christum natum, passum, sepultũ, &c. interdum uerò quod unius est, ad alterum transferatur, ut quũ dicitur Dominus gloriæ crucifixus, 1. Cor. 2. b. 8. quam formulã omnes ueteres theologi uocarũt idiomatum (id est proprietatum) cõmunicationem. Sed hæc fortasis nescio quo modo planius explicarẽtur per synecdochen, quæ quidẽ modò simplex est, modò duplex. Simplex, quum duntaxat in prædicatio tribuitur toti, quod ad partem tantùm propriè spectat, ut si dicas Christũ passum esse pro nobis: altera duplex, quũ & in subiecto pars pro toto ponitur, & in prædicato tribuitur toti, quod unius & quidem alterius partis propriũ est, ut quũ dicitur Dominus gloriæ crucifixus, Deus acquisiuisse Ecclesiã sanguine suo, Filius hominis fuisse in cœlo antequã descẽderet. Nam in ijs totus Christus est subiectum, quãuis una duntaxat ipsius natura nominetur: & in prædicato, toti Christo tribuitur, quod uel hominis uel Dei proprium est, nẽpe ut Spiritus sanctus nos doceat Christi naturas ita distinguere, ut tamen alterã ab altera nõ separemus. Nam nisi idẽ ille Christus qui passus est, Deus est æternus, & uicissim nisi idẽ Deus ille æternus passus est in carne sua, ubi fides nostra? Nã nec seruare potest, nisi Deus sit: nec redimere, nisi sit homo: & neutrũ potest nisi unus & idẽ sit Deus & homo. Itaq; ut ad rem redeã, tam licet nobis conuertere ὁ ὢν qui erat, quàm qui est. Libuit aũt hæc paucis annotare aduersus eos homines quos nõ pudet nostro hoc seculo nefandos illos errores, iã olim totius Ecclesiæ tã aperto ac perpetuo cõsensu & tãtis ueterũ omniũ Patrũ laboribus ac uigilijs dãnatos, reuocare.

16 Ita enim, οὕτω γάρ. Existimat Erasmus, ab hoc loco uideri posse Euangelistæ uerba, explanantis sermonẽ quẽ Christus cum Nicodemo habuerat. Sed non uideo quãobrem hoc fit comminiscendũ. Imò uerò Christũ oportuit hæc omnia subijcere, nisi uellet sermonẽ in medio ueluti cursu abrũpere. 17 Vt condemnet, ἵνα κρίνῃ: id est,

ἵνα

A ἵνα κατακρίνῃ, ut diximus alibi. Vulg. ut iudicet: quæ interpretatio planè est repudianda propter amphiboliã. scimus enim, Dominũ iudicaturũ uiuos & mortuos. Hoc igitur Erasmus rectè emendauit. Sed præterea annotandũ fuit, Condemnandi uerbum non significare ipsam actionem, sed quasi ipsius condemnationis materiam ac causam: ue luti si dicas maleficum quempiam à sua improbitate suisq; sceleribus damnari: non aũt à legibus, quæ per se bonæ sunt & sanctæ: neq; à magistratu, qui ciues omnes bonos esse optaret. Sic igitur Christus non condẽnat, id est condẽnationis causa nõ est, nec materia, (quî enim posit mors à uita proficisci?) sed Christi potius cõtemptus & peccata nostra nos cõdẽnant. Et tamẽ Christus iustus iudex in reprobos sententiã feret. Deniq; condẽnare nihil aliud hoc loco declarat q̃ perdere, ut liquet ex uerbo Seruandi, quod ipsi opponit. Vt seruetur mundus, ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος: id est, nõ una Iudæorũ gens, sed quicũq; crediderit in eũ, ut dixit superiore uersiculo. Mundus ergo opponitur uni genti: & ineptẽ (ne quid acerbius dicã) faciũt qui eiusmodi testimonia citãt ut æternã Dei prædestinationẽ euertãt.

ὁ πιστεύων εἰς αὐτόν, οὐ κρίνεται· ὁ δὲ μὴ πιστεύων, ἤδη κέκριται, ὅτι μὴ πεπίστευκεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ. 18

Qui credit in eum, non cõdemnatur: qui uerò non credit, iam condemnatus est: quia non credidit in nomen unigeniti filij Dei.

αὕτη δέ ἐστιν ἡ κρίσις, ὅτι τὸ φῶς ἐλήλυθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον τὸ σκότος, ἢ τὸ φῶς· ἦν γὰρ πονηρὰ αὐτῶν τὰ ἔργα. 19

Hæc est aũt cõdemnatio, quòd Lux uenit in mundum, sed dilexerunt homines potius tenebras quàm Lucem: quia sunt corũ mala opera. *Iudicium. Lux. Tenebræ. Supra 1.2.4. Opera.*

πᾶς γὰρ ὁ φαῦλα πράσσων, μισεῖ τὸ φῶς, καὶ οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα μὴ ἐλεγχθῇ τὰ ἔργα αὐτοῦ. 20

Omnis enim qui peruersè agit, odit Lucem: nec uenit ad Lucem, ne arguantur opera ipsius.

ὁ δὲ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν, ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, 21
B ἵνα φανερωθῇ αὐτοῦ τὰ ἔργα, ὅτι ἐν θεῷ ἐστιν εἰργασμένα.

Qui autem sincerè agit, uenit ad Lucem: ut manifesta fiant facta ipsius: quòd secundum Deum sint facta.

Μετὰ ταῦτα ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὴν Ἰουδαίαν γῆν, καὶ ἐκεῖ διέτριβε μετ' αὐτῶν, καὶ ἐβάπτιζεν. 22

Postea uenit Iesus & discipuli eius in Iudææ territorium: & illic degebat cum eis, ac baptizabat. *Christus in Iudæa.*

ἦν δὲ καὶ Ἰωάννης βαπτίζων ἐν Αἰνὼν, ἐγγὺς τοῦ Σαλείμ, ὅτι ὕδατα πολλὰ ἦν ἐκεῖ, καὶ παρεγίνοντο καὶ ἐβαπτίζοντο· 23

Baptizabat autem & Ioãnes in Aenon prope Salim, quía aquæ multæ erant illic, & ueniebant *homines*, ac baptizabantur. *Ioannes baptizat. Infrà 4.2.1.*

οὔπω γὰρ ἦν βεβλημένος εἰς τὴν φυλακὴν ὁ Ἰωάννης. 24

Nondum enim coniectus fuerat Ioannes in custodiam.

Ἐγένετο οὖν ζήτησις ἐκ τῶν μαθητῶν Ἰωάννου μετὰ Ἰουδαίου περὶ καθαρισμοῦ. 25

Orta est igitur quæstio quibusdam ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purgatione. *Purificatio.*

καὶ ἦλθον πρὸς τὸν Ἰωάννην, καὶ εἶπον αὐτῷ· ῥαββεί, ὃς ἦν μετὰ σοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ᾧ σὺ μεμαρτύρηκας, ἴδε οὗτος βαπτίζει, καὶ πάντες ἔρχονται πρὸς αὐτόν. 26

Venerunt autem ad Ioannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium dedisti, ecce, is baptizat, & omnes ueniunt ad eum. *Supra 1.d.17. & c.34.*

19 Condemnatio, ἡ κρίσις: id est, condemnationis causa ac materia, sicut suprà exposuimus ipsum uerbum κρίσεως. Nã quod Oseas de Israelitis dixerat 13.1.9. Perditio tua ex te est, hoc Christus in omnes incredulos pronunciat. Sed qui propterea æternum Dei consilium tollit, perinde facit ac si negaret reprobos Dei uolũtate nasci, quia ab hominibus gignuntur. Potius, μᾶλλον. Vulgata & Erasmus, magis: quæ interpretatio sic posset accipi quasi &
C lucem & tenebras dilexerint homines, sed magis tamen tenebras quàm lucem, quum potius declaret Christus homines contempta luce tenebras esse amplexos. Non dissimilem errorẽ annotauimus Luc. 18.c.14. 20 Opera ipsius, τὰ ἔργα αὐτοῦ. In uno codice additum erat, ὅτι πονηρὰ ἦσαν, quia mala sunt. quod membrum uidetur opponi illi quod in proximo uersiculo additur, ὅτι ἐν θεῷ ἐστιν εἰργασμένα: id est, quòd secundum Deum facta sint. 21 Qui autem sincerè agit, ὁ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν. Hebr. עשׂה אמת. Id est (ut ad uerbum conuertit Vetus interpres & Erasmus) qui facit ueritatem. Veritatis autem nomen hoc loco declarat uitam uerè bonam, & omnis fraudis expertem: cui quum opponatur φαῦλον πράσσων, malui interpretari Peruersè, quàm Malè agentem, ut melius appareat antithesis. Hic enim notatur animus sibi malè conscius, nempe qui à recta uia deflectit, & aliud simulat, aliud agit. Secundum Deum, ἐν θεῷ. Heb. את אלהים, id est cum Deo, ut Genes. 6.b.9. Deo scilicet ueluti duce, præeunte, id est σὺν θεῷ, uel κατὰ θεόν. Alij interpretantur, per Deum, quia Deus efficit in nobis uelle & operari: sed illa expositio est simplicior, & usitatæ loquendi formulæ accõmodatior. 22 In Iudææ territoriũ, εἰς τὴν Ἰουδαίαν γῆν. Vulgata, in Iudæam terram. Erasmus, in terram Iudæam. Est enim mollior collocatio, si totum præcedat, pars sequatur. Sed Euãgelistam opinor aliò respexisse. Nam quum ex Iudææ metropoli exiret Iesus, non poterat simpliciter dici exire in Iudæam. ideò additur γῆν, quo uocabulo territorium ipsius Ieruſalem, adeoq; ipsa regio Iudææ urbi circumiecta declaratur. Maluimus ergo territorium conuertere quàm terram. Sicut autem hoc dicendi genus nouum est, adeò ut putem esse ἅπαξ λεγόμενον, quod aiunt: ita uix (ut opinor) usquam reperias qui annotarit quamobrem sit ab Euãgelista usurpatũ. Quinetiã in uno uetusto codice monasterij Victoriani ad Lutetiæ mœnia, cõperimus simpliciter scriptum esse εἰς τὴν Ἰουδαίαν: quam lectionẽ si sequaris, in aliam difficultatem incides multo maiorẽ, quomodo scilicet Christus ex Iudæa in Iudæam dicatur profectus. 25 Igitur, οὖν. Vulgata & Erasmus, autem, rectè quidem, si sensum spectes: sed tamen interdum apud Latinos quoque istæ particulæ quamuis propriè accommodentur significandis conclusionibus, sermonis ingressum declarant, ut infrà 4. a.9. Sic apud Virgilium Egloga 7. Alternis igitur contendere uersibus ambo Cœperunt. Cum Iudęis, μετὰ Ἰουδαίων. In ueteribus omnibus nostris codicibus scriptum erat μετὰ Ἰουδαίου, id est cum Iudæo, scilicet quodam. & ita uidetur legisse Chrysostomus.
26 Testimonium dedisti, μεμαρτύρηκας. Vide Luc. 4.d.22.

Ioannes docet discipulos suos se non esse Christum. Supra 1.c.20.

Respondit Ioannes, & dixit: Homo non potest recipere quicquam, nisi fuerit ei datum è cœlo.

Vos ipsi mihi testes estis quòd dixerim: Nō sum ego ille Christus, sed missus sum *qui apparerem* coram eo.

Sponsus.

Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter uocem sponsi. hoc ergo gaudium meum impletum est.

Illum oportet crescere, me uerò minui.

Qui supernè uenit, supra omnes est: qui è terra est, terrenus est, & terrena loquitur: qui è cœlo uenit, supra omnes est:

Et quod uidit & audiuit, hoc testatur: sed testimonium eius nemo recipit.

Rom 3.2.4.

Qui recipit eius testimonium, *is* obsignauit quòd Deus uerax sit.

Nam *is* quē misit Deus, uerba Dei loquitur. non enim *huic* admetitur Deus spiritum.

Matth.10.b.26.

Pater diligit Filium, & omnia dedit in manum eius.

Habac.2 2.4. 1.Ioan.5.b.10.

Qui credit in Filium, habet uitam æternam: qui uerò non paret Filio, non uidebit uitam, sed

27 ἀπεκρίθη Ἰωάννης, καὶ εἶπεν· οὐ δύναται ἄνθρωπος λαμβάνειν οὐδὲν, ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. A

28 αὐτοὶ ὑμεῖς μοι μαρτυρεῖτε, ὅτι εἶπον· οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ χριστός, ἀλλ' ὅτι ἀπεσταλμένος εἰμὶ ἔμπροσθεν ἐκείνου.

29 ὁ ἔχων τὴν νύμφην, νυμφίος ἐστίν· ὁ δὲ φίλος τοῦ νυμφίου ὁ ἑστηκὼς καὶ ἀκούων αὐτοῦ, χαρᾷ χαίρει διὰ τὴν φωνὴν τοῦ νυμφίου. αὕτη οὖν ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ πεπλήρωται.

30 ἐκεῖνον δεῖ αὐξάνειν, ἐμὲ δὲ ἐλαττοῦσθαι.

31 ὁ ἄνωθεν ἐρχόμενος, ἐπάνω πάντων ἐστίν. ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς ἐκ τῆς γῆς ἐστι, καὶ ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ· ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐρχόμενος, ἐπάνω πάντων ἐστίν,

32 καὶ ὃ ἑώρακε καὶ ἤκουσε, τοῦτο μαρτυρεῖ, καὶ τὴν μαρτυρίαν αὐτοῦ οὐδεὶς λαμβάνει.

33 ὁ λαβὼν αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν, ἐσφράγισεν ὅτι ὁ θεὸς ἀληθής ἐστιν·

34 ὃν γὰρ ἀπέστειλεν ὁ θεός, τὰ ῥήματα τοῦ θεοῦ λαλεῖ· οὐ γὰρ ἐκ μέτρου δίδωσι τὸ πνεῦμα.

35 ὁ πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν υἱόν, καὶ πάντα δέδωκεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. B

36 ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν, ἔχει ζωὴν αἰώνιον· ὁ δὲ ἀπειθῶν τῷ υἱῷ, οὐκ ὄψεται ζωήν, ἀλλ' ἡ ὀργὴ τοῦ

27 Homo, ἄνθρωπος. Quidam hoc uidentur ad Christum referre, ut pro relatiuo positum sit: quasi diceret Ioannes, Iste cui inuidetis, non excelleret tantis uirtutibus, nisi id esset cœlitùs consequutus: itaq; Dei ipsius liberalitati inuidetis. Sed ad hanc exprimendam sententiam omnino dicendum fuerat ὁ ἄνθρωπος. ut Matth.16.g.22. & 24. Existimo potius generalem esse sententiam, quę tamen non modò Christum non complectatur, sed etiam reliquos omnes homines: ut per se omnibus uiribus destitutos illi opponat: & sit hæc sententia, Quid conamini meę conditioni aliquid adijcere? hæc sors est omnium hominum, ut ex se ne tantillum quidem possint consequi, sed quicquid eximium habent, ex Dei liberalitate tribui necesse sit. Quæ sit autem illius præstantia, ipsi fatemini uos ex me intellexisse, & item quæ sit muneris mei ratio: illum scilicet esse Christum illum cui sum missus apparitor. Quid ergo mē uultis cum illo committere? imò æquum est ut illius præstantia paulatim emineat, ego uerò paulatim deficiam. Mihi quidem nihil possit ea re iucūdius accidere: uos autem tantum abest ut deterream quo minus & ipsi ad eum transeatis, ut contrà moneam diligenter, ut ab eo uno tanquam uera salutis authore toti pendeatis.

Recipere quicquam, λαμβάνειν τι, uel, quicquā accipere. Sed illo uerbo uti malui, propterea quòd (ut modò dixi) non significat Ioannes quid uelint aut quid conentur homines, sed quid istis conatibus obtinere ac consequi possint. 28 *Qui apparerem* coram eo, ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Vulgata & Erasmus, ante illum: quæ loquutio est ambigua. Iam autem admonui, ἔμπροσθεν nunquam reperiri in nouo Testamento pro temporis aduerbio. Sed & si conuertas, missus sum coram eo: diuersa erit sententia. Itaq; necessariò fuit supplendum, ex quo intelligatur Ioannem missum ut quasi apparitoris officio fungeretur. 29 Gaudio gaudet, χαρᾷ χαίρει. Heb. שמח שמחה, pro eo quod Latinè dicas, mirificam quandam uoluptatem capit ex ipsius sponsi sermone. Terent. Nam hunc Icio mea solidè gauisurum gaudia. Plautus: Bene ei qui hoc gaudio gaudet. Ideo hanc paronomasiam libenter seruauimus. C

31 Supernè, ἄνωθεν. Vulg. & Eras. ex supernis: quod nusquam memini legere apud idoneos authores. Qui è terra est, ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς: id est, qui nihil aliud est quàm homo, terrenę scilicet fæcis opificiū. Itaq; ἐκ hoc loco originem declarat: sed paulo pòst, quum subijcitur ἐκ τῆς γῆς ἐστι, non significatur ipsa origo, sed quę originem sequuntur incōmoda, nempe corruptio, ignorantia, tarditas, carnis rebellio: & ea quidem eiusmodi, ut uerè sentiatur à solis regeneratis, qualis erat Ioannes. Itaq; secundo loco ἐκ τῆς γῆς ἐστι, rectè conuertit Erasmus, terrenum esse, ut omnis obscuritas & ταπεινολογία uitetur: quam etiam ob causam existimo Augustinum alicubi legere, terra est, sicut suprà uersu 6. caro esse dicitur qui carnalis est. Postremò ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ, fructum istorum incommodorum declarat, nempe ut ab homine, qui propterea quòd è terra est, terrenus est, nihil nisi terrenum, id est abiectum, humile, & quod hominis infirmam ac imbecillam naturam coarguat, poscit proficisci. Hæ sunt laudes quas sibi tribuit is quo nullus maior extitit inter eos qui è mulieribus gignuntur. Et tamen certum est, Deum inclusisse magnū thesaurum in uasis istis fictilibus: uerùm quicquid hoc est, si cū illis Christi diuitijs conferatur (de quibus hic agitur) perinde est ac si quis guttulam aquæ cum immenso mari comparet. 34 Admetitur, ἐκ μέτρου δίδωσιν. Ad uerbum, dat ex mensura: quæ periphrasis illo unico uerbo clarius exprimitur. Vulgata & Erasmus, dat ad mensuram: id est, ᾧ μέτρῳ, uel κατὰ μέτρον δίδωσιν. Rectè autem, meo iudicio, Erasmus suppleuit pronomen αὐτῷ ei, scilicet Filio quem misit. quāuis non desint qui hæc in genere explicent, quasi dicatur Deus non dare ex mēsura, id est non depromere quasi ex uase sua dona, quū sit ueluti fons inexhaustus. Sed hæc ad unum Filiū pertinere, satis liquet ex uersiculo proximo.

35 Dedit in manum eius, δέδωκεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ: id est, arbitrio ac potestati eius permisit, ut ipse Christus explicat Matth.28.d.18. Altera autem interpretatio, quasi significetur omnia dare Pater per manum Filij, etsi uerissima est, tamen non uidetur accommodata, uel ob eam causam, quòd potius dicendum fuisset δίδωσιν quàm δέδωκεν.

36 Non paret, ἀπειθῶν: siue, qui non est dicto Filij audiens. ut conuertit Cyprianus libro aduersus Iudæos 2. cap.16. sicut Erasmus obseruauit, qui tamen maluit conuertere, qui non credit: id est, ἀπιστῶν. Non uidebit uitam, οὐκ ὄψεται ζωήν. Hebraismus, pro, uita non fruetur, ut alibi exposuimus.

Manet,

A θεὸ μένει ἐπ' αὐτόν.

ΚΕΦ. δ'.

Ὡς οὖν ἔγνω ὁ κύριος, ὅτι ἤκουσαν οἱ φαρισαῖοι, ὅτι ἰησοῦς πλείονας μαθητὰς ποιεῖ καὶ βαπτίζει, ἢ ἰωάννης,

(καίτοιγε ἰησοῦς αὐτὸς οὐκ ἐβάπτιζεν, ἀλλ' οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ)

ἀφῆκε τὴν ἰουδαίαν, καὶ ἀπῆλθε πάλιν εἰς τὴν γαλιλαίαν.

ἔδει δὲ αὐτὸν διέρχεσθαι διὰ σαμαρείας.

ἔρχεται οὖν εἰς πόλιν τῆς σαμαρείας λεγομένην συχάρ, πλησίον τοῦ χωρίου ὃ ἔδωκεν ἰακὼβ ἰωσὴφ τῷ υἱῷ αὐτοῦ.

ἦν δὲ ἐκεῖ πηγὴ τοῦ ἰακώβ. ὁ οὖν ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ. ὥρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη.

ἔρχεται γυνὴ ἐκ τῆς σαμαρείας ἀντλῆσαι ὕδωρ. λέγει αὐτῇ ὁ ἰησοῦς· δός μοι πεῖν.

οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπεληλύθεισαν εἰς τὴν B πόλιν, ἵνα τροφὰς ἀγοράσωσι.

λέγει οὖν αὐτῷ ἡ γυνὴ ἡ σαμαρῖτις· πῶς σὺ ἰουδαῖος ὢν παρ' ἐμοῦ πεῖν αἰτεῖς, οὔσης γυναικὸς σαμαρίτιδος; οὐ γὰρ συγχρῶνται ἰουδαῖοι σαμαρίταις.

ἀπεκρίθη ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῇ· εἰ ἤδεις τὴν δωρεὰν τοῦ θεοῦ, καὶ τίς ἐστιν ὁ λέγων σοι· δός μοι πεῖν· σὺ ἂν ἤτησας αὐτόν, καὶ ἔδωκεν ἂν σοι ὕδωρ ζῶν.

λέγει αὐτῷ ἡ γυνή· κύριε, οὔτε ἀντλημα ἔχεις, καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶ βαθύ, πόθεν οὖν ἔχεις τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν;

μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν ἰακώβ, ὃς ἔδωκεν ἡμῖν τὸ φρέαρ, καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ ἔπιε, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ τὰ θρέμματα αὐτοῦ;

ἀπεκρίθη ὁ ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῇ· πᾶς ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου, διψήσει πάλιν.

ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα· ἀλλὰ τὸ ὕδωρ ὃ δώσω αὐτῷ, γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον.

ira Dei manet super eum.

CAP. IIII.

VT ergo cognouit Dominus audisse Pharisæos quòd ipse plures discípulos faceret & baptízaret, quàm Ioannes:

(Quanquam Iesus ipse non baptízabat, sed discípuli eius:)

Reliquit Iudæam, & abíit rursum in Galilæam.

Oportebat autem eum transire per Samariã.

Venit ergo in urbem Samariæ, quæ dícitur Sichar, iuxta prædiũ quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Gen.33.d.19. & 48.c.22. Iosue 24.g.32.

Erat autem ibi fons Iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere, ita sedit ad fontem. hora *enim* erat quasi sexta.

Venit mulier Samaritana ut hauríret aquam. dícit ei Iesus: Da mihi potum. *Potum lassus Christus petit à Samaritana.*

Nam discípuli eius abierant in urbem ut cibos emerent.

Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu Iudæus quum sis, potum à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? nõ enim utuntur Iudæi Samaritanis.

Respondit Iesus, & dixit ei: Si scires donũ illud Dei, & quis sit qui dicit tibi: Da mihi potũ: tu petisses ab eo, & dedisset tibi aquam uiuam. *Aqua uiua.*

Dicit ei mulier: Domine, neque quo haurías habes, & puteus profundus est: unde ergo habes aquam illam uiuam?

Num tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis hunc puteum, ex quo ipse bibit, & filij eius, ac pecora eius?

Respondit Iesus, & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet rursus:

Quisquis autem biberit ex aqua illa quam ego dabo ei, non sitierit in æternum: sed aqua illa quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam.

C Manet, μένει. Theophylactus legit, μένῃ, id est manebit: & ita citat Cyprianus eo loco quem modò citaui. Cyrillus quoq; ita legit, nisi falsus est interpres.

IN CAPVT IIII.

1 Quòd ipse, ὅτι ἰησοῦς. Vulg. & Eras. quòd Iesus. Est aũt antecedẽtis repetitio pro relatiuo, ex Hebræorum idiotismo, ut Psal. 48.a.1. 6 Ita, οὕτως: id est, ita ut lassus erat, uel idcirco quia lassus erat. Sic enim hæc particula reperitur usurpata Act.20.b.11. atq; adeò apud Terentiũ & alios idoneos authores, ut Erasmus obseruauit: neq; uideo qua ratione possis ἀναπαύσει aut μεσημβρίᾳ accipere, quũ hæc non dicantur forma dialogi. Hora *enim* erat, ὥρα ἦν. Apparet ex Cyrillo, Chrysostomo, & Theophylacti cõmentario, scriptum fuisse in ipsorum codicibus, ὥρα γὰρ ἦν, ut suprà 1.f.39. ita ut γὰρ pro γε accipiatur. Ita enim explicatur ratio cur ad fontem sederit: Quia, inquit, lassus erat de uia, & instabat meridies, maximus scilicet diei æstus. Non dubitaui igitur causalem particulam supplere, quum alioquin in narrationibus istæ particulæ non sine quadam etiam gratia omitti soleant, à nostro præsertim Euangelista, ut suprà 1.d.27. & 30. & f.39.40.41.42. & g.45.47. & in omnibus penè narrationibus. 9 Ergo, οὖν. Vide suprà 3.c.25. Sic etiam accipitur infrà uers.28. Vtuntur, συγχρῶνται. Vulg. coutuntur: quod uocabulũ planè est barbarũ & obscurum. Eras. cõmercium habent, recedens à Græcis: ubi minimè necesse est. Nam Vtendi uerbum simili prorsus significatione usurpant Latini, ut uel ex illo Ciceronis loco apparet: Sextum, inquit, Alphenum propinquum nostrum, quo iste utebatur plurimùm. 10 Donum illud, τὴν δωρεὰν. Non dicit indefinitè δωρεὰν donum, neq; plurali numero τὰς δωρεὰς dona. Itaq; additus articulus ostendit Christum de eximio aliquo dono differre, de seipso scilicet quem Pater huic mulierculæ offerebat. & illud τίς ἐστιν accipiendum est pro epexegesi. Aquã uiuã, ὕδωρ ζῶν. Hic quidem non dubium est, quin allegoricè per aquam intelligatur immẽsa illa charitas Dei erga nos in Filio, effusa in corda nostra per Spiritum sanctum in uitam æternam, cuius sit mentio Rom.5.a.5. neque uideo cur aliter sit explicandum quod scriptum est suprà 3.a.5. Cæterùm aquam uiuam appellat quæ perpetuò scaturiat, ita ut quisquis eam habet, perennẽ in se fontem habeat, neq; aliã aquam sitiat: opponens scilicet aquæ ex puteo hauristæ, quæ in perpetuum usum non possit sufficere. Deinde ab effectu, quòd illa uitam æternam asserat, hæc uerò ceducam hanc uitã ad tẽpus reficiat. Sunt aũt hæ metaphoræ Hebræis familiares, ut Ier.2.c.13. Ioel.3.d.18. Zach.11.a.1.

Dicit ei mulier: Domine, da mihi iſtã aquam: ut non ſitiam, neque ueniam huc ad hauriendum.

15 λέγει πρὸς αὐτὸν ἡ γυνή· κύριε, δός μοι τοῦτο τὸ ὕδωρ, ἵνα μὴ διψῶ, μηδὲ διέρχωμαι ἐνθάδε ἀντλεῖν.

Dicit ei Ieſus: Vade, uoca uirum tuum, & ueni huc.

16 λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· ὕπαγε, φώνησον τὸν ἄνδρα σου, καὶ ἐλθὲ ἐνθάδε.

Reſpõdit mulier, & dixit ei: Nõ habeo uirũ. Dicit ei Ieſus: Bene dixiſti: Non habeo uirum.

17 ἀπεκρίθη ἡ γυνὴ, καὶ εἶπεν· οὐκ ἔχω ἄνδρα. λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· καλῶς εἶπας, ὅτι ἄνδρα οὐκ ἔχω.

Quinque enim uiros habuiſti: & nunc quem habes, non eſt tuus uir. hoc uerè dixiſti:

18 πέντε γὰρ ἄνδρας ἔσχες, καὶ νῦν ὃν ἔχεις, οὐκ ἔστι σου ἀνήρ. τοῦτο ἀληθὲς εἴρηκας.

Dicit ei mulier: Domine, uideo quòd Propheta es tu.

19 λέγει αὐτῷ ἡ γυνή· κύριε, θεωρῶ ὅτι προφήτης εἶ σύ.

Deut.12.b.6. Patres noſtri in monte hoc adorauerunt: & uos dicitis quòd Ieroſolymis eſt locus ille ubi oporteat adorare.

20 οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τούτῳ τῷ ὄρει προσεκύνησαν, καὶ ὑμεῖς λέγετε ὅτι ἐν Ἰερουσολύμοις ἐστὶν ὁ τόπος, ὅπου δεῖ προσκυνεῖν.

Adoratio uera. Dicit ei Ieſus: Mulier, crede mihi, uenit hora quando neq; in monte hoc, neq; Ieroſolymis adorabitis Patrem.

21 λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· γύναι, πίστευσόν μοι, ὅτι ἔρχεται ὥρα, ὅτε οὔτε ἐν τῷ ὄρει τούτῳ, οὔτε ἐν Ἰερουσολύμοις προσκυνήσετε τῷ πατρί.

4.Reg.17.f.29. Vos adoratis quod neſcitis: nos adoramus quod ſcimus: quia Salus ex Iudæis eſt.

Salus ex Iudæis.

22 ὑμεῖς προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἴδατε, ἡμεῖς προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν· ὅτι ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστίν.

Sed uenit hora, & nunc eſt, quando ueri adoratores adorabunt Patrem Spiritu ac ueritate: nam & Pater tales quærit qui adorent ipſum.

23 ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ προσκυνήσουσι τῷ πατρὶ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ· καὶ γὰρ ὁ πατὴρ τοιούτους ζητεῖ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτόν.

2.Cor.3.d.17. Deus eſt Spiritus: itaque qui adorant eum, oportet ut Spiritu ac ueritate *eum* adorent.

24 πνεῦμα ὁ θεός, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν.

Dicit ei mulier: Scio quòd Meſsias ueniet, *is* ſcilicet qui dicitur Chriſtus: quum uenerit ille, nobis annunciabit omnia.

25 λέγει αὐτῷ ἡ γυνή· οἶδα ὅτι Μεσσίας ἔρχεται, ὁ λεγόμενος Χριστός· ὅταν ἔλθῃ ἐκεῖνος, ἀναγγελεῖ ἡμῖν πάντα.

Ieſus ſe eſſe Meſſiam fatetur Samaritanæ. Dicit ei Ieſus: Ego *is* ſum qui loquor tibi.

26 λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· ἐγώ εἰμι, ὁ λαλῶν σοι.

Interea autẽ uenerunt diſcipuli eius, & mirati ſunt quòd cũ muliere loqueretur: nemo tamẽ dixit: Quid quæris? aut, quid loqueris cum ea?

27 καὶ ἐπὶ τούτῳ ἦλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ἐθαύμασαν, ὅτι μετὰ γυναικὸς ἐλάλει· οὐδεὶς μέντοι εἶπε· τί ζητεῖς; ἢ, τί λαλεῖς μετ' αὐτῆς;

Samaritana nũciat ſuis Chriſtũ ueniſſe. Reliquit ergo hydriam ſuam mulier, & abiit in ciuitatem, dixitq; eius loci hominibus:

28 ἀφῆκεν οὖν τὴν ὑδρίαν αὐτῆς ἡ γυνὴ, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν πόλιν, καὶ λέγει τοῖς ἀνθρώποις·

Venite, uidete hominẽ qui dixit mihi omnia quæcunq; feci: nunquid iſte eſt Chriſtus ille?

29 ὑπάγετε, ἴδετε ἄνθρωπον, ὃς εἶπέ μοι πάντα ὅσα ἐποίησα· μήτι οὗτός ἐστιν ὁ χριστός;

Exierunt ergo ex urbe, & uenerunt ad eum.

30 ἐξῆλθον οὖν ἐκ τῆς πόλεως, καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτόν.

Interim rogabãt eum diſcipuli, dicẽtes: Rabbi, comede.

31 ἐν δὲ τῷ μεταξὺ ἠρώτων αὐτὸν οἱ μαθηταὶ, λέγοντες· ῥαββί, φάγε.

Cibus Chriſti. Ille autem dixit eis: Ego cibum habeo quo ueſcar, quem uos neſcitis.

32 ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· ἐγὼ βρῶσιν ἔχω φαγεῖν, ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε.

Dicebant ergo diſcipuli, alij ad alios: Nunquid

33 ἔλεγον οὖν οἱ μαθηταὶ πρὸς ἀλλήλους· μή τις ἤνεγκεν

23 Spiritu ac ueritate, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ. Abũdat præpoſitio ἐν Hebrçorũ more, de quo diximus Matt.3.c.11. Spiritum autem opponit mandato quod carnale dicitur Heb.7.c.16. in ſeſe ſcilicet conſideratum, & ſigno à re ipſa ſeiuncto. ac ſimili prorſus ratione ueritati confert non mendacium, ſed Legis cæremonias externas, quę duntaxat adũbrabant quod reipſa præſtat Chriſtus. Itaq; quę de uero & falſo Dei cultu, item de utraq; uita hic diſſerit Theophylactus, ad rem nõ pertinent. 24 Deus eſt Spiritus, πνεῦμα ὁ θεός. Iterũ adiunctus articulus oſtendit, Deum eſſe ſubiectum, Spiritũ uerò prædicatum, quẽadmodum ſuprà 1.a.1. quod ut facilius intelligeretur, ſequuti ſumus naturalem conſtructionis ordinẽ. Cæterùm Spiritus appellatio naturæ diuinæ in uniuerſum tribuitur, ne quis de tertia hypoſtaſi propriè hic agi puter. 27 Interea, ἐπὶ τούτῳ: hoc eſt, omnino. quod ad uerbum dicimus in uernaculo ſermone, *ſur cela, ou ſur ce propos.* Cum muliere, μετὰ γυναικός: id eſt, inquit Eraſmus, cum ea quæ nimirũ Samaritana eſſet: quomodo etiam uideo hunc locum à pleriſq; explicari. Sed (ut mihi quidem uidetur) exprimendæ huic ſententiæ dicendũ erat cũ articulo μετὰ τῆς γυναικός, ut infrà uerſu 39. & 42. quod etiã annotauimus ſuprà 3.d.27. Deinde cur tanropere offenderentur colloquio Chriſti cũ Samaritana, qui ex ipſa urbe uenirent, ubi ex Samaritanis cibũ emerant? Mirantur ergo potius, ſolum cũ ſola muliere extranea colloqui. Habenda enim eſt ratio tẽporis & loci: quum alioquin non repudiaret Chriſtus etiã mulieres alloqui, utpote quę ſunt illũ Ieruſalẽ ſequutæ, & ipſi miniſtrabant: ſed tamen neq; temerè id fecit, neq; frequenter, neq; alloquutus eſt quaſuis, neq; ubiuis: ſed ita, ut omnis quantũuis ſuſpiciоſis hominibus maledicendi occaſio eriperetur. 28 Eius loci hominibus, τοῖς ἀνθρώποις. Hic demum ualet quod in ſuperiorem uerſiculum non ita appoſitè Eraſmus annotarat. Si tamen ſimplici relatiuo uſus eſſet Euãgeliſta, obſcurè eſſet loquutus. Conati autem ſumus articuli ἀποφαντικὴν paulo clarius exponere.

35 Adhuc

A νηκρν αὐτῷ φαγεῖν;

quis attulit ei quo uescatur?

λέγει αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς· ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, καὶ τελειώσω αὐτοῦ τὸ ἔργον. 34

Dicit eis Iesus: Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui misit me, & perficiam opus eius.

οὐχ ὑμεῖς λέγετε· ὅτι ἔτι τετράμηνός ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται; ἰδοὺ λέγω ὑμῖν, ἐπάρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ θεάσασθε τὰς χώρας, ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμόν ἤδη. 35

Nónne uos dicitis: Adhuc quadrimestre *spacium* superest, & messis aderit? Ecce, dico uobis, attollite oculos uestros, & spectate regiones: nam albæ iam sunt ad messem.

Messis. Matth. 9. d. 37. Luc. 10. i. 2. *Regiones albæ ob messem.*

καὶ ὁ θερίζων, μισθὸν λαμβάνει, καὶ συνάγει καρπὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον, ἵνα καὶ ὁ σπείρων ὁμοῦ χαίρῃ, καὶ ὁ θερίζων. 36

Porrò qui metit, mercedem accipit, & cogit fructum in uitam æternam: ut & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit.

ἐν γὰρ τούτῳ ὁ λόγος ἐστὶν ὁ ἀληθινός, ὅτι ἄλλος ἐστὶν ὁ σπείρων, καὶ ἄλλος ἐστὶν ὁ θερίζων. 37

Nam in hoc dictum illud uerum est: Alius est qui seminat, & alius est qui metit.

ἐγὼ ἀπέστειλα ὑμᾶς θερίζειν ὃ οὐχ ὑμεῖς κεκοπιάκατε· ἄλλοι κεκοπιάκασι, καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν κόπον αὐτῶν εἰσεληλύθατε. 38

Ego misi uos ad *id* metendum in quo uos nõ laboraſtis: alij laborauerunt, & uos in labores eorum introiſtis.

Metere. Seminare.

ἐκ δὲ τῆς πόλεως ἐκείνης πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν τῶν Σαμαρειτῶν, διὰ τὸν λόγον τῆς γυναικὸς μαρτυρούσης, ὅτι εἶπέ μοι πάντα ὅσα ἐποίησα. 39

Ex urbe aũt illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter sermonẽ mulieris, testãtis quod dixisset sibi omnia quæcunq; fecisset.

Samaritani Christo credũt.

ὡς οὖν ἦλθον πρὸς αὐτὸν οἱ Σαμαρῖται, ἠρώτων αὐτὸν μεῖναι παρ' αὐτοῖς· καὶ ἔμεινεν ἐκεῖ δύο ἡμέρας. B 40

Quum ergo uenissent ad eum Samaritani, rogauerunt eum ut apud se maneret: & mansit ibi duos dies.

καὶ πολλῷ πλείους ἐπίστευσαν διὰ τὸν λόγον αὐτοῦ. 41

Ac multo plures crediderunt propter sermonem ipsius.

τῇ τε γυναικὶ ἔλεγον· ὅτι οὐκέτι διὰ τὴν σὴν λαλιὰν πιστεύομεν· αὐτοὶ γὰρ ἀκηκόαμεν, καὶ οἴδαμεν, ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ σωτὴρ τοῦ κόσμου ὁ χριστός. 42

Et mulieri dicebant: Non amplius propter tuos sermones credimus: ipsi enim audiuimus & scimus quòd hic est uerè Seruator ille mundi Christus.

Saluator.

μετὰ δὲ τὰς δύο ἡμέρας ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν γαλιλαίαν· 43

Duobus autẽ pòst diebus exijt inde, & abijt in Galilæam.

αὐτὸς γὰρ ὁ ἰησοῦς ἐμαρτύρησεν, ὅτι προφήτης ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι τιμὴν οὐκ ἔχει. 44

Ipse enim Iesus testatus fuerat quòd Prophe ta in sua patria honorem non haberet.

Matth. 13. g. 58. Marc. 6. a. 4. Luc. 4. d. 24.

ὅτε οὖν ἦλθεν εἰς τὴν γαλιλαίαν, ἐδέξαντο αὐτὸν οἱ γαλιλαῖοι, πάντα ἑωρακότες ἃ ἐποίησεν ἐν ἱεροσολύμοις ἐν τῇ ἑορτῇ· καὶ αὐτοὶ γὰρ ἦλθον εἰς τὴν ἑορτήν. 45

Quum ergo uenisset in Galilæam, excepe runt eum Galilæi, quum omnia uidissent quæ fecerat Ierosolymis in die festo. nam & ipsi uenerant ad diem festum.

Christus à Galilæis suscipitur.

ἦλθεν οὖν ὁ ἰησοῦς πάλιν εἰς τὴν κανᾶ τῆς γαλιλαίας, ὅπου ἐποίησε τὸ ὕδωρ οἶνον. καὶ ἦν τις βασιλικός, οὗ ὁ υἱὸς ἠσθένει ἐν καπερναούμ. C 46

Venit porrò Iesus rursum Cana *oppidum* Galilææ ubi fecerat ex aqua uinum. Erat autẽ in Capernaum regius quidã, cuius filius ægrotabat.

Vdius reguli sanatur. Suprà 2. a. 1. b. 4.

35 Adhuc quadrimestre *spacium* supereſt, ἔτι τετράμηνός ἐστι. Vulg. & Eraſ. ad uerbum, adhuc quatuor mẽſes ſunt. Sic autem loquũtur Hebræi: ex quorũ idiotiſmo hoc petitũ eſt, ut Geneſ. 40. b. 12. & c. 18. Ionæ 1. b. 4. & infrà 7. e. 33.

36 Simul gaudeat, ἵνα καὶ χαίρῃ. Hoc eſt (opinor) quod ſcriptũ eſt Hebr. 11. g. 40. 37 Dictũ illud, ἐν τούτῳ: id eſt, parœmia ſeu prouerbiũ illud, ut ex Chryſoſtomo diſertè explicat Theophylactus. Cic. de Orat. Bona dicta, quæ ſalſa ſint. nam ea dicta appellantur proprio iam nomine. Verum, ἀληθινός. Vulgò legitur ὁ ἀληθινός. Sed in Theophylacto Romano nullus eſt additus articulus, & quiſquis Græcè uel mediocriter nouit, facilè iudicare poteſt nullum hic eſſe locũ articulo. 42 Propter tuos ſermones, διὰ τὴν σὴν λαλιάν, λαλιὰ hoc loco non uidetur declarare loquacitatẽ (quæ propria eſt huius uocabuli ſignificatio) neq; idioma ſeu loquutionẽ (ut accipitur Matt. 26. g. 73. & Marc. 14. g. 70) ſed idẽ prorſus quod λόγος. quo uſus eſt Euãgeliſta ſuprà uerſ. 39. Vetus autem interpres barbarè loquelã interpretatus eſt. Eraſ. orationẽ: quod uocabulũ ut ambiguũ hoc loco repudiaui. 44 Teſtatus fuerat, ἐμαρτύρησεν. Si ita conuertas, perſpicuus erit locus, alioquin ualde obſcurus, quiq; ualde torſit pleroſq; interpretes. Erit enim hæc ſententia: Profectus eſt in Galilæã Chriſtus. Nam ibi contẽptus fuerat, & inde ueluti extruſus, adeò ut ipſe palàm queſtus eſſet de illorum perfidia. At iſta, dices, quomodo cohærent? optimè profectò. Cepit enim eũ ipſorũ cõmiſeratio, & uoluit eò profectus experiri ecquid pergerent ſui Galilæi gratiã oblatam aſpernari. Subijcit deinde Euangeliſta, ipſum non fuiſſe ab illis ſpretum ut antea, ſed bene acceptum, quòd ſuis oculis uidiſſent Hieroſolymis ipſius doctrinæ ac pietatis mirifica exempla. Cæterùm ne quis forſan moueatur quòd præterito perfecto tribuamus ſignificationẽ pluſquãperfecti, manifeſtũ ſimilis enallages exemplũ ſuggeret, pximus uerſiculus, in quo neceſſe eſt ut ἐποίησεν & ἦλθεν interpreteris, fecerat & uenerãt: & rurſus altero ſequẽte uerſiculo, ἐποίησεν, fecerat.

46 In Capernaũ, εἰς καπερναούμ. Hoc ego per traiectionẽ connecto cum uerbo ἦλθε, quòd omnino id uideatur poſtulare proximi uerſiculi ſententia. Ideò ut traiectionẽ uitarem, mutaui uerborũ collocationẽ. Regius quidam, τις βασιλικὸς: id eſt, ex Herodis aulicis, & eorum numero qui plurimum apud eum poterant. Quamuis enim Herodes non Regis, ſed Tetrarchę nomen haberet, tamen ſi nominis ambitionem excipias, Rex erat, ac ſaltem à uulgo Rex dicebatur, ut apparet Marc. 6. b. 14. Vulg. Regulũ interpretatur, qui à Græcis nõ βασιλικὸς, ſed βασιλίσκος dicitur.

47 Vt deſcen-

Is quum audisset quòd Iesus uenisset à Iudæa in Galilęam, abijt ad eum, & rogauit eum ut descenderet ac sanaret ipsius filium: erat enim moribundus.

47 ὅτ⊙ ἀκούσας ὅτι ἰησοῦς ἥκει ἐκ τῆς ἰουδαίας εἰς τὴν γαλιλαίαν, ἀπῆλθε πρὸς αὐτὸν, καὶ ἠρώτα αὐτὸν, ἵνα καταβῇ, καὶ ἰάσηται αὐτοῦ τὸν υἱόν· ἤμελλε γὰρ ἀποθνήσκειν. A

Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi signa & prodigia uideritis, non credetis.

48 εἶπεν οὖν ὁ ἰησοῦς πρὸς αὐτὸν· ἐὰν μὴ σημεῖα καὶ τέρατα ἴδητε, οὐ μὴ πιστεύσητε.

Signa petunt Iudæi.

Dicit ad eum regius ille: Domine, descende prius quàm moriatur filius meus.

49 λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ βασιλικός· κύριε, κατάβηθι, πρὶν ἀποθανεῖν τὸ παιδίον μου.

Fides.

Dicit ei Iesus: Vade, filius tuus uiuit. Credidit homo sermoni quem dixerat ei Iesus, & profectus est.

50 λέγει αὐτῷ ὁ ἰησοῦς· πορεύου, ὁ υἱός σου ζῇ. καὶ ἐπίστευσεν ὁ ἄνθρωπος τῷ λόγῳ, ᾧ εἶπεν αὐτῷ ἰησοῦς, καὶ ἐπορεύετο.

Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei, & renunciauerunt, dicentes: Filius tuus uiuit.

51 ἤδη δὲ αὐτοῦ καταβαίνοντ⊙, οἱ δοῦλοι αὐτοῦ ἀπήντησαν αὐτῷ, καὶ ἀπήγγειλαν, λέγοντες· ὅτι ὁ παῖς σου ζῇ.

Percõtatus est ergo horam ab eis, in qua melius habuisset: & dixerunt ei: Heri circiter horam septimam reliquit eum febris.

52 ἐπύθετο οὖν παρ' αὐτῶν τὴν ὥραν, ἐν ᾗ κομψότερον ἔσχε. καὶ εἶπον αὐτῷ, ὅτι χθὲς ὥραν ἑβδόμην ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ πυρετός.

Agnouit ergo pater *id factum esse* illa ipsa hora qua dixerat ipsi Iesus, Filius tuus uiuit. & credidit ipse, ac domus eius tota.

53 ἔγνω οὖν ὁ πατὴρ, ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, ἐν ᾗ εἶπεν αὐτῷ ὁ ἰησοῦς, ὅτι ὁ υἱός σου ζῇ, καὶ ἐπίστευσεν αὐτὸς, καὶ ἡ οἰκία αὐτοῦ ὅλη.

Hoc rursum secundum signum edidit Iesus, quum uenisset à Iudæa in Galilæam. B

54 τοῦτο πάλιν δεύτερον σημεῖον ἐποίησεν ὁ ἰησοῦς, ἐλθὼν ἐκ τῆς ἰουδαίας εἰς τὴν γαλιλαίαν.

CAP. V.

Leuit.23.a.2. Deut.16.a.1.

POst hæc erat dies festus Iudęorum, & ascẽdit Iesus Ierosolymam.

1 ΜΕτὰ ταῦτα ἦν ἑορτὴ τῶν ἰουδαίων, καὶ ἀνέβη ὁ ἰησοῦς εἰς ἱεροσόλυμα.

Piscina in Ierusalem.

Est autem Ierosolymis ad *forum* pecuarium, piscina quæ nominatur Hebraicè Bethesda, quinq; porticus habens.

2 ἔστι δὲ ἐν τοῖς ἱεροσολύμοις ἐπὶ τῇ προβατικῇ κολυμβήθρα ἡ ἐπιλεγομένη ἑβραϊστὶ βηθεσδὰ, πέντε στοὰς ἔχουσα.

In his iacebat multitudo magna inualidorũ, cæcorum, claudorum, aridorum, expectãtium aquæ motum.

3 ἐν ταύταις κατέκειτο πλῆθ⊙ πολὺ τῶν ἀσθενούντων, τυφλῶν, χωλῶν, ξηρῶν, ἐκδεχομένων τὴν τοῦ ὕδατ⊙ κίνησιν·

Angelus enim descendebat certo momento in piscinã, & turbabat aquam: itaq; qui primus descendisset post turbationem aquæ, sanus fiebat à quocunq; detineretur morbo.

4 ἄγγελ⊙ γὰρ κατὰ καιρὸν κατέβαινεν ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ, καὶ ἐτάρασσε τὸ ὕδωρ· ὁ οὖν πρῶτ⊙ ἐμβὰς μετὰ τὴν ταραχὴν τοῦ ὕδατ⊙, ὑγιὴς ἐγίνετο, ᾧ δήποτε κατείχετο νοσήματι.

In sabbatho sanat infirmum Christus.

Erat autem quidam illic triceſimumoctauum annum agens in infirmitate.

5 ἦν δέ τις ἄνθρωπος ἐκεῖ τριακονταοκτὼ ἔτη ἔχων ἐν τῇ ἀσθενείᾳ.

Hunc quum uidisset Iesus decumbentem, & cognouisset quòd iam multum temporis egisset *in infirmitate*, dicit ei: Cupis sanus fieri?

6 τοῦτον ἰδὼν ὁ ἰησοῦς κατακείμενον, καὶ γνοὺς ὅτι πολὺν ἤδη χρόνον ἔχει, λέγει αὐτῷ, θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι; C

47 Vt descenderet, *ἵνα καταβῇ*: id est, ueniret. Sic enim utuntur Hebræi uerbis Ascendere ac Descendere pro situs locorũ ratione. Erat enim moribundus, *ἤμελλε γὰρ ἀποθνήσκειν*. Vide Luc. 7. a. 2. 50 Viuit, *ζῇ*: id est ualet, ex Hebræorum idiotismo. Huc pertinet quod ait quidam, Non est uiuere, sed ualere uita. 52 Melius habuisset, *κομψότερον ἔχῃ*: id est, *ὡδὶ τὸ βέλτιον*. Erit ergo *κομψῶς ἔχειν* id omnino quod Latini dicunt bellè habere. Sed hoc tamen est *ἅπαξ λεγόμενον*.

IN CAPVT V.

2 Ad *forum* pecuarium, *ὡδὶ τῇ προβατικῇ*. Subaudio *ἀγορᾷ* potius quàm aliud quippiam, si modò ita legendũ est. Nam mihi quidem magis probatur ut legamus cum Theophylacto, *ὡς ἂν τὸν ἐπιχώριον μᾶλλον προβατικὴν κολυμβήθραν*: quam lectionem apparet habuisse Cyrilli & Chrysostomi exemplaria. Sic igitur conuertendus est (opinor) hic locus, Erat autem Ierosolymis pecuaria piscina, id est ex qua potare & in qua mersari pecudes solebant. quarum magnum numerum Ierosolymis esse oportuit. Neq; enim est quòd *κατομβήθρας* uocabulum ad urinatores referamus, non magis quàm ad pisces piscinas, de quibus agit Columella lib. 8. cap. 5. nisi qui fortasis animi causa solebãt illic natare.

Bethesda, *βηθσαϊδὰ*: id est, domus effusionis, à fundendo (ut aiunt) uictimarum sanguine. unde etiam factum, ut nonnulli *προβατικὴν* uictimariam sint interpretati. At ego non puto uictimas extra templum fuisse iugulatas, & in piscinam effusum sanguinem. Itaq; malim ab aquarum effusione sic fuisse dictam hanc piscinam, fortasis quòd pluribus tubulis ac canalibus impleretur. Corruptè uerò in Vulgata editione legitur Bethsaida, & in Theophylacto Romano *βηθσαϊδά*. 4 Angelus enim, *ἄγγελ⊙ γάρ*. In duobus codicibus additum erat *domini* Domini.

5 Agens in infirmitate, *ἔχων ἐν ἀσθενείᾳ*. Vulgata ad uerbum, habens in infirmitate. Eraſmus, morbo tenebatur, paulo longius recedens à Græcis. Ego spectaui quid usus Latinæ linguæ ferret, tum hoc loco, tum etiam in proximo uerſiculo. *ἀσθένεια* autem uocauit morbum, ab effectu, quo scilicet ita erat debilitatus, ut consistere non posset. alioquin morbum potius quàm infirmitatem essem interpretatus.

7 Qui

A ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ ἀδυνατῶν· κύριε, ἄνθρωπον οὐκ ἔχω, ἵνα ὅταν ταραχθῇ τὸ ὕδωρ, βάλῃ με εἰς τὴν κολυμβήθραν· ἐν ᾧ δὲ ἔρχομαι ἐγώ, ἄλλος πρὸ ἐμοῦ καταβαίνει.

λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· ἔγειρε, ἆρον τὸν κράβαττόν σου, καὶ περιπάτει.

καὶ εὐθέως ἐγένετο ὑγιὴς ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἦρε τὸν κράβαττον αὐτοῦ, καὶ περιεπάτει. ἦν δὲ σάββατον ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ.

ἔλεγον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ τεθεραπευμένῳ· σάββατόν ἐστιν, οὐκ ἔξεστί σοι ἆραι τὸν κράβαττον.

ἀπεκρίθη αὐτοῖς· ὁ ποιήσας με ὑγιῆ, ἐκεῖνός μοι εἶπεν· ἆρον τὸν κράβαττόν σου, καὶ περιπάτει.

ἠρώτησαν οὖν αὐτόν· τίς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ὁ εἰπών σοι· ἆρον τὸν κράβαττόν σου, καὶ περιπάτει;

ὁ δὲ ἰαθεὶς οὐκ ἤδει τίς ἐστιν. ὁ γὰρ Ἰησοῦς ἐξένευσεν, ὄχλου ὄντος ἐν τῷ τόπῳ.

μετὰ ταῦτα εὑρίσκει αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἴδε ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμαρτάνε, ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται.

ἀπῆλθεν ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἀπήγγειλε τοῖς Ἰουδαίοις ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ ποιήσας αὐτὸν ὑγιῆ.

καὶ διὰ τοῦτο ἐδίωκον τὸν Ἰησοῦν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ἐζήτουν αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ὅτι ταῦτα ἐποίει ἐν σαββάτῳ.

ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίνατο αὐτοῖς· ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι.

διὰ τοῦτο οὖν μᾶλλον ἐζήτουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι, ὅτι οὐ μόνον ἔλυε τὸ σάββατον, ἀλλὰ καὶ πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν θεόν, ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ θεῷ.

ἀπεκρίνατο οὖν ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδέν,

7 Respondit ei inualidus ille: Domine, nullum habeo qui, quum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: sed interim dum ego uenio, alius ante me descendit.

8 Dicit ei Iesus: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula.

9 Et statim sanus factus est homo ille, & sustulit grabatum suũ, & ambulabat. erat autem sabbathum in die illo.

10 Dicebant ergo Iudæi ei qui sanatus fuerat: Sabbathum est, non licet tibi tollere grabatum. *Sabbathum. Ierem. 17. c. 21.*

11 Respondit eis: Qui me sanum fecit, is mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula.

12 Interrogauerunt ergo eum: Quis ille est qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum, & ambula?

13 Is aut qui sanatus fuerat, nesciebat quis esset: Iesus enim euaserat è turba quæ erat in illo loco.

14 Postea inuenit eum Iesus in templo, & dixit ei: Ecce, sanus factus es: ne amplius pecces, ut ne quid deterius tibi contingat. *Infirmitas corporis ob peccatum.*

Abiit ille, & nunciauit Iudæis quòd Iesus is esset qui sanum eum reddiderat.

16 Ac propterea persequebantur Iudæi Iesum, & quærebant eum trucidare, quòd ista fecisset in sabbatho.

17 Iesus autem respondit eis: Pater meus usque adhuc operatur, & ego operor. *Christus filius Dei.*

18 Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi trucidare, quia non solùm soluisset sabbathum, sed & Patrem suum dixisset Deum, æqualem se faciens Deo.

19 Respondit ergo Iesus & dixit eis: Amen amen dico uobis, non potest Filius à semetipso *Christus omnia Patri tribuit.*

7 Qui mittat, ἵνα βάλῃ. Heb. שלח pro quo dicunt ferè Græci τὸ βάλλειν, uel πρὸς τὸ βάλλειν. 13 Euaserat, ἐξένευσεν. Hoc uocabulum nusquam in nouo Testamento reperitur nisi hoc uno loco. Significat autem clàm euadere, & se quodammodo surripere è turba: quum propriè dicatur de ijs qui ex undis enatant: fortasis quòd qui clàm nititur ex turba elabi, corpus demissum non aliter uibret, quàm qui ex undis emergat. unde etiam ὁ κλύδων dicitur ratione translationis non dissimili, qui ueluti se immergens, in locum aliquem subit & irrepit: cui opponitur τὸ ἐκλύειν. Sed & usitatum est, confertam & in uarias partes uelut exundantem multitudinem commoto mari conferre: unde qui se recipiat, meritò dicatur quasi enatare. Quod autem arbitratur Erasmus, potius deducẽdum esse ἐξένευσεν, à uerbo ξενεύω, quod declarat uelut peregrinum & ignotum fieri, mihi quidẽ non potest probari. Vulgata, declinauit. Nam ἐκνεύειν etiam hoc declarat. unde uiarum diuerticula dicuntur ἐκνεύσεις. Sed utẽdum erat plusquamperfecto. & superior significatio uidetur expressior. E turba quæ erat in illo loco, ἔχλου ὄντος ἐν τῷ τόπῳ. Hęc (ut opinor) præstat cõiungere cum ἐξένευσεν, quàm accipere ut absolutè posita. Nam quod existimat Erasmus fuisse potius dicendum ἔχλου ὄντος, non puto magni esse momenti. 18 Suum, ἴδιον: id est, sibi proprium ac peculiarem. Hoc autem illud est quo maximè offendebantur Iudæi, quum alioquin toti Israeli liceret Deum patris nomine compellare, ut Exo. 4. c. 22. Verùm quũ sibi Christus idipsum uẽdicaret, quod Iudęi ad unũ Deum pertinere sciebant, nempe summam ac perpetuam huius mundi administrandi potestatem (id enim significatur Operandi uocabulo, quod Christus & Patri & sibi cõmune esse dixerat) rectè colligũt illi, Christum propria quadam ratione se Filium Dei dicere, cui etiam se parem faceret. Rectè, inquam, illi colligunt: sed quia Christum ex hominis dũtaxat specie metiuntur, & impedit ipsorum prauitas quo minus Dei gloriam in tanto ipsius opere elucentem cernant: ideò quod uerè dixit Christus, blasphemiam esse iudicant. 19 Non potest, ὁ υἱὸς οὐ δύναται, τὸ ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδέν annotauimus Marc. 6. a. 5. interdum poni pro μὴ θέλειν, id est, Non posse, pro nolle. Nam inter species τοῦ ἀδυνάτου rectè numerat τὸ ἀβούλητον Nazianzenus λογ. β. περὶ υἱ. Sed hoc loco agitur de eo quod omnibus modis ac propriè est ἀδύνατον. Neque tamen hoc arguit ullam in Christo imbecillitatem, siue hæc diuinæ naturæ, siue humanæ tribuas: nisi quis hoc accipiat pro imbecillitatis argumento, quòd Christus nihil aut uelit aut possit quod Pater per ipsum & ipse cum Patre non uelit & possit. A semetipso, ἀφ' ἑαυτοῦ: id est, sine Patris non modò authoritate, sed etiam ui ac potentia effectrice. Nam alioquin uitam etiam habet in seipso, sed quia à Patre accepit: ut infrà uersu 21. & 26. Sic apud Ciceronem de Oratore dicitur à se promere qui ab alijs non sumit. Est autem illa interpretatio notanda. Neq; enim his uerbis reprehenditur uoluntatum in Christo distinctio, sed separatio: neq; simpliciter negat se suã ui & authoritate, atq; adeò pro suo iure operari, sed ex Iudæorum hypothesi, qui ipsum à Patre separabant, & nihil aliud quàm hominem esse putabant. qua de re plura dicemus infrà uersu 22.

Id est.

operari, *id est* nisi uiderit Patrem operantem: quæcunq; enim ille facit, hæc etiam Filius pariter facit. ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα· ἃ γὰρ ἂν A ἐκεῖνος ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ.

Suscitare & uiuificare mortuos.

Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit: & maiora his demonstrabit ei opera, ut uos miremini. 20 ὁ γὰρ πατὴρ φιλεῖ τὸν υἱόν, καὶ πάντα δείκνυσιν αὐτῷ ἃ αὐτὸς ποιεῖ· καὶ μείζονα τούτων δείξει αὐτῷ ἔργα, ἵνα ὑμεῖς θαυμάζητε.

Sicut enim Pater suscitat mortuos & uiuificat, ita & Filius quos uult uiuificat. 21 ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς, καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ.

Iudicium.

Neq; enim Pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Filio, 22 οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ.

Id est, nisi uiderit, ἐὰν μὴ τι βλέπῃ. Vulgata, nisi quod uiderit, ut pro τι uideatur legisse ὅτι. Admonet Erasmus, posse etiam expungi parti culam τι, quæ sæpenumero apud Græcos redundat. Sed τι ποιοῦν pro ἐργάζεσθαι, absolutè positum non temerè reperias. quanquam id potest utcunque excusari idiotismo Hebræorum, de quo diximus Matth. 20. b. 12. Itaque supplendum esset ἀπὸ, id est illud, quod scilicet facit Filius. Sed maior hic oritur scrupulus. Ea enim est natura particulæ Nisi, ut, si conditionem ponas quam tollit, simul totum præcedens membrum uel ponatur, si neget: uel tollatur, si affirmet. Nam si dicas, nemo uenit ad me nisi Pater meus traxerit eum, consequitur aliquos uenire si Pater eos traxerit, imò uerò omnes quos traxerit, ut explicat diserte Christus infrà 6. d. 37. & e. 45. Item, si dicas, Mors manet super omnes, nisi Christo crediderint, efficitur, mortem non manere super quenquam qui crediderit. Sic igitur hoc loco, si ita hæc cõuertas, Filius non potest à seipso quicquam facere, nisi quid [uel, nisi quod] uiderit Patrem facientem, uidebitur consequi, Filium à seipso facere quod uidit Patrem faciẽtem. Sunc autem hæc inter se contraria ex diametro, ut simul consistere non possint. Quid si igitur dicamus particulam Nisi non constituere totum membrum præcedens, sed eius priorem partem duntaxat: ut si argumentationem ita nectas, Filius non potest à seipso quicquam facere, nisi quid prius uiderit Patrem faciẽtem. Ergo Filius facit id quod facientem B Patrem uiderit, nempe ut illud, A' seipso, non repetatur in conclusione contraria. Sed hoc planè durum est. Relinquitur ergo, totum illud, Nisi quid uiderit patrem facientem, non esse partem propositionis alicuius hypotheticæ, sed potius epexegesin & interpretationem eius quod dixerat ἀφ' ἑαυτοῦ, id est à seipso. Itaque ut planior esset sententia, alioquin difficilis & impedita, non dubitaui particulam exegeticam supplere, quum præsertim uiderẽ passim eiusmodi eclipses inueniri, ut infrà uersu 30. & 6. c. 27. & 7. a. 4. Postremò uerò putaui illud quoque annotandũ, ἀλλὰ ποιῶν, nihil aliud declarare quàm ἢ ἐργάζεσθαι. ex quo etiam apparet τὸ ποιῶν, idem prorsus significare quod simplex ἐργάζεσθαι. quod opponitur uerbo שבת, id est feriari, unde sabbatum dictum est: de cuius quiete uiolata Christus accusatus fuisse purgat. Ideò, ut perspicuitati studerem, conuerti ἀλλὰ ποιῶν non operari, & τὰ ποιούμενα operantem, sicut in nostro uulgato sermone *ne faire rien, & ne besongner point* synonyma sunt, item *faire quelque chose, & besongner*.

Viderit Patrem operãtem, βλέπῃ τὸν πατέρα τι ποιοῦντα. In hoc sermone duo uerba usurpantur quæ se mutuò respiciunt, Demonstrare & Videre: illud Patri, hoc filio tribuitur: & quidem (ut opinor) humanæ naturæ respectu, quatenus quidem cum diuina hypostaticè coaluit. Nam si simpliciter ad diuinam naturam hæc referas, præterquam quòd subtilissimè hæc erunt explicanda) ut facile apparet ex ijs quæ ueteres Græci, ac præsertim Nazianzenus, in hunc locum aduersus Arrianos disserunt) uidebitur etiam Christus nõ magnam habuisse rationem ruditatis eorum quos alloquitur. Præterea sicut ueteres fatentur, humanæ naturæ respectu Filium dici missum, & Patrẽ illi iudicium dedisse, Filio datam esse cœli & terræ potestatem, & similia: sic etiam opinor propriè dici Patrem Filio demõstrare opera sua, item Filium uidere Patrem operantem, quatenus scilicet Filius homo factus Spiritum accepit sine mensura: quum plenitudo deitatis in ipso habitet corporaliter. Nam Demonstrare idem declarat atq; docere: quo uocabulo utitur infrà 8. d. 28. id est uim ac potestatem, suam deniq; deitatem Filio communicare. & Videre idẽ ualet atq; intelligere ac discere: id est, illam uim recipere. quod idem paulo pòst significatur Audiẽdi uerbo. Ergo, ut paucis omnia complectar, restatur Christus, nihil prorsus à se fieri, cuius authorem non habeat Patrem, à quo impellatur ac regatur omnibus in rebus. & quãuis hæc ita dicat, ut sese Iudæorum captui accommodans, omnia Patri in solidum tribuat, quemadmodum & alijs plurimis locis, seq; ueluti discipulũ in artificis officina eruditum C proponat: tamen diuinam suam maiestatem fortiter asserit, quum Deum, Patrẽ uocat. quum sese dicit pariter cum eo operari, quũ se uitæ ac mortis æternæ potestatem habere, se mundi gubernatorem constitutũ, suam deniq; gloriã à Patris gloria separari non posse profitetur. Pariter, ὁμοίως: id est, simili ratione, atq; adeò unà & coniunctim. Nam hoc, inquit Nazianzenus, non est accipiendum κατὰ τὸν τῶν γεγενημένων ὁμοιωτὴν, ἀλλὰ κατὰ τὸν τῆς θεότητος ὁμοτιμίαν: id est, quasi res à Patre factas Filius, similes alias faciendo, exprimat: sed quòd in agẽdo par ac coniuncta sit Patris ac Filij uirtus ac dignitas. Hęc ille, sanctè quidem & piè, ne quis Patris ac Filij bina opera inter se conferri putet. sed tamen quia (ut modò dixi) hæc referenda potius opinor ad Filium, non simpliciter quatenus Deus est, sed quatenus homo factus, diuina illa ui, qua totus plenus est, regitur ac impellitur: idcirco existimarim Christũ in superiore illa magistri ac discipuli similitudine permanere. sunt igitur, inquit, Pater ac Filius in una ueluti officina pares ac coniuncti eorundem operũ artifices, adeò ut quicquid facit Pater, hoc non faciat solus, sed Filius etiam unà cum ipso, & pari quidem ratione, ne quis quãuis similia, tamen diuersa Patris ac Filij opera esse putet, aut aliquod discrimen imaginetur inter Patris ac Filij in agendo consilium ac uirtutẽ. Sic igitur filius de se ut homine loquitur, qui apud Patrem omnia uiderit, & ex seipso nihil possit, ut tamen Patri se faciat æqualem, atq; adeò unũ cum Patre, quatenus & ipse homo, Deus est. Itaq; ne quis putaret Patris ac Filij opera non modò distingui, sed etiã separari, ὁμοίως malui conuertere Pariter quàm similiter, uel itidem. 22 Neq; enim Pater iudicat quenquã, ἀλλὰ τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ υἱῷ. Iudicandi uerbum hoc loco, & paulo pòst uersu 27. & 30. respõdet uerbo שפט, quo scilicet significatur σωφρονιστὴν, plenum imperium ac summa mundi administrandi potestas, ut planè in duobus uersiculis superioribus uideatur sibi tribuere nomen illud Dei יהוה, in hoc autem uersiculo alludere ad nomen אלהים. Annotat etiam Erasmus, Cyprianum duobus locis ita citare hunc locum, ut eum appareat pro ἀλλὰ legisse ἀλλ', id est nihil: quæ lectio sanè aptior uidetur quàm altera. Noluimus tamen quicquã contra omnium ęquè fidem mutare. Deniq; ut semel hęc dicendi genera explicẽtur, quę in speciẽ uideri possent absurda, & apud hũc Euangelistã plurimis locis inculcãtur:

sciendum

A sciendum est, has negantes orationes non simpliciter aliquid negare, sed κατά τι, id est ex eorum hypothesi ad quos dirigitur oratio. Sic negat Christus à Patre administrari hunc mundum, ita scilicet ut Iudæi arbitrabantur, qui Patrem à Filio separabant, quum Pater contrà non nisi per Filium manifestatum in carne, mundum regat. Ergo non simpliciter remouetur Pater à mundi imperio, sed corrigitur in ea re Iudæorum error. sic dicit se non uenisse ut faceret uoluntatem suam, sed uoluntatem Patris, infrà uersu 30. & cap. 6. d. 38. sic dicit hanc doctrinā suam non esse, sed eius à quo erat missus. infrà 7. c. 16. neutrum simpliciter, sed ex eorum sensu qui ipsum à Patre separabant, quum reuera una sit Patris & ipsius uoluntas ac doctrina. sic dicit cæcum illum aut parentes eius non peccasse, infrà 9. a. 3. hactenus scilicet ut ab ijs peccatis orta esset eius cæcitas, quū alioquin & ille & parentes eius peccatores essent, quia homines erant, ut explicatur Rom. 5. b. 12. & 1. Ioh. 1. d. 8.

ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν υἱόν, καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα. ὁ μὴ τιμῶν τὸν υἱόν, οὐ τιμᾷ τὸν πατέρα τὸν πέμψαντα αὐτόν. 23

Vt omnes honorent Filium, sicut honorant Patrem. qui non honorat Filium, non honorat Patrem qui misit ipsum. *Honorificare Christum.*

ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὁ τὸν λόγον μου ἀκούων, καὶ πιστεύων τῷ πέμψαντί με, ἔχει ζωὴν αἰώνιον, καὶ εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχεται, ἀλλὰ μεταβέβηκεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωήν. 24

Amen amen dico uobis, qui sermonē meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam æternam, & in condemnationem non uenit: sed transiuit à morte in uitam. *Fides. Vita æterna.*

ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ νεκροὶ ἀκούσουσι τῆς φωνῆς τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ οἱ ἀκούσαντες ζήσονται. 25

Amen amen dico uobis, quòd uenit tempus, & nunc est, quando mortui audiēt uocem Filij Dei: & qui audierint, uiuent. *Mortui.*

ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ. 26

Sicut enim Patèr habet uitam in seipso, sic dedit & Filio habere uitam in seipso.

καὶ ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ καὶ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστί. 27

Et authoritatem dedit ei etiam iudicium faciendi, quatenus Filius hominis est.

μὴ θαυμάζετε τοῦτο, ὅτι ἔρχεται ὥρα, ἐν ᾗ πάντες οἱ ἐν τοῖς μνημείοις ἀκούσονται τῆς φωνῆς αὐτοῦ, 28

Ne miremini hoc: nam uenient hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audiē uocē eius. *Iudicium Christi.*

24 Condemnationem, κρίσιν: id est, κατάκρισιν, ut annotauimus etiam suprà 3. b. 17. Id autem apparet ex antithesi. Nam Condemnari & habere uitam æternam, contraria sunt. Est autem hęc Hebræorū consuetudo, ut quum uolunt quippiam certissimè affirmare, istas antitheses usurpent, ut suprà 1. c. 20. & 3. b. 15. 16. 17. & d. 36. Transiuit, μεταβέβηκε. In quibusdā Veteris editionis codicibus perperā legitur, transibit. Vtitur enim præterito perfecto Christus, ut quod nondum nisi spe possidemus, tam certò sciamus futurum ac si iam nobis reipsa datum esset. Sic loquitur Paulus Eph. 2. b. 5. & 6. & alibi sæpe. Itaq; non est quòd grammatici ullam hic somniēt temporis enallagen.

25 Habere in seipso, ἔχειν ἐν ἑαυτῷ. Vide suprà uersu 19. & 22. 27 Authoritatem, ἐξουσίαν: id est, hoc ius & hanc dignitatem, ut etiam exposuimus suprà 1. b. 12. Vulg. & Eras. potestatem: rectè quidem, sed ambiguè. Iudicium faciendi, κρίσιν ποιεῖν: id est, gubernādi & administrādi omnia, adeò ut uitæ ac necis potestatē habeat. Quatenus Filius hominis est, ὅτι υἱός ἐστιν ἀνθρώπου. Filium hominis nihil aliud quàm humanam naturam in genere declarat, quam Filius assumpsit, ideoq; non esse additum articulum, rectè obseruat Eras. mus, consentientibus ueteribus, Chrysostomo, Cyrillo, Augustino, Theophylacto. Sed quod ad distinctionem attinet, Chrysostomus, & qui eius quasi epitomen confecit Theophylactus, obseruant hæc esse coniungenda cum sequēti uerticulo, & post ποιεῖν plenum punctum esse adscribendum: quamuis in Romano codice Theophylacti aliter sit distinctus contextus. ut sit hæc sententia, Quia Filius hominis est, nolite hoc mirari. Id est, ne miremini tantam homini datam esse potestatem. Nam idem homo est etiam Filius Dei. Filium autem Dei esse, apparet ex generali mortuorum resurrectione. Hæc illi in summa, nisi quòd etiam addunt, impium illum Samosatenum hæc coniunxisse cum præcedenti bus, quæ ad sequentia pertineant. At ego certè non uideo cur hæc non multo melius cum præcedentibus connectantur: neque Samosatenum puto huius distinctionis authorem fuisse, quamuis falsa declaratione hunc locum corruperit. Certè coactam esse Chrysostomi expositionem, & uerborum collocatio & sermonis ipsa series ostendit: & Augustinus eam distinctionem sequitur quam ille Samosateno tribuit: ut planè appareat Latinam Ecclesiam ita semper legisse. Consentiunt ueteres omnes Græci codices quos uidimus. Cyrillus quoque non aliter distinguit: cuius uerba Eras. mus in hunc locum, uel non satis attentè legit, uel non bona fide descripsit. Sic enim ille ad uerbum: Nolite, inquit, mirari, si quum me hominem uideatis, susciturum tamen mortuos me pollicear, & in iudicium deducturum miniter. dedit enim mihi uiuificandi uirtutem Pater, dedit iudicandi potestatem. Sed ut lubricam Iudæorum mentem his retinere studuit, sic aliorum quoque curam non paruam habuit. Quapropter causam quare hæc sibi data à Patre dixerit, illico subiecit, dicens: Quia Filius hominis est. Vt intelligamus omnia sibi data fuisse ut homini: qui quum creatura sit, nihil habet à seipso. Hæc Cyrillus. ex quibus nemo non uider ipsum non modò ista connectere cum præcedentibus, id est cum uerbo ἔδωκε: sed etiam ita explicare illud, μὴ θαυμάζετε τοῦτο, ut ad præcedentia referat. Assentior igitur Cyrillo, Augustino, & ueruſtis codicibus; atque adeò receptæ lectioni, & à Chrysostomo dissentio in huius loci distinctione. Sed in ipsa explicanda sententia ingenuè profiteor me non uidere cur illorū opinionem sequar. Referunt enim ἐκ ad uerbum ἔδωκε, ita ut causa reddatur quāobrem dicatur Pater iudicandi potestatem dedisse Filio, sitq; ueluti responsio tacitæ obiectioni oppōsita, quia scilicet idem Filius Deus, etiam homo est, qui necesse est ut aliunde accipiat quod ex se non habet. At ego non dubito quin potius referendum sit ad illud quod est propinquius, ut sit hic sensus, Patrem dedisse hoc ius Filio, ut quia homo est, etiam iudicet mundum: uel ut etiam quia homo est, iudicet mundum: id est, Filium nō modò quatenus Deus unus est cum Patre (quod mysterium ignorabant Iudęi) esse mundi iudicem, sed hanc potestatem à Patre accepisse, ut etiam iudicet mundum, quatenus est homo: sicut rectè hunc locū exposuit doctissimus interpres. Hanc autem expositionem confirmat particula γὰρ addita, quæ alioquin uidebitur redundare. Deinde, ut rectè notat Chrysostomus, si ideo dicatur iudicandi potestatem accepisse, quia homo est, nihil prohibuisset omnes homines iudices esse. Hoc enim absurdum illam expositionem sequi uidit ille, ideoq; aliam distinctionem quæsiuit, de qua diximus: quia scilicet ueram interpretationem non uidit. Postremò Christus, quum hæc diceret, totus in eo erat,

ut se ostenderet hominem quidem esse, sed tamen diuina ac pari cum Patre potestate præditum: ad quem finẽ qui A
hunc locum non referunt, certè à scopo aberrant. Nam de sua, id est Filij hypostasi æterna, nullam hic mentionem
nisi ex consequenti facit Christus, Iudæorum scilicet captui sese accommodans. Ergo germana hæc est huius loci
distinctio & interpretatio: quæ ut melius intelligeretur, ὅτι conuerti Quatenus, quasi διατίνι, uel διαῦτα scriptum sit: à
qua interpretatione neq; Augustinus, neque Cyrillus hactenus dissentiunt, quum ille exponat διαῦτα ὡς ἀνθρώπου ὄντος,
uelut homo est: iste uerò, ut homo est & creatura.

Matth. 25. d. 41. Et prodibunt, qui bona fecerunt, in resurrectionem uitæ: qui uerò mala egerunt, in resurrectionem condemnationis. 29 καὶ ἐκπορεύονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς· οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες, εἰς ἀνάστασιν κρίσεως.

Resurrectio uitæ. Non possum ego à meipso facere quicquam: sicut audio, iudico: & iudicium meum iustũ est: quia non quæro uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me, *id est* Patris. 30 οὐ δύναμαι ἐγὼ ποιεῖν ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐδέν. καθὼς ἀκούω, κρίνω· καὶ ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ δικαία ἐστίν· ὅτι οὐ ζητῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμόν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με πατρός.

Voluntas. Infrà 8. b. 14. Si ego testor de meipso, testimonium meum non est idoneum. 31 ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής.

Testimonium Patris de Christo. Alius est qui testatur de me, & scio uerum esse testimonium quod testatur de me. 32 ἄλλος ἔστιν ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμοῦ, καὶ οἶδα ὅτι ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία ἣν μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ.

Matth. 3. d. 17. Supra 1. c. 27. Vos misistis ad Ioannem, & *is* testimonium dedit ueritati: 33 ὑμεῖς ἀπεστάλκατε πρὸς Ἰωάννην, καὶ μεμαρτύρηκε τῇ ἀληθείᾳ.

Ego autem ab homine testimonium non capio: sed hæc dico ut uos seruemini. 34 ἐγὼ δὲ οὐ παρὰ ἀνθρώπου τὴν μαρτυρίαν λαμβάνω, ἀλλὰ ταῦτα λέγω ἵνα ὑμεῖς σωθῆτε.

Lucerna, Ioannes. Ille erat lucerna ardens & lucens: uos autem uoluistis ad tempus exultare in luce eius. 35 ἐκεῖνος ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος καὶ φαίνων, B
ὑμεῖς δὲ ἠθελήσατε ἀγαλλιασθῆναι πρὸς ὥραν ἐν τῷ φωτὶ αὐτοῦ.

Opera Christi. At ego testimonium habeo maius testimonio Ioannis: opera enim quæ dedit mihi Pater ut ea perficerem, ipsa *inquam* opera quæ ego facio, testantur de me quòd Pater miserit me. 36 ἐγὼ δὲ ἔχω τὴν μαρτυρίαν μείζω τοῦ Ἰωάννου· τὰ γὰρ ἔργα ἃ ἔδωκέ μοι ὁ πατὴρ, ἵνα τελειώσω αὐτά, αὐτὰ τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ, μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ, ὅτι ὁ πατήρ με ἀπέσταλκε.

Matth. 3. d. 17. & 17. 2. 5. Deut. 4. b. 12. Et qui misit me Pater, ipse testatus est de me. Neq; uocem eius unquam audistis, neq; speciẽ eius uidistis, 37 καὶ ὁ πέμψας με πατὴρ, αὐτὸς μεμαρτύρηκε περὶ ἐμοῦ. οὔτε φωνὴν αὐτοῦ ἀκηκόατε πώποτε, οὔτε εἶδος αὐτοῦ ἑωράκατε·

Fides. Et sermonẽ eius non habetis in uobis manẽtem: quia quem misit ille, huic uos non creditis. 38 καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ οὐκ ἔχετε μένοντα ἐν ὑμῖν, ὅτι ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος, τούτῳ ὑμεῖς οὐ πιστεύετε.

Scripturæ. Scrutamini Scripturas: nam uos uidemini uobis in ipsis uitam æternam habere: & illę sunt quæ testificantur de me: 39 ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς, ὅτι ὑμεῖς δοκεῖτε ἐν αὐταῖς ζωὴν αἰώνιον ἔχειν· καὶ ἐκεῖναί εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ·

Nec uultis uenire ad me, ut uitam habeatis. 40 καὶ οὐ θέλετε ἐλθεῖν πρός με, ἵνα ζωὴν ἔχητε.

29 Prodibunt, ἐκπορεύονται, uel, exibunt è sepulchris scilicet. Vulgata, procedẽt: id est, πορεύσονται. Rectè autem annotat Erasmus, post ἐκπορεύονται addendam esse hypodiastolen, ut intelligamus non solùm bonos prodituros, sed omnes qui in monumentis fuerint: deinde subnectantur duæ partes, una bonorum, altera malorum. In resurrectione nemitæ, οἱ κατὰ ἀναστασιν ζωῆς: id est, eam resurrectionem quam perennis uita consequatur: quasi uitalem dicas, ex Hebræorum idiotismo, qui adiectiuorum loco utuntur genitiuis appellatiuorũ, ut sæpe iam diximus. Huic C
opponitur resurrectio condemnationis, id est damnatoria. 30 Non possum ego à meipso facere, οὐ δύναμαι ἐγὼ ποιεῖν ἀπ' ἐμαυτοῦ. Vide suprà uersu 19. & 22. Sicut audio, καθὼς ἀκούω: id est, ut Deus mihi suggerit, intra me scilicet habitans. Vide suprà uersu 19. in hæc uerba: Viderit Patrem operantem. Iudico, κρίνω. Vide suprà uersu 22. Id est Patris, πατρὸς. Deerat in duobus codicibus. Præstat autem, ni fallor, exegeticam particulam supplere, quàm coniungere cum τοῦ πέμψαντος. Similem epexegesin exposuimus suprà uersu 19. in hæc uerba: Nisi uiderit. 31 Testor, μαρτυρῶ. Erasmus uertit, si testimonium perhiberem. & paulo pòst, ἐκεῖνος, non esset. Atqui μεμαρτύρηκε ista dicuntur à Christo, quasi sibi ipsi hæc opponat in aduersariorum persona: neq; immeritò, quum hæc eadem postea diserte fuerint ipsi ab illis obiecta, ut scribitur infrà 8. b. 13. Malui igitur præsens tempus seruare, ut ista μέμνησις clarius appareat.
Non est idoneum, οὐκ ἔστιν ἀληθὴς. Vulg. & Erasmus ἀληθὴς interpretantur, uerum, fortassis non satis appositè: quia hic, ut opinor, uerum non opponitur falso, ut in proximo uersiculo. Fieri enim potest ut quod aliquis de se testatur, uerum sit: & rursus quod quispiam in aliquem testatur, sit falsum, & tamen illud non erit idoneum: hoc uerò contrà ratum habebitur, nisi quis firmam exceptionem asserat. Verum igitur hoc loco dicitur quod Hebræi uocãt אמת, id est fidele, dignum scilicet cui fides habeatur, & planè ualidum ac firmum. Latini idoneum uocant. Erat tamen, fateor, Christi testimonium idoneum, etiamsi solus ipse testis esset, sed habuit Christus eorum rationem quos allo quebatur, adeò ut hoc etiam ipsis largiatur, ne sibi credant, nisi alios idoneos authores ac testes laudarit. Quomodo autem hoc consentiat cum eo quod scribitur infrà 8. b. 14. suo loco dicemus. 33 Testimonium dedit, μεμαρτύρηκε. Diuersa constructio diuersam significationem arguit, de qua diximus Luc. 4. d. 22. 36 Maius testimonio Ioannis, μείζω τοῦ Ἰωάννου. Vulgata, maius Ioanne. quod meritò emendauit Erasmus: neq; enim testimoniũ Patris cum Ioanne ipso comparatur, sed testimoniũ Patris cum testimonio Ioannis. Itaq; deest articulus. Plena enim loquutio erat μείζω τοῦ τοῦ Ἰωάννου, ut infrà 6. d. 32. quæ eclipsis non obseruata, multis locis pleroſque interpretes fefellit, ut Rom. 8. a. 2. & Iac. 2. d. 26. Ipsa *inquam* opera, αὐτὰ τὰ ἔργα. Gaudet Ioannes huiusmodi epanalepsi, cuius exemplum habes suprà 1. c. 20. & d. 28. & g. 45.

42 Noui

δόξαν παρὰ ἀνθρώπων οὐ λαμβάνω. 41 Gloriam ab hominibus non capto.

ἀλλ' ἔγνωκα ὑμᾶς, ὅτι τὴν ἀγάπην τοῦ θεοῦ 42 Sed noui quòd uos charitatem Dei non ha- Dilectio Dei.
οὐκ ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς. beatis in uobis.

ἐγὼ ἐλήλυθα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρός μου, καὶ 43 Ego ueni nomine Patris mei, nec recipitis me:
οὐ λαμβάνετέ με· ἐὰν ἄλλος ἔλθῃ ἐν τῷ ὀνόματι si alius uenerit nomine suo, illum recipietis.
τῷ ἰδίῳ, ἐκεῖνον λήψεσθε.

πῶς δύνασθε ὑμεῖς πιστεῦσαι, δόξαν παρὰ 44 Quomodo uos potestis credere, quum glo- Vide.
ἀλλήλων λαμβάνοντες, καὶ τὴν δόξαν τὴν παρὰ riam alij ab alijs captetis, & gloriam quæ à solo Gloria ab homi nibus.
τοῦ μόνου θεοῦ οὐ ζητεῖτε; Deo proficiscitur, non quæratis? Infrà 12.f.43.

μὴ δοκεῖτε ὅτι ἐγὼ κατηγορήσω ὑμῶν πρὸς τὸν 45 Ne putetis quòd ego accusaturus sim uos a-
πατέρα· ἔστιν ὁ κατηγορῶν ὑμῶν Μωσῆς, εἰς ὃν ὑ- pud Patrem: est qui accuset uos, Moses, in quo
μεῖς ἠλπίκατε. uos speratis.

εἰ γὰρ ἐπιστεύετε Μωσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ 46 Si enim credidissetis Mosi, credidissetis mi- Moyses accusa-
ἐμοῦ γὰρ ἐκεῖνος ἔγραψεν. hi: de me enim ille scripsit. tor Iudæorum.
Gen.3.c.15.
& 22.d.18.
& 49.b.10.
Deut.18.c.15.

εἰ δὲ τοῖς ἐκείνου γράμμασιν οὐ πιστεύετε, πῶς 47 Si autem illius scriptis non creditis, quomo-
τοῖς ἐμοῖς ῥήμασι πιστεύσετε; do uerbis meis credetis?

ΚΕΦ. ϛ'.

CAP. VI.

Μετὰ ταῦτα ἀπῆλθεν ὁ Ἰησοῦς πέραν τῆς 1 POst hæc abijt Iesus trãs mare Galileę, quod Quinq; panibus
θαλάσσης τῆς Γαλιλαίας τῆς Τιβεριάδος, est Tiberiadis: & duobus pisci
bus saturantur
ἠκολούθει αὐτῷ ὄχλος πολύς, ὅτι ἑώρων αὐτοῦ 2 Et sequebatur eũ turba multa, quia uidebant 5000.
τὰ σημεῖα ἃ ἐποίει ἐπὶ τῶν ἀσθενούντων. eius signa quæ edebat in ijs qui inualidi erant.

ἀνῆλθε δὲ εἰς τὸ ὄρος ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐκεῖ ἐκάθητο 3 Subijt autem in montem Iesus, & ibi sedit cũ
μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. discipulis suis.

ἦν δὲ ἐγγὺς τὸ πάσχα ἡ ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων. 4 Propè autem erat Pascha festum Iudæorum. Leu.23.a.2.
Deut.16.a.1.

ἐπάρας οὖν ὁ Ἰησοῦς τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ θεασά- 5 Quum ergo sustulisset oculos Iesus, & uidis- Matth.14.b.16.
μενος ὅτι πολὺς ὄχλος ἔρχεται πρὸς αὐτὸν, λέγει set quòd multa turba ueniret ad se, dicit ad Phi- Marc.6.c.38.
πρὸς τὸν Φίλιππον· πόθεν ἀγοράσωμεν ἄρτους, ἵνα lippum: Vnde ememus panes ut isti uescantur? Luc.9.b.13.
φάγωσιν οὗτοι;

(τοῦτο δὲ ἔλεγε πειράζων αὐτόν· αὐτὸς γὰρ 6 (Hoc autem dicebat, tentans eum: ipse enim
ἤδει τί ἔμελλε ποιεῖν.) sciebat quid esset facturus.)

ἀπεκρίθη αὐτῷ Φίλιππος· διακοσίων δηναρί- 7 Respondit ei Philippus: Ducentorum dena-
ων ἄρτοι οὐκ ἀρκοῦσιν αὐτοῖς, ἵνα ἕκαστος αὐτῶν riorum panes non sufficiunt eis, ut singuli eorũ
βραχύ τι λάβῃ. pusillum quippiam accipiant.

λέγει αὐτῷ εἷς ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, Ἀνδρέας ὁ 8 Dicit ei unus ex discipulis ipsius, *nempe* An-
ἀδελφὸς Σίμωνος Πέτρου· dreas frater Simonis Petri,

ἔστι παιδάριον ὧδε, ὃ ἔχει πέντε ἄρτους 9 Est puerulus quidam hic, qui habet quinque
κριθίνους, καὶ δύο ὀψάρια· ἀλλὰ ταῦτα τί ἐστιν εἰς panes hordeaceos & duos pisciculos: sed hæc
τοσούτους; quid sunt inter tam multos?

εἶπε δὲ ὁ Ἰησοῦς· ποιήσατε τοὺς ἀνθρώπους 10 Dixit autem Iesus: Facite ut isti discum-

42 Noui quòd uos non habeatis, ἔγνωκα ὑμᾶς ὅτι οὐκ ἔχετε. Hunc hellenismum alibi obseruauimus. Sic Terentius in Andria: Obserues filium quid agat. Sed nihil uerat planius loqui. 44 Captetis, παραλάβετε. Vulg. & Eras. qui accipitis. Ego Captandi uocabulo uti malo, ubi de studio & conatu agitur. Itaque sic etiam sum interpretatus suprà uersu 34. & 41. 45 Ne putetis, &c. μὴ δόκειτε. Hoc quoq; dicendi genus è medio petitum est, & diuersum quippiam declarat quàm uerba ipsa præ se ferant. Neq; enim negatio prorsus id remouet quod dicitur, sed corrigit: quasi diceret Christus ipsos nullum habituros acriorem accusatorẽ Mose, cuius patrocinio confidebant: quẽadmodum si quis hodie obijciat hostib. Euangelij id quod res est, nullos ipsis fore magis infestos in iudicio quàm Mariam uirginem & totum fidelium cœtum: quibus tamen unis confidunt: neq; tamen hoc impedit quo minus & Christus & conscientia reprobos omnes accusent. Simile dicendi genus extat Marc. 9.c.37.

IN CAPVT VI.

1 Trans mare, πέραν τῆς θαλάσσης. Si quis diligenter reliquos Euangelistas cum hoc nostro comparet, nẽpe Matt. 14.b.13.c.22.d.34. Marc. 6.e.32. & 23.f.45.g.53. Luc. 9.b.10. comperiet in hac historia particulam πέραν non declarare aduersum litus, quò peruenirì non posset nisi traiecto lacu, sed has omnes regiones, nempe Tiberiadem, Desertum, Bethsaida, Capernaum, cis lacum sitas fuisse, Galilææ respectu. Vsus est tamẽ Euangelista aduerbio πέραν, & mentionem facit traiectionis: quia propter amplos sinus nauigatio quasi cõpendium itineris erat. deinde quia ex uno sinus anfractu in alium traiectio fiebat. ut in hunc locum scripsit doctissimus interpres. Galilææ quod est Tiberiadis, τῆς Γαλιλαίας τῆς Τιβεριάδος. In uno codice scriptum inuenimus duntaxat τῆς Τιβεριάδος, id est Tiberiadis, ita ut τῆς articulus non referat θαλάσσης. 9 Pisciculos, ὀψάρια. Sic pisces uocat παρὰ τὸ ἅπτεσθαι, id est ab assando, quos scilicet moris erat assare, ac fortasis etiam assatos dixendere: quales sunt quos in Heluetia uocant *Albæch*: idq; ita esse liquet ex ijs quæ infrà capite 20. scribuntur. Errant igitur qui hoc nomen deriuant παρὰ τὸ ἐψεῖν, hoc est ferò, uel quòd uesperi tantum ijs uescerentur, uel quòd ferò rãdem uoluptatis gratia in usum uenerint. Sic nimirum solent multi in confingendis etymologijs ludere. alioquin ὄψαριον pro condimento atq; adeò pro opsonio ac omni cibo qui pani adijcitur, usurpari solet, ut apud Athenæum lib. 8.

bant. Erat autem gramen multum in eo loco. discubuerũt ergo uiri numero quasi quinquies mille.

Accepit autem panes Iesus, & actis gratijs, distribuit discipulis, discipuli uerò discumbentibus: similiter etiam ex piscículis illis quãtum uolebant.

Vt autem expleti sunt, dixit Iesus discipulis suis: Cogite quæ superfuerunt fragmenta, ne quid pereat.

Miracula quid faciant.

Coegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmẽtis ex quinq; illis panibus hordeaceis, quæ superfuerant ijs qui comederant.

Illi ergo quum uidissent signum quod Iesus ediderat, dicebant: Hic est uerè Propheta ille qui uenturus erat in mundum.

Iesus ergo quum nosset futurum ut uenirent ac raperent ipsum, ut facerent ipsum Regem, secessit rursus in montem ipse solus.

Vt autem serum *diei* factũ est, descenderunt discipuli eius ad mare.

Discipuli uento agitati in mari. Matth.14.c.25. Marc.6.f.47.

Et ingressi nauigium, ibant trans mare, uersus Capernaum. iam autem tenebræ erant, nec uenerat ad eos Iesus.

Et mare, uento magno flante, insurgebat.

Quum remigassent ergo quasi stadia uiginti quinque aut triginta, uident Iesum ambulantem super mare, & appropinquantem naui: ac timuerunt.

Tumor.

Ille uerò dixit eis: Ego sum, ne timete.

Cupidè ergo receperũt eum in nauigium: & statim nauigium affuit ad regionẽ in quã ibant.

Regem constituere uoluunt Iudæi Christum.

Postero die turba quæ stabat trans mare, ut uidit quòd nauigiolum aliud non esset illic, nisi unum illud in quod ingressi fuerant discipuli eius, & quòd non introisset cum discipulis suis Iesus in nauigio, sed soli discipuli eius abijssent:

Alia uerò nauigiola à Tiberiade uenerant prope locum ubi comederant panem, postea quam gratias egisset Dominus.

ἀναπεσεῖν. ἦν δὲ χόρτος πολὺς ϕῶ τόπῳ. A
ἀνέπεσον οὖν οἱ ἄνδρες τὸν ἀριθμὸν ὡσεὶ πεντακισχίλιοι.

ἔλαβε δὲ τοὺς ἄρτους ὁ Ἰησοῦς, καὶ εὐχαριστήσας 11
διέλωκε τοῖς μαθηταῖς, οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ἀνακειμένοις· ὁμοίως καὶ ἐκ τῶν ὀψαρίων ὅσου ἤθελον.

ὡς δὲ ἐνεπλήσθησαν, λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· 12
συναγάγετε τὰ περισσεύσαντα κλάσματα, ἵνα μή τι ἀπόληται.

συνήγαγον οὖν, καὶ ἐγέμισαν δώδεκα κοφίνους κλασμάτων ἐκ τῶν πέντε ἄρτων τῶν κριθίνων ἃ ἐπερίσσευσαν τοῖς βεβρωκόσιν. 13

οἱ οὖν ἄνθρωποι ἰδόντες ὃ ἐποίησε σημεῖον ὁ Ἰησοῦς, ἔλεγον· ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ προφήτης ὁ ἐρχόμενος εἰς τὸν κόσμον. 14

Ἰησοῦς οὖν γνοὺς ὅτι μέλλουσιν ἔρχεσθαι, καὶ ἁρπάζειν αὐτὸν, ἵνα ποιήσωσιν αὐτὸν βασιλέα, ἀνεχώρησε πάλιν εἰς τὸ ὄρος αὐτὸς μόνος. 15

ὡς δὲ ὀψία ἐγένετο, κατέβησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπὶ τὴν θάλασσαν. B

καὶ ἐμβάντες εἰς τὸ πλοῖον, ἤρχοντο πέραν τῆς 17
θαλάσσης εἰς Καπερναούμ. καὶ σκοτία ἤδη ἐγεγόνει, καὶ οὐκ ἐληλύθει πρὸς αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς.

ἥ τε θάλασσα ἀνέμου μεγάλου πνέοντος διηγείρετο. 18

ἐληλακότες οὖν ὡς σταδίους εἰκοσιπέντε, ἢ τριάκοντα, θεωροῦσι τὸν Ἰησοῦν περιπατοῦντα ἐπὶ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐγγὺς τοῦ πλοίου γινόμενον, καὶ ἐφοβήθησαν. 19

ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς· ἐγώ εἰμι, μὴ φοβεῖσθε. 20

ἤθελον οὖν λαβεῖν αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον, καὶ εὐθέως ἐγένετο τὸ πλοῖον ἐπὶ τῆς γῆς, εἰς ἣν ὑπῆγον. 21

τῇ ἐπαύριον ὁ ὄχλος ὁ ἑστηκὼς πέραν τῆς θαλάσσης, εἶδον ὅτι πλοιάριον ἄλλο οὐκ ἦν ἐκεῖ, εἰ μὴ ἓν ἐκεῖνο, εἰς ὃ ἐνέβησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ὅτι οὐ συνεισῆλθε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ πλοιάριον, ἀλλὰ μόνοι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπῆλθον. 22

ἄλλα δὲ ἦλθε πλοιάρια ἐκ Τιβεριάδος ἐγγὺς τοῦ τόπου, ὅπου ἔφαγον τὸν ἄρτον, εὐχαριστήσαντος τοῦ κυρίου. C

11 Distribuit discipulis, discipuli uerò discumbentibus, *διέδωκε τοῖς μαθηταῖς, οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ἀνακειμένοις*. Vulgata, distribuit discumbẽtibus: id est, *διέδωκε τοῖς ἀνακειμένοις*, contra omnium nostrorum codicum fidem: quibus etiam accedit Cyrilli ac Theophylacti authoritas. Quantum uolebant, *ὅσον ἤθελον*. In quibusdam impressis exemplaribus legitur, *ὅσον ἤθελε*, quantum uolebat, ipse scilicet Iesus. 12 Ne quid pereat, *ἵνα μή τι ἀπόληται*. Vulgata, Ne pereant, quasi scilicet particula *τι* redundet. 14 Qui uenturus erat, *ὁ ἐρχόμενος*. Vulgata & Erasmus, qui uẽturus est. atqui si iam uenerat, impropriè dicitur esse uẽturus. 17 Ibant trans mare, uersus Capernaũ, *ἤρχοντο πέραν τῆς θαλάσσης εἰς Καπερναούμ*. Vulg. & Eras. conuertunt *ἦρχοντο* uenerunt. Atqui nondum eò uenerant, sed uiam tantùm erãt ingressi. itaq; debuit seruari propria significatio præteriti imperfecti, ut uir sanctæ memoriæ M. Bucerus in hunc locum annotauit. Deinde *πέραν τῆς θαλάσσης* Erasmus nimium expressè conuertit, traiecto mari, quũ (ut antè docui) non traiectus sit lacus, sed sinus duntaxat. Postremò *εἰς Καπερναούμ* declarat demum quò contenderent. Nam quod scribitur Marc. 6.f. 45. iussos fuisse præire Bethsaida, ideò dictum est quòd Bethsaida in uia occurrebat proficiscẽtibus Capernaũ: & fortasis Christus dixerat se illuc ad eos uenturũ. Ideò malui interpretari, uersus Capernaum quàm in Capernaũ, cum Vetere interprete & Erasmo. 21 Cupidè ergo receperunt eum, *ἤθελον οὖν λαβεῖν αὐτόν*. Vulg. & Eras. Voluerunt ergo recipere eum. Atqui ex Matth. 14.d. 32. & 33. item Marci 6.g.51. omnino apparet eum esse ingressum nauim, & sedata tempestate, ab ijs adoratum qui unà uehebantur. Ergo illa interpretatio non uidetur conuenire, quę scilicet uidetur innuere ipsos quidẽ paratos fuisse illũ excipere, sed nauim statim appulisse: quod non conuenit cum aliorum Euangelistarum narratione. Puto igitur uerbum *ἤθελον*, opponi illi quod antè dixerat, eos fuisse perterritos: ex quo scilicet intelligitur ipsos fuisse eum auersatos. nunc igitur agnita eius uoce, & mutatis animis, eum quẽ fugiebant, cupidè accipiunt in nauim. Nam *τὸ θέλειν* alibi ſępe obseruauimus aliquid amplius interdum significare quàm Velle. Sic igitur hũc locũ in uernaculo nostro sermone interpretarer, *ils furent trescontents de le receuoir dans le basteau*. 23 Prope locum, *ἐγγὺς τοῦ τόπου*, Series ipsa historiæ ostendit, opinor, uerbum *ἦλθε*, cum

A δεῖ, cum his esse connectendũ, ut significetur naues postridie, traiecto sinu, Tiberiade uenisse prope desertũ Bethsaida, ubi editum fuerat illud signum. Ideo non dubitaui collocationem uerborum mutare, ut planior esset oratio.

ὅτι οὖν εἶδεν ὁ ὄχλος, ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ἐκεῖ, οὐδὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἐνέβησαν εἰς αὐτὰ τὰ πλοῖα, καὶ ἦλθον εἰς Καπερναοὺμ, ζητοῦντες τὸν Ἰησοῦν.

Quũ ergo uidisset turba quòd Iesus non esset illic, neq; discipuli eius, ingressi sunt & ipsi in naues, & uenerunt Capernaũ, quærentes Iesum.

καὶ εὑρόντες αὐτὸν πέραν τῆς θαλάσσης, εἶπον αὐτῷ· ῥαββί, πότε ὧδε γέγονας;

Et eo inuento trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc affuisti?

Vt saturentur quærunt Christum.

ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ζητεῖτέ με οὐχ ὅτι εἴδετε σημεῖα, ἀλλ' ὅτι ἐφάγετε ἐκ τῶν ἄρτων, καὶ ἐχορτάσθητε.

Respondit eis Iesus, & dixit: Amen amen dico uobis, quæritis me, non quia uidistis signa, sed quia comedistis panes illos, & saturati estis.

Operari cibum.

ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν βρῶσιν τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον, ἣν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑμῖν δώσει. τοῦτον γὰρ ὁ πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ θεός.

Operemini non cibo qui perit, sed cibo illi qui permanet in uitam æternã, quem Filius hominis dabit uobis: hunc enim Pater consignauit, *id est* Deus.

Supra 1.d.32. Matth.3.d.17. & 17.a.5.

Opus Dei, fides in Christum.

εἶπον οὖν πρὸς αὐτόν· τί ποιῶμεν, ἵνα ἐργαζώμεθα τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ;

Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus ut operemur opera Dei?

1. Ioan.3.d.23.

ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· τοῦτό ἐστι τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ, ἵνα πιστεύητε εἰς ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος.

Respondit Iesus & dixit eis: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille.

Miracula petunt.

εἶπον οὖν αὐτῷ· τί οὖν ποιεῖς σημεῖον, ἵνα ἴδωμεν καὶ πιστεύσωμέν σοι; τί ἐργάζῃ;

B Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu edis signũ, ut uideamus & credamus tibi? quid operaris?

Manna. Exod.16.c.14. Num.11.b.7. Psal.77.c.24. Sap.16.c.20.

οἱ πατέρες ἡμῶν τὸ μάννα ἔφαγον ἐν τῇ ἐρήμῳ, καθώς ἐστι γεγραμμένον, ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς φαγεῖν.

Patres nostri comederunt manna in deserto, sicut scriptum est: Panem cœlestem dedit eis ut uescerentur.

εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ,

Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico uobis, non dedit uobis Moses panem illum cœlestem:

27 Operemini non cibo, &c. ἐργάζεσθαι μὴ τὴν βρῶσιν. Vulg. & Eras. operemini non cibum, &c. quod planè barbarum est. Respondet autem hoc loco τὸ ἐργάζεσθαι uerbo Hebræo עבר, quod significat operam suam ac cultum impendere. Quem, ὃν: uel, quam, ut ad βρῶσιν referatur. Consignauit, ἐσφράγισεν: id est, quem indita uirtute sua, quasi impresso sigillo, tum à cæteris hominibus distinxit, ut in eo tanquã antitypo Deus pater appareat: tum etiã (quod Christo proprium est) huic muneri inaugurauit, Deo scilicet homines reconciliandi in uitam æternã. Hanc expositionẽ uideo Cyrillo & alijs multis eruditis interpretibus probari: quã etiã cõfirmat similis huius uerbi usus, quod ad priorem quidem partem attinet, 2. Corinth.1.d.22. & Eph.1.c.13. Nam hic quoq; Christus sese ad Iudæorum captum accommodãs, omnia ad Patrem refert, nulla sui propriè facta mentione, quatenus Deus est. propriè inquã: lactus hoc referre malunt ad testimonia quibus Pater tum Christum ipsum pro Filio se habere ostẽdit, tum etiam ipsius munus confirmauit. Opera enim Christi, in quibus diuina illa uirtus clarè eminebat, aperta erãt testimonia, quibus tanquã apposito sigillo, Pater Filiũ approbabat. Simili ratione usurpatũ est uerbum σφραγίσαι supra 5.d.33.

Id est Deus, ὁ θεός. Vide supra 5.d.19. in hæc uerba, Nisi uiderit, &c.30. 28 Opera Dei: ἔργα τοῦ θεοῦ. Heb. pro operibus diuinis: id est quæ Deus exigit à nobis. siue quæ Deo sint grata. Nã quia operandi mentio facta erat, & uitæ æternæ, ideo isti (ut homines solent) statim cogitant uitam æternam ab implendæ Legis conditione pendere. Nesciunt enim quę sit Dei iusticia, dum suã uolunt stabilire: neq; Christum habent pro mediatore, sed pro insigni aliC quo legislatore aut legis interprete. Itaq; Christus eos ad fidem & ad mediatoris officiũ, id est gratuitam reconciliationẽ reuocat, de qua Paulus Rom.3.c.20. & 21. Nam quòd in proximo uersiculo fidẽ uocat opus Dei, ego quidem non accipio patsiuè pro opere quod Deus operetur in nobis, (quãuis uera ac pia sit hæc doctrina, quia fides donum Dei est, ut ait Apostolus 1. Thess.3.a.2. & Eph.2.b.8) sed potius per μέμνησιν explicandum puto. Est enim hoc quoq; dicendi genus petitũ è medio, ut si quis ad medicum accedẽs, ab eo peteret quanta accepta pecunia uelit sibi remediũ afferre, & medicus his uerbis respondeat: Omnis pecunia quàm à te peto, hęc est, ut mihi confidas, & tibi persuadeas me nihil aliud quàm salutem tuam quærere. Si medicus inquã ita respõdeat, quis ex hoc responso eliciat pecuniam esse istam confidentiã quam medicus ab ægroto flagitat, ut sanis consilijs obsequatur? Sunt igitur planè ridiculi (ut alios paralogismos omittã) qui ex hoc loco eliciunt fidem esse opus, & nos per opera iustificari.

31 Panem cœlestẽ, ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Vulg. & Eras. E cœlo: quasi nimirum hoc pertineat ad uerbũ ἔδωκεν, ut sit hæc cõstructio, Panẽ ipsis dedit è cœlo. Inde orta quæstio, quomodo Christus neget in proximo uersiculo panẽ à Mose datũ è cœlo. Atqui Psalmo 78.c.24. unde petitum est hoc testimoniũ, Manna non dicitur datum è cœlo, sed uocatur דגן שמים: id est, frumentum cœlorũ seu cœleste. Ergo non agitur de loco unde datum si Manna, quod tamen è cœlo & nubibus pluisse constat: sed quæritur an hic panis uerè sit cœlestis. Hoc negat Christus. & se unum potius dicit uerè cœlestẽ panem esse, ut qui in cœlestẽ, id est sempiternam ac uerè beatã uitã pascat. Mannã tamen fateor, quatenus Christũ adumbrabat, rectè à Paulo spiritualẽ escam dici. Sed hic rursus loquitur Christus ex eorum hypothesi quibus cũ disserit: qua de re copiosè suprà diximus 5.d.22. Est igitur, meo quidem iudicio, duplex in proximo uersiculo institutio collatio. una Mosis, qui suos Israelitas pauerit Mãna, cum cœlesti Patre qui suis & ipse panem cœlestem miserit. altera ipsius Manna cum Christo. Moses homo erat, Pater Christi Deus est. Itaq; ne Manna quidem dedit nobis Moses, sed Pater cuius fuit minister Moses: Manna non propriè descẽdit è cœlo, sed ex nubibus: Christus aũt uerè descendit è cœlo, nempe è sinu Patris: Manna hanc duntaxat uitam sustinebat, eamq; ad tẽpus, Christus suos in uitã æternã pascit. 32 Panem illum cœlestẽ, τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Rectè annotat Erasmus additum articulũ quo hic panis, nempe Christus, à Manna distinguitur. Sed fuit etiã hoc notandum, ante ἐκ τοῦ οὐρανοῦ subaudiendũ esse articulum, quasi scriptum sit, τὸν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, id est, τὸν οὐράνιον siue τὸν ὄντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, hoc est cœlestem,

siue qui est è cœlo, ne quis putet coniungendum cum uerbo ἀληθινὸν. Similis eclipsis exemplum habes suprà 5.f. 36. Rom. 8.a.2. & Iac. 1.d.26. Est autē transposita particula ἐ, ut etiam infrà uersu 37. alioquin deerit ἀναίδευτ: dicendum enim fuerat, Non Moses dedit uobis panē illum cœlestem, id est Manna, sed Pater meus, qui idem nunc uobis panem uerè cœlestem præbet. Christus autem non ita loquitur, neq; hoc loco instituit eos reprehendere, quòd Mosi tribuerent, quod ad unum Deū pertinebat: sed ostendit potius uerum illius signi usum, quod ipsi in medium protulerant. Manna enim symbolū erat Christi, ut docet Apostolus. Itaq; Christus tanto erat excellentior quàm Manna, quanto res ipsa signo præstat. At illi nihil aliud quàm uentrem spectabant. A

sed pater meus dat uobis panem illum uerè cœlestem.

ἀλλ' ὁ πατήρ μου δίδωσιν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὸν ἀληθινόν.

Panis uerus, Christus.

Panis enim ille Dei, is est qui de cœlo descēdit, & dat uitam mundo.

ὁ γὰρ ἄρτος τοῦ θεοῦ ἐστιν ὁ καταβαίνων ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ. 33

Venire ad Christum.

Dixerunt ergo ad eū: Domine, da nobis semper panem istum.

εἶπον οὖν πρὸς αὐτόν· κύριε, πάντοτε δὸς ἡμῖν τὸν ἄρτον τοῦτον. 34

Credere in Christum. Eccl. 24.e.29.

Dixit autem eis Iesus: Ego sum panis ille uitæ: qui uenit ad me, nequaquam esuriet: & qui credit in me, non sitiet unquam.

εἶπεν δὲ αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς· ὁ ἐρχόμενος πρός με, οὐ μὴ πεινάσῃ· καὶ ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, οὐ μὴ διψήσῃ πώποτε. 35

Sed dixi uobis quòd etiam uidistis me, nec creditis.

ἀλλ' εἶπον ὑμῖν, ὅτι καὶ ἑωράκατέ με, καὶ οὐ πιστεύετε. 36

Quicquid dat mihi Pater, ad me ueniet: & eū qui uenit ad me, non eijcio foras:

πᾶν ὃ δίδωσί μοι ὁ πατήρ, πρός ἐμὲ ἥξει· καὶ τὸν ἐρχόμενον πρός με, οὐ μὴ ἐκβάλω ἔξω· 37

Quia descendi è cœlo, ut faciam non uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me.

ὅτι καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμόν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με. 38 B

Fides à Deo. Voluntas Dei.

Hæc est autem uoluntas eius qui misit me, id est Patris, ut quicquid mihi dederit, nō perdam ex eo, sed suscitem illud in ultimo illo die.

τοῦτο δέ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με πατρός, ἵνα πᾶν ὃ δέδωκέ μοι, μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ, ἀλλὰ ἀναστήσω αὐτὸ ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. 39

Hæc est autem uoluntas eius qui misit me, ut omnis qui uidet Filium, & credit in eum, habeat uitam æternam: ego uerò suscitabo eum in ultimo illo die.

τοῦτο δέ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, ἵνα πᾶς ὁ θεωρῶν τὸν υἱὸν, καὶ πιστεύων εἰς αὐτὸν, ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον, καὶ ἀναστήσω αὐτὸν ἐγὼ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. 40

Vita.

Murmurabant ergo Iudæi de eo, quia dixerat: Ego sum panis ille qui è cœlo descendi.

ἐγόγγυζον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι περὶ αὐτοῦ, ὅτι εἶπεν· ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ καταβὰς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. 41

Scandalizātur in Christo. Matth. 13.g.55.

Et dicebāt: Nónne hic est Iesus, filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? quomodo ergo dicit iste: E cœlo descendi?

καὶ ἔλεγον· οὐχ οὗτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ υἱὸς Ἰωσήφ, οὗ ἡμεῖς οἴδαμεν τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα; πῶς οὖν λέγει οὗτος, ὅτι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκα; 42

Respōdit ergo Iesus, & dixit eis: Nolite murmurare inter uos.

ἀπεκρίθη οὖν ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· μὴ γογγύζετε μετ' ἀλλήλων. 43

Fides in Christum, à Patre est.

Nemo potest uenire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum: egō uerò suscitabo eum in ultimo illo die.

οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ πατὴρ ὁ πέμψας με, ἑλκύσῃ αὐτόν, κἀγὼ ἀναστήσω αὐτὸν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. 44

Esa. 54.c.13 Ierem. 31.i.33.

Est scriptum in prophetis: Et erunt

ἔστι γεγραμμένον ἐν τοῖς προφήταις, καὶ ἔσονται 45 C

35 Vitæ, ζωῆς: id est, uiuificum, seu uitalem, ex Hebræorum idiotismo toties iam à nobis annotato.

38 Non uoluntatem meam. ὁ τὸ θέλημα τὸ ἐμόν. Quomodo hoc fit intelligendum, expositum est suprà 5.d.21. Annotat etiam Nazianzenus concione περὶ υἱοῦ secunda, in huiusmodi dicendi generibus sæpe nihil poni, sed negari duntaxat omnia, ueluti, si dicas Christum non esse traditum in mortem propter sua peccata, sed propter nostra: nō tamen ponis ullum in Christo fuisse peccatum. Item quum dicit Paulus Tit. 3.a.5. nos non esse seruatos ex operib. iustis quæ nos fecerimus, sed ex Dei misericordia, non ponit ulla in nobis iusta opera, quibus nostra salus tanquā causa nitatur: quod exēplum citat Nazianzenus eo loco. Sic igitur negat Christus se uenisse ut uoluntatem suam faceret, id est propriam quandam uoluntatem à Patris uoluntate separatam, quam certè nullam habuit. Nam quæcunque in ipso fuit uoluntas, seu diuina seu humana, distincta quidem fuit in sese à Patris uoluntate: at non separata, sicut Iudæi imaginabantur: ut qui Christum non intelligerent esse ex Spiritu sancto conceptum, ideoq; ab omni peccati labe purum. Cæterùm in hoc uersiculo transposita est negans particula, ut etiam suprà uersu 32. Erasmus quoque τὸ θέλημά μου elegantius uertit, quod ego uolo. Idem tamen ab hac simplicitate loquendi non abhorruit Matthæi 7.c.21. & 12.d.49. 40 Qui uidet, ὁ θεωρῶν. Annotat Lactantius ex Trismegisto, θεωρίαν propriè dici diuinarum rerum contemplationem: quæ significatio haud scio an conueniat. Sed notandum est ex hoc loco, duplicem esse cognitionem Christi: unam uniuersalem, qua etiam præditi diaboli dicuntur credere, Iac. 2.d.19. alteram fidelium propriam, qua sibi applicant promissiones generales. Ideo quum dixisset Ioannes ἐ θεωρῶν, addit καὶ πιστεύων. 42 Non ne hic est Iesus, ἐχόντες ὅτιν ἐστὶν. In Vulgata editione omittitur nomen Iesus, quod tamen non uidetur sua carere emphasi. Ita enim indicant illi se eum optimè nosse, atq; adeò de ipso nomine, ut falli non possint. Cyrillus quoque & Chrysostomus ita legunt: quamuis hanc rationem non afferant.

45 In prophetis, ἐν προφήταις. Ita scriptum habebant omnes nostri codices, quamuis ex uno Esaia sit petitus hic locus. Sed facilis est hic nodus ad explicandum. Notum est enim Hebræos diuidere Vetus testamentum in tres ordines, uidelicet in תורה legem, נביאים prophetas, & כתובים scripta, siue hagiographa. Hic igitur citatur secunda sectio illa Veteris testamenti, cuius pars est Esaias.

Omnes

A πάντες διδακτοὶ τοῦ θεοῦ. πᾶς οὖν ὁ ἀκούσας παρὰ τοῦ πατρός, καὶ μαθὼν, ἔρχεται πρός με.

omnes docti à Deo. Quisquis ergo audiuit à Patre & didicit, uenit ad me. Doceri à Deo.

ὄχι τις τὸν πατέρα τις ἑώρακεν, εἰ μὴ ὁ ὢν παρὰ τοῦ θεοῦ, οὗτος ἑώρακε τὸν πατέρα. 46

Non quòd Patrem uiderit quisquam, nisi is qui est à Deo, hic uidit Patrem. Matth.11.d.27.

ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ἔχει ζωὴν αἰώνιον. 47

Amen dico uobis, qui credit in me, habet uitam æternam. Fides. Vita.

ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς. 48

Ego sum panis ille uitæ. Panis uitæ.

οἱ πατέρες ὑμῶν ἔφαγον τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἀπέθανον. 49

Patres uestri comederunt Manna in deserto, & mortui sunt: Exod.16.c.15.

οὗτός ἐστιν ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβαίνων, ἵνα τις ἐξ αὐτοῦ φάγῃ, καὶ μὴ ἀποθάνῃ. 50

Hic est panis ille qui è cœlo descendit, ut qui eo uescatur, non moriatur. Caro Christi.

ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς. ἐάν τις φάγῃ ἐκ τούτου τοῦ ἄρτου, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ὁ ἄρτος δὲ ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μού ἐστιν, ἣν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. 51

Ego sum panis uiuificus qui è cœlo descēdi: si quis ederit ex hoc pane, uiuet in æternum: panis autem quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi uita.

ἐμάχοντο οὖν πρὸς ἀλλήλους οἱ Ἰουδαῖοι, λέγοντες· πῶς δύναται οὗτος ἡμῖν δοῦναι τὴν σάρκα φαγεῖν; 52

Pugnabant ergo Iudæi alij aduersus alios, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnē *suam* dare ut uescamur?

εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. 51

B Dixit ergo eis Iesus: Amen amē dico uobis, nisi ederitis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habetis uitam in uobis.

Omnes, πάντες. Omnes scilicet filij Ecclesiæ, ut diserte additur Esaiæ 54. c.13. id est ordinati ad uitam, Act.13.g. 48. Nam ne omnes quidem audiunt, si de singulis accipias, nedum ut omnes accipiant credendi (ut uulgò dicunt sophistæ) possibilitatem. Qui ergo abutuntur hoc testimonio, ut tollant discrimen inter uasa honoris & uasa contumeliæ destinata, aut nimium imprudenter, aut admodum impudenter faciunt. Docti à Deo, διδακτοὶ τοῦ θεοῦ. Plus est διδακτὸν esse quàm μαθητὸν. multi enim discipuli discedunt, quia non didicerunt, ut infrà uersu 66. Is demū autem est διδάκτος, qui trahitur: cui scilicet datum est & audire & discere, id est per fidem uenire ad Filium, à quo nunquam ejicitur foras. Vulgata, docibiles Dei, barbarè & nimium obscurè. 46 Non quòd, οὐχ ὅτι. Hæc oratio planè uidetur mutila, qualia multa in communi ac populari sermone dicuntur. Est autem plena hæc sententia, Omnes qui audierunt à Patre & didicerunt, ueniunt ad me. Neq; tamen existimandum est quenquam Patrem uidisse, à quo scilicet audiat ac discat. Nam nemo uidit Patrem nisi unus Filius. Itaq; Pater non nisi per eum ipsum nos docet ad quem nos uocat. Qui est à Deo, ὁ ὢν παρὰ τοῦ θεοῦ. Quum hic agat de cognitione Dei, quam ait proprium esse Filio, non dubium est quin ex communi hominum sorte se eximat. Ideo scripsit noster Euangelista, Ficem missionem à Deo. ut infrà 7.d.19. Nam παρὰ ueluti cognationem & coniunctionem declarat, ut Marc.3. c.21. Quid enim Patri cōiunctius quàm filius? Sensim igitur Christus istos reuocat à contemptibili hominis specie ad contemplationem diuinæ naturæ cum homine coniunctæ: cuius tamen plenitudinem non in se ipso, sed in Patre ipsis proponit, ad illorum captum suam orationem accommodans. 47 Qui credit in me, ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ. Hic nescio quid uenerit in mentem Erasmo, ut contra suum morem uerteret, qui confidit mihi. Certè confidentia ea est quam πληροφορίαν uocat Paulus, & à fide non minus distinguenda est quàm effecta distinguuntur ab efficientibus causis. 50 Hic est, οὗτός ἐστιν. Antitheſis hæc sunt accipienda. Nam quum hoc dicit, seipsum commonstrat, ut etiam infrà uersu 58. 51 Viuificus, ὁ ζῶν: id est, qui uitam dat mundo, ut suprà exposuit, uersu 34. Itaque malui Viuificum interpretari quàm uiuum, aut Viuentem: quia ut aliquis uiuat, non tamen necessariò intelligitur hāc uitam alijs impartiri: qui uerò uiuificus est, idem etiam uiuat necesse est. Nam plus est ζωοποιοῦν quàm τρέφειν. Suprà tamen 4.b.10. ὕδωρ ζῶν aquam uiuam conuerti, ut seruaretur antithesis aquæ ex puteo haustæ. Ex hoc pane, ἐκ τούτου τοῦ ἄρτου. Hilarium annotat Erasmus libro de Trinitate 10. ita hunc locum citare, ut legisse uideatur ἐκ τοῦ ἄρτου μου, ex pane meo. Quod autem idem Erasmus panis appellatione doctrinam intelligit, in eo non possum illi assentiri, quum Christus ipse apertissimè declaret seipsum potius esse illum panem de quo hic agitur. imò nerò ne fructus quidem ipsos, quos ex Christo percipimus, puto panē dici. Quāuis enim non alium Christū agnoscam quàm eum qui uerbo Dei docetur: neq; aliunde petam sapientiā, iusticiā, sanctificationem, redemptionē, quàm à Christo: tamen Christū ipsum & à doctrina & à symbolis atque adeò à suis donis ac beneficijs distinguo. Agi autē hic de ipsa Christi substantia, cuius nos oporteat per fidem fieri participes, apertius esse puto quàm ut quisquā inficiētur qui hanc cōcionem attentè legerit. 53 Non habetis, οὐκ ἔχετε. Quidā conuertunt, habebitis, ut Matth.16.a.11. Sed mihi quidē uidetur maxima esse emphasis temporis præsentis. Nam si futurum usurpasset, uideri poterat Christus nō dare uitā, sed duntaxat conseruare: quasi dixisset, uitā deinceps nō habituros, id est amissuros. At quū dicit eos uitam non habere in se, id est eos non uiuere, qui Filiū hominis non possideant: intelligimus Christū esse uitę authorem: siquidem eius præsentiam uita comitatur: & ubi nō est, ibi mors regnat. Non est ergo temporis catachresis, ut Erasmus existimauit. Cęterùm in uno codice uetusto mirum quiddam deprehendimus. nam post τὸν αὐτῷ, qui est finis uersiculi 56. adscripta hæc erant, καθὼς ἐγὼ ἐμοὶ ὁ πατὴρ, οὕτως ἐγὼ τῷ πατρὶ. ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὃς ἐὰν μὴ λάβῃ τὸ σῶμα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, οὐκ ἔχει ζωὴν ἐν αὐτῷ: id est, sicut me Pater est, ita & ego in Patre. Amen amē dico uobis, nisi acceperitis corpus Filij hominis ut panem uitę, non habetis uitam in ipso. Hæc ego sicut temerè non expunxerim, ac præsertim priorem partem, quæ totidem uerbis alibi repetitur: ita nō facilè admiserim, quum in uno illo exemplari sint à nobis reperta. Certè alterā partem suppositam esse suspicor, quia simile nihil alibi inuenio. Neq; enim usquam fit mentio sumendi corporis, præterito sanguine: & exemplar illud unde hæc desumpsimus, fuerat in Italia collatum, ubi facilè fuit aliquid subijcere in Boëmorum, id est Euangelij, odium.

Manducare carnem Christi, & bibere eius sanguinem. 1.Cor.11.f.27.

Qui edit carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam: & ego suscitabo eum in ultimo illo die.

54 ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἔχει ζωὴν αἰώνιον, καὶ ἐγὼ ἀναστήσω αὐτὸν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. A

Caro enim mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus

55 ἡ γὰρ σάρξ μου ἀληθῶς ἐστι βρῶσις, καὶ τὸ αἷμά μου ἀληθῶς ἐστι πόσις.

Qui edit meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in ipso.

56 ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ.

Sicut misit me Viuens ille pater, & ego uiuo per Patrem: ita & qui ederit me, uiuet ipse quoque per me.

57 καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν πατὴρ, κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν πατέρα· καὶ ὁ τρώγων με, κἀκεῖνος ζήσει δι' ἐμέ.

Hic est panis ille qui de cœlo descēdit: nō sicut comederunt patres uestri manna, & mortui sunt: qui ederit hunc panem, uiuet in æternum.

58 οὗτός ἐστιν ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, οὐ καθὼς ἔφαγον οἱ πατέρες ὑμῶν τὸ μάννα, καὶ ἀπέθανον· ὁ τρώγων τοῦτον τὸν ἄρτον, ζήσει εἰς τὸν αἰῶνα.

Hæc dixit in synagoga docens, in Capernaum.

59 ταῦτα εἶπεν ἐν συναγωγῇ διδάσκων ἐν Καπερναούμ.

Multi ergo ex discipulis eius his auditis dixerunt: Durus est hic sermo: quis potest eum audire?

60 πολλοὶ οὖν ἀκούσαντες ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, εἶπον· σκληρός ἐστιν οὗτος ὁ λόγος, τίς δύναται αὐτοῦ ἀκούειν;

Sciens autem Iesus apud se quòd murmurarent de hoc discipuli ipsius, dixit eis: Hoc uos offendit?

Scandalum.

61 εἰδὼς δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐν ἑαυτῷ, ὅτι γογγύζουσι περὶ τούτου οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς· τοῦτο ὑμᾶς σκανδαλίζει; B

Quid igitur si spectaretis Filium hominis ascēdentem eò ubi erat prius?

Supra 3.b.13.

62 ἐὰν οὖν θεωρῆτε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἀναβαίνοντα ὅπου ἦν τὸ πρότερον.

Spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicquam. uerba quæ ego loquor uobis, spiritus sunt, & uita sunt.

Spiritus Caro. Fides.

63 τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν, ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν. τὰ ῥήματα ἃ ἐγὼ λελάληκα ὑμῖν, πνεῦμά ἐστι, καὶ ζωή ἐστιν.

Sed sunt quidam ex uobis qui non credunt. Nouerat enim à principio Iesus qui essent ij

64 ἀλλ' εἰσὶν ἐξ ὑμῶν τινες, οἳ οὐ πιστεύουσιν. ᾔδει γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὁ Ἰησοῦς, τίνες εἰσὶν

57 Viuens ille Pater, ὁ ζῶν πατήρ. Articulū neglexit Vetus interpres, & Erasmus quoq; minimè tamen ociosum hoc loco. Quum enim ostendere uellet Christus, unde manaret uita illa perennis, quam suis impertitur, auditores suo more relegat ad Patrem, à quo significat se, quatenus scilicet homo est missus à Patre, uim istam uiuificam accepisse. Ergo primo loco distinguendus fuit Pater à cæteris patribus: quod quidē factum est addito Viuentis epitheto, quod propriè uni Deo æterno & immutabili conuenit. Pendet autem hæc distinctio ab articulo. Et ego uiuo, κἀγὼ ζῶ. Particula כן, id est ita, in accommodatione cōparationis sæpe deest apud Hebræos, ut alibi annotauimus. Eam igitur nonnulli hoc loco supplentes, conuerterunt, ita & ego uiuo. Atqui si hæc esset altera pars collationis, dicendū fuerat potius. Sicut uiuit Pater qui me misit, ita & ego uiuo: quemadmodū etiam quidā nuper ausus est interpretari. Ego uerò id facere nō ausim. sequor igitur Cyrillum, qui alteram partem collationis differt in proximum mēbrum, ut sit hæc sentētia: Miramini quòd carni meæ ac sanguini, id est, mihi qui homo sum, uim istā uiuificādi tribuam, adeò ut extra me uita nulla sit? missus sum à Patre, qui fons est uitæ, atq; adeò uita ipsa, neq; alia est uita mea quàm Patris. quid mirum est igitur, si quēadmodum Pater meus uita est, & me uiuificat, ita & ego eadem ui polleā erga eos in quibus habito? Neq; enim duntaxat sum profectus à Patre, sed ab eo sum missus: cui tandem rei? nempe uiuificandis aliis, sicut ille me uiuificauit. Per patrem, διὰ τὸν πατέρα Vulg. & Eras. propter Patrē. Sed & Cyrillus diserte annotat, significari æternā duntaxat Filij generationem, ut διὰ τὸν πατέρα non declaret, quia uitam à Patre recipiat, sed propterea quòd naturaliter ex Viuente Patre sit genitus. Sic enim uir iste non minus doctus quàm pius diuinitatis Christi assertor, respondendum putauit illis qui aburentes hoc testimonio, Christum Deum faciebant Patre minorem. At ego (quod ueterum pace dixerim) in ea sum opinione, ut Christum credam de se ut homine loqui: quod tota cōcionis series ostendit, & crebra illa carnis ac sanguinis repetitio. Deinde ratio antithesis poscit ut διὰ τὸν πατέρα, non aliter interpreteris, quàm δι' ἐμέ, quod proximè sequitur. Sed & res ipsa clamat, huc pertinere totam hanc concionem, non ut sciamus nos propter Christum uiuere, sed ut cognoscamus nos per Christum uiuere: id est, ab uno Christo uitam æternam haurire, si fide ipsum amplectamur. Itaq; non dubito quin διὰ τὸν πατέρα positum sit pro διὰ τὸ πατέρα, ut δι' ἐμέ pro δι' ἐμοῦ. Nam, ut obiter hunc locum explicem, alioqui satis difficilem, Christus significat se, quamuis homo esset, tamen uiuificam carnem habere, non ex ipsa carnis natura per se, sed quia caro illa sua per Patrem uiuebat: id est, uim illam uiuificam à Patre hauriebat, à quo missa erat, ex eius scilicet Spiritu concepta, & in seruandis fidelibus destinata. At enim dices, Ista carnis Christi uiuificatio à natura diuina oriebatur ipsi unita, non autem simpliciter à Patris persona, sed κατὰ τι, quatenus scilicet Filius, unus Deus est cum Patre ac Spiritu sancto. Fateor quidem ita esse. sed (ut sæpe iam repetij) Christus, quamuis diuinam suam naturam simpliciter non declaret, Iudæorum scilicet ruditati hoc condonans, omniaq; Patri referat accepta, reipsa tamen se Deum pronūciat, quum Deum Patrem uocat, quum se è cœlo descendisse, se uitā quam à Patre acceperit, ita habere in semetipso dicit, ut ille in semetipso habet: id est, minimè extrinsecam, aut κατὰ συμβεβηκὸς, sed ita aduentitiam, quod ad carnem attinet, ut naturaliter tamen intus sit, & suapte ui sit efficax. quod uno uerbo absoluit Paulus, quum diceret plenitudinem deitatis in Christo corporaliter habitare. Hæc autem qui cognouerit, facilè intelliget quid illud sit quod inquit paulo pòst, Carnem non prodesse quicquam, sed Spiritū eum esse qui uiuificet: & quàm parum appositè nonnulli eum locum sint interpretati. Spiritus enim uim illam declarat à Deo manantem: quæ facit ut caro Christi, quæ alioqui per se nihil esset quàm caro, & in se & in nobis sit uiuifica.

64 Qui

A οἱ μὴ πιστεύοντες, καὶ τίς ὁ παραδώσων αὐτόν.

καὶ ἔλεγε· διὰ τοῦτο εἴρηκα ὑμῖν, ὅτι οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ἦ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ πατρός μου.

ἐκ τούτου πολλοὶ ἀπῆλθον τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ οὐκέτι μετ' αὐτοῦ περιεπάτουν.

εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς τοῖς δώδεκα· μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε ὑπάγειν;

ἀπεκρίθη οὖν αὐτῷ Σίμων Πέτρος· κύριε, πρὸς τίνα ἀπελευσόμεθα; ῥήματα ζωῆς αἰωνίου ἔχεις·

καὶ ἡμεῖς πεπιστεύκαμεν καὶ ἐγνώκαμεν, ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος.

ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· οὐκ ἐγὼ ὑμᾶς τοὺς δώδεκα ἐξελεξάμην, καὶ ἐξ ὑμῶν εἷς διάβολός ἐστιν;

ἔλεγε δὲ τὸν Ἰούδαν Σίμωνος Ἰσκαριώτου· οὗτος γὰρ ἤμελλεν αὐτὸν παραδιδόναι, εἷς ὢν ἐκ τῶν δώδεκα.

qui non credebant, & quis proditurus esset ipsum.

Et dicebat: Propterea dixi uobis quòd nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo.

Ex eò multi discipulorum eius pedem retulerunt: nec amplius cum eo uersabantur.

Dixit ergo Iesus duodecim illis: Num & uos uultis abire?

Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? uerba uitæ æternæ habes:

Et nos credimus & cognouimus quòd tu es Christus, ille filius Dei uiuentis.

Respondit eis Iesus: Nónne ego uos duodecim elegi, & unus ex uobis est diabolus?

Loquebatur autem de Iuda Simonis filio Iscariota: futurus enim erat ut hic proderet eum, quum esset unus ex illis duodecim.

Discipuli scandalizati, recedunt à Christo.

Verba uitæ.

Confessio Apostolorum.

Matth. 16. c. 16.

Diabolus Iudas.

ΚΕΦ. ζ'.

CAP. VII.

B Καὶ περιεπάτει ὁ Ἰησοῦς μετὰ ταῦτα ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ· οὐ γὰρ ἤθελεν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ περιπατεῖν, ὅτι ἐζήτουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι.

ἦν δὲ ἐγγὺς ἡ ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων ἡ σκηνοπηγία.

εἶπον οὖν πρὸς αὐτὸν οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, μετάβηθι ἐντεῦθεν καὶ ὕπαγε εἰς τὴν Ἰουδαίαν, ἵνα καὶ οἱ μαθηταί σου θεωρήσωσι τὰ ἔργα σου ἃ ποιεῖς·

οὐδεὶς γάρ τι ἐν κρυπτῷ ποιεῖ, καὶ ζητεῖ αὐτὸς ἐν παρρησίᾳ εἶναι. εἰ ταῦτα ποιεῖς, φανέρωσον σεαυτὸν τῷ κόσμῳ.

οὐδὲ γὰρ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ ἐπίστευον εἰς αὐτόν.

λέγει οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, ὁ καιρὸς ὁ ἐμὸς οὔπω πάρεστιν· ὁ δὲ καιρὸς ὁ ὑμέτερος πάντοτέ ἐστιν ἕτοιμος.

οὐ δύναται ὁ κόσμος μισεῖν ὑμᾶς· ἐμὲ δὲ μισεῖ, ὅτι ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ αὐτοῦ, ὅτι τὰ ἔργα αὐτοῦ πονηρά ἐστιν.

ὑμεῖς ἀνάβητε εἰς τὴν ἑορτήν· ταύτην ἐγὼ οὔπω ἀναβαίνω εἰς τὴν ἑορτὴν ταύτην, ὅτι ὁ καιρὸς C ὁ ἐμὸς οὔπω πεπλήρωται.

VErsabatur autē Iesus post hæc in Galilæa: non enim uolebat in Iudæa uersari, quia quærebant eum Iudæi interficere.

Propè autem erat festum Iudæorum Scenopegia.

Dixerunt igitur ad eum fratres eius: Digredere hinc, & uade in Iudæam, ut & discipuli tui uideant opera tua quæ facis.

Nemo enim in occulto facit aliquid, & quærit ipse celebris esse. si hæc facis, manifesta teipsum mundo.

Nam ne fratres quidē eius credebāt in eum.

Dicit ergo eis Iesus: Tempus meum nōdum adest: tempus autem uestrum semper est paratum.

Non potest mundus odisse uos: me autem odit, quia ego testor de eo quòd opera eius mala sint.

Vos ascendite ad festum hoc: ego nondum ascendo ad hoc festum: quia meum tempus nōdum impletum est.

Iesus fugit Iudæos homicidas.

Scenopegia. Leuit. 23. f. 34.

Affines Christi infideles.

Christus quare odio habitus.

64. Qui non credebāt, *οἱ μὴ πιστεύοντες*. In uno codice scriptum erat *οἱ πιστεύοντες*, qui credebant, & ita legit Cyrilli interpres, & Chrysostomi quoq;. 66 Pedem retulerunt, *ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω*. Vulgata ad uerbum, abierunt retro. Erasmus, desciuerūt, eo relicto. Ego studui non tam procul recedere à Græcis, quin ipsam formulam translaticiè saltem exprimerem. Nam quod hic philosophatur Chrysostomus, allegoricum est, nec satis (ut opinor) accommodatum. 67 Duodecim illis, *τοῖς δώδεκα*. Hic omnino uidetur fuisse exprimendus articulus, quia istos duodecim opponit reliquis, tanquam selectos. Sic etiam infrà uersu 71. 70 Non ne ego, *οὐκ ἐγώ*: id est, Ego certè. Solent enim Hebræi in huiusmodi affirmationibus adhibere interrogationem.

IN CAPVT VII.

1 Versabatur, *περιεπάτει*: id est, *διέτριβεν*. Sic etiam accipitur suprà 6. g. 66. & in hoc eodem uersiculo. Non enim uolebat, *οὐ θέλων*. Sic habebant omnes nostri codices. Apparet tamen Chrysostomum legisse *οὐκ ἠδύνατο*, uel *οὐκ ἦν ἐξὸν αὐτῷ*, id est, non poterat, sicut rectè obseruauit Erasmus. Sic quoq; uidetur legisse Augustinus. De Cyrillo nihil certi possum ex ipsius interpretatione colligere. sed utcunq; fit, eadem manet sententia. Nam idcirco non poterat, quia nolebat: ut diximus Marc. 6. a. 5. quam speciem *ἀδυνασίας* Nazianzenus *ἀδυναστίαν* appellat. 2 Scenopegia, *σκηνοπηγία*. Sic dicitur à Græcis hoc festum à figendis tabernaculis, ab Hebræis חג הסוכות, quòd sub tabernaculis totos septem dies agerent, ex Domini mandato, Leuit. cap. 23. Itaq; miserabilis est eorum insciti a qui Scenophagia legunt & interpretantur. Cæterùm qui de hac re uolet multas nugas audire, legat Plutarchum libro *συμποσιακῶν δ. κεφ. ι.* 4 Celebris, *ἐν παῤῥησίᾳ*. Ad uerbum, cum celebritate. Nam *παῤῥησία* quum propriè declaret publicam ac ingenuam loquendi libertatem, passiuè hic uidetur accipi: ut is dicatur esse *ἐν παῤῥησίᾳ*, qui publicè omnium sermonibus celebratur. Sed & aliter licebit interpretari. *ἵνα ἐν παῤῥησίᾳ*, haberi pro eo qui liberè & ingenuè dicat quod res est. quod de Christo profitentur ipsi eius aduersarij, Matth. 22. b. 16. Vulg. in palàm, quia scilicet *παῤῥησία* interdū aduerbialiter accipitur pro *φανερῶς*, ut Marc. 8. d. 32. & infrà uersu 11. 8 Ego nondum ascendo, *ἐγὼ οὔπω ἀναβαίνω*. In uno codice deerat totum hoc membrum, *ἐγὼ οὔπω ἀναβαίνω εἰς τὴν ἑορτὴν ταύτην*: in quibusdam uerò non

uerò non legitur τούτῳ. Ego hanc uarietatẽ lectionũ inde ortam suspicor, quòd in nonnullis codicib. scriptũ erat, ἐγὼ οὐκ ἀναβαίνω, ego non ascẽdo. quam lectionẽ sequitur etiam Cyrillus. Theophylactus uidetur nescio quid diuersum legisse. Nam in ipsius Romano exẽplari uitiosè scriptũ esse puto ὅτι. Quia igitur Christus paulo pòst ad festũ profectus est, multi in hoc explicando nodo se torserunt. Cyrillus ita hæc conciliat, ut Iesum dicat nõ ascendisse ut festum ageret, sed ut Iudæos moneret. Alij expunxerunt τούτῳ, quasi ita imposuerit cognatis, non designato festo ad quod se non uenturum diceret. Nonnulli etiam totum hoc membrum ut adulterinum reiecerunt. Ego uerò, ut meum quoq; symbolum conferam, nisi in pleriscp, id est in quindecim uetustis Stephani nostri codicibus scriptum reperissem ἕως, quam lectionem disertè etiam approbat Chrysostomus, sanè legendum censerem, ἐγὼ οὐκ ἀναβαίνω, ego non ascendo, & ita quidem ut seruetur propria præsentis significatio. Nam qui dicit, Nondum ascendo, occasionẽ præbet auditori quærendi, quando igitur sit ascensurus. quod non uidẽtur fuisse prætermissuri isti qui Christo tantopere instabant. Qui uerò dicit, Non ascendo, non planè negat se ascensurum, sed significat sibi nondũ esse constitutum an sit ascensurus nec ne. quæ interpretatio nullum locum relinquit inconstantiæ aut simulationi, nedum mendacio: à quibus uitijs scimus Christum longissimè abfuisse. Cæterum qui nam hic uocentur Christi fratres, uideo inter ueteres nõ constare. Alij enim fratres Christi hos fuisse uolunt ἐξαπατηθέντες, Iosephi scilicet ex alia uxore filios: quod in primis tradit Epiphanius: alij uerò duntaxat cognatos intelligunt, ex Hebræorum idiotismo omnibus noto. quorum opinionẽ potius amplector, ut qui uideã ueteres in illis tradẽdis inter se non conuenire.

Hæc aũt quum dixisset eis, mansit in Galilæa. 9 ταῦτα εἰπὼν αὐτὸς ἔμεινεν ἐν τῇ γαλιλαίᾳ.

Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad festum, non manifestè, sed uelut in occulto. 10 ὡς δὲ ἀνέβησαν οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, τότε καὶ αὐτὸς ἀνέβη εἰς τὴν ἑορτὴν, οὐ φανερῶς, ἀλλ' ὡς ἐν κρυπτῷ.

Iudæi ergo quærebant eum in festo, & dicebant: Vbi est ille? 11 οἱ οὖν Ἰουδαῖοι ἐζήτουν αὐτὸν ἐν τῇ ἑορτῇ, καὶ ἔλεγον, ποῦ ἐστιν ἐκεῖνος;

Iudicium populi de Christo.

Et murmur multum erat in turba de eo: alij quidem dicebant: Vir bonus est: alij autem dicebant: Non, sed seducit turbam. 12 καὶ γογγυσμὸς πολὺς περὶ αὐτοῦ ἦν ἐν τοῖς ὄχλοις· οἱ μὲν ἔλεγον ὅτι ἀγαθός ἐστιν· ἄλλοι ἔλεγον· οὔ, ἀλλὰ πλανᾷ τὸν ὄχλον. B

Nullus tamen palàm loquebatur de eo, propter metum Iudæorum. 13 οὐδεὶς μέντοι παρρησίᾳ ἐλάλει περὶ αὐτοῦ, διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων.

Christus docet.

Festo autem *die* iam dimidio, ascendit Iesus in templum, ac docebat. 14 ἤδη δὲ τῆς ἑορτῆς μεσούσης ἀνέβη ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ ἐδίδασκε.

Et mirabantur Iudæi, dicentes: Quomodo iste literas nouit, quum non didicerit? 15 καὶ ἐθαύμαζον οἱ Ἰουδαῖοι, λέγοντες· πῶς οὗτος γράμματα οἶδε, μὴ μεμαθηκώς;

Christus Patri omnia tribuit.

Respondit eis Iesus & dixit: Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. 16 ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν· ἡ ἐμὴ διδαχὴ οὐκ ἔστιν ἐμὴ, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με.

Si quis uoluerit uoluntatem eius facere, cognoscet de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego à meipso loquar. 17 ἐάν τις θέλῃ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιεῖν, γνώσεται περὶ τῆς διδαχῆς, πότερον ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστιν, ἢ ἐγὼ ἀπ' ἐμαυτοῦ λαλῶ.

Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam eius qui misit ipsum, hic uerax est, & iniusticia in eo non est. 18 ὁ ἀφ' ἑαυτοῦ λαλῶν, τὴν δόξαν τὴν ἰδίαν ζητεῖ· ὁ δὲ ζητῶν τὴν δόξαν τοῦ πέμψαντος αὐτόν, οὗτος ἀληθής ἐστι, καὶ ἀδικία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν.

Exod. 24.2.3. Supra 5.c.16.

Nónne Moses dedit uobis Legem, & *tamen* nemo ex uobis factis præstat Legem: quid me quæritis trucidare? 19 οὐ Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὸν νόμον, καὶ οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν ποιεῖ τὸν νόμον; τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι;

C

Blasphemia.

Respõdit turba, & dixit: Dæmonium habes: quis te quærit trucidare? 20 ἀπεκρίθη ὁ ὄχλος, καὶ εἶπε· δαιμόνιον ἔχεις· τίς σε ζητεῖ ἀποκτεῖναι;

Respondit Iesus, & dixit eis: Vnum opus feci, & omnes miramini. 21 ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ἓν ἔργον ἐποίησα, καὶ πάντες θαυμάζετε.

In sabbatho licet bene operari. Leuit.12.2.3. Gen.17.b.10.

Attamen Moses dedit uobis Circuncisionẽ (non quòd ex Mose sit, sed *quia* ex Patribus,) & sabbatho circuncidítis hominem. 22 διὰ τοῦτο Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὴν περιτομὴν, (οὐχ ὅτι ἐκ τοῦ Μωσέως ἐστὶν, ἀλλ' ἐκ τῶν πατέρων,) καὶ ἐν σαββάτῳ περιτέμνετε ἄνθρωπον.

13 Palàm, παῤῥησίᾳ, uel, liberè, ex quo intelligimus Iudæorum principes nihil magis optasse quàm sepeliri eius famam. Hi sunt enim quos uocat Iudæos, opponens scilicet Galilæis, & rudi uulgo qui ad festum conuenerat.

16 Non est mea, οὐκ ἔστιν ἐμὴ: id est, mihi non est laboribus quæsita & ex doctorum disciplina, sed data mihi diuinitus à Patre. quam uulgò scientiam infusam uocant: quod Platoni præbuit occasionem comminiscendæ illius ἀναμνήσεως: tantopere à nonnullis Platonicis potius quàm Christianis celebratę. Loquitur ergo Christus non simpliciter, sed ex Iudæorum hypothesi, ut diximus suprà 5.d.22. 19 Factis præstat, ποιεῖ. Vulgata ad uerbum, facit. Sed Erasmus rectè quæsiuit periphrasin. Nam facere etiam dicitur Legem, qui Legem imponit, non tamen apud Hebræos. 22 Attamen, διὰ τοῦτο. Vel, Atqui. Vulgata & Erasmus, Propterea. Itaq; hic locus multos exercuit, dum quęrunt cuius rei asseratur ratio: neq; sanè adhuc inueni qui meo iudicio satis idoneam interpretationem afferret illius lectionis. Nam Chrysostomus non attingit. alij quoq; multi transiliunt. Cyrillus obscurè refert ad id quod sequitur, Circuncisionẽ non esse ex Mose, sed ex Patribus, quum hoc sit extra causæ statum, & dicti tantùm correctio. Non desunt qui legant διὰ τί, repugnante prorsus Græca constructione. alij etiam aliud asserũt. Mihi uerò in primis placet perturbatã esse distinctionẽ, & διὰ τοῦτο esse superiori uersiculo adiungendũ, ut legamus οὐ παύσετε θαυμάζοντες διὰ τοῦτο: id est, & oẽs de eo [uel, propterea] admiramini: deinde sequatur, μωσῆς δέδωκε, Moses dedit, &c.

Hæc

A Hæc coniectura pridem mihi in mentem uenerat, quum ecce in Theophylacto Romano disertè ita scriptum & distinctum hunc locum inuenio: quæ res in ea cõiectura magnopere me confirmauit, quum præsertim similis constructio uerbi διαμάχομαι occurrat Marc. 6. a. 6. Nihil tamen uolui in recepta lectione mutare, quum alia ratione possit etiam perspicuus sensus elici, nempe si διὰ τοῦτο accipiamus non tanquam illatiuam particulam quam uocant (id est quæ ex præcedentibus aliquid colligi ostendat) sed pro aduersatiua, Atqui, Attamen, uel Sed tamen, sicut nos conuertimus. Nam constat inchoari argumentum quo superiora conuellantur. Est autèm hæc significatio petenda ex Hebræorum idiotismo, apud quos לכן, quum propriè significet διὰ τοῦτο, seu διὰ uel διότι, id est Ideo, uel Idcirco: interdum tamen accipitur pro Atqui & Attamen, ut Genes. 4. c. 15. & Osee 2. c. 14. ubi quum Dominus adulteræ uoris scelera commemorasset, & multa esset illi comminatus, statim subijcit, Attamen ego blanditijs allicia eam. qui locus uidetur non satis fideliter adhuc fuisse expressus.

εἰ περιτομὴν λαμβάνει ἄνθρωπος ἐν σαββάτῳ, ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νόμος μωσέως, ἐμοὶ χολᾶτε, ὅτι ὅλον ἄνθρωπον ὑγιῆ ἐποίησα ἐν σαββάτῳ; 23 Si circuncisionem accipit homo sabbatho, ut non soluatur Lex Mosis, mihi indignamini quòd totum hominem sanũ fecerim sabbatho?

μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν, ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνατε. 24 Ne iudicetis secundum speciem, sed iusto iudicio iudicate. *Iudicare. Deut. 1. c. 18.*

ἔλεγον οὖν τινες ἐκ τῶν ἱεροσολυμιτῶν, οὐχ οὗτός ἐστιν, ὃν ζητοῦσιν ἀποκτεῖναι; 25 Dicebant ergo quidam ex Ierosolymitanis, Nónne hic est quem quærunt trucidare?

καὶ ἴδε παρρησίᾳ λαλεῖ, καὶ οὐδὲν αὐτῷ λέγουσιν· μήποτε ἀληθῶς ἔγνωσαν οἱ ἄρχοντες, ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ χριστός; 26 At ecce palàm loquitur, & nihil ei dicunt: nũ uerè cognouerunt principes quòd hic uerè est Christus ille?

ἀλλὰ τοῦτον οἴδαμεν πόθεν ἐστίν· ὁ δὲ χριστὸς ὅταν ἔρχηται, οὐδεὶς γινώσκει πόθεν ἐστίν. 27 Sed nouimus unde hic sit: quum autem uenerit Christus, nemo cogniturus est unde sit.

ἔκραξεν οὖν ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων ὁ ἰησοῦς, καὶ λέγων· κἀμὲ οἴδατε, καὶ οἴδατε πόθεν εἰμί· καὶ ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλήλυθα, ἀλλ' ἔστιν ἀληθινὸς ὁ πέμψας με, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. 28 Clamabat ergo Iesus in templo, docens ac dicens: Et me nostis, & unde sim nostis, & à meipso non ueni, sed est uerax qui misit me, quem uos non nostis.

ἐγὼ δὲ οἶδα αὐτόν, ὅτι παρ' αὐτοῦ εἰμι, κἀκεῖνός με ἀπέστειλεν. 29 Ego uerò noui eum, quia ab ipso sum, & ille me misit.

ἐζήτουν οὖν αὐτὸν πιάσαι· καὶ οὐδεὶς ἐπέβαλεν ἐπ' αὐτὸν τὴν χεῖρα, ὅτι οὔπω ἐληλύθει ἡ ὥρα αὐτοῦ. 30 Quærebant ergo eum prehendere: sed nemo iniecit in eum manum, quia nondum uenerat hora eius. *Hora.*

πολλοὶ δὲ ἐκ τοῦ ὄχλου ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν, καὶ ἔλεγον· ὅτι ὁ χριστὸς ὅταν ἔλθῃ, μὴ τι πλείονα σημεῖα τούτων ποιήσει, ὧν οὗτος ἐποίησεν; 31 Ex turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Christus, quũ uenerit, num signa plura edet ijs quæ hic edidit? *Credunt multi de turba.*

ἤκουσαν οἱ φαρισαῖοι τοῦ γογγύζοντος ὄχλου περὶ αὐτοῦ ταῦτα, καὶ ἀπέστειλαν οἱ φαρισαῖοι καὶ οἱ ἀρχιερεῖς ὑπηρέτας, ἵνα πιάσωσιν αὐτόν. 32 Audierunt Pharisæi turbam hæc murmurantem de eo, & miserunt Pharisæi ac principes sacerdotum ministros ut prehenderent eum. *Sacerdotes iubent Christum comprehendi.*

εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς· ἔτι μικρὸν χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με. 33 Dixit ergo eis Iesus: Adhuc pauliſper ero uobiscum, deinde abibo ad eum qui me misit.

ζητήσετέ με, καὶ οὐχ εὑρήσετε· καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν. 34 Quæretis me, nec inuenietis: & ubi ego ero, eò uos non poteritis uenire. *Infrà 13. d. 33.*

C εἶπον οὖν οἱ ἰουδαῖοι πρὸς ἑαυτούς· ποῦ οὗτος 35 Dixerũt ergo Iudæi inter sese: Quò futurum

23 Lex Mosis, ὁ νόμος μωσέως: id est, si Lex Circuncisionis à Mose data tanti fit apud uos, ut non dubitetis etiam sabbatho circuncidere hominem, num meritò apud uos reprehendor, quòd hominem totum sanarim sabbatho? Vera igitur & germana est hæc distinctio, quam etiam sequutum esse Epiphanium apparet ex ijs quæ scripsit hæres. ἰβιωναίων, non procul à fine. Cyrillus tamen existimat ista aliter collocanda, hoc modo scilicet: Si Circuncisionem accipit homo sabbatho, mihi indignamini quòd totum hominem sanum fecerim sabbatho, ut non soluatur Lex Mosis: quæ distinctio postea coegit illum nescio quid cõminisci de curatione uulneris Circuncisionis, quæ opponatur hominis curationi. Sed quorsum hæc? Fefellit aũt illum hoc unum, quòd putauit Legem Mosis uocari Legẽ sabbathi, quum agatur de Lege Circuncisionis. quæ quomodo & quatenus dicatur Lex Mosis, superiore uersiculo exposuit. 24 Secundum speciem, κατ' ὄψιν: id est, ex eo quod præ me fero. Videor enim nihil aliud esse quàm Galilæus, uilis & contempti fabri filius: sed spectate attentius rem ipsam, & ex fructibus arborem æstimate. ὄψις igitur uocat idipsum quod fæpe πρόσωπον alibi dicitur: unde προσωπολημψία, quæ iusto iudicio opponitur, ut diximus Marc. 12. b. 14. Vulgata & Eraſmus, aſpectum interpretantur. Sed hoc est potius quòd Latini simili prorsus ratione speciem uocant. 27 Cognituri est, γινώσκειν. Vulg. & Eraſ scit: quum manifesta sit temporis enallage, de qua diximus Luc. 1. d. 24. 29 Ego uerò noui eum, ἐγὼ δὲ οἶδα αὐτόν. In quibusdam Vulgatæ editionis codicibus excusis sic legitur hic uersiculus, Ego scio eum: si dixero quia nescio eum, ero similis uobis, mendax. Id est, ἐγὼ οἶδα αὐτὸν, καὶ ἐὰν εἴπω ὅτι οὐκ οἶδα αὐτὸν, ὅμοιος ὑμῖν ἔσομαι ψεύστης. Sed hæc omnia ex margine irrepserunt in contextum, nec in scriptis codicibus Latinis leguntur, suntq; petita ex cap. 8. g. 54. ut Eraſmus rectè annotauit. Ab ipso sum, παρ' αὐτοῦ εἰμι. Hic manifestè distinguitur, à Patre esse, & à Patre missum esse: quod annotauimus suprà 6. c. 45. nisi placet hoc posterius accipere pro illius epexegesi. 30 Prehendere, πιάσαι. Hoc uocabulo uti solet Ioannes pro eo quod reliqui Euangelistæ usurpant κρατεῖν. Dicitur autem propriè de ijs quos fugientes arripimus, ut & Prehendere apud Latinos, manu scilicet iniecta. 33 Ero, εἰμί. Sic ὑπάγω pro ὑπάξω, & iterum εἰμὶ pro ἔσομαι, & δύνασθαι pro δυνήσεσθαι.

35 Vt, ἵνα.

est ut iste proficiscatur, ut nos non inueniamus eum? num ad dispersos Græcos iturus est, & docturus Gentes?

Gentes.

Quis est hic sermo quem dixit: Quæretis me, & non inuenietis: & ubi ego ero, eò uos non poteritis uenire?

Quis est hic sermo quem dixit: Quæretis me, & non inuenietis: & ubi ego ero, eò uos non poteritis uenire?

Leu.23.f.36.

In ultimo autem die illo magno festi stetit Iesus, & clamabat, dicens: Si quis sitit, ueniat ad me, & bibat.

In ultimo autem die illo magno festi stetit Iesus, & clamabat, dicens: Si quis sitit, ueniat ad me, & bibat.

Fides.
Deut.18.c.15.

Qui credit in me, sicut dixit Scriptura, flumina aquæ uiuæ fluent ex uentre eius.

Qui credit in me, sicut dixit Scriptura, flumina aquæ uiuæ fluent ex uentre eius.

Spiritus sanctus.
Ioel.2.g.28.
Act.2.c.17.

(Hoc autē dixit de Spiritu quē accepturi erāt credentes in ipsum: nondum enim erat Spiritus sanctus, quia Iesus nondum erat glorificatus.)

(Hoc autē dixit de Spiritu quē accepturi erāt credentes in ipsum: nondum enim erat Spiritus sanctus, quia Iesus nondum erat glorificatus.)

Multi ergo è turba quum audissent hunc sermonem, dicebant: Verè hic est Propheta ille.

Multi ergo è turba quum audissent hunc sermonem, dicebant: Verè hic est Propheta ille.

Dissensio in turba ob Christum.

Alij dicebant: Hic est Christus ille. Quidam autem dicebant: Enimuero num è Galilæa ueniet Christus?

Alij dicebant: Hic est Christus ille. Quidam autem dicebant: Enimuero num è Galilæa ueniet Christus?

Mich.5.a.2.
Matth.2.a.5.

Nónne Scriptura dicit quòd ex semine Dauid, & ex uico Bethlehem ubi erat Dauid, ueniet Christus?

Nónne Scriptura dicit quòd ex semine Dauid, & ex uico Bethlehem ubi erat Dauid, ueniet Christus?

Dissidium ergo factū est in turba propter eū.

Quidam autem ex ipsis uolebant eum prehendere, sed nemo iniecit in eum manus.

Quidam autem ex ipsis uolebant eum prehendere, sed nemo iniecit in eum manus.

Venerunt ergo ministri ad pontifices & Pharisæos, qui dixerunt eis: Quare non adduxistis eum?

Ministri sacerdotum conuersi ad Christum.

Venerunt ergo ministri ad pontifices & Pharisæos, qui dixerunt eis: Quare non adduxistis eum?

Respōderunt ministri: Nunquam ita loquutus est homo ut hic homo.

Respōderunt ministri: Nunquam ita loquutus est homo ut hic homo.

Respōderunt ergo eis Pharisæi: Num & uos seducti estis?

Respōderunt ergo eis Pharisæi: Num & uos seducti estis?

Pharisæorum superciliū.

Num quis ex principibus credidit in eum, aut ex Pharisæis?

Num quis ex principibus credidit in eum, aut ex Pharisæis?

Sed turba hæc quæ non nouit Legem, execrabilis est.

Sed turba hæc quæ non nouit Legem, execrabilis est.

Nicodemus.
Supra 3.a.2.

Dicit Nicodemus ad eos, is qui uenerat ad eum nocte, qui unus erat ex illis:

Dicit Nicodemus ad eos, is qui uenerat ad eum nocte, qui unus erat ex illis:

Nū Lex nostra condēnat quempiā, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat?

Deut.17.b.8.
29.d.25.

Nū Lex nostra condēnat quempiā, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat?

Respondérunt & dixerunt ei: Num & tu Galilæus es? scrutare, & uide quòd à Galilæa Propheta non surrexit.

Respondérunt & dixerunt ei: Num & tu Galilæus es? scrutare, & uide quòd à Galilæa Propheta non surrexit.

Et profectus est unusquisq; in domum suam.

Et profectus est unusquisq; in domum suam.

35 Vt, εἰς. Heb. לְ, ut 2.Sam.7.c.18. quæ formula petita est è medio. Vide Matth.8.c.27. & suprà 2.d.18. Ad dispersos Græcos, ἀπὸ τῶν διασπορᾶς τῶν ἑλλήνων. Vulgata & Erasmus, in dispersionem Gentium, seruato Hebraismo, qui frequentissimè occurrit apud Prophetas. Græcorum autem nomine alij ipsas profanas Gentes hinc & inde sparsas uolunt significari: alij Iudæos per orbem terrarum dispersos. 38 Sicut dicit Scriptura, καθὼς εἶπεν ἡ γραφή. Hæc nonnulli præcedentibus coniungunt, ut Chrysost. & Theophylact. alij sequentibus: quos potius sequor. puto enim nullum locum proprium hic citari, sed quæcunq; in Prophetis toties repetuntur de donis Spiritus sancti instar aquæ effundendis. huc pertinere. 39 Nondum erat Spiritus sanctus, οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον. Quid Spiritum sanctum uocet, ipse eodem uersiculo exposuit, nempe uisibilia illa dona quę initio nascentis Ecclesiæ excellenter uiguerunt, ut prędictū erat Ioel.2. & μετωνυμικῶς intelliguntur Spiritus sancti appellatione, cuius scilicet sunt effecta in nobis, ut docet Apostolus 1.Corinth. cap.12. penè integro. Act.19.a.2. & deinceps, & plurimis aliis locis. Quidam pro ἅγιον, id est sanctus, substituerunt datus, ueriti nimirum ne hic locus pro ijs faceret qui Spiritum sanctum numerant inter res creatas: quasi uerò de ipsa Spiritus essentia hic agatur. 40 Propheta ille, ὁ προφήτης. Ne hoc quidem loco potest ociosus esse articulus. & planè ostendit hic locus Iudæos insignem aliquē Prophetam expectasse diuersum à Messia, sicut diximus suprà 1.c.21. 51 Audierit ab ipso, ἀκούσῃ παρ' αὐτοῦ. Hæc quoq; formula loquendi petita est è medio. Neque enim Lex ipsa, sed Iudex cognoscit. ideo Nonnus suppleuit ἀκουσθῇ. Quid faciat? τί ποιεῖ: siue, quid patrauerit? is scilicet qui defertur. 53 Et profectus est, καὶ ἐπορεύθη. Versiculus iste & quæ ab eo intercedunt usq; ad πάλιν οὖν ὁ ἰησοῦς, id est, ad uersum sequentis capitis duodecimum. neq; apud Chrysosto-

A Chrysostomum, neq; apud Theophylactum extant. Eusebius quoque in extremo libro tertio Historiæ Ecclesiasticæ aperte dicit, à quodam Papia hanc historiam de muliere adultera scriptam fuisse, quæ habeatur in Euangelio quod dicitur secundũ Hebræos. sed & Nonnus eam prætermittit. Testatur denique Hieronymus dialogo aduersus Pelagianos secundo, in nonnullis codicibus non fuisse descriptam. Ex uetustis Stephani nostri codicibus septemdecim unus duntaxat illam nõ habebat: in reliquis scripta quidẽ erat, sed ita, ut mira esset lectionis uarietas, quam placuit bona fide suis locis annotare. Ad me quidem quod attinet, nõ dissimulo mihi meritò suspectũ esse quod ueteres illi reiecerint. Deinde quòd narrat Iesum solum fuisse relictũ cum muliere in tẽplo, nescio quàm sit probabile: & quod scribit, Iesum digito scripsisse in terra, nouũ mihi & insolens uidetur, nec possum cõijcere quomodo possit satis commodè explicari. Tanta deniq; lectionis uarietas facit ut de totius historiæ fide dubitem.

ΚΕΦ ἡ.

Ἰησοῦς ἦ ἐπορεύθη εἰς τὸ ὄρος τ ἐλαιῶν· 1
ὄρθρου δὲ πάλιν παρεγένετο εἰς τὸ ἱερόν, καὶ 2
πᾶς ὁ λαὸς ἤρχετο πρὸς αὐτ, καὶ καθίσας ἐδίδα-
σκεν αὐτούς.

ἄγουσι ἦ οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι πρὸς 3
αὐτ γυναῖκα ἐν μοιχείᾳ κατειλημμένην, καὶ ϛή-
σαντες αὐτὴν ἐν μέσῳ,

λέγουσιν αὐτῷ· διδάσκαλε, αὕτη ἡ γυνὴ κα- 4
τειλήφθη ἐπαυτοφώρῳ μοιχευομένη·

ἐν ἦ τῷ νόμῳ μωσῆς ἡμῖν ἐνετείλατο τὰς τοι- 5
B αύτας λιθοβολεῖσθαι· σὺ οὖν τί λέγεις;

τοῦτο δὲ ἔλεγον πειράζοντες αὐτ, ἵνα ἔχωσι 6
κατηγορεῖν αὐτ. ὁ ἦ ἰησοῦς κάτω κύψας, τῷ δα-
κτύλῳ ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν.

ὡς ἦ ἐπέμενον ἐρωτῶντες αὐτ ἀνακύψας εἶ- 7
πε πρὸς αὐτούς· ὁ ἀναμάρτητος ὑμῶν, πρῶτος
τ λίθον ἐπ' αὐτῇ βαλέτω.

καὶ πάλιν κάτω κύψας ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν. 8
οἱ ἦ ἀκούσαντες, ἐν ὑπὸ τ συνειδήσεως ἐλεγ- 9
χόμενοι ἐξήρχοντο εἷς καθ' εἷς, ἀρξάμενοι ἀπὸ τ πρε
σβυτέρων ἕως τ ἐσχάτων· καὶ κατελείφθη μόνος
ὁ ἰησοῦς, καὶ ἡ γυνὴ ἐν μέσῳ ἑστῶσα.

ἀνακύψας ἦ ὁ ἰησοῦς, καὶ μηδένα θεασάμε- 10
νος πλὴν τ γυναικός, εἶπεν αὐτῇ· ἡ γυνή, ποῦ εἰσιν
ἐκεῖνοι οἱ κατήγοροί σου; οὐδείς σε κατέκρινεν;

ἡ ἦ εἶπεν· οὐδείς, κύριε. εἶπε δὲ αὐτῇ ὁ ἰησοῦς, 11
οὐδὲ ἐγώ σε κατακρίνω. πορεύου, καὶ μηκέτι ἁμάρ-
C τανε.

πάλιν οὖν ὁ ἰησοῦς αὐτοῖς ἐλάλησε, λέγων· ἐγώ 12
εἰμι τὸ φῶς τ κόσμου. ὁ ἀκολουθῶν ἐμοί, οὐ μὴ περι-
πατήσει ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἀλλ' ἕξει τὸ φῶς τ ζωῆς.

CAP. VIII.

IEsus autem profectus est in montem.
Et diluculo rursus adfuit in templo, & totus populus uenit ad eum, & sedens docebat eos. *Docet Christus populum in templo.*

Adducunt autem ad eum Scribæ & Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam: & quum statuissent eam in medio, *Mulieri in adulterio deprehensæ condonantur peccata.*

Dicunt ei: Magister, hæc mulier deprehensa est in ipso facto adultera.

In Lege autem Moses mandauit nobis ut huiusmodi lapidarentur. tu ergo quid dicis? *Leuit. 20. b. 10.*

Hoc autem dicebant tentantes eum, ut possent accusare eum. Iesus autem inclinans se deorsum digito scribebat in terra.

Quum autem perseuerarent eũ interrogare, erexit se, ac dixit eis: Qui uestrûm immunis est à peccato, primus in illam lapidem iaciat. *Deut. 17. b. 7.*

Et rursũ se inclinãs deorsum scribebat in terra.

Auditis autem his redarguente ipsos conscientia singulatim alius post aliũ exibãt, initio facto à senioribus, usq; ad ultimos: & relictus est solus Iesus, ac mulier in medio stans.

Quum autem erexisset se Iesus, & neminẽ uideret præter mulierem, dixit ei: Mulier, ubi sunt illi tui accusatores? nemo te condemnauit?

Ipsa uerò dixit: Nemo, Domine. Dixit autẽ ei Iesus: Nec ego te condemno. uade, & ne amplius pecces.

Rursum ergo Iesus loquutus est eis, dicens: Ego sum lux illa mundi: qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen uitæ. *Lux Christus.* *Supra 1. 2. 5. Infra 9. 2. 5.*

IN CAP. VIII.

2 Diluculo autem rursus adfuit, ὄρθρου ἦ πάλιν παρεγένετο. In duobus codicibus additur βαθέος, profundo: & pro παρεγένετο legitur ἦλθεν, uenit. Totus populus, πᾶς ὁ λαός. In uno codice scriptũ erat πᾶς ὁ ὄχλος, tota turba. Ad eum, πρὸς αὐτόν. Hoc deerat in duobus exemplaribus. 3 Ad eum, πρὸς αὐτόν. Iterum hoc deerat in duobus codicibus. 4 Dicunt ei, λέγουσιν αὐτῷ. Vnus codex addit, πειράζοντες tentantes. Hæc mulier, αὕτη ἡ γυνὴ. Quinq; exemplaria scriptum habebant, ταύτην εὑρομεν ἐπ' αὐτοφώρῳ μοιχευομένην. Hanc deprehendimus adulteram in ipso facto: & aliud quoddam non habebat μοιχευομένην. 5 In Lege autem Moses mandauit nobis, ἐν τῷ νόμῳ ἡμῖν Μωσῆς ἐνετείλατο. Duo codices scriptum habebãt, καὶ ἐν τῷ νόμῳ ἡμῶν, & in Lege nostra. Rursus in quinq; alijs deerat ἡμῖν. Lapidarentur, λιθοβολεῖσθαι. In quinq; codicibus legimus λιθάζεσθαι. In alijs quinque λιθάζεσθαι.

Quid dicis? τί λέγεις: Tres codices addunt περὶ αὐτῆς: de ea? 6 Accusare eum, κατηγορεῖν αὐτοῦ. Quinque exemplaria habebant κατηγορίαν λαβεῖν αὐτῆς, accusationem aduersus eum. In terra, εἰς τὴν γῆν. In quinque codicibus additur μὴ προσποιούμενος: id est, dissimulans. 7 Erexit se, ac dixit eis, ἀνακύψας εἶπε πρὸς αὐτούς. In uno codice legitur ἀναλύψας εἶπεν αὐτοῖς, suspiciens dixit eis. Primus, πρῶτος. Duo codices habent πρῶτον, primum.

9 Redarguente ipsos conscientia, ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι. Hoc deerat in editione Basiliẽsi, cuius etiã alias uarias lectiones neglexi, ut ἀνακύψας pro κάτω κύψας, & κατέγραφεν pro ἔγραφεν. Vsq; ad ultimos, ἕως τῶν ἐσχάτων. Deerat hoc quoque in duobus codicibus & in editione Basilien si. 10 Et neminem uideret præter mulierẽ, dixit ei, Mulier, καὶ μηδένα θεασάμενος πλὴν τῆς γυναικός, εἶπεν αὐτῇ, ὦ γύναι. In duobus exemplaribus scriptũ erat, οὐδένα αὐτῶν, καὶ εἶπε, γύναι: id est, uidit eam, & dixit, Mulier. Mulier, ὦ γύναι. Deerat in quatuor exemplaribus. Illi, ἐκεῖνοι. Deerat in quatuor exemplaribus. 11 Ne amplius, μηκέτι. Sex codices legunt, ἀπὸ τοῦ νῦν μηκέτι, ab hoc tempore ne amplius.

C 13 Idoneum,

Testimonium. Dixerunt ergo ei Pharisæi: Tu de teipso testaris, testimonium tuum non est idoneum. 13 εἶπον οὖν αὐτῷ οἱ φαρισαῖοι· σὺ περὶ σαυτοῦ μαρτυρεῖς· ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής. A

Suprà.5.c.31. Respondit Iesus, & dixit eis: Etiamsi ego testor de meipso, idoneum est testimoniū meum: quia scio unde uenerim, & quò uadam: uos autem nescitis unde uenerim, & quò uadam. 14 ἀπεκρίθη ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· κἂν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἀληθὴς ἐστὶν ἡ μαρτυρία μου· ὅτι οἶδα πόθεν ἦλθον, καὶ ποῦ ὑπάγω. ὑμεῖς δὲ οὐκ οἴδατε πόθεν ἔρχομαι, καὶ ποῦ ὑπάγω.

Iudicare. Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quenquam. 15 ὑμεῖς κατὰ τὴν σάρκα κρίνετε, ἐγὼ οὐ κρίνω οὐδένα.

Quòd si etiam iudicem ego, iudicium meum uerum est: quia solus non sum, sed ego & qui misit me Pater. 16 καὶ ἐὰν κρίνω δὲ ἐγώ, ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ ἀληθής ἐστιν· ὅτι μόνος οὐκ εἰμί, ἀλλ' ἐγὼ, καὶ ὁ πέμψας με πατήρ.

Deut.17.2.6. & 19.c.15. Matth.18.c.16. 2.Cor.13.2.1. Hebr.10.c.28. Sed & in Lege uestra scriptum est, quòd duorum hominum testimonium idoneum est. 17 καὶ γὰρ δὲ τῷ νόμῳ δὲ τῷ ὑμετέρῳ γέγραπται, ὅτι δύο ἀνθρώπων ἡ μαρτυρία ἀληθής ἐστιν.

Ego is sum qui testor de meipso, & testatur de me qui misit me Pater. 18 ἐγώ εἰμι ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμαυτοῦ, καὶ μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ ὁ πέμψας με πατήρ.

Dicebant ergo ei: Vbi est tuus ille Pater? Respondit Iesus: Neq; me nostis, neq; Patrem meū: si me nosſetis, & Patrem meum nosſetis. 19 ἔλεγον οὖν αὐτῷ· ποῦ ἐστιν ὁ πατήρ σου; ἀπεκρίθη ὁ ἰησοῦς, ὅτε οὔτε ἐμὲ οἴδατε, οὔτε τὸν πατέρα μου· εἰ ἐμὲ ἤδειτε, καὶ τὸν πατέρα μου ἤδειτε ἄν.

Hora. Hæc uerba loquutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo: & nemo prehendit eum, quia nondum uenerat hora eius. 20 ταῦτα τὰ ῥήματα ἐλάλησεν ὁ ἰησοῦς ἐν τῷ γαζοφυλακίῳ, διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ· καὶ οὐδεὶς B ἐπίασεν αὐτόν· ὅτι οὔπω ἐληλύθει ἡ ὥρα αὐτοῦ.

Dixit ergo iterū eis Iesus: Ego uado, & quæretis me, & in peccato uestro moriemini. quò ego uado, uos non potestis uenire. 21 εἶπεν οὖν πάλιν αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς· ἐγὼ ὑπάγω, καὶ ζητήσετέ με, καὶ ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ὑμῶν ἀποθανεῖσθε. ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν.

Dicebant ergo Iudæi: Nunquid trucidabit seipsum, qui dicat, Quò ego uado, uos non potestis uenire? 22 ἔλεγον οὖν οἱ ἰουδαῖοι· μή τι ἀποκτενεῖ ἑαυτὸν, ὅτι λέγει, ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν;

Christus Deus. Tunc dixit eis: Vos ex inferis estis, ego ex supernis sum: uos ex mundo hoc estis, ego non sum ex hoc mundo. 23 καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστέ, ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμί· ὑμεῖς ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἐστέ, ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου.

Mundus. Fides. Dixi ergo uobis quòd moriemini in peccatis uestris. Nam nisi crediderītis quòd ego is sum, moriemini in peccatis uestris. 24 εἶπον οὖν ὑμῖν, ὅτι ἀποθανεῖσθε ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν. ἐὰν γὰρ μὴ πιστεύσητε, ὅτι ἐγώ εἰμι, ἀποθανεῖσθε ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν.

13 Idoneum, ἀληθὴς. Vulg. & Erasmus uerum. Atqui hęc cōsequutio nimiū esset inepta, Tu testaris de teipso, ergo falsum est quod testaris. Accipitur ergo ἀληθὴς pro eo quod Hebræi אמת uel נכון, ut diximus suprà 5.c.31.

14 Etiamsi, κἂν. Ergo quod ante negarat 5.c.31. accipiendū est per μίμησιν & concessionē. Causam uerò quam addit cur suum testimoniū sit idoneū, non puto eo tantùm niti quòd supra communē hominum sortem ipse emineret, etiā quatenus homo est: sed hic puto Christū altius cōscendere, quàm in superiore concione, quæ de eadem re habita fuit cap. 5. Videtur enim hìc apertè diuinitatē suam asserere, humanitati coniunctam, quando ipse sese considerat duplici ac distincto respectu, nempe & ut testē cui Patrem cōiungit, ut iam duo sint testes: & ut eum de quo dicat testimoniū, tum à seipso ut teste, tum etiā à Patre. Perinde est igitur ac si diceret, Solus hic uobis uideor, ideoq; testimoniū meū non admittitis, quū præsertim uidear de meipso testari. atqui tres sumus. Nam ego ueluti duplex sum, Deus scilicet & homo, & tamen unus. Itaq; mihi Deo licet de me homine testari. sic unū testē habetis. Accedit demum Patris testimoniū. ergo duo adsunt de me idonei testes. Quòd si secundum Legē tenemini duorū hominum testimonium admittere, quanto magis Patris ac Filij, qui nō sunt homines, sed unus Deus? At enim, dices, ubi est illud testimoniū? nempe pro testimonio erat hoc ipsum opus quod reprehendebāt Pharisæi, in quo & Patris & Filij Diuina uirtus palàm elucebat. Huic igitur probationi hoc fundamentū substernit, quòd à Patre uenerit: id est, quòd ita sit homo, ut sit etiam Deus: quod illi ignorabāt. Nam iudicabant secundum carnem: id est, nihil amplius in eo agnoscebāt, quàm quod cernebant oculis, ideoq; damnabāt tanquā blasphemū & impium. Sic enim accipitur hoc loco uerbum Iudicandi. 15 Ego non iudico quenquā, ἐγὼ οὐ κρίνω οὐδένα. Pseudocyrillus putat ἀνὴ ἡμῶν repetendum κατὰ σάρκα, secundum carnem. Plerique uerò laborant in hoc explicando, quomodo Christus neminem iudicet. Atqui plana est doctissimi interpretis expositio. Perinde enim est ac si Christus diceret, Vos de me sententiā fertis, & quidem planè iniquam, quia ex specie externa iudicatis. atqui nūc ego uos simpliciter do ceo, neminē uestrūm condemno. & tamen si id facere libeat, sanè pro meo iure faciā, & longè certiore iudicio. Hęc autem extra causæ statū dicuntur. sed ratio quæ subijcitur, tum ad causam ipsam testimonij, tum ad digressionem pertinet. Neq; enim (inquit) solus sum quē cernitis, sed mecū est Pater ille meus qui uerè iudex est mundi. Quum autem me dico, eum etiam cōprehendo quem uos non cernitis, quia secundum carnem iudicatis. 17 Sed &, καὶ δὲ: id est, ἀλλὰ καί. Vulg. prętermittit particulam δὲ, quæ tamen est necessaria. Ostendit enim applicandam esse rationem superiorē nō modò præcedenti digressioni de iudicio quod ipse in eos non exerceret, sed etiam in primis ipsi causæ de qua agitur, id est confirmādo suo testimonio quod illi oppugnabāt. 18 Ego ὃ sum, ἐγώ εἰμι. Hìc apertè distinguitur diuinitas ab humanitate. Nam alioqui duo testes nō essent, quum reus inter testes non numeretur: & tamen ne duo Filij constituantur, Ego (inquit) ὃ sum qui testor de meipso. Id uerò facit ut ipse de seipso

posit

A posſit meritò testari, quia non tantum homo est (ut aduersarij temerè atque adeò impiè iudicabant) sed homo Deus, & Deus homo.

ἔλεγον οὖν αὐτῷ· σὺ τίς εἶ; καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· τὴν ἀρχὴν ὅ, τι καὶ λαλῶ ὑμῖν.

πολλὰ ἔχω περὶ ὑμῶν λαλεῖν καὶ κρίνειν· ἀλλ' ὁ πέμψας με, ἀληθής ἐστι· κἀγὼ ἃ ἤκουσα παρ' αὐτοῦ, ταῦτα λέγω εἰς τὸν κόσμον.

ἔγνωσαν, ὅτι τὸν πατέρα αὐτοῖς ἔλεγεν.

εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· ὅταν ὑψώσητε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, τότε γνώσεσθε ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ ἀπ' ἐμαυτοῦ ποιῶ οὐδέν· ἀλλὰ καθὼς ἐδίδαξέ

25 Dixerũt ergo ei: Tu quis es? Tum dixit eis Iesus: Id quod à principio dico uobis.

26 Multa habeo quæ de uobis loquar ac iudicem: sed qui me misit, uerax est: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo.

27 Non cognouerunt autem quòd de Patre eis loqueretur. *Deus Pater Christi.*

28 Dixit ergo eis Iesus: Quùm exaltaueritis Filium hominis, tunc agnoscetis quòd ego is sim, & quòd ex meipso nihil facio, sed sicut docuit *Crucifigendus Christus.*

25 Id quod à principio dico uobis, τὴν ἀρχὴν ὅ, τι καὶ λαλῶ ὑμῖν. Hanc expositionẽ etiam affert Stapulensis. Sed quia hic locus infinitis penè modis fuit expositus, & uera eius explicatio à significatione uerborũ pendet, primùm explicabo cum bona lectoris uenia diuersas interpretationes: deinde paucis dicã quomodo putẽ esse intelligendũ. Augustinus ergo (ut Eras. obseruauit) τὴν ἀρχὴν putat nomẽ esse: & quia uidet parũ conuenire quartũ casum interrogationis formulæ, sic conatur hoc excusare, ut dicat illud, Tu quis es, perinde ualere ac si dixissent Iudæi, Quem te esse dicis, aut quem te esse credemus? Et quasi sic interrogassent, Christũ respondisse, quarto casu, Principium: id est: Quæritis quid debeatis credere? credite me esse principiũ. Deinde particulã ὅτι pro causali interpretat, hõc modo, Quia & loquor uobis, id est, quia humilis propter uos factus, ad ista uerba descendo, Nam si principium sicuti est maneret apud Patrem, & nõ acciperet formã serui, & homo loqueretur hominib. quomodo ei crederẽt, quũ inB firma corda intelligibile uerbũ sine uoce sensibili audire nõ possint? Ergo credite, inquit, me esse principiũ: quod ut credatis, non solum sum, sed & loquor uobis. Hæc ille. quæ sanè sunt magis detorta, quàm ut refutatione indigneant omnium codicum fides. Is cuius Commentariorũ in Ioannẽ libros quatuor Clichtoueus ille sophista sub Cyrilli nomine edidit, eandem prorsus interpretationẽ affert atq; Ambrosius. Reliqui omnes eruditi quos mihi contigit inspicere, τὴν ἀρχὴν accipiunt pro aduerbio (ut omnino poscit linguæ Græcæ ratio) sed diuerso sensu: Alij enim explicãt, Principio, id est primo loco, id uobis scilicet respõdeo, me eum esse qui uobiscũ loquar. Verùm hęc expositio & coacta est, & frigidam sententiã habet: deniq; etiam Græcis codicib. repugnat, in quibus legitur ὅτι, nõ ὅτι. Alij sic exponunt, Principio id sum quod etiã dico uobis: id est, nõ statim uobis indignis explico quicquid sum, sed hoc primùm dico, dum scilicet aptiores eritis reliquis audiendis, me missum esse à Patre, & prœconem uitæ. Sed hæc quoq; expositio (ne quid aliud dicam) longius est petita. Quid Chrysostomus & Theophylactus senserint, difficile est explicare, quia singulis uerbis nõ insistunt, & obscurè sanè hæc connectunt. uidentur autẽ in summa sic interpretari, Quæritis quis sim? indigni estis quibus id dicã, sed digni quos grauiter arguã, ac quidẽ in primis quòd uobis sim loquutus, quo beneficio ostenditis uos esse indignos. Atqui hæc etiam expositio non uideo quomodo cum uerbis ipsis cohæreat. Eras. præter omnes istas interpretationes, existimat posse etiã hæc cõnecti cum eo quod dixerat, In peccatis uestris moriemini: ut sit hic sensus, in peccatis uestris moriemini, primùm ob id ipsum quòd hæc loquar uobis. Deinde pro eo quòd subijci oportuit secundam & tertiã aliquam rationẽ, addit in genere, Multa habeo de uobis dicere. Sed quorsum ista interrogatione spreta, tam obscurè loquatur Dominus? Quidã deniq; ex recentioribus exponit, Prorsus id quod loquor uobiscum: id est, planè illud ipsum uerbũ sum quod loquor uobiscum. quia Christus est uerbũ Patris: & quia se uerbũ esse testatur, uult in uerbo cognosci. Hęc uerò interpretatio multo planior est quàm cæteræ omnes superiores, neque ullum uerbum detorquet. Nam apud Græcos constat C τὴν ἀρχὴν interdum declarare πανταχῶς τὴν ἀλήθ. Sed mihi tamen uidetur nimis arguta, si eos spectemus quos alloquebatur Dominus, quorũ etiam rudirati omnib. modis sese accommodat. Deinde cur non potius dixisset ἃ καὶ λαλῶ, uel ἃ καὶ λαλῶν ὑμῖν, id est, qui loquor uobis? quũ præsertim ἃ λέγ& apud Græcos masculino genere efferatur? Superest una Nonni expositio (neq; enim omnes libuit cõmemorare) quã ultimo loco adscripsi, quòd eam cæteris anteponam. Quęsierunt (inquit) Iudæi, Τίς οὐ μᾶλλ; καὶ χρηστὸς ἀνήκουσ', ἐ, τίς πέρ ὑμῖν ἦ ἀρχὴ ἐλάχιστον, ἔχων πόρβαμα δικάζειν καὶ κατάκριν· ἀλλ' ὅτε κεφαλὴν τε μὴ γνῶλη αὐθεμέλιν πρόλικι. Hi sunt illius uersiculi, quos eo libentius adscripsi, quòd uulgò legantur corruptissimi, & uideam à plerisq; non fuisse cõmodè explicatos. Apparet autẽ ex illis τὴν ἀρχὴν nihil aliud declarare quàm ἦ ἀρχὴ, idq; per traiectionẽ construendum esse cum uerbo λαλῶ, deinde ὅ, τι scribendum esse, ita ut nõ sit coniunctio, sed prouocabulum. Postremò repetendũ esse ἀπὸ τ πρώτ uerbum ἄρχ, ut in summa intelligamus, Christum quærentibus Iudæis quis esset, respondere se id esse quod ab initio ipsis dixisset: id est, quòd iampridẽ toties & tot modis illis inculcarat. Quid enim aliud tot concionibus conatus est illis exponere quàm & quis esset, & unde esset, & cur in hunc mundum uenisset? Cur autem hanc expositionem præ cæteris amplecterer, plurimis rationibus sum adductus. Nam quod ad rem ipsam attinet, plana est sententia, neq; subtilis, neq; detorta, sed ad quæstionem maximè accommodata. Deinde uerò in uerborũ explicatione seruatur genuina ac propria explicatio. Nam quod ad traiectionem attinet, infinita penè similia exẽpla occurrunt, quæ passim annotauimus, ut Rom. 12. a. 3. & apud Lucam sæpe, & infrà uersu 44. ὅ, τι uerò non ὅτι scribendum esse, docet maxima pars superiorum interpretationum, & ita etiã legitur in Theophylacto Romano. Postremò hæc est natura responsionũ, ut in ijs repetatur uerbum positum in quæstione: ut hoc loco planè sit germana repetitio uerbi substantiui quod fuerat in quæstione usurpatum. Quod autem attinet ad particulam καὶ, quamuis ea possit non incõmodè accipi pro Etiam: tamẽ malui tanquam redundantem præterire. Est enim hic pleonasmus in Græco sermone non modò usitatus, sed etiam elegans, idq; in eodem prorsus dicendi genere & eodem sequente uerbo, ut apud Synesium, ἵν' ἀληθῶς ἦ, τι καὶ λέγω, ut sciamus quid ille dicat. Sic apud Grægoriũ sæpe, τί χρὸ καὶ λέγω; Deinde utitur præsenti tempore λαλῶ Euangelista, non sine emphasi, quasi diceret, Ego id sum quod ab initio dixi uobis, & nunc etiam dico, nimirum Lux, Vita, Veritas, &c. 27 Quòd de Patre eis loqueretur, ὅ τι τὸν πατέρα αὐτοῖς ἔλεγεν. Vulgata, quia Patrẽ eis dicebat Deum, id est, ὅτι πατέρα αὐτοῖς ἔλεγεν τὸν θεόν. quo modo scriptũ inuenimus in uno codice, si duo tantum uocabula excipias. nam pro αὐτοῖς ἔλεγεν scriptũ erat αὐτῶ λέγει. Ego uerò pro his interpretarer, quòd de Deo Patre ipsis loqueretur, uel, quòd Deum, Patrem suum diceret. Non dissimili significatu usurpatum est uerbum λέγειν suprà 6. g. 71.

me Pater, hæc loquor.

Nam qui me misit, mecum est: non reliquit 29
me solum Pater, quia ego quæ placita sunt ei,
facio semper.

Credunt Iudæi aliquot. Hæc illo loquente, multi crediderũt in eum. 30
Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderant 31
ipsi, Iudæos: Si uos manseritis in sermone meo,
uere discipuli mei eritis.

Veritas liberat. Et cognoscetis Veritatem, & Veritas uos 32
uindicabit.

Responderunt ei: Semen Abrahæ sumus, ne 33
que cuiquã seruiuimus unquam: quomodo tu
dicis nos uindicandos?

Seruus peccati. Rom. 6. d. 20. 2. Pet. 2. d. 19. Respõdit eis Iesus: Amen amen dico uobis, 34
omnis qui committit peccatum, seruus est pec-
cati.

Filius. Seruus autem non manet in domo in æter- 35
num: filius manet in æternum.

Si ergo uos Filius uindicarit, uere liberi e- 36
ritis.

Abrahæ filij. Scio quòd semen Abrahæ estis: sed quæritis 37
me trucidare: quia sermo meus non habet locũ
in uobis.

Ego loquor quod uidi apud Patrẽ meum: & 38
uos facitis quod uidistis apud patrem uestrum.

Responderunt & dixerunt ei: Pater noster 39
Abraham est. Dicit ei Iesus: Si filij Abrahę esse-
tis, opera Abrahæ faceretis.

Nunc autem quæritis me interficere, homi- 40
nem qui Veritatem uobis loquutus sum, quam
audiui à Deo: hoc Abraham non fecit.

Fornicatio. Vos facitis opera patris uestri. Dixerunt ita- 41
que ei, Nos ex fornicatione non sumus nati: unũ
patrem habemus, *nempe* Deum.

Pater Iudæorũ Deus. Dixit ergo eis Iesus: Si Deus pater uester es- 42
set, diligeretis me: ego enim à Deo profectus
sum & ueni: neque enim à meipso ueni, sed ille
me misit.

Quare loquutionem istam meam non perci 43
pitis? quia non potestis audire sermonẽ meum.

με ὁ πατὴρ μου, ταῦτα λαλῶ.

καὶ ὁ πέμψας με, μετ' ἐμοῦ ἐστιν. οὐκ ἀφῆκέ με μόνον ὁ πατὴρ, ὅτι ἐγὼ τὰ ἀρεστὰ αὐτῷ ποιῶ πάντοτε. (αὐτόν.

ταῦτα αὐτοῦ λαλοῦντος, πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν.

ἔλεγεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πρὸς τοὺς πεπιστευκότας αὐτῷ Ἰουδαίους· ἐὰν ὑμεῖς μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ, ἀληθῶς μαθηταί μου ἐστέ,

καὶ γνώσεσθε τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἡ ἀλήθεια ἐλεύθερώσει ὑμᾶς.

ἀπεκρίθησαν αὐτῷ, σπέρμα Ἀβραάμ ἐσμεν, καὶ δούλοις οὐδενὶ πώποτε δεδουλεύκαμεν· πῶς σὺ λέγεις, ὅτι ἐλεύθεροι γενήσεσθε;

ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας.

ὁ δὲ δοῦλος οὐ μένει ἐν τῇ οἰκίᾳ εἰς τὸν αἰῶνα· ὁ υἱὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα.

ἐὰν οὖν ὁ υἱὸς ὑμᾶς ἐλευθερώσῃ, ὄντως ἐλεύθεροι ἔσεσθε.

οἶδα ὅτι σπέρμα Ἀβραάμ ἐστε, ἀλλὰ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι, ὅτι ὁ λόγος ὁ ἐμὸς οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν.

ἐγὼ ὃ ἑώρακα παρὰ τῷ πατρί μου, λαλῶ· καὶ ὑμεῖς οὖν ὃ ἑωράκατε παρὰ τῷ πατρὶ ὑμῶν ποιεῖτε.

ἀπεκρίθησαν καὶ εἶπον αὐτῷ· ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀβραάμ ἐστι. λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε ἄν.

νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι, ἄνθρωπον ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα, ἣν ἤκουσα παρὰ τοῦ θεοῦ. τοῦτο Ἀβραὰμ οὐκ ἐποίησεν.

ὑμεῖς ποιεῖτε τὰ ἔργα τοῦ πατρὸς ὑμῶν. εἶπον οὖν αὐτῷ, ἡμεῖς ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα· ἕνα πατέρα ἔχομεν τὸν θεόν.

εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· εἰ ὁ θεὸς πατὴρ ὑμῶν ἦν, ἠγαπᾶτε ἂν ἐμέ· ἐγὼ γὰρ ἐκ τοῦ θεοῦ ἐξῆλθον, καὶ ἥκω, οὐδὲ γὰρ ἀπ' ἐμαυτοῦ ἐλήλυθα, ἀλλ' ἐκεῖνός με ἀπέστειλε.

διατί τὴν λαλιὰν τὴν ἐμὴν οὐ γινώσκετε; ὅτι οὐ δύνασθε ἀκούειν τὸν λόγον τὸν ἐμόν.

32 Vindicabit, ἐλευθερώσει. Vulgata, liberabit: Erasmus, liberos faciet: quæ nimirum latè patent, neq; proximæ obiectioni uidentur locum relinquere. Manumittendi autem uocabulum non quadrat, quia dominus is est qui seruum manumittit. In hac autem specie, peccatum, cuius serui eramus, non dicitur nos manumittere, sed Veritas, ab ipsius seruitute in libertatem nos uindicare. 38 Quod uidistis apud patrem uestrum, ὃ ἑωράκατε παρὰ τῷ πατρὶ ὑμῶν. In tribus codicibus scriptum erat, ἃ ἠκούσατε παρὰ τοῦ πατρὸς ὑμῶν, quæ audiuistis à Patre uestro. Sic legit etiam Chrysostomus: eodem tamẽ sensu: quum & ipse Christus de se loquens, Audiendi uocabulum usurparit suprà 5. f. 30. & infrà uersu 4. ne quis Videre & Audire putet inter se opponi. Loquitur autẽ ἀνθρωποπαθῶς, quia nulla pud nos exempla in utranq; partem plus ualent quàm domestica. 39 Essetis, ἦτε, id est, ἦτε, & paulo pòst etiam pro ποιεῖτε ἄν, faceretis, legit ποιεῖτε, facite, contra fidem uetustorum codicum. 40 Nunc autem, νῦν δέ. Particula Nunc non est temporis aduerbium hoc loco, sed coniunctio quæ assumptionibus solet adhiberi, nõ modò à Græcis, sed etiam à Latinis, ut Valla obseruauit libro Elegantiarum 2. cap. 51. 41 Ex fornicatione, ἐκ πορνείας. Vulg. ex fornicatione. Erasmus, è stupro. Vide Matth. 15. b. 19. *Nempe* Deum, τὸν θεόν. Vide Matth. 19. c. 17. 43 Loquutionem, τὴν λαλιὰν, id est, idioma, seu etiam linguã. Est enim hæc expositio magis expressa, quàm si accipias pro eo quod uerbis ipsis significatur, ut suprà 4. f. 42. Nam perinde est acsi diceret Dominus: Qui fit ut quod dico, non magis intelligatis, quàm si ignota ac peregrina lingua uobiscum loquerer? Non percipitis? τὸ γινώσκειν; Vulg. non cognoscitis: rectè quidem, sed tamen obscurè. Eras. agnoscitis, impropriè. Agnoscimus enim quæ aliquando cognouimus. nisi pro προσλαμβάνω, id est, admittere, accipias. Est autem ita proferenda hæc sententia, ut sciamus non tam esse interrogationem quàm increpationem cum admiratione coniunctam. Quia non potestis, ὅτι δύνασθε. Vel, ut non posítis, si quidem libeat legere uno contextu, & interrogationem reijcere in finẽm huius membri: quod etiam magis probo. Nam sic quoq; accipitur ὅτι particula, ut annotauimus suprà 2. c. 18. Nihil tamen mutare uolui contra fidem exemplariũ. Est aũt illud quoque obseruandum, quamuis simus prorsus inepti ad Deũ audiendum, nisi ipse pro sua bonitate nobis nouas aures tribuat, nosq; adeò totos quasi deintegro fingat: tamen τὸ λαλιὰν

A ἀιδιοσ dum hoc loco non propriè huc pertinere, sed declarare potius summam Iudæorum pernicaciam, adeò ut ne aures quidem Christo audiendo uellent accommodare.

ὑμεῖς ἐκ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστέ, καὶ τὰς ἐπι- 44 θυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετ ποιεῖν. ἐκεῖνος ἀνθρωποκτόνος ἦν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐκ ἕστηκεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀλήθεια ἐν αὐτῷ. ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ· ὅτι ψεύστης ἐστὶ καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ.

Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris uestri uultis facere. Ille fuit homicida à principio, & in ueritate non perstitit: nam non est ueritas in eo. quotiescunque loquitur mendacium, ex sese loquitur, quia mendax est, & mendacij pater.

Diabolus pater 1.Ioan.3.b.8.

Mendacium.

ἐγὼ δὲ ὅτι τὴν ἀλήθειαν λέγω, οὐ πιστεύετέ 45 μοι.

Vos aũt, quia ego ueritatem dico, non creditis mihi.

τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας; εἰ ἀ- 46 λήθειαν λέγω, διατί ὑμεῖς οὐ πιστεύετέ μοι;

Quis ex uobis arguit me de peccato? si ueritatem dico, quare uos non creditis mihi?

1.Ioan.4.a.6?

ὁ ὢν ἐκ τοῦ θεοῦ, τὰ ῥήματα τοῦ θεοῦ ἀκούει. διὰ τοῦτο 47 ὑμεῖς οὐκ ἀκούετε, ὅτι ἐκ τοῦ θεοῦ οὐκ ἐστέ.

Qui ex Deo est, uerba Dei audit: propterea uos non auditis, quia ex Deo non estis.

Verbum Dei audire.

ἀπεκρίθησαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ εἶπον αὐτῷ· 48 οὐ καλῶς λέγομεν ἡμεῖς, ὅτι Σαμαρίτης εἶ σὺ, καὶ δαιμόνιον ἔχεις;

Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nónne bene dicimus nos quòd Samaritanus es tu, & dæmonium habes?

ἀπεκρίθη Ἰησοῦς· ἐγὼ δαιμόνιον οὐκ ἔχω, ἀλλὰ 49 τιμῶ τὸν πατέρα μου, καὶ ὑμεῖς ἀτιμάζετέ με.

Respondit Iesus: Ego dæmonium non habeo, sed honoro Patrem meum, & uos ignominia afficitis me.

Blasphemia in Christum.

B

44 Fuit, ἦν. Vulgata & Erasmus, erat, impropriè. Neq; enim semper fuit homicida, quum homo semper non fuerit, sed statim ab initio, conditi scilicet mundi, & creati hominis, quem scilicet uix dum creatum suo mendacio præcipitauit in mortem. A principio, ἀπ' ἀρχῆς. Quotiescunq; fit principij mentio, significationem illius ad id de quo agitur, accommodare necesse est. Quum ergo hic agatur de homicidio, cuius arguitur reus Satan ab initio, certè necesse est ut (quod etiam facit Nonnus) ad ipsius mundi atq; adeò hominis initiũ referas, nõ autem ad Satanę ipsius initium, nisi quatenus cœpit esse homicida: nedum ut hinc cõstituas, ab æterno diabolum extitisse, aut illud testimonĩũ de Filij Dei æternitate eludas, de quo dictũ est suprà 1.a.1. Neq; enim hîc simpliciter dicitur diabolus fuisse ab initio, ut quum dicitur Sermo ab initio fuisse, id est, extitisse, & quidem per præteritũ imperfectũ, ut sciamus eius hypostasin antiquiorẽ omnium rerũ creatione, id est, æternã esse. mihil, inquã, eiusmodi hic dicitur de diabolo, sed de qualitate ipsius agitur. quã dicitur iam inde ab initio creati mundi induisse, quum scilicet factus est homicida. Augustinus, quem etam Pseudocyrillus citat, ad initiũ peccati refert: uerè id quidem, si rem ipsã spectes (siquidem quũ Satan per peccatum hominem interemerit, hinc demũ cœpit esse homicida. quum peccatũ ingressum est in mundum) sed tamen subtilius. Malo igitur paulo crassius hæc interpretari de ipsius humanæ gentis exordijs. neq; rursus subtiliter hęc refero ad illud primum momentũ quo creatus est homo, sed principiũ hoc etiã extendo ad tẽpus creationi mundi ac ipsius hominis uicinum. quo scilicet homo est à diabolo occisus. In ueritate, ἐν τῇ ἀληθείᾳ. Hebr. באמת quo uocabulo significatur uel fidelitas quam non seruauit diabolus suo opifici: uel quod opponitur mendacio, ad quod scilicet defecit Satan aut potius quod ipse primus excogitauit. Sed & fortasis, In ueritate: id est pro quo scribi Iob 2.a.3. בתמתו: ut Veritatis uocabulo significet integritas illa naturæ in qua conditus Angelus ille cum suis, postea non seruauit originẽ suam, ut scribitur Iudæ 2. 6. Non perstitit, οὐκ ἔστηκεν, id est, non permansit, nec constanter perseuerauit. quod apud Hæbræos significatur etiam uerbo עמד, ut Psal. 19.c.10. quod alioqui respõdet uerbo ὑπάρχω. cuius quum sit multiplex significatio, nõnulli hunc locũ peruertere conati sunt uaria interpretatione. quanquã fortasis nõ minus rectè cõueniat huic loco uerbũ אמן, ut Psal. 78.d.37. si connecti possit cum eo quod sequitur. Sed gemanã esse hanc expositionẽ, liquet ex eo quod scribit 2. Pet. 2. a. 4. & Iudæ a. 6. Vulg. & Eras. non stetit: rectè quidem, quum uerbum Standi sic etiam apud Latinos accipiatur, ut alibi diximus: sed studuimus omnẽ amphiboliam uitare. Nam non est, ὅτι οὐκ ἔστιν. Vulgata & Erasmus, quia. Atquĩ hæc uerba non ostendunt causam cur diabolus in ueritate non perstiterit, sed consequutionẽ, ex qua rectè collegit Dominus, argumentatus scilicet à cõsequenti, illum à sua origine defecisse. Simile exemplũ occurrit Luc. 7. g. 47.

Ex sese, ἐκ τῶν ἰδίων, id est, ἀφ' ἑαυτοῦ, quo scilicet unius instinctu, & ex suo propriè ingenio, uel quod uerè suum ac sibi proprium est. Et mendacij pater, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Non simpliciter dicitur πατὴρ, sed addito articulo ὁ πατήρ: non ut ab alijs patribus distinguatur (solus enim diabolus mendaciũ genuit) sed ut si qua est in uitijs excellẽtia ac præstantia, hæc omnis illi in solidum tribuatur. Sic Dido apud Virg. Túne ille Aeneas? Hanc autem emphasim nõ possis sine aliqua specie amphiboliq explicare hoc loco. Sed & pro relatiuo αὐτοῦ substituimus antecedens, ut magis perspicua esset oratio. Nam hoc quoq; uidetur Nonnum fefellisse, quũ hæc ita interpretaretur, ψεύστου αὐτὸς ὢν ψεύστου πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστί, ὅτι ψεύστης ἐστίν. & paulo pòst, ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ, ὅτι καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ψεύδους ἐστίν. id est, Vos ex patre diabolo estis, quia mendax est. quum loquitur mendaciũ, ex suo loquitur, quia pater eius est mendax. nam & pater ipsius mendax est. Sed totus hic locus in Græco exemplari mẽdosè legitur: neque minus incommoda est interpretatio quam affert in hunc locũ, quasi scilicet diabolus hoc loco sit Iudas, cuius pater sit Cain, & rursus Caini pater sit Satan, imitatione scilicet non propagatione, ut illi hæretici tradebant. Ad me quidem quod attinet, receptam lectionem existimo ueram esse ac germanam, sed suspicor ab aliquibus hæreticis addito articulo scriptum esse ὁ πατήρ. Nam certè planior erit sensus, si πατὴρ legamus sine articulo.

45 Vos autem, quia ego, ὑμεῖς ὅτι ἐγώ. Manifesta hîc est traiectio, qualem suprà notauimus uersu 25. Suppleuimus autem pronomen Vos, ut melius appareat collatio ista indolis patris & filiorum. Nonnus autem uidetur ita hæc acepisse, ut ὅτι ponatur ἀδικῶς. ut sit hæc sententia, Vos autem non creditis mihi, quòd uobis ueritatem dicam. Sic enim interpretatur, ὑμῖν αὐτὸς ἀληθῆ, καὶ ἀ πιστεύετε μοί. 47 Propterea, διὰ τοῦτο. Videtur permutatum argumentum, ac potius dicendum fuisse, propterea ex Deo non estis. Nam non auditis.

Ego autem non quæro gloriam meā: est qui quærat, & iudicet. 50 ἐγὼ δὲ οὐ ζητῶ τὴν δόξαν μου· ἔστιν ὁ ζητῶν καὶ κρίνων. A

Seruare sermonem Dei. Mors. Abraham. Prophetæ.

Amen amen dico uobis, si quis sermonem meū seruauerit, mortē non uidebit in ęternum. 51 ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐάν τις τὸν λόγον τὸν ἐμὸν τηρήσῃ, θάνατον οὐ μὴ θεωρήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα.

Dixerunt ergo ei Iudæi: Nūc cognouimus quòd dæmoniū habes. Abrahā mortuus est, & Prophetæ: & tu dicis, Si quis sermonē meū seruauerit, non gustabit mortem in æternum. 52 εἶπον οὖν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι· νῦν ἐγνώκαμεν ὅτι δαιμόνιον ἔχεις. Ἀβραὰμ ἀπέθανε, καὶ οἱ προφῆται, καὶ σὺ λέγεις, ἐάν τις τὸν λόγον μου τηρήσῃ, οὐ μὴ γεύσηται θανάτου εἰς τὸν αἰῶνα;

Num tu maior es patre illo nostro Abrahām, qui mortuus est? & Prophetæ mortui sunt. quē tu teipsum facis? 53 μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ, ὅστις ἀπέθανε; καὶ οἱ προφῆται ἀπέθανον. τίνα σεαυτὸν σὺ ποιεῖς;

Respōdit Iesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est: Pater ille meus, is est qui glorificat me, quem uos dicitis Deum uestrum esse: 54 ἀπεκρίθη Ἰησοῦς· ἐὰν ἐγὼ δοξάζω ἐμαυτόν, ἡ δόξα μου οὐδέν ἐστιν· ὁ πατήρ μου ὁ δοξάζων με, ὃν ὑμεῖς λέγετε ὅτι θεὸς ὑμῶν ἐστι,

Neque nostis eum: ego autē noui eum: & si dixero, quòd non nouerim eum, ero similis uestri, *id est* mendax: sed noui eum: & sermonē eius seruo. 55 καὶ οὐκ ἐγνώκατε αὐτόν, ἐγὼ δὲ οἶδα αὐτόν· καὶ ἐὰν εἴπω ὅτι οὐκ οἶδα αὐτόν, ἔσομαι ὅμοιος ὑμῶν, ψεύστης. ἀλλ' οἶδα αὐτόν, καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ τηρῶ.

Abraham uidit diem Christi.

Abraham pater uester gestiuit ut uideret diē istum meum: & uidit, ac gauisus est. 56 Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμήν. καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη. B

Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquagínta annos nondum habes, & Abraham uidisti? 57 εἶπον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς αὐτόν· πεντήκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις, καὶ Ἀβραὰμ ἑώρακας;

Dixit eis Iesus: Amen amen dico uobis, priusquam Abraham fieret, ego sum. 58 ἔφη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγὼ εἰμί.

Sustulerunt ergo lapides ut iacerent in eum: Iesus autem occultauit se, & exiuit è templo. 60 ἦραν οὖν λίθους ἵνα βάλωσιν ἐπ' αὐτόν. Ἰησοῦς δὲ ἐκρύβη, καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ.

50 Et iudicet, καὶ κρίνων: id est, qui contemptum mei, aut sui potius uindicet. Quidam conuertit, & cū ratione: qui quam rationem habuerit, non uideo. 51 Mortem nō uidebit, θάνατον οὐ μὴ θεωρήσῃ: id est, non morietur, siue, mortem non sentiet. ut Psalm 89. g. 49. & Luc. 2. d. 26. Fideles enim in ipsa morte uident uitā. Nam huic opposita loquutio est, Vitam uidere, quam exposuimus suprà 3. d. 36. Sic in proximo sensu idem dicit, sumpta translatione à diuerso sensu, nempe à gustatu. 52 In æternū? εἰς τὸν αἰῶνα: Additur interrogationis nota in emendatis codicibus: quæ tamen ita accipienda sunt, ut sciamus potius indignantiū esse quàm interrogantiū. 56 Gestiuit, ἠγαλλιάσατο. Vulg. & Eras. exultauit, quo modo consueuimus interpretari. Sed quia hìc significatur potius summum desiderium rei nondum præsentis, sed tamen futuræ, idcirco illud uerbum prætulimus. exultamus enim de re præsenti. Diem istum meum, τὴν ἡμέραν τὴν ἐμήν. Placet hoc dicendi genus nostro penè uni Euangelistæ: quod sanè est elegans: & interdum uidetur ἐμφατικώτερον, quàm si simplex pronomē usurpetur. Cæterùm ex Hebræorum idiotismo יום פלוני, id est, dies alicuius, nihil aliud declarat quàm spaciū quo uixerit aliquis, aut insigne quippiā ipsi uel facere uel ferre contigerit. quæ res notior est quàm ut testimonio egeat. Dies ergo Domini nihil aliud declarat quàm ipsius aduentum in carnem. Vidit enim eum eminus Abraham, fidei scilicet oculis, ut declaratur Heb. 11. c. 13. C

57 Quinquag. an. nōdum habes, πεντήκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις. Chrysostomus legit, Quadraginta: ad quam ętatem (inquit) accedebat. Nam agebat annum circiter 34. Sed & Erasm. quo minus eam lectionem amplectatur, eo uno deterretur, quòd in omnibus exemplaribus, atq; adeò apud Nonnum & Theophylactum, legitur πεντήκοντα. Certè quum Græci soleant numeros suarum literarū notis declarare, facilis fuit lapsus literæ μ in ν: qua ratione norūt omnes eruditi plurimos tum Græcos tum Latinos scriptores ita esse deprauatos, ut uix aut ne uix, quidē restitui possе uideantur. Sed tamen, quod ad hunc locum attinet, probabile est, Iudæos quinquaginta annorū mentionem fecisse, uti facere solent qui aduersario gratificantur, & plus etiā concedunt quàm ausit flagitare. 58 Priusquā Abraham fieret, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι. Erasmus, antequam Abrahā nasceretur. Ego uerò, quamuis nō existimē Christum hic propriè agere de se, quatenus Deus est, sed quatenus est uisus ab Abrahamo, unus scilicet Dei & hominū mediator, homo Iesus Christus (nam alioqui non uideretur appositè disserere) tamē quia ut mediator cōsiderari nō potest, nisi uerè sit Emmanuel: & hac etiam ratione dicitur Agnus à cōstitutione mundi occisus, imò uerò Christus fuisse heri & hodie, putaui seruandam esse antithesin. Itaq; γένεσθαι malui conuertere Fieri quàm Nasci: ut opponatur τῷ ὄντι, quod illic demum propriè tribuitur, qui solus uerè existit. 59 E' templo, ἐκ τοῦ ἱεροῦ. Post hæc uerba subijcitur in uetustis exemplaribus, διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν, καὶ παρῆγεν οὕτως, id est, transiens per medium eorum, & sic præterijt: quæ etiam legit & interpretatur Nonnus. Ego uerò assentior Erasmo, qui priorem partem putat ex Luc. 4. e. 30. irrepsisse in contextū culpa librariorum, qui in margine descripta inuenerunt: deinde ut hæc cum proximo capite cohærerent, additum fuisse καὶ παρῆγεν οὕτως. Vt autem ita credam, adducor non modò ea ratione quam ille affert, quia scilicet nec Chrysostomus, nec Augustinus istius appendicis meminerunt: sed etiam quòd uideantur ista parum probabiliter cohærere. Nam si eripuit se eorum oculis, quomodo per medium eorum transijt? nisi fortè aut illos excæcauit ad tempus, aut factus est diuina sua uirtute ἀόρατος: quod Theophylactus & Pseudocyrillus commenti sunt, ut hunc nodum explicarent. quorum neutrum est probabile. Alibi quidem, fateor, dicitur per medios hostes elapsus, sed nulla ibi occultationis mentio: imò Dominus eo tempore neq; oculos eorum excæcauit, neque euanuit ex oculis, sed diuinam suam uirtutem in eo ostendit, quòd eorum manus ad homicidium paratas ita continuit, ut palàm per mediam ipsorum turbam saluus euaderet.

IN

ΚΕΦ. θ'

Καὶ παράγων εἶδεν ἄνθρωπον τυφλὸν ἐκ γενετῆς. 1

καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες· ῥαββεί, τίς ἥμαρτεν, οὗτος, ἢ οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ; 2

ἀπεκρίθη Ἰησοῦς· οὔτε οὗτος ἥμαρτεν, οὔτε οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ ἐν αὐτῷ. 3

ἐμὲ δεῖ ἐργάζεσθαι τὰ ἔργα τοῦ πέμψαντός με, ἕως ἡμέρα ἐστίν· ἔρχεται νύξ, ὅτι οὐδεὶς δύναται ἐργάζεσθαι. 4

ὅταν ἐν τῷ κόσμῳ ὦ, φῶς εἰμι τοῦ κόσμου. 5

ταῦτα εἰπὼν, ἔπτυσε χαμαὶ, καὶ ἐποίησε πηλὸν ἐκ τοῦ πτύσματος, καὶ ἐπέχρισε τὸν πηλὸν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ, 6

καὶ εἶπεν αὐτῷ· ὕπαγε, νίψαι εἰς τὸν κολυμβήθραν τοῦ Σιλωάμ, ὃ ἑρμηνεύεται ἀπεσταλμένος. ἀπῆλθεν οὖν, καὶ ἐνίψατο, καὶ ἦλθε βλέπων. 7

οἱ οὖν γείτονες καὶ οἱ θεωροῦντες αὐτὸν τὸ πρότερον, ὅτι τυφλὸς ἦν, ἔλεγον· οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ καθήμενος καὶ προσαίτης; 8

ἄλλοι ἔλεγον, ὅτι οὗτός ἐστιν. ἄλλοι δέ, ὅτι ὅμοιος αὐτῷ ἐστιν. ἐκεῖνος ἔλεγεν, ὅτι ἐγώ εἰμι. 9

ἔλεγον οὖν αὐτῷ, πῶς ἀνεῴχθησάν σου οἱ ὀφθαλμοί; 10

ἀπεκρίθη ἐκεῖνος, καὶ εἶπεν· ἄνθρωπος λεγόμενος Ἰησοῦς, πηλὸν ἐποίησε, καὶ ἐπέχρισέ μου τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ εἶπέ μοι, ὕπαγε εἰς τὸν κολυμβήθραν τοῦ Σιλωάμ, καὶ νίψαι. ἀπελθὼν δὲ καὶ νιψάμενος, ἀνέβλεψα. 11

εἶπον οὖν αὐτῷ· ποῦ ἐστιν ἐκεῖνος; λέγει, οὐκ οἶδα. 12

ἄγουσιν αὐτὸν πρὸς τοὺς φαρισαίους τὸν ποτε τυφλόν.

ἦν δὲ σάββατον, ὅτε τὸν πηλὸν ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἀνέῳξεν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς. 15

πάλιν οὖν ἠρώτων αὐτὸν καὶ οἱ φαρισαῖοι, πῶς ἀνέβλεψεν. ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· πηλὸν ἐπέθηκεν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ νενιψάμην, καὶ βλέπω. 16

ἔλεγον οὖν ἐκ τῶν φαρισαίων τινές· οὗτος ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔστι παρὰ θεοῦ, ὅτι τὸ σάββατον οὐ τηρεῖ. ἄλλοι ἔλεγον· πῶς δύναται ἄνθρωπος ἁμαρτωλὸς τοιαῦτα σημεῖα ποιεῖν; καὶ σχίσμα ἦν ἐν αὐτοῖς. 17

λέγουσι τῷ τυφλῷ πάλιν· σὺ τί λέγεις περὶ αὐτοῦ, ὅτι ἠνέῳξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς; ὁ δὲ εἶπεν, ὅτι προφήτης ἐστίν. 18

οὐκ ἐπίστευσαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι περὶ αὐτοῦ, ὅτι τυφλὸς ἦν, καὶ ἀνέβλεψεν, ἕως ὅτου ἐφώνησαν τοὺς γονεῖς αὐτοῦ τοῦ ἀναβλέψαντος. 19

CAP. IX.

PRæteriens autem uidit hominem cæcum à natiuitate: 1 *Cæco nato restituitur uisus.*

Et interrogauerunt eum discipuli eius, dicentes: Rabbi, quis peccauit, hic, an parentes eius, ut cæcus nasceretur? 2

Respondit Iesus: Neq; iste peccauit, neq; parentes eius: sed *cæcus natus est* ut opera Dei manifesta fiant in eo. 3

Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est: uenit nox quum nemo potest operari. 4 *Cæcus ad gloriam Dei. Operari.* Suprà 5.a.9. & 8.b.12. Infrà 12.c.35. & 9.46.

Quandiu fuero in mundo, Lux sum mundi. 5

Hoc quum dixisset, spuit humi, & fecit lutum ex sputo, & illeuit lutum super oculos cæci, 6

Dixitq; ei: Vade, laua in piscina Siloã, quod est, si interpreteris, missus. Abijt ergo, & lauit, redijtq; uidens. 7

Vicini ergo, qui & uiderant eum prius quòd ipse cæcus esset, dicebant: Nónne hic est qui sedebat & mendicabat? 8

Alij dicebant, Hic est: alij uerò, Similis est ei. Ille *autem* dicebat, Ego *is* sum. 9

Dixerunt ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? 10

Respondit ille, & dixit: Quidam qui dicitur Iesus, lutum fecit, & inunxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad piscinã Siloam, & laua. Vt autem abij ac laui, uisum recepi. 11

Dixerunt ergo ei: Vbi est ille? Ait, Nescio. 12

Adducunt eum ad Pharisæos, eum *inquam* qui olim cæcus fuerat. *Cæcus interrogatur à Pharisæis.*

Erat autem sabbathum, quum lutum faceret Iesus, & aperiret oculos eius. 15

Rursus ergo interrogarũt eum etiã Pharisæi, quomodo uisũ recepisset. Ille aũt dixit eis: Lutũ imposuit super oculos meos, & laui, & uideo. 16

Dicebant ergo ex Pharisæis quidam: Homo iste non est à Deo, nam sabbathum non seruat. Alij dicebant, Quomodo potest homo peccator talia signa edere? Et dissidium erat inter eos. 17 *Sabbathum. Peccator.*

Dicunt cæco rursus: Tu quid dicis de illo, quòd aperuerit oculos tuos? Ille autem dixit: Propheta est. 18

Non crediderunt ergo Iudæi de eo quòd cæcus fuisset, & uisum recepisset, usquequo uocarũt eius parentes, eius *inquã* qui uisum receperat. 19 *Incredulitas Pharisæi.*

IN CAP. IX.

3 Neq; iste peccauit, οὔτε οὗτος ἥμαρτεν. Disputat Christus ex discipulorũ hypothesi, ut annotauimus suprà 5. d. 12. Sed *cæcus natus est*, ut ἀλλ' ἵνα. Aliquid sæpe ante has particulas subaudiendũ est, ut sensus expleat, ut diximus Mar. 9. c. 12. & 14. c. 49. Nam qui tradũt ἵνα pro ἀλλ' posituũ esse, id est, Vt pro Oportet, nodum potius secãt quàm expediunt. Suppleuimus ergo ex Nonno quod usum est maximè accommodatum. 8 Cæcus, τυφλὸς. Vulgata, mendicus, id est προσαίτης. quam lectionem in uno tantum exemplari inuenimus. ea uerò si cui placuerit, ita cõuertat, ut ὁ μὴ non sit ἀδικὸν, sed causale. Quòd si pro ὅτι legas ὅτε, id est Quum, planior etiam erit sententia: sed ex coniectura nihil placet mutare. 9 Similis est ei, ὅμοιος αὐτῷ ἐστιν. Vulgata, Nequaquam, sed similis est ei: id est, ut in uno codice scriptum erat, οὐχὶ, ἀλλ' ὅμοιος αὐτῷ ἐστιν. Ille *autem*, ἐκεῖνος. In uno exemplari legimus ἐκεῖνος δέ, quo modo supra nos interpretati. 16 Talia, τοιαῦτα. Vulg. & Eras. hæc: id est τοῦτο.

Et interrogauerunt eos, dicẽtes: Hiccine est filius ille uester, quem uos dicitis cæcum natum esse? quomodo ergo nunc uidet?

Responderunt eis parentes eius, & dixerũt: Scimus quòd hic est filius ille noster, & quòd cęcus natus est:

Parentes cæci rident excõmunicationes Phariſæorum.

Quomodo aũt nũc uideat, nescimus: aut quis eius aperuerit oculos, nos nescimus: ipse ætatẽ habet, ipsum interrogate, ipse de se loquetur.

Excommunicãtur qui Christo credunt.

Hæc dixerunt parentes eius, quòd timerent Iudæos: iam enim constituerant Iudęi, ut si quis eum confiteretur esse Christum, synagoga moueretur.

Propterea parentes eius dixerant, Aetatem habet, ipsum interrogate.

Secundò ergo uocarũt hominem qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo. nos scimus quòd hic homo peccator est.

Respondit ergo ille, & dixit: An peccator sit, nescio: unum scio, quòd cæcus quum fuerim, nunc uideam.

Dixerunt autem ei iterum: Quid fecit tibi? quomodo aperuit oculos tuos?

Respondit eis: Dixi uobis iam, nec audistis: cur iterum uultis audire? num & uos uultis discipuli eius fieri?

Moysi discipuli.

Conuiciati sunt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus illius esto: nos autem Mosis discipuli sumus.

Nos scimus quòd Mosi loquutus est Deus: hic autem unde sit, nescimus.

Respondit eis ille, & dixit eis: Enimuero in hoc mirum est quòd uos nesciatis unde sit, & tamen aperuit meos oculos.

Peccatores.

Scimus autem quòd peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est, & uoluntatem eius facit, hunc audit.

Ab omni æuo nõ est auditum quòd quis aperuerit oculos cæci nati.

Nisi esset hic à Deo, nõ posset facere quicquã.

Responderunt & dixerunt ei: Tu in peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras.

Superbia Phariſaica.

Audiuit Iesus quòd eiecissent eum foras: quumq; inuenisset eum, dixit ei: Tũne credis in filium Dei?

Cæcus à Christo doctus, credit in ipsum.

19 καὶ ἠρώτησαν αὐτοὺς, λέγοντες, οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς ὑμῶν, ὃν ὑμεῖς λέγετε ὅτι τυφλὸς ἐγεννήθη; πῶς οὖν ἄρτι βλέπει; A

20 ἀπεκρίθησαν αὐτοῖς οἱ γονεῖς αὐτοῦ, καὶ εἶπον· οἴδαμεν ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς ἡμῶν, καὶ ὅτι τυφλὸς ἐγεννήθη·

21 πῶς δὲ νῦν βλέπει, οὐκ οἴδαμεν, ἢ τίς ἤνοιξεν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς, ἡμεῖς οὐκ οἴδαμεν. αὐτὸν ἡλικίαν ἔχει, αὐτὸν ἐρωτήσατε· αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ λαλήσει.

22 ταῦτα εἶπον οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ὅτι ἐφοβοῦντο τοὺς Ἰουδαίους· ἤδη γὰρ συνετέθειντο οἱ Ἰουδαῖοι, ἵνα ἐάν τις αὐτὸν ὁμολογήσῃ Χριστὸν, ἀποσυνάγωγος γένηται.

23 διὰ τοῦτο οἱ γονεῖς αὐτοῦ εἶπον, ὅτι ἡλικίαν ἔχει, αὐτὸν ἐρωτήσατε.

24 Ἐφώνησαν οὖν ἐκ δευτέρου τὸν ἄνθρωπον, ὃς ἦν τυφλὸς, καὶ εἶπον αὐτῷ· δὸς δόξαν τῷ Θεῷ· ἡμεῖς οἴδαμεν, ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὗτος ἁμαρτωλός ἐστιν.

25 ἀπεκρίθη οὖν ἐκεῖνος, καὶ εἶπεν· εἰ ἁμαρτωλός ἐστιν, οὐκ οἶδα· ἓν οἶδα, ὅτι τυφλὸς ὢν, ἄρτι βλέπω. B

26 εἶπον δὲ αὐτῷ πάλιν, τί ἐποίησέ σοι; πῶς ἤνοιξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς;

27 ἀπεκρίθη αὐτοῖς· εἶπον ὑμῖν ἤδη, καὶ οὐκ ἠκούσατε· τί πάλιν θέλετε ἀκούειν; μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε αὐτοῦ μαθηταὶ γενέσθαι;

28 ἐλοιδόρησαν οὖν αὐτὸν καὶ εἶπον· σὺ εἶ μαθητὴς ἐκείνου, ἡμεῖς δὲ τοῦ Μωσέως ἐσμὲν μαθηταί.

29 ἡμεῖς οἴδαμεν, ὅτι Μωσῇ λελάληκεν ὁ Θεός, τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν.

30 ἀπεκρίθη ὁ ἄνθρωπος, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ἐν γὰρ τούτῳ θαυμαστόν ἐστιν, ὅτι ὑμεῖς οὐκ οἴδατε πόθεν ἐστὶ, καὶ ἤνοιξέ μου τοὺς ὀφθαλμούς.

31 οἴδαμεν δὲ, ὅτι ἁμαρτωλῶν ὁ Θεὸς οὐκ ἀκούει, ἀλλ' ἐάν τις θεοσεβὴς ᾖ, καὶ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιῇ, τοῦτος ἀκούει. C

32 ἐκ τοῦ αἰῶνος οὐκ ἠκούσθη, ὅτι ἤνοιξέ τις ὀφθαλμοὺς τυφλοῦ γεγεννημένου. (δίμ.

33 εἰ μὴ ἦν οὗτος παρὰ Θεοῦ, οὐκ ἠδύνατο ποιεῖν οὐδέν.

34 ἀπεκρίθησαν, καὶ εἶπον αὐτῷ· ἐν ἁμαρτίαις σὺ ἐγεννήθης ὅλος, καὶ σὺ διδάσκεις ἡμᾶς; καὶ ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω.

35 Ἤκουσεν ὁ Ἰησοῦς, ὅτι ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω, καὶ εὑρὼν αὐτὸν εἶπεν αὐτῷ, σὺ πιστεύεις εἰς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ;

19 Filius ille uester, ὁ υἱὸς ὑμῶν. Additur articulus, ut certum ac bene notum hominem designari sciant.

22 Constituerant, συνετέθειντο. Vulg. & Eraſ. conspirarãt. rectè quidem. sed tamẽ Coniurare respondet τῷ συνομοσαι. Synagoga moueretur, ἀποσυνάγωγος γένηται. Vulg. extra Synagogã fieret, nimium obscurè. Eraſ. è synagoga eijceretur, ambiguè. Potest enim eijci è cœtu aut quopiã loco, cui tamen ius redeundi nõ adimitur. Placuit igitur mihi illã Latinorũ solennẽ ac magis perspicuã formulam potius imitari, apud quos dicebatur Senatu moueri, cui dignitas Senatoria, Censoris authoritate, abrogabatur, quem Græci, diuersa ratione, ἀποδοκιμασθέντα & ἀποψηφισθέντα dicebant. 24 Da gloriam Deo, δὸς δόξαν τῷ θεῷ. Apparet ex Ioſ. 7. c. 19. & 1. Sam. 6. a. 5. hanc fuisse solennem quandã formulã, qua adigebatur aliquis ad culpam coram Deo agnoscendam. Perinde aũt id erat ac si reo dictum esset, Cogita te coram Deo esse, qui rem totã nouit: reuerere igitur ipsius maiestatem, & hunc illi honorem habe, ut palàm fateri rem totã malis, quàm coram eo mentiri. Peccator, ἁμαρτωλὸς. Hebr. רשׁע, homo scilicet impius, & qui peccandi uelut artem factitat, quem Græci poetæ simili ratione κακῶν ῥαπτῆρα uocant. 29 Vnde sit, πόθεν ἐστίν. Hoc quoq; dicendi genus è medio petitum est, & aliud declarat quàm uerba ipsa sonent. neq; enim de patria, familia, nomine ambigebant, sed de ipsius munere & authoritate dicunt sibi non constare: uideri tamẽ à Deo non esse, quia sabbathum uiolaret. 30 Enimuero, γάρ. Vide Matth. 1. c. 18. Et tamen, καί. Similem ecliſin paticulæ aduersatiuæ annotauimus Matth. 2. a. 6.

A ἀπηνείλθη ἐκεῖνος, καὶ ἔπιστις ἐστὶ λύκοι, ἵνα πι- 36 Respõdit ille, & dixit: Quis est Domine, ut cre
σεύσω εἰς αὐτόν; dam in eum?

εἶπεν δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· καὶ ἑώρακας αὐτόν, καὶ ὁ λα- 37 Dixit autem ei Iesus: Et uidisti eum, & qui lo
λῶν μετά σου, ἐκεῖνός ἐστιν. quitur tecum, ipse est.

ὁ δὲ ἔφη· πιστεύω κύριε· καὶ προεκύνησεν αὐτῷ. 38 At ille ait: Credo, Domine. Et adorauit eum. Adorare.

καὶ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς· εἰς κρίμα ἐγὼ εἰς τὸν κόσμον τοῦ- 39 Et dixit Iesus: Ad iudicium exercendum ego in Iudicium
τον ἦλθον, ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέπωσι, καὶ οἱ hunc mũdum ueni: ut qui non uident, uideant: Christi.
βλέποντες τυφλοὶ γένωνται. & qui uident, cæci fiant. Supra 3.b.17. Infrà 12.g.47 Cæci.

καὶ ἤκουσαν ἐκ τῶν φαρισαίων ταῦτα οἱ ὄντες 40 Audierunt autem hæc quidam ex Pharisæis,
μετ' αὐτοῦ, καὶ εἶπον αὐτῷ· μὴ καὶ ἡμεῖς τυφλοί qui cum ipso erant, & dixerunt ei: Num & nos
ἐσμεν; cæci sumus?

εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· εἰ τυφλοὶ ἦτε, οὐκ ἂν εἴχε- 41 Dixit eis Iesus: Si cæci essetis, non haberetis
τε ἁμαρτίαν· νῦν δὲ λέγετε, ὅτι βλέπομεν· ἡ οὖν peccatum, nũc uerò dicitis, Videmus: itaq; pec
ἁμαρτία ὑμῶν μένει. catum uestrum manet.

ΚΕΦ. ι. CAP. X.

Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ μὴ εἰσερχόμενος διὰ τῆς 1 AMen amen dico uobis, qui non ingredi- Ostium.
θύρας εἰς τὴν αὐλὴν τῶν προβάτων, tur per hostium in caulam ouium, sed as- Ouile.
ἀλλὰ ἀναβαίνων ἀλλαχόθεν, ἐκεῖνος κλέπτης ἐστὶ cendit aliunde, ille fur est & latro. Latro.
καὶ λῃστής·

Β ὁ δὲ εἰσερχόμενος διὰ τῆς θύρας, ποιμήν ἐστι τῶν 2 Qui autem ingreditur per ostium, pastor est, Pastor.
προβάτων. ouium.

τούτῳ ὁ θυρωρὸς ἀνοίγει, καὶ τὰ πρόβατα τῆς φω- 3 Huic ianitor aperit, & oues uocem eius au-
νῆς αὐτοῦ ἀκούει, καὶ τὰ ἴδια πρόβατα καλεῖ κατ' ὄ- diunt, & suas oues uocat nominatim, & edu-
νομα, καὶ ἐξάγει αὐτά. cit eas.

καὶ ὅταν τὰ ἴδια πρόβατα ἐκβάλῃ, ἔμπροσθεν 4 Quúmque suas oues emiserit, ante eas ua-
αὐτῶν πορεύεται, καὶ τὰ πρόβατα αὐτῷ ἀκολουθεῖ, dit, & oues eum sequuntur: quia norunt uocem
ὅτι οἴδασι τὴν φωνὴν αὐτοῦ. eius.

ἀλλοτρίῳ δὲ οὐ μὴ ἀκολουθήσωσιν, ἀλλὰ φεύξον- 5 Alienum autem nequaquam sequentur, sed
ται ἀπ' αὐτοῦ, ὅτι οὐκ οἴδασι τῶν ἀλλοτρίων τὴν fugient ab eo: quia non norunt uocem alie-
φωνήν. norum.

ταύτην τὴν παροιμίαν εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· 6 Hanc parabolam dixit eis Iesus, illi autem
ἐκεῖνοι δὲ οὐκ ἔγνωσαν, τίνα ἦν ἃ ἐλάλει αὐτοῖς. non cognouerunt quæ essent ea quæ loque-
batur eis.

εἶπεν οὖν πάλιν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· ἀμὴν ἀμὴν λέ- 7 Dixit ergo eis rursus Iesus: Amen amen dico
γω ὑμῖν, ὅτι ἐγώ εἰμι ἡ θύρα τῶν προβάτων. uobis, ego sum ostium ouium. Ostium.

πάντες ὅσοι πρὸ ἐμοῦ ἦλθον, κλέπται εἰσὶ καὶ λῃ- 8 Omnes quotquot ante me uenerunt, fures Latrones.
C στᾶι· ἀλλ' οὐκ ἤκουσαν αὐτῶν τὰ πρόβατα. sunt & latrones: sed non audierunt eos oues.

39 Ad iudicium *exercendum*, εἰς κρίμα: id est, cum summo imperio & authoritate, ut statuant quod iustum & æquum est. Nam iudicium simpliciter hic accipi pro condemnatione non potest, sed pro eo iure potius quod principi aliquis habet hoc uel illud constituendi: ut ipse suprà exposuit 5. c. 27. & 30. qua de re pulchra narrat Dauid Psalm. 2. b. 7. & Psalm. 50. a. 1. Sed mihi tamen uidetur, hoc quidem loco, Iudicij uocabulum præterea etiam complecti iustum illius potestatis usum. Existimo enim Dominum iniqua eorum sententia offensum, qui hũc tanquã prophanum ac blasphemũ ex fideliũ albo expunxerant, eum cõsolari, & suam iurisdictionẽ cum illorum tyrannide cõparare. quasi diceret: Isti pro arbitrio suo sibi arrogãt populi Dei administrationẽ, quasi soli omnia uideãt, & sint lumen uersantiũ in tenebris, ut Rom. 2. c. 18. at ego ueni ut istos reprimã. Mea est iurisdictio, quam ego longè alia ratione exercebo quàm isti soleant. nam quos isti pro cæcis habent, illos ego luce donabo: istos autem superbos & arrogantes, qui se solos putant acutissimè cernere, illos, inquã, ego tractabo ut æquum est, quũ illos in densissimas ignorantiæ tenebras demergam, ut prædictum est ab Esaia, toto capite 29. Qui uident, οἱ βλέποντες. In cæcorum ac uidentiũ nominib. ironica est μίμησις: loquitur enim ex Pharisæorum opinione, qui reliquos in tenebris uersari, se solos omnia uidere sibi persuaserant: quos graphicè prorsus describit Paulus Rom. 2. c. 17. 18. 19. 20. & 21. Nec uerò huius iusti Dei iudicij exempla longius quàm ab hoc nostro seculo petere necesse est. Prodeãt omnes Pharisæorũ nostri temporis academiæ, habet, Dei beneficio, Ecclesia illa cæca & hæretica quam uocant, septem pueros, qui teste uniuerso mundo, possint illos non ad pudorem quidem (quem iampridem nullum habent) sed ad insaniam adigere.

IN CAP. X.

6 Hanc parabolam, ταύτην τὴν παροιμίαν. Quod à cæteris Euangelistis dicitur παραβολὴ, ab uno Iohanne ubique dicitur παροιμία, quum alioqui Paræmia diuersum quiddam declaret, ut alibi diximus. Sic nimirum uoluit Ioannes exprimere quod Hebræi משל uocãt. 8 Ante me, πρὸ ἐμοῦ. Hoc deerat in septem exẽplaribus: & pro ἦσαν, sunt, in uno scriptum erat ὄντων, erant. Quamuis autem uniuersale sit hoc pronunciatum, est tamẽ accommodandum ad id de quo agitur. Christus dicit se esse ostiũ, quo dicto alios omnes excludit. Itaq; fures ac latrones uocat eos omnes scilicet qui ostij nomen sibi uindicarunt. Atqui nullus unquam ex sanctis, nec Moses, nec Prophetæ se dixerunt esse ostium, sed Christum potius pro ostio indicarũt ouibus. Ergo ad eos non partinet hoc Christi dictũ.

9 Ingredietur

Ego sum ostium: per me si quis introierit, ser- 9 ἐγώ εἰμι ἡ θύρα· δι' ἐμοῦ ἐάν τις εἰσέλθῃ, σωθή- A
uabitur: & ingredietur & egredietur, & pascua σεται, καὶ εἰσελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται, καὶ νο-
inueniet. μὴν εὑρήσει.

Fur non uenit nisi ut furetur, & mactet ac 10 ὁ κλέπτης οὐκ ἔρχεται, εἰ μὴ ἵνα κλέψῃ, καὶ θύσῃ
perdat oues: ego ueni ut uitam habeant & a- καὶ ἀπολέσῃ· ἐγὼ ἦλθον, ἵνα ζωὴν ἔχωσι, καὶ πε-
bundent. Vita. ρισσὸν ἔχωσιν.

Pastor. Ego sum pastor ille bonus: bonus pastor ani- 11 ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός. ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς
Esa. 40. c. 11. mam suam dat pro ouibus. τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων.
Ezech. 34. f. 23.

Mercenarius. Mercenarius autem, & qui non est pastor, 12 ὁ μισθωτὸς δέ, ὢν οὐκ ὢν ποιμήν, οὗ οὐκ εἰσὶ τὰ πρό-
cuius non sunt oues propriæ, uidens lupum ue- βατα ἴδια, θεωρεῖ τὸν λύκον ἐρχόμενον, καὶ ἀφίησι
nientem, deserit oues, fugitq; : lupus autem ra- τὰ πρόβατα, καὶ φεύγει, καὶ ὁ λύκος ἁρπάζει αὐ-
pit ac dispergit oues. τὰ, καὶ σκορπίζει τὰ πρόβατα·

Mercenarius autem fugit, quia mercenarius 13 ὁ δὲ μισθωτὸς φεύγει, ὅτι μισθωτός ἐστι, καὶ οὐ μέ-
est, & non est illi cura ouium. λει αὐτῷ περὶ τῶν προβάτων.

Ego sum pastor ille bonus, & agnosco oues 14 ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός, καὶ γινώσκω τὰ ἐ-
meas, & agnoscor à meis. μά, καὶ γινώσκομαί ὑπὸ τῶν ἐμῶν.

Sicut nouit me pater, ita & ego noui Patrem: 15 καθὼς γινώσκει με ὁ πατήρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν πα-
& animam meam pono pro ouibus. τέρα, καὶ τὴν ψυχήν μου τίθημι ὑπὲρ τῶν προβάτων.

Alias etiam oues habeo, quæ non sunt ex 16 καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐ-
Gentes Christo hac caula: illas quoq; oportet me adducere. nā λῆς ταύτης· κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν, καὶ τῆς φω- B
creduræ. uocem meam audient, fietq; unum ouile & u- νῆς μου ἀκούσουσι, καὶ γενήσεται μία ποίμνη, εἷς ποι-
Ezec. 37. f. 22. nus erit pastor. μήν.

Propterea me Pater diligit, quia ego pono 17 διὰ τοῦτό με ὁ πατὴρ ἀγαπᾷ, ὅτι ἐγὼ τίθημι
Christus sponte anímam meam ut rursus sumam eam. τὴν ψυχήν μου, ἵνα πάλιν λάβω αὐτήν.
se tradit pro
ouibus. Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à 18 οὐδεὶς αἴρει αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ, ἀλλ' ἐγὼ τίθημι αὐ-
Esa. 53. b. 7. meipso: potestatem habeo ponendi eam, & po- τὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ. ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτήν, καὶ ἐξου-
Act. 4. d. 28. testatem habeo rursus sumendi eam. hoc man- σίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν. ταύτην τὴν ἐντο-
datum accepi à patre meo. λὴν ἔλαβον παρὰ τοῦ πατρός μου.

Dissensio pro- Dissidium igitur rursum factum est inter Iu- 19 σχίσμα οὖν πάλιν ἐγένετο ἐν τοῖς Ἰουδαίοις,
pter Christum. dæos, propter sermones hos. διὰ τοὺς λόγους τούτους.

Dicebant autem multi ex ipsis: Dæmonium 20 ἔλεγον δὲ πολλοὶ ἐξ αὐτῶν· δαιμόνιον ἔχει, καὶ μαί-
habet & insanit, quid eum auditis? νεται, τί αὐτοῦ ἀκούετε;

Alij dicebant: Hæc uerba non sunt dæmo- 21 ἄλλοι ἔλεγον· ταῦτα τὰ ῥήματα οὐκ ἔστι δαι-
nium habentis. num dæmonium potest cæco- μονιζομένου. μὴ δαιμόνιον δύναται τυφλῶν ὀφθαλ-
rum oculos aperire? μοὺς ἀνοίγειν;

1. Mach. 4. f. 59. Facta sunt autem Encænia Hierosolymis, & 22 ἐγένετο δὲ τὰ ἐγκαίνια ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, καὶ C
hyems erat. χειμὼν ἦν.

9 Ingredietur & egredietur, εἰσελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται. Hebraicè יבוא ויצא, id est, securus uita perfruetur. Ita enim hoc quasi prouerbiū accipitur apud Hebræos, ut Deuter uigesimooctauo a. 6. Psalm. 121. 8. Sicut Gallicè dicimus, *aller & uenir*. Hic tamen uidetur peculiaris esse allusio, quia scilicet oues ad pascua educuntur quotidie, & inde rursus in caulas redeunt. Vide Act. 1. d. 21. 10 Et abundent, καὶ περισσὸν ἔχωσιν. Vulgata & Erasmus, & abundantius habeant: quasi uidelicet aliquid antè habuerint quàm ad eas ueniret pastor. 13 Non est illi cura, οὐ μέλει αὐτῷ. Vulg. non pertinet ad eum: barbarè & ambiguè. 15 Nouit, γινώσκει: id est, diligit, approbat, gratum sibi ac coniunctissimū habet. Sic apud Hebræos accipitur uerbum ידע, ut Psal. 1. b. 6. & 37. d. 18. Matth. 7. d. 23. Itaq; ad hunc locum non pertinet disputatio illa subtilis potius quàm solida, quomodo Pater æternam suam sapientiam noscat. Nolui tamen quicquam mutatare, ne aliorum sententijs præiudicium afferrem. 16 Et unus pastor, εἷς ποιμήν. Sic apud Hæbræos sæpe etiam inter duo incisa deest copula, apud Græcos autem & Latinos admodum raro. Nam tria minimū incisa plerunque requiruntur, ut locus sit asyndeto. Similem eclipsin annotauimus semel apud Lucam, & 1. Timoth. 4. a. 3. 17 Propterea, διὰ τοῦτο. Notandus est hic locus aduersus eos qui διὰ τοῦ χριστοῦ, & διὰ τὴν χριστὴν subtili quadam ratione distinguunt, ut Christi meritum eneruent. Christus certè, quatenus homo est, sua obedientia ac perfecta iusticia promeritus est uitam ac benedictionem quæ Legi est annexa, non suæ carni duntaxat, sed nobis etiam omnibus, qui hac iusticia per fidem nobis imputata iusti constituimur. ut unà cum ipso regnemus: sicut explicat Paulus Rom. 5. d. 19. & Philipp. 2. a. 7. 8. & 9. Pono, τίθημι. Vel. ponam. Sed tamen præsens tempus seruare malui, quia Christus, ex quo natus est, quodāmodo cœpit uitam suam pro nobis ponere, ita ut tota ipsius uita nihil aliud sit quàm iugis quædam mors quam pro peccatis nostris subijt. Itaque iam tum moriebatur quum hæc diceret. 21 Num dæmonium, μὴ δαιμόνιον. In uno codice legimus μὴ δαιμόνιον ἔχων, num qui dæmonium habet. 22 Encænia, τὰ ἐγκαίνια. Sacer (ut quidam scribit) apud Iudæos hic dies erat ob memoriam instaurati templi, post diutinam in Perside captiuitatem. Imò uerò non unius diei, sed octo dierum hoc festum erat, nec institutum in memoriam reditus ex Babylonia, quæ & ipsa distincta est à Perside, sed à Iuda Machabæo, quum pulso Antiochi præsidio templum ac cultum Dei instaurasset. Sic enim de his scribitur 1. Mach. 4. g. 59. καὶ ἔστησαν ἐφάσας καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ καὶ πᾶσα ἐκκλησία Ἰσραὴλ, ἵνα ἄγωνται αἱ ἡμέραι τῶν ἐγκαινισμῶν τοῦ θυσιαστηρίου ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν, ἐνιαυτὸν ἐνιαυτόν, ἐπὶ ἡμέρας ὀκτὼ, ἀπὸ τῆς πέμπτης καὶ εἰκάδος τοῦ μηνὸς Χασελεῦ, μετ' εὐφροσύνης καὶ χαρᾶς. id est: Constituit Iudas & fratres eius totaq; Israelis concio, ut dies renouationis altaris suis tēporibus agitarentur

singulis

A singulis annis, scilicet octo dies à XV die mensis Chasleu, magno cum gaudio ac lætitia. Hæc ille, ex quibus etiam apparet, ἐγκαίνια non satis expressè ab ijs conuerti, qui dedicationem interpretantur: etsi eam opinionem Nonnus amplectitur, ad Solomonem authorem hoc referens: quum potius oportuerit Renouatia conuertere, ut quidam nuper fecit, si quidem nouum uocabulum fingere necesse esset. Hinc etiam liquet, cur addat Ioannes hyemem fuisse, quum mensis כסלו maxima ex parte Decembri nostro respondeat.

καὶ περιεπάτει ὁ ἰησοῦς ἐν τῷ ἱερῷ, ἐν τῇ στοᾷ 23
Τ Σολομῶντος.

Et ambulabat Iesus in templo in porticu Solomonis:

ἐκύκλωσαν οὖν αὐτὸν οἱ ἰουδαῖοι, καὶ ἔλεγον αὐ- 24
τῷ· ἕως πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρεις; εἰ σὺ εἶ ὁ χρι-
στός, εἰπὲ ἡμῖν παῤῥησίᾳ.

Circundederunt ergo eum Iudæi, & dixerũt ei: Quousq; animam nostram suspendis? si tu es Christus ille, dic nobis apertè. *Interrogatur Iesus an sit Christus.*

ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς· εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πι- 25
στεύετε. τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ ἐν τῷ ὀνόματι Τ πα-
τρός μου, ταῦτα μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ.

Respondit eis Iesus: Dixi uobis, nec creditis: opera quę ego facio in nomine Patris mei, hæc testantur de me. *Iudæi quare nõ credunt.*

ἀλλ' ὑμεῖς οὐ πιστεύετε· οὐ γάρ ἐστε ἐκ Τ προ- 26
βάτων Τ ἐμῶν, καθὼς εἶπον ὑμῖν.

Sed uos non creditis. non enim estis ex ouibus meis, sicut dixi uobis.

τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει, κἀγὼ 27
γινώσκω αὐτά, καὶ ἀκολουθοῦσί μοι,

Oues meæ uocem meam audiunt, & ego cognosco eas. & sequuntur me: *Oues Christi.*

κἀγὼ ζωὴν αἰώνιον δίδωμι αὐτοῖς· καὶ οὐ μὴ 28
ἀπόλωνται εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ οὐχ ἁρπάσει τις αὐτὰ
ἐκ τῆς χειρός μου.

Et ego uitam æternam do eis, nec peribunt in æternum, neque rapiet eas quisquam è manu mea.

ὁ πατήρ μου, ὃς δέδωκέ μοι, μείζων πάντων 29
ἐστί, καὶ οὐδεὶς δύναται ἁρπάζειν ἐκ τῆς χειρὸς Τ πα-
τρός μου.

Pater meus qui eas dedit mihi, maior omnibus est: neq; quisquam potest eas rapere è manu Patris mei.

ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἓν ἐσμεν. 30

Ego & Pater unum sumus.

ἐβάστασαν οὖν πάλιν λίθους οἱ ἰουδαῖοι, ἵνα λι- 31
θάσωσιν αὐτόν.

Sustulerunt ergo rursum lapides Iudæi, ut lapidarent eum.

ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς· πολλὰ καλὰ ἔργα ἐπ- 32
έδειξα ὑμῖν ἐκ Τ πατρός μου· διὰ ποῖον αὐτῶν ἔρ-
γον λιθάζετέ με;

Respondit eis Iesus: Multa bona opera demonstraui uobis ex Patre meo: propter quod eorum operum me lapidatis? *Opera Christi ostendebant eũ esse Deum. Lapidare.*

ἀπεκρίθησαν αὐτῷ οἱ ἰουδαῖοι, λέγοντες· περὶ 33
καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημί-
ας, καὶ ὅτι σὺ ἄνθρωπος ὢν, ποιεῖς σεαυτὸν θεόν.

Respondent ei Iudęi, dicẽtes: Ob bonũ opus nõ lapidamus te, sed ob blasphemiã: id est, quia tu, homo quum sis, facis teipsum Deum.

ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς· οὐκ ἔστι γεγραμμένον 34
ἐν τῷ Τ νόμῳ ὑμῶν, ἐγὼ εἶπα, θεοί ἐστε;

Respondit eis Iesus: Nónne scriptũ est in Lege uestra, Ego dixi, Dij estis? *Psal. 81. b. 6.*

εἰ ἐκείνους εἶπε θεούς, πρὸς οὓς ὁ λόγος Θ τοῦ θεοῦ ἐ- 35
γένετο, καὶ οὐ δύναται λυθῆναι ἡ γραφή,

Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui Scriptura: *Dij qui.*

ὃν ὁ πατὴρ ἡγίασε. καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κό- 36
σμον, ὑμεῖς λέγετε, ὅτι βλασφημεῖς· ὅτι εἶπον, υἱὸς
Τ θεοῦ εἰμι;

Me quem Pater sanctificauit & misit in mundum, uos dicitis blasphemare, quia dixi, Filius Dei sum?

24 Suspendis, αἴρεις: id est, anxiam ac suspensam tenes. Non desunt tamẽ qui αἴρειν accipiant pro tollere è medio ac perdere, ueluti Latini dicũt, Quid me enecas? Apertè, παῤῥησίᾳ. Vulg. palàm. Ego malo ad ipsum loquendi genus referre, ut etiã infrà accipitur, 11. b. 14. Neq; enim poscunt ut publicè duntaxat respondeat, sed ut apertè & sermone minimè ambiguo dicat an sit promissus ille Messias. Idem annotauimus Mar. 8. d. 32. 26 Non enim estis, οὐκ ἐστέ. In quibusdam codicibus legitur, οὐκ ἐπιστεύσατε, quia non estis. Sed utcunq; legas, sciendum est causam afferri cur nõ credant, non aũt consequutionem, ut suprà 8. f. 44. quum colligitur, diabolum non perstitisse in ueritate, ex eo quòd ueritas in eo non sit. Item Lucæ 7. g. 47. ubi ex magna dilectione colligitur remissio multorum peccatorũ, Quia, inquit, cui pauciora peccata remissa sunt, is minus diligit. In illis igitur exemplis res ipsa ostendit ὅτι notare consequens, ex quo antecedens colligitur. Hic uerò ex cõtrario declarat antecedens, ex quo intelligitur consequens. Prius enim oues nos esse oportet, id est ouili Dei destinatos, quàm Pastoris uocem audiamus: prius nos diligi quàm diligamus: prius trahi, audire ac dicere, quàm ad eum ueniamus. Isti igitur non audiunt, idcirco quia non sunt ex ouib. quanquam rectè etiã hoc ex illo colligas, quia ouem esse, & suo tẽpore audire, ita sunt inter se coniuncta, ut distingui quidem possint, separari non possint. Sicut dixi uobis, καθὼς εἶπον ὑμῖν. Hæc à nonnullis connectuntur cum sequenti uersiculo. Eras. putat à quopiam addita. Ego uerò non puto redundare, quum præsertim in omnibus nostris codicibus summo consensu legantur. 29 Pater meus, ὁ πατήρ μου. Augustinus & Pseudocyrillus legunt, ὁ πατήρ μου ὁ δεδωκώς μοι, μεῖζον πάντων ἐστί. Quod mihi dedit Pater meus, maius est omnibus: idq; Augustinus quidem de Ecclesia interpretatur, quæ omnem uim aduersariorũ superat: Pseudocyrillus uerò de diuina Christi uirtute, cui frustra se opponat Satan cum suis. Ego eam lectionem sum sequutus quam in omnib. ex emplaribus reperi, & Nonnus etiam expressit. 33 Id est, κύριε. Sic cõuerti, ut ostenderem κύριε hoc loco nõ priùs copulam esse, sed potius per epexegesin explicandam: quamuis sic etiã loquuntur Latini, ut Virg. Iudicium Paridis, spretæq; iniuria formæ. Theophylactus Romanus omittit, & similes eclipses multas iam annotauimus suprà 5. c. 19. Solui, λυθῆναι. Id est, uiolari, aut irrita fieri, ut Matth. 5. c. 17. & 19. aut destrui, ut suprà 7. d. 23.

36 Me quem Pater, ὃν ὁ πατήρ. Supplendum fuisse pronomen primæ personæ, liquet ex eo quod dixit βλασφημῶ potius quàm βλασφημεῖ. Sed & orationem rectam mutauimus in obliquam, ut personæ mutationẽ uitaremus. Qua de re diximus suprà 1. c. 20.

38 In

Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. 37

Sin uerò facio, etiamsi mihi non credatis, operib. credite: ut cognoscatis & credatis quòd Pater in me est, & ego in eo. 38

Rursus ergo quærebant eum prehendere: sed exiuit è manu eorum. 39

Abijtq; rursus trans Iordanem, in eum locum ubi fuerat Ioannes baptizans primùm: mansitq; illic. 40

Multi autem ueniebant ad eum, ac dicebant: Ioannes quidem signũ edidit nullũ: omnia autem quæcunq; ipse dixit de hoc, uera erant. 41

Credunt multi. Et crediderunt multi illic in eum. 42

CAP. XI.

Lazarus ægrotans. AEgrotabant autem quidam nomine Lazarus, à Bethania, *id est* ex uico Mariæ & Marthæ sororis ipsius. 1

Maria soror Marthæ. (Maria autem ea est quæ unxit Dominũ unguento, & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus ægrotabat.) 2

Miserunt ergo sorores eius ad eum, dicentes: Domine, ecce, is quem amas, ægrotat. 3

Infirmitas ad gloriam Dei. Id autem quum audisset Iesus, dixit: Morbus iste non est mortifer, sed *immissus* pro gloria Dei, ut glorificetur filius Dei per eum. 4

Diligebat autem Iesus Martham, & sororẽ eius, & Lazarum. 5

Vt ergo audiuit quòd ægrotaret, tum quidẽ mansit duos dies in eo loco ubi erat. 6

Deinde post hoc dicit discipulis: Eamus in Iudæam rursus. 7

Dicunt ei discipuli: Rabbi, modò quærebãt te Iudæi lapidare, & rursum abis illuc? 8

Horæ diei duodecim. Respondit Iesus: Nónne duodecim sunt horę diei? si quis ambulauerit interdiu, non offendit: quia lucem huius mundi uidet. 9

Si quis autem ambulauerit nocte, offendit: quia lux non est in eo. 10

Hæc ait: & post hæc dicit eis, Lazarus amicus noster dormit: sed proficiscor ut à somno excitem eum. 11

Dixerunt ergo discipuli eius: Domine, si dormit, seruabitur. 12

Dixerat autem Iesus de morte eius: illi uerò putauerũt quòd de dormitione somni diceret. 13

Tunc ergo Iesus dixit eis apertè: Lazarus mortuus est. 14

εἰ δὲ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ πατρός μου, μὴ πιστεύητέ μοι· A

εἰ δὲ ποιῶ, κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις πιστεύετε, ἵνα γνῶτε καὶ πιστεύσητε, ὅτι ἐν ἐμοὶ ὁ πατὴρ κἀγὼ ἐν αὐτῷ.

ἐζήτουν οὖν πάλιν αὐτὸν πιάσαι· καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τῆς χειρὸς αὐτῶν.

καὶ ἀπῆλθε πάλιν πέραν τοῦ Ἰορδάνου, εἰς τὸν τόπον ὅπου ἦν Ἰωάννης τὸ πρῶτον βαπτίζων, καὶ ἔμεινεν ἐκεῖ.

καὶ πολλοὶ ἦλθον πρὸς αὐτὸν, καὶ ἔλεγον· ὅτι Ἰωάννης μὲν σημεῖον ἐποίησεν οὐδέν· πάντα δὲ ὅσα εἶπεν Ἰωάννης περὶ τούτου, ἀληθῆ ἦν.

καὶ ἐπίστευσαν πολλοὶ ἐκεῖ εἰς αὐτόν.

ΚΕΦ. ια.

ΗΝ δέ τις ἀσθενῶν Λάζαρος ἀπὸ Βηθανίας, ἐκ τῆς κώμης Μαρίας καὶ Μάρθας τῆς ἀδελφῆς αὐτῆς. 1

(ἦν δὲ Μαρία ἡ ἀλείψασα τὸν κύριον μύρῳ, καὶ ἐκμάξασα τοὺς πόδας αὐτοῦ ταῖς θριξὶν αὐτῆς, οὗ ὁ B ἀδελφὸς Λάζαρος ἠσθένει.) 2

ἀπέστειλαν οὖν αἱ ἀδελφαὶ πρὸς αὐτὸν, λέγουσα· κύριε, ἴδε ὃν φιλεῖς, ἀσθενεῖ. 3

ἀκούσας δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν· αὕτη ἡ ἀσθένεια οὐκ ἔστι πρὸς θάνατον, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ θεοῦ· ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ δι' αὐτῆς. 4

ἠγάπα δὲ ὁ Ἰησοῦς τὴν Μάρθαν, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς, καὶ τὸν Λάζαρον. 5

ὡς οὖν ἤκουσεν ὅτι ἀσθενεῖ, τότε μὲν ἔμεινεν ἐν ᾧ ἦν τόπῳ δύο ἡμέρας. 6

ἔπειτα μετὰ τοῦτο λέγει τοῖς μαθηταῖς, ἄγωμεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν πάλιν. 7

λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταί· ῥαββί, νῦν ἐζήτουν σε λιθάσαι οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ πάλιν ὑπάγεις ἐκεῖ; 8

ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, οὐχὶ δώδεκά εἰσιν ὧραι τῆς ἡμέρας; ἐάν τις περιπατῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ, οὐ προσκόπτει, C ὅτι τὸ φῶς τοῦ κόσμου τούτου βλέπει. 9

ἐὰν δέ τις περιπατῇ ἐν τῇ νυκτὶ, προσκόπτει, ὅτι τὸ φῶς οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ. 10

ταῦτα εἶπε, καὶ μετὰ τοῦτο λέγει αὐτοῖς, Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται, ἀλλὰ πορεύομαι, ἵνα ἐξυπνίσω αὐτόν. 11

εἶπον οὖν οἱ μαθηταὶ αὐτῷ· κύριε, εἰ κεκοίμηται, σωθήσεται. 12

εἰρήκει δὲ ὁ Ἰησοῦς περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἐκεῖνοι δὲ ἔδοξαν, ὅτι περὶ τῆς κοιμήσεως τοῦ ὕπνου λέγει. 13

τότε οὖν εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς παρρησίᾳ· Λάζαρος ἀπέθανε. 14

38 In eo, ἐν αὐτῷ. In eo scilicet Patre. Nam sic etiam legit Vulgata. & in uno exemplari scriptum erat, ἐν τῷ πατρί. 41 Ipse dixit, εἶπεν Ἰωάννης. Hebræa repetitio antecedentis pro relatiuo, quam studuimus uitare propter amphiboliam. Nam in uno exemplari deesse animaduertimus: & relatiua interdum, ubi etiã necessaria uidentur, solet Ioannes negligere, ut suprà uersu 29.

IN CAP. XI.

1 Id est è uico, ἐκ τῆς κώμης. Similem epexegesin uide suprà 5.c.19. & 10.f.33. Ea est quæ unxit, ὃν ἀλείψασα. ὃν pro ᾧ interdum usurpari, annotauimus suprà 1.d.30. quæ significatio mihi uisa est melius hìc conuenire. Sed & notandum est, quæ de unctione referuntur, dici κατὰ προέκλησιν. neq; enim adhuc id factũ erat. Ideo seruauimus propriam aoristi significationem, qui alioqui ferè poni solet pro præterito pluscũperfecto. 4 Mortifer, πρὸς θάνατον. Hebr. לִמָּוֶת id est, idcirco immissus ut Lazarum perimat: pro quo Vulg. & Eras. ad uerbum uerterunt, ad mortem. Nam πρὸς finem declarat, alioqui dicendum fuerat ὡσεὶ [uel, μέχρι] θανάτου, id est, עַד מָוֶת, ut Esa. 38.a.1.

Filius Dei, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ. In nonnullis Latinis codicib. legitur, Filius hominis, id est, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. & ita etiã Nonnus.

14 Apertè, παρρησίᾳ. Vide suprà 10.d.24.

17 Agentem.

καὶ χαίρω δι' ὑμᾶς, ἵνα πιστεύσητε ὅτι οὐκ ἤμην ἐκεῖ· ἀλλ' ἄγωμεν πρὸς αὐτόν.

15 Et gaudeo propter uos (ut credatis) quòd nō fuerim illic. sed eamus ad eum.

εἶπεν οὖν Θωμᾶς ὁ λεγόμενος Δίδυμος, τοῖς συμμαθηταῖς· ἄγωμεν καὶ ἡμεῖς, ἵνα ἀποθάνωμεν μετ' αὐτοῦ.

16 Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, condiscipulis: Eamus & nos, ut moriamur cum eo. *Thomas.*

ἐλθὼν οὖν ὁ Ἰησοῦς, εὗρεν αὐτὸν τέσσαρας ἡμέρας ἤδη ἔχοντα ἐν τῷ μνημείῳ.

17 Venit ergo Iesus, & inuenit eū quartum iam diem in monumento agentem.

(ἦν δὲ ἡ Βηθανία ἐγγὺς τῶν Ἱεροσολύμων ὡς ἀπὸ σταδίων δεκαπέντε)

18 (Erat autem Bethania prope Ierosolymam ferè stadijs quindecim:)

καὶ πολλοὶ ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐληλύθεισαν πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν, ἵνα παραμυθήσωνται αὐτὰς περὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῶν.

19 Multiq; ex Iudæis uenerant ad Martham & Mariam, ut consolarentur eas de fratre suo.

ἡ οὖν Μάρθα, ὡς ἤκουσεν ὅτι ὁ Ἰησοῦς ἔρχεται, ὑπήντησεν αὐτῷ· Μαρία δὲ ἐν τῷ οἴκῳ ἐκαθέζετο.

20 Martha ergo ut audiuit quòd Iesus ueniret, occurrit ei: Maria uerò domi sedebat.

εἶπεν οὖν ἡ Μάρθα πρὸς τὸν Ἰησοῦν· κύριε, εἰ ἦς ὧδε, ὁ ἀδελφός μου οὐκ ἂν ἐτεθνήκει.

21 Dixit ergo Martha ad Iesum: Domine, si fuisses hîc, frater meus non fuisset mortuus: *Marthæ querimonia apud Christum.*

ἀλλὰ καὶ νῦν οἶδα, ὅτι ὅσα ἂν αἰτήσῃ τὸν Θεὸν, δώσει σοι ὁ Θεός.

22 Sed & nunc scio quòd quæcunque petieris à Deo, dabit tibi.

λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· ἀναστήσεται ὁ ἀδελφός σου.

23 Dicit ei Iesus: Resurget frater tuus.

λέγει αὐτῷ Μάρθα, οἶδα ὅτι ἀναστήσεται ἐν τῇ ἀναστάσει ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.

24 Dicit ei Martha: Scio quòd resurget in resurrectione in ultimo illo die. *Resurrectio. Suprà 5.c.29. Luc.14.c.14.*

εἶπεν αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή· ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, κἂν ἀποθάνῃ, ζήσεται·

25 Dixit ei Iesus: Ego sum resurrectio & uita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet: *Vita. Fides. Suprà 6.d.35.*

καὶ πᾶς ὁ ζῶν, καὶ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ μὴ ἀποθάνῃ εἰς τὸν αἰῶνα. πιστεύεις τοῦτο;

26 Et omnis qui uiuit, & credit in me, non morietur in æternum. credis hoc?

λέγει αὐτῷ· ναὶ κύριε· ἐγὼ πεπίστευκα, ὅτι σὺ εἶ ὁ χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ εἰς τὸν κόσμον ἐρχόμενος.

27 Ait illi: Etiam Domine: ego credo quòd tu es Christus ille Filius Dei, qui in mundum uenturus erat. *Fides & confessio Marthæ.*

καὶ τοῦτο εἰποῦσα ἀπῆλθε, καὶ ἐφώνησε Μαρίαν τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς λάθρᾳ, εἰποῦσα· ὁ διδάσκαλος πάρεστι, καὶ φωνεῖ σε.

28 Et quū hęc dixisset, abijt, & clàm uocauit Mariam sororem suam, dicens: Magister adest, & uocat te. *Maria currit ad Christum.*

ἐκείνη ὡς ἤκουσεν, ἐγείρεται ταχὺ, καὶ ἔρχεται πρὸς αὐτόν.

29 Illa ut audiuit, surgit citò, & uenit ad eum.

οὔπω δὲ ἐληλύθει ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν κώμην, ἀλλ' ἦν ἔτι ἐν τῷ τόπῳ, ὅπου ὑπήντησεν αὐτῷ ἡ Μάρθα.

30 Nondum autem uenerat Iesus in uicum: sed erat in eo loco ubi occurrerat ei Martha.

οἱ οὖν Ἰουδαῖοι οἱ ὄντες μετ' αὐτῆς ἐν τῇ οἰκίᾳ, καὶ παραμυθούμενοι αὐτὴν, ἰδόντες τὴν Μαρίαν, ὅτι ταχέως ἀνέστη καὶ ἐξῆλθεν, ἠκολούθησαν αὐτῇ, λέγοντες, ὅτι ὑπάγει εἰς τὸ μνημεῖον, ἵνα κλαύσῃ ἐκεῖ.

31 Iudæi ergo qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam, quum uidissent ꝙ Maria citò surrexisset, & exisset, sequuti sunt eam, dicentes: Abijt ad monumentum, ut fleat illic.

ἡ οὖν Μαρία ὡς ἦλθεν ὅπου ἦν Ἰησοῦς, ἰδοῦσα αὐτὸν, ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, λέγουσα αὐτῷ· κύριε, εἰ ἦς ὧδε, οὐκ ἂν ἀπέθανέ μου ὁ ἀδελφός.

32 Maria ergo quum uenisset eò ubi erat Iesus, uiso eo, accidit ad pedes eius, dicens ei: Domine, si fuisses hîc, non esset mortuus frater meus. *Mariæ querimonia.*

Ἰησοῦς οὖν ὡς εἶδεν αὐτὴν κλαίουσαν, καὶ τοὺς συνελθόντας αὐτῇ Ἰουδαίους κλαίοντας, ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι, καὶ ἐτάραξεν ἑαυτὸν,

33 Iesus ergo ut uidit eam flentem, & Iudæos qui unà uenerant cum ea, flentes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum.

καὶ εἶπε· ποῦ τεθείκατε αὐτόν; λέγουσιν αὐτῷ, κύριε, ἔρχου καὶ ἴδε.

34 Et dixit, Vbi posuistis eum? Dicunt ei: Domine, ueni & uide.

ἐδάκρυσεν ὁ Ἰησοῦς.

35 Lachrymatus est Iesus. *Christus lachrymatur.*

ἔλεγον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι· ἴδε πῶς ἐφίλει αὐτόν.

36 Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum.

17 Agentem, ἔχοντα. Vulgata & Erasmus, habentem: quo modo dixit Quintilianus lib.6.cap.4. triginta annos habere, pro, tricesimum annum agere, ut suprà etiam conuertimus 8.g.57. Sed tamen nonnihil aspera nobis uisa est hęc formula, quamuis ne hęc quidem, qua usi sumus, nobis satisfaciat. 19 Ad Martham & Mariam, πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν, Ad uerbum, ad eas quæ erant circa Martham & Mariam. Sed Græca est periphrasis admodum elegans, quam rectè expressit Vetus interpres, immeritò à Valla reprehensus. Interdum tamen hæc periphrasis simpliciter accipienda est, ut Act.13.b.13. 20 Veniret, ἔρχεται, Erasmus, uenisset, impropriè: nam adhuc erat in uia.

Supra 9.2.6.

Quídam autem ex ipsis dixerunt: Non potérat hic qui aperuit oculos cæci, facere ut & iste non moreretur?

Iesus ergo rursum fremēs in semetipso, uenit ad monumentum. erat autem spelunca, & lapis impositus erat ei.

Suscitatur Lazarus.

Ait Iesus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha, soror eius qui mortuus fuerat: Domine, iam olet: quatuor enim dierum est.

Fides. Gloria Dei.

Dicit ei Iesus: Nónne dixi tibi quòd si credideris, uidebis gloriam Dei?

Sustulerūt ergo lapidem à loco ubi mortuus ille fuerat positus. Iesus autē attollens sursum oculos, dixit: Pater gratias ago tibi ꝙ me audieris.

Oratio Christi. Fides.

Ego autem sciebam quòd semper me audis: sed propter turbam circunstantē hoc dixi: ut credant quòd tu me miseris.

Et quum hæc dixisset, clamauit uoce magna: Lazare, adesdum foras.

Tum qui fuerat mortuus, prodijt, manus & pedes uinctus fascijs. facies autem eius sudario erat obuincta. dicit eis Iesus: Soluite eum, & sinite abire.

Iudæi quidam credūt Christo.

Multi ergo ex Iudæis qui uenerant ad Mariam, & spectauerant quæ fecerat Iesus, credidérunt in eum.

Quídam autem ex ipsis abierūt ad Pharisæos, & dixerunt eis, quæ fecisset Iesus.

Concilium Pharisæorum cōtra Christum.

Coegerunt ergo Pontifices & Pharisæi concilium, ac dicebant: Quid faciemus? nam hic homo multa signa edit.

Romani.

Si ita sinamus eum, omnes credent ei: uenientq; Romani, & delebunt tum locum nostrum, tum gentem.

Caiaphas prophetat Christū moriendum. Infrà 8.c.14.

Vnus autem ex ipsis Caiaphas, Pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quicquam,

Nec cogitatis quòd confert nobis ut unus homo moriatur pro populo, ac tota gens non pereat.

Hoc autem à semetipso non dixit: sed quum esset Pontifex anni illius, prophetauit fore ut Iesus moreretur pro ea gente:

Iudæorum & Gentium salus.

Et non tantùm pro ea gente, sed ut etiam filios Dei dispersos cogeret in unum.

Ab illo ergo die consultabant unà, ut trucidarent eum.

Iesus fugit Iudæos. Ephrem.

Iesus ergo iam non palàm uersabatur inter Iudæos: sed abijt illinc in regionem quæ est prope desertum, in urbe quæ dicitur Ephraim, & illic commorabatur cum discipulis suis.

Sanctificare se.

Propè autem erat Pascha Iudæorum: & ascenderunt multi Ierosolymam ex illa regione ante Pascha, ut purificarent se.

37 πινὲς δὲ ἐξ αὐτ῀ εἶπον· οὐκ ἠδύνατο οὗτος ὁ ἀνοίξας τοὺς ὀφθαλμοὺς τ῀ τυφλ῀, ποιῆσαι ἵνα καὶ οὗτ῀ μὴ ἀποθάνῃ; A

38 Ἰησοῦς οὖν πάλιν ἐμβριμώμενος ἐν ἑαυτῷ, ἔρχεται εἰς τὸ μνημεῖον. ἦν δὲ σπήλαιον, καὶ λίθ῀ ἐπέκειτο ἐπ' αὐτῷ.

39 λέγει ὁ Ἰησοῦς· ἄρατε τὸν λίθον. λέγει αὐτῷ ἡ ἀδελφὴ τ῀ τεθνηκότ῀ Μάρθα· κύριε, ἤδη ὄζει· τεταρταῖ῀ γάρ ἐστι.

40 λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· οὐκ εἶπόν σοι, ὅτι ἐὰν πιστεύσῃς, ὄψει τὴν δόξαν τ῀ θεοῦ;

41 ἦραν οὖν τὸν λίθον, ὅπου ὁ τεθνηκὼς κεῖτο. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἦρε τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄνω, καὶ εἶπε· πάτερ, εὐχαριστῶ σοι, ὅτι ἤκουσάς μου·

42 ἐγὼ δὲ ᾔδειν, ὅτι πάντοτέ μου ἀκούεις, ἀλλὰ διὰ τὸν ὄχλον τὸν περιεστῶτα εἶπον, ἵνα πιστεύσωσιν, ὅτι σύ με ἀπέστειλας.

43 καὶ ταῦτα εἰπὼν, φωνῇ μεγάλῃ ἐκραύγασε· λάζαρε, δεῦρο ἔξω.

44 καὶ ἐξῆλθεν ὁ τεθνηκὼς δεδεμένος τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας κειρίαις, καὶ ἡ ὄψις αὐτ῀ σουδαρίῳ περιεδέδετο. λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· λύσατε αὐτὸν, καὶ ἄφετε ὑπάγειν. B

45 πολλοὶ οὖν ἐκ τ῀ Ἰουδαίων οἱ ἐλθόντες πρὸς τὴν Μαρίαν, καὶ θεασάμενοι ἃ ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν.

46 τινὲς δὲ ἐξ αὐτ῀ ἀπῆλθον πρὸς τοὺς Φαρισαίους, καὶ εἶπον αὐτοῖς ἃ ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς.

47 συνήγαγον οὖν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι συνέδριον, καὶ ἔλεγον· τί ποιοῦμεν; ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπ῀ πολλὰ σημεῖα ποιεῖ·

48 ἐὰν ἀφῶμεν αὐτὸν οὕτω, πάντες πιστεύσουσιν εἰς αὐτόν· καὶ ἐλεύσονται οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ἀροῦσιν ἡμῶν καὶ τὸν τόπον καὶ τὸ ἔθνος.

49 εἷς δέ τις ἐξ αὐτ῀ Καϊάφας, ἀρχιερεὺς ὢν τ῀ ἐνιαυτ῀ ἐκείνου, εἶπεν αὐτοῖς· ὑμεῖς οὐκ οἴδατε οὐδέν, C

50 οὐδὲ λογίζεσθε, ὅτι συμφέρει ἡμῖν, ἵνα εἷς ἄνθρωπος ἀποθάνῃ ὑπὲρ τ῀ λαοῦ, καὶ μὴ ὅλον τὸ ἔθνος ἀπόληται.

51 τοῦτο δὲ ἀφ' ἑαυτ῀ οὐκ εἶπεν· ἀλλὰ ἀρχιερεὺς ὢν τ῀ ἐνιαυτ῀ ἐκείνου, ἐπροφήτευσεν, ὅτι ἔμελλεν ὁ Ἰησοῦς ἀποθνήσκειν ὑπὲρ τ῀ ἔθνους·

52 καὶ οὐχ ὑπὲρ τ῀ ἔθνους μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ τὰ τέκνα τ῀ θεοῦ τὰ διεσκορπισμένα συναγάγῃ εἰς ἕν.

53 ἀπ' ἐκείνης οὖν τ῀ ἡμέρας συνεβουλεύσαντο, ἵνα ἀποκτείνωσιν αὐτόν.

54 Ἰησοῦς οὖν οὐκέτι παῤῥησίᾳ περιεπάτει ἐν τοῖς Ἰουδαίοις, ἀλλὰ ἀπῆλθεν ἐκεῖθεν εἰς τὴν χώραν, ἐγγὺς τ῀ ἐρήμου, εἰς Ἐφραὶμ λεγομένην πόλιν, κἀκεῖ διέτριβε μετὰ τ῀ μαθητῶν αὐτ῀.

55 ἦν δὲ ἐγγὺς τὸ πάσχα τ῀ Ἰουδαίων· καὶ ἀνέβησαν πολλοὶ εἰς Ἱεροσόλυμα ἐκ τ῀ χώρας πρὸ τοῦ πάσχα, ἵνα ἁγνίσωσιν ἑαυτούς.

48 Delebunt, ἀροῦσι. Vulg. & Eras. ad uerbum, tollent: quæ interpretatio mihi quidem uisa est nimium obscura. 52 Pro ea gente, ὑπὲρ τ῀ ἔθνους. Hoc quidem loco uidetur exprimenda uis articuli, ut certam gentem cū reliquarum gentium hominib. conferri intelligamus. Idcirco enim istos uocat Dispersos, quòd non ut Iudæi, in una regione coacti essent, sed ab Oriente ad Occidentem hinc & inde colligendi. 54 Quæ est prope desertum, ἐγγὺς τ῀ ἐρήμου: id est, πλησίον ἐγγὺς ἐρήμου. Deest enim articulus: de qua eclipsi diximus suprà 5.f.36. Cæterum pro ἐφραὶμ in uno codice legitur Ephren, & apud Nonnum quoque.

ἐζήτουν οὖν τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἔλεγον μετ' ἀλλήλων ἐν τῷ ἱερῷ ἑστηκότες· τί δοκεῖ ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ ἔλθῃ εἰς τὴν ἑορτήν;

56 Quærebant ergo Iesum, & loquebantur alij cum alijs in templo stãtes: Quid uidetur uobis, *num* quòd non ueniet ad festum?

δεδώκεισαν δὲ καὶ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι ἐντολήν, ἵνα ἐάν τις γνῷ ποῦ ἐστι, μηνύσῃ, ὅπως πιάσωσιν αὐτόν.

57 Dederant autem Pontifices & Pharisæi mandatũ, ut si quis nosset ubi esset, indicaret, ut prehenderent eum. *Sacerdotes iubent Christum comprehendi.*

ΚΕΦΑΛ. ιβ'.

CAP. XII.

Ὁ οὖν Ἰησοῦς πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα ἦλθεν εἰς Βηθανίαν, ὅπου ἦν Λάζαρος ὁ τεθνηκώς, ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν.

1 Iesus ergo sexto die ante Pascha uenit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitarat ex mortuis. *Christus cœnat apud Marthã cum Lazaro. Matth.26.a.6. Marc.14.a.3.*

ἐποίησαν οὖν αὐτῷ δεῖπνον ἐκεῖ, καὶ ἡ Μάρθα διηκόνει. ὁ δὲ Λάζαρος εἷς ἦν τῶν συνανακειμένων αὐτῷ.

2 Fecerunt igitur ei cœnam illic, & Martha ministrabat: Lazarus uerò unus erat ex ijs qui simul accumbebant cum eo.

ἡ οὖν Μαρία λαβοῦσα λίβραν μύρου νάρδου πιστικῆς πολυτίμου, ἤλειψε τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἐξέμαξε ταῖς θριξὶν αὐτῆς τοὺς πόδας αὐτοῦ· ἡ δὲ οἰκία ἐπληρώθη ἐκ τῆς ὀσμῆς τοῦ μύρου.

3 Maria ergo accepta libra unguenti nardi spicatæ multi precij, unxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis: domus autem impleta est odore unguenti. *Maria soror Marthæ ungit pedes Iesu.*

λέγει οὖν εἷς ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, Ἰούδας σίμωνος Ἰσκαριώτης, ὁ μέλλων αὐτὸν παραδιδόναι,

4 Dixit ergo quidam ex discipulis eius, *nempe* Iudas Simonis *filius* Iscariotes, qui erat eum proditurus:

διατί τοῦτο τὸ μύρον οὐκ ἐπράθη τριακοσίων δηναρίων, καὶ ἐδόθη πτωχοῖς;

5 Quare hoc unguentum non uenijt trecentis denarijs, & datum est pauperibus? *Iudæ auaritia.*

εἶπε δὲ τοῦτο, οὐχ ὅτι περὶ τῶν πτωχῶν ἔμελεν αὐτῷ, ἀλλ' ὅτι κλέπτης ἦν, καὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχε, καὶ τὰ βαλλόμενα ἐβάσταζεν.

6 Dixit autem hoc, non q̃ pauperum ipsi cura esset, sed quia fur erat, ac marsupium habebat, & ea quæ *intrò* mittebantur, portabat. *Infrà 13.c.29.*

εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς· ἄφες αὐτήν· εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου τετήρηκεν αὐτό.

7 Dixit ergo Iesus: Sine eam, in diem sepulturæ meæ seruauit istud.

τοὺς πτωχοὺς γὰρ πάντοτε ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν, ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε.

8 Pauperes enim semper habetis uobiscũ, me uerò non semper habebitis.

ἔγνω οὖν ὄχλος πολὺς ἐκ τῶν Ἰουδαίων, ὅτι ἐκεῖ ἐστι· καὶ ἦλθον οὐ διὰ τὸν Ἰησοῦν μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ τὸν Λάζαρον ἴδωσιν, ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν.

9 Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quòd illic esset: & uenerunt non propter Iesum tantũ, sed etiam ut Lazarum uiderent, quem fuscitauerat à mortuis.

ἐβουλεύσαντο δὲ οἱ ἀρχιερεῖς, ἵνα καὶ τὸν Λάζαρον ἀποκτείνωσιν·

10 Consultarunt autem principes Sacerdotum ut & Lazarum trucidarent. *Lazarum occidere consultant Iudæi.*

ὅτι πολλοὶ δι' αὐτὸν ὑπῆγον τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἐπίστευον εἰς τὸν Ἰησοῦν.

11 Quia multi ex Iudæis propter eum abibant, & credebant in Iesum.

τῇ ἐπαύριον ὄχλος πολὺς ὁ ἐλθὼν εἰς τὴν ἑορτήν, ἀκούσαντες ὅτι ἔρχεται ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἰερουσαλήμ,

12 Postero die turba multa quę uenerat ad festum, quum audissent quòd ueniret Iesus Ierosolymam:

ἔλαβον τὰ βαΐα τῶν φοινίκων, καὶ ἐξῆλθον εἰς ὑπάντησιν αὐτῷ, καὶ ἐκραύγαζον· ὡσαννά, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ.

13 Acceperunt ramos palmarum, & egressi sunt obuiam ei, & clamabant: Hosanna, Benedictus qui uenit in nomine Domini, Rex ille Israel. *Iesu asinæ insidens, ingreditur Ierusalem. Matth. 21. a. 8. Marc.11.a.7. Luc.19. c.35.*

εὑρὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς ὀνάριον, ἐκάθισεν ἐπ' αὐτό, καθώς ἐστι γεγραμμένον,

14 Nactus autem Iesus asellum, sedit super eum, sicut scriptum est,

μὴ φοβοῦ θυγάτηρ σιών, ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεται καθήμενος ἐπὶ πῶλον ὄνου.

15 Ne timeas filia Sion: ecce, Rex ille tuus uenit, sedens super pullum asinæ. *Zachar.9.b.9.*

56 Num quòd non uenier, ἔστι ὅ μὴ ἔλθῃ: id est, ἔστι ὅ μὴ ἐλεύσεται. Deliberant enim de re adhuc incerta, quum festũ quidem instaret, sed nondum tamen aduenisset. Itaq; ut planior esset sententia, suppleui particulam interrogantẽ. Nam Erasmus mihi quidem non uidetur sensum assequutus, quum interpretaretur, quòd non uenerit.

IN CAPVT XII.

1 Sexto die ante Pascha, πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα. Vulgata & Erasmus, ad uerbum, ante sex dies Paschæ. quod nemo facilè intelligat. 3 Spicatæ, πιστικῆς. Vide Marc.14.a.3. Cæterùm pro eo quod λίτραν Ioannes scripsit, miror Nonnum τρίμετρα interpretari: neq; sanè unquam potui istius interpretationis rationem inire. λίτρα uerò uocabulum esse Latinum, apertè declarat Galenus libro primo De compositione medicamentorum secundũ genera. Sunt, inquit, ἐπιχώρια ταῦτα ὀνόματα τά, τε τῆς λίτρας καὶ τὰ ἐξ ἧς γίνεται, de Romanis loquẽs. Neq; obstat quod ex Polluce citat Erasmus. Neq; enim alios quàm Siculos Poetas, aut qui Siculos imitati sunt, citat Pollux: quos ut alia multa, sic etiam hoc uocabulum à uicinis hausisse, uel hoc indicat, quòd nulli alij Græci authores id usurparent, Latini autem non aliter loqui soleant. Sed hæc παρέργως. 7 Seruauit, τετήρηκε. Vulgata, ut seruet, ἵνα τηρήσῃ, sicut in uno codice scriptum inuenimus. Ita etiam legit Nonnus.

Hæc autem non cognouerunt discipuli eius primùm: sed quum glorificatus esset Iesus, tunc meminerũt quòd hæc essent scripta de eo, & *quòd* hæc fecissent ei.

Credẽtes ob Lazarum suscitatum.

Testabatur autem turba quæ erat cum eo, q̃ Lazarum uocasset è monumento, & suscitasset eum à mortuis.

Propterea etiam obuiam uenit ei turba: quia audierat eum edidisse hoc signum.

Pharisæi ergo dixerunt inter se: Videtis quòd nihil proficitis? ecce, turba post eum abijt.

Gentiles uolunt Christum uidere.

Erant autem quidam Græci ex ijs qui ascendere solent ut adorent in festo:

Isti ergo uenerunt ad Philippum qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogarunt eum, dicentes: Domine, cupimus Iesum uidere.

Venit Philippus, & dicit Andreæ: Andreas rursum & Philippus dicunt Iesu.

Iesus autem respondit eis, dicens: Venit tempus quo glorificetur Filius hominis.

Granum frumenti.

Amen amen dico uobis, nisi granum frumenti lapsum in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si uerò mortuum fuerit, multum fructum affert.

Amare uel odio habere animam suam.
Matth. 10. d. 39. & 16. d. 25.
Marc. 8. d. 35.
Luc. 9. c. 24. & 17. g. 33.

Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in uitã æternam custodiet eam.

Ministrare Christo.

Si quis mihi ministrat, me sequatur: nam ubi ego fuero, illic & minister meus erit. & si quis mihi ministrauerit, honorabit eum Pater.

Oratio Christi.

Nunc anima mea turbata est: & quid dicam? Pater, conserua me ab hac hora. sed propterea ueni in horam hanc.

Pater, glorifica nomẽ tuum. Venit ergo uox è cœlo, *dicens*: Et glorificaui, & rursus glorificabo.

Tonitruum. Angelus.

Turba ergo quę adstabat & audierat, dicebat tonitruum esse factum. alij dicebant: Angelus ei loquutus est.

Respondit Iesus, & dixit: Non propter me hęc uox facta est, sed propter uos.

Iudicium.

Nunc iudiciũ adest mundi huius: nunc princeps mundi huius eijcietur foras.

16 ταῦτα ὐκ ἔγνωσαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τὸ πρῶ A
τον, ἀλλ' ὅτε ἐδοξάσθη ὁ ἰησοῦς, τότε ἐμνήσθησαν
ὅτι ταῦτα ἦν ἐπ' αὐτῷ γεγραμμένα, καὶ ταῦτα
ἐποίησαν αὐτῷ.

17 ἐμαρτύρει οὖν ὁ ὄχλος ὁ ὢν μετ' αὐτοῦ, ὅτε
τὸν λάζαρον ἐφώνησεν ἐκ τοῦ μνημείου, καὶ ἤγειρεν
αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.

18 διὰ τοῦτο καὶ ὑπήντησεν αὐτῷ ὁ ὄχλος· ὅτι
ἤκουσε τοῦτο αὐτὸν πεποιηκέναι τὸ σημεῖον.

19 οἱ οὖν φαρισαῖοι εἶπον πρὸς ἑαυτούς· θεωρεῖ
τε ὅτι οὐκ ὠφελεῖτε οὐδέν; ἴδε ὁ κόσμος ὀπίσω αὐ
τοῦ ἀπῆλθεν.

20 ἦσαν δέ τινες Ἕλληνες ἐκ τῶν ἀναβαινόντων,
ἵνα προσκυνήσωσι τῇ ἑορτῇ·

21 οὗτοι οὖν προσῆλθον Φιλίππῳ τῷ ἀπὸ βηθσαΐ
δὰ τῆς γαλιλαίας, καὶ ἠρώτων αὐτὸν, λέγοντες·
κύριε, θέλομεν τὸν ἰησοῦν ἰδεῖν.

22 ἔρχεται Φίλιππος, καὶ λέγει τῷ ἀνδρέᾳ, καὶ πά
λιν ἀνδρέας καὶ Φίλιππος λέγουσι τῷ ἰησοῦ.

23 ὁ δὲ ἰησοῦς ἀπεκρίνατο αὐτοῖς, λέγων· ἐλήλυθεν
ἡ ὥρα, ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. B

24 ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ ὁ κόκκος
τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν, ἀποθάνῃ, αὐτὸς μό
νος μένει· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, πολὺν καρπὸν φέ
ρει.

25 ὁ φιλῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀπολέσει αὐτήν· καὶ
ὁ μισῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, εἰς
ζωὴν αἰώνιον φυλάξει αὐτήν.

26 ἐὰν ἐμοί τις διακονῇ, ἐμοὶ ἀκολουθείτω· καὶ ὅπου
εἰμὶ ἐγὼ, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσται· καὶ ἐάν
τις ἐμοὶ διακονῇ, τιμήσει αὐτὸν ὁ πατήρ.

27 νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται. καὶ τί εἴπω; πά
τερ σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης. ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἦλ
θον εἰς τὴν ὥραν ταύτην.

28 πάτερ δόξασόν σου τὸ ὄνομα. ἦλθεν οὖν φω
νὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐδόξασα, καὶ πάλιν δο
ξάσω.

29 ὁ οὖν ὄχλος ὁ ἑστὼς καὶ ἀκούσας, ἔλεγε βρον
τὴν γεγονέναι. ἄλλοι ἔλεγον, ἄγγελος αὐτῷ λε
λάληκεν. C

30 ἀπεκρίθη ὁ ἰησοῦς, καὶ εἶπεν· οὐ δι' ἐμὲ αὕτη ἡ φω
νὴ γέγονεν, ἀλλὰ δι' ὑμᾶς.

31 νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου· νῦν ὁ ἄρχων τοῦ
κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω.

16 Fecissent, ἐποίησαν: id est, ἐτέλεσαν, ut uertit Nonnus. Potest autem hoc referri uel ad discipulos, qui quum hunc asinum adduxissent Domino, (ut alij Euangelistæ narrant) meritò postea cogitarunt se, quum nihil tale cogitarent, Deo operam suam præstitisse ut uaticinium illud impleretur: uel ad turbam, quę aduenientem Christum ita honorificè excepit, ut Prophera prædixerat. 17 Quòd Lazarum uocasset, ὅτι λάζαρον ἐφώνησεν. Scio in plerisque codicibus legi, ὅτι λάζαρον ἐφώνησεν: id est, quando Lazarum uocarat. Sed quia μαρτυρῶν raro ita positum inuenio, ut nihil prorsus habeat quod cohæreat, & planior est sententia, si ὅτε legas: non dubitauimus ita scribere & interpretari, partim duorum uetustorum codicum, partim etiam Nonni authoritate adducti. 19 Turba. ὁ κόσμος: id est, ὁ ὄχλος. Est enim mundi uocabulum Mundi περίοικος, sed apud Latinos (quod sciam) nunquam hac significatione accipitur, nisi uelimus ὑπερβολικῶς hæc dici. Nam Vulgata & Nonnus addunt ὅλος, id est totus.

20 Qui ascendere solent, τῶν ἀναβαινόντων. Vulgata & Erasmus, qui ascenderant, τῶν ἀναβάντων. At ego puto præsenti tempore solennem consuetudinem significari: qua de re diximus aliquid Matt. 16. b. 23.

21 Cupimus, θέλομεν. Vide Marc. 10. e. 35. 26 Nam erit, καὶ ἔσται. Alij conuertunt, & esto, ut futurum Hebræorũ more positũ sit pro imperandi modo, & ita explicetur quid sit, Dũm sequi: nempe ubicunq; fuerit, illic eũ comitari. Etsi autẽ hæc sententia uera est & optimè cõuenit: tamen quia paulo antè non scriptũ est ἀκολουθέσω, sed ἀκολουθείτω, malui seruare propriã futuri significationẽ. Et si quis, καὶ ἐάν τις. Vulg. & Eras. si quis. Atqui in omnib. uetustis codicib. additur καὶ, & apparet hoc esse additũ ut explicetur præcedẽs promissio. 28 Vox è cœlo *dicẽs*, φωνὴ λέ

A φωτὸς ἐν ὑμῖν ἐστε. Sic apud Hebræos sæpe subauditur אמר, ut annotauimus Marc.10.c.33. Sic autē loquitur Matth. 17.a.5. Sed pro ὄνομά σου nomen tuum, in uno codice scriptum erat, ὄνομά μου, nomen meum.

ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. 32 Et ego si sublatus fuero è terra, omnes traham ad meipsum. *Christus crucifigendus.*

(τοῦτο δὲ ἔλεγε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἤμελλεν ἀποθνήσκειν.) 33 (Hoc autem dicebat, significans qua morte futurum erat ut moreretur.)

ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ ὄχλος· ἡμεῖς ἠκούσαμεν ἐκ τοῦ νόμου, ὅτι ὁ χριστὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ πῶς σὺ λέγεις, ὅτι δεῖ ὑψωθῆναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; τίς ἐστιν οὗτος ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου; 34 Respondit ei turba: Nos audiuimus ex Lege, quòd Christus manet in æternum: quomodo igitur tu dicis: Oportet tolli Filiū hominis? quis est iste Filius hominis? *Psal.88.c.37.& 109.b.4.& 116. a.1. Esa.40.b.8. Ezech.37.g.25.*

εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς· ἔτι μικρὸν χρόνον τὸ φῶς μεθ' ὑμῶν ἐστι. περιπατεῖτε ἕως τὸ φῶς ἔχετε, ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ. καὶ ὁ περιπατῶν ἐν τῇ σκοτίᾳ, οὐκ οἶδεν ποῦ ὑπάγει. 35 Dixit ergo eis Iesus: Adhuc ad paruum tempus Lux uobiscū est: ambulate donec Lucem habetis, ne uos tenebræ deprehendant. nā qui ambulat in tenebris, nescit quò uadat. *Lumen. Tenebræ.*

ἕως τὸ φῶς ἔχετε, πιστεύετε εἰς τὸ φῶς, ἵνα υἱοὶ φωτὸς γένησθε. ταῦτα ἐλάλησεν ὁ ἰησοῦς, καὶ ἀπελθὼν ἐκρύβη ἀπ' αὐτῶν. 36 Dum Lucem habetis, credite in Lucem, ut filij Lucis sitis. Hæc loquutus est Iesus: & quum abiisset, occultauit se ab eis. *Fides. Supra 12.a.9.*

τοσαῦτα δὲ αὐτοῦ σημεῖα πεποιηκότος ἔμπροσθεν αὐτῶν, οὐκ ἐπίστευον εἰς αὐτόν, 37 Quum autem tot signa edidisset coram eis, non credebant in eum: *Abscondit se Christus.*

ἵνα ὁ λόγος �Ησαΐου τοῦ προφήτου πληρωθῇ, ὃν εἶπε· κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν, καὶ ὁ βραχίων κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; 38 Vt sermo Esaię prophetę impleretur, quem dixit: Domine, quis credidit sermoni nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? *Iudæi quare non credebāt. Esa.53.a.1. Rom.10.c.16.*

διὰ τοῦτο οὐκ ἠδύναντο πιστεύειν, ὅτι πάλιν ἔφησεν ἠσαΐας, 39 Propterea nō poterant credere, quia iterum dixit Esaias,

τετύφλωκεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν, ἵνα μὴ ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ νοήσωσι τῇ καρδίᾳ, καὶ στραφῶσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς. 40 Excæcauit oculos eorum, & callum obduxit cordi eorum, ne uideant oculis, & ne intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos. *Esa.6.c.9. Matth.13.b.14. Marc.4.c.12. Luc.8.b.11. Act.28.f.26. Rom.11.a.8.*

ταῦτα εἶπεν ἠσαΐας, ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ. 41 Hęc dixit Esaias, quando uidit gloriam eius, & loquutus est de eo.

32 Sublatus fuero è terra, ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς. Vulg. & Eras. exaltatus fuero è terra. Atqui quum ex hac oratione natscatur sequēs Iudęorum obiectio, necesse est existimemus Christum in suo idiomate uerbum ambiguę significationis usurpasse, quo scilicet significetur aliquid tum attolli, tum etiam è medio auferri. Nam alioquin neq; Iudęis occasio data esset ista obijciendi, neq; etiam Christus tam commodè uideri posit mortem suam significasse. Puto autem id omnino esse quod Latini dicunt Tollere: Græci autem magis proprie αἴρειν quàm ὑψοῦν: Hebræi, uel רום, quod etiam declarat Separare & eximere, ut Exod.29.c.27. unde oblationem תרומה: Chaldęus Paraphrastes exponit אפרשרתא, id est separationes: uel potius עלה, quod respondet quidem uerbo ἀναβαίνειν, sed in Niphah accipitur pro ἀπαίρεσθαι καὶ ὑφαιρεῖσθαι, ut Græca editio habet Psal.47.b.10. & 97.b.9. Sic factum est ut eleganti translatione usurpetur pro Tolli è medio, ut Iob 5.d.26. ubi etiam de morte agitur: & pro Euanescere, fumi scilicet ac uaporis instar, qui Hebręis dicitur ascendere è terra, ut Zach.14.c.13. quem locum Latini interpretes non rectè expresserunt: atq; adeò pro Penitus deleri & excindi, ut Nah 2.b.7.p. eo quod in Hebręo legitur תרעלה, doctissimus Hebręorum habet גברחה, id est, deletum & excisum est. Omnes, πάντας: id est, non solos Iudæos, ut rectè explicant Chrysostomus & Theophylactus. Vulg. omnia, id est πάντα, ut etiā legit Augustinus. Sed Græca omnia exemplaria scriptū habebant πάντας. 34 Manet in æternum, μένει εἰς τὸν αἰῶνα: id est עמד, uel ברך: quæ quum opponantur uerbo ὑψοῦσθαι, apparet quod modò dixi, ὑψοῦσθαι hīc respondere uerbo עלה, quod acceperint Iudæi translatitia significatione pro euanescere & Tolli è medio. 35 Adhuc ad paruum tempus, ἔτι μικρὸν χρόνον. Vulg. adhuc modicum, ἔτι μικρόν, ita ut non exprimatur χρόνος, sed subaudiatur, aut potius μικρὸν degeneret in aduerbium, ut infrà 13.d.33. quum præsertim sic dicant Hebræi. Quia uerò idem interpres conuertit τὸ φῶς neutro genere, quidam per imprudētiam hęc cōiunxerunt, perinde ac si dicat Dñs, adhuc pusillum luminis in ipsis superesse: in quo errore uersatur etiā Augustinus. Atqui (ut rectè Eras. obseruat) hoc sensu dicendum fuerat non μικρὸν τὸ φῶς, sed μικρὸν φῶς. Præbuit autem illud quoq; errandi occasionē, ϕ μεθ' ὑμῶν, id est uobiscum, uertit in uobis, pro Inter uos. Legit enim ἐν ὑμῖν, ut etiā scriptum inuenimus in tribus exemplarib. Tanti est momenti, ad uerum eruendū sensum, uel unius particulæ observatio. 36 Filij lucis, υἱοὶ φωτὸς: id est, Lucis participes, ex Hebręorum idiotismo, de quo diximus Luc.16.b.8. 38 Brachium Domini, ὁ βραχίων κυρίου. Heb. זרוע יהוה: id est, Euangeliū quod est potentia Dei in salutē omni credenti, ut definit Apost. Rom.1.b.16. Hanc expositionē id cōfirmat, quòd plerunq; soleat pars posterior unius uersiculi ad Hebræos alterā explicare: facta autē fuerat mētio τοῦ ἀκοῦσαι, id est, Verbi annunciati, quod scilicet illis est opertum qui pereunt, ut ait idem Paulus 2.Cor.4.a.3. Deinde Brachij nomine apud Hebręos notum est, uim ac robur declarari, sicut annotauimus Luc.1.c.51. Non est igitur Brachium Domini reuelatū ijs quorū Dñs cor non aperuit, ut credāt annunciato Euangelio, Act.16.c.14. 39 Non poterāt, οὐκ ἠδύναντο: id est noluerūt, inquit Theophylactus, ex Chrysostomo: quē norunt omnes pij plus æquo suum illud αὐτεξούσιον extollere solere. Et tamen, si tē ipsam spectes, uerum est reprobos idcirco nō credere, quia credere nolūt. Atq; adeò hæc est propinqua ac propria incredulitatis ipsorū causa. sed altius cōscendit Euāgelista, quū istos dicit credere nō potuisse. Nā sicut credere nolūt reprobi, ita certū est nō posse uelle credere, quia tenebręin quib. nati sunt, lucē cōprehendere nō possunt. Deus autē (inquit Paulus) quos uult miseratur, & quos uult indurat. Mira aūt est hominū arrogātia, qui rogāt cur Deus aliquos induret, quū potius mirari debuerint, tantā ipsius esse bonitatē ut aliquos nō induret. 40 Callū obdu

xit cordi eorum, πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν. Vulgata, indurauit, id est, ἐσκλήρυνεν, alioquin πώρωσιν & πωροῦν solet confundere, ut diximus Marc. 3. a. 5. A

Principes credentes timent excommunicari.

Veruntamen etiam ex principibus multi crediderunt in eum: sed propter Pharisæos non cõfitebantur, ne synagoga mouerentur.

42 ὅμως μέντοι καὶ ἐκ τῶν ἀρχόντων πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν, ἀλλὰ διὰ τοὺς φαρισαίους οὐχ ὡμολόγουν, ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι γένωνται·

Gloria hominũ. Supra 5. g. 44.

Dilexerunt enim gloriam hominum potius quàm gloriam Dei.

43 ἠγάπησαν γὰρ τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἤπερ τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ.

Iesus autem clamauit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me.

44 Ἰησοῦς δὲ ἔκραξε, καὶ εἶπεν· ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, οὐ πιστεύει εἰς ἐμέ, ἀλλ' εἰς τὸν πέμψαντά με·

Et qui spectat me, spectat eum qui misit me.

45 καὶ ὁ θεωρῶν ἐμέ, θεωρεῖ τὸν πέμψαντά με.

Lux. Tenebræ. Supra 8. c. 12. & 9. g. 39. Supra 3. b. 17.

Ego Lux in mundum ueni, ut nullus qui credit in me, in tenebris maneat.

46 ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, ἐν τῇ σκοτίᾳ μὴ μείνῃ.

Nam si quis audierit uerba mea, & nõ crediderit, ego non condemno eum. non enim ueni ut condemnem mundum, sed ut seruem mundum.

47 καὶ ἐάν τις μου ἀκούσῃ τῶν ῥημάτων, καὶ μὴ πιστεύσῃ, ἐγὼ οὐ κρίνω αὐτόν. οὐ γὰρ ἦλθον ἵνα κρίνω τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσω τὸν κόσμον.

Spernens Christum. Marc. 16. d. 16.

Qui reiecit me, nec recipit uerba mea, habet qui condemnet ipsum: sermo quem loquutus sum, ille iudicabit eum in ultimo illo die.

48 ὁ ἀθετῶν ἐμὲ, καὶ μὴ λαμβάνων τὰ ῥήματά μου, ἔχει τὸν κρίνοντα αὐτόν. ὁ λόγος ὃν ἐλάλησα, ἐκεῖνος κρινεῖ αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.

Quia ego ex meipso non sum loquutus: sed qui misit me Pater, ipse mihi mandauit quid dicam & quid loquar.

49 ὅτι ἐγὼ ἐξ ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλάλησα, ἀλλ' ὁ πέμψας με πατὴρ, αὐτός μοι ἐντολὴν δέδωκε, τί εἴπω, καὶ τί λαλήσω. B

Vita æterna.

Et scio quòd mandatum eius, uita æterna est. quę ergo ego loquor, sicut dixit mihi Pater, ita loquor.

50 καὶ οἶδα, ὅτι ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ ζωὴ αἰώνιός ἐστιν. ἃ οὖν λαλῶ ἐγὼ, καθὼς εἴρηκέ μοι ὁ πατὴρ, οὕτω λαλῶ.

CAP. XIII.

ΚΕΦΑΛ. ιγ'.

Christus lauat pedes Apostolorum. Matth. 26. a. 2. Marc. 14. a. 1. Luc. 22. a. 1.

Ante festum autem Paschæ, sciens Iesus q̃ uenisset hora ipsius, ut transiret ex hoc mundo ad Patrem, quum dilexisset suos qui erant in mundo, usq; ad finem dilexit eos.

1 Πρὸ δὲ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα, εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς ὅτι ἐλήλυθεν αὐτοῦ ἡ ὥρα, ἵνα μεταβῇ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου πρὸς τὸν πατέρα, ἀγαπήσας τοὺς ἰδίους τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ, εἰς τέλος ἠγάπησεν αὐτούς.

Et cœna facta (quum diabolus iam immisisset in cor Iudæ filij Simonis Iscariotæ, ut proderet eum)

2 καὶ δείπνου γινομένου, (τοῦ διαβόλου ἤδη βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν ἵνα Ἰούδα σίμωνος Ἰσκαριώτου ἵνα αὐτὸν παραδῷ)

Sciens Iesus quòd omnia dedisset sibi Pater in manus, & quòd à Deo exisset, & ad Deũ abiret:

3 εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς, ὅτι πάντα δέδωκεν αὐτῷ ὁ πατὴρ εἰς τὰς χεῖρας, καὶ ὅτι ἀπὸ θεοῦ ἐξῆλθε, καὶ πρὸς τὸν θεὸν ὑπάγει,

Surgit à cœna, & ponit pallium: & accepto linteo, præcinxit se.

4 ἐγείρεται ἐκ τοῦ δείπνου, καὶ τίθησι τὰ ἱμάτια, καὶ λαβὼν λέντιον, διέζωσεν ἑαυτόν·

Deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorũ, & extergere linteo quo erat præcinctus. C

5 εἶτα βάλλει ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα, καὶ ἤρξατο νίπτειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, καὶ ἐκμάσσειν τῷ λεντίῳ ᾧ ἦν διεζωσμένος.

Petrus non uult sibi lauari pedes à Christo.

Venit ergo ad Simonem Petrum: tum dixit ei ille, Domine, tu mihi lauas pedes?

6 ἔρχεται οὖν πρὸς σίμωνα πέτρον, καὶ λέγει αὐτῷ ἐκεῖνος· κύριε, σύ μου νίπτεις τοὺς πόδας;

Respondit Iesus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis nunc: cognosces autem postea.

7 ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ· ὃ ἐγὼ ποιῶ, σὺ οὐκ οἶδας ἄρτι, γνώσῃ δὲ μετὰ ταῦτα.

43 Potius quàm, μᾶλλον ἤπερ. Vulgata & Erasmus, magis quàm. Vide Luc. 18. c. 14. & suprà 3. c. 19.

44 Non credit in me, οὐ πιστεύει εἰς ἐμέ. Particula negans hoc loco non remouet, sed corrigit potius, ut diximus Marc. 9. e. 37. 46 Vt nullus maneat, ἵνα πᾶς μὴ μείνῃ. Vide Luc. 1. d. 37. 47 Nam si quis, καὶ ἐάν τις. Vulgata & Erasmus, Et si quis. Ego uerò existimo subesse in his uerbis anthypophoram. Condemno, κρίνω. Vulgata & Erasmus, iudico. Vide suprà 3. b. 17.

IN CAPVT XIII.

2 Cœna facta, δείπνου γινομένου. Erasmus, quum cœna fieret, δείπνου γενομένου. Atqui in uetustis codicibus omnibus, uno duntaxat excepto, & in Theophylacto Romano, summo consensu legitur γινομένου, significatione aoristi, & ita uidetur poscere sententia. quorsum enim in media cœna surgeret Dominus? δείπνον autem uocat Euangelista conuiuium illud Paschæ, quo peracto accubuit Dominus cum suis discipulis. neque uerò id cuiquam mirũ uideri debet. Nam totam eius domus familiam edendo Agno interfuisse uerisimile est, ex Legis præscripto, & cæremoniæ potius causa, quàm in iustę cœnæ morem Agnum illum edere consueuisse. Iudæ filij Simonis, Ἰούδα σίμωνος. Vulgata & Erasmus, Iudę Simonis. Atqui perinde uertendum fuisse hunc locum ac si scriptum esset Ἰούδα τοῦ σίμωνος, & non Iudam ipsum, sed ipsius patrem fuisse Simonem uocatum, apparet ex eodem hoc nostro Euangelista, suprà 6. g. 71. & 12. a. 4. 4 Pallium, τὰ ἱμάτια. Summas uestes hoc nomine declarari, alibi ostendimus. Itaque Vestimenti nomen nimium latè patet, ne quis Dominum existimet nudo corpore suis discipulis pedes abluisse.

8 Nihil

A λέγ αὐτῷ ὁ πέτρος· οὐ μὴ νίψῃς τοὺς πόδας μου εἰς τὸν αἰῶνα. ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ ἰησοῦς· ἐὰν μὴ νίψω σε, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ. 8 Dicit ei Petrus: Non lauabis meos pedes in æternum. Respondit ei Iesus: Si non lauero te, nihil mecum habebis commune.

λέγ αὐτῷ σίμων πέτρος· κύριε, μὴ τοὺς πόδας μου μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὴν κεφαλήν. 9 Dicit ei Simon Petrus: Domine, non solùm pedes meos, sed & manus & caput.

λέγ αὐτῷ ὁ ἰησοῦς· ὁ λελουμένος οὐκ ἔχει χρείαν εἰ μὴ τοὺς πόδας νίψασθαι, ἀλλ' ἐστὶ καθαρὸς ὅλος· καὶ ὑμεῖς καθαροί ἐστε, ἀλλ' οὐχὶ πάντες. 10 Dicit ei Iesus: Qui lotus est, non opus habet nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. & uos mundi estis, sed non omnes. *Mundi Apostoli.*

ᾔδει γὰρ τὸν παραδιδόντα αὐτόν, διὰ τοῦτο εἶπεν· οὐχὶ πάντες καθαροί ἐστε. 11 Sciebat enim quisnã esset qui proderet ipsum: propterea dixit: Non estis mundi omnes.

ὅτε οὖν ἔνιψε τοὺς πόδας αὐτῶν, καὶ ἔλαβε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ἀναπεσὼν πάλιν, εἶπεν αὐτοῖς· γινώσκετε τί πεποίηκα ὑμῖν; 12 Postquam ergo lauisset pedes eorum, receptisq; uestibus suis, rursum accubuisset, dixit eis: Intelligitis quid fecerim uobis?

ὑμεῖς φωνεῖτέ με, ὁ διδάσκαλος, καὶ ὁ κύριος· καὶ καλῶς λέγετε, εἰμὶ γάρ. 13 Vos uocatis me Magister ac Domine, & recte dicitis: sum enim. *Magister & Dominus Christus.*

εἰ οὖν ἐγὼ ἔνιψα ὑμῶν τοὺς πόδας, ὁ κύριος καὶ ὁ διδάσκαλος, καὶ ὑμεῖς ὀφείλετε ἀλλήλων νίπτειν τοὺς πόδας. 14 Si ergo ego laui pedes uestros dominus & magister, uos quoq; debetis inuicem alij aliorum lauare pedes. *Lauare pedes.*

ὑπόδειγμα γὰρ ἔδωκα ὑμῖν, ἵνα καθὼς ἐγὼ ἐποίησα ὑμῖν, καὶ ὑμεῖς ποιῆτε. 15 Exemplum enim præbui uobis, ut sicut ego feci uobis, ita & uos faciatis.

B ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ, οὐδὲ ἀπόστολος μείζων τοῦ πέμψαντος αὐτόν. 16 Amen amen dico uobis, seruus non est maior domino suo, neque legatus maior eo qui legauit ipsum. *Seruus.* *Infrà 15.c.20. Matth.10.c.24. Luc.6.f.40.*

εἰ ταῦτα οἴδατε, μακάριοί ἐστε, ἐὰν ποιῆτε 17 αὐτά. Si hæc noueritis, beati eritis, si feceritis ea.

οὐ περὶ πάντων ὑμῶν λέγω· ἐγὼ οἶδα οὓς ἐξελεξάμην· ἀλλ' ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ, ὁ τρώγων μετ' ἐμοῦ τὸν ἄρτον, ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν αὐτοῦ. 18 Non de omnibus uobis loquor: ego scio quos elegerim: sed *oportet* ut impleatur Scriptura: Qui edit mecum panem, sustulit iam nunc aduersum me calcem suum. *Iudas.* *Psalm.40.c.10.*

ἀπ' ἄρτι λέγω ὑμῖν, πρὸ τοῦ γενέσθαι, ἵνα ὅταν γένηται, πιστεύσητε ὅτι ἐγώ εἰμι. 19 Nunc dico uobis priusquam fiat, ut quũ factum fuerit, credatis quòd ego *is* sim.

ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ λαμβάνων ἐάν τινα πέμψω, ἐμὲ λαμβάνει· ὁ δὲ ἐμὲ λαμβάνων, λαμβάνει τὸν πέμψαντά με. 20 Amen amen dico uobis, quando aliquẽ mi si, quisquis *eum* recipit, me recipit: qui autem me recipit, recipit eum qui me misit. *Accipere missum à Christo.* *Matth.10.d.40. Luc.10.c.16.*

τοῦτα εἰπὼν ὁ ἰησοῦς, ἐταράχθη τῷ πνεύματι, καὶ ἐμαρτύρησε, καὶ εἶπεν· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με. 21 Quum hæc dixisset Iesus, commotus est spiritu, & testatus est dixitq; Amen amen dico uobis q unus ex uobis prodet me. *Proditorem suũ Iudam indicat Christus.* *Matth.26.b.21. Marc.14.b.18. Luc.22.b.21.*

ἔβλεπον οὖν εἰς ἀλλήλους οἱ μαθηταί, ἀπορούμενοι περὶ τίνος λέγει. 22 Discipuli ergo intuebantur alij in alios, hæsitantes de quo diceret.

C ἦν δὲ ἀνακείμενος εἷς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ ἰησοῦ, ὃν ἠγάπα ὁ ἰησοῦς. 23 Erat autem quidam ex discipulis Iesu recumbens in sinu ipsius, *quem* amabat Iesus quẽ diligebat Iesus.

νεύει οὖν τούτῳ σίμων πέτρος, πυθέσθαι τίς ἂν 24 Innuit ergo huic Simon Petrus, ut perconta-

8 Nihil mecum habebis cõmune, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ. Vulg. & Eras. ad uerbum, non habes partem mecum, id est חלק אין לך. Sic enim loquuntur Hebræi, pro eo quod Latinè dicas, nihil tibi posthac negotij mecum erit, renuncio tibi omnem amicitiam ac cõiunctionem ut 1. Reg. 11. d. 16. quomodo & nos in uernaculo nostro sermone dicimus, *auoir a partir auec quelqu'un.* 13 Magister ac Domine, διδάσκαλος καὶ ὁ κύριος. Eras. Magistrum ac Dominum. Nam illa non conueniunt, inquit, nisi præsenti, sic autem Iesum discipuli etiam absentem appellabant, ut infrà 21. b. 7 Id ego uerò fateor, sed additum uerbum φωνεῖν indicat hæc accipienda de communi oratione, qua solebat præsens à discipulis compellari. Sunt autem illa posita τὸ γενικῶς, ut loquuntur grammatici, & receptus pro uocãdi casu usurpatus est: quam enallagen alibi exposuimus. nisi cum Epiphanio legere malimus, ἐμὲ λέγετε κύριον καὶ διδάσκαλον. Sic enim ille hunc locum citat κατὰ τὴν ἰδιωτείαν. 16 Legatus, ἀπόστολος. Alibi seruauimus Apostoli nomen. hìc uerò quum generalis fit sententia, Erasmus meritò aliud uocabulum quæsiuit. 18 Sed *oportet* ut impleatur, ἀλλ' ἵνα πληρωθῇ. De hac eclipsi diximus Marc. 4. c. 22. & 9. b. 12. & 14. e. 49. & suprà 9. a. 1. Simile etiam occurrit exemplum 1. Ioan. 2. c. 19. Potest tamen, fateor, ἵνα construi cum uerbo ἐταράχθη, quod sequitur. Sed quùm illius eclipsis tot occurrant exempla, malui sine traiectione ista interpretari. Iam nunc, ἀπ' ἄρτι. Heb. מעתה, quod plerunq; significat Deinceps: hìc uerò id declarat pro quo dicimus uernaculo sermone, *dez maintenant*, ut infrà 14. a. 2. nis exemplum, ut rursum paulo post, uersu 29. & 15. b. 10. quo optimè confirmari potest interpretatio quam attulimus suprà 8. d. 25. Erasmus pro ἐάν τινα conuertit quemcunq;, id est ἕνα τινὰ αὐτῶν. Sed præstat accipere ἐάν pro ἐὰν, ut infrà 14. a. 3. 21 Et testatus est, καὶ ἐμαρτύρησε, id est, palàm ac cum asseueratione loquutus est. Idem enim hìc declarat μαρτυρεῖν atq; τὸ ἀμὴν λέγειν. quod etiam annotauimus Luc. 4. d. 22.

retur quisnam esset de quo diceret.

Ille uerò incumbens pectori Iesu, dicit ei: Domine, quis est?

Respondit Iesus: Ille est cui ego intinctam offulam dedero. Et cum intinxisset, offulam dedit Iudæ filio Simonis.

Satan. Et post sumptam offulam ingressus est in eum Satanas. dicit igitur ei Iesus: Quod facis, fac citò.

Hoc autem nemo intelligebat discumbentium quorsum dixisset ei.

Quidã enim putabãt, quia marsupiũ habebat Iudas, q dixisset ei Iesus: Eme ea quibus opus est nobis ad festũ, aut egenis ut aliquid daret.

Ille ergo accepta offula, statim exiuit. erat autem nox.

Iudas adit Pharisæos. Quum ergo exisset, dixit Iesus: Nunc glorificatus est Filius hominis, & Deus glorificatus est in ipso.

Quòd si Deus glorificatus est in eo, Deus quoque glorificabit eum in semetipso, & statim glorificabit eum.

Filioli. Suprà 7.a.34. Filioli, adhuc paulisper uobiscum sum, quæretis me: sed sicut dixi Iudæis, quò ego uado, uos non potestis uenire: ita & uobis dico nunc.

Dilectio. Infrà 15.b.18. Leuit. 19.d.18. Matth. 22.d.39. Ioan. 4.d.21. Mandatum nouum do uobis: Vt alij alios diligatis, sicut inquam dilexi uos, ut & diligatis alij alios.

Ex hoc cognoscent omnes q discipuli mei sitis, si charitatem habueritis alij in alios.

Matth. 26.d.24. Marc. 11.c.30. Luc. 22. d.34. Dicit ei Simon Petrus: Domine, quò abis? Respondit ei Iesus: Quò ego abeo, non potes me nunc sequi: sequêris autem postea.

Discipuli Christi unde cognoscuntur. Petrus sequuturus Christum & negaturus. Dicit ei Petrus: Domine, quare non possum te sequi nunc? animam meam pro te ponam.

Respondit ei Iesus: Animam tuã pro me pones? amẽ amen dico tibi, non canet gallus, usq; quo ter me abnegaueris.

CAP. XIIII.

Christi diuinitas. NE turbetur cor uestrum: creditis in Deũ, etiam in me credite.

ἔιπ, τίς ἐστιν.

ἐπιπεσὼν δὲ ἐκεῖνος οὕτως τῷ στήθει τοῦ Ἰησοῦ, λέγει αὐτῷ· κύριε, τίς ἐστιν;

ἀπεκρίνατο ὁ Ἰησοῦς, ἐκεῖνός ἐστιν, ᾧ ἐγὼ βάψας τὸ ψωμίον ἐπιδώσω. καὶ ἐμβάψας τὸ ψωμίον, δίδωσιν Ἰούδᾳ σίμωνος Ἰσκαριώτῃ.

καὶ μετὰ τὸ ψωμίον τότε εἰσῆλθεν εἰς ἐκεῖνον ὁ Σατανᾶς. λέγει οὖν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· ὃ ποιεῖς, ποίησον τάχιον.

τοῦτο δὲ οὐδεὶς ἔγνω τῶν ἀνακειμένων, πρὸς τί εἶπεν αὐτῷ·

τινὲς γὰρ ἐδόκουν, ἐπεὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχεν ὁ Ἰούδας, ὅτι λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· ἀγόρασον ὧν χρείαν ἔχομεν εἰς τὴν ἑορτήν· ἢ τοῖς πτωχοῖς ἵνα τι δῷ.

λαβὼν οὖν τὸ ψωμίον ἐκεῖνος, εὐθέως ἐξῆλθεν· ἦν δὲ νύξ.

ὅτε οὖν ἐξῆλθε, λέγει ὁ Ἰησοῦς· νῦν ἐδοξάσθη ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ὁ θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ.

εἰ ὁ θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ, καὶ ὁ θεὸς δοξάσει αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ, καὶ εὐθὺς δοξάσει αὐτόν.

τεκνία, ἔτι μικρὸν μεθ' ὑμῶν εἰμι. ζητήσετέ με, καὶ καθὼς εἶπον τοῖς Ἰουδαίοις, ὅτι ὅπου ὑπάγω ἐγὼ, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν, καὶ ὑμῖν λέγω ἄρτι.

ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν· ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, καθὼς ἠγάπησα ὑμᾶς, ἵνα καὶ ὑμεῖς ἀγαπᾶτε ἀλλήλους.

ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες, ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγάπην ἔχητε ἐν ἀλλήλοις.

λέγει αὐτῷ Σίμων Πέτρος· κύριε, ποῦ ὑπάγεις; ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, ὅπου ὑπάγω, οὐ δύνασαί μοι νῦν ἀκολουθῆσαι, ὕστερον δὲ ἀκολουθήσεις μοι.

λέγει αὐτῷ ὁ Πέτρος· κύριε, διατί οὐ δύναμαί σοι ἀκολουθῆσαι ἄρτι; τὴν ψυχήν μου ὑπὲρ σοῦ θήσω.

ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· τὴν ψυχήν σου ὑπὲρ ἐμοῦ θήσεις; ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, οὐ μὴ ἀλέκτωρ φωνήσῃ, ἕως οὗ ἀπαρνήσῃ με τρίς.

ΚΕΦΑΛ. ιδ'.

Μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία. πιστεύετε εἰς τὸν θεὸν, καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε.

27 Citò, τάχιον. Vulgata & Erasmus ad uerbum, citius. At ego puto comparandi gradum pro absoluto usurpatũ, ut etiam 1. Tim. 1. d. 18. βέλτιον pro ὠφ positũ uidetur, aut potius pro superlatiuo τάχιστα, ut dicemus Act. 25. c. 10. C

30 Statim exiuit, εὐθέως ἐξῆλθεν. Quum igitur nõ nisi cœna peracta Dominus sacrosancta sua mysteria instituerit, ut diserte ait Lucas 22. b. 20. & Ioannes non contentus dixisse, Iudam accepta offula exijsse, diserte etiam addat aduerbium εὐθέως: assentior ijs qui existimant Iudam instituendæ sacræ Cœnæ non interfuisse. qua de re nuper scripsit nonnulla homo & pius & doctus Ioh. Ribittus, meus, quum hæc scriberem, in hoc gymnasio Lausanensi collega. 31 Quum ergo exisset, ὅτε οὖν ἐξῆλθε. In omnibus uetustis codicibus deerat particula οὖν, & ista cum superioribus connectebantur, hoc modo, ὦ ἐν νὺξ ἐξῆλθε, Erat autem nox quũ exiret. Sic etiam legit Theophylactus Romanus. Chrysostomi interpres uariat. Ego tamen malui receptam lectionem sequi, ad quam etiam accedit Nonni authoritas. In ipso, ἐν αὐτῷ. Erasmus, per eum. Sic enim sæpe usurpari Hebraicum ב, ipse iam annotauimus, ut paulo pòst uersu 35. Sed quum hîc agatur nõ modò de ipsis Christi factis, sed de Christo ipso, malui, in ipso, quàm per ipsum interpretari. 32 Quòd si, εἰ. Puto deesse particulam ὅ, quam suppleui. Non est autem hæc coniunctio hoc loco sic accipienda quasi conditionem notet, sed ut causalis potius, ut etiam suprà 10. f. 35.

IN CAPVT XIIII.

1 Creditis in Deũ, πιστεύετε εἰς τὸν θεόν. Propter amphiboliam uerbi πιστεύειν, rectè annotat Erasmus quadrifariam posse hunc locum conuerti: nempe uel hoc modo, Creditis in Deũ, & in me creditis. ergo ne turbemini. uos enim hæc fides inuictos præstabit. Vel, Credite in Deũ, & in me credite. quo modo interpretãtur Nonnus & Theoph. Hilarius quoq; ita citat lib. de Trin. 9. ut sit hic sẽsus: Ne turbemini. at quì fieri poterit, dicetis, ut nõ perturbemur? nempe si in Patrẽ meũ & in me credideritis. Vel, Creditis in Deũ, & in me credite: quam interpretationẽ ut magis receptã sumus amplexi, cuius hæc est sententia, nempe: Nemo uestrũm est qui nõ dicat se in Deũ credere. si ita est, credite

A credite etiam in me. Ita fiet ut uerè demum in Deum credatis, neque ullis tempestatum procellis deijciamini. Vel, Credite in Deum, & in me creditis. id est, Credite in Deum: quod si facitis, eadem opera & in me creditis.

ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν. εἰ δὲ μή, εἶπον ἂν ὑμῖν· πορεύομαι ἑτοιμάσαι τόπον ὑμῖν.

καὶ ἐὰν πορευθῶ, καὶ ἑτοιμάσω ὑμῖν τόπον, πάλιν ἔρχομαι, καὶ παραλήψομαι ὑμᾶς πρὸς ἐμαυτόν, ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, καὶ ὑμεῖς ἦτε.

καὶ ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, οἴδατε, καὶ τὴν ὁδὸν οἴδατε.

λέγει αὐτῷ Θωμᾶς· κύριε, οὐκ οἴδαμεν ποῦ ὑπάγεις· καὶ πῶς δυνάμεθα τὴν ὁδὸν εἰδέναι;

λέγει αὐτῷ Ἰησοῦς· ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή. οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν πατέρα εἰ μὴ δι' ἐμοῦ.

εἰ ἐγνώκειτέ με, καὶ τὸν πατέρα μου ἐγνώκειτε ἄν· καὶ ἀπ' ἄρτι γινώσκετε αὐτὸν, καὶ ἑωράκατε αὐτόν.

λέγει αὐτῷ Φίλιππος· κύριε, δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν.

λέγει αὐτῷ Ἰησοῦς· τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με, Φίλιππε; ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα· καὶ πῶς σὺ λέγεις, δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα;

2 In domo Patris mei habitationes multæ sunt: sin minus, dixissem uobis: Vado paraturus uobis locum.

3 Et quum abiero, & parauero uobis locum, rursum ueniam, & assumam uos ad meipsum: ut ubi sum ego, & uos sitis. *Per Christum uita æterna.*

4 Et quò ego abeam, scitis, & uiam scitis.

5 Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quò abeas: quomodo igitur possumus uiam scire?

6 Dicit ei Iesus: Ego sum Via, & Veritas, & Vita. nemo uenit ad Patrem, nisi per me. *Via. Veritas. Vita.*

7 Si nosssetis me, Patrem etiam meum nossetis: & iam nunc cognoscitis eum, & uidistis eum.

8 Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.

9 Dicit ei Iesus: Tantum tempus uobiscum sum, & non cognouisti me? Philippe, qui uidit me, uidit Patrē: quomodo igitur tu dicis, Ostende nobis Patrem? *Pater & Christus, idem.*

2 Habitationes, μοναὶ, siue domicilia. Sic enim Ioannes μονὴν pro οἰκίαν dixit: ut Heb. בית pro בישבן. Vulgata & Erasmus ad uerbum, mansiones: quo uocabulo utitur Suetonius, sed pro diuersorio & hospitio, quod Hebræi uocant בילין. Plinius autem de locorum interuallis agens, mansionem id uocat quod à Græcis σταθμὸς, ab Hebræis מסע dicitur. Sin minus, εἰ δὲ μή: id est, nisi ita esset ut dico, nempe, nisi in domo Patris mei non mihi uni, sed etiam uobis patēret locus, nollem uos hac uana spe deludere, sed ingenuè uobis id dixissem. Vulg. si quominus. Sed totum hunc locum miserè corrupit non animaduersa uera distinctio, quā quum annotasset Valla, miror ab Erasmo reprehendi potuisse. Ea autē est eiusmodi, ut post ὑμῖν plenum punctum adscribatur: deinde alia sententia incipiat, Vado ad parandum uobis locum. Eras. tamen aliter explicat. cuius uerba placuit subijcere, ut liberum sit penes lectorem iudicium. Omnino, inquit, cohærent hæc duo, quū hic sensus sit, In domo Patris mei iam paratæ sunt mansiones, ut non mihi uni, sed omnibus itē meis sit locus. quod si secus esset, dixissem me iam abire ad parandas eas mansiones: nūc nihil opus est, quū paratę sint, & nos breui sequuturos expectent. Hæc Eras. Atqui nō dicit Dñs paratas esse illas mansiones (quod Eras. assumit) sed mansiones illic esse dicit. Deinde sequenti uersiculo aperte testatur se abire ad parandum locum, & postea ad eos reuersurum. Est autē tota hæc oratio allegorica, qua suos consolatur Dominus, significans se abire in cœlum, nō ut illic solus regnet, sed ut suis breui sequuturis præeat: ut quum illi uenerint, omnia parata inueniant. Hoc est scilicet quod ait Paulus, Nos electos esse ante tempora æterna: sed addit, in Christo: quia nō aliter possumus quàm per ipsum & in ipso ingredi in æternum illud domicilium, nobis ab æterno quidem destinatum, sed quod à Christo præparari oporteat. neq; enim possumus esse Dei hęredes, nisi Christi cohæredes simus. Eius ergo discessum sic debemus accipere, ut si quis accepto mandato nos in paternam domum deducendi, functus sua legatione, nobis iam uiam ingressis pręiret, aduentum nostrum significaturus, ut domi parata omnia inueniremus: deinde nobis aduentantibus iret obuiam, ut nos domum secū introduceret. 3 Et quum abiero, καὶ ἐὰν πορευθῶ. Vulg. & Eras. Et si abiero. At ego existimo ἐὰν pro ἐγὼ seu ἐάνπερ positum esse, ut suprà 13.c.20. ex Hebræorū idiotismo, apud quos אם pro באשר usurpari cōstat, ut Gen. 38.b.9. Exod. 20.d.25. Amos 7.b.2. Sed & in Latino sermone, Si pro Quū uel Postquam apud idoneos authores poni obseruant grammatici, ut apud Virg. lib. Aeneid. 5. Præterea si nona diem mortalibus almum Aurora extulerit: id est, postquam extulerit, interprete Donato. Hanc igitur enallagen si obseruauerimus, plana erit sententia. Quum enim Dñs dixisset se abire ad parandum locū, queri poterant discipuli se nihilominus ab eo deseri. Hic ergo subijcit ille, se quidem abire ad præparandū ipsis locum, id est ut cōmunem hæreditatem tum suo, tum suorū etiam nomine cernat: sed tamen postea rediturum, ut secum eos abducat eiusdē dignitatis participes futuros: quæ doctrina ad totam Ecclesiam pertinet. Ideo dicebant Angeli attonitis discipulis, Quid statis defixis in cœlum oculis? Iesus iste ita ueniet ut uidistis eum ascendere. Act. 1.b.11. & passim in Scripturis plena cōsolatio Ecclesię in eum diem reijcitur: quo Deus erit omnia in omnibus: qui idcirco dies redemptionis & restitutionis dicitur, electorū respectu. Cæterum operæpreciū est intelligere quomodo Erasmus hunc uersiculum cū superiore sua expositione connectat, quod ego subijciam, nō ut eum incessam (cuius sanè laborib. in hoc argumēro susceptis plurimùm faueo) sed ut liberum sit lectori omnia pensitare. Quod, inquit, abeo, ad breue tempus abfuturus, non ob id abeo ut parem mansiones, quę iam paratæ sunt, sed ut uiam in cœlum mea morte uobis aperiam. nam antè inuium erat iter. Hæc Erasmus. quę certè non uideo qua non dico ratione, sed rationis specie possint ex Euangelistæ uerbis elici. Theophylactus autem, καὶ ἐὰν pro κἂν: id est, etiamsi, interpretatur: quasi diceret Dominus, Si non essent parata uobis domicilia, ego proficiscerer ad ea uobis paranda. etiamsi autem eius rei causa proficiscerer, tamen non uos relinquerem, sed uos unà assumerem ut mecum essetis. Hæc Theoph. quæ ausim dicere non modò non esse apposita, sed prorsus etiam totam hanc consolationem nobis eripere. Ita enim efficietur, Christum neq; profectū esse ut nobis locum appararet, neq; nos secum assumpturum, quia non sit necesse, sed duntaxat, si fuisset necesse, id fuisse facturum. Et parauero, καὶ ἑτοιμάσω. In uno exemplari scriptum erat, ἑτοιμάσαι, ut parem. 7 Iam nūc, ἀπ' ἄρτι. Vulgata, amodo. Erasmus, nunc. Vide suprà 13.b.19. 9 Tantum tempus uobiscum sum, τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι. Sic Virg. -una cum gente tot annos Bella gero.

Non credis quòd ego in Patre sum, & Pater in me est? Verba quæ ego loquor uobis, à meipso non loquor: sed pater qui in me manet, ipse facit opera.

10 οὐ πιστεύεις ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστιν; τὰ ῥήματα ἃ ἐγὼ λαλῶ ὑμῖν, ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ· ὁ δὲ πατὴρ ὁ ἐν ἐμοὶ μένων, αὐτὸς ποιεῖ τὰ ἔργα.

Credite mihi quòd ego in Patre sum, & Pater in me: sin minus, propter ipsa facta credite mihi.

11 πιστεύετέ μοι, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί· εἰ δὲ μή, διὰ τὰ ἔργα αὐτὰ πιστεύετέ μοι.

Fides. Opera.

Amen amen dico uobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora ijs faciet: nam ego ad Patrem abeo,

12 ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ, κἀκεῖνος ποιήσει, καὶ μείζονα τούτων ποιήσει· ὅτι ἐγὼ πρὸς τὸν πατέρα μου πορεύομαι,

Petendum in nomine Christi. Infrà 16.e.23. Matth.7.b.7. Marc.11.c.24. Iacob.1.a.5.

Et quicquid petieritis in nomine meo, hoc faciam: ut glorificetur Pater in Filio.

13 καὶ ὅ, τι ἂν αἰτήσητε τὸν τῷ ὀνόματί μου, τοῦτο ποιήσω, ἵνα δοξασθῇ ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ.

Si quid petieritis in nomine meo, ego faciã.

14 ἐάν τι αἰτήσητε τὸν τῷ ὀνόματί μου, ἐγὼ ποιήσω.

Dilectio. Opera.

Si diligitis me, mandata mea seruate.

15 ἐὰν ἀγαπᾶτέ μου, τὰς ἐντολὰς τὰς ἐμὰς τηρήσατε.

Ego autẽ rogabo Patrem, & aliũ consolatorem dabit uobis, ut maneat uobiscũ in æternum.

16 κἀγὼ ἐρωτήσω τὸν πατέρα, καὶ ἄλλον παράκλητον δώσει ὑμῖν, ἵνα μένῃ μεθ' ὑμῶν εἰς τὸν αἰῶνα.

Spiritus sanctus consolator.

Nempe Spiritum illum ueritatis quem mundus non potest recipere, quia non uidet eum, nec nouit eum: uos autẽ cognoscitis eum, quia apud uos manet, & in uobis erit.

17 τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ ὁ κόσμος οὐ δύναται λαβεῖν· ὅτι οὐ θεωρεῖ αὐτὸ, οὐδὲ γινώσκει αὐτό. ὑμεῖς δὲ γινώσκετε αὐτὸ, ὅτι παρ' ὑμῖν μένει, καὶ ἐν ὑμῖν ἔσται.

Christus cum suis.

Non relinquam uos orphanos: redibo ad uos.

18 οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανούς· ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς.

Adhuc paululum, & mundus me nõ amplius uidebit, uos autem uidebitis me: quia ego uiuo, & uos uiuetis.

19 ἔτι μικρὸν καὶ ὁ κόσμος με οὐκέτι θεωρεῖ, ὑμεῖς δὲ θεωρεῖτέ με· ὅτι ἐγὼ ζῶ, καὶ ὑμεῖς ζήσεσθε.

In illo die uos cognoscetis quòd ego sum in Patre meo, & uos in me, & ego in uobis.

20 ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ γνώσεσθε ὑμεῖς, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρί μου, καὶ ὑμεῖς ἐν ἐμοί, κἀγὼ ἐν ὑμῖν.

Dilectio. Opera.

Qui tenet præcepta mea, & seruat ea, is ille est qui diligit me: qui autem diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eum, & conspicuum ei exhibebo meipsum.

21 ὁ ἔχων τὰς ἐντολάς μου, καὶ τηρῶν αὐτὰς, ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἀγαπῶν με· ὁ δὲ ἀγαπῶν με, ἀγαπηθήσεται ὑπὸ τοῦ πατρός μου, κἀγὼ ἀγαπήσω αὐτὸν, καὶ ἐμφανίσω αὐτῷ ἐμαυτόν.

Dicit ei Iudas, nõ ille Iscariotes: Domine, quid est cur te sis nobis conspicuum exhibiturus, & non mundo?

22 λέγει αὐτῷ Ἰούδας, οὐχ ὁ Ἰσκαριώτης· κύριε, τί γέγονεν, ὅτι ἡμῖν μέλλεις ἐμφανίζειν σεαυτὸν, καὶ οὐχὶ τῷ κόσμῳ;

Dilectio. Opera.

Respondit Iesus, & dixit ei: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: & Pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus.

23 ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἐάν τις ἀγαπᾷ με, τὸν λόγον μου τηρήσει, καὶ ὁ πατήρ μου ἀγαπήσει αὐτόν· καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν.

Qui non diligit me, sermones meos non seruat: & sermo quem auditis, non est meus, sed eius qui misit me Patris.

24 ὁ μὴ ἀγαπῶν με, τοὺς λόγους μου οὐ τηρεῖ. καὶ ὁ λόγος ὃν ἀκούετε, οὐκ ἔστιν ἐμὸς, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με πατρός.

Hæc loquutus sum uobis, apud uos manẽs.

25 ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, παρ' ὑμῖν μένων.

Spiritus sanctus, doctor noster.

Paracletus autem ille, id est Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & suggeret uobis omnia quæ dixi uobis.

27 ὁ δὲ παράκλητος, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ πέμψει ὁ πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει πάντα, καὶ ὑπομνήσει ὑμᾶς πάντα ἃ εἶπον ὑμῖν.

Pax Christi.

Pacem relinquo uobis, pacẽ illam meam do uobis: non sicut mundus dat, ego do uobis: ne turbetur cor uestrum, neq; formidet.

26 εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν· οὐ καθὼς ὁ κόσμος δίδωσιν, ἐγὼ δίδωμι ὑμῖν. μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία, μηδὲ δειλιάτω.

17 Nempe Spiritum illum ueritatis, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας. De particulæ huius exegeticæ eclipsi, quæ apud Euangelistam frequentissimè occurrit, alibi diximus. Sed illud quoq; notandum est, Spiritum sanctũ dici Spiritum ueritatis, non tam quia in sese uerax est, utpote Deus æternus: q̃ ab effectu, q̃ ueritatem inspiret, ut infrà 16.b.13.

21 Conspicuum exhibebo, ἐμφανίσω. Vulg. manifestabo: id est, φανερώσω. Erasmus, aperiam, ἀνοίξω. Idem declarat ἐμφανίζειν significare tacitè & clàm indicare. At ego contrà existimo, plenam ac quasi humanis oculis aspectabilem declarationem hoc uerbo significari: unde ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι & ἐν τῷ φανερῷ, id est palàm & in media luce.

22 Non ille Iscariotes, οὐχ ὁ Ἰσκαριώτης, Non ille Iscariotes, sed alter ille Iacobi frater. Est ergo in ijs uerbis anacoluthon, cuius aliud prorsus simile extat suprà 6.e.46. Quid est, τί γέγονεν: id est, quid causæ est. Vulg. & Eras. ad uerbum, quid factum est, nimium obscurè: quamuis Erasmus annotet sic loquutum esse impurum illum Martialem, cuius penè nomen hoc loco usurpare mihi religio est.

28 Rediho,

A ὑκούσατε ὅτι ἐγὼ εἶπον ὑμῖν· ὑπάγω, καὶ ἔρχο-
μαι πρὸς ὑμᾶς. εἰ ἠγαπᾶτέ με, ἐχάρητε ἄν, ὅτι
εἶπον, πορεύομαι πρὸς τὸν πατέρα· ὅτι ὁ πατήρ
μου μείζων μού ἐστί.

καὶ νῦν εἴρηκα ὑμῖν, πρὶν γένηται· ἵνα ὅταν γέ- 29
νηται, πιστεύσητε.

οὐκέτι πολλὰ λαλήσω μεθ' ὑμῶν· ἔρχεται γὰρ 30
ὁ τοῦ κόσμου τούτου ἄρχων, καὶ ἐν ἐμοὶ οὐκ ἔχει οὐ-
δέν.

ἀλλ' ἵνα γνῷ ὁ κόσμος, ὅτι ἀγαπῶ τὸν πατέρα, 31
καὶ καθὼς ἐνετείλατό μοι ὁ πατήρ, οὕτω ποιῶ.
ἐγείρεσθε, ἄγωμεν ἐντεῦθεν.

ΚΕΦΑΛ. ιε.

Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή, καὶ ὁ πατήρ 1
μου ὁ γεωργός ἐστι.

πᾶν κλῆμα ἐν ἐμοὶ μὴ φέρον καρπόν, αἴρει αὐ- 2
τό· καὶ πᾶν τὸ καρπὸν φέρον, καθαίρει αὐτό, ἵνα
πλείονα καρπὸν φέρῃ.

ἤδη ὑμεῖς καθαροί ἐστε διὰ τὸν λόγον ὃν λελά- 3
B ληκα ὑμῖν.

μείνατε ἐν ἐμοί, κἀγὼ ἐν ὑμῖν. καθὼς τὸ κλῆμα 4
οὐ δύναται καρπὸν φέρειν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἐὰν μὴ μείνῃ
ἐν τῇ ἀμπέλῳ, οὕτως οὐδὲ ὑμεῖς, ἐὰν μὴ ἐν ἐμοὶ μέ-
νητε.

ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, ὑμεῖς τὰ κλήματα. ὁ μένων 5
ἐν ἐμοί, κἀγὼ ἐν αὐτῷ, οὗτος φέρει καρπὸν πολύν.
ὅτι χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν.

ἐὰν μή τις μείνῃ ἐν ἐμοί, ἐβλήθη ἔξω, ὡς τὸ κλῆ- 6
μα, καὶ ἐξηράνθη, καὶ συνάγουσιν αὐτά, καὶ εἰς πῦρ
βάλλουσι, καὶ καίεται.

ἐὰν μείνητε ἐν ἐμοί, καὶ τὰ ῥήματά μου ἐν ὑμῖν 7
μείνῃ· ὃ ἐὰν θέλητε, αἰτήσασθε, καὶ γενήσεται
ὑμῖν.

28 Audistis quòd ego dixi uobis: Abeo, & redibo ad uos. Si diligeretis me, gauderetis utiq; quòd dixerim, Abeo ad Patrem: quia Pater maior me est. *Gaudium.*

29 Et nunc dixi uobis priusquam fiat: ut quum factum fuerit, credatis.

30 Non amplius multa loquar uobiscum: uenit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. *Princeps huius mundi.*

31 Sed *hæc fiunt* ut cognoscat mundus q̃ diligo Patrem: sicut autem mandauit mihi Pater, ita facio: surgite, abeamus hinc.

CAP. XV.

EGo sum uitis illa uera, & Pater meus agricola est. *Vitis. Agricola.*

Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollit: & omnẽ qui fert fructum, purgat, ut fructum copiosiorem afferat. *Palmes. Matth. 15. b. 13.*

Iam uos puri estis propter sermonem quem loquutus sum uobis.

Manete in me, & ego in uobis. sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, *id est*, nisi manserit in uite: ita nec uos, nisi in me manseritis. *Supra 13. b. 18. Opera à Deo. Fides purgat.*

Ego sum uitis, uos palmites. is qui manet in in me, & in quo ego *maneo*, hic fert fructum multum. nam absq; me nihil potestis facere.

Nisi quis in me manserit, eiectus extra *uineam*, statim ut palmes arescet: deinde coguntur isti *palmites*, & in ignem conijciuntur, & ardent. *Opera nulla sine fide.*

Si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint. quicquid uolueritis, petite, & fiet uobis. *Petendum in nomine Christi.*

28 Redibo, ἔρχομαι: id est, ἀναστρέψομαι. Est enim simplex pro composito usurpatum, ex Hebræorum more, ut suprà uersu 18. Sic paulo post, uersu 31. ἄγωμεν pro ἀπάγωμεν. 30 Huius, τούτου. Hoc deest in uetustis codicib. & apud Theodoritum lib. 10. περὶ προνοίας. Non habet, ἐν ἐμοὶ. In duobus exemplaribus scriptum erat, ἐν ἀμφοτ, nõ inueniet: quod uidetur melius opponi uerbo, ἔρχεται. Me, inquit, mox aggredietur Satan totis uiribus, sed in me nihil comperiet quale se inuenturum sperat. 31 Sed *hæc fiunt* ut cognoscat, ἀλλ' ἵνα γνῷ. Vide suprà 13. c. 18.

IN CAPVT XV.

C 1 Vera, ἀληθινὴ. In duobus exemplaribus additum erat, ὑμεῖς τὰ κλήματα: id est, uos *autem* palmites.

4 Id est, nisi manserit, ἐὰν μὴ μείνῃ. Quia præcedenti membro additum est, ἀφ' ἑαυτοῦ, à seipso, omnino cogimur supplere particulam exegeticam, ex qua intelligamus totum hoc poni pro illius declaratione. Nam alioquin consequeretur ex hac oratione, palmitem qui manserit in uite, ferre fructum à semetipso. quod cohærere non potest. Idem enim declarat ἀφ' ἑαυτοῦ, atq; sua ac propria quadam ui, quam ab alio non mutuetur: quam si haberet palmes, fructum sanè ferret etiam quũ resectus est à uite. Sed de hoc eodẽ dicendi genere copiosius diximus suprà 5. c. 19.

5 Et in quo ego *maneo*, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. Vulg. & Eras. & ego in eo, seruata permutatione constructionis, ex Hebræorum idiotismo, ut ראשר אנכי בו pro ראנכי בו. 6 Eiectus extra *uineam*, statim arescet, ἐβλήθη ἔξω, καὶ ἐξηράνθη. Vulg. mittetur foras & arescet, mutatis præteritis in futura. Eraſmus, eiectus est foras, & exaruit, seruatis præteritis. Cur autem ego aliter mallem interpretari, has causas habui. Primùm omnium nemo est qui nesciat, ἐβλήθη καὶ ἐξηράνθη, idem prorsus declarare atque βλήθεὶς ἐξηράνθη. itaque sic mihi licuit interpretari. Deinde pro foras, conuertere malui, extra uineam, quòd alioquin nimium dura uideatur translatio. Postremò pro ἐξηράνθη, id est exaruit, uerti per periphrasin, statim arescet: quia non satis commode uidetur hic seruari posse præteriti perfecti significatio, cuius uidelicet ea est emphasis, ut quod futurum est declaret, & certò & mox futurum, adeò ut pro eo possit haberi quod iam sit factum: quod genus dicendi, ut multa alia, apparet petitum esse è medio. Deinde coguntur isti *palmites*, καὶ συνάγουσιν αὐτά. Vulgata, & colligent eum, ut in plerisq; exemplaribus scriptum est. Legit enim αὐτόν, quia præcesserit τὸ κλῆμα. Sed uerbum συνάγειν, non potest uni palmiti conuenire: quamuis ita scriptum inuenerimus in tribus codicibus. quorum authoritate Vetus interpres facilè potest excusari. Eraſmus, & colligent eos, rectè quidẽ, sed tamen obscurè, quia eiusmodi mutatio numeri à Græcis & Latinis non solet usurpari. Ideò expressi ipsum antecedens. Præterea, συνάγουσιν per passiuum conuerti, quòd sic potius Latini loqui soleant: qua de re diximus aliquid Matth. 5. b. 11. 7 Petite, αἰτήσασθε. Vulgata & Eraſmus, petetis. Ego uerò existimo futurum indicatiui pro imperandi modo usurpatum. Nam præterquam quòd sensus uidetur ita postulare, in tribus etiam codicibus scriptum inuenimus, αἰτήσασθε.

8 Et fietis,

Fructus.

In hoc glorificatus est Pater meus, ut fructũ multum afferatis, & fietis mei discipuli.

Dilectio Christi erga nos.

Sicut dilexit me Pater, ita & ego dilexi uos: manete in charitate illa mea.

Si mandata mea seruaueritis, manebitis in charitate mea: sicut & ego Patris mei mandata seruaui, & maneo in eius charitate.

Gaudium.

Hæc loquutus sum uobis, ut gaudium illud meum in uobis maneat, & gaudium uestrum impleatur.

Dilectio. Suprà 13.d.24. 1.Thess.4.b.9. 1.Ioan.3.b.11. & 4.c.21.

Hoc est præceptum meum, ut diligatis alij alios, sicut dilexi uos.

Maiorem hac charitatem nemo habet, quum quis animam suam ponit pro amicis suis.

Amici Christi.

Vos amici mei eritis, si feceritis quæcunque ego mando uobis.

Seruus.

Non amplius uos dicam seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius: uos autem dixi amicos, quia omnia quæ audiui à Patre meo, nota feci uobis.

Electio. Petere. Matth. 28. d. 19.

Non uos me elegistis, sed ego elegi uos, & constitui uos ut abeuntes fructum afferatis, & fructus uester maneat: ut quicquid petieritis à Patre in nomine meo, det uobis.

Hæc mando uobis, ut diligatis alij alios.

Afflictiones propter Christum.

Si mundus uos odit, scitis quòd me priusquã uos odio habuerit.

Si de mundo fuissetis, mundus quod suum est, amaret: quia uerò de mundo non estis, sed ego elegi uos ex mundo, propterea odit uos mundus.

Suprà 13.b.16. Matth.10.c.24. Matth.24.a.9.

Mementote sermonis quem ego dixi uobis: Non est seruus maior domino suo. si me persequuti sunt, & uos persequentur: si sermonem meum seruauerunt, & uestrum seruabunt.

Sed hæc omnia facient uobis propter nomen meum, quia non nouerunt eum qui misit me.

Si non uenissem, & loquutus essem eis, peccatum non haberent: nunc autem non habent quod prætexant peccato suo.

8 ἐν τούτῳ ἐδοξάσθη ὁ πατήρ μου, ἵνα καρπὸν πολὺν φέρητε, καὶ γενήσεσθε ἐμοὶ μαθηταί. A

9 καθὼς ἠγάπησέ με ὁ πατήρ, κἀγὼ ὑμᾶς ἠγάπησα· μείνατε ἐν τῇ ἀγάπῃ τῇ ἐμῇ.

10 ἐὰν τὰς ἐντολάς μου τηρήσητε, μενεῖτε ἐν τῇ ἀγάπῃ μου, καθὼς ἐγὼ τὰς ἐντολὰς τοῦ πατρός μου τετήρηκα, καὶ μένω αὐτοῦ ἐν τῇ ἀγάπῃ.

11 ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ ἐν ὑμῖν μείνῃ, καὶ ἡ χαρὰ ὑμῶν πληρωθῇ.

12 αὕτη ἐστὶν ἡ ἐντολὴ ἡ ἐμή, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, καθὼς ἠγάπησα ὑμᾶς.

13 μείζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ.

14 ὑμεῖς φίλοι μού ἐστε, ἐὰν ποιῆτε ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν.

15 οὐκέτι ὑμᾶς λέγω δούλους, ὅτι ὁ δοῦλος οὐκ οἶδε τί ποιεῖ αὐτοῦ ὁ κύριος. ὑμᾶς δὲ εἴρηκα φίλους, ὅτι πάντα ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρός μου, ἐγνώρισα ὑμῖν.

16 οὐχ ὑμεῖς με ἐξελέξασθε, ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς, καὶ ἔθηκα ὑμᾶς, ἵνα ὑμεῖς ὑπάγητε, καὶ καρπὸν φέρητε, καὶ ὁ καρπὸς ὑμῶν μένῃ· ἵνα ὅτι ἂν αἰτήσητε τὸν πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, δῷ ὑμῖν. B

17 ταῦτα ἐντέλλομαι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους.

18 εἰ ὁ κόσμος ὑμᾶς μισεῖ, γινώσκετε ὅτι ἐμὲ πρῶτον ὑμῶν μεμίσηκεν.

19 εἰ ἐκ τοῦ κόσμου ἦτε, ὁ κόσμος ἂν τὸ ἴδιον ἐφίλει· ὅτι δὲ ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ ἐστέ, ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς ἐκ τοῦ κόσμου, διὰ τοῦτο μισεῖ ὑμᾶς ὁ κόσμος.

20 μνημονεύετε τοῦ λόγου, οὗ ἐγὼ εἶπον ὑμῖν, οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ. εἰ ἐμὲ ἐδίωξαν, καὶ ὑμᾶς διώξουσιν· εἰ τὸν λόγον μου ἐτήρησαν, καὶ τὸν ὑμέτερον τηρήσουσιν.

21 ἀλλὰ ταῦτα πάντα ποιήσουσιν ὑμῖν διὰ τὸ ὄνομά μου, ὅτι οὐκ οἴδασι τὸν πέμψαντά με.

22 εἰ μὴ ἦλθον, καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἴχοσαν νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν. C

8 Et fietis, καὶ γενήσεσθε. Vulg. & Eras. & efficiamini: quasi scilicet hæc quoq; pars pertineat ad coniunctionem ἵνα. quod sanè fieri non potest, nisi legas γένεσθε, sicut in tribus codicibus scriptum erat, & apparet ex commentarijs id legisse Theophylactum: sed perperam, ut opinor. Puto enim potius repetendum esse ἐν τούτῳ. ut sit hæc sententia: Ita glorificabitur Pater meus: & ita demum eritis mei discipuli, si multum fructum attuleritis. Nam ἵνα non ponitur τελικῶς hoc loco, sed ἀλλικῶς potius, ueluti si dicas, in eo positam esse hominũ salutem, ut Christum fide amplectantur. Nam in hac quoq; loquutione ἵνα non declarat finem, sed illud ipsum explanat in quo posita est salus. Sic etiam accipitur infrà uersu 12. 9 In charitate illa mea, ἐν τῇ ἀγάπῃ τῇ ἐμῇ: id est, in charitate qua ego uos prosequor. Sic enim uersiculo 10. uocat charitatẽ Patris, eam qua Pater filiũ complectitur. 10 In eius charitate, αὐτοῦ ἐν τῇ ἀγάπῃ. Notandũ est rursus huius traiectionis exemplũ, quo confirmatur interpretatio quã attulimus suprà 8. d.25. 13 Quũ quis ponit, ἵνα τις θῇ. Vulg. quàmut quis ponat. Eras. ut quis ponat: obscurè uterq;, ut mihi uidetur. Malo igitur ἵνα accipere pro ἔστι, sed apud Hebræos interdũ אשר ponitur pro באשר. Similis est enallage infrà 16.a.2. & d.32. 18 Priusquam uos, πρῶτον ὑμῶν: uel, me qui primus sum uestrũm. sed meo quidem iudicio præstat accipere πρῶτον aduerbialiter. Vulg. priorem uobis. 22 Peccatum non haberent, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον: Hęc quoq; puto per cõcessionem ac μιμητικῶς dici, sicut suprà 9.g.39. quum diceret se uenisse, ut qui uident, cęci fiant: ueluti si de fure deprehenso ac conuicto dicas: Nisi iste conuictus teneretur, esset omnium innocentissimus, id est, clamitaret se innocentissimum esse. Ita etiam hoc loco, Nisi uenissem, inquit Dominus, isti coram Dei tribunali non definerent dicere se fuisse religiosos, & planè alienos à peccato: deniq; essent uiri omnium qui uiuunt, sanctissimi: sed quum ad eos uenerim, & me planè reijciant, ereptũ est illis quicquid suæ improbitati alioquin prætexuissent: quia nihil possunt afferre cur me debeant odisse. Idem etiam paulo pòst repetit, nempe uersu 24.

25 Sed

A ὁ ἐμὲ μισῶν, καὶ τὸν πατέρα μου μισεῖ.
23 Qui me odit, is & Patrem meum odit.

εἰ τὰ ἔργα μὴ ἐποίησα ἐν αὐτοῖς, ἃ οὐδεὶς ἄλλος πεποίηκεν, ἁμαρτίαν οὐκ εἴχοσαν. νῦν δὲ καὶ ἑωράκασι καὶ μεμισήκασι, καὶ ἐμὲ καὶ τὸν πατέρα μου.
24 Si opera non fecissem inter eos quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & uiderunt, & oderunt non solùm me, uerum etiam Patrem meum.

ἀλλ' ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος ἐν τῷ νόμῳ αὐτῶν, ὅτι ἐμίσησάν με δωρεάν.
25 Sed *hæc fiunt* ut compleatur sermo qui in Lege eorum scriptus est, Oderunt me immeritò. Psal. 34. c. 19.

ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, ἐκεῖνος μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ.
26 Quum autem uenerit Paracletus, quẽ ego mittam uobis à Patre Spiritus *inquam* ille ueritatis, qui à Patre procedit, ille testabitur de me *Spiritus sanctus.* Luc. 24. g. 49. Supr. 14. d. 26

καὶ ὑμεῖς δὲ μαρτυρεῖτε, ὅτι ἀπ' ἀρχῆς μετ' ἐμοῦ ἐστε.
27 Sed & uos testabimini, quia à principio mecum estis.

ΚΕΦ. ιϛ. CAP. XVI.

ΤΑῦτα λελάλημα ὑμῖν, ἵνα μὴ σκανδαλισθῆτε.
1 HAecloquutus sum uobis, ut ne offendamini. *Afflictiones euangelizantium.*

ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς. ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, ἵνα πᾶς ὁ ἀποκτείνας ὑμᾶς, δόξῃ λατρείαν προσφέρειν τῷ θεῷ.
2 Mouebunt uos synagogis: imò ueniet tempus quum quisquis interficiet uos, putabit se cultum præstare Deo.

καὶ ταῦτα ποιήσουσιν ὑμῖν, ὅτι οὐκ ἔγνωσαν τὸν
B πατέρα οὐδὲ ἐμέ.
3 Et hæc facient uobis, quia non nouerunt Patrem neque me.

ἀλλὰ ταῦτα λελάλημα ὑμῖν, ἵνα ὅταν ἔλθῃ ἡ ὥρα, μνημονεύητε αὐτῶν, ὅτι ἐγὼ εἶπον ὑμῖν. ταῦτα δὲ ὑμῖν ἐξ ἀρχῆς οὐκ εἶπον, ὅτι μεθ' ὑμῶν ἤμην.
4 Sed hæc loquutus sum uobis, ut quum uenerit tempus illud, memineritis eorum, quòd ego dixerim uobis. hæc autem uobis à principio non dixi, quia uobiscum eram.

νῦν δὲ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με, καὶ οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν ἐρωτᾷ με, ποῦ ὑπάγεις.
5 Nunc autem abeo ad eum qui misit me, & nemo ex uobis interrogat me quò abeam. *Tristitia.*

ἀλλ' ὅτι ταῦτα λελάλημα ὑμῖν, ἡ λύπη πεπλήρωκεν ὑμῶν τὴν καρδίαν.
6 Sed quia hæc loquutus sum uobis, tristitia impleuit cor uestrum.

ἀλλ' ἐγὼ τὴν ἀλήθειαν λέγω ὑμῖν, συμφέρει ὑμῖν, ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω. ἐὰν γὰρ μὴ ἀπέλθω, ὁ παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς. ἐὰν δὲ πορευθῶ, πέμψω αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς.
7 Sed ego ueritatem dico uobis, confert uobis ut ego abeam. nam nisi abiero, Consolator ille non ueniet ad uos: sin autem abiero, mittam eum ad uos. *Spiritus sanctus.*

καὶ ἐλθὼν ἐκεῖνος ἐλέγξει τὸν κόσμον περὶ ἁμαρτίας, καὶ περὶ δικαιοσύνης, καὶ περὶ κρίσεως.
8 Et quum uenerit ille, arguet mundum de peccato & de iustitia & de iudicio. *Peccatum. Iustitia. Iudicium.*

25 Sed *hæc fiunt* ut Ἀλλ' ἵνα Vide suprà 14. d 31. In Lege ἐν τῷ νόμῳ Heb. בתורתם. Est enim generale uocabulum, quo tota Doctrina sacra nonnunquam intelligitur, ut etiam suprà 10. f. 34, quum interdum Moses Prophetæ & Psalmi distinguantur, ut Luc. 44. f. 24. Immeritò. Δωρεάν Hebr. חנם Id est, αὐτοῦ ἕνεκεν. Vulg. & Eras. gratis, impropriè. Gratis enim fieri dicitur quod pretio uel mercede non fit, ut quum dicitur Christus nos gratis redemisse, id est nullo à no-
C bis dato pretio.

26 Procedit ἐκπορεύεται, Vel, egreditur. seu, exit. Sed noluimus discedere à uerbo in scholis iampridem usitato.

27 Testabimini, μαρτυρεῖτε, Vel, testamini, si libet præsentis significationem seruare. Nonnulli conuertunt, testemini, modo scilicet imperandi.

IN CAPVT XVI.

2 Quum ἵνα Rursus ἵνα pro ὅτε positum est, de quo diximus suprà 15. b. 13. & Infra uersu 32.

7 Sinautem abiero, ἐὰν δὲ πορευθῶ, uel, quum autem abiero, ut אם באשיר pro accipiatur: sicut diximus suprà 14. a. 3.

8 Arguet ἐλέγξει Id est conuincet: ita ut nihil habeat quod prætexat, sicut suprà dixit, 15. d. 22 & 24. Quum autem uariè sit expositus hic locus, asseram & ego quod mihi dedit Dominus. Puto igitur Christum de Spiritus sancti in Ecclesia uirtute ac efficacia agere aduersus mundum, id est aduersus eos qui Euangelio resistunt, tum uerò maximè illud tempus respicere quod ipsius in cælum ascensionem consequutum est, quum effuso in Ecclesiam Spiritu omnes contradicentes manifestò coarguit. Dicit ergò fore ut per uim illam Diuinam, quam inspiraturus est Apostolis atque adeò toti Ecclesiæ suæ, postquam in cælum ascenderit, conuincatur mundus peccati, id est, ipsi hostes à quibus reiectus, spretus, in crucem adactus fuit, cogantur conscientiæ suæ testimonio profiteri se magnopere in eo errasse, quòd non potius in illum crediderint. Ideò dicebant illi quos Petrus tanquam homicidas coarguerat Act. 2. f 37, Quid faciemus uiri fratres? Quid enim? annon hoc est mundum adigere ad homicidij confessionem uoluntariam? Deinde, inquit, arguet mundum de Iustitia, non ipsius mundi certè, qui se peccatorem, uelit nolit, agnoscet, sed de ipsius Christi iustitia. Quia, inquit, ad Patrem uado, nec amplius uidebitis me. Id est, quum mundus præsens in Ecclesia spectabit Spiritum per me in uos effusum, fateri cogetur me uerè iustum fuisse, qui ex hoc mundo discedens, non fuerim damnatus à Deo pro blasphemo & impio, sed approbatus & receptus à Patre, cuius quum me Filium dicerem, illi idcirco me ut blasphemum & impium damnarint. Hoc inquam fateri mundus cogetur, & causam meam Deo placere, quum uos, qui doctrinam meam asseretis, tot uirtutibus planè cælestibus ornatos conspicient: quod & ille Centurio statim post Christi mortem agnouit, & qui reuertebantur plangentes, quum paulo ante iussissent illum tolli ac crucifigi. Postremò arguetur mundus de iudicio, id est, huc adigetur ut me, quem uelut fabri filium contempserit, adeò ut etiam eum ludibrio petierit ut de cruce descenderem: me, inquam, uerè Dei filium agnoscat, qui solutis mortis doloribus sim

dextra Dei exaltatus. Quia, inquit, princeps huius mundi iudicatus est, id est, quia re ipsa intelligent & cognoscent me diabolo superato imperium in mundo exercere, quum uiderint omnes sese frustra uobis opponere: quia uos armabo uirtute illa cælesti, qua destruatis omnem celsitudinem quæ extollitur aduersus cognitionem Dei, & captiuam ducatis omnem cogitationem ad obediendum mihi. qua de re multa Apostolus 2. Corinth. 10. c. 12. & Eph. 1. d. 19. 20. 21. 22. 23. Etsi autem hæ omnes Christi uirtutes à condito mundo in ipsius sanctis excelluerũt, ut scriptum est toto capite undecimo Epistolæ ad Hebræos: tamen à missione illa Spiritus sancti clarissimè cœperunt eminere, ita ut omnium oculos perstringerent. sicut prædixerat Ioel 2. g. 28, & Dauid Psal. 68. c. 19, ut ex Actis Apostolorum licet intelligere. A

De peccato quidem, quòd non credunt in me.

9 Περὶ ἁμαρτίας μέν, ὅτι οὐ πιστεύουσιν εἰς ἐμέ.

De iustitia uerò, quòd ad Patrem abeam, & amplius non uidebis me.

10 περὶ δικαιοσύνης δέ, ὅτι πρὸς τὸν πατέρα ὑπάγω, καὶ οὐκέτι θεωρεῖτέ με.

De iudicio autem, quòd princeps huius mundi condemnatus sit.

11 περὶ δὲ κρίσεως, ὅτι ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται.

Adhuc multa habeo quæ uobis dicam, sed non potestis portare modó.

12 ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι.

Spiritus sanctus doctor.

Quum autem uenerit ille, *id est* Spiritus ille ueritatis, introducet uos in omnem ueritatem. non enim loquetur à semetipso, sed quęcunque audierit loquetur: & quæ uentura sunt renuntiabit uobis.

13 ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὅσα ἀκούσει, λαλήσει, καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν.

Ille me glorificabit, quia de meo accipiet quod renuntiabit uobis.

14 ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν.

Omnia quæ habet Pater, mea sunt: propterea dixi quòd de meo accipiet quod renuntiabit uobis.

15 Πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατήρ, ἐμά ἐστιν. διὰ τοῦτο B εἶπον, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν.

Paululũ, & nó uidebitis me: & rursum paululũ, & uidebitis me: quia ego uado ad Patrẽ.

16 Μικρὸν καὶ οὐ θεωρεῖτέ με, καὶ πάλιν μικρὸν καὶ ὄψεσθέ με, ὅτι ἐγὼ ὑπάγω πρὸς τὸν πατέρα.

De ascensione sua ad Patrem post resurrectionem loquitur Apostolis Christus.

Dixerunt ergo *quidam* ex discipulis eius, alij ad alios, Quid est hoc quod dicit nobis, Pusillũ, & nó uidebitis me, & rursus paululũ & uidebitis me: &, Quia ego uado ad Patrẽ?

17 εἶπον οὖν ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ πρὸς ἀλλήλους. τί ἐστιν τοῦτο, ὃ λέγει ἡμῖν, μικρὸν καὶ οὐ θεωρεῖτέ με, καὶ πάλιν μικρὸν καὶ ὄψεσθέ με. καὶ ὅτι ἐγὼ ὑπάγω πρὸς τὸν πατέρα;

Dicebant ergo, Quid illud est quod dicit Pusillum? nescimus quid loquatur.

18 ἔλεγον οὖν, τοῦτο τί ἐστιν, ὃ λέγει, τὸ μικρόν; οὐκ οἴδαμεν τί λαλεῖ.

Cognouit autẽ Iesus quòd cuperẽt ipsum interrogare, & dixit eis, De hoc quæritis inter uos, quòd dixi, Pusillum, & non uidebitis me: & iterum pusillum, & uidebitis me?

19 ἔγνω δὲ ὁ Ἰησοῦς, ὅτι ἤθελον αὐτὸν ἐρωτῆσαι, καὶ εἶπεν αὐτοῖς. περὶ τούτου ζητεῖτε μετ' ἀλλήλων, ὅτι εἶπον, μικρὸν καὶ οὐ θεωρεῖτέ με, καὶ πάλιν μικρὸν καὶ ὄψεσθέ με,

Afflictiones in prædicando Euangelio

Amen amen dico uobis, flebitis & lamentabimini uos, mundus autẽ gaudebit: uos uerò tristes fietis, sed tristitia uestra euadet in gaudium.

20 ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι κλαύσετε καὶ θρηνήσετε ὑμεῖς, ὁ δὲ κόσμος χαρήσεται, ὑμεῖς δὲ λυπηθήσεσθε, ἀλλὰ ἡ λύπη ὑμῶν εἰς χαρὰν γενήσεται. C

Mulier pariens.

Mulier, quum parit, dolorem habet, quia uenit hora eius: quum autem genuerit puerum, iam non meminit oppressionis, quòd gaudeat hominem esse genitum in mundo.

21 ἡ γυνὴ ὅταν τίκτῃ, λύπην ἔχει, ὅτι ἦλθεν ἡ ὥρα αὐτῆς, ὅταν δὲ γεννήσῃ τὸ παιδίον, οὐκέτι μνημονεύει τῆς θλίψεως, διὰ τὴν χαρὰν ὅτι ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος εἰς τὸν κόσμον.

Et uos igitur nunc quidem tristitiam habetis: sed rursum uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet à uobis.

22 καὶ ὑμεῖς οὖν λύπην μὲν νῦν ἔχετε. πάλιν δὲ ὄψομαι ὑμᾶς, καὶ χαρήσεται ὑμῶν ἡ καρδία, καὶ τὴν χαρὰν ὑμῶν οὐδεὶς αἴρει ἀφ' ὑμῶν.

Petẽdum in nomine Christi.

Et in illo die me nó rogabitis quicquam. Amen amen dico uobis, quæcunque petieritis à Patre meo in nomine meo, dabit uobis.

23 Καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐμὲ οὐκ ἐρωτήσετε οὐδέν. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὅσα ἂν αἰτήσητε τὸν πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, δώσει ὑμῖν.

9 Non credunt ὁ πιστεύουσιν In uno exemplari scriptum erat, ὅτι οὐκ ἐπίστευσαν, quod non crediderint. & forsan rectius. 11 De iudicio περὶ κρίσεως Id est (ut ego quidem existimo) de authoritate illa ac potestate latus, Philip. 2. b. 9.

16 Paululum, Μικρὸν. Id est, Vbi paululum temporis præterierit. Est enim præcisum hoc dicendi genus, è medio petitum, quod non potuissem nisi longa periphrasi explicare. Vulg. Modicum. Eras. Pusillum.

17 *Quidam* ex discipulis ἐκ τῶν μαθητῶν Subauditur τινές, de qua eclipsi diximus Matth. 27. b. 9. eius autem alia etiam exempla extant Matth. 23. d. 34, & Act. 21. c. 16.

18 Vsque

A Εως ἀρτι οὐκ ἠτήσατε οὐδὲν ἐν τῷ ὀνόματί- 24 Vsque nunc non petistis quicquam in no
μου, αἰτεῖτε, καὶ λήψεσθε, ἵνα ἡ χαρὰ ὑμῶν ᾖ mine meo: petite, & accipietis, ut gaudium
πεπληρωμένη. uestrum sit perfectum.

ταῦτα ἐν παροιμίαις λελάληκα ὑμῖν. ἔρχε- 25 Hæc per prouerbia loquutus sum uobis:
ται ὥρα, ὅτε οὐκέτι ἐν παροιμίαις λαλήσω ὑμῖν, ueniet tempus quum iam non per prouerbia
ἀλλὰ παῤῥησίᾳ περὶ τοῦ πατρὸς ἀναγγελῶ ὑ- loquar uobis, sed apertè de Patre meo renun
μῖν. tiabo uobis.

ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐν τῷ ὀνόματί μου αἰτήσε- 26 In illo die in nomine meo petetis: & non
σθε. Καὶ οὐ λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν πατέ dico uobis quòd ego rogaturus sim Patrem
ρα περὶ ὑμῶν, pro uobis.

αὐτὸς γὰρ ὁ πατὴρ φιλεῖ ὑμᾶς, ὅτι ὑμεῖς ἐμὲ 27 Ipse enim Pater amat uos, quia uos me *Dilectio. Fides.* Infra 17.b.8.
πεφιλήκατε, καὶ πεπιστεύκατε, ὅτι ἐγὼ παρὰ amastis, & credidistis quòd è Deo exiue-
τοῦ θεοῦ ἐξῆλθον. rim.

ἐξῆλθον παρὰ τοῦ πατρὸς, καὶ ἐλήλυθα εἰς τὸν 28 Exiui à Patre, & ueni in mundum: ite- *Ascensurus Christus ad Patrem.*
κόσμον, πάλιν ἀφίημι τὸν κόσμον, καὶ πορεύο rum relinquo mũdum & proficiscor ad Pa-
μαι πρὸς τὸν πατέρα. trem.

λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. ἴδε νῦν παῤῥη 29 Dicunt ei discipuli eius, Ecce, nunc apertè
σίᾳ λαλεῖς, καὶ παροιμίαν οὐδεμίαν λέγεις. loqueris, nec prouerbium ullum dicis.

νῦν οἴδαμεν, ὅτι οἶδας πάντα, καὶ οὐ χρείαν ἔ- 30 Nunc scimus quod scis omnia, nec o-
B χεις, ἵνα τίς σε ἐρωτᾷ, ἐν τούτῳ πιστεύομεν, ὅτι pus est tibi ut quis te roget: per hoc credimus
ἀπὸ θεοῦ ἐξῆλθες. quod à Deo existi.

ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς. ἄρτι πιστεύετε. 31 Respondit eis Iesus, Nunc creditis?

ἰδοὺ ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐλήλυθεν, ἵνα 32 Ecce ueniet tempus, & iam uenit, quum di *Matth. 26. c. 31 Marc. 14. c. 27.*
σκορπισθῆτε ἕκαστος εἰς τὰ ἴδια, κἀμὲ μόνον spergemini singuli, quisque ad suos, méque
ἀφῆτε. καὶ οὐκ εἰμὶ μόνος, ὅτι ὁ πατὴρ μετ' ἐ solum relinquetis. sed non sum solus: nam
μοῦ ἐστι. Pater mecum est. *Pax in Christo.*

ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα ἐν ἐμοὶ εἰρήνην ἔ- 33 Hæc loquutus sum uobis, ut in me pacem *Afflictiones.*
χητε. ἐν τῷ κόσμῳ θλῖψιν ἕξετε, ἀλλὰ θαρσεῖτε, habeatis: in mundo oppressionem habebi-
ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. tis: sed confidite, ego uici mundum.

ΚΕΦ. ιζ. CAP. XVII.

Ταῦτα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐπάρας τοὺς ὀ 1 HAec loquutus est Iesus, & sustulit ocu- *Oratio Christi ad Patrem.*
φθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπε, Πάτερ los in cælum, dixítque Pater, uenit hora
ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, δόξασόν σου τὸν υἱόν, ἵνα καὶ ὁ υἱός illa, glorifica Filium tuum, ut & Filius tuus
σου δοξάσῃ σε. glorificet te:

καθὼς ἔδωκας αὐτῷ ἐξουσίαν πάσης σαρ- 2 Sicut dedisti ei potestatem *in* omnem car- *Vita per Christum omnibus.*
C κὸς, ἵνα πᾶν ὃ δέδωκας αὐτῷ, δώσῃ αὐτοῖς ζωὴν nem, ut quotquot dedisti ei, det eis uitam *Vitam æternam unde quis consequatur.*
αἰώνιον. æternam

αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσι σὲ 3 Hæc est autem uita æterna, ut te solùm co- Matt. 28. d. 18
τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν gnoscant *esse* Deum uerum, & quem misisti Ie- *Opus Christi.*
Χριστόν. sum Christum.

ἐγώ σε ἐδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς, τὸ ἔργον τελειώ- 4 Ego te glorificaui super terram: opus con-
σας, ὃ δέδωκάς μοι, ἵνα ποιήσω. summaui quod dedisti mihi ut facerem.

καὶ νῦν δόξασόν με σὺ πάτερ παρὰ 5 Nunc igitur glorifica me tu Pater apud te-

24 Vsque nunc Ἕως ἄρτι. Vide Matt. 11. b. 12. 32 Quum ἵνα Vide suprà 15. b. 13, & suprà a. 2. Ad suos εἰς τὰ ἴδια, Vel, domum suam. Vide suprà 1. b. 11. 33 In me pacem habeatis: ἐν ἐμοὶ εἰρήνην ἔχητε: Id est, in me prorsus conquiescatis, ne uos ullæ tempestates auferant. Nam pacem habere hic opponitur perturbationi ac tristitiæ. Dixi autem potius in me, quàm Per me, quòd nostram illam cum ipso Christo communicationem, qua in ipsum uerè inferimur, putem hac præpositione significari.

IN CAPVT XVII.

2 Potestatem *in* omnem carnem, ἐξουσίαν πάσης σαρκὸς, Vulg. & Eras. Potestatem omnis carnis. nimiũ obscure. Subauditur enim κατὰ, ut suprà Matth. 10. a. 1, & 12. c. 31. Carnem autem pro homine accipi ex Hebræorum consuetudine, sæpe iam annotauimus.

3 Te *esse* solum σὲ τὸν μόνον Id est, te solum pro uero Deo agnoscant. Nam si ita resoluas, ut te cognoscant, qui solus es uerus Deus, frigida erit sententia. Ideò suppleui uerbum substantiuum, & naturalem constructionis ordinem seruaui, ut magis perspicua esset oratio. Quod autem Arriani & alij Christi Diuinitatis hostes arrepta particula μόνον, hoc testimonio abutebantur ut Christum sua gloria spoliarent: facilè refelli potest. Nam, ut rectè annotat Nazianzenus concione περὶ υἱοῦ secunda, hac eadem ratione solus Pater esset sapiens, solus immortalis, solus habitans lucem inaccessam, solus Rex perpetuus & inuisibilis, ex ijs quæ scripta sunt Rom. 16. d. 27. & 1. Tim. 1. d. 17. Sciendum est igitur, Christũ suo more, totã Diuinitatẽ in una Patris persona proponere, à quo tamen quòd seipsum nõ diuellat, uel ex eo liquet quòd cum Patris cognitione etiam sui notitiam, ut necessariam, requirit: quia ut ante dixit, nemo ad Patrem uenit nisi per eum: quatenus scilicet unus est Dei & hominum mediator. Solum igitur, & uerum addit, non ut Filium aut Spiritum sanctum excludat, qui cum Patre sunt unus Deus: sed ut falsis omnibus dijs opponat.

metipsum ea gloria quã habui apud te prius quàm hic mundus existeret.

Apostoli. Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi *selectos* è mundo: tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuũ seruârunt.

Suprà 26. d. 27. Nunc cognouerunt quòd omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt:

Verba Christi quæ dedit Apostolis. Quia uerba quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt, & cognouerunt uerè quòd à te exiui, & crediderunt quòd tu me misisti.

Orat Christus pro Apostolis. Ego pro eis rogo: non pro mũdo rogo, sed pro *his* quos dedisti mihi, quia tui sunt.

Et mea omnia, tua sunt, & tua, mea sunt: & glorificatus sum in eis.

Et iam non sum in mundo, sed ij in mundo sunt, & ego ad te uenio. Pater sancte, serua eos per nomen tuum, quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut & nos.

Quum essem cum eis in mundo, ego seruabam eos nomine tuo: quos dedisti mihi, ego custodiui, & nemo ex eis periit, nisi filius ille perditionis: ut Scriptura compleretur.

Iudas periit. Psal. 108. a. 8.

Gaudiũ Christi. Nunc autem ad te uenio, & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis.

Apostoli odio habiti à mundo. Ego tradidi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt ex mundo, sicut & ego non sum ex mundo.

Non rogo ut tollas eos è mundo, sed ut serues eos à Malo.

Ex mundo non sunt, sicut & ego non sum ex mundo.

Sanctificare. Sanctifica eos tua illa ueritate. sermo tuus ueritas est.

Sicut me misisti in mundum, *ita* & ego misi eos in mundum.

Sanctitat Christi, nostra. Et pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati per ueritatem.

Oratio Christi pro nobis. Non pro eis autẽ rogo tantùm, sed & pro iis qui crediturí sunt per sermonẽ eorũ in me:

Vt omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint: ut credat mundus quòd tu me miseris.

Et ego gloriam quã dedisti mihi, dedi eis: ut sint unum, sicut & nos unum sumus.

σαυτοῦ τῇ δόξῃ, ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρά σοι. A

6 ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις, οὓς δέδωκάς μοι ἐκ τοῦ κόσμου. σοὶ ἦσαν, κἀμοὶ αὐτοὺς δέδωκας, καὶ τὸν λόγον σου τετηρήκασι.

7 Νῦν ἔγνωκαν, ὅτι πάντα ὅσα δέδωκάς μοι παρά σού εἰσιν.

8 ὅτι τὰ ῥήματα ἃ δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς, καὶ αὐτοὶ ἔλαβον, καὶ ἔγνωσαν ἀληθῶς, ὅτι παρὰ σοῦ ἐξῆλθον. καὶ ἐπίστευσαν, ὅτι σύ με ἀπέστειλας.

9 ἐγὼ περὶ αὐτῶν ἐρωτῶ. οὐ περὶ τοῦ κόσμου ἐρωτῶ, ἀλλὰ περὶ ὧν δέδωκάς μοι, ὅτι σοί εἰσι.

10 καὶ τὰ ἐμὰ πάντα σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά, καὶ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς.

11 καὶ οὐκέτι εἰμὶ ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ οὗτοι ἐν τῷ κόσμῳ εἰσί, κἀγὼ πρὸς σὲ ἔρχομαι. πάτερ ἅγιε, τήρησον αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου, οὓς δέδωκάς μοι, ἵνα ὦσιν ἓν καθὼς ἡμεῖς.

12 ὅτε ἤμην μετ' αὐτῶν ἐν τῷ κόσμῳ, ἐγὼ ἐτήρουν αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου. οὓς δέδωκάς μοι ἐφύλαξα, καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἀπώλετο, εἰμὴ ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ. B

13 νῦν δὲ πρὸς σὲ ἔρχομαι, καὶ ταῦτα λαλῶ ἐν τῷ κόσμῳ, ἵνα ἔχωσι τὴν χαρὰν τὴν ἐμὴν πεπληρωμένην ἐν αὐτοῖς.

14 Ἐγὼ δέδωκα αὐτοῖς τὸν λόγον σου, καὶ ὁ κόσμος ἐμίσησεν αὐτούς, ὅτι οὐκ εἰσὶν ἐκ τοῦ κόσμου.

15 οὐκ ἐρωτῶ, ἵνα ἄρῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ κόσμου, ἀλλ' ἵνα τηρήσῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ πονηροῦ.

16 ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ εἰσί, καθὼς ἐγὼ ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ εἰμί.

17 ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου. ὁ λόγος ὁ σὸς ἀλήθειά ἐστι.

18 καθὼς ἐμὲ ἀπέστειλας εἰς τὸν κόσμον, κἀγὼ ἀπέστειλα αὐτοὺς εἰς τὸν κόσμον.

19 καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτόν, ἵνα καὶ αὐτοὶ ὦσιν ἡγιασμένοι ἐν ἀληθείᾳ. C

20 οὐ περὶ τούτων δὲ ἐρωτῶ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν πιστευόντων διὰ τοῦ λόγου αὐτῶν εἰς ἐμέ.

21 ἵνα πάντες ἓν ὦσι, καθὼς σὺ πάτερ ἐν ἐμοί, κἀγὼ ἐν σοί, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσιν, ἵνα ὁ κόσμος πιστεύσῃ, ὅτι σύ με ἀπέστειλας.

22 Καὶ ἐγὼ τὴν δόξαν ἣν δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς, ἵνα ὦσιν ἓν, καθὼς ἡμεῖς ἓν ἐσμεν.

6 ... Tui erant, & mihi eos dedisti, *σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς ἔδωκας.* Hæc nonnulli per parenthesin separant, ita ut quod sequitur, & tuum sermonem seruarunt, cum eo cohærerat, quod dixerat, quos dedisti mihi selectos ex hoc mundo. at ego nullam hic admitto parenthesim. Imò uerò in ijs uerbis totam salutis nostræ summam suis gradibus Diuinissime descriptam considero. Nam quum ait, Tui erant, æternam illam electionem declarat ipso Dei beneplacito absconditam, quæ totius nostræ salutis est basis ac fundamentum. Deinde quum dicit, Quos dedisti mihi & quibus manifestaui nomen tuum, significat æterni illius & absconditi propositi declarationẽ in Christo factam, per quẽ demũ fide apprehensum iustificati sumus & sanctificati, ut electionis gloriam tandẽ consequamur. sicut paucis etiam hæc omnia complectitur Apostolus Rom. 8. f. 30, & Eph. 1. a. 4. & 5. 12 Filius ille perditionis, *ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας*, Eras. filiũ perditũ. Nam, inquit, alioquin quid est filius perditionis, nisi quẽ genuit perditio? Atqui absurdior est hæc amphibolia quàm ut cuiquã in mentem ueniat quòd si placuisset ab Hebraismo deficere, maluissem hominẽ perditum interpretari. Sed Hebraismum ultrò integrũ seruaui: quia qui perditũ hominẽ dicit, ipsum duntaxat euentũ ac miserã cõditionẽ declarat. at Iudas dicitur filius perditionis, non modò quia periit, sed etiã quia huic exitio erat destinatus ac deuotus, ut manifestè liquet ex iis quæ scripta sunt Act. 1 c 16, & 4. f. 27. & 28. Neq; tamẽ hæc faciũt ut uel Deus sit in culpa, uel Iudas culpæ eximatur, sicut copiosius alibi diximus. 17 Sanctifica *ἁγίασον* Id est sanctos efficito. Sanctũ autẽ dicitur quod Deo peculiariter deuotũ ac consecratũ est: quamobrẽ etiã Spiritus Sanctus seu sanctificationis uocatur, qui fideliũ corda flectit, ut uelint ac possint quæ Dei sunt. Est autẽ hoc uocabulũ, ut alia multa, profectũ ab Hebræis: quod quum Latini Theologi retinuerint, nos quoque libenter seruauimus.

A ἐγὼ ϕ̓ αὐτοῖς, καὶ σὺ ἐν ἐμοί, ἵνα ὦσι τετελειωμένοι εἰς ἕν, καὶ ἵνα γινώσκῃ ὁ κόσμος, ὅτι σύ με ἀπέστειλας, καὶ ἠγάπησας αὐτούς, καθὼς ἐμὲ ἠγάπησας.

πάτερ ὃν δέδωκάς μοι, θέλω ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, κἀκεῖνοι ὦσι μετ' ἐμοῦ, ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμὴν, ἣν δέδωκάς μοι, ὅτι ἠγάπησάς με πρὸ καταβολῆς κόσμου.

πάτερ δίκαιε, καὶ ὁ κόσμος σε οὐκ ἔγνω, ἐγὼ δέ σε ἔγνων, καὶ οὗτοι ἔγνωσαν, ὅτι σύ με ἀπέστειλας.

καὶ ἐγνώρισα αὐτοῖς τὸ ὄνομά σου, καὶ γνωρίσω, ἵνα ἡ ἀγάπη ἣν ἠγάπησάς με, ϕ̓ αὐτοῖς, κἀγὼ ϕ̓ αὐτοῖς.

ΚΕΦ. ιη.

ΤΑῦτα εἰπὼν ὁ Ιησοῦς, ἐξῆλθε σὺν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ πέραν τοῦ χειμάῤῥου τοῦ Κέδρων, ὅπου ἦν κῆπος, εἰς ὃν εἰσῆλθεν αὐτὸς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

B Ἤδει δὲ καὶ Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, τὸν τόπον, ὅτι πολλάκις συνήχθη ὁ Ιησοῦς ἐκεῖ μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ.

ὁ οὖν Ἰούδας λαβὼν τὴν σπεῖραν, καὶ ἐκ τῶν ἀρχιερέων καὶ Φαρισαίων ὑπηρέτας, ἔρχεται ἐκεῖ μετὰ φανῶν καὶ λαμπάδων καὶ ὅπλων.

Ιησοῦς οὖν εἰδὼς πάντα τὰ ἐρχόμενα ἐπ' αὐτὸν, ἐξελθὼν, εἶπεν αὐτοῖς. τίνα ζητεῖτε;

ἀπεκρίθησαν αὐτῷ. Ιησοῦν τὸν Ναζωραῖον. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ιησοῦς, ἐγώ εἰμι. εἱστήκει δὲ καὶ Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, μετ' αὐτῶν.

ὡς οὖν εἶπεν αὐτοῖς, ὅτι ἐγώ εἰμι, ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ ἔπεσον χαμαί.

πάλιν οὖν αὐτοὺς ἐπηρώτησε. τίνα ζητεῖτε; οἱ δὲ εἶπον. Ιησοῦν τὸν Ναζωραῖον.

ἀπεκρίθη ὁ Ιησοῦς. εἶπον ὑμῖν, ὅτι ἐγώ εἰμι. εἰ οὖν ἐμὲ ζητεῖτε, ἄφετε τούτους ὑπάγειν.

ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος ὃν εἶπεν. ὅτι οὓς δέδωκάς μοι, οὐκ ἀπώλεσα ἐξ αὐτῶν οὐδένα.

C σίμων οὖν Πέτρος ἔχων μάχαιραν, εἵλκυσεν αὐτὴν, καὶ ἔπαισε τὸν τοῦ ἀρχιερέως δοῦλον, καὶ ἀπέκοψεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον τὸ δεξιόν. ἦν δὲ ὄνομα τῷ δούλῳ Μάλχος.

Εἶπεν οὖν ὁ Ιησοῦς τῷ Πέτρῳ. Βάλε τὴν μάχαιράν σου εἰς τὴν θήκην. τὸ ποτήριον ὃ δέδωκέ μοι ὁ πατὴρ, οὐ μὴ πίω αὐτό;

Ἡ οὖν σπεῖρα καὶ ὁ χιλίαρχος καὶ οἱ ὑπηρέται τῶν Ἰουδαίων συνέλαβον τὸν Ιησοῦν, καὶ ἔδησαν αὐτόν.

καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν πρὸς Ἄνναν πρῶτον. ἦν γὰρ πενθερὸς τοῦ Καϊάφα, ὃς ἦν ἀρχιερεὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου.

23 Ego in eis, & tu in me, ut sint perfecti in unum, & ut cognoscat mundus quòd tu me misisti, & dilexisti eos sicut me dilexisti.

24 Pater, quos dedisti mihi, cupio ut ubi sum ego, & illi sint mecum: ut spectent gloriam illam meam quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante iacta fundamenta mundi. Suprà 12.d.16

25 Pater iuste, mundus te non cognouit, ego autem te cognoui, & ij cognouerunt quòd tu me miseris.

26 Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: ut charitas qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

CAP. XVIII.

1 HAec quum dixisset Iesus, egressus est cũ discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introiuit ipse & discipuli eius. *Christus in horto.* Matt. 26.d.36 Marc. 14.d.32 Luc.22.d.39 2.Reg.15.c.23

2 Nouerat autem eum locum etiam Iudas qui prodebat eum, quia frequenter Iesus cõuenerat illuc cum discipulis suis.

3 Iudas ergo quum accepisset cohortem, & à Pontificibus ac Pharisæis ministros, uenit il luc cum laternis & facibus & armis. *Iudas prodit Christum.* Matt.26.c.47 Marc.14.c.43 Luc.22.c.47

4 Iesus itaque sciens omnia quæ uentura erãt super se, egressus dixit eis, Quẽ quæritis?

5 Responderunt ei, Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus, Ego *ii* sum. Stabat autem & Iudas qui prodebat eum, cum ipsis.

6 Vt ergo dixit eis, Ego *ii* sum: abierunt retrorsum, & ceciderunt humi.

7 Iterum ergo rogauit eos, Quem quæritis? Illi autem dixerunt, Iesum Nazarenum.

8 Respondit Iesus, Dixi uobis quòd ego *ii* sum. si ergo me quæritis, sinite hos abire.

9 Vt compleretur sermo quem dixerat, Ex ijs quos dedisti mihi, non perdidi quenquã. Suprà 17.b.12

10 Simon autem Petrus quum haberet gladium, edu xit eum, & feriit Pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dextram. erat autem nomen seruo Malchus. *Auricula Malchi abscissa.*

11 Dicit ergo Iesus Petro, Immitte gladium tuum in uaginam. annon bibam poculum quod dedit mihi Pater?

12 Cohors igitur & tribunus ac ministri Iudæorum comprænderunt Iesum, & uincierunt eum:

13 Et abdux erũt primũ ad Annã (erat enim socer Caiaphæ, qui erat Pontifex anni illius) Is uerò misit eũ uinctũ ad Caiaphã Põtificem *Christus ducitur ad Annam, deinde ad Caiphã.* Luc.3.a.2

IN CAPVT XVIII

1 Torrentem Cedron, τῦ χειμάῤῥου τῶν Κέδρων. Sic quidem legimus in omnibus Græcis exẽplaribus, sed manifesto errore, quũ Hebræi קִדְרוֹן uocent, quasi tenebricosum dicas, sicut hodie Germani Hercyniã Syluam *Schwartzwald*, id est nigrum nemus, uocant. Hoc uerò quum quidam ignorarent, & putarent hic agi de cedris arboribus (quas tamen, ut rectè Capnion annotauit, Hebræi diuerso prorsus uocabulo אֲרָזִים appellãt) hunc locum corruperunt: non quidem addito articulo, sed mutato, ut rectè omnino coniicit Stapulẽsis. Neque enim dubito quin initio scriptũ fuerit, τῦ χειμαῤῥῦ τῦ Κέδρων, sicut 1.Reg.15.c.23, scriptum est, οὐ τῶ χειμαῤῥῶ τῷ Κέδρων, non autem τῶν Κέδρων, ut perperam legit Erasmus. 13 Anni illius. τῦ ἐνιαυτῦ ἐκείνου. Post hæc uerba legit Cyrillus, διὰ ἀωέγειλαν αὐτὸν διεδιμόνον πρὸς Καϊάφαν τὸν ἀρχιερέα, quantum quidem coniicere licet ex Latina interpretatione. nam Græ-

cum codicem mihi non contigit uidere. Hanc igitur lectionem approbat Erasmus, cui sicut in eo assentior, quòd hæc putet in contextum reponēda, ita quiddam præterea requiro. Cur reponenda existimem, his causis adducor. Primùm quia Cyrillus uetus ac nobilis interpres & ϖολλῶν αὐτέξεσε ἄλλων, ita legit & interpretatur. Deinde quòd alioquin non cohærebit narratio. Nam statim subijcitur, Petrum in aulam Pontificis fuisse introductum, in qua etiam fuerit Christus à Pontifice interrogatus, & ab ipsius ministro cæsus: quòd uideretur non satis magnam habere Pontificiæ dignitatis rationem, quæ omnia non possunt ad alium quàm ad ipsum Caiapham pontificem referri. Præterea si quis cũ illis conferat quæ ab alijs Euangelistis narrantur, fatebitur omnia hæc non ipsius Annæ, sed in Caiaphæ domo gesta: quia alioquin non possis Iohannem cum cæteris Euangelistis conciliare: siquidem ij magno consensu (ut rectè omnino Erasmus obseruat) tres Petri negationes ita narrant, ut in unis Caiaphæ ædibus factas esse appareat. Deinde nisi ita hæc esse fateamur, præterierit Iohannes quicquid gestum est aduersus Christum ab ipso Caiapha, cui tamẽ uni ius fuit concilium cogendi & in Christum inquirendi. Postremò epanalepsis illa quæ extat infrà uersu 24, omnẽ mihi dubitationẽ exemit. Nam sanè nimis durũ esset, superiora omnia accipere ueluti κατὰ ϖρόληψιν aut κατὰ συϖάτησιν dicta. Itaque suo loco hæc reposui. Sed quod unũ dixi præterea hic à me requiri, quum apud Cyrilli interpretem legatur, Miseruntque, id est, λαὶ ἀϖέϛειλαν, ego contrà partim ex ipsius narrationis serie, partim etiam ex illa epanalepsi didici legendum esse, λαὶ ἀϖέϛειλον, & misit, ipse scilicet Annas, Iesum uinctum ad Caiapham generum. Itaq; in ipsius Annæ domo nihil gestum est quod commemorandum putarit Euangelista. quo enim iure concilium ille cogeret, & in Christum inquireret: sed quum ad eum, ut Pontificis socerum, Christus obiter esset deductus, statim scilicet curauit ad ædes generi rapiendum: ex quo rursus intelligitur cur cæteri Euangelistæ, nulla Annæ mẽtione facta, perinde hæc narrent ac si Christus rectà ad Caiapham Pontificem perractus esset.

Caiaphas. Supra 11. f. 50

Erat autem Caiaphas, is qui consilium dederat Iudæis quòd conferret unum hominẽ mori pro populo.

14 ἦν δὲ Καϊάφας ὁ συμβουλεύσας τοῖς Ἰουδαίοις, ὅτι συμφέρει ἕνα ἄνθρωπον ἀϖολέσθαι ὑϖὲρ τοῦ λαοῦ.

Petrus Iohannẽ sequitur ad domum Caiaphæ. Matt. 26. f. 58. Mar. 14. f. 54. Luc. 22. f. 54.

Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus. discipulus uerò ille erat notus Pontifici, & simul introijt cum Iesu in aulam Pontificis.

15 Ἠκολούθει δὲ τῷ Ἰησοῦ Σίμων Πέτρος, καὶ ἄλλος μαθητής. ὁ δὲ μαθητὴς ἐκεῖνος ἦν γνωστὸς τοῦ ἀρχιερέως, καὶ συνεισῆλθε τῷ Ἰησοῦ εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως.

Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus ille alter qui erat notus Pontifici, & loquutus est ostiariæ, ac introduxit Petrum.

16 Ὁ δὲ Πέτρος εἱστήκει πρὸς τῇ θύρᾳ ἔξω. Ἐξῆλθεν οὖν ὁ μαθητὴς ὁ ἄλλος, ὃς ἦν γνωστὸς τῷ ἀρχιερεῖ, καὶ εἶπε τῇ θυρωρῷ, καὶ εἰσήγαγε τὸν Πέτρον.

Dixit ergo Petro ancilla ostiaria, Nónne & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille, Non sum.

17 Λέγει οὖν ἡ παιδίσκη ἡ θυρωρὸς τῷ Πέτρῳ, Μὴ καὶ σὺ ἐκ τῶν μαθητῶν εἶ τοῦ ἀνθρώπου τούτου; Λέγει ἐκεῖνος, Οὐκ εἰμί.

Stabant autem serui & ministri qui prunas congesserant, quia frigus erat, & calefaciebant se. erat autem cum eis & Petrus stans & calefaciens *se*.

18 Εἱστήκεισαν δὲ οἱ δοῦλοι καὶ οἱ ὑϖηρέται, ἀνθρακιὰν ϖεϖοιηκότες, ὅτι ψῦχος ἦν, καὶ ἐθερμαίνοντο. ἦν δὲ μετ' αὐτῶν ὁ Πέτρος ἑστὼς καὶ θερμαινόμενος.

Caiaphas interrogat Christũ.

Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis & de doctrina ipsius.

19 Ὁ οὖν ἀρχιερεὺς ἠρώτησε τὸν Ἰησοῦν ϖερὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ καὶ ϖερὶ τῆς διδαχῆς αὐτοῦ.

Respondit ei Iesus, Ego apertè loquutus sum mundo, ego semper docui in synagoga & in templo, quò undique Iudæi conueniũt, & in occulto loquutus sum nihil:

20 Ἀϖεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς. Ἐγὼ ϖαῤῥησίᾳ ἐλάλησα τῷ κόσμῳ. ἐγὼ ϖάντοτε ἐδίδαξα ἐν τῇ συναγωγῇ, καὶ ἐν τῷ ἱερῷ, ὅϖου ϖάντες οἱ Ἰουδαῖοι συνέρχονται, καὶ ἐν κρυϖτῷ ἐλάλησα οὐδέν.

Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt quid loquutus sim ipsis: ecce, hi sciũt quæ dixerim ego.

21 Τί με ἐϖερωτᾷς; ἐϖερώτησον τοὺς ἀκηκοότας τί ἐλάλησα αὐτοῖς, ἴδε οὗτοι οἴδασιν ἃ εἶϖον ἐγώ.

Pulsatus Christus quid respondit.

Hæc autem quum ipse dixisset, unus ex ministris qui adstabat, bacillo cecidit Iesum, dicens, Ità ne respondes Pontifici?

22 ταῦτα δὲ αὐτοῦ εἰϖόντος, εἷς τῶν ϖαρεστηκότων ὑϖηρετῶν ῥάϖισμα τῷ Ἰησοῦ εἰϖών, Οὕτως ἀϖοκρίνῃ τῷ ἀρχιερεῖ;

Respondit ei Iesus, Si malè loquutus sum, testare de malo: sin bene, cur me cædis?

23 Ἀϖεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς. Εἰ κακῶς ἐλάλησα, μαρτύρησον ϖερὶ τοῦ κακοῦ, εἰ δὲ καλῶς, τί με δέρεις;

Petrus negat Christum. Matth. 26. f. 57. Marc. 14. f. 59. Luc. 22. f. 54.

Miserat ergo eum Annas uinctum ad Caiapham Pontificem.

24 Ἀϖέϛειλεν οὖν αὐτὸν ὁ Ἄννας δεδεμένον ϖρὸς Καϊάφαν τὸν ἀρχιερέα.

Stabat autem Simon Petrus, & calefaciebat se. dixerunt ergo ei, Nónne & tu ex discipulis eius es? Negauit ille, & dixit, Non sum.

25 Ἦν δὲ Σίμων Πέτρος ἑστὼς καὶ θερμαινόμενος, εἶϖον οὖν αὐτῷ, Μὴ καὶ σὺ ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἶ; Ἠρνήσατο ἐκεῖνος, καὶ εἶϖεν, Οὐκ εἰμί.

Matt. 26. g. 69 Marc. 14. f. 59 Luc. 22. f. 55.

20 Vndique ϖαντοθὸν Vulg. & Eras. omnes, id est ϖαντοτε. In uetustis codicibus legimus ϖαντοτε. Ego uerò existimo, uel legendum ϖαντες, uel ϖαντοθὸν, quod facile potuit à librarijs mutari in ϖαντοτε. 22 Bacillo cecidit ῥάϐδῳ ῥάϖισμα Id est, ῥῤάϖισεν. Vulg. & Eras. dedit alapâ. Vide Mar. 14. g. 65. 24 Miserat ergo ἀϖέϛειλον ὃν Particulam ὃν restituimus ex fide duorum codicum. Est autem epanalepsis quæ usurpatur ab Euangelista redeunte ad superiora. Nam quum exorsus esset narrare de Petro suprà uersu 18, quædam interiecerat quæ narrationis cursum abruperant. Nunc ergo eò rediens, utitur epanalepsi: ex qua intelligimus illa fuisse reponenda quæ ex Cyrillo restituimus suprà uersu 13, & Iohannem in referenda Petri historia prorsus cum alijs Euangelistis consentire.

28 A Caiapha

A λέγει εἷς ἐκ τῶν δούλων τοῦ ἀρχιερέως συγγενὴς
ὢν, οὗ ἀπέκοψε Πέτρος τὸ ὠτίον. οὐκ ἐγώ σε εἶδον ἐν τῷ κήπῳ μετ' αὐτοῦ;
Πάλιν οὖν ἠρνήσατο ὁ Πέτρος, καὶ εὐθέως ἀλέκτωρ ἐφώνησεν.
Ἄγουσιν οὖν τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ τοῦ Καϊάφα εἰς τὸ πραιτώριον. ἦν δὲ πρωΐα, καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα.
Ἐξῆλθεν οὖν ὁ Πιλᾶτος πρὸς αὐτοὺς ἔξω, καὶ φησί, τίνα κατηγορίαν φέρετε κατὰ τοῦ ἀνθρώπου τούτου;
Ἀπεκρίθησαν, καὶ εἶπον αὐτῷ. εἰ μὴ ἦν οὗτος κακοποιός, οὐκ ἄν σοι παρεδώκαμεν αὐτόν.
Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Πιλᾶτος. Λάβετε αὐτὸν ὑμεῖς, καὶ κατὰ τὸν νόμον ὑμῶν κρίνατε αὐτόν.
Εἶπον οὖν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι. ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι οὐδένα.
Ἵνα ὁ λόγος τοῦ Ἰησοῦ πληρωθῇ, ὃν εἶπε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἤμελλεν ἀποθνήσκειν.
Εἰσῆλθεν οὖν εἰς τὸ πραιτώριον πάλιν ὁ Πιλᾶτος. καὶ ἐφώνησε τὸν Ἰησοῦν, καὶ εἶπεν αὐτῷ. σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων;
Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς. ἀφ' ἑαυτοῦ σὺ τοῦτο λέγεις, ἢ ἄλλοι σοί εἶπον περὶ ἐμοῦ;
Ἀπεκρίθη ὁ Πιλᾶτος. Μήτι ἐγὼ Ἰουδαῖός εἰμι; τὸ ἔθνος τὸ σὸν καὶ οἱ ἀρχιερεῖς παρέδωκάν σε ἐμοί, τί ἐποίησας;
Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς. Ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. εἰ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἦν ἡ βασιλεία ἡ ἐμή, οἱ ὑπηρέται ἂν οἱ ἐμοὶ ἠγωνίζοντο, ἵνα μὴ παραδοθῶ τοῖς Ἰουδαίοις. νῦν δὲ ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐντεῦθεν.
Εἶπεν οὖν αὐτῷ ὁ Πιλᾶτος. οὐκοῦν βασιλεὺς εἶ σύ; ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς. σὺ λέγεις, ὅτι βασιλεύς εἰμι ἐγώ. ἐγὼ εἰς τοῦτο γεγέννημαι, καὶ εἰς τοῦτο ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον, ἵνα μαρτυρήσω τῇ ἀληθείᾳ. πᾶς ὁ ὢν ἐκ τῆς ἀληθείας, ἀκούει μου τῆς φωνῆς.
C λέγει αὐτῷ ὁ Πιλᾶτος. τί ἔστιν ἀλήθεια; καὶ τοῦτο εἰπὼν, πάλιν ἐξῆλθε πρὸς τοὺς Ἰουδαίους. Καὶ λέγει αὐτοῖς. Ἐγὼ οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω ἐν αὐτῷ.
Ἔστι δὲ συνήθεια ὑμῖν, ἵνα ἕνα ὑμῖν ἀπολύσω ἐν τῷ πάσχα, βούλεσθε οὖν ὑμῖν ἀπολύσω τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων;
Ἐκραύγασαν οὖν πάλιν πάντες, λέγοντες. μὴ τοῦτον, ἀλλὰ τὸν Βαραββᾶν. ἦν δὲ ὁ Βαραββᾶς λῃστής.

26 Dicit ei quidam ex seruis Pontificis, cognatus eius cuius abscíderat Petrus auriculam, Nónne ego te uidi in horto cum eo?
27 Rursus ergo negauit Petrus, & statim gallus cantauit.
28 Ducunt ergo Iesum à Caiapha in Prætorium. erat autem mane, & ipsi non introierunt in Prætorium, ne polluerẽtur, sed ut uescerentur Pascha. *Christus coram Pilato.* Matt. 27. a. 2. Mar. 15. a. 1. Luc. 23. a. 1.
29 Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit, Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? *Act. 10. d. 28. & 11. a. 3.*
30 Respondérunt & dixerunt ei, Nisi iste esset maleficus, non tibi tradidíssemus eum.
31 Dicit ergo eis Pilatus, Accipite eũ uos, & secundum legem uestram cõdemnate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi, Nobis non licet trucidare quenquam.
32 Vt sermo Iesu impleretur, quẽ dixit, significans qua morte futurũ erat ut moreretur. *Matt. 20. c. 19.*
33 Introiuit ergo rursus in Prætorium Pilatus, & uocauit Iesum, dixitq; ei, Túne es Rex Iudæorum? *Christus rex Iudæorum.* Matt. 27. b. 11. Marc. 15. a. 2. Luc. 23. a. 3.
34 Respondit ei Iesus, A teipso tu hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me?
35 Respondit Pilatus, Nunquid ego Iudæus sum? gens tua & Pontifices tradiderunt te mihi: quid feciſti?
36 Respondit Iesus, Regnum meum non est ex hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei certarent ne traderer Iudæis: nunc autem regnum meum nõ est hinc. *Regnũ Christi.*
37 Dixit ergo ei Pilatus, Num igitur Rex es tu? Respondit Iesus, Tu dicis quòd Rex sum ego. ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium dem ueritati. omnis qui est ex ueritate, audit uocẽ meam. *Rex Christus.*
38 Dicit ei Pilatus, Quid est ueritas? Et quum hoc dixisset, rursum uenit ad Iudæos, & dicit eis, Ego nullum inuenio in eo crimen. *Veritas.*
39 Est autem consuetudo uobis ut unum dimittam uobis in Pascha: uultísne ergo dimittam uobis Regem Iudæorum? *Barrabã petunt Iudæi.* Matt. 27. b. 11. Marc. 15. a. 6. Luc. 23. c. 27. Act. 3. c. 14.
40 Clamauerunt autem rursum omnes, dicentes, Non hunc, sed Barabbam. Erat uero ille Barabbas latro.

28 A Caiapha ἀπὸ τοῦ Καϊάφα Id est, ab ædibus Caiaphæ: quod genus loquutionis exposuimus Mar. 5 d. 35. Id uerò quum nonnulli non intelligerent, pro à Caiapha substituerunt ad Caiapham: sicut nimirum apud Marcum pro ab archisynagogo suppoſuerant ad archisynagogum. quæ res magnum errorem obiecit Augustino, frustra hìc multum laboranti, ut expediat qui fieri possit ut in Prætorium sit ductus Iesus, qui legatur adductus ad Caiapham: sicut Erasmus in hunc locum annotauit.

36 Certarent ἠγωνίζοντο. Cyprianus lib. aduersus Iudæos 2. cap. 28. (ut obseruauit Erasmus, citans hunc locũ) legit turbarentur. Itaque suspicor eum uel legisse ἠγωνιάζοντο, uel confudisse ἀγωνιζέσθαι cum ἀγωνιάζεσθαι quum tamen potius Græcè dicatur ἀγωνιᾷ uel ἀγωνιᾶν. Nunc autem νῦν δὲ Particula νῦν hoc quoque loco non est temporis aduerbium, sed coniunctio συλλογιστικὴ, ut etiam supra 8. c. 40.

38 Quid est ueritas τί ἐστιν ἀλήθεια: Fastidientis atque adeò irridentis uox, non interrogantis. Venit ἐξῆλθε. Vulg. exiit. Vide Marc. 18. b. 11. Crimen αἰτίαν. Vulg. & Eras. causam. Vide Matth. 19. a. 3. 39 Iudæorum τῶν Ἰουδαίων: Id est uestrum. Est enim Hebraica repetitio antecedentis.

CAPVT XIX.

ΚΕΦ. 18. A

Flagellatur Christus, & coronatur spinis. Matt.27.c.26. Marc.15.b.18.

1 TVnc ergo acceptum Pilatus Iesum flagellauit.

1 Τοτε οὖν ἔλαβεν ὁ Πιλᾶτος τὸν Ιησοῦν, καὶ ἐμαστίγωσε.

Et milites plexam coronam è spinis imposuerunt capiti eius, & pallio purpureo circundederunt eum.

2 καὶ οἱ στρατιῶται πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν ἐπέθηκαν αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ, καὶ ἱμάτιον πορφυροῦν περιέβαλον αὐτόν.

Et dicebant, Aue Rex Iudæorum. Et bacillis eum cædebant.

3 καὶ ἔλεγον. Χαῖρε ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. καὶ ἐδίδοσαν αὐτῷ ῥαπίσματα.

Exiuit ergò rursum Pilatus foras, & dicit eis, Ecce adduco uobis eum foras, ut cognoscatis quòd nullum in eo crimen inuenio.

4 Ἐξῆλθεν οὖν πάλιν ἔξω ὁ Πιλᾶτος, καὶ λέγει αὐτοῖς, Ἴδε ἄγω ὑμῖν αὐτὸν ἔξω, ἵνα γνῶτε, ὅτι ἐν αὐτῷ οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω.

Exiuit ergo Iesus foras, ferens spineam coronam, & purpureum pallium. Tum dicit eis *Pilatus*, Ecce homo.

5 Ἐξῆλθεν οὖν ὁ Ιησοῦς ἔξω, φορῶν τὸν ἀκάνθινον στέφανον, καὶ τὸ πορφυροῦν ἱμάτιον. καὶ λέγει αὐτοῖς. Ἰδοὺ ὁ ἄνθρωπος.

Iudæi petunt Christum crucifigi.

Quum ergo uidissent eum principes Sacerdotum & ministri, clamarunt, dicentes, Crucifige, crucifige. Dicit eis Pilatus, Accipite eum uos, & crucifigite: ego enim non inuenio in eo crimen.

6 ὅτε οὖν εἶδον αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ὑπηρέται, ἐκραύγασαν, λέγοντες. Σταύρωσον, σταύρωσον. Λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλᾶτος. Λάβετε αὐτὸν ὑμεῖς, καὶ σταυρώσατε. ἐγὼ γὰρ οὐχ εὑρίσκω ἐν αὐτῷ αἰτίαν.

Responderunt ei Iudæi, Nos legem habemus, & secundum legem nostram debet mori, quia Filium Dei se fecit.

7 Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι. ἡμεῖς νόμον ἔχομεν, καὶ κατὰ τὸν νόμον ἡμῶν ὀφείλει ἀποθανεῖν, ὅτι ἑαυτὸν υἱὸν Θεοῦ ἐποίησε. B

Pilatus timens interrogat Christum.

Quum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit.

8 Ὅτε οὖν ἤκουσεν ὁ Πιλᾶτος τοῦτον τὸν λόγον, μᾶλλον ἐφοβήθη.

Et ingressus est Prætorium rursus, & dicit ad Iesum, Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei.

9 καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ πραιτώριον πάλιν, καὶ λέγει τῷ Ιησοῦ. πόθεν εἶ σύ; Ὁ δὲ Ιησοῦς ἀπόκρισιν οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ.

Dicit ergo ei Pilatus, Mihi non loqueris? nescis quòd potestatem habeam crucifigendi te, & potestatem habeam absoluendi te?

10 Λέγει οὖν αὐτῷ ὁ Πιλᾶτος. ἐμοὶ οὐ λαλεῖς; οὐκ οἶδας ὅτι ἐξουσίαν ἔχω σταυρῶσαί σε, καὶ ἐξουσίαν ἔχω ἀπολῦσαί σε;

Potestas à Deo.

Respondit Iesus, Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datum esset superné: propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.

11 Ἀπεκρίθη ὁ Ιησοῦς. Οὐκ εἶχες ἐξουσίαν οὐδεμίαν κατ' ἐμοῦ, εἰμὴ ἦν σοι δεδομένον ἄνωθεν. διὰ τοῦτο ὁ παραδιδούς με σοι μείζονα ἁμαρτίαν ἔχει.

Peccatū Iudæ.

Ex eo quærebat Pilatus absoluere eum: Iudæi autem clamabant, dicentes, Si hunc absolueris, non es amicus Cæsaris. quicunque se Regem facit, contradicit Cæsari.

12 Ἐκ τούτου ἐζήτει ὁ Πιλᾶτος ἀπολῦσαι αὐτόν. οἱ δὲ Ἰουδαῖοι ἐκραζον, λέγοντες. ἐὰν τοῦτον ἀπολύσῃς, οὐκ εἶ φίλος τοῦ καίσαρος. Πᾶς ὁ βασιλέα ἑαυτὸν ποιῶν, ἀντιλέγει τῷ καίσαρι.

Pilatus ergo quum audisset hunc sermonem, adduxit foras Iesum, sedítque pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraicè autem Gabbatha.

13 Ὁ οὖν Πιλᾶτος ἀκούσας τοὺς λόγους τούτους, ἤγαγεν ἔξω τὸν Ιησοῦν, καὶ ἐκάθισεν ἐπὶ τοῦ βήματος εἰς τόπον λεγόμενον λιθόστρωτον, Ἑβραϊστὶ δὲ Γαββαθᾶ. C

Erat autem parasceue Paschæ, hora uerò quasi sexta: tum dicit Iudæis, Ecce Rex uester.

14 ἦν δὲ παρασκευὴ τοῦ πάσχα, ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη, καὶ λέγει τοῖς Ἰουδαίοις. ἴδε ὁ βασιλεὺς ὑμῶν.

Illi clamauerunt, Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Regem uestrum crucifigam? Responderunt principes Sacerdotum, Non habemus Regem nisi Cæsarem.

Christus crucifigendus traditur Iudæis. Matt. 27.d.31. Marc. 15.b.21. Luc.23.c.26.

15 οἱ δὲ ἐκραύγασαν. ἆρον, ἆρον, σταύρωσον αὐτόν. Λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλᾶτος. τὸν βασιλέα ὑμῶν σταυρώσω; Ἀπεκρίθησαν οἱ ἀρχιερεῖς. οὐκ ἔχομεν βασιλέα, εἰμὴ καίσαρα.

Tunc ergo tradidit eum illis ut crucifige-

16 Τότε οὖν παρέδωκεν αὐτὸν αὐτοῖς, ἵνα σταυρωθῇ.

IN CAPVT XIX.

1 Flagellauit. ἐμαστίγωσε Vide Matth. 27.c.26. 3 Et dicebant, καὶ ἔλεγον, Vetus interpres legit, & ueniebant ad eum, & dicebant, καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν καὶ ἔλεγον: quam lectionem reperimus in tribus exemplaribus manuscriptis.

14 Sexta: ἕκτη: In uno codice scriptum inuenimus τρίτη, ut uideri possit γ', quæ est ternarij numeri nota, mutata in ϛ': quamuis non desint aliæ rationes quibus conciliari possit Iohannes cum Marco, ut diximus Marc.15.25.

16 Et

A τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἀπήγαγον.

καὶ βαστάζων τὸν σταυρὸν αὐτῷ, ἐξῆλθεν εἰς τὸν 17
λεγόμενον Κρανίου τόπον, ὃς λέγεται Ἑβραϊστὶ Γολ
γοθᾶ,

ὅπου αὐτὸν ἐσταύρωσαν, καὶ μετ' αὐτοῦ ἄλλους 18
δύο ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν, μέσον δὲ τὸν Ἰησοῦν.

Ἔγραψε δὲ καὶ τίτλον ὁ Πιλᾶτος, καὶ ἔθηκεν ἐπὶ 19
τοῦ σταυροῦ, ἦν δὲ γεγραμμένον· Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος
ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων.

Τοῦτον οὖν τὸν τίτλον πολλοὶ ἀνέγνωσαν τῶν Ἰουδαίων, 20
ὅτι ἐγγὺς ἦν τοῦ πόλεως ὁ τόπος, ὅπου ἐσταυρώθη
ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἦν γεγραμμένον Ἑβραϊστί, Ἑλλη-
νιστί, Ῥωμαϊστί.

ἔλεγον οὖν τῷ Πιλάτῳ οἱ ἀρχιερεῖς τῶν Ἰουδαί- 21
ων· μὴ γράφε, ὁ Βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων, ἀλλ' ὅτι ἐ-
κεῖνος εἶπε, Βασιλεύς εἰμι τῶν Ἰουδαίων.

ἀπεκρίθη ὁ Πιλᾶτος· ὃ γέγραφα, γέγραφα. 22

Οἱ οὖν στρατιῶται ὅτε ἐσταύρωσαν τὸν Ἰησοῦν, ἔλα- 23
βον τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ ἐποίησαν τέσσαρα μέ-
B ρη, ἑκάστῳ στρατιώτῃ μέρος, καὶ τὸν χιτῶνα. ἦν
δὲ ὁ χιτὼν ἄρραφος ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι'
ὅλου.

εἶπον οὖν πρὸς ἀλλήλους· Μὴ σχίσωμεν αὐτόν, ἀλ- 24
λὰ λάχωμεν περὶ αὐτοῦ τίνος ἔσται· ἵνα ἡ γραφὴ πλη
ρωθῇ ἡ λέγουσα· Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς,
καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. Οἱ μὲν οὖν
στρατιῶται ταῦτα ἐποίησαν.

Εἱστήκεισαν δὲ παρὰ τῷ σταυρῷ τοῦ Ἰησοῦ ἡ μήτηρ 25
αὐτοῦ, καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, Μαρία ἡ τοῦ Κλω-
πᾶ, καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνή.

Ἰησοῦς οὖν ἰδὼν τὴν μητέρα καὶ τὸν μαθητὴν 26
παρεστῶτα, ὃν ἠγάπα, λέγει τῇ μητρὶ αὐτοῦ· Γύναι,
ἴδε ὁ υἱός σου.

εἶτα λέγει τῷ μαθητῇ· ἴδε ἡ μήτηρ σου. Καὶ 27
ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας ἔλαβεν ὁ μαθητὴς αὐτὴν εἰς
τὰ ἴδια.

μετὰ τοῦτο ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς, ὅτι πάντα ἤδη 28
τετέλεσται, ἵνα τελειωθῇ ἡ γραφή, λέγει· Δι-
C ψῶ.

Σκεῦος οὖν ἔκειτο ὄξους μεστόν. Οἱ δὲ πλήσαν- 29
τες σπόγγον ὄξους καὶ ὑσσώπῳ, περιθέντες, προ-
σήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι.

ὅτε οὖν ἔλαβε τὸ ὄξος ὁ Ἰησοῦς, εἶπε· Τετέ- 30

retur. Acceperunt autē Iesum, & abduxerūt.

Atque *is* baiulans crucem suam, uenit in 17
eum locum qui dicitur Caluariæ, Hebraicè
autem Golgotha:

Vbi crucifixerunt eum: & cum eo alios 18
duos, hinc & hinc, medium autem Iesum.

Scripsit autē & titulum Pilatus, & posuit 19
super crucem. Erat autem scriptum, Iesus Na
zarenus Rex Iudæorum.

Hunc ergo titulum multi Iudæorum lege- 20
rūt: quia prope ciuitatem erat locus ubi cru
cifixus erat Iesus. & erat scriptum Hebraicè,
& Græcè, & Latinè.

Dicebant ergo Pilato principes Sacerdo- 21
tum Iudæorum, Ne scribas, Rex Iudæorum:
sed quòd ille dixerit, Rex sum Iudæorum.

Respondit Pilatus, Quod scripsi, scripsi. 22

Milites ergo quum crucifixissent Iesum, 23
acceperunt uestimēta eius (& fecerunt qua-
tuor partes, unicuique militi partem) & tu-
nicam. erat autem tunica insutilis, à summo
contexta tota.

Dixerunt ergo inter se, Ne findamus eam, 24
sed sortiamur de illa cuius futura sit. Vt Scri-
ptura impleretur, dicens, Dispertiuerunt ue-
stimenta mea sibi, & super uestem meam mi-
serūt sortem. Et milites quidem hæc fecerūt.

Stabant autem iuxta crucem Iesu mater 25
eius & soror matris eius, Maria Clopæ *uxor*
& Maria Magdalene.

Quum uidisset ergo Iesus matrem ac disci- 26
pulum astantem, quem diligebat, dicit matri
suæ, Mulier, ecce filius tuus.

Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et 27
ex illa hora recepit eam discipulus domum
suam.

Postea quū sciret Iesus quòd *reliqua* omnia 28
iam perfecta essent, ut perficeretur Scriptu-
ra, dicit, Sitio.

Vas igitur *illic* erat positum aceto plenum. 29
Illi uerò impleuerunt spongiam aceto, & hys-
sopo circumpositam admouerunt ori eius.

Quum ergo accepisset Iesus acetum, dixit, 30

Vestimēta Christi diuiduntur. Mat. 27. d. 35. Marc. 15. b. 14 Luc. 23. d. 33.

Pſal. 22. e. 29.

Matrem cōmendat Ioanni Christus.

Pſal. 68. e. 22.

Potatus aceto Christus moritur.

16 Et abduxerunt. καὶ ἀπήγαγον. Hic uariant exemplaria. Nam apud Theophylactum legimus καὶ ἤγαγον αὐτὸν εἰς τὸ σταυρῶσαι, & duxerunt eum ut crucifigerent: quæ lectio, quod ad sententiā ipsam attinet, cum altera consentit. In uno autem codice scriptum erat ἤγαγον εἰς τὸ πραιτώριον, duxerunt in Prætorium. Suspicor uerò nonnullos ita legere maluisse, propter sequens uerbum ἐξῆλθεν, exiit, quod non uidetur posse cōuenire, nisi iterum dicatur ingressus in Prætorium: siquidem extra Prætorium fuisse situm tribunal, apparet ex uersu 13. Sed facilis erat solutio. Nam Exire accipitur ex Hebræorum idiotismo pro ex aliquo loco proficisci, atque adeò pro uenire: ut sæpe annotauimus, ac præsertim Mar. 8. b. 11. Deinde, si propriam significationem libuerit seruare, non minus commodè potest hoc referri ad locum tribunalis quàm ad Prætorium. 20 Et erat scriptum καὶ ἦν γεγραμμένον Scriptum erat scilicet in eo titulo. Nam alioquin dicendum erat καὶ ἦν γεγραμμένος. 23 Tota ὅλ. Siue per totum, ut loquitur Plinius, id est omnino. 25 Maria Clopæ *uxor*. Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ, In Latinis codicibus legitur Maria Cleopæ uel Cleophæ. Subaudiri autem potest, uel uxor uel filia: sed magis est usitatum ut mulieres à maritis cognominentur.

27 Domum suam. εἰς τὰ ἴδια. siue, ad se. Vul. & Erasm. in sua. Nam quod in nonnullis Veteris editionis codicibus legitur in suam, acceptum ferendum est eorum impudentiæ qui quicquid non intelligunt, putant mendo non carere. Vide suprà 1. b. 11. Ambrosius interpretatur in sua, id est in suum ius: quæ expositio mihi magnopere nō probatur.

28 *Reliqua* omnia πάντα Vulg. & Eras. omnia. Atqui nondum omnia erant completa, quum uel hoc ipsum ad-huc requireretur, quod erat facturus: mors ipsa denique, salutis nostræ πεφάλαιον. Apparet igitur id esse referendum ad ea quæ præcesserant, & subaudiri quod suppleuimus. Sic Plinius de quodam obelisco loquens, Omnibus, inquit, quæcunque in mari uisa sunt, mirabiliorem. id est omnibus aliis: ut alibi annotauimus.

29 Hyssopo ὑσσώπῳ. Vide Matt. 27. f. 58.

30 Tradidit

Consummatum est: & inclinato capite tradidit spiritum.

Crura latronibus franguntur.

Iudęi ergo, ut non manerent in cruce corpora sabbatho: quoniã erat Parasceue: (erat enim magnus dies ille sabbathi) rogarũt Pilatum ut frangerẽtur eorũ crura, ac tollerẽtur.

Venerunt ergo milites, & prioris quidem *latronis*, fregerunt crura, & alterius qui crucifixus fuerat cum eo.

Latus Christi lancea aperitur.

Ad Iesum autẽ quum uenissent, ut uiderũt eum iam mortuum, nõ fregerunt eius crura.

Sed quidam ex militibus lancea latus eius fodit, & statim exiuit sanguis & aqua.

Et qui uidit, testatur, & uerum est testimonium eius: ille *inquam* scit quòd uera dicit, ut & uos credatis.

Exo.12.g.46. Num.9.b.12. Facta sunt enim hæc ut scriptura impleretur, Non confringetur *ullum* os ipsius.

Zach.12.c.10. Et rursus alia Scriptura dicit, Videbunt quem transfixerunt.

Ioseph ab Arimathæa. Matt.27.g.57. Mar.15.d.42. Luc.23.g.50. Post hæc autem rogauit Pilatũ Ioseph Arimathiensis (qui erat discipulus Iesu, sed occultus propter metum Iudæorum) ut tolleret corpus Iesu: quod permisit Pilatus. Venit ergo, & sustulit corpus Iesu.

Nicodemus. Suprà 3.a.2. Venit autem & Nicodemus (is qui uenerat ad Iesum nocte primùm) ferens misturæ myrrhæ & aloes libras quasi centum.

Sepelitur Christus. Acceperũt ergo corpus Iesu, & obuinxerunt illud linteis cum aromatib⁹, sicut mos est Iudæis sepelire.

In eo autẽ loco ubi fuerat crucifixus, erat hortus, & in horto monumẽtum nouum, in quo nondum quisquam positus fuerat.

λεσαι. καὶ κλίνας τὴν κεφαλὴν παρέδωκε τὸ A
πνεῦμα.

οἱ οὖν Ἰουδαῖοι, ἐπεὶ παρασκευὴ ἦν, ἵνα μὴ μείνῃ 31
ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τὰ σώματα ἐν τῷ σαββάτῳ, ἦν γὰρ
μεγάλη ἡμέρα ἐκείνη τοῦ σαββάτου, ἠρώτησαν τὸν Πι-
λᾶτον, ἵνα καταγῶσιν αὐτῶν τὰ σκέλη, καὶ ἀρθῶσιν.

ἦλθον οὖν οἱ στρατιῶται, καὶ τοῦ μὲν πρώτου κα 32
τέαξαν σκέλη, καὶ τοῦ ἄλλου τοῦ συσταυρωθέντος
αὐτῷ.

ἐπὶ δὲ τὸν Ἰησοῦν ἐλθόντες, ὡς εἶδον αὐτὸν ἤδη 33
τεθνηκότα, οὐ κατέαξαν αὐτοῦ τὰ σκέλη.

ἀλλ' εἷς τῶν στρατιωτῶν λόγχῃ αὐτοῦ τὴν πλευ- 34
ρὰν ἔνυξε, καὶ εὐθὺς ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ.

καὶ ὁ ἑωρακὼς μεμαρτύρηκε, καὶ ἀληθινὴ αὐ- 35
τοῦ ἐστὶν ἡ μαρτυρία. κἀκεῖνος οἶδεν ὅτι ἀληθῆ λέ
γει, ἵνα καὶ ὑμεῖς πιστεύσητε.

ἐγένετο γὰρ ταῦτα, ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ 36
ὀστοῦν οὐ συντριβήσεται αὐτοῦ.

καὶ πάλιν ἑτέρα γραφὴ λέγει. ὄψονται εἰς B
ὃν ἐξεκέντησαν.

μετὰ δὲ ταῦτα ἠρώτησε τὸν Πιλᾶτον ὁ Ἰω- 38
σὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας, ὢν μαθητὴς τοῦ Ἰησοῦ,
κεκρυμμένος δὲ διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, ἵνα
ἄρῃ τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἐπέτρεψεν ὁ Πι-
λᾶτος.

ἦλθε δὲ καὶ Νικόδημος, ὁ ἐλθὼν πρὸς τὸν Ἰησοῦν 39
νυκτὸς τὸ πρῶτον, φέρων μίγμα σμύρνης καὶ ἀ-
λόης ὡσεὶ λίτρας ἑκατόν.

ἔλαβον οὖν τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἔδησαν αὐτὸ 40
ὀθονίοις μετὰ τῶν ἀρωμάτων, καθὼς ἔθος ἐστὶ
τοῖς Ἰουδαίοις ἐνταφιάζειν.

ἦν δὲ ἐν τῷ τόπῳ ὅπου ἐσταυρώθη, κῆπος, καὶ 41
ἐν τῷ κήπῳ μνημεῖον καινόν, ἐν ᾧ οὐδέπω οὐδεὶς
ἐτέθη.

30 Tradidit spiritum. παρέδωκε τὸ πνεῦμα. siue, reddidit animam: ut Virgilius loquitur lib. Georg. 3. Sed tamen quia παρέδωκεν scriptum est, non ἀπέδωκε, & uidetur Euangelista alludere ad ea uerba, quæ moriens Dominus protulit ex Psal. 31.a.6. quibus scilicet animam in Patris manus deposuit: hanc formulã integram libẽs retinui. Cæterùm post hæc uerba Cyrillus subicit, Et postquam expirauit, uelum templi scissum est à summo usque deorsum, id est, ἐφ' ἡμᾶς ἐξεπετάσθη, τὸ διατεῖνον ἀπὸ τοῦ χίσθου ἄνω ὁ κάτωθεν εἰς ὕψος. &, ne quis hæc putet apud Cyrillum supposita, proprium etiam caput huic particulæ tribuit, ut annotauit Erasmus, nempe tricesimum septimum libri undecimi. Sed tamen suspicor ista ex alijs Euangelistis irrepsisse, quia Iohannes nihil istorum commemorat: facturus, ut opinor, etiam reliquorum mentionẽ, si scisset uel meminisset. 31 Magnus dies illius Sabbathi, μεγάλη ἡ ἡμέρα ἐκείνου τοῦ σαββάτου, Vulg. & Eras. magnus ille dies sabbathi, eodem sensu. Loquitur enim de die Paschę, qui eo anno in sabbathũ incidebat, ex traditione quam exposuimus Matth. 26.b 17. Ideo dicitur hoc sabbathum magnum, id est, solenne & celebre, concurrente scilicet duplici celebritate. 34 Fodit, ἔνυξε, Vel, fauciauit. Vulg. aperuit, ut uideri posit legisse ἤνοιξε. Quòd autem nonnulli hęc conuertunt per plusquamperfectum, quasi Christo adhuc uiuẽti facta sint, meritò reprehenduntur Clementina prima, ut Erasmus quoque annotauit. 35 Et qui uidit, Καὶ ὁ ἑωρακὼς, Inter causas cur Iohannes tantopere hoc asseueret, hæc certè non est prætermittenda quam Erasmus attingit, quia nimirũ hoc uulnere plena fit mortis Christi fides. Nam effusa aqua ex illo lateris uulnere, indicauit ferrum usque in περικαρδίαν penetrasse, illius scilicet aquæ conceptaculum, quo uulnerato necesse est animal omne protinus mori. alioquin calumniari possent ueritatis hostes, Christum semimortuum è cruce detractum & tumulo illatum, ut resurrectionis testimonium eleuaretur. Cæterùm id quoque obseruandum est, uideri posse hoc etiam loco permutatam constructionem, ac potius fuisse dicendum, eum qui id testaretur, id uidisse, ac proinde idoneum esse ipsius testimonium. Non dissimilem hypallagen suprà annotauimus 8.f.47. 36 Non confringetur *ullum* os ipsius οὐ συντριβήσεται αὐτοῦ, Vel, nõ comminuẽtur ossa ipsius, ut sit enallage numeri. Ita igitur scriptũ inuenimus in uetustis codicibus, excepto uno, qui legit ἀπ' αὐτοῦ, cum quo consentit Theophylactus. Vulg. & Eras. os non comminuetis ex eo, ὀστοῦν οὐ συντριβήσετε ἀπ' αὐτοῦ, quæ lectio Hebraicæ ueritati respondet. Sed tamen quod ad sensum attinet, nullum est in istis discrimen.

37 Transfixerunt. ἐξεκέντησαν, id est, דקרו: quum Græca editio habeat κατωρχήσαντο saltarunt, id est, רקדו, ut annotauit Erasmus ex Hieronymo. Ergo uel ista non citauit Ioannes ex Græca translatione (quod tamen mihi non fit uerisimile, ut qui Græcè scripserit, & quidem Orientis Ecclesijs, quę Græcè maxima ex parte loquebantur) uel potius, aliam Græcam editionem usurpabant Ecclesię, quum ista quæ nunc extat, crassissimis erroribus plurimis scateat, & plurimùm uariet à testimonijs quæ passim in Nouo testamento citantur. 41 In quo nondum quisquam positus fuerat. ἐν ᾧ οὐδέπω οὐδεὶς ἐτέθη. ἵνα μὴ συνεφαντηθῇ ἡ ἀνάστασις ὡς ἄλλου ἀναστάντος, inquit Theophylactus, id est, ne quis ipsius resurrectionem calumniaretur, quasi alius quispiam resurrexisset. Ideo non contentus Euangelista dixisse nouum fuisse sepulchrum, hæc etiam addidit: quæ temerè sunt in uno codice deleta.

1 Primo

ἐκεῖ οὖν ἕνεκα τῆς παρασκευῆς τῶν Ἰουδαίων, 42
ὅτι ἐγγὺς ἦν τὸ μνημεῖον, ἔθηκαν τὸν Ἰησοῦν.

ΚΕΦ. κ.

Τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων Μαγδαλὴνὴ Μαρία 1
ἔρχεται πρωΐ, σκοτίας ἔτι οὔσης,
εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ βλέπει τὸν λίθον ἠρμένον ἐκ
τοῦ μνημείου.

τρέχει οὖν καὶ ἔρχεται πρὸς Σίμωνα Πέτρον, καὶ 2
πρὸς τὸν ἄλλον μαθητὴν, ὃν ἐφίλει ὁ Ἰησοῦς, καὶ
λέγει αὐτοῖς, Ἦραν τὸν κύριον ἐκ τοῦ μνημείου, καὶ
οὐκ οἴδαμεν ποῦ ἔθηκαν αὐτόν.

ἐξῆλθεν οὖν Πέτρος καὶ ὁ ἄλλος μαθητὴς, καὶ 3
ἤρχοντο εἰς τὸ μνημεῖον.

ἔτρεχον δὲ οἱ δύο ὁμοῦ, καὶ ἄλλος μαθητὴς 4
προέδραμε τάχιον τοῦ Πέτρου, καὶ ἦλθε πρῶτος
εἰς τὸ μνημεῖον.

καὶ παρακύψας βλέπει κείμενα τὰ ὀθόνια, οὐ 5
μὴν εἰσῆλθεν.

ἔρχεται οὖν Σίμων Πέτρος ἀκολουθῶν αὐτῷ, 6
καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ θεωρεῖ τὰ ὀθό-
νια κείμενα.

καὶ τὸ σουδάριον, ὃ ἦν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, οὐ 7
μετὰ τῶν ὀθονίων κείμενον, ἀλλὰ χωρὶς ἐντετυ-
λιγμένον εἰς ἕνα τόπον.

τότε οὖν εἰσῆλθε καὶ ὁ ἄλλος μαθητὴς, ὁ ἐλ- 8
θὼν πρῶτος εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ εἶδε καὶ ἐπί-
στευσεν.

οὐδέπω γὰρ ᾔδεισαν τὴν γραφὴν, ὅτι δεῖ αὐ- 9
τὸν ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι.

ἀπῆλθον οὖν πάλιν πρὸς ἑαυτοὺς οἱ μαθηταί. 10

Μαρία δὲ εἱστήκει πρὸς τὸ μνημεῖον κλαίουσα 11
ἔξω. ὡς οὖν ἔκλαιε, παρέκυψεν εἰς τὸ μνη-
μεῖον.

καὶ θεωρεῖ δύο ἀγγέλους ἐν λευκοῖς, καθεζομένους, 12

Ibi ergo propter Paraſceuē Iudæorū, quod nonumentū illud propè eſſet, poſuerūt Ieſum.

CAP. XX.

PRimo uerò die hebdomadis Maria Magdalene uenit mane quum adhuc tenebræ eſſent, ad monumentum: uidétque lapidé ſublatum à monumento. *Maria Magdalene uenit ad ſepulchrum.* Marc.16.a.1. Lut.24.a.1.

Currit ergo & uenit ad Simonem Petrum, & ad alterum illum diſcipulum quem amabat Ieſus, & dicit eis, Suſtulerunt Dominum è monumento, & neſcimus ubi poſuerint eum.

Exijt ergo Petrus, & alter ille diſcipulus, & uenerunt ad monumentum. *Petrus & Ioannes currūt ad monumentum.*

Currebant autem duo ſimul, ſed alter ille diſcipulus præcucurrit citius Petro, uenítque prior ad monumentum.

Et incuruatus, uidit poſita lintea: non tamen introiuit.

Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, & introiuit in monumentum, uidítque lintea poſita.

Et ſudarium quod fuerat ſuper caput eius, non cum linteis poſitum, ſed ſeorſum inuolutum in unum locum.

Tunc ergo introiuit etiam alter ille diſcipulus, qui uenerat prior ad monumentum, uidítque, & credidit.

Nondum enim nouerant Scripturam, *id eſt* quod oportuiſſet eum à mortuis reſurgere. *Apoſtoli ignorantes reſurrectionem.*

Redierunt ergo diſcipuli ad ſuos.

Maria autem ſtabat ad monumentum foris flens. dum ergo fleret, incuruauit ſe in monumentum. *Maria Magdalene plorat ad ſepulchrum.* Matth.28.a.1. Marc.16.b.5.

Et uidit duos Angelos albatos, ſedétes, unū *Angeli.*

IN CAPVT XX.

1 Primo uerò die hebdomadis Τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων. Vulg. Vna autem Sabbati. Eraſ. Vno uerò die ſabbathorum. Vide Matt.28.

C explicari poteſt particula cauſalis. Poteſt enim ἐπιγνοῦσιν ad id referri quod uiſuri uenerant Petrus & Ioannes: atq; adeò quod ipſi uiderant, Chriſti corpus ſcilicet, nō amplius ſupereſſe in ſepulchro. Nā Mariæ id referenti ſi credidiſſent, non properaſſent ad ſepulchrum. Erit ergo hæc ſententia, ipſos tandem oculis ſuis teſtibus credidiſſe, Domini corpus ſurreptum fuiſſe è ſepulchro, quia ſcilicet non nouerant quæ de Chriſti reſurrectione fuerant prædicta. Hæc expoſitio mihi quidem uidetur omnium ſimpliciſsima. Neque enim inuſitatum eſt ut Credendi uerbum libeat ad fidei initium referre, nō erat ſubijcienda quo agitur, ut Matth. 24.b.23. Mar.16.c.11. Quòd ſi Credendi uerbum libeat ad fidei initium referre, nō erat ſubijcienda cauſalis coniunctio, ſed locus erat potius particulæ Tamen, & ita ſcribendum, Viditque & credidit, non tamen nouerat Scripturam, &c. id eſt, credebat quidem, ſed ita ut tenuia eſſent fidei principia, quum ſcilicet uerbo Dei non niteretur. Sed tamen alia expoſitio ſupereſt quæ tolerabilis uidetur, etiamſi Credendi uocabulum ad reſurrectionem referas, ita ſcilicet ut particula γάρ cauſam declaret cur Ioannes nōdum credíderit quàm uiderit, quaſi ita ſcriptum ſit. Tunc introijt etiā alter ille diſcipulus qui uenerat prior ad monumentum, uiditque uacuum, ſcilicet ſepulchrum, & tum demum credidit. Nam non intellexerat ex Scripturis, oportuiſſe Chriſtum reſurgere. Scripturam τὴν γραφὴν, Ita uſus obtinuit ut Sacra illa ſcripta, quibus tanquam tabulis perſcripta eſt ac conſignata Dei uoluntas, hoc nomine per antonomaſiam intelligātur, quemadmodum ſolent Rabbini uocare תורה. Quidam maluit Literas interpretari, nempe ne uideretur literas neſcire. *Id eſt* quòd oportuiſſet ὅτι δεῖ Hoc dicendi genus aliquoties annotauimus in hoc noſtro Euangeliſta, ut ſuprà 5.c.19, & 15.a.4. quod quia neglexerunt Vetus interpres & Eraſmus, obſcurè interpretati ſunt hunc locum.

10 Redierunt ἀπῆλθον πάλιν Vulg. & Eraſ. Abierunt rurſus. At ego exiſtimo πάλιν hoc loco idem declarare atq; εἰς τὰ ἴδια id eſt, retro, eò ſcilicet unde uenerant. Itaque ἀπέρχεσθαι πάλιν conuerti tanquam eſſet periphraſis uerbi ἐπανέρχεσθαι. Ad ſuos πρὸς ἑαυτοὺς Id eſt, אלבתיהם. Vulg. & Eraſ. ad ſemetipſos, nimium obſcurè. Dixit autem Euāgeliſta ad ſe, pro Domum ſuam, ut in uernaculo ſermone dicimus, *chez ſoy*, id eſt, eò ubi tunc temporis manebant, & unde fuerant profecti, ſicut paulo antè, ad Caiapham, pro, ad ædes Caiaphæ. Iam uerò quia ex ſequētibus hiſtoriis apparet undecim diſcipulos unà uel habitaſſe, uel plerunque fuiſſe uerſatos, ideo conuertere malui, ad ſuos quàm ad ſe.

11 Foris ἔξω Id eſt, extra ipſam ſpeluncam, in qua excíſum erat ſepulchrum. 12 Albatos, ἐν λευκοῖς, Vulg. ad uerbum, in albis. quod uix quiſquam intelligat. Eraſ. albis amictos, quum potius dicendum fuerit, albo amictos, ut dixit Virg. maculis diſtinctus & albo. Subauditur uerò ἱματίοις, ut Apoc.3.a.4, & 5. & ἐν pro σὺν ponitur, ſicut alibi expo ſumus. Latini uno uerbo id cōmodè explicant. Cic. Quum epuli dominus Q. Arius albatus eſſet, tute in templū Caſtoris cum C. Figulo atrato cæteriſque tuis furiis funeſtum intuliſti. Ad caput, πρὸς τὴν κεφαλὴν, Figuratè hæc accipiuntur pro ea parte in qua caput Chriſti fuerat, quod genus dicendi, ut & alia plurima, petitum eſt è medio. Ideo ἔνθου ἕνα τὸ non ſatis expreſſe conuertit Vetus interpres, ubi poſitum fuerat: minus etiam rectè Eraſ. ubi poſuerant. Neutrū enim ex his uerbis aliud indicat quàm poni deſiſſe. Potius ergo dicendum fuit, ubi iacuerat: ut illic iacere deſiſſe intelligamus.

13 Dominum

ad caput, & alterũ ad pedes, illic ubi iacuerat corpus Iesu.

12 ἕνα πρὸς τῇ κεφαλῇ, καὶ ἕνα πρὸς τοῖς ποσίν, ὅπου A ἔθηκαν τὸ σῶμα τοῦ ΙΗΣΟΥ.

Qui & dixerunt ei, Mulier, quid fles? Dicit eis, sustulerũt Dominũ meum, nec scio ubi posuerint eum.

13 καὶ λέγουσιν αὐτῇ ἐκεῖνοι. Γύναι, τί κλαίεις; λέγει αὐτοῖς, ὅτι ἦραν τὸν κύριόν μου, καὶ οὐκ οἶδα ποῦ ἔθηκαν αὐτόν.

Et quũ hæc dixisset, cõuersa est retrorsum, uiditq; Iesum stantem, nec sciebat quòd Iesus esset.

14 καὶ ταῦτα εἰποῦσα, ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω. καὶ θεωρεῖ τὸν Ιησοῦν ἑστῶτα. καὶ οὐκ ᾔδει ὅτι ὁ Ιησοῦς ἐστί.

Dicit ei Iesus, Mulier, quid fles? quem quæris? illa putans hortulanum esse, dicit ei, Domine, si tu asportasti eum, dicito mihi ubi posueris eum, & ego eum tollam.

15 λέγει αὐτῇ ὁ Ιησοῦς. γύναι, τί κλαίεις; τίνα ζητεῖς; ἐκείνη δοκοῦσα ὅτι ὁ κηπουρός ἐστι, λέγει αὐτῷ, κύριε, εἰ σὺ ἐβάστασας αὐτόν, εἰπέ μοι ποῦ αὐτὸν ἔθηκας, κἀγὼ αὐτὸν ἀρῶ.

Dicit ei Iesus, Maria. Conuersa illa dicit ei, Rabboni, quod dicitur Magister.

16 λέγει αὐτῇ ὁ Ιησοῦς, μαρία, στραφεῖσα ἐκείνη, λέγει αὐτῷ, ῥαββουνί, ὃ λέγεται, διδάσκαλε.

Iesus Magdalenã alloquitur. Pfal.22.c.23.

Dicit ei Iesus, Ne me tangas: nondum enim ascendi ad patrem meum: sed proficiscere ad fratres meos, & dic eis, Ascendo ad Patrem meum, & Patrem uestrum, & Deum meum & Deum uestrum.

17 λέγει αὐτῇ ὁ Ιησοῦς, μή μου ἅπτου· (οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα μου· (πορεύου δὲ πρὸς τοὺς ἀδελφούς μου, καὶ εἰπὲ αὐτοῖς, ἀναβαίνω πρὸς τὸν πατέρα μου καὶ πατέρα ὑμῶν, καὶ θεόν μου καὶ θεὸν ὑμῶν.

Resurrexit Christus.

Venit Maria Magdalene annuntians discipulis quòd uidisset Dominum, & eadixisset sibi.

18 ἔρχεται μαρία ἡ μαγδαληνὴ ἀπαγγέλλουσα τοῖς B μαθηταῖς, ὅτι ἑώρακε τὸν κύριον, καὶ ταῦτα εἶπεν αὐτῇ.

Christus conspicitur ab Apostolis. Marc.16.c.14. Luc.24.c.36. 2. Cor.13.a.5.

Quũ ergo uespera esset die illo primo hebdomadis, & fores essent clausæ, *illic* ubi erant discipuli coacti propter metum Iudæorum, uenit Iesus, stetitq; in medio, & dicit eis, Pax uobis.

19 οὔσης οὖν ὀψίας τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, ὅπου ἦσαν οἱ μαθηταὶ συνηγμένοι διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, ἦλθεν ὁ Ιησοῦς, καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον, καὶ λέγει αὐτοῖς, εἰρήνη ὑμῖν.

Et quum hęc dixisset, ostendit eis manus ac latus suum, gauisi sunt ergo discipuli uiso Domino.

20 καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἔδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ. ἐχάρησαν οὖν οἱ μαθηταὶ ἰδόντες τὸν κύριον.

Apostolis datur Spiritus S. & clauis. Matt.28.d.18.

Dicit ergo eis iterum, Pax uobis. sicut misit me Pater, ita & ego mitto uos.

21 εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ιησοῦς πάλιν, εἰρήνη ὑμῖν· καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ πατήρ, κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς.

Et quum hæc dixisset, flauit in eos, & dixit eis, Accipite Spiritum sanctum.

22 καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἐνεφύσησε, καὶ λέγει αὐτοῖς λάβετε πνεῦμα ἅγιον.

Quorumcunq; remiseritis peccata, Remittuntur eis: quorumcunq; retinueritis, retenta sunt.

23 ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς. ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται.

Thomas.

Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando uenerat Iesus.

24 θωμᾶς δὲ, εἷς ἐκ τῶν δώδεκα, ὁ λεγόμενος δίδυμος, οὐκ ἦν μετ' αὐτῶν, ὅτε ἦλθεν ὁ Ιησοῦς. C

Dixerunt ergo ei alij discipuli, Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis, Nisi uidero

25 ἔλεγον οὖν αὐτῷ οἱ ἄλλοι μαθηταί, ἑωράκαμεν τὸν κύριον. ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, ἐὰν μὴ ἴδω ἐν ταῖς χερ

23 Dominum meum, τὸν κύριόν μου, Loquitur Maria uulgi more, qui de cadauere sic loquitur, ut si non hominis pars, sed homo esset. Notandum est autem hoc genus dicendi, quod citat etiam Theodoritus in Polymorpho ad confirmandam κενωνυμίαν ἰδιωμάτων, seu synecdochen potius. de qua diximus suprà 3.b.33. 16 Magister. διδάσκαλε. Ex hoc loco apparet, differentiam illam inter Rabbi & Rabboni, quæ à nonnullis constituitur, nõ ita magnum habere pondus, qua de re diximus etiã nonnulla Mar.10.g.51. 17 Nondum enim οὔπω γάρ Quid igitur? an postquã ascenderit ad patrem licebit tangere? Ita certè, eo quidem modo quo Christum quærere nos oportet, ut nobis sit sapientia, iustitia, sanctificatio, ac redemptio, per fidem scilicet sublatis sursum animis in cœlum, ubi cum eo sedemus ad Patris dextram. Perterant igitur uel istis Christi uerbis doceri homines, carnalem illum Christi manducandi modum, quem tanta pertinacia defendunt, non modò imaginarium esse, sed etiam cum Dei uerbo & institutione ex diametro pugnare. Fratres meos, τοὺς ἀδελφούς μου Id est, discipulos. Iam enim erat primogenitus ex mortuis inter multos fratres, Rom. 8.f.19, & Colossen.1.c.18: & doctissimo interpreti assentior, qui putat Christum alluisse ad id quod scriptum est Psalmo 22.c.23. Id uerò non considerarunt qui fratres putant hic duntaxat uocari Christi affines ac cognatos, quum in proximo uersiculo differre fèrè batur Maria id quod iussa erat, annuntiasse discipulis. Ascendo ἀναβαίνω, De re Paulo post futura loquens utitur tempore præsenti. Sed & illud ex Hebræorum consuetudine facit, quòd obliquæ orationis loco rectam usurpat, ut annotauimus Luc.13.f.32. Nam scribendum potius uidebatur, Et dic eis me ascendere ad Patrem, &c. Et Patrem uestrum, καὶ πατέρα ὑμῶν, Eruditè Erasmus in hunc locum obseruat, priore tantùm loco dixisse τὸν πατέρα addito articulo, ut scilicet communis hic unus Pater ac Deus esse intelligatur: communis, inquã, capiti ac membris. Hic enim de se Christus ut mediatore loquitur, ut filii Dei fiant quicunq; credunt in nomen eius. Nam si dixisset τὸν πατέρα μου καὶ τὸν πατέρα ὑμῶν, duos patres facere uideretur. Item si non contentus dixisse τὸν πατέρα μου, etiam dixisset καὶ τὸν θεόν μου, unus fuisset alium dicere Patrem suum, alium Deum suum.

25 In ma-

A ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὸν δάκτυλόν μου εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὴν χεῖρά μου εἰς τὴν πλευρὰν αὐτοῦ, οὐ μὴ πιστεύσω.

nibus eius ueſtigium clauorum, & miſero digitum meum inueſtigium clauorum, & mittam manum meam in latus eius, nequaquã credã.

26 Καὶ μεθ' ἡμέρας ὀκτὼ πάλιν ἦσαν ἔσω οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ Θωμᾶς μετ' αὐτῶν. ἔρχεται ὁ Ἰησοῦς τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον, καὶ εἶπεν, εἰρήνη ὑμῖν.

26 Octo igitur pòſt diebus rurſus erant diſcipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit, Pax uobis.

27 ἔπειτα λέγει τῷ Θωμᾶ, φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε, καὶ ἴδε τὰς χεῖράς μου, καὶ φέρε τὴν χεῖρά σου, καὶ βάλε εἰς τὴν πλευράν μου· καὶ μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ πιστός.

27 Deinde dicit Thomę, infer digitum tuũ huc & uide manus meas, & profer manum tuam, & mitte in latus meum, & ne ſis incredulus, ſed credens. *Thomas corripitur à Chriſto.*

28 καὶ ἀπεκρίθη ὁ Θωμᾶς, καὶ εἶπεν αὐτῷ, ὁ κύριός μου καὶ ὁ θεός μου.

28 Reſpondit autem Thomas & dixit ei, Dominus meus & Deus meus *es.* *Chriſtus Deus.*

29 λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, ὅτι ἑώρακάς με Θωμᾶ, πεπίστευκας. μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες, καὶ πιστεύσαντες.

29 Dicit ei Ieſus, Quia uidiſti me Thoma, credidiſti: beati qui non uiderunt & crediderunt. *Credere.*

30 πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα σημεῖα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς ἐνώπιον τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, ἃ οὐκ ἔστι γεγραμμένα ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ.

30 Multa igitur etiam alia ſigna edidit Ieſus coram diſcipulis ſuis, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. *Infrà 21. d. 25.*

31 ταῦτα δὲ γέγραπται, ἵνα πιστεύσητε ὅτι ὁ Ἰησοῦς ἐστιν ὁ χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, καὶ ἵνα πιστεύοντες B ζωὴν ἔχητε ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.

31 Hæc autem ſcripta ſunt, ut credatis quòd Ieſus eſt Chriſtus ille Filius Dei, & ut credentes, uitam habeatis per nomen eius. *Ieſus eſt Chriſtus. Vita æterna.*

ΚΕΦ. κα'.

CAP. XXI.

1 Μετὰ ταῦτα ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν πάλιν ὁ Ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς ἐπὶ τῆς θαλάσσης τῆς Τιβεριάδος· ἐφανέρωσε δὲ οὕτως.

1 POſtea manifeſtauit ſe rurſus Ieſus diſcipulis ad mare Tiberiadis: manifeſtauit autem ſic,

2 ἦσαν ὁμοῦ Σίμων Πέτρος, καὶ Θωμᾶς ὁ λεγόμενος Δίδυμος, καὶ Ναθαναὴλ ὁ ἀπὸ Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, καὶ οἱ τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ ἄλλοι ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ δύο.

2 Erant ſimul Simon Petrus & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, aliiq; ex diſcipulis eius duo. *Piſcatoribus Petro & aliis apparet Chriſtus.*

3 λέγει αὐτοῖς Σίμων Πέτρος, ὑπάγω ἁλιεύειν. λέγουσιν αὐτῷ, ἐρχόμεθα καὶ ἡμεῖς σὺν σοί. ἐξῆλθον, καὶ ἀνέβησαν εἰς τὸ πλοῖον εὐθύς, καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐπίασαν οὐδέν.

3 Dicit eis Simon Petrus, Abeo piſcatum. Dicunt ei, imus & nos tecum. Profecti ſunt, & aſcenderunt in nauigium ſtatim, & illa nocte nihil ceperunt.

4 πρωΐας δὲ ἤδη γενομένης, ἔστη ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸν αἰγιαλόν, οὐ μέντοι ἤδεισαν οἱ μαθηταί, ὅτι Ἰησοῦς ἐστι.

4 Mane autem iam exorto ſtetit Ieſus in littore: non tamen cognouerunt diſcipuli quòd Ieſus eſſet.

5 λέγει οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, παιδία, μή τι προσφάγιον ἔχετε; ἀπεκρίθησαν αὐτῷ, οὔ.

5 Dicit ergo eis Ieſus, Pueri, num quid obſonii habetis? Reſponderunt ei, Non.

C ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, βάλετε εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ πλοίου τὸ δίκτυον, καὶ εὑρήσετε. ἔβαλον οὖν, καὶ οὐκέτι αὐτὸ ἑλκῦσαι ἴσχυσαν ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἰχθύων.

6 At ille dicit eis, Mittite in dextram nauigij partem rete, & inuenietis. Miſerunt ergo, & non amplius ualebant illud trahere præ multitudine piſcium.

7 λέγει οὖν ὁ μαθητὴς ἐκεῖνος, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς, τῷ Πέτρῳ, ὁ κύριός ἐστι. Σίμων οὖν Πέτρος ἀκούσας, ὅτι ὁ κύριός ἐστι,

7 Dicit ergo diſcipulus ille quem deligebat Ieſus, Petro, Dominus eſt. Simon ergo Petrus quum audiſſet quòd *is* Dominus eſſet, *Piſcium multitudo. Petrus.*

25 In manibus eius ueſtigium clauorum, οὐ ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων. Crebra illa repetitio articuli magnam habet emphaſin, quæ Latino ſermone explicari non poteſt. Vetus autẽ interpres τύπον uertit figurã, pro quo deinde ſciolus quiſpiam ſubſtituit fixuram: quo modo etiam interpretatus eſt Trapezuntius in Cyrillo. In ueſtigium clauorum, εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων, Vulg. in locũ clauorum. Nam pro τύπον legit τόπον: quam lectionẽ maximè probo, in hoc quidẽ poſteriore loco. 26 Ianuis clauſis, τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, Ergo, inquiunt nonnulli, corpus Chriſti erat ἀτόπον, ἀδιάφορον, ἄμεσον, καὶ ἀπερίγραπτον. Nego conſequutionẽ. hanc probent ipſi ex uerbo, & credemus eis.

IN CAPVT XXI.

3 Imus ἐρχόμεθα Vel, ibimus. Ponitur enim ἔρχεσθαι pro ἰέναι. Sic Hom. Iliad. ἀ. ἔρχεσθον πλοίῳ πολυϊάδα Ἀχιλλῆος. Ceperunt. ἐπίασαν. Vide ſuprà 7. c. 30. 5 Obſonii προσφάγιον Vulg. & quidã etiam nuper conuertit, pulmentarium, inepte profectò. Nam cur à piſcatoribus pultẽ petat? Deinde quàm bene hoc cõuenit cum eo quod ſequitur, Mittite rete in dextrã partẽ nauigij, & inuenietis. Eſt ergo προσφάγιον idẽ quod ὄψον & προσόψημα, de quo ſic Athenæus libri ſeptimi initio. ὅτι ὄψον νυνὶ μὲν καλεῖται παρὰ τὸ ὀπτᾶσθαι ἐνεμάσθη. Paulò antè uerò dixerat, πάντων τῶν προσοψημάτων ὄψον παλαιότερον ὀνομαζόντων, ἐξονινᾶσθαι δὲ ἀπὸ τοῦ ὠνεῖσθαι. λέγεται δὲ καὶ ὄψον ἐπιμανῶς ἐσχηκότας πρὸς τοῦτο τὸν ἐδωδὴν. λέγεται δὲ καὶ ὑπὸ τῶν ἐξαίρετον ἐδωδὴν μόνες ἄτυες παλαῖσθαι, διὰ δὲ ἐπιμανῶς ἐσχηκότας πρὸς τοῦτο τὸν ἐδωδὴν. λέγεται δὲ καὶ ὑπὸ τῶν ὀψοφάγων, ἃ τὰς βίβλους ἐσθιόντας, &c. ἀλλὰ τὰς περὶ τῶν ἰχθυοπωλίων ἀναγνῶσομένους. Hæc ille. ex quibus optimè intelligitur quid ſit hoc loco προσφάγιον, quod Latini etiam obſonium uocant, peculiariter piſcibus accommodato nomine, ut ex Terentio Eraſmus annotauit ſuprà 6. a. 9.

amiculum succinxit,(erat enim nudus)& abiecit se in mare.

Alij autem discipuli nauigio uenerunt,(nõ enim longe aberant à terra,sed circiter cubitis ducentis)trahentes rete *plenum* piscium.

Vt ergo descenderunt in terram, uident prunas positas, & piscem impositum, & panem.

Dicit eis Iesus,Afferte de piscibus quos modò cepistis.

Ascendit Simon Petrus,& traxit rete in terram,plenum magnis piscibus,cétum quinquaginta tribus: & quũ tot essent,nó est fissũ rete.

Dicit eis Iesus,Venite,prandete. Nullus autem discipulorũ audebat interrogare eum,*dicens*, Tu quis es? quũ scirét quod Dominꝰ esset.

Venit ergo Iesus, & accipit panẽ, & dat eis, & piscem similiter.

Haciam tertia uice manifestatus est Iesus discipulis suis,quum resurrexisset à mortuis.

Quum ergo prandissent,dicit Simoni Petro Iesus, Simon *fili* Ionæ, diligis me plus quàm hi? Dicit ei, Etiam Domine: tu nosti quòd amem te. Dicit ei,Pasce agnos meos.

Amor in Christum pastori Euangelico necessarius.

Dicit ei rursum denuo,Simó *fili* Ionæ,diligis me? Ait illi,Etiam Domine,tu nosti quòd amẽ te. Dicit ei,Pasce oues meas.

Dicit ei tertio, Simon *fili* Ionæ, amas me? Tristis fuit Petrus quòd dixisset sibi tertiò,Amas me? dixitque ei, Domine, tu omnia nosti, tu nosti quòd amem te. Dicit ei Iesus, Pasce oues meas.

Petri mors praedicitur.

Amen amen dico tibi,quũ esses iunior,cingebas te,& ibas quò uolebas: quum autem senueris,extendes manus tuas,& alius te cinget, & transferet quò noles.

τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο. (ἦν γὰρ γυμνός.) καὶ A
ἔβαλεν ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν.

8 οἱ δὲ ἄλλοι μαθηταὶ τῷ πλοιαρίῳ ἦλθον. (οὐ γὰρ ἦσαν μακρὰν ἀπὸ τῆς γῆς, ἀλλ' ὡς ἀπὸ πηχῶν διακοσίων) σύροντες τὸ δίκτυον τῶν ἰχθύων.

9 ὡς οὖν ἀπέβησαν εἰς τὴν γῆν, βλέπουσιν ἀνθρακιὰν κειμένην, καὶ ὀψάριον ἐπικείμενον, καὶ ἄρτον.

10 λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, ἐνέγκατε ἀπὸ τῶν ὀψαρίων, ὧν ἐπιάσατε νῦν.

11 ἀνέβη Σίμων Πέτρος, καὶ εἵλκυσε τὸ δίκτυον εἰς τὴν γῆν, μεστὸν ἰχθύων μεγάλων ἑκατὸν πεντήκοντα τριῶν· καὶ τοσούτων ὄντων, οὐκ ἐσχίσθη τὸ δίκτυον.

12 λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Δεῦτε ἀριστήσατε. οὐδεὶς ἐτόλμα τῶν μαθητῶν ἐξετάσαι αὐτὸν, σὺ τίς εἶ; εἰδότες ὅτι ὁ κύριός ἐστιν.

13 ἔρχεται Ἰησοῦς, καὶ λαμβάνει τὸν ἄρτον, καὶ δίδωσιν αὐτοῖς, καὶ τὸ ὀψάριον ὁμοίως.

14 Τοῦτο ἤδη τρίτον ἐφανερώθη ὁ Ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν. B

15 ὅτε οὖν ἠρίστησαν, λέγει τῷ Σίμωνι Πέτρῳ ὁ Ἰησοῦς, Σίμων Ἰωνᾶ, ἀγαπᾷς με πλέον τούτων; λέγει αὐτῷ, ναὶ κύριε· σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. λέγει αὐτῷ, Βόσκε τὰ ἀρνία μου.

16 λέγει αὐτῷ πάλιν δεύτερον, Σίμων Ἰωνᾶ, ἀγαπᾷς με; λέγει αὐτῷ, ναὶ κύριε· σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. λέγει αὐτῷ, ποίμαινε τὰ πρόβατά μου.

17 λέγει αὐτῷ τὸ τρίτον, Σίμων Ἰωνᾶ, φιλεῖς με; ἐλυπήθη ὁ Πέτρος, ὅτι εἶπεν αὐτῷ τὸ τρίτον, φιλεῖς με. καὶ εἶπεν αὐτῷ, κύριε, σὺ πάντα οἶδας, σὺ γινώσκεις ὅτι φιλῶ σε. λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Βόσκε τὰ πρόβατά μου.

18 ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ὅτε ἦς νεώτερος, ἐζώννυες σεαυτὸν, καὶ περιεπάτεις ὅπου ἤθελες· ὅταν δὲ γηράσῃς, ἐκτενεῖς τὰς χεῖράς σου, καὶ ἄλλος σε ζώσει, καὶ οἴσει ὅπου οὐ θέλεις. C

7 Amiculum succinxit, τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο. Ἐπενδύτην quidem constat à superinduendo sic uocari. Vulg. tunicam uertit,quod Erasmo non displicet. Quia,inquit,quum alioqui tunica sit uestis interior,uerisimile est, piscatoribus tunicam fuisse summam uestem. Quidam uertit indusium,non incommodè. Nam neque pallio,neque tunicæ usum hic locum relinquit,quũ hæc minimè sint natanti idonea.sed ex Pollucis libro 7.cap.12,constat,hoc nomine intelligi χιτωνίσκον,id est,amiculũ ex lino,quod scilicet natanti minimè obsisteret.Sed & illud dicitur Petrus διεζῶσθαι, id est, succinxisse,nempe pudoris causa:unde subligacula uocant διεζώματα:& qui subligar præcinxit,dicitur διεζωσμένος.

9 Piscem ὀψάριον Athenæus lib.7 & 8,piscículi meminit ex Aphyarum genere,quem ἰχθὺν uocat,aut potius plurali numero ἰχθῦς,sed à quo distinxerim ὀψάριον,quòd scilicet assaretur,quum illis potius elixis uescerẽtur. Hoc autem uocabulum quum alioqui non minus late pateat quam ὄψον,tamen peculiariter de piscibus dici idem Athenæus ex Platone Comico,Menandro,& aliis probat. Vide suprà 6.a.9. 15 *Fili* Ionæ,Ἰωνᾶ,Vulg.& Eras. Iohãnis.i.Ἰωαννᾶ. VideMatt. 26.c.17.Nos quidẽ hoc loco in omnibus uetustis codicibus,uno excepto,scriptum inuenimus Ἰωνᾶ. 16 Rursum denuo,πάλιν δεύτερον,Vetus interpres non legit δεύτερον. Similis tamen pleonasmi exemplum reperio Matth.26.d.42.

17 Tertio,τὸ τρίτον,Nempe æquum erat ut triplici abnegationi triplex confessio opponeretur,ne de tanti peccati remissione & restitutione muneris Apostolici dubitaret Petrus. 18 Cingebas te,ἐζώννυες, Huius loci explicatio pendet à uerbo ζωννύειν. Qui igitur peregrè profecturi sunt,præsertim in Oriente & ijs regionibus quarum incolæ laxioribus & prælongis uestibus uruntur,illos necesse est succingi: deinde etiam constat solitos fuisse in zona pecuniam ferre in uiaticum,ut Matth.10.a.9.Inde factum est ut Heb. חגר בחגורו Græcis ζωννύεσθαι,Latinis præcingere & Accingere,significet se se ad iter comparare.quanuis Græcum illud uocabulum ferè in re militari usurpetur, κατὰ τὸ συνήθειον. Iam uerò quia non dissimili ratione captiui loris ac uinculis cinguntur,præsertim si quò mittendi sunt: huc respexit Christus quum diceret,καὶ ἄλλος σε ζώσει,quasi diceret.Nunc libere te accingis ut proficiscaris quò libuerit: atqui tempus erit quũ nõ te zona accinges,sed alius te uinculis cõstringet,ut te pertrahat etiam inuitũ. Sic autẽ apud Hebræos interdũ accipi uerbũ חגר pro Ligare & unctũ tenere,ostendit Kimhi in libro Radicũ, explicans Psal.76.c.11. Et transferet καὶ οἴσει Vulg. & Erasducet.ac fateor quidem φέρω & ἄγω sæpe permutari. Sed mihi uidetur potius hic fuisse retinenda propria significatio, ut melius appareat antithesis. Tu cingebas te zona,alius te cinget uinculis:ibas quò uolebas,nunc non gradieris,sed uinctus transfereris, ac deportaberis ad supplicium. Quò noles. ὅπου οὐ θέλεις. Hoc uerò non est simpliciter ita accipiendum, quasi futurum sit ut Petrus inuitus pro Dei ueritate quicquam ferat, quum eum legamus gaudentem rediisse è concilio in quo fuerat flagris cæsus:sed quia hæc uoluntas non proficiscetur à carne,sed ab illo aduentitio Spiritus dono,ideo repugnantiam quandam Christus significauit,quum ita loqueretur:denique naturalẽ illam libertatem captiuitati opponit.

19 Qua

A τὸ δὲ Κἄτε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ δοξάσει τὸν θεόν. καὶ τοῦτο εἰπὼν, λέγει αὐτῷ, ἀκολούθει μοι.

19 Hoc autem dixit, significans qua morte glorificaturus esset Deum. Et quum hoc dixisset, dicit ei, Sequere me.

ἐπιστραφεὶς ὁ πέτρος, βλέπει τὸν μαθητὴν, ὃν ἠγάπα ὁ ἰησοῦς, ἀκολουθοῦντα, ὃς καὶ ἀνέπεσεν ἐν τῷ δείπνῳ ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ, καὶ εἶπε, κύριε, τίς ἐστιν ὁ παραδιδούς σε;

20 Conuersus Petrus uidet illum discipulum quem diligebat Iesus, sequentem, qui & recubuerat in cœna super pectus eius, & dixerat, Domine, quis est ille qui tradit te? *Iohannes.* *Suprà 13. c. 23*

τοῦτον οὖν ἰδὼν ὁ πέτρος, λέγει τῷ ἰησοῦ, κύριε, οὗτος δὲ τί;

21 Hunc ergo quum uidisset Petrus, dicit Iesu, Domine, hic autem quid?

λέγει αὐτῷ ὁ ἰησοῦς, ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρός σε; σὺ ἀκολούθει μοι.

22 Dicit ei Iesus, Si eum uelim manere donec ueniam, quid ad te? tu me sequere.

ἐξῆλθεν οὖν ὁ λόγος οὗτος εἰς τοὺς ἀδελφοὺς, ὅτι ὁ μαθητὴς ἐκεῖνος οὐκ ἀποθνήσκει. καὶ οὐκ εἶπεν αὐτῷ ὁ ἰησοῦς, ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει. ἀλλ' ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρός σε;

23 Exiit ergo sermo iste inter fratres, quòd discipulus ille non moreretur: sed non dixerat ei Iesus, Non moritur: sed, Si eum uelim manere donec ueniam, quid ad te?

οὗτός ἐστιν ὁ μαθητὴς ὁ μαρτυρῶν περὶ τούτων, καὶ γράψας ταῦτα, καὶ οἴδαμεν ὅτι ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία αὐτοῦ.

24 Hic est discipulus ille qui testatur de his, & hæc scripsit: & scimus quòd uerum est testimonium eius.

ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ, ὅσα ἐποίησεν ὁ ἰησοῦς, ἃ B τινα ἐὰν γράφηται καθ' ἕν, οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία. ἀμήν.

25 Sunt autem & alia multa quę fecit Iesus, quę *Suprà 20. g. 30* si scribantur singillatim, ne mundum quidem ipsum opinor capturum eos qui scriberentur, libros. Amen.

19 Qua morte ποίῳ θανάτῳ. Qui ex hoc loco colligunt Petrum fuisse crucifixum, ineptè argumentãtur, quũ Christus in genere prædicat Petri mortẽ uoluntariam fore. Certe si credimus illi non modò ineptissimo, sed etiam plane impio libello qui inscribitur De Petri passione, sub Limi cuiusdam Episcopi nomine uix unquam ruiturè de causa quisquã damnatus est quam Petrus, ut qui uxores à suis maritis, contra Christi & Apostoli doctrinam, abduceret. Sed absit ut hæc cuiusquã de scripta, ut nescium utrum magis debeam admirari, ipsiusne Satanæ uecordiam, qui in istis confingendis maiorẽ artum non adhibuerit, an uerò nostrorum maiorum stuporem, qui tam crassas fraudes non agnoscerent.

22 Si uelim ἐὰν θέλω. Nulla est in Græco textu amphibolia: consentiunt interpretes non modò Græci, sed etiam Latini, quum, ut eruditè annotat Erasmus, à librariis depraua tus sit Augustinus. Itaque non dubium est quin legendũ sit, si uelim, non autem, sic uolo, ut uulgò cantillant, quibus id unum sapit quod nihil sapit. 23 Exiit ἐξῆλθον Heb. יצא Id est, dimanauit & sparsus est hic rumor, ut alibi expositum. 24 Et scimus quòd καὶ οἴδαμεν ὅτι. Ista nescio quo modo non uidentur conuenire, quum Iohannes ipse de se loquatur. Nam si quis excipiat, ipsum de se loqui plurali numero, uidetur omnino pro αὐτοῦ ipsius, dicendum fuisse ἡμέτερον, id est, nostrum. Certè Chrysostomus & Theophylactus uidentur legisse εἶδας noui, singulari numero. Verùm ne hoc quidem mihi satisfacit. nam quum de se ex Hebræorum more loquatur in tertia (quod aiunt) persona, omnino uidetur dicendum potius fuisse καὶ οἶδεν ὅτι, & nouit quòd uerum sit suum testimonium, ut suprà 21. f. 35. Sed hæc possunt ex Hebræorum idiotismo excusari, apud quos uix quicquam frequentius occurrit istis personarum mutationibus.

Acta sanctorum Apostolorum.

C Πράξεις τῶν ἁγίων Ἀποστόλων.

Acta πράξεις Nonnulli Actus, quidam Gesta, alij Actiones conuertunt, non modò ex recentioribus, sed etiam ex ueteribus. Acta enim Latini uocant rerum publicè gestarum cõmentarios publicæ memoriæ causa cõscriptos. Aliter tamen sensit Valla. sed meritò in eo (ut ego existimo) à Budæo reprehensus. Videtur ergo πράξεων significatio apud Græcos latius patere quàm Actorũ apud Latinos. Sed quũ hic liber cõplectatur ueluti publicos totius reip. Christianę cõmentarios & annales, ego quidẽ malim Acta, quàm alio quouis nomine uocare. Sanctorum Apostolorũ. τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. In plerisque codicibus non additur ἁγίων. In Complutensi autẽ editione hęc adscripta reperimus, τὸ ἅγιος λαμβάνεται ἐνταῦθα ὡς ἅγιος Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστής, id est, Sancti Lucæ Euangelistæ: ut nemini dubium esse debeat quin Lucas sit huius libri scriptor.

NOVA EX GRAECO TRALATIO.

ΚΕΦ. α.

Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην περὶ πάντων, ὦ Θεόφιλε, ὧν ἤρξατο ὁ ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν,

1

CAP. I.

PRimum quidẽ librum cõfeci, Theophile, de omnibus quæ cœpit Iesus & facere & docere,

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Primum quidem librum cõfeci, τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην, Vulg. Primum quidem sermonẽ feci. Erasmus, Superiore quidem uolumine diximus. Nos neutram uersionem sequuti sumus. nam meritò reprehendi putamus Veterẽ interpretem ab Erasmo, quòd λόγον uerterit Sermonẽ: & Sermonem facere pro Habere, nemo Latinè dixerit. Idem tamẽ nulla necessitate coactus a Græcis discedit, quasi ita scripserit Lucas, τῷ μὲν πρώτῳ λόγῳ ἐχόμην. Cæterùm quòd τὸν πρῶτον uertimus Primũ, quũ de altero Lucæ libro agatur, id fieri possumus Ciceronis ipsius authoritate, qui, quum duo tantum sint de Inuẽtione libri, sic in fecũdo illorũ scribit, In primo (inquit) libello diximus. Deinde quàuis λόγον ποιεῖσθαι Græcis interdũ idem declaret quod Latinis uerba facere, uel, Sermonẽ habere: tamẽ adiunẽta hæc uerba τὸν μὲν πρῶτον, faciunt ut potius existimẽ λόγον idẽ hic ualere quod σύγγραμμα. Nam alioqui scripsisset Lucas. Τὸ μὲν πρῶτον, uel πρῶτον μέν. Itaq; Librũ interpretamur, sicut idem Cic. Xenophontis λόγον οἰκονομικὸν, Librũ Œconomicũ interpretatur.

Ad *eum* usque diem, quo quum mandata dedisset Apostolis per Spiritum sanctum *designatis*, quos *scilicet* elegerat, sursum receptus est.

Quibus etiam seipsum, postquam ipse passus fuit, stiterat uiuum, multis indubitatis signis, per dies quadraginta apparens eis, ac dicens quæ ad regnum Dei *pertinent*.

2 ἄχρι ἧς ἡμέρας ἐντειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις A διὰ πνεύματος ἁγίου, οὓς ἐξελέξατο, ἀνελήφθη,

3 οἷς καὶ παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα μετὰ τὸ παθεῖν αὐτὸν, ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμενος αὐτοῖς, καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ.

2 Ad *eum* usq. di. q. ἄχρι ἧς ἡμέρας Vulg. usque in diē qua. Augustinus quodam loco uertit, in die quo, diuersum aliquod à nostris exemplar sequutus. Quum mand. ded. ἐντειλάμενος Vulg. præcipiēs, neglecta aoristi ratione, quę hic fuit obseruanda. Significatur enim his uerbis, Dominū non ante discessisse à suis, quàm certa illis dedisset mandata (quæ nimirum ipse Lucas postea copiosius explicat) ut facere solēt qui ab amicis, uel etiā ex hoc mundo discedunt. Ad uerbū, quū mandasset. Sed hoc uerbū nō puto à Latinis absolutè usurpari. Apostolis per Spiritum sanctū *designatis*, τοῖς ἀποστόλοις διὰ πνεύματος ἁγίου, Vulgata, Apostolis per Spiritum sanctum, Erasmus, Apostolis impertitus in hoc ipsum Spiritū sanctū. Locus hic perobscurus est, propterea quòd hæc uerba διὰ πνεύματος ἁγίου, uel cūprecedētibus uel cū subsequēti bus coniungi possunt. Qui ad præcedētia referunt, nēpe ad participiū ἐντειλάμενος, ex ijs alij hæc ita accipiūt, quasi Christus dicatur per Spiritū sanctum dedisse mandata, id est, spiritualia & spiritualibus de rebus, uel Spiritus sancti afflatu & Diuina authoritate: alij de ea Spiritus sancti missione intelligunt, quam refert Iohannes cap. 20. c. 22. quam posteriorē expositionē sequutus Erasmus, paulo fusius hunc locum explicuit. Sed nullam harum interpretationum amplector. Nam quod ad primam illam utranque attinet, satis erat dixisse, hæc mādata fuisse à Christo data, ut esse cælestia & à Diuina authoritate profecta intelligeremus: neque hoc quidem loco uidetur Lucas illorum præstantiam cōmendare, sed in genere proponere eam narrationem, quam postea ex superioris libri ultimo capite repetitam, copiosē & per partes explicat. Vltima uerò quam sequitur Erasmus, præterquam quòd à Græcis nimium procul recedit, etiam uim facit particulæ διὰ: quū potius dicendum fuerit ἅμα τῷ πνεύματι, ut intelligeremus una cum mandatis etiam Spiritum sanctū fuisse datum Apostolis. Præterea quum priore illa Spiritus inspiratione, cuius mentionem facit Iohannes, aspersi potius quàm imbuti fuerint Apostoli, ideoque nouum alium Baptismum iubeantur expectare: mallem quidem ego, si ad Spiritus sancti missionē hęc placeret referre, uti participio futuro, impertiturus, quàm præterito impertitus. Alij igitur post ἀποστόλοις distinctionem adscribunt, & ita scriptum inuenimus in uetustis duobus codicibus, ut hæc uerba διὰ τοῦ πνεύματος ἁγίου cum sequente uerbo ἐξελέξατο per traiectionem connectantur, sitque hæc sententia, Data esse a Christo mandata Apostolis quos per Spiritum sanctum delegerat. Est autem plana hæc interpretatio, & huiusmodi traiectionū exempla passim annotauimus, ut Ioh. 15. b. 10. Rom. 8. a. 3. & 12. a. 3, & Ioh. 8. d. 25. Sed quum omnes codices, præter unum & alterum, aliter sint distincti, neque sit omnino necesse per traiectionem ista explicare, mihi potius placet ea referre ad membrū superius. Neq; tamen proxime cum participio ἐντειλάμενος, sed cum τοῖς ἀποστόλοις cōiungo, quasi scripserit Lucas. ζοῖς διὰ πνεύματος ἁγίου ἀποστόλοις: uel, repetito articulo, τοῖς ἀποστόλοις τοῖς διὰ πνεύματος ἁγίου. Nā sæpe solēt articuli à Sacris scriptoribus in hoc dicendi genere prætermitti, ut aliquoties apud Iohannem, & Rom. 8. a. 2. ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν Χριστῷ Ιησοῦ, pro τῆς ἐν Χριστῷ Ιησοῦ. Item Iac. 2. d. 26, ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων, pro ἡ χωρὶς τῶν ἔργων, ex Hebræorum idiotismo scilicet, apud quos pene semper relatiuum cum uerbo substantiuo subauditur. Quamobrem etiam ego participium expressi quod mihi usum est illustrandæ sententiæ maximè conuenire: & ab eo uerbo deducitur quo usus est supra Lucas in eodē argumēto cap. 10. a. 1, id est, αὐαδιχθίστι, uel προσεχειροτονημένοις. quod usurpaui infrà cap. 10. f. 41. Apparet igitur hoc additum esse à Luca ad cōmendandam eorum uocationem: de quorum rebus gestis postea dicturus est. Idcirco enim totum hoc procœmium & quasi αὐξητραλάσιν contexit, ut intelligant lectores quanti fieri debeat hæc historia, eorum scilicet gesta complectens, qui à Spiritu sancto sunt Apostoli designati, & quos ipse Filius Dei sibi legerit. Nam hæc uerba, οὓς ἐξελέξατο, uidentur in epexegesi posita, quibus illud explicetur quod dictum erat, istos scilicet per Spiritum sanctum esse Apostolos. Sicut Paulus Rom 14. d. 22, quum dixisset κατὰ σεαυτὸν, mox subiungit ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, quibus uerbis illa explicantur: cuiusmodi exempla plurima obseruauimus Ioh. 5. c. 19. Videtur ergo mihi hæc interpretatio simplicissima, quum præsertim eodem dicendi genere utatur Apostolus Gal. 1. a. 1, ubi testatur se Apostolum esse, οὐ δι' ἀνθρώπων, ἀλλὰ διὰ Ιησοῦ Χριστοῦ. Sursum receptus est. ἀνελήφθη. Vulgata, assumptus. Sed Assumi dicitur qui in cohortium adiungitur, quod Græci dicunt παραλαμβάνειν uel προσλαμβάνειν, ut rectè obseruat Erasmus, qui quidem idcirco addidit particulam Sursum. Idem tamen in Annotationibus & infrà uertit, receptus est, nimirum in cælū C unde uenerat, quasi scilicet αὖθ repetitionem declaret. At ego potius putarim αὖθ idem declarare quod αὖτω, ut αὐξάνεσθαι significet sursum, id est, in cælum recipi. Non desunt qui subtiliorem interpretationē afferant, quasi significetur Pater tum demum agnouisse & adsciuisse Filium unde αὐξάνησις τῶν παίδων, quam iurisconsulti uocant liberorū agnitionem. 3 Postquam ipse passus fuit, μετὰ τὸ παθεῖν αὐτὸν, Vulg. post passionem suam, μετὰ τὸ πάθος αὐτοῦ. Erasmus autem maluit per periphrasin interpretari, posteaquam supplicio fuisset affectus. Nam Pati à Latinis pro Affici suppletur, uix usurpatur absolutè: imò uerò ne à Græcis quidem τὸ πάσχειν, ut opinor. Sed hoc sanè nobis usurpare liceat, cui tanto iam tempore Christianorum aures assueuerūt. Stiterat παρέστηκεν Vulgata, præbuit. Erasmus, exhibuerat, id est παρῆχεν. Nos eo Latino uocabulo usi sumus quod Græco παρίστανα optime respondet. Multis indubitatis signis, οὐ πολλοῖς τεκμηρίοις, Hæc uerba nonnulli distinctione sublata, cum sequenti participio ὀπτανόμενος connectunt. Nos uerò plerosque codices sequuti, superioribus adiunximus. Vulgata ad uerbum, in multis argumentis. Sed (ut rectè notat Erasmus) in multis, Hebraico more dictum est, pro per multa: quas quidem particulas quū uererer ne typographi per incuriam coniungerent, sexto casu uti maluimus. Erasmus de suo addidit particulam Idque, id est, καὶ τοῦτο. nimirum propter participium ὄντα longius positum. Vertit enim, idque compluribus argumentis. At ego malui uerborum constructionem in Latino sermone, perspicuitatis gratia, immutare, non hoc tantùm loco, sed etiam superiore uersiculo, nulla, ut arbitror, sensus iniuria. Cæterùm ut nostræ interprætationis rationem afferamus, τεκμήρια Græci (sicut ex Aristotele testatur Quintilianus lib. 5. cap. 9.) indubitata & necessaria signa uocant. Sicut hæ actiones, loqui, ambulare, edere, bibere τεκμήρια sunt uitæ. Item sese conspiciendum & manibus cōtrectandum præbere, τεκμήρια ueri & naturalis corporis. Item pedum & manuum & lateris uulnera exhibita. τεκμήρια sunt illud ipsum corpus resurrexisse quod crucifixū & lancea confossum fuerat. Item sanguis & aqua ex confosso latere promanans, certissimum uulneratorum præcordiorum & mortis τεκμήριον. Illa sunt igitur quibus affirmat Lucas Christum suæ resurrectionis fidem fecisse, quæ superiore libro copiosius narrauit. Quidam probationes interpretantur: rectè id quidem, sed tamen hoc uocabulum mihi usum est latius patere. Vulgata & Erasmus uerterunt, argumenta, non satis proprie, ut ostēdit Quintilianus lib. 5. cap. 9: cuius authoritatem sequuti, exposuimus per periphrasin quod uno uerbo satis commodè dici non posse uidebatur. Apparens eis, ὀπτανόμενος αὐτοῖς, Erasmus, dum conspicitur ab illis. Videtur enim ei uerbum illud nimis dilutum. Siquidem, inquit, apparet id quoque quod non est. Atqui Lucæ 24. c. 34, idem interpretatus est ὤφθη, apparuit. Et Mar. 16. b. 9. legimus ἐφάνη, id est, apparuit. Quinetiam Rom. 7. c. 13, usurpatur ἐμφατικώτατα. Itaque hoc quidem loco, ut cōstructione seruata periphrasin effugeremus, perinde conuertimus ac si scriptum fuisset φανόμενος. Ac dicens quæ ad regnū Dei *pertinent*. καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ. Vulgata & Erasmus, & loquens de regno Dei, id est, καὶ λαλῶν περὶ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ. Prætermiserunt igitur articulum, & Hellenismum non expresserunt: cuius ea uis esse uidetur, ut intelligamus Christum discipulis suis uniuersam doctrinam Euangelicam copiosè ac luculenter exposuisse. Frequentius tamen in hoc dicendi genere περὶ cum quarto casu coniungitur.

4 Et congregans

A

συναλιζόμενος παρήγγειλεν αὐτοῖς, ἀπὸ Ἱερο-
σολύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγ-
γελίαν τοῦ πατρός, ἣν ἠκούσατέ μου.

ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βα-
πτισθήσεσθε ἐν πνεύματι ἁγίῳ οὐ μετὰ πολλὰς
ταύτας ἡμέρας.

οἱ μὲν οὖν συνελθόντες ἐπηρώτων αὐτὸν, λέγον-
τες, κύριε, εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις
τὴν βασιλείαν τῷ Ἰσραήλ;

εἶπε δὲ πρὸς αὐτοὺς, οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι
χρόνους ἢ καιροὺς, οὓς ὁ πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ
ἐξουσίᾳ.

ἀλλὰ λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁ-
γίου πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς, καὶ ἔσεσθέ μοι μάρ-
τυρες ἔν τε Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐν πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ
καὶ Σαμαρείᾳ, καὶ ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς.

4 Et congregans eos, denuntiauit eis ne abscederent Ierosolymi sed ut expectarent promissionem Patris, quam, inquit, audistis à me.

5 Nam Iohannes baptizauit quidē aqua, uos autem baptizabimini Spiritu sancto, no multis his pòst diebus.

6 Quum igitur illi conuenissent, interrogarūt eum dicentes, Domine, num in tēpore hoc restitues regnum Israeli?

7 Dixit autem ad illos, Non est uestrum nosse tēpora aut opportunitates, quas Pater in sua ipsius posuit potestate.

8 Sed accipietis uirtutem Spiritus sancti, post quam superuenerit in uos, & eritis mihi testes, & in Ierusalem, & in tota Iudæa, Samariaq; & usque ad ultimas terras.

Luc. 24. g. 49. Ioh. 14. d. 25. *Baptismus Spiritus sancti.* Matt. 3. c. 11. Marc. 1. c. 8. Luc. 3. c. 12. Ioh. 1. d. 26. Infrà 2. a. 2. & 11. b. 16. & 19. a. 4. *Tempus.*

Infrà 2. a. 1. *Testes Christi Apostoli.*

4 Et congregans *eos*, *καὶ συναλιζόμενος*, Subauditur relatiuum *αὐτοὺς*, quod perspicuitatis gratias expressi. Vulgata, & conuescens, quem locum Valla non rectè putat esse depravatum, quasi interpres non scripserit conuescens, sed con-
B uersans. Apparet enim Veterem interpretem potius Græca scholia sequutum esse, quæ *συναλιζόμενος* interpretantur *συ-
νεσθίων, ποτνιώμενος ἁλῶν καὶ τραπέζης*. Mutuam enim uitæ consuetudinē *ἅλας* tranlatitie uocant Græci. Sed res ipsa ostē-
dit hoc uerbum idem ualere quod *συναθροίζων*, à nomine *ἁλὰς* deductum, quo frequēter apud Herodotum coactus ho-
minū cœtus significatur. Idem in Euterpe de Pherone loquens Ægypti Rege, eum dicit *ἐς μίλτου κόλπον τὰς γυναῖκας συνα-
λίσαντα, ὑποσωρῆσαι πάσας σφὸ αὐτῷ τῇ πόλει*, id est, quum in unam urbem mulieres congregasset, omnes cum urbe ipsa
subiecto igne cremasse. Congregauit ergo eos Dominus, quum dispersi huc & illuc fugissent, ut eos una omnes haberet
ascensionis suæ testes. Quamobrem etiam paulo pòst dicuntur *συνελθόντες*, id est conuenisse, illo scilicet ita imperante. An-
notat Valla, In quibusdam codicibus legi *συναλιζόμενος*, id est, eodē utens tecto & domicilio, ut nullū relatiuū subau-
diatur, quam lectionem sequutus est Epiphanius in Anacephalæosi. Sed neque ita scriptum reperi in ullis antiquis exem-
plaribus, neque hoc participium puto cum proximo uersiculo coniungendum, sed cum iis quæ secundo uersiculo dicta
sunt: ita ut tertius uersiculus uideatur interiectus, sitque hæc uerborum constructio *ἄχρι ἧς ἡμέρας οὗ τελέσαμενος*, &c.
συνελθόντες καὶ συναλιζόμενος παρήγγειλεν, &c. id est, usque ad diem quo quum mandata dedisset, &c. sublatus est & con-
gregans *eos* denuntiauit eis, &c. Erasmus de suo addidit in idem loci, id est, *ἐνὶ τὸ αὐτὸ*. Quidā uertit, ac eos frequētando:
non minus incōmodē, ut arbitror, quam obscurē. Quam, *inquit*, audistis à me. *ὧν ἠκούσατέ μου*. Vulgata, per os meum,
id est *διὰ τῦ στόματός μου*. Mutatur autē oratio ex obliqua in rectā: quod frequēter occurrit, ut supra Luc. 5. c. 4, & 2. a. 5, &
infrà 15. a. 5. Itaq; additum est uerbum inquit, ad translationē declarandam. Expressa etiam est præpositio A, id est, *παρά*,
quæ apud Græcos interdum additur, ut apud Plat. in epistolis, *ἀκηκόατε παρ' ἐμοῦ*: interdum subauditur, ut hoc loco. Nō
nulli interpretantur, de quo scilicet promisso audistis, id est, *περὶ οὗ*.

5 Nam *ὅτι* Vulg. Quia. Erasmus, Quoniam,
C Ego aliter malui, ut melius appareret nouam esse periodum. Quod igitur nōnulli hæc connectūt cum superioribus, quasi
ὅτι non *αἰτιολογικῶς*, sed *εἰδικῶς* accipiatur: id præterquam quod durum est, etiam uidetur non satis rectè affirmari. Ne-
que enim usquam legimus discipulos hoc audisse ex Christo, sed ex Iohanne potius, cuius uerba Christus ipsis in memo-
riam reuocat, ut eius prophetiæ euentum eo certius expectent. Spiritu sancto, *ὲν πνεύματι ἁγίῳ*. Præpositio *ἐν* re-
ctè est prætermissa. Nam si quis conuerterit, per Spiritum sanctum, ista perinde accipi possent ac si Spiritus sancti persona
Iohanni opponeretur, quasi diceret Christus, Iohannes quidem uos baptizauit, sed Spiritus sanctus uos baptizabit. Hic
autem est antithesis duplex, ni fallor. Vna Iohannis cum Christo uel Deo Patre. Nam pòst *βαπτισθήσεσθε*, id est, baptizari,
omnino necesse est ut subaudias *ὑπ' ἐμοῦ*, à me, uel *ὑπὸ τῦ πατρός*, id est, à Patre: uel *νῦν ἐμοῦ καὶ ὑπὸ τῦ πατρός*, à me, & à
Patre, quum ab utroque procedat Spiritus sanctus. Altera est aquæ ab Iohanne effusæ, & Spiritus sancti Apostolis mittēdi:
quæ Spiritus sancti missio & effusio translatitiē uocatur Baptismus, ut antithesis melius intelligatur.

Non multis his pòst diebus *ὲ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας*. Vulg. non pòst multos hos dies. Sed traiectio est constru-
ctionis. Dicendum enim erat potius *μετ' ὲ πολλὰς ταύτας ἡμέρας*, sicut ferè Græci loqui solent.

6 Quum igitur illi conuenissent, *οἱ μὲν οὖν συνελθόντες*. Vulgata, Igitur qui conuenerant. Sed existimo potius
οἱ μὲν οὖν positum pro *αὐτοὶ* uel *ὲ τοι μὲν δή*. Num *εἰ* Vulgata ad uerbum, si. Vide Matth. 12. b. 10.

Restitues *ἀποκαθιστάνεις* Erasmus, restituis. Sed apparet, enallagen esse præsentis pro futuro: quia nimirum de eo
quærunt Apostoli quod paulo pòst futurum arbitrabantur. Idem dicendi genus reperies suprà Luc. 24. g. 49.

7 Aut opportunitates, *ἢ καιρὸς*, Vulgata, uel momenta, quæ interpretatio non satis conuenit. Significat enim mo-
mentum particulam aliquam temporis, etiam si non fuerit opportuna. Erasmus per periphrasin, articulos temporum.
Significat enim *χρόνος* spatium temporis in genere, *καιρὸς* autem opportunitatem rei gerēdæ, quam Terentius articulum
uocat. malui tamē, ut perspicuitati studerem, opportunitates uertere. Sed hoc annotandum est, opportunitates hic consi-
derari, quatenus à Dei decreto pendent, ideoque nō tam significare tempus agendis rebus opportunum, quàm tempus
agendis rebus à Deo constitutum: quanquam hæc duo ita sunt inter se coniuncta ut diuelli non possint. Sua ipsius
ἰδίᾳ Sic rectè conuertit Erasmus, ut amphibologiam uitaret, perinde acsi scriptum esset *τῇ ἑαυτῦ*.

8 Virtutem Spiritus sancti, postquam superuenerit in uos, *δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς*,
Vel, uirtutem, postquam superuenerit in uos Spiritus sanctus. Possunt enim hæc uel cum *δύναμιν* coniungi, uel ut absolu-
tè posita conuerti. sed illud malo. Erasmus contrà ut absolutè posita interpretatur. in quo tamen hoc reprehendo,
quòd pro *ἐπελθόντος* uertit, quum aduenerit. id est, *προσελθόντος*, quum *ἐπὶ* præpositio hoc quidem loco idem ualeat
quòd Superne, ut significetur eam uirtutem cælitus in Apostolos illapsuram: quod etiam offenderunt igneæ illæ linguæ
singulorum uerticibus insidentes. Rectius ergo Vetus interpres uideri poterat conuertisse, *ἐπελθόντος*, superuenientis,
nisi temporis rationem neglexisset: quam ut obseruaremus, coacti sumus uerborum collocationem mutare. Quidam
interpretatus est, qui inuadet, non modò neglecto tempore, sed etiam improprie, quū neque uerbi illius Græci tum ex-
pressit, neque inuadere dicatur qui inuandi causa accedit.

Et in Ierusalem, & in tota Iudæa, *ὥστε Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐν πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ*. Quia, inquit Erasmus, subiunxit Iudæā
Ierusalem, totum parti, non potuit reddi genina coniunctio neque per geminum Et, neque per Tum. Proinde nos reddi-
dimus. Non solùm Ierosolymis, uerum etiam in uniuersa Iudæa. Hæc Erasmus. Ego uerò causam non uideo cur hoc sit
in Latino sermone magis absurdum quàm in Græco. Vsque ad ultimas terras, *ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς*. Vulgata ad uer-
bum, usque ad ultimum terræ. Eras. usque ad extrema terræ. Vide Matth. 5. d. 26.

Ascensio Christi in cælum. Luc. 24. g. 52.

Et quum hæc dixisset, aspicientibus ipsis eleuatus est, & nubes surripuit eum ab oculis eorum.

9 καὶ ταῦτα εἰπὼν, βλεπόντων αὐτῶν ἐπήρθη, καὶ νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. A

Et quum essent intentis in cœlum oculis, eo proficiscente, ecce, uiri duo astiterũt illis albo uestitu.

10 καὶ ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν εἰς τὸν οὐρανὸν πορευομένου αὐτοῦ, καὶ ἰδοὺ ἄνδρες δύο παρειστήκεισαν αὐτοῖς ἐν ἐσθῆτι λευκῇ,

Qui & dixerunt, Viri Galilæi, quid statis intuentes in cælũ? hic Iesus qui sursum receptus est à uobis in cælum, ita ueniet quemadmodũ spectastis eum proficiscentem in cælum.

11 οἳ καὶ εἶπον, ἄνδρες Γαλιλαῖοι, τί ἑστήκατε ἐμβλέποντες εἰς τὸν οὐρανόν; οὗτος ὁ Ἰησοῦς, ὁ ἀναλημφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανόν, οὕτως ἐλεύσεται ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν.

Apostoli in Ierusalē expectant Spiritũ sanctũ.

Tunc reuersi sunt in Ierusalem à monte qui uocatur Oliueti, qui est prope Ierusalem, distans itinere sabbathi.

12 τότε ὑπέστρεψαν εἰς Ἰερουσαλὴμ ἀπὸ ὄρους τοῦ καλουμένου Ἐλαιῶνος, ὅ ἐστιν ἐγγὺς Ἰερουσαλήμ, σαββάτου ἔχον ὁδόν.

Et quum introissent, ascenderunt in cœnaculum ubi commorabantur & Petrus & Iacobus, & Iohannes & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus *filius* Alphæi & Simon Zelotes & Iudas Iacobi frater.

13 καὶ ὅτε εἰσῆλθον, ἀνέβησαν εἰς τὸ ὑπερῷον, οὗ ἦσαν καταμένοντες, τε Πέτρος καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης καὶ Ἀνδρέας, Φίλιππος καὶ Θωμᾶς, Βαρθολομαῖος καὶ Ματθαῖος, Ἰάκωβος Ἁλφαίου, καὶ Σίμων ὁ Ζηλωτὴς, καὶ Ἰούδας Ἰακώβου·

Maria.

Hi omnes perdurabant concorditer *in* ora- B

14 οὗτοι πάντες ἦσαν προσκαρτεροῦντες ὁμο-

9 Et quum hæc dixisset, καὶ ταῦτα εἰπὼν, Sic rectè Vetus interpres. Erasmus autem, Atque hæc loquutus, καὶ ταῦτα λαλήσας. Aspicientibus ipsis βλεπόντων αὐτῶν Vulgata, uidentibus illis, id est, ὁρώντων ἐκείνων. Eras. Videntibus iisdem, id est, τῶν αὐτῶν ὁρώντων. Vide Matth. 5. d. 28. Eleuatus est, ἐπήρθη, Sic uitur hoc uocabulo Plautus. Cape dum, inquit, hunc lapidem, & eleua. Dicere tamen solemus pro ἐπαίρειν, attollere, nisi quum participijs passiuis opus est. Erasmus per periphrasin, in altum sublatus est. Surripuit ὑπέλαβεν Vel, ut Erasmus uertit, subduxit. Mihi tamē illud magis placuit, quia Græcos uideo interdum exponere ὑπολαμβάνειν per ὑφαιρεῖσθαι. Vetus interpres, suscepit: quæ est propria huius uerbi significatio. 10 Et quum essent intentis in cælum oculis, καὶ ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν εἰς τὸν οὐρανόν. Possunt quidem hæc uerba εἰς τὸν οὐρανὸν etiam cum participio πορευομένου coniungi: sed ex oratione Angelorum apparet, potius esse cum superioribus connectenda, sicut post Erasmum fecimus. Quod autem attinet ad particulam ὡς, uide Matth. 28. b. 8. Cæterùm Vulgata ἀτενίζειν uertit Intueri, id est, ἐμβλέπειν, pro quo Erasmus hoc quidem loco, defixis oculis esse, quum Intuendi uerbum aliquoties retinuerit, ut infra 3. b. 12. & 6. d. 15. Certè ἀτενίζειν aliquid amplius declarat quàm ἐμβλέπειν, compositio scilicet uerbo ab ἀ particula ἐπὶ τὸ αὐτὸ σεως, & τάνυω, id est, tendo: quam ob causam Erasmus, modò defixis, modò immotis, modò intentis oculis esse, interpretatur. Nos illud delegimus quod uisum est ad Græci uerbi etymologiam proximè accedere. Vtuntur quidem Angeli proximo uerbi culo uerbo ἐμβλέπειν, de eadem re agentes, sed addito altero uerbo ἑστήκατε, ut sit quædam uelut periphrasis τῶν ἀτενίζειν. Eo proficiscente πορευομένου αὐτοῦ Vulg. euntem illum, quasi hæc referantur ad participium ἀτενίζοντες, quod non patitur ratio constructionis. Erasmus, eunte illo, id est, ἰόντος ἐκείνου. Ecce, καὶ ἰδοὺ, Hebraismus, de quo uide Matth. 28. b. 9.

Albo uestitu, ἐν ἐσθῆτι λευκῇ, Vulg in uestibus albis: de quo genere dicendi diximus Matth. 11. c. 21, & 25. c. 31. Huius autem exemplum etiam proferre possumus ex Herodoto in Euterpe. Sic enim scribit, de Neco AEgyptiorũ Rege differẽs, ἐν τῷ ἦ ἐσθῆτι ἔτυχε τὰ τότε πατὴρ κατάμενος αὐτόθυτα τῷ Ἀπόλλωνι, id est ad uerbum, Eam autem uestem in qua res iistas gesserat, Apollini consecrauit. Erasmus, amicti uestibus albis: sensu optimè expresso. nostra tamen interpretatio, ni fallor, & Latina est, & à Græcis propius abest. 11 A uobis ἀφ' ὑμῶν id est, è uestro conspectu: quod annotare placuit, nequis ineptus hæc perinde accipiat quasi scriptum sit ὑφ' ὑμῶν. Spectastis ἐθεάσασθε Vulg. & Eras. uidistis. Vide Matth. 6. a. 1. Cæterùm pro ὅτως, id est, ita, in tribus uetustis codicibus scriptum erat ὅντος, iste, per epanalepsin: quæ quidem lectio magnam habet emphasin. & omnem cauillandi occasionem iis præcidit, qui, ut suis illius Iouis Elici corporalem præsentiam aduersus apertum hoc Angelorum testimonium tueantur, hærent in ista particula ὅτως. Quotidie enim (aiunt) imò uerò singulis momentis descendit, sed aliter quàm ascenderit, inuisibiliter scilicet διὰ ἀπεριγράπτως. egregium certè cauillum. At nos potius fide in cælum ascendamus, ut Christum illic re uera amplectamur, quam illum è cælo ante summũ diem deducamus, & in terrestribus elementis hæreamus. 12 Distans sabbathi itinere. σαββάτου ἔχον ὁδὸν. Vulg. sabbathi habens iter. Eras. paulo lõgius recessit à Græcis. Atqui ἔχον ponitur pro ἀπέχον, ex Hebræorum idiotismo: qui eiusmodi cõpositis carent. Verbũ autem ἀπέχω ita usurpatum inuenies Luc. 24. b. 13 Cæterùm per iter sabbathi duo passuũ millia significari declarant interpretes. 13 Et quum introissent, καὶ ὅτε εἰσῆλθον, Domũ scilicet ingressi sunt, quam sibi Ecclesia eo tẽpore ueluti comune domicilium delegerat, quæcunque tandem ea fuerit. nam ista scrutari curiosorum est hominũ. Sed quod Nicephorus ineptus & ridiculus Ecclesiasticæ historiæ scriptor ex Euodio quodã prodidit, hanc scilicet fuisse domum Iohannis Euangelistæ Zebedæi filij, in qua etiam postremũ Pascha egerit Dominus, id ne uerisimile quidem est. Quòd si diuinandũ hic esset, existimarẽ potius domum fuisse Mariæ matris Iohannis cognometo Marci, cuius sit mentio infra 12 c. 12. In cœnaculum εἰς τὸ ὑπερῷον id est, in superiorem domus partẽ, ut explicant Varro & Vitruuius lib. 2. Erat enim ea pars à frequẽtia & cõspectu hominũ remotior. Itaque apud Homerum mulieres οἱ ὑπερῴῃ collocantur, sic uocato, ut ait Eustathius, à præpositione ὑπὲρ, & ὤον, quod Spartanorum lingua declarat οἴκημα, id est domicilium siue habitationem. Iudas Iacobi *frater*. Ἰούδας Ἰακώβου. Hic quoq; ob eandẽ causam, Fratris nomen adscribẽdum putauimus: quod quidem addi constat, ut distinguatur fidelis Apostolus ab altero illo Iuda proditore. sed & apparet ex Epistolæ ipsius inscriptione, ita fuisse uulgò uocitatũ, etiam post proditoris illius mortem, quum alioqui idem & Thaddæus & Lebbæus diceretur, sicut apparet ex Matth. 10. c. 3. & Mar. 3. c. 18.

14 Perdurabant προσκαρτεροῦντες Vel, ut Vulg. perseuerantes. Illud tamen mihi uidetur uocabulũ Græcũ melius exprimere. Significat enim καρτερεῖν fortiter & inuicta quadã animi duritia & firmitate in aliqua re facienda uel sustinenda pergere. De hoc eodẽ uocabulo diximus Mar. 3. b. 9. *In* oratione τῇ προσευχῇ Præpositionẽ addidimus ut Latinæ cõstructioni seruiremus. Cæterùm quòd Eras. uertit, in deprecatione, potius cõuenit illi quod proximè sequitur. Deprecamur enim mala. προσευχὴ autẽ (ut ipsa nominis notatio ostẽdit) illud orationis genus est quo bona petimus, ideoque Græcis scholijs in 1. Tim. 2. a. 1, definitur αἴτησις ἀγαθῶν, quæ propria huius uocabuli significatio ut nõ ubiq; locum habeat, hic tamen uidetur fuisse obseruanda. Significat enim Lucas (ni fallor) Apostolos his precibus partim Spiritũ sanctum, partim liberationem à præsentibus periculis quibus circunsidebantur, à Domino assiduè flagitasse.

Et deprecatione

A θυμαδὸν τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει, σὺν γυναιξὶ, καὶ μαρίᾳ τῇ μητρὶ τοῦ ἰησοῦ, καὶ σὺν τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ.

καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις ἀναστὰς πέτρος ἐν μέσῳ τῶν μαθητῶν, εἶπεν (ἦν τε ὄχλος ὀνομάτων ὡσὶ τοσαύτων ὡσεὶ ἑκατὸν ἐπὶ τὸ αὐτό.)

ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἔδει πληρωθῆναι τὴν γραφὴν ταύτην, ἣν προεῖπε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ στόματος δαβὶδ, περὶ ἰούδα τοῦ γενομένου ὁδηγοῦ τοῖς συλλαβοῦσι τὸν ἰησοῦν.

ὅτι κατηριθμημένος ἦν σὺν ἡμῖν, καὶ ἔλαχε τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης.

οὗτος μὲν οὖν ἐκτήσατο χωρίον ἐκ τοῦ μισθοῦ τῆς ἀδικίας, καὶ πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος, καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ.

καὶ γνωστὸν ἐγένετο πᾶσι τοῖς κατοικοῦσιν Ἰερουσαλήμ, ὥστε κληθῆναι τὸ χωρίον ἐκεῖνο τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν, ἀκελδαμά, τοῦτέστι χωρίον αἵματος.

B γέγραπται γὰρ ἐν βίβλῳ ψαλμῶν, γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτοῦ ἔρημος, καὶ μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν ἐν αὐτῇ, καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος.

δεῖ οὖν τῶν συνελθόντων ἡμῖν ἀνδρῶν ἐν

tione, & deprecatione cum uxoribus & Maria matre IESV, & cum ipsius fratribus. *Maria.*

Et in diebus his assurgens Petrus in medio discipulorum, dixit, (erat autem turba, nominum eodem *loci* quasi centum uiginti.) *Oratio Petri ad Apostolos ut pro Iuda substitueretur alius quis.*

Viri fratres, oportuit impleri Scripturam hanc, quam prædixit Spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux uiæ ijs qui comprehenderunt Iesum: Psal.49.b.9. Iohan.13.b.18

Quia annumerabatur nobiscum, & sortitus erat partem ministerij huius.

Is igitur acquisiuit agrum ex mercede sceleris, & præcipitatus crepuit medius, & effusa sunt omnia uiscera eius. *Iudas suspensus.* Matt.27.a.5.

Innotuitque omnibus habitantibus Ierosolymæ: adeò ut uocetur ager ille propria ipsorum lingua, Aceldama: hoc est, ager sanguinis.

Scriptum est enim in libro Psalmorum, Fiat cõmoratio eius deserta, & non sit qui habitet in ea. Et episcopatum eius accipiat alius. Psal.68.f.26. Psal.108.a.8

Oportet igitur ex ijs uiris qui nobiscũ cõue

Et deprecatione *καὶ τῇ δεήσει* Vulgata totum hoc membrum non legit. Erasmus, & obsecratione. Cur deprecationem interpretari malimus, paulo ante dictum est à nobis. Nam certe uidetur uerbum *δέησις παρὰ τὸ δέος*, id est, à timore oriri. Itaque *δέησιν* eadem illa Græca Scholia definiunt *ἱκετείαν ὑπὸ δέους ἀπαλλαγῆς λυπηρῶν προσφερομένην*, id est, supplicationem oblatam, ut ab ijs liberemur quæ nobis sunt molesta. Cum uxoribus *σὺν γυναιξὶ* Vulgata, cum mulieribus Sed illa interpretatio ipsi etiam Erasmo in Annotationibus non displicet: & certè aliquanto est uberior. Nam (sicut rectè ab alijs est obseruatum) par fuit Apostolorum etiam uxores cõfirmari, quas partim peregrinationis illorum comites esse oportebat, partim illorum absentiam domi patienter expectare. Quòd autem Maria ex numero *τῶν γυναικῶν* non eximatur, non est tam firmum argumentum quàm putauit Erasmus. Habemus enim simile de Petro exemplum, Mar.16.b.7. Sic Virg. Troas relliquias Danaûm atque immitis Achilli. Ipsius fratribus *τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ*. Id est, ipsius Iesu cognatis. Nam relatiuum *αὐτοῦ* apud Græcos minimè est ambiguum. Fratres autem isti sunt nimirũ alterius Mariæ filij quatuor, nempe Iacobus & Ioses, Simõ & Iudas de quibus Math.13.g.55, & Mar.15.d.40. nisi Iacobum placeat unum fuisse ex Vndecim, eum scilicet qui Minor & Alphæi filius dicitur, à quo tamen non desunt qui Iacobum fratrem Domini distinguant. Quod igitur ex Hipoplyto refert ineptus ille Nicephorus, istos nimirum fuisse Iosephi filios ex Salome Aggæi Zachariæ fratris filia & priore ipsius uxore susceptos, ex Euangelistarum authoritate refelli potest. 15 Discipulorum, *τῶν μαθητῶν*, Vulgata, fratrum, id est, *ἀδελφῶν*, sicut etiam nonnulli impresserunt. Nominum *ὀνομάτων*. i. hominum. Solent enim homines (ut rectè explicat Erasmus) nominatim censeri, quum exquiritur eorum numerus. Latini capita uocant. Eodem *loci ἐπὶ τὸ αὐτὸ* Ad uerbum, in idem. quo genere dicendi utitur Seneca lib 2. de benef. cap. 29. Vulg. & Eras. simul. i. *ἅμα* & paulo pòst 2.a,1 in eodem loco. 16 Dux uiæ *ὁδηγὸς* Iudas præit cæteris, ut apparet Mat.26.e.48. Vulg. & Eras. dux. i. *ἡγεμὼν*. Addidi igitur appellationem Viæ, ut tollatur ambiguitas sermonis, quum præsertim id postulet Græci uocabuli compositio.

C *ἠριθμημένος ἦν σὺν ἡμῖν*, In uno ex uetustis codicibus legitur, *ἐν ἡμῖν*, quam lectionem si sequaris, optimè uertes ad uerbum, numerabatur in nobis. Nam *ἠριθμῆσθαι* loco simplicis hic ponitur. Vulg. utitur cõnumerandi uerbo, quod nusquam legi apud idoneos authores. Eras. autem utens periphrasi minimè necessaria, uertit, cooptatus erat in numerum nostrum, id est, *ἠριθμὸς ἦν εἰς ἀριθμὸν ἡμῶν*. 18 Is igitur *οὗτος μὲν οὖν* Vulgata & Eras. Et is quidem, id est, *καὶ οὗτος μὲν*, quam lectionem nõ sequor, quia nulla sequitur antapodosis, & nullius exemplaris authoritate cõfirmatur. Acquisiuit *ἐκτήσατο* Ita loquitur Euangelista, spectans uidelicet non quid conatus sit Iudas, sed consilium ipsius euentum. Iudas igitur auaricia corruptus agrum sanè sibi acquisiuit ex proditionis suæ præmio, sed multo alitèr quàm speraret. Sic Latine dicitur aliquis sibi malum uel periculum quærere, habita nõ consilij & uoluntatis, sed euentus ratione. Vulgata, possedit: quam interpretationem non possum probare hoc loco. Erasmus, parauit. Præcipitatus *πρηνὴς γενόμενος* Hoc est nimirum quod Græci uno uerbo dicunt *διατραπελιζεσθαι*, id est, pronum se in caput deijcere. Vulg. & Eras. interpretantur, suspensus. Vtitur enim diserte Matthæus uerbo *ἀπήγξατο*, quod propriè significat strangulare, id est, constricta gula necare. Sed & nonnulli hanc periphrasin Petrum adhibuisse existimant, ut habitum exprimeret hominis laqueo profocati. Verùm, ut dicam quod sentio, ista huius periphrasis explicatio mihi uidetur lõgius petita, & quum uerbum *ἀπάγχεσθαι* omnibus modis strangulationum possit accommodari, simplicior huius loci expositio uidetur. declarare, Iudam, quum seipsum præcipitasset, intercluso spiritu medium crepuisse. quod etiam illis decem millibus Idumeis accidit ab Amazia præcipitatis, quorum fit mentio 2. Paral. d. 25. Possemus tamen Petri uerba ad suspendium hac ratione, ni fallor, satis cõmodè referre, quòd qui laqueo præfocantur, solent ex æditiore loco præcipites deiici. Sed quocunque modo accipias, *πρηνὴς γενόμενος* præcipitatum declarat, id est, ut Græca scholia explicant, *κατενεχθείς*. Quæ uerò à Græcis de Iuda commemorantur, qui quum seipsum suspendisset, rupto laqueo superuixerit, & præcipitatus, mirum in modum intumuerit, postremò à prætereunte curru fuerit elisus: cæteraque eiusmodi, ut fabulosa prætermitto.

19 Propria ipsorum lingua, *τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν*, Vetus interpres, lingua eorum. Erasmus, lingua illis uernacula. Est autem illud *ἰδίᾳ* diligenter obseruandum. Nam hac quoque in patre proponitur à Petro considerandum Dei iudicium, quòd isti agro nomen sit impositum, ea lingua quæ uernacula erat huius sceleris consciis uel authoribus potius. Et hæc quidem causa est cur Petrus potius dixerit. *τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν*, propria ipsorum lingua, quàm *ἡμετέρᾳ διαλέκτῳ*, id est, nostra lingua: quanuis, ni fallor, Galilæi & Ierosolymitani (si pronuntiationẽ excipias, & aliqua fortasis idiomata) una & eadem lingua uterentur. 20 Episcopatum *ἐπισκοπὴν* Id est, munus & functionem, quasi inspectionẽ dicas Hebræi משרה eadem prorsus ratione uocant, ut Numer. 3. e. 32. Nos uocabulum illud libenter retinuimus, quia de Ecclesiastica & ea quidem Apostolica functione hic agit Petrus, quum alioqui Dauid hæc propriè scripserit in Doeg. regijs armentis præfectũ. Solent aũt pastorũ, ouiũ, & gregis uocabula sæpissime ad Ecclesiasticã administrationẽ trãsferri.

nerunt toto tempore quo Dominus Iesus mu nere suo functus est inter nos,

Exorsus à Baptismo Iohannis, adeum usque diem quo sursum receptus est à nobis: unum fieri nobiscum testem resurrectionis eius.

Statuerunt igitur duos, Ioseph qui uocatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus, & Matthiam.

Oratio Apostolorum.

Et orantes, dixerunt, Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende utrum elegeris ex his duobus,

Vt accipiat sortem ministerij huius & Apostolatus, à quo aberrauit Iudas, ut abiret in locum suum.

Sors. Matthiae.

Posuerunt igitur sortes eorũ, & cecidit sors super Matthiam: qui communibus calculis al.

ϕ̓ παντὶ χρόνῳ, ϕ̓ ᾧ εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ϕ̓ ἐφ̓ ἡμᾶς A
ὁ κύριος Ιησοῦς.

22 ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος ἰωάννου, ἕως τῆς ἡμέρας, ἧς ἀνελήφθη ἀφ̓ ἡμῶν. μάρτυρα τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ γενέσθαι σὺν ἡμῖν ἕνα τούτων.

καὶ ἔστησαν δύο, ἰωσὴφ τὸν καλούμενον βαρσαβᾶν, ὃς ἐπεκλήθη ἰοῦστος, καὶ ματθίαν.

24 Καὶ προσευξάμενοι, εἶπον, σὺ κύριε, καρδιογνῶστα πάντων, ἀνάδειξον ὃν ἐξελέξω, ἐκ τούτων τῶν δύο ἕνα.

25 ϕ̓ λαβεῖν τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης καὶ ἀποστολῆς, ἀϕ̓ ἧς παρέβη ἰούδας πορευθῆναι εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον.

26 καὶ ἔδωκαν κλήρους αὐτοῖς, καὶ ἐπέσεν ὁ κλῆρος ἐπὶ ματθίαν, καὶ συγκατεψηϕίσθη μετὰ

Munere suo functus est inter nos, *εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ϕ̓ ἡμᾶς*, Vulgata ad uerbum, intrauit & exiuit inter nos. Est autem Hebraismus in Latino sermone perobscurus, ideoque à nobis minimè expressus ad uerbum: quem quidem haud satis scio an Erasmus sit assequutus, quum uerteret, perpetuam uitæ consuetudinem egit nobiscum: pro quo breuius (ni fallor) dicere potuerat, perpetuò nobiscum uersatus est. Nam quæ proximè consequũtur, aperte ostendunt Petrum de Chri B
sti prædicatione agere, & certè hoc genus dicendi declarat functionis publicæ eiusque laboriosæ administrationem, quũ de ijs agitur qui publicum munus gerunt: ut ex Deut. 31. a. 1. apparet, ubi Moses dicit sese propter senectutem non posse amplius ingredi & egredi, id est, muneris sui laboribus satisfacere, quum alioqui uegeta esset ipsius senectus. Item ex 2. Paralip. 1. c. 10. ubi Salomo prudentiam & intelligentiam petit à Domino, ut possit ingredi & egredi coram populo, id est, non ut cum populo simpliciter uersari, sed ut suum officium facere posset. Item 1. Paralip. 27. 2. 1. Alioqui non nego ad priuatę etiam uitæ officia hanc paræmiam pertinere, ut Deuteron. 28. a. 6, & Psal. 121. b. 8, & Ioh. 10. b. 9. 22 Vnum fieri nobiscum testem resurrectionis eius. *μάρτυρα τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ γενέσθαι σὺν ἡμῖν ἕνα τούτων.* Erasm. ut unus quispiam constituatur qui sit unà nobiscum testis resurrectionis eius. Nos malumus Veteris interpretis simplicitatem sequi in eo tantùm uariata interpretatione, quod particulam *τούτων* propter longum hyperbaton, cum antecedente *ἀνδρῶν*, coniunximus, & uerborum collocationem, perspicuitatis causa, mutauimus. 23 Statuerunt *ἔστησαν* Augustinus (apud quem totum hoc caput admodum mendosè citatur lib. contra Felicem 1. cap. 4. & 5.) interpretatur singulari numero, statuit, periculoso errore. Nihil enim hic priuatim à Petro geritur, quasi excellentiore dignitate prædito, sed publicè & totius Ecclesiæ suffragijs. Ioseph I' *ὡσήφ* In uno uetere exemplari scriptũ erat I' *ωσὴρ* Iosen. Contrà uerò infrà cap. 4. g. 36. pro I' *ωσῆς*, in uno exẽplari legimus I' *ωσὴφ*, & ita uertit Vetus interpres, ut uideri possit utrobiq; idem designari. Nam etiam in cognomento Barnabæ & Barsabæ paruum est discrimen. Iustus I' *οὔστος*, Vox ista Latina est, cuiusmodi pleraque alia in Euangelistis annotauimus. Rectè igitur Erasmus Glossam ordinariã quam uocant, reprehendit, quę tanquam Hebræum uocabulum interpretatur. 24 Orantes *προσευξάμενοι*, Erasmus, precatione facta. Ego uerò existimo tẽporis esse enallagen. Ostende *ἀνάδειξον* id est, indica & declara. Idem enim ualet hoc loco *ἀναδεικνύειν* quod simplex *δεικνύειν*. Sed Luc. 10. a. 1. accipitur pro constituere & creare, sicut Latini quoque interdum Designandi & Declarandi uocabulum usurpant. Vtrum *ὃν ἕνα* Vulg. ad uerbum, quem unum. Cæterum non uno modo legitur hic locus. Nam in uno exemplari scriptum reperimus *ἀνάδειξον ἐν τούτων τῶν δύο οὖν, ὃν ἐξελέξω*, id est, designa ex his duobus unum, *eum scilicet* quem elegisti. In plerisque uerò codicibus sic legitur *ἀνάδειξον ὃν ἐξελέξω ἐν τούτων τῶν δύο ἕνα*, id est, ostende utrum (ponitur enim *ὁπότερον* Pro *πότερον*) ex his duobus elegeris. Basiliensis autem editio Frobeniana anni 1519 & 1535, posteriorem hanc lectionem aptius, ni fallor, distinguit, hoc modo, *ἀνάδειξον ὃν ἐξελέξω ἐν τούτων τῶν δύο, οὗ λαβεῖν*. i. ostende quem elegeris ex his duobus, ut unus accipiat, &c. 25 Sortem *κλῆρον*, id est, ut sit ipse cosors & particeps huius ministerij. Nàm quod existimat Eras. ex Hieronymo *κλῆρον* referri hoc loco posse ad hæreditariam succesionem, quia scilicet hic agitur de successore & quasi hærede Iudæ deligendo, mihi non probatur, quum Petrus paulo antè loquens de ipso Iuda qui nulli successit, eodem uocabulo utatur. Idem ergo ualet *κλῆρος* quod *μερὶς*, infrà 8. d. C
21 Aquo aberrauit *ἐξ ὧν παρέβη* Vel, à quo desciuit. Vulg. de quo prævaricatus est Iudas Eras. Vnde prevaricatus excidit Iudas. Sed primũ omniũ nemo est qui nò uideat Prævaricãdi uocabulũ nõ respondere Græco *παραβαίνειν*. deinde ut *παραβαίνειν* interdũ idẽ ualeat quod Transgredi. i. uiolare, tamen ipsa cõstructio ostẽdit nõ esse hoc loco in ea significatione usurpatum. dicendũ enim fuisset *διὸ παρέβη*. Quod aũt attinet ad Erasmi uersionẽ, primũ omniũ miror eũ uni Græco uerbo tribuere duo Latina diuersæ significationis. deinde *παραβαίνειν* pro *ἐκπίπτειν* certè nusquam memini legere. Existimo igitur *παρέβη* positum esse pro *παρεξέβη*: quum præsertim *ἐξ* præpositio casui constructionis postea adiungatur, ut etiam accipitur Exod. 32. b. 8. Dicunt enim promiscuè Græci *παράβασιν* & *παρέκβασιν*, pro eo quod Latini Digressionem uocant & aberrationem. Hanc autem esse germanam huius loci interpretationem, ex ijs intelligi potest quæ proximè cohærent. Est enim cuiusuis uocatio, quasi uia & stadium in quo currere nos oportet, si metam uolumus contingere. Ab hac igitur uia, id est, ab Apostolatu, dicitur Iudas digressus: imò uerò ea prorsus relicta, in cõtrarium latus deflexisse, ut in eum tandem locum deueniret quem illi Deus iusto suo iudicio destinarat. 26 Posuerunt sortes *ἔδωκαν κλήρους*, id est, sortiti sunt, coniectis scilicet sortibus uel in sinum: ut apud Salom. Prouerb. 16. d. 33. uel in uasculum aliquod. Nam apud Homer. Iliad. 9. coniciuntur in galeam: apud Plautum in Casina, in situlam: apud Ciceronem 4. in Verrem oratione, in hydriam: sicut apud Virgil. lib. Aeneid. 6, in urnam: adeò uariæ fuerunt sortiendi rationes. Cæterum *διδόναι κλήρους* hic ponitur pro *τίθεσθαι κλήρους*, sicut loquitur Euripides, & Leuit. 16. b. 8, usurpatur uerbum quod etiam ponere significat: quum tamen Hebræi ferè utantur uerbo נתן *nathan*, quæ respondent Græco uerbo *βάλλειν*, quod usurpatur ab omnibus Euangelistis in Passionis historia. Alioqui *κλῆρον διδόναι* Græcis aliud declarat, nempe partem suam alicui assignare, sicut ab Homero accipitur Odys. ξ. Quam ob rem, ut homonymiam uitaremus, noluimus ad uerbum interpretari *ἔδωκαν κλήρους*, dederunt sortes: diximus autem, posuerunt sortes, quia (ut antè dixi) *διδόναι* pro *τίθεσθαι* accipitur, & sic etiam loquitur Plautus in Casina, Act. 2. scena 6. Eorum, *αὐτῶν*, Hoc dicendi genus, sicut & illud quod proximè sequitur, ex uulgi consuetudine petitum est. Dicũtur enim sortes esse illorum super quibus fit sortitio, & super eum cadere qui in sortitione euadit superior. Communibus calculis allectus est *συγκατεψηφίσθη*. Vulg. annumeratus est, id est, *συνηριθμήθη*, Erasmus ex Vallæ sententia cooptatus est. Sed Græco uerbo aliquid amplius significatur quod non nisi circuitu uerborum potuiexplicare, nempe hunc sortis euentum communibus omnium calculis & suffragijs fuisse comprobatum: quum antea pars illorum aliqua Barsabæ esset suffragata.

numerum

A Cum μετὰ Erasmus ad numerum, id est, πρὸς ἀριθμὸν, uel τῷ ἀριθμῷ. ἡμῶν ἡμέρας ἀκριβέστερον.

ΚΕΦ. β.

Καὶ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς, ἦσαν ἅπαντες ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ τὸ αὐτό.

CAP. II.

Cum undecim Apostolis.

Vum autem aduenisset dies Pentecostes : erant omnes concorditer eodem loci

1

καὶ ἐγένετο ἄφνω ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἦχος ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας, καὶ ἐπλήρωσεν ὅλον τὸν οἶκον, οὗ ἦσαν καθήμενοι.

Tum factus est repente è cælo sonitus tanquam ruentis flatus uiolenti, qui repleuit totã domum ubi erant sedentes.

2

καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς, ἐκάθισέ τε ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν.

Et uisæ sunt eis dispertitę linguę instar ignis qui & sedit super unumquenque eorum.

3 *Spiritus sanctus missus in Apostolos.*

καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες πνεύματος ἁγίου, καὶ ἤρξαντο λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις, καθὼς τὸ πνεῦμα ἐδίδου αὐτοῖς ἀποφθέγγεσθαι.

Repleti sunt autem omnes Spiritu sancto, cœperuntq; loqui alijs linguis, prout Spiritus ille dabat eis eloqui.

IN CAPVT II.

1 Quũ autem aduenisset *λιὰ τὸ συμπληροῦσθαι* Erasmus ad uerbum, & quum compleretur. Ego duplicem hic Hebraismum esse puto. & quidem utrunque perobscurum : quæ causa fuit ut contra meam consuetudinem à Græcis discederem. Primùm enim si *τὸ* particulę naturam consideres, significari uidebitur aliquid non pręteritũ, sed adhuc urgens, quod initio quidem existimari posset optimè huic loco conuenire, quũ ea de quibus dicturus est Lucas, ineunte ipso die Pentecostes euenerint : sed quominus id ita accipi possit, impedit uerbum *συμπληροῦσθαι*, quod si accipiatur pro Comple re (id enim propriè declarat) dies ipse Pentecostes, si non prorsus exactus, at certe iam ad uesperam declinãs intelligetur. quod utrunq; cum historia rei gestæ pugnat : sin aũt pro aduenire, id est pro eo quod uernaculo sermone dicimus *ἐλθεῖν* (quomodo intelligendũ sit, paulo pòst docebimus) apparet *τὸ συμπληροῦσθαι* positũ pro *μετὰ τὸ συμπληρωθῆναι*.

B Nam profectò absurdum sit dicere hæc euenisse quum dies Pentecostes aduenisset, tunc demũ autem dici potest dies Pentecostes aduenisse quum XLIX dies toti prætierunt, & quinquagesimus ipse dies est inchoatus. Ex quo efficitur *τὸ* pro *μετὰ* positum esse, sicut contrà offendimus *μετὰ* pro *γὰρ* usurpatum Marci 8. d. 31. Nam ב apud Hebræos, quod proprie respondet Græcorum præpositioni *εἰς*, infinito iunctum, interdum uigentem adhuc actionem declarat, ut initio Psalm. 126. a. 1, בשובד, quum conuerteret : uel futurum exactum, ut Iere. 31. d. 23. בשובי, quum conuertero. & Leuit. 12. d. 6. במלאת, postquam impleti fuerint uel præteritum, ut Esa. 20. a. 1, בשלחו, postquam misisset. Deinde uerò quod attinet ad uerbum *συμπληροῦσθαι*, primùm affirmamus ex Hebræorum idiomate, apud quos infinitus modus temporibus non distinguitur, positum esse præsens pro præterito *συμπληρωθῆναι*. Præterea hoc dicimus, uerbum מלא sæpe apud Hebræos usurpari, quũ agitur de certo temporis præscripti spatio quod non fuerit prorsus expletũ, sed cuius ultimus annus uel dies aduenerit, ueluti si intra decem dies me facturũ aliquid promisero, statim pòst 9 exactos dies, ineũte decimo, dicerentur ab Hebræis 10 dies cõpleti, id est decimus dies aduenisse. Id aũt uerũesse, uel illud Ieremię, pbat, quod est cum hoc nostro prius simile, etiã cũ illo ב, quod diximus Græcę, positioni *ἐν* respõdere : cap. 25 c. 12. במלאת שבעים שנה, id est, si nostrũ hũc Euangelistã placet imitari *ὅτε τὸ συμπληροῦσθαι ἐβδομήκοντα ἔτη*. quũ tamen anni ipsius 70 initiũ significetur, quo liberati sunt Israelitę, ut ex Iosepho & Chronographis liquet. Atq; adeò ut iam nemo de hac interpretatio ne dubitare possit, Lucas noster in superiore lib. de Circũcisione Domini scribens, ita loquitur. *λιὰ ὅτε ἐπλήσθησαν ἡμέρας ὀκτὼ*, i. ad uerbũ quũ impleti fuissent dies 8. quũ tamen ipse dies 8. nõ prętermisse, sed aduenisse intelligatur, in quo scilicet fuit circũcisio facienda ex Lege, nõ aũt in die 9 differẽda, sicut scribitur Leuit. 12. a. 3, & apud ipsum Luc. nostrũ cap. 1. f 59, ubi Iohã. circũcisionẽ describit. Rectè igitur illũ locũ interpretati sumus. Cũ aduenisset, dies 8. & hũc quoq;, Cũ aduenisset dies Penr. Omnes *ἅπαντες* In duob. uetustis codicib. additũ erat *οἱ ἀπόστολοι*, Apost. & certè existimo ista sic cohærere cum extremo superiore capite, ut solis Apost. sit propria hæc Spiritus sancti missio quæ postea refertur. Nam certè illos oportuit nouæ Ecclesiæ, quasi duodecim patriarchas futuros, peculiari quadam inaugurationis forma consecrari. Itaque paulo pòst quum ij in quos Spiritus sanctus illapsus erat, cœpissent loqui linguis, attonita turba omnes esse Galiæos dicit, nec aliorum fit mentio quàm undecim Apostolorum, quorum causam agit Petrus, ueluti Apostolici collegij patronus. Conuenisse quidem cum Apostolis alios discipulos, atque adeò religiosas etiam illas & sanctas fœminas, ex superiore capite apparet. Sed neque unum cœnaculum potuit tot hospitibus commune esse domicilium, neque probabile est omnes illos centum Viginti quorum facta est mẽtio, unà semper fuisse, sed potius certis temporibus Ecclesiam in commune illud Apostolorum hospitium conuenisse.

C Mane igitur quum Apostoli unà soli essent, gesta esse opinor quæ Lucas commemorat, & ridiculè facere eos, qui. quum hãc historiam pingunt, solent Mariam matrẽ Domini in medio Apostolorũ collocare, nimirũ ut apostolici etiã collegii principẽ faciant : quod sanctissimæ illi Virgini nusquã in mentẽ uenit. Cõcorditer *ὁμοθυμαδὸν* Vel, ut plerunq; : Vulgata & Erasmus, unanimiter. quod tamen nunquam legere memini. Vetus interpres hoc loco uertit, pariter, & eum existimat Erasmus legisse *ὁμαδὸν*, quametiã lectionem probat. Ego uero neq; id usquam reperi in uetustis codicibus, neque possum etiam probare, propter illud *ἐπὶ τὸ αὐτὸ*, quod proximè consequitur.

2 Ruentis *φερομένης*, id est, *ὁρμώσης*. Nam *φέρεσθαι* Græcis significat cum impetu uenire, sicut apud Latinos quoque Ferri in ea significatione usurpatur. Sed coacti sumus synonymon quærere, & passiuum participium actiuè interpretari. Quod si quis hæc malit ut absolutè posita accipere, rectè uerterit cum Augustino, tanquam ferretur. Vulgata, aduenientis, id est, *παρεσχεμένης*. Erasmus per periphrasin, impetu uenientis.

Flatus *πνοῆς* Vulgata, spiritus, idque fateor non malè. Sed *πνεῦμα*, cuius hic fit mentio, uoluimus, à *πνοὴ* distinguere id est, symboli significatum ab ipso symbolo : quum alioqui *πνεῦμα* pro flatu & uento interdum ponatur : ut Iohan. 3. a. 8. *πνοὴ* tamen pro Spiritu sancto nusquam, quod sciam, Violenti *βιαίας* Vulgata, ueliementis, id est *σφοδρᾶς*.

3 Instar ignis, *ὡσεὶ πυρὸς*. Erasmus, tanquam igneæ, ad uitandam amphiboliam. Nam si interpreteris, tanquam ignis, non minus id possis in recto quàm in gignendi casu accipere. Atqui si *ὡσεὶ* ita conuertas ut nos fecimus hoc loco, illud incommodum uitaris, neque à Græcis deflectes.

Qui & sedit *ἐκάθισέ τε* Erasmus, sederuntq; *ἐκάθισαν*, quia nimirũ pro ignis cõuerterat igneas. Putauit enim rectum à superioribus reperendum, sicut & Scholia Græca tradunt, & probabilius est. Quia tamen nonnulli malunt ad Spiritum sanctum referre, idque ex Hebræorum idiotismo, quibus familiare est, rectum in priore membro prætermissum, in secundo exprimere, Græca simpliciter reddidi, ut cuique liberum suum iudicium maneat.

4 Alijs *ἑτέραις* Vulgata, uarijs, id est *ποικίλαις*. Alias autem linguas uocat, quæ diuersæ essent ab ea quæ Apostolis erat familiaris : eas denique quas Marcus cap. 16. d. 17, nouas appellat.

Prout *λαθὼς* Alibi hãc particulã cõuertimus per similitudinis aduerbiũ. hic aũt *λατὰ* uim habet distributiuã. Significat enim Apostolos nec temere, nec fanaticorũ instar, modò hac, modò illa lingua loquutos, sed magnã eorũ rationẽ habuisse in quos incidebãt : nihil deniq; dixisse nisi Spiritu sancto linguã ipsorũ moderãte, qui nullius est cõfusionis author.

Eloqui *ἀποφθέγγεσθαι* Vulgata & Erasmus rectè existimarunt præpositionem *ἀπὸ* non abundare. Nam *ἀποφθέγγεσθαι* dicuntur ij demum qui sententiosa quædam & mirifica loquuntur, cuiusmodi certè hæc erant quæ paulo pòst Lucas uocat *μεγαλεῖα τοῦ θεοῦ* : item qui numinis afflatu & alieno impulsu loquuntur : quod & ipsum Apostolis optimè conuenit.

5 Com-

Apostoli, ebrij existimantur ac cepto Spiritu sancto.

Erant uerò Ieroſolymis commorantes Iudęi uiri religioſi, ex omni natione *eorum* qui ſub cælo *ſunt*.

Orto autem hoc rumore, cõuenit multitudo, & confuſa eſt, quòd audiret unuſquiſque propria lingua ſua eos loquentes.

Percellebantur autem omnes ac mirabantur, dicentes alij ad alios, Nónne, ecce omnes iſti qui loquuntur, Galilæi ſunt?

Quomodo igitur nos audiuimus eos ſua quiſque lingua in qua nati ſumus?

Parthi & Medi, & Elamitę, & qui incolimus Meſopotamiam, Iudæamq; & Cappadociam, Pontum, & Aſiam,

Phrygiam & Pamphyliam, Aegyptũ, & partes Libyæ eius quæ eſt ſecundum Cyrenem, & aduenæ Romani, Iudæiq; & proſelyti,

Cretes & Arabes: audimus eos loquentes noſtris linguis magnificè Dei *facta*.

Predicante Petro, conuerſi ad Chriſtũ multi.

Perceliebantur ergo omnes, ac hæſitabant, dicentes alius ad alium.

ἦσαν ἐν Ἰερουσαλὴμ κατοικοῦντες Ἰουδαῖοι, ἄνδρες εὐλαβεῖς, ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανόν. A

γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης, συνῆλθε τὸ πλῆθος, καὶ συνεχύθη, ὅτι ἤκουον εἷς ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ λαλούντων αὐτῶν.

ἐξίσταντο δὲ πάντες, καὶ ἐθαύμαζον, λέγοντες πρὸς ἀλλήλους, οὐκ ἰδοὺ πάντες οὗτοί εἰσιν οἱ λαλοῦντες Γαλιλαῖοι;

καὶ πῶς ἡμεῖς ἀκούομεν ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ ἡμῶν, ἐν ᾗ ἐγεννήθημεν;

Πάρθοι, καὶ Μῆδοι, καὶ Ἐλαμῖται, καὶ οἱ κατοικοῦντες τὴν Μεσοποταμίαν, Ἰουδαίαν τε καὶ Καππαδοκίαν, Πόντον, καὶ τὴν Ἀσίαν,

Φρυγίαν τε καὶ Παμφυλίαν, Αἴγυπτον, καὶ τὰ μέρη τῆς Λιβύης τῆς κατὰ Κυρήνην, καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες Ῥωμαῖοι, Ἰουδαῖοί τε καὶ προσήλυτοι,

Κρῆτες καὶ Ἄραβες, ἀκούομεν λαλούντων αὐτῶν ταῖς ἡμετέραις γλώσσαις τὰ μεγαλεῖα τοῦ θεοῦ. B

ἐξίσταντο δὲ πάντες, καὶ διηπόρουν, ἄλλος πρὸς ἄλλον λέγοντες, τί ἂν θέλοι τοῦτο εἶναι;

5 Commorantes *katoikoũntes* Alibi τὸ κατοικεῖν conuertimus, habitare, & diſtinximus à παροικεῖν, quod declarat commorari. Sed hoc quidem loco uidentur *katoikoũntes* generaliter dici quicunque exteri eo tempore Ieroſolymis uerſabantur: adeò ut non modò exteros comprehendat, qui ſedes illic ut in urbe maxima ac frequentiſſima, poſuerant, ſed eos quoque qui ſtudiorum ac religionis diſcendæ cauſa illic ad tempus commorabantur. quorum diſtributa fuiſſe collegia intelligimus ex ijs quæ narrantur infrà 6.c.9.& 9.e.29: eos denique qui ex uarijs gentibus ad feſtum confluxerant.

Eorum qui ſub cælo *ſunt*. τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανόν. Vulg. prætermiſit articulum. Eraſ. repetit ἐθνῶν, admonens etiã ad homines referri poſſe: quam ſententiam ut magis probabilem ſum amplexus. Eſt autem hæc hyperbole Hebræis familiaris, ut Deut 2.c.25 6 Orto autem hoc rumore, γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης, Græca ſcholia φωνὴν interpretantur de uehementi illo uenti ſonitu, qui totam ciuitatem commouerit. alij nonnulli ad Apoſtolorum uoces. Ego uerò φωνὴν malo accipere pro rumore, quem idem noſter Lucas ἦχον, id eſt ſonitum, ſimili prorſus ratione uocat ſuprà 4.f 37, & φάσιν infrà 21.f.31. Sed & illud notandum eſt, figurate Lucam dixiſſe φωνῆς ταύτης pro φωνῆς περὶ τούτου, id eſt, hoc rumore, pro huius facti rumore. quod genus dicendi animaduertimus etiam Matth. 9.c.26. 8 Sua quiſque lingua ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ Probabilius eſt (inquit Eraſ.) Apoſtolos ſua lingua fuiſſe loquutos, & miraculo factum ut nemo non intelligeret: perinde ac ſi ſuam quiſque linguam audiſſet. Itáne uerò? ſane ſi ita eſt, miraculum non in ipſis Apoſtolis, ſed in eorum auditoribus æditum fuerit. At enim (inquit ille) eundem hominem eodem tempore diuerſis loqui linguis implicat contradictionem. Eſto. ſed ubi hoc factum eſſe ab Apoſtolis narrat Lucas? Imò narrat Apoſtolos uarijs linguis, loqui cœpiſſe, id eſt, modò hac, modò illa, non tamen cõfuſè aut furioſè, ſed prout hic uel ille in uarias gentes inciderat, & pro ut expediebat, præeunte ſcilicet & animum ac mentem moderante Spiritu ſancto. Hic uerò nihil uideo quod (ut ipſe ait) contradictionem implicet. Sed hoc illi facilè cõdonari poteſt, ueterum nonnullorũ ueſtigia ſequuto. Verùm quod ſubijcit, Nunquam legi hoc miraculi accidiſſe aliàs, niſi forte ſemel atque iterum, ueluti Act. 10. de familia Cornelij: & Paulus ſcribens Corinthijs, gloriatur quòd omnium illorum linguis loqueretur: id uerò miror ab Eraſmo uiro docto & intelligente proficiſci potuiſſe. Puto enim omnibus uel mediocriter in horum temporum hiſtoria uerſatis, conſtare, hoc linguarum donum, quemadmodum etiam ſanationum & prophetię, in primis illis Eccleſijs ita uiguiſſe, ut etiam Spiritus ſancti appellatio interdum eiuſmodi donis tribuatur, ut apparet ex ijs quæ ſcribuntur infrà 8. c 15. & 16. Item 19.a 2. & 6. Item 1. Cor. 12. 13 & 14. C

10 Et aduenæ Romani Iudæiq; & proſelyti, καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες Ῥωμαῖοι, Ἰουδαῖοί τε καὶ προσήλυτοι, Eraſmo aſſentior in eo quòd Iudæos hic tradit non ex gente dici, ſed ex religione & origine: à quibus Lucas diſtinguat proſelytos natione paganos, religione factos Iudæos. Id enim ita eſſe partim oſtendit manifeſta Iudæorum & proſelytorum antitheſis: deinde etiam quòd paulo antè mentio facta eſt incolarum Iudææ, à quibus iſtos diſtinguere oporteat. Sed ab illo tamen duabus in rebus diſſentio in huius loci explicatione. Primùm quòd Romanos hic putat in Iudæos & proſelytos diſtingui. Deinde quòd Cretenſes & Arabes, quorum poſtea fit mentio, ita putet ad priorem recenſionem referendos, ut tamen ad ſolos proſelytos pertineant: quaſi ſcilicet ex Creta & Arabia nulli uenerint Iudæi, quòd eò non perfugiſſent, ſed tantùm proſelyti. At ego libenter quæſierim cur Lucas eorum duntaxat Iudæorum mentionem faceret qui Roma aduenerant, qui ſit probabile nullos in Cretam aut Arabiam Iudæos profugiſſe, quum Damaſcus in Arabia cenſeatur, ubi tam frequens erat ſynagoga, & tamen aliquos inde proſelytos ueniſſe. Sunt autem hæc, meo iudicio, nimium abſurda, quæ tamen ex illa interpretatione ſequi neceſſe eſt. Exiſtimo igitur, quum Lucas tot gentium mentionem feciſſet, has omnes poſtea in duo quaſi hominum genera diſtinguere, nempe in Iudæos & proſelytos, idque optima ſanè ratione. Veriſimile enim eſt, eos, qui quanuis inter gentes exteras eſſent diſperſi, tamen erant origine Iudæi & in patria lege educati: quemadmodum hodie, ſic etiam eo tempore, & quidem multo magis ſtante adhuc illorum templo ac religione, ſi nõ omnes, at certe pleroſque, & eos præſertim qui Ieroſolymam uenire conſueuerant, uernaculam Iudæorum linguam aliquatenus ſaltem tenuiſſe. Ideo Lucas, nequis calumniaretur, Apoſtolos potuiſſe à diuerſis gentibus ſine miraculo intelligi, diſertè dixit, unumquenque audiſſe Apoſtolos loquentes proprio eius regionis idiomate in qua natus eſſet, & in qua habitaret: deinde ut omnis calũniandi occaſio præcideretur, proſelytos etiã id eſt, eos qui ex Paganiſmo ad Iudaiſmum erant conuerſi à Iudæis diſtinxit, id eſt, ab iis qui iam inde à maioribus Legem Moſis erant profeſſi. Quod aũt ad Cretenſes & Arabes attinet, quanuis iſti diſtinctioni ſubiiciantur, tamen eadem conditione cenſendi ſunt qua ſuperiores gentes. Apparet enim Lucam in hac recenſione non magnã habuiſſe ordinis rationem, rei ſcilicet ipſi potius quam oratoris præceptis intentum 11 Magnifica Dei *facta*. τὰ μεγαλεῖα τοῦ θεοῦ Heb. גְּדֻלֹּתָיו, ut diximus Luc. 1.c. 49.

12 Hæſitabant, διηπόρουν, Siue, ambigebãt: quod tamen propriè reſpondet τῷ ἀμφιβάλλειν. quanquam τὸ διαπορεῖν uidetur eius eſſe qui non tantùm ambigat apud ſe, ſed etiam aliquid de quo ambigat ex altero percontetur, aut etiã à ſeipſo, ut ſolent homines cogitabundi. ideo additur participium λέγοντες.

Quid

A τί αὖ θέλει τοῦτο εἶναι.

ἕτεροι δὲ χλευάζοντες ἔλεγον, ὅτι γλεύκους 13
μεμεστωμένοι εἰσί.

σταθεὶς δὲ Πέτρος σὺν τοῖς ἕνδεκα, ἐπῆρε τὴν 14
φωνὴν αὐτοῦ, καὶ ἀπεφθέγξατο αὐτοῖς, ἄνδρες Ἰου-
δαῖοι, καὶ οἱ κατοικοῦντες Ἰερουσαλὴμ ἅπαντες,
τοῦτο ὑμῖν γνωστὸν ἔστω, καὶ ἐνωτίσασθε τὰ ῥή-
ματά μου.

οὐ γὰρ ὡς ὑμεῖς, ὑπολαμβάνετε, οὗτοι μεθύου- 15
σιν, ἔστι γὰρ ὥρα τρίτη τῆς ἡμέρας·

ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ εἰρημένον διὰ τοῦ προφήτου 16
Ἰωήλ·

καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις (λέγει ὁ 17
θεὸς) ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν
σάρκα, καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν, καὶ αἱ
θυγατέρες ὑμῶν, καὶ οἱ νεανίσκοι ὑμῶν ὁράσεις
ὄψονται, καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν ἐνύπνια ἐν-
υπνιασθήσονται.

καί γε ἐπὶ τοὺς δούλους μου καὶ ἐπὶ τὰς δού- 18
B λας μου ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύ-
ματός μου, καὶ προφητεύσουσι.

καὶ δώσω τέρατα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ σημεῖα 19
ἐπὶ τῆς γῆς κάτω, αἷμα καὶ πῦρ καὶ ἀτμίδα
καπνοῦ.

ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος, καὶ ἡ σε- 20
λήνη εἰς αἷμα, πρὶν ἢ ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν κυρίου
τὴν μεγάλην, καὶ ἐπιφανῆ.

καὶ ἔσται, πᾶς ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα κυ- 21
ρίου σωθήσεται.

ἄνδρες Ἰσραηλῖται, ἀκούσατε τοὺς λόγους τού- 22
τους. Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον, ἄνδρα ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἀπο-
δεδειγμένον εἰς ὑμᾶς δυνάμεσι καὶ τέρασι καὶ σή-
μείοις, οἷς ἐποίησε δι' αὐτοῦ ὁ θεὸς ἐν μέσῳ ὑμῶν,
καθὼς καὶ αὐτοὶ οἴδατε,

Quid hoc rei esse posit?

Alij autem uafrè eludentes *dicebant*, Vino dulci pleni sunt *isti*[1].

Stans autem Petrus cum Vndecim, extulit uocem suam, & eloquutus est eis, dicens, Viri Iudæi, *nosque* omnes qui habitatis Ierosolymis, hoc uobis notum sit, & aurib. percipite uerba mea.

Non enim, ut uos existimatis, isti ebrii sunt, quum sit hora diei tertia.

Sed hoc illud est quod dictum est per prophetam Ioel,

Et erit ultimis temporibus (dicit Deus) effundam de Spiritu meo super quamlibet carnem: & prophetabunt filij uestri & filiæ uestræ, & iuuenes uestri uisiones uidebũt, & seniores uestri somnia somniabunt.

Et quidem super seruos meos & super ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo, & prophetabunt.

Et edam prodigia in cælo supernè, & signa in terra infernè, sanguinem, & ignẽ, & uaporẽ fumi.

Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, priusquam ueniat dies ille Domini magnus atque illustris.

Et futurum est ut quicunque inuocauerit nomen Domini seruetur. *Salua.*

Viri Israelitæ, audite sermones illos: Iesum illum Nazarenum, uirum à Deo approbatum apud uos præstantibus factis & prodigijs, & signis quę ędidit per eum Deus in medio uestri, sicut & ipsi nostis. *Christum à Deo datum nobis iam fa. autem.*

Quid hoc rei esse posit? τί αὖ θέλει τοῦτο εἶναι, Vulgata & Erasmus ad uerbum, Quidnam uult hoc esse? id est, τί θέλει τοῦτο εἶναι: pro quo potius dicas Latinè, Quid hoc sibi uult? At ego putaui potentialem modum exprimendum esse. Neque enim duntaxat quærunt quid hoc sit rei, sed quò tandem futurum sit ut ista euadant. Ponitur autem τὸ θέλειν pro τῷ δύνασθαι, id est, Velle pro Posse. quam enallagen annotat Corinthius in Attica dialecto, ut in illo Platonis, τὰ χωρία οὐδὲν μ' ἐθέλει διδάσκειν. 13 Vafrè eludentes χλευάζοντες, Vulgata & Erasmus, irridentes, id est κατα γελῶντες, quum τὸ χλευάζειν aliquid amplius significet, quod no potui satis commodè uno uerbo explicare. Vino dulci γλεύκους Vulgata & Erasmus, multo. quod fateor quidem à Græcis γλεῦκος dici: sed quum hęc gesta sint ipso die Pentecostes, quo tempore nullum est mustum, malo in genere pro uino dulci & præstanti accipere: quemadmodum etiam uidetur accipi עסיס Esa. 49. g. 26, quum alioqui uinum recens expressum eo nomine declaretur, ut ipsa notatio declarat. nam mustum rarò & multo minus quàm uinum inebriare testantur Philosophi. Si quis tamen malit de musto accipere, non magnopere repugno, quia testatur Lucas hæc dicta esse χλευαζομένοις, id est, cum uafra & maledica derisione. 14 Viri Iudæi, Ἄνδρες Ἰουδαῖοι, In hoc dicendi genere Latini solo epitheto contenti sunt, quum Hebræi & Græci addere soleant ipsi nomen. Quòd igitur nonnulli ex hac formula statim arripiunt occasionem disputandi de huius ut. conditione, nõ nititur satis firma ratione. Auribus percipite σὺν τείσασθε Finxerunt hoc uocabulum Græci interpretes, quod respondet uerbo Hebræorum האזינו. 17 Super quamlibet carnem: ἐπὶ πᾶσαν σάρκα: Ponitur hic quoque Caro pro homine, ut alibi sæpe annotauimus. Libenter autem retinuimus hunc Hebraismum, ut intelligatur opponi carni spiritum, rem scilicet præstantissimam rei planè fragili ac caducæ: quam tamen Dominus pro singulari sua bonitate dignetur excellenti spiritus sui munere. Sed & illud annotandum est, πᾶσαν non propriè hoc loco conuerti omnem, sed potius indefinitam esse particulam, ut res ipsa ostendit, & sequentia declarant: qua de re diximus aliquid Matth. 4. d. 23. & dicemus 1. Tim. 2. a. b. 4. 19. Edam δώσω Vulgata & Erasmus ad uerbum, dabo. Vide Matth. 24. c. 24.

22 Iesum illum Nazarenum, Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον, Expressimus articulum, cuius uis est hoc loco διακριτικά. Vocat autem Iesum Nazarenum Petrus, non ut communi Iudæorũ errori patrocinetur, sed ut de illo ipso Iesu hucusque intelligant quem ipsi per contemptũ solebant ita uocitare, & addita hac inscriptione crucifixerãt. A Deo ἀπὸ τοῦ θεοῦ Id est, ὑπὸ τοῦ θεοῦ: quà enallagen annotauimus Matth. 11. c, & 16. c. 19 21. Mar. 8. d. 31. Luc. 9. c. 23, & 17. e 25. Approbatum ἀποδεδειγμένον Id est. (inquiũt Græca scholia) ὅτιον μὴ ἀμφισβητούμενον, ἀλλ' ἀποδεδειγμένον διὰ τῶν ἔργων ὧν ἐποίησε δι' αὐτοῦ ὁ θεὸς, ὅτι ἀπὸ θεοῦ ἦν. Id est. quasi eiusmodi ut de eo ambigi nõ possit, & qui sit ijs operib. quæ per eum fecit Deus, tantum in eo quòd ueterẽ interpretem putat legisse ἀποδεδειγμένον, tum etiã in eo quod maluit interpretari exhibitũ quàm approbatũ. Similis error admissus est infrà 1. Corinth. 2. a. 4. Apud uos εἰς ὑμᾶς Vel, inter uos. atq; adeò spectantib. uobis siue ut paulo pôst subijcit, in medio uestri. Demosthenes περὶ παρ. παρελθὼν ἐπὶ νεὼς ὑμᾶς ἅπαν ἠνόησεν. Idẽ εἶπον τὸ τε ἐν τῷ δήμῳ. Vulg. in uobis. Eras. erga uos, neuter (ut opinor) sensum est assequutus. Præstantib. factis δυνάμεσι Alibi cõsueuimus δυνάμεις cõuertere, uirtutes, ob eã causam quã exposuimus Matth. 7. c. 22. Hic aũt studui uitare amphibolia. ne quis pro δυνάμεσι scriptũ putet αἰτιατὶς, quod uocabulũ nimis est dilutum. 23 Proui-

Hunc *inquam* definito consilio & prouidentia Dei deditum quum accepissetis manibus iniustis *cruci* affixum sustulistis. 23 Τοῦτον τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ καὶ προγνώσει τοῦ θεοῦ ἐκδοτον λαβόντες διὰ χειρῶν ἀνόμων, προσπήξαντες ἀνείλετε.

Resurrectio. Quem Deus suscitauit, solutis doloribus mortis, eo quòd impossibile erat illum ab ea retineri. 24 ὃν ὁ θεὸς ἀνέστησε λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου, καθότι οὐκ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ.

Psal. 15. c 7. Dauid enim dicit de eo, Prouidebam Dominum coram me semper: quoniam est à dextra mea mihi, ne commouear. 25 Δαβὶδ γὰρ λέγει εἰς αὐτόν, προωρώμην τὸν κύριον ἐνώπιόν μου διὰ παντός, ὅτι ἐκ δεξιῶν μού ἐστιν, ἵνα μὴ σαλευθῶ.

Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea: quin etiam caro mea requiescet in spe. 26 διὰ τοῦτο ηὐφράνθη ἡ καρδία μου, καὶ ἠγαλλιάσατο ἡ γλῶσσά μου, ἔτι δὲ καὶ ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι.

Quoniã nõ derelinques cadauer meũ in sepulchrũ, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. 27 ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου,

23 Prouidentia προγνώσει Id est, προνοίᾳ, siue præeunte, id est æterna, cognitione. Cognitionis autem uocabulo non est quòd cum Epicureis otiosam aliquam in Deo rerum futurarũ cognitionem imaginemur, quum prouidentia Dei nec debeat, nec possit ab eiusden definito consilio ac decreto diuelli, ut hodie nõnulli se facere dictitant, ne Deum uidear tur malorum authorem facere. Absit uerò à nobis hoc facinus: sed absit uicissim ut quidquam Deo uel conniuente uel inuito fieri aut accidere dicamus. Certè nullum usquam facinus in terris editum est quod cum Iudæ perfidia & Iudæorum scelere sit comparandum: & tamen aperte dicit Spiritus sanctus, nihil hic gestum quod Deus non modò cognouerit ab æterno, sed etiam æterno & immutabili suo consilio in optimũ finem non definierit. Nos igitur non pudeat Spiritus sancti sermonem usurpare: quòd siquid humana imbecillitas obganniat, Deo nihilominus summæ iustitiæ gloriam tribuamus, nobis totam culpam adscribamus: ea denique arcana quæ perscrutari nec licet nec fas est, adoremus utpar est ac reuereamur. Manibus iniustis διὰ χειρῶν ἀνόμων Vulgata & Erasmus, per manus iniquorum. Hæc autem nonnulli cum nomine ἔνδοτον coniungunt, quo modo distinctus est hic locus in plerisque codicibus. Sed præterquam quòd prepositio διὰ non satis cõmodè connecti potest cum illo nomine, aut cum participio λαβόντες, planior etiam erit sententia, si adscripta distinctione post λαβόντες (sicut in Græcis scholijs adscribitur) ista potius cum sequentibus construantur, nempe uel cum participio προσπήξαντες, ut Iudæis Petrus hoc quoque scelus obijciat, quòd Christum in manus prophanorum hominum, id est Pilati & militum Romanorum, dediderint ad necem: uel cum uerbo ἀνείλετε. Nam qui in tersiciendum curat, perinde reus est acsi sua manu interfecisset. Quod autem attinet ad nomen ἀνόμων, quia non habet adiunctum articulum, apparet non esse subaudiendum ἀνθρώπων, ut conuertas per manus *hominum* iniquorum, sed potius ita accipiendum ut Iumus interpretati. *Cruci* affixum προσπήξαντες Vulgata, affigentes, neglecto tempore. Nam quod in quibusdam exemplaribus legitur, affligentes, factum est librariorum negligentia, uel sciolorũ audacia. Quidam uertit, ad palam alligatum: quàm rectè, ipse uiderit.

24 Doloribus mortis, τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου, Locus iste mihi quidem uidetur obscurior quàm præ se ferat. Neque enim fas est arbitrari Christum, quum semel spiritum emisisset, in ullis doloribus fuisse uersatum. Itaq; quum mors ipsius cruciatibus finem attulerit, qui dici potest solutis mortis doloribus resurrexisse? Hæc causa fuit, opinor, cur Vetus interpres Potius conuerterit, solutis doloribus inferni, id est, λύσας ὠδῖνας ᾅδου, intelligens fortasis hæc ad descensum Christi ad inferos pertinere, unde ueteres Patres eruerit. in quo errore mirum est plerosq; ueterum fuisse uersatos, quum apud Hebræos appellatione שאול, pro quo Græci interpretes ᾅδην dicunt, nihil aliud quàm sepulchrum declaretur. Græci ut hunc nodum expedirent, subtilem quidem, sed parum solidam expositionem sunt commenti. sic enim dolores mortis explicant, quasi mors ipsa per prosopopœiam dicatur quodammodo laborasse, quum Christum inclusum teneret. At ego dolores mortis pro morte dolorum plena accipio, sicut abominatio desolationis pro abominanda desolatione accipitur, Matth. 24. b, 15. & damnatio meretricis pro damnanda meretrice, Apocal. 17. a. 1, ex Hebræorum idiotismo. Deinde quanuis corpus in sepulchro iacens, omnis doloris, atque adeò omnis sensus expers esset (siquidem uere ac certò Christus mortuus est) tamen quum mors ipsa nihil aliud esse uideretur quàm ipsorum cruciatuum ac dolorum quasi uictoria ac plenum imperium, Christus meritò dicitur tum demum dolores istos lethales ac mortiferos superasse, quum mortuus mortem uicit, ut in æternum cum suis Deo uiuat. Præterea annotandum est, apud Hebræos unum idemque uocabulum modò dolorem, modò funem significare, leui tantum unius puncti discrimine. Nam חבל cum seri & segol Græci ὠδῖνα. i. dolorem, חבל cum duobus segolin, σχοινίον. i. funem interpretantur. quòd si mihi liceret grammaticorum authoritatem in dubium uocare, sanè dicerem non minus חבל cum quinque punctis, quàm חבל cum sex, declarare sunem, & quicquid illud est quo aliquid uincitur, nec pro dolore seu morbo aliter quàm trãslantitiè accipi, idque ita esse apparet ex eo quod 2. Sam. 22. a. 5, & Psal. 18. a 6. quum priore loco scriptum sit חבלי שאול, subijcitur בורסי מות. Scimus autem hanc consuetudinem esse Dauidis, ut plerunque pars una uersiculi alteram explicet. ut mihi quidem probabile uideatur, חבלי & בורסי idem prorsus declarare. Suspicor igitur, Petrum, quum ad hunc Dauidis locum alluderet, חבלי שאול, id est uincula mortis dixisse, Lucam autem Græcam editionem sequutum, pro δεσμοὺς, conuertisse ὠδῖνας: quod si ita est, conuertemus, solutis uinculis mortis, & optimè conueniet tum participium λύσας, tum etiam uerbum ἐφικτὸν ἦν nihilominus ausus sum mutare ex coniectura.

Eo quòd ἐκράτει Vetus interpres, iuxta quod, barbarè & obscurè. Erasmus, quatenus ambiguè. Nam si pro καθ' ὅσον, id est, in quantum, accipias, non conueniet sententia. Idem multo rectius sunt interpretati, Luc. 1. a. 7.

27 Cadauer meum τὴν ψυχήν μου Vel, uitam meam. Est enim quodammodò uita in sepulchro inclusa quandiu corpus illic mortuum iacet. Mihi tamen illa interpretatio uisa est ad hunc locum maximè accommodata, quum sic discrete accipiatur: nomen נפש Leuitici 21. a. 1, ubi Græci interpretes לנפש exposuerunt οὐ τεθνηκυίᾳ ψυχῇ. Vulg. & Eras. animam meam: quæ interpretatio non ijs modò errorem obiecit, qui tradiderunt animas cum corporibus dormire (in quo hallucinatus est etiam Irenæus antiquissimus scriptor) sed alijs quoque nonnullis erroribus aditum patefecit: de quibus proxima annotatione dicemus. In sepulchro εἰς ᾅδην. Heb. לשאול quo uocabulo nemo est qui nesciat sepulchrum notari, שאל. à postulando, quòd noua semper cadauera quodammodo uideatur inexplebili quadam uoracitate postulare. Græci interpretes ᾅδην conuerterunt, quasi locum tenebricosum dicas, quum hoc uocabulo Græci poetæ soleant significare quos Latini inferos uocant. Obiecit hæc amphibolia errorem nonnullis, qui de animæ Christi ad inferos descensu multa non minus certò affirmarunt, quàm si idoneis Scripturę testimonijs hoc dogma confirmaretur. Ita ædificatus est Lymbus, cui postea Purgatorium impositum est. Tandem etiam inuentus est nostra ætate qui Christi animam diceret uere ad loca damnandis nocentibus destinata peruenisse, & ibi peccatorum nostrorũ pœnas luisse. Nam (inquit ille) aliorqui non erit plena ipsius pro nobis satisfactio. Atqui, si ita est, miror cur nõ ipsum etiam Christi corpus ijsdem pœnis subiecerit, si quidem nostrũ corpus non minus est obnoxium pœnis æternis quàm noster animus. Quid uerò? quũ Christus paueret, quũ sanguinis grumos sudaret, quũ se à Deo suo derelictũ contentissima uoce clamaret, nõ luebat ipsius anima pœnas illas peccatis nostris debitas? Sed ad rem redeo. Quũ unius & alterius uocabuli dubia interpretatio tot mõstra peperit, simpliciter malui pro anima, cadauer, pro inferno sepulchrũ dicere, quàm fœdos illos errores fouere.

A δοῦναι δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν.

ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς, πληρώσεις με εὐ- 28 Notas mihi fecisti uias uitæ, replebis me iucunditate cum facie tua.
φροσύνης μετὰ τοῦ προσώπου σου.

ἄνδρες ἀδελφοί, ἐξὸν εἰπεῖν μετὰ παῤῥησίας 29 Viri fratres, licet liberè dicere apud uos de patriarcha Dauid, quòd & obierit & sepultus sit, & monimentum eius sit apud nos usque in hunc diem. *Dauid.* 3. Reg 2 b.10. Infrà 13 b.36.
πρὸς ὑμᾶς περὶ τοῦ πατριάρχου Δαβὶδ, ὅτι καὶ
ἐτελεύτησε, καὶ ἐτάφη, καὶ τὸ μνῆμα αὐτοῦ ἔστιν ἐν
ἡμῖν ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης.

προφήτης οὖν ὑπάρχων, καὶ εἰδὼς ὅτι ὅρκῳ 30 Propheta igitur quum esset, & sciret quòd iureiurando iurasset sibi Deus *se* de fructu lumbi ipsius, quo ad carnem, Christum suscitaturum, *quem* collocaret super sedem eius: Psal. 131. c 11.
ὤμοσεν αὐτῷ ὁ θεὸς, ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ τὸ
κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν χριστὸν, καθίσαι ἐπὶ
τοῦ θρόνου αὐτοῦ.

προϊδὼν ἐλάλησε περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ χρι- 31 Præscius loquutus est de resurrectione Christi, quòd non derelictum sit in sepulchro cadauer eius, neque caro eius senserit corruptionẽ. Psal. 15. c. 10. Infrà 13. c 35.
στοῦ, ὅτι οὐ ἐγκατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδου, οὐδὲ
ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν.

τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ἀνέστησεν ὁ θεὸς, οὗ πάντες 32 Hunc Iesum suscitauit Deus: cuius *rei* omnes nos sumus testes.
ἡμεῖς ἐσμεν μάρτυρες.

τῇ δεξιᾷ οὖν τοῦ θεοῦ ὑψωθεὶς, τήν τε ἐπαγγε- 33 Postquam igitur dextera Dei fuit exaltatus, & promissum Spiritum sanctum accepit à Patre, effudit hoc quod nunc spectatis & auditis uos.
λίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος λαβὼν παρὰ τοῦ
πατρὸς, ἐξέχεε τοῦτο ὃ νῦν ὑμεῖς βλέπετε καὶ
B ἀκούετε.

οὐ γὰρ Δαβὶδ ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανούς, λέγει δὲ 34 Non enim Dauid ascendit in cælos, sed dicit ipse, Dixit Dominus Domino meo, sede ad dextram meam, *Iesus est Christus.* Psal.109.a.1.
αὐτὸς, εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δε-
ξιῶν μου.

ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν 35 Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.
ποδῶν σου.

ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, 36 Certò sciat ergo tota domus Israel, quòd & Dominũ & Christum fecerit illum Deus, hunc *inquam* Iesum quem uos crucifixistis.
ὅτι κύριον καὶ χριστὸν αὐτὸν ὁ θεὸς ἐποίησε, τοῦτον
τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε.

Sines δώσεις Heb. תתן: quod etiam accipitur αὐτὸ τὸ ἰδεῖν καὶ συγχωρῆσαι, ut Genes 31. a. 7. Vulgata ad uerbum, dabis. Sanctum tuum τὸν ὅσιόν σου Hebr. חסידך quod propriè declarat hominem benignum ac liberalem. Sentire ἰδεῖν Hebr. לראות Vulgata & Erasmus ad uerbum, uidere. Sed alibi diximus Videre interdum accipi pro αἰσθάνεσθαι, atque adeò pro πάσχειν, ut Ioann. 8. f. 51. Corruptionem διαφθοράν. Græci interpretes rectè omnino hunc locum expressere. Nam שחת apud Hebræos ideo significat sepulcrum, quòd corpora corrumpat. Itaque dici quidem potest Dominus uidisse שאול uel בור uel סבר no autẽ שחת nisi ἀνάρσως accipias. 28 Notas mihi fecisti Ἐγνώρισάς μοι Id est, aditum mihi ad ueram uitam parefecisti: me denique fecisti ueræ uitæ participem. Nam in hoc dicendi genere, cuius plurima extant exempla præsertim in Psalmis, docere dicitur Deus quos donorum suorum participes facit, & uicissim cognoscere qui Dei benignitatem reipsa sentiunt & experiuntur. 29 Licet ἐξὸν Id est, ἔξεστι, ex Hebræorum id: notissimo omnibus noto. Erasmus autem putauit hoc absolutè poni, ut ferè solet apud Atticos. Ideo uertit, quandoquidem licet, non satis cohærente sententia. 30 Iureiurando iurasset ὅρκῳ ὤμοσεν Hebraicas eiusmodi repetitiones, quibus etiam interdum Attici utuntur, alibi annotauimus non mediocre pondus addere sententiæ. Itaque dicitur C Dominus iureiurando iurasse, id est, non simpliciter, sed solenni quadam formula & conceptis uerbis Dauidi promissid de quo agitur. De fructu lumbi ipsius ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ, Hebraica ueritas Psalmo 132 habet מפרי בטנך id est ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου, e fructu uentris tui, ut uerterunt etiam Græci. Vocant autem Hebræi posteritatem fructum uentris. Quo ad carnem, Christum suscitaturum, τὸ κατὰ σάρκα ἀναστήσαι τὸν χριστὸν, In OEcumenii scholiis & editione Frobeniana legitur ἀναστῆναι, & subijcitur hoc membrum proximè sequenti, hoc modo scilicet, ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ καθίσαι ἐπὶ τὸ θρόνον αὐτοῦ· τὸ κατὰ σάρκα ἀναστῆσαι τὸν χριστὸν, προϊδὼν ἐλάλησεν: quam lectionem non ut deo cur ampl. ct: nõ licet, si καθίσαι & ἀναστῆσαι significatione futuri accipias (ut sunt apud Hebræos frequẽtes istæ permutationes) & ἀναστῆσαι cum Participio προϊδὼν coniungas. Certè ut hanc lectionem non improbem, duæ causæ faciũt: una quòd nisi ita legas, uidetur discerpi testimoniũ ex Psalmo 132: petitũ: altera, quòd uerbum ἀναστήσαι uidetur melius præsenti argumento quadrare, si de resurrectione Christi accipiatur, quàm si ad Christi exortũ ac conceptum referas. Postremò sicut εἰδὼς ad iusiurandũ illud pertinet, ita uidetur aliquid deliderari quod cum participio προϊδὼν cõnectatur. Scio tamen non deesse quæ istis opponãtur. Videtur enim Petrus cum uersiculo illo 11. Psalmi 132, coniungere quod scriptum est 2. Samu. 7. b. 12, ubi utitur Propheta uerbo קום, pro quo Græci interprtes uerterunt ἀναστήσω: neque quicquam impedit quominus uerbũ ἀναστῆναι hoc etiã loco de resurrectione commode accipiatur: quia tum demum etiam dicitur Christum uere genuisse Pater eo die quo illũ suscitauit à mortuis, ut interpretatur Paulus ipse infrà 13. c. 33, ut quidem is locus explicari solet. Postremò participiũ προϊδὼν cõmodissimè cum ijs quæ sequuntur, construi potest. Itaque eam lectionem sum amplexus quam in omnibus uetustis codicibus inueni. Notandum est tamen, in Vulgata editione totũ hoc membrum deesse. Sic enim in ea legitur, quia iureiurando iurasset illi Deus de fructu lumbi eius sedere super sedem eius: Prouidens loquutus est. Postremò sciendũ est, Carnis appellatione ferũ formã intelligi, quã accepit Filius Patri æqualis, id est, ueram hominis naturã, non tamen quatenus corrupta est, sed quatenus res est à Deo creata, ut fieret Adam secũdus e cælo in Spiritum uiuificantem. *Quem* collocaret καθίσαι Heb. לחשית Vulgata & Erasmus Sedendi uerbo uti maluerunt: sed mihi quidem uidetur uerbum actiuum respondere uerbo חשית, quo utitur ipse Dauid Psal. 132. b. 11.

32 Cuius *rei* cũ Sic placuit interpretari, quasi scilicet neutro genere ponatur, potius quàm uel ad Christum, uel ad Deum referre: quæ tamen expositiones possunt etiam conuenire. 33 Dextera τῇ δεξιᾷ Heb. בימין pro uirtute ac potentia, ut Psalmo 44. a. 4. Et promissum Spiritum sanctum accepit τὴν τε ἐπαγγελίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος λαβὼν Vulgata & Erasmus, promissione Spiritus sancti accepta. quem Hebraismũ exposuimus Matth. 24. b. 15, & suprà uersu 24. reiecimus autẽ hoc loco, propter amphiboliam. 35 Ponam κάθου Hebraismus, pro reddã & efficiam, ut declarauimus Matt. 22 d. 44. 36 Fecerit ἐποίησε Id est, constituerit, ac in eum gradũ euexerit, ut si quis dicatur Rex aut potens Imperator factus. Quod igitur Arriani hunc etiam locum proferebant, ut docerent tempus fuisse quo Christus non erat, si

quidem eum fecit Deus, ita est non modò impiè, sed etiam ineptè dictum, ut ne mereri quidem responsum uideatur. Nam præter quam quòd in tota hac concione Petrus de Christo ut homine loquitur, quatenus scilicet mortuus ac sepultus resurrexit, & in cælos ascendit, nimirum sese istorum ruditati accommodans (qua ratione meritò dici potest à Deo factus ex Dauidis carne) illud etiam constat, Faciendi uerbum hoc loco non referri ad *οὐσίαν*, sed ad *ποιότητα*.

A

Hunc *in quam* Iesum *τοῦτον τὸν Ἰησοῦν* In superiore membro fieri potest ut redundet pronomen *αὐτὸν*, ex idiotismo Hebræorum. Ideo expunxit Erasmus. Sed quum post *ἐποίησε* adscripta sit distinctio in omnibus codicibus, puto non redundare, & hæc potius per epanalepsin explicanda: cuius exempla annotauimus Iohan 1. c. 19. & alibi sæpe: sic etiam in altera Petri concione, infrà 10. f. 37.

37 *His* autem auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum ac reliquos Apostolos, Quid faciemus, uiri fratres?

ἀκούσαντες δὲ κατενύγησαν τῇ καρδίᾳ, εἶπόν τε πρὸς τὸν Πέτρον καὶ τοὺς λοιποὺς ἀποστόλους, τί ποιήσομεν ἄνδρες ἀδελφοί.

Pœnitentia. Baptismus. Remissio peccatorum.

38 Petrus autem ait ad eos, Resipiscite, & baptizetur unusquisq; uestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum: & accipietis donum Spiritus sancti.

Πέτρος δὲ ἔφη πρὸς αὐτούς. μετανοήσατε, καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ χριστοῦ, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Promissiones de Christo Iudæis & Gentibus.

39 Vobis enim *facta est*, promissio, & liberis uestris, & omnibus qui longè sunt, quoscunque *scilicet uos* aduocauerit Dominus Deus noster.

ὑμῖν γάρ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία, καὶ τοῖς τέκνοις ὑμῶν, καὶ πᾶσι τοῖς εἰς μακρὰν, ὅσους ἂν προσκαλέσηται κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν.

Doctrina. Communicatio Fractio panis. Oratio.

40 Alijsq; sermonibus plurimis obtestabatur, & exhortabatur eos, dicens, Eripite *uos* à natione ista praua.

ἑτέροις τε λόγοις πλείοσι διεμαρτύρετο καὶ παρεκάλει, λέγων, σώθητε ἀπὸ τῆς γενεᾶς τῆς σκολιᾶς ταύτης.

41 Qui ergo libenter acceperunt sermonem eius, baptizati sunt: & addita sunt *Ecclesiæ* die illo capita quasi ter mille.

οἱ μὲν οὖν ἀσμένως ἀποδεξάμενοι τὸν λόγον αὐτοῦ, ἐβαπτίσθησαν, καὶ προσετέθησαν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ψυχαὶ ὡσεὶ τρισχίλιαι. B

42 Erántque perdurantes in doctrina Apostolorum & communicacione, & fractione panis, & orationibus.

ἦσαν δὲ προσκαρτεροῦντες τῇ διδαχῇ τῶν ἀποστόλων, καὶ τῇ κοινωνίᾳ, τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου, καὶ ταῖς προσευχαῖς.

43 Obortus est autem omnibus timor, multáq; prodigia & signa per Apostolos ædebantur.

ἐγένετο δὲ πάσῃ ψυχῇ φόβος· πολλά τε τέρατα καὶ σημεῖα διὰ τῶν ἀποστόλων ἐγίνετο.

44 Omnes autem qui credebant, erant eodem *loci*, & habebant omnia communia:

πάντες δὲ οἱ πιστεύοντες ἦσαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ εἶχον ἅπαντα κοινά,

45 Possessiones ac facultates uendebant, ac dispertiebant ea omnibus, prout cuiq; opus erat.

καὶ τὰ κτήματα καὶ τὰς ὑπάρξεις ἐπίπρασκον, καὶ διεμέριζον αὐτὰ πᾶσι, καθότι ἄν τις χρείαν εἶχε.

Vnanimitas. Panis.

46 Et quotidie perdurantes concorditer in templo, ac frangentes domi panem, capiebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis.

καθ' ἡμέραν τε προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν ἐν τῷ ἱερῷ, κλῶντές τε κατ' οἶκον ἄρτον, μετελάμβανον τροφῆς ἐν ἀγαλλιάσει καὶ ἀφελότητι καρδίας.

39 Promissio *ἐπαγγελία* Vel, pollicitatio. Neque enim desunt qui inter Polliceri & Promittere hoc discrimen statuant, quasi illud de eo quod ultro promittas, istud uerò de mutua stipulatione dicatur. Est autem notanda hæc propria significatio *ἐπαγγελίας* à doctissimo Budæo obseruata, quæ scilicet gratuitum Dei promissum declarat. Vulgata & Erasmus repromissionem interpretatur, nescio qua ratione adducti. 40 Obtestabatur *διεμαρτύρετο*, Id est, interposita Dei authoritate, atque adeò per ipsius Dei nomen monebat, ut præscribit Timotheo suo Paulus 2. Tim. 2. b. 14. Vulg. & Eras. testificatus est, id est, palàm ac aperte testatus: quæ significatio uidetur hoc quidem loco non satis expressa.

C

Eripite *uos σώθητε* Heb. הושׁיעו in Niphal reciproca transitione, pro quo Vulg. uertit, saluemini, barbarè. Erasm. seruemini, magis quidem Latino uocabulo, sed non minus incommodè. 41 Capita *ψυχαὶ* Heb. נפשות id est, animæ, ut Vulgata & Erasmus ad uerbum interpretatur. quod dicendi genus mutauimus, ne cui imperito errorem obiiceret.

42 Et communicatione *καὶ κοινωνίᾳ*, Vel communione. Intelligitur autem uocabulo idipsum quod postea explicat, illa scilicet facultatum communicatio, & alia mutuæ coniunctionis officia. Sic enim accipitur *κοινωνία*, pro charitate scilicet ac liberalitate, Rom. 15. f. 26. & 2. Corin. 9. d. Heb. 13. c 16. Pro Sacris uerò mysteriis nusquam legi in Nouo testamento absolutè positum hoc nomen. Vetus interpres conuertit, & communicatione fractionis panis, id est, *καὶ κοινωνίᾳ κλάσεως τοῦ ἄρτου* quod nusquam inuenio. Et fractione panis. *καὶ κλάσει τοῦ ἄρτου*, Nouum genus dicendi in re noua usurpandum fuit. Nouum autem appello, Græcorum ac Latinorum auribus inauditum, priusquam Christi Ecclesiæ accenserentur. Cæterum apparet, ex Hebræorum more, qui Panis appellatione omnem cibum intelligunt, & panibus utebantur latioribus ac minus spissis, ut frangerentur potius quam cultris secarentur, factũ esse ut mutuus conuictus, ipsáque adeò conuiuia, quæ unà agitare solebant, nomine fractionis panis intelligerentur. In illis autem conuiuijs quæ Agapas uocabant, & quorum fortasis fit mentio Iudæ b. 12, solitos etiam fuisse sacram Domini Cœnam usurpare, liquet ex ijs quæ scribit Paulus 1. Cor. 11, eam consuetudinem iam tum conatus emendare, quæ multis corruptelis erat deprauata. qua de re agit Tertullianus in Apologetico cap. 39. 43 Omnibus *πάσῃ ψυχῇ* Id est, *πᾶσι*. Est enim Hebræa synecdoche ac periphrasis, nequis in Animæ nomine aliquid mysterij subesse putet. Vulgata & Erasmus ad uerbum, omni animæ.

44 Eodem *loci ἦσαν τὸ αὐτὸ*, Vel simul, ut infrà 3. a. 1. Vulg. pariter. Erasmus, coniunctim. Ego uerò communes Ecclesiæ cœtus ita existimo significari, quia *εἶναι ἐπὶ τὸ αὐτὸ* pro consentire nusquam legi: neque tamen illam animorum consensionem tollo, sed stabilio potius. Sunt enim Ecclesiastici cœtus communis concordiæ uincula. 45 Possessiones ac facultates *τὰ κτήματα καὶ τὰς ὑπάρξεις* Quanuis utroque hoc uocabulo in genere declaretur quicquid quispiam in bonis habet, puto tamen hoc loco *ὑπάρξεις* uocari mouentia, quæ uocant, bona: *κτήματα* uerò *τὰ χωρία*, id est, prædia ac possessiones. Ita enim hoc uocabulum explicatur infrà 5. a. 1. & 3. 46 Frangẽtes panem *κλῶντες ἄρτον*, Id est, uescentes. ut paulo antè expositum. Quod igitur Græca scholia ex hoc loco eliciunt, parcè ac frugaliter uixisse, uerum quidem est, sed non satis solido fundamento nititur, quum hæc formula apud Hebræos etiam in solennibus & lautis conuiuijs usurpetur, ut Gen. 43. g. 25, & f. 34, & alibi sæpe. Domi *κατ' οἶκον* Græca scholia *οἴκῳ* interpretatur *τὸ ἱερὸν*. id est, templum:

A plum: quam declarationem non admitto. Nam manifestè opponuntur *οἰ τῷ ἱερῷ & κατ' οἶκον*, sicut etiam infrà 5.g.42. Vulg. circa domos, id est, *περὶ τοὺς οἴκους*: quæ expositio no indiget refutatione. Eras. per singulas domos, quem cur nõ sequerer, his causis sum adductus. Primum enim si singulæ domus significarentur, potius scribendum erat *κατ' οἴκους*, ut infrà 8.a.3, & 20.d.20. quanuis interdum quoque sic accipiatur *κατὰ*, ut Tit.1.b.5. Deinde quũ (ut antè dixi) & ex 1. Cor. 11. capite ac ueterũ scriptis apparet) illis Agapis, id est, cõmunibus conuiuijs, Cœnã quoq; Domini adiungerent, & ista panis fractio (ut mihi quidẽ uidetur) non posset diuersa censeri ab ea cuis paulo antè facta est mẽtio, quin manifesta uis Lucæ uerbis afferatur: sacrilegium fuisset, sacrosanctum illud epulum, quod unius corporis est symbolum, cum cœnis priuatis confundere. Sic autem accipi *κατὰ* nõ tanquam distributiuum, sed pro *ἀνὰ* præpositione, ita ut *κατ' οἶκον* nihil aliud declaret quàm *ἀνὰ οἶκον*, cui opponatur *οἱ τῷ ἱερῷ*, liquidò constat ex aliis plurimis exẽplis, ut Rom.16.a.5, & 1. Cor.16.d 19. Colos. 4.d.15, ad Philem.a.2. Quòd si quis hic roget, ecquid in unam domum conuenirent: respondeo, mihi quidem probabile uideri, quandiu id facere licuit, in unam sanè domũ conuenisse. quod non modò probabile est, sed etiam prorsus apparet ex ijs quæ scribuntur infrà 4.c.23, & f.31, & 19.b.9, & 20.b.7. Item 1. Cor.11.d.20. unde ministerium illud mẽsarum, cuius causa initio constituti fuerunt diaconi infrà capite 6. Postea uero quum maior iam esset multitudo quàm ut uno in loco cõmodè posset conuenire, non dubito quin ut rite & ordine omnia fierent, Ecclesia in uarios cœtus fuerit distributa, unde ortum Paroeciarum nomen. Capiebant cibum *μετελάμβανον τροφῆς* Erasmus, inuicem capiebant cibum. Ego uerò malim dicere, una capiebant cibum, si quidem libeat præpositionem *μετὰ* ad communem illum uictum referre. Cum exultatione *οἱ ἀγαλλιάσει*: Poni *οἱ* pro *σὺν* ex Hæbræorum idiotismo, alibi obseruauimus. Sed hæc in quibusdam exemplaribus constituuntur cum uerbo *μεταλάμβανον*, in alijs uerò cum participio *αἰνοῦντες*. Et simplicitate cordis *καὶ ἀφελότητι καρδίας*. Simplicitatẽ cordis uocat quę à Græcis dicitur etiã *ἁπλότης*, unde *ἀπλῶς*: id est *ἁγίως καὶ εἰλικρινῶς*. sed hæc significatio accommodanda est ad id de quo agitur. Itaque his uocabulis declaratur, omnia inter illos bona fide gesta fuisse initio, nullos fuisse *μεμψιμοίρους*, nullas exquisitas delitias, quosuis de suo libenter & alacri animo cum fratribus communicasse: quod Paulus 2. Corint. 9.d.13. uocat *ἁπλότητα κοινωνίας*: uere denique; fuisse *δικαίους ἐπὶ γῆς*, ut loquitur Homerus. Sed summa ista pax & cõiunctio ne in his quidem conuiuijs quibus præerant Apostoli, integra einsi potuit, ut apparet ex initio capitis sexti, & ijs quæ commemorat Paululus 1. Corinth 11. capite. Sic etiam ueterum monachorum cœnobia in superstitionum & omnium uitiorum lustrã degenerarunt.

αἰνοῦντες τὸν θεὸν, καὶ ἔχοντες χάριν πρὸς
B *ὅλον τὸν λαόν. ὁ δὲ κύριος προσετίθει τοὺς σῳζομένους καθ' ἡμέραν τῇ ἐκκλησίᾳ.*

47 Laudantes Deum, & habẽtes gratiam apud totum populum. Dominus autẽ addebat quotidie Ecclesiæ qui salui fierent.

ΚΕΦΑ. γ'.

CAP. III.

Ἐπὶ τὸ αὐτὸ δὲ Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀνέβαινον εἰς τὸ ἱερὸν, ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐνάτην.

1 POrrò Petrus & Ioannes simul ascendebãt in templum, sub horam precationis, nempe nonam. *Claudus sanatur in nomine Christi.*

καί τις ἀνὴρ χωλὸς ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ὑπῆρχεν βαστάζετο, ὃν ἐτίθουν καθ' ἡμέραν πρὸς τὴν θύραν τοῦ ἱεροῦ τὴν λεγομένην ὡραίαν, τοῦ αἰτεῖν ἐλεημοσύνην παρὰ τῶν εἰσπορευομένων εἰς τὸ ἱερόν.

2 Quidam autem claudus ex aluo matris suæ, baiulabatur, quẽ ponebant quotidie ad portam templi quæ dicitur Speciosa, ut peteret eleemosynam ab ijs qui ingrederentur in templum.

ὃς ἰδὼν Πέτρον καὶ Ἰωάννην μέλλοντας εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν, ἠρώτα ἐλεημοσύνην λαβεῖν.

3 Is quũ uidisset Petrũ ac Ioannẽ ingressuros in templum, rogauit ut eleemosynã acciperet.

ἀτενίσας δὲ Πέτρος εἰς αὐτὸν σὺν τῷ Ἰωάννῃ, εἶπεν, Βλέψον εἰς ἡμᾶς.

4 Intentis autem in eum oculis Petrus cum Iohanne, dixit, Aspice in nos.

ὁ δὲ ἐπεῖχεν αὐτοῖς, προσδοκῶν τι παρ' αὐτῶν λαβεῖν.

5 Ille igitur intendebat eis, sperans se aliquid ab eis accepturum.

εἶπε δὲ Πέτρος· ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑ-
C *πάρχει μοι. ὃ δὲ ἔχω, τοῦτό σοι δίδωμι, ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Ναζωραίου ἔγειραι καὶ περιπάτει.*

6 Petrus autem dixit, Argentum & aurum nõ est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do, In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. *Argentum. Aurum.*

καὶ πιάσας αὐτὸν τὴν δεξιὰν χεῖρα, ἤγειρε. παραχρῆμα δὲ ἐστερεώθησαν αὐτοῦ αἱ βάσεις καὶ τὰ σφυρά.

7 Et prehensa manu eius dextera, erexit *eum*: illico uerò confirmati sunt pedes ipsius ac malleoli.

47 Habentes gratiã *ἔχοντες χάριν* Id est, grati & accepti populo. Sic Plinius lib.19. cap.1, Candor æquè in Fauentinis, sed Ianugo nulla: quod apud alios gratia, apud alios offensione habet. Ecclesiæ, *ἐκκλησίᾳ*, Erasmus hoc loco uertit, cõgregationi. In plerisque autem Veteris editionis codicibus deest hoc nomen, quod tamen in omnibus Græcis inuenio.

IN CAPVT III.

1 Simul *ἐπὶ τὸ αὐτὸ* Hoc in Vetere editione Latina attexitur superiori capiti, & in duobus etiam Græcis codicibus. Sub horam *ἐπὶ τὴν ὥραν* Sic Thucyd. *ἐπὶ τὴν ἕω*, sub auroræ exortum. Vulg. & Eras. ad horam. *Nempe* nonam *τὴν ἐνάτην*. Nisi hoc addas aut aliquid simile, uidebuntur horæ minimùm nouem constitutæ ad habendas preces, quum potius significetur horam nonam fuisse precationi consecratam, nempe sacrificio uespertino. Neque tamen Apostoli ad sacrificium conueniebant, quum scirent, uerum illum Agnum, qui tollit peccata mundi, suo sacrificio, Legis umbras deleuisse: sed aderant potius ut hoc ipsum docerent, nempe id esse reipsa exhibitum quod cæremoniæ Legis adumbrarant. neque tamen dubito quin sese quoad eius fieri potuit, Legis cæremonijs accommodarint tantisper dum infirmos ac rudes Christo lucrifacerent. Sed quorsum hoc ad illorum errorem confirmandum, qui diabolicis blasphemijs non dubitant se polluere, & nihilominus isti impietati charitatem proximi prætexunt? 5 Intendebat *ἐπεῖχεν* Stue attendebat, animo scilicet & oculis. Vide infrà Philipp. 2.c.16: quem locum interpretes fœdè corruperunt. 7 Confirmati sunt *ἐστερεώθησαν* Vulg. & Eras. uti maluerunt Consolidandi uerbo, quod uidetur Iurisconsultis peculiare. Pedes ipsius *αὐτοῦ αἱ βάσεις* Vulg. bases conuertit. Eras. plantas. Pollux ex Platone *βάσεις* interpretatur. Est enim tibia quasi columnæ instar, cui subijcitur pes pro basi. Ac malleoli *καὶ τὰ σφυρά*. Vulg. interpretatur plantas, id est, *τυλώματα*, imperitè. Eras. talos conuertit, id est *ἀστραγάλους*, quum hoc uocabulo declarentur *τὰ ἀπολήγοντα πρὸς τῷ ἀστραγάλῳ καὶ ἐν πλαγίοις ἐξέχοντα*, id est, extrema illa quæ ad talum desinunt & ad latera extuberant, processus nimirum illi appendicum ossium quæ tibiam constituunt, quos Græci *σφυρά*, Latini malleolos uocant, quòd mallei speciem quodammodo repræsentent. Nos in uernaculo sermone pedis caullas, id est clauos, uocamus, quòd in illa uertebra pes uertatur, quæ nisi firma fuerit, gradi non possis. Quidam crura & talos conuertit: & fateor quidem interdum à parte totum significari, sed tamen non uideo cur id facere necesse fuerit hoc loco.

Laus Dei.

Et exiliens stetit,& ambulauit, ac ingressus est cum eis in templum,ambulans & saliens,ac laudans Deum.

καὶ ἅλλομενος ἐστη, καὶ περιεπάτει, καὶ εἰσῆλθε σὺν αὐτοῖς εἰς τὸ ἱερὸν, περιπατῶν καὶ ἁλλόμενος, & αἰνῶν τὸν θεόν. 8 A

Viditque eum totus populus ambulantem ac laudantem Deum.

καὶ εἶδεν αὐτὸν πᾶς ὁ λαὸς περιπατοῦντα, καὶ αἰνοῦντα τὸν θεόν. 9

Agnouerúntque eum, quòd esset is qui ad *petendam* eleemosynam sedebat ad Speciosam portam templi:& impleti sunt pauore & stupore super eo quod contigerat ei.

ἐπεγίνωσκόν τε αὐτὸν, ὅτι οὗτος ἦν ὁ πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην καθήμενος ἐπὶ τῇ ὡραίᾳ πύλῃ τοῦ ἱεροῦ, καὶ ἐπλήσθησαν θάμβους & ἐκστάσεως ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι αὐτῷ. 10

Quum teneret autẽ qui sanatus fuerat claudus Petrum & Iohannem, currit totus populus ad eos in porticum quę appellatur Salomonis, expauefactus.

κρατοῦντος δὲ τὸν ἰαθέντα χωλὸν τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην, συνέδραμε πρὸς αὐτοὺς πᾶς ὁ λαὸς ἐπὶ τῇ στοᾷ τῇ καλουμένῃ Σολομῶντος, ἔκθαμβοι. 11

Quo uiso Petrus respondit ad populum, Viri Israelitæ,quid miramini super hoc? aut quid intentos oculos in nos habetis, quasi nostra ui aut pietate effecerimus ut hic ambularet?

ἰδὼν δὲ ὁ Πέτρος, ἀπεκρίνατο πρὸς τὸν λαόν· ἄνδρες Ἰσραηλῖται, τί θαυμάζετε ἐπὶ τούτῳ, ἢ ἡμῖν τί ἀτενίζετε, ὡς ἰδίᾳ δυνάμει ἢ εὐσεβείᾳ πεποιηκόσι τοῦ περιπατεῖν αὐτόν; 12

Deus ille Abraham & Isaac & Iacob, Deus *inquam* Patrũ nostrorum glorificauit filium suũ Iesum,quẽ uos prodidistis & abnegastis in cõspectu Pilati,quũ ille iudicasset esse absoluẽdũ.

ὁ θεὸς Ἀβραὰμ & Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν ἐδόξασε τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς παρεδώκατε, καὶ ἠρνήσασθε αὐτὸν κρίνοντος ἐκείνου ἀπολύειν· B 13

Vos autem Sanctũ illum & iustũ negastis,& postulastis ut homicidã gratificaretur uobis.

ὑμεῖς δὲ τὸν ἅγιον & δίκαιον ἠρνήσασθε, καὶ ᾐτήσασθε ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι ὑμῖν, 14

Authorem uerò uitæ trucidastis, quẽ Deus excitauit à mortuis: cuius *rei* nos testes sumus.

τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀπεκτείνατε, ὃν ὁ θεὸς ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, οὗ ἡμεῖς μάρτυρές ἐσμεν. 15

Testes resurrectionis.

Et per fidem in nomen ipsius,hũc quem spectatis ac nostis, confirmauit nomen ipsius: fides inquam quæ per ipsum *est*, dedit isti integritatem hanc in conspectu omnium uestrum.

καὶ ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, τοῦτον ὃν θεωρεῖτε καὶ οἴδατε, ἐστερέωσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, & ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ ἔδωκεν αὐτῷ τὴν ὁλοκληρίαν ταύτην ἀπέναντι πάντων ὑμῶν. 16

Fides.

Ignorantes Iudæi.

Sed nunc fratres, scio quòd per ignorantiã fecistis,sicut & principes uestri.

& νῦν ἀδελφοί, οἶδα ὅτι κατὰ ἄγνοιαν ἐπράξατε, ὥσπερ & οἱ ἄρχοντες ὑμῶν. 17

Deus autem quæ prænuntiauerat per os omnium Prophetarum suorum, Christum passurum,ita impleuit.

ὁ δὲ θεὸς ἃ προκατήγγειλε διὰ στόματος πάντων τῶν προφητῶν αὐτοῦ παθεῖν τὸν χριστὸν, ἐπλήρωσεν οὕτω. 18

Scripturæ impletæ. Pœnitentiam.

Resipiscite igitur,& conuertimini, ut deleantur peccata uestra,postquam uenerint tẽpora refrigerationis à conspectu Domini.

μετανοήσατε οὖν, καὶ ἐπιστρέψατε, εἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι ὑμῶν τὰς ἁμαρτίας, ὅπως ἂν ἔλθωσι καιροὶ ἀναψύξεως ἀπὸ προσώπου τοῦ κυρίου. 19

11 Quum teneret autem qui sanatus fuerat claudus,κρατοῦντος δὲ τὸν ἰαθέντος χωλὸν,Sic constanter legitur in omnibus Græcis codicibus quos inspeximus,& apud OEcumenium quoque.Veteris autem editionis codices duobus modis hic sunt deprauati.Alij enim habent,quum uiderent autem,id est,ἰδόντες δὲ,alij,quum tenerent,κρατοῦντες δὲ, & totum illud τὸν ἰαθέντος χωλὸν prætermittunt.κρατεῖν autem hoc loco non declarat prehendere,sed ita tenere ut tibi elabi non finas.quod arguit,claudum istum uel eorum amore à quibus curatus fuerat,uel fortasis metu ne si eos ex oculis semel amisisset,iterum claudus fieret,ab eorum latere nõ discessisse. 12 Aut pietate ἢ εὐσεβείᾳ In quibusdam exemplaribus Vulgatæ editionis legitur,aut potestate,id est,ἢ ἐξουσίᾳ:quæ lectio non displicet Erasmo,ac ne mihi quidem,quãnis nullius codicis Græci authoritate confirmetur.Neque tamen illa inepta est:sic enim colligebat turba,ut Nicodemus Ioh.3.a.2,& Cæcus ille oculatissimus Ioh.9.f.31,Peccatores,inquit,Deus non exaudit:sed si quis est θεοσεβὴς, id est Dei cultor,& uoluntati eius pareat,hunc audit.quod ne Homerus quidem ignorauit,quum suum Achillem induceret dicentem,Ὅς κε θεοῖς ἐπιτείθηται, μάλιστ' ἐπίκλυον αὐτοῦ 16 Et per fidem in nomen ipsius, Καὶ ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ.Miror quid hic uenerit in mentẽ Erasmo doctissimo uiro, ut nodum in scirpo quæreret.Incertum est(inquit) quid referat αὐτοῦ,& quis sit nominatiuus uerbi ἐστερέωσε, & ὄνομα rectus sit casus an accusatiuus. Ego uerò non uideo quí uel ambigere possit quisquam quin hæc sit legitima & naturalis horum uerborum constructio, Καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐστερέωσε τοῦτον ὃν θεωρεῖτε καὶ οἴδατε ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ.Id est,Et nomen ipsius(quem scilicet Deus à mortuis excitauit)istum quem spectatis & nostis,confirmauit per fidem nominis ipsius.id est,quia fide amplexus est illum à mortuis excitatum,cuius nomen ex nobis audiit.Aliæ autem duæ interpretationes quas Erasmus affert,non uideo qua tandẽ ratione possint ex Petri uerbis elici.Cæterum ut planior sit huius loci explicatio,sciendum est ἐπὶ(quæ particula respõdet literæ Hebræorum ב)idem hic declarare atque διὰ,nimirum instrumentalem causam.Deinde πίστις ὀνόματος passiuè dici fidem quæ habetur ipsius nomini,ut Marci 11.c.22,& Rom.3.c.22.Postremò nomen Christi pro Christo ipso poni,sicut Dei nomen pro Deo:quæ periphrasis minimè est otiosa.Ita enim significatur mutua quædam relatio inter Deum & Verbum,cuius prædicatione sese patefacit mundo,ut eam demum fidem esse sciamus quæ est ex γ erbi auditu. Fides inquam quæ per ipsum est,πίστις ἡ δι' αὐτοῦ,Vt hic locus commodè possit intelligi,conferat lector quæ scripta sunt 1.Pet.1.d.21. Integritatem ὁλοκληρίαν Heb.תמימים,ut Esa.1.a.6.Opponitur autem corpus integrum uitioso apud Ciceronem lib.de Diuinat.1.& apud Celsum uitiosus sanguis integro.Sic Virgilius,-uos ô quibus integer æui Sanguis,ait,solidæque suo stant robore uires.Vnde apud Ciceronem 5.de Finibus,integritas corporis pro ualetudine dicitur. Vulgata, integram sanitatem.Irenæi interpres,incolumitatem.Nam Irenæum puto Græcè scripsisse. 19 Postquam uenerint ὅπως ἂν ἔλθωσι Hic locus à plurimis interpretibus mirum est quàm uariè sit explicatus. Vetus enim interpres conuertit

A ut quum uenerint, id est ὅπως ἔτερ, non ὅπως ὅτε, ut tradidit Erasmus. Tertullianus, ut ueniant uobis. ὅπως ἐλθωσιν ὑμῖν. Irenæi interpres, ueniant, καὶ ἔλθωσι. Erasmus anantrapodoton esse putat, aut ὅπως ἂν poni pro Vtcunque. Atqui ὅπως ἂν nihil aliud declarat quàm ἐπειδήπερ, id est, postquam, quod idoneorum scriptorum authoritate facile potest confirmari. Sic enim Herodotus in Cho, ὅπως μὲν οὖν οὐ τὴν γυναῖκας ἀδικέοντι σφέας αὐτοὺς ἐπιστέαλε τὸν θεόν ἐλόντο μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν θείων ὅπως ἔφερε. Idem eodem libro, ὅπως δὲ ἐδίωκε ὁ Ἀλεξάνης τὰ Πέρσεων πρήγματα ἀπίσω ἐποιήσατο. Sophocles Tyranno, ὅπως γὰρ ὀργὴ χρωμένη παρῆλθ' ἔσω, id est, ἐπειδὴ δ' ὅπως εἰσῆλθ' ἐπῆρξεν ἔσω. Ex quibus exẽplis apparet, sicut ὅπως & ὡς sunt synonyma, quando conunctiones sunt & τελικῶς ponuntur, sic etiam utrunque interdum esse temporis aduerbium. Idem igitur declarat ὅπως ἂν hoc loco atque ὡς ἂν 1. Cor. 11. g. 34 ut non possim satis mirari, interpretes tam multos, ac præsertim Erasmum, in hoc loco conuertendo sic potuisse hallucinari.

καὶ ἀπόστειλῃ τὸν προκεχειρισμένον ὑμῖν Ἰησοῦν,

20 Et miserit eum qui antè prædicatus est uobis Iesum Christum.

ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων ὧν ἐλάλησεν ὁ θεὸς διὰ στόματος πάντων ἁγίων ἀπ' αἰῶνος.

21 Quem oportet quidem cælo capi usque ad tempora restitutionis omnium, quæ *tempora* prædixit Deus per os omnium sanctorum suorum à seculo Prophetarum.

Μωσῆς μὲν γὰρ πρὸς τοὺς πατέρας εἶπεν· ὅτι προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν, ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ, αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα, ὅσα ἂν λαλήσῃ πρὸς ὑμᾶς.

22 Moses etenim ad patres dixit, Prophetam suscitabit uobis Dominus Deus uester ex fratribus uestris, sicut me: audietis eum in omnibus quæ loquutus fuerit uobis. *Mosis de Christo Prophetia.* Deut. 18. e. 15. infrà 7. c. 37

ἔσται δὲ πᾶσα ψυχή, ἥτις ἂν μὴ ἀκούσῃ τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ.

23 Futurum est autem ut quisquis non audierit Prophetam illum, disperdatur è populo. *Audiendus Christus.*

B καὶ πάντες δὲ οἱ προφῆται ἀπὸ Σαμουὴλ καὶ τῶν καθεξῆς, ὅσοι ἐλάλησαν, καὶ προκατήγγειλαν τὰς ἡμέρας ταύτας.

24 Sed & omnes Prophetæ à Samuele & ijs qui deinde *sequuti sunt*, quotquot loquuti sunt, etiã prænuntiarunt dies istos.

ὑμεῖς ἐστε υἱοὶ τῶν προφητῶν καὶ τῆς διαθήκης, ἧς διέθετο ὁ θεὸς πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, λέγων πρὸς Ἀβραάμ· καὶ τῷ σπέρματί σου ἐνευλογηθήσονται πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῆς γῆς.

25 Vos estis filij Prophetarũ ac pacti quod pactus est Deus erga Patres nostros, dicens ad Abrahã, Et in semine tuo benedictionem cõsequentur omnes familiæ terræ. Gen. 22. a. 1. Galat. 3. b. 8.

ὑμῖν πρῶτον ὁ θεὸς ἀναστήσας τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν, ἀπέστειλεν αὐτὸν εὐλογοῦντα ὑμᾶς ἐν τῷ ἀποστρέφειν ἕνα σον ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν.

26 Vobis primùm Deus suscitatum filium suũ Iesum misit, qui benediceret uobis, unumquenque auertendo ab ipsius sceleribus. *Pœnitentia.*

CAP. IIII.

Ἀλλοῦντων δὲ αὐτῶν πρὸς τὸν λαὸν, ἐπέστησαν αὐτοῖς οἱ ἱερεῖς καὶ ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ καὶ οἱ Σαδδουκαῖοι

1 LOquentibus autem ipsis ad populum, superuenerunt Sacerdotes ac præfecti templo & Sadducæi, *Petrus cum Iohanne incarceratur.*

διαπονούμενοι διὰ τὸ διδάσκειν αὐτοὺς τὸν λαὸν, καταγγέλλειν ἐν τῷ Ἰησοῦ τὴν ἀνάστασιν τὴν ἐκ νεκρῶν.

2 Multum laborantes quòd docerent populum, & annuntiarent in nomine Iesu resurrectionem.

καὶ ἐπέβαλον αὐτοῖς τὰς χεῖρας, καὶ ἔθεντο C εἰς τήρησιν εἰς τὴν αὔριον. ἦν γὰρ ἑσπέρα ἤδη.

3 Et iniecerunt eis manus, posuerúntque eos in custodiã in posterũ diẽ: nã erat iamuespera.

πολλοὶ δὲ τῶν ἀκουσάντων τὸν λόγον, ἐπίστευσαν, καὶ ἐγενήθη ὁ ἀριθμὸς τῶν ἀνδρῶν ὡσεὶ χιλιάδες πέντε.

Multi uerò eorum qui audierant sermonẽ, *Fides.*
4 crediderunt: & factus est numerus uirorum quasi quinquies mille.

20 Qui antè prædicatus est τὸν προκεχειρισμένον Veteres omnes Græci codices quos uidimus, scriptum habebãt προκεχειρισμένον, id est, repta sentatum ac uelut expromptum, uel destinatum ac designatum. Sic enim accipitur uerbum προχειρίζεσθαι infrà 22 c. 14. & huc pertinet quod ait Paulus, Christum fuisse Circumcisionis ministrum. 21 Cœlo capi τὸν οὐρανὸν δέχεσθαι id est, cõmeri. Nam (ut alibi diximus) apud Hebræos uno uerbo posito sæpe intelligitur coteque, ut quũ ἐξελθεῖν pro Venire ponitur, & similia multa quæ suis locis annotauimus. Quod autem passiuum dicendi genus potius quam actiuum usurpauerimus, factum est à nobis ut amphibolia omnis uitaretur. Nam operæpretium est in Ecclesia Dei extare perpicuum hoc testimonium, aduersus istos, qui pro eo quòd fide ascendẽdum est nobis in cælos, ut capiti nostro cõungamur, Christum nerum è cœlo, ueluti louem quendam Ebcium, non modò censent, sed etiam pertinacissime tuentur nobis euocandum. Quæ *tempora* ὧν Hæc particula necessariò cohæret uel cum χρόνων uel cum πάντων: cũ isto uerò conungi no potest, quin uideatur exceptionis uim habere: quasi scilicet non sint restituenda omnia, sed quædã duntaxat quæ prædixit Dominus: quæ sententia cũ uerbo Dei non consentit. Ergo ad χρόνων referẽda est: quod ut planius esset, antecedens ipsum repetij. Prædixit ἐλάλησεν Vulg. & Eras. loquutus est: quod dicendi genus non satis uidetur conuenire Latino sermoni. Ideo sortasis Vetus interpres conuertit, de quo loquutus est, id est, περὶ οὗ ἐλάλησεν. Legimus tamen in uno exemplari περὶ ὧν ἐλάλησεν, de quibus loquutus est. 23 Disperdatur ἐξολεθρευθήσεται id est, ex populo expungatur exilio deuotus. Vulgata & Erasmus uti maluerunt uerbo Exterminandi, quod respondet τῷ ἐξολεθρεύειν. 24 Prænuntiarunt προκατήγγειλαν Vulgata & Erasmus, annuntiarunt: κατήγγειλαν. 25 Filij Prophetarũ ac pacti υἱοὶ τῶν προφητῶν καὶ τῆς διαθήκης id est, ij estis quibus peculiariter destinati fuerunt Prophetæ, & quibuscum fœdus est sanctum, ex Hebræorum idiotismo quem suprà aliquoties annotauimus. Huc pertinet quod ait Paulus Rom. 9. a. 4. Sed & propriè accipi potest Filiorum nomen, ut dicantur Iudæi posteritas esse Prophetarum, Abrahami scilicet, Isaaci & Iacobi: & filij fœderis, id est, semen illud Abrahæ in fœdere comprehensum. Ideo non recessimus à uerbis Lucæ. 26 Suscitatum ἀναστήσας Id est, exortum & exhibitum mundo, si quidem hîbear ad Christi conceptum referre: uel suscitatum, id est, excitatum à mortuis, & in regnũ suum euectum ad quod tempus Paulus accommodat illud Dauidis, Hodie genui te, infrà 13. c. 33. ut quidem plerique uidetur. Vnumquenque auertendo ἐν τῷ ἀποστρέφειν ἕκαστον Vulg. & Eras. ut unusquisque se conuertat. Sed ista expositio mihi quidem usitata est minus uiolenta, & magis accommodata ad id de quo agitur. In quibusdam codicibus additur ὑμῶν, id est, uestrum.

Factum est autem postero die ut cogerentur principes eorum & Seniores & Scribæ in Ierusalem:

Et Annas Pontifex, & Caiaphas, & Iohannes, & Alexander, & quotquot erant ex genere Pontificio.

Quum igitur statuissent eos in medio, percontati sunt, Qua uirtute, aut quo nomine feceritis hoc uos?

Tunc Petrus repletus Spiritu sancto, dixit ad eos, Principes populi & Seniores Israel,

Quandoquidem de nobis hodie quæstio habetur super beneficio in hominem inualidū *collato*, quomodo *scilicet* iste seruatus sit:

Notum sit omnibus uobis & toti populo Israel, quòd per nomen Iesu Christi, Nazareni quē uos crucifixistis, quē Deus suscitauit à mortuis, per hoc *inquam* iste astat corā uobis sanus.

Lapis reprobatus. Psal.117.c 22. Esa.28.d.16. Matt.21.g. 42 Mar. 12.a. 10. Luc.20.c. 17. Rom.9.g.33. 1.Petr.2.a.7.

Hic est lapis ille pro nihilo habitus à uobis ædificantibus, qui factus est caput anguli:

Nec est in alio quoquam salus: nec enim aliud nomen est sub cælo quod datum sit inter homines, per quod oporteat nos seruari.

Visa autem Petri in dicendo libertate ac Iohannis, compertóque quòd homines essent illiterati & idiotæ, admirabantur, & agnoscebant eos cum Iesu fuisse.

Illum uerò conspicientes stantem cum eis, qui sanatus fuerat, nihil poterant cótradicere.

Inhibetur Petro & Iohanni ne Iesum prædicēt.

Iussis autem ipsis extra consilium abire, cōferebant inter sese,

Dicentes, Quid faciemus hominibus istis? nam celebre signum æditum esse per eos, manifestum est omnibus habitantibus in Ierosolymis, nec possumus negare.

5 ἐγένετο δὲ ἐπὶ τὴν αὔριον, συναχθῆναι αὐτῶν A
τοὺς ἄρχοντας καὶ πρεσβυτέρους καὶ γραμματεῖς εἰς
Ἰερουσαλήμ.

6 καὶ Ἄννα τοῦ ἀρχιερέως, καὶ Καϊάφας, καὶ Ἰωάν-
νης, καὶ Ἀλέξανδρος, καὶ ὅσοι ἦσαν ἐκ γένους
ἀρχιερατικοῦ.

7 καὶ στήσαντες αὐτοὺς ἐν τῷ μέσῳ, ἐπυνθάνον-
το· ἐν ποίᾳ δυνάμει, ἢ ἐν ποίῳ ὀνόματι ἐποιήσα-
τε τοῦτο ὑμεῖς;

8 τότε Πέτρος πλησθεὶς πνεύματος ἁγίου, εἶπε πρὸς
αὐτούς· ἄρχοντες τοῦ λαοῦ, καὶ πρεσβύτεροι τοῦ Ἰσραήλ,

9 εἰ ἡμεῖς σήμερον ἀνακρινόμεθα ἐπὶ εὐεργε-
σίᾳ ἀνθρώπου ἀσθενοῦς, ἐν τίνι οὗτος σέσω-
σται.

10 γνωστὸν ἔστω πᾶσιν ὑμῖν, καὶ παντὶ τῷ λαῷ Ἰσ-
ραήλ, ὅτι ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Ναζωραίου,
ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε, ὃν ὁ θεὸς ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν,
ἐν τούτῳ οὗτος παρέστηκεν ἐνώπιον ὑμῶν ὑγιής.

11 οὗτός ἐστιν ὁ λίθος ὁ ἐξουθενηθεὶς ὑφ' ὑμῶν τῶν
οἰκοδομούντων, ὁ γενόμενος εἰς κεφαλὴν γωνίας,

12 καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῳ οὐδενὶ ἡ σωτηρία· οὐδὲ γὰρ ὄ- B
νομά ἐστιν ἕτερον τὸ δεδομένον ἐν
ἀνθρώποις, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς.

13 θεωροῦντες δὲ τὴν τοῦ Πέτρου παῤῥησίαν, καὶ Ἰω-
άννου, κατελαβόμενοι ὅτι ἄνθρωποί εἰσιν ἀγράμ-
ματοί εἰσι, καὶ ἰδιῶται, ἐθαύμαζον, ἐπεγίνω-
σκόν τε αὐτοὺς ὅτι σὺν τῷ Ἰησοῦ ἦσαν.

14 τόν τε ἄνθρωπον βλέποντες σὺν αὐτοῖς ἑστῶ-
τα, τὸν τεθεραπευμένον, οὐδὲν εἶχον ἀντιπεῖν.

15 κελεύσαντες δὲ αὐτοὺς ἔξω τοῦ συνεδρίου ἀπε-
λθεῖν, συνέβαλλον πρὸς ἀλλήλους,

16 λέγοντες· τί ποιήσομεν τοῖς ἀνθρώποις τού-
τοις, ὅτι μὲν γὰρ γνωστὸν σημεῖον γέγονε δι' αὐτῶν,
πᾶσι τοῖς κατοικοῦσιν Ἰερουσαλὴμ φανερόν, καὶ
οὐ δυνάμεθα ἀρνήσασθαι.

IN CAPVT IIII.

7 Quo nomine *ἐν ποίῳ ὀνόματι.* Id est, qua authoritate, uel cuius mandato. 9 Quandoquidem *εἰ* Id est *ἐπεί*, ut C recte interpretatur Græca schola nēpe sicut apud Hebræos אם ponitur pro כי. Vulg. & Eras. Si, quæ particula interdū etiā est causalis, ut Rom. 11. c. 24. De nobis quæstio habetur *ἡμᾶς ἀνακρινόμεθα.* Vulg. diiudicamur: barbarē & obscurē, in ea significatione quæ hic requiritur. Eras. examinamur: quod uerbū passiuo genere nusquā legi. Est autē *ἀνακρίνεσθαι* uerbū forense, & in eū dicitur de quo cōstituitur iudicium. Irenæi interpres uertit, redarguimur. Super beneficio in hominē inualidū *collato*, *ἐπὶ εὐεργεσίᾳ ἀνθρώπου ἀσθενοῦς*, Vulg. prorsus barbarē, in benefacto hominis infirmi. Eras. eo quòd benefecerimus homini infirmo, sensu sic quoque rectè expresso. Quomodo *ἐν τίνι* Vel, ut Eras. qua ratione. Sic apud Hebræos accipitur בזה, ut Psal. 119. 9, de quo aliquid diximus Matt. 5. b. 25. 10 Per hoc *inquam ἐν τούτῳ* Per hoc scilicet nomen. Erasmus, per hunc: eodē quidē sensu, sed tamen sine causa discedēs à Græcis. Nam *τούτῳ* uidetur necessariò referēdū ad *ὀνόματι*. 12 Aliud nomen *ὄνομα ἕτερον* Id est, alius, uel alia uis cuiusquā siue authoritas. Ortum est autem hoc dicēdi genus Hebraïs perfamiliare, ex eo quòd in periculis ac uotis appellari soleant ij à quibus opē ac præsidiū expectamus. Sub cœlo, *ὑπὸ τὸν οὐρανὸν*, id est, uspiā. neque enim hoc loco Cælū opponitur terræ, quasi in cælo sint alij præter Christū deprecatores, in terrā uerò non item: sed Hebr. est pleonasmus, cuius tamen hīc uidetur peculiaris quędā esse energia. Ita enim significat Petrus imperij Christi amplitudinē: & partim Iudæorū, qui templo suo addicti erant, partim aliarū gentium superstitiosos cultus reprehēdit. Deest tamen hoc in nonnullis codicibus, & in OEcumenij schol. Quod darū sit *τὸ δεδεμένον* Id est *δέδοται*, alioqui uidetur prorsus redundare articulus, & sic etiam legimus apud Irenæū. Participiū autem *δεδεμένον* nō accipio translatitiè pro auditū (ut placuit Erasmo) sed propria significatione ut subaudiatur *ὑπὸ τοῦ θεοῦ*, à Deo. Hue enim pertinet quod scriptū est Ioh. 3. b. 16, & Petrū oportuit, quū Christū pro unico seruatore proponeret, ad Deum usq; assurgere, ne docere Iudæos uideretur expectanda ab homine salutem. Sed tamen Petrus Christi ipsius exemplo, ita sese istorū ruditati accōmodat, ut illius Diuinitatē uideatur non aliter asserere quàm ex consequenti. Quum enim dixisset in eo uno positā esse omniū salutem, causam addit, quia Deus per eum unū seruat: ex quo rursus consequitur, eūdem Christum Deum esse, quū scriptum sit, Gloriā meam alteri non dābo. Sed in hāc disputationem Petrus non ingreditur, quòd nondū haberet idoneos istis mysteriis auditores. Inter homines, *ἐν τοῖς ἀνθρώποις*, Heb. בארץ id est, hominibus, ut rectè couertit Vetus interpres. & Irenæus quoq; lib. 3. cap. 12, sicut infrà 7. 44. *ἐν τοῖς πατράσιν* nō aliud declarat quàm *πατράσιν*. Inter homines (inquit Erasmus) additur ob Mosen cui fidebant Iudæi. At ego nō puto Iudæos ita fuisse corruptis iudiciis, ut à Mose salutē expectarint. Quòd si quis excipiat, per Mosen intelligi Legem à Mose traditam, respondeo, hanc declarationē magis etiā ineptā uideri. Neq; enim hīc propriè agitur de Christi doctrina, quasi cum Lege aut cū traditionibus Pharisæorū comparetur, sed de ipsa Christi (ut ita dicā) persona, per quē unum Deus homines seruet.

13 Idiotæ, *ἰδιῶται*, Hoc Græco epitheto propriè significantur homines plebeij & uiles, quos Græci *τοὺς τυχόντας* etiam uocant. Iam uerò quia eiusmodi homines fere indocti sunt & rerū imperiti, idcirco factum est ut idiotæ dicantur qui minimè ingenioſi sunt aut intelligentes: cuius translationis exempla passim apud Ciceronem occurrunt.

A ἀλλ' ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖον διανεμηθῇ εἰς τὸν λαόν, ἀπειλῇ ἀπειλησώμεθα αὐτοῖς, μηκέτι λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ μηδενὶ ἀνθρώπων.

17 Sed ne *id* amplius serpat in populũ, minacìter interminemur eis ne posthac ulli hominũ loquantur in nomine isto.

καὶ καλέσαντες αὐτοὺς, παρήγγειλαν αὐτοῖς τὸ καθόλου μὴ φθέγγεσθαι, μηδὲ διδάσκειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ.

18 Itaque uocatis ipsis denuntiarunt ne omnino loquerentur neque docerent in nomine Iesu.

ὁ δὲ Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀποκριθέντες πρὸς αὐτοὺς εἶπον· εἰ δίκαιόν ἐστιν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ὑμᾶς ἀκούειν μᾶλλον ἢ τοῦ Θεοῦ, κρίνατε·

19 Petrus autem & Ioannes respondentes dixerunt ad eos, An coram Deo iustum sit uos potius audire quàm Deum, iudicate.

οὐ δυνάμεθα γὰρ ἡμεῖς ἃ εἴδομεν καὶ ἠκούσαμεν, μὴ λαλεῖν.

20 Non enim possumus quæ uidimus & audiuimus, non loqui.

οἱ δὲ προσαπειλησάμενοι ἀπέλυσαν αὐτοὺς, μηδὲν εὑρίσκοντες τὸ, πῶς κολάσωνται αὐτοὺς, διὰ τὸν λαὸν, ὅτι πάντες ἐδόξαζον τὸν Θεὸν ἐπὶ τῷ γεγονότι.

21 Illi uero non inuenientes quomodo punirent eos, additis minis, eos dimiserũt, propter populum, quia omnes glorificabant Deum super eo quod factum fuerat.

ἐτῶν γὰρ ἦν πλειόνων τεσσαράκοντα ὁ ἄνθρωπος, ἐφ' ὃν ἐγεγόνει τὸ σημεῖον τοῦτο τῆς ἰάσεως.

22 Annorũ enim erat amplius quadraginta homo ille, in quo æditũ fuerat signũ istud sanationis.

ἀπολυθέντες δὲ ἦλθον πρὸς τοὺς ἰδίους, καὶ ἀπήγγειλαν ὅσα πρὸς αὐτοὺς οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι εἶπον.

B 23 Dimissi autem *illi* uenerunt ad suos, & annũtiauerunt quæ sibi principes Sacerdotum & Seniores dixerant.

οἱ δὲ ἀκούσαντες, ὁμοθυμαδὸν ἦραν φωνὴν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ εἶπον· Δέσποτα, σὺ ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς,

24 Isti uero quum *hæc* audissent, cõcorditer sustulerunt uocem ad Deum, dixerúntque, Domine, tu es Deus ille qui fecisti cælum ac terram, mare, & omnia quæ in eis sunt: *Oratio Apostolorum.*

ὁ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαβὶδ παιδός σου εἰπών· ἵνατί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά;

25 Qui per os Dauid pueri tui dixisti, Quare fremuerũt Gẽtes & populi meditati sunt inania? *Locus Psalmi secundi exponitur.* Psal. 2. a. 1.

παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, κατὰ τοῦ κυρίου, καὶ κατὰ τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ.

26 Astiterunt Reges terræ, & principes coacti sunt eodem *loci* aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.

συνήχθησαν γὰρ ἐπ' ἀληθείας ἐπὶ τὸν ἅγιον παῖδά σου Ἰησοῦν, ὃν ἔχρισας, Ἡρῴδης τε, καὶ Πόντιος Πιλάτος, σὺν ἔθνεσι καὶ λαοῖς Ἰσραὴλ,

27 Coacti sunt enim uerè aduersus sanctum Filium tuũ Iesum quem unxeras, Herodes & Põtius Pilatus cum Gentibus & populis Israel.

ποιῆσαι ὅσα ἡ χείρ σου καὶ ἡ βουλή σου προώρισε γενέσθαι.

28 Vt facerent quæcunque manus tua, & consilium tuum prius definierat facienda. *Iudei decreto Dei occiderunt Christum.*

καὶ τὰ νῦν, κύριε, ἐπίδε ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν, καὶ δὸς τοῖς δούλοις σου, μετὰ παρρησίας πάσης λαλεῖν τὸν λόγον σου,

C 29 Nunc igitur Domine, intuere in minas eorum, & da seruis ut cum omni libertate loquãtur sermonem tuum,

ἐν τῷ τὴν χεῖρά σου ἐκτείνειν σε εἰς ἴασιν, καὶ

30 Manu tua à te extensa ad sanandum, *atque*

17 Sed ἀλλὰ Vel, Itaq;. Est autẽ supplendũ superioris uersiculi anantapod. quasi dixissent isti, Quũ inficiarinon possimus quod omnibus est perspectũ, istos insigne opus ędidisse, nulla occasio nobis relicta est in illos animaduertẽdi. Sed ne amplius. 21 Nõ inuenientes qũo μηδὲν εὑρίσκοντες τὸ πῶς Id est, μὴ εὑρίσκοντες πῶς. Positũ enim nomẽ μηδὲν aduerbij loco propter sequẽtẽ articulũ, quẽ quidẽ solet Luc. peculiari pleonasmo usurpare, ut suprà 9. 5. 46, & 22. a. 2. & 4. 24 Domine, tu es Deus ille qui fecisti. Δέσποτα, σὺ εἶ ὁ ποιήσας In uno exẽplari scriptũ est, Κύριε ὁ θεὸς ὁ ποιήσας, Dñe, tu es Deus ille noster q fecisti. 25 Qui per os Dauid pueri tui dixisti. ὁ διὰ τοῦ στόματος Δαβὶδ τοῦ παιδός σου εἰπών Vulg. & Iren. Qui Spiritu sanctoper os patris nostri Dauid pueri tui dixisti, id est, ὁ πνεύματι ἁγίῳ διὰ τοῦ πατρὸς ὑμῶν Δαβὶδ τοῦ παιδός σου εἰπών: quã lectionẽ reperimus in nonullis codicibus Græcis, sed perturbatã, ut mihi quidẽ uideatur nescio quid hoc loco infartũ à Macedonianis aut Eunomianis. 27 Verè ἐπ' ἀληθείας אמת. Vet. interp. addit, in ciuitate ista, ἐν τῇ πόλει ταύτῃ: quã lectionẽ reperimus in quinq; exẽplaribus. Et populis Israel καὶ λαοῖς Ισραὴλ, Heb. עמי ישראל Nã etsi plerũq; singulari numero populus Israel dicantur israelitæ, tamẽ interdũ quoq; pluralis numerus usurpatur, nõ modò propter 12. tribus (quarũ singulæ ueluti populũ quendã distinctũ constituebãt, ut precatus est Isaac Iacobo Gen. 28. a. 3, & Deus ipse eidẽ dicitur pollicitus Gen. 48. a. 4.) sed etiã propter ingentẽ multitudinem: quasi plures simul gentes coissent, ut Iud. 5. b. 14. 28 Vt facerent ποιῆσαι Referẽdũ est uerbũ προώρισε non ad consilia & uoluntates Herodis & Pilati, sed ad ipsorum consiliorũ euentũ: habenda denique ratio nõ operis illorũ qui scelerati fuerũt homicidæ & prosani ueritatis hostes, sed operis Dei, quod illi nihil tale cogitãtes peragebant. Hæc autem distinctio rectè obseruata, moderatis omnibus ingeniis satisfaciet, ut Dei consilium ac decretum ãpræscientia nunquam separent, & tamen scelerum culpam totã in secundis causis, diabolo scilicet & homine constituãt. Sic Deus indurat Pharaonem, sic Rex Assur est ferra quam agitat Dominus, sic Absaloni Deus tradit patris uxores, sic 10. tribuũ rebellionẽ Deus suũ opus uocat, sic impij à quibus exagitatur Dauid, sunt Dei manus, sic Caiaphas prophetauit. sic deniq; omnia fiũt ui proposti Dei iuxta uoluntatis ipsius decretũ. Ephes. 1. b. 11. Manus tua, ἡ χείρ σου, Heb יד id est, tu pro tua potestate tuóq; iure. Sic paulò pòst manũ uocat ipsius διὰ χειρῶν in edendis signis ac prodigijs. Verbũ autẽ προσεύξαιτο Vetus interpres hoc loco interpretatur decernere, quod nõ uidetur satis expressum, quia negligitur præpositio προ: ex qua intelligitur Dei decretum ac propositum cæteras omnes causas etiã ordine antegredi 30 Manu tua à te extensa σὺ τὴν τὴν χεῖρά σου ἐκτείνειν σε Vulg. barbarè, & obscurè, In eo quòd manũ tuã extẽdas. Eras. rectè & dilucide expressa sententia, Manũ tuam porrigendo. Malui tamen actiuum dicendi genus in passiuum mutare, ut interpretando, nullum uocabulum deperiret.

signa & prodigia ædantur per nomen sancti Filij tui Iesu.

Miracula. Spiritus sanctus.

Quum autem ipsi orassent, commotus est locus in quo erant coacti, & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & loquuti sunt sermonem Dei cum libertate.

Multitudinis autem eorum qui crediderãt, erat cor & anima una: nec quisquam aliquid eorum quæ habebat, suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.

Et uirtute magna ædebant Apostoli testimonium resurrectionis Domini Iesu: & gratia magna erat super omnes eos.

Resurrectio. Egeni nullus inter primos Christianos.

Nam nemo egens erat inter eos: quotquot enim possessores agrorum aut domorum erãt, uendentes afferebant pretia eorum quæ uendita fuerant.

Vendere possessiones.

Et deponebant ad pedes Apostolorum. distribuebatur autem *hoc* singulis prout cuique opus erat.

Barnabas.

Ioses igitur qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis (quod est, si interpreteris, filius consolationis) Leuites, Cyprius genere,

Quum haberet agrum, uendidit eum, & attulit pecuniam, deposuitque ad pedes Apostolorum.

CAP. V.

Ananias moritur ob mendacium.

VIr autem quidam nomine Ananias, cum Saphira uxore sua uendidit possessionem.

Et interuertit *aliquid* ex pretio, conscia etiam uxore sua: allatámque partem aliquam, ad pedes Apostolorum deposuit.

Dixit autem Petrus, Anania, cur impleuit Satanas cor tuum, ut mentireris in Spiritũ sanctum, & interuerteres ex pretio istius prædij?

σημεῖα καὶ τέρατα γίνεσθαι διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ ἁγίου παιδός σου Ἰησοῦ. A

καὶ δεηθέντων αὐτῶν, ἐσαλεύθη ὁ τόπος ἐν ᾧ ἦσαν συνηγμένοι, καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες τοῦ ἁγίου πνεύματος καὶ ἐλάλουν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ μετὰ παῤῥησίας.

τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν καρδία καὶ ψυχὴ μία, καὶ οὐδὲ εἷς τι τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ ἔλεγεν ἴδιον εἶναι, ἀλλ' ἦν αὐτοῖς ἅπαντα κοινά.

καὶ μεγάλῃ δυνάμει ἀπεδίδουν τὸ μαρτύριον οἱ ἀπόστολοι τῆς ἀναστάσεως τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, χάρις τε μεγάλη ἦν ἐπὶ πάντας αὐτούς.

οὐδὲ γὰρ ἐνδεής τις ὑπῆρχεν ἐν αὐτοῖς. ὅσοι γὰρ κτήτορες χωρίων ἢ οἰκιῶν ὑπῆρχον, πωλοῦντες ἔφερον τὰς τιμὰς τῶν πιπρασκομένων,

καὶ ἐτίθουν παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων. διεδίδοτο δὲ ἑκάστῳ καθότι ἄν τις χρείαν εἶχεν. B

ἸΩσῆς ὁ ἐπικληθεὶς Βαρνάβας ὑπὸ τῶν ἀποστόλων (ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, υἱὸς παρακλήσεως) Λευίτης, κύπριος τῷ γένει,

ὑπάρχοντος αὐτῷ ἀγροῦ, πωλήσας ἤνεγκε τὸ χρῆμα, καὶ ἔθηκε παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων.

ΚΕΦ. ε.

ΑΝήρ δέ τις Ἀνανίας ὀνόματι, σὺν Σαπφείρῃ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, ἐπώλησε κτῆμα,

καὶ ἐνοσφίσατο ἀπὸ τῆς τιμῆς, συνειδυίας καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ. καὶ ἐνέγκας μέρος τι παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων ἔθηκεν.

εἶπε δὲ ὁ Πέτρος· Ἀνανία, διατί ἐπλήρωσεν ὁ σατανᾶς τὴν καρδίαν σου, ψεύσασθαί σε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ νοσφίσασθαι ἀπὸ τῆς τιμῆς τοῦ χωρίου;

31 Erat *λὸν* Augustinus epistola octaua ad Lætum, quam existimat Erasmus Paulino potius tribuendam. legit, Erat in Deum, id est *λὸν εἰς θεόν*: quam lectionem maxime amplecterer si accederet alicuius codicis authoritas. mallẽ tamen interpretari, in Deo, quàm in Deum, ut significetur Deum esse huius coniunctionis uinculum: sicut monet Apostolus Phil. 4. a. 2, *τὸ αὐτὸ φρονεῖν*, id est, ut idẽ sentiamus, sed *ἐν Κυρίῳ*: quod tamen etiam si non addatur hoc loco, per se satis intelligitur, cuum de ijs agatur qui crediderant. 36 Ioses igitur *Ἰωσῆς δὲ* In uno codice scriptum erat *Ἰωσὴφ*, quemadmodũ etiam legit Vetus interpres. Cæterùm quod ad Barnabæ cognomẽtum attinet, qui sunt Chaldaicæ linguæ periti, deriuant בר quod est Filius, & נבש quod est anima, quasi dicas qui animam reficit. 37 Pecuniam *τὸ χρῆμα*, Heb. כסם, quum Græci plurali numero *χρήματα* dicant. Vulg. & Eras. pretium, id est *τιμὴν*, ut infrà 5. a. 2.

C

IN CAPVT V.

2 Interuertit *ἐνοσφίσατο* Vel, auertit. Significat autem utrunque hoc uerbum callidé quippiam furripere, & quasi efficere ne quippiam ad dominum perueniat, aut ab illius oculis remouere. Græci idem dicunt uerbo *νοσφίζεσθαι*, diuersa tamen traslationis ratione, quia scilicet quod furatur quispiam, id solet sibi seponere ac recondere, ut hoc loco Ananias & Sapphira quum hoc prædium Domino consecrassent, postea per sacrilegium partem pretij sepposuerunt, ne in Ecclesiæ conspectum ueniret quod tamen dissimulabant, ita ut ad sacrilegium etiam accederet diffidentia & hypocrisis. Vulg. fraudauit, quod uerbum latius patet. Eras. sepposuit, proprie id quidem, nisi *νοσφίσασθαι* translatitia significatione aliquid amplius significaret, proquo Latini auertere aut interuertere dicunt, seponere non item.

3 Impleuit *ἐπλήρωσεν* Id est, prorsus occupauit. Nam omnis abundantia Hebræis significatur uerbo מלא ut Psal. 83. c. 17, imple facies eorum ignominia. & Iob. 8. d. 21, donec cõpleatur risu os tuum & os tuum exultatione. Vulg. tẽtauit. Nã pro *ἐπλήρωσεν* legit *ἐπείρασεν*. Vt mentireris *in* Spiritũ sanctũ, *ψεύσασθαί σε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον*, Quia usus est Lucas quarto casu, non tertio, idcirco posit etiam aliquis interpretari, ut falleres, [uel ut ludificareris] Spiritum sanctũ? Sed tamẽ quia paulò post usurpatur tertius casus, & apud Hebræos reperio ista interdũ confundi: unde orta illa dicẽdi genera, Benedico te, Euãgelizote, quæ Græci theologi ab Hebræis, & ab illis rursum Latini sumpserunt: puto hunc uersiculũ explicandũ ex eo qui proximè consequitur, quũ præsertim, utrouis modo explices, eadẽ maneat sententia. Cur tamẽ mallẽ uertere *in* Spiritũ sanctum quàm Spiritui sancto, hanc causam habui quòd in uno codice scriptũ reperi *εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον*. Altera interpretatio quam affert Erasmus, quasi *ψεύσασθαι* accipi possit pro simulare, mihi non placet. Quãuis enim isti insignes essent hypocritæ, tamen ex ijs quæ sequuntur, apparet Petrum multo grauioris sceleris eos accusare, nẽpe quòd quũ Spiritus sancti impulsu prædiũ illud totum consecrassent Ecclesiæ, postea nõ dubitassent partẽ precij interuertere, & quidẽ ea spe quasi sibi non cum Deo, sed cum hominibus esset negotium, qui hoc sacrilegiũ nõ possent redarguere. Id enim est quod Petrus uocat, Spiritui sancto, id est Deo, mentiri, non hominibus: & paulo pòst, tẽtare Spiritũ Domini. Isthus prædij? *τῆς χωρίου*: Vel, agri? quod tamen uocabulum est ambiguæ significationis.

4 Si seruasset

A οὐχὶ μένον, σοι ἔμενε, καὶ πραθὲν ἐν τῇ σῇ ἐξου- 4
σίᾳ ὑπῆρχε; τί ὅτι ἔθου ἐν τῇ καρδίᾳ σου πρᾶγ-
μα τοῦτο; οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ
θεῷ.

ἀκούων δὲ ὁ Ἀνανίας τοὺς λόγους τούτους, πεσὼν, ἐξέ- 5 *Mentiti.*
ψυξε. καὶ ἐγένετο φόβος μέγας ἐπὶ πάντας τοὺς
ἀκούοντας ταῦτα.

ἀναστάντες δὲ οἱ νεώτεροι συνέστειλαν αὐτόν, καὶ 6
ἐξενέγκαντες ἔθαψαν.

ἐγένετο δὲ ὡς ὡρῶν τριῶν διάστημα, καὶ 7 *Vxor Ananiæ moritur propter mendatium.*
ἡ γυνὴ αὐτοῦ μὴ εἰδυῖα τὸ γεγονὸς, εἰσῆλ-
θεν.

ἀπεκρίθη δὲ αὐτῇ ὁ Πέτρος· εἰπέ μοι, εἰ τοσούτου 8
τὸ χωρίον ἀπέδοσθε; ἡ δὲ εἶπε· ναὶ, τοσούτου.

ὁ δὲ Πέτρος εἶπε πρὸς αὐτήν, τί ὅτι συνεφω- 9
νήθη ὑμῖν, πειράσαι τὸ πνεῦμα κυρίου; ἰδοὺ οἱ
πόδες τῶν θαψάντων τὸν ἄνδρα σου, ἐπὶ τῇ θύρᾳ,
καὶ ἐξοίσουσί σε.

B ἔπεσε δὲ παραχρῆμα πρὸ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, καὶ 10
ἐξέψυξεν. εἰσελθόντες δὲ οἱ νεανίσκοι, εὗρον αὐτὴν
νεκράν· καὶ ἐξενέγκαντες, ἔθαψαν πρὸς τὸν ἄνδρα
αὐτῆς.

καὶ ἐγένετο φόβος μέγας ἐφ' ὅλην τὴν ἐκ- 11
κλησίαν, καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας ταῦτα.

διὰ δὲ τῶν χειρῶν τῶν ἀποστόλων ἐγένετο σημεῖα 12 *Miracula.*
καὶ τέρατα ἐν τῷ λαῷ πολλά. καὶ ἦσαν ὁμοθυμα-
δὸν ἅπαντες ἐν τῇ στοᾷ Σολομῶνος.

τῶν δὲ λοιπῶν οὐδεὶς ἐτόλμα κολλᾶσθαι αὐτοῖς, 13
ἀλλ' ἐμεγάλυνεν αὐτοὺς ὁ λαός.

μᾶλλον δὲ προσετίθεντο πιστεύοντες τῷ κυρίῳ, 14
πλήθη ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν·

ὥστε καὶ τὰς πλατείας ἐκφέρειν τοὺς ἀσθενεῖς, 15
καὶ τιθέναι ἐπὶ κλινῶν καὶ κραβάττων, ἵνα ἐρχομέ-
νου Πέτρου, κἂν ἡ σκιὰ ἐπισκιάσῃ τινὶ αὐτῶν.

συνήρχετο δὲ καὶ τὸ πλῆθος τῶν πέριξ πόλεων 16
C εἰς Ἱερουσαλὴμ, φέροντες ἀσθενεῖς, καὶ ὀχλουμένους
ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων, οἵτινες ἐθεραπεύοντο
ἅπαντες.

ἀναστὰς δὲ ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ πάντες οἱ σὺν 17
αὐτῷ, ἥ οὖσα αἵρεσις τῶν Σαδδουκαίων, ἐπλήσθη-
σαν ζήλου,

καὶ ἐπέβαλον τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐπὶ τοὺς ἀπο- 18
στόλους, καὶ ἔθεντο αὐτοὺς ἐν τηρήσει δημοσίᾳ.

Nónne si seruasses, manebat tibi, & uenundatum in tua erat potestate? quid erat cur induceres in animum rem istam? non es mentitus hominibus, sed Deo.

Audiens autem Ananias hos sermones, cecidit exanimis. Ortus est igitur timor magnus super omnes qui audiebant hæc.

Surgentes autem iuuenes corripuerũt eum, elatúmque sepelierunt.

Intercessit autem fermè horarum trium interuallum, quum uxor quoque ipsius, nescíens quod factum fuerat, ingressa est.

Dixit autem ei Petrus, Dic mihi, num tanti prædium uẽdidistis? Ipsa uerò dixit, Etiã tanti.

Petrus autem ait ad eam, Quid *est* cur conuenerit inter uos ut tentaretis Spiritum Domini? ecce, pedes eorum qui sepelierunt uirum tuum, ad ostium *adsunt*, & efferent te.

Illico uero cecidit ad pedes eius exanimata. ingressi autem iuuenes inuenerunt eam mortuam, & elatam sepelierunt iuxta uirum suum.

Et ortus est timor magnus super totam Ecclesiam, & super omnes qui hæc audiebant.

Per manus autem Apostorum ædebantur signa ac prodigia multa in populo (& erant cõ corditer omnes in porticu Salomonis.

Reliquorum autem nemo audebat ipsis agglutinari, sed magnificabat eos populus.

Magis autem accrescebat multitudo credẽtium in Domino, uirorum simul ac mulierum.

Adeo ut in plateas efferrent inualidos, & ponerent in lectis ac grabatis: ut uenientis Petri uel umbra obumbraret aliquem eorum.

Conueniebat autem etiam uulgus uicinarum urbium in Ierusalem, adducens inualidos ac uexatos à spiritibus impuris. qui sanabantur omnes.

Exurgens autem Pontifex, & omnes qui cũ illo erant, quæ est secta Sadducæorum, repleti sunt inuidia:

Et iniecerunt manus in Apostolos, posuerúntque eos in custodiam publicam.

Mentiti.

Vxor Ananiæ moritur propter mendatium.

Miracula.

Vmbra Petri.

Incarcerantur Apostoli.

4 Si seruasses, manebat tibi, μένον σοι ἔμενε, Vulg. ad uerbum, manens tibi manebat. quem Hebraismum tanquam hoc loco obscuriorem quum illustrare uellet Erasmus, conuertit, nónne prorsus tibi manebat? Atqui τὸ μενὸν & τὸ πραθὲν puto potius opponi, quæ antithesis fuit explicanda.

9 Vt tentaretis Spiritum Domini? πειράσαι τὸ πνεῦμα Κυρίου: Notandum est diligenter hoc dicendi genus, profanis quidem scriptoribus ignotum, sed dignum de quo semper cogitent Filii Dei. Nam quoties mala conscientia fit aliquid, toties homines in seipsos sententiam ferunt, & quantum in se est, Deum ad iram solicitant, quasi de industria uolentes periculum facere ecquid sit iustus & omnipotens.

13 Magnificabat ἐμεγάλυνεν id est, magnis laudibus efferebat. Vide Luc. 1. c. 46.

14 Accrescebat, &c. προσετίθεντο, &c. Hic nonnihil à Græcis defleximus necessariò, ut perspicuitati studeremus.

15 Adeo ut in plateas ὥστε κατὰ τὰς πλατείας In uno codice legimus, ὥστε ἐκεῖ εἰς τὰς πλατείας, Adeò ut etiam in plateas. idque rectius, ut opinor.

16 Ac uexatos ὀχλουμένους Vide Luc. 6. c. 18.

17 Secta αἵρεσις Non dubium est quin hoc uocabulum propriè declaret electionem. inde factum ut pro eo acciperetur quod Latini sectam uocant, id est, (ut definit Cicero) pro certa quadam disciplinæ formula, factione, studio, ratione uitæ: fuitque initio uocabulum hoc μέσον, ut pleraque alia: sed tandem non nisi in uitio poni cœpit, unde hæreticus dicitur qui à recepta Ecclesiæ doctrina ita aberrat, ut contempto Dei & Ecclesiæ ipsius iudicio, in sententia permaneat, & discipulis ascitis, Ecclesiæ concordiam uiolet. Inuidia: ζήλου id est φθόνου, uel præpostera æmulatione atque adeo zelotypia Legis. Vide Ioh. 2. c. 17.

20 Verba

Angelus aperit eis ianuas.

Sed Angelus Domini per noctem aperuit fo- 20 ἄγγελος δὲ κυρίου διὰ τῆς νυκτὸς ἀνοίξας τὰς θύ A
res carceris, eductisq; illis dixit.

Verba uitæ.

Abite, & stantes loquamini populo in tem- 21 ρας τοῦ φυλακῆς, ἐξαγαγών τε αὐτοὺς εἶπε·
plo omnia uerba uitæ huius. πορεύεσθε, καὶ σταθέντες λαλεῖτε ἐν τῷ ἱερῷ
τῷ λαῷ πάντα τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης.

Illi uerò quum *hæc* audissent, introierunt sub 22 ἀκούσαντες δὲ εἰσῆλθον ὑπὸ τὸν ὄρθρον εἰς τὸ
diluculum in templum, ac docebant. Adue- ἱερὸν, καὶ ἐδίδασκον. παραγενόμενος δὲ ὁ ἀρχιε-
niens autem Pontifex & qui cum eo *erant*, con- ρεὺς, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, συνεκάλεσαν τὸ συνέ-
uocauerunt cõcilium & uniuersum Senatum δριον, καὶ πᾶσαν τὴν γερουσίαν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ·
filiorum Israel: miseruntq; in carcerem *ministros* καὶ ἀπέστειλαν εἰς τὸ δεσμωτήριον, ἀχθῆναι
à quibus illi adducerentur. αὐτούς.

Quum autem uenissent ministri, non inue- 23 οἱ δὲ ὑπηρέται παραγενόμενοι, οὐχ εὗρον αὐ-
nerũt eos in carcere: *quod* reuersi nuntiauerunt, τοὺς ἐν τῇ φυλακῇ, ἀνακεχωκότα δὲ ἀπήγγειλαν,
Dicentes, Carcerem quidẽ inuenimus clau- 24 λέγοντες· ὅτι τὸ μὲν δεσμωτήριον εὕρομεν ἐν
sum cum omni diligentia, & custodes foris ἀσφαλείᾳ κεκλεισμένον, καὶ τοὺς φύλακας
stantes ante fores: quum aperuissemus autem, ἑστῶτας πρὸ τῶν θυρῶν· ἀνοίξαντες δὲ, ἔσω οὐδένα
neminem intus inuenimus. εὕρομεν.

Vt uerò audierunt hos sermones & Ponti- 25 ὡς δὲ ἤκουσαν τοὺς λόγους τούτους ὁ τε ἱερεὺς, καὶ
fex & præfectus tẽplo, principésq; Sacerdotũ, οἱ στρατηγοὶ τοῦ ἱεροῦ, καὶ οἱ ἀρχιερεῖς, διηπόρουν
ambigebant de illis quidnam hoc futurũ esset. περὶ αὐτῶν, τί ἂν γένοιτο τοῦτο.

Comprehendun tur Apostoli docentes.

Adueniens autem quidam nuntiauit eis, 26 παραγενόμενός δέ τις ἀπήγγειλεν αὐτοῖς, λέ B
Ecce, uiri quos posueratis in custodiam, stant γων· ὅτι ἰδοὺ οἱ ἄνδρες, οὓς ἐθεάσατε ἐν τῇ φυλακῇ,
in templo, ac docent populum. εἰσὶν ἐν τῷ ἱερῷ ἑστῶτες, καὶ διδάσκοντες τὸν λαόν.

Tunc profectus cum ministris, adduxit eos, 27 τότε ἀπελθὼν ὁ στρατηγὸς σὺν τοῖς ὑπηρέ-
non *tamen* per uim: (timebant enim populum ταις, ἤγαγεν αὐτοὺς ἀνευ βίας· ἐφοβοῦντο γὰρ
ne lapidarentur.) τὸν λαὸν, ἵνα μὴ λιθασθῶσιν.

Et adductos eos statuerunt in concilio. Tũc 28 ἀγαγόντες δὲ αὐτοὺς, ἔστησαν ἐν τῷ συνεδρίῳ.
interrogauit eos princeps Sacerdotum. καὶ ἐπηρώτησεν αὐτοὺς ὁ ἀρχιερεὺς,
λέγων· Οὐ παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν ὑμῖν, μὴ
διδάσκειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ. καὶ ἰδοὺ πεπλη-
ρώκατε τὴν Ἱερουσαλὴμ τῆς διδαχῆς ὑμῶν, καὶ
θέλετε ἐπαγαγεῖν ἐφ' ἡμᾶς τὸ αἷμα τοῦ ἀνθρώ-
που τούτου.

Dicens, Nónne etiã atque etiã denuntiaui- 29
mus uobis ne doceretis in nomine isto? & ec-
ce, replestis Ierusalem doctrina uestra, & uultis
super nos inducere *effusum* sanguinem hominis
istius.

Obedire Deo.

Respondés autẽ Petrus & Apostoli, dixerũt, 30 ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος, καὶ οἱ ἀπόστολοι, εἶπον·
Obedire oportet Deo potius quã hominibus. πειθαρχεῖν δεῖ θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις.

Deus Patrum nostrorum suscitauit Iesum, ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν ἤγειρεν Ἰησοῦν, ὃν
quem interfecistis uos suspensum in ligno. ὑμεῖς διεχειρίσασθε, κρεμάσαντες ἐπὶ ξύλου.

Saluator Christus. Pœnitentia. Remissio peccatorum.

Hunc *inquam* Deus dextra sua euectum *fecit* 31 τοῦτον ὁ θεὸς ἀρχηγὸν καὶ σωτῆρα ὑψωσε τῇ C
principem ac seruatorem ad dandã resipiscen- δεξιᾷ αὐτοῦ, δοῦναι μετάνοιαν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ
tiam Israeli ac remissionem peccatorum. ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

20 Verba uitæ huius. τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης Verba scilicet quibus annuntiatur quæ sit ad salutem uia, ut Ioh. 6.g.68. Sed sanè præter morem additur pronomen ταύτης, quod scilicet quum adiungitur uocabulo Vitæ, non æternam sed præsentem potius uitam declarat, ut 1. Corinth. 15.c.17. Itaque non desunt qui hæc explicent per hypallagen, quasi scriptum sit ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης. hæc uerba uitæ: quæ hypallage apud Hebræos interdum reperitur, ut 2. Sam. 2.a. 4. קשת גבררים חתה id est, arcus fortium fractorum, pro קשת גבררים חתים id est arcus fortium fractus. Sic etiam Exodi 25 ערות אלים מאדמים id est, pelles arietum rubro unctorum: pro pelles arietum rubro tinctas.

21 Miserunt *ministros* ἀπέστειλαν Vide Matt. 2. b. 16. 24 Pontifex, ὁ ἀρχιερεύς Hoc prætermisit Vetus interpres. Erasmus autem uertit Sacerdos ὁ ἱερεύς, sicut in plerisque codicibus legitur & in OEcumenio quoque. sed in Complutensi editione rectius legitur ὁ ἀρχιερεύς.

26 Non *tamen* per uim βίας. Addidimus particulam aduersatiuam, de cuius eclipsi diximus Matth. 2. a. 6. alioquin erit in hac oratione manifestum anantapodoton, cuius simile exemplum extat Rom. 8. c. 12.

28 Nónne ἢ Id est ἢ χι. Sic sæpenumero conuertimus hanc particulam, quòd alioquin interrogatio non satis sentiatur, nisi ex pronuntiatione. Etiam atque etiam denuntiauimus διαμαρτυρόμενοι παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν Vulg. ad uerbum, præcipiendo præcepimus: quem Hebraismum, ut obscuriorem, Erasmus illustrauit. *Effusum* sanguinem τὸ αἷμα Id est cædem, ut exposuimus Matth 27. c. 24.

29 Potius quàm μᾶλλον ἤ Vulg. & Eras. magis quàm. Atqui in hac specie ne tantillum quidem concedendum est hominibus. Vide Iohann. 3. c. 19.

31 Hunc *inquam* Deus, &c. Τοῦτον ὁ θεὸς, &c. Vetus interpres & Erasmus ita explicant hunc locum, quasi τοῦτον prorsus cohæreat cum ἀρχηγὸν & σωτῆρα, quum potius hæc sint accipienda perinde ac si dictum esset ὁ θεὸς ὕψωσε τοῦτον τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ εἰς ἀρχηγὸν καὶ σωτῆρα, id est ad uerbum, Deus dextera sua hunc extulit in principem ac seruatorem. quod ut intelligi commodius posset, mutauit uerborum collocationẽ, nulla (ut opinor) sensus iniuria: deinde pro ὕψωσε conuerti euectum constituit, quasi scriptum sit ὑψωθέντα ἐποίησε, siue κατέστησε, fretus eiusdem Petri authoritate qui hanc eandem sententiam sic expressit supra 2. f. 36. ex quo demum loco didici hunc locum ita esse explicandum.

33 Dirumpe-

A καὶ ἡμεῖς ἐσμεν αὐτῶ μάρτυρες τῶν ῥημάτων 32 Ac nos sumus ei testes horum quę dicimus: quin & Spiritus sanctus, quem dedit Deus obedientibus ipsi. *Testes. Spiritus sanctus.*

τούτων, καὶ τὸ πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον, ὃ ἔδωκεν ὁ θεὸς τοῖς πειθαρχοῦσιν αὐτῷ.

οἱ δὲ ἀκούσαντες διεπρίοντο, καὶ ἐβουλεύοντο 33 At *illi his* auditis dirumpebantur, & consultabant ut eos tollerent.

ἀνελεῖν αὐτούς.

ἀναστὰς δέ τις ἐν τῷ συνεδρίῳ φαρισαῖος, 34 Surgens autem in consilio quidam Pharisæus, nomine Gamaliel, Legis doctor, honoratus toti populo, iussit ut pauliſper abducerent foras Apostolos. *Gamaliel consilium.*

ὀνόματι γαμαλιὴλ, νομοδιδάσκαλος τίμιος παντὶ τῷ λαῷ, ἐκέλευσεν ἔξω βραχύ τι τοὺς ἀποστόλους ποιῆσαι,

εἶπέ τε πρὸς αὐτούς· ἄνδρες ἰσραηλῖται, 35 Dixitque ad illos, Viri Israelitę attendite uobis ipsis, quod ad istos homines *attinet* quid facturi sitis.

προσέχετε ἑαυτοῖς ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, τί μέλλετε πράσσειν.

πρὸ γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀνέστη θευδᾶς, λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν, ᾧ προσεκολλήθη ἀριθμὸς ἀνδρῶν ὡσεὶ τετρακοσίων. ὃς ἀνῃρέθη, καὶ πάντες ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ, διελύθησαν, καὶ ἐγένοντο εἰς οὐδέν. 36 Nam ante hæc tempora exortus est Theudas, dicens se esse aliquem, cui adhæsit numerus uirorum circiter quadringentorum: qui sublatus est, & omnes qui parebant ei, dissoluti sunt, & redacti ad nihilum. *Theudas.*

μετὰ τοῦτον ἀνέστη ἰούδας ὁ γαλιλαῖος, ἐν 37 Post hunc exortus est Iudas ille Galilæus temporibus descriptionis, & auertit populum multum post se: perijt & ille, & omnes qui paruerant ei, dispersi sunt. *Iudas Galilæus.*

B ταῖς ἡμέραις τῆς ἀπογραφῆς, καὶ ἀπέστησε λαὸν ἱκανὸν ὀπίσω αὐτοῦ· κἀκεῖνος ἀπώλετο, καὶ πάντες ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ διεσκορπίσθησαν.

καὶ τὰ νῦν λέγω ὑμῖν ἀπόστητε ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων 38 Et nunc dico uobis, abstinete ab hominibus istis, & finite eos: quoniam si est ex hominibus consilium aut opus hoc dissoluetur.

τούτων, καὶ ἄφετε αὐτούς. ὅτι ἐὰν ᾖ ἐξ ἀνθρώπων βουλὴ αὕτη, ἢ τὸ ἔργον τοῦτο, καταλυθήσεται·

εἰ δὲ ἐκ θεοῦ ἐστιν, οὐ δυνήσεσθε καταλῦσαι αὐτούς, 39 Sin ex Deo est, non poteritis dissoluere, *ac nescio* an etiã cum Deo pugnare comperiamini.

μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε.

ἐπείσθησαν δὲ αὐτῷ, καὶ προσκαλεσάμενοι τοὺς 40 Persuasi igitur *illi* ab eo, quum aduocassent Apostolos, cæsis denuntiarunt ne loquerentur in nomine Iesu, & dimiserunt eos.

ἀποστόλους, δείραντες παρήγγειλαν, μὴ λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ ἰησοῦ, καὶ ἀπέλυσαν αὐτούς.

οἱ μὲν οὖν ἐπορεύοντο χαίροντες ἀπὸ προσώπου 41 Ipsi ergo gaudentes profecti sunt à cõspectu *Cœsi se Apostoli gaudent propter Iesum.*

33 Dirumpebantur διεπρίοντο, Vulg. & Erasm dissecabantur: quod uerbum nusquam legi usurpatum hac significatione. Declarat autem διαπρίεσθαι eorum gestum qui præ rabie dentibus frendunt ac stridunt, ueluti siquis serram traheret. quod quum non possem altero Latino significare, illud posui quod Latini in re non dissimili usurpant.

36 Nam ante hæc tempora exortus est Theudas, πρὸ γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀνέστη ὁ θευδᾶς, Cur tempora maluerim interpretari quàm Dies, non tantùm hæc causa est, quia usitatum est Hebræis, Dies dicere quoduis tempus quo dictum sit aliquid aut factum: sed etiam quia puto historiam non prorsus recentem hoc loco commemorari. Nam aut ego uehementer fallor, aut magnopere hallucinatus est Eusebius libro Ecclesiast. historiæ secundo, quum ad hunc locum applicaret quæ Iosephus libro antiquitatum 20. cap. 2, de quodam Mago Theuda commemorat. idque ita esse C non admodum difficile fuerit intelligere. Testatur enim Iosephus hunc Theudam exortum simul & extinctum fuisse Cuspio Fado Iudæam administrante. Atqui hunc Fadum constat Iudææ præfuisse, quum post Agrippe mortem iterũ in Prouinciã esset redacta, anno scilicet Claudij quarto. Superest ergo ut uel hæc post Agrippę morte à Gamaliele dicta sint, uel de alio Theuda accipiantur. Post mortem autem Agrippæ hæc gesta non esse, declarat totius historiæ series, quum infrà demum capite duodecimo, sub Herodis nomine mors illius horrenda commemoretur, Paulo iam non modò reuerso ex Arabia, ubi triennium prædicarat, sed etiam Tarsum profecto, & inde à Barnaba Antiochiam deducto, ubi constituta iam erat Ecclesia. Ergò, ut paucis absoluam, quum hæc acciderint longe ante Fadum præsidem, sub quo Theudam illum extitisse narrat Iosephus imò uerò ut ego quidem existimo, etiam ante Agrippæ regnum, qui VII annis regnauit, sub Caligula & Claudio: relinquitur, Theudæ illius nondum exorti, nõ potuisse mentionem hoc tempore fieri à Gamaliele. Deinde quum alterum subijciatur exemplum Iudæ illius qui fuit tempore descriptionis, id est, uel quum nasceretur Dominus, uel potius decennio pòst, quum scilicet Archelao pulso in exilium, Iudęa primùm redigeretur in prouinciam, qua tandem ratione Gamaliel in tam paucis exemplis temporum seriem confunderet? Denique cur Iudam diceret post illum Theudam extitisse, qui tamen tot annis prior fuerit? Nam certè κατὰ τοῦτον, non potest accipi pro Præterea, quin uiolenta sit expositio: ad quam non est necesse nos confugere, si quod uerisimum esse ex superioribus rationibus apparet, Theudam hunc Gamalielis à Theuda Iosephi, ut quadraginta minimum annis antiquiorẽ, distinxerimus. Quòd siquid assequi possum coniectura, putarim hanc historiam referri ad ea tempora, quibus Iudæam scribit Iosephus lib. Antiquitatum 17. cap. 12. innumeris seditionibus fuisse exagitatam, quas ægrè Varus à Sabino ab obsidione liberato compescuerit. Incidunt autem hæc in id tempus quo post Herodis Magni mortem ueluti interregnum in Iudæa fuit Archelao Romam profecto, ut ex patris testamento regnum impetraret: quo tempore Dominus noster Iesus Christus in AEgypto exulabat. Nam descriptio hæc, cuius tempore exortus est Iudas Gaulonites, incidit in id demum tempus quo redacta est Iudæa in prouinciæ formam, pulso scilicet Archelao Herodis Magni filio, & Christo minimum annos decem nato. Origenes uerò contra Celsum libro primo, hunc ipsum Theudam facit Christo antiquiorem, in eo planè mecũ faciens quod hunc à Iosephi Theuda distinguat. Se esse aliquẽ εἶναί τινα ἑαυτὸν, In tribus codicibus additur μέγαν, id est magnum. quod etiam infrà adijcitur 8. b. 9. quanuis addi minime sit necesse. Nam τις in hoc dicendi genere ide declarat atq; μέγας, & ab idoneis scriptoribus tum Græcis, tum Latinis ita usurpatur. ut obseruat doctissimus Budæus in Commentariis.

38 Ex hominibus ἐξ ἀνθρώπων Id est, fictum & commentitium: quod apparet ex antithesi, ut Matth. 21. c 25. Huc pertinet quod ait Demosthenes περὶ τῶν παραπρεσβείας, ὅτι οὐ μὴ δικαίως ἢ πεπραγμένων.

39 *Ac nescio* an etiam cum Deo pugnare comperiamini. μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε. Vulg. ne forte. Erasm ne quãdo. Ego uerò non uideo qua ratione hæc possint cum præcedentibus satis commode connecti. Puto igitur præcisum esse dicendi genus, quomodo sæpe usurpari hanc particulam obseruauimus ex doctissimo Budæo, Matth. 25. a. 9.

42 Domi

concilij, quòd digni habiti essent qui pro nomine Iesu contumelia afficerentur.

Et quotidie in templo & domi non cessabant docere & euangelizare Iesum Christum.

CAP. VI.

Discreti consilia tuuntur qui ministrent. dum Apostoli predicant.

IN diebus illis quum multiplicarentur discipuli, ortum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, quòd despicerentur in ministerio quotidiano uiduæ ipsorum.

Itaqua duodecim illi, aduocata multitudine discipulorum, dixerunt, Non est æquum nos derelicto sermone Dei, ministrare mensis.

Dispicite ergo fratres, ex uobis uiros septem idoneo testimonio ornatos, plenos Spiritu sancto & sapientia, quos præficiamus huic negotio.

Nos uerò in oratione & administratione sermonis perdurabimus.

Placuit autem hæc oratio coram tota multitudine: itaque elegerunt Stephanum, uirum plenum fide ac Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum proselytum Antiochensem.

Stephanus. Infra 21. b. 8.

Oratio. Impositio manuum.

Quos statuerunt coram Apostolis: qui quũ orassent, imposuerunt eis manus.

Itaque sermo Dei crescebat, ac multiplicabatur numerus discipulorum in Ierusalem ualde: multáque turba Sacerdotum auscultabat fidei.

Sacerdotes obediunt fidei.

τ σωτῆρίν, ὅτι ὑπὲρ τ ὀνόματος αὐτ ἐκατηγορίαν ἐποιήσαντο οἱ Ἕλληνες τοὺς Ἑβραίους, διὰ τὸ παραθεωρεῖσθαι τὰς χήρας αὐτῶν ἐν τῇ διακονίᾳ τ καθημερινῶν. A

42 καὶ συνέδραμεν τὸ πλῆθος τ μαθητῶν, καὶ ἐγένετο γογγυσμὸς τ Ἑλλήνων πρὸς τοὺς Ἑβραίους, ὅτι παρεθεωροῦντο ἐν τῇ διακονίᾳ τῇ καθημερινῇ αἱ χῆραι αὐτ.

2 προσκαλεσάμενοι δὲ οἱ δώδεκα τὸ πλῆθος τ μαθητῶν, εἶπον οὐκ ἀρεστόν ἐστιν ἡμᾶς καταλείψαντας τ λόγον τ θεοῦ, διακονεῖν τραπέζαις.

3 ἐπισκέψασθε οὖν ἀδελφοί, ἄνδρας ἐξ ὑμῶν μαρτυρουμένους ἑπτὰ, πλήρεις πνεύματος ἁγίου καὶ σοφίας, οὓς καταστήσομεν ἐπὶ τ χρείας ταύτης.

4 ἡμεῖς δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ διακονίᾳ τ λόγου προσκαρτερήσομεν.

5 καὶ ἤρεσεν ὁ λόγος ἐνώπιον παντὸς τοῦ πλήθους. καὶ ἐξελέξαντο στέφανον ἄνδρα πλήρη πίστεως καὶ πνεύματος ἁγίου, καὶ Φίλιππον, καὶ πρόχορον, καὶ νικάνορα, καὶ τίμωνα, καὶ παρμενᾶν, καὶ νικόλαον προσήλυτον Ἀντιοχέα, B

6 οὓς ἔστησαν ἐνώπιον τῶν ἀποστόλων· καὶ προσευξάμενοι ἐπέθηκαν αὐτοῖς τὰς χεῖρας.

7 καὶ ὁ λόγος τ θεοῦ ηὔξανε, καὶ ἐπληθύνετο ὁ ἀριθμὸς τῶν μαθητῶν ἐν ἰερουσαλὴμ σφόδρα, πολύς τε ὄχλος τῶν ἱερέων ὑπήκουον τῇ πίστει.

42 Domi κατ' οἶκον Vulg. circa domos. Eras. per singulas domos, κατ' οἴκους, de quo diximus suprà 2. g. 46. Nostram interpretationem confirmat etiam Irenæi interpres, qui κατ' οἶκον conuertit, in domo. Loquitur ergo de ea domo in qua solebat Ecclesia Agapas agitare. quanquam si quis urgeat, unam duntaxat domum non fuisse, non repugnem. Simpliciter enim κατ' οἶκον & ἐν τῷ ἱερῷ opponuntur. ut significetur, Apostolos tum publicè audientibus etiam ac spectantibus incredulis Iudæis, tum etiam priuatim in fidelium conuentu docuisse. Iesum Christum. Ἰησοῦν τὸν χριστόν. Apud Irenæum, lib. 3. cap. 12. additur Filium Dei. τὸν υἱὸν τῦ θεοῦ.

IN CAPVT VI.

1 Græcorum τῶν Ἑλληνιστῶν Id est, eorum qui ex peregrinis Iudæis crediderant, qualis erat Nicolaus Proselytus Antiochenus. Paganos enim seu Gentiles Græcos quomodo admisissent, qui multo pòst tempore tam difficiles se præbuerunt illis ad Euangelij consortium admittendis? Deinde id etiam ostendit antithesis, quum Hebræos istis opponit, Hebraice scilicet loquentes, iis qui Græco id est patrio idiomate utebantur: alioquin apud Paulum Græcorũ appellatione intelliguntur quicunque non erant circuncisi. 2 Non est æquum οὐκ ἀρεστόν ἐστιν Erasmus, ad uerbum, Placitum. Sed hoc loco (ut ipse quoque rectè obseruauit) non narrant Apostoli quid sibi placeat, aut non placeat: imò potius hoc negant eiusmodi esse ut placere debeat. Itaq; Vetus interpres, quem sequi maluimus, satis commodè uidetur sententiam expressisse. Mensis τραπέζαις. Id est conuiuiis, aut in conuiuijs, de quibus scilicet diximus suprà 2. g. 46. quanquã (ut ego quidem existimo) συνεπιδοχικῶς cætera etiam munera intelliguntur, quæ cum isto erant coniuncta, atque adeò illa etiam quæ ad pauperum curam & Ecclesiasticæ pecuniæ distributionem pertinent: ita tamen ut omnia rite & ordine fierent, & Diaconi Præsbytero subessent. idq; ita fuisse usurpatum antequàm omnis Ecclesiasticus ordo prorsus euerteretur, liquet ex ueterum Canonum decretis, atque adeò ex ipsis etiam Gregorij epistolis. 3 Idoneo testimonio ornatos, μαρτυρουμένους, Vulg. boni testimonij. quod actiuè etiam accipi potest. Eras. spectatæ probitatis. quorum uerborũ significatio nimium est, ut ita dicam, angusta. Quod autem Græci uno uerbo declarant, id necessariò exposuimus pluribus uerbis, Ciceronem sequuti, qui mihi quidem uidetur id uoluisse explicare in oratione De arusp. responsis, ubi de Deiotaro loquens, Testimonijs, inquit, clarissimorum imperatorum ornatus Deiotarus. 4 Perdurabimus προσκαρτερήσομεν. Vulg. instantes erimus. Eras. incumbemus. Vide Marc. 3. b. 9. 6 Qui quum orassent, καὶ προσευξάμενοι, Vulg. & quum orassent. Connectit autem particula καὶ diuersas personas. quod quum in Latino sermone fit obscurius, malumus usurpare prouocabulũ: qua de re diximus Marc 1. a. 10. Simile dicẽdi genus reperio apud Plutarchũ in Dialogo πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερον. ubi de Pica sic loquitur, πουρσύς τις θαυμαστὸν ἐστὶ χρῆμα πολυφθόγγου καὶ πολυφθέγγου πέρατος ἕτερος, καὶ αὐθρώπων ῥήματα πολλὰ καὶ θηρίων φθέγγεται αὐτὰ καθ' ἑαυτόν. quod quidẽ fuit obseruandum, ut sciamus penes Ecclesiã fuisse suffragia: ita tamen ut Apostoli authores fierent. Imposuerunt eis manus. ἐπέθηκαν αὐτοῖς τὰς χεῖρας. Hæc forma dicendi, sicut & ritus ipse qui per eã significatur, ab Hebræis fluxit, qui hac cæremonia solebant uti partim in publicis ac solennibus uictimarum cõsecrationibus, ut apparet ex Leuitico: partim etiã in precibus ac benedictionibus priuatis. ut liquet ex Genes. 48. c. 14. quẽ ritũ deinde seruauit Ecclesia Christiana tã in ministris constituendis, ut ex hoc loco & 1. Tim. 5. d. 22, & alijs multis cõstat, tũ etiã in cõferendis Spiritus sancti donis. ut infrà 8. c. 16. & fausti precationibus. ut Matt. 19. b. 13. Sed nulla hîc chrismatis, rasuræ, crucis, lineæ uestis, cæremoniarum. & huiusmodi portentorum mentio.

7 Fidei τῇ πίστει. Id est, doctrinæ Euãgelicæ, quæ metonymicè dicitur Fides, quia nihil est aliud quàm potẽtia Dei ad salutẽ omniũ credentiũ. ὑπακούειν autem pro πείθεσθαι ponitur, ut annotauimus Matt. 8. d. 27. Est ergo notanda mutua relatio inter ministrum, uerbum Dei, ac fidem, ut falsos ministros à ueris, & fidem ab opinione distinguamus.

8 Fide

Στέφανος δὲ πλήρης πίστεως καὶ δυνάμεως, 8
A ἐποίει τέρατα καὶ σημεῖα μεγάλα ἐν τῷ λαῷ.
ἀνέστησαν δέ τινες τῶν ἐκ τῆς συναγωγῆς τῆς λε- 9
γομένης Λιβερτίνων, καὶ Κυρηναίων, καὶ Ἀλεξαν-
δρέων, καὶ τῶν ἀπὸ Κιλικίας καὶ Ἀσίας, συζητοῦντες
τῷ Στεφάνῳ.
καὶ οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ πνεύ- 10
ματι τῷ ἐλάλει.
τότε ὑπέβαλον ἄνδρας λέγοντας, ὅτι ἀκηκόαμεν 11
αὐτοῦ λαλοῦντος ῥήματα βλάσφημα εἰς Μωσῆν καὶ τὸν θεόν.
συνεκίνησάν τε τὸν λαὸν, καὶ τοὺς πρεσβυτέ- 12
ρους, καὶ τοὺς γραμματεῖς,
καὶ ἐπιστάντες συνήρπασαν αὐτὸν, καὶ ἤγαγον
εἰς τὸ συνέδριον.
ἔστησάν τε μάρτυρας ψευδεῖς, λέγοντας ὁ ἄν- 13
θρωπος οὗτος οὐ παύεται ῥήματα βλάσφημα λα-
λῶν κατὰ τοῦ τόπου τοῦ ἁγίου τούτου, καὶ τοῦ νόμου.
ἀκηκόαμεν γὰρ αὐτοῦ λέγοντος, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Να- 14
B ζωραῖος οὗτος καταλύσει τὸν τόπον τοῦτον, καὶ ἀλ-
λάξει τὰ ἔθη ἃ παρέδωκεν ἡμῖν Μωϋσῆς.
καὶ ἀτενίσαντες εἰς αὐτὸν ἅπαντες οἱ καθε- 15
ζόμενοι ἐν τῷ συνεδρίῳ, εἶδον τὸ πρόσωπον αὐ-
τοῦ ὡσεὶ πρόσωπον ἀγγέλου.

Stephanus uerò plenus fide ac potentia, ædebat prodigia & signa magna in populo.
Exorti sunt autem quidam è synagoga quæ dicitur Libertinorũ, & Cyrenęorum, & Alexandrinorum, & eorum qui sunt ex Cilicia & Asia, altercantes cum Stephano:
Nec ualebant resistere sapiẽtiæ & Spiritui per quem loquebatur. *Stephani sapientia & Spiritus.*
Tunc subiecerunt quosdam qui dicerent se audiuisse eum loquentem uerba blasphema in Mosem ac Deum.
Commouerúntque plebem & Seniores & Scribas: atque ingruentes correptũ eum adduxerunt in concilium: *Falsi testes contra Stephanum.*
Statuerúntque falsos testes qui dicerent, Homo iste non cessat loqui uerba blasphema aduersus locum sanctum hunc, & legem.
Audiuimus enim eum dicẽtem quod Iesus Nazarenus iste demolietur locũ hunc, & mutabit ritus quos tradidit nobis Moses,
Tunc intentis in eum oculis, omnes qui sedebãt in concilio, uiderunt faciem eius quasi faciem Angeli, *Facies Stephani*

CAPVT VII.

ΚΕΦ. ζ.

Εἶπε δὲ ὁ ἀρχιερεὺς· εἰ ἄρα ταῦτα οὕτως ἔχει. 1
ὁ δὲ Στέφανος ἔφη· ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἀ- 2
κούσατε· ὁ θεὸς τῆς δόξης ὤφθη τῷ πατρὶ ἡμῶν
Ἀβραὰμ, ὄντι ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, πρὶν ἢ κατοι-
κῆσαι αὐτὸν ἐν Χαρράν,

DIxit aũt princeps Sacerdotum, Num hæc ita habent? *Concio & responsio Stephani ad uersus falsos testes.*
Ipse uerò dixit, Viri fratres & patres, audite, Deus ille gloriæ uisus est patri nostro Abrahæ quum esset in Mesopotamia, prius quàm habitaret in Charran,

3 Fide πίστεως Hic aliter accipitur Fides quàm in superiore uersiculo, nimirum pro eo animi assensu quo oblatam in Christo iustitiam amplectimur. Sed in quatuor codicibus scriptum inuenimus πλήρης χάριτος plenus gratia: quam lectionem sequutus est Vetus interpres. Potentia δυνάμεως Id est, eximijs & excellentibus illis donis Spiritus sancti, quę δυνάμεως, id est potentiæ, nomine intelligũtur ab effectis, siue quòd uirtutis illius ac potestatis cælestis testimonia sint. 8 in populo. εἰ τῷ λαῷ, Id est, δημοσίᾳ, palàm scilicet, quia ex ipso populo multos sanabat. Reperimus autẽ in duobus codicibus additum διὰ τῆς ὀνόματος τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, per nomen Domini Iesu Christi. 9 E synagoga ἐκ τῆς συναγωγῆς Id est, ex collegio. Nam certè oportuit tam amplam ciuitatem, ad quam etiam undiq; Iudæi, tanquam ad communem academiam, suos eruditos mitterent, in uaria collegia distribui: quę quidem apparet ex hoc loco, pro nationũ uarietate distincta, quemadmodum hodie etiamnum Lutetię multa collegia à uariis gentibus cognominantur, quibus etiam peculiariter ac propriè sunt constituta. Libertinorum, Λιβερτίνων. Ridiculum est profectò quod à quibusdam est C annotatum, Libertinos scilicet istos Romanos fuisse, quia Latinum est uocabulum, & a Liuia Augusti coniuge sic cognominatos. Alij alias causas afferunt, quarum nulla mihi quidem adhuc probari potuit. Neq; enim uideo qua ratione Lucas istos appellet ex conditione, cæteros uerò ex gente ac patria. Itaque quò propius hunc locum inspicio, eò magis confirmor in ea opinione, ut existimem fuisse à librarijs deprauatum, & pro Λιβερτίνων reponẽdum esse Λιβυστίνων. Iidem sunt autem Libistini qui & Libyes & Libyci, ut diserte testatur Stephanus, ex Libya scilicet oriundi: quæ quum inter Cyrenaicã & Aegyptum media sit interiecta, meritò scilicet coniunguntur cum Cyrenaicis & Alexandrinis, sicuti rursus Cilices cum Asiaticis. Occasionem autem errori prębere potuit partim summa nominis affinitas inter Libistinos & Libertinos, partim etiam quòd isti multo frequentius Libyes, quàm Libistini dicãtur, ut imperitus aliquis facilè suspicari potuerit locum esse deprauatum, quem ipse tamen deprauarit. Sed quid si potius hæc mea coniectura quod rectè scriptũ est. peruerteret? nam certè mirus est omnium codicum consensus. Quamobrem ne apicem quidem mutare uolui: tãtum placuit, lectori quod suspicarer, bona fide proponere, ut aliquid constituant istarũ rerũ peritiores. 10 Sapientiæ τῇ σοφίᾳ In uno exemplari additum erat τῇ ὄντι ἐν αὐτῷ, quæ in ipso erat. Et Spiritui καὶ τῷ πνεύματι Rursus in eodem exemplari additur τῷ ἁγίῳ Sancto. Per quem loquebatur, id est ᾧ ἐλάλει. Vulg. qui loquebatur, id est ὃς ἐλάλει quę lectio prorsus cõuenit cum eo quod scriptum est Marc. 13. b. 11: sed nullius (quod sciam) exemplaris authoritate confirmatur. Nam quod existimat Erasmus ᾧ positum esse pro ὁ propter datiuum πνεύματι præcedentẽ, non facilè cõcesserim, quia huius enallages nullum unquam exemplum memini legere in constructione intransitiua. Sed hoc maioris est momenti, quòd in uno uetusto codice reperimus post ἐλάλει omnia hæc adscripta διὰ τὸ ἐλέγχεσθαι αὐτοὺς ὑπὸ αὐτῶ μετὰ παρρησίας. μὴ δυναμένους δὲ αὐτοφθαλμεῖν τῇ ἀληθείᾳ, τότε ὑπέβαλον, Id est, quod ipsi ab eo coarguerentur omni cum libertate. Itaq; quum non possent obniti ueritati, tunc subiecerunt quosdam, &c. Est autem αὐτοφθαλμεῖν uerbum elegans, quod de ijs dicitur, qui aperta ui resistunt, & obuersis ultribus manũ conserunt. Sic usurpatur à Polybio lib. historiarũ 4. ubi de Messenijs agit, & ab hoc nostro Luca dicitur de naui, quæ obuersa uento prora rectum cursum tenet, infrà 27. c. 15 11 Se audiuisse, ὅτι ἀκηκόαμεν Cur interdum (quod tamen rarò fecimus) formam orationis rectam obliqua interpretemur, diximus Ioh. 1. b. 26. 12 Ingruentes ἐπιστάντες Vel, adorti. Plus enim est hoc loco ἐφιστάνω quàm Superuenire, ut etiam infrà 17. a. 5. Vulg. concurrentes, i. συνδραμόντες Eras. inuadentes ἐπιόρχεσθαι. IN CAPVT VII.

2 in Mesopotamia, ἐν τῇ μεσοποταμίᾳ, Consentiunt omnes codices. Itaq; quũ paulo post dicat Abraham è Chaldæa egressum, omnino necesse est ut Mesopotamiam Stephanus uocet non eam modò regionem quæ duobus amnibus Euphrate & Tigri includitur, sed etiã Babyloniã, cuius pars est Chaldæa, sicut etiã Plinius lib. 6. cap. 27, Babylona tribuit Mesopotamiæ, ut uir ille fælicis memoriæ Ioachimus Vadianus obseruauit, diligens planè ac eruditus harum rerũ obser-

Et dixit ad eũ, Exi è terra tua, & è cognatione tua, & adesdũ in terrã quãcunq; indicaro tibi.

Tunc exijt è terra Chaldæorũ, & habitauit in Charran. Et illinc, postquã mortuus est pater eius, transtulit eum in terram hanc in qua nunc uos habitatis.

Et non dedit ei possessionem in ea, ne uestigium quidem pedis: quanuis promisisset se daturum ei eam obtinendam, & semini eius post ipsum, quum non haberet prolem.

Gen.15.c.13. & d.16. Locutus autem est ita Deus, Erit, *inquit*, semẽ tuũ inquilinũ in terra aliena, ubi seruituti subijcietur, et malis premetur annis quadringẽtis.

Sed gentem cui seruierint, puniam ego, dicit Deus: & post hæc exibunt, & seruient mihi in loco isto.

Circunciſio. Gen.17.b.9 Gen.21.a.2 Gen.25.c.24. Gen.29.d.33, & 30.a.5.&35. d.23. Gen 37.f.28 *Ioſeph.* Gene.41.e.37 Deditq; ei pactum circũcisionis: & ita *Abraham* genuit Isaac, & circuncidit eum in die octauo: Isaac autem *genuit* Iacob, & Iacob duodecim Patriarchas.

Patriarchę uerò inuidia moti, Iesephũ uẽdiderunt *abducendũ* in Aegyptũ: sed erat Deus cũ eo:

Et exemit eũ ex omnib. ipsius oppressionib. deditq; ei gratiam & sapientiam coram Pharaone Rege Aegypti, qui cõstituit eũ prẽfectũ super AEgyptũ, & *super* totam domũ suam.

Venit autem fames in uniuersam terrã AEgypti & Chanaan, & oppressio magna: nec inueniebant cibos Patres nostri.

Gene.42.a.1. Quum audisset autem Iacob esse frumenta in AEgypto, misit Patres nostros primùm.

Gen. 45.a.4. Et in secũda *profectione* agnitus est Ioseph à fratribus suis, & innotuit Pharaoni genus Ioseph

3 καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ἐξελθὲ ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς A
συγγενείας σου, καὶ δεῦρο εἰς τὴν γῆν ἣν ἄν σοι δείξω.

4 τότε ἐξελθὼν ἐκ γῆς Χαλδαίων, κατῴκησεν
ἐν Χαρράν. κἀκεῖθεν, μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πα-
τέρα αὐτοῦ, μετῴκισεν αὐτὸν εἰς τὴν γῆν ταύτην,
εἰς ἣν ὑμεῖς νῦν κατοικεῖτε.

5 καὶ οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ κληρονομίαν ἐν αὐτῇ,
οὐδὲ βῆμα ποδός. καὶ ἐπηγγείλατο αὐτῷ δοῦναι
εἰς κατάσχεσιν αὐτὴν, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ μετ'
αὐτὸν, οὐκ ὄντος αὐτῷ τέκνου.

6 ἐλάλησε δὲ οὕτως ὁ θεός· ὅτι ἔσται τὸ σπέρμα
αὐτοῦ πάροικον ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ, καὶ δουλώσουσιν
αὐτὸ, καὶ κακώσουσιν ἔτη τετρακόσια,

7 καὶ τὸ ἔθνος ᾧ ἐὰν δουλεύσωσι, κρινῶ ἐγὼ,
εἶπεν ὁ θεός· καὶ μετὰ ταῦτα ἐξελεύσονται, καὶ
λατρεύσουσί μοι ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ.

8 καὶ ἔδωκεν αὐτῷ διαθήκην περιτομῆς. καὶ
οὕτως ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ, καὶ περιέτεμεν αὐτὸν τῇ
ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ· καὶ ὁ Ἰσαὰκ τὸν Ἰακώβ, καὶ ὁ Ἰα-
κὼβ τοὺς δώδεκα πατριάρχας. B

9 καὶ οἱ πατριάρχαι ζηλώσαντες τὸν Ἰωσὴφ,
ἀπέδοντο εἰς Αἴγυπτον· καὶ ἦν ὁ θεὸς μετ' αὐτοῦ,

10 καὶ ἐξείλετο αὐτὸν ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτοῦ,
καὶ ἔδωκεν αὐτῷ χάριν καὶ σοφίαν ἐναντίον Φα-
ραὼ βασιλέως Αἰγύπτου, καὶ κατέστησεν αὐτὸν ἡ-
γούμενον ἐπ' Αἴγυπτον, καὶ ὅλον τὸν οἶκον αὐτοῦ.

11 ἦλθε δὲ λιμὸς ἐφ' ὅλην τὴν γῆν Αἰγύπτου καὶ Χα-
ναὰν, καὶ θλῖψις μεγάλη, καὶ οὐχ ηὕρισκον χορτάσ-
ματα οἱ πατέρες ἡμῶν.

12 ἀκούσας δὲ Ἰακὼβ ὄντα σῖτα ἐν Αἰγύπτῳ, ἐξα-
πέστειλε τοὺς πατέρας ἡμῶν πρῶτον,

13 καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ ἀνεγνωρίσθη Ἰωσὴφ τοῖς ἀδελφοῖς C
αὐτοῦ, καὶ φανερὸν ἐγένετο τῷ Φαραὼ γένος τὸ Ἰωσήφ.

nator. Quòd aũt uidetur Stephanus à Mose dissentire, quum Genes.12 a.1. ista perinde uideãtur narrari ac si dicta essent Abrahamo post patris mortem, quum iam ex Charran esset profecturus. id, inquam, ortum est ex interpretis negligentia, qui initium illius capitis duodecimi conuertere debuit per plusquamperfectum, Dixerat autem, &c. Idq; ita fuisse faciendum, uel illud satis declarat, quòd iubetur ex terra sua & cognatione sua exire. ex quo liquido apparet, hæc pertinere ad id tempus quo primùm ex patria migrauit. quod illi non uidentur satis cõsideresse, qui ut hunc nodum soluerent, duplicem fecerunt Abrahæ uocationem, quarum unam à Mose prætermissam recenseat Stephanus. Atqui si hæc Stephanus nõ accepit à Mose, à quo tandem accepit? deinde quis nõ uidet, Stephanũ, si quædam à Mose discrepantia narrasset, maximã calumniandi occationem fuisse aduersarijs præbiturum? 5 Ne uestigium quidem pedis: *βῆμα ποδός*: Id est, ne tantillum quidem, ut in solo suo posset pedem figere. Sic enim prouerbiali quadã figura loquũtur Hebræi ברגל כפרסל ut Deut.1.a.5. Quamuis promisisset *καὶ ἐπηγγείλατο* Vulg. & Eras. & repromisit. Irenæi interpres, sed promisit: rectius profectò quàm illi, Sed ipsa tamẽ series ostendit *καὶ* pro *καὶ περ* commodius accipi posse, ut Matth 5.c.19, & 15.a.5. Item Luc.18.b.7. sicut apud Hebræos ויר accipitur pro אם על בירוש, ut Ecclesiast.9. d. 16. Diximus autem alibi de uerbo *ἐπαγγέλλεσθαι*. Ei *αὐτῷ* Cohæret pronomen cum uerbo *δοῦναι*, ut apparet ex eo quod sequitur. Itaq; in uno codice sic scriptum legimus, *καὶ ἐπηγγείλατο αὐτῷ δοῦναι εἰς κατάσχεσιν αὐτῷ, καὶ τῷ σπέρματι*, quam lectionem synceram esse puto.

6 Ita *ὅτως* In nonnullis codicibus Veteris editionis pro ita legitur ei, id est *αὐτῷ*, ut in uno etiam exemplari Græco scriptum legimus: in aliis uerò expungitur. Tum *αὐτῇ* Sæpe iam annotauimus frequentes esse apud Hebræos istas personarum mutationes, ac præsertim Luc.19.b.9, ubi similem prorsus enallagẽ obseruauimus. Omnino enim præstat recta loquutione istum uersiculum explicare, ut cum proximo cohæreat. Sed in uno codice pro *αὐτοῦ* disertè scriptũ legimus *σοῦ*. Vbi seruituti subijcietur, *καὶ δουλώσουσιν αὐτὸ*, Quia post *καὶ* subaudiendum est *ἐκεῖ* ex Hebræorũ idiotismo, qui (ut sæpe iam diximus) relatiui loco utuntur cõiunctione copulatiua, unà cum demonstratiuo aut relatiuo pronomine, eoq; uel expresso, uel subaudito: ideò perinde hoc conuerti ac si scriptum esset *ὅπου*. Deinde relatiuum *αὐτὸ* siue *αὐτοῦς*, ut legit Vetus interpres, & quidã codices habẽt, tanquam in Latino sermone redũdans expunxi. Postremò *δουλώσουσιν* & *κακώσουσιν* passiuè sum interpretatus, ut personę mutationẽ uitarẽ. Annis 400 *ἔτη τετρακόσια*. Eras. testatur quandã editionẽ peruetustã legere cccxxx, adstipulatore etiã Rabano, neq; sũ hic iudicium interponit. Illud quidẽ certũ est, Gen.15.c.13. unde hæc petita sunt, nõ plures annos numerari 400. ut nemo dubitare iure possit quin hæc sit germana lectio. Nam cccxxx anni quorũ sit mentio Exod.12.f.41, & Gal.3.c.17, ab initio peregrinationis Abrahami numerantur, sicut 40 istos ab initio exorti seminis Abrahami. id est à nato Isaaco, necesse est auspicari: ut apertè demõnstrant Chronographi, ac præsertim Funccius, omniũ qui in hoc argumento sunt uersati, ut mihi quidẽ uidetur, lõgè diligentiss. à quo tamen in eo dissentio, quòd peregrinationem Abrahami ab eo tẽpore inchoat, quo profectus est ex Charrã. quã ego potius auspicer ab eo tẽpore quò unà cum Patre ex Vr Chaldæorũ uenit in Charran: unde quinquenniũ illic moratus, amisso Patre ad Chananæos peruenit. Puto enim uerã esse Iudæorũ supputationẽ quæ Israelis peregrinationi in Aegypto, annos tribuit 210 duntaxat: qua de re alius fortasse dabitur dicendi locus. 8 Et ita *καὶ ὅτως* Eras. atq; hic, *καὶ οὕτως*. Ego uerò potius. Vulg. editionem sequor, quia in uetustis & emendatissimis quibusq; codicib. legimus *καὶ ὅτως*. Ponitur aũt interdũ hæc particula tanquã *παρέλκον*, ut orationis seriem connectat, sicut annotauimus Ioh 4,a.6. 9 Erat Deus cum eo: *ἦν ὁ*

A βιόσ μετ' αὐτοῦ Hebræum est etiam hoc genus dicendi, quo peculiaris quidam Dei fauor erga aliquos declaratur. Videtur enim quodāmodo ab ijs abesse, quos iuuare nō sustinet: cōtrā uerò, præsēs illis quos ex maximis quibusq; periculis eripit.

ἀπέστειλας δὲ Ἰωσὴφ, μετεκαλέσατο τὸν πατέρα 14
αὐτοῦ Ἰακὼβ, καὶ πᾶσαν τὴν συγγένειαν αὐτοῦ, ἐν
ψυχαῖς ἑβδομήκοντα πέντε.

κατέβη δὲ Ἰακὼβ εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐτελεύτη- 15
σεν αὐτὸς, καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν.

καὶ μετετέθησαν εἰς Συχέμ, καὶ ἐτέθησαν ἐν 16
τῷ μνήματι, ὃ ὠνήσατο Ἀβραὰμ τιμῆς ἀργυρίου
παρὰ τῶν υἱῶν Ἐμμὼρ τοῦ Συχέμ.

καθὼς δὲ ἤγγιζεν ὁ χρόνος τῆς ἐπαγγελίας, ἧς 17
ὡμολόγησεν ὁ θεὸς τῷ Ἀβραὰμ, ηὐξησεν ὁ λαὸς, καὶ ἐ-
πληθύνθη ἐν Αἰγύπτῳ,

ἄχρις οὗ ἀνέστη βασιλεὺς ἕτερος, ὃς οὐκ ἤδει τὸν 18
Ἰωσήφ.

οὗτος κατασοφισάμενος τὸ γένος ἡμῶν, ἐκά- 19
κωσε τοὺς πατέρας ἡμῶν, τοῦ ποιεῖν ἐκτίθεσθαι τὰ
βρέφη αὐτῶν, εἰς τὸ μὴ ζωογονεῖσθαι.

Misis autem *nuntijs* Ioseph accersiuit patrem suum Iacob, omnemq; cognationem suam, capitum septuagintaquinq;.

Descendit ergo Iacob in AEgyptum, obijtq; ipse & patres nostri.

Qui translati sunt in Sichem, & positi in sepulchro quod emit Abraham pretio argenti à filijs Emor filij Sichem.

Quum autem appropinquaret tempus promissionis, cuius *causā* Deus iurauerat Abrahæ, creuit populus & multiplicatus est in Aegyp.

Vsquequo exortus est alius Rex, qui nō nouerat Ioseph.

Hic aduersus genus nostrum ingeniosus, malis oppressit patres nostros, *adeo* ut exponerent infantes suos ne uitales essent.

14 Misis *nuntijs* ἀποστείλας Vide Math. 2. c. 16. Septuaginta quinq;. ἑβδομήκοντα πέντε. Sic legitur in omnibus codicibus quos inspeximus, & iampridem ita scriptum fuisse, apparet ex Hieronymo & Augustino, qui multùm laborarūt ut hunc locum conciliarent cum eo quod scriptum est Genes. 46. c. 27, ubi in Hebræa ueritate LXX capita duntaxat numerantur, consentiente etiam Iosepho, libro Antiquitatum 2. cap. 4. Hoc quidem certum est, in eiusmodi cōtrouersijs adsonantes esse recurrendū, unde reliquæ translationes sunt deruatæ. Itaque ingenuè profiteor, editionem Græcam eo loco mihi uideri deprauatam, quòd minimè mirum est accidisse in tanta Hebraicæ linguæ imperitia: de ijs loquor qui Græcos codices uersarunt in manibus. Nam hunc errorem sanè malim existimare ab illis ortum, quàm ab ipsis Græcis interpretibus: quos uix mihi quisquā persuaserit tam negligentes esse potuisse, ut eorum qui apud Mosen recēsentur, saltem nomina nō numerarent. Sed magis est eorum audacia reprehendenda, qui quum uiderent, numerum eorum qui sigillatim illic recensentur, collectæ summæ non respondere: ausi sunt addere Iosephi nepotes & abnepotes, ut summam explerent. qua quidem ratione non rectè putauit Augustinus, posse septuaginta quinque capita numerari. Cur enim Iosephi nepotes & abnepotes potius adiciantur, quàm aliorum Patriarcharum? quia fortasis dicat aliquis, solus Iosephus istos sustulerat, quum Iacob in Aegyptum descenderet. Imò uerò constat ex cap. Genes. 41. f. 46. Iosephum, quum XXX annos ageret, fuisse præfectum Aegypto, quibus si septem illos annos fertiles & duos sterriles addas, omnino triginta nouem annos efficies, quot natum esse oportuit Iosephum, quum Iacob in Aegyptum ueniret, anno scilicet sterilitatis tertio ineunte, sicut apparet Genes. 45. a. 6. ut ne nepotes quidem eo tempore ullos habuerit, ut qui anno ad summum tricesimo uxorem duxisset, Genes. 41. f. 45. Ergo, ut ad rem redeam, corruptè legitur hic numerus in Græcis codicibus: & qui Iosephi nepotes & abnepotes ausi sunt adijcere, ut summam explerent, errorem auxerunt: nisi potius fortasis, quum ad marginem essent isti Iosephi nepotes & abnepotes quinq; ab aliquo annotati, ac postea per librariorum incuriam in contextum irrepsissent (quod infinitis penè locis factum esse comperiet quisquis Hebræa cum Græcis comparabit) tandem repertus sit qui quum uideret summam non conuenire, nec Hebraicæ ueritatis fontes adire posset, errorem (ut existimabat) manifestum emendarit. Eum autem non est quòdquisquam miretur tàm multos porrò sequutos esse, quum quisquis illa nomina in Græco contexto numeraret, putaret se in summæ numero manifestum errorem deprehendisse. Quæ quum ita se habere ex istis minimè, ut opinor, uanis coniecturis appareat, nemini profectò mirum uideri debet, eosdem illos postea hūc Lucæ locum ex illo Mosis deprauato, simili ratione corrupisse. de quo ut minimè dubitem, illud quoque facit, quòd pari audacia aut imperitia potius uideam alium Mosis locum corruptū Deutet. 10. d. 22. ubi similiter, in ijs quidem codicibus qui nostra memoria sunt excusi, mentio fit LXXV animarū, quum diserte testetur Hieronymus suo tempore Græcam interpretationem eo loco ab Hebræis non uariasse. Sed & mox in hac eadem concione maioris etiam audaciæ uestigia deregemus. Nobis tamen summa fuit religio quicquam ex coniectura mutare. 16 Translati sunt μετετέθησαν Translati sunt, scilicet ipsi Patriarchæ Iacobi filij, quanuis unius Iosephi mētio fiat. Ios. 24. 8. 32. Nam Hieronymus quoque in Paulæ Epitaphio duodecim Patriarcharum sepulchra in Sichem collocat: ut tum ex hoc loco, tum etiam ex oculati testis Hieronymi authoritate, facilè mihi persuaserim firmum non esse quod narrat Iosephus lib. Antiquitatum 2. cap. 4, cæterorū scilicet Patriarcharum corpora, uno Iosepho excepto, Hebronem relata, ibiq; sepulta fuisse: quum de eo nihil in historia sacra narretur, & hic, ut dixi, locus aperte repugnet. Quod autem ad ipsum Iacobum attinet, is nempe fuit sepultus in Hebron, in illa scilicet duplici spelunca cum Abrahamo & Isaaco, ut diserte scribitur Genes. 50. b. 13. à qua narratione nihil discrepat quod hic testatur Stephanus, si quis dexterè intelligat. Neque enim quicquam est quod nos cogat ista accipere de ipso Iacobo. Quod emit Abraham ὃ ὠνήσατο Ἀβραάμ Hic uerò locus non dubito quin primùm ab imperito quopiam fuerit deprauatus: qui, quum Euangelista simpliciter & nullo adiecto nominatiuo scripsisset ὃ ὠνήσατο τιμῆς ἀργυρίου, existimauerit imperfectam esse orationem: & quum meminisset emptæ cuiusdam speluncæ ab Abrahamo (cuius sit mentio Genes. cap. uicesimo tertio) Abrahami nomen ad marginē annotarit, quasi uidelicet explēdæ cōstructioni deesset. unde factum est facilè in contextum irreperet, & error, quod aiunt, priore peior nasceretur. Atqui non erat supplendum Abrahami nomen, sed relatiuum potius αὐτὸς aut ἐκεῖνος, id est ipse, uel ille, scilicet Iacobus: cuius nomen in superiore atq; adeo cohærente membro fuit expressum. Neq; enim Abraham is est qui emit agrum in Sichem à filijs Emor filij Sichem, in quo Patriarchæ fuerunt sepulti, sed Iacobus potius, ut diserte scribitur cap. Geneseos tricesimotertio. Fuit autem res ista celebris ea etiam tempestate, & omnibus nota, ut liquet ex cap. Ioh. 4. a. 5. ut ἀμαρτήματι μνημονεύῳ nullus hic locus relinquatur: quod etiā haud scio quàm religiosum fuerit, aut ipsi Stephano iam uelut ex ipsis cælis concionanti, aut Lucæ hæc scribenti tribuere. Simili quorundam partim temeritate partim ignorantia factum puto, ut Matt. 27. a. 9. nomen Zachariæ, Mar. 2. d. 26, Abiatharis pontificis ac fortasis etiam Luc. 2. a. 2, Cyrenij præsidis nomen in contextū reponeretur. Quinetiam testatur Hieronymus de optimo genere interpretādi ad Pammachiū, Math. 13. e. 35, in multos codices irrepsisse nomen Esaiæ, pro quo deinde substitutum sit nomen Asaph. quum hodie neutrum illic legatur, & optima quidem ratione, ut opinor. Item Marci 12. d. 42. magna causa est cur ex margine totum hoc ὃ ἐστι κοδράντης additum esse suspicet, & infrà quoq; 8. e, 26, mihi uideretur totum hoc ascitum αὐτῇ ἐστὶν ἁμαρτία, ut suo loco dicemus: quæ exempla alij nonnulli etiam ex ueteribus ante me, si non omnia, certè pleraq;, annotarunt: & idcirco proferenda putaui hoc loco, ut hanc coniecturam ostenderem non modo probabilibus rationib. niti quas ante exposuimus, sed etiam similibus exemplis non carere. Suum interim cuiq; liberum iudicium esto. 17 Cuius *causā* iurauerat τὸ ὠμόσεν Vulg. quam confessus fuerat τὸ ὁμολόγησεν, quod non probo, & si maximè probarem, mallem conuertere, quam spoponderat.

Quo tẽpore natus est Moses, q fuit gratus Deo ac nutritus est trib. mensib. in domo patris sui.

Expositum autem illum sustulit filia Pharaonis, & nutriuit eum sibi pro filio.

Et eruditus est Moses omnisapientia Aegyptiorum: eratq; potens dictis & factis.

Vtuero expletũ est ei quadraginta annorũ tẽpus, subijt in cor eius ut inuiseret fratres suos filios Israel.

Et quum uidisset quendam iniuria affici, defendit ac uindicauit eum qui molestia afficiebatur, percusso Agyptio.

Existimabat aũt intelligere fratres suos quòd Deus per manum ipsius daret salutem illis: at illi non intellexerunt.

Porrò sequẽti die uisus est ipsis certantibus, & compulit eos in pacem, dicens, Viri, fratres estis uos: cur alij alios iniuria afficitis?

Is autem qui iniuriam faciebat proximo, repulit eum, dicens, Quis te constituit principẽ ac iudicem super nos?

Num interficere me tu uis, quemadmodum interfecisti heri Aegyptium?

Ad hunc aũt sermonẽ Moses fugit, & factus est aduena in terra Madiã, vbi genuit filios.

Apparet Angelus Moysi in rubo. Exod. 3.a.2

Expletis verò annis quadraginta, visus est ei in deserto montis Sina Angelus Domini flammeo igne rubi.

Moses autem vt conspexit, admiratus est visum: & quum accederet ad considerandum, facta est ad eum uox Domini,

Ego *sum* Deus ille Patrum tuorum, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Tremefactus aũt Moses, nõ audebat considerare.

Terra sancta.

Dixit aũt ei Dominus, Solue soleas pedũ tuorum: locus enim in quo stas, terra sancta est.

Vidi, uidi afflictionẽ populi mei qui *est* in Aegypto, & suspiria eorũ audiui: & descẽdi ut eximã eos. nũc ergo adesdũ, mittã te in Aegyptũ.

Hũc Mosen quẽ abnegauerãt, dicẽtes, Quis te cõstituit principẽ & iudicẽ? hũc, *inquã*, Deus principem & redemptorem misit, ductu Angeli qui uisus fuerat ei in rubo.

Exo. 7. 8. 9. 10 11. 1. 4 Exod. 16. a. 1 Suprà 3. d. 22. Deut. 18. c. 15

Hic eduxit illos, æditis prodigijs & signis in Aegypto & in rubro mari, & in deserto annis quadraginta.

Hic est Moses ille qui dixit filijs Israel, Prophetã suscitabit uobis Dominus Deus uester è fratribus uestris, sicut me: eum audite.

20 ϛ῾ ᾧ καιρῷ ἐγεννήθη μωσῆς καὶ ἦν ἀστεῖος τῷ θεῷ, A
ὃς ἀνετράφη μῆνας τρεῖς ἐν τῷ οἴκῳ τ῾ πατρὸς αὐτ῾.
21 ἐκτεθέντα δὲ αὐτ῾, ἀνείλετο αὐτὸ ἡ θυγάτηρ φαραὼ, Ⓒ ἀνεθρέψατο αὐτὸ ἑαυτῇ εἰς υἱόν.
22 καὶ ἐπαιδεύθη μωσῆς πάσῃ σοφίᾳ αἰγυπτίων· ἦν δὲ δυνατὸς ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις.
23 ὡς δὲ ἐπλήρετο αὐτῷ τεσσαράκοντα ἐτῶν χρόνος, ἀνέβη ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτ῾, ἐπισκέψασθαι τοὺς ἀδελφοὺς αὐτ῾, τοὺς υἱοὺς ἰσραήλ.
24 Ⓒ καὶ ἰδών τινα ἀδικούμενον, ἠμύνατο, καὶ ἐποίησεν ἐκδίκησιν τῷ καταπονουμένῳ, πατάξας τ῾ αἰγύπτιον.
25 ἐνόμιζε δὲ συνίειν τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, ὅτι ὁ θεὸς διὰ χειρὸς αὐτ῾ δίδωσιν αὐτοῖς σωτηρίαν. οἱ δὲ οὐ συνῆκαν.
26 τῇ τε ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ ὤφθη αὐτοῖς μαχομένοις καὶ συνήλασεν αὐτοὺς εἰς εἰρήνην, εἰπών· ἄνδρες, ἀδελφοί ἐστε ὑμεῖς· ἵνατί ἀδικεῖτε ἀλλήλους;
27 ὁ δὲ ἀδικῶν τὸν πλησίον, ἀπώσατο αὐτὸν, εἰ- B
πών· τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστὴν ἐφ᾽ ἡμᾶς;
28 μὴ ἀνελεῖν με σὺ θέλεις, ὃν τρόπον ἀνεῖλες χθὲς τὸν αἰγύπτιον,
29 ἔφυγε δὲ μωσῆς ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, καὶ ἐγένετο πάροικος ἐν τῇ μαδιὰμ, ὅ ἐγέννησεν υἱοὺς δύο.
30 καὶ πληρωθέντων ἐτῶν τεσσαράκοντα, ὤφθη αὐτῷ ἐν τῇ ἐρήμῳ τ῾ ὄρους σινᾶ ἄγγελος κυρίου ἐν φλογὶ πυρὸς βάτου.
31 ὁ δὲ μωσῆς ἰδὼν ἐθαύμασε τὸ ὅραμα. προσερχομένου δὲ αὐτ῾ κατανοῆσαι, ἐγένετο φωνὴ κυρίου πρὸς αὐτόν·
32 ἐγὼ ὁ θεὸς τ῾ πατέρων σου, ὁ θεὸς ἀβραὰμ Ⓒ ὁ θεὸς ἰσαὰκ καὶ ὁ θεὸς ἰακώβ. δὺς τρόμος δὲ ἐγένετο μωσῆ, οὐκ ἐτόλμα δὲ κατανοῆσαι.
33 εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ κύριος· λῦσον τὸ ὑπόδημα τ῾ ποδῶν σου, ὁ γὰρ τόπος ἐν ᾧ ἕστηκας, γῆ ἁγία ἐστίν.
34 ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν τ῾ λαοῦ μου τ῾ ἐν αἰγύπτῳ, καὶ τ῾ στεναγμὸν αὐτ῾ ἤκουσα, καὶ κατέβην ἐξελέσθαι αὐτούς. καὶ νῦν δεῦρο ἀποστελῶ σε εἰς αἴγυπτον. C
35 τοῦτον τὸν μωϋσῆν, ὃν ἠρνήσαντο, εἰπόντες, τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστήν; τοῦτον ὁ θεὸς ἄρχοντα καὶ λυτρωτὴν ἀπέσταλκεν ἐν χειρὶ ἀγγέλου τ῾ ὀφθέντος αὐτῷ ἐν τῇ βάτῳ.
36 οὗτος ἐξήγαγεν αὐτοὺς, ποιήσας τέρατα Ⓒ σημεῖα ἐν γῇ αἰγύπτου, καὶ ἐν ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἔτη τεσσαράκοντα.
37 οὗτός ἐστιν ὁ μωϋσῆς, ὁ εἰπὼν τοῖς υἱοῖς ἰσραήλ· προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν, ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ, αὐτ῾ ἀκούσεσθε.

19 Aduersus genus nostrum ingeniosus, κατασοφισάμενος τὸ γένος ἡμῶν. Vulg & Eras. circũueniens: quam significationem fateor quidẽ huic uerbo tribui, sed tamen no putami huic loco satis accõmodatã. Nam obsecro, in iltis Pharaonis edictis quis nõ apertã potius crudelitatẽ perspiciat quàm callidã aliquã astutiã? Sed in eo uidetur solers & ingeniosus Pharao quod rationẽ inuenerit Israelitas paulatim extinguendi, ita tamen ut magnas ex ijs ipsis utilitates caperet, quas alioquin erat amissurus, si uel eos omnes semel perdidisset, uel Aegypto eiecisset. Idem ergo ualet κατασοφίζεσθαι atq; τεχνᾶσθαι καὶ μηχανᾶσθαι ἐκ τῆ γένους, id est, solerter & ingeniose aliquid excogitare aduersus genus nostrũ. Idq; etia ex eo liquet, quod Moses Exod 1. b. 10, non utitur uerbo ריבית, sed נחכמה inquit, id est, solertia & ingenio aduersus eum uramur. nam etiã tradũt doctissimi Hebrei intransitiuè accipiendũ. Meritò aut id dicitur de eo qui ex suis inimicis nõ modò nullũ damnũ, sed magnos etiã fructus tulit, si quidẽ ipsius consilia spectes. Nam quæ postea gesta sunt, extra ordinẽ facta sunt à Domino, ut uerũ esse cõprobaret quod ait ille, malũ consiliũ consultori esse pessimũ. 20 Gratus ἀστεῖος Id est. χαρίεις Nam alioquin hoc nomen declarat urbanũ ac festiuũ, ut rectè annotauit Eras. 21 Pro filio ἐς υἱὸν Heb. לבן, id est

A ὅτος ἐστὶν ὁ γενόμενος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν τῇ 38
ἐρήμῳ, μετὰ τοῦ ἀγγέλου τοῦ λαλοῦντος αὐτῷ ἐν τῷ
ὄρει σινᾶ, καὶ τῶν πατέρων ἡμῶν, ὃς ἐδέξατο λό-
για ζῶντα δοῦναι ἡμῖν,

ᾧ οὐκ ἠθέλησαν ὑπήκοοι γενέσθαι οἱ πατέρες 39
ἡμῶν, ἀλλ' ἀπώσαντο, καὶ ἐστράφησαν ταῖς καρδί-
αις αὐτῶν εἰς αἴγυπτον,

εἰπόντες τῷ ἀαρών· ποίησον ἡμῖν θεούς, οἳ προ- 40
πορεύσονται ἡμῶν· ὁ γὰρ μωσῆς οὗτος, ὃς ἐξήγαγεν
ἡμᾶς ἐκ γῆς αἰγύπτου, οὐκ οἴδαμεν τί ἐγένετο αὐτῷ

καὶ ἐμοσχοποίησαν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, 41
καὶ ἀνήγαγον θυσίαν τῷ εἰδώλῳ, καὶ εὐφραίνον-
το ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν.

ἔστρεψε δὲ ὁ θεὸς, καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς λατρεύειν τῇ 42
στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, καθὼς γέγραπται ἐν βίβλῳ τῶν
προφητῶν· μὴ σφάγια καὶ θυσίας προσηνέγκατέ μοι
ἔτη τεσσαράκοντα ἐν τῇ ἐρήμῳ οἶκος Ἰσραήλ;

καὶ ἀνελάβετε τὸ σκηνὼμα τοῦ μολόχ, καὶ τὸ ἄστρον τοῦ 43
θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφάν, τοὺς τύπους οὓς ἐποιήσατε προσκυ-
B νεῖν αὐτοῖς· καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος

ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου ἦν τοῖς πατράσιν ἡμῶν ἐν 44
τῇ ἐρήμῳ, καθὼς διέταξατο ὁ λαλῶν τῷ μωσῆ,
ποιῆσαι αὐτὴν κατὰ τὸν τύπον ὃν ἑωράκει,

ἣν καὶ εἰσήγαγον διαδεξάμενοι οἱ πατέρες ἡμῶν 45

Hic ille est qui fuit in cõgregatione in deser to, cum Angelo qui loquebatur ei in monte Si na, & cum patribus nostris, qui excepit oracu la uiua ut daret nobis.

Cui noluerũt auscultare patres nostri, sed re pulerunt & auersi sunt corde suo in Aegy ptum.

Dicentes ad Aaron, Fac nobis deos qui prę- *Idololatre Iudæi*
eant nobis. Mosi enim isti qui eduxit nos è ter *Exod.32.a.1.*
ra Aegypti, nescimus quid acciderit.

Et uitulũ fecerũt in dieb. illis, obtulerũtq; ho stiam idolo: & oblectati sunt in operibus ma nuum suarum.

Auertit se aũt Deus, & tradidit eos *in reprobũ sen sum*, ut seruirent exercitui cæli: sicut scriptũ est in lib. Prophetarũ, Nũ uictimas & oblationes obtulistis mihi annis 4 in deserto domus Israel

Imò baiulastis tabernaculũ Moloch, & sydus *Moloch.*
Dei uestri Rẽphan, figuras quas fecistis ad ado randũ eas: itaq; transferã uos ultra Babylonẽ.

Tabernaculum testimonij fuit patribus no stris in deserto, sicut dispoſuerat is qui dixerat Mosi ut faceret illud secũdũ figuráquã uiderat

Quod & acceptũ introduxerunt patres no-

ut rectè quoq; uertit Eras. uice filij. Vulg. ad uerbum, in filium. 35 Ductu *οὐ χειρὶ* Heb. בְּיַד id est (ut Vulg. & Eras. ad ut bum interpretantur) per manũ quæ interpretatio sæpe quidem cõuenit, ut paulo antè uersu 25, & infrà 15.c.23. hic aũt ui sa est paulo obscurior. Vocãt enim Hebræi יד, id est manum, quicquid est uice instrumenti ad aliquid agendum. sed pecu liaris atq; adeò prorsus diuersa est hoc loco istius translationis ratio. Esset enim nimium frigida interpretatio, siquis hæc ita accipiat, quasi dicatur Dominus Angeli ministerio Mosen uocasse: quũ, ni fallor, hoc quoq; significetur, Mosen istius manu ac potestate fuisse armatum, ut Angelus ille, nimirum Christus (sicut explicat Apostolus 1. Cor. 10. a. 4) uerus sue rit liberator ac ductor: cuius minister fuerit Moses. Hunc aũt Hebraismũ sic nuper quidam no incõmodè uisus est expres fisse, translationis etiam ratione obseruata. 36 Et in deserto annis 40 *διὰ γὰρ τῆς ἐρήμου τεσσαράκοντα.* Id est, & in de serto, ubi uersatus est annos 40. Est enim præcisum hoc dicendi genus, pertiũ scilicet è medio, sicut pleraq; alia: cuiusmo di & illud est quod usurpauit suprà uersu 9. quũ diceret Patriarchas uendidisse Iosephũ in Aegyptum, id est, ut in Aegyptũ abduceretur. 37 Sicut me: eum audite. *ὡς ἐμέ, αὐτοῦ ἀκούσεσθε.* Vulgata, tanquã me, ipsum audietis. Pro quo nonulli corru ptè impresserunt, tanquã meipsum audietis, quali *ὡς ἐμαυτὸν* nõ pertineat ad superiora, & pro *ἐμὲ* scriptũ sit *ἐμαυτόν.* quem er rorem annotauit quidẽ Eras. sed ita ut immeritò uideatur interpreti tribuere, nec etiã unde ortus sit, cognouisse. 38 Ora cula uiua *λόγια ζῶντα* Vocantur *λόγια* à Græcis, inquit Thucydidis interpres *τὰ ἀπὸ τοῦ θεοῦ λεγόμενα*, id est, quæ à Deo dicuntur oratione soluta, quotidiano scilicet sermone, & quasi nobiscũ colloquatur. Nam uersus illos fa tidicos quos furentes uates fundebãt, *χρησμοὺς* Græci uocant. Non dubiũ est ergo quin *λόγια* Lucas appellet quę Hebręi uocant חדברי יב & huc respiciat, quòd Deus ipse dicatur ea pronũtiasse, & digito suo descripta Mosi tradidisse. Vetus in terpres conuertit, uerba uitæ, id est *λόγους ζωῆς.* Quidam etiam codices legunt *λόγον ζῶντα*, id est sermonem uiuum: quo modo interpretatus est Erasmus. sed *λόγιον* amplius quiddam declarat quàm *λόγος.* 42 Tradidit eos *in reprobum sensum*
C *παρέδωκεν αὐτούς*, id est, eos à suo Spiritu desertos tradidit Satanæ & peruersis cupiditatibus. Est enim præcisum hoc ge nus dicendi, quod suppleuimus ex Paulo Rom. 1. d. 28. Exercitui cæli: *τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ*: Vulg. & Eras. militiæ cæli. de quo diximus Luc. 2. b. 13. Vocat aũt hoc loco exercitum cæli, nõ ipsos Angelos, sed solem, lunã, & reliqua sydera, ut mani festè apparet ex Deut. 17. a. 3. Prophetarũ, *τῶν προφητῶν*, Vide Marc 1. a. 2. Et oblationes *καὶ θυσίας* Heb. זבחים ideo o blationes potius conuerti quàm hostias, quũ alioqui uertere soleant Græci *θυσίας*, quæ ab Hebræis dicũtur זבחי יב, ut di ximus Marc. 12. c. 33. Accipitur *τὴν θυσίαν* pro מנחה, etiã Marci 9. g. 49, quũ nõnulli sint qui *θυσίαν* à thure deriuent, ut *p* priè declaret Thuris suffitus. 43 Imò baiulastis *καὶ ἀνελάβετε* Heb. ותשאתם id est, in humeros uestros sublatũ tulistis. q etiam de arca fœderis dicitur 1. Reg. 2. d. 26. Idem ergò ualet *τὸ ἀναλαμβάνειν* hoc loco, atq; *τὸ αἴρεσθαι*: & נשא positũ est pro aduersatiua. Vulg. & Eras. suscepistis. Quidam per futurũ conuertunt, quos si sequamur, cõuertemus potius, Baiulabi tis igitur. Tabernaculũ Moloch, *τὸν σκηνὴν τοῦ Μολόχ.* Stephanũ lingua sua loquentẽ non dubito Prophetæ uerba ci monio plurimùm uariare: sed ita tamẽ, ut uerba quidẽ diuersa sint, sententia prorsus sit eadem. Non est ergò quòd hac ua rietate quisquam offendatur, quam ego sigillatim annotabo. Pro eo igitur quod in Hebreis סכות מלכם id est, Siccut re gem uestrum (est enim Siccuth Idoli nomen) Græci legerunt סכות מלכם id est, tabernaculũ uestro Moloch: quanuis pronomẽ hic sit prætermissum. Et sydus Dei uestri Remphan, figuras quas fecistis *καὶ τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφάν, τοὺς τύπους οὓς ἐποιήσατε* Hebraica sic habent כיון צלמיכם כוכב אלהיכם אשר עשיתם לכם ראת i. & Ciun imaginẽ ue stram, stellã deorũ uestrorũ quos fecistis uobis. Apparet igitur, in Græcis perturbatũ esse ordinem, ut qui priore loco lege rint כוכב אלהיכם id est, stellã deorũ uestrorũ. deinde pro Ciun, quod nomen est Idoli, subiecisse aliud nomen, quod un de tãdẽ petitũ sit, ego quidẽ nõdũ cõijcere potui: in quo etiã scribẽdo plurimũ uariãt codices, quũ alij *Ῥεμφάν*, alij *Ῥαιφάν*, alij *Ῥαφάν*, (ut Iust.) alij *Ραφάν* alij denig; *Ραφάς* scribant, ut corruptũ esse hoc ſaltẽ nomẽ facile appareat. Postremo צלמיכם, pro quo uerterũt *τοὺς τύπους ὑμῶν*, id est, imagines seu figuras uestras, cõiunxerũt cũ uerbo עשיתם, id est *ἐποιήσατε* fecistis, prætermisso pronomine לכם, cuius demũ loco substituerũt *προσκυνεῖν αὐτοῖς* ad adorandũ eas. nisi hoc fortasse is, quemadmodũ & alia multa, ex aliis locis annotatũ, postea in contextum irrepsit. Id aũt ita esse apparet ex Iustino, qui in Dialogo *πρὸς τρύφωνα*, hunc locũcitans, legit *ὃν ἐποιήσατε ἐ αὐτοῖς*, neq; quicquã addit amplius. Vltrà Babylonẽ *ἐπέκεινα Βαβυλῶνος* Hebraica ueritas habet ברהלאה לדמשק: & Iustinus eo loco quẽ modò citaui, legit *ἐπέκει να Δαμασκοῦ*, ultra Damascũ, ut hic ſaltẽ deprauatũ esse hunc locũ appareat. 44 Tabernaculũ testimonii *ὁ σκηνὴ τοῦ μαρ τυρίου* Sic Græci interpretes solẽt exprimere quod Heb. dicitur תואל בוער. id est tabernaculũ cõuentus, in quo scilicet Io lebant Israelitę cõuenire. sicut nõ prorsus dissimili ratione hodie Christianorũ templa uulgo solẽt Ecclesiæ, id est cõgregationes & cõuentus, uocari. Videtur aũt Græci alienæ radicis עדר significationem sequuti. 45 Acceptũ *διαδεξάμενοι*

stri cum Iesu *ingredientes* in possessionem Gentium, quas expulit Deus à conspectu patrũ nostrorum, usque ad dies Dauid,

Qui fuit in gratia apud Deum, petijtq; ut inueniret tabernaculum Deo Iacob.

Solomon autem ædificauit ei ædem.

Sed Excelsissimus ille in manufactis templis non habitat, sicut Propheta dicit,

Cælum mihi thronus est, terra autem scabellum pedũ meorũ. Quã ædẽ ædificabitis mihi, dicit Dominus: aut qs locus requietis meę est?

Nónne manus mea fecit hæc omnia?

Duri ceruice & incircunciſi corde & auribus, uos semper Spiritui sancto *uestri* obijcitis, sicut patres uestri, *ita* & uos.

Quem Prophetarum non sunt persequuti patres uestri? trucidarunt, inquam, eos qui prænũtiarunt aduentũ Iusti illius, cuius uos nunc proditores & occisores fuistis:

Qui accepistis Legem per dispositionẽ Angelorum, nec seruastis.

Audientes autem hæc, dirumpebantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum.

Quum autem esset plenus Spiritu sancto, intentis in cælum oculis uidit gloriam Dei, & Iesum stantem ad dextram Dei.

Et ait, Ecce, uideo cælos apertos, & Filiũ hominis stantem à dextra Dei.

Exclamantes autem *illi* uoce magna continuerunt aures suas, & irruerũt cõcorditer in eum.

Et eiectum eum ex urbe, lapidabant: testes autem deposuerunt pallia sua ad pedes adolescentis qui uocabatur Saulus.

Lapidarunt igitur Stephanum, inuocantem ac dicentem, Domine Iesu, suscipe spiritũ meũ.

Positis autem genibus, clamauit uoce magna, Domine, ne statuas eis peccatum hoc. Et quum hoc dixisset, obdormiuit.

CAPVT VIII.

SAulus autem comprobarat necem eius. Orta est uerò per id tempus persequutio magna aduersus Ecclesiã quæ *erat* Ierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ, præter Apostolos.

ἡμῶν μετὰ ἰησοῦ χν τῇ παρουσίᾳ τοῦ ἁγίου, ὃν A
ἔξωσεν ὁ θεὸς ἀπὸ προσώπου τῶν πατέρων ἡμῶν,
ἕως τῶν ἡμερῶν δαυίδ,

ὃς εὗρε χάριν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, καὶ ἠτήσατο εὑρεῖν σκήνωμα τῷ θεῷ ἰακώβ.

σολομὼν δὲ ᾠκοδόμησεν αὐτῷ οἶκον.

ἀλλ' οὐχ ὁ ὕψιστος ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ, καθὼς ὁ προφήτης λέγει.

ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. ποῖον οἶκον οἰκοδομήσατέ μοι; λέγει κύριος· ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου;

οὐχὶ ἡ χείρ μου ἐποίησε ταῦτα πάντα;

σκληροτράχηλοι, καὶ ἀπερίτμητοι καρδίαις καὶ ταῖς ὠσὶν, ὑμεῖς ἀεὶ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε, ὡς οἱ πατέρες ὑμῶν καὶ ὑμεῖς.

τίνα τῶν προφητῶν οὐκ ἐδίωξαν οἱ πατέρες ὑμῶν; καὶ ἀπέκτειναν τοὺς προκαταγγείλαντας περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ δικαίου, οὗ νῦν ὑμεῖς προδόται καὶ φονεῖς γεγένησθε,

οἵτινες ἐλάβετε τὸν νόμον εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, B
καὶ οὐκ ἐφυλάξατε.

ἀκούοντες δὲ ταῦτα, διεπρίοντο ταῖς καρδίαις αὐτῶν, καὶ ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας ἐπ' αὐτόν.

ὑπάρχων δὲ πλήρης πνεύματος ἁγίου, ἀτενίσας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶδε δόξαν θεοῦ, καὶ ἰησοῦν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ,

καὶ εἶπεν· ἰδοὺ θεωρῶ τοὺς οὐρανοὺς διηνοιγμένους, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐκ δεξιῶν ἑστῶτα τοῦ θεοῦ.

κράξαντες δὲ φωνῇ μεγάλῃ, συνέσχον τὰ ὦτα αὐτῶν, καὶ ὥρμησαν ὁμοθυμαδὸν ἐπ' αὐτόν.

καὶ ἐκβαλόντες ἔξω τῆς πόλεως, ἐλιθοβόλουν. καὶ οἱ μάρτυρες ἀπέθεντο τὰ ἱμάτια αὐτῶν παρὰ τοὺς πόδας νεανίου καλουμένου Σαύλου.

καὶ ἐλιθοβόλουν τὸν στέφανον, ἐπικαλούμενον καὶ λέγοντα· κύριε ἰησοῦ, δέξαι τὸ πνεῦμά μου.

θεὶς δὲ τὰ γόνατα, ἐκραξε φωνῇ μεγάλῃ· κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἐκοιμήθη.

ΚΕΦ. η.

ΣΑΥΛΟΣ δὲ ἦν συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ. ἐγένετο δὲ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ διωγμὸς μέγας ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν ἱεροσολύμοις, πάντες τε διεσπάρησαν κατὰ τὰς χώρας τῆς ἰουδαίας καὶ σαμαρείας, πλὴν τῶν ἀποστόλων. C

patrimonia & quæcunq; alia per uarios gradus successionis ad nos deueniũt. Erasm. qui successerũt: quæ interpretatio mihi nõ satis ꝓbatur, quia διαδέχεσθαι plerunq; est actiuũ. *Ingredientes* in possessionẽ Gentiũ, ἐν τῇ παρουσίᾳ τῶν ἐθνῶν, Similes eclipses annotauim⁹ suprà, uersu 36. quanquam hæc etiã lice bit sine eclipsi interpretari, si metonymicè per possessionẽ Gentiũ intelligas ipsas regiones quæ à gentib. obtinebãtur & ad uerbũ εἰσαγωγὴν referas. A cõspectu patrum nostrorum, ἀπὸ προσώπου τῶν πατέρων ἡμῶν, Heb. מלפני גברתי־כבד id est, quas Deus expulit, ut ingredientib. maiorib. nostris cederent harum regionũ possessione. Perinde enim loquitur acsi Deus illis uenturis iter muniẽs, Gẽtes illas deleuisset, ut in uacuam hostib. possessionẽ mitterẽtur: quod etiã prẽstitit, sicuti se facturũ promiserat, Exod. 23. f. 28, & Ios. 24. d. 12, & Dauid agnoscit Ps. 44. a. 4 & ex ꝓbrat illis Esaias mirifica antitheſi 17. c. 9. Hęc igitur uis est, opinor, huius Hebraismi, quẽ sanè nõ expressit qui cõuertit, eorũ causa. 46 Qui fuit in gratia ὃς εὗρε χάριν Vide Luc 1. c. 30. 48 Nõ habitat, ἡ κατοικεῖ, Simile metathesin particulæ negãtis unã & alterã obseruauim⁹ in Ioh. quã nisi obserues, anantapodotõ esse uidebitur ubi nusquã est. 51 Incircũcisi corde & aurib. ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς ὠσίν. Duplicis circũcisionis mẽtio fit in Vetere testamẽto, unius scilicet externæ, alteri⁹ uerò interioris, quã Paulus uocat ἀχειροποίητον, cuius illa Symbolũ erat. Inde factum ut duas Iudæorũ species idẽ cõstitueret, Rom. 2. d. 28 & 29: quæ nisi obserues, nõ possis intelligere qd illud sit dequo Stephan⁹ Iudæos hoc loco reprehẽdat, id est, cur incircũcisi corde dicãtur q in naturæ corruptæ uitiis adhuc hærẽt demersi, & incircũcisi aurib. q uocẽ Dei ne audire quidẽ sustinẽt: quales quidẽ oẽs sumus natura. 53 Per dispositionẽ Angelorũ, εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, i. Angelorũ ministerio, Nã mihi uidetur διαταγὴ usurpari hoc loco ꝓ eo quod διακονία dicitur Heb. 1. d. 14, quod annotandũ fuit nequis Angelos putet ipsius Legis authores, quũ internũcii dũtaxat fuerint, & adhibiti testes in Legis ꝓmulgatione à Deo facta. Sic accipiendũ est quod ait Apost. Gal. 3. c. 19, Legẽ per Angelos fuisse ordinatã: q locus

A συνεκόμισαν δὲ τὸν Στέφανον ἄνδρες εὐλα-
βεῖς, καὶ ἐποίησαν κοπετὸν μέγαν ἐπ' αὐτῷ. 2
Σαῦλος δὲ ἐλυμαίνετο τὴν ἐκκλησίαν, κατὰ τοὺς 3
οἴκους εἰσπορευόμενος, σύρων τε ἄνδρας καὶ γυ-
ναῖκας παρεδίδου εἰς φυλακήν.
οἱ μὲν οὖν διασπαρέντες διῆλθον εὐαγγελι- 4
ζόμενοι τὸν λόγον.
Φίλιππος δὲ κατελθὼν εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας, 5
ἐκήρυσσεν αὐτοῖς τὸν Χριστόν.
προσεῖχόν τε οἱ ὄχλοι τοῖς λεγομένοις ὑπὸ τοῦ 6
Φιλίππου ὁμοθυμαδὸν, ἐν τῷ ἀκούειν αὐτοὺς καὶ
βλέπειν τὰ σημεῖα ἃ ἐποίει.
πολλοῖς γὰρ τῶν ἐχόντων πνεύματα ἀκάθαρ- 7
τα, βοῶντα μεγάλῃ φωνῇ, ἐξήρχετο. πολλοὶ δὲ πα-
ραλελυμένοι καὶ χωλοὶ ἐθεραπεύθησαν.
καὶ ἐγένετο χαρὰ μεγάλη ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ. 8
ἀνὴρ δέ τις ὀνόματι Σίμων, προϋπῆρχεν ἐν τῇ 9
πόλει μαγεύων καὶ ἐξιστῶν τὸ ἔθνος τῆς Σαμαρείας,
B λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν μέγαν.
ᾧ προσεῖχον πάντες ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, 10
λέγοντες, οὗτός ἐστιν ἡ δύναμις τοῦ θεοῦ ἡ μεγάλη.
προσεῖχον δὲ αὐτῷ, διὰ τὸ ἱκανῷ χρόνῳ ταῖς 11
μαγείαις ἐξεστακέναι αὐτούς.
ὅτε δὲ ἐπίστευσαν τῷ φιλίππῳ εὐαγγελιζο- 12
μένῳ τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦ ὀνόματος
τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐβαπτίζοντο ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες.
ὁ δὲ Σίμων καὶ αὐτὸς ἐπίστευσε, καὶ βαπτισθεὶς, 13
ἦν προσκαρτερῶν τῷ φιλίππῳ· θεωρῶν τε σημεῖα
καὶ δυνάμεις μεγάλας γινομένας, ἐξίστατο.
ἀκούσαντες δὲ οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις ἀπόστολοι, ὅτι 14
δέδεκται ἡ Σαμάρεια τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, ἀπέστειλαν
πρὸς αὐτοὺς τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην,
οἵτινες καταβάντες προσηύξαντο περὶ αὐτῶν, 15
ὅπως λάβωσι πνεῦμα ἅγιον.
οὐδέπω γὰρ ἦν ἐπ' οὐδενὶ αὐτῶν τούτων ἐπιπεπτωκός, μό- 16
νον δὲ βεβαπτισμένοι ὑπῆρχον εἰς τὸ ὄνομα

Extulerunt autem unà Stephanum uiri religiosi, feceruntq; planctum magnum super eũ.
Saulus uerò uastabat Ecclesiam, per singulas domos intrans: trahensq; uiros ac mulieres, tradebat in custodiam. *Planctus in morte Stephani. Saulus persequitur Christianos.*
Illi igitur dispersi peragrabant *regionem*, euangelizantes sermonem Dei.
Philippus uerò quum descẽdisset in urbem Samariæ, prædicabat illis Christum. *Philippus diaconus prædicat Christũ Samaritanis.*
Attendebant autem turbæ concorditer eaq; à Philippo dicebantur, audientes & uidẽtes signa quæ ædebat.
Spiritus enim immundi à multis qui *eos* habebant, exibant, clamantes uoce magna: multi autem paralytici & claudi sanati sunt.
Et gaudium fuit magnum in illa urbe. *Gaudium.*
Vir autẽ quidam nomine Simon, prius fuerat in illa urbe artẽ exercens magicã, ac Gẽtem fascinarat Samarię, dicẽs se esse quẽpiã magnũ. *Simon magus qualis.*
Quem attẽdebant oẽs à minimo usq; ad maximum, dicẽtes, Iste est uirtus illa Dei magna.
Attẽdebãt autẽ eum propterea quòd multo tẽpore magicis artibus dementasset eos.
Quum uerò credidissent Philippo Euangelizanti quæ ad regnum Dei & nomẽ Iesu Christi *pertinent*, baptizabãtur, uiri simul ac mulieres.
Simon uerò & ipse credidit: & baptizatus perstabat apud Philippum: uidensq; signa & uirtutes magnas ædi, percellebatur. *Simon magus baptizatur.*
Quum autem audissent Apostoli qui erant Hierosolymis, quòd recepisset Samaria sermonem Dei, miserunt ad eos Petrũ ac Iohannem. *Baptizantur Samaritani.*
Qui quum descẽdissent, orauerũt pro ipsis ut acciperent Spiritum sanctum. *Oratio. Spiritus sanctus*
(Nondum enim in quenquam illorum illapsus fuerat, sed baptizati tantùm erant

istum optimè explicat. Augustinus aliquoties hæc citãs, interpretatur, inedictis, quasi διδαχὴν & διατάγμα seu διάταξιν idẽ declarẽt: quod ut cõcedã, tamen hanc explicationẽ apparet admodũ esse impropriam. 55 Gloriã Dei, δόξαν θεοῦ, id est, gloriosum Deũ, quatenus quidẽ humanis oculis cerni potest. Vide Luc. 2. b. 9. Stantem ἑστῶτα Id est, ὄντα existentem itaque
C ineptè quæritur quomodo hic dicatur stare qui alibi dicitur sedere: de quo aliquid diximus Luc. 18. c. 13.
60 Ne statuas μὴ στῆσης Statuẽdi uocabulo significari puto firmã ac perennẽ (ut ita dicã) peccati imputationẽ corã Deo, sicut cõtrà dicũtur deleri ac remitti peccata quę cõdonantur. Obdormiuit. ἐκοιμήθη Id est, mortuus est. Vide 1. Thess. 4. c 13. In quibusdam Latinis codicib. additur in Domino, ἐν Κυρίῳ.

IN CAPVT VIII.

2 Extulerunt aũt unà συνεκόμισαν Vel, cõportarũt, ex eo loco scilicet in quo iacebat lapidib. obrutus. Vulg. & Eras. curauerunt quod nimiũ latè patet, neq; etiã Græco uerbo respõdet. Cæterùm nulla hic mẽtio cõditarũ Stephani reliquiarũ, aut orationum pro mortuis, aut adorationis mortuorũ. Religiosi, εὐλαβεῖς, Vulg. barbarè, timorati. Vide Luc. 2. d. 25. 5 In urbẽ Samariæ, εἰς πόλιν Σαμαρείας, Id est, in urbẽ Samariã, Virgil. Hic tamen ille urbẽ Pataui, sedesq; locauit Teucrorũ. Neq; his obstat q articulus nõ sit adiectus, cũ paulo pòst addatur: & reliquæ urbes uideãtur potius oppidula fuisse quam urbes. Dedit aũt hæc metropolis toti regioni nomen, & sub nomine Sebastes ab Herode magno fuit instaurata, ut narrat Iosephus lib. de bello Iudaico 1. cap. 6. 7 Spiritus enim, &c. πολλῶν γάρ, &c. Vulg. legit πολλοὶ γὰρ τῶν ἐχόντων, &c. Ideò cõuertit, Multi enim eorũ qui habebãt, & paulo pòst, ἐξήρχοντο exibat. Est aũt omissum antecedẽs priore loco, deinde loco relatiui positũ, ex Hebræorũ idiotismo: qui nisi obseruetur, uix intelligere licebit quæ sit legitima istorũ uerborũ structura. Est aũt, ut opinor, eiusmodi, πνεύματα γὰρ ἀκάθαρτα πολλῶν τῶν ἐχόντων [αὐτὰ] βοῶντα μεγάλῃ φωνῇ ἐξήρχε
το, id est, Spiritus enim impuri multorũ qui *ea* habebãt, clamantes magna uoce egrediebãtur. Eras. aũt πολλῶν cõiunxit. cum uerbo ἐξήρχετο, & τῶν ἐχόντων [αὐτὰ] passiuè cõuertit. Sic enim interpretatur, Spiritus enim immundi à multis q illis tenebãtur, exibant. 9 Ac fascinarat ἐξίστων Id est, ita obstupefecerat suis præstigiis, ut cæco quodã furore amẽtes toti essent illi addicti. Alibi τὸ ἐξίστάναι uertimus percellere. Sed quũ hic agatur de magicis præstigiis, usurpauimus uocabulũ magis propriũ, quod tamen propriè respõdet τῷ βασκαίνειν. quo utitur Apost. Gal. 3. a. 1. Vulg. seduces, id est ἐξέπαπα τῶν, uocabulo nimis diluto. Eras. Demẽtandi uerbo uti maluit, quod etiã usurpat Vetus interpres proximo uersiculo. Ego uerò nusquã illud inuenio apud idoneos scriptores. 13 Perstabat apud Philip. ἦν προσκαρτερῶν τῷ φιλίππῳ: Vulg. & Eras. adhærebat, προσεκολλᾶτο. Vide Marc. 3. b. 9. Percellebatur ἐξίστατο. Nemo nõ uidet, opinor, hoc uerbũ aliter quàm paulo antè accipi hoc loco. Illic enim de eo dicitur qui mentẽ ad iudiciũ omne malis artib. amisit, hic pro magna admiratione ponitur, quũ perculsus animus nõ habet quid cõstituat. Vide Marc. 2. b. 12. 15 Spiritũ sanctũ. πνεῦμα ἅγιον. Id est, dona illa eximia quib. ornatos esse oportebat illos præsertim q præficiẽdi erãt Ecclesiæ. Nam proculdubio missi sunt eò Petrus Iohan. à cæteris Apost. partim ut Philip. diaconi doctrinã ipsi cõfirmarent: deinde apostolica authoritate Ecclesiæ formam aliquam constituerent.

in nomine Domini Iesu.

Deinde imposuerunt manus super eos, & re 17
ceperunt *illi* spiritum sanctum.

Quum uidisset autem Simon quòd per im- 18
positionem manuum Apostolorũ daretur Spi
ritus sanctus, obtulit eis pecunias.

Dicens, Date etiam mihi potestatem istam, 19
ut cuicunque imposuero manus, recipiat Spi
ritum sanctum.

Donum Dei pecunia non possidetur.

Petrus autem dixit ad eum, Argẽtum tuum 20
tecum pereat, qui donum Dei existimaris pe
cunijs acquiri.

Non est tibi pars neque sors in ratione hac: 21
cor enim tuum non est rectum coram Deo.

Resipisce igitur ab ista malitia tua, & depre- 22
care Deum, si fortè remittatur tibi cogitatio
cordis tui:

In felle enim amarissimo et nexu iniquitatis 23
uideo te esse.

Respondens autem Simon dixit, Deprece- 24
mini uos pro me apud Dominum, ne quid eue
niat in me *horum* quæ dixistis.

Illi igitur testificati & locuti sermonẽ Dei, 25
reuersi sunt Ierosolymã, & multis uicis Samari
tanorum euangelizarunt.

Philippus annuntiat Christũ eunucho Candaces reginæ.

Angelus autem Domini locutus est ad Phi- 26
lippum, dicens, Surge, & uade Meridiem uer
sus, ad uiam quæ ab Ierusalem descendit Ga
zam: quæ est deserta.

τοῦ κυρίου ἰησοῦ. A

τότε ἐπετίθουν τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἐ-
λάμβανον πνεῦμα ἅγιον.

θεασάμενος δὲ ὁ σίμων, ὅτι διὰ τῆς ἐπιθέσεως
τῶν χειρῶν τῶν ἀποστόλων δίδοται τὸ πνεῦμα τὸ ἅ-
γιον, προσήνεγκεν αὐτοῖς χρήματα,

λέγων· δότε κἀμοὶ τὴν ἐξουσίαν ταύτην, ἵνα
ᾧ ἐὰν ἐπιθῶ τὰς χεῖρας, λαμβάνῃ πνεῦμα ἅ-
γιον.

πέτρος δὲ εἶπε πρὸς αὐτόν· τὸ ἀργύριόν σου σὺν
σοὶ εἴη εἰς ἀπώλειαν, ὅτι τὴν δωρεὰν τοῦ θεοῦ ἐνό-
μισας διὰ χρημάτων κτᾶσθαι.

οὐκ ἔστι σοι μερὶς οὐδὲ κλῆρος ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ.
ἡ γὰρ καρδία σου οὐκ ἔστιν εὐθεῖα ἐνώπιον τοῦ θεοῦ.

μετανόησον οὖν ἀπὸ τῆς κακίας σου ταύτης,
καὶ δεήθητι τοῦ θεοῦ, εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι ἡ ἐ-
πίνοια τῆς καρδίας σου.

εἰς γὰρ χολὴν πικρίας καὶ σύνδεσμον ἀδικίας
ὁρῶ σε ὄντα.

ἀποκριθεὶς δὲ ὁ σίμων εἶπε· δεήθητε ὑμεῖς ὑ- B
πὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν κύριον, ὅπως μηδὲν ἐπέλθῃ
ἐπ' ἐμὲ, ὧν εἰρήκατε.

οἱ μὲν οὖν διαμαρτυράμενοι καὶ λαλήσαντες
τὸν λόγον τοῦ κυρίου, ὑπέστρεφον εἰς ἱερουσαλήμ,
πολλάς τε κώμας τῶν Σαμαρειτῶν εὐηγγελίσαντο.

ἄγγελος δὲ κυρίου ἐλάλησε πρὸς φίλιππον,
λέγων· ἀνάστηθι, καὶ πορεύου κατὰ μεσημβρίαν, ἐπὶ
τὴν ὁδὸν τὴν καταβαίνουσαν ἀπὸ ἱερουσαλὴμ
εἰς γάζαν· αὕτη ἐστὶν ἔρημος.

20 Pereat, εἴη εἰς ἀπώλειαν, Heb. יהי לאבוד id est, ut ad uerbum interpretantur Vulgata & Erasmus, sit in perditionem. Qui existimaris ὅτι ἐνόμισας. Vulg. & Eras. quoniam existimasti. Vide Ioh. 2. c. 18. 21 Rectum coram Deo. εὐθεῖα ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. Id est, uere rectum & sine simulatione. Vide Luc. 1. a. 6. 23 In felle enim amarissimo εἰς γὰρ χολὴν πικρίας. Alludit omnino Petrus ad locum Mosis Deut. 29. c. 18, & fel amaritudinis, id est, amarissimum, uocat interiorem cordis malitiam, & uirus illud diabolicæ impietatis quo magus iste totus erat oppletus. Nam idem uocabulum ראש & uenenum & fel declarat Hebræis, & utraque significatio optimè quadrat: quia utrouis modo accipias, nullum est magis mortiferum uenenum, nullum etiam fel magis amarum peccato, quum semel conscientiam obtinuit. Cæterùm uideri posset hoc dicendi genus, esse in felle, per hypallagen esse explicandum, ac dicendum potius, uideo fel amarissimum in te esse. ac fateor me aliquando in ea opinione fuisse ut hunc locum ita interpretandum putarem: sed tãdem com C
peri mutari non posse hunc Hebraismum quin tota huius dicti emphasis pereat. Sic enim loquũtur Hebræi, ut hominem prorsus oppressum, ac quasi intus sepultum declarent. Quemadmodum igitur qui quempiam in aquis esse dicit, aliquid significat multò grauius quàm si aquas in quopiam esse dixerit: sic in felle esse, multo est uehementius dictum, quam fel in aliquo esse. Sic accipio quod ait Dauid Psal. 51. b. 7, se in iniquitate natum & in peccato conceptum: & quod exprobrãt Pharisæi Cæco illi Ioh. 9. f. 34, ipsum totum natum esse in peccatis: item illud quod toties repetitur apud Paulum, in carne esse & in Spiritu. quorum dictorum emphasis non intelligetur, nisi Hebraismum integrum seruaris. Quidam uerò eadem audacia usus in his explicandis atq; in plerisq; alijs, ita interpretatus est hunc locũ, Nam tibi acerbam immmere bilẽ uideo, quasi scilicet fellis appellatione intelligatur ira Dei, in qua dicatur esse Simon, id est, illi obnoxius. Hoc est scilicet interpretem agere, Deo tribuere fellem amaritudinis. Et nexu iniquitatis καὶ σύνδεσμον ἀδικίας id est, iniquitatis uin culis ac laqueis irretitum, sicut etiam loquitur Paulus 1. Tim. 2. d. 26. Puto autem sicut peccata uocantur Chald. חובי, id est debita. sic etiam totum hoc dicendi genus à creditorum sæuitia ac crudelitate sumptum, quam Iudæis exprobrans Dominus Esa. 58. b. 6, iubet aperiri חרצובות רשע id est colligationes iniquitatis, quæ ipsa uerba Petrus translatitiè hic usurpat. Neque enim tam arcta sunt ulla uincula, neq; tam molestus est ullus flagitator, atque malæ conscientiæ testimonium.

25 Et multis uicis πολλάς τε κώμας Vulg. & multis regionibus πολλάς τε χώρας. Vide Luc. 21. d. 21. 26 Quæ est deserta. αὕτη ἐστὶν ἔρημος. Si quid hic ualerent coniecturæ, dicerẽ hoc quoque ex margine irrepsisse in contextũ, sicut & illa quæ annotauimus supra 7. b. 26. Quorsum enim hoc additũ esset uel à Spiritu, uel à Luca? Nã quod plerique interpretes tradunt, duas fuisse Gazas, unam ueterem ab Alexandro dirutam, alteram nouam: ideoque oportuisse hanc ab illa distingui, id non inuenio ullius idonei scriptoris authoritate confirmatũ. Nam etsi ab Alexandro magno expugnatam esse Gazam constat, tamẽ prorsus fuisse subuersam non lego: imò uerò non impotentẽ adhuc fuisse apparet ex eo quòd aliquot pòst seculis, nẽpe sub Ptolemæo Lathuro, qui penultimus fuit Ptolemæorũ, denuò fuit expugnata ab Alexãdro Iãnæo Iudææ rege, ut disertè commemorat Iosephus lib. Antiq. 13. cap. 19. Deinde, qui Gazæ alicuius nouæ meminerit, quæ illis tẽporib. extaret, neminẽ sanè inuenio. imò uerò si Sozomeno credimus, uera esse nostrã coniecturã apparebit. Is enim diserte scribit, Gazęorũ nauale, cuius etiam meminit Strabo lib. 6, ad Cõstantini Cæsaris tẽpora, nõ Gazam sed Maiumam uocatum fuisse. cuius quidem nominis etymologiam Hebræam esse puto, quasi Marinã dicas, deinde quòd Christi religionem esset amplexa, à Constantino ius ciuitatis adeptam, & de filij Constantij nomine uocatam Constantiam, ad Iuliani usque tempora, qui profanis Gazæis illam concesit, & Gazam nouam iussit uocari. Quum igitur à Iuliani temporibus cœperit Gazæ ueteris ac nouæ discrimen, qui dici possit Lucas tanto ante tempore epithetum Desertæ addidisse, ut ueterem à noua distingueret? imò potius quum iam cœpisset duplex esse Gaza, aliquis hoc annotauit ad marginem, ut Lector intelligeret utrius Gazæ hoc loco meminerit Lucas: quod postea librarij in ipsum contextum conuexerunt, ut & illud quod de Cyrenij descriptione commemoratur Lucæ 2. a. 2. Nam hic quoque eadem particula αὕτη nihilo melius

A melius cohæret quàm illic. At enim, dicet aliquis, Strabo lib. 16. de Gaza loquens, diserte testatur euersam ab Alexandro manssisse desertam. uixit autem Strabo circiter hæc ipsa tempora quibus gesta sunt quæ hic à Luca commemorantur. Fateor sané. Sed tamen ex alijs omnibus qui de his rebus scripserunt, ac præsertim ex Iosepho, & Mela, qui sub Claudio Cæsare uidetur uixisse, apparet non ita fuisse desertam quin ampla adhuc esset ciuitas ac bene munita, donec scilicet in locum magis opportunum plerique commigrarunt. Sed quorsum, obsecro, Lucas statum ac conditionem illius describeret hoc loco? neque enim ad historiæ fidem aut scopum pertinet, paruane an magna, frequens an deserta fuerit. Itaque nō desunt qui αὐτὴ referant ad ὁδὸν, quasi dicatur hæc uia fuisse deserta, ad quam mittatur Philippus. Sed ne hoc quidē mihi uideo quorsum addi oporterit.

καὶ ἀναστὰς ἐπορεύθη. καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ αἰθίοψ 27
εὐνοῦχος, δυνάστης Κανδάκης βασιλίσσης αἰθιόπων, ὃς ἦν ἐπὶ πάσης τῆς γάζης αὐτῆς, ὃς ἐληλύθει προσκυνήσων εἰς ἱερουσαλήμ,
ἦν τε ὑποστρέφων, καὶ καθήμενος ἐπὶ τοῦ ἅρματος 28
αὐτοῦ, καὶ ἀνεγίνωσκε τὸν προφήτην ἡσαΐαν.
εἶπε δὲ τὸ πνεῦμα τῷ φιλίππῳ· πρόσελθε, 29
καὶ κολλήθητι τῷ ἅρματι τούτῳ.
προσδραμὼν δὲ ὁ φίλιππος, ἤκουσεν 30
αὐτοῦ ἀναγινώσκοντος τὸν προφήτην ἡσαΐαν,
καὶ εἶπεν· ἆρά γε γινώσκεις ἃ ἀναγινώσκεις; ὁ δὲ
εἶπε· πῶς γὰρ ἂν δυναίμην, ἐὰν μή τις ὁδηγήσει 31
με; παρεκάλεσέ τε τὸν φίλιππον, ἀναβάντα καθί-
B σαι σὺν αὐτῷ.
ἡ δὲ περιοχὴ τῆς γραφῆς, ἣν ἀνεγίνωσκεν, ἦν 32
αὕτη. ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ.
ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. τὴν 33
δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ.
ἀποκριθεὶς δὲ ὁ εὐνοῦχος τῷ φιλίππῳ, εἶπε· δέο 34
μαί σου, περὶ τίνος ὁ προφήτης λέγει τοῦτο; περὶ ἑαυτοῦ, ἢ περί τινος ἑτέρου τινός;

Is igitur surgens profectus est: & ecce quidam Æthiops eunuchus, dynastes Candaces reginæ Æthiopū: qui præerat uniuersæ gazæ illius, uenerátque adoraturus in Ierusalem.

Et reuertebatur sedēs in curru suo, legebátque Esaiam prophetam.

Dixit autem Spiritus Philippo, Accede, & adiunge te ad currum istum. *Spiritus sanctus*

Accurrens autem Philippus, audiuit eum legentem Esaiam prophetam, & dixit, Nempe nosti quæ legis?

At ille ait, Qui enim possim, nisi aliquis dux uiæ mihi fuerit? Et precatus est Philippū ut ascēderet, sederétque secum.

Locus autem Scripturæ quem legebat, hic erat, Vt ouis ad mactationem ductus est: & ut agnus coram tondente se mutus, ita non aperuit os suum. Esa. 53. c. 7

In depressione ipsius, iudicium eius sublatū est: seculum autem eius quis enarrabit? quoniā tollitur è terra uita eius.

Respondens autem eunuchus Philippo, dixit, Rogo te, de quo Propheta dicit hoc? de se an de alio quopiam?

27 Quidam Aethiops eunuchus, ἀνὴρ αἰθίοψ εὐνοῦχος Ridiculum sanè ac tanti uiri nomine indignum est quod quidam annotat, uirum dici qui sit eunuchus: quum pugnent inter se uirum esse & eunuchum esse: unde & eutrari dicuntur. Verùm (inquit) in Christo neque sexus est neque conditio, sed noua creatura. Obsecro quorsum hoc? uerùm quidē illud est, eunuchis patere Dei regnum non minus quàm alijs, quum in Veteri lege discrimen aliquod fuerit inter eunuchos & alios qui eunuchi non erant, ut apparet ex Deut. 23. a. 1: sed hoc nihil pertinet ad hanc antithesin, quæ certè nulla est. Neque enim ἀνὴρ hic aliud declarat quàm τὶς, id est quidā, ut & alijs infinitis penè locis annotauimus, idque nō modò quia C Hebræi suū אִישׁ ita solent usurpare, sed etiam ex Græcorū more, ut aliquoties apud Herodotū præfectum annotauimus. Dynastes δυνάστης Vulg, potens. Eras. præfectus. Vide Luc. 1. e. 52. Candaces Κανδάκης Vide Plinium lib. 6. cap. 29.

32 Locus autem ἡ δὲ περιοχὴ Certè non potuit magis Latinè hoc uocabulum conuertere Vetus interpres. ut planè mirer Erasmum maluisse Argumentum aut Sententiam interpretari. quanuis enim περιοχὴ idem declaret atque argumentū libri quod uocant, id est summa eorum quæ in aliquo libro scripta sunt, paucis comprehensa, ἀκρὰ τὸ περιέχειν: tamen quum Lucas ipsa Esaiæ uerba citet, res ipsa ostendit περιοχὴν dici à Luca quod Hebræi פרשה id est sectionē, barbari uulgò passum Scripturæ uocant, Latini scriptores locum. Sic enim Terentius, cum Plautus locum Reliquit integrū: eum hic locum sumpsit sibi In Adelphos. Sic Cicero 2. De legibus. Et hunc locum satis in iis libris quos legistis, expressit Scipio. Cur autem Lucas περιοχὴν ea significatione usurparit, duplex causa afferri potest. Vna fortassis tamen subtillis potius quàm probabilis quòd inter Græcos Iudæos hebraissantes, uocabulū Hebræum פרשה in hoc Græcum degenerasset in ter פרשה & περιοχὴν, Sic Latina uocabula multa annotauimus Græca terminatione fuisse usurpata Matth. 5. d. 26, ac præsertim epithetum illud πίστικὸς pro spicata nardo. Marc. 14. a. 3. Altera ratio huius significationis hæc dari potest, quòd περιοχὴν, quuum propriè significet complexionem ac quantum uno ambitu contineri potest, optima ratione possint isthæc sectiones sic etiam uocari, quasi partem dicas certis terminis comprehensam & à reliquis distinctā. 33 In depressione ipsius, iudicium eius sublatū est: ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη: Heb. ueritas habet בְּתוּרְצוֹ וּמִמִּשְׁפָּט לֻקָּח quæ sic interpretor, Eclaustro & iudicio assumptus est. Vocat autem claustrum (ut opinor) sepulchrum ipsaq; adeò mortis uincula. Nam עֹצֶר retentionem declarat. Iudiciū uerò accipio pro supplicio quo affectus est, & miserabili cōditione quam subijt Christus, nostri causa, Patris iram sustinens. Inde igitur sublatus est, ruptis mortis uinculis, ut suprà dixit Petrus 2. d. 24. Quod autem ad Græcam interpretationem attinet, in uno codice cōperimus αὐτοῦ deesse: quòd si pro ἡ κρίσις legeretur λαὸς κρίσεως, prorsus responderet Hebræis. & ἦ pro λαὸς facilè potuit non tantùm scribi, sed etiam ab interprete usurpari. Pro claustro uerò siue carcere uerterunt Græci ταπείνωσιν, ut melius appareret antithesis uerbi αἴρειν, neq; id incommodè, si sententiam spectes. Tum enim planè fuit depressus & ad inferos usq; detrusus, quum in umbra mortis & sepulchri tenebris clausus iaceret. Sed hæc ab interpretibus copiosius sunt explicata. Certè ut uariēt uerba, idem tamen sensus manet, etiamsi legas, ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη ut habent omnia exemplaria. Tum enim sublatum est iudicium quum ex ipso iudicio saluus euasit. Seculum autem eius τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ Heb. דורו id est, quamdiu scilicet ætium ipsius sit duraturum. Nam (ut ait Paulus Rom. 6. b. 9.) Christus excitatus ex mortuis, non amplius moritur, mors illi non amplius dominatur. Ingressus enim est regnum illud cuius non erit finis, ut Mariæ prædixit Angelus. Significat autem דור Hebræis quod Latini seculum aut ætatem uocant. Itaque magis etiam propria est ista interpretatio quàm si de ipsius Christi progenie, id est de Ecclesia, accipias, quam Deo Patri genuit: quanuis eandem membrorum ac capitis conditionem esse non diffitear, siquidem unà cum ipso in cælestibus considemus, quę omnia doctissimus interpres in hunc locum piè ac doctè annotauit. Veteres autem fefellit (quod bona cum ipsorum uenia dixerim) Hebraicæ linguæ ignoratio, quū de Christi uel Diuino & æterno uel humano ortu in huius loci explanatione differerent. Nam ista ὁδὸν πρὸς ἑτέρους.

Quum

Tum Philippus aperto ore suo, & incipiens à Scriptura ista, euangelizauit ei Iesum.

35 ἀνοίξας ὁ φίλιππος τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς γραφῆς ταύτης, εὐηγγελίσατο αὐτῷ τὸν ἰησοῦν. A

Quum uerò pergerent in uia, uenerunt ad quandam aquam: tum ait Eunuchus, Ecce aqua, quid prohibet me baptizari?

36 ὡς δὲ ἐπορεύοντο κατὰ τὴν ὁδόν, ἦλθον ἐπί τι ὕδωρ. καί φησιν ὁ εὐνοῦχος· ἰδοὺ ὕδωρ, τί κωλύει με βαπτισθῆναι;

Fides eunuchi. Dixit uerò Philippus, Si credis ex toto corde, licet. Respondens autem *ille* dixit, Credo filium Dei esse Iesum Christum.

37 εἶπε δὲ ὁ φίλιππος· εἰ πιστεύεις ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, ἔξεστιν. ἀποκριθεὶς δὲ εἶπε, πιστεύω τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ εἶναι τὸν ἰησοῦν χριστόν.

Baptizatur eunuchus. Iussítque sisti currum: ac descenderunt ambo in aquam, Philippus simul & eunuchus: & *ille* baptizauit eum.

38 καὶ ἐκέλευσε στῆναι τὸ ἅρμα. καὶ κατέβησαν ἀμφότεροι εἰς τὸ ὕδωρ, ὅ, τε φίλιππος καὶ ὁ εὐνοῦχος, καὶ ἐβάπτισεν αὐτόν.

Quum autem ascendisset ex aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum, nec amplius uidit eum eunuchus: pergebat itaque per uiam

39 ὅτε δὲ ἀνέβησαν ἐκ τοῦ ὕδατος, πνεῦμα κυρίου ἥρπασε τὸν φίλιππον, καὶ οὐκέτι εἶδεν αὐτὸν ὁ εὐνοῦχος. ἐπορεύετο γὰρ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ χαίρων.

Lætitia fidei. suam gaudens.

Philippus autem inuentus est Azoti: & pertransiens euangelizauit omnibus urbibus, usquequo ueniret Cæsaream.

40 φίλιππος δὲ εὑρέθη εἰς ἄζωτον. καὶ διερχόμενος εὐηγγελίζετο τὰς πόλεις πάσας, ἕως τοῦ ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς καισάρειαν.

CAP. IX.

ΚΕΦ. θ. B

Saulus incarcerat Christianos Rom. 9. a. 3. Galat. 1. c. 13.

SAulus autem adhuc spirans minas ac cædē aduersus discipulos Domini, accessit ad principem Sacerdotum,

1 Ὁ δὲ σαῦλος ἔτι ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου εἰς τοὺς μαθητὰς τοῦ κυρίου, προσελθὼν τῷ ἀρχιερεῖ,

Et petijt ab eo epistolas *perferendas* Damascum ad synagogas: ut si quos inuenisset huius sectę tum uiros, tum mulieres, uinctos duceret Ierosolymam.

2 ἠτήσατο παρ' αὐτοῦ ἐπιστολὰς εἰς δαμασκὸν, πρὸς τὰς συναγωγὰς, ὅπως εἴ τινας εὕρη τῆς ὁδοῦ ὄντας, ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, δεδεμένους ἀγάγῃ εἰς ἱερουσαλήμ.

Saulum conuertit Christus ad se. Quum autem iter faceret: factum est ut appropinquaret Damasco: tum è repente circunfulsit eum lux è cælo.

3 ἐν δὲ τῷ πορεύεσθαι, ἐγένετο αὐτὸν ἐγγίζειν τῇ δαμασκῷ, καὶ ἐξαίφνης περιήστραψεν αὐτὸν φῶς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ·

Et quũ cecidisset in terrã, audiuit uocem dicentem sibi, Saul, Saul, quid me persequeris?

4 καὶ πεσὼν ἐπὶ τὴν γῆν, ἤκουσε φωνὴν λέγουσαν αὐτῷ· σαοὺλ σαοὺλ, τί με διώκεις;

Dixit autem, quis es Domine? Dominus autē dixit, Ego sum Iesus, quem tu persequeris. durum est tibi contra stimulos calcitrare.

5 εἶπε δὲ, τίς εἶ κύριε; ὁ δὲ κύριος εἶπεν· ἐγώ εἰμι ἰησοῦς, ὃν σὺ διώκεις. σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν.

Is uerò tremens & pauẽs, dixit, Domine, quid me uis facere? tum Dominus ad eum, Surge, & ingredere urbem, & dicetur tibi quid te oporteat facere.

6 τρέμων τε καὶ θαμβῶν εἶπε· κύριε, τί με θέλεις ποιῆσαι; καὶ ὁ κύριος πρὸς αὐτόν· ἀνάστηθι, καὶ εἴσελθε εἰς τὴν πόλιν, κἀκεῖ λαληθήσεταί σοι τί σε δεῖ ποιεῖν. C

Viri autem illi qui cum Saulo iter faciebant, steterunt attoniti, audientes quidem *eius* uocẽ,

7 οἱ δὲ ἄνδρες οἱ συνοδεύοντες αὐτῷ, εἱστήκεισαν ἐννεοί, ἀκούοντες μὲν τῆς φωνῆς, μηδένα δὲ

36 Quum uerò pergerent ὡς δὲ ἐπορεύοντο In uno exẽplari additum hic inuenimus συμπορευόμενοι μετ' ἀλλήλων, unà inter se sermonem conferentes. 37 Dixit uerò εἶπε δὲ Totum hunc uersiculum comperimus deesse in quinque codicibus, atque adeò in Complutensi editione. 39 Spiritus Domini πνεῦμα κυρίου In uno codice hæc legimus, πνεῦμα ἅγιον ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν εὐνοῦχον, ἄγγελος δὲ κυρίου ἥρπασε τὸν φίλιππον. Spiritus sanctus illapsus est in Eunuchum, Angelus autem Domini rapuit Philippum: quam lectionem Rabanus in glossa ordinaria annotauit. Pergebat itaque ἐπορεύετο γὰρ Iterum πορεύεσθαι uerti Pergere, ut planius loquerer. Vulg. ibat autem, ut uideatur pro γὰρ legisse ἦν. Eras. mus, ibat enim. At mihi uidetur potius γὰρ accipi pro ἄρα, quemadmodũ apud Hebræos particula כי plurimas easque plane diuersas habet significationes. 40 Inuentus est εὑρέθη Eras repertus est. Nam, inquit, quis illũ quærebat ut illic fuerit inuentus? Ego uerò non perpetuã puto differentiã illam inter inuenire & reperire. Respondet autem εὑρέθη hoc in loco uerbo ברא in cõiugatione Niphal, ut hoc sit quod in uernaculo sermone dicimus, *Il se trouua*, non autẽ, *Il fut trouué*.

IN CAPVT IX.

2 *Perferendas* Damascum εἰς Δαμασκὸν Similis eclipsis exemplum est suprà 7. b. 9. Huius sectæ τῆς ὁδῆς Articulus, ut rectè notat Erasmus, uim obtinet pronominis hoc loco, κατ' αὐτοφωρὰν scilicet. ὁδὸν autem uocat αἵρεσιν. Ideò hæc uocabula ut synonyma connectit Paulus infrà 24. d. 14. Solent enim Hebræi דרך id est uiam uocare omne uitæ genus quod aliquis insistãt. 5 Iesus ἰησοῦς In uno exemplari additum erat ὁ Ναζωραῖος, ille Nazarenus, ut etiam additur infrà 22. b. 8. Durum est tibi, &c. σκληρόν σοι Omnia hæc usque ad πρὸς αὐτὸν desunt in uetustis omnibus codicibus quos inspeximus, & uidentur addita ex ijs quæ cõmemorantur infrà 22. c. 10, & 26. d. 14. Sic autem in ijs legebatur, ὃν σὺ διώκεις. ἀλλ' ἀνάστηθι, quem tu persequeris. sed age surge, &c. 6 Et dicetur καὶ λαληθήσεται In duobus exemplaribus scriptum legimus, κἀκεῖ λαληθήσεται, & illic dicetur. 7 Steterunt εἱστήκεισαν Id est constiterunt, ita scilicet ut progredi non possent, sed attoniti manerent, tanquam saxei. Neque enim hoc pugnat cum eo quod infrà dicitur 26. c. 14, unà omnes fuisse in terram prostratos. Alij, ut hunc nodum expediant, collapsos quidem fuisse uolunt, sed postea in pedes erectos:

A ctos: quod ut uerum sit, tamen non puto Lucam huc respexisse, quum diceret eos attonitos constitisse. Puto enim potius stupore hoc uocabulo significari: quum alioquin fuerint quam celerrime aufugituri. Itaque τὸ ἑστηκέναι opponitur τῷ προϊέναι, non autem τῷ πατασπάσθαι, ut Marc. 10. g. 49. *Eius* uocem, τῆς φωνῆς, Ipsa ratio constructionis poscere uidetur, ut quū paulo antè præcesserit αὐτῷ, hic quoque subaudiatur idem relatiuum quod ad Saulū scilicet referatur, potius quàm ἐκείνου, quod loquentē Christum designet, sicut in proximo uersiculo, quū inquit, χειραγωγοῦντες δὲ αὐτὸν εἰσήγαγον γὰρ εἰς Δαμασκὸν, necesse est, idē pronomen subaudiatum adiungas aut participio χειραγωγοῦντες, aut potius uerbo εἰσῆλθον. Erat igitur iſtius stuporis causa duplex, una quòd repētino fulgure prostrati essent in terram: altera, quòd Saulū audirent cum altero loquentē, & neminē tamen uiderent, qui cū scilicet colloqueretur. Ita conciliant hunc locū Græca scholia cum eo quod infrà scribitur 22. c. 9. quæ explicatio mihi maximè probatur tribus de causis. Primùm enim (ut dixi) si ita accipias, plana & simplex erit uerborum constructio: deinde maximè probabile est, Sauli uocem ab ijs auditam qui aderant, Christi uerò non item: quum hæc fierent unius Saulis causa, ut res ipsa ostendit: siquidem neque hoc loco neque uſquam alibi, quoties narratur hæc historia, ulla fit mentio istorum Pauli comitum, quasi Christum sint amplexi: quod tamen uerisimile est fuisse facturos si loquentis uocem audiuissent. sed putarunt scilicet eum repentino fulguris ictu perculsum existimasse se audire quod non audiret, ut attoniti homines solēr: ita nimirum hæc disponente Diuina prouidentia, ut qui hæc posthea suæ gentis hominibus narrarēt, minus suspectæ fidei essent. Ideò etiam unus Paulus dicitur excæcatus: ex quo intelligimus totam uisionem ad ipsum pertinuisse, cæteros hactenus uidisse huius lucis scintillas & prostratos fuisse, ac loquentem ipsum Paulū audiuisse, quatenus id necesse fuit, ut de hoc facto testari possent. Postremò uidetur hoc diserte Paulus infrà explicare 22. c. 9. ubi uocem quàm non audierint comites, diserte à sua distinguit. Neque enim simpliciter dicit τὴν φωνὴν οὐκ ἤκουσαν, ut hoc loco scripsit Lucas, ἀκούοντες μὲν τῆς φωνῆς, sed addit, τῆ λαλούσης μοι, quum hic (ut dixi) necessariò subaudiatur αὐτῆ. Afferuntur tamen aliæ etiam rationes quibus hæc concilientur, nempe ut ἀκούειν hoc loco accipiatur pro Audire, & φωνὴ pro confuso quodam sono: illic uerò ἀκούειν Intelligere, & φωνὴ uocē de claret. Valla deprauatum hunc locum suspicatur, & legendum esse potius, θεωροῦντες μὲν τὸ φῶς, μηδὲν δὲ ἀκούοντες. Sed hoc quidem est nodum secare potius quàm soluere.

θεωροῦντες.

ἠγέρθη δὲ ὁ σαῦλος ἀπὸ τῆς γῆς. ἀνεῳγμένων δὲ 8
τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, οὐδένα ἔβλεπε. χειραγωγοῦν-
B τες δὲ αὐτὸν, εἰσήγαγον εἰς δαμασκόν.

καὶ ἦν ἡμέρας τρεῖς μὴ βλέπων, καὶ οὐκ ἔ- 9
φαγε, οὐδὲ ἔπιεν.

ἦν δέ τις μαθητὴς ἐν δαμασκῷ, ὀνόματι ἀ- 10 *Ananias.*
ναν ίας· καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ κύριος ἐν ὁράματι,
ἀνανία. ὁ δὲ ἔφη, ἰδοὺ ἐγὼ κύριε.

ὁ δὲ κύριος πρὸς αὐτόν. ἀναστὰς πορεύθη 11
ἐπὶ τὴν ῥύμην τὴν καλουμένην εὐθεῖαν, καὶ ζήτη
σον ἐν οἰκίᾳ ἰούδα σαῦλον ὀνόματι, ταρσέα· ἰδοὺ
γὰρ προσεύχεται.

(καὶ εἶδεν ἐν ὁράματι ἄνδρα ὀνόματι ἀνα- 12 *Oratio.*
νίαν εἰσελθόντα, καὶ ἐπιθέντα αὐτῷ χεῖρα, ὅπως
ἀναβλέψῃ.)

ἀπεκρίθη δὲ ὁ ἀνανίας· κύριε, ἀκήκοα ἀπὸ πολ- 13 *Ananias timet sibi à Paulo.*
λῶν περὶ τοῦ ἀνδρὸς τούτου, ὅσα κακὰ ἐποίησε τοῖς
ἁγίοις σου ἐν ἰερουσαλήμ.

καὶ ὧδε ἔχει ἐξουσίαν παρὰ τῶν ἀρχιερέων, δῆ- 14
σαι πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομά
σου.

C εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ κύριος· πορεύου, ὅτι 15 *Vas electum. Paulus.*
σκεῦος ἐκλογῆς μοί ἐστιν οὗτος, τοῦ βαστάσαι
τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν καὶ βασιλέων, υἱῶν
τε ἰσραήλ.

ἐγὼ γὰρ ὑποδείξω αὐτῷ, ὅσα δεῖ αὐτὸν ὑπὲρ 16 *Afflictiones.*
τοῦ ὀνόματός μου παθεῖν.

ἀπῆλθε δὲ ἀνανίας, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν, 17
καὶ ἐπιθεὶς ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας, εἶπε· σαοὶ ἀδελ
φὲ, ὁ κύριος ἀπέσταλκέ με ἰησοῦς, ὁ ὀφθείς σοι ἐν
τῇ ὁδῷ ᾗ ἤρχου, ὅπως ἀναβλέψῃς, καὶ πλησθῇς
πνεύματος ἁγίου.

καὶ εὐθέως ἀπέπεσον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ 18
ὡσεὶ λεπίδες, καὶ ἀναβλέψας παραχρῆμα, ἀνα-

neminem autem uidentes.

Surrexit autem Saulus è terra, apertísque oculis suis neminem uidebat: itaque manu ducentes eum introduxerunt Damascum.

Vbi fuit tribus diebus, non uidens, ac non comedit neque bibit.

Erat autem quidam discipulus Damasci, no mine Ananias: ad quē dixit per uisum Dominus, Anania. Et ille ait, Ecce, ego *adsum* Domine.

Tum Dominus ad eum, Surge, & proficiscere in uicum qui uocatur Rectus, & quære in domo Iudæ Saulum *quendam* nomine, Tarsensem: ecce enim orat.

Et uidit per uisum uirum Ananiam nomine, introeuntem, & imponentem sibi manum ut uisum reciperet.

Respondit autem Ananias, Domine, audiui ex multis de uiro isto, quot mala fecerit sanctis tuis in Ierusalem.

Quinetiā hoc loco habet potestatem à principibus Sacerdotum, uinciendi omnes qui inuocant nomen tuum.

Dixit autem ad eum Dominus, Proficiscere: nam instrumentū electum est mihi iste, ut perferat nomen meum coram Gentibus, & regibus, ac filijs Israel.

Ego enim ostendā ei quàm multa oporteat eum pro nomine meo pati.

Abijt igitur Ananias, & introiuit in domū illam: & impositis manibus, dixit, Saul frater, Dominus misit me: (Iesus *inquam* qui apparuit tibi in uia qua ueniebas) ut uisum recipias, & implearis Spiritu sancto.

Statim autem deciderūt ab oculis eius quasi

12 Et uidit καὶ εἶδεν Quidam hæc includunt parenthesi, quasi sint non Domini sed Lucæ uerba, quòd non uidetur Dominus ita fuisse compellaturus ipsum Ananiam. Sed facilis est responsio. dicuntur enim hæc à Domino, habita ipsius Sauli ratione, cui alioquin Ananias erat ignotus. 15 Instrumentum electum σκεῦος ἐκλογῆς Vel, ut Erasmus, organū electum: quod & ipsum Græcum est uocabulum, sed à Latinis usurpatur, præsertim in ijs quæ ad architecturam pertinēt. Scimus autem, passim Ecclesiam ædificio cōparari. Vulgata, ad uerbū, uas electionis, nimiū obscurè. Vide Matt. 12. b. 29. 17 In domum illam: εἰς τὴν οἰκίαν: Vulgata. & Eras. in domum, nimis obscurè. Nam qui ita loquitur, omnino uidetur domum eius significare qui dicitur ingressus. Est autem hoc loco articuli uis ἀναφορική. refertur enim ad id quod mandarat Dominus, nempe ut in domo Iudæ Saulum quæreret.

22 Confirmans

Paulus.

si squamæ,& uisum recepit illico:ac surgés baptizatus est,

Quumque cepisset cibum, corroboratus est. Fuit autem Saulus cum discipulis qui erãt Damasci,per dies aliquot.

Paulus prædicat Iesum esse Christum.

Et statim in synagogis prædicauit Christum, *nempe* quòd is esset filius ille Dei.

Percellebantur autem omnes qui eum audiebant,ac dicebant,Nonne hic est qui populatus est in Ierusalem eos qui inuocabant nomen istud:& huc idcirco uenit ut uinctos eos abduceret ad principes Sacerdotum?

Saulus autem magis inualescebat,& confundebat Iudæos qui habitabant Damasci, confirmans quòd is esset Christus.

Insidiæ Paulo tenduntur.

Expleto autem multo tempore,inierunt inter se Iudæi consilium illum tollendi.

Sed intellectæ sunt Saulo insidiæ eorum.adseruabant autem portas die ac nocte, ut eũ tollerent.

Acceptũ igitur eum discipuli nocte, per murum demiserũt,funesummissum in sporta.

Non creditur Paulus esse Christi discipulus.

Quum uerò Saulus aduenisset Ierosolymam,tentabat se adiungere discipulis:sed omnes timebant eum, non credentes quòd esset discipulus.

Barnabas autem acceptum eum duxit ad Apostolos, & narrauit eis quomodo in uia uidisset Dominum, qui loquutus esset ei: & quomodo in Damasco liberè loquutus esset in nomine Iesu.

Fuit igitur conuersans cum eis in Ierusalem.

Paulus disputat cum gentibus.

Et liberè in nomine Domini Iesu loquebatur ac disceptabat aduersus Græcos: illi uerò

ὡσεὶ λεπίδες,ἀνέβλεψέν τε παραχρῆμα, καὶ ἀναστὰς ἐβαπτίσθη, A

καὶ λαβὼν τροφὴν, ἐνίσχυσεν. ἐγένετο δὲ ὁ σαῦλος μετὰ τῶν ἐν δαμάσκῳ μαθητῶν ἡμέρας τινάς·

καὶ εὐθέως ἐν ταῖς συναγωγαῖς ἐκήρυσσε τὸν χριστὸν,ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ.

ἐξίσταντο δὲ πάντες οἱ ἀκούοντες,καὶ ἔλεγον. οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ πορθήσας ἐν ἱερουσαλὴμ τοὺς τοῦτο καλουμένους τὸ ὄνομα τοῦτο,καὶ ὧδε εἰς τοῦτο ἐληλύθει,ἵνα δεδεμένους αὐτοὺς ἀγάγῃ ἐπὶ τοὺς ἀρχιερεῖς;

σαῦλος δὲ μᾶλλον ἐνεδυναμοῦτο, καὶ συνέχυνε τοὺς Ἰουδαίους τοὺς κατοικοῦντας ἐν δαμασκῷ, συμβιβάζων ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ χριστός.

ὡς δὲ ἐπληροῦντο ἡμέραι ἱκαναὶ,συνεβουλεύσαντο οἱ Ἰουδαῖοι ἀνελεῖν αὐτόν.

ἐγνώσθη δὲ τῷ σαύλῳ ἡ ἐπιβουλὴ αὐτῶν. παρετήρουν τε τὰς πύλας ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς, ὅπως αὐτὸν ἀνέλωσι. B

λαβόντες δὲ αὐτὸν οἱ μαθηταὶ νυκτὸς,καθῆκαν διὰ τοῦ τείχους,χαλάσαντες ἐν σπυρίδι.

παραγενόμενος δὲ ὁ σαῦλος εἰς ἱερουσαλὴμ, ἐπειρᾶτο κολλᾶσθαι τοῖς μαθηταῖς· καὶ πάντες ἐφοβοῦντο αὐτὸν, μὴ πιστεύοντες ὅτι ἐστὶ μαθητής.

βαρναβᾶς δὲ ἐπιλαβόμενος αὐτὸν, ἤγαγε πρὸς τοὺς ἀποστόλους,καὶ διηγήσατο αὐτοῖς,πῶς ἐν τῇ ὁδῷ εἶδε τὸν κύριον, καὶ ὅτι ἐλάλησεν αὐτῷ, καὶ πῶς ἐν δαμασκῷ ἐπαρρησιάσατο ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ.

καὶ ἦν μετ' αὐτῶν εἰσπορευόμενος καὶ ἐκπορευόμενος ἐν ἱερουσαλὴμ,

καὶ παρρησιαζόμενος ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, ἐλάλει τε καὶ συνεζήτει πρὸς τοὺς ἑλ- C

22 Confirmans συμβιβάζων Id est, collatis scripturæ locis probans. Ita enim hoc uerbum accipiendum est: quũ a lioquin possit etiam affirmari quod idoneis testimonijs probari non possit. Græca autem scholia interpretãtur, μετὰ ἐπιεικείας διελέγετο, id est, cum quadam animi æquitate ac moderatione docens, ut amicam collationem potius quàm altercationem fuisse sciamus. quæ interpretatio (meo iudicio) non est satis expressa. 26 Quum uerò aduenisset παραγενόμενος] Inter liberationem Pauli & aduentum ipsius in urbẽ, intercedunt anni tres, ut nonnulli uolunt, quos scilicet consumpsit partim Damasci, partim in Arabia, ut narrat ipse paulus Galat. 1. d. 17. & 18. Neque enim omnia narrauit Lucas, sed præcipua duntaxat. Verùm quod ad me attinet, ut mollius ista connectantur, quum differtè dicat Apostolus illo loco, se Damasco in Arabiam, & inde rursus Damascum redijsse, unde demum uenerit Ierosolymam: putarim potius triẽnium illud comprehendi à Luca, eo quòd dixit uerticulo 23, Expleto autem multo tempore, ita ut Paulum intelligamus, simulatque liberatus fuit statim contendisse Ierosolymam. Ita mihi uidebitur prætermisisse Lucas quod ad hanc historiã attinet. Nam ipsa Damascus Arabiæ tribuebatur, ut apparet ex 1. Cor. 11 2. g. 33. neque ex loco illo Epistolæ ad Galatas intelligi potest quandiu in Arabia fuerit. Ideò satisfeciisse uidetur historiæ Lucas, quum inquit, Paulum post multum tempus, triennium scilicet, illic expletum: Damasci nimirum & in uicina regione, fuisse Iudæorum insidijs petitum. 28 Conuersans εἰσπορευόμενος καὶ ἐκπορευόμενος] In nonnullis codicibus deest καὶ ἐκπορευόμενος. Sed puto hæc esse ab aliquo expũcta, qui quum hunc Hebraismum ignoraret, quem exposuimus suprà 1. d. 21, putauit ita significari Paulum egressum fuisse ex Ierusalem cum Apostolis. Itaque pro eo quod Vulg. & Eras. seruato Hebraismo conuerterũt, intrans & exiens, ego planius loqui sum conatus. Cum eis μετ' αὐτῶν Id est, cum Petro & Iacobo: eos enim solos ex Apostolis sibi tum fuisse conspectos narrat Paulus Gala. 1. d. 28 & 29. ex quo etiam intelligimus, ita accidisse ut eo tempore soli isti ex Apostolis fuerint Ierosolymis. Nam cur uel ipse alios non inuisisset, uel alij ab ipsius congressu abstinuissent? At quonam, dices, isti abierant? Id uerò scrutãti curiosorum est hominum: & quæ somnia in Dei Ecclesiam inuexerit ista curiositas, uel ex illis apparet quæ sub Abdiæ cuiusdam Babylonii nomine circumferuntur, scriptoris non modò inepti, sed etiam impij ac profani. Ac illa quidem non miror licuisse olim comminisci: quid enim aliud merebatur hominum perfidia, quàm ut in profundissimas tenebras demergerentur? sed hoc ego non tam demiror quàm ægerrimè fero, in ea ciuitate cui Christus illuxerit, impune quibusdam licere Christo & ipsius Ecclesiæ illudere, atque adeò spargendis passim quibusuis quantumuis execrandis blasphemijs lucrum facere. 29 Et liberè καὶ παρρησιαζόμενος Vulg. barbarè, & fiduciaiter. Eras. & cum fiducia loquens. Sed rectè Vetus interpres participium per aduerbium expressit. est enim hæc enallage Græcis familiaris & multo commodius connectitur participium hoc cum uerbo ἐλάλει, quàm cum præcedentibus. Loquebatur ac disceptabat ἐλάλει τε καὶ συνεζήτει Hæc, ut modo dixi, coniungenda sunt cum participio παρρησιαζόμενος, ita ut καὶ cõnectat duo uerba, nempe λὼν & ἐλάλει. Sed Vetus interpres cõuertit, loquebatur quoq; cum Gẽtibus & disputabat cum Græcis, id est ἐλάλει τε μετὰ τῶν ἐθνῶν καὶ συνεζήτει πρὸς Ἕλληνιστάς: quam lectionẽ neque in ullis codicibus Græcis inuenio, neq; possum approbare. Nã hoc tẽpore Gentes opinor nõ modò nõ disputasse aduersus Euangeliũ, sed etiam tũ Iudæos tum Christianos deriisse. Quinam autẽ hic dicantur ἑλληνισταί, exposuimus suprà 6. a. 1. 31 Et

A ἐκλωμένος. οἱ δὲ ἐπιχέρησαν αὐτῷ ἀνελεῖν.

ἐπιγνόντες δὲ οἱ ἀδελφοὶ, κατήγαγον αὐτὸν 30
εἰς Καισάρειαν, καὶ ἐξαπέστειλαν αὐτὸν εἰς Ταρσόν.

αἱ μὲν οὖν ἐκκλησίαι καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας καὶ 31
Γαλιλαίας καὶ Σαμαρείας εἶχον εἰρήνην, οἰκοδομούμεναι καὶ πορευόμεναι τῷ φόβῳ τοῦ κυρίου, καὶ τῇ παρακλήσει τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπληθύνοντο.

ἐγένετο δὲ Πέτρον διερχόμενον διὰ πάντων, 32
κατελθεῖν καὶ πρὸς τοὺς ἁγίους τοὺς κατοικοῦντας Λύδδαν.

εὗρε δέ ἐκεῖ ἄνθρωπόν τινα, Αἰνέαν ὀνόματι, 33
ἐξ ἐτῶν ὀκτὼ κατακείμενον ἐπὶ κραβάττου, ὃς ἦν παραλελυμένος.

καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Πέτρος, Αἰνέα, ἰᾶταί σε Ἰη- 34
σοῦς ὁ Χριστός· ἀνάστηθι, καὶ στρῶσον σεαυτῷ. καὶ εὐθέως ἀνέστη.

καὶ εἶδον αὐτὸν πάντες οἱ κατοικοῦντες 35
Λύδδαν καὶ τὸν Σαρωνᾶ, οἵτινες ἐπέστρεψαν ἐπὶ τὸν κύριον.

B ἐν Ἰόππῃ δέ τις ἦν μαθήτρια, ὀνόματι Ταβι- 36
θά, ἣ διερμηνευομένη λέγεται Δορκάς· αὕτη ἦν πλήρης ἀγαθῶν ἔργων καὶ ἐλεημοσυνῶν ὧν ἐποίει.

ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἀσθενή- 37
σασαν αὐτὴν ἀποθανεῖν. λούσαντες δὲ αὐτὴν, ἔθηκαν ἐν ὑπερῴῳ.

ἐγγὺς δὲ οὔσης Λύδδης τῆς Ἰόππης, οἱ μαθηταὶ 38
ἀκούσαντες ὅτι Πέτρος ἐστὶν ἐν αὐτῇ, ἀπέστειλαν δύο ἄνδρας πρὸς αὐτὸν, παρακαλοῦντες μὴ ὀκνῆσαι διελθεῖν ἕως αὐτῶν.

ἀναστὰς δὲ Πέτρος, συνῆλθεν αὐτοῖς. ὃν παρα- 39
γενόμενον ἀνήγαγον εἰς τὸ ὑπερῷον, καὶ παρέστησαν αὐτῷ πᾶσαι αἱ χῆραι κλαίουσαι, καὶ ἐπιδεικνύμεναι χιτῶνας καὶ ἱμάτια ὅσα ἐποίει μετ'
C αὐτῶν ὢν ἡ Δορκάς.

ἐκβαλὼν δὲ ἔξω πάντας ὁ Πέτρος, θεὶς τὰ γό- 40
ατα προσηύξατο· καὶ ἐπιστρέψας πρὸς τὸ σῶμα, εἶπε· Ταβιθά, ἀνάστηθι. ἡ δὲ ἤνοιξε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς, καὶ ἰδοῦσα τὸν Πέτρον ἀνεκάθισε.

δοὺς δὲ αὐτῇ χεῖρα, ἀνέστησεν αὐτήν. φωνήσας 41
δὲ τοὺς ἁγίους καὶ τὰς χήρας, παρέστησεν αὐτὴν ζῶσαν.

γνωστὸν δὲ ἐγένετο καθ' ὅλης τῆς Ἰόππης, καὶ πολ- 42
λοὶ ἐπίστευσαν ἐπὶ τὸν κύριον.

conabantur eum *è medio* tollere.

Quod quum agnouissent fratres, deduxerunt eum Cæsaream, & emiserunt Tarsum.

Ecclesiæ igitur per totam Iudæam & Galilæam & Samariam habebant pacem, & ædificabantur, ac pergentes *in* timore Domini: & cõsolatione sancti Spiritus multiplicabantur. *Pax. Timor Dei.*

Factum est autem ut Petrus, dum peragraret per omnes, deueniret etiam ad sanctos qui habitabant Lyddæ. *Sancti.*

Reperit autem illic quendam nomine Aeneam ab annis iam octo decumbentem in grabato, qui erat paralyticus. *Aeneas paralyticus sanatur.*

Et ait ei Petrus, Aenea, sanat te Iesus Christus: surge, & sterne tibi ipsi stratum. *Is* autem statim surrexit.

Et uiderunt eum omnes qui incolebant Lyddam & Sarona, qui conuersi sunt ad Dominum. *Christiani in Lydda & Saron.*

Ioppæ autem fuit quædam discipula nomine Tabitha, quæ, si interpreteris, dicitur Caprea: hæc erat diues operum bonorum & eleemosynarum quas præstabat. *Tabitha sepelitur. Opera. Eleemosynæ.*

Factum est autem in diebus illis ut morbo correpta moreretur. quam quum lauissent, posuerunt in cœnaculo.

Quum autem Lydda esset prope Ioppen, discipuli, audito quòd Petrus esset in ea, duos uiros miserunt ad eum, precãtes ne cunctaretur uenire usq; ad se.

Exurgens igitur Petrus uenit cum eis: quem ubi affuit, duxerunt in cœnaculum: ubi astiterunt ei omnes uiduæ, flentes, & ostendentes tunicas & pallia quę faciebat quum esset cum ipsis Dorcas.

Eiectis uerò omnibus foras, Petrus positis genibus orauit: & conuersus ad corpus, dixit, Tabitha surge. Illa uerò aperuit oculos suos, uisoq; Petro, resedit. *Oratio.*

Data autem ei manu, *Petrus* erexit eam: & uocatis sanctis ac uiduis, stitit eam uiuam.

Id autem innotuit per totam Ioppen, & crediderunt multi in Dominum.

31 Et ædificabantur, οἰκοδομούμεναι, Hoc participium ab eo distinguo quod proximè sequitur, ut quum duo sint huius periodi uerba, nempe εἶχον εἰρήνην & ἐπληθύνοντο, illud cum οἰκοδομούμεναι, istud cum πορευόμεναι construatur. Ita enim plana erit sententia, & ordo minimè perturbatus 34 Sanat ἰᾶταί Vulg. & Eras. sanet, id est ἰάσθω. Sterne tibi ipsi stratum. καὶ στρῶσον σεαυτῷ Vulg. & sterne tibi. Est autem familiare Hebræis, cognatæ significationis nomen in omnibus intransitiuis uerbis subaudire, ut alibi annotauimus. Sed præterea annotãdum est, sternere lectum hoc in loco uideri usurpatũ pro lectũ colligere, potius quàm pro apparare ad decubitum. quorsum enim hoc, quum surgere iubeatur? Iacebat autem in grabato, id est in lectulo, cuiusmodi erant strata in quibus sani etiam homines solebant meridiari, quæ scilicet deinde moris erat colligree, & suo loco reponere. Vnde illud sæpe dictum à Domino, Tolle grabatum tuum & ambula. 35 Et Sarona, καὶ τὸν Σάρωνα, Corruptè legitur σαρωνᾶ & σαρωναῖ, quum ab Hebræis dicatur שרון, ut Esaiæ 33.b.9. & 1.Paralipom.27 d.29. Vera igitur lectio est σάρωνα à recto σάρων, adstipulante etiam uno uetusto exemplari. Quod autem nonnulli scribunt Ἀσσάρωνα, inde factum est, quòd apud Esaiam legitur השרון, præpositа litera ה, quam Græci interpretes sæpe coniunxerunt cum nominibus locorum & appellatiuis. Neque est quòd urbis nomen esse putemus, quasi pro ἀσπάλωνα perperam scriptum sit ἀσσάρωνα. Nam præterquam quòd nulla urbs hoc nomine recensetur in isto tractu, articulus masculinus qui hic legitur, summo omnium codicum consensu, & aliis etiam citatis locis, non patitur ut pro urbe accipiamus.

36 Tabitha, Ταβιθά, Syriacum uocabulum, pro quo dicunt Hebræi צביה Græci Δορκάδα. Latini capream, aut, ut alij censent, damam. Diues πλήρης, Id est, πλουσία. Vulgata & Erasmus ad uerbum, plena.

38 Ne cunctaretur μὴ ὀλύνειν Vel ne pigraretur. Vtitur enim etiam Cicero hoc uerbo, pro quo uetus interpres barbarè dixit, Ne pigriteris, mutata etiam persona, quasi ὀλύνῃς imperandi modo sit positum. Eras. ne grauaretur, quasi

Petrus apud coriarium habitat.

Factum est autem ut dies multos maneret 43
Ioppe apud Simonem quendam coriarium.

CAP. X.

Cornelij centurionis integritas.

POrrò quidam erat Cæsareæ, nomine Cornelius, centurio ex cohorte quæ dicitur Italica, 1

Religiosus ac timens Deum, cum tota domo sua, & faciens eleemosynas multas populo: 2

Oratio. Eleemosynæ.

Qui quum deprecaretur Deum per omne tempus, uidit per uisum manifestè quasi hora diei nona Angelum Dei introeuntem ad se, dicentémque sibi, Corneli. 3

At ille intentis oculis in eum & expauefactus, dixit, Quid est Domine? Dixit autem ei, Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderũt pro monimento coram Deo. 4

Iussu Dei Cornelius accersit Petrum.

Nunc igitur mitte aliquos Ioppen, & accersе Simonem qui cognominatur Petrus. 5

Hic diuersatur apud Simonem quendã coriarium, cui est domus iuxta mare: hic dicet tibi quid te oporteat facere. 6

Vt autem discesserit Angelus qui loquebatur Cornelio, uocauit duos ex famulis suis, & militem religiosum ex ijs qui secum assidui erant, 7

Et quum eis exposuisset omnia, misit eos Ioppen. 8

Petro ostenditur Gentes fide in Christum purificatas esse.

Postridie uerò facientibus illis iter, & propinquantibus urbi, ascendit Petrus supra domum, ut oraret, circa horam sextam. 9

Accidit autem ut esset famelicus, uoluitq; capere cibum. parantibus autem illis, incidit in eum mentis fecessio. 10

Tum uidet cælum apertum, ac descendens ad se uas quoddam ut linteum magnum, quatuor initijs deuinctum, quodq; demitteretur in terram. 11

In quo erant quæuis quadrupedia terræ, & feræ, ac reptilia, & uolucres cæli. 12

ἐγγὺς δὲ ὄντος Ἰόππης τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ περὶ τοῦ Πέτρου, ἀκούσαντες ὅτι ἐν Λύδδῃ εἰσὶν οἱ μαθηταὶ πρὸς αὐτὸν τοὺς δύο ἀποστείλαντες ἄνδρας παρακαλοῦντες μὴ ὀκνῆσαι διελθεῖν ἕως ἡμῶν. A

ἀναστὰς δὲ ὁ Πέτρος συνῆλθεν αὐτοῖς· ὃν παραγενόμενον ἀνήγαγον εἰς τὸ ὑπερῷον, καὶ παρέστησαν αὐτῷ πᾶσαι αἱ χῆραι κλαίουσαι καὶ ἐπιδεικνύμεναι χιτῶνας καὶ ἱμάτια ὅσα ἐποίει μετ' αὐτῶν οὖσα ἡ Δορκάς.

ἐκβαλὼν δὲ ἔξω πάντας ὁ Πέτρος καὶ θεὶς τὰ γόνατα προσηύξατο, καὶ ἐπιστρέψας πρὸς τὸ σῶμα εἶπεν, Ταβιθά, ἀνάστηθι. ἡ δὲ ἤνοιξε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς, καὶ ἰδοῦσα τὸν Πέτρον ἀνεκάθισεν.

δοὺς δὲ αὐτῇ χεῖρα ἀνέστησεν· φωνήσας δὲ τοὺς ἁγίους καὶ τὰς χήρας παρέστησεν ζῶσαν αὐτοῖς.

γνωστὸν δὲ ἐγένετο καθ' ὅλης τῆς Ἰόππης, καὶ ἐπίστευσαν πολλοὶ ἐπὶ τὸν κύριον.

ἐγένετο δὲ ἡμέρας ἱκανὰς μεῖναι ἐν Ἰόππῃ παρά τινι Σίμωνι βυρσεῖ. B

CAP. XI.

ANὴρ δέ τις ἦν ἐν Καισαρείᾳ, ὀνόματι Κορνήλιος, ἑκατοντάρχης ἐκ σπείρης τῆς καλουμένης Ἰταλικῆς,

εὐσεβὴς καὶ φοβούμενος τὸν θεὸν σὺν παντὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ποιῶν τε ἐλεημοσύνας πολλὰς τῷ λαῷ, καὶ δεόμενος τοῦ θεοῦ διαπαντός. εἶδεν ἐν ὁράματι φανερῶς, ὡσεὶ ὥραν ἐνάτην τῆς ἡμέρας, ἄγγελον τοῦ θεοῦ εἰσελθόντα πρὸς αὐτὸν καὶ εἰπόντα αὐτῷ, Κορνήλιε.

ὁ δὲ ἀτενίσας αὐτῷ καὶ ἔμφοβος γενόμενος εἶπε, Τί ἐστι κύριε; εἶπε δὲ αὐτῷ· αἱ προσευχαί σου καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἀνέβησαν εἰς μνημόσυνον ἔναντι τοῦ θεοῦ.

καὶ νῦν πέμψον εἰς Ἰόππην ἄνδρας, καὶ μετάπεμψαι Σίμωνα, ὃς ἐπικαλεῖται Πέτρος.

οὗτος ξενίζεται παρά τινι Σίμωνι βυρσεῖ, ᾧ ἐστὶν οἰκία παρὰ θάλασσαν. οὗτος λαλήσει σοι τί σε δεῖ ποιεῖν. C

ὡς δὲ ἀπῆλθεν ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν τῷ Κορνηλίῳ, φωνήσας δύο τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ, καὶ στρατιώτην εὐσεβῆ τῶν προσκαρτερούντων αὐτῷ,

καὶ ἐξηγησάμενος αὐτοῖς ἅπαντα, ἀπέστειλεν αὐτοὺς εἰς τὴν Ἰόππην.

τῇ δὲ ἐπαύριον ὁδοιπορούντων ἐκείνων, καὶ τῇ πόλει ἐγγιζόντων, ἀνέβη Πέτρος ἐπὶ τὸ δῶμα προσεύξασθαι, περὶ ὥραν ἕκτην.

ἐγένετο δὲ πρόσπεινος, καὶ ἤθελε γεύσασθαι. παρασκευαζόντων δὲ ἐκείνων, ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἔκστασις.

καὶ θεωρεῖ τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγμένον, καὶ καταβαῖνον ἐπ' αὐτὸ σκεῦός τι ὡς ὀθόνην μεγάλην, τέσσερσιν ἀρχαῖς δεδεμένον, καὶ καθιέμενον ἐπὶ τῆς γῆς.

ἐν ᾧ ὑπῆρχε πάντα τὰ τετράποδα τῆς γῆς, καὶ τὰ θηρία, καὶ τὰ ἑρπετὰ, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ.

duntaxat rogarent ne Petro graue aut molestũ esset, Ioppen uenire. At ego existimo potius peti ut nulla interposita mora adesset. Neque enim uidebatur ista res ullam dilationem ferre, quum iam mortua esset Tabitha.

IN CAPVT X.

3 Qui quum deprecaretur καὶ δεόμενος Id est, καὶ αὐτὸς δεόμενος, ut sæpissimè iam annotauimus. Alij cum superioribus construunt hoc participium. Ego uerò malui coniungere cum uerbo εἶδεν, quum alioqui uideatur hiare constructio, adstipulante nobis uno codice 4 Quid est Domine? Τί ἐστι Κύριε; Id est, quid me uis Domine? Vulg. Quis es Domine? Τίς εἶ Κύριε; perperam. neque enim dubitat Domini nuntium hunc esse, sed comparat se ad audiẽdum nuntium. Ascenderunt ἀνέβησαν Id est, exauditæ sunt. Est autem translatio sumpta ab holocausti ritu ad preces: quod dicendi genus frequens est in Vetere præsertim testamento. Huc enim pertinent illi uituli labiorum, quorum fit mentio apud Hoseam: sacrificium laudis, cuius toties meminerunt Sacri scriptores. Ideo mihi quasi religio fuit hunc Hebraismũ mutare. Pro monimento εἰς μνημόσυνον, Id est, ut Deum ueluti non sinant tui obliuisci. Sic enim solet nobiscum interdum Scriptura quasi balbutire. Vulg. & Eras. in memoriam. Posit etiam aliquis, ad memoriam interpretari. Sed præterquam quòd inter μνήμιον & μνημόσυνον aliquid interest, planior etiam uidetur interpretatio quam ium secutus, propter uerbum ἀνέβησαν. 9 Supra domum, ἐπὶ τὸ δῶμα, Vulg. in superiora, Eras. in superiora domus. Vide Matt. 10. c. 27. 10 Capere cibum. γεύεσθαι Vetus interpres, gustare. Eras. gustare cibum. neuter (ut opinor) rectè. Est enim γεύεσθαι præcisè dictum ex Hebræorum idiotismo, qui solent cognatæ significationis nomina supplere, quum plena sit loquutio לטעם חלחם, id est, gustare panem. Deinde γεύεσθαι, pro quo etiam Græci φαγεῖν dicunt, non id declarat, quod Latinum uerbum Gustare, hoc quidem in loco, sed τὸ ἐσθίειν καὶ φαγεῖν, id est, uesci ac cibum capere. Sed & fortasis γεύεσθαι non ineptè conuerteris, prandere. Nam (ut placet Eustathio in libri Odyss. β, τὸ ἄριστον, ἤγουν τὸ πρωϊνὸν λεγόμενον γεῦμα Mentis fecessio, ἔκστασις, Vulg. & Eras. mentis excessus. Illud mollius est, ni fallor. Nam Stuporis ac Perculsionis nomen non conueniret, quum neque stupidus, neque perculsus Petrus dicatur, sed quasi femoto ad tempus à corpore animo, cum Deo colloquutus. Non stupet igitur Petrus, sed Dei colloquio fruitur, & mysteria ipsius docetur: neque excesit mens ex ipsius corpore, sed quasi secessit altius euecta, breui tamen ad sedes suas rediturа.

12 Quæuis quadrupedia πάντα τὰ τετράποδα Hic manifestè apparet, particulam uniuersalem pro indefinita poni, ut etiam accipienda est. 1. Tim. 2. b. 4. Appellatio autem quadrupedum non tam latè hic patet atq; apud Physicos, sed ea duntaxat

A καὶ ἐγένετο φωνὴ πρὸς αὐτόν· ἀναστὰς πέτρε θῦσον, καὶ φάγε. 13 Et facta est uox ad eum, Surge petre, macta & uescere.

ὁ δὲ πέτρος ἔφη· μηδαμῶς κύριε, ὅτι οὐδέποτε κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον. 14 Ait autē Petrus, Nequaquam Domine: nam nunquam edi quicquam cōmune seu impurū.

καὶ φωνὴ πάλιν ἐκ δευτέρου πρὸς αὐτόν· ἃ ὁ θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου. 15 Tum uox rursus ad eum secundò, Quæ Deus purificauit, tú ne polluas.

Τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ τρὶς· καὶ πάλιν ἀνελήφθη τὰ σκεῦη εἰς τὸν οὐρανόν. 16 Hoc autem factum est ter: & rursum sublatum est uas in cælum.

ὡς δὲ ἐν ἑαυτῷ διηπόρει ὁ πέτρος, τί ἂν εἴη τὸ ὅραμα ὃ εἶδε· καὶ ἰδοὺ οἱ ἄνδρες οἱ ἀπεσταλμένοι ἀπὸ τοῦ κορνηλίου, διερωτήσαντες τὴν οἰκίαν σίμωνος, ἐπέστησαν ἐπὶ τὸν πυλῶνα· 17 Quum autē apud sese hæsitaret Petrus quod nam esset uisum illud quod uidisset, ecce, uiri qui missi erant à Cornelio, percontati de domo Simonis, superuenerunt ad uestibulum. *Petrus deliberat ad Cornelium.*

καὶ φωνήσαντες ἐπυθάνοντο, εἰ σίμων ὁ ἐπικαλούμενος πέτρος, ἐνθάδε ξενίζεται. 18 Et euocato *quopiam* percontati sunt an Simō qui cognominaretur Petrus, illic diuersaretur.

τοῦ δὲ πέτρου ἐνθυμουμένου περὶ τοῦ ὁράματος, εἶπεν αὐτῷ τὸ πνεῦμα· ἰδοὺ ἄνδρες δύο ζητοῦσί σε. 19 Petro uerò cogitante de uisione, dixit ei Spiritus, Ecce, tres uiri quærunt te.

ἀλλὰ ἀναστὰς κατάβηθι, καὶ πορεύου σὺν αὐτοῖς, μηδὲν διακρινόμενος, διότι ἐγὼ ἀπέσταλκα αὐτούς. 20 Surgens itaq; descende, & proficiscere cum eis, nihil disceptans: nam ego misi eos.

καταβὰς δὲ ὁ πέτρος πρὸς τοὺς ἄνδρας τοὺς ἀπεσταλμένους ἀπὸ τοῦ κορνηλίου πρὸς αὐτόν, εἶπεν· ἰδοὺ ἐγώ εἰμι ὃν ζητεῖτε, τίς ἡ αἰτία, δι' ἣν πάρεστε. 21 Descēdēs ergo Petrus ad uiros qui missi erāt à Cornelio ad ipsū, dixit, Ecce, ego *is* sum quē quæritis: quæ causa est propter quam adestis?

οἱ δὲ εἶπον· κορνήλιος ἑκατοντάρχης, ἀνὴρ δίκαιος καὶ φοβούμενος τὸν θεὸν, μαρτυρούμενός τε ὑπὸ ὅλου τοῦ ἔθνους τῶν ἰουδαίων, ἐχρηματίσθη ὑπὸ ἀγγέλου ἁγίου, μεταπέμψασθαί σε εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ ἀκοῦσαι ῥήματα παρὰ σοῦ. 22 Ipsi uerò dixerunt, Cornelius centurio, uir iustus ac timens Deum, & testimonio ornatus à tota gente Iudæorum, Diuinitus admonitus est ab Angelo sancto, ut accerseret te domum suam, & audiret *quædam* uerba abs te.

εἰσκαλεσάμενος οὖν αὐτοὺς ἐξένισε. τῇ δὲ ἐπαύριον ὁ πέτρος ἐξῆλθε σὺν αὐτοῖς, καί τινες τῶν ἀδελφῶν τῶν ἀπὸ τῆς ἰόππης συνῆλθον αὐτῷ. 23 Intro uocatos igitur eos accepit hospitio. sequenti uerò die Petrus abijt cum ipsis, & quidam ex fratribus Ioppensib. comitati sunt eū.

τῇ δὲ ἐπαύριον εἰσῆλθον εἰς τὴν καισάρειαν. ὁ δὲ κορνήλιος ἦν προσδοκῶν αὐτούς, συγκαλεσάμενος τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἀναγκαίους φίλους. 24 Postridie uerò introierunt Cæsaream. Cornelius autem expectabat eos, conuocatis cognatis suis ac necessarijs amicis.

ὡς δὲ ἐγένετο εἰσελθεῖν τὸν πέτρον, συναντήσας αὐτῷ ὁ κορνήλιος, πεσὼν ἐπὶ τοὺς πόδας προσεκύνησεν. 25 Vt autē factum est ut introiret Petrus, occurrens ei Cornelius, & accidēs ad pedes adorauit

ὁ δὲ πέτρος ἀνέστησεν αὐτὸν λέγων· ἀνάστηθι, κἀγὼ ἄνθρωπός εἰμι. 26 Petrus uerò erexit eum dicens, Surge, & ego, ipse homo sum. *Petrus non uult sibi fieri cultum.*

καὶ συνομιλῶν αὐτῷ εἰσῆλθε, καὶ εὑρίσκει συνεληλυθότας πολλούς, 27 Et colloquens cum eo, ingressus est, inuenitq; multos qui conuenerant.

C ἔφη τε πρὸς αὐτούς· ὑμεῖς ἐπίστασθε ὡς ἀθέμιτόν ἐστιν ἀνδρὶ ἰουδαίῳ, κολλᾶσθαι ἢ προσέρχεσθαι ἀλλοφύλῳ· κἀμοὶ ὁ θεὸς ἔδειξε, μηδένα κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον λέγειν ἄνθρωπον. 28 Dixitq; ad eos, Vos scitis nefas esse cuiquam Iudæo coniungi aut accedere ad alienigenam: sed mihi ostēdit Deus ne quem pollutum aut impurum dicerem hominem. *Mundi omnes Iudei & Gētes per Christum.*

διὸ καὶ ἀναντιῤῥήτως ἦλθον μεταπεμφθείς. πυνθάνομαι οὖν, τίνι λόγῳ μετεπέμψασθέ με; 29 Quapropter etiam sine controuersia ueni accersitus. Percontor igitur qua ratione me accersiueritis.

Ὁ κορνήλιος ἔφη· ἀπὸ τετάρτης ἡμέρας μέχρι ταύτης τῆς ὥρας ἤμην νηστεύων, καὶ τὴν ἐνάτην ὥραν προσευχόμενος ἐν τῷ οἴκῳ μου, καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ἔστη ἐνώπιόν μου, ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ· 30 Tum Cornelius ait, Nudiusquartus usq; ad hanc horam eram ieiunus, & hora nona orabā in domo mea, & ecce, quidam stetit corā me *indutus* ueste splendida,

ea duntaxat cōplectitur quæ ad cōmunem usum hominum ali solent, ut cameli, equi, canes, boues, oues, porci, & alia id genus. Ideo adiungit τὰ θηρία, id est feras, quas non rectè prætermisit Vetus interpres. Erat aut Bestias couertit, uocabulo nimium generali. Reptilia τὰ ἑρπετὰ Vetus interpres, serpentia, quod mihi non displiceret, nisi usus obtinuisset ut serpentum nomine τοὺς ὄφεις intelligeremus. Quàm latè aut pateat nomen τῶν ἑρπετῶν, quæ reptilia uocauimus, uocabulo Latinis non ita usitato, apparet ex Leuitici capite undecimo. 25 Ne polluas μὴ λοίνου. Id est, ne pro pollutis & impuris habeas. quamobrem etiam Vetus interpres conuertit, ne cōmune dixeris. Est enim hoc quoq; genus dicendi petitumè medio, quoties factum pro dicto ponitur, ut in illo Virgilij ex Sileno, Tum Phaethontiadas musco circūdat amaræ Corticis, atque solo proceras erigit alnos. id est, canit circundatas, & erectas, sicut annotauit Linacer grammaticorū doctissimus. 29 Sine controuersia ἀναντιῤῥήτως Vulg. sine dubitatione, rectius (ut opinor) quàm Erasmus, qui interpretatur incunctanter. Cunctari enim negligentis est potius quàm hæsitantis. 30 Nudiusquartus ἀπὸ τετάρτης ἡμέρας Vulg.

Dixitq́, Corneli, exaudita est oratio tua, & eleemosynæ tuæ in memoria habitę sunt coram Deo.

31 καί φησι, κορνήλιε, εἰσηκούσθη σου ἡ προσευχὴ, καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἐμνήσθησαν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. A

Mitte ergo qui *eant* Ioppen, et accersę Simonem qui cognominatur Petrus: hic diuersatur in ædibus Simonis coriarij ad mare, qui quum adfuerit, loquetur tibi.

32 πέμψον οὖν εἰς ἰόππην, καὶ μετακάλεσαι σίμωνα, ὃς ἐπικαλεῖται πέτρος· οὗτος ξενίζεται ἐν οἰκίᾳ σίμωνος βυρσέως, παρὰ θάλασσαν, ὃς παραγενόμενος λαλήσει σοι.

Eodem igitur *momento* misi ad te, & tu bene feciſti quòd adfueris. Nũc ergo omnes nos coram Deo adsumus, ut audiamus omnia quæ tibi præcepta sunt à Deo.

33 ἐξαυτῆς οὖν ἔπεμψά πρός σε, σὺ δὲ καλῶς ἐποίησας παραγενόμενος. νῦν οὖν πάντες ἡμεῖς ἐνώπιον τοῦ θεοῦ πάρεσμεν, ἀκοῦσαι πάντα τὰ προστεταγμένα σοι ὑπὸ τοῦ θεοῦ.

Prædicat Petrus Christum.
Deut.10. d.17
2.par. 19.b.17
Iob.34.b.19
sapien.6.b.8
eccli.35.b.16
rom.2.b.11
galat.2.b.6
ephes.6.b.9
colos.3.d.25
1.pet.1.c.17
Telles.

Tum aperto ore, Petrus dixit, In ueritate deprehẽdo quòd Deus non accipiat personam:

34 ἀνοίξας ὁ πέτρος τὸ στόμα, εἶπεν· ἐπ' ἀληθείας κατα λαμβάνομαι, ὅτι οὐκ ἔστι προσωπολήπτης ὁ θεός,

Sed in quauis gente quisquis timet ipsum, & operatur iustitiam, is acceptus est ei.

35 ἀλλ' ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος αὐτὸν, καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ ἐστι.

Id quod significauit filijs Israel, annuntians pacẽ per Iesum Christũ, qui est omnium Dñs.

36 τὸν λόγον ὃν ἀπέστειλε τοῖς υἱοῖς ἰσραὴλ, εὐαγγελιζόμενος εἰρήνην διὰ ἰησοῦ χριστοῦ (οὗτός ἐστι πάντων κύριος.

Vos nostis quòd gestum est in tota Iudæa, initio facto à Galilæa post Baptisma quod prędicauit Iohannes.

37 ὑμεῖς οἴδατε τὸ γενόμενον ῥῆμα καθ' ὅλης τῆς ἰουδαίας, ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς γαλιλαίας, μετὰ τὸ βάπτισμα ὃ κηρύξαι ἰωάννης. B

A Nudiusquarta die, ambiguè. Nam hæc ita dici uiderentur, quasi quartum iam diem Cornelius ieiunasset. Quæ quod hanc horam *μέχρι ταύτης τῆς ὥρας* Hæc quoq; formula loquendi petita est è medio. Neque enim eandem horam declarat, sed æqualem duorum scilicet diuersorum dierum nonam, quod mox ipse explicat. nam *καὶ* ponitur in epexegesi.

33 Eodem igitur *momento ἐξαυτῆς οὖν* In Græcis subauditur *ὥρας*, quod putauí exprimendũ. Vulg. & Erasm. cõsentiunt.

34 Non accipiat personam. *ὁ θεὸς προσωπολήπτης*. Vide Mar. 12.b.14.

35 Quisquis timet *ὁ φοβούμενος* Articuli uis hoc loco est *ἀόριστος*, aut potius rationem rei formalem indicat, quam uocant, ueluti si dicam *ὁ ἄνθρωπος ἐσὶ λογικὸν ζῶον*, non certum hominem designem, sed ipsam hominis speciem. Ideo conuertẽdum potius sunt, quisquis timet, quàm qui timet. Cæterùm sæpe iam annotauimus, per timorem Dei apud Hebræos uniuersum Dei cultum declarari. ex quo intelligitur, quum sine fide nemo placere possit Deo (ut diserte scriptum est Heb. 11.a.6.) Cornelium non modò antequam baptizaretur, sed etiam antequam Iesum sciret esse uerum Messiam, uere tamen fidelem ac religiosum fuisse, quemadmodum ij omnes fuerunt qui in Christũ uenturum credidérunt. Inepti sunt igitur qui ex hoc loco cónantur, opera quæ uocant præparatoria, & liberum arbitrium cõstituere, perinde ac si possemus bonos fructus ædere antequam uiti inseramur. Inepti etiam qui Spiritum sanctum & ipsius in nobis effecta Sacramentis alligant, & doctrinam ex opere operato stabiliunt, quum idcirco potius adhibeantur ut in credentium quidem infantibus adoptionem, in adultis uerò etiam fidẽ obsignent. 36 Id quod significauit *τὸν λόγον ὃν ἀπέστειλε*. Heb. את הדבר אשר. Nam usitatum est Hebræis præponere antecedens relatiuo, etiam quãdo cum illo construitur, ut supra 21.d.42, *λίθος ὃν* pro *ὃν λίθον*. Hic autem articulus *τὸν* respondet literæ ת in את הדבר, ut significetur id referri ad præcedentia, per appositionem scilicet. Hic ergo sensus est, Nunc demum re ipsa deprehẽdo, quicunq; bene ac religiosè uiuat, siue Iudæus sit, siue ex alia quauis gente, gratum esse Deo. id quod significauit Israelitis, quum annũtiaret pacem ac reconciliationem Dei cum hominibus, per Iesum Christum: qui scilicet non unius Gentis, sed omnium Dominus est. Hæc autem ita cohærent, ut ipsa series mihi quidem uideatur istam explicationem planè cõfirmare. Est enim tacita quædam antithesis inter ministerium Mosis & Christi, id est, inter Legem & Euangelium. Nam Moses Legis minister fuit, & quidem unis Iudæis: Euangelium uerò, id est Christus ipse, potentia est Dei in salutem omni credenti Iudæo primùm, deinde & Græco, Rom. 1.b.16. Huc pertinet quod idem scribit Rom. 3.d 19, Nunquid Iudæorum Deus tantùm? Et diruta esse maceriam, Ephes. 2.c.14. Deniq; nunc demũ fatetur Petrus se cœpisse intelligere quod nuntiarant Angeli, quũ dicerent pacem esse in terra hominibus: item quòd à resurrectione dixerat Dominus, sibi datam esse potestatem in cœlo, & in terra, id denique quod Dominus discedens ipsis cæteris q; Apostolis præceperat, ut Euãgelium annuntiarent omni creaturæ. Quanobrẽ, meo quidem iudicio, nulla causa est cur ista connectantur cum uerbo *οἴδατε*, ac sequẽte uersiculo: sed cũ superioribus. prius cohærent. Nã præterquã q plana est sententia & multo melius consentiẽs, primùm omniũ ex omnibus codicib. Græcis uel manuscriptis uel impressis nullus est (quem mihi quidẽ inspicere licuerit) qui *ὑμεῖς οἴδατε* cũ istis adnũgat. Deinde, obsecro, quam durum & insolens fuerit per parenthesin includere *ὑτὸς ἐσι πάντων κύριος*, ut uideatur ista prorsus alieno loco collocata? Præterea quomodo hæc dicat Petrus Cornelio, & ipsius amicis ac necessarijs? ipsum scilicet nosse quod annuntiarit Christus, id est, ipsum Christi officium, quum ad hoc ipsum Cornelio prædicandũ uenisset? Etsi enim pius ac religiosus erat ille, tamen satis apparet, eum de Iesu Christo nihil ante Petri aduentum amplius cognouisse, quàm quòd de signis & prodigijs per eum ædítis & singulari eius uirtute ac pietate potuerat uel absens ex rumore, uel præsens etiam suis oculis cognoscere. Messiam autem hunc esse qui sua morte homines cum Deo recõciliasset, ego Cornelium cum suis ante hunc diem ne suspicatum quidem fuisse opinor. Quomodo igitur hæc istis nota esse Petrus diceret? Postremo quorsum hoc, & quidem per parenthesin, addidisset Petrus, Christum, aut, si ad Deum Patrem referre mauis, Deum esse omnium Dominum? Has igitur habui huius interpretationis causas: quas pluribus cõmemorauí, partim propter summam huius loci obscuritatem, partim nequid temere uiderer mutasse. Quod autem *τὸν λόγον ὃν λόγον*, perinde sim interpretatus ac si scriptũ esset, *ὅ, τι*, uel, *ὁ τι*: non est, opinor, cur pluribus excusem. Puto enim omnibus iam esse notum דבר apud Hebræos non minus late patere, quam *πρᾶγμα* apud Græcos, & Res apud Latinos. Sed tamen magis propriè uidetur hoc loco usurpari: quia de prædicatione Euangelij agitur: quã scimus *κατ' ἐξοχὴν τὸν λόγον* uocari. ut fortassis non minus rectè possis interpretari *τὸν λόγον ὃν ἀπέστειλεν* quem sermonem. [uel quem nuntium] significauit. Denique quod attinet ad uerbum *ἀπέστειλεν*, in eo quoq; sequutus est Lucas Hebræorum idiotismum, apud quos sæpe ex antecedente intelligitur consequens, ut pluribus annotauimus Mar. 8.b, 11, & Luc. 3.b.7. Hinc factum est ut *ἀποστέλλειν* accipiatur pro *σημαίνειν* id est Mittere pro significare, per nũtium scilicet eius rei causa missum. Qui est *οὗτός ἐσιν* Demonstratiuum pronomen positum est pro relatiuo, ex idiomate Hebræorũ, cuius duo exempla prorsus similia extant Luc. 2.e 36. & 37. Item 7.b.12. Quòd si etiam libuerit propriam significationem seruare, adscribendum erit punctum post *χριστὸς*, id est Christi. Ita ut sit hæc periodus *μονόκωλος*, & quasi per epiphonema dictum sit, iste est omnium Dominus. Cur autem mihi non placeat per parenthesin accipere, dixi in proxima annotatione. Quidam referunt ad *τὸν λόγον*, sed nulla, ut opinor, idonea ratione freti. Est igitur in hoc uno uersiculo triplex Hebraismus ab interpretibus neglectus. Vnus in *τὸν λόγον ὃν*, pro *ὃν λόγον* alter in *ἀπέστειλε*, pro *ἐσήμανε*, uel *ἐξηγήσατο*, tertius in *ὑτός ἐσι* pro *ὅς ἐσι*, de Luc. 3.b.15.

37 Quod

A Ιησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ, ὡς ἔχρισεν αὐτὸν 38
ὁ θεὸς πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει, ὃς διῆλθεν
εὐεργετῶν, καὶ ἰώμενος πάντας τοὺς καταδυ-
ναστευομένους ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ὅτι ὁ θεὸς ἦν
μετ' αὐτοῦ.

Καὶ ἡμεῖς ἐσμεν μάρτυρες πάντων ὧν ἐποίη- 39
σεν ἔν τε τῇ χώρᾳ τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἐν Ἱερου-
σαλήμ· ὃν καὶ ἀνεῖλαν, κρεμάσαντες ἐπὶ ξύλου.

Τοῦτον ὁ θεὸς ἤγειρε τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἔδωκεν 40
αὐτὸν ἐμφανῆ γενέσθαι,

οὐ παντὶ τῷ λαῷ, ἀλλὰ μάρτυσι τοῖς προκε- 41
χειροτονημένοις ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ἡμῖν, οἵτινες συνε-
φάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ, μετὰ τὸ ἀναστῆναι
αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.

καὶ παρήγγειλεν ἡμῖν κηρύξαι τῷ λαῷ, καὶ 42
διαμαρτύρασθαι ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ὡρισμένος ὑπὸ
τοῦ θεοῦ κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν.

τούτῳ πάντες οἱ προφῆται μαρτυροῦσιν, ἄ- 43
φεσιν ἁμαρτιῶν λαβεῖν διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ πάν-
B τα τὸν πιστεύοντα εἰς αὐτόν.

Ἔτι λαλοῦντος τοῦ Πέτρου τὰ ῥήματα τοῦτα, 44
ἐπέπεσε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ πάντας τοὺς
ἀκούοντας τὸν λόγον.

καὶ ἐξέστησαν οἱ ἐκ περιτομῆς πιστοὶ ὅσοι συν- 54
ἦλθαν τῷ Πέτρῳ, ὅτι καὶ ἐπὶ τὰ ἔθνη ἡ δωρεὰ τοῦ
ἁγίου πνεύματος ἐκκέχυται.

ἤκουον γὰρ αὐτῶν λαλούντων γλώσσαις, καὶ 46
μεγαλυνόντων τὸν θεόν. Τότε ἀπεκρίθη ὁ Πέτρος.

Vt Iesum Nazarenum unxerit Deus Spiritu sancto & uirtute, qui obambulauit beneficijs afficiens & sanans omnes *tyrannicè* oppressos à diabolo: quoniam Deus erat cum eo.

Quorum omnium quę & in regione Iudęorum & in Ierusalé fecit, nos etiã testes sumus: quem sustulerunt suspensum in ligno. *Testes.*

Hunc Deus suscitauit tertio die, effecitq; ut manifestus fieret,

Non toti populo, sed testibus quos prius suffragio suo designauit, *nimirum* nobis qui comedimus ac bibimus unà cum eo, posteaquam resurrexit à mortuis.

Denuntiauit autem nobis ut prædicaremus populo, ac testaremur quòd ipse sit ille qui definitus est à Deo iudex uiuorum ac mortuorũ. *Index Christus.*

Huic etiam omnes Prophetæ testimonium ferunt, q̃ remissionem peccatorũ accepturus sit per nomen eius quisquis crediderit in eum. *Prophetæ. Remissio peccatorum per fidẽ. Infrà 15.b.9. Ierem.31.f.34. Mich.7.d.15.*

Adhuc loquente Petro uerba hæc, illapsus est Spiritus sanctus super omnes qui audiebãt hunc sermonem. *Spiritus sanctus super Gentes.*

Fideles autem qui *erant* ex circuncisione, & uenerant cum Petro, perculsi sunt quòd & in gentes donum Spiritus sancti effusum esset.

Audiebant enim eos loquentes linguis ac magnificantes Deum. Tunc respondit Petrus.

37 Quod gestum est τὸ γενόμενον ῥῆμα Vulg. uerbũ quod factũ est. Eras. de quo sermone fama diuulgatũ fuit. Vide Luc. 3. b. 15. 38 Vt Iesum Nazarenũ unxerit Deus Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ ὡς ἔχρισεν αὐτὸν ὁ θεὸς Abũdat relatiuũ αὐτὸν ex more Hebræorũ: quem pleonasmũ qui negligunt, uel duplicem epanalepsin coguntur hic constituere (quasi stilitha. Quod autem ad uerbum Vngendi attinet, hæc quoque formula loquendi orta est ex Hebræorum consuetudine, apud quos ungebãtur Reges, Sacerdotes, ac Prophetæ. Inde factũ est ut dicatur ungi à Deo quos ipse donis ac uirtutibus instruit & exornat. Deinde peculiaris est allusio ad nomẽ משיח quẽ Græci simili ratione uocant Χριστὸν, i. unctum. *Tyrannicé* oppressos διαπεπιεσμένους Addidi aduerbium Tyrannicè, ut melius appareret huius uerbi energia, quam Er. f. quoque in Annotationibus rectè annotauit. 39 Quorum omnium πάντων ὧν Hic quoque nonnihil mutauimus collocationẽ quæ est in Græcis, nempe ut perspicuitati studeremus, propter relatiuum ὃν longius positum. Id autem meritò factum esse fatebitur, ut spero, quisquis nostram interpretationem cum alijs comparauit. 41 Quos prius suffragio suo designauit, προκεχειροτονημένοις, Tot uerbis utendum fuit ad explicandam Græci uocabuli significationem. Vulg. præordinatis à Deo. Eras. prius ad hoc delectis à Deo: quas interpretationes minimè quidẽ reprehẽdo, sed tamen nõ piguit mutare, quia ista Dei χειροτονία declarat non esse priuatum hoc munus de quo agitur, sed publicum atque adeo præcipuum in Ecclesia. Quanuis enim Deus præsit Ecclesiæ suffragijs in legitima ministrorum designatione, tamen tacita quædam est hoc loco antithesis inter Dei χειροτονίαν & hominum suffragia. Sunt enim Apostoli immediatè (quòd aiũt) ab ipso Christo, id est à Deo, designati, ut diserte quoque expressit Lucas in huius libri proœmio ideo quum de surrogando Iudæ successore quæreretur, res est sorti commissa, tanquam arcano ipsius Dei iudicio. quod in alijs factum esse nusquam legimus, nec sanè (ut opinor) fieri potuit aut debuit. 43 Huic etiam omnes τούτῳ δὴ καὶ πάντες Addidimus particulã καὶ ex fide ueteris codicis. Videtur autem optimè conuenire, quum ad superiora testimonia illud quoque adiungatur.

46 Loquentes linguis λαλούντων γλώσσαις Etsi nihil magis inuitus facio quàm ut à quoquam dissentiam, in hoc præsertim genere scribendi, in quo satis scio fieri non posse quin ipse in uarias reprehensiones incurram: tamen non possum hic dissimulare, quæ Erasmus in hoc caput de linguarum dono disseruit, eiusmodi mihi uideri, ut bonis doctisq; omnibus meritò debeant displicere. Nam aut ego non sum assequutus quæ scribit aut huc tẽdunt omnia ipsius argumenta, ut doceat sermonem Apostolorum non fuisse è Spiritu sancto. Sic enim in margine annotatus est quæstionis status. Neque uerò mihi quispiam hic obiciat, de uerbis hic quæri, non de rebus ipsis. Id ego uerò ut concedam, tamen hęc quęstio multo maioris est momenti quàm præ se ferat. Ecquis enim non uideat, si semel sit cõstitutum, ita balbutisse Apostolos, ut quæ scripserunt, melius dici posse, quę fenestra omnium audaciæ ac libidini aperiatur? Id á me frustra non dici, utinam nullis exemplis possem probare. Impurus ille Origenes dum in Epistolis Pauli suam illam synecdochẽ inuehit, quasi obscurè locutus sit Paulus, quum nos diceret fide iustificari, quid aliud eructat quàm infandam blasphemiam, quæ ex diametro pugnat cum præcipuo Christianæ religionis capite? Idem tractans locum illum ex octauo capite Epistolæ ad Romanos τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου ἐν ᾧ ἠσθένει, quàm ineptè εἰς ὃ ad Legem cæremonialem refert, ut non modò id de quo agebatur, sed etiam suum idioma uideatur ignorasse? & hunc miramur Pauli hyperbatis, anantapodotis, amphibolis offendi, qui id unum uidetur conatus, ut Pauli doctrinam obscuraret? Erunt hæc plerisque fortassis παρεάδεξα sed bene habet quòd libri extãt, ex quibus siquis incorruptè uelit iudicium ferre, nihil uereor ne nimium audacter uidear locutus. Chrysostomus certè longè aliter de Paulo sentit, qui tamen & ipse utinã ubiq; simplicitati maluisset studere, quàm quædam philosophica dogmata permiscere. Sed hoc illi cũ Græcis penè omnib. commune est. Hieronymi uerò iudicium in exponendis Scripturis quid aliud prodit quàm Origenis discipulum? Paulus, inquit, Græci penè sermonis fuit imperitus. Atqui de Paulo non ita iudicarunt Athenæ ipsæ: neque Portius Festus hoc de Paulo iudicium tulit, quod barbarè nimis & obscurè loqueretur. Erat, inquit, disertior in lingua Hebræa quã in Græca. Hoc uerò unde didicisti Hieronyme? nempe ex crebris Hebraismis qui in ipsius Epistolis occurrunt, Necessarium scilicet argumẽtum. quid autem,

Lucas ille Antiochenus an minus hebraïsat quàm Paulus? Nempe multo minus, inquies, & scio multos in ea esse opinione. A
At ego hoc audeo affirmare, si unum Marcum & Petrum excipias, Lucã nec pauciores nec minus peregrinos Hebraïsmos
quàm cæteros omnes habere. nec mihi credi postulo, nisi id ita esse cõperiat quisquis attente singula expenderit. Illud ue-
rò quàm ridiculũ? Dissidet, inquit, posterior Epistola Petri à phrasi prioris, quod in ea sit alio ulus interprete. Paulus ob
id Titum desiderat, quòd is esset in Græci sermonis facultate prõptior. Hæc uerò si quis neget, quomodo tandem proba-
ri Hieronymus? Sed esto, an idcirco isti ita barbarè & obscurè loquuti sunt, ut sermo eorũ uideri nõ possit à Spiritu san-
cto profectus? Illud uerò iudiciũ de scriptis Apostolicis utinam nostra hæc ætas non sentiret quo tandẽ sit euasurũ. Nam
cõ res iam deuenit, ut non modò qui ex ingenio aliquid commentantur, à consuetis & familiaribus Scripturæ uerbis, tan
quam obscuris, insipidis, obsoletis abhorreant sed etiam qui Scripturam è Græco couertunt in Latinũ, aut aliud aliquod
idioma, quiduis sibi in interpretando licere putent. quos si reprehendas, statim audies, interpretis officio defungi, no qui
uerbum conuertat è uerbo, sed qui sententiam exprimat. Ita fit ut dum quisq; iudiciũ suum libere sequi mauult, quàm re
ligiosè Spiritus sancti interpretem agere plurima non tam conuertat quàm peruertat, cui libidini & audaciæ nisi occurra-
tur, næ aut ego uehementer fallor, aut intra paucos annos pro Christianis Ciceronianis euademus, & paulatim ipsarũ quo
que rerũ possessione depellemur. Ergo nõ de nihilo hic agitur, sed de re omniũ maximè necessaria. Audiamus igitur quid
de linguarum dono sentiat Eras. Nempe hoc donũ non fuisse perpetuũ, id est perpetuò illis non adfuisse, sed quoties ita
usus postulabat: sicuti, inquit, nec semper sanabãt ægrotos, nec semper excitabãt mortuos. Hæc uerò quà tandem ratione
probas? Semel, inquit, legimus Apostolos nouis linguis loquentes miraculo fuisse, & huius uoluminis cap. 19. narrantur
qui baptizati spiritum sanctum acceperant, linguis loquuti & prophetasse. Ad hæc ego respõdeo, uerũ quidem illud esse,
Apostolos ita usos fuisse Spiritus sancti donis, ut usus postulabat, sed, obsecro, quis propterea meritò colligat, hæc dona
ipsis perpetuò non adfuisse? an medicus esse desinet qui tum demum medicina utatur, quum aut ad ægrotos uocabitur,
aut ita flagitarit necessitas? Rationem autem illam quã affert, suprà ostẽdimus nulla nõ modò ratione, sed ne idonea qui
dem cõiectura niti. Certè debuerat Eras. cõsiderare quid hoc ipso cap. cõmemoretur, ut hoc saltem Cornelij exemplum
cæteris adiungeret. Viguisse aũt in Ecclesiis eo tempore linguarũ donum, uel ex istis liquet, itémq; ex Marci ultimo, & 1.
Cor. 12. 13, & 14 capitibus. Subijcit deinde quale fuisse putet donum illud linguarũ in Apostolis, nempe eiusmodi, ut quũ
una lingua loquerentur, ab omnibus intelligerentur. Id uerò & si ex nonnullorum ueterum sententia Eras. scribit, quis ta
men non uidet absurdissimè dici, quum hac ratione non in ipsos Apostolos, sed in eorum auditores Spiritus sanctus illa
psus dicatur? Quid amplius? Non est, inquit, necesse, opinor, quicquid fuit in Apostolis, protinus tribuere miraculo. Ho- B
mines erant, quędam ignorabant, in nonnullis errabant. Hæc ego uerò ut concedam, quorsum tandem dicuntur? nempe
aut eo tandem deueniat, si donum illud linguæ non semper affuit Apostolis, ne tum quidem affuisse quũ scriberent: si hoc
donum fuit eiusmodi, nõ ut loquendi facultatem Apostolis afferret, sed auditores faceret illis intelligendis idoneos, fru-
stra nos contẽdere, Apostolos, quòd ad ipsum sermonem attinet, fuisse Spiritus sancti organa. Quid ergo? à quo præce-
ptore Græcam linguam illi didicerunt? Nil mirum, inquit, Apostolos citra miraculum Græcè nouisse, quum Aegyptus, ac
Syria, totaq; Cilicia uulgò Græcè loqueretur. Id uerò Eras. probet, Iudęis Græcum idiomata fuisse familiare, ut idiotis ac
piscatoribus notum esse potuerit. At illud postea cum Græcis uersantes didicerũt. Discere certè potuerunt, sed quum lin
guarũ dono instructos esse oportuerit qui omnib. Gentib. essent Christum annuntiaturi, & diserte testetur Lucas id eos
uno momento esse cõsequutos, ut audirentur infinitarum penè gentiũ linguis loquẽtes: quæ obsecro hæc pertinatia est,
malle hæc industriæ tribuere quam miraculo? Sed ut hoc quoq; largiar (neque enim de eo propriè quæritur:) an idcirco
efficitur, sermonẽ Apostolorũ non fuisse à Spiritu sancto, quia usu & diligentia Græcã linguã perdidicerunt? Audiamus
ergo tandem firmissimam rationẽ. Quũ, inquit, ea quæ fiunt uirtute diuina, perfectiora sint ijs quæ fiunt naturæ ordine
uel hominum industria, qui fit ut Apostolorum sermo non solùm impolitus sit & inconditus, uerumetiam imper-
fectus, perturbatus, aliquoties plane solœcissans? Placebat Spiritui sancto sermonis simplicitas, sed pura tamen
& integra, atque iis uacans incommodis quæ solent auditorum intelligẽtiam impedire. Atqui in his passim desudant Gręci interpretes, quibus Demosthenes & Plato facilis erat & perspicuus. Hæc ille: quæ si uera sunt, quid superest nisi ut dica-
mus Apostolos in scribendo non adhibuisse eam perspicuitatem ac integritatem sermonis quæ necessaria erat, & quã ipse
Spiritus sanctus requirebat? Sed absit à nobis, absit ista peruersa opinio, quæ (ut antè dixi) si semel inuecta fuerit in Ec-
clesiam Dei, actũ est de Scripturæ authoritate, ac proinde de totius Christianæ religionis incolumitate: adeò uafer est Sa-
tanas in nobis per obliquos ac penitus latentes cuniculos oppugnandis. Sic igitur potius constituo, Simplicitatem in A-
postolicis scriptis summam agnosco, hyperbata, anantapodota, solœcismos etiã non diffiteor. Sed illud ego uirtutem nõ
uitium appello: qua de re postea dicam: ab istis uerò quis uel Demosthenem uel Homerum ipsum uindicarit? Sed hoc
præterea dicere ausim, multa in Paulo uideri hyperbata, multa anantapodota, quæ tamen non sunt. sed quia de rebus dis-
serit à nostro sensu prorsus alienis, & pauci semper fuerunt qui ad legenda Apostolica scripta purum, religiosum, attentũ
animũ attulerint: pauci qui Hebraicos fontes adire sustinuerint, unde isti tãquã riuuli deducti sunt: pauci qui precibus,
uigiliis, assiduitate conati sint intelligentiæ lucem consequi: nihil mirum est plerosque in istis ita cæcutire, ut sæpe nodũ C
in scirpo inueniat, clamitent ambiguum esse quod est simplicissimum, putent non cohærere quæ tam exacta támque eru
dita methodo perscripta sunt, ut hoc ausim affirmare, nulla extare cuiusquam scripta, in quibus par consensio ac omnũ
membrorum nexus appareat. Denique cæci homines quia non agnoscunt tenebras in se esse inclusas, ideo Spiritus sancti
sermonem ut tenebricosum refugiunt. Quod autem attinet ad sermonis simplicitatem eam quidem ego non modò non
reprehendo, sed etiam non possum satis admirari: & tamen quoties Paulo tonare libuit, non uideo quid fingi possit ἀστεϊότερον. in admonitionibus uerò & exhortationibus quæ se prodit lenitas, quæ sermonis illecebræ? Legatur, ut unum ex
multis exemplum proferã, concio illa quã ad Ephesinam Ecclesiam habuit, soluens ex litore, quis ullam hic dicendi uir-
tutem requiret? quid quum carnis & spiritus certamen depingit, ad Romanos scribens? quum Philippenses obtestatur?
quum Corinthiorum uanam eloquentiam ridet? quum de suo in gentiles suos amore testatur? in Iohanne uerò quæ gra
uitas? in Petri concionibus quæ libertas, quæ maiestas apparet? Dicam certè quod sentio, qui hac simplicitate pios ani-
mos magis afficiant, scriptores prorsus nullos extare. Neque de rebus ipsis loquor duntaxat, sed de uerbis ac dicendi ge-
nere, quod quidem mirum & incredibile est, quum simplicissimum sit: ita tamen animos permouere, ut Diuinæ planè ui
tutis manifesti effectus sentiantur, & fides unius Dei reipsa comperiatur. Sed cur ista potius simplicitas placeret quàm or-
nata eloquutio, grauissimas causas habuerunt Apostoli: atque adeò cur interdum etiam balbutiẽdum atque adeò solœ-
cissandum putarent. Sic placuit Deo confundere huius seculi sapientes, ut ex professo Paulus aduersus Corinthios illos
disertulos disserit. Deinde res illis erat maxima ex parte cum rudibus ac plebeiis hominibus: quorum sermonem si quis
ad grammaticorum aut rhetorum præcepta exegerit, inepte profectò fecerit. Vt autem Hebraïsmos permiscerent, non mo
dò hæc causa fuit, quia Hebræi erat (potuisset enim Spiritus sanctus hoc quicquid erat in ipsis emendare, si displicuisset)
sed qua quum de iis rebus differerent quæ Hebraicis literis erant traditæ, necesse fuit multa retineri, ne doctrina aliqua
noua afferri uideretur. & certè tam multos Hebraïsmos ab illis seruatos fuisse, minimè miror, quum plerique sint eius-
modi ut nullo alio idiomate tam feliciter exprimi possint. imò interdum ne exprimi quidem: ut nisi illas formulas reti-
nuissent, noua illis interdum uocabula & noua dicendi genera comminiscenda fuerint, quæ nemo planè intellexisset. Po-
stremò ut tandem dicendi finem faciam, quum hos unos delegerit Deus, per quos scribi uellet quæcunque ad nostram sa-
lutem necessaria sunt, illud quoque nobis est constituendũ, eundẽ illum Deum ita esse eorum linguæ moderatum, ut ne
uerbũ quidẽ temerè ipsis excideret, omnia ita planè, apte & appositè dixerint, ut planius ac melius à quoquam de his dici
nunquam potuerit. Quicquid in his scriptũ est aut ambiguũ aut occultũ, id partim nostræ cæcitati ac ignorantiæ tribua-
mus, partim ad acuendam nostram diligentiam id esse à Domino factum agnoscamus. Excitata sunt iterum nostris tem-
poribus linguarum ac bonarum artium studia, accensa sunt Diuinitus hominum ingenia, ueritatis ac lucis desiderio, pa-
refacta plurimis Euangelij mysteria. Istis Dei donis certatim omnes pro fidei mensura utamur ut in timore ac tremore
Templum illud Domini ædificetur. Absit autem à nobis imprimis profana omnis cogitatio & blasphema audacia, ut
Scripturæ sua maiestas & authoritas sacra & inuiolabilis conseruetur. Hac enim salua, non est quòd Satanam aut mundi
insultus reformidemus: hac amissa, nihil iam supereſt quominus ueritas prorsus interierit.

A μὴ τὸ ὕδωρ κωλῦσαί τις, τοῦ μὴ βαπτισθῆναι τούτους, οἵτινες τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔλαβον, καθὼς καὶ ἡμεῖς;

48 καὶ προσέταξε τε αὐτοὺς βαπτισθῆναι ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου τότε ἠρώτησαν αὐτὸν ἐπιμεῖναι ἡμέρας τινάς.

ΚΕΦΑ. ια'.

Ἤκουσαν δὲ οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ ἀδελφοὶ οἱ ὄντες κατὰ τὴν Ἰουδαίαν, ὅτι καὶ τὰ ἔθνη ἐδέξαντο τὸν λόγον τοῦ θεοῦ.

2 καὶ ὅτε ἀνέβη Πέτρος εἰς Ἱεροσόλυμα, διεκρίνοντο πρὸς αὐτὸν οἱ ἐκ περιτομῆς,

3 λέγοντες· ὅτι πρὸς ἄνδρας ἀκροβυστίαν ἐχόντας εἰσῆλθες, καὶ συνέφαγες αὐτοῖς.

4 ἀρξάμενος δὲ ὁ Πέτρος, ἐξετίθετο αὐτοῖς καθεξῆς, λέγων·

5 ἐγὼ ἤμην ἐν πόλει Ἰόππῃ προσευχόμενος, καὶ εἶδον ἐν ἐκστάσει ὅραμα, καταβαῖνον σκεῦός τι ὡς ὀθόνην μεγάλην, τέσσαρσιν ἀρχαῖς καθιεμένην ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἦλθεν ἄχρις

B ἐμοῦ.

6 εἰς ἣν ἀτενίσας κατενόουν, καὶ ἐθεώρουν τὰ τετράποδα τῆς γῆς, καὶ τὰ θηρία, καὶ τὰ ἑρπετὰ, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ.

7 ἤκουσα δὲ φωνῆς λεγούσης μοι· ἀναστὰς Πέτρε θῦσον, καὶ φάγε.

8 εἶπον δὲ μηδαμῶς κύριε, ὅτι πᾶν κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον ἐδέποτε εἰσῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου.

9 ἀπεκρίθη δέ μοι φωνὴ ἐκ δευτέρου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· ἃ ὁ θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου.

10 τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ τρίς, καὶ πάλιν ἀνεσπάσθη ἅπαντα εἰς τὸν οὐρανόν.

11 καὶ ἰδοὺ ἄνδρες τρεῖς αὐτίκα ἐπέστησαν ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἐν ἧμεν, ἀπεσταλμένοι ἀπὸ Καισαρείας πρός με.

12 εἶπε δέ μοι τὸ πνεῦμα, συνελθεῖν αὐτοῖς, μηδὲν διακρίνοντα. ἦλθον δὲ σὺν ἐμοὶ καὶ οἱ ἓξ ἀδελφοὶ οὗτοι, καὶ εἰσήλθομεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἀνδρός,

13 ἀπήγγειλέ τε ἡμῖν πῶς εἶδε τὸν ἄγγελον ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ σταθέντα, καὶ εἰπόντα αὐτῷ· ἀπόστειλον εἰς Ἰόππην καὶ μετάπεμψαι Σίμωνα τὸν ἐπικαλούμενον Πέτρον.

14 ὃς λαλήσει ῥήματα πρός σε, ἐν οἷς σωθήσῃ σὺ καὶ πᾶς ὁ οἶκός σου.

15 ἐν δὲ τῷ ἄρξασθαί με λαλεῖν, ἐπέπεσε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτοὺς, ὥσπερ καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἐν ἀρχῇ.

16 ἐμνήσθην δὲ τοῦ ῥήματος κυρίου, ὡς ἔλεγεν· Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν πνεύματι ἁγίῳ.

17 εἰ οὖν τὴν ἴσην δωρεὰν ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ θεὸς, ὡς καὶ ἡμῖν πιστεύσασιν ἐπὶ τὸν κύριον Ἰησοῦν χριστὸν, ἐγὼ δὲ τίς ἤμην δυνατὸς κωλῦσαι τὸν θεόν.

47 Num quis aquã prohibere potest, quo minus *scilicet* baptizentur isti qui Spiritũ sanctum acceperunt sicut & nos?

48 Iussitq; eos baptizari in nomine Domini. Rogauerunt aũt eum ut maneret ad dies aliquot.

CAP. XI.

1 AVdierunt autem Apostoli & fratres qui erant in Iudæa, quòd & Gentes recepissent sermonem Dei.

2 Quum igitur ascendisset Petrus Ierosolymã, disceptarũt aduersus eũ q̃ ex circũcisione. *Correptus Petrus ab Apostolis quòd Gentibus Christum annuntiasset, ostendit facta esse gentibus misericordiam.*

3 Dicentes, Ad uiros præputium habentes introisti, & unà edisti cum eis.

4 Exorsus autem Petrus, *omnia* exposuit eis ordine, dicens,

5 Ego eram in ciuitate Ioppe orans: & uidi in mentis secessione *hoc* uisum, nimirum descendere uas quoddam ceu linteum magnum, quatuor initijs *demittebatur*, quod demittebatur è cælo, & uenit usq; ad me.

6 In quod quum intendissem oculos, animaduerti, & uidi quadrupedia terræ, & feras & reptilia, & uolucres cæli.

7 Audiui autem etiam uocem dicentem mihi, Surge Petre, macta & uescere.

8 Dixi uerò, Nequaquã Domine: nam nihil cõmune aut impurũ unquã introiuit in os meũ.

9 Respondit autem mihi uox secundò è cælo, Quæ Deus purificauit, tu ne polluas.

10 Idq; accidit ter: & rursum omnia sursum attracta sunt in cælum.

11 Tum ecce eodem momento tres uiri super uenerunt in ædes in quibus eram, è Cæsarea missi ad me.

12 Dixit uerò mihi Spiritus ut congrederer cũ eis, nihil disceptãs. Venerũt aũt mecũ etiã sex isti fratres & ingressi sumus in domũ cuiusdã:

13 Qui renũtiauit nobis quomodo uidisset Angelum domi suæ, qui astitisset ac dixisset sibi, Mitte aliquos Ioppẽ, & accerse Simonem qui cognominatur Petrus.

14 Qui tibi ea dicturus est per quæ seruetis & tu & tota domus tua.

15 Quũ aũt exorsus esset loq, illapsus est Sps sanctus in eos, quẽadmodũ & in nos in principio. *Saulus.*

16 Memini aũt illius dicti Domini, quo *scilicet* dixerit, Ioannes quidem baptizauit aqua, uos uerò baptizabimini Spiritu sancto. *Baptizari Spiritu sancto.*

17 Postquã igitur par donum dedit eis Deus, ut & nobis, quũ credidissem in Dominũ Iesum Christum: ego porrò quis eram qui possem prohibere Deum.

47 Aquam τὸ ὕδωρ Quidam hoc cõnectunt cum uerbo βαπτισθῆναι, ita ut uel subaudiatur κατά, uel hoc sit dictum ea forma qua dicim⁹ βαπτίζεθαι καὶ βάπτισμα. Sed præterquã q̃ dura ac planè insolẽs fuerit ista tractatio, quid illud βαπτισθῆναι παρ' ὕδωρ, aut βαπτισθῆναι ὕδωρ pro ὕδατι, nisi quis παρ' ὕδωρ accipiat p̃ χωρὶς ὕδατος. Simpliciter igitur interpretor, & illud τὸ μὴ explico per epexegesin, cuius exẽpla singulis pene uersiculis occurrunt.

IN CAPVT. XI.

3 Introisti, εἰσῆλθες. Vulg. Quare introisti, ea scilicet ut ὅ τι pro διότι intelligatur. Ego uerò in nullis codicib. adscripsã inueniõ interrogationis notam. Itaq; puto expostulationẽ potius esse quam percontationẽ. 17 Postquã igitur ὡς οὖν. Ex προὴκα uel ἐπαλῆ, ut annotauimus supra. 4. b. 9.

His aurem auditis quieuerunt, & glorificauerunt Deum, dicentes, Nempe etiam Gentibus Deus resipiscentiam dedit ad uitam.

Pœnitentia & conuersio Gentibus data.

Illi porrò qui dispersi fuerant ex oppressione orta ad Stephanum perambulauerunt usq; ad Phœnicen, & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquẽtes sermonem *Dei*, nisi solis Iudæis.

Antiochensib. annuntiatur Christus.

Sed quidam fuerunt ex ijs Cyprij & Cyrenẽses, qui quum introissent Antiochiam, loquuti sunt Græcis, euangelizantes Dominũ Iesum.

Fuit autẽ manus Domini cum eis: multusq; numerus credentiũ cõuersus est ad Dominũ.

Peruenit autem rumor de ipsis ad aures Ecclesiæ quæ erat Ierosolymis: miserũt igitur Barnabam ut iret Antiochiam usq;.

Barnabas hortatur Antiochenses ad fidem.

Qui quum affuisset, & uidisset gratiam Dei, gauisus est, & precatus est omnes ut proposito cordis permanerent in Domino.

Nam erat uir bonus ac plenus Spiritu sancto & fide. & addita est multa turba Domino.

Abijt autem Barnabas Tarsum, ut requireret Saulum:

Et eum inuentum duxit Antiochiam. factũ est autem ut annum totum conuenirent in Ecclesiam, docerentq; turbam multã, & discipulos nominarent primùm Antiochiæ Christiani.

Christi uiprimi

Per id tempus autem descenderunt ab Ierosolymis prophetæ Antiochiam.

Angelus. Fama.

Surgens q; unus ex eis, nomine Agabus, significauit per Spiritum famem magnam futuram in toto terrarum orbe: quæ etiam facta est sub Claudio Cæsare.

Singuli autem discipulorum, prout cuique suppetebat, decreuerũt in subsidiũ mittere *aliquid* habitantibus in Iudæa fratribus.

Quod & fecerunt, mittentes ad Seniores per manum Barnabæ ac Sauli.

CAPVT XII.

CAEterùm per id tempus aggressus est Herodes rex affligere quosdam ex Ecclesia.

Sustulit autem Iacobum fratrem Iohannis, gladio.

Et quum uidisset *id* gratum esse Iudęis, perrexit comprehendere & Petrum. (erant autem dies azymorum).

18 ἀκούσαντες δὲ ταῦτα, ἡσύχασαν, καὶ ἐδόξασαν τὸν θεὸν, λέγοντες· ἄρα γε καὶ τοῖς ἔθνεσιν ὁ θεὸς τὴν μετάνοιαν ἔδωκεν εἰς ζωήν. A

19 οἱ μὲν οὖν διασπαρέντες ἀπὸ τῆς θλίψεως τῆς γενομένης ἐπὶ Στεφάνῳ, διῆλθον ἕως Φοινίκης καὶ Κύπρου καὶ Ἀντιοχείας, μηδενὶ λαλοῦντες τὸν λόγον, εἰ μὴ μόνον Ἰουδαίοις.

20 ἦσαν δέ τινες ἐξ αὐτῶν ἄνδρες Κύπριοι καὶ Κυρηναῖοι, οἵτινες ἐλθόντες εἰς Ἀντιόχειαν, ἐλάλουν πρὸς τοὺς Ἕλληνιστὰς, εὐαγγελιζόμενοι τὸν κύριον Ἰησοῦν.

21 καὶ ἦν χεὶρ κυρίου μετ' αὐτῶν· πολύς τε ἀριθμὸς πιστεύσας ἐπέστρεψεν ἐπὶ τὸν κύριον.

22 ἠκούσθη δὲ ὁ λόγος εἰς τὰ ὦτα τῆς ἐκκλησίας τῆς οὔσης ἐν Ἱεροσολύμοις περὶ αὐτῶν, καὶ ἐξαπέστειλαν τὸν Βαρνάβαν διελθεῖν ἕως Ἀντιοχείας.

23 ὃς παραγενόμενος, καὶ ἰδὼν τὴν χάριν τοῦ θεοῦ, ἐχάρη, καὶ παρεκάλει πάντας τῇ προθέσει τῆς καρδίας προσμένειν τῷ κυρίῳ·

24 ὅτι ἦν ἀνὴρ ἀγαθὸς, καὶ πλήρης πνεύματος ἁγίου καὶ πίστεως· καὶ προσετέθη ὄχλος ἱκανὸς τῷ κυρίῳ.

25 ἐξῆλθε δὲ εἰς Ταρσὸν ὁ Βαρνάβας ἀναζητῆσαι Σαῦλον. B

26 καὶ εὑρὼν αὐτὸν, ἤγαγεν αὐτὸν εἰς Ἀντιόχειαν. ἐγένετο δὲ αὐτοὺς ἐνιαυτὸν ὅλον συναχθῆναι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ διδάξαι ὄχλον ἱκανὸν, χρηματίσαι τε πρῶτον ἐν Ἀντιοχείᾳ τοὺς μαθητὰς Χριστιανούς ἐν τάχει τε ἡ τοῦ ἡμέρας κατέλλον ὡς ἐρχομένου προφήτας εἰς Ἀντιόχειαν.

27 ἀναστὰς δὲ εἷς ἐξ αὐτῶν, ὀνόματι Ἄγαβος, ἐσήμανε διὰ τοῦ πνεύματος λιμὸν μέγαν μέλλειν ἔσεσθαι ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην, ὅστις καὶ ἐγένετο ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος.

28 τῶν δὲ μαθητῶν καθὼς εὐπορεῖτό τις, ὥρισαν ἕκαστος αὐτῶν εἰς διακονίαν πέμψαι τοῖς κατοικοῦσιν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ἀδελφοῖς.

29 ὃ καὶ ἐποίησαν, ἀποστείλαντες πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους διὰ χειρὸς Βαρνάβα καὶ Σαύλου. C

ΚΕΦ. ιβ.

1 Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν ἐπέβαλεν Ἡρῴδης ὁ βασιλεὺς τὰς χεῖρας, κακῶσαί τινας τῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας.

2 ἀνεῖλε δὲ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννου μαχαίρᾳ·

3 καὶ ἰδὼν ὅτι ἀρεστόν ἐστι τοῖς Ἰουδαίοις, προσέθετο συλλαβεῖν καὶ Πέτρον (ἦσαν δὲ ἡμέραι τῶν

20 Loquuti sunt Græcis ἐλάλουν πρὸς τοὺς ἑλληνιστὰς Quũ hoc loco opponi uideantur ἑλληνισταὶ Iudæis, quorum mentio facta est in superiore uersiculo, & Antiochenam Ecclesiam constet ueluti nouam quandam Gentium Ierusalem fuisse apparet ἑλληνιστῶν appellatione non iam prouinciales Iudæos, id est huc & illuc dispersos, sed ipsos ἕλληνας intelligi. Alioqui non dubito quin si isti fuissent Iudæi, iam tum fuerint: accedentibus in ipsorum cœtum Græcis eam cõtrouersiam motuti: quæ tandem etiam fuit excitata, sed per eos qui ex Iudæa uenerant, ut diserte dicitur infrà 15.a.1, & e. 24: quum antea tranquilla fuisset Ecclesia Antiochena, annis (ut mihi quidẽ uidetur) non paucis, siquidem post quatuor decim demum annos ascendit Paulus Ierosolymam, ut cum Apostolis conferret de ea doctrina quam inter Gentes promulgarat, Gal. 2. a. 21. 21 Fuit autem manus Domini καὶ ἦν χεὶρ Κυρίου Vide Luc. 1. f. 66. 22 Vt iret Antiochiam usq; διελθεῖν ἕως ἀντιοχείας. Vulg. legit duntaxat, εἰς αὐτὸ χειμῶνα, Antiochiam. Vide Luc. 3. b. 15. 26 Nominarẽtur χρηματίσαι id est, ὀνομάσθαι. Plut. νόμος ἐστὶ τοῖς Ἀκαθίοις μὴ, σκωπτόμενον ἀλλ' ἀπὸ μητρὸς χρηματίζειν. Erasmus annotat hinc dictam uocem, quòd cognomen ex officio quo quis fungitur, addi soleat, ueluti Publicani dicuntur, quòd publica uectigalia colligunt: ita Christiani, quòd Christum profiterentur. In subsidium εἰς διακονίαν Vulg. ad uerbum in ministeriũ, i. ut ex eo possent Diaconi pauperibus subuenire. Omnia enim rite & ordine administrari oportuit: quamobrẽ etiam dicũtur hæc mississe ad presbyteros. i. ad Eccl. gubernatores, de quib. Paulus 1. Tim. 5. c. 17. IN CAPVT XII.

1 Aggressus est ἐπέβαλεν τὰς χεῖρας. i. ἔτας χεῖρας τὸν. Quũ enim nullus personæ casus, quẽ uocant, adiungatur, apparet, hanc periphrasin ita esse explicandam. Vulg. minùs mantus. Herodes Ἡρῴδης Hic est quẽ Iosephus Agrippã uocat, Herodismatoris nepos ex Aristobulo & Herodiadis frater, quę cum Herode tetrarcha cõsueuerat, eius Agrippę pater cuius fit mentio infrà cap. 25. & 26. Hanc aũt eandem historiã comemorat etiam Iosephus lib. Antiquit. 19. cap. 7. 3 Assidue

A ὃν καὶ πιάσας ἔθετο εἰς φυλακὴν, παραδοὺς τέσσαρσι τετραδίοις στρατιωτῶν φυλάσσειν αὐτὸν, βουλόμενος μετὰ τὸ πάσχα αὐτὸν ἀγαγεῖν αὐτὸν τῷ λαῷ.

4 Quem etiam prehensum posuit in carcerem, traditum quater quaternis militibus, ut eum seruarent: uolens post Pascha producere eum populo.

ὁ μὲν οὖν Πέτρος ἐτηρεῖτο ἐν τῇ φυλακῇ. προσευχὴ δὲ ἦν ἐκτενὴς γινομένη ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας πρὸς τὸν θεὸν ὑπὲρ αὐτοῦ.

5 Petrus igitur seruabatur in custodia. oratio autem assidua fiebat ab Ecclesia ad Deum pro eo. *Orat ecclesia pro Petro.*

ὅτε δὲ ἤμελλεν αὐτὸν προάγειν ὁ Ἡρῴδης, τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ ἦν ὁ Πέτρος κοιμώμενος μετὰξὺ δύο στρατιωτῶν, δεδεμένος ἁλύσεσι δυσὶ, φύλακές τε πρὸ τῆς θύρας ἐτήρουν τὴν φυλακήν.

6 Quũ uerò futurum esset ut produceret eum Herodes, nocte illa dormiebat Petrus inter duos milites, uinctus catenis duabus, & custodes ante ostium obseruabant carcerem.

καὶ ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου ἐπέστη, καὶ φῶς ἔλαμψεν ἐν τῷ οἰκήματι. πατάξας δὲ τὴν πλευρὰν τοῦ Πέτρου, ἤγειρεν αὐτὸν, λέγων· ἀνάστα ἐν τάχει. καὶ ἐξέπεσον αὐτοῦ αἱ ἁλύσεις ἐκ τῶν χειρῶν.

Ab Angelo liberatur Petrus.

7 Et ecce, Angelus Domini superuenit, & lux fulsit in carcere, percussoq; latere Petri excitauit eum, dicens, Surge uelociter. Et exciderũt ei catenæ ex manibus.

εἶπέ τε ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτόν· ζώσαι, καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου. ἐποίησε δὲ οὕτω. καὶ λέγει αὐτῷ· περιβαλοῦ τὸ ἱμάτιόν σου, καὶ ἀκολούθει μοι.

8 Dixitq; Angelus ad eum, Præcingere & subliga sandalia tua. Fecit autem ita, tum *ille* dixit ei, Circunda tibi palliũ tuũ, & sequere me.

καὶ ἐξελθὼν ἠκολούθει αὐτῷ, καὶ οὐκ ᾔδει ὅτι ἀληθές ἐστι τὸ γινόμενον διὰ τοῦ ἀγγέλου, ἐδόκει δὲ ὅραμα βλέπειν.

9 Itaq; egressus *Petrus* sequebatur eũ, nec sciebat uerum esse quod fiebat per Angelum: sed putabat *se* uisum uidere.

διελθόντες δὲ πρώτην φυλακὴν καὶ δευτέραν, ἦλθον ἐπὶ τὴν πύλην τὴν σιδηρᾶν, τὴν φέρουσαν εἰς τὴν πόλιν, ἥτις αὐτομάτη ἠνοίχθη αὐτοῖς. καὶ ἐξελθόντες, προῆλθον ῥύμην μίαν, καὶ εὐθέως ἀπέστη ὁ ἄγγελος ἀπ' αὐτοῦ.

10 Quum autem præterijssent primam ac secũdam custodiam, uenerunt ad portam Ferream, quæ ducit in ciuitatem, quæ sponte aperta est eis: & egressi processerunt uicum unum. & statim abscessit Angelus ab eo.

καὶ ὁ Πέτρος γενόμενος ἐν ἑαυτῷ, εἶπε· νῦν οἶδα ἀληθῶς, ὅτι ἐξαπέστειλε κύριος τὸν ἄγγελον αὐτοῦ, καὶ ἐξείλετό με ἐκ χειρὸς Ἡρῴδου, καὶ πάσης τῆς προσδοκίας τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων.

11 Tum Petrus ad se reuersus, dixit, Nunc uerè agnosco quòd miserit Dominus Angelum suum, & exemerit me è manu Herodis & ex omni expectatione populi Iudæorum.

συνιδών τε ἦλθεν ἐπὶ τὴν οἰκίαν Μαρίας τῆς μητρὸς Ἰωάννου τοῦ ἐπικαλουμένου Μάρκου, οὗ ἦσαν ἱκανοὶ συνηθροισμένοι καὶ προσευχόμενοι.

12 Et re considerata uenit domum Mariæ matris Iohãnis, qui cognominabatur Marcus: ubi erant multi congregati & orantes.

κρούσαντος δὲ τοῦ Πέτρου τὴν θύραν τοῦ πυλῶνος, προσῆλθε παιδίσκη ὑπακοῦσαι, ὀνόματι Ῥόδη.

13 Quum pulsasset autem Petrus ostium uestibuli, prodijt puella ut subauscultaret, nomine Rhode. *Rhode.*

καὶ ὡς ἐγνώρισε τὴν φωνὴν τοῦ Πέτρου, ἀπὸ τῆς χαρᾶς οὐκ ἤνοιξε τὸν πυλῶνα· εἰσδραμοῦσα δὲ ἀπήγγειλε ἑστάναι τὸν Πέτρον πρὸ τοῦ πυλῶνος.

14 Quæ agnita uoce Petri, præ gaudio non aperuit uestibulum, sed intrò currens renuntiauit stare Petrum ante uestibulum.

οἱ δὲ πρὸς αὐτὴν εἶπον· μαίνῃ. ἡ δὲ διϊσχυρίζετο οὕτως ἔχειν. οἱ δὲ ἔλεγον· ὁ ἄγγελος αὐτοῦ ἐστιν.

15 Illi uerò dixerunt ad eam, Insanis. Illa autem asseuerabat ita se *rem* habere. at illi dicebant, Angelus eius est. *Angelus.*

ὁ δὲ Πέτρος ἐπέμενε κρούων. ἀνοίξαντες δὲ εἶδον αὐτὸν, καὶ ἐξέστησαν.

16 Petrus aũt permanebat pulsans. quum igitur aperuissent, uiderunt eam, & perculsi sunt. *Petrus narrat se liberatum de manu Herodis.*

κατασείσας δὲ αὐτοῖς τῇ χειρὶ σιγᾶν διηγήσατο αὐτοῖς, πῶς ὁ κύριος αὐτὸν ἐξήγαγεν ἐκ τῆς φυλακῆς.

17 Quum innuisset autem eis manu ut silerent, narrauit eis quõ Dominus eduxisset ipsum

3 Assidua ἐκτενὴς Vel, intenta, si ad animorum ardorem placet referre. Vulgata & Erasmus, sine intermissione, id est ἀδιαλείπτως. 7 In carcere οἰκήματι, Sic honestiore uocabulo carcerem uocari testatur Plutarch. in Solone. Videtur tamen significari hoc loco nõ totus carcer, sed ea pars in qua uinctus erat Petrus. Vulg. & Eras. in habitaculo. quod nomen neque Latinum est, opinor, nec huic sententiæ conuenit.

11 Ad se reuersus. γενόμενος ἐν ἑαυτῷ, Ad uerbum, factus in sese. Nam antea prorsus attonitus quasi extra se erat. Latinis uerò dicitur, apud se non esse, qui ita perculsus est ut sui non sit compos.

15 Insanis Μαίνῃ Vel. Num insanis? Nam in duobus exemplaribus reperimus adscriptam interrogationem. Angelus eius est. ἄγγελος αὐτοῦ ἐστιν. Apparet, Ecclesiam eo rempore, præterquam quod ex Dei uerbo norat fideles Angelorum præsidio esse circumseptos, etiam eiusmodi uisis assueuisse. Loquuntur enim de Petri Angelo, ut de re minime noua aut ambigua. Qui plebeios & uulgares homines putant, quum hæc dicerent, ex uulgi opinione loquutos, miror cur inepta atque adeo impia hæc subterfugia quærant, nimirum quòd cum Sadducæis dubitent an sint Angeli, aut potius nullos esse arbitrentur. Quosdam denique uidi & audiui qui hunc locum ita conuertendum dicerent, Nuntius est ab eo, ut ἄγγελος non pro spiritu, sed pro homine accipiatur, qui nuntius Petri, id est à Petro missus, aut de Petro aliquid nũtiaturus uenerit: sicut Angelus Domini dicitur Angelus missus à Domino. Atqui istam interpretationem adiunctus articulus manifestè refutat: & quid hoc aliud quàm nodum in scirpo quærere?

17 In alium

è custodia: dixitque, Nuntiate ista Iacobo & fratribus, Et egressus, profectus est in aliũ locũ

17 κῆς. εἶπε δὲ ἀπαγγεῖλαι τοῖς ἀδελφοῖς A ταῦτα. καὶ ἐξελθὼν ἐπορεύθη εἰς ἕτερον τόπον.

Orto autẽ die fuit tumultus nõ paruus inter milites, quidnam factum esset Petro.

18 γενομένης δὲ ἡμέρας, ἦν τάραχος οὐκ ὀλίγος ἐν τοῖς στρατιώταις, τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο.

Herodes uerò qu requisisset eum, nec inuenisset, quæstione de custodib. habita, iussit ad

19 Ἡρῴδης δὲ ἐπιζητήσας αὐτὸν, καὶ μὴ εὑρών, ἀνακρίνας τοὺς φύλακας, ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι. Καὶ κατελθὼν ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας, εἰς τὴν Καισάρειαν διέτριβεν.

supplicium rapi, & quum descendisset è Iudęa Cæsaream, *ibi* commoratus est.

Herodes autem animo bellum agitabat in Tyrios ac Sidonios. at illi concorditer uenerunt ad eum, & persuaso Blasto, qui prærat cubiculo Regis, petebant pacem: eo quòd alerentur regio ipsorum ex Regis *agro*,

20 Ἦν δὲ ὁ Ἡρῴδης θυμομαχῶν Τυρίοις καὶ Σιδωνίοις. ὁμοθυμαδὸν δὲ παρῆσαν πρὸς αὐτὸν, καὶ πείσαντες Βλάστον τὸν ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος τοῦ βασιλέως, ᾐτοῦντο εἰρήνην, διὰ τὸ τρέφεσθαι αὐτῶν τὴν χώραν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς.

Herodes consumitur à uermibus.

Statuto autem die, Herodes indutus uestę regia, & considens pro tribunali, cõcionabatur ad eos.

21 τακτῇ δὲ ἡμέρᾳ ὁ Ἡρῴδης ἐνδυσάμενος ἐσθῆτα βασιλικὴν, καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐδημηγόρει πρὸς αὐτούς.

Populus uerò acclamabat, Vox Dei, & non hominis.

22 ὁ δὲ δῆμος ἐπεφώνει· θεοῦ φωνὴ, καὶ οὐκ ἀνθρώπου.

Angelus. Honor Deo.

Illico uerò percussit eum Angelus Domini, pro eo quòd non dedisset gloriam Deo, & erosus à uermibus, exanimatus est.

23 παραχρῆμα δὲ ἐπάταξεν αὐτὸν ἄγγελος κυρίου, ἀνθ' ὧν οὐκ ἔδωκε τὴν δόξαν τῷ θεῷ· καὶ γενόμενος σκωληκόβρωτος, ἐξέψυξεν. B

Verbum Dei.

Porro sermo Domini crescebat ac multiplicabatur.

24 ὁ δὲ λόγος τοῦ θεοῦ ηὔξανε καὶ ἐπληθύνετο.

Barnabas autẽ & Saulus reuersi sunt ex Ierusalem, expleto ministerio, simul assumpto & Iohanne qui cognominabatur Marcus.

Ioannes Marcus

25 Βαρνάβας δὲ καὶ Σαῦλος ὑπέστρεψαν ἐξ Ἰερουσαλὴμ, πληρώσαντες τὴν διακονίαν, συμπαραλαβόντες καὶ Ἰωάννην τὸν ἐπικληθέντα Μάρκον.

17 In alium locum, *εἰς ἕτερον τόπον*. Romam abijt scilicet, ut inde ad Concilium rediret Ierosolymam, ubi dextram daret Paulo, ut Apostolatu inter Gentes fungeretur, ipse uerò, deserto Episcopatu, iterum ad Circuncisionem rediret. ut interim dissimulem quanta fiat Petro & Ecclesiæ injuria, dum ex Apostolo fit Episcopus, uel ex Episcopo Apostolus. Sed illos XXV annos quibus Petrum aiunt Romæ sedisse, unde tandem auspicabuntur? Nempe si crucifixus est XXXVII anno à Christi passione, (ut scribit Nicephorus lib. historiæ Ecclesiasticæ 2. cap. 36. ad ultimum Neronis annum, id est, XIIII, necesse est peruenias: unde ad secundum, aut certè tertium Claudij annum recurras oportet, ut istos XXV annos numeres. siquidem Neronem constat annis XIIII plus minus, & Claudium quoque circiter totidem imperasse. Vbi igitur septem illi anni quibus aiunt eum Antiochiæ sedisse? quid quòd Damasus, cui tribuitur liber quidam Pontificum, tomo primo Conciliorum insertus, Petrum ait sub Nerone Romam ingressum? quid quòd Nicephorus libro Ecclesiasticæ historiæ 14. cap. 39, ex Anterio quodam Episcopo, Petrum ait Antiochia Romam translatum, & inde rursus Antiochiam transijsse? quod si uerum est, quomodo Petrus XXV annos Romæ sedit, & ibi est mortuus? quid quòd in Epistolis à Paulo ex urbe scriptis, non modò nulla Petri mentio, quum tam multi alij commemorentur, sed etiam toties dicit se ab omnibus relictum? omnes quæ sua sunt quærere? Sed de his satis. Videant quomodo hæc cohereant isti qui Romanum primum Episcopum faciunt Petrum, & hac ratione Romano Pontifici tribuunt uniuersalis Episcopi nomen, id est Antichristi, si uel ipsi Gregorio Papæ fides adhibetur, epistolis 76. 78. 79. 83. 92. 194.

19 Iussit ad supplicium rapi *ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι*. A' *ἄγεσθαι* quum propriè declaret Abduci, interdum est forense uerbum, & tria omnino significat: nempe uel ad iudicem trahi, uel duci in uincula, uel etiam ad pœnam rapi: præsertim absolutè positum: quantuis addatur interdum *τὸν ἐπὶ θανάτῳ*, ut prolatis exemplis ostendit doctissimus Budæus. Quum autem paulo antè habitam fuisse dicat à Rege quæstionem de custodibus, id est, Regem in iudicio de illis cognouisse, liquet *ἀπάγεσθαι* multo rectius de ipsa pœna, quàm de uocatione in ius, aut de uinculis, accipi: quomodo etiam interpretatur Chrysostomus. Plin. lib. epist. decimo, de Christianis loquens, Confitentes iterũ ac tertiò interrogati supplicium minatus, perseuerantes duci iussi. Neque enim dubitabam, qualecunque esset quod faterentur, peruicaciam certè & inflexibilem obstinationem debere puniri. C

20 Animo bellum agitabat *ἦν θυμομαχῶν* Id est, de bello gerendo cogitabat. Est enim uerbum compositum ex *θυμὸς*, id est animus, & *μάχομαι* pugno, ut rectè obseruat Erasmus in Annotationibus. Idem tamen in contextu uertit, infensus, & Vulgata habet, iratus: quia nimirum *θυμὸς* excandescentiam propriè declarat, & *μάχη* de quauis contentione dicitur. Sed quia paulo pòst subijcitur, pacem ab illis petitam, uisa est mihi prior interpretatio multo accommodatior. Ex Regis agro *ἀπὸ τῆς βασιλικῆς*. Vulg. ab illo, *ἀπ' ἐκείνου*, quod nusquam inuenio. Erat. regia annona, uel pecunia, aut alimonia. Ita enim supplendum putat quod deest: quod ego non uideo qua ratione faciat. Nam præterquam quòd illæ ecclipses non ita uidentur usitatæ, res ipsa ostendit nomen *χώρας* repetendum esse *ἀπὸ τοῦ κείνου*.

22 Vox Dei *θεοῦ φωνὴ* Vulg. Dei uoces, *θεοῦ φωναί*. Quod nonnulli contendunt legendum esse *φωνῇ* in tertio casu, ne speciem quidem habet rationis, & optimo iure refellitur ab Erasmo.

23 Non dedisset gloriam Deo. *οὐκ ἔδωκε δόξαν τῷ θεῷ*. Hoc quid sit, optimè potest intelligi ex Iosepho, qui in huius historiæ narratione testatur Regem ipsas adulatorum uoces non repressisse. quam ob causam & ipse moriens de ista adulatorum uanitate conquestus est. Itaque dare gloriam Deo, paulo aliter accipitur quam Ioh. 9. c. 24. Erosus à uermibus *γενόμενος σκωληκόβρωτος*, Ad uerbum, factus uermiuorus, passiua significatione. *σκώληκας* autem Marcellus in Dioscoridem testatur no tantùm ad uentris animalia, sed ad alios etiam uermes, qui in quauis alia corporis parte gignuntur, posse pertinere.

Itaque non desunt qui hæc referunt ad phthiriasin, id est pediculare morbum, quo auus quoque ipsius Herodes Magnus periit. Iosepus torminibus repente maximis obortis sublatum dicit.

Nec uerò ista pugnant, sed torminum causam aperit Lucas, erosis scilicet à uermibus intestinis, ut ille se Deum non esse uiuus senturet.

A 24 sermo Domini crescebat ὁ λόγος τῦ θεῦ ηὔξανε Hoc quoq; genus dicendi petitum est è medio. Nam, si rēs ipsa spectetur, sermo ipse nec crescit, nec multiplicatur, sed eorum potius turba qui sermonem audiunt. 25 Et Saulus διὰ Σαῦλος Erasmus legit Παῦλος, & ita etiam interpretatur, contra omnium uetustorum codicum fidem. Ex Ierusalem ἐξ Ἱερουσαλὴμ In duobus codicibus additur εἰς Ἀντιόχειαν Antiochiam. Contrà uerò in quibusdam excusis legitur, εἰς Ἱερουσαλὴμ in Ierusalem. quam lectionem si sequamur, coniungenda hæc erunt cum participio πληρώσαντες.

ΚΕΦ. ιγ.

Ἦσαν δέ τινες ἐν ἀντιοχείᾳ κατὰ τὴν οὖσαν ἐκκλησίαν προφῆται καὶ διδάσκαλοι, ὅ, τε Βαρνάβας, καὶ συμεὼν ὁ καλούμενος νίγερ, καὶ λούκιος ὁ κυρηναῖος, μαναήν τε ἡρῴδου τοῦ τετραρχου συντροφος, λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ κυρίῳ, καὶ νηστευόντων, εἶπε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀφορίσατε δή μοι τόν τε Βαρνάβαν καὶ τὸν σαῦλον εἰς τὸ ἔργον εἰς ὃ προσκέκλημαι αὐτούς.

τότε νηστεύσαντες καὶ προσευξάμενοι, καὶ ἐπιθέντες τὰς χεῖρας αὐτοῖς, ἀπέλυσαν.

Οἱ μὲν οὖν ἐκπεμφθέντες ὑπὸ τ πνεύματος τ ἁγίου, κατῆλθον εἰς τὴν σελεύκειαν, ἐκεῖθέν τε ἀπέπλευσαν εἰς τὴν κύπρον.

B καὶ γενόμενοι ἐν Σαλαμῖνι, κατήγγελλον τ λόγον τ θεῦ ἐν ταῖς συναγωγαῖς τ ἰουδαίων. εἶχον δὲ καὶ ἰωάννην ὑπηρέτην.

διελθόντες δὲ τὴν νῆσον ἄχρι πάφου, εὗρόν τινα μάγον ψευδοπροφήτην ἰουδαῖον, ᾧ ὄνομα βαριησοῦν,

ὃς ἦν σὺν τῷ ἀνθυπάτῳ σεργίῳ παύλῳ, ἀνδρὶ συνετῷ. οὗτος προσκαλεσάμενος Βαρνάβαν καὶ Σαῦλον, ἐπεζήτησεν ἀκοῦσαι τ λόγον τ θεοῦ.

ἀνθίστη δὲ αὐτοῖς ἐλυμας (οὕτως γὰρ

CAPVT XIII.

1 ERant autem Antiochiæ in Ecclesia quę erat, quidam Prophetæ ac doctores, uidelicet Barnabas, & Simeon qui uocabatur Niger, & Lucius Cyrenæus & Manahē qui fuerat unà cum Herode tetrarcha educatus, & Saulus. *Paulus & Barnabas segregantur in prædicationem.*

2 Quum igitur ij ministrarēt Domino, ieiunarentq;, dixit Spiritus sanctus, Separate mihi Barnabā & Saulū operi ad quod eos aduocaui. *Ieiunium.*

3 Tunc igitur postquā ieiunassent & orassent, impositisq; eis manus, dimiserunt. *Oratio.*

4 Et ipsi quidem emissi à Spiritu sancto descē derunt Seleuciam, & illic abnauigarunt Cyprum.

5 Quumq; deuenissent Salamina, annuntiarunt sermonem Dei in synagogis Iudæorū: habebant autem & Iohannem ministrum. *Salamina.*

6 Et peragrata insula usq; Paphum, inuenerūt quendam magum pseudoprophetam Iudæū, cui nomen erat Barjesus:

7 Qui erat cum Proconsule Sergio Paulo, uiro intelligente: hic ad uocatis Barnaba & Saulo, requirebat audire sermonem Dei.

8 Obsistebat autem eis Elymas, id est Magus

IN CAPVT. XIII.

1 Quidam τινες Hoc non legit Vetus interpres, & in quodam codice uetusto non reperimus: ac mihi quidem uidetur redundare Videlicet Barnabas, ὅ τε Βαρνάβας, Vulg. inquibus Barnabas, id est, οὐ ὅτε ὁ Βαρνάβας, quod nusquam inuenio. Cæterùm si hæc consequuta sunt Agrippæ mortem (ut ipsa narrationis series ostendit) acciderunt sanè anno Claudij quarto. siquidem diserte annotat Iosephus, anno tertio Claudij mortuū esse Agrippam. Vbi interim Petrus? num Romę? atqui aiunt Antiochia Romā uenisse, & quidem quū illic septenniū sedisset. Quòd si Antiochiæ tum erat, cur prętextur? cur eò missus Barnabas? cur intra septennium eundum est Ierosolymam ad consulendos Apostolos, ac præsertim Petrum? cur post annos quatuordecim, nimirum à reditu in Ciliciam ex Iudæa (ut scriptum est Gal. 1. d. 21, & 2. a 1, & b. 9 ascendit Paulus Ierosolymam cum Barnaba & Tito, ut suum Euangelium cum Apostolis conferret? ubi interim illi uigintiquinque anni pontificatus Romani? Hos nodos expedite, si potestis, uos qui Romanæ meretrici operā uestram locastis.

2 Quum ministrarent λειτουργούντων. i. quum munere suo fungerentur, docendi scilicet ac prophetandi. Nam C paulo antè Doctores ac Prophetas fuisse dixerat. Itaque Chrysostomus rectè interpretatus est λειτουργούντων ministrantibus. i. inquit, κηρυττόντων prædicantibus.

Nemo autem est uel mediocriter peritus Græcæ linguæ, qui λειτουργὰν nesciat dici de publicis præsertim functionibus, tum uerò de ijs quoque qui ad usus reipublicæ pecunias conferunt: quod etiam significatur uerbo διακονεῖν.

Vide Paulus ipse Rom. 13. magistratus appellat modò τῦ θεοῦ διακόνους, modò λειτούργους. Sed notandum tamen est illud discrimē quod attingit AEschines in oratione κατὰ Κτησιφῶντος inter αἰχλὺ & ἐπιμέλειαν καὶ διακονίαν, quæ idem declarat atque λειτουργίαν. Nam, ut desinit Aristot. lib. pol. 4. cap. 15. αἰχὺ uidetur imperiosius quiddam declarare. Inde factum ut ad Ecclesiasticas functiones utrunque hoc uocabulum transferretur, ut Luc 1 c. 23, Heb. 10. b. 11, suprà 1. c. 17. d 25, Rom. 11. b. 13. itemque ad pauperum subsidia, ut Phili. 2. d. 25, & suprà 11. d. 19. Sed αἰχὺ uel αἰχόντων nulla fit in Apostolicis scriptis mentio, quum de Ecclesiæ politia disseritur: imò ne Κυρίων quidem, ut nullus sē dominum ac principem cleri, sed unius principis ac Domini ministrum esse sciat: quemadmodum exposuit diserte ipse Dominus, ac suo exemplo docuit Matth. 20. d. 25. & deinceps, Item Ioh. 13. b. 13, atque adeò ipse Petrus 1. Pet. 5. a. 3, cuius qui successores uideri uolunt, quum sese seruorum seruos uocent, nihilominus tamen non aliter quàm Sanctissimi domini nostri salutantur, imperia & regna trāsferunt, in ipsas denique animas sibi omne imperium merum ac mistum usurpant. Ergo, ut ad rē redeam, perinde conuerti λειτουργούντων, acsi scriptum esset διακονούντων, & quidem usus ministrandi uerbo absoluto positō, quod uideo plerisque Theologis placuisse. Quidam uertit operantibus, nempe nihil reformidans nouitatem. Eras. sacrificantibus, quæ interpretatio tolerabilis quidem est, quum sic transferri soleat Sacrificij nomen, non modò ad publicas Ecclesiæ Christianæ functiones, sed ad priuatam quoque sanctorum uitam: ut Rom. 12. a. 1, & 15. d. 16, Ephes. 5. a. 2. Phil. 2. c. 17, & 4. d. 18, Heb. 13. c. 15. 1. Pet. 2. a. 5. Qua etiam ratione certum est Cœnā Domini à ueteribus nonnullis λειτουργίαν, ἱερουργίαν sacrificiū uocari: sed tamen mihi omnino uidetur expūgenda, tum quia nimiū est angusta, tum uerò propter exercendū illorū errorē qui Filiū Dei re ipsa quotidie in Ecclesia sacrificari & offerri cōtendunt. 1. qui Christianā religionē radicitus conuellunt Aduocaui προσκέκλημαι. Inde ortū κλήσεως nomen. 1. uocationis, quod libenter seruauimus, significat aūt genus illud uitæ ac functionis tū priuatæ tum publicæ, cui destinatus est aliquis à Deo, idq; ex Hebrǽorum idiotismo, apud quos dicitur Dominus uocare quos facit existere, & uicissim à Domino uocari qui existere incipiut, siue id referatur ad ipsam οὐσίαν καὶ ὕπαρξιν, ut quū dicitur Dominus uocare quæ nō sunt, tanquā sint: siue ad qualitates aut attributa, ut 1. Cor. 7. d. 20. & 21: siue ad æterni cōsilij Dei pub. declarationē, quo nos certo munere ac ueluti scopo in hoc mundo destinatos, quasi in eius possessionē mittit: siue id de quo agitur sit omnibus sanctis cōmune, ut quum electio ni subordinatur uocatio, ut Rom. 8. f. 30. uel peculiarem functionem respiciat, ut quum dicit Christus se ab utero uocatum Esa. 49. a. 1, & Paulus, uocatum Apostolum.

Quomo-

(ita enim explicatur nomen eius) quærés auertere Proconsulem à fide.

Saulus qui & Paulus.

9 Saulus autem (qui & Paulus) repletus Spiritu sancto, intentis in eum oculis,

10 Dixit, O plene omni dolo & omni maleficio, fili diaboli, hostis omnis iustitiæ, non desines peruertere uias Domini rectas?

Barie su magus cæcus efficitur.

11 Nunc igitur ecce manus Domini aduersum te, erisq; cęcus, nō uidens solem ad opportunū usq; tempus. Illico uerò incidit in eum caligo ac tenebræ: & circumiens quærebat qui se manu ducerent.

γν μεθερμηνευόμενον τὸ ὄνομα αὐτοῦ) ζητῶν διαA
στρέψαι τὸν ἀνθύπατον ἀπὸ τῆς πίστεως.

σαῦλος δέ, ὁ καὶ παῦλος, πλησθεὶς πνεύματος ἁγίου, καὶ ἀτενίσας εἰς αὐτὸν,

εἶπεν· ὦ πλήρης παντὸς δόλου καὶ πάσης ῥᾳδιουργίας, υἱὲ διαβόλου, ἐχθρὲ πάσης δικαιοσύνης, οὐ παύσῃ διαστρέφων τὰς ὁδοὺς κυρίου τὰς εὐθείας;

καὶ νῦν ἰδοὺ ἡ χεὶρ τοῦ κυρίου ἐπὶ σέ, καὶ ἔσῃ τυφλὸς, μὴ βλέπων τὸν ἥλιον ἄχρι καιροῦ. παραχρῆμα δὲ ἐπέπεσον ἐπ' αὐτὸν ἀχλὺς καὶ σκότος, καὶ περιάγων ἐζήτει χειραγωγούς.

Quomodocunque autem accipias, translatitia est significatio, inde sumpta quòd quum aliquid existere incipit, tum nomen habeat: & quum nouam induit qualitatem, tum quoq; nouum sumat cognomentum: deinde etiam sumpta est translatio à principibus qui ad se uocant quorum opera uti constituerunt, & quibus sufficit aliquid mandasse: quæ quidem potestas uni Deo propriè tribuitur. Hic enim unus est qui mandauit salutem, & dixit omnia, & facta sunt: quod ne Homerus quidem ignorauit, quum Iouē sic induceret loquentē ὃ γάρ ἑμὸν παλιμκρεκτον, Οὐδ' ἀτελεύτητόν γ' ὄ, τι κεν περ λῇ πεπαντένσεσθαι 8 Ita enim &c. μεθερμηνεύεται τὸ ὄνομα αὐτῆς. Μεθερμηνεύεσθαι nusquam inueniō aliquid significare, quàm ex una lingua in aliam conuertere, quod Latinis est interpretari, ut Matth. 1. d. 23, Marc. 5. d. 41. & 15. b. 22, & c. 34. Ioh. 1. f. 41. & suprà 4. g. 36. Sic et apud Plutarchum in problematibus Romanis, διατι καὶ τῷ λεγομένῳ Ουειρι θύουσιν ἀπαλέαν ἐπὶ πεφαλῆ τὸ δὲ ονόμερ δέξαν αὐτις ἢ τιμὴν μεθερμηνεύεται. Itaque non possum hoc loco iis assentiri qui per B
inde accipiunt actū nulla nominis interpretatio, sed alterum potius istius magi nomen asserretur, & quidem eiusdē linguæ, Syriacæ scilicet. Sed non parua difficultas hic oboritur, quod nomen explicetur, & qua lingua. Dicam paucis quod sentio. Nomen Bariesu explicari non arbitror. Quid enim hoc aliud esset, quam simplex & facillimæ etymologiæ nomen alio obscuriore explicare? id uerò nullus interpres faciat. Deinde quum Græcè scribat, Lucas certè peregrinū uocabulū nō alia lingua quàm Græca explicaret, ut alibi semper factum est. Elymas autem Græcum esse uocabulum qui diceret, neminem adhuc reperi. Syriacum esse, uideo existimare interpretes, de quo nolim contendere: sed cuiuscunque tandem linguæ sit, illud perabsurdum mihi uidetur, dicere interpretationem esse alterius nominis Bariesu, tum ob eas rationes quas modò dixi, tum uerò quia nulla fuit causa cur Lucas Syriaca Syriacè explicaret. Ergo, ut dicam quid mihi uideatur, existimo uocabulum Elymas idipsum esse quod Lucas interpretatur ὁ μάγος, & ita uocatum fuisse à Cyprijs, Bariesum per Antonomasiam, ut quum dicimus τὸν Απόστολον, Paulum intelligimus. Ideo addidimus particulam Id est, quod sæpe à nobis fieri necesse fuit: quoties scilicet incidit epexegesis, ut diximus Ioh. 5. c. 19. Simile prorsus exemplum occurrit hoc eodem cap. uers. 33. Quo autem idiomate Elymas id declaret quod Græcis μάγος (sumpto tamen à Persis uocabulo) id procerto dicere non possum, nisi quòd res ipsa uidetur poscere ut Cypriorum linguæ tribuatur. Ea uerò si fuit eadem atque Syriaca (est enim Cyprus Syriæ proxima) uidebitur Elymas declarare Dei consiliarium ab אל Deus & יעץ i. consiliarius. Nam in formandis proprijs nominibus sæpe permutatur ץ cum ס. Optimè autem conuenit hæc etymologia, cuius me admonuit Antonius Ceualerius Emmanuelis Tremellij uiri doctissimi doctissimus gener, & mihi amicissimus, quum à Persis constet Magos uocari ipsorum Sacerdotes ac Philosophos, ut diximus Math. 2. a. 1.

9 Qui & Paulus, ὁ καὶ Παῦλος. Hoc primum loco cœpit Apostolus à Luca Paulus dici, quum ubique antea Saulum uocarit, nec deinceps alio quam Pauli nomine usquam uocabitur. Id uerò diligenter consideratum, fortassis aditum nobis patefaciet ad intelligendum quid de Sauli & Pauli nomine constituendum sit, quod non prorsus alienum fuerit à scopo nobis proposito: quum suprà 12. d. 25. admonuerimus ex uetustis codicibus, legendum esse Σαῦλος non Παῦλος. Sunt igitur qui iam inde ab initio binomium fuisse Apostolum putent, cuius sententiæ author esse uidetur Origenes, ut ex altero nomine Iudæus, ex altero ciuis Romanus esse intelligeretur. Sunt contra qui cum religione nomen etiam mutasse putent, quum ex Pharisæo fieret Christianus, ut & nonnullis Apostolis noua nomina indita sunt à Domino. Sunt demum qui à Sergio Paulo Proconsule ad Christum conuerso hoc cognomen adeptum esse putent. Ac istorum quidem C
opinio uel hoc loco uidetur refutari, quum antè nominetur Paulus, quàm Proconsul ipse conuersus legatur. Denique neque coniectura ulla uehementi, neque Lucæ authoritate nititur hæc opinio.

Cur uerò nomen mutasse existimemus, sanè non uideo: non modò quia nullum habemus eius rei testimonium, sed etiam quia quoties nomina mutata sunt, aliquid in eo mysterij latuit, quod nouo nomine significaretur: ut in Abrahamo, Sarah, Cepha, Banerges, & similibus: Pauli uerò nomen nihil eiusmodi declarat.

Neque enim Ambrosius (quod cum tantorum uirorum pace dixerim) aptè in Romano nomine Græcam etymologiam quærit. Augustinus uerò potius argutè quàm solidè philosophatur, Paulum dictum quòd ex superbo Pharisæo paruulus Christi discipulus sit factus. Deinde si hoc uerum est, cur in hunc locum distulit Lucas eum hoc nomine uocare? cur toties Saulum appellauit, ex quo Christianus factus erat? Sed & postrema hæc ratio uidetur indicare binomium non fuisse.

Neque enim temere existimarim Lucam nusquam antea Paulum illum uocasse, nusquam deinceps Saulum dicere: quasi ex hoc loco incipiat noui cuiusdam hominis gesta auspicari. Quid igitur? Nempe neque binomium fuisse, aut saltem duo diuersa nomina hic ei tribui, neque etiam nomen propriè mutasse crediderim: sed quemadmodum si quis Hebraicè יוחנן, Græcè ac Latinè Iohannes, Gallicè *Iehan*, Germanicè *Hans*: si quis Germanico uocabulo *Ludwick* aut *Dietrich*, Latinè Ludouicus aut Theodoricus, Gallicè *Louys ou Thierry* nominetur. quamuis in istis multo maior sit uarietas quàm in Saulo & Paulo: tamen nemo totidem hæc esse diuersa nomina dixerit, sed eadem potius pro idiomatum ratione uariata.

Sic puto quem Hebræi & Syri שאול, eundem à Græcis, qui eo tempore Romanis nominibus magis assueuerant, Paulum fuisse dictum propter summam horum nominum affinitatem.

Quum igitur ab hoc tempore atque adeò ab hac historia incipiat Paulus suo illo inter Gentes Apostolatu defungi (antea enim non nisi inter Syros & Iudæos erat uersatus) meritò incipit ab hac historia Lucas illud nomen ei tribuere, quod illi perpetuum postea fuit inter Gentes: quibus scilicet nunquam deinde destitit Euangelium prædicare: ac facile mihi quidem persuadeo, primùm à Proconsulis Romani familia ita uocari cœpisse.

10 Maleficio, ῥᾳδιουργίας. id est ἀκονηρίας, siue hoc libeat in genere accipere pro omni malitia ac scelere (nam ῥᾳδιουργίαν uocant Græci uitium illud, quo qui laboret, ad quoduis scelus facilè ac propenso animo feratur) siue malimus ad id de quo agitur accommodare, nimirum ad malas illas artes, quibus qui utuntur, peculiari quadam ratione malefici dicuntur.

Nam

A Nam quia eiusmodi homines toti sunt in diaboli potestate, ideo nullum est tantum scelus ut ab eo possint abhorrere. Vulg. fallaciam interpretatur. Eras. uersutiam, uocabulis (meo quidem iudicio) nimium dilutis. Peruertere διαστρέφων Sic conuertimus ad uerbum. Sed tamen apparet τὸ διαστρέφειν opponi τῷ εὐθύας ποιεῖν, quod uertimus rectas facere, id est planas & æquabiles, pro quo dicit uno uerbo Vlpianus Vias purgare, hoc est (ut ipse interpretatur) ad proprium libramentum, sublato eo quod superest redigere. Quia igitur impius iste se opponebat uiis Domini, id est doctrinæ Apostolicæ quæ una ad Deum ducit, dicitur uias Domini peruertere, quod declarat hoc in loco, inoediméntis ac quasi sentibus complere, ut iter non sit peruium. 11 Manus ἡ χεὶρ Manus Domini hoc in loco ex Hebræorum idiotismo, pro uirtute quidem ac potestate Dei accipitur, ut sæpe iam annotauimus: sed ea demum quam exerit feriédis atque adeò proterendis suis hostibus.

τότε ἰδὼν ὁ ἀνθύπατος τὸ γεγονὸς, ἐπίστευσεν, ἐκπλησσόμενος ἐπὶ τῇ διδαχῇ τοῦ κυρίου. 12 Tũc Procõsul quũ uidisset quod factum fuerat, credididit, perculsus super doctrina Domini. *Sergius Paulus credit Christo.*

ἀναχθέντες δὲ ἀπὸ τῆς Πάφου οἱ περὶ τὸν Παῦλον ἦλθον εἰς Πέργην τῆς Παμφυλίας. Ἰωάννης δὲ ἀποχωρήσας ἀπ' αὐτῶν, ὑπέστρεψεν εἰς Ἱεροσόλυμα. 13 Profecti autem Papho Paulus & qui cum eo erant, uenerunt Pergen Pamphyliæ *urbem*: Iohannes autem abscedens ab eis, reuersus est Hierosolymam. *Iohannes Marcus.*

αὐτοὶ δὲ διελθόντες ἀπὸ τῆς Πέργης, παρεγένοντο εἰς Ἀντιόχειαν τὴν Πισιδίας. καὶ εἰσελθόντες εἰς τὴν συναγωγὴν τῇ ἡμέρᾳ τῶν Σαββάτων, ἐκάθισαν. 14 At ipsi quum perrexissent Perga, uenerunt Antiochiam *urbem* Pisidiæ, & ingressi synagogam die Sabbathi, sederunt. *Antiochia.*

μετὰ δὲ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, ἀπέστειλαν οἱ ἀρχισυνάγωγοι πρὸς αὐτοὺς, λέγοντες· ἄνδρες ἀδελφοὶ, εἴ ἐστι λόγος ἐν ὑμῖν παρακλήσεως πρὸς τὸν λαὸν, λέγετε. 15 Post lectionem autem Legis ac Prophetarum miserunt principes synagogæ ad eos, dicẽtes, Viri fratres, si quis est in uobis sermo exhortationis ad populum, dicite. *Lectio Legis & Prophetarum.*

ἀναστὰς δὲ Παῦλος, καὶ κατασείσας τῇ χειρὶ, εἶπεν· ἄνδρες Ἰσραηλῖται, καὶ οἱ φοβούμενοι τὸν θεὸν, ἀκούσατε· 16 Quum surrexisset igitur Paulus, manu silentio indicto, ait, Viri Israelitæ, & qui timetis Deum, audite. *Prædicat Paulus.*

ὁ θεὸς τοῦ λαοῦ τούτου Ἰσραὴλ ἐξελέξατο τοὺς πατέρας ἡμῶν, καὶ τὸν λαὸν ὕψωσεν ἐν τῇ παροικίᾳ ἐν γῇ Αἰγύπτῳ· καὶ μετὰ βραχίονος ὑψηλοῦ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐξ αὐτῆς· 17 Deus populi huius Israel elegit Patres nostros, & populum extulit, quum essent incolæ in terra AEgypti, & ex ea eduxit eos extento brachio. Exod. 1. 2. 1. Exo. 13. d. 14.

καὶ ὡς τεσσαρακονταετῆ χρόνον ἐτροποφόρησεν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ. 18 Et circiter quadraginta annorum tempus mores eorum pertulit in deserto. Exod. 16. a. 1.

καὶ καθελὼν ἔθνη ἑπτὰ ἐν γῇ Χαναὰν, κατεκληροδότησεν αὐτοῖς τὴν γῆν αὐτῶν. 19 Et quum deleuisset septem gentes in terra Chanaan, sorte distribuit eis terram earum. Iosue 14. a. 1.

καὶ μετὰ ταῦτα ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα ἔδωκε κριτὰς, ἕως Σαμουὴλ τοῦ προφήτου. 20 Et posthæc annis circiter quadringentis quinquaginta, dedit iudices usque ad Samuelem prophetam. Iudic. 3. b. 9.

κἀκεῖθεν ἠτήσαντο βασιλέα, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ θεὸς τὸν Σαοὺλ, υἱὸν Κὶς, ἄνδρα ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν ἔτη τεσσεράκοντα. 21 Et exinde petierunt Regem, dedítque iis Deus Saul filium Cis, uirũ ex tribu Beniamin, annis quadraginta. 1. Reg. 8. a. 5. 1. Reg. 9. c. 15. & 10. a. 1.

13 Paulus & qui cum eo erant, *οἱ περὶ τὸν Παῦλον*. Sic uertendum esse hunc locum apparet (ni fallor) ex eo quod mox de Iohanne subijcitur, & sententia ipsa ostendit. Alioquin solent Græci eleganter hoc dicendi genere singulares etiam personas significare, ut quum pro Platone *οἱ περὶ Πλάτωνα*, pro Aristotele *οἱ περὶ Ἀριστοτέλη* dicunt, cuius exemplum extat Iohan. 11. c. 19. Sed hoc perpetuum non esse, doctissimus Budæus prolatis exemplis docet: neque sanè uidetur hoc loco satis commode ita accipi posse. Pergen Pamphyliæ *urbem πέργην τῆς παμφυλίας*. Recte annotat Erasmus, regionis nomen adiici non ob discretionem, quum una sit Perge, sed ad litim eius urbis explicandum. Sequenti autem uersiculo Antiochiam nominans, Pisidiæ nomen addidit, ut hanc Antiochiam ab altera illa Syriaca distingueret. 14 Sabbathi, *σαββάτου*. Vulg. & Eras. Sabbathorũ. Atqui manifesta est numeri enallage, de qua diximus Matt. 12. a. 1. 15 In uobis *ἐν ὑμῖν*. Vel uobis ut loquuntur Græci & Latini. Sed istius Hebraismi uidetur nonnulla esse emphasis: ex quo scilicet intelligitur quicquid in nobis est Diuinæ gratiæ, id Diuinitus esse in nos delapsum, ut tanquam thesaurum in testaceis uasis inclusum circunferamus: sicut ait Paulus 2. Cor. 4. b. 7: quò etiam pertinet Dauidis illud Psal. 40. a. 4, Posuisti in os meum canticum nouum. 17 Extulit, *ὕψωσεν*, id est רוֹמֵם ascendere fecit: quo uerbo utitur plerunque Moses hanc liberationem describens, aut הֵרִים id est sublatum euexit in dignitatem. 1. Reg. 16. a. 2, & Psal. 9. c. 14: quo pertinet magna illa beneficia quæ elegantissimè describuntur in Mosis cantico, & Deuteronomij 4, & Ezech. 16: ut mihi quidem uideatur hæc postrema interpretatio maximè conuenire. Extento brachio *μετὰ βραχίονος ὑψηλοῦ*. Heb. בִּזְרוֹעַ נְטוּיָה, id est aperte exerta ut ad hostes populi sui conterendos.

20 Quadringentis quinquaginta *ἐτεσιν τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα*. Totus hic locus in Vulgata editione aliter legitur. Sic enim habet. Sorte distribuit eis terram eorum, quasi post quadringentos & quinquaginta annos: & post hæc dedit Iudices, &c. Atqui controuersia est qui possis commode istos 450 annos numerare. Nam à uocatione Abrahami ad exitũ ex AEgypto, numerantur anni 430, Exodi 12. f. 40: quibus si addideris 40 illos quibus præfuit Moses in deserto, iam colegeris annos 470. Sin autem ab exitu ex AEgypto numeres, comperies duntaxat annos 250 usque ad ingressum in terram Chanaan. Quid si à nato Isaaco? certe conueniet supputatio, hoc modo scilicet, à nato Isaaco ad exitum ex Aegypto numerantur anni quadringenti, Genes. 15. c. 13. ut exposuimus suprà cap. 7. a. 6. His adde 40 quibus commorati sunt in deserto, & consecerẽs 440. Hic demum adiiciendi sunt septem, quos ab ingressu Israelitarum usque ad distributionẽ terræ Chanaan interfuisse, sic probatur. Si conferatur initium capitis noni Numerorum cum eiusdem libri cap. 13, comperietur, missos fuisse exploratores anno secũdo exitus ex Aegypto. Iam uerò Ios. 14, Caleb numerat ab eo tempore quo missus fuit explorator usque ad distributionem terræ, annos quadragintaquinque, ex quorum numero si subduxeris 38 qui consumpti fuerunt in deserto, donec scilicet 40 anni explerentur, sicut futurum dixerat Dominus Num. 14. f. 34: re-

linquentur anni illi septem in delendis Chananæis sub Iosua consumpti, quod si addideris illis 440, compereris in summa annos 447 à nato Isaac ad terræ distributionem. quamobrem etiam Paulus addidit particulam ὡς id est circiter, quum plenum numerum dixisset tribus annis maiorem. Cur autem ab Isaac nato potius quam à uocatione Abrahami numerare incipiat, causa etiam optima potest afferri: quia scilicet de semine Abraham hic agitur, cuius initium ab ipso Isaac ducitur. quamobrem etiam Moses quadringentos annos seruitutis ab eodem initio auspicatur Genes. 15. c. 13. Itaque Latina exemplaria fortasis non modò non tam sunt deprauata, quàm quidam sunt arbitrati: sed fortasis etiam rectius habent quàm Græca quæ nunc habemus. Nam etiam in uno uetustissimo codice manuscripto diserte scriptum erat, παρεπλήρουν ὡσαυτως αὐτοῖς τὸν χῶν αὐτῶν, τῶν ἐτεσι τετρακοσιοις πεντηκοντα καὶ μετὰ ταῦτα ἔδωκε κριτας, &c. quam lectionem apparet sequutum esse Veterem interpretem. Quia tamen in cæteris omnibus summo consensu adscribitur punctum post αὐτῶν, & deinde legitur, καὶ μετὰ ταῦτα ὡς ἔτεσι τετρακοσιοις πεντηκοντα ἔδωκε κριτας, &c. non ausi sumus à Græcæ lectionis uestigijs discedere. Emendare tamen licuit manifestum errorem, à Magno illo M. Luthero animaduersum qui pro τετρακοσιοις quadringentis substituendũ putat τριακοσιοις trecentis: quod nequis temere factum esse clamitet, chronologiam paucis subiiciam: ex qua appareat manifestum uideri posse errorem, & de quo penè ambigi non possit. Numerantur ergo 1. Reg. 6. a. 1, ab exitu Aegypti ad inchoatam templi structuram anni duntaxat 480. Hinc primum excipiendi sunt 40 quibus Moses populum duxit in deserto, & quos Paulus quum dicit μετὰ ταῦτα, manifestè ab istis separat. deinde 40, qui tribuuntur Samueli & Sauli in proximo uersiculo. præterea 40 illi quibus regnasse Dauid dicitur 2. Sam. 2. b. 11. postremò tres primi anni regni Salomonis. nam meunte demum quarto templum inchoauit, 1. Reg. 6. a. 1. Hi coniuncti efficiunt annos 123. quos si à 480 subduxeris, supererunt duntaxat 357. qui iudicibus relinquuntur. Ideò Paulus quum duntaxat 350 dixisset, quia scilicet plenus est numerus, addidit particulam ὡς id est circiter, propter septem illos annos supertantes: sicut Iud. 11. c. 26, siquis rectè supputet, comperiet sex annos superantes à Iephte prætermitti. Itaque nullo modo uidetur legi posse τετρακοσιοις, sed omnino scribendum esse τριακοσιοις. Et hæc quidem ualde probabiliter uir ille differuit. Sed quum uentum est ad annos singulorum Iudicum supputandos, fateor me nondum inuenire potuisse quomodo non plures 357 annis illis tribuantur. Itaque tantisper dum quispiam hanc quoque partem ita explicet ut omnia sint planissima, quæ mihi non liqueat, nolui ab eo discedere in quo uideo omnes Græcos codices cõsentire.

1.Reg.16.c.15 Psal. 88.d. 21.

Et amoto illo, excitauit eis Dauid regem, cui etiam testimonio dato dixit, Inueni Dauid *filium* Iesse, uirum secundum cor meum, qui faciet omnes uoluntates meas.

22 ἠγειρεν αὐτοῖς τὸν Δαβὶδ εἰς βασιλέα, ᾧ καὶ εἶπε μαρτυρήσας· εὗρον Δαβὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαὶ, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, ὃς ποιήσει πάντα τὰ θελήματά μου.

Esa.11.a.1.

Huius è semine, Deus secundum promissionem excitauit Israeli Seruatorem Iesum,

23 τούτου ὁ θεὸς ἀπὸ τοῦ σπέρματος κατ' ἐπαγγελίαν ἤγαγε τῷ Ἰσραὴλ σωτῆρα Ἰησοῦν,

Matth.3.a.1. Marc.1.a.2.

Quum antè predicasset Iohannes coram eo iam aduentante, Baptismum resipiscentiæ Israeli:

24 προκηρύξαντος Ἰωάννου πρὸ προσώπου τῆς εἰσόδου αὐτοῦ βάπτισμα μετανοίας παντὶ τῷ λαῷ Ἰσραήλ.

Marc.1.a7. Iohan.1.c.20.

Quum autem expleret Iohannes cursum, dixit, Quem me suspicamini esse? non *is* sum ego, sed ecce uenit post me, cuius pedum soleam non sum dignus qui soluam.

25 ὡς δὲ ἐπλήρου ὁ Ἰωάννης τὸν δρόμον, ἔλεγεν· τίνα με ὑπονοεῖτε εἶναι; οὐκ εἰμὶ ἐγώ, ἀλλ' ἰδοὺ ἔρχεται μετ' ἐμὲ, οὗ οὐκ εἰμὶ ἄξιος τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν λῦσαι.

Viri fratres, filij generis Abrahæ, & qui inter uos timent Deum uobis sermo salutis huius missus est.

26 ἄνδρες ἀδελφοὶ, υἱοὶ γένους Ἀβραὰμ, καὶ οἱ ἐν ὑμῖν φοβούμενοι τὸν Θεὸν, ὑμῖν ὁ λόγος τῆς σωτηρίας ταύτης ἀπεστάλη.

Qui enim habitant in Ierusalem, & principes eorum, quum ignorarent illum, & *eo* damnato, uoces prophetarũ, quæ per omne sabbathum leguntur, impleuerunt:

27 οἱ γὰρ κατοικοῦντες ἐν Ἰερουσαλὴμ, καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτῶν, τοῦτον ἀγνοήσαντες, καὶ τὰς φωνὰς τῶν προφητῶν τὰς κατὰ πᾶν σάββατον ἀναγινωσκομένας, κρίναντες ἐπλήρωσαν.

Matt 22.c. 22. Marc.15.b.13. Luc.23.c.23. Iohan.19.a.6.

Et nulla causa mortis inuenta, petierunt à Pilato ut interficeretur.

28 καὶ μηδεμίαν αἰτίαν θανάτου εὑρόντες, ἠτήσαντο Πιλάτον ἀναιρεθῆναι αὐτόν.

23 Excitauit Israeli Seru. Ie. ἤγαγε τῷ Ἰσραὴλ σωτῆρα Ἰησοῦν. Nonnulla exemplaria pro ἤγαγε habent ἤγαγε adduxit, sed illud uidetur *deuterosis*. Quædam etiam legunt pro σωτῆρα, σωτηρίαν salutem. Quædam etiam expungunt Ἰησοῦν. Mihi uerò uidetur non redundare, sed addi potius à Paulo, ut significet Iesum uerè id fuisse quod dicebatur.

24 Coram eo iam aduen πρὸ προσώπου τῆς εἰσόδου αὐτοῦ. Vulg. & Eras. perobscurè ad uerbum, ante faciem aduentus eius. Quidam non satis expresse, ante cuius ingressum, quum id cæteris etiam Prophetis quantumuis à Christi aduẽtu remotis, tribui possit. Itaque πρὸ προσώπου αὐτοῦ, id est ut Hebræi loquuntur, לפני בואו nõ tam precedens tempus declarat quàm præsentiam illius cui aliquis præerat. Indicat enim Iohannem fuisse apparitoris instar, qui Christum non eminus, ut alij Prophetæ, uenturum significaret, sed iam iter ingressum, imò iam præsentem & sibi à tergo imminentem commonstraret: quam sententiam conati sumus exprimere, quòd alioquin hic Hebraismus in eo uideretur obscurior, quòd pro εἴσοδος seu προσέρχομαι αὐτῷ, Lucas hebraissans, dixerit τῆς εἰσόδου αὐτοῦ, id est aduẽtum pro ipso quiaduentat. 26 Sermo salutis hu ὁ λόγος τῆς σωτηρίας ταύτης, id est nuntius iste salutis siue salutifer. Videtur enim hoc cõmodissimè posse explicari per hy passagẽ, de qua diximus suprà 5. d. 20. 33 Suscitato Iesu, ἀναστήσας Ἰησοῦν Verbũ ἀνίστημι duplici respectu dicitur. Interdum enim refertur ad primum illum exortum, interdum uerò opponitur morti quæ somnus dicitur. sed quum posteriore significatione accipitur addi solet aliquid, ex quo id possit intelligi. Itaque quum hoc loco nihil addatur, imò uerò in proximo uersiculo peculiaris mentio fiat resurrectionis, malim hoc quidem loco τὸ ἀνίστημι referre ad mysterium σύστασεως, potius quam ad resurrectionem de qua postea seorsum agit. cur enim in proximo uersiculo uteretur hac præfatione? Deinde quanuis exhibitionis Christi ueluti clausula ac periodus sit resurrectio, tamen quum propositio sit uniuersalis, exhibitum fuisse Christum Patribus promissum, uidetur omnino uerbum ἀνίστημι non posse ad resurrectionem restringi, quin uiolenta sit expositio. Postremò formulæ promissionum illarum, quas præstitas fuisse dicit, respiciendæ sunt. In illis autem in genere fit mentio Seminis ac Prophetæ exorituri. Itaque uerbum ἀνίστημι sic quoque explicandum est, quum de promissionis exhibitione agitur. Postremò uerbum Gignendi nõnisi translatitiè & κατάχρησει de resurrectione intelligi potest. Est autem quoad eius fieri potest propria declaratio uerborum obseruanda. Hæc autem uel ob eam causam putaui explicanda, quod plerosque interpretes uideam hunc locum ita exponere, quasi fine controuersia ad resurrectionem pertineat.

Psalmo

A ὡς δὲ ἐτέλεσαν ἅπαντα τὰ περὶ αὐτὸν γεγραμμένα, καθελόντες ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἔθηκαν εἰς μνημεῖον.

29 Quum uerò perfeciſſent omnia quæ de eo ſcripta erant, detractum è ligno, poſuerunt in monumento.

ὃν ὁ θεὸς ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν,

30 Deus autem excitauit eum à mortuis: Matth.28.a.2. Marc.16.b.6. Luc.24.a.7. Iohan.20.c.19

ὃς ὤφθη ἐπὶ ἡμέρας πλείους τοῖς συναναβᾶσιν αὐτῷ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας εἰς Ἰερουσαλήμ, οἵτινές εἰσι μάρτυρες αὐτοῦ πρὸς τὸν λαόν.

31 Qui uiſus eſt per dies multos ijs qui ſimul aſcenderant cum eo à Galilæa in Ieruſalem, ſúntque teſtes eius apud plebem.

καὶ ἡμᾶς ὑμᾶς εὐαγγελιζόμεθα τὴν πρὸς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίαν γενομένην,

32 Nos quoque uobis euangelizamus, quòd eam promiſsionem quæ ad Patres facta eſt, *Promiſsiones Patribus factæ impletæ.*

ὅτι ταύτην ὁ θεὸς ἐκπεπλήρωκε τοῖς τέκνοις αὐτῶν ἡμῖν, ἀναστήσας Ἰησοῦν, ὡς καὶ ἐν τῷ ψαλμῷ τῷ δευτέρῳ γέγραπται· Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε.

33 Deus adimpleuerit filiis illorum, *id eſt* nobis, ſuſcitato Ieſu, ut etiam in Pſalmo ſecundo ſcriptum eſt, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Pſal.2.b.7. Heb.1.b.5, & 5.b.5.

ὅτι δὲ ἀνέστησεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, μηκέτι μέλλοντα ὑποστρέφειν εἰς διαφθοράν, οὕτως εἴρηκεν· ὅτι δώσω ὑμῖν τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά.

34 Quod autem excitauerit eum à mortuis non amplius reuerſurum in ſepulchrum, ita dixit, Dabo uobis firmas illas Dauidis beneficétias. *Reſurrectio.* Eſa.55.b.3,

διὸ καὶ ἑτέρῳ λέγει, οὐ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν.

35 Ideo & aliàs dicit, Non permittes ut Sanctus tuus ſentiat corruptionem. Pſal.15.d.10.

Δαβὶδ μὲν γὰρ ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετήσας τῇ τοῦ θεοῦ βουλῇ ἐκοιμήθη, καὶ προσετέθη πρὸς τοὺς πατέρας αὐτοῦ, καὶ εἶδε διαφθοράν.

36 Nam Dauid quidem quum ſua ætate inſeruiſſet Dei conſilio, dormiuit, & adiunctus eſt patribus ſuis, ſenſitque corruptionem. *Dauid.* 3.Reg.2.b.10.

37 At is quem Deus ſuſcitauit, nõ ſenſit corruptionem.

γνωστὸν οὖν ἔστω ὑμῖν, ἄνδρες ἀδελφοί, ὅτι διὰ τούτου ὑμῖν ἄφεσις ἁμαρτιῶν καταγγέλλεται, καὶ ἀπὸ πάντων ὧν οὐκ ἠδυνήθητε ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως δικαιωθῆναι,

38 Notũ igitur ſit uobis fratres, quòd per hunc uobis remiſsio peccatorum annuntiatur: & *quòd* ab omnibus à quibus non potuiſtis per Legem Moſis abſolui, *Remiſsio peccatorum.*

ἐν τούτῳ πᾶς ὁ πιστεύων δικαιοῦται.

39 Per hunc omnis qui credit abſoluitur. *Fides.*

Βλέπετε οὖν μὴ ἐπέλθῃ ἐφ' ὑμᾶς τὸ εἰρημένον ἐν τοῖς προφήταις.

40 Videte ergo ne ſuperueniat in uos quod dictum eſt in Prophetis.

Pſalmo ſecundo ἐν τῷ ψαλμῷ τῷ δευτέρῳ Ita ſcriptum inuenimus in omnibus uetuſtis codicibus. Apparet tamen ex Hieronymo, Hilario, & Auguſtino, quos citat in hunc locum Eraſmus, uetuſtiora exemplaria ſcriptum habuiſſe, Pſalmo primo: ſiue quòd Pſalmus ille, Beatus uir, non ſit olim propriè habitus pro Pſalmo, ſed potius pro eius libri præfatione: ſiue quòd Pſalmus quem hodie ſecundum facimus, unus olim fuerit cum primo.

34 In ſepulchrum εἰς διαφθοράν, Vulgata & Eraſmus, in corruptionem. Atqui nimis impropriè diceretur Dominus eò reuerti quò nunquam deuenit. Sciendum eſt ergo Lucam, Græcos Veteris teſtamenti interpretes ſequutum, διαφθορὰν conuertere id quod Hebræis dicitur שחת, id eſt ſepulchrum à שחת, quod eſt corrumpere, ut à Græcis ſimili ratione dicitur ſarcophagus. cuius tranſlationis exempla occurrunt multis locis, ut Pſal.107.b.20. Thren.4.d.20. atque adeò interdum in genere accipitur pro foſſa, ut Pſal.32.a.7. Sed in ſequentibus uerſiculis ubi aliud uerbum adiungitur, nempe ἰδεῖν pro παθεῖν, id eſt ſentire & affici, corruptionem declarat potius quàm ſepulchrum: qum ſic etiam accipiatur שחת, & quidem propria ſignificatione, ut Leuit.22.d.25. Firmas Dauidis beneficentias. τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά. Vulg. & Eraſ. ad uerbum, Sancta Dauid fidelia, nimium obſcurè. Sciendum eſt igitur, Græcos interpretes quos hîc quoque ſequutus eſt Lucas, חסיר, id eſt benignum ac beneficum interpretari ſolere ὅσιον, unde factum ut חסדים beneficentias, id eſt gratuitas illas promiſsiones, ὅσια conuerterint. Dicuntur autem Dauidis paſsiua ſignificatione, nimirum quòd Dauidi ſint factæ: ut fœdus Abrahami uocatur fœdus cum Abrahamo initum. Et hæ quidem Dauidi promiſſæ munificētiæ, uocantur πιστὰ fideles, id eſt firmæ & conſtantes, ex Hebræorum quoque idiotiſmo: quia ut ſint homines mendaces, nihilominus tamen rata ſunt Dei promiſſa, neque nos unquam fallunt. Quum igitur omnes Dei promiſsiones ſint in Chriſto (ut ait Apoſtolus) Etiam & Amen, firmiſsimum, perpetuum, & immortale exiſtere ipſum promiſsionum omnium fundamentum rectè colligit Paulus. 36 Quum ſua ætate inſeruiſſet Dei conſilio ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετήσας τῇ τοῦ θεοῦ βουλῇ, Vulgata, in ſua generatione quum adminiſtraſſet uoluntati Dei: quam interpretationem probo quatenus ad huius loci diſtinctionem attinet. Eraſmus uerò poſt ὑπηρετήσας diſtinguit, & τῇ τοῦ θεοῦ βουλῇ coniungit cum ἐκοιμήθη, & ita conuertit, quum ſuæ ætati inſeruiſſet, conſilio Dei dormiuit. Ego uerò hanc diſtinctionem in uetuſtis exemplaribus non inueni: nec ſatis idoneam cauſam in uenio cur dixerit Paulus Dauidem conſilio Dei mortuum eſſe. In ſuperiore autem interpretatione nihil eſt eiuſmodi, ſed plana ſunt omnia. 38 Et *quod* ab omnibus à quibus καὶ ἀπὸ πάντων ὧν Diſtinguenda ſunt ἀπὸ πάντων & ὑπὸ πάντων: quod diſcrimẽ niſi obſerues, non rectè poſsis hunc locũ explicare. Neque enim hæc pertinẽt ad cæremonias, à quibus omnibus, id eſt per quas non potuerint Iudæi abſolui: ſed ad peccata, à quibus liberari ſeu abſolui non potuerint in Lege Moſis, id eſt per Legis cæremonias: abſoluuntur autem per iſtum, id eſt Chriſtum, ſi fide eum amplectantur. Abſolui δικαιωθῆναι, Hebraicè הצדק id eſt iuſtum declarari ſiue abſolui, cui opponitur הרשיע, quaſi dicas improbificare, id eſt nocentem declarare, ſeu damnare. Neque uerò refugio iuſtificandi uerbum, quod etiam uſurpaui Matth.11.c.19, & 12.c.37. ſed nequis illud Ab omnibus perinde acciperet, ăcſi caſus eſſet modi aut inſtrumẽti per quod iuſtificemur, id eſt iuſti fiamus ac pronuntiemur, aut pro iuſtis habeamur: hoc quidem loco malui Abſoluendi uerbum uſurpare, ut magis perſpicua eſſet oratio. Sed de hoc uerbo copioſius (ſi Dominus dederit) diſſeremus in epiſtola ad Romanos.

40 In Prophetis. ἐν τοῖς προφήταις. Quia ex uno Habacuc petitum eſt hoc teſtimonium, annotat Eraſmus eſſe numeri ἑτερωσιν: ſed alia eſt ratio expediendi huius nodi multo certior & uerior: de qua dixi Marc.1.a.2, & Iohan.6.c.45.

Contemptores. Habac.1.b.5

Videte contẽptores,& admiramini,& euanescite: quia opus operor ego in diebus uestris, opus quod non credetis, siquis enarrauerit uobis.

41 ἰδετε οἱ καταφρονηταὶ, καὶ θαυμάσατε, καὶ ἀφανίσθητε, ὅτι ἔργον ἐγὼ ἐργάζομαι ἐν ταῖς ἡμέραις ὑμῶν, ἔργον ὃ οὐ μὴ πιστεύσητε, ἐάν τις ἐκδιηγῆται ὑμῖν.

Egressis autem è synagoga Iudæorum, rogarunt eos Gentes ut sequenti sabbatho loquerentur sibi uerba hæc.

42 ἐξιόντων δὲ ἐκ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων, παρεκάλουν τὰ ἔθνη εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον λαληθῆναι αὐτοῖς τὰ ῥήματα ταῦτα.

Soluto autem conuentu, sequuti sunt multi ex Iudæis & religiosis proselytis Paulum ac Barnabam: qui alloquentes eos sua, debant eis ut permanerent in gratia Dei.

43 λυθείσης δὲ τῆς συναγωγῆς, ἠκολούθησαν πολλοὶ τῶν Ἰουδαίων, καὶ τῶν σεβομένων προσηλύτων τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Βαρνάβᾳ, οἵτινες προσλαλοῦντες αὐτοῖς, ἔπειθον αὐτοὺς ἐπιμένειν τῇ χάριτι τοῦ θεοῦ.

Gratia.

Sequenti uerò sabbatho urbs propè tota coacta est ad audiendum sermonem Dei.

44 τῷ δὲ ἐρχομένῳ σαββάτῳ σχεδὸν πᾶσα ἡ πόλις συνήχθη ἀκοῦσαι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ.

Iudei contradicunt Paulo.

Visa autem turba Iudæi repleti sunt inuidia, & contradicebant iis quæ à Paulo dicebantur, contradicentes ac blasphemantes.

45 ἰδόντες δὲ οἱ Ἰουδαῖοι τοὺς ὄχλους, ἐπλήσθησαν ζήλου, καὶ ἀντέλεγον τοῖς ὑπὸ τοῦ Παύλου λεγομένοις, ἀντιλέγοντες καὶ βλασφημοῦντες.

Aeterna uita. Gentibus prædicat Paulus.

Tunc libertate usi Paulus ac Barnabas dixerunt, Vobis necesse fuit primùm exponi sermonem Dei: postquam autem abigitis illum, & indignos uos ipsos decernitis æterna uita, ecce conuertimur ad Gentes.

46 παρρησιασάμενοι δὲ ὁ Παῦλος καὶ ὁ Βαρνάβας, εἶπον· ὑμῖν ἦν ἀναγκαῖον πρῶτον λαληθῆναι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ· ἐπειδὴ δὲ ἀπωθεῖσθε αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀξίους κρίνετε ἑαυτοὺς τῆς αἰωνίου ζωῆς, ἰδοὺ στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη. B

Esa. 49.b.10.

Sic enim nobis mandauit Dominus, *dicens*, Constitui te pro luce Gentium, ut sis salus usque ad ultimas terras.

47 οὕτω γὰρ ἐντέταλται ἡμῖν ὁ κύριος· τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς.

Gentes præordinatæ credunt.

Audientes, autem *hæc* Gentes, gauisæ sunt, & glorificabant sermonem Domini: & crediderunt quotquot erant ordinati ad uitã æternã.

48 ἀκούοντα δὲ τὰ ἔθνη, ἔχαιρον, καὶ ἐδόξαζον τὸν λόγον τοῦ κυρίου, καὶ ἐπίστευσαν ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον.

Perferebatur autem sermo Domini per totam illam regionem.

διεφέρετο δὲ ὁ λόγος τοῦ κυρίου διὰ ὅλης τῆς χώρας.

Persecutio à Iudæis.

Iudæi uerò extimulauerunt mulieres religiosas & honestas, & primos urbis, & incitauerunt persequutionem in Paulum ac Barnabam, eiecerúntque eos è finibus suis.

49 οἱ δὲ Ἰουδαῖοι παρώτρυναν τὰς σεβομένας γυναῖκας, καὶ τὰς εὐσχήμονας, καὶ τοὺς πρώτους τῆς πόλεως, καὶ ἐπήγειραν διωγμὸν ἐπὶ τὸν Παῦλον καὶ τὸν Βαρνάβαν, καὶ ἐξέβαλον αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτῶν.

Infrà 18.b.6 Matt 10.b 14 Marc.6.b.11. Luc.9.a.5.

At illi excusso puluere pedum suorum in eos, uenerunt Iconium.

50 οἱ δὲ ἐκτιναξάμενοι τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν αὐτῶν ἐπ' αὐτοὺς, ἦλθον εἰς Ἰκόνιον.

Discipuli uerò replebantur gaudio & Spiritu sancto.

51 οἱ δὲ μαθηταὶ ἐπληροῦντο χαρᾶς καὶ πνεύματος ἁγίου. C

41 Contemptores. οἱ καταφρονηταὶ. In Hebræo legitur תביטו בוגדים, pro quo uidentur Græci legisse תראו בוגדים.

42 Egressus autem, &c. Ἐξιόντων δὲ, &c. Vel egressis autem Iudæis e Synagoga. Nam hãc quoque interpretationem admittunt Græca. Sed & in uno codice scriptum erat Ἐξιόντων δὲ αὐτῶν, & totum illud ἐκ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων, expunctum. Gentes, τὰ ἔθνη, Hoc non legimus in uno peruetusto exemplari: & fortasis ab aliquo expunctum est, cui mirum fuerit, Gentes in hoc cœtu inuenire. Atqui dicit Lucas eos fuisse egressos, quum eos rogarent Gentes: & in proximo conuentu apparet etiam Gentes affuisse. Verba hæc, τὰ ῥήματα ταῦτα. In quibusdam codicibus hoc deest. in quodam uerò inuenimus τὰ ῥήματα τὰ αὐτὰ. id est eadem illa uerba.

45 Inuidia, ζήλου, Vulgata & Erasmus, zelo. Vide Iohan. 2. c. 17.

Contradicentes ac blaip. ἀντιλέγοντες καὶ βλασφημοῦντες. In tribus codicibus scriptum erat duntaxat βλασφημοῦντες: & sanè uidetur totum illud ἀντιλέγοντες καὶ redundare. 46 Decernitis κρίνετε, id est hoc uestro facto quasi sententia in uos ipsos lata, statutis ac decernitis. Vulg. & Eras. iudicatis: rectè quidem, sed ambiguè. Posset enim hoc mentis iudicium referri, quasi isti animi sui iudicio & apud se statuerent se hac Dei gratia indignos esse: ut facere solent qui peccatorum suorum sensu tanguntur: qui quidem primus est ad salutem gradus. id uerò in istos non cadit.

48 Ordinati τεταγμένοι. Ergo uel non omnes erãt uitæ æternæ destinati, uel omnes crediderunt: uel hoc temere dictum est à Luca: quod abiit ut uel in mẽtem nobis ueniat. Agitur autẽ hic nõ de præscẽtia simplici, sed de ordinatione æterna, & ita quidẽ ut ei subiiciatur fides. Hoc considerent illi qui præscientiam Dei à decreto separant, quique præuisam fidem faciunt electionis causam. Sed & hic locus manifestè ostendit quàm parum solida atque adeò (quod cum bona quorundam ueterum pace dictum sit) quàm inepta sit illa distinctio uerbi actiui προοριζομένου passiuo κατηρτισμένα: quam nonnulli excogitarunt ut eluderent Pauli disputationem de æterna Dei prouidentia, ut copiosius explicabimus nono capite epistolæ ad Romanos. Cæterùm Vetus interpres pro Ordinati conuertit Præordinati, quum Græcè non sit scriptũ προτετεγμένοι, uel προκεχειρισμένοι, ut solet transferre: sed tamen eadem prorsus manet sententia. Nam si credidêrunt quia ordinati erant ad uitam, certè ordinatio hæc fidem antegreditur, ac multo magis ipsa fidei effecta. Itaque Dei decretum primo loco statuatur necesse est, non tantùm tempore (est enim æternum) sed etiam causarum ordine: quum cætera quæ ad salutem spectant, sine ulla exceptione illi subiiciantur, ut effecta subordinata, causæ. 50 Religiosas & tribui superstitiosis. Itaque significari puto Mulieres Mosaicã legem amplexas, quales etiam Romę fuisse plurimas conqueruntur profanæ poetæ. Patebat igitur Iudæis aditus ad illas tanquã concitandæ seditioni maximè opportunas, persuasis uidelicet maritis qui plurimum poterant. Addit enim Lucas, fuisse σύσχημονας primariæ uidelicet authoritatis.

ΚΕΦΑ. ιδ'.

Ἐγένετο δὲ ἐν Ἰκονίῳ κατὰ τὸ αὐτὸ εἰσελθεῖν αὐτοὺς εἰς τὴν συναγωγὴν τῶν Ἰουδαίων, καὶ λαλῆσαι οὕτως, ὥστε πιστεῦσαι Ἰουδαίων τε καὶ Ἑλλήνων πολὺ πλῆθος.

οἱ δὲ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι ἐπήγειραν καὶ ἐκάκωσαν τὰς ψυχὰς τῶν ἐθνῶν κατὰ τῶν ἀδελφῶν.

ἱκανὸν μὲν οὖν χρόνον διέτριψαν παῤῥησιαζόμενοι ἐπὶ τῷ κυρίῳ τῷ μαρτυροῦντι τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ, καὶ διδόντι σημεῖα καὶ τέρατα γίνεσθαι διὰ τῶν χειρῶν αὐτῶν.

ᾠκίσθη δὲ τὸ πλῆθος τῆς πόλεως· καὶ οἱ μὲν ἦσαν σὺν τοῖς Ἰουδαίοις, οἱ δὲ σὺν τοῖς ἀποστόλοις.

ὡς δὲ ἐγένετο ὁρμὴ τῶν ἐθνῶν τε καὶ Ἰουδαίων σὺν τοῖς ἄρχουσιν αὐτῶν, ὑβρίσαι καὶ λιθοβολῆσαι αὐτούς,

B συνιδόντες κατέφυγον εἰς τὰς πόλεις τῆς Λυκαονίας, Λύστραν καὶ Δέρβην, καὶ τὴν περίχωρον,

κἀκεῖ ἦσαν εὐαγγελιζόμενοι.

καί τις ἀνὴρ ἐν Λύστροις ἀδύνατος τοῖς ποσὶν ἐκάθητο, χωλὸς ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ὑπάρχων, ὃς οὐδέποτε περιεπεπάτηκει·

οὗτος ἤκουε τοῦ Παύλου λαλοῦντος. ὃς ἀτενίσας αὐτῷ, καὶ ἰδὼν ὅτι πίστιν ἔχει τοῦ σωθῆναι,

εἶπε μεγάλῃ τῇ φωνῇ· ἀνάστηθι ἐπὶ τοὺς πόδας σου ὀρθός. καὶ ἥλετο, καὶ περιεπάτει.

οἱ δὲ ὄχλοι ἰδόντες ὃ ἐποίησε Παῦλος, ἐπῆραν τὴν φωνὴν αὐτῶν, Λυκαονιστὶ λέγοντες· οἱ θεοὶ ὁμοιωθέντες ἀνθρώποις κατέβησαν πρὸς ἡμᾶς.

ἐκάλουν τε τὸν μὲν Βαρνάβαν, Δία· τὸν δὲ Παῦλον, Ἑρμῆν, ἐπειδὴ αὐτὸς ἦν ὁ ἡγούμενος τοῦ λόγου.

C ὁ τε ἱερεὺς τοῦ Διὸς τοῦ ὄντος πρὸ τῆς πόλεως αὐτῶν, ταύρους καὶ στέμματα ἐπὶ τοὺς πυλῶνας ἐνέγκας, σὺν τοῖς ὄχλοις ἤθελε θύειν.

CAP. XIIII.

1 FActum est autem Iconij ut simul introirẽt synagogam Iudæorum, & loquerentur ita ut crederet Iudæorum simul & Græcorum magna multitudo. *Iudæi & Gẽtes aliquot conuersi ad Christum.*

2 Qui uerò immorigeri fuerunt Iudæi, incitarunt & malè affectos reddiderunt animos Gẽtium aduersus fratres.

3 Multum igitur tempus liberè loquentes cõsumpserunt, freti Domino, qui testimonium reddebat sermoni gratiæ suæ, dabátque ut signa & prodigia ederentur per manus eorum. *Miracula Euãgelij testimonia.*

4 Diuisa est autẽ multitudo urbis: & uni erant à Iudæis, alteri ab Apostolis.

5 Quum autem factus esset impetus Gentiũ ac Iudæorum unà cum principibus suis, ut insuria afficerent & lapidarent eos, *Afflictio.*

6 Re considerata perfugerunt in ciuitates Lycaoniæ Lystram & Derben, & circumiacẽtem regionem: *Fugit Paulus in Lystram.*

7 Et illic prædicabant Euangelium.

8 Quidam autem uir Lystris impotens pedibus sedebat, claudus ab utero matris suæ, qui nunquam ambulauerat. *Claudus sanatur*

9 Hic audiuit Paulum loquentem: qui quum intendisset in eum oculos, & uidisset quòd fidem haberet se seruatum iri, *Fides.*

10 Dixit magna uoce, Surge in pedes tuos rectus. Tum *ille* quum exiliisset, ambulauit.

11 Turbæ uerò quum uidissent quod fecerat Paulus, sustulerunt uocem suam, Lycaonicè dicentes, Dij assimilati hominibus, descenderunt ad nos.

12 Vocabántque Barnabam, Iouem: Paulum uerò, Mercurium, quòd is esset dux sermonis. *Paulo & Barnabe uolunt Lystrenses sacrificare.*

13 Sacerdos autem Iouis, qui erat ante ciuitatem illorum, quum tauros uittatos ad uestibula adduxisset, cũ turba uolebat sacrificare.

IN CAPVT XIIII.

2 Qui uero immorigeri fuer. οἱ δὲ ἀπειθοῦντες. id est qui non paruerunt doctrinæ, neq; se persuaderi siuerunt. Vulg. & Eras. Qui uerò incredduli erant, οἱ δὲ ἀπιστοῦντες, quanuis quod ad sensum attinet, minimum in eo sit discrimen. Male affectos redd. ἐκάκωσαν Vulg. ad iracundiam concitauerunt, id est παρῴργισαν: ut solent Græci interpretes conuertere uerbum הרעיס Eras. corruperunt. quo uocabulo utuntur quidem Iurisconsulti: sed tum demum ubi agitur de eo uel qui in æstimationem uenit, ut seruo uel ancillæ: uel quem nostra interest non fieri deteriorem, ut iis qui in nostra sunt potestate. Hic ergo ponitur τὸ κακοῦν significatione nonnihil diuersa, quum alioquin hoc uocabulum alibi soleat usurpari pro Opprimere siue affligere, seu damnum aliquod inferre: adeo quidem ut hoc quoque sit ἄπαξ λεγόμενον. Recte tamen & eleganter usurpatum est à Luca, quia isti de quibus agitur, & malis artibus & ad improbè agendum sunt à Iudæis inducti: quo modo corruptionem definit Vlpianus. 3 Liberè loquentes παῤῥησιαζόμενοι Vulg. fiducialiter agentes. Eras. fortiter agentes. Ego, quum hîc agatur de Euangelij prædicatione, puto retinendam propriam significationem τῆς παῤῥησιάζεσθαι. Dicitur autem id propriè de loquendi libertate. Freti Domino, ἐπὶ τῷ κυρίῳ, Heb. על־יהוה: quem Hebraismum non satis uidearis exprimere si ad uerbum conuertas, in Domino.

8 Impotens ἀδυνάτος Vel, pedibus captus. Nam impotens apud Latinos ad animum plerunque refertur. Vulg. infirmus. Eras. debilis: neuter satis expresse.

10 Surge ἀνάστηθι In quinque codicibus & Complutensi editione scriptum legimus, σοὶ λέγω ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀνάστηθι, Tibi dico, in nomine Domini Iesu Christi, surge in pedes, &c. quam lectionẽ maximè probo. Ita enim solent aliquid addere Apostoli, ex quo intelligat turba, ipsos non sua sed Christi uirtute agere quod agunt, quum Christus contrà soleat suo iure imperare, ut qui nimirum sit αὐτοπράκτωρ. 13 Tauros uittatos ταύρους καὶ στέμματα Rem unam duabus uocibus explicauit, id est ἓν διὰ δυοῖν, ut grammatici loquuntur, ut in illo Virgilij, -Pateris libamus & auro, id est, inquit Seruius, aureis pateris. Idem, Victori uelatum auro uittisque iuuencum. Ideo uittatos maluimus & auro, id est, inquit Seruius, aureis pateris. Idem, Victori uelatum auro uittisque iuuencum. Ideo uittatos maluimus quàm coronatos dicere. Vestibula autem uocat (opinor) templi porticus. In uno codice reperimus ἐπὶ τῶν πυλῶνος. id est pro uestibulo: ut forsasis uestibulum earum ædium intelligatur, in quas diuerterant Apostoli. Neque enim frustra dixit Lucas, templum ipsum Iouis extra urbem fuisse: & probabile est Sacerdotem non iam ad deorum aras, sed ad ipsos (ut arbitrantur) deos uictimas adduxisse.

Quod quum audissent Apostoli Barnabas & Paulus, diruptis palliis suis insilierunt in turbam, clamantes,

14 ἀκούσαντες δὲ οἱ ἀπόστολοι Βαρνάβας καὶ Παῦλος, διαῤῥήξαντες τὰ ἱμάτια αὐτῶν, ἐξεπήδησαν εἰς τὸν ὄχλον, κράζοντες

Vana idola. Genes. 1. a. 1. Psa. 145. b. 6. Apoc. 14. b. 7.

Ac dicentes, Viri, cur ista facitis? nos quoque ijsdem quibus uos, obnoxij malis sumus homines, annuntiantes ut ab istis uanis *dijs* cõuertamini ad Deum illum uiuum, qui fecit cælum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt.

15 καὶ λέγοντες. ἄνδρες, τί ταῦτα ποιεῖτε; καὶ ἡμεῖς ὁμοιοπαθεῖς ὑμῖν ἄνθρωποι, εὐαγγελιζόμενοι ὑμᾶς ἀπὸ τούτων τῶν ματαίων ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν θεὸν τὸν ζῶντα, ὃς ἐποίησε τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς,

Psal. 80. c. 13.

Quique præteritis ætatibus siuit omnes Gentes suis ipsarum uiis ambulare.

16 ὃς ἐν ταῖς παρωχημέναις γενεαῖς εἴασε πάντα τὰ ἔθνη πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν.

Gentibus etiam benefecit Deus ante conuersionem.

Quanquam non passus est se *esse* expertem testimonij, dum *nobis* benefecit, dans nobis cælitus pluuias ac tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda nostra.

17 καίτοιγε οὐκ ἀμάρτυρον ἑαυτὸν ἀφῆκεν ἀγαθοποιῶν, οὐρανόθεν ἡμῖν ὑετοὺς διδοὺς καὶ καιροὺς καρποφόρους, ἐμπιπλῶν τροφῆς καὶ εὐφροσύνης τὰς καρδίας ἡμῶν.

Et hæc dicentes, uix compescuerunt turbã ne sacrificaret ipsis.

18 καὶ ταῦτα λέγοντες, μόλις κατέπαυσαν τοὺς ὄχλους, τοῦ μὴ θύειν αὐτοῖς.

Lapidatur Paulus. 2. Cor. 11. f. 22.

Superuenerunt autem quidam ab Antiochia & Iconio Iudæi, qui persuasa turba, Paulum lapidatum traxerunt extra urbem, existimantes eum mortuum esse.

19 Ἐπῆλθον δὲ ἀπὸ Ἀντιοχείας καὶ Ἰκονίου Ἰουδαῖοι, καὶ πείσαντες τοὺς ὄχλους, καὶ λιθάσαντες τὸν Παῦλον, ἔσυρον ἔξω τῆς πόλεως, νομίζοντες αὐτὸν τεθνάναι.

Sed quum circundedissent eum discipuli, surrexit, & ingressus est urbẽ: ac postridie abijt Derben cum Barnaba.

20 κυκλωσάντων δὲ αὐτὸν τῶν μαθητῶν, ἀναστὰς εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν. καὶ τῇ ἐπαύριον ἐξῆλθε σὺν τῷ Βαρνάβᾳ εἰς Δέρβην.

Quúmque euangelizassent urbi illi, ac docuissent multos, reuersi sunt Lystram & Iconium & Antiochiam,

21 εὐαγγελισάμενοί τε τὴν πόλιν ἐκείνην, καὶ μαθητεύσαντες ἱκανούς, ὑπέστρεψαν εἰς τὴν Λύστραν καὶ Ἰκόνιον καὶ Ἀντιόχειαν.

Fides. Tribulatio.

Confirmantes animos discipulorum, exhortantes ut perseuerarent in fide, & *dicentes* oportere per multas oppressiones nos ingredi in regnum Dei.

22 ἐπιστηρίζοντες τὰς ψυχὰς τῶν μαθητῶν, παρακαλοῦντες ἐμμένειν τῇ πίστει, καὶ ὅτι διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ.

Quum uerò ipsis per suffragia creassent per singulas Ecclesias Presbyteros, precatíque essent cum ieiuniis, commendarunt eos Domino in quem crediderant.

23 χειροτονήσαντες δὲ αὐτοῖς πρεσβυτέρους κατ' ἐκκλησίαν, προσευξάμενοι μετὰ νηστειῶν, παρέθεντο αὐτοὺς τῷ κυρίῳ, εἰς ὃν πεπιστεύκεισαν.

Peragratáque Pisidia, uenerũt in Pamphyliam.

24 καὶ διελθόντες τὴν Πισιδίαν, ἦλθον εἰς Παμφυλίαν.

Antiochia. Suprà 13. a. 1.

Ac Pergæ loquuti *Dei* sermonem, descenderunt Attaliam.

25 καὶ λαλήσαντες ἐν Πέργῃ τὸν λόγον, κατέβησαν εἰς Ἀτταλείαν,

Et illinc abnauigarunt Antiochiã, unde fuerant commendati gratiæ Dei in opus quod expleuerant.

26 κἀκεῖθεν ἀπέπλευσαν εἰς Ἀντιόχειαν, ὁθεν ἦσαν παραδεδομένοι τῇ χάριτι τοῦ θεοῦ, εἰς τὸ ἔργον ὃ ἐπλήρωσαν.

14 Diruptis palliis διαῤῥήξαντες τὰ ἱμάτια. Vide Matth. 26. g. 65. 15 Ab istis uanis ἀπὸ τούτων τῶν ματαίων Aut θεῶν subaudiendum est ἀπὸ τοιούτων, aut ex Hebræorum more idola uocat τὰ ματαια, id est ut illi loquuntur, הבלים. 16 Suis ipsarum uiis amb. πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν. Heb. בדרכיהם, id est ex arbitrio suo uiuere: nulla scilicet ipsis præscripta ratione religionis. Nam Hebræorum more, Ambulare possit pro uiuere, & uiam pro Vitæ ratione. 18 Ne sacrificaret ipsis. τοῦ μὴ θύειν αὐτοῖς. In quatuor codicibus additum erat, ἀλλὰ πορεύεσθαι ἕκαστον εἰς τὰ ἴδια. Διατρεβόντων δὲ αὐτῶν καὶ διδασκόντων ἐπῆλθον, &c. Id est, sed unusquisque domum suam abiret. Ipsis autem *illic* uersantibus ac docentibus, superuenerunt ab Antiochia, &c. 19 Qui persuasa turba. καὶ πείσαντες τοὺς ὄχλους. In iisdem quatuor exemplaribus scriptum legimus, καὶ διαλεγομένων αὐτῶν παῤῥησίᾳ, ἀνέπεισαν τοὺς ὄχλους ἀποστῆναι ἀπ' αὐτῶν, λέγοντες ὅτι οὐδὲν ἀληθὲς λέγουσιν, ἀλλὰ πάντα ψεύδονται. id est quúmque illi liberè disputarent, persuaserunt turbæ ut ab iis deficeret, quòd dicerent eos nihil ueri dicere, sed in omnibus mentiri. 23 Per suffragia creass. χειροτονήσαντες, Ortum est hoc uerbum ex Græcorum consuetudine, qui porrectis manibus suffragia ferebant. Vnde illud Ciceronis pro L. Flacco, Porrexerunt manus: pestissima natum est. Est autem notanda uis huius uerbi, ut Paulum ac Barnabam sciamus nihil priuato arbitrio gessisse, nec ullam in Ecclesia exercuisse tyrannidem: nihil deniq; tale fecisse, quale hodie uel Romana illa meretrix, uel ipsius assectæ, quos ordinarios uocant. 25 *Dei* sermonem, τὸν λόγον, In tribus codicibus diserte additur τοῦ κυρίου, quod expressimus, ut magis esset perspicua oratio. Attaliam. εἰς Ἀτταλίαν. Ridiculum est quod in quibusdam Latinis codicibus pro Attaliam legitur Italiam. magis excusanda est eorum imperitia qui Mattaliam scripserunt, in nomine tantùm decepti. Est autem Attalia urbs Pamphyliæ maritima, Lyciæ finibus proxima: ideóque apud Stephanum Lyciæ attributa. Nam in Græco Stephano corrupte excusum est Λυκίας pro Λυκίας. quem crassissimum errorẽ miror non fuisse ab Erasmo animaduersum, quum Lydiæ littora ad Occidentem expolita mari AEgæo, non paruo tract u absint à Lycia ac Pamphylia in Meridiem obuersis. 26 Antiochiam εἰς Ἀντιόχειαν, Græca scholia legunt εἰς Μίλητον, Miletum, sed perperam, ut illic etiam est annotatum.

27 Per ipsos

παραγενόμενοι δὲ, καὶ συναγαγόντες τὴν 27 Quum autem affuissent & coëgissent Ecclesiam, retulerunt quæcunque fecisset Deus per ipsos, & quòd aperuisset Gentibus ostium fidei.

Ostium fidei aperuisset Gentibus.

ἐκκλησίαν, ἀνήγγειλαν ὅσα ἐποίησεν ὁ θεὸς μετ' αὐτῶν, καὶ ὅτι ἤνοιξε τοῖς ἔθνεσι θύραν πίστεως.

διέτριβον δὲ οὐκ ὀλίγον χρόνον σὺν τοῖς μα 28 Consumpserúntque illic multum tempus cum discipulis.
θηταῖς.

ΚΕΦ. ιε.

CAP. XV.

Καὶ τινες κατελθόντες ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας, ἐδί- 1 Porrò quidam qui descenderant à Iudæa, docebant fratres *dicentes*, Nisi circuncidamini ritu Mosis, non potestis seruari.

Falsi fratres docentes circunctionem necessariã Christianis. Galat. 5. a. 1.

δασκον τοὺς ἀδελφοὺς ὅτι ἐὰν μὴ περιτέμνησθε τῷ ἔθει Μωϋσέως, οὐ δύνασθε σωθῆναι.

γενομένης οὖν στάσεως καὶ συζητήσεως οὐκ ὀλί- 2 Orta igitur seditione ac disceptatione non exigua Paulo ac Barnabæ aduersus illos, statuerunt ut ascenderent Paulus & Barnabas, & quidam alij ex illis, ad Apostolos ac Presbyteros Ierosolymam, *percontaturi* de hac quæstione.

γους τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Βαρνάβᾳ πρὸς αὐτοὺς, ἔταξαν ἀναβαίνειν Παῦλον καὶ Βαρνάβαν, καί τινας ἄλλους ἐξ αὐτῶν, πρὸς τοὺς ἀποστόλους καὶ πρεσβυτέρους εἰς Ἱερουσαλήμ, περὶ τοῦ ζητήματος τούτου.

οἱ μὲν οὖν προπεμφθέντες ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας 3 Illi ergo missi ab Ecclesia, peragrarunt Phœnicem & Samariam, exponentes conuersionẽ Gentium: & adferebant gaudium magnum omnibus fratribus.

διήρχοντο τὴν Φοινίκην καὶ Σαμάρειαν, ἐκδιηγούμενοι τὴν ἐπιστροφὴν τῶν ἐθνῶν, καὶ ἐποίουν χαρὰν μεγάλην πᾶσι τοῖς ἀδελφοῖς.

B παραγενόμενοι δὲ εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἀπεδέ- 4 Quum autem affuissent in Ierusalem, accepti sunt ab Ecclesia & ab Apostolis ac Presbyteris, annuntiauerúntque quæcunque Deus fecisset per ipsos.

χθησαν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας καὶ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν πρεσβυτέρων, ἀνήγγειλάν τε ὅσα ὁ θεὸς ἐποίησε μετ' αὐτῶν.

ἐξανέστησαν δέ τινες τῶν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως τῶν 5 Sed, *agebant*, quidam surrexerunt è secta Pharisæorum qui crediderunt, dicentes quòd oporteret circuncidere eos, ac mandare seruandam Legem Mosis.

Φαρισαίων πεπιστευκότες, λέγοντες ὅτι δεῖ περιτέμνειν αὐτοὺς, παραγγέλλειν τε τηρεῖν τόν νόμον Μωϋσέως.

συνήχθησαν δὲ οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι 6 Coacti sunt igitur Apostoli, ac Presbyteri ut despicerent de hoc negotio.

ἰδεῖν περὶ τοῦ λόγου τούτου.

πολλῆς δὲ συζητήσεως γενομένης, ἀναστὰς Πέ- 7 Quum autem magna disceptatio fuisset, surgens, Petrus dixit ad eos, Viri fratres, uos scitis quod iampridem Deus inter nos elegit *me*, ut per os meum audirent Gentes uerbum Euangelij, crederéntque.

Petri oratio ad Apostolos. Gentes à Deo electas. Supra 10. c. 30 & 11. b. 13.

τρος εἶπε πρὸς αὐτούς· ἄνδρες ἀδελφοί, ὑμεῖς ἐπίστασθε ὅτι ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων ὁ θεὸς ἐν ἡμῖν ἐξελέξατο, διὰ τοῦ στόματός μου ἀκοῦσαι τὰ ἔθνη τὸν λόγον τοῦ εὐαγγελίου, καὶ πιστεῦσαι.

καὶ ὁ καρδιογνώστης θεὸς ἐμαρτύρησεν αὐ- 28 Deus autẽ qui nouit corda reddidit eis testi

27 Per ipsos, *μετ' αὐτῶν*; Heb. בהם. Neque enim *μετὰ* hoc loco proprie declarat *σὺν*, sed potius *διὰ*, id est causam instrumentalem, cui solent Hebræi præpositiones adiungere, ut supra 13. c. 17, & infrà 15. a. 4. Vulg. & Erasm. cũ illis.

C

IN CAPVT XV.

1 Quidam *τινες* Nempe Cerinthus cum suis, si credimus Epiphanio *κατὰ παρεμβιανῶν*. 5 Sed *agebant*: & *ἐξανέστησαν δὲ τινες τῶν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως*, &c. Hunc locum uideo omnes perinde interpretari, acsi essent uerba Lucæ, quasi quum suam expeditionem narrarent Paulus ac Barnabas, insurrexerint qui Circuncisionem urgerent. quod mihi non sit admodum probabile: sed potius illos, exposita sua expeditione, subiecisse controuersiam illam Antiochiæ excitatam, cuius causa ipsi Ierosolymam uenerant. Puto igitur esse illorum uerba, non Lucæ: ideóque addidi uerbum, aiebãt, ut ostenderem transitionem esse ab obliqua oratione ad rectam: cuius simile exemplum extat Luc. 5. c. 14 & 7. a. 4. & 5. Sed & apud disertos scriptores huiusmodi eclipsis in narrationibus eleganter usurpatur. Sic enim Cæsar, Coniurationẽ nobilitas fecit, & ciuitati persuasit ut de finibus suis cum omnibus copijs exirent: perfacile esse', quum uirtute omnibus præstarent, totius Galliæ imperio potiri, Pro dixit enim perfacile esse: quod quidem dicendi genus innumerabilibus penè locis apud Titum Liuium inuenias. 7 Iam pridem *ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων* Heb. מימי קדמים pro quo Vulg. & Eras. habent ad uerbũ, à diebus antiquis, quo genere dicendi significatur plerunque tempus antiquissimũ, ut Deut. 4. c. 32, & 32. a. 7. hic autẽ designat quæ nõ ita multo post Stephani mortem acciderant, id est (quantum possum ex Epistola ad Galatas conijcere) ab annis circiter tredecim. Inter nos *ἐν ἡμῖν* Heb. בנו, pro בקרבנו ex nobis, seu לבינינו ex medio nostri, id est ex hoc nostro cœtu. Ponitur enim sæpe ב, id est in, pro בין uel בתוך: ut 1. Paral. 11. e. 20. nisi malimus interpretari *ἐν ἡμῖν*, nos, ut Petrus plurali numero de se loquatur. Nam sic construitur apud Hebræos uerbum בחר Nonnulli ad loci ac personarum circunstantiam referunt: quasi hoc pertineat ad *ἔθνη* uel ad uerbum *ἀκοῦσαι* ut sit hic sensus, Deus elegit ut per me Gentes audirent uerbum Dei inter nos: uel, ut Gentes quæ inter nos sunt, ex me uerbum Dei intelligerẽt: sed hæc traiectio dura est, neque (ut opinor) ullo modo necessaria. Quidam etiam exponunt Inter nos, præsentibus, seu testibus nobis: quæ sententia ut conueniret, uidetur potius dicendum fuisse *ἐν ὑμῖν* inter nos. Ego puto interpretationem illam quam sequutus sum, simplicissimam ac uerissimam esse. Perinde enim est acsi diceret Petrus, Quid tam longa disceptatione opus est, non uerebor de meipso dicere quod uerum esse omnes nostis, me sulcet ex hoc nostro cœtu ac numero delectum esse à Deo, ex cuius ore Gentes intelligerent & amplecterentur Euangelicam doctrinam. Itaque quum inter nos, siue Ex nobis, dicit Petrus, XII Apostolorum cœtum intelligit, qui uidentur peculiariter ad eum diem fuisse circuncisioni destinati: sicut Paulus Gentibus, eo duntaxat excepto quod Petrus primitias Gentium obtulit Deo. Quamobrem distributionem illam prouinciarum mundi inter duodecim Apostolos factam, cuius memminerunt ueteres, puto uel maxima ex parte ex ingeniorum curiositate natam, uel certè Iudæorum causa fuisse institutam, aut certè factam post Hierosolymitanam hãc Synodum, quum iam passim Gentes in regnum Dei irrumperent. Elegit *με, ἐξελέξατο*, id est habito inter nos delectu uoluit. Nam *ἐκλέγεσθαι* ponitur hoc loco *ἀμετα βάτως* quod necui scrupulum moueret, supplemus pronomen, sententia nihil immutata.

Spiritus sanctus

monium, dato ipsis Spiritu sancto, sicut & nobis.

Fides purificans corda.

Nihilque discreuit inter nos & illos, fide purificatis cordibus illorum.

Supra 10.g. 43.

Nunc ergo quid tentatis Deum, ut imponat iugum super ceruicem discipulorũ, quod

1.Cor.1.a.1.

Matth.23.a.4.

neq; patres nostri, neq; nos portare potuimus?

Iugum Legis.

Gratia. Salus.

Sed per gratiam Domini Iesu Christi credimus nos seruatum iri, quemadmodum & illi.

Tacuit autem tota multitudo, & audiebant Barnabã ac Paulum, exponẽtes quæ Deus edidisset signa & prodigia inter Gentes per ipsos.

Iacobi oratio ad Apostolos.

Postquam autem conticuissent, respondit Iacobus dicens, Viri fratres, audite me.

Symeon exposuit quomodo primùm Deus respexerit *Gentes* ut sumeret ex ipsis populũ nomini suo:

Et huic *rei* consonant uerba Prophetarum: sicut scriptum est,

Prophetia de Gentibus saluandis.

Post hæc reuertar, ac reædificabo tabernaculum Dauid collapsum: & ruinas eius reædificabo, ac rursus erigam illud:

Vt requirant qui reliqui sunt homines, Dominum, & omnes Gentes super quas inuocatum est nomen meum: dicit Dominus, qui facit hæc omnia.

Nota ab *omni*æuo sunt Deo omnia opera sua.

Quamobrem ego censeo non obturbandũ esse illis qui ex Gentibus cõuertuntur ad Deũ:

Sed scribendũ ad eos ut abstineant à pollutionibus idolorum, & scortatione, & suffocato, & sanguine.

Lex Moysi Sabbatis lecta.

Moses enim abætatibus antiquis in singulis ciuitatibus habet qui ipsum prædicent, quum in synagogis per singula sabbatha legatur.

Tunc placuit Apostolis & Senioribus cum

τοῖς, δοὺς αὐτοῖς πνεῦμα τὸ ἅγιον, καθὼς καὶ A
ἡμῖν·

καὶ οὐδὲν διέκρινε μεταξὺ ἡμῶν τε καὶ αὐτῶν, τῇ 9
πίστει καθαρίσας τὰς καρδίας αὐτῶν.

νῦν οὖν τί πειράζετε τὸν θεόν, ἐπιθεῖναι ζυγὸν 10
ἐπὶ τὸν τράχηλον τῶν μαθητῶν, ὃν οὔτε οἱ πατέρες ἡ-
μῶν, οὔτε ἡμεῖς ἰσχύσαμεν βαστάσαι;

ἀλλὰ διὰ τῆς χάριτος τοῦ κυρίου ἰησοῦ πι- 11
στεύομεν σωθῆναι, καθ' ὃν τρόπον κἀκεῖνοι.

ἐσίγησε δὲ πᾶν τὸ πλῆθος, καὶ ἤκουον βαρνα- 12
βᾶ καὶ παύλου ἐξηγουμένων ὅσα ἐποίησεν ὁ θεὸς
σημεῖα καὶ τέρατα ἐν τοῖς ἔθνεσι διὰ αὐτοῦ.

μετὰ δὲ τὸ σιγῆσαι αὐτοὺς, ἀπεκρίθη ἰάκωβος, 13
λέγων· ἄνδρες ἀδελφοί, ἀκούσατέ μου.

συμεὼν ἐξηγήσατο καθὼς πρῶτον ὁ θεὸς 14
ἐπεσκέψατο λαβεῖν ἐξ ἐθνῶν λαὸν τῷ ὀνό-
ματι αὐτοῦ,

καὶ τούτῳ συμφωνοῦσιν οἱ λόγοι τῶν προφητῶν, 15
καθὼς γέγραπται· B

μετὰ ταῦτα ἀναστρέψω, καὶ ἀνοικοδομήσω τὴν 16
σκηνὴν δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν, καὶ τὰ κατεσκαμ-
μένα αὐτῆς ἀνοικοδομήσω, καὶ ἀνορθώσω αὐτήν,

ὅπως ἂν ἐκζητήσωσιν οἱ κατάλοιποι τῶν ἀν- 17
θρώπων τὸν κύριον, καὶ πάντα τὰ ἔθνη, ἐφ' οὓς
ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτοὺς, λέγει κύριος
ὁ ποιῶν ταῦτα πάντα.

γνωστὰ ἀπ' αἰῶνός ἐστι τῷ θεῷ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ. 18

διὸ ἐγὼ κρίνω, μὴ παρενοχλεῖν τοῖς ἀπὸ τῶν 19
ἐθνῶν ἐπιστρέφουσι τῷ θεῷ,

ἀλλὰ ἐπιστεῖλαι αὐτοῖς τοῦ ἀπέχεσθαι τῶν ἀ- 20
λισγημάτων τῶν εἰδώλων, καὶ τῆς πορνείας, καὶ τοῦ
πνικτοῦ, καὶ τοῦ αἵματος.

μωσῆς γὰρ ἐκ γενεῶν ἀρχαίων κατὰ πόλιν τοὺς 21
κηρύσσοντας αὐτὸν ἔχει, ἐν ταῖς συναγωγαῖς κατὰ
πᾶν σάββατον ἀναγινωσκόμενος.

τότε ἔδοξε τοῖς ἀποστόλοις καὶ τοῖς πρεσβυτέ- C

14 Symeon *συμεὼν* Heb. שִׁמְעוֹן sicut etiam pleraque exemplaria scriptum habent 2.Pet.1.a.1: quum aliis omnibus locis dicatur *σιμὼν* שִׁמְעוֹן Simon. Sed uidetur à Græcis Simon pro Simeon corruptè dici, propterea quòd literam gutturalem non possint exprimere. Neque enim duo illa Hebræa idem nomen declarare facile concesserim. Ex ipsis *ἐξ ἐθνῶν* Antecedẽs priore loco omissum, positum est in posteriore, relatiui loco, ex Hebræorum idiotismo: quem si obserues, obscurior fiet oratio. Nomini suo. *ἐπὶ τῷ ἐπικλῆσαι αὐτὸ* Heb. לִשְׁמוֹ Est autem *περιφραστικῶς* dictum Nomini suo, pro Sibi: aut huc respexit Iacobus, quòd sancti à Christo cognominentur Christiani.

17 Vt requirant *ὅπως ἂν ἐκζητήσωσιν* Hebræa ueritas habet: ut possideant reliquias Edom. Sed idem sensus est, quum eos demum possideat Ecclesia qui Dominum requirunt. Videntur autem Græci interpretes pro אֲרִיתִ legisse אֲרַתִ Nonnulla præterea omissa sunt quæ in Græca editione extant: sed ita tamen ut de sententia ipsa nihil detraxerit Lucas.

18 Nota sunt, &c. *γνωστὰ*, &c. Complutensis editio legit *ἀπ' ἐσχάτου γνωστὰ ἀπ' αἰῶνος αὐτῷ*, id est quæ sunt ei nota ab æterno, siue ab omni æuo. Nam *αἰὼν* id est עוֹלָם, hoc loco ita oportet explicare.

19 Censeo *κρίνω* Vulg. Iudico, quod nimium uideri possit imperiosum, nisi addas *τὸ κατ' ἐμέ*, id est quod ad me attinet, ut apparet legisse Irenæum lib.3.cap.12. 20 A pollutionibus idol. *ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων*, Vel à sacrificiis seu conuiuijs quæ in idolorum templis agitabantur. Intelligit enim idolothyta, ut liquet ex adiuncta epistola, & *τὸ ἀσφυκτον* etiam declarat *τὸ ἐγκάτιον*. Irenæi interpres habet, à uanitatibus. Et sanguine *καὶ τῶν αἱμάτων*. In duobus codicibus & apud Irenæum additur *καὶ ὅσα αὐ μὴ θέλουσιν αὐτοῖς γίνεσθαι, ἑτέροις μὴ ποιεῖν*, id est & quæcunq; sibi nolint fieri, alijs ne faciant. Idque etiam paulo post in Epistola ipsa Synodi eodem loco rursus adscriptum inuenimus, non tantùm in duobus illis exemplaribus, sed & in editione Coplutensi. Apud Irenæum tamen nulla fit mentio suffocati, & à Græcis additum fuisse dicit Ambrosius, scribens in caput secundum ad Galatas.

24 Quibus *hoc*, &c. *οἷς διετεθειμεθα*. Notandum est hoc pertinere ad uerbum *ἐτάραξαν*, non autem ad participium *λέγοντες*. Sed hæc omnia *λέγοντες περιτέμνεσθαι καὶ τηρεῖν τὸν νόμον*, in Vetere editione non leguntur. Apud Irenæum autem subiunctuntur post *ψυχὰς ὑμῶν*. 29 Bene agetis. *εὖ πράξετε*. Irenæi interpres addit, ambulantes in Spiritu sancto *περιπατοῦντες ἐν πνεύματι ἁγίῳ*. 32 Adhortati sunt *παρεκάλεσαν* Vel, consolati sunt, ut etiam in superiore uersiculo *παράκλησιν* possumus interpretari Consolationem, uel Adhortationem. 33 Cum pace *μετ' εἰρήνης* Heb. בְּשָׁלוֹם, id est fratribus bene illis precantibus, & cum bona Ecclesiæ uenia. Hæc autem refero non ad illorum profectionem, sed dimissionem: ne cogantur sy necdochen hîc constituere. Venit ergo uterque discedendi ueniam petiturus ab Ecclesiâ, quæ quum eos benigne à se dimisisset, & iam profecturi uiderentur, Silas tamen mansit Antiochiæ, certis de causis nimirum mutato consilio, quanuis illas Paulus non explicet.

A ροις, σὺν ὅλῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐκλεξαμένους ἄνδρας ἐξ αὐτῶν πέμψαι εἰς Ἀντιόχειαν σὺν τῷ Παύλῳ καὶ Βαρνάβᾳ, Ἰούδαν τὸν ἐπικαλούμενον Βαρσαβᾶν, καὶ Σίλαν ἄνδρας ἡγουμένους ἐν τοῖς ἀδελφοῖς.

23 Γράψαντες διὰ χειρὸς αὐτῶν τάδε· οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ ἀδελφοὶ, τοῖς κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ Συρίαν καὶ Κιλικίαν ἀδελφοῖς τοῖς ἐξ ἐθνῶν, χαίρειν.

24 Ἐπειδὴ ἠκούσαμεν ὅτι τινὲς ἐξ ἡμῶν ἐξελθόντες ἐτάραξαν ὑμᾶς λόγοις, ἀνασκευάζοντες τὰς ψυχὰς ὑμῶν, λέγοντες περιτέμνεσθαι, καὶ τηρεῖν τὸν νόμον, οἷς οὐ διεστειλάμεθα.

25 ἔδοξεν ἡμῖν γενομένοις ὁμοθυμαδὸν, ἐκλεξαμένους ἄνδρας πέμψαι πρὸς ὑμᾶς, σὺν τοῖς ἀγαπητοῖς ἡμῶν Βαρνάβᾳ καὶ Παύλῳ,

26 ἀνθρώποις παραδεδωκόσι τὰς ψυχὰς αὐτῶν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

27 ἀπεστάλκαμεν οὖν Ἰούδαν καὶ Σίλαν, καὶ αὐτοὺς διὰ λόγου ἀπαγγέλλοντας τὰ αὐτά.

28 ἔδοξε γὰρ τῷ ἁγίῳ πνεύματι καὶ ἡμῖν, μηδὲν
B πλεῖον ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν βάρος, πλὴν τῶν ἐπάναγκες τούτων,

29 ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων καὶ αἵματος καὶ πνικτῶν καὶ πορνείας, ἐξ ὧν διατηροῦντες ἑαυτοὺς, εὖ πράξετε. ἐῤῥῶσθε.

30 οἱ μὲν οὖν ἀπολυθέντες, ἦλθον εἰς Ἀντιόχειαν, καὶ συναγαγόντες τὸ πλῆθος, ἐπέδωκαν τὴν ἐπιστολήν.

31 ἀναγνόντες δὲ, ἐχάρησαν ἐπὶ τῇ παρακλήσει.

32 Ἰούδας τε καὶ Σίλας, καὶ αὐτοὶ προφῆται ὄντες, διὰ λόγου πολλοῦ παρεκάλεσαν τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ ἐπεστήριξαν.

33 ποιήσαντες δὲ χρόνον, ἀπελύθησαν μετ' εἰρήνης ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν πρὸς τοὺς ἀποστόλους.

34 ἔδοξε δὲ τῷ Σίλᾳ ἐπιμεῖναι αὐτοῦ.

C 35 Παῦλος δὲ καὶ Βαρνάβας διέτριβον ἐν Ἀντιοχείᾳ, διδάσκοντες καὶ εὐαγγελιζόμενοι, μετὰ καὶ ἑτέρων πολλῶν, τὸν λόγον τοῦ κυρίου.

36 μετὰ δέ τινας ἡμέρας εἶπε πρὸς Βαρνάβαν Παῦλος· ἐπιστρέψαντες δὴ ἐπισκεψώμεθα τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν κατὰ πᾶσαν πόλιν, ἐν αἷς κατηγείλαμεν τὸν λόγον τοῦ κυρίου, πῶς ἔχουσι.

37 Βαρνάβας δὲ ἐβουλεύσατο συμπαραλαβεῖν τὸν Ἰωάννην τὸν καλούμενον Μάρκον.

38 Παῦλος δὲ ἠξίου, τὸν ἀποστάντα ἀπ' αὐτῶν ἀπὸ Παμφυλίας, καὶ μὴ συνελθόντα αὐτοῖς εἰς τὸ ἔργον, μὴ συμπαραλαβεῖν τοῦτον.

39 ἐγένετο οὖν παροξυσμὸς, ὥστε ἀποχωρισθῆναι αὐτοὺς

tota Ecclesia, delectos ex sese uiros mittere Antiochiam cum Paulo & Barnaba: nempe Iudã qui cognominabatur Barsabas, & Sliam, uiros primarios inter fratres,

23 Et ista per manus eorum *mittenda* scribere, Apostoli & Presbyteri & frares, iis qui sunt Antiochiæ & in Syria & in Cilicia fratribus qui *sunt* ex Gentibus, salutem. *Littera Apostolorum.*

24 Quoniam audiuimus quòd quidã è nobis egressi turbauerunt uos uerbis, labefactantes animas uestras, iubẽtes *uos* circuncidi, & seruare Legem, quibus *hoc* non imperaueramus:

25 Visum est nobis cõcorditer coactis, electos uiros mittere ad uos cum dilectis nostris Barnaba & Paulo,

26 Hominibus qui exposuerunt animas suas pro nomine Domini nostri Iesu Christi.

27 Misimus ergo Iudam & Silam, qui & ipsi uobis uerbis eadem renuntiabunt.

28 Visum est enim Spiritui sancto ac nobis, nequid amplius imponeremus uobis oneris, quàm hæc necessaria:

29 *Videlicet* ut abstineatis ab his quæ sunt immolata simulachris, & sanguine, & suffocato, & scortatione: à quibus si conseruaueritis uosipsos, bene agetis. Valete.

30 Illi igitur dimissi, uenerunt Antiochiam: & coacta multitudine reddiderunt epistolam.

31 Quam quum legissent, gauisi sunt super cõsolatione.

32 Iudas autem & Silas, quũ essent & ipsi Prophetæ, multo sermone adhortati sunt fratres, ac confirmarunt. *Prophetæ.*

33 Et quum egissent *illic* aliquãdiu, dimissi sunt cum pace à fratribus ad Apostolos,

34 Sed uisum est Silæ manere ibi.

35 Paulus quoque & Barnabas cõmorati sunt Antiochiæ, docentes & Euangelizantes cum aliis etiam multis sermonem Domini.

36 Post aliquot autẽ dies dixit ad Barnabam Paulus, Reuersi iam inuisamus fratres nostros per omnes ciuitates in quibus annuntiauimus sermonem Domini, *cognituri* quomodo habeãt.

37 Barnabas autem cõsuluit ut assumerent secum Iohannem, qui uocabatur Marcus.

38 Paulus autem æquum non censebat, eum secum assumere qui defecisset ab ipsis ex Pamphylia, nec eorum comes in illo opere fuisset.

39 Sic igitur sunt exacerbati, ut alter ab altero ab-

35 Paulus quoque Παῦλος δὲ Si cum Vetere interprete & Erasmo conuertas: Paulus autem, ista non admodum uidebuntur cohærere. Sed si præcedenti uersiculo adieceris quod in uno codice scriptum inuenimus, pulchrè omnia cohærebunt: ista scilicet μόνοι δὲ Ἰούδας ἐκορεύθη, Solus uerò Iudas profectus est. 36 *Cognituri* quomodo habeãt. πῶς ἔχουσι Suppleui, ut rudioribus consulerẽ, quod prætermissum reddebat sententiã obscuriorẽ: quanuis in cõmuni sermone multa eiusmodi soleant usurpari. Sic Dido apud Virgilium, -equidem per littora certos Dimittam, & Libyæ lustrare exrrema iubebo, Siquibus eiectus syluis aut urbibus errat. 37 Consuluit ἐβουλεύσατο In duobus codicibus legimus ἐβάλετο uolebat, & quidem rectius, ut opinor. 38 Aequum non censebat, secũ assumere ὃν ἠξίου συμπαραλαβεῖν Vulg. rogabat non debere recipi, barbare & obscurè. Eras. nolebat ut adiungeretur: quod durius quiddam declarat. 39 Sic igitur sunt exacerbati, ἐγένετο οὖν παροξυσμὸς, Vel, Tanta igitur fuit animorum exacerbatio. Vulgata maluit παροξυσμὸν uertere Dissensionem, non satis expresse: quo nomine quum meritò reprehendatur ab Erasmo, miror cur Acrem disceptationem maluerit interpretari. Nam mihi quidem hoc uidetur magis etiam dilutum quàm illud.

IN CA-

scederet: & Barnabas assumpto Marco nauigaret Cyprum.

Paulus uerò allecto Sila abiit, commẽdatus gratiæ Dei à fratribus.

Peragrauítque Syriam ac Ciliciam, confirmans Ecclesias.

CAP. XVI.

Rom.16. c.21. Philip. 1.c. 19. 1.Thess.3, a.2.

DEuenit autem Derben & Lystrã: & ecce, discipulus quidam erat illic nomine Timotheus, filius mulieris cuiusdam Iudææ fidelis, cæterum patre Græco.

Hic ornabatur testimonio fratrum qui Lystris erant & Iconij.

Eum *itaque* uoluit Paulus secum proficisci: & assumptũ circũcidit eum propter Iudæos qui erant in illis locis: sciebant enim omnes patrẽ eius Græcum esse.

Peragrantes autem urbes tradebant eis seruanda placita, quæ fuerant decreta ab Apostolis & Presbyteris qui erant Ierosolymis.

Itaque Ecclesiæ confirmabantur fide, & abundabant numero quotidie.

Fides.

Peragrata uerò Phrygia & Galatica regione, prohibiti à Spiritu sancto loqui sermonẽ in Asia,

In Asia notatur Paulus à Spiritu euangelizare.

Quum uenissent in Mysiam, tentabant ire in Bithyniam: sed non permisit eis Spiritus.

Præterita autẽ Mysia, descenderũt Troada.

Et uisio per noctem Paulo uisa est, Vir Macedo quidam aderat stans & precans eum, ac dicens, Traiice in Macedoniam, & succurre nobis.

Visio Pauli ut Macedonibus euangelizaret.

Vt autem uisum uidit, statim studuimus abire in Macedoniam, coniicientes quòd uocasset nos Dominus ad euangelizandum eis.

Profecti igitur Troade, rectũ cursum tenuimus Samothracen, & sequenti die Neapolim,

Et illinc Philippos, quæ est prima partis Macedoniæ urbs, colonia. consumpsimus autem in ea urbe aliquot dies.

Et die sabbathi egressi sumus ex urbe iuxta flumen, ubi solebat esse precatio: ubi quum consedissemus, alloquuti sumus mulieres quæ conuenerant.

Mulieribus Euangelizat Paulus.

Quædam autem mulier nomine Lydia,

Lydia baptizatur.

ἀπ' ἀλλήλων, τόν τε Βαρνάβαν παραλαβόντα τὸν Μάρκον, ἐκπλεῦσαι εἰς Κύπρον.

40 Παῦλος δὲ ἐπιλεξάμενος Σίλαν, ἐξῆλθε, παραδοθεὶς τῇ χάριτι τοῦ θεοῦ ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν.

41 διήρχετο δὲ τὴν Συρίαν καὶ Κιλικίαν ἐπιστηρίζων τὰς ἐκκλησίας.

ΚΕΦ. ιϛ.

1 Κατήντησε δὲ εἰς Δέρβην καὶ Λύστραν, καὶ ἰδοὺ μαθητής τις ἦν ἐκεῖ, ὀνόματι Τιμόθεος, υἱὸς γυναικός τινος Ἰουδαίας πιστῆς, πατρὸς δὲ Ἕλληνος,

2 ὃς ἐμαρτυρεῖτο ὑπὸ τῶν ἐν Λύστροις καὶ Ἰκονίῳ ἀδελφῶν.

3 Τοῦτον ἠθέλησεν ὁ Παῦλος σὺν αὐτῷ ἐξελθεῖν, καὶ λαβὼν περιέτεμεν αὐτὸν, διὰ τοὺς Ἰουδαίους τοὺς ὄντας ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις. ᾔδεισαν γὰρ ἅπαντες τὸν πατέρα αὐτοῦ, ὅτι Ἕλλην ὑπῆρχεν.

4 Ὡς δὲ διεπορεύοντο τὰς πόλεις, παρεδίδοσαν αὐτοῖς φυλάσσειν τὰ δόγματα τὰ κεκριμένα ὑπὸ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν πρεσβυτέρων τῶν ἐν Ἱερουσαλήμ.

5 αἱ μὲν οὖν ἐκκλησίαι ἐστερεοῦντο τῇ πίστει, καὶ ἐπερίσσευον τῷ ἀριθμῷ καθ' ἡμέραν.

6 Διελθόντες δὲ τὴν Φρυγίαν, καὶ τὴν Γαλατικὴν χώραν, κωλυθέντες ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος, λαλῆσαι τὸν λόγον ἐν τῇ Ἀσίᾳ.

7 ἐλθόντες κατὰ τὴν Μυσίαν, ἐπείραζον εἰς τὴν Βιθυνίαν πορεύεσθαι· καὶ οὐκ εἴασεν αὐτοὺς τὸ πνεῦμα.

8 παρελθόντες δὲ τὴν Μυσίαν, κατέβησαν εἰς Τρωάδα.

9 καὶ ὅραμα διὰ τῆς νυκτὸς ὤφθη τῷ Παύλῳ· ἀνήρ τις Μακεδὼν ἦν ἑστὼς, παρακαλῶν αὐτὸν καὶ λέγων· διαβὰς εἰς Μακεδονίαν, βοήθησον ἡμῖν.

10 ὡς δὲ τὸ ὅραμα εἶδεν, εὐθέως ἐζητήσαμεν ἐξελθεῖν εἰς Μακεδονίαν, συμβιβάζοντες ὅτι προσκέκληται ἡμᾶς ὁ κύριος εὐαγγελίσασθαι αὐτούς.

11 ἀναχθέντες οὖν ἀπὸ Τρωάδος, εὐθυδρομήσαμεν εἰς Σαμοθρᾴκην· τῇ τε ὑστεραίᾳ εἰς Νεάπολιν.

12 κἀκεῖθεν εἰς Φιλίππους, ἥτις ἐστὶ πρώτη τῆς μερίδος Μακεδονίας πόλις, κολωνία. ἦμεν δὲ ἐν ταύτῃ τῇ πόλει διατρίβοντες ἡμέρας τινάς.

13 τῇ τε ἡμέρᾳ τῶν Σαββάτων ἐξήλθομεν ἔξω τῆς πόλεως παρὰ ποταμόν, οὗ ἐνομίζετο προσευχὴν εἶναι, καθίσαντες ἐλαλοῦμεν ταῖς συνελθούσαις γυναιξί.

14 καί τις γυνὴ ὀνόματι Λυδία, πορφυρόπωλις,

N CAPVT XVI.

4 Placita, Δόγματα uel, decreta: illa scilicet quorum antè facta est mentio. Neque enim Dogmatis appellatione doctrina ipsa intelligitur. 10 Coniicientes *συμβιβάζοντες* id est *συμβάλλοντες*, ut rectè exponit doctissimus Budæus: sed ita ut certam hanc coniecturam fuisse sciamus. alioquin accipitur hoc uerbum pro Rationes ac consilia conferre: ut 1. Corinth. 2. d. 16. Item pro componere & coagmentare: ut Ephes. 4. d. 16, & Coloss. 2. d. 19. denique pro Collatis rationibus aliquid pro certo docere ac comprobare: ut suprà 9. d. 22. qua significatione nõnulli etiam hunc locum declarant. Vulgata & Erasmus, certi facti, id est *πληροφορηθέντες*, aut certè *συμβιβασθέντες*.

11 Troade, *ἀπὸ τῆς Τρωάδος*, Erasmus urbem fuisse dicit eius nominis maritimam, quæ & Antigonia dicta fuerit: quod apud unum Plinium inuenio. Nam cæteri Troada non pro urbe, sed pro regione accipiũt. Fuit autem istius ciuitatis triplex nomen, nempe Troas, Antigonia, & Alexandria, cuius frequenter meminit Galenus, non autem illius AEgyptiæ. Neapolin: *εἰς Νεάπολιν*. Ridiculum est quod de Cariæ Neapoli quidam tradidit hoc loco, quum hæc manifestè appareat ad Neapolim illam pertinere quæ proxima est Philippis, in ipso scilicet Thraciæ ac Macedoniæ confinio.

13 Solebat *ἐνομίζετο* id est, ubi de more ac cõsuetudine haberi cõsueuerãt cõuentus. Vetus autẽ interpres deceptus huius uerbi uaria significatione, cõuertit Videbatur, id est *ἐδόκει*. 14 quæ purpuram uendebat *πορφυρόπωλις* id est *πορφυρόβαφα πωλοῦσα*. Ideo singulari numero dicere malui purpuram, nequis de purpuris piscibus agi putet.

16 Ancilla

A πόλεως βυσσείρων, σεβομένην τὸν θεὸν, ἤκουεν, ἧς ὁ κύριος διήνοιξε τὴν καρδίαν, προσέχειν τοῖς λαλουμένοις ὑπὸ τοῦ παύλου.

quæ purpuram uendebat in urbe Thyatirorũ, Deũ colẽs, *nos* audiuit: cuius Dominus aperuit cor ut attenderet iis quæ dicebantur à Paulo. *Aperire cor.*

ὡς δὲ ἐβαπτίσθη, καὶ ὁ οἶκος αὐτῆς, παρεκάλεσε, λέγουσα· εἰ κεκρίκατέ με πιστὴν τῷ κυρίῳ εἶναι, εἰσελθόντες εἰς τὸν οἶκόν μου, μείνατε. καὶ παρεβιάσατο ἡμᾶς.

15 Quum uerò baptizata esset, & domus eius, precata est, dicens, Si iudicastis me fidelẽ Domino esse, ingressi donum meam manete. Et adegit nos.

ἐγένετο δὲ πορευομένων ἡμῶν εἰς προσευχὴν, παιδίσκην τινὰ ἔχουσαν πνεῦμα πύθωνος ἀπαντῆσαι ἡμῖν, ἥτις ἐργασίαν πολλὴν παρεῖχε τοῖς κυρίοις αὐτῆς μαντευομένη.

16 Factũ est autẽ proficiscentibus nobis ad precationẽ, ut ancillula quædã habens spiritũ Pythonis, occurreret nobis: quæ quæstum magnum præbebat dominis suis, diuinando. *Pythonis spiritũ habet puella, ſa natur.*

αὕτη κατακολουθήσασα τῷ παύλῳ καὶ ἡμῖν, ἔκραζε, λέγουσα· οὗτοι οἱ ἄνθρωποι, δοῦλοι τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου εἰσὶν, οἵτινες καταγγέλλουσιν ἡμῖν ὁδὸν σωτηρίας.

17 Hæc subsequuta Paulum ac nos, clamabat, dicens, Isti homines, serui sunt Dei illius summi, qui annuntiant uobis uiam salutis. *Diuinare.*

τοῦτο δὲ ἐποίει ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας. διαπονηθεὶς δὲ ὁ παῦλος, καὶ ἐπιστρέψας, τῷ πνεύματι εἶπε· παραγγέλλω σοι ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ χριστοῦ ἐξελθεῖν ἀπ' αὐτῆς. καὶ ἐξῆλθεν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ.

18 Hoc autem faciebat multos dies. sed molestè ferens Paulus, & conuersus, spiritui dixit, Denuntio tibi per nomen Iesu Christi, ut exeas ab ea. Exiit igitur eodem illo momento.

ἰδόντες δὲ οἱ κύριοι αὐτῆς, ὅτι ἐξῆλθεν ἡ ἐλπὶς τῆς ἐργασίας αὐτῶν, ἐπιλαβόμενοι τὸν παῦλον καὶ τὸν σίλαν, εἵλκυσαν εἰς τὴν ἀγορὰν ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας.

B

19 Videntes autem domini eius quòd abiisset spes quæstus sui, apprehensum Paulum & Silam traxerunt in forum ad magistratus. *Paulus cum Sila ex ducitur, uirgis, & incarceratur.*

καὶ προσαγαγόντες αὐτοὺς στρατηγοῖς, εἶπον· οὗτοι οἱ ἄνθρωποι ἐκταράσσουσιν ἡμῶν τὴν πόλιν ἰουδαῖοι ὑπάρχοντες,

20 Et offerentes eos præfectis, dixerunt, Homines isti conturbant ciuitatem nostram, quum sint Iudæi:

καὶ καταγγέλλουσιν ἔθη, ἃ οὐκ ἔξεστιν ἡμῖν παραδέχεσθαι, οὐδὲ ποιεῖν, ῥωμαίοις οὖσι.

21 Et annuntiant ritus quos non licet nobis suscipere, neque usurpare, quum simus Romani.

καὶ συνεπέστη ὁ ὄχλος κατ' αὐτῶν· καὶ οἱ στρατηγοὶ περιρήξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια, ἐκέλευον ῥαβδίζειν·

22 Vnà autem insurrexit turba aduersus eos: ac præfecti diruptis eorum uestibus iusserunt *eos* uirgis cædi.

πολλάς τε ἐπιθέντες αὐτοῖς πληγὰς, ἔβαλον εἰς φυλακὴν, παραγγείλαντες τῷ δεσμοφύλακι, ἀσφαλῶς τηρεῖν αὐτούς.

23 Quúmq; multas plagas eis imposuissent, coniecerunt *eos* in carcerẽ, quum denuntiassent custodi carceris ut diligẽter asseruaret eos.

ὃς παραγγελίαν τοιαύτην εἰληφὼς, ἔβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν ἐσωτέραν φυλακὴν, καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον.

24 Qui quum tale mandatum accepisset, coniecit eos in interiorem carcerem, & pedes eorum adstrinxit in numella.

κατὰ δὲ τὸ μεσονύκτιον παῦλος καὶ σίλας προσευχόμενοι ὕμνουν τὸν θεὸν· ἐπηκροῶντο δὲ αὐτῶν οἱ δέσμιοι.

C

25 Media autem nocte orantes Paulus & Silas, hymnos canebant, & exaudiebant eos qui uincti erant. *Paulus & Sila laudat Deum in carcere.*

ἄφνω δὲ σεισμὸς ἐγένετο μέγας, ὥστε σαλευθῆναι τὰ θεμέλια τοῦ δεσμωτηρίου· ἀνεῳχθησάν τε παραχρῆμα αἱ θύραι πᾶσαι, καὶ παντῶν τὰ δεσμὰ ἀνέθη. *Terræmotus.*

26 Subitò uerò terræmotus factus est magnus, ita ut concuterentur fundamenta carceris: & illico aperta sunt omnia ostia, & omnium uincula remissa sunt.

ἔξυπνος δὲ γενόμενος ὁ δεσμοφύλαξ, καὶ ἰδὼν ἀνεῳγμένας τὰς θύρας τῆς φυλακῆς, σπασάμενος μάχαιραν, ἤμελλεν ἑαυτὸν ἀναιρεῖν, νομίζων ἐκπεφευγέναι τοὺς δεσμίους.

27 Experrectus autẽ custos carceris, quum uideret ianuas apertas carceris, extracto gladio erat seipsum interfecturus, existimans effugisse uinctos.

ἐφώνησε δὲ φωνῇ μεγάλῃ ὁ παῦλος, λέγων· μηδὲν πράξῃς σεαυτῷ κακὸν, ἅπαντες γὰρ ὧδε ἐσμεν ἐνθάδε.

28 Clamauit autem Paulus uoce magna, dicẽs, Nequid feceris tibiipsi mali, omnes enim hîc sumus. *Custos carceris Christo credit cũ tota familia.*

16 Ancillula quædã παιδίσκην τινὰ Vulgata, puella quædã. sed conditionẽ, non ætatẽ designari apparet ex eo quòd mox fiat mentio dominorum. 20 Præfectis, στρατηγοῖς, Vel prætoribus. Sic etiam Græci scriptores eos uocant quos Latini in prouincias missos prætores uocant. 22 Vnà autem insurrexit, καὶ συνεπέστη. Vulgata, Et currit, καὶ ἔδραμε. Eras. Et concurrit καὶ συνέδραμε. Diruptis eorum uestibus περιρήξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια. Erasmus, scissis uestibus suis. Est autem, inquit, anceps sermo utrum magistratus laceraiint Apostolorum tunicas, an suas ipsorum. Ego uerò nullam hîc uideo speciem ambiguitatis, & multo etiam magis miror, Erasmum eam opinionem esse amplexum quæ nullam ueri speciem habet. Virgis cædi. ῥαβδίζειν. Vide Marc. 14. 2. 65.

24 In numella. ἐν ξύλῳ. Vulgata & Erasmus, perobscure, in ligno. Neque uerò ξύλον hoc in loco lignum declarat, sed ligneæ machinæ genus, quod Latini numellam uocant: in qua (ut ait Nonius) & pedes & collum immittebant. Aristophanes, ἅτε φιμώσοντες τότε τῷ ξύλῳ τὸν αὐχένα Herodotus, ἐν ξύλῳ ἐδησαν.

Is uerò petito lumine, irrupit, ac tremefactus accidit Paulo & Silæ *ad pedes*.

Et productis ipsis foras, ait, Domini, quid me oportet facere ut seruer?

At illi dixerunt, Crede in Dominum Iesum Christum, & seruaberis tu ac domus tua.

Et loquuti sunt ei sermonem Domini, & omnibus qui erant in domo eius.

Baptismus. Lætitia per fidem.

Is uerò ipsis assumptis illa ipsa hora noctis, abluit plagas: & baptizatus est ipse, & omnes *domestici* illius illico.

Quúmque perduxisset eos domum suam, apposuit eis mensam: & exultauit quòd cum uniuersa domo sua credidisset Deo.

Die autem exorto, præfecti miserunt uiatores qui dicerent, Dimitte homines illos.

Renuntiauit autem custos carceris sermones hos Paulo, Miserunt, *inquit*, præfecti ut dimittamini: nuncigitur egressi, ite in pace.

Paulus Romanum se iactat in tempore.

Paulus autem dixit eis, Cæsos nos publicè, indicta causa, quum simus Romani, coniecerunt in carcerem, & nunc clàm nos eiiciunt? non profectò: sed ueniant ipsi, ac nos educanti

Renuntiarunt autem præfectis uiatores uerba hæc: timuerúntque audito quòd Romani essent.

Et uenientes, precati sunt eos: ac eductos rogarunt ut egrederentur ex urbe.

Egressi autem è carcere, introierunt ad Lydiam: & uisis fratribus, consolati sunt eos, & egressi sunt.

CAP. XVII.

Thessalonicensibus annunciat Paulus Iesum esse Christum.

QVum autem iter fecissent per Amphipolim & Apolloniã, uenerunt Thessalonicam, ubi erat synagoga Iudæorum.

Secundum cõsuetudinem autem *suam* Paulus introiuit ad eos, & per sabbatha tria disseruit *cum* eis ex Scripturis,

Adaperiens & proponens, oportuisse Christum pati, & resurgere à mortuis: & hunc esse Christũ Iesum, Quẽ ego, inquit, annũtio uobis.

29 αἰτήσας δὲ φῶτα, εἰσεπήδησε, καὶ ἔντρομος γενόμενος, προσέπεσε τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Σίλᾳ. A

30 καὶ προαγαγὼν αὐτοὺς ἔξω, ἔφη· κύριοι, τί με δεῖ ποιεῖν, ἵνα σωθῶ.

31 οἱ δὲ εἶπον· πίστευσον ἐπὶ τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, καὶ σωθήσῃ, σὺ καὶ ὁ οἶκός σου.

32 καὶ ἐλάλησαν αὐτῷ τὸν λόγον τοῦ κυρίου, καὶ πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ.

33 καὶ παραλαβὼν αὐτοὺς ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ τῆς νυκτὸς, ἔλουσεν ἀπὸ τῶν πληγῶν, καὶ ἐβαπτίσθη αὐτὸς καὶ οἱ αὐτοῦ πάντες παραχρῆμα.

34 ἀναγαγών τε αὐτοὺς εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, παρέθηκε τράπεζαν, καὶ ἠγαλλιάσατο, πανοικὶ πεπιστευκὼς τῷ θεῷ.

35 ἡμέρας δὲ γενομένης, ἀπέστειλαν οἱ στρατηγοὶ τοὺς ῥαβδούχους, λέγοντες. ἀπόλυσον τοὺς ἀνθρώπους ἐκείνους.

36 ἀπήγγειλε δὲ ὁ δεσμοφύλαξ τοὺς λόγους τούτους πρὸς τὸν Παῦλον· ὅτι ἀπέσταλκαν οἱ στρατηγοὶ, ἵνα ἀπολυθῆτε· νῦν οὖν ἐξελθόντες πορεύεσθε ἐν εἰρήνῃ. B

37 ὁ δὲ Παῦλος ἔφη πρὸς αὐτούς· δείραντες ἡμᾶς δημοσίᾳ, ἀκατακρίτους, ἀνθρώπους ῥωμαίους ὑπαρχοντας, ἔβαλον εἰς φυλακήν, καὶ νῦν λάθρᾳ ἡμᾶς ἐκβάλλουσιν; οὐ γάρ· ἀλλὰ ἐλθόντες αὐτοὶ, ἡμᾶς ἐξαγαγέτωσαν.

38 ἀνήγγειλαν δὲ οἱ ῥαβδοῦχοι τὰ ῥήματα τοῦτα. καὶ ἐφοβήθησαν ἀκούσαντες ὅτι Ῥωμαῖοί εἰσι.

39 καὶ ἐλθόντες παρεκάλεσαν αὐτοὺς· καὶ ἐξαγαγόντες, ἠρώτων ἐξελθεῖν τῆς πόλεως.

40 ἐξελθόντες δὲ ἐκ τῆς φυλακῆς, εἰσῆλθον εἰς τὴν Λυδίαν. καὶ ἰδόντες τοὺς ἀδελφοὺς, παρεκάλεσαν αὐτοὺς, καὶ ἐξῆλθον.

ΚΕΦ. ιζ.

1 Διοδεύσαντες δὲ τὴν Ἀμφίπολιν καὶ Ἀπολλωνίαν, ἦλθον εἰς Θεσσαλονίκην, ὅπου ἦν συναγωγὴ τῶν Ἰουδαίων.

2 κατὰ δὲ τὸ εἰωθὸς τῷ Παύλῳ εἰσῆλθε πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἐπὶ σάββατα τρία διελέγετο αὐτοῖς ἀπὸ τῶν γραφῶν, C

3 διανοίγων καὶ παρατιθέμενος ὅτι τὸν χριστὸν ἔδει παθεῖν, καὶ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν, καὶ ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ χριστὸς Ἰησοῦς, ὃν ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν.

35 Die autem exorto. ἡμέρας δὲ γενομένης, In uno codice additum legimus post hæc uerba σωθῆναι οἱ στρατηγοὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ εἰς τὴν ἀγορὰν, καὶ ἀναμνησθέντες τὸν σεισμὸν τὸν γεγονότα, ἐφοβήθησαν καὶ ἀπέστειλαν τοὺς ῥαβδούχους. id est, coierunt prætecti eodem loci in forũ, & recordati terræmotus qui factus fuerat, timuerunt, miserúntque uiatores, &c.

37 Non profectò. οὐ γάρ: Vulgata, non ita. Sic Virgilius lib. AEne. 2, Scilicet hæc Spartam incolumis patriásque Mycenas Aspiciet, partóque ibit regina triumpho? Et paulo pòst, Non ita: nanque etsi, &c. id est, ut uernaculo sermone dicimus, *Iù'n entrapa ainsi*. 38 Verba hæc: Τὰ ῥήματα ταῦτα. Ab hoc loco usque ad extremum caput comperimus mirã in quodam codice uarietatem, si uerba spectes. Sic enim scriptum habebat αὐτοὶ γὰρ οἱ ῥαβδοῦχοι ἀπήγγειλαν τοῖς στρατηγοῖς τὰ ῥήματα ταῦτα· οἱ δὲ ἀκούσαντες ὅτι Ῥωμαῖοί εἰσιν, ἐφοβήθησαν, καὶ παραγενόμενοι μετὰ φίλων πολλῶν εἰς τὸν φυλακὴν, παρεκάλεσαν αὐτοὺς ἐξελθεῖν, εἰπόντες, Ἠγνοήσαμεν γὰρ καθ' ὑμᾶς, ὅτε ἐφ' αὐθεντίᾳ ἀνθρώπους δικαίους. Καὶ ἐξαγαγόντες, παρεκάλεσαν αὐτοὺς, λέγοντες, Ἐκ τῆς πόλεως ταύτης ἐξέλθετε, μὴ ποτε πάλιν συστρέφωσιν ὑμῖν, ἐπιτιθέντες καθ' ὑμῶν. Ἐξελθόντες δὲ ἀπὸ τῆς φυλακῆς, ἦλθον πρὸς τὴν Λυδίαν, καὶ ἰδόντες τοὺς ἀδελφοὺς, διηγήσαντο ὅσα ἐποίησε κύριος αὐτοῖς, καὶ παρεκάλεσαν τοὺς αὐτούς. Id est, Viatores renuntiarunt præfectis hæc uerba quæ dixerant. Illi uerò quum audissent Romanos esse, timuerunt: & cum multis amicis uenientes in carcerem, precati sunt eos ut abirent, dicentes, Ignorauimus uestram conditionem, & quòd uiri iusti essetis. Deinde eductos ipsos precati sunt, dicentes, Exite ex hac urbe, ne rursus coeuntes clament aduersum uos. Egressi igitur ex carcere, uenerunt ad Lydiam, & uisis fratribus, narrabant quæ sibi fecisset Dominus, ipsos consolati. 40 Ad Lydiam εἰς τὴν Λυδίαν: Id est πρὸς τὴν Λυδίαν, ut etiam in nonnullis uetustis codicibus scriptum legimus. Ponitur tamen εἰς αὐτὶ τῦ πρὸς, etiam apud idoneos authores. App. εἰς σύλλαμψιν. Dem. ἀνέφερεν εἰς τὸν ἄρχοντα. Idem, εἰς ὑμᾶς λέγω.

IN CAPVT XVII.

2 Adaperiens διανοίγων Hebraicè פתרה id est declarans & explicans, unde פתח declaratione, Psal. 119, uersu 130.

4 Consociati

A καὶ τινες ἐξ αὐτῶν ἐπείσθησαν, καὶ προσεκλη- 4
ρώθησαν τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Σίλᾳ, τῶν τε σεβομένων Ἑλλήνων πολὺ πλῆθος, γυναικῶν τε τῶν πρώτων οὐκ ὀλίγαι.

Ζηλώσαντες δὲ οἱ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι, καὶ 5
προσλαβόμενοι τῶν ἀγοραίων τινὰς ἄνδρας πονηροὺς, καὶ ὀχλοποιήσαντες, ἐθορύβουν τὴν πόλιν. ἐπιστάντες τε τῇ οἰκίᾳ Ἰάσονος, ἐζήτουν αὐτοὺς ἀγαγεῖν εἰς τὸν δῆμον.

μὴ εὑρόντες δὲ αὐτοὺς, ἔσυρον τὸν Ἰάσονα καί τι- 6
νας ἀδελφοὺς ἐπὶ τοὺς πολιτάρχας, βοῶντες· ὅτι οἱ τὴν οἰκουμένην ἀναστατώσαντες, οὗτοι καὶ ἐνθάδε πάρεισιν,

οὓς ὑποδέδεκται Ἰάσων· καὶ οὗτοι πάντες ἀπέ- 7
ναντι τῶν δογμάτων Καίσαρος πράσσουσι, Βασιλέα λέγοντες ἕτερον εἶναι, Ἰησοῦν.

ἐτάραξαν δὲ τὸν ὄχλον καὶ τοὺς πολιτάρχας ἀκού- 8
οντας ταῦτα.

καὶ λαβόντες τὸ ἱκανὸν παρὰ τοῦ Ἰάσονος καὶ τῶν 9
B λοιπῶν, ἀπέλυσαν αὐτούς.

οἱ δὲ ἀδελφοὶ εὐθέως διὰ νυκτὸς ἐξέπεμψαν 10
τόν τε Παῦλον καὶ Σίλαν εἰς Βέροιαν· οἵτινες παραγενόμενοι, εἰς τὴν συναγωγὴν τῶν Ἰουδαίων ἀπῆσαν.

οὗτοι δὲ ἦσαν εὐγενέστεροι τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ, 11
οἵτινες ἐδέξαντο τὸν λόγον μετὰ πάσης προθυμίας, τὸ καθ' ἡμέραν ἀνακρίνοντες τὰς γραφὰς, εἰ ἔχοι ταῦτα οὕτως.

πολλοὶ μὲν οὖν ἐξ αὐτῶν ἐπίστευσαν, καὶ τῶν Ἑλλήνίδων 12
γυναικῶν τῶν εὐσχημόνων, καὶ ἀνδρῶν οὐκ ὀλίγοι.

ὡς δὲ ἔγνωσαν οἱ ἀπὸ τῆς Θεσσαλονίκης Ἰουδαῖοι, 13
ὅτι καὶ ἐν τῇ Βεροίᾳ κατηγγέλη ὑπὸ τοῦ Παύλου λόγος τοῦ Θεοῦ, ἦλθον κἀκεῖ σαλεύοντες τοὺς ὄχλους.

εὐθέως δὲ τότε τὸν Παῦλον ἐξαπέστειλαν οἱ ἀδελ- 14
C φοὶ πορεύεσθαι ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν. ὑπέμενον δέ, τε Σίλας καὶ ὁ Τιμόθεος ἐκεῖ.

Quidam igitur ex eis crediderunt, & consociati sunt Paulo & Silæ, & religiosorum Græcorum multitudo magna, mulieresq; primariæ non paucæ. *Credentes. Mulieres.*

Sed inuidia commoti Iudæi qui non paruerant, assumptis quibusdam circunforaneis uiris sceleratis, ac turba coacta, perturbarunt urbem: & adorti domum Iasonis, quærebant eos producere ad populum. *Iudæi infideles uolunt Paulum occidere.*

Et quum non inuenissent eos, traxerunt Iasonem & quosdam fratres ad præfectos urbis, uociferantes, Isti sunt qui orbis terrarum statum subuerterunt: & hic adsunt,

Quos excepit Iason: qui omnes cótra decreta Cæsaris faciunt, Regem alium dicentes esse Iesum.

Concitauerunt aũt turbam, & præfectos urbis audientes hæc.

Qui tamen cum satis accepissent ab Iasone & à cæteris, dimiserunt eos.

Fratres uerò statim per noctẽ emiserunt Paulum simul & Silam in Beroeam: qui quũ aduenissent, abierunt in synagogam Iudæorum.

Fuerunt autem isti generosiores ijs qui erãt Thessalonicæ: ut qui receperint sermonẽ cum omni alacritate, quotidie scrutantes Scripturas, an hæc ita se haberent. *Nobiles uiri Thes. scripturas scrutantur.*

Multi igitur crediderunt ex eis, & Græcæ mulieres honestæ, & uiri non pauci.

Vt autem cognouerunt Thessalonicenses Iudæi quòd Beroeæ quoque annuntiatus esset à Paulo sermo Dei, uenerunt etiam illuc, concitantes turbam.

Sed statim Paulum emiserunt fratres, ut iret uelut ad mare: Silas autem & Timotheus substiterunt illic.

4 Consociati sunt προσεκληρώθησαν id est, συνεκληρώθησαν, quod uerbum differtiores Græci usurpant ad declarandam matrimonij coniunctionem ac uinculum arctissimum. 5 Circunforaneis τῶν ἀγοραίων id est cuiusmodi solent in foro uitam terere, uiles scilicet & abiecti ac uenales. Ideo Vetus interpres conuertit, de uulgo. Adorti ἐπιστάντες Vulgata, assistentes, παρεστηκότες. Erasmus, urgentes. quod & ipsum non uidetur satis expressum.

6 Statum subuerterunt ἀναστατώσαντες. Vulgata, concitant, Eras. cõturbarunt: neuter satis expresse, ut opinor.

7 Excepit ὑποδέδεκται Erasmus, clanculum excepit, propter præpositionem ὑπό. atqui in hoc uerbo non ea uis est huius præpositionis, sed ideirco potius adiungitur, quòd hospites de uia deflectentes, sub idem tectum admittamus. Itaque hæc interpretatio nulla ratione nititur. 9 Qui tamen cum satis accepissent λαβόντες τὸ ἱκανὸν. Doctissimus Budæus & plerique eum sequuti, hoc referunt ad satisdationem IVDICIO FISTI, quibus assentior. Sunt autem hęc dicendi genera mutuò inter se coniuncta apud Iurisconsultos. Satisfetere, Satisdare, & Satisaccipere.

11 Fuerunt autem isti generosiores οὗτοι δὲ ἦσαν εὐγενέστεροι Vulgata, Hi autem erant nobiliores eorum qui sunt Thessalonicæ. quam interpretationem ut emendaret Erasmus, uertit, illi autem erant summo genere nati inter eos qui erant Thessalonicæ. Putauit enim εὐγενέστεροι explicandum esse per superlatiuum, & ista de Thessalonicensibus dicta. At ego causam non uideo cur Lucas ad historiam Thessalonicensium redeat, quũ Paulum & Silam Beroeam deduxerit. Deinde uersiculus sequens ostendit planè, Beroenses cum Thessalonicensibus collatos, ipsis anteponi hoc nomine, quòd suerint multo alacriores in uerbo Dei recipiendo. Postremò res ipsa id indicat, quum Iudæi qui Thessalonica uenerant, non potuerint ab eis impetrare ut omnes à se dimitterent, Thessalonicensium exemplo. Nam Silam & Timotheum apud se retinuerunt: & ut Paulum dimitterent, uidentur potius studio seruandi illius, quàm ullo metu adducti. Itaque propriã comparatiui significationem seruare malui. sed quanuis εὐγενὴς de genere proprie dicatur, tamen quum comparatio hic fit instituta, non generis, sed uirtutis ac pietatis, generosiores malui interpretari quàm nobiliores: quum præsertim conuenienter, apud Græcos translatitie τὴν εὐγένειαν ad mores & animum accommodari, ita ut μεγαλοπρεπὴς, εὐγενὴς, γενναῖος, sæpe sint synonyma.

14 Velut ad mare: ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν: Vulgata, usque ad mare, quasi ὡς pro ἕως accipiatur. Ego uerò illam interpretationem antepono, quia Athenas usque deductum fuisse Paulum, postea narratur: ex quo etiam intelligimus, Paulo fuisse datum hoc consilium ut Iudæi persequi illum desinerent, quasi nauis conscensa ex his regionibus emigrasset. Siue aũt mari sine terra deductus sit Athenas usque, longa sanè ma fuit, quũ tota Thessalia, Bœotia, & Attica inter Macedoniã & Athenas intercedãt: unde rursus perspicitur, non frustrà laudatos esse Beroenses à Paulo, quòd longe maiore cum alacritate Euangelium accepissent, quàm Thessalonicenses. Arbor enim ex fructibus cognoscitur.

Qui uerò Paulum susceperant tuto loco cóstituendum, deduxerunt eum Athenas usq; et accepto mandato ad Silam ac Timotheum, ut quamcitissimè uenirent ad se, profecti sunt.

15 οἱ δὲ καθιστῶντες τὸν παῦλον, ἤγαγον αὐτὸν ἕως Α
ἀθηνῶν. καὶ λαβόντες ἐντολὴν πρὸς τὸν σίλαν καὶ
τιμόθεον, ἵνα ὡς τάχιστα ἔλθωσι πρὸς αὐτὸν, ἐξήλ-
θοσαν.

Paulo autem Athenis eos expectante, irritabatur spiritus eius in ipso, quum spectaret urbem idolis obnoxiam.

16 ἐν δὲ ταῖς ἀθήναις ἐκδεχομένου αὐτοὺς τὸν παύ-
λου, παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ, θεωρ-
οῦντι κατείδωλον ὄσαν τὴν πόλιν.

Disserebat igitur in synagoga cum Iudæis & religiosis, & in foro quotidie cum quibusuis obuijs.

17 διελέγετο μὲν οὖν ἐν τῇ συναγωγῇ τοῖς ἰουδαί-
οις καὶ τοῖς σεβομένοις, ἐν τῇ ἀγορᾷ κατὰ πᾶσαν
ἡμέραν πρὸς τοὺς παρατυγχάνοντας.

Quidam autem ex Epicureis & Stoicis philosophis conflictabantur cum eo: & quidam dicebant, Quid uult nugator iste dicere? Alij uerò, Peregrinorum *inquiebãt* deorum uidetur annuntiator esse. quia Iesum & resurrectionem annuntiabat eis.

18 τινὲς δὲ τῶν ἐπικουρείων καὶ τῶν στοϊκῶν φιλοσό-
φων συνέβαλλον αὐτῷ. καί τινες ἔλεγον· τί ἂν θέ-
λοι ὁ σπερμολόγος οὗτος λέγειν; οἱ δὲ ξένων δαι-
μονίων δοκεῖ καταγγελεὺς εἶναι· ὅτι τὴν ἀνάστασιν καὶ
τὸν ἀνάστασιν αὐτοῖς εὐηγγελίζετο.

Et apprehensum eum in Areopagum abduxerunt, dicentes, Possumúsne scire quæ sit ista noua quæ à te dicitur doctrina?

19 ἐπιλαβόμενοί τε αὐτοῦ, ἐπὶ τὸν ἄρειον πάγον ἤγα-
γον, λέγοντες· δυνάμεθα γνῶναι τίς ἡ καινὴ αὕτη
ἡ ὑπὸ σοῦ λαλουμένη διδαχή;

15 Qui uerò Paulum susceperant tuto loco constituendum οἱ δὲ καθιστῶντες τὸν παῦλον, Vulgata, Qui deducebant. Erasmus, Qui prosequebantur: neuter satis expresse, aut etiam satis rectè. Nam τὸ καθιστᾶν inhac significatione nusquã legi, quod tamen hoc loco nonpotui aliter quàm longo uerborũ circuitu explicare. Quanuis enim τὸ καθιστᾶν respõdeat Latino uerbo Costituere, tamen pro uaria ratione rerũ de quibus agitur, intelligendũ est. Inde factũ ut pro Peruehere & perducere accipiatur, id est certo loco costituere: pro quo dicimus in uernaculo sermone, *rẽdre en quelque lieu*: ut apud Plutarchũ, παραπέμψαι καὶ καταστῆσαι πρὸς τὴν οἰκίαν τὸν ἄνθρωπον, comitari hominẽ, ac domũ perducere. Homines καθιστᾶσι πλέοντας. Pyium peruehere. Sed præterea uidetur etiam aliquid amplius declarare hoc in loco, & alijs similibus si qui occurrerint. Nam quod nutat ac uacillat, dicitur costitui, quando admeliorem ac certiorem statum adducitur. Id uerò si posteà ad personam trãsferas, significabit aliquem ex periculo ereptum, tuto loco constituere: pro quo dicimus *rendre ou mettre en seurté*. quam significationem putãi huic loco maximè conuenire, ut præcisè dixerit Lucas καθιστῶντες pro εἰς ἀσφαλὲς καθιστῶντες. Cur enim usq; Paulum Athenas usque deduxerunt, nisi ut eum per ignotas regiones in eum usq; locum perducerent, ubi ab hostium insidijs tutus uideretur?

16 Idolis obnoxiam. κατείδωλον. Id est idolis mancipatam. Nam κατὰ subiectionem atque adeò seruitutem declarat. Quàm autem uerè hoc scripserit Lucas, uel ex ipsis Græcis scriptoribus licet intelligere.

Nam Pautanias certe in hac una urbe pluta penè idola quàm in reliqua Græcia commemorat: & disertè etiam de Atheniẽsibus loquens, τούτοις δὲ, φησὶν, οὐ τὰ ἐς φιλανθρωπίαν μόνον καθέστηκεν (nam paulo antè egerat de Misericordiæ ara ἀλλὰ καὶ ἐς θεοὺς εὐσεβείᾳ πλέον πεποίηνται. καὶ γὰρ ἄλλοθι σφίσι βωμοὶ θεῶν, καὶ φήμης ἕκαστα ἐστὶν ἐν ὄμοιε. Id est, Istis uerò non modo constituta sunt quæ ad humanitatis officia pertinent, sed maiorem etiam quam alij pietatis in deos curam habent. Nam etiam pudoris, & famæ, & appetitionis ara apud ipsos extat.

Sed & Xenophon in Athenienſium republica, ἄγουσι φησὶν, ἑορτὰς διπλασίονς ἢ οἱ ἄλλοι, id est, Festa duplo plura agitant quàm alij.

17 Cum quibusuis obuijs. πρὸς τοὺς παρατυγχάνοντας. Circunstantia loci indicat quomodo exponendum sit uerbum παρατυγχάνειν, nempe quencunque obuium reperisset Paulus, qui modò uel minimum sustineret loquentem audire, cum eo ipse disserebat: totus nimirum ardens sancto illo gloriæ Dei zelo, & illud ipsum usurpans quod alijs potẽs, quam mundus stultitiam uocat. C

18 Nugator iste σπερμολόγος. Qui σπερμολόγον interpretantur τὸν τοὺς λόγους πσείροντα, id est inanium uerborum satorem, quamuis aliquid uideantur dicere, quod hęc quoque etymologia huius nominis significationi non inepta rudinem, ut quoties ex nomine & uerbo aliquod uocabulum componũt, nomen priores partes, uerbum posteriores temus (dici debuit, sed λογεσπόρος, si nouum nomen libeat comminisci, ut φυτεσπόρος, γεωσπορεῖα, & si qua sunt eiusmodi. Quid sit igitur σπερμολογεῖν, & qui dicantur σπερμολόγοι, sic docet Eustathius diligẽtissimus Homeri interpres πωϊνοι, φασὶ, σπερμολόγοι, ἴσως σπερμορέμους, οἷόν ἐστιν ἐρανίζοντας λαλιμοῦντας τὰ σπέρματα, ἐξ οὗ καὶ ἐπὶ τῶν σπερμολόγων καὶ ἀλλήλοις ἐπιτρίβειν. διὰ τὸ ἀναλέγεσθαι τὰ ἐν τῇ ἀγορᾷ, φασὶν, ἀπορρίπτοντα, tum est qui nulla cum arte eam quam ex quibusdam ãuditionibus adepti sunt scientiam ostentant.

Propriè autem σπερμολόγον & σπερμονόμον appellari aiunt auem quandam quæ semina populatur. Vnde Attici uocabant spermologos eos qui in mercatibus & foris cõmorarentur, eo quòd illa quæ ex farcinis decidebant, ipsi colligerent, atque inde uictum quærerent. Idem uerò posteà nomen hominibus nihili & nullius pretij impositum est.

19 In Areopagum ἐπὶ τὸν Ἄρειον πάγον Sic rectè Vulgata, quum Cicero ipse Græcum uocabulum seruarit. Erasmus, Martium uicum. Atqui πάγος non declarat uicum, sed colliculum potius, ut ipse Erasmus rectè explicat: neque Areopagus uici nomen erat, sed curiæ (ut ego existimo) in qua coire solebant iudices: idcirco uocati Areopagitæ, eo quod de Theodoro illo impio narrat Laertius. Huc igitur pertractus est Paulus ut ἀσεβείας, id est impietatis, reus ἢ πόλις οὐ νομίζοντας, ἑτέρα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσηγούμενον. id est, quòd non eosdem atque ciuitas deos putaret, & noua numina inueheret. Idque ita esse, tum ex ipsa Pauli apologia apparet, qui non temere certè mentionem fecit Aræ

Dei

A ξενίζοντα γὰρ τινα εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν. Βουλόμεθα οὖν γνῶναι, τί ἂν θέλοι τοῦτο εἶναι.

20 Peregrina enim quædam ingeris auribus nostris: uolumus ergo scire quidnã ista sibi uelint

Ἀθηναῖοι δὲ πάντες, καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι, εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν, ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον.

21 Nam Athenienses & qui illic commorabantur hospites, nulli alii rei uacabant nisi ad dicendum aut audiendum aliquid noui.

Σταθεὶς δὲ ὁ Παῦλος ἐν μέσῳ τοῦ Ἀρείου πάγου, ἔφη· Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ.

22 Stans autẽ Paulus in medio Areopago, ait, Viri Athenienses, per omna quã maxime deorum timentes uos uideo.

Διερχόμενος γὰρ, καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν, εὗρον καὶ βωμὸν, ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο· Ἀγνώστῳ Θεῷ. Ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν.

23 Præteriens enim & contemplans cultus uestros, inueni etiam aram cui inscriptum erat, Ignoto Deo. Quem ergo ignorantes colitis, hunc ego annuntio uobis.

Ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν κόσμον, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, οὗτος οὐρανοῦ καὶ γῆς κύριος ὑπάρχων,

24 Deus qui fecit mundum & omnia quæ in eo sunt, hic cæli & terræ quum sit Dominus, non in manufactis templis habitat:

Deus qualis & quomodo adorãdus.
Suprà 7. f. 48
Psal. 49. b 8.

οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ, οὐδὲ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων θεραπεύεται, προσδεόμενός τινος· αὐτὸς διδοὺς πᾶσι ζωὴν καὶ πνοὴν καὶ τὰ πάντα.

25 Nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, quum ipse det omnibus uitam & halitum & omnia:

ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων κατοικεῖν ἐπὶ παντὸς προσώπου τῆς γῆς, ὁρίσας προστεταγμένους καιροὺς, καὶ τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν,

26 Fecitq; ex uno sanguine omne genus hominum, ut inhabitarent per uniuersam superficiẽ terræ, definitis temporum opportunitatibus quæ præstituit, & positis finibus habitationis eorum:

ζητεῖν τὸν κύριον, εἰ ἄρα γε ψηλαφήσειαν αὐτὸν, καὶ εὕροιεν, καίτοιγε οὐ μακρὰν ἀπὸ ἑνὸς ἑκάστου ἡμῶν ὑπάρχοντα.

27 Vt quærerent Deum, si fortè palpando eum inuenirent: quanuis profectò non longè sit ab uno quoque nostrum.

Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμὲν, ὡς καί τινες τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασι· Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.

28 Per ipsum enim uiuimus, & mouemur, & sumus, sicut & quidam uestratium poetarum dixerunt, Nam huius progenies etiam sumus.

Dei ignoti quam in ipsa urbe reperiisset. Non uidetur tamen cõram ipsis iudicibus causam dixisse: sed quum illuc per tumultum raptus esset, postea mirabili Dei prouidentia dissipatis aduersarijs euasisse. Fuit autem hæc curia sita non procul Acropoli, nempe circiter ἀκροπόλεως quæ uocant, ut testatur Pausanias, ideoque Areopagus uocata est, quasi Martium collem dicas, uel quòd Marti consecratus esset, uel quòd primus Mars (ut aiunt) cædis causam in eo iudicio dixisset.

22 Quammaximè deorum timentes ὡς δεισιδαιμονεστέρους Vulgata, quasi superstitiosiores. Erasmus, ferè superstitiosiores, ut particula ὡς mitiget quod acerbius dictum uideri poterat. Ego uerò & si δεισιδαιμονίαν lego apud ueteres in uitio positam, & profanam istam Athenienſium idololatriam minimè probet Paulus, tamen quia ad unius ueri Dei cultum eos uocaturus, uoluit exordium sumere ex Ara illa quam ignoto Deo consecrarant, in hoc proœmio putarim usum uocabulo quo illi nullomodo poterant offendi: & tamen id uitium optimè significabatur, quod in ijs constituerat reprehendere. Itaque δεισιδαίμων hoc loco conuerterim religiosum. quo modo accipitur hoc nomen apud Aristotelem lib. Polit. 5. non autem superstitiosum, non modò quia hoc nomine ualde ipsos offendisset, sed etiam quia Paulus (ut opinor) non ita factus est omnia omnibus, ut eos qui erant omnium hominum superstitiosissimi fuerit per dissimulationem ferè superstitiosiores dicturus. Imò uerò potius puto comparatiuum pro superlatiuo usurpatum, & (ut paulo antè dixi) Paulum ita rem totam circunspectè expressisse, ut quum nihil prorsus dissimularit, tamen usus sit exordio quo nihil potuerit illorum auribus gratius accidere.

23 Ignoto Deo. Ἀγνώστῳ Θεῷ. Mentionem quidem facit huius aræ Pausanias in Atticis, sed inscriptionem addit plurali numero Θεῶν ἀγνώστων. Græca scholia Philippidæ cuiusdam historiam narrant dissentientes à Pausania, & hanc afferunt inscriptionem, ΘΕΟΙΣ ΑΣΙΑΣ ΚΑΙ ΕΥΡΩΡΗΣ ΚΑΙ ΛΙΒΥΗΣ, ΘΕΩ ΑΓΝΩΣΤΩ ΚΑΙ ΞΕΝΩ. Id est, Dijs Asiæ & Europæ & Libyæ. Deo ignoto ac peregrino. Sed testem huius inscriptionis nullum proferunt.

25 Et omnia: καὶ τὰ πάντα. Sic scriptum inueni in ueruſtis duobus codicibus, ad quos accedit Veteris editionis Latinæ authoritas, & ita etiam legit Clemensin libro ϛρωμ. Itaque sic legere malui quàm τὰ κατὰ πάντα, id est per omnia: ex quibus uerbis uix possis aptam sententiam eruere. Deinde manifesta est antithesis, quum dicit Deum nulla re indigere, ut qui & uitam & omnia omnibus suppediteret.

26 Ex uno sanguine ἐξ ἑνὸς αἵματος Vulgata legit duntaxat, ἐξ ἑνὸς ex uno, scilicet homine: quam lectionem non dubitassem amplecti, si uel unum Græcum codicem consentientem comperissem.

27 Palpando eum inuenirent: ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν Vulgata, attrectent & inueniant. quam interpretationem non probo, quia Attrectare eorum est, qui inuenerunt. Erasmus, palpent & inueniant. Quanuis autem sic habeant Græca, puto tamen commodius hæc exprimi gerundi modo. Nam uerbo ψηλαφήσειαν declaratur homines cæcorum instar Deum nonnisi palpando potuisse inuestigare, antequam uera illa lux mundo illuxisset. Neque tamen harum tenebrarum originem Paulus aperit, quia nimirum habet eorum rationem quos alloquitur, qui ne ortum quidem ac conditionem hominis norant. Neque enim hoc docent Philosophorum scripta, sed unius Mosis.

29 Scalpturæ artis χαράγματι τέχνης. Erasmus, arte sculpto. Ego malui uertere κατὰ τέχνας, quod aiunt.

Progenies ergo Dei quum simus, non debemus existimare auro aut argento, aut lapidi scalpturæ artis aut cogitationis hominis, Numen esse simile. 29

γένος οὖν ὑπάρχοντες τοῦ θεοῦ, οὐκ ὀφείλομεν A
νομίζειν χρυσῷ, ἢ ἀργύρῳ, ἢ λίθῳ, χαράγματι τέχνης, καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου, τὸ θεῖον εἶναι ὅμοιον.

Pœnitentiæ. Iudicium Fidei.

Et temporibus quidem istius ignorantiæ dissimulatis, Deus nunc annuntiat omnibus ubique hominibus ut resipiscant. 30

τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ θεὸς, τὰ νῦν παραγγέλλει τοῖς ἀνθρώποις πᾶσι πανταχοῦ μετανοεῖν·

Eo quòd statuit diem quo iustè iudicaturus est orbem terrarum, per eum uirum quem definijt, fide palàm facta omnibus, illo à mortuis excitato. 31

διότι ἔστησεν ἡμέραν, ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε, πίστιν παρασχὼν πᾶσιν, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.

Quum audissent autem resurrectionem mortuorum, alij quidem sannis exceperunt, alij uerò dixerunt, Audiemus te rursus de hac re *disserentem*. 32

ἀκούσαντες δὲ ἀνάστασιν νεκρῶν, οἱ μὲν ἐχλεύαζον, οἱ δὲ εἶπον· ἀκουσόμεθά σου πάλιν περὶ τούτου.

Et ita Paulus exiuit è medio eorum. 33

οὕτως ὁ Παῦλος ἐξῆλθεν ἐκ μέσου αὐτῶν.

Dionysius. Damaris.

Quidam uerò adhærentes ei, crediderunt: in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum eis. 34

τινες δὲ ἄνδρες κολληθέντες αὐτῷ, ἐπίστευσαν· ἐν οἷς καὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, καὶ γυνὴ ὀνόματι Δάμαρις, καὶ ἕτεροι σὺν αὐτοῖς. B

CAPVT XVIII.

ΚΕΦ. ιη.

Cum Aquila & Priscilla manet Paulus docens Corint. Iesum esse Christum

POst hæc Paulus discedens Athenis, uenit Corinthum. 1

Μετὰ ταῦτα χωρισθεὶς ὁ Παῦλος ἐκ τῶν Ἀθηνῶν, ἦλθεν εἰς Κόρινθον·

Et reperto quodam Iudæo, nomine Aquila, Pontico natione, qui nuper uenerat ab Italia, & Priscilla uxore eius (eo quòd edixisset Claudius ut omnes Iudæi Roma discederent) uenit ad eos. 2

καὶ εὑρών τινα Ἰουδαῖον ὀνόματι Ἀκύλαν, ποντικὸν τῷ γένει, προσφάτως ἐληλυθότα ἀπὸ τῆς Ἰταλίας, καὶ Πρίσκιλλαν γυναῖκα αὐτοῦ, (διὰ τὸ διατεταχέναι Κλαύδιον) χωρίζεσθαι πάντας τοὺς Ἰουδαίους ἐκ τῆς Ῥώμης,) προσῆλθεν αὐτοῖς·

Et quia eiusdem erat artificij, manebat apud eos, & operabatur (erat enim ars illorum conficere tabernacula.) 3

καὶ διὰ τὸ ὁμότεχνον εἶναι, ἔμενε παρ' αὐτοῖς, καὶ ἠργάζετο· (ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην.)

Disputabat autem in synagoga per singula sabbatha, suadebatq; Iudæis pariter et Græcis. 4

διελέγετο δὲ ἐν τῇ συναγωγῇ κατὰ πᾶν σάββατον, ἔπειθέ τε Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας.

Quum uenissèt autem è Macedonia Silas & Timotheus, coartabatur Spiritu Paulus, testificans Iudæis Christum esse Iesum. 5

ὡς δὲ κατῆλθον ἀπὸ Μακεδονίας ὅ τε Σίλας καὶ ὁ Τιμόθεος, συνείχετο τῷ πνεύματι ὁ Παῦλος, διαμαρτυρόμενος τοῖς Ἰουδαίοις τὸν Χριστὸν, Ἰησοῦν

Puto enim non esse appositionem, sed potius enumeratis aliquot speciebus Paulum tandem ipsum genus subiecisse. Deinde appellatione χαράγματος sciendum est, non modò sculptile opus, sed etiam pictum συνεπλοκικῶς, omnia denique ea intelligi quibus utantur homines colendo aut representando numini. C

30 Temporibus dissimulatis, τοὺς χρόνους ὑπεριδών. Mihi quidem uidetur Vetus interpres non malè conuertisse ὑπεροράσας Despicere, quamuis aliter censeat Erasmus. Sed planior tamen est interpretatio quam sequuti sumus. Illud uerò miror, Erasmum hoc ita accipere quasi Paulus dicat Deum antea quodammodo tacuisse: deinceps uerò non esse amplius dissimulaturum, quasi nimirum hæc Pauli uerba comminationem contineant, ac non potius insignem Diuinæ beneficentiæ commendationem in profanas etiam Gentes. Perinde enim est acsi diceret Paulus, Deum quantumuis diu illuserint illi homines, nec eum modis omnibus prouocare tot seculis destiterint: tamen quasi ad hæc omnia connuentem, tanquam nihil eiusmodi contigisset: nunc pro eo quòd mundū meritò potuerat perdere, mundum tamen ad salutem benigne inuitare. Nam quemadmodum dicitur Dominus uisitare iniquitates quarum pœnas exigit, sic contrà dicitur ὑπερίδειν, id est despicere, & quasi ad illas connuere, quas condonat. Sed hæc tamen ita accipienda sunt, ut de mundo uniuerso hic Paulum disserere meminerimus, non autem de singulis hominibus. Stat enim illud firmum, Qui sine Lege peccauerunt, sine Lege perituros.

31 Fide palàm facta omnibus, πίστιν παρασχὼν πᾶσιν Vulgata, fidem præbens omnibus: quam interpretationem si sequamur, hæc erit sententia, Deum esse iudicaturum orbem terrarum per Christum, quem huic rei destinauit, facta uniuerso mundo potestate ipsum per fidem amplectendi. Offertur enim Christus uniuerso mundo: quod tamen rursus ita accipiendum erit, ut ad omnes Gentes, non autem ad singulos homines referas. Neque enim omnium est fides, neque uolentis aut currentis, sed miserentis Dei, ut ait idem Apostolus 2. Thes. 3. e. 2, Rom. 9. d. 16. Sed ista expositio mihi quidem non magnopere arridet, puto potius Paulum dicere, Christum palàm mundi iudicem à Deo declaratum esse per resurrectionem à mortuis, ut idem testatur Rom. 1. a. 4. Ideo παρέχειν πίστιν hoc loco non declarat fidem præbere, id est credendi potestatem facere: sed fidem facere, & quidem palàm ac publicè, ut hæc comprobatio sit exhibita omnium oculis. Erasmus, fide præstita omnibus non satis accommodatè, ni fallor. Nam præstare fidem dicitur qui bona fide aliquod negotium administrat, uel qui re ipsa præstat quod promisit. Ac fateor quidem, hac ratione Deum in scripturis passim Fidelem dici: sed de hoc non puto Apostolum hoc loco differere.

IN CAPVT. XVIII.

4 Per singula sabbatha κατὰ πᾶν σάββατον. In Vulgata editione additur, interponens nomen Domini Iesu, παρὸν τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, quod in nullis Græcis codicibus inuenimus.

5 Coartabatur

A αὐτὴ παρασκευάσωμεν ἡ αὐτ, καὶ βλασφημούντων ἐκτιναξάμενος τὰ ἱμάτια, εἶπε πρὸς αὐτούς· τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν· καθαρὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ νῦν εἰς τὰ ἔθνη πορεύσομαι.

6 Illis autem *sese* opponentibus ac blasphemantibus, excussis uestibus, dixit ad eos, Sanguis uester super caput uestrum: purus ego, ab hoc tempore ad Gentes proficiscar.

καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν εἰς οἰκίαν τινὸς, ὀνόματι 7 Et digressus illinc, introijt in domum cuiusdam nomine Iusti, colentis Deũ, cuius domus erat confinis synagogæ. *Titus Iustus.*

ἰούστου, σεβομένου θεὸν, οὗ ἡ οἰκία ἦν συνομοροῦσα τῇ συναγωγῇ.

Κρίσπος δὲ ὁ ἀρχισυνάγωγος ἐπίστευσε τῷ κυρίῳ, σὺν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. καὶ πολλοὶ τῶν Κορινθίων ἀκούοντες, ἐπίστευον, καὶ ἐβαπτίζοντο. 8 Crispus autem archisynagogus credidit Domino cum tota domo sua: multiq; Corinthiorum audientes, credebant ac baptizabantur. *Crispus. Corinthij.*

εἶπε δὲ ὁ κύριος δι' ὁράματος τῇ νυκτὶ τῷ παύλῳ· μὴ φοβοῦ, ἀλλὰ λάλει, καὶ μὴ σιωπήσῃς. 9 Dixit autem Dominus nocte per uisionem Paulo, Ne timeas, sed loquere, & ne taceas.

διότι ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ, καὶ οὐδεὶς ἐπιθήσεταί σοι τοῦ κακῶσαί σε, διότι λαός ἐστί μοι πολὺς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ. 10 Nam ego sum tecum, & nemo tibi *manus* injiciet, ut tibi malefaciat: quoniam populus est mihi multus in hac urbe.

ἐκάθισέ τε ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας ἓξ, διδάσκων ἐν αὐτοῖς τὸν λόγον τοῦ θεοῦ. 11 Commoratus est itaq; illic annũ & sex menses, docens apud eos sermonem Dei.

B γαλλίωνος δὲ ἀνθυπατεύοντος τῆς ἀχαΐας, κατεπέστησαν ὁμοθυμαδὸν οἱ ἰουδαῖοι τῷ παύλῳ, καὶ ἤγαγον αὐτὸν ἐπὶ τὸ βῆμα, 12 Quũ autem Gallio esset Proconsul Achaię, insurrexerunt cõcorditer Iudæi in Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal, *Coram Gallione accusatur Paulus.*

λέγοντες· ὅτι παρὰ τὸν νόμον οὗτος ἀναπείθει ἀνθρώπους σέβεσθαι τὸν θεόν. 13 Dicentes, Contra Legem hic persuadet hominibus colere Deum.

μέλλοντος δὲ τοῦ παύλου ἀνοίγειν τὸ στόμα, εἶπεν ὁ γαλλίων πρὸς τοὺς ἰουδαίους· εἰ μὲν οὖν ἦν ἀδίκημά τι, ἢ ῥᾳδιούργημα πονηρόν, ὦ ἰουδαῖοι, κατὰ λόγον ἂν ἠνεσχόμην ὑμῶν. 14 Paulo uerò iam os aperturo dixit Gallio ad Iudæos, Siqua iniuria esset, aut maleficiũ, ô Iudæi, quatenus æquum esset, uos tuerer:

εἰ δὲ ζήτημά ἐστι περὶ λόγου καὶ ὀνομάτων καὶ νόμου τοῦ καθ' ὑμᾶς, ὄψεσθε αὐτοί· κριτὴς γὰρ ἐγὼ τούτων οὐ βούλομαι εἶναι. 15 Si uerò quæstio est de sermone ac nominibus & lege uestrate, ipsi uideritis: iudex enim ego istarum rerum esse nolo.

C καὶ ἀπήλασεν αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ βήματος. 16 Et abegit eos à tribunali.

ἐπιλαβόμενοι δὲ πάντες οἱ ἕλληνες σωσθένην τὸν ἀρχισυνάγωγον, ἔτυπτον ἔμπροσθεν τοῦ βήματος, καὶ οὐδὲν τούτων τῷ γαλλίωνι ἔμελεν. 17 Omnes autem Græci Sosthenem principem synagogæ apprehensum uerberabant ante tribunal: neq; quicquam eorum Gallioni curæ erat. *Sosthenes percutitur.*

ὁ δὲ παῦλος ἐπὶ προσμείνας ἡμέρας ἱκανὰς, τοῖς ἀδελφοῖς ἀποταξάμενος, ἐξέπλει εἰς τὴν συρίαν (καὶ σὺν αὐτῷ πρίσκιλλα καὶ ἀκύλας) 18 Paulus uerò quum adhuc *illic* mansisset dies multos, uale dicto fratribus enauigauit in Syriam (comitantibus eum Priscilla & Aquila)

5 Coartabatur Spiritu συνείχετο τῷ πνεύματι. id est Spiritus affiatu correptus æstuabat, gestiente scilicet illo ardore prorsus rumpere, & pectore ipso tantum zelũ non capiente. Itaque tantum abest ut (quod cum Erasmi pace dixerim) hæc ita accipienda sint, ut Paulum intelligamus inuitum ac reluctantem id fecisse, quasi præsentisceret se operam lusurum, ut stum ferretur. Id autem diserti ores Græci declarant uerbo συνέχεσθαι. unde κάτοχοι dicuntur οἱ θεοφορούμενοι ὑπὸ ἐνθουσιῶντες. Sed hoc interest, quòd furor ille de quo differunt prosani scriptores, homines reddebat uere insanos, hic autem Lucas eius Spiritus meminit, qui unus Diuinæ ac germanæ sapientiæ igniculos in nobis accendit. Vulgata, instabat uerbo. cuius interpretationis nullam rationem possum inire.

6 Sanguis uester super caput uestrum τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν. Hebraicè דמכם על ראשכם in 2. Sam. 1. c. 16. Est autem obtestationis quædam species, quasi diceret Paulus, Video uos in perniciem uestram ruere. Ego igitur Deum hic coram uobis testor, non me, sed uos uobismetipsis causam esse exitij, ut loquitur Dauid 2. Sam, 1. c. 16. Sanguinis enim appellatione cum cædes, tum uerò omne exitij genus intelligitur, cuius causa is esse dicitur. Hebræorum more, cujus (ut ita loquar) capiti imponitur, id est cui imputatur. Itaque non satis rectè quidam hunc Hebraismum nuper expressit, quum interpretaretur, Vos uestram perniciem capite luetis. Nam, obsecro, quid illud est, luere suam pernicium. neque uerò hic duntaxat perituros illos prædicit Paulus, sed sua ipsorum culpa perituros. quod diserus iste ter pres aut prætermittere, aut obscurissimè dicere maluitquàm hebraissare, & ipsius Lucæ uestigia sectari.

9 Et ne taceas. λαλεῖ μὴ σιωπήσῃς. Pleonasmus Hebraicus, de quo diximus Iohan. 1. c 20. 10 Ego sum tecum ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ. Vide Luc 1 f. 66.

11 Commoratus est ἐκάθισε. Vulgata & Erasmus, ad uerbum, Sedit: quod uerbum postea ueteres Episcopi suum fecerunt, meritò id quidem, quum docendi officio fungerentur. Sed quorsum hoc ad illos qui sedem docendi populi causa nunquam aspexerunt? Est autem in hoc uerbo Hebraismus, quem obseruauimus Math. 4. c. 16.

12 Esset Proconsul Achaiæ ἀνθυπατεύοντος τῆς Ἀχαΐας id est totius Græciæ. Cur autem Achaiæ Proconsul diceretur, explicat his uerbis Pausanias, καλοῦσι δὲ οὐ φυγόντες ὑπὸ Ῥωμαίων Ἕλληνες ἀλλ' Ἀχαιοὶ ἡγεμόνα οἱ Ῥωμαῖοι δόντες ἐχειρώσαντο τοὺς ἕλληνας δι' Ἀχαιῶν δὲ τὸ ξύλλογον τῶν ξυμπάντων. Vocant inquit non Græciæ sed Achaiæ præsidẽ Romani, quòd Græcos subiecerint per Achæos qui tum in Græcia principes erant. 14 Quatenus æquum esset κατὰ λόγον. Vulgata recte ὀρθῶς Eras. meritò εἰκότως. Ego hoc accipio exceptionis loco, ut illud sit omnino quod uernaculo sermone dicimus, *entant que de raison.*

quum totondisset caput Cenchreis: habebat enim uotum.

Aquila et Priscilla morantur Ephesi.

Deuenit autem Ephesum, & eos ibi reliquit. ipse uerò ingressus synagogam, disseruit cum Iudæis.

Rogantibus autem ipsis ut diutius maneret apud ipsos, non annuit:

Sed uale dixit eis, dicens, Oportet omnino me festũ quod instat, agere Hierosolymis: sed iterum reuertar ad uos, Deo uolente, & proue ctus est Epheso.

Quumq; descendisset Cæsareã, ascendisset- que *Hierosolymam*, ac salutasset Ecclesiam, descendit Antiochiam.

Et quum peregisset *illic* aliquantum temporis, abijt, peragrans ex ordine Galaticã regionem ac Phrygiam, confirmans omnes discipulos.

Iudæus autem quidam Apollos nomine, Alexandrinus natione, uir eloquens, deuenit Ephesum, potens in scripturis,

Hic erat initiatus uia Domini: & feruens spiritu loquebatur, & docebat diligenter ea quæ sunt Domini sciens tantùm Baptisima Ioannis:

Cœpitq; liberè loqui in synagoga. Quem quum audissent-

Priscilla & Aquila, assumpserunt eum, & exquisitius exposuerunt ei uiam Dei.

Quum autem uellet transire in Achaiam, illum adhortati fratres, scripserũt discipulis ut susciperent eum: qui quum affuisset, contulit multum ijs qui crediderant per gratiam.

Magna enim cõtentione Iudæos magis ac magis redarguebat publicè, ostendẽs per Scripturas quòd Iesus esset ille Christus.

κειράμενος τὴν κεφαλὴν ἐν Κεγχρεαῖς· εἶχε γὰρ A
εὐχήν.

κἀκεῖνος κατέλιπεν αὐτοῦ. αὐτὸς δὲ εἰσελθὼν εἰς τὴν συναγωγὴν, διελέχθη τοῖς Ἰουδαίοις.

ἐρωτώντων δὲ αὐτὸν, ἐπὶ πλείονα χρόνον μεῖναι παρ' αὐτοῖς, οὐκ ἐπένευσεν,

ἀλλ' ἀπετάξατο αὐτοῖς, εἰπών· δεῖ με πάντως τὴν ἑορτὴν ἐρχομένην ποιῆσαι εἰς Ἱεροσόλυμα· πάλιν δὲ ἀνακάμψω πρὸς ὑμᾶς, τοῦ θεοῦ θέλοντος. καὶ ἀνήχθη ἀπὸ τῆς Ἐφέσου.

καὶ κατελθὼν εἰς Καισάρειαν, ἀναβὰς, καὶ ἀσπασάμενος τὴν ἐκκλησίαν, κατέβη εἰς Ἀντιόχειαν.

καὶ ποιήσας χρόνον τινὰ, ἐξῆλθε, διερχόμενος καθεξῆς τὴν Γαλατικὴν χώραν, καὶ Φρυγίαν, στηρίζων πάντας τοὺς μαθητάς.

Ἰουδαῖος δέ τις, Ἀπολλὼς ὀνόματι, Ἀλεξανδρεὺς τῷ γένει, ἀνὴρ λόγιος, κατήντησεν εἰς Ἔφεσον, B
δυνατὸς ὢν ἐν ταῖς γραφαῖς.

οὗτος κατηχημένος τὴν ὁδὸν τοῦ κυρίου, καὶ ζέων τῷ πνεύματι, ἐλάλει καὶ ἐδίδασκεν ἀκριβῶς τὰ περὶ τοῦ κυρίου, ἐπιστάμενος μόνον τὸ βάπτισμα Ἰωάννου·

οὗτός τε ἤρξατο παρρησιάζεσθαι ἐν τῇ συναγωγῇ. ἀκούσαντες δὲ αὐτοῦ Ἀκύλας καὶ Πρίσκιλλα, προσελάβοντο αὐτὸν, καὶ ἀκριβέστερον αὐτῷ ἐξέθεντο τὴν τοῦ θεοῦ ὁδόν.

βουλομένου δὲ αὐτοῦ διελθεῖν εἰς τὴν Ἀχαΐαν, προτρεψάμενοι οἱ ἀδελφοὶ ἔγραψαν τοῖς μαθηταῖς ἀποδέξασθαι αὐτόν. ὃς παραγενόμενος, συνεβάλετο πολὺ τοῖς πεπιστευκόσι διὰ τῆς χάριτος·

εὐτόνως γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις διακατηλέγχετο δημοσίᾳ, δεικνὺς διὰ τῶν γραφῶν, εἶναι τὸν χριστὸν Ἰησοῦν.

18 Quum totondisset caput κειράμενος τὴν κεφαλὴν. Vulgata qui totonderat caput, manifestè hoc referens ad Aquilam. Beda etiam testatur codicem se uidisse, qui plurali numero haberet, qui totonderant caput, & habebant uotum: ut ad Aquilam & Priscillam referretur. Quia tamen ambiguus est sermo, ut non minus ad Paulum quàm ad Aquilam referri possit, ita conuerti, ut liberum iudicium lectori relinquatur. 21 Oportet omnino δεῖ πάντως. Totum hoc C
membrum deest in Vulgata editione. 22 Cæsaream, εἰς Καισάρειαν. Cæsaream scilicet Stratonis, portum ab Herode structum, ut inde Hierosolymam contenderet, Ridiculum est autem quod Hieronymus de Cæsarea Cappadociæ ista interpretatur. 23 Quum peregisset ποιήσας. Sic etiam accipitur idem uerbum ποιεῖν pro διατρίβειν infrà 20.a.3 quam fortassis ea est emphasis huius uerbi, ut etiam significet Paulum quandiu illic uersatus est, in perpetuoopere fuisse, ut exposuimus Matth.20.b.12. 24 Potens in Scripturis δυνατὸς ὢν ἐν ταῖς γραφαῖς. Hebraismus. pro, Scripturarum cognitione egregie instructusr

25 Initiatus κατηχημένος. Siue, informatus. Vulgata, edoctus. Eras. institutus. Vide Luc.1.a.4, Diligẽter ἀκριβῶς. id est ἐπιμελῶς. Sic enim commendatur illius summa diligentia, potius quàm peritia Euangelicæ doctrinæ quam duntaxat degustarat, ut apparet ex ijs quæ sequuntur. 29 Exquisitius ἀκριβέστερον. Vulgata, diligentius, quod non quadrat. Neque enim de diligentia hoc dicitur, ut in superiore uersiculo, sed de doctrina ipsa. Erasmus, exactius. Vide Luc.1.a.3.

Viam Dei τὴν τοῦ θεοῦ ὁδόν. id est uiam quæ ad Deum ducit, quam paulo antè uiam Domini uocauit, quem Hebraismum exposuimus Marc.12.b.14.

27 Per gratiam διὰ τῆς χάριτος. Connecti hoc potest uel cum participio proximo, uel cum uerbo συνεβάλετο, quod probabilius quidem est, si sententiam spectes: sed durius tamen propter traiectionem. Si ad participium referas, χάριτος appellatione intelliget gratuitus Dei fauor à quo uno manat fides: sin cum uerbo, χάρις declarabit donata illa Dei eximia in hunc hominem collata, quibus non mediocriter adiuta fuit Ecclesia Corinthiaca. Ego neutri expositioni uolui præiudicium afferre.

28 Magna enim contentione εὐτόνως γάρ. Vti uolui hæc periphrasi ut Græci uocabuli emphasin seruarem, quo significatur eloquentem hunc hominem omnes (quod aiunt) neruos reuincendis Iudæis contendisse. Vulgata & Erasmus, uehementer, id est λαπάως. Sed & paulo pòst non satis expresse uidentur interpretati διακατηλέγχετο reuincebat. Nam præpositio διὰ significationem auget, ut in διαπαρτρέπω, διαπερίειμι & similibus. Ideo conuerti, magis ac magis redarguebat.

IN CA-

ΚΕΦ. ιθ.

Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τὸν Ἀπολλὼ εἶναι ἐν Κορίνθῳ, Παῦλον διελθόντα τὰ ἀνωτερικὰ μέρη, ἐλθεῖν εἰς Ἔφεσον· καὶ εὑρών τινας μαθητὰς,

εἶπε πρὸς αὐτούς· εἰ πνεῦμα ἅγιον ἐλάβετε πιστεύσαντες; οἱ δὲ εἶπον πρὸς αὐτόν· ἀλλ' οὐδὲ εἰ πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν, ἠκούσαμεν.

εἶπέ τε πρὸς αὐτούς· εἰς τί οὖν ἐβαπτίσθητε; οἱ δὲ εἶπον· εἰς τὸ Ἰωάννου βάπτισμα.

εἶπε δὲ Παῦλος· Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισε βαπτίσματι μετανοίας, τῷ λαῷ λέγων εἰς τὸν ἐρχόμενον μετ' αὐτὸν ἵνα πιστεύσωσι, τοῦτ' ἔστιν, εἰς τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν.

ἀκούσαντες δὲ ἐβαπτίσθησαν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ.

καὶ ἐπιθέντος αὐτοῖς τοῦ Παύλου τὰς χεῖρας, ἦλθε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτούς, ἐλάλουν τε B γλώσσαις, καὶ προεφήτευον.

ἦσαν δὲ οἱ πάντες ἄνδρες ὡσεὶ δώδεκα.

εἰσελθὼν δὲ εἰς τὴν συναγωγὴν, ἐπαρρησιάζετο, ἐπὶ μῆνας τρεῖς διαλεγόμενος, καὶ πείθων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ.

CAP. XIX.

1 FActum est autem interim dum Apollos esset Corinthi, ut Paulus peragratis superioribus partibus ueniret Ephesum: ubi inuentis quibusdam discipulis, *Paulus docet Ephesi.*

2 Dixit ad eos, Num spiritum sanctum accepistis, posteaquam credidistis? At illi dixerunt ad eum, Imò ne hoc quidem audiuimus, an sit Spiritus sanctus. *Spiritus sanctus*

3 Tuc ait ad eos, In quid ergo baptizati estis? At illi dixerunt, In Iohannis baptisma.

4 Dixit autem Paulus, Iohannes quidem baptizauit Baptismo resipiscentiæ, dicens populo ut in eum qui uenturus erat post ipsum, crederent, hoc est in Christum Iesum. *Baptisma Iohã.*

5 His igitur auditis baptizati sunt in nomine Domini Iesu.

6 Et quum imposuisset eis manus Paulus, uenit Spiritus sanctus super eos, & loquebantur linguis, ac prophetabant.

7 Erant autem omnes isti uiri circiter duodecim.

8 *Ipse* porrò ingressus synagogam, liberè loquebatur, ad tres menses differens & suadens quæ ad regnum Dei *pertinent*.

IN CAPVT XIX.

2 Spiritum sanctum πνεῦμα ἅγιον. Id est dona illa eximia Spiritus sancti, μετωνυμικῶς, quæ tum in Ecclesia uigebant, ut uel ex eo apparet quod scribitur infrà uersu 25. 3 In quid ergo baptizati estis? εἰς τί οὖν ἐβαπτίσθητε; id est, quæ igitur doctrina imbuti & initiati estis? Vulg. In quo igitur baptizati estis? Eras. Quo igitur baptizati estis? Vtranq; hãc interpretationẽ, ac illam præsertim idcirco repudio, quòd εἰς pro ἐν interpretetur, perinde acsi scriptum esset ἐν τίνι, ut sit hæc sententia, Simon ecthis baptizati Spiritu sancto, qua re igitur estis baptizati? Quanuis enim εἰς pro ἐν sæpe usurpetur, tamen hæc enallage (meo iudicio) nullo modo huic loco conuenit. Neque enim puto quærere Apostolũ aut à quo, aut quomodo, aut quorum sint baptizati: denique ne hoc quidem puto rogare an sint baptizati: sed quum illi dicerent se nescire an sit Spiritus sanctus, ac proinde ostenderent se ignorare totam Ecclesiæ Christianæ rationem, qui tamen se discipulos dicebant: credo scisciatari Paulum, cui igitur doctrinæ nomen dederint, & quales se esse profiteantur. Vtitur autem uocabulo Baptizandi & baptismatis: quia baptismus erat ipsius initiationis ac professionis tessera. quod ut planius fiat, sciendũ est, hæc dicẽdi genera quæ in Scripturis occurrunt, quid ualeãt, & quatenus inter sẽ differãt. Baptizari in alicuius, ut in Mosen, 1. Cor. 10. a. 2. Baptizari in baptisma alicuius, ut Iohãnis hoc in loco. Baptizari in nomen alicuius, ut Patris, filij, ac Spiritus sancti, Matt. 28. d. 19. uel Christi, ut suprà 2. f. 28, uel Pauli, ut 1. Corin. 1. b. 14. Baptizari in mortẽ Christi, ut Rom. 6. a. 3, seu pro mortuis, ut 1. Cor. 15. d. 29, seu in unũ corpus, ut 1. Cor. 12. b. 13, seu in remissionem peccatorũ, ut suprà 2. f. 38: deniq; baptizari aqua & baptizari Spiritu sancto. Itaq; baptizari in Mosen, declarat Mosis auspicijs ac duce tũ baptizari: quod dicendi genus semel tantũ reperio: baptizari in Iohannis baptisma significat doctrinã qua Iohannes annũtiabat, ac Baptismi symbolo obsignabat, profiteri & amplecti: baptizari uerò in eius nomen dicimur, cui nos Baptismũ dicamus ac cõsecramus. quamobrẽ rectè Paulus negat sese in nomẽ suum quemquã baptizasse. Baptizari autẽ dicũtur fideles in mortẽ Christi seu pro mortuis, id est ut per Christi mortẽ peccatum in ipsis moriatur ac aboleatur: & in unum corpus, ut oẽs in Christo capite coalescant: & in remissionẽ peccatorũ, ut Christi sanguine abluãtur: ut prepositio εἰς in istis omnibus finalẽ (quã uocãt) causam designet. Baptizari aqua siue ἐν ὕδατι, i. in aqua, nihil aliud quàm aqua immergi declarat, quæ est externa baptismi ceremonia: baptizari autẽ Spiritu aliò pertinet, nẽpe ad Spiritus sancti dona quibus fideles cœlitus uisibili signo imbuebantur, interdum ante baptismũ aquæ, ut ex Cornelij historia apparet: interdum post Baptismum, ut istis accidit de quibus hic agitur. Ex his autem diligenter consideratis hoc quoq; efficitur, Baptismatis uocabulũ triplici significatione usurpari, quarum una propria est, duæ translatitiæ. Propria est, quum immersionem seu tinctionẽ declarat, quæ etiam ab effectu ablutio seu lauacrũ dicitur. Vna est translatitia quum pro donorũ Spiritus sancti quasi effusione accipitur, ut suprà 1. a. 5, & 2. a. 2, & 10. g. 47, & 11. b. 16. Altera quũ pro Iohãnis doctrina, ut quũ quæritur an Baptismus Iohãnis è cœlo sit an ex hominibus: quũ dicitur Apollos nihil nouisse quàm Iohannis Baptisma: ut suprà 18. g. 25: itẽ quum dicitur Iohannes prædicasse Baptismum resipiscentiæ, ut suprà 13. d. 24, & in hoc uersiculo ac proxime sequente. Quod autem de baptismatis nomine dicimus, de ipso quoq; baptizandi uerbo simili ratione accipiẽdum est. Nam baptizare dicitur minister qui aqua tingit, & baptizari qui aqua tingitur. item baptizat Deus quum Spiritus sui dona impertitur, & baptizatur Spiritu à Deo: qui Spiritus donum accipit. baptizauit demum Baptismo resipiscentiæ Iohannes quum resipiscentiam doceret, cuius symbolum erat Baptismus quem primus administrauit, & baptizari dicuntur in Baptismate Iohannis quicunq; eo doctrinæ genere fuerunt instituti. Quum autem appareat minimè extinctam fuisse cum Iohanne ipsius existimationem, sed post eius obitum multos fuisse tum qui ea docerent quæ de Messiæ officio ac uitæ innocentia diuinitus differuerat: tum etiam qui hæc audita amplecterentur, quamuis Christi officium non nossent, ut de Apollo paulò ante Lucas testatus est: nec tamẽ usquà legamus, uel etiam probabile uideatur, istos, etiamsi eadem illa in genere docerent quæ Iohannes, Baptismum tamen Iohannis exemplo usurpasse: minimè certè necesse est, ut ubicunque fit Baptismatis Iohannis mentio, ipsum Baptismi ceremoniam usurpatam putemus. Itaq; qui propterea quòd isti paulò pòst dicuntur in nomine Iesu Christi baptizati, colligunt diuersum fuisse Baptismum Iohannis à Baptismo Christi, ideoq; ipsos fuisse rebaptizatos, certo fundamento destituuntur. Sunt autem multò ineptiores, qui rebaptizationem ex hoc loco uolunt stabilire. Nam etiam si concederem istos bis fuisse baptizatos, non tamen consequeretur, iterandum Christi baptismum. 4 In eũ. εἰς τὸν. Eras. de eo qui uẽturus esset. Hæc enim cõiunxit cũ participio ἐρχόμενον, quũ per tmesin cõstructa sint cũ uerbo πιστεύσωσι. idq; ita esse uel ex eo apparet, quòd in uetustis codicibus pro ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ subijcitur διὰ τοῦτο.

Increduli. Quum autem quidam indurarentur & parere nollent, malè loquentes de uia *Domini* coram multitudine, abscedés ab illis, segregauit discipulos, quotidie disserens in schola Tyranni cuiusdam.

Miracula. Hoc autem factum est per biennium: *ita* ut omnes qui habitabant in Asia, audirent sermonem Domini Iesu, tum Iudæi tum Græci.

Virtutes autem non uulgares edebat Deus per manus Pauli:

Ita ut etiam super inualidos deferrétur à corpore eius sudaria seu semicinctia, & recederēt ab eis morbi, & spiritus mali exirent ab eis.

Exorcistæ Iudæi à diabolo cædun tur. Aggressi sunt uerò quidam ex circulatoribus Iudæis exorcistis appellare super eos qui habebant spiritus malos, nomen Domini Iesu, dicentes, Adiuramus uos *per* Iesū quem Paulus prædicat.

Erant autem quidam filij Sceuæ Iudæi principis Sacerdotum septem qui hoc faciebant.

Respondēs uerò spiritus malus, dixit, Iesum noui, & Paulum scio: uos autem qui estis?

Et insiliens in eos homo in quo erat spiritus malus, ac superatis illis, inualuit contra eos: ita ut nudi & uulnerati effugerent ex domo illa.

Id uerò innotuit omnibus tum Iudæis tum Græcis qui habitabāt Ephesi: & incidit timor super omnes eos, ac magnificabatur nomen Domini Iesu.

Confessio. Multiq; eorum qui crediderant, ueniebant confitentes & prodentes facta sua.

Libri impij combusti. Multi quoq; ex eis qui curiosas artes exercuerant, comportatos libros exusserunt coram omnibus: quorum supputatis pretijs, repe-

9 ὡς δέ τινες ἐσκληρύνοντο καὶ ἠπείθουν, κακολογοῦντες τὴν ὁδὸν ἐνώπιον τοῦ πλήθους, ἀποστὰς ἀπ' αὐτῶν, ἀφώρισε τοὺς μαθητὰς, καθ' ἡμέραν διαλεγόμενος ἐν τῇ σχολῇ τυράννου τινός. A

10 τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ ἔτη δύο, ὥστε πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν Ἀσίαν, ἀκοῦσαι τὸν λόγον τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας.

11 δυνάμεις τε οὐ τὰς τυχούσας ἐποίει ὁ θεὸς διὰ τῶν χειρῶν Παύλου,

12 ὥστε καὶ ἐπὶ τοὺς ἀσθενοῦντας ἐπιφέρεσθαι ἀπὸ τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ σουδάρια, ἢ σιμικίνθια, καὶ ἀπαλλάσσεσθαι ἀπ' αὐτῶν τὰς νόσους, τά τε πνεύματα τὰ πονηρὰ ἐξέρχεσθαι ἀπ' αὐτῶν.

13 ἐπεχείρησαν δέ τινες καὶ τῶν περιερχομένων Ἰουδαίων ἐξορκιστῶν ὀνομάζειν ἐπὶ τοὺς ἔχοντας τὰ πνεύματα τὰ πονηρὰ, τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, λέγοντες ὁρκίζομεν ὑμᾶς τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὁ Παῦλος κηρύσσει.

14 ἦσαν δέ τινες υἱοὶ Σκευᾶ Ἰουδαίου ἀρχιερέως ἑπτὰ, οἱ τοῦτο ποιοῦντες.

15 ἀποκριθὲν δὲ τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν, εἶπε· τὸν Ἰησοῦν γινώσκω, καὶ τὸν Παῦλον ἐπίσταμαι. ὑμεῖς δὲ τίνες ἐστέ. B

16 καὶ ἐφαλόμενος ἐπ' αὐτοῖς ὁ ἄνθρωπος, ἐν ᾧ ἦν τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν, καὶ κατακυριεύσας αὐτῶν, ἴσχυσε κατ' αὐτῶν, ὥστε γυμνοὺς καὶ τετραυματισμένους ἐκφυγεῖν ἐκ τοῦ οἴκου ἐκείνου.

17 τοῦτο δὲ ἐγένετο γνωστὸν πᾶσιν Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι τοῖς κατοικοῦσι τὴν Ἔφεσον, καὶ ἐπέπεσε φόβος ἐπὶ πάντας αὐτοὺς, καὶ ἐμεγαλύνετο τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ.

18 πολλοί τε τῶν πεπιστευκότων ἤρχοντο, ἐξομολογούμενοι καὶ ἀναγγέλλοντες τὰς πράξεις αὐτῶν.

19 ἱκανοὶ δὲ τῶν τὰ περίεργα πραξάντων, συνενέγκαντες τὰς βίβλους, κατέκαιον ἐνώπιον πάντων· καὶ συνψήφισαν τὰς τιμὰς αὐτῶν, καὶ εὗρον

9 Tyranni cuiusdam τυράννου τινός. In uno codice additum legimus, ἀφ' ὥρας πέμπτης ἕως δεκάτης, ab hora quinta ad decimam. Cæterùm Tyranni appellatione nonnulli potentem quempiam principem intelligunt. Alii sentiunt gymnasium ab aliquo Tyranno fuisse olim ædificatum, à quo cognomētum accepisset. Sed simplicissima erit expositio si proprium nomen esse dixerimus. At enim (inquit Erasmus) si nomen est proprium, cur addit τινός? Imò uerò constat hoc dicendi genus frequenter usurpari, quoties ignotus quispiam nominatim appellatur, & ne longius petantur exēpla, sis ad huius nominis explicationem facit. Notum enim est omnibus, Tyrannos à ueteribus fuisse dictos in genere, quos postea βασιλεῖς, id est reges uocarunt. Sic autem Strabo qui non procul his temporibus uixit, Ἀρξαι δέφασιν Ἀνδρόκλον τῆς Ἰάσονος ἀπελθεῖν. ὕστερον τῆς Αἰολικῆς ὁμηγύρεως λαβόντα, τὸ ἀθλιωθὲν βασιλέως, γενέσθαι τοῦτον Ἐφέσου ἐκτίσθαι· διὸ καὶ τὸ βασιλεῖον τῶν Ἰώνων ἐνταῦθα συγκλυσαι φασι. λαβὶ ἔτι νῦν οἱ ἐν τῷ γόνου ὀνομάζονται βασιλεῖς, ἔχοντες τινὰς τιμάς, προεδρίαν τε ἐν ἀγῶσι, καὶ πορφύραν ἐπίσημον τῶν βασιλικῶν γόνυ, σκίπωνα αὐτοῖς σπάρτον, καὶ ἱερὰ τῆς ἐλευσινίας δήμητρος. Id est, Ducem fuisse Ionum demigrationis, quę Aeolicam est consequuta, Androclum Codri Athenarum regis legitimum filium, ait Pherecides, ac Ephesum condidisse: quamobrem etiam aiunt Ionum regiam Ephesi collocatam. Sed & nunc quoq; qui ex eo genere sunt reges uocantur, & quibusdam fruuntur honoribus, ut qui primo loco sedeant in certa mmibus, purpuram habeant regiæ gentis insigne, scipionem quoque pro sceptro, & Eleusiniæ Cereris sacra. C

12 Sudaria seu semicinctia, σουδάρια ἢ σιμικίνθια. Duo sunt Latina uocabula terminatione Græca inflexa: ac de priore quidem constat, de posteriore non item. In uno quidem exemplari Græco hæc reperimus ad marginem annotata, Ἀμφότερα λατινόλεξα ἐστί. πλὴν τὰ μὲν σουδάρια ἐστὶ τὰς περιαλοὺς ἐπιβάλλεσθαι, τὰ δὲ σιμικίνθια ζώνας κατέχοντα πρὸς τὰ ἀποκάθαρσιν τὰς ὑγρότητας τῆς προσώπου, οἷον ἱδρῶτα, πάνερια, ἀφυελερ, καὶ τὰ ὅμοια. Id est, utraque linea sunt: sed sudaria quidem capiti injiciuntur, semicinctia uerò manibus gestant, abstergendis humidis à facie excrementis, ut sit dore, lachrymis, sputo, & similibus. Hanc expositionem si sequamur, sudarium id erit quod uocamus *un couurechef*, semicinctium *un mouchoir*. Græcus scholiastes eadem habet: quibus tamen addit nonnulla, sed eiusmodi ut intelligere non potuerim. Mihi uerò Lucas uidetur sudarium & semicinctium pro eodem accipere, nisi pro ἢ legas ἐκ: quam lectionem in uno duntaxat codice deprehendimus. Nos in uernaculo nostro sermone semicinctia uocamus quandā muliebrium cingulorum speciem. Martialis quoq; in Apophoretis pro cingulo uidetur potius accipere quàm pro breuiore ueste, ut nōnulli explicarunt: idq; etiam ipsa uocabuli notatio uidetur confirmare.

16 Superatis illis, ἀμφοτέρων. Vulgata, Dominatus amborum. Nam pro αὐτῶν legit ἀμφοτέρων. Erasmus Dominatus eis. Sed τὸ κατακυριεύειν translatitiè hic accipitur, nec aliud declarat quàm dęmoniacum illum illis sese fiustrà tuentibus superiorem euasisse.

19 Prodentes ἀναγγέλλοντες. Vulgata & Erasmus, annuntiantes. Ego illud malui, quia non agitur hic de nuntio aliquo, sed τὸ ἀναγγέλλειν opponitur τῷ κρύπτειν. Publicè igitur isti metu diuini iudicij perterriti, errata sua professi ac detestati sunt. Sed quorsum hoc ad carnificinam illam confessionis quam auricularem uocant.

A ἀργυρίου μυριάδας πέντε.

τοσαῦτα κατὰ ἱερατεῖον ὁ λόγος τοῦ μυρίου αὐξάνει καὶ ἴσχυεν.

ὡς δὲ ἐπληρώθη τοῦτο, ἔθετο ὁ Παῦλος ἐν τῷ πνεύματι, διελθὼν τὴν Μακεδονίαν καὶ Ἀχαΐαν, πορεύεσθαι εἰς Ἱερουσαλήμ, εἰπών· ὅτι μετὰ τὸ γενέσθαι με ἐκεῖ, δεῖ με καὶ Ῥώμην ἰδεῖν.

ἀποστείλας δὲ εἰς τὴν Μακεδονίαν δύο τῶν διακονούντων αὐτῷ, Τιμόθεον καὶ Ἔραστον, αὐτὸς ἐπέσχε χρόνον εἰς τὴν Ἀσίαν.

ἐγένετο δὲ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον τάραχος οὐκ ὀλίγος περὶ τῆς ὁδοῦ.

Δημήτριος γάρ τις ὀνόματι, ἀργυροκόπος, ποιῶν ναοὺς ἀργυροῦς Ἀρτέμιδος, παρεῖχε τοῖς τεχνίταις ἐργασίαν οὐκ ὀλίγην.

οὓς συναθροίσας καὶ τοὺς περὶ τὰ τοιαῦτα ἐργάτας, εἶπεν· ἄνδρες, ἐπίστασθε ὅτι ἐκ ταύτης τῆς ἐργασίας ἡ εὐπορία ἡμῶν ἐστι.

B καὶ θεωρεῖτε καὶ ἀκούετε, ὅτι οὐ μόνον Ἐφέσου, ἀλλὰ σχεδὸν πάσης τῆς Ἀσίας ὁ Παῦλος οὗτος πείσας, μετέστησεν ἱκανὸν ὄχλον, λέγων ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοὶ οἱ διὰ χειρῶν γινόμενοι.

οὐ μόνον δὲ τοῦτο κινδυνεύει ἡμῖν τὸ μέρος εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος ἱερὸν εἰς οὐδὲν λογισθῆναι, μέλλειν τε καθαιρεῖσθαι τὴν μεγαλειότητα αὐτῆς, ἣν ὅλη ἡ Ἀσία καὶ ἡ οἰκουμένη σέβεται.

ἀκούσαντες δὲ καὶ γενόμενοι πλήρεις θυμοῦ, ἔκραζον, λέγοντες· μεγάλη ἡ Ἄρτεμις Ἐφεσίων.

καὶ ἐπλήσθη ἡ πόλις ὅλη συγχύσεως, ὥρμησαν

perierunt denariorum quinquaginta millia.

Ita fortiter crescebat sermo Domini & inualescebat.

His autem expletis, proposuit Paulus per Spiritum peragrata Macedonia & Achaia profiscisi in Ierusalem, dicens, Postquam fuero illic, oportet me etiam Romam uidere.

Missis autem in Macedoniam duobus ex ijs qui ministrabant sibi, uidelicet Timotheo & Erasto, ipse substitit ad tempus in Asia.

Ortus est autem illo tempore tumultus nō paruus de secta illa.

Nam quidam nomine Demetrius, faber argentarius qui faciebat templa argētea Dianæ, præbebat artificibus non paruum quæstum. *Diana.*

Quibus congregatis, & ijs qui similium rerū *erant* opifices, dixit, Viri, scitis quòd ex hoc opificio nostræ sunt facultates.

Et spectatis ac auditis quòd non solū Ephesi, sed penè totius Asiæ Paulus persuasam auertit multam turbam, dicens deos illos non esse qui manibus fiant.

Periculum est autem non solùm ne pars ista nobis per ipsum confutata, pereat: sed ne magnæ deæ Dianę templum pro nihilo habeatur, futurūq; sit ut etiam destruatur maiestas eius quam tota Asia & orbis colit.

His autem auditis, pleni excandescentia, clamauerunt, dicentes, Magna Diana Ephesiorū.

Et impleta est ciuitas tota confusione, & ir-

19 Denariorum ἀργυρίου Hebraicè כסף Erasmus ad uerbum, pecuniæ: nimium generali nomine, quum nemō etiam sic loquatur. Idem in annotationibus sic interpretatur, quod & ipsum non placet: nisi numos denarios, non sestertios accipias: quod à Latinis etiam interdum fieri docuit Agricola. Romanorum enim sunt numis (id est H-S) numerare: non Græcorum, qui drachmis potius supputabant. Denarius autē proximè ad drachmam accedit. Sed Asiaticos constat non drachmis, sed cistophoris numerasse: ut planè difficile sit hanc summam inire, nisi quòd ex ijs quæ Festus de Eu C boico talento scribit apparet cistophorum penè dimidia parte leuiorem fuisse drachma, siue denario. Etsi enim Attica drachma septima parte leuior est denario, tamen (ut docuit doctissimus Georgius Agricola) Latini Græca interpretātes, ὡς ἔγγιστα drachmam cum denario comparant. Aestimat autem Festus 4000. drachmas cistophoris 7500: quam rationem si sequamur, & ex Budæi supputatione tribus assibus regijs & semisse drachmam æstimemus, nisi me calculus fefelli, 50000 cistophorum æstimanda sunt Francicis libris 4665, & præterea assibus tredecim & uncijs quatuor. Sin autem ad drachmas placet reuocare exquisitiore calculo, 50000. drachmarum conficient Atticas libras 7500. sin ad denarios septima parte grauiores, 50000. denariūm æstimabimus Frācicis libris 8750: quod quidem non fuit alienū à Lucæ proposito, pluribus explicuisse. Per Spiritum ἐν πνεύματι. Id est, Spiritus sancti instinctu & impulsu, ponitur enim ἐν pro διά, ut alibi sæpe annotauimus. Est autem hoc diligenter obseruandum, ne uideatur postea Paulus pertinaciter in mortem ruere, repudiatis fratrum precibus ac consilijs. Vulgata & Erasmus, in Spiritu, id est (ut quidam conuertit) in animo suo: quæ interpretatio sanè frigida est, si cum altera illa comparetur. 23 De secta illa. περὶ τῆς ὁδοῦ. Id est, περὶ τῆς αἱρέσεως ταύτης, quo modo sumus interpretati ut planior esset oratio. Vulgata, de uia. Eras. de uia illa: nimium obscurè. Dicuntur autem hæc per μίμησιν in persona eorum qui hunc tumultum excitarunt: & hoc nimirum in ore habebant, Christianos uetere religione contēpta, nouam quandam sectā comminisci. 24 Templa argentea ναοὺς ἀργυροῦς Vulg. ædes. Eras. delubra: admonens in Annotationibus, hoc uocabulo significari ædiculas seu thecas templi effigie, in quibus reponebantur statuæ. Chrysostomus simili ratione putat declarare λιβύτιακα μικρά, id est, parua scriniola: ita tamen ut hoc non affirmet, quod si hanc interpretationē sequi libeat, putarim tamen potius hæc scriniola donariis potius quàm statuis ipsis fuisse consecrata. Sed non uideo qua ratione arculæ istæ possint ναοί, id est, templa, dici: nisi idoneis testibus probet Erasmus, templi specie fuisse fabricatas, quod mihi ne uerisimile quidē uidetur. Itaq; quod ad me attinet, simpliciter accipio, Demetrium hunc templa argentea Dianæ solitum procudere, id est aut in numis, aut alijs imagunculis celebertimi illius templi typum repræsentare, ac peregrinis aduentantibus diuendere, nempe ut etiamnū hodie faciūt eiusmodi artifices ijs in locis quò solent à nonnullis, religionis causa, uota suscipi. Istæ igitur imagunculæ seu numi (dicitur enim ἀργυροκόπος à percutiendis seu feriendis argenteis numis) ab ea figura quam repræsentabant, Templorū cognomentum retulerunt, sicuti simili prorsus ratione, Deliorum seu Athenienſium numos quosdam boues, eorundē Athenienſium alios quosdam κόρας, id est puellas, alios Corinthiorum πώλους, Pullos, alios Peloponnesiorum χελώνας testudines uocabant. 27 Ne pars ista nobis per ipsum confutata, pereat: ἡμῖν τοῦτο τὸ μέρος εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν. Vulgata ad uerbum, nobis pars hæc in redargutionem uenire: quòd nemo non uidet quàm obscurè sit dictum. Eras. ne hæc pars reprobetur. Si placuisset ad uerbum interpretari, maluissem uertere, ne pars hæc nobis redarguatur: ac potius cō iunxerim ἡμῖν cum uerbo ἐλθεῖν, quàm cum uerbo λυθήσεται. Sed res ipsa ostendit quid significet Demetrius, fore scilicet, ut si Paulus quemadmodum cœperat, ita etiam pergeret opinionem de Dianæ imaginibus confutare, totus hic quæstus illis periret. Ideo addit pronomen ἡμῖν nobis, quasi diceret, Si falsi conuincatur isse Dianæ cultus, nobis certè conuincetur.

29 Socijs

ruerunt concorditer in theatrum, correpto Gaio & Aristarcho Macedonibus, & socijs peregrinationis Pauli.

Gaium Aristarchum.

Paulo uerò uolēte prodire ad populū, non siuerunt discipuli.

Sed & quidam ex Asiæ principibus quum essent ei amici, *nuntijs* ad eū missis, precati sunt ne se daret in theatrum.

Alij igitur aliud clamabant: erat enim concio confusa, & plerique nesciebant cuius *rei* causa conuenissent.

Alexander.

Ex turba uerò *quidā* p̄duxerūt Alexādrū: p̄pellētib. eū Iudæis. Alexāder igitur quū manu innuisset, uolebat excusationē afferre populo.

Quem ut cognouerunt Iudęum esse, uox orta est una omnium quasi ad horas duas clamātium, Magna Diana Ephesiorum.

Tum scriba quum repressisset turbam, dixit, Viri Ephesij, quis enim est hominum qui nesciat Ephesiorum urbem ædituam esse magnæ deæ Dianæ, & à Ioue delapsi simulachri?

Quū igitur istis nō possit cōtradici, oportet uos contineri, nec quicquam præceps facere.

Adduxistis enim homines istos, neq; sacrilegos, neq; contumelioſos in deam uestram.

Quòd si Demetrius & qui cum eo sunt artifices, causam habēt aduersus aliquē, agitur forum, & Proconsules sunt: alij alios postulent.

Si quid autem de rebus alijs requiritis, in legitima concione absoluetur.

Nam periculū est ne postulemur seditionis propter *diem* hodiernum, quū nulla subsit causa ob quam possimus reddere rationem concursus istius. Et quum hæc dixisset, dimisit cōcionem.

CAPVT XX.

POstquam autem cessauit tumultus, quum aduocasset Paulus discipulos, & complexus eos, profectus est ut iret in Macedoniam.

Peregrinatus autem per partes illas, & exhortatus eos multo sermone, uenit in Græciam.

Quum esset autem ibi tres menses, & insidiæ ei factæ essent à Iudæis, quum esset nauigaturus in Syriam, habuit consilium ut reuerteretur per Macedoniam.

Comitatus est autem eum Sopater Pyrrhi Beroēnsis, Aristarchus & Secundus Thessalonicēnsis, & Gaius Derbæus, & Timotheus, Asiani autem Tychicus & Trophimus.

Hi autem præcedentes, exspectabant nos Troade.

Nos uerò nauigauimus à Philippis post dies azymorum, & uenimus ad illos Troadem in quinque diebus, ubi demorati sumus septem diebus.

Die autem una sabbatorum quum conuenissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat cum eis, profecturus postridie, & protraxit sermonem usque ad mediam noctem.

Erant autem lucernæ copiosæ in cœnaculo ubi congregati eramus.

Sedebat autem quidam adolescens nomine Eutychus, in fenestra, grauatus somno altiore, quum diu disputaret Paulus, & obdormiens ille, lapsus est de tertio cœnaculo deorsum, & sublatus est mortuus.

Descendens autem Paulus, incubuit illi, & complexus dixit, Nolite turbari, anima enim ipsius in ipso est.

Ascendens autem, & frangens panem, & gustans, satisque allocutus usque ad lucem, sic profectus est.

Adduxerunt autem puerum uiuentem, & consolati sunt non modicè.

Nos autem præcedentes nauem, nauigauimus Assum, inde suscepturi Paulum: sic enim constituerat, ipse iter facturus per terram.

Vt autem conuenit nos apud Assum, assumpsimus eum, & uenimus Mitylenen.

Et inde nauigantes, sequenti die peruenimus contra Chium, & alio die applicuimus Samo, & sequenti uenimus Miletum.

Decreuit enim Paulus præterire Ephesum, ne quo tempore illi esset facienda mora in Asia.

Festinabat enim, si fieri posset, ut Hierosolymam faceret diem Pentecostes.

CAPVT XX.

MIsit autem Miletum, & euocauit ad se maiores natu Ecclesiæ.

Quos ut uenerunt ad eum, dixit ad illos, Vos scitis à primo die quo ingressus sum Asiam, quomodo uobiscum per omne tempus fuerim,

29 Socijs peregrinationis Pauli. *συνεκδήμους τῦ Παύλου.* Vulg. comitibus Pauli. Addidi ex Erasmi Annotationibus quod necessarium fuit explicando Græco uocabulo. Neque enim quisquis est comes, idem etiam est *συνέκδημος.* 33 Excusationem afferre *ἀπολογεῖσθαι.* Vulg. & Eras. rationem reddere *λόγον διδόναι.* Puto autem hunc Alexādrum à Iudæis paulatim extra turbam productum in eum locum unde posset exaudiri, non ut ipsum in discrimen adducerent (cur non enim potius in tumultu disperirent, aut Ephesios saltem in eum prouocarent? cur deniq; ex turba protruderent ut locus illi ad dicendum pateret?) sed ut per eum, quicunque tandē is fuerit, populum placarent. Neq; enim dubito quin quum de suæ Dianæ cultu asserendo laborarent Ephesij, magna pars illorum in Iudæos ferretur: idq; ita esse uel ex eo liquet, quòd ubi Alexandrum Iudæum esse cognouerunt, statim in apertam rabiem exarserunt, nec potuerūt induci ut loquentem audirent. 35 A Ioue delapsi *τῦ διοπετῦς.* Sub. *ἀγάλματος.* Vulg. Iouisque prolis. Constat autē ex Plinio lib. 16. cap. 40. uitigineum fuisse hoc simulachrum, à Canetia quodam artifice fabricatum, sed longè antiquissimum, utpote quod nunquam sit mutatum septies restituto templo. Antiquitas igitur & Sacerdotum auaritia huic superstitioni facile uiam muenerunt. 38 Agitur forum *ἀγοραῖοι ἄγονται.* id est *ἡ ἀγορὰ τελεῖται.* Ad uerbū, forenses agunt, uel agūntur, seu coguntur, pro quo dicimus in uernaculo sermone *on tient les plaids.* i. ut loquitur Cicero, forum agunt. Appellatione uero *τῦ ἀγοραίου* intelliguntur uel ipsi forensium causarum iudices, uel causidici, ut rectè explicant Græca scholia: illi denique qui forensia solent tractare. Sudas quoq; *ἀγοραῖον δικαστῦ* meminit, & *ἀγόραιον πραγματευτάν*, significare dicit diem Fastum, quem ferē solent Græci *ἱστάμενον* uocare. Eras. ueterem interpretem sequutus, conuertit, conuentus forenses aguntur: rectè quidem si sensum spectes: sed cui tamen non assentior, quòd in Græcis subaudiri putet, cognitiones aut lites. i. *ἱστάσεις* aut *ἀμφισβητήσεις*, quum ipsi potius qui in foro aut iudicant aut contendunt, *ἀγοραῖοι* dicantur. Proconsules sunt *ἀνθύπατοί εἰσιν.* Nomine Proconsulum intellige etiam legatos Proconsulis, & qui eius uices in cognoscendis grauioribus causis obibant. Leuioribus enim ordinaria illa & quotidiana iudicia sufficiebant: quibus (inquit Scriba) si non acquiescat Demetrius cum suis, adeant Proconsulem, aut ipsius legatos. 39 In legitima conc. *ἐν τῇ ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ.* Quia de sacro cōuētu hic non agitur, ideo *ἐκκλησίαν* non conuerti Ecclesiam meo more, sed concionē, quod Eras. quoq; annotauit. Cæterū *ἔννομος ἐκκλησία.* i. legitima cōcio, nō tantū opponitur *τῇ συστάσει.* i. seditioſę & tumultuosæ cōciōni, sed etiam *τῷ συγκλήτῳ.* i. illi quæ extra ordinē aduocabatur. Erant enim certi dies habendis concionib. constituti, quas *ἐννόμους* & *τεταγμένας* Græci oratores uocāt. Ad illas igitur Scriba populū reuocat. i. ad maiorū morē. 40 Seditionis propter *diem. στάσεως περὶ τῆς σήμερον.* Vulg. & Eras. hodiernæ seditionis. i. *περὶ τῆς στάσεως τῆς σήμερον*, eodē quidē manēte sensu, sed ita tamen ut sine causa à uerbis Lucæ discedat. Quū nulla subsit causa *μηδενὸς αἰτίου ὑπαρχοντος.* Vulg. quū nullus sit obnoxius. Sed præstat *αἴτιον* in neutro genere interpretari.

IN CAPVT

A ασασάμενος, ἐξῆλθε πορευθῆναι εἰς τὴν μακεδονίαν. xus esset, abijt profecturus in Macedoniam. *Macedonia.*

διελθὼν δὲ τὰ μέρη ἐκεῖνα, καὶ παρακαλέσας αὐτοὺς λόγῳ πολλῷ, ἦλθεν εἰς τὴν ἑλλάδα. Quum autem peragrasset partes illas, & exhortatus illos fuisset multo sermone, uenit in Græciam. *Græcia.*

ποιήσας τε μῆνας τρεῖς, γενομένης αὐτῷ ἐπιβουλῆς ὑπὸ τῶν ἰουδαίων, μέλλοντι ἀνάγεσθαι εἰς τὴν συρίαν, ἐγνώσθη γνώμη τοῦ ὑποστρέφειν διὰ μακεδονίας. 3 Et ibi peractis mensibus tribus, quum à Iudæis factæ essent insidiæ ei proficiscenti in Syriam: censuit reuertendum per Macedoniam.

συνείπετο δὲ αὐτῷ ἄχρι τῆς ἀσίας σώπατρος Βερροιαῖος. θεσσαλονικέων δὲ, ἀρίσταρχος, καὶ σεκοῦνδος, καὶ γαΐος δερβαῖος, καὶ τιμόθεος· ἀσιανοὶ δὲ, τυχικὸς καὶ τρόφιμος. 4 Comitatus est autem eum usque in Asiam Sopater Beroœensis: Thessalonicensium uerò Aristarchus, & Secundus, ac Gaius Derbæus, ac Timotheus: Asiani uerò Tychicus & Trophimus.

οὗτοι προελθόντες, ἔμενον ἡμᾶς ἐν τρωάδι. 5 Qui quũ præissent, expectarũt nos Troade.

ἡμεῖς δὲ ἐξεπλεύσαμεν μετὰ τὰς ἡμέρας τῶν ἀζύμων ἀπὸ φιλίππων, καὶ ἤλθομεν πρὸς αὐτοὺς εἰς τὴν τρωάδα ἄχρις ἡμερῶν πέντε, ὅπου διετρίψαμεν ἡμέρας ἑπτά. 6 Nos uerò enauigauimus post dies azymorũ à Philippis, & uenimus ad eos Troadem intra dies quinq; ubi consumpsimus dies septem.

ἐν δὲ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, συνηγμένων τῶν μαθητῶν τοῦ κλάσαι ἄρτον, ὁ παῦλος διελέγετο αὐτοῖς, μέλλων ἐξιέναι τῇ ἐπαύριον, παρέτεινέ τε B τὸν λόγον μέχρι μεσονυκτίου. 7 Primo autem die hebdomadæ coactis discipulis ad frangẽdum panem, Paulus disserebat eis profecturus postridie, protenditq; sermonem usq; in mediam noctem. *Totam noctẽ docet Paulus quòd Iesus sit Christus.*

ἦσαν δὲ λαμπάδες ἱκαναὶ ἐν τῷ ὑπερῴῳ, οὗ 8 ἦσαν συνηγμένοι. 8 Erant porrò lucernę multæ in cœnaculo ubi erant coacti.

καθήμενός δέ τις νεανίας, ὀνόματι εὔτυχος, ἐπὶ τοῦ θυρίδος, καταφερόμενος ὕπνῳ βαθεῖ, διαλεγομένου τοῦ παύλου ἐπὶ πλεῖον κατενεχθεὶς ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἔπεσεν ἀπὸ τοῦ τριστέγου κάτω, καὶ ἤρθη νεκρός. 9 Et sedens quidam adolescens, nomine Eutychus, in fenestra, dejciente *eum* somno profundo, quũ diutius dissereret Paulus, præ somno ruens, decidit ex tertia contignatione deorsum, & subiatus est mortuus. *Eutychus sustollatur.*

καταβὰς δὲ ὁ παῦλος, ἐπέπεσεν αὐτῷ, καὶ συμπεριλαβών, εἶπε· μὴ θορυβεῖσθε, ἡ γὰρ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν αὐτῷ ἐστιν. 10 Quum igitur ascendisset, fregisset̃q; panem ac degustasset, diu colloquutus usque ad diluculum, ita demum profectus est. Quum descendisset autem Paulus, incubuit super eum: & complexus, dixit, Ne tumultuemini: anima enim eius in ipso est.

ἀναβὰς δὲ, καὶ κλάσας ἄρτον, καὶ γευσάμενος ἐφ' ἱκανὸν τε ὁμιλήσας ἄχρι αὐγῆς, οὕτως ἐξῆλθεν. 11 Adduxerunt autem puerum uiuum, & resocillati sunt non mediocriter.

ἤγαγον δὲ τὸν παῖδα ζῶντα, καὶ παρεκλήθησαν οὐ μετρίως. 12 Nos autem progressi ad nauem, profecti sumus Asson, illinc recepturi Paulũ: sic enim ordinauerat, quum ipse pedibus *illuc* esset iter facturus.

ἡμεῖς δὲ προελθόντες ἐπὶ τὸ πλοῖον, ἀνήχθημεν ἐκεῖθεν μέλλοντες ἀναλαμβάνειν τὸν παῦλον· οὕτω γὰρ διατεταγμένος, μέλλων αὐτὸς πεζεύειν. 13 Vt autem cõiunxit se nobiscum ad Asson recepto eo uenimus in Mitylenen.

ὡς δὲ συνέβαλεν ἡμῖν εἰς τὴν ἄσσον, ἀναλαβόντες αὐτὸν, ἤλθομεν εἰς μιτυλήνην. 14 Et quũ illinc abnauigassemus, sequenti die deuenimus Chium, postridie uerò appulimus Samum: & quum diuertissemus Trogyllium, sequenti die uenimus Miletum.

κἀκεῖθεν ἀποπλεύσαντες, τῇ ἐπιούσῃ κατηντήσαμεν ἀντικρὺ χίου. τῇ δὲ ἑτέρᾳ παρεβάλομεν εἰς σάμον· καὶ μείναντες ἐν τρωγυλλίῳ, τῇ ἐχομένῃ ἤλθομεν εἰς μίλητον. 15

IN CAPVT XX.

3 Peractis mensibus tribus, *ποιήσας μῆνας τρεῖς.* Vide suprà 18.f.23. 4 Sopater *Σώπατρος.* In tribus codicibus legimus *Σωσίπατρος* Sosipater. Vulg. addit Pyrrhi, scilicet filius. & in Cõplutensi editione & quatuor exẽplarib. additur *τοῦ πύρρου.* 7 Primo autem die hebdomadæ *ἐν δὲ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων.* Vulg. Vna autem Sabbathi. Eras. Vno autẽ die Sabbathorũ. Vide Matt. 28. a. 1. Quominus autẽ possimus interpretari, quodam die Sabbathi, duo impediũt: unum, quòd *μιᾷ σαββάτων* pro *τινὶ σαββάτῳ*, nusquam inuenias: alterum, quia adiunctus articulus declarat hanc particulam indefinitè accipi non posse. Primus itaque hebdomadæ dies hic omnino intelligitur, is scilicet quem Dominicum uocamus: & ex hoc loco, tum etiam ex eo quod scribitur, 1. Cor. 16. a. 2, non inepte colligitur, iam tum consuesse Christianos hoc die solennes conuentus agere, paulatim euanescente Iudaici Sabbathi ceremonia. 8 Erant *ἦσαν.* Veteres codices legunt *ἦσαν*, Eras. idq; rectius, ut ex superioribus apparet. Pertinet autem hoc quoq; ad fidẽ scriptori faciendã, ut qui oculatus fuit testis. 9 Diutius *ἐπὶ πλεῖον.* In omnibus uetustis codicib. additur distinctio post *πλεῖον*, ut non dubium sit quin connectẽdum sit cum participio *διαλεγομένου*, contra quam existimauit Erasmus. Præ somno ruens, *κατενεχθεὶς ἀπὸ τοῦ ὕπνου.* Vulg. ductus somno. Eras. magis depressus somno. Ego uerò existimo *κατενεχθεὶς* propria significatione accipiẽdũ hoc posteriore loco. 11 Ita *οὕτως.* Vide Iohan. 4. a. 6. 13 Asson, *εἰς τὴν ἄσσον.* Assos scilicet urbem Aeolidis, seu Mysiæ. Puto enim eandem esse urbem. Nonnulla exemplaria pro *ἄσσον* legunt *θάσσον*, sed lectione admodum deprauata, sicuti quæ pro *τρωγυλλίῳ* Mycales montis promontorio e regione Sami, legunt *τρωγιλλίῳ.* 15 Diuertissemus Trogyllium *μείναντες ἐν τρωγυλλίῳ.* Vide Luc. 10. a. 7.

19 Modestia

Pentecoste.

Statuerat enim Paulus præternauigare Ephesum, ne tempus tereret in Asia: festinabat enim, si possibile sibi esset, ut die Pentecostes esset Hierosolymis.

A Mileto autem misis Ephesum *nuntijs*, aduocauit Presbyteros Ecclesiæ.

Hortatur Paulus presbyteros Ephesiorum.

Qui quum peruenissent ad ipsum, dixit eis, Vos scitis à primo die quo ingressus sum Asiã, quomodo uobiscũ per omne tempus fuerim.

Seruire Deo. Humilitas. Lachrymæ. Tentationes.

Seruiés Domino cũ omni modestia & multis lachrymis ac tentationibus, quæ mihi euenerant ex insidijs Iudæorum:

Vt nihil suffugerim eorum quæ uobis conducerent, quin ea annuntiarem uobis, & docerem uos publicè ac per singulas domos,

Pœnitentia. Fides.

Testificans Iudæis simul & Græcis eam quę erga Deum *est* resipiscentiam, ac fidẽ erga Dominum nostrum Iesum.

Afflictiones Pauli.

At nunc ecce, ego uinctus Spiritu, proficiscor in Ierusalem, quæ in ea obuentura sint mihi, ignorans:

Nisi quòd Spiritus sanctus per singulas ciuitates testificatur, dicens quòd uincula & afflictiones me manent.

Ministerium Pauli.

Verùm nullius rationem habeo, neque uita mea cara est mihi ipsi, ut consumem cursum meum cum gaudio, et ministerium quod accepi à Domino Iesu, ad testificandum Euangelium gratiæ Dei.

Et nunc ecce ego noui quòd amplius non uidebitis faciem meã ulli ex uobis omnibus, per quos transiui prædicans regnum Dei.

Ideo testor uobis hodierno die, quòd mũdus ego *sum* à sanguine omnium.

Consilium Dei.

Non enim subterfugi quominus annuntiarem uobis omne consilium Dei.

Grex. Episcopi. Christus Deus.

Attẽdite igitur uobis ipsis & toti gregi, in quo uos Spiritus sanctus constituit Episcopos, ad pascẽdam Ecclesiam Dei, quam acquisiuit suo illo sanguine.

16 ἐκρινε γὰρ ὁ Παῦλος παραπλεῦσαι τὴν Ἔφε- A
σον, ὅπως μὴ γένηται αὐτῷ χρονοτριῆσαι ἐν τῇ
Ἀσίᾳ. ἔσπευδε γάρ, εἰ δυνατὸν αὐτῷ εἴη, τὴν ἡμέραν
τῆς πεντηκοστῆς γενέσθαι εἰς Ἱεροσόλυμα.

17 ἀπὸ δὲ τῆς Μιλήτου πέμψας εἰς Ἔφεσον, μετεκα-
λέσατο τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας.

18 ὡς δὲ παρεγένοντο πρὸς αὐτόν, εἶπεν αὐτοῖς· ὑμεῖς ἐ-
πίστασθε, ἀπὸ πρώτης ἡμέρας, ἀφ' ἧς ἐπέβην εἰς τὴν
Ἀσίαν, πῶς μεθ' ὑμῶν τὸν πάντα χρόνον ἐγενόμην,

19 δουλεύων τῷ Κυρίῳ μετὰ πάσης ταπεινοφρο- B
σύνης καὶ πολλῶν δακρύων καὶ πειρασμῶν, τῶν
συμβάντων μοι ἐν ταῖς ἐπιβουλαῖς τῶν Ἰουδαίων·

20 ὡς οὐδὲν ὑπεστειλάμην τῶν συμφερόντων, τοῦ μὴ
ἀναγγεῖλαι ὑμῖν, καὶ διδάξαι ὑμᾶς δημοσίᾳ καὶ
κατ' οἴκους,

21 διαμαρτυρόμενος Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι τὴν
εἰς τὸν Θεὸν μετάνοιαν, καὶ πίστιν τὴν εἰς τὸν Κύριον
ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν.

22 καὶ νῦν ἰδοὺ ἐγὼ δεδεμένος τῷ πνεύματι, πο-
ρεύομαι εἰς Ἰερουσαλήμ, τὰ ἐν αὐτῇ συναντήσον- B
τά μοι μὴ εἰδώς,

23 πλὴν ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ πόλιν διαμαρ-
τύρεταί μοι, λέγον ὅτι δεσμὰ καὶ θλίψεις με μένουσιν.

24 ἀλλ' οὐδενὸς λόγου ποιοῦμαι, οὐδὲ ἔχω τὴν ψυ-
χήν μου τιμίαν ἐμαυτῷ, ὡς τελειῶσαι τὸν δρόμον μου μετὰ χαρᾶς, καὶ τὴν διακονίαν, ἣν ἔλα-
βον παρὰ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, διαμαρτύρασθαι τὸ εὐ-
αγγέλιον τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ.

25 καὶ νῦν ἰδοὺ ἐγὼ οἶδα, ὅτι οὐκέτι ὄψεσθε τὸ
πρόσωπόν μου ὑμεῖς πάντες, ἐν οἷς διῆλθον, κη-
ρύσσων τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

26 διὸ μαρτύρομαι ὑμῖν ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ,
ὅτι καθαρός ἐγὼ ἀπὸ τοῦ αἵματος πάντων.

27 οὐ γὰρ ὑπεστειλάμην τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν πᾶ-
σαν τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ.

28 προσέχετε οὖν ἑαυτοῖς, καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ, C
ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο ἐπισκόπους,
ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἣν περιεποιή-
σατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος.

19 Modestia ταπεινοφροσύνης. Vulg. humilitate: quo uocabulo significatur obscuritas ac ignobilitas, ut diximus Luc. 1. c. 48. Erasmi animi humilitate: quod ego quidem inter uitia numerarim. 20 Nihil suffugerim ὑπεστειλάμην Id est, nihil aut per metũ, aut lucri causa, uel prorsus subtricuerim, uel aliqua ex parte dissimularim. Nam ὑποστέλλεσθαι. dicũtur, quos metus (ut ita dicam) contrahit, aut qui tanquã uela colligunt in loquendo. 22 Vinctus spiritu, δεδεμένος τῷ πνεύματι. Id est, Spiritus sancti impulsu ac mandato, tanquam uinculo quodam, me illuc pertrahente: de quo diximus suprà 19. d. 21. Quorsum autem hoc Paulus? an quòd inuitus illuc pertraheretur? minimè uerò, ut ipse testatur, & res ipsa ostendit: sed ne quis ex fratribus hoc iter ipsi dissuadeat, monet eos, sese Dei mandato illuc proficisci, ne putetur Ecclesiæ ac Prophetarum prædictiones ac consilia contẽnere. 26 Mundus à sanguine καθαρὸς ἀπὸ αἵματος. Id est, quòd nulli uestrum sim author exitij: ex Hebræorum idiotismo, quem exposuimus suprà 18. a. 6. 27 Omne cõsilium πᾶσαν τὴν βουλήν. Irenæi Interpres lib. 3. cap. 14, conuertit Omnem scientiam, siue (ut in alijs codicibus legitur) omnem sententiam: de quo non est necesse (opinor) ut laboremus, siquidem hunc interpretem quicunq; tandem fuit, apparet Latinæ Linguæ fuisse admodum imperitum. Sed tamen suspicor hanc interpretationẽ ab aliquo profectam cui uisus sit Apostolus nimium arroganter dicere, omne consilium Dei à se fuisse Ephesijs explicatum: quasi uerò ista ad officium Apostolatus accomodari non debeant. Est aũt hoc quoque obseruandũ propter illos qui, quoties libuit, uniuersales istas particulas ita solent urgere, ut nullam interpretationem admittant. 28 Dei, τῦ θεῦ. In quinque exemplaribus legitur κυρίου καὶ θεοῦ, Domini & Dei. Suspicor autem τῦ κυρίου initio fuisse adscriptum ad marginem à quopiam qui Dei uocabulum sic explicaret aduersus Anthropomorphitas, ne scilicet Paulus uideatur sanguinem ipsi Diuinati tribuere: deinde quum hoc irrepsisset in contextum, & ista συνέχου θεοῦ non bene uiderentur cohærere, interpositam esse particulam διά. Sed hæc ego tanquam diuinans dico. Hoc quidem certum est, explicanda hæc esse per κοινωνίαν ἰδιωμάτων: quod dicẽdi genus non ita est ἄκυρον, neque reprobandum (ut nuper post Eutychetem impiè quidam dicere ac scribere ausus est) sed summam nostræ consolationis continet: illud nimirum differre explicans quod ait Iohannes, Verbũ factum esse carnem: ita ut qui uerè Deus est, uere nobis & Deus & homo sit factus. Suo illo sanguine τῦ ἰδίου αἵματος. In uno codice legimus τῦ αἵματος τῦ ἰδίου. Vtrouis enim modo legas, seruanda uis est articuli, quo præstantia huius sanguinis, & anti-

ἐγὼ γὰρ οἶδα τοῦτο, ὅτι εἰσελεύσονται μετὰ τὴν 29
ἄφιξίν μου λύκοι βαρεῖς εἰς ὑμᾶς, μὴ φειδόμενοι
τοῦ ποιμνίου,
καὶ ἐξ ὑμῶν αὐτῶν ἀναστήσονται ἄνδρες, λαλοῦντες διε- 30
στραμμένα, τοῦ ἀποσπᾶν τοὺς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν.
διὸ γρηγορεῖτε, μνημονεύοντες ὅτι τριετίαν νύ- 31
κτα καὶ ἡμέραν οὐκ ἐπαυσάμην μετὰ δακρύων
νουθετῶν ἕνα ἕκαστον.
καὶ τανῦν παρατίθεμαι ὑμᾶς, ἀδελφοὶ τῷ θεῷ, 32
καὶ τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ, τῷ δυναμένῳ ἐποι-
κοδομῆσαι, καὶ δοῦναι ὑμῖν κληρονομίαν ἐν τοῖς
ἡγιασμένοις πᾶσιν.
ἀργυρίου ἢ χρυσίου ἢ ἱματισμοῦ οὐδενὸς ἐ- 33
πεθύμησα.
αὐτοὶ δὲ γινώσκετε, ὅτι ταῖς χρείαις μου καὶ τοῖς 34
οὖσι μετ' ἐμοῦ ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὗται.
πάντα ὑπέδειξα ὑμῖν, ὅτι οὕτω κοπιῶντας 35
δεῖ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀσθενούντων, μνημονεύειν
τε τῶν λόγων τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, ὅτι αὐτὸς εἶπε· μακά-
ριόν ἐστι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν.
καὶ ταῦτα εἰπὼν, θεὶς τὰ γόνατα αὐτοῦ, σὺν πᾶ- 36
σιν αὐτοῖς προσηύξατο.
ἱκανὸς δὲ ἐγένετο κλαυθμὸς πάντων· καὶ ἐπὶ τὸν 37
τράχηλον τοῦ παύλου, κατεφίλουν αὐτόν.
ὀδυνώμενοι μάλιστα ἐπὶ τῷ λόγῳ ᾧ εἰρήκει, 38
ὅτι οὐκέτι μέλλουσι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ θεωρεῖν.
προέπεμπον δὲ αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον.

Ego enim noui hoc, quòd post discessum meum ingressuri sint in uos lupi graues, non parcentes gregi. *Lupi.*
Et ex uobis ipsis exoriẽtur uiri qui loquãtur peruersa, ut discipulos post se abstrahant.
Ideo uigilate, memores quòd per triẽnium nocte & die nõ cessauerim cum lachrymis monere unumquenq;. *Vigilare. Monere cum lachrymis.*
Nunc quoq; fratres, commendo uos Deo & sermoni gratię ipsius: qui *quidem Deus* potest superstruere, & dare uobis quod hæreditatis iure possideatis cum sanctificatis omnibus.
Argentum & aurum, aut uestem nullius concupiui.
Imò ipsi nostis quòd usibus meis, & his qui mecum sunt, subministrarunt manus istæ. *Laboratmanib. Paulusepisiopus* 1.Cor. 4.c.12. 1.Thes.2.b.9. 2.Thes.3.b.8.
In omnibus ostendi uobis quòd sic laborãtes oportet sustinere inualidos, ac meminisse uerborum Iesu, quoniam ipse dixit, Beatũ est dare potius quàm accipere. *Dare. Accipere.*
Et quum hæc dixisset, positis genibus suis, orauit cum omnibus illis. *Oratio.*
Magnus autem fletus ortus est omnium: & ruentes in collum Pauli, deosculabãtur eum. *Osculo.*
Dolentes maximè ob sermonem quem dixerat, quòd amplius faciem eius nó essent spectaturi, & deduxerunt eum ad nauigium.

KEΦ. κα.

Ὡς δὲ ἐγένετο ἀναχθῆναι ἡμᾶς ἀποσπα- 1
σθέντας ἀπ' αὐτῶν, εὐθυδρομήσαντες ἤλ-
θομεν εἰς τὴν Κῶν, τῇ δὲ ἐξῆς εἰς τὴν Ῥόδον, κἀ-
κεῖθεν εἰς Πάταρα.
καὶ εὑρόντες πλοῖον, διαπερῶν εἰς Φοινίκην, 2
ἐπιβάντες ἀνήχθημεν.
ἀναφάναντες δὲ τὴν Κύπρον, καταλιπόν- 3
τες αὐτὴν εὐώνυμον, ἐπλέομεν εἰς Συρίαν, καὶ κα-
τήχθημεν εἰς Τύρον· ἐκεῖσε γὰρ τὸ πλοῖον ἀπο-
φορτιζόμενον ἦν γόμον.
καὶ ἀνευρόντες τοὺς μαθητὰς, ἐπεμείναμεν αὐ- 4
τοῦ ἡμέρας ἑπτά· οἵτινες τῷ παύλῳ ἔλεγον διὰ τοῦ

CAPVT XXI.

VT autem prouecti sumus, auulsi ab eis, recto cursu uenimus Coum, & sequẽti die Rhodum, & illinc Patara.
Et inuento nauigio quod traijceret in Phœnicen, eo conscenso, prouecti sumus.
Quum autem cœpisset *nobis* apparere Cyprus, relicta ea ad siniſtram, nauigauimus in Syriam, ac deuecti sumus Tyrum: illuc enim nauigium erat onus expositurum.
Permansimus ibidem dies septem inuẽtis discipulis: qui Paulo dicebant per Spiritum, ne

thesis illa declaratur, quæ copiosius exponitur Hebr. 9.c.12. Fuit enim hic sanguis uerè pius ac sanctus, imò uerò purificans ac sanctificus sanguis: ex illo manans nimirum, qui sicuti uerè homo, ita etiam uerè Deus existit. 32 Et sermoni gratiæ ipsius: ἢ τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ. Hæc per epexegesim explico, quasi diceret Paulus, Commendo uos Deo, ut uos præsidio suo conseruet: id est Euangelio, siue gratiæ suæ nuntio. Idcirco enim Euangelium dicitur salutis sermo supra capite 13.d.26. Qui *quidem Deus* potest τῷ δυναμένῳ. Eras. in Annotat. hoc coniũgit cum λόγῳ. At ego puto nimis coactam fore interpretationem, si cum τῷ θεῷ coniunxeris. Ideo nonnihil supplenti ex quo id posset intelligi. Deinde & hoc notandũ est, articulum hoc loco non tam διαλεκτικῶς quam κατὰ λογίαν declarare. Quod hæreditatis iure possidea tis κληρονομίαν. Hebraicè נחלה: quod uocabulum multo latius patet quàm hæreditas apud Latinos, ut alibi diximus: & tamen uidetur declarare quo iure consequuturi simus illud tanquam prædium quod possidebimus, nimirum gratuito adoptionis iure, quasi filij. Ideo periphrasim paulò lõgiorem usurpauit. Cum omnibus ἐν πᾶσιν. Hebraice בכל: ἐν pro σύν posita: quam enallagen alibi sæpe annotauimus. Vulg. in omnibus. Eras. inter omnes. 35 In omnibus πάντα. Vel Per omnia. Nam subaudienda est præpositio κατά, ut 1, Cor. 9.d.25, & 10.g.33, & Ephes. 4.c.15. Quid si uerò ἀσθενεῖς supe riori uerbo ἀντιλαμβάνεσθαι adiunxeris? nolui tamen quicquam mutare ex coniectura. Sustinere ἀντιλαμβάνεσθαι. id est alioquin collapsuros quasi porrecta manu retinere. Dicuntur enim hæc translatitiè de illis qui nondum satis confirmati doctrina & exemplis, offendicula ibi inueniunt, ubi planissima uia est: ideoq; ferendi sunt quoad eius fieri potest (saluæ scilicet conscientia) & cauenda diligenter omnia quibus possint offendi. Hoc enim est labentes fulcire. Vide Luc. 1.c.54. Vulg. & Eras. fuscipere.

IN CAP. XXI.

3 Quum autem cœpisset *nobis* apparere Cyprus ἀναφανέντες δὲ τὴν Κύπρον. Sic legũt ueteres codices. Eras. autẽ legit ἀναφάναντες. & nonnulli habent ἀναφανέντες δὲ τῆς λαιᾶς, lectione manifestè corrupta, quum potius scribendum sit ἀναφλίναντες. Cæterùm τὸ ἀναφαίνειν opponitur hoc in loco τῷ ἀποκρύπτειν, & id declarat pro quo Virgilius aperire dixit lib. Aeneid. 3, Quarto terra die se attollere tandem Visa, aperire procul montes, ac uoluere fumum. Idẽ eodem libro, Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis Et formidatus nautis aperitur Apollo. Quia scilicet nauigantibus præfertim: ut non immeritò Erasmus pro eo quòd in Vulgata editione legitur, Quum aperuissemus autem Cypro, ueterem interpretem suspicetur scripsisse, Quum autem peruenissemus Cyprum. 4 Per Spiritum, διὰ τοῦ πνεύματος.

ascenderet in Ierusalem.

Sed quum nos peregissemus dies illos, abijmus, omnibus deducẽtibus nos cum uxoribꝫ & liberis, donec exissemus urbẽ: & positis genibus in littore, orauimus.

Oratio in littore

Ac alij alios complexi, conscendimus naui gium: illi autem reuersi sunt ad suos.

Nos uerò nauigatione perfecta, deuenimus Tyro Ptolemaida, & salutatis fratribus, mansimus diem unum apud eos,

Philippus Euãgelista

Postridie uerò egressi, Paulus & nos qui cũ eo eramus, uenimus Cæsaream: & ingressi domum Philippi Euangelistæ (qui erat unus ex illis septem) mansimus apud eum.

Virgines prophetantes Agabus.

Huic autẽ erant quatuor filiæ uirgines, prophetantes.

Et quum *illic* permansissemus dies complures, aduenit à Iudæa quidam propheta nomine Agabus.

Qui quum uenisset ad nos, tulit zonam Sauli, & uinctis sibi pedib. ac manibus, dixit, Hæc dicit Spiritus sanctus, Virum cuius est zona hæc, sic uincient in Ierusalem Iudæi, tradentq; in manus Gentium.

Vt uerò ista audiuimus, precati sumus & nos & qui in eo loco erant, ne ascenderet in Ierusalem.

Paulus libẽ patitur propter Christum.

Tunc respondit Paulus, Quid facitis flentes & comminuentes cor meum? enimuerò ego non solùm uinciri, sed & mori paratus sum in Ierusalem pro nomine Domini Iesu.

Quum igitur illi non persuaderetur, acquieuimus, dicentes, Domini uoluntas fiat.

Porrò post dies istos sublatis sarcinis ascendimus in Ierusalem.

Venerunt autem simul etiam *quidam* ex discipulis à Cæsarea nobiscum, adducentes secum apud quem hospitaremur, Mnasonem quendam Cyprium, antiquum discipulum.

Quum igitur uenissemus Ierosolymam, libenter exceperunt nos fratres.

Postero autem die introijt Paulus nobiscum ad Iacobum, & omnes presbyteri affuerunt.

Quos cõplexus exposuit sigillatim, quæ Deus fecisset inter Gentes per ministerium ipsius.

Iacobi consilio Paulus purificat se more Iudaico cum quatuor aliis.

At illi *his* auditis, glorificauerunt Dominũ: dixeruntq; ei, Vides frater quot sint millia Iudæorum qui crediderunt: suntq; omnes ac-

πνδύμαΣος, μὴ ἀναβαίνειν εἰς ἱερουσαλήμ. A

ὅτε ἐγένετο ἡμᾶς ἐξαρτίσαι τὰς ἡμέρας, ἐξελθόντες ἐπορευόμεθα, προπεμπόντων ἡμᾶς πάντων σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, ἕως ἔξω τῆς πόλεως. καὶ θέντες τὰ γόνατα ἡμῶν ἐπὶ τὸν αἰγιαλόν, προσηυξάμεθα καὶ ἀσπασάμενοι ἀλλήλους, ἐπιβάντες εἰς τὸ πλοῖον, ἐκεῖνοι δὲ ὑπέστρεψαν εἰς τὰ ἴδια.

ἡμεῖς δὲ τὸν πλοῦν διανύσαντες, ἀπὸ Τύρου κατηντήσαμεν εἰς Πτολεμαΐδα· καὶ ἀσπασάμενοι τοὺς ἀδελφοὺς, ἐμείναμεν ἡμέραν μίαν παρ' αὐτοῖς.

τῇ δὲ ἐπαύριον ἐξελθόντες οἱ περὶ τὸν Παῦλον, ἤλθομεν εἰς Καισάρειαν· καὶ εἰσελθόντες εἰς τὸν οἶκον Φιλίππου τοῦ εὐαγγελιστοῦ ὄντος ἐκ τῶν ἑπτὰ, ἐμείναμεν παρ' αὐτῷ.

οὗτος δὲ ἦσαν θυγατέρες παρθένοι τέσσαρες προφητεύουσαι.

ἐπιμενόντων δὲ ἡμῶν ἡμέρας πλείους κατῆλθέ τις ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας προφήτης, ὀνόματι Ἄγαβος.

καὶ ἐλθὼν πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἄρας τὴν ζώνην τοῦ Παύλου, δήσας τε αὐτοῦ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας, εἶπε· τάδε λέγει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· τὸν ἄνδρα οὗ ἐστὶν ἡ ζώνη αὕτη, οὕτω δήσουσιν ἐν Ἰερουσαλὴμ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ παραδώσουσιν εἰς χεῖρας ἐθνῶν. B

ὡς δὲ ἠκούσαμεν ταῦτα, παρεκαλοῦμεν ἡμεῖς τε καὶ οἱ ἐντόπιοι, τοῦ μὴ ἀναβαίνειν αὐτὸν εἰς Ἰερουσαλήμ.

ἀπεκρίθη δὲ ὁ Παῦλος· τί ποιεῖτε, κλαίοντες, καὶ συνθρύπτοντές μου τὴν καρδίαν; ἐγὼ γὰρ οὐ μόνον δεθῆναι, ἀλλὰ καὶ ἀποθανεῖν εἰς Ἰερουσαλὴμ ἑτοίμως ἔχω ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ κυρίου Ἰησοῦ.

μὴ πειθομένου δὲ αὐτοῦ, ἡσυχάσαμεν, εἰπόντες· τὸ θέλημα τοῦ κυρίου γινέσθω.

μετὰ δὲ τὰς ἡμέρας ταύτας ἀποσκευασάμενοι ἀναβαίνομεν εἰς Ἰερουσαλήμ.

συνῆλθον δὲ καὶ τῶν μαθητῶν ἀπὸ Καισαρείας σὺν ἡμῖν, ἄγοντες παρ' ᾧ ξενισθῶμεν, Μνάσωνί τινι Κυπρίῳ, ἀρχαίῳ μαθητῇ. C

γενομένων δὲ ἡμῶν εἰς Ἱεροσόλυμα, ἀσμένως ἐδέξαντο ἡμᾶς οἱ ἀδελφοί.

τῇ δὲ ἐπιούσῃ εἰσῄει ὁ Παῦλος σὺν ἡμῖν πρὸς Ἰάκωβον, πάντες τε παρεγένοντο οἱ πρεσβύτεροι.

καὶ ἀσπασάμενος αὐτοὺς, ἐξηγεῖτο καθ' ἓν ἕκαστον, ὧν ἐποίησεν ὁ θεὸς ἐν τοῖς ἔθνεσι διὰ τῆς διακονίας αὐτοῦ.

οἱ δὲ ἀκούσαντες, ἐδόξαζον τὸν κύριον. εἶπόν τε αὐτῷ· θεωρεῖς, ἀδελφὲ, πόσαι μυριάδες εἰσὶν Ἰουδαίων τῶν πεπιστευκότων· καὶ πάντες ζηλωτὴς τοῦ νόμου ὑπάρχουσι.

Id est, ex diuina Spiritus reuelatione. Quid igitur? an sibijpsi repugnat Spiritus sanctus? minimè uerò. Sed ut isti ex Spiritus reuelatione intelligerent quantum periculum Paulo immineret: non tamen consequitur eos cognouisse quid ui ctissim Paulo idem Spiritus præcepisset. 6 Complexi, ἀσπασάμενοι. Vulg. quum uale fecissemus. id est, ἀποτα ξάμενοι. 8 Paulus & nos qui cum eo eramus, οἱ περὶ τὸν Παῦλον. Vide suprà cap. 13. b. 13. Ex illis septem ἐκ τῶν ἑπτὰ. Vulg. & Erasm. ex septem. Ego puto seruandum articulum, cuius uis est hoc loco ἀνταφορικὴ. 15 Sublatis sarcinis ἀποσκευασάμενοι. Id est ἀναπσκευασάμενοι, ut loquuntur dissertiores. Nam ἀποσκευάζεσθαι significat potius onus deponere, item è medio tollere. ἀναπσκευάζεσθαι uerò dicũtur οἱ μετεσκευασμένοι, id est qui ex aliquo loco demigrarunt, sarcinas colligunt. Significat igitur Lucas Paulum cum suis Cæsarea profectum, quasi nunquam eo rediturum. Vulgata, præparati, id est, παρασκευασάμενοι: quam lectionem in uno codice inuenimus: neq; sanè uelim repudiare. In alijs quinque legitur ἐπισκευασάμενοι, id est instructi & comparati, ad quæuis scilicet subeunda. 20 Accensi

A τὰ δὲ νόμου ὑπάρχουσι.

κατηχήθησαν δὲ περὶ σοῦ, ὅτι ἀποστασίαν διδάσκεις ἀπὸ μωσέως τοὺς κατὰ τὰ ἔθνη πάντας ἰουδαίους, λέγων μὴ περιτέμνειν αὐτοὺς τὰ τέκνα, μηδὲ τοῖς ἔθεσι περιπατεῖν.

τί οὖν ἐστι; πάντως δεῖ πλῆθος συνελθεῖν, ἀκούσονται γὰρ ὅτι ἐλήλυθας.

τοῦτο οὖν ποίησον, ὃ σοι λέγομεν· εἰσὶν ἡμῖν ἄνδρες τέσσαρες, εὐχὴν ἔχοντες ἐφ' ἑαυτῶν·

τούτους παραλαβὼν, ἁγνίσθητι σὺν αὐτοῖς, καὶ δαπάνησον ἐπ' αὐτοῖς, ἵνα ξυρήσωνται τὴν κεφαλήν· καὶ γνῶσι πάντες ὅτι ὧν κατήχηνται περὶ σοῦ, οὐδέν ἐστιν, ἀλλὰ συ στοιχεῖς καὶ αὐτὸς τὸν νόμον φυλάσσων.

περὶ δὲ τῶν πεπιστευκότων ἐθνῶν ἡμεῖς ἐπεστείλαμεν, κρίναντες μηδὲν τοιοῦτον τηρεῖν αὐτοὺς, εἰ μὴ φυλάσσεσθαι αὐτοὺς τό, τε εἰδωλόθυτον, καὶ τὸ αἷμα, καὶ πνικτὸν, καὶ πορνείαν.

B τότε ὁ παῦλος παραλαβὼν τοὺς ἄνδρας, τῇ ἐχομένῃ ἡμέρᾳ σὺν αὐτοῖς ἁγνισθεὶς, εἰσῄει εἰς τὸ ἱερὸν, διαγγέλλων τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγνισμοῦ, ἕως οὗ προσηνέχθη ὑπὲρ ἑνὸς ἑκάστου αὐτῶν ἡ προσφορά.

ὡς δὲ ἔμελλον αἱ ἑπτὰ ἡμέραι συντελεῖσθαι, οἱ ἀπὸ τῆς ἀσίας ἰουδαῖοι θεασάμενοι αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ, συνέχεον πάντα τὸν ὄχλον, καὶ ἐπέβαλον τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτὸν,

κράζοντες· ἄνδρες ἰσραηλῖται, βοηθεῖτε· οὗτός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ὁ κατὰ τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ νόμου καὶ τοῦ τόπου τούτου πρὸς πάντας πανταχῇ διδάσκων, ἔτι τε καὶ Ἕλληνας εἰσήγαγεν εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ κεκοίνωκε τὸν ἅγιον τόπον τοῦτον.

ἦσαν γὰρ προεωρακότες τρόφιμον τὸν ἐφέσιον ἐν τῇ πόλει σὺν αὐτῷ, ὃν ἐνόμιζον, ὅτι εἰς τὸ ἱερὸν εἰσήγαγεν ὁ παῦλος.

ἐκινήθη τε ἡ πόλις ὅλη, καὶ ἐγένετο συνδρομὴ τοῦ λαοῦ, C καὶ ἐπιλαβόμενοι τοῦ παύλου, ἕλκον αὐτὸν ἔξω τοῦ ἱεροῦ, καὶ εὐθέως ἐκλείσθησαν αἱ θύραι.

ζητούντων δὲ αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ἀνέβη φάσις τῷ χιλιάρχῳ τῆς σπείρης, ὅτι ὅλη συγκέχυται Ἰερουσαλήμ.

ὃς ἐξαυτῆς παραλαβὼν στρατιώτας καὶ ἑκατοντάρχους, κατέδραμεν ἐπ' αὐτούς. οἱ δὲ ἰδόντες τὸν χιλίαρχον καὶ τοὺς στρατιώτας, ἐπαύσαντο τύπτοντες τὸν παῦλον.

τότε ἐγγίσας ὁ χιλίαρχος, ἐπελάβετο αὐτοῦ, καὶ ἐκέλευσε δεθῆναι ἁλύσεσι δυσὶ· καὶ ἐπυνθάνετο

censi studio Legis.

21 Audierũt autẽ de te ex aliorũ sermone, quòd defectionem doceas à Mose, omnes qui inter Gentes sunt ludæos, dicens nõ debere eos circuncidere filios, neq; *secundum* ritus ambulare.

22 Quid est ergo? omnino oportet conuenire multitudinem, audient enim te uenisse.

23 Hoc igitur fac quod tibi dicimus. Sunt nobis uiri quatuor uoto obnoxij: *Votum.*

24 His assumptis, purifica te cũ eis, & fac sumptum cum eis, ut radant capita: & norint omnes quòd quæ de te audierunt ex aliorum sermone, nihil sunt: sed incedis & ipse custodiens Legem.

25 De ijs autem qui crediderunt ex Gẽtibus, nos scripsimus, quum statuissemus ne quid huiusmodi obseruent, nisi ut caueãt & ab ijs quæ sunt immolata simulachris, & à sanguine, & suffocatis, & scortatione.

26 Tum Paulus assumptis uiris illis, in sequẽti die purificatus cũ eis, ingressus est in templũ, denuntians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro unoquoque eorum oblatio.

27 Quum autem septem dies iam penè essent explendi, quidam ab Asia ludæi, quum uidissent eum in templo, conturbarunt totam turbam, & iniecerunt ei manus, *Comprehẽditur Paulus.*

28 Clamantes, Viri Israelitæ, succurrite: hic est homo ille qui aduersus populum, & legem, & locum hunc omnes ubique docet: quin etiam & Græcos introduxit in templum, et polluunt sanctum locum istum.

29 Antè enim uiderũt Trophimũ Ephesium in urbe cum eo, quem existimauerunt quòd in templum introduxisset Paulus. *Trophimus.*

30 Commota est igitur urbs tota, & factus est concursus populi: & apprehensum Paulũ trahebant è templo: statimq; clausæ sunt fores.

31 Quærentibus autem ipsis eum trucidare, peruenit fama ad Tribunum cohortis, quòd tota Ierusalem conturbata esset.

32 Qui eo ipso *momento* assumptis militibus ac Centurionibus, decurrit ad illos: at illi quum uidissent Tribunum ac milites, cessarunt uerberare Paulum.

33 Tunc appropinquans Tribunus, apprehendit eum, & iussit uinciri catenis duabus: & per

20 Accensi zelo ζηλωταὶ. Vide Iohan. 2. c. 17. 21 Audierunt ex aliorum sermone, διὰ τοῦ λόγου τούτου, Vide Luc. 1. a. 4. *Secundum* ritus τοῖς ἔθεσι. In uno codice legitur τοῖς ἔθεσι πατρῴοις πορεύεσθαι, paternis ritib. uiuere. 23 Nobis ἡμῖν. In uno exẽplari legimus ἐν ἡμῖν inter nos: & quidẽ rectius, ut opinor. Voto obnoxij: σὺν χλὴν ἔχοντες ἐφ' ἑαυτῶν. Vulg. & Eras. ad uerbũ: habẽtes uotũ super se, quod uidetur paulò obscurius. Significatur autẽ hoc dicẽdi genere uotũ uoluntarium, quod nimirum quispiam in sese quasi onus receperit: qua ratione etiam factum ut apud Græcos τὸ ὑποσχέσθαι καὶ ὑποσχεθῆναι de pollicitatione dicantur: ὅτι ὁ ὑποσχόμενος, inquit Eustathius ἑαυτὸν ὑπέθετο. id est, quòd qui aliquid promittit, seipsum oneri subijciat. 24 Cum eis, σὺν αὐτοῖς. Vel, ipsorum causã, ut tu huic uoto non tãtum interfuisse, sed etiam præfuisse uidearis. Erat enim in oblationes ac purificationes sumptus faciẽdi. Ideo dicitur ipse postea dies purificationis denuntiasse. 25 Et suffocatis, καὶ πνικτῶν. Hoc non legit Augustin. in Speculo, ut Eras. obseruauit. 31 Peruenit fama ἀνέβη φάσις. Vulg. & Eras. nuntiatum est, ἀπήγγελθη. Illud uerò est ἐμφατικώτερον. 32 Eo ipso *momento* ἐξ αὐτῶν. Vulg. & Eras. statim. Vide supra cap. 10. c. 33. Cõtinet autẽ hic locus admirandum iam prouidẽtiæ diuinæ exemplum.

contatus est quisnam esset,& quid fecisset.

Alij autem aliud uociferabantur in turba: 34
& quum non posset certi *quicquam* cognoscere ꝓpter tumultū, iussit duci eum in castra:

Quum igitur uenisset ad gradus, euenit ut 35
portaretur à militibus ꝓpter uiolentiā turbæ.

Sequebatur enim multitudo populi, cla- 36
mans, Tolle eum.

Et quum cœpisset duci in castra Paulus, di- 37
cit Tribuno, Licetne mihi loqui ad te? Qui dixit, Græcè nosti?

Nónne tu es Aegyptius ille qui ante hos dies 38
ad seditionem concitasti, & eduxisti in desertum quatuor milia sicariorum?

Dixit autem Paulus, Ego quidé sum homo 39
Iudæus Tarsensis, non obscuræ Cilicum urbis ciuis: rogo autem te, permitte mihi loqui ad populum.

Quum igitur ille permisisset, Paulus stans in 40
gradibus, annuit manu plebi: & magno silentio facto, loquutus est lingua Hebræa, dicens,

τίς αὖ εἴη, ἢ τί δὴ πεποιηκώς. A

ἄλλοι δὲ ἄλλο τι ἐβόων ἐν τῷ ὄχλῳ. μὴ δυνάμενος δὲ γνῶναι τὸ ἀσφαλὲς, διὰ τὸν θόρυβον, ἐκέλευσεν ἄγεσθαι αὐτὸν εἰς τὴν παρεμβολήν.

ὅτε δὲ ἐγένετο ἐπὶ τοῖς ἀναβαθμοῖς, συνέβη βαστάζεσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν, διὰ τὴν βίαν τοῦ ὄχλου.

ἠκολούθει γὰρ τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ κράζον· αἶρε αὐτόν.

μέλλων τε εἰσάγεσθαι εἰς τὴν παρεμβολὴν ὁ Παῦλος, λέγει τῷ χιλιάρχῳ· εἰ ἔξεστί μοι εἰπεῖν τι πρός σε; ὁ δὲ ἔφη· Ἑλληνιστὶ γινώσκεις;

οὐκ ἄρα σὺ εἶ ὁ Αἰγύπτιος, ὁ πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀναστατώσας, καὶ ἐξαγαγὼν εἰς τὴν ἔρημον τοὺς τετρακισχιλίους ἀνδρας τῶν σικαρίων;

εἶπε δὲ ὁ Παῦλος· ἐγὼ ἀνήρ εἰμι Ἰουδαῖος Ταρσεὺς, οὐκ ἀσήμου πόλεως πολίτης. δέομαι δέ σου, ἐπίτρεψόν μοι λαλῆσαι πρὸς τὸν λαόν.

ἐπιτρέψαντος δὲ αὐτοῦ, ὁ Παῦλος ἑστὼς ἐπὶ τῶν ἀναβαθμῶν, κατέσεισε τῇ χειρὶ τῷ λαῷ. πολλῆς δὲ σιγῆς γενομένης, προσεφώνησε τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ λέγων. B

CAPVT XXII.

ΚΕΦΑΛ. κβ.

Viri fratres & patres, audite meā, qua nunc 1
apud uos utor excusationem.

Paulus narrat Iudeis quomodo conuersus sit ad Christum.

(Quum audissent autem quòd Hebræa lin- 2
gua sibi loqueretur, magis præbuerunt silentium: tum dixit,)

Ego quidem uir sum Iudæus, natus in Tar- 3
so *urbe* Ciciliæ, educatus uerò in hac ipsa urbe
Gamalielis praeceptor Pauli. ad pedes Gamalielis, institutus ad exactam formam patriæ Legis, zelo Dei accensus, sicut & uos estis hodie.

Qui hanc sectam persequutus sum usq; ad 4
mortem, uinciens ac tradens in carceres tum uiros tum mulieres,

Vt & princeps Sacerdotum mihi testis est, 5
& totus Seniorum ordo: à quibus etiam epistolis ad fratres acceptis, Damascū proficiscebar, adducturus etiam eos qui illic essent, uinctos in Ierusalem, ut illic punirentur.

Euenit autem mihi iter faciēti & appropin- 6
quanti Damasco circiter meridiem, ut è repētè de cœlo circunfulserit me lux multa:

Cecidiq; in solum, & audiui uocem dicen- 7
tem mihi, Saul, Saul, quid me persequeris?

Ego uerò respōdi, Quis es Domine? Dixitq; 8
ad me, Ego sum Iesus ille Nazarenus quem tu persequeris.

ΑΝδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἀκούσατέ μου τῆς πρὸς ὑμᾶς νυνὶ ἀπολογίας. 1

ἀκούσαντες δὲ, ὅτι τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ προσφωνεῖ αὐτοῖς, μᾶλλον παρέσχον ἡσυχίαν, καὶ φησιν. 2

ἐγὼ μέν εἰμι ἀνὴρ Ἰουδαῖος, γεγεννημένος ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας, ἀνατεθραμμένος δὲ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ, πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου, ζηλωτὴς ὑπάρχων τοῦ θεοῦ, καθὼς πάντες ὑμεῖς ἐστε σήμερον. 3

ὃς ταύτην τὴν ὁδὸν ἐδίωξα ἄχρι θανάτου, δεσμεύων καὶ παραδιδοὺς εἰς φυλακὰς ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας. 4

ὡς καὶ ὁ ἀρχιερεύς μαρτυρεῖ μοι, καὶ πᾶν τὸ πρεσβυτέριον· παρ' ὧν καὶ ἐπιστολὰς δεξάμενος πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς, εἰς Δαμασκὸν ἐπορευόμην, ἄξων καὶ τοὺς ἐκεῖσε ὄντας δεδεμένους εἰς Ἰερουσαλὴμ, ἵνα τιμωρηθῶσιν. C

ἐγένετο δέ μοι πορευομένῳ, καὶ ἐγγίζοντι τῇ Δαμασκῷ περὶ μεσημβρίαν ἐξαίφνης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ περιαστράψαι φῶς ἱκανὸν περὶ ἐμέ, 6

ἔπεσόν τε εἰς τὸ ἔδαφος, καὶ ἤκουσα φωνῆς λεγούσης μοι· Σαοὺλ Σαοὺλ, τί με διώκεις; 7

ἐγὼ δὲ ἀπεκρίθην· τίς εἶ κύριε. εἶπέ τε πρός με· ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος, ὃν σὺ διώκεις. 8

IN CAPVT XXII.

3 Ad pedes παρὰ τοὺς πόδας. Id est assiduus auditor. Huc enim respexit, quòd qui docent, soleant ex superiore loco discipulos alloqui in subsellijs sedentes. Ad exactam formam patriæ Legis, κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου. Vulgata, iuxta ueritatem paternæ Legis, ut pro ἀληθείαν uideatur legisse ἀλήθειαν. Erasmus accuratè in patria Lege, ideſt, διὰ τὴν ἀκρίβειαν, uel ἀκριβῶς τοῦ πατρῴου νόμου. Zelo accensus, ζηλωτὴς. Vulgata, æmulator. Erasmus sectator. Neuter Græcam uocem expressit. Vide Iohan. 3. c. 17. Dei τοῦ θεοῦ. Vulgata, Legis, id est, τοῦ νόμου: quam puto germanam esse lectionem.

5 Et totus Seniorum ordo: καὶ πᾶν τὸ πρεσβυτέριον. Id est, συνέδριον, quod etiam Hebræi magistri uocant סנהדרין. Vulgata & omnes maiores natu: quum hic non agatur de senibus, sed de Senatoribus.

9 Lucem

A οἱ δὲ σὺν ἐμοὶ ὄντες, τὸ μὲν φῶς ἐθεάσαντο, τὴν δὲ ἐμφοβοι ἐγένοντο, τὴν φωνὴν οὐκ ἤκουσαν τοῦ λαλοῦντός μοι.

10 εἶπον δὲ· τί ποιήσω κύριε; ὁ δὲ κύριος εἶπε πρός με· ἀναστὰς πορεύου εἰς Δαμασκόν, κἀκεῖ σοι λαληθήσεται περὶ πάντων ὧν τέτακταί σοι ποιῆσαι.

11 ὡς δὲ οὐκ ἐνέβλεπον ἀπὸ τῆς δόξης τοῦ φωτὸς ἐκείνου, χειραγωγούμενος ὑπὸ τῶν σὺν ἐμοὶ ὄντων ἦλθον εἰς Δαμασκόν.

12 ἀνανίας δέ τις ἀνὴρ εὐσεβὴς κατὰ τὸν νόμον, μαρτυρούμενος ὑπὸ πάντων τῶν κατοικούντων Ἰουδαίων.

13 ἐλθὼν πρός με, καὶ ἐπιστὰς, εἶπέ μοι· σαοὺλ ἀδελφὲ, ἀνάβλεψον. κἀγὼ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἀνέβλεψα εἰς αὐτόν.

14 ὁ δὲ εἶπεν· ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν προεχειρίσατό σε γνῶναι τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἰδεῖν τὸν δίκαιον, καὶ ἀκοῦσαι φωνὴν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ.

B 15 ὅτι ἔσῃ μάρτυς αὐτῷ πρὸς πάντας ἀνθρώπους, ὧν ἑώρακας καὶ ἤκουσας.

16 καὶ νῦν τί μέλλεις; ἀναστὰς βάπτισαι, καὶ ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου, ἐπικαλεσάμενος τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου.

17 ἐγένετο δέ μοι ὑποστρέψαντι εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ προσευχομένου μου ἐν τῷ ἱερῷ, γενέσθαι με ἐν ἐκστάσει,

18 καὶ ἰδεῖν αὐτὸν λέγοντά μοι· σπεῦσον, καὶ ἔξελθε ἐν τάχει ἐξ Ἱερουσαλὴμ, διότι οὐ παραδέξονταί σου τὴν μαρτυρίαν περὶ ἐμοῦ.

19 κἀγὼ εἶπον· κύριε, αὐτοὶ ἐπίστανται ὅτι ἐγὼ ἤμην φυλακίζων καὶ δέρων κατὰ τὰς συναγωγὰς τοὺς πιστεύοντας ἐπί σε.

C 20 καὶ ὅτε ἐξεχέετο τὸ αἷμα στεφάνου τοῦ μάρτυρός σου, καὶ αὐτὸς ἤμην ἐφεστὼς, καὶ συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ, καὶ φυλάσσων τὰ ἱμάτια τῶν ἀναιρούντων αὐτόν.

21 καὶ εἶπε πρός με· πορεύου, ὅτι ἐγὼ εἰς ἔθνη μακρὰν ἐξαποστελῶ σε.

22 ἤκουον δὲ αὐτοῦ ἄχρι τούτου τοῦ λόγου, καὶ ἐπῆραν τὴν φωνὴν αὐτῶν, λέγοντες· αἶρε ἀπὸ τῆς γῆς τοιοῦτον· οὐ γὰρ καθῆκον αὐτὸν ζῆν.

23 κραυγαζόντων δὲ αὐτῶν, καὶ ῥιπτούντων τὰ ἱμάτια, καὶ κονιορτὸν βαλλόντων εἰς τὸν ἀέρα,

24 ἐκέλευσεν αὐτὸν ὁ χιλίαρχος ἄγεσθαι εἰς τὴν παρεμβολὴν, εἰπὼν μάστιξιν αὐτὸν ἀνετάζεσθαι, ἵνα ἐπιγνῶ δι' ἣν αἰτίαν οὕτως ἐπεφώνουν αὐτῷ.

9 Porrò qui mecum erant, lucem quidem uiderunt, & expauefacti sunt: uocem autem nō audierunt eius qui loquebatur mecum.

10 Dixi uerò, Quid faciam Domine? Dominus autem dixit mihi, surge, ac proficiscere Damascum: & illic tibi dicetur de omnibus quæ ordinata sunt tibi ut facias.

11 Quum uerò non uiderem præ gloria lucis illius, manu deductus ab ijs qui mecum erant, ueni Damascum.

12 Ananias autem quidam, uir pius secundum Legem, testimonio ornatus omnium *illic* habitantium Iudæorum, *Ananias*

13 Veniens ad me, & astans, dixit mihi, Saul frater, recipe uisum. Et ego eodem illo momēto illum conspexi.

14 Ipse autem dixit, Deus Patrum nostrorū delegit te ut cognosceres uoluntatem suam, & uideres Iustum illum, & audires uocem ex ore eius:

15 Nam eris ei testis apud omnes homines, eorum quæ uidisti & audisti. *Testis Christi electus Paulus.*

16 Nunc igitur quid cūctaris? exurge, & baptizare, & ablue peccata tua, inuocato nomine Domini.

17 Factum est autem quum essem reuersus in Ierusalem, & orarem in templo, ut raperer extra me,

18 Et uiderem eum dicentem mihi, Festina, & exi citò ex Ierusalem: quoniam non accipient testimonium tuum de me.

19 Et ego dixi, Domine, ipsi sciunt quòd ego pertrahebam in carcerē, & cædebam in singulis synagogis eos qui credebant in te.

Et quum funderetur sanguis Stephani martyris tui, ego quoq; assistebam, & assentiebar interfectioni illius, & custodiebam uestimenta eorum qui interficiebant eum.

21 Tum *is* dixit ad me, Proficiscere: nam ego ad Gentes procul mittam te. *Paulus, Gētium Apostolus.*

22 Audiebant autem eum ad hunc usq; sermonem: tum *uerò* sustulerunt uocem suam, dicentes, Tolle è terra *hominem* istiusmodi: nō enim conuenit eum uiuere.

23 Clamantibus autem eis, & proijcientibus uestimenta, & puluerem iactantibus in aerem,

24 Iussit Tribunus eum duci in castra, & iussit ut flagellis haberetur quæstio de eo: ut sciret propter quam causam sic clamarent in eum. *Cædatur Paulus*

9 Lucem quidem τὸ μὲν φῶς. Vide suprà 9.b.7. 26 d.16. Potest autem hoc uel ad æternum Dei consilium, uel ad eius exequutionem ac declarationem referri: quod posterius maso. Vulgata, præordinauit, id est προστάξαι: Erasmus, præparauit. Hoc enim retulit ad ruinam ac cæcitatem Pauli, quibus illum præparauit Christus ad Euangelij fidem. Id uerò mihi non placet.

14 Delegit προεχειρίσατο. Vel designauit, ut infrà 26 d.16. Iustum illum, τὸν δίκαιον. Nempe Christum, ut Iohannis 2.a.1. Erasmus, id quod iustum est, id est τὸ δίκαιον: quod in nullo uetere codice inuenio: ac sanè frigidum est, atq; adeò ineptum, ut liquet ex eo quod sequitur.

20 Martyris τῆς μάρτυρος. Hic ego Græcum uocabulum seruare malui quàm Testem conuertere: propterea quòd obtinuit communis usus, ut martyres peculiariter dicantur qui non oris modò confessione, sed etiam suo sanguine Christi doctrinam sanciuerunt.

Vt autem adstrictus est loris, dixit astanti 25 ὡς δὲ προέτειναν αὐτὸν τοῖς ἱμᾶσιν, εἶπε πρὸς A
Paulus contendit se Romanũ debere cædi. Centurioni Paulus, Num hominem Romanũ & indemnatum licet uobis flagellare? τὸν ἑστῶτα ἑκατόνταρχον ὁ Παῦλος· εἰ ἄνθρωπον ῥωμαῖον καὶ ἀκατάκριτον ἔξεστιν ὑμῖν μαστίζειν;

Hoc uerò quum audisset Centurio, accessit 26 ἀκούσας δὲ ὁ ἑκατόνταρχος, προσελθὼν ἀπήγγειλε τῷ χιλιάρχῳ, λέγων· ὅρα τί μέλλεις ποιεῖν, ὁ γὰρ ἄνθρωπος οὗτος ῥωμαῖός ἐστι.

ab Tribunum, & nũtiauit ei, dicens, Vide quid facturus sis: hic enim homo, Romanus est.

Accedens autem Tribunus dixit ei, Dic 27 προσελθὼν ὁ χιλίαρχος, εἶπεν αὐτῷ· λέγε
mihi, num tu Romanus es? At ille dixit, Etiam. μοι, εἰ σὺ ῥωμαῖος εἶ; ὁ δὲ ἔφη· ναί.

Et respondit Tribunus, Ego multa summa 28 ἀπεκρίθη τε ὁ χιλίαρχος· ἐγὼ πολλοῦ κεφαλαίου τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην. ὁ δὲ
ciuitatem istam comparaui. Paulus autem ait, Ego uerò etiam natus sum *ciuis*. Παῦλος· ἐγὼ δὲ καὶ γεγέννημαι.

Statim igitur abscesserunt ab eo qui fuerãt 29 εὐθέως οὖν ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ οἱ μέλλοντες
de eo quæstionem habituri: Sed & Tribunus αὐτὸν ἀνετάζειν. καὶ ὁ χιλίαρχος ἐφοβήθη, συνιεὶς
quoque timuit agnito quòd Romanus esset, ὅτι ῥωμαῖός ἐστι, καὶ ὅτι ἦν αὐτὸν δεδεικώς.
& quia uinxerat eum.

Postero autem die uolens pro certo scire 30 τῇ δὲ ἐπαύριον βουλόμενος γνῶναι τὸ ἀσφαλὲς, τί κατηγορεῖται παρὰ τῶν Ἰουδαίων, ἔλυσεν
cuius *rei* accusaretur à Iudæis, soluit eum à uin- αὐτὸν ἀπὸ τῶν δεσμῶν, καὶ ἐκέλευσε τοὺς ἀρχιερεῖς, καὶ ὅλον τὸ συνέδριον αὐτῶν ἐλθεῖν· καὶ
culis, & iussit principes Sacerdotum uenire, καταγαγὼν τὸν Παῦλον, ἔστησεν εἰς αὐτούς. B
totúmque consessum ipsorum: ac deductum
Paulum statuit coram eis.

CAP. XXIII. ΚΕΦ. κγ.

Paulus defendit se. INtentis autem oculis in consessum, Paulus 1 Ἀτενίσας δὲ ὁ Παῦλος τῷ συνεδρίῳ εἶπεν· ἄν-
ait, Viri fratres, ego omni conscientia bona δρες ἀδελφοί, ἐγὼ πάσῃ συνειδήσει ἀγαθῇ πεπολίτευμαι τῷ θεῷ, ἄχρι ταύτης τῆς ἡμέρας.
seruiui Deo ad hunc usque diem.

Ananias iubet percuti Paulum. Parietem dealbatus Pontifex autem Ananias iniunxit astanti- 2 ὁ δὲ ἀρχιερεὺς Ἀνανίας ἐπέταξε τοῖς παρεστῶσιν
bus sibi ut os eius uerberarent. αὐτῷ τύπτειν αὐτοῦ τὸ στόμα.

Tunc Paulus dixit ad eum, Futurum est ut 3 τότε ὁ Παῦλος πρὸς αὐτὸν εἶπε· τύπτειν σε μέλ-
percutiat te Deus, paries dealbate: & tu sedes λει ὁ θεὸς, τοῖχε κεκονιαμένε· καὶ σὺ κάθῃ κρίνων
iudicans me secundum Legem, & contra Le- με κατὰ τὸν νόμον, καὶ παρανομῶν κελεύεις με τύπτεσθαι;
gem, iubes me percuti?

Tum ij qui astabant, dixerunt, Pontifici Dei 4 οἱ δὲ παρεστῶτες εἶπον· ἀρχιερέα τοῦ θεοῦ λοι-
conuitiaris? δορεῖς;

Dixit autem Paulus, Nesciebã fratres quòd 5 ἔφη τε ὁ Παῦλος· οὐκ ᾔδειν, ἀδελφοί, ὅτι ἐστὶν
Pontifex esset. scriptum est enim, Principi po- ἀρχιερεύς. γέγραπται γάρ· ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ
puli tui non maledices. ἐρεῖς κακῶς.

Quum uerò nosset Paulus quòd una pars 6 γοὺς δὲ ὁ Παῦλος, ὅτι τὸ μὲν ἕν μέρος ἐστὶ Σαδ-
esset Saducæorum, & altera Pharisæorum cla δουκαίων, τὸ δὲ ἕτερον Φαρισαίων, ἔκραζεν ἐν τῷ
mauit in consessu, Viri fratres, ego Pharisæus συνεδρίῳ· ἄνδρες ἀδελφοί, ἐγὼ Φαρισαῖός εἰμι, υἱὸς Φαρισαίου· περὶ ἐλπίδος καὶ ἀναστάσεως
filius sum Pharisæi: de spe & resurrectione νεκρῶν ἐγὼ κρίνομαι. C
mortuorum ego accusor.

Paulus Pharisæus. Quum autem hoc esset loquutus, orta 7 Τοῦτο δὲ αὐτοῦ λαλήσαντος, ἐγένετο στάσις τῶν Φαρι-
est seditio inter Pharisæos ac Sadducæos: & σαίων καὶ τῶν Σαδδουκαίων, καὶ ἐσχίσθη τὸ πλῆθος

25 Romanum Ρωμαῖον. Romanum scilicet non patria, sed ciuitatis iure, quum Tarsus esset colonia. Itaq; Græca scholia hoc loco nodum (quod aiunt) in scirpo quærunt.

IN CAP. XXIII.

1 Seruiui Deo πεπολίτευμαι τῷ θεῷ. id est ἐλεύθερον ἐγενόμην, καὶ ἐλάτρευσα, ut Philip. 2. c. 17, & 2. Tim. 3. a. 3. Nam πολιτεύεσθαι dicuntur non modò qui publico aliquo munere funguntur, sed etiam priuati homines: quod ad ea quidẽ attinet quæ in communi ad omnes spectãt, qualia sunt militia, religio, & si qua sunt eiusmodi: unde πολίτευμα illud σύστασις, cuius sit mentio Philip. 2. 3. d. 20, & πολίτευμα ὑπὲρ πολίτου συναγέλειον πολίτευμα, cuius mentio fit toties apud Basilium in Asceticis. Vulg. & Eras. conuersatus sum ante Deum, periphrasi parùm necessaria.

3 Futurum est ut percutiat te τύπτειν σε μέλλει. Græcus sermo omnino ostendit non esse imprecationem, sed pœnæ denuntiationem cum obiurgatione commixtam. Etusmodi est illud. Væ uobis Scribæ & Pharisæi, toties à Christo repetitum. Ecquis autem est qui Legem dicat à Christo uiolatam? Non est ergo quòd Pauli facto quæramus excusationem, quum nulla reprehensione dignum sit. Imo Hieronymus (si uerum est quod de eo scribit in hunc locum Erasmus) non modò in eo facit Apostolo iniuriam, quòd mansuetudinem in eo facto requirat, ubi sese planè heroica uirtus prodit: uerum etiam aperte blasphemus est in eo quòd in ipso quoq; Christo aliquod imperfectæ pietatis uestigium inquirit. Neque est quòd causetur Erasmus, aliud esse colligare nodis aduersarium, aliud docere discipulũ: aliud agere qui pugnat, aliud qui exhortatur, aliud qui deterret. Esto id quidẽ, sed quũ de ueritate Dei agitur, sceleratus, ꝓfanus, impius est, qui ita seruit cauꝫ, ut uerbũ Dei sciẽs ac prudẽs torqueat. Id uerò an cõmittat in huius loci explicatione Hieronymus in dialogis aduersus Pelagiũ, nõ affero, nisi addita conditione, si uerũ est quod in hunc locum scripsit Erasmus, immodicus admirator Hieronymi & Hieronymi admirator: sed hoc ego corã Deo & Angelis ipsius affirmo, intolerandã esse multis locis in detorquẽdis Scripturis illius audaciã: quod fatebitur quisquis uel ea diligẽter legerit quæ in Iouinianũ aduersus secũdas nuptias, & aduersus Vigilantiũ de mortuorum inuocatione disseruit. 7 Et scissa

A Σαδδουκαῖοι μὴ γὰρ λέγουσι μηδεμίαν εἶναι ἀνάστασιν, μηδὲ ἄγγελον, μήτε πνεῦμα, Φαρισαῖοι δὲ ὁμολογοῦσι τὰ ἀμφότερα.

ἐγένετο δὲ κραυγὴ μεγάλη, καὶ ἀναστάντες οἱ γραμματεῖς τοῦ μέρους τῶν Φαρισαίων, διεμάχοντο, λέγοντες· οὐδὲν κακὸν εὑρίσκομεν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ. εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ, ἢ ἄγγελος, μὴ θεομαχῶμεν.

πολλῆς δὲ γενομένης στάσεως, εὐλαβηθεὶς ὁ χιλίαρχος, μὴ διασπασθῇ ὁ Παῦλος ὑπ' αὐτῶν, ἐκέλευσε τὸ στράτευμα καταβὰν ἁρπάσαι αὐτὸν ἐκ μέσου αὐτῶν, ἄγειν τε εἰς τὴν παρεμβολήν.

τῇ δὲ ἐπιούσῃ νυκτὶ ἐπιστὰς αὐτῷ ὁ κύριος εἶπε. Θάρσει Παῦλε· ὡς γὰρ διεμαρτύρω τὰ περὶ ἐμοῦ εἰς Ἰερουσαλήμ, οὕτω σε δεῖ καὶ εἰς Ῥώμην μαρτυρῆσαι.

γενομένης δὲ ἡμέρας, ποιήσαντές τινες τῶν Ἰουδαίων συνωμοσίαν, ἀνεθεμάτισαν ἑαυτούς, λέγοντες, μήτε φαγεῖν, μήτε πιεῖν, ἕως οὗ ἀποκτείνωσι τὸν Παῦλον.

B ἦσαν δὲ πλείους τεσσαράκοντα, οἱ τὴν τοιαύτην συνωμοσίαν πεποιηκότες.

οἵτινες προσελθόντες τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, εἶπον· ἀναθέματι ἀνεθεματίσαμεν ἑαυτούς, μηδενός γεύσασθαι, ἕως οὗ ἀποκτείνωμεν τὸν Παῦλον.

νῦν οὖν ὑμεῖς ἐμφανίσατε τῷ χιλιάρχῳ σὺν τῷ συνεδρίῳ, ὅπως αὔριον αὐτὸν καταγάγῃ πρὸς ὑμᾶς, ὡς μέλλοντας διαγινώσκειν ἀκριβέστερον τὰ περὶ αὐτοῦ· ἡμεῖς δὲ, πρὸ τοῦ ἐγγίσαι αὐτὸν, ἕτοιμοί ἐσμεν τοῦ ἀνελεῖν αὐτόν.

ἀκούσας δὲ ὁ υἱὸς τῆς ἀδελφῆς Παύλου τὸ ἐνέδρον, παραγενόμενος καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν παρεμβολὴν ἀπήγγειλε τῷ Παύλῳ.

προσκαλεσάμενος δὲ ὁ Παῦλος ἕνα τῶν ἑκατοντάρχων, ἔφη· τὸν νεανίαν τοῦτον ἀπάγαγε πρὸς τὸν χιλίαρχον, ἔχει γάρ τι ἀπαγγεῖλαι αὐτῷ.

ὁ μὲν οὖν παραλαβὼν αὐτὸν, ἤγαγε πρὸς τὸν χιλίαρχον, καί φησιν· ὁ δέσμιος Παῦλος προσκα-
C λεσάμενός με, ἠρώτησε, τοῦτον τὸν νεανίαν ἀγαγεῖν πρός σε, ἔχοντά τι λαλῆσαί σοι.

παραλαβόμενος δὲ ὁ χιλίαρχος αὐτὸν ὑπεχώρησε κατ' ἰδίαν, ἐπυνθάνετο· τί ἐστιν ὃ ἔχεις ἀπαγγεῖλαί μοι;

ὅτος δὲ ὅτι οἱ Ἰουδαῖοι συνέθεντο παρακαλέσαι σε, ὅπως αὔριον εἰς τὸ συνέδριον καταγάγῃς τὸν Παῦλον, ὡς μέλλοντές τι ἀκριβέστερον πυνθάνεσθαι περὶ αὐτοῦ.

scissa est multitudo.

8 Nam Sadducæi quidem dicunt non esse resurrectionem, neque Angelum, neq; spiritum: Pharisæi autem utrunq; confitentur. *Sadducæi quid credant.*

9 Ortus est igitur clamor magnus. & quũ surrexissent Scribæ ex partibus Pharisæorum, depugnabant, dicentes, Nihil mali inuenimus in homine isto: quòd si Spiritus loquutus est ei, seu Angelus, ne repugnemus Deo. *Pharisæi.*

10 Et quum magna seditio esset, ueritus Tribunus ne discerperetur Paulus abipsis, iussit milites descendere, & rapere eum de medio eorũ, ac ducere in castra. *Consolatur Paulum Deus.*

11 Sequenti uerò nocte adstans ei Dominus ait Confide Paule: ut enim testificatus es de me in Ierusalem, sic te oportet etiam Romæ testificari. *Coniuratio cõtra Paulum.*

12 Orto autem die quidam ex Iudęis facta coîtione deuouerũt sese, dicentes, neq; esuros se, neq; bibituros, usquequo trucidassent Paulũ.

Erant autem plures quàm quadraginta *uiri*

13 qui hanc coniurationem fecerant.

Qui accesserunt ad principes Sacerdotum

14 ac Seniores, & dixerunt, Deuotione deuouimus nosipsos, nihil gustaturos, usquequo trucidauerimus Paulum.

15 Nunc ergo uos indicate Tribuno ex consessus uoluntate, ut cras deducat eum ad uos. ueluti exquisitius cognituros de ijs quæ ad eum *spectant*: nos uerò priusquam appropinquet, parati sumus ipsum tollere.

16 Quũ aũt audisset filius sororis Pauli, insidias, affuit, ac ingressus in castra, nuntiauit Paulo.

17 Aduocato autem Paulus quodam ex Centurionibus, ait, Adolescentem hunc abduc ad Tribunum: habet enim quod renuntiet ei.

18 Ille igitur assumptum eum duxit ad Tribunum, & ait, Vinctus Paulus aduocatum me rogauit ut hunc adolescẽtem ducerem ad te, habentem aliquid quod loquatur tibi.

19 Apprehẽsa uerò Tribunus manu illius, quũ secessisset seorsum, percontatus est, Quid est quod habes significandum mihi?

20 *Ille* autem dixit, Iudæi constituerunt rogare te ut cras Paulum deducas in consessum, quasi aliquid exquisitius percontaturi sint de eo.

7 Scissa est ἐσχίσθη. Vulgata, soluta est, id est ἐλύθη Erasmus, dissecta est, διεσχίσθη. Virgilius, Scinditur incertũ studia in contraria uulgus. 8 Vtrunque ἀμφότερα. Quòd numerum pluralem usurpauit Lucas, ex Græcorum consuetudine fecit. Sed in eo nonnihil laborant, quum ἀμφότερα de duobus dicantur, qui conueniat hoc uocabulum. quumtria præcesserint quæ inficiati sint Sadducæi, nempe resurrectio, Angeli, spiritus. Itaque nonnulli Angelos & spiritus pro eodem accipiunt, quorum opinionem nõ probo: quia si ita esset, dixisset Lucas ἢ πνεῦμα, non autem μήτε πνεῦμα, id est, siue spiritum, potius quam, neque spiritum. Alij putant impropriè loquutum esse Lucam, quod ego tamen nõ facilè concesserim Sciendum est igitur (quod annotauit doctissimus Budæus) hoc uocabulum etiam de pluribus dici, sed tum demũ quum duo genera constituunt. Sic Cicero 2. in Catilinam, non de duobus ciuibus, sed de duobus ciuium generibus differens, Vtrosque, inquit, Quirites, in eodem genere prædatorum direptorumque pono. Sic igitur Lucas hoc etiam loco errores istos Sadducæorum in duo membra diuidit. Nam quia simplis est, aut certè παράφορος Angelorum ac animorum natura, unus error fuisse uidetur, Angelorum & animorum negare ὑπόστασιν, in qua hæresi sunt etiamnum hodie Libertini.

9 Ne repugnemus Deo μὴ θεομαχῶμεν. Hoc non legit Vulgata: & Erasmus quoque irrepsisse suspicatur ex capite 5. Atqui in omnibus codicibus uetustis hoc inuenimus: & nisi addatur, hiabit sententia: neque idem uerbum capite quinto usurpatur. 12 Deuouerunt sese, ἀνεθεμάτισαν ἑαυτούς. Vide Math. 26. g. 7. 4.

15 Ex con-

Tu uerò ne persuaderi te sinas ab eis: insidiantur enim ei ex istis uiri plures quadraginta, qui seipsos deuouerunt neque esuros neq; bibituros usquequo sustulerint eum: & nunc parati sunt, expectantes quid à te renuntietur. 21 σὺ οὖν μὴ πεισθῇς αὐτοῖς· ἐνεδρεύσουσιν γὰρ αὐτὸν ἐξ αὐτῶν ἄνδρες πλείους τεσσαράκοντα, οἵτινες ἀνεθεμάτισαν ἑαυτοὺς, μήτε φαγεῖν, μήτε πιεῖν, ἕως οὗ ἀνέλωσιν αὐτόν. καὶ νῦν ἕτοιμοί εἰσι προσδεχόμενοι τὴν ἀπὸ σοῦ ἐπαγγελίαν. A

Tribunus igitur dimisit adolescentem, denũtiãs ut, nulli effutiret quòd hæc ipsi indicasset. 22 ὁ μὲν οὖν χιλίαρχος ἀπέλυσε τὸν νεανίαν, παραγγείλας μηδενὶ ἐκλαλῆσαι, ὅτι ταῦτα ἐνεφάνισας πρός με.

Paulus perducitur ad Felicem præsidem.

Et accersitis duobus quibusdam ex Centurionibus, iussit ut pararent milites ducentos, ut proficiscerentur usq; Cæsaream, & equites septuaginta, & stipatores ducentos, àtertia hora noctis: 23 καὶ προσκαλεσάμενός τινας τῶν ἑκατοντάρχων, εἶπεν· ἑτοιμάσατε στρατιώτας διακοσίους, ὅπως πορευθῶσιν ἕως Καισαρείας, καὶ ἱππεῖς ἑβδομήκοντα, καὶ δεξιολάβους διακοσίους, ἀπὸ τρίτης ὥρας τῆς νυκτός·

Et iumenta sisterent, ut impositum Paulum saluum perducerent ad Felicem præsidem. 24 κτήνη τε παρασῆσαι, ἵνα ἐπιβιβάσαντες τὸν Παῦλον, διασώσωσι πρὸς Φήλικα τὸν ἡγεμόνα,

Scripta epistola quæ hanc summam contineret, 25 γράψας ἐπιστολὴν περιέχουσαν τὸν τύπον τοῦτον.

Claudius Lysias præstantissimo præsidi Felici salutem. 26 Κλαύδιος Λυσίας τῷ κρατίστῳ ἡγεμόνι Φήλικι χαίρειν.

Virum hunc comprehensum à ludæis, quũ iam esset interficiendus ab eis, superueniens cum exercitu, exemi, cognito quod Romanus esset. 27 τὸν ἄνδρα τοῦτον συλληφθέντα ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων καὶ μέλλοντα ἀναιρεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν, ἐπιστὰς σὺν τῷ στρατεύματι ἐξειλόμην αὐτὸν, μαθὼν ὅτι Ῥωμαῖός ἐστι. B

Volensq; scire causam propter quam eum criminarentur, deduxi eum in ipsorum consessum. 28 βουλόμενός τε γνῶναι τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἐνεκάλουν αὐτῷ, κατήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ συνέδριον αὐτῶν.

Quem cõperi accusari de quæstionibus Legis ipsorum, nullum dignum morte aut uinculis habentem crimen. 29 ὃν εὗρον ἐγκαλούμενον περὶ ζητημάτων τοῦ νόμου αὐτῶν, μηδὲν ἄξιον θανάτου ἢ δεσμῶν ἔγκλημα ἔχοντα.

Indicatis uerò mihi futuris in illum insidijs Iudæorum, hoc ipso momento misi *eum* ad te, denuntiato etiã accusatoribus, ut quæ *habent* aduersus eum, dicant apud te. Vale. 30 μηνυθείσης δέ μοι ἐπιβουλῆς εἰς τὸν ἄνδρα μέλλειν ἔσεσθαι ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, ἐξαυτῆς ἐπεμψα πρός σε, παραγγείλας καὶ τοῖς κατηγόροις λέγειν τὰ πρὸς αὐτὸν ἐπὶ σοῦ. ἔρρωσο.

Milites igitur sicut sibi iniunctum erat, acceptum Paulum duxerunt per noctem Antipatrida. 31 οἱ μὲν οὖν στρατιῶται κατὰ τὸ διατεταγμένον αὐτοῖς, ἀναλαβόντες τὸν Παῦλον, ἤγαγον διὰ τῆς νυκτὸς εἰς τὴν Ἀντιπατρίδα.

Postero autem die dimisisequitibus ut cum eo irent, reuersi sunt in castra. 32 τῇ δ' ἐπαύριον, ἐάσαντες τοὺς ἱππεῖς πορεύεσθαι σὺν αὐτῷ, ὑπέστρεψαν εἰς τὴν παρεμβολήν. C

Qui quum uenissent Cæsaream, ac reddidissent epistolam Præsidi, stiterunt coram eo etiam Paulum. 33 οἵτινες εἰσελθόντες εἰς τὴν Καισάρειαν καὶ ἀναδόντες τὴν ἐπιστολὴν τῷ ἡγεμόνι, παρέστησαν καὶ τὸν Παῦλον αὐτῷ.

15 Ex consessus uoluntate, σὺν τῷ συνεδρίῳ. Id est Senatu ita fieri petente. nempe ne priuato quorundam studio Tribunus id à se peti existimet. Ita enim interdum apud Græcos accipitur σὺν præpositio, ut σὺν Θεῷ cum Deo. id est θεῷ συνευδοκοῦντος Deo iuuante & probante. Vulgata, cum cõcilio, admodũ obscurè nisi ita construas, Vos igitur cum cõcilio id est uos & conciliũ, indicate Tribuno, &c. Nam quod Lyranus interpretatur, Vos & conciliũ, id est uos simul conciliati Sadducei & Pharisæi, ne per uestram dissensionem impediatis mortem Pauli, Græcis non potest cõuenire. Erasmus, & cõcilio, καὶ τῷ συνεδρίῳ, quod impressit Frobenius, & scriptũ inuenimus in duobus codicibus uetustis. Sed non uidetur posse admitti hæc lectio quin multa supplenda sint. Neq; enim concilio significandũ erat ut Paulum adduceret, sed potius nuntiandum ut conueniret: fore enim ut Tribunus Paulum adduceret. Ad uos. πρὸς ὑμᾶς. Quædam exemplaria legunt πρὸς ἡμᾶς, ad nos: quædam etiam pro μέλλοντας scribunt μέλλοντες, utrunque corrupte, ut existimo.

21 Quid à te renuntietur τὴν ἀπὸ σοῦ ἐπαγγελίαν. uel, quid à te promittatur. seu (ut uertit Vetus interpres) promissum rumm. Sed ἐπαγγελίαν mihi quidem uidetur potius hoc loco nuntium declarare quàm promissionem. 22 Quòd hæc ipsi indicasset ὅτι ταῦτα ἐνεφάνισας πρός με. Transitio est à tertia persona ad primam, quam rectè uitauit Vetus interpres. Vide Iohan. c. 20. 23 Stipatores δεξιολάβους. Id est σωματοφύλακας, ut explicat Varinus, siue hoc accipere libeat de ipsius Tribuni stipatoribus, siue ita uocentur quibus proprie committebatur deducendus Paulus ut quoad extra periculum esset ab eis latere non discederent, Vulgata, lancearios exponit: quia nimirum à Græcis etiam dicuntur δορυφόροι principum stipatores, quos tamen rectius hastatos interpreteris. Erasmo idem uidetur δεξιολάβους declarare atque δεξιοβόλους. At ego non uideo qua ratione hoc nitatur. δεξιοβόλους quidem nusquam scriptum inuenio, neque interpretari telum, qui dextra mittant hastilia, sed potius dextros, id est peritos funditores aut iaculatores. Nicephorus lib. Eccles. historiæ 20, cap. 28, hanc historiam recitans, mentionem tantùm facit ducentorum istorum & LXX equitum. 24 Sisterent παραστῆσαι. Id est parata exhiberent. Vulgata, præparate, aut potius præparare, id est παρασκευάσαι. Erasmus, prębete, παράσχετε. Sed haud satis scio an possit infinitus modus accipi pro imperandi modo, quum plures alloquatur. Malim quidé ego aut pro ἑτοιμάσατε legere ἑτοιμάσατε, uel existimare Lucam à recta loquutione (quã uocant) ad obliquã transire.

Saluum

A ἀναγνοὺς ὁ ἡγεμὼν, καὶ ἐπερωτήσας ἐκ ποίας ἐπαρχίας ἐστὶ, καὶ πυθόμενος ὅτι ἀπὸ Κιλικίας,

διακούσομαί σου, ἔφη, ὅταν καὶ οἱ κατήγοροί σου παραγένωνται, ἐκέλευσέ τε αὐτὸν ἐν τῷ πραιτωρίῳ τοῦ Ἡρῴδου φυλάσσεσθαι.

ΚΕΦ. ΚΔ.

Μετὰ δὲ πέντε ἡμέρας κατέβη ὁ ἀρχιερεὺς Ἀνανίας μετὰ τῶν πρεσβυτέρων καὶ ῥήτορος Τερτύλλου τινός, οἵτινες ἐνεφάνισαν τῷ ἡγεμόνι κατὰ τοῦ Παύλου.

κληθέντος δὲ αὐτοῦ, ἤρξατο κατηγορεῖν ὁ Τέρτυλλος, λέγων· πολλῆς εἰρήνης τυγχάνοντες διὰ σοῦ, καὶ κατορθωμάτων γινομένων τῷ ἔθνει τούτῳ διὰ τῆς σῆς προνοίας,

πάντῃ τε καὶ πανταχοῦ ἀποδεχόμεθα, κράτιστε Φῆλιξ, μετὰ πάσης εὐχαριστίας.

ἵνα δὲ μὴ οὐκ πλείονά σε ἐγκόπτω, παρακαλῶ ἀκοῦσαί σε ἡμῶν συντόμως τῇ σῇ ἐπιεικείᾳ.

B εὑρόντες γὰρ τὸν ἄνδρα τοῦτον λοιμὸν, καὶ κινοῦντα στάσιν πᾶσι τοῖς ἰουδαίοις τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην, πρωτοστάτην τε τῆς τῶν Ναζωραίων αἱρέσεως,

ὃς καὶ τὸ ἱερὸν ἐπείρασε βεβηλῶσαι, ὃν καὶ ἐκρατήσαμεν, καὶ κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον ἠθελήσαμεν κρῖναι.

παρελθὼν δὲ Λυσίας ὁ χιλίαρχος, μετὰ πολλῆς βίας ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν ἀπήγαγε,

κελεύσας τοὺς κατηγόρους αὐτοῦ ἔρχεσθαι ἐπὶ σέ. παρ' οὗ δυνήσῃ αὐτὸς ἀνακρίνας περὶ πάντων τούτων ἐπιγνῶναι, ὧν ἡμεῖς κατηγοροῦμεν αὐτοῦ.

34 Quum legisset autem *literas* Præses, & interrogasset ex qua prouincia esset, ac cognouisset quòd ex Cilicia,

35 Audiam te, inquit, quum accusatores quoque tui affuerint. Iussitq; in prætorio Herodis ipsum custodiri.

CAPVT XXIIII.

1 QVinq; autem pòst diebus descendit Pontifex Ananias cum Senioribus & Tertullo quodam oratore: qui comparuerũt coram Præside contra Paulum.

2 Citato igitur eo, cœpit accusare Tertullus, dicens, Nos per te, tuæque prudentiæ egregia in hac gente facinora multam pacem consequutos, *Tertullioratorὶs oratio cõtra Paulum.*

3 Et prorsus & ubiq; agnoscimus, præstantissime Felix, cum omni gratiarum actione.

4 Ne uerò te diutius interpellem, precor te ut audias nos paucis pro tua æquitate.

5 Enimuero comperimus uirum hunc pestilẽtem, ac mouentem seditionẽ omnibus Iudęis per uniuersum orbem, ac principem sectæ Nazarenorum.

6 Qui templũ quoq; tentauit profanare, quẽ etiam prehensum uoluimus secundum Legem nostram iudicare.

7 Sed superueniens Tribunus Lysias, cum magna uiabduxit eum è manibus nostris.

8 Iussis ipsius accusatoribus ad te uenire: ex quo poteris ipse inquisitione facta, de omnibus istis cognoscere, de quibus nos accusamus eum.

Saluum perducerent *διασώσωσι*. Hic quoque Hebræorum more ex antecedente intelligitur consequens qua de re dixi mus Luc. 3. b. 7. Porrò quæ in nonnullis codicibus adduntur, hæc omnia scilicet, Timuit enim ne fortè raperent eum Iudæi, & occiderent, & ipse postea calumniam sustineret, tãquam accepturus pecuniam: hæc inquam in nullis Græcis exemplaribus inuenimus. C

25 Quæ hanc summam contineret. *περιέχουσαν τὸν τύπον τοῦτον*. Vulgata, continentem hæc, id est *περιέχουσαν ταῦτα*. Erasmus, In hanc formã, sensu non malè expresso, discedit tamen à Græcis: & *τύπον* (ni fallor) summam aut compendiũ hoc loco cõmodius uerteris, quàm formam: unde *τυπωδῶς*, seu *τύπῳ λέγειν*, *λαμβάνειν*, *διορίζειν* toties à Græcis scriptoribus usurpata, qua de re nonnihil etiam Gellius lib. 2. cap. 25.

27 Cognito *μαθὼν*. Atqui non prius cognouit ciuem esse Romanum, quàm eum ereptum ex Iudæorum manibus, quæstioni & equuleo subiecisset. Dissimulat ergo tribunus id de quo reprehendi iure potuisset: & defectũ etiam à ueritate, nisi post *αὐτὸν* adscripto puncto, legas, *μαθὼν δὲ ὅτι Ῥωμαῖός ἐστι, βουλόμενος γνῶναι*, &c. Sed nihil ausim, aut etiã uelim ex coniectura immutare. Quidam conuertit, ac didici Romanum esse: sed hoc quidem est nodum potius secare quàm expedire.

30 Futuris *μέλλειν ἔσεσθαι*. Id est *μελλόντως ἔσεσθαι*. Sed sanè non uideo quomodo hæc cohæreant: quòd. siquis hic reiectus est cõiecturæ locus, ita legerem, *μεμνῆσθαι δέμοι ἐπιβουλῆς εἰς τὸν ἄνδρα τῶν Ἰουδαίων*, uel *μεμνῆσθαί μοι ἐπιβουλῆς ἐπὶ τὸν ἄνδρα μέλλων ἔσεσθαι ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων*. Vetus interpres uidetur legisse *μεμνῆσθαί μοι περὶ ἐπιβουλῆς εἰς τὸν ἄνδρα*, id est, quum mihi indicatum esset de insidiis in illum comparatis.

IN CAPVT. XXIIII.

2 Nos per te. &c. *πολλῆς εἰρήνης*, In hoc uno uersiculo duobus locis coactus sum à Vetere interprete & ab Erasmo dissentire. Primum in eo quòd participium *τυγχάνοντες* altero participio interpretantur, quum potius positum uideatur pro *ἐπιτυχεῖν*, enallage Græcis familiari, participij pro uerbo infinito. Nam alioquin uerbum *ἀποδεχόμεθα* absolutè fuerit explicandum, ut & ipsi exposuerunt: in quo non possim illis assentiri, nisi simile proferatur exemplũ. Deinde quòd *διὰ κατορθωμάτων* Vetus interpres conuerterit, & multa corrigantur, quasi *κατορθώματα* idem declarent atque *διορθώματα*. Erasmus autem, & multa rectè gerantur: quæ interpretationes si sequamur. necesse fuerit connectere *κατορθωμάτων* cum uerbo *τυγχάνοντες*, quod plane ineptũ uidetur, quum sit potius præpositio *διὰ* repetenda *ἀπὸ κοινοῦ*, licut fecimus. Explicat enim Tertullus quid illud sit quod uno uerbo dixerat, *διὰ σοῦ* per te. id est, egregiis tuis rebus gestis, in quibus singularis tum prudentia tum fœlicitas tua apparet. Liberarat enim Iudæam Felix magna cura, capto Eleazaro sicariorum duce. & profligato (paulo antequam Paulus caperetur) Aegyptio illo impostore qui magnos tumultus in Iudæa excitarat: ut narrat Iosephus lib. Antiquitatum 20, cap. 11, & de bello Iudaico 2, cap. 12. quum alioquin crudeliter & auarè Felix prouinciam administrarit: ut hæc plane Tertullus oratoriè magis quã uerè dixerit *κατορθώματα* uerò quæ Cicero lib. Officiorum 1. & de Finibus 3. recta officia & recta facta interpretatur, in genere uocant Græci quæcunque summa uirtute ac pari etiam fœlicitate à quopiam perficiuntur. 3 Et prorsus *πανταχοῦ*. Vulg. & Eras. Et semper, id est *πανταχοῦ τε* quam lectionem nusquam nisi in uno tantùm exemplari inuenimus. Agnoscimus *ἀποδεχόμεθα*. Id est *προσιέμεθα*, ut recte & erudiré explicat doctiss. Budæus 5 Principem *πρωτοστάτην*. Id est quasi primos ordines ducentem, seu primipilarem. Est enim hoc uocabulum militare. Vulg. & Eras. authorẽ, *ἀνέρα*. 6 profanare *βεβηλῶσαι*. Vulgata uiolare, *βιάσασθαι*.

Quem

Assenserunt autẽ & Iudæi, dicentes hæc ita se habere.

9 συνέθεντο δὲ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, φάσκοντες ταῦτα οὕτως ἔχειν. A

Paulus dicit causam pro se vltra Tertullum.

Respondit autem Paulus, quum annuisset ipsi Præses ut diceret, Quia à multis annis te istigenti præfuisse scio, meliore animo de ijs quæ ad meipsum *pertinent* respondeo.

10 ἀπεκρίθη δὲ ὁ Παῦλος, νεύσαντος αὐτῷ τοῦ ἡγεμόνος λέγειν· ἐκ πολλῶν ἐτῶν ὄντα σε κριτὴν τῷ ἔθνει τούτῳ ἐπιστάμενος, εὐθυμότερον τὰ περὶ ἐμαυτοῦ ἀπολογοῦμαι,

Quum tu possis nosse quòd non plures *exacti* sunt mihi dies quàm duodecim, ex quo ascendi adoraturus Ierusalem.

11 δυναμένου σου γνῶναι, ὅτι οὐ πλείους εἰσίν μοι ἡμέραι ἢ δεκαδύο, ἀφ' ἧς ἀνέβην προσκυνήσων ἐν Ἰερουσαλήμ·

Neque uero in templo inuenerunt me cum aliquo disserentẽ, aut coitionem facientẽ turbæ, neq; in synagogis, neq; in ciuitate:

12 καὶ οὔτε ἐν τῷ ἱερῷ εὗρόν με πρός τινα διαλεγόμενον, ἢ ἐπισύστασιν ποιοῦντα ὄχλου, οὔτε ἐν ταῖς συναγωγαῖς, οὔτε κατὰ τὴν πόλιν·

Neq; probare possunt ea de quibus nũc me accusant.

13 οὐδὲ παραστῆσαί με δύνανται περὶ ὧν νυνὶ κατηγοροῦσί μου.

Hoc uerò tibi confiteor, quòd secundũ uiã illam, quam sectam dicunt, ita colo patrium Deum, credens *scilicet* omnibus quæ in Lege & in Prophetis scripta sunt:

14 ὁμολογῶ δὲ τοῦτό σοι, ὅτι κατὰ τὴν ὁδὸν, ἣν λέγουσιν αἵρεσιν, οὕτω λατρεύω τῷ πατρῴῳ θεῷ, πιστεύων πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν νόμον καὶ τοῖς προφήταις γεγραμμένοις,

Et spem habens in Deum, fore quam & ipsi expectant resurrectionem mortuorum, iustorum simul & iniustorum.

15 ἐλπίδα ἔχων εἰς τὸν θεὸν, ἣν καὶ αὐτοὶ οὗτοι προσδέχονται, ἀνάστασιν μέλλειν ἔσεσθαι νεκρῶν, δικαίων τε καὶ ἀδίκων. B

In hoc igitur ipse *me* exerceo, ut conscientiã habeam sine offendiculo apud Deum & apud homines semper.

16 ἐν τούτῳ δὲ αὐτὸς ἀσκῶ, ἀπρόσκοπον συνείδησιν ἔχειν πρὸς τὸν θεὸν καὶ τοὺς ἀνθρώπους διὰ παντός.

Pluribus autem annis interiectis, affui eleemosynas exhibiturus in gentem meam & oblationes:

17 δι' ἐτῶν δὲ πλειόνων παρεγενόμην ἐλεημοσύνας ποιήσων εἰς τὸ ἔθνος μου καὶ προσφοράς·

Quo tempore inuenerunt me purificatum in templo, haud cum turba, neq; cũ tumultu.

18 ἐν οἷς εὗρόν με ἡγνισμένον ἐν τῷ ἱερῷ, οὐ μετὰ ὄχλου, οὐδὲ μετὰ θορύβου.

Quem etiam ὃν καί. Videntur quidem hæc redundare, ac potius dicendum fuisse αὐτὸν ἐπρᾴξαμεν, prehendimus eum. Sed puto potius in superiore uerbo ἀνδρὸς Hebræorum more positũ pro ἐγὼ μόνον ut infrà 26. c. 20. ἀπαγγέλλων pro ἀπήγγελλα: quo modo etiam Vetus interpres conuertit. Cæterùm in nonnullis Vulgatæ editionis codicib. multa hoc loco prætermittuntur, quæ tamen inuenimus in exemplaribus Græcis. 7 Abduxit ἀπήγαγε In nonnullis codicibus scriptum legimus κρίναντος exemit, in quibus etiam additum erat, καὶ πρὸς σὲ ἀπέστειλε, & ad te misit. 9 Assenserunt συνέθεντο. Id est, orationem Tertulli comprobarunt. Vulgata & Erasmus, Adiecerunt. 10 A multis annis ἐκ πολλῶν ἐτῶν. Hoc dicit Paulus, quia biennio duntaxat antequam de prouincia decederet, gesta hæc esse cõstat ex ijs quæ scribuntur Infrà uersu 28. Deinde quia Felix antequam Iudææ ipsi præficeretur à Claudio, administrarat Trachonitidem Batanæam, & Caulanitidem, ut testatur Iosephus lib. de bello Iud. 2. cap. 11 κριτὴν autem hoc loco, nõ tantùm declarat iuqua sæpe iam diximus. 13 Neque probare οὐδὲ παραστῆσαι. id est ob oculos sistere, ac certis argumentis confirmare. cere & coarguere. Verùm in Complutensi editione & uetustis codicibus emendatioribus, atque adeo in Vetere editione C Latina non additur: sed post διώκαντας possunt, siue (ut quibusdam legitur (διωκήσοντας poterunt, additur pronomen σοι tibi: quod optimè conuenit, & legitur etiam apud ueterem interpretem. 14 Secundum uiam illam κατὰ τὴν ὁδὸν. Hæc accipio pro aperta ac simplici professione eius religionis quam Tertullus Paulo obiecerat, Christianę scilicet. Fuit enim hoc Pauli officium, & responsio accõmodanda est ad accusationem. Aduerbiũ autem οὕτω refero ad ea quæ mox ad τὸν πατρῷον θεὸν λατρεύειν. Diuersis expositionibus præiudiciũ non affero. tantùm dico mihi quoque uideri Paulum, propterea quòd Romanum hominem alloquens, Viæ uocabulum ex Hebræorum idiotismo pro uitę genere ac instituto usurparat, hoc addidisse, ut Græco uocabulo tanquam clariore, illustraret quod obscurius dictum uidebatur. Neque enim puto αἵρεσιν nomen ita fuisse illis temporibus infame, nisi aliquid adderetur, ex quo intelligi posset in uitio usurpari: ut 1. Corint. 11. d. 19. Galat. 5d. 20. Tit. 3. c. 10. Et in Prophetis ἐκ τῶν προφήτων. Ita scriptum inuenimus in tribus codicibus uetustis: & sanè uel ita legendum est, uel ἐκ τῶν προφήτων ut κατὰ repetatur ἀπὸ νοεινὸ.

16 Me exerceo ἀσκῶ. Vulgata & Erasmus, studeo, σπουδάζω. Cæterùm in quatuor uetustis codicib. adscribitur distinctio post ἀσκῶ, & pro ἔχειν, id est ut habeam, scribitur ἔχων, id est habens.

17 Pluribus autem annis interiectis, Δι' ἐτῶν δὲ πλειόνων. Vide Marc. 2. a. 1.

18 Quo tempore οὐ ὄντος. Vel, inter hæc, ut loqui solet Liuius. id est, quibus rebus dum essem occupatus, ut infrà 26 c. 12. Nam etiam in duobus codicibus pro οὐ οὖς legimus οὐ οὖς, ita ut subaudias προσφοράς. Captus enim fuit Paulus, quum iam esset uoto satisfacturus in templo. Sed præstat subaudire χρόνους. Ita enim loqui solent disertiores etiam Græci, ut Demost. οὐ ὄντος γραφὴς ἀπέγραψε, quo tempore iudicijs absoluebar. Idem οὐ ὄντος σὺθύνας ἐπεσημαίνοντο, quo tempore rationes meas obsignabatis.

Idem

A πνὲς ἦ ἀὲ τ ἀσίας ἰεδ αῖοι, ὃς δεῖ ἐπὶ σ πα 19
ρεῖναι κὰι κατηγορεῖν, εἴ τι ἔχοιεν πρός μι·

ἢ αὐτοὶ ὧδὶ εἰπάτωσαν, εἴ τι εὕρον ἐν ἐμοὶ ἀδί 20
κημα, σὰντος μ ἐπὶ τ συνεδρίου,

ἢ περὶ μιᾶς ταύτης φωνῆς, ἧς ἐκραξα ἑστὼς 21
ἐν αὐτοῖς· ὅτι περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν ἐγὼ κρίνο-
μαι σήμερον ὑφ' ὑμῶν.

ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ φῆλιξ, ἀνεβάλετο αὐ- 22
τοὺς, ἀκριβέστερον εἰδὼς τὰ περὶ τ ὁδ τ, εἰπών·
ὅταν λυσίας ὁ χιλίαρχος καταβῇ, διαγνώσομαι
τὰ καθ' ὑμᾶς,

διαταξάμενός τε τῷ ἑκατοντάρχῃ τηρεῖσθαι τ 23
παῦλ), ἔχειν τε ἄνεσιν, μὴ μηδένα κωλύειν τ ἰδί)
ων αὐτ ὑπηρετεῖν ἢ προσέρχεσθαι αὐτῷ.

μετὰ δὲ ἡμέρας τινὰς παραγενόμενος ὁ φῆλιξ 24
σὺν δρουσίλλῃ τῇ γυναικὶ αὐτ ἧ ἦν ἰουδαίᾳ, μετε
πέμψατο τ παῦλον, καὶ ἤκουσεν αὐτ περὶ τ εἰς
B χριστὸν πίστεως,

διαλεγομένου δὲ αὐτ περὶ δικαιοσύνης, ἐγκρα 25
τείας καὶ τ κρίματος τ μελλόντος ἔσεσθαι, ἔμφοβος
γενόμενος ὁ φῆλιξ, ἀπεκρίθη· τὸ νῦν ἔχ) πορεύ-
ου, καιρὸν δὲ μεταλαβὼν, μετακαλέσομαί σε.

ἅμα δὲ καὶ ἐλπίζων ὅτι χρήματα δοθή- 26
σεται αὐτῷ ὑπὸ τ παύλ, ὅπως λύσῃ αὐτόν·
διὸ καὶ πυκνότερον αὐτ μεταπεμπόμενος, ὡμί-
λει αὐτῷ.

διετίας δὲ πληρωθείσης, ἔλαβε διάδοχον ὁ φῆ- 27
λιξ πόρκι) φῆστον. θέλων τε χάριτας καταθέσθαι
τοῖς ἰουδαίοις ὁ φῆλιξ, κατέλιπε τ παῦλ) δεδε-
μένον.

Quidam ex Asia Iudæi, quos oportuit apud
te adesse, & accusare, siquid haberent aduer-
sum me.

Aut ij ipsi dicant, si quod inuenerint in me
aliud iniustè factum, quum ego starem in con-
spectu:

Quàm quod ad unam hanc uocem *attinet*,
qua clamaui inter eos stans, De resurrectione
mortuorum ego accusor hodie à uobis.

Auditis autem his, Felix distulit eos, Postquã *Felicis benenolẽ-*
inquiens, exquisitius cognouero quæ ad sectã *tia erga Paulũ.*
istam pertinent, quum Tribunus Lysias descen
derit, pernoscam uestrum negotium,

Iniunxitq; Centurioni ut seruaretur Paulus
ac relaxaretur: & nequé prohiberet ex ipsius
familiaribus ei ministrare, aut eum adire.

Aliquot autem pòst diebus quum adesset
Felix cum Drusilla uxore sua, quæ erat Iudæa,
accersiuit Paulum: & audiuit eum de fide quæ
est in Christum.

Disserente autem ipso de iustitia, & conti-
nentia, & iudicio futuro, expauefactus Felix re
spondit, Nunc quidem abi: cæterum opportu
nitatem nactus, accersam te.

Simul & illud sperans, fore ut pecunia sibi
daretur à Paulo, ut solueret ipsum: quamobrẽ
etiam frequentius accersens eum, colloqueba
tur cum eo.

Biennio autem expleto, accepit successo- *Portius Felici*
rem Felix Porcium Festum: ac uolens gratiam *succedit.*
inire à Iudæis Felix, reliquit Paulum uin-
ctum.

Idem, ἀφ' ἁγὲ σὺθ ἐγενόμεθα τῶν πραγμάτων ἐρρῶσθε διεσωμένοι, ταῦτ' οὐδὲς πέπαυσεν ἡ πόλις, ὁμολογήσαντες, nam quæ prospero rerum statu euasimus, illa quo tempore cladem acceperat respublica, confessi estis. Hunc autem Hellenismum sanè uidentur neglexisse Vetus interpres & Erasmus, quum οὐ εἰς interpretarentur In quibus. Neque cum tumultu, μέτα μετὰ θορύβου. In nonnullis exemplaribus Vulgatæ editionis subiunguntur ista quæ in nullis Græcis codicibus inuenimus, Et appræhenderunt me clamantes, ac dicẽtes, Tolle inimicum nostrum, καὶ ἐπῆραν τὰς φωνὰς μεγάλοντες, καὶ λέγοντες, αἶρε τὸν ἐχθρὸν ἡμῶν. 19 Quidam ex Asia Iudæi, τινὲς ἀπὸ τῆς Ασίας Ιουδαῖοι. In nonnullis codicibus legitur, eodẽ sen
C su. τινες τὸν ἀπὸ τῆς Ασίας Ιουδαῖον. quidam ex Asiaticis Iudæis. Sed meo quidem iudicio, magnus in eo error est, quòd plerique codices post θορύβου adscripto puncto, nouam hic inchoãt periodũ, & legunt, τινὲς δὲ ἀπὸ τῆς Ασίας Ιουδαῖοι. Ita fit ut in superiore uerticulo desit rectus qui cũ uerbo σύρειν construatur, & in isto prorsus hiet sententia, de qua explẽ da multi frustra laborarunt. Hanc autem germanam esse lectionem, ita ut sublata comunctione δὲ, & puncto nullo post θορύβου addito, ista cum uerbo σύρειν connectantur: apparet primùm ex ipsa historia, quæ commemorat ab Asiaticis de prehensum fuisse Paulum, ac totam seditionem excitatam, suprà 21.c.27. Deinde ex eo quòd alioquin durissimum, ac Lu cæ præsertim inusitatum erit istud anantapodoton. Sed hæ tamen rationes non habuissent, apud me tantum ponderis, ut receptam lectionem mutarem, nisi accederet duorum uetustorũ codicum authoritas, in quibus ita scriptum inuenimus: & Chrysostomi quoque testimonium, qui non aliter legit. Oportuit ἔδει. Vel, oportebat. Pleraque tamen exemplaria le gunt δεῖ oportet: sed minus commoda lectione. 20 *Aliud* iniustè factum ἀδίκημα, Subauditur ἄλλο. quam eclipsin alibi annotauimus, & Latinorum etiam authoritate confirmauimus. Quum ego starem σταντος μου. Vulgata & Eras. quum ĩstem: quasi scilicet loquatur Paulus, de præsenti cognitione. Atqui res ipsa clamat, hoc potius accipiendum de supe riore iudicio, quum à Tribuno in concilium eiorum deductus fuit. Perinde enim est ac si diceret Paulus, iam ego causam coram ipsis dixi, exponant cui tandem crimini obnoxium esse me deprehenderint. certè nihil illud habent quòd profer re possint, nisi fortassis hoc unum, quòd clamaui me in iudicium uocari, quòd resurrectionem mortuorum affirmem. Di cit autem hæc Paulus, non quasi crimen hoc esse fateatur, sed εἰρωνικῶς. Deinde si de Præsidis cognitione hoc esset acci piendum, certe non dixisset ἐπὶ τῷ συνεδρίου (id enim de eo demũ loco dicitur, inquo plures sedent iudices) sed ἐπὶ σοῦ, ut paulo antè hac eadem oratione, & suprà 23.g.30: aut ἐπὶ τῷ βήματος, ut infrà 25.c.10, & suprà 18.e.17. 22 Quàm ἄ, Vulgata & Erasmus, Nisi, εἰ μὴ. Quod ad unam hanc uocem attinet, περὶ μιᾶς ταύτης φωνῆς. Vulgata & Erasmus, ad uer bum, de una hac uoce. ego periphrasin quæsiui, quòd alioquin nõ uideantur ista satis cohærere cũm superioribus.

23 Postquam, inquiens, exquisitius cognouero quæ ad sectam istam pertinent, ἀκριβέστερον εἰδὼς τὰ περὶ τῆς ὁδῆς, εἰπών. Vel, quòd penitus nosset quæ ad uiam illam pertinebant. id est ad religionem Mosis: ita ut facile potuerit ex confes sione Pauli intelligere, nihil eum contra Legem admisisse. Verùm appellatione τῆς ὁδῆς nusquam inuenio in Nouo testa mento Legem significari, nisi quid adiiciatur ex quo id possit intelligi: sed Euangelicam potius doctrinam, ut suprà 9.a.2. & 19.b 9 & d.25, item 22 a.4. Deinde ut hoc concedam, uix tamen mihi uidetur exactam Legis cognitionem Lucas Felici uoluisse tribuere. Quidam igitur appellatione Viæ intelligunt ipsos Sacerdotum mores ac ingenia quæ optimè nosset Fe lix: ut facilè conicere potuerit, Paulum ab ipsis per inuidiam ac calumniam accusari. Ac bellè quidem conuenit hæc sen tentia, sed τῆν ὁδὸν nusquam inuenio hac significatione usurpari, quum præsertim non addatur pronomen αὐτῶν eorũ quod tamen uidetur omnino fuisse adiiciendum, si hæc esset horum uerborum sententia. Itaque

Itaque potius existimaui participium εἰπὼν per traiectionem explicandum esse, ita scilicet ut hoc totum tribuatur Festi personæ, & ita hic locus explicetur, accusatus fuerat uiolatæ religionis Paulus, quasi nouam quandam sectam inuehere. Hoc crimen ita ipse est inficiatus, ut doceret sectam illam quam profitebatur, a uera & Patria religione nihil prorsus dissentire. Hic nascitur quæstio, sitne secta Nazaræorum (quam Iudæi uocabant) Legi Mosaicæ repugnans, ut sit Paulus condemnandus impietatis. Etantpræterea nonnulla crimina quæ Iudæi obiiciebant, concitatæ nimirum seditionis & profanati templi. Hæc Paulus prorsus ac simpliciter inficiatur. Hinc nascitur facti quæstio. De impietate constituere non poterat Felix, nisi melius cognita ratione eius uitæ, id est sectæ quam profitebatur Paulus. De reliquis audiendus erat in primis Lysias. Qui omnibus in Ierusalem gestis interfuerat. Iure itaque Felix reum amplat, dum accuratius intelligat quæ sit ratio sectæ illius, quam sibi obiectam Paulus agnoscebat se complecti: itemque dum ex Lysia de causis tumultus cognoscat: ut tum demum reus uel damnetur, uel absoluatur. Hæc expositio (ni fallor) plana est ac simplicissima. Quod autem ad traiectionem attinet, non est quòd quisquam detortam ac uiolentam putet. Neque enim fere aliter in dialogis usurpari solent istæ particulæ ἔφην, ἔφη, λέγω, ἔλεγε, ἔφασκε, apud Platonem: & apud Latinos, Inquam & inquit. Quinetiam similis aut durioris etiam in eodem uerbo traiectionis exempla inuenies Luc. 5. f. 24, & 7. f. 42, & infrà, 23. a. 5. Fateor tamen plerunque hãc traiectionem in medio aliquo membro inueniri, quum hic inter duo membra usurpetur: sed summa illa puritas no debet in his authoribus quæri: & sententiæ perspicuitas uidetur nostram interpretationem, etiamsi cæteræ rationes desint, satis confirmare.

IN CAPVT XXV.

1 FEstus ergo ingressus prouinciam, triduo pòst ascendit Ierosolymam ab *urbe* Cæsarea:

2 Indicarunt autem ei Pontifex ac primarii ex Iudæis de Paulo ac precati sunt eum.

3 Petentes gratiam aduersus eum, ut accerseret eum in Ierusalẽ, factis insidijs ipsi in uia interficiendo.

4 Festus autem respondit, ut seruaretur quidem Paulus Cæsareæ, se uerò citò *illuc* profecturum.

5 Qui ergo inter uos, inquit, possunt, unà descendant, & siqua est in hoc uiro improbitas, accusent eum.

Paulus coràm Festo causam dicit

6 Consumptis ẽ inter eos diebus non plurib. quàm decem, quum descendisset Cæsaream: postero die sedit pro tribunali, iussitq; Paulum adduci.

7 Qui quum affuisset, circunsteterunt *eum* qui ab Hierosolymis descenderant Iudæi, multas & graues accusationes afferẽtes aduersus Paulum, quas non poterant demonstrare:

8 Quum ipse responderet, *se* neque in Legem Iudæorum neq; in templum, neq; in Cæsarem quicquam peccasse.

9 Sed Festus uolens gratiam inire à Iudæis, respondens Paulo, dixit, Vis Ierosolymam ascendere, & illic de his iudicari apud me?

10 Dixit autem Paulus, Ad tribunal Cęsaris sto, ubi me oportet iudicari: Iudæis nulla in re iniuriam feci, sicut & tu pulchrè nosti.

11 Nam siquam iniuriam ac dignum morte aliquid feci, non recuso mori: si uerò nihil est *eorum* quorum isti me accusant, nemo potest me illis gratificari, Cæsarem appello.

12 Tunc Festus cum consilio colloquutus, respondit, Cæsarem appellasti? ad Cæsarem proficisceris.

13 Quũ uerò dies aliquot interceßissent, Agrippa rex & Bernice deuenerunt Cæsaream, salutaturi Festum.

ΚΕΦΑ. κέ.

1 Φῆστος οὖν ἐπιβὰς τῇ ἐπαρχίᾳ, μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀνῆλθεν εἰς Ἱεροσόλυμα ἀπὸ τῆς καισαρείας.

2 ἐνεφάνισαν δ' αὐτῷ ὅ τε ἀρχιερεὺς καὶ οἱ πρῶτοι τῶν ἰουδαίων κατὰ τοῦ παύλου, καὶ παρεκάλουν αὐτόν,

3 αἰτούμενοι χάριν κατ' αὐτοῦ, ὅπως μεταπέμψηται αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλήμ, ἐνέδραν ποιοῦντες ἀνελεῖν αὐτὸν κατὰ τὴν ὁδόν.

B

4 ὁ μὲν οὖν φῆστος ἀπεκρίθη, τηρεῖσθαι τὸν παῦλον ἐν καισαρείᾳ, ἑαυτὸν δὲ μέλλειν ἐν τάχει ἐκπορεύεσθαι.

5 οἱ οὖν δυνατοὶ ἐν ὑμῖν, φησὶ, συνκαταβάντες, εἴ τι ἔστιν ἄτοπον ἐν τῷ ἀνδρὶ τούτῳ, κατηγορείτωσαν αὐτοῦ.

6 διατρίψας δ' ἐν αὐτοῖς ἡμέρας πλείους ἢ δέκα, καταβὰς εἰς καισάρειαν, τῇ ἐπαύριον καθίσας ἐπὶ βήματος, ἐκέλευσε τὸν παῦλον ἀχθῆναι.

7 παραγενομένου δ' αὐτοῦ, περιέστησαν οἱ ἀπὸ ἱεροσολύμων καταβεβηκότες ἰουδαῖοι, πολλὰ καὶ βαρέα αἰτιάματα φέροντες κατὰ τοῦ παύλου, ἃ οὐκ ἴσχυον ἀποδεῖξαι,

8 ἀπολογουμένου αὐτοῦ ὅτι οὔτε εἰς τὸν νόμον τῶν ἰουδαίων, οὔτε εἰς τὸ ἱερόν, οὔτε εἰς καίσαρά τι ἥμαρτον.

C

9 ὁ φῆστος δ' τοῖς ἰουδαίοις θέλων χάριν καταθέσθαι, ἀποκριθεὶς τῷ παύλῳ, εἶπε, θέλεις εἰς ἱερουσόλυμα ἀναβὰς ἐκεῖ περὶ τούτων κρίνεσθαι ἐπ' ἐμοῦ;

10 εἶπε δ' ὁ παῦλος, ἐπὶ τοῦ βήματος καίσαρος ἑστώς εἰμι, οὗ με δεῖ κρίνεσθαι. ἰουδαίους οὐδὲν ἠδίκησα, ὡς καὶ σὺ κάλλιον ἐπιγινώσκεις.

11 εἰ μὲν γὰρ ἀδικῶ, καὶ ἄξιον θανάτου πέπραχά τι, οὐ παραιτοῦμαι τὸ ἀποθανεῖν. εἰ δ' οὐδέν ἐστιν ὧν οὗτοι κατηγοροῦσί μου, οὐδείς με δύναται αὐτοῖς χαρίσασθαι. καίσαρα ἐπικαλοῦμαι.

12 τότε ὁ φῆστος συλλαλήσας μετὰ τοῦ συμβουλίου, ἀπεκρίθη. καίσαρα ἐπικέκλησαι; ἐπὶ καίσαρα πορεύσῃ.

13 ἡμερῶν δ' διαγενομένων τινῶν, ἀγρίππας ὁ βασιλεὺς καὶ βερνίκη κατήντησαν εἰς καισάρειαν, ἀσπασόμενοι τὸν φῆστον.

IN CAPVT. XXV.

5 Possunt, *δυνατοὶ*. Sub *εἰσὶν*. Id est, quibus commodum est Cæsaream uenire, & aduersus Paulum agere. Vulgata inepte, Qui in nobis potentes sunt. Siqua est improbitas *εἴ τί ἐστιν ἄτοπον*, Ita legunt emendatiores codices uetusti quinq; Ἄτοπον autem uocat hoc loco, non quod inepte & absurde, sed quod improbe ac malitiosè fit: unde ἀτόπημα de scelere dicitur, & ἄτοπος pro improbo ac scelerato accipitur, 2. Thess. 3. a. 2. Sic idem hoc uocabulum usurpauit Lucas noster cap. 23. f. 41, alterius libri.

6 Non

A ὡς δὲ πλείους ἡμέρας διέτριβον ἐκεῖ, ὁ φῆ- 14 Et quum dies complures illic consumpsis-
στος τῷ βασιλεῖ ἀνέθετο τὰ κατ' αὐτὸν παῦλον, λέ- sent, Festus Regi exposuit quæ ad Paulum
γων· ἀνήρ τις ἐστὶ καταλελειμμένος ὑπὸ φήλι- *pertinebant*, dicens, Vir quidam est relictus à
κος δέσμιος,

περὶ οὗ, γενομένου μου εἰς ἱεροσόλυμα, ἐνεφά- 15 De quo, quum uenissem Hierosolymam,
νισαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τῶν indicarunt mihi principes Sacerdotum & Seniores Iudæorum, petentes damnationé aduersus illum.

Ἰουδαίων, αἰτούμενοι κατ' αὐτοῦ δίκην.

πρὸς οὓς ἀπεκρίθην, ὅτι οὐκ ἔστιν ἔθος Ῥω- 16 Quibus respondi, non esse Romanis morem ut quempiam dedant ad pœnam, priusquam is qui accusatur, in conspectu habeat accusatores, & locum defensionis accipiat super criminatione.

μαίοις χαρίζεσθαί τινα ἄνθρωπον εἰς ἀπώλειαν, πρὶν ἢ ὁ κατηγορούμενος κατὰ πρόσωπον
ἔχοι τοὺς κατηγόρους, τόπον τε ἀπολογίας λάβοι περὶ τοῦ ἐγκλήματος.

συνελθόντων οὖν αὐτῶν ἐνθάδε ἀναβολὴν 17 Quum ergo huc conuenissent, asque ulla dilatione consequenti die quum sedissem pro tribunali, iussi adduci hominem.

μηδεμίαν ποιησάμενος, τῇ ἑξῆς καθίσας ἐπὶ τοῦ
βήματος, ἐκέλευσα ἀχθῆναι τὸν ἄνδρα·

περὶ οὗ σταθέντες οἱ κατήγοροι, οὐδεμίαν αἰ- 18 Cuius accusatores quum adstarent, nul
τίαν ἐπέφερον, ὧν ἐγὼ ὑπενόουν ἐγὼ, lum crimen obijciebant eorum quæ ego su-
B spicatus eram:

ζητήματα δέ τινα περὶ τῆς ἰδίας δεισιδαιμο- 19 Sed quæstiones quasdam de sua religione
νίας εἶχον πρὸς αὐτὸν, καὶ περί τινος Ἰησοῦ τεθνη- habebant aduersus eum, & de quodam Iesu
κότος, ὃν ἔφασκεν ὁ παῦλος ζῆν.

ἀπορούμενος δὲ ἐγὼ εἰς τὴν περὶ τούτου ζήτησιν, 20 Hæsitans autem ego in eiusmodi quæ-
ἔλεγον εἰ βούλοιτο πορεῦσθαι εἰς ἱεροσόλυμα, κἀ- stione, dixi num uellet proficisci in Ierusalé,
κεῖ κρίνεσθαι περὶ τούτων. & illic iudicari super istis.

τοῦ δὲ παύλου ἐπικαλεσαμένου τηρηθῆναι αὐτὸ 21 *Hic* uerò quum ipse prouocasset ut seruaretur Augusti cognitioni, iussi seruari eum, usquequo mitterem eum ad Cæsarem.

εἰς τὴν τοῦ σεβαστοῦ διάγνωσιν, ἐκέλευσα τηρεῖσθαι
αὐτὸν, ἕως οὗ πέμψω αὐτὸν πρὸς καίσαρα.

ἀγρίππας δὲ πρὸς τὸν φῆστον ἔφη· ἐβουλό- 22 Agrippa uerò dixit ad Festum, Volebam
μην καὶ αὐτὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀκοῦσαι. ὁ δὲ αὔ- & ipse hominem audire. At ille, Cras, inquit,
ριον, φησὶν, ἀκούσῃ αὐτοῦ. audies eum.

τῇ οὖν ἐπαύριον ἐλθόντος ἀγρίππα καὶ 23 Postero igitur die quum uenissét Agrippa
τῆς βερνίκης μετὰ πολλῆς φαντασίας, καὶ εἰσελ- & Bernice cum multa ostentatione, & introisset in auditorium cum Tribunis & emi-

C 6 Non pluribus ὁ πλείους. Omnino uidetur poscere sententia ut negans particula in plerisque exemplaribus omissa, restituatur. Dixerat enim Festus se breui profecturum. Ita etiam legit Vetus interpres, & in tribus exemplaribus ita differtè scriptum inuenimus. Quam decem, ἢ δέκα. Vulgata, quàm octo aut decem ὀκτὼ ἢ δέκα: quam lectionem comperimus in codicibus tribus.

10 Pulchrè κάλλιον. Id est optimè. Nam fortasis in hoc dicendi genere commodius potest comparandi gradus accipi pro superlatiuo (quem uocant) quàm pro absoluto. Hom. Iliad. Α. τὸν δὲ βέλτερον Α θλωκίδη ἐπιτάλαι, id est ὀρθότατα. Sequitur enim, αὐτὰρ μάλ' ἐς ἀγορὴν ἐλθεῖ. &c.

15 Damnationem δίκην. Tria minimum significat δίκη, nimirum & actionem ipsam coram iudice, & iudicis cognitionem, & ipsius denique cognitionis exequutionem. Ex his autem significationibus quænam maximè conueniat, res ipsa ostendit: neque dubito quin sicut plurimis locis κρίνω accipitur pro κατακρίνω, & κρίσις pro κατάκρισις sic etiam δίκην ponatur hoc loco pro κατάδίκην: quomodo etiam differre scriptū inuenimus in duobus codicibus. At enim (inquit Erasmus) quis postulat damnationem à iudice indicta causa? Iudæi certè hoc olim aduersus Christū petierant ac impetrarant: & nunc quoque flagitant in Paulum, ut apparet ex iis quæ scripta sunt suprà cap 3. atque etiam ex ipso Festi responso: quod planè ineptum erit si δίκην interpreteris Cognitionem. Cur enim hanc illis recusaret, quod Romanos diceret facere consueuisse?

16 Vt quempiam dedant ad pœnam χαρίζεσθαί τινα ἄνθρωπον εἰς ἀπώλειαν. Vetus interpres interpretatur χαρίζεσθαι donare, & omittit εἰς ἀπώλειαν. Erasmus, ob gratiam donare: pro quo malim uno uerbo dicere, Gratificari. Sed propter illa quæ subiiciuntur, non uidetur seruari posse propria significatio uerbi χαρίζεσθαι, alioquin supplenda essent multa, & totus hic locus ita explicandus, non esse Romanis hunc morem ut quempiam gratificentur ad pœnam, neque damnare quenquā consueuisse, priusquam is qui accusatur, &c. Super criminatione περὶ τοῦ ἐγκλήματος. Vulgata, ad abluenda crimina. Erasmus, de crimine. Atqui ἔγκλημα non significat crimen, sed criminationem.

19 Religione δεισιδαιμονίας. Improprie quidem profanus homo de ueri Dei cultu loquitur: sed tamen ne hic quidem δεισιδαιμονίαν acceperim in uitio, quum non sit probabile Festum uoluisse Agrippam offendere, quem sciebat Iudaicam religionem profiteri. Vulgata & Erasmus superstitionem: quomodo etiam δεισιδαιμονία explicatur à Plutarcho, nempe pro nimio & importuno deorum metu, undæ exortæ sunt superstitiosæ ceremoniæ. Huic autem opponit ἀθεότητα, ita ut in medio tanquam μεσότης constituatur εὐσέβεια.

23 Ostentatione φαντασίας. Quid propriè sit φαντασία, non est quòd pluribus differamus. Hic quidem certum est, hoc nomine declarari quod uulgo apparentiam uocamus. magnum scilicet pompæ ac regiæ magnificentiæ splendorem in spectantium oculos incurrentem. Eras. apparatu, παρασκευῇ. Vulg. ambitione, φιλοτιμίᾳ.

nentissimis eius urbis ciuibus, iubente Festo adductus est Paulus.

Tum Festus, Agrippa rex inquit, & omnes qui simul adestis nobiscum, uidetis istum de quo omnis multitudo Iudæorum interpellauit me & Hierosolymis & hic, acclamãtes non oportere eum uiuere amplius.

Ego uerò quũ compererim, nihil dignum morte eum fecisse: tamen quum is ipse appellarit Augustum, statui mittere eum:

De quo quid certi scribam domino, non habeo. quapropter produxi eum ad uos, & maximè ad te rex Agrippa, ut inquisitione habita, habeam quod scribam.

Nam præter rationem mihi uidetur, mittere uinctum, & crimina in eum *collata* non significare.

ἡμῶν ἀνδράσι τοῖς κατ' ἐξοχὴν ὄντα τῆ πόλεως, καὶ A
κελεύοντός τ φήσα, μὴ δεῖν αὐτὸν ζῆν μηκέτι.

24 καὶ φησὶν ὁ Φῆστος· ἀγρίππα βασιλεῦ, καὶ πάντες οἱ συμπαρόντες ἡμῖν ἄνδρες, θεωρεῖτε τοῦτον, περὶ οὗ πᾶν τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων ἐνέτυχόν μοι ἔν τε Ἱεροσολύμοις καὶ ὧδε, ἐπιβοῶντες μὴ δεῖν ζῆν αὐτὸν μηκέτι.

25 ἐγὼ δὲ καταλαβόμενος μηδὲν ἄξιον θανάτου αὐτὸν πεπραχέναι, μὴ αὐτοῦ δὲ τούτου ἐπικαλεσαμένου τὸν Σεβαστόν, ἔκρινα πέμπειν αὐτόν.

26 περὶ οὗ ἀσφαλές τι γράψαι τῷ κυρίῳ, οὐκ ἔχω. διὸ προήγαγον αὐτὸν ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάλιστα ἐπὶ σοῦ, βασιλεῦ ἀγρίππα, ὅπως τῆς ἀνακρίσεως γενομένης σχῶ τί γράψαι.

27 ἄλογον γάρ μοι δοκεῖ, πέμποντα δέσμιον, μὴ καὶ τὰς αὐτοῦ αἰτίας σημᾶναι.

CAPVT XXVI.

ΚΕΦ. κϛ.

AGrippa uerò ad Paulum ait, Permittitur tibi pro teipso dicere. Tunc Paulus extenta manu respondit,

1 Ἀγρίππας δὲ πρὸς τὸν Παῦλον ἔφη· ἐπιτρέπεταί σοι ὑπὲρ σεαυτοῦ λέγειν. τότε ὁ B
Παῦλος ἀπελογεῖτο, ἐκτείνας τὴν χεῖρα·

Super omnibus de quibus postulor à Iudæis, rex Agrippa, beatum me duco, quòd responsurus sim apud te hodie:

2 περὶ πάντων ὧν ἐγκαλοῦμαι ὑπὸ Ἰουδαίων, βασιλεῦ ἀγρίππα, ἥγημαι ἐμαυτὸν μακάριον, μέλλων ἀπολογεῖσθαι ἐνώπιόν σου σήμερον,

Maximè quòd te gnarum esse sciam omnium quæ apud Iudæos sunt, & consuetudinum & quæstionum. ideo rogo te ut patienter me audias.

3 μάλιστα γνώστην ὄντα σε πάντων τῶν κατὰ Ἰουδαίους ἐθῶν τε καὶ ζητημάτων. διὸ δέομαί σου, μακροθύμως ἀκοῦσαί μου.

Itaque uitam quidem meam actam à iuuentute, quæque à principio fuit in gente mea Hierosolymis, sciunt omnes Iudæi,

4 τὴν μὲν οὖν βίωσίν μου τὴν ἐκ νεότητος, τὴν
ἀπ' ἀρχῆς γενομένην ἐν τῷ ἔθνει μου ἐν Ἱεροσολύμοις ἴσασι πάντες οἱ Ἰουδαῖοι,

Vt qui antea nouerint, me iam inde à maioribus (si uelint testari) secundum exquisitissimam illam sectam nostræ religionis uixisse Pharisæum.

Pharisæum Paulus.

5 προγινώσκοντές με ἄνωθεν (ἐὰν θέλωσι μαρτυρεῖν), ὅτι κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν τῆς ἡμετέρας θρησκείας ἔζησα Φαρισαῖος.

Nunc uerò ob spem promissionis quæ Patribus nostris facta est à Deo, sto in iudicium uocatus:

6 καὶ νῦν ἐπ' ἐλπίδι τῆς πρὸς τοὺς πατέρας C
ἐπαγγελίας γενομένης ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ἕστηκα κρινόμενος.

26 Domino τῷ κυρίῳ. Id est Cæsari. quam appellationem ab adulatoribus ortam Tyranni primùm affectarunt: dinde etiam boni principes non recusarunt, ut ex Plinij ad Traianum epistolis apparet. Additur autem in tribus exemplaribus pronomen μου, meo.

27 Præter rationem ἄλογον. Vulgata, sine ratione. Erasmus, iniquum ἄδικον.

IN CAPVT XXVI.

3 Maximè quòd te gnarum esse sciam μάλιστα γνώστην ὄντα σε εἰδώς. Vulg. maximè te sciente. Eras. quum tu maximè sis gnarus. Potest enim hoc ut absolutè positum exponi non ineleganter, quia tamen in uno codice peruetusto adscriptum erat participium εἰδώς, quod etiam annotauit Erasmus posse subaudiri, in altero uerò ἐπιστάμενος, & si ita legas, multo planior est constructio: mihi non fuit religio ita interpretari.

5 Vt qui antea nouerint προγινώσκοντες. Vulg. Præscientes. Erasmus, Qui prius nouerant. Neuter uidetur sensum assequutus. Nam particula πρὸ ad id tempus refertur quo Paulus in Iudæorum consp ectu uixerat Hierosolymis: neque simpliciter se dicit olim fuisse ab iis cognitũ, sed quis antea fuerit, ubi & quomodo uixerit, id ipsos probè nosse dicit. Iam inde à maioribus ἄνωθεν. Vulgata & Erasmus, ab initio, quasi hæc pertineant ad participium προγινώσκοντες, quum potius cohæreant cum uerbo ἔζησα. Nam illud, Nouerunt me quòd uixerim, Græcorum more dictum est, pro nouerunt me uixisse, aut nouerunt quòd ego uixerim, ut in illo Aristoph. ἄγε δὴ σὺ πρότερον σαυτὸν ὅστις εἶ φράσον. Et in illo Terentij, Quum meipsum noris quàm elegans formarum spectator siem. Significat ergo Paulus nõ se modò Pharisæum fuisse, sed etiam quòd in medio Iudæorum cœtu uociferatus fuerat, supra 23. b. 6. ex Pharisæis esse oriundum. Secundum exquisitissimam illam sectam κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν. Non est (opinor) quòd ex hoc loco colligamus, Pharisaismum à Paulo fuisse tropãere laudatum, ut uitæ genus exquisitissimum uocarit. Loquitur enim Paulus ex aduersariorum hypothesi, quasi diceret, Iudæi Pharisaicam sectam habent pro sanctissima ac religiosissima, eam ipsi norunt me iam inde à meis maioribus fuisse professum. non est ergo cur anteactam uitam reprehendant. Deinde uerò ad id uitæ genus progreditur quod hoc ipso tempore amplectebatur, id est ad Christianam religionem, cuius præcipuum caput, id est resurrectionem ex mortuis, explicat.

7 Perpe-

A εἰς ἣν τὸ δωδεκάφυλον ἡμῶν ἐν ἐκτενείᾳ νυ- 7
κτὸς καὶ ἡμέρας λατρεῦον ἐλπίζει καταντῆσαι·
περὶ ἧς ἐλπίδος ἔγκαλοῦμαι, βασιλεῦ ἀγρίπ-
πα, ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων.

τί ἄπιστον κρίνεται παρ' ὑμῖν, εἰ ὁ θεὸς νεκροὺς 8
ἐγείρει;

ἐγὼ μὲν οὖν ἐδόκουν ἐμαυτῷ πρὸς τὸ ὄνομα Ἰη- 9
σοῦ τοῦ Ναζωραίου δεῖν πολλὰ ἐναντία πρᾶξαι·

ὃ καὶ ἐποίησα ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ πολλοὺς τῶν 10
ἁγίων ἐγὼ φυλακαῖς κατέκλεισα, τὴν παρὰ τῶν
ἀρχιερέων ἐξουσίαν λαβών· ἀναιρουμένων τε αὐ-
τῶν κατήνεγκα ψῆφον.

καὶ κατὰ πάσας τὰς συναγωγὰς πολλάκις 11
τιμωρῶν αὐτοὺς, ἠνάγκαζον βλασφημεῖν· περι-
σσῶς τε ἐμμαινόμενος αὐτοῖς, ἐδίωκον ἕως καὶ
εἰς τὰς ἔξω πόλεις.

ἐν οἷς καὶ πορευόμενος εἰς τὴν Δαμασκὸν 12
μετ' ἐξουσίας καὶ ἐπιτροπῆς τῆς παρὰ τῶν ἀρ-
B χιερέων,

ἡμέρας μέσης, κατὰ τὴν ὁδὸν εἶδον, βασιλεῦ 13
οὐρανόθεν ὑπὲρ τὴν λαμπρότητα τοῦ ἡλίου περι-
λάμψαν με φῶς, καὶ τοὺς σὺν ἐμοὶ πορευομένους.

πάντων δὲ καταπεσόντων ἡμῶν εἰς τὴν 14
γῆν, ἤκουσα φωνὴν λαλοῦσαν πρός με καὶ λέ-
γουσαν τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ· Σαοὺλ Σαοὺλ, τί
με διώκεις; σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτί-
ζειν.

ἐγὼ δὲ εἶπα· τίς εἶ κύριε; ὁ δὲ εἶπεν· ἐγώ εἰ- 15
μι Ἰησοῦς, ὃν σὺ διώκεις.

ἀλλὰ ἀνάστηθι, καὶ στῆθι ἐπὶ τοὺς πόδας 16
σου· εἰς τοῦτο γὰρ ὤφθην σοι, προχειρίσασθαί σε
ὑπηρέτην καὶ μάρτυρα ὧν τε εἶδόν, ὧν τε

Ad quam duodecim tribus noſtræ *Deum* noctẽ & die perpetuò colentes, ſperant ſe peruenturas. de qua ſpe poſtulor, rex Agrippa à Iudæis.

Quid? incredibile iudicatur apud uos quòd Deus mortuos excitet?

Equidẽ mihi uiſum fuit aduerſus nomen Ieſu Nazareni multa contraria facienda: *Reſurrectio.*

Quod feci Hieroſolymis: nam multos ſanctorum ego carceribus incluſi, à principibus Sacerdotum authoritate accepta: & quum occiderunt, tuli ſuffragium. *Paulum perſequitur ante conuerſionem* Suprà 8.a.3.

Ac per omnes ſynagogas ſæpe ipſos puniens, coegi ab blaſphemandum: & ſupra modũ furens aduerſus eos, perſequutus ſum in exteras uſque ciuitates.

Quo tempore etiam proficiſcens Damaſcum cum authoritate & procuratione principum Sacerdotum, Suprà.9.a.2.

Die medio, Rex, in uia uidi cælitus lucem, quæ ſplendorẽ ſolis ſuperabat, circunfulſiſſe me & eos qui mecum faciebant iter.

Quum autem omnes nos decidiſſemus in terram, audiui uocem alloquentem me, ac dicentem Hebraica lingua, Saul, Saul, quid me perſequeris? durum eſt tibi contra ſtimulos calcitrare.

Ego autem dixi, Quis es Domine? At ille dixit, Ego ſum Ieſus quem tu perſequeris.

Sed exurge, & ſta ſuper pedes tuos: ad hoc enim apparui tibi, ut deſignarem te miniſtrũ ac teſtem tum eorum quæ uidiſti, tum eo-

7 Perpetuò *οὐ ἐντενείᾳ*. Vel, cum aſſiduitate. quanquam illud magis proprium eſt. nam *ἐντενὲς* dicitur quod in longum protenditur. Hoc autem omiſit Vetus interpres. 8 Quid? *τί*: Ita diſtinguunt Græca ſcholia: neque dubito quin germana ſit hæc lectio. Nam præterquam quòd alioquin hiabit ſententia, plena etiam eſt hæc oratio ſummæ grauitatis. Poſtquam enim Paulus non aliò quàm ad ſpem immortalitatis ferri oſtendit totam Diuini cultus inter Iudæos rationem, antequam aliud argumentum longè ualidiſsimum adiungat, ſumptum ſcilicet à Chriſti reſurrectione, quem ipſe loquentem è cælo audierat: concluſionem inter iſta argumenta, ſuo more, quaſi mediam interponit: & ita quidem ut auditores ſuos excitans, aſſentiri cogat. Quid? inquit, an uobis incredibile uidetur quòd Chriſtus mortuos excitet? quod uernaculo ſermone ita optimè expreſſeris. *Quoy? eſtimez-vous une choſe non croyable que Dieu reſuſcite les morts?* Deinde paulatim ad Chriſti reſurrectionem accedit, ea ſcilicet proponens quæ partim ad hiſtoriam pertinent, partim etiam huc ſpectant ne fides ipſius eleuetur. Quòd *εἰ*. Vulg. & Eraſ. ſi. Sed res ipſa oſtendit *εἰ* pro *ὅτι* poſitum eſſe, ut diximus alibi. Sic AEſch. *ἐπιτιμᾷς δὲ μοιρεῖ μὴ σωθῆναι χῶς, ἀλλὰ διακλέπτων πρὸς τὸν θεὸν προσέρχεται.* 10 Tuli ſuffragium. *κατήνεγκα ψῆφον*. Id eſt *συνεψηφισάμην*, ut ipſe interpretatur ſuprà 22.e.20. Vulg. & Eraſ. detuli ſententiam, quaſi non tulerit ſuffragium ipſe Paulus, ut qui non uideatur fuiſſe ex iudicum numero, ſed iudicum decretum, ut miniſter & exequutor, detulerit. Atqui nihil prohibet quominus ipſum quoque Paulum putemus inter iudices ſediſſe: quod oſtendit tanta hæc authoritas ex concilij conſenſu illi conceſſa. Deinde qui ſententiam ab aliis latam approbat, & modis omnibus adiuuat, is quoque uidetur quodammodo calculum ſuum adiicere. Denique *ψῆφον* ſingulari numero nuſquam legi pro iudicum decreto, quod *ψηφισμα* uocant: neque temere mihi perſuaſerim poſſe uſquam inueniri. Itaque puto *κατενεγκα ψῆφον* pro ſimplici *φέρειν* eſſe uſurpatum. Notum autem eſt omnibus quid ſit *ψῆφον φέρειν* & *ψηφοφορία*.

12 Quo tempore *ἐν οἷς*. Vulg. In quibus. Eraſ. Quarum rerum ſtudio, id eſt, *ἐφ' οἷς*, uel *ὧν χάριν*. Vide ſuprà 24.e.18. Et procuratione *καὶ ἐπιτροπῆς*. Id eſt, ut uernaculo ſermone loquimur, *charge & commiſſion*. Vulgata & Eraſmus, permiſit: qua ſignificatione non putarim hoc uocabulum apud Græcos inueniri. Feſellit autem eos, quod *ἐπιτρέπειν* & *ἐπιτρέπεσθαι* interdum etiam *συγχωρεῖν* declarat. id eſt concedere, ac gratiam facere, ut ſuprà hoc eodem capite, uerſiculo primo.

17 Ex hoc populo *ἐκ τοῦ λαοῦ*. Sic putaui exprimendum articulum. Sed & in duobus exemplaribus additur *τῶν Ἰουδαίων* Iudæorum, quod noſtram interpretationem confirmat. Ad quos *εἰς οὕς*. Sic conſtanter legimus in omnibus codicibus. quum dicendum fuiſſe uideatur *εἰς ἃ*, ad quas. Sed duplici ratione poteſt hoc excuſari. Nam uel eſt ſyllepſis per genera, ita ſcilicet ut relatiuum quũ ad utrunque ſuperius referatur, cum digniore coniungatur: uel habita eſt potius ratio ſignificationis quàm uocis, ut in illo Quintiliani, illud ingeniorum precox genus non temere unquã uenit ad fruguem, hi ſunt qui parua facunt. Et in illo Euripidis quod alibi etiam citauimus, *κάτισχ' Ἀχιλλεὺς παῖδ' ἀγήνορ' ἐλλιπῆ, πρὸς οἶκον οὐθένοντας εἰναλίαν πλάτην.*

rum *in* quibus apparebo tibi,

Eximens te ex hoc populo,& gentibus ad quos nunc te mitto,

Aperire oculos Conuersio Tenebræ. Lux. Remissio peccatorum.

Vt aperias oculos eorum, ut se conuertant à tenebris ad lucem, & *à* potestate Satanæ ad Deum,ut remissionem peccatorum & sortem inter sanctificatos accipiant per fidem quæ est erga me.

Vnde,rex Agrippa,non fui inobediēs cælesti uisioni:

Pœnitentia. Opera. Suprà 13.&14

Sed iis qui sunt Damasci primùm, & Hierosolymis, & per omnem regionem Iudææ, *deinde* & Gentibus annuntiaui ut resipiscerent,& conuerterent se ad Deum, opera facientes digna iis qui resipuissent.

Suprà 20.f.10

Horum causa Iudæi in templo comprehensum tentauerunt interficere.

Sed adiumentū à Deo nactus, perstiti in

Scripturas impletas prædicat Paulus.

hunc usq; diem, testificans tum paruis tum magnis,nec quicquam dicens extra ea quæ Prophetæ ac Moses prædixerunt futura esse.

Lumen.

Nempe quòd Christus esset passurus,ac primus ex resurrectione mortuorum, lucē annuntiaturus huic populo & Gentibus.

Hæc autem ipso respondente, Festus magna uoce ait,Insanis Paule, multæ te litteræ

Insanus indicatur Paulus.

ad insaniam conuertunt.

Tum ille,Non insanio,inquit, præstantissime Feste,sed uera ac sobria uerba eloquor.

Scit enim ista Rex,apud quem etiam liberè loquor:nam latere eum quicquam horū non arbitror, neque enim id in angulo gestum est.

Credis rex Agrippa Prohetis? scio quòd credis.

ὀφθήσομαί σοι,

17 ἐξαιρούμενός σε ἐκ τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἐθνῶν, εἰς οὓς νῦν σε ἀποστέλλω,

18 ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς αὐτῶν τοῦ ἐπιστρέψαι ἀπὸ σκότους εἰς φῶς, καὶ τῆς ἐξουσίας τοῦ Σατανᾶ ἐπὶ τὸν θεόν, τοῦ λαβεῖν αὐτοὺς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ κλῆρον ἐν τοῖς ἡγιασμένοις, πίστει τῇ εἰς ἐμέ.

19 ὅθεν, βασιλεῦ ἀγρίππα, οὐκ ἐγρόμην ἀπειθὴς τῇ οὐρανίῳ ὀπτασίᾳ,

20 ἀλλὰ τοῖς ἐν Δαμασκῷ πρῶτον, καὶ Ἱεροσολύμοις, εἰς πᾶσάν τε τὴν χώραν τῆς Ἰουδαίας, καὶ τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγέλλων μετανοεῖν, καὶ ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν θεόν, ἄξια τῆς μετανοίας ἔργα πράσσοντας.

21 ἕνεκα τούτων με Ἰουδαῖοι συλλαβόμενοι ἐν τῷ ἱερῷ, ἐπειρῶντο διαχειρίζεσθαι.

22 ἐπικουρίας οὖν τυχὼν τῆς ἀπὸ τοῦ θεοῦ, ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης ἕστηκα, μαρτυρόμενος μικρῷ τε καὶ μεγάλῳ, οὐδὲν ἐκτὸς λέγων ὧν τε οἱ προφῆται ἐλάλησαν μελλόντων γίνεσθαι, καὶ Μωσῆς,

B

23 εἰ παθητὸς ὁ χριστὸς, εἰ πρῶτος ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν φῶς μέλλει καταγγέλλειν τῷ λαῷ καὶ τοῖς ἔθνεσι.

24 ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἀπολογουμένου, ὁ Φῆστος μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἔφη· μαίνῃ Παῦλε, τὰ πολλά σε γράμματα εἰς μανίαν περιτρέπει.

25 ὁ δὲ· οὐ μαίνομαι, φησὶ, κράτιστε Φῆστε, ἀλλ' ἀλήθειας καὶ σωφροσύνης ῥήματα ἀφίεμαι.

26 ἐπίσταται γὰρ περὶ τούτων ὁ βασιλεύς, πρὸς ὃν καὶ παρρησιαζόμενος λαλῶ· λανθάνειν γὰρ αὐτόν τι τούτων οὐ πείθομαι οὐδέν· οὐ γάρ ἐστιν ἐν γωνίᾳ πεπραγμένον τοῦτο.

27 πιστεύεις βασιλεῦ ἀγρίππα τοῖς προφήταις; οἶδα ὅτι πιστεύεις.

C

18 Per fidem τῇ πίστει. Potest quidem hoc referri ad participium ἡγιασμένοις, quemadmodum retulit Erasmus sed multo uberior erit sententia, si cū uerbo λαβεῖν cōiungas, sicut nos fecimus. Nam etiā in uetustis codicibus idcirco adhibetur distinctio post ἡγιασμένοις, quæ prætermissa, uidetur Erasmum fefellisse. 20 Annuntiaui ἀπήγγελλον. Id est ἀπεκήρυττον, uel κατήγγελλον, ut in nonnullis codicibus scriptum inuenimus. Sed puto hanc germanam esse lectionē: ac iterum participium pro uerbo positū esse Hebræorū more, ut diximus suprà 24.b.6. 22 Tum paruis tum magnis, μικρῷ τε καὶ μεγάλῳ. Id est quibusuis, & nullo quoad eius fieri potuit, prætermisso: pro quo dicunt Hebræi prouerbiali quadā figura בן חמשתן רעי גדול, ut 1. Samu. 30. e. 19. 23 *Nempe* quòd Christus esset passurus εἰ παθητὸς ὁ Χριστός. Vulg. Si passibilis Christus. Erasmus, An passurus fuerit Christus. Sic enim, inquit, disputabat ex Prophetis, ut ostenderet illorū uaticinia in Christū cōpetere. At ego malo hęc ita accipere ut contineant explicationē eorū quæ dixit, prophetas futura prædixisse: id est ita ut εἰ non pro An, sed pro ὅτι, & quidem εἰλικρινῶς ponatur, nimirū ad explicandum per species quod in genere tantùm proposuerat. Ideo addidi particulā NEMPE. Coniunctionem autem εἰ pro ὅτι usurpari apud idoneos etiam scriptores, doctissimus Budæus in Commentariis obseruauit: & particulam בי etiam εἰλικρινῶς usurpatam, comperio à Græcis interpretibus interdum per ἐπεὶ conuerti, ut Iob 22.a.3. Postremò quòd Vetus interpres παθητὸν conuertit Passibilem, non uidetur cōuenire. Quamuis enim παθητὸς propriè declaret eum qui patibili sit natura: tamen sententia ipsa postulat ut accipiatur pro eo qui non modò pati potuerit, sed etiā passurus fuerit, atque adeò pœnis ac suppliciis perferendis destinatus: id est, ut non sit λυομένου duntaxat, sed etiam σὺν ἐγείρας συμαντικόν. Neque enim ambigebant Iudæi quin Messias esset uerus homo futurus: adeò quidem ut pauci sibi persuaderent Deum fore, quod etiamnum hodie illis uidetur incredibile: sed Messiam animo conceperant qualē hodie quoque imaginantur. id est cuius regnū esset ex hoc mundo. Dicit contrà Paulus, prædictum esse à Prophetis Messiam fore παθητὸν, id est ferendis nostris calamitatibus ac peccatorū nostrorum pœnis destinatū: qui tamen in æternam gloriam primus esset resurrecturus, quam postea cum suis communicaret. Ex resurrectione mortuorum, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν. Id est ex iis qui à mortis somno sunt excitati, μετανοημικῶς, ut quū circuncisionis appellatione circuncisi Iudæi intelliguntur. Lucem φῶς. Id est uitam, & eam quidem cum perenni fœlicitate coniunctam. Opponitur enim tenebris, quæ partim mortem, partim etiam calamitatem trāslatitiè significant non modò apud Hebræos, sed etiam apud Græcos & Latinos. unde illud Catulli, non minus impiè tamen quàm eleganter dictum, Nobis quum semel occidit breuis lux, Nox est perpetua una dormienda.

25 Vera

A ὁ δὲ ἀγρίππας πρὸς τὸν παῦλον ἔφη. ἐν ὀλίγῳ με πείθεις χριστιανὸν ποιεῖσθαι.

ὁ δὲ παῦλος εἶπεν. εὐξαίμην ἂν τῷ θεῷ καὶ ἐν ὀλίγῳ καὶ ἐν πολλῷ οὐ μόνον σὲ, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἀκούοντάς μου σήμερον γενέσθαι τοιούτους, οἷόνπερ κἀγώ εἰμι, παρεκτὸς τῶν δεσμῶν τούτων.

ἐν ταῦτα εἰπόντος αὐτοῦ, ἀνέστη ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ ἡγεμὼν, καὶ βερνίκη, καὶ οἱ συγκαθήμενοι αὐτοῖς.

ἐν ἀναχωρήσαντες, ἐλάλουν πρὸς ἀλλήλους λέγοντες· ὅτι οὐδὲν θανάτου ἄξιον ἢ δεσμῶν πράσσει ὁ ἄνθρωπος οὗτος.

ἀγρίππας δὲ τῷ φήστῳ ἔφη, ἀπολελύσθαι ἐδύνατο ὁ ἄνθρωπος οὗτος, εἰ μὴ ἐπεκέκλητο καίσαρα.

ΚΕΦΑ. κζ.

Ὡς δὲ ἐκρίθη τοῦ ἀπαλθεῖν ἡμᾶς εἰς τὴν ἰταλίαν, παρεδίδουν τόν τε παῦλον καί τινας ἑτέρους δεσμώτας ἑκατοντάρχῃ, ὀνόματι ἰουλίῳ, σπείρης σεβαστῆς.

ἐπιβάντες δὲ πλοίῳ ἀδραμυττηνῷ μέλλοντες πλεῖν τοὺς κατὰ τὴν ἀσίαν τόπους, ἀνήχθημεν, ὄντος σὺν ἡμῖν ἀριστάρχου μακεδόνος θεσσαλονικέως.

τῇ τε ἑτέρᾳ κατήχθημεν εἰς σιδῶνα. φιλανθρώπως τε ὁ ἰούλιος τῷ παύλῳ χρησάμενος, ἐπέτρεψε πρὸς τοὺς φίλους πορευθέντα, ἐπιμελείας τυχεῖν.

κἀκεῖθεν ἀναχθέντες, ὑπεπλεύσαμεν τὴν κύπρον, διὰ τὸ τοὺς ἀνέμους εἶναι ἐναντίους,

28 Agrippa autem ad Paulum ait, Propemodum persuades mihi ut fiam Christianus.

29 Tum Paulus dixit, Optarim à Deo, ut & propemodum & admodum non tu modò, sed omnes etiam qui me audiunt hodie, fieretis tales qualis ego sum, exceptis uinculis his.

30 Quum autem hæc dixisset, surrexit Rex, ac Præses & Bernice, & qui cósederant cum eis.

31 Et quum secessissent, loquebantur alij ad alios, dicentes, Nihil morte aut uinculis dignum facit homo iste.

32 Agrippa autem Festo dixit, Dimitti poterat homo hic, nisi appellasset Cæsarem.

CAP. XXVII.

1 VT autem decretum est ut nos nauigaremus in Italiam, tradiderunt tum Paulum tum quosdam alios uinctos Centurioni nomine Iulio, cohortis Augustæ. *Paulum Romam proficiscitur.*

B 2 Conscenso igitur nauigio Adramytteno, nauigaturi secundum Asiæ regiones, proiecti sumus, quum nobiscum esset Aristarchus Macedo Thessalonicensis. *Aristarchus. 1. Cor. 11. f. 23.*

3 Altera autem die deueni sumus Sidonem. & Iulius humaniter traiecto Paulo, permisit ut ad amicos profectus, ab illis curaretur.

4 Illinc uerò proiecti, sublegimus Cyprum propterea quòd essent uenti contrarij.

25 Vera ac sobria ἀληθείας καὶ σωφροσύνης. Vulgata & Erasmus ad uerbum, ueritatis ac sobrietatis. Σωφροσύνη autem hoc loco, mentis (ut ita dicam) sanitatem declarat, & τῇ μανίᾳ, id est furori ac insaniæ opponitur: sicut apud Xenophontem, τὸ δίκαιον, τῷ ἀδίκῳ, τὸ σωφροσύνη, τῇ μανίᾳ. sic etiam ὁ σωφρονῶν opponitur τῷ θεομονουμένῳ, Marc. 5. b. 15, & Luc. 8. e. 35. Eloquor, ἀποφθέγγομαι. Vulgata, loquor. Vide supra 2. a: 4. 28 Propemodum ἐν ὀλίγῳ Hebraicè בְּמְעַט, pro quo dissertiores Græci dicunt παρολίγον, id est, (ut ad uerbum exprimimus in uernaculo sermone) *a peu pres* uel *peu s'en faut*. Non desunt tamen qui accipiant pro διὰ ὀλίγου, & subaudiant uel χρόνου, ut significet Breui temporis spatio: uel λόγου, id est breui sermone, siue paucis uerbis. Erasmus uerò subaudire uidetur μέρους quum interpretatur, modica ex parte. Mihi uidetur simplicissima interpretatio quam sum amplexus.

C 29 Et propemodum & admodum καὶ οὐ ὀλίγῳ καὶ οὐ πολλῷ. Hebraice וְגַם כִּמְעַט וְגַם כִּבְאֹר, quod etiam interpretari possumus, & aliquantulum & ualde, id est καὶ κατ' ὀλίγον καὶ παρὰ πολύ, siue καὶ παρ' ὀλίγον καὶ παρὰ πολύ. Neque uerò Propemodum & Admodum sunt repugnantia, sed diuersa duntaxat. Nam perinde hoc est ac si diceret Paulus, Propemodum (ut inquis) tibi persuadeo ut fias Christianus: utinam uerò & ita sit ut dicis, id est proximè absis à Christianissimo: atque adeò aliquid amplius, nempe ut prorsus id sis quod ego sum: neque uerò tibi duntaxat, sed etiam uobis omnibus exopto, qui me hic loquentem auditis. Alij aliter interpretantur. Vulgata perobscurè, & in modico & in magno, Erasmus, non solum modica ex parte, uerum etiam ex magna: quæ interpretatio à Græcis recedit. Græca scholia καὶ διὰ ὀλίγων λόγων, καὶ διὰ πολλῶν, & paucis uerbis, & multis: quasi se paratum diceret Paulus ad illos copiosius docendos, ut sui similes fiant. Ego nullius opinionem prorsus reicio: sed eam tamen interpretationem non potui non amplecti, qua non uideo quid planius aut simplicius in hunc locum dici possit.

IN CAPVT XXVII.

2 Adramytteno, Ἀδραμυττηνῷ. Quia non uno modo scribitur huius ciuitatis nomen, uariant etiam codices in hoc epitheto scribendo. Nam (ut disertè annotat Stephanus) tot modis scribi potest, Ἀδραμύττειον, Ἀδραμυττηνόν, Ἀδραμυττεῖον, Ἀδραμύτιον, Est autem hæc ciuitas Mysiæ, penè eregione Mitylenes. Non desunt etiam qui ab Adrumeto Africæ oppido deriuent, quod Stephanus Ἀδρούμητα uocat: unde factum ut in Vetere uersione Adrumetinam nauem legamus, contra omnium Græcorum codicum fidem. Sed perlepidus est hoc loco Carrensis, qui Adremetinam dici putat, quasi quæ ad Romam eat. Secundum Asiæ regiones, ἴους πατὰ τὴν ἀσίαν τόπους. Vulg. & Eras. iuxta Asiæ loca. Illud (ni fallor) magis propriè dicitur. Asiam autem intelligit propriè sic dictam, ipsi Mysiæ confinem ubi situm est Adramyttium.

4 Sublegimus Cyprum, ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κύπρον. Vetus interpres, subnauigauimus Cyprum. Erasmus, subnauigauimus iuxta Cyprum. Neuter certe uidetur sententiam expressisse: quæ ut à nobis explicetur, sciendum est, qui Sidone Asiam uersus pergunt, cursum in Occidentem dirigere, ita tamen ut Septentrionem uersus contendant: qui uerò Sidone in Ciliciam, rectà in Septentrionem cursum dirigere: qui ex Cilicia in Lyciam ac Cariam, rectè ab Oriente in Occidentem ferri. Est autem inter has regiones quasi intercepta Cyprus, quàm qui Sidone in Asiam atque adeò in Lyciam nauigant, à dextra Orientem uersus: qui in Ciliciam, à sinistra contra Occidentem: qui à Cilicia in Lyciam & Asiam, à sinistra Meridiem uersus relinquunt, ut ex hoc diagrammate apparet.

Et pelagus quod est secundum Ciliciã & Pamphyliam emensi, deuenimus Myra *urbem* Lyciæ.

Et illic nactus Centurio nauigium Alexãdrinum nauigans in Italiam, imposuit nos in eam.

Et quũ multis diebus tardè nauigaremus, uixque deuenissemus secundum Gnidum, nõ permittẽte nobis uento *appellere*, sublegimus Cretam secundum Salmonem:

Et uix præterlegentes illam, peruenimus in locum quendam quem uocant Pulchros portus, cui propinqua erat ciuitas Lasæa.

Periculosam nauigationem præmonenti Paulo non creditur.

Multo autem tempore peracto, & quum iam esset periculosa nauigatio, quod iam etiam ieiunium præteriisset: admonebat *eos* Paulus,

Dicens eis, Viri, uideo quòd cum iniuria multóque damno non solùm oneris & nauis, sed etiam capitum nostrorum, futura sit nauigatio.

Centurio autem gubernatori & nauclero magis credebat, quàm iis quæ à Paulo dicebantur.

Et quum appositus portus nõ esset ad hybernandum, plerique ceperunt consilium soluendi etiam illinc, *experturi* si quo modo possent deuecti Phœnica, illic hybernare: qui est portus Cretæ spectans ad Africum & ad Chorum.

τό, τε πέλαγος τὸ κατὰ τὴν Κιλικίαν καὶ Παμ A
φυλίαν διαπλεύσαντες κατήλθομεν εἰς Μύρα τῆς Λυκίας,

κακεῖ εὑρὼν ὁ ἑκατόνταρχος πλοῖον Ἀλεξαν-
δρινὸν, πλέον εἰς τὴν Ἰταλίαν ἐνεβίβασεν ἡ-
μᾶς εἰς αὐτό.

ἐν ἱκαναῖς δὲ ἡμέραις βραδυπλοοῦντες, καὶ
μόλις γενόμενοι κατὰ τὴν Κνίδον, μὴ προσεῶν-
τος ἡμᾶς τοῦ ἀνέμου, ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κρήτην
κατὰ Σαλμώνην,

μόλις τε παραλεγόμενοι αὐτὴν, ἤλθομεν εἰς
τόπον τινὰ καλούμενον Καλοὺς λιμένας, ᾧ ἐγγὺς
ἦν πόλις Λασαία.

ἱκανοῦ δὲ χρόνου διαγενομένου, καὶ ὄντος ἤδη
ἐπισφαλοῦς τοῦ πλοὸς, διὰ τὸ καὶ τὴν νηστείαν ἤ-
δη παρεληλυθέναι, παρῄνει ὁ Παῦλος,

λέγων αὐτοῖς· Ἄνδρες, θεωρῶ ὅτι μετὰ ὕβρεως B
καὶ πολλῆς ζημίας, οὐ μόνον τοῦ φορτίου καὶ τοῦ πλοίου,
ἀλλὰ καὶ τῶν ψυχῶν ἡμῶν μέλλειν ἔσεσθαι τὸν
πλοῦν.

ὁ δὲ ἑκατόνταρχος τῷ κυβερνήτῃ καὶ τῷ
ναυκλήρῳ ἐπείθετο μᾶλλον, ἢ τοῖς ὑπὸ τοῦ Παύ-
λου λεγομένοις.

Ἀνυπαρχόντος δὲ τοῦ λιμένος τοῦ παραχειμάσαι, οἱ πλείους ἔθεντο βουλὴν ἀναχθῆ-
ναι ἐκεῖθεν, εἴπως δύναιντο καταντήσαντες
εἰς Φοίνικα παραχειμάσαι, λιμένα τῆς Κρήτης, βλέ-
ποντα κατὰ λίβα καὶ κατὰ χῶρον.



Sit igitur A Sidon, inde proficiscens nauis ad B, quæ est Lyciæ urbs Myra, quia uentum habet aduersum, sublegit C insulam Cyprum, ut obliquo cursu & obiectu insulæ tuta, in D Cilicia perueniat: quod Lucas significauit uerbo ὑποπλεῦσαι. Inde littora Ciliciæ & Pamphyliæ legens, à D in B tandem peruenit. Ita fit ut pro uno trianguli latere aduerso, altera duo trãsuersa emetiatur, ut uentus non proram, sed latus nauis dũtaxat feriat: ita tamen ut hoc etiam modo non possit non esse tarda nauigatio, quod postea significat Lucas. Nam qui ex Lycia in Cariam & inde in Cretam nauigat aduerso uento (partim scilices ex Septentrione, partim ex Occidente) dextrum nauis latus feriente, necesse est ut uehemẽter luctetur, aut Meridiem & Orientem uersus reiciatur: quod etiam accidisset proculdubio Paulo, nisi coortus Euroaquilo Meridiem quidem uersus illum reiecisset, sed ita ut in Occidentem deflecteret. C

5 Quod est secundum Ciliciam Τὸ κατὰ τὴν Κιλικίαν id est, quod Ciliciam alluit. Erasmus, quod est contra Ciliciam. Myra εἰς Μύρα. Myra numerat Strabo inter præcipuas Lyciæ urbes. Qui Smyrnam legunt, planè sunt istarum rerum imperiti. Est enim Smyrna longè diuerso tractu, nempe in Ionia supra Ephesum in AEgæum pelagus obuersa. Paulus uerò nondum erat Gnidum præteruectus, ut apparet ex iis quæ subiiciuntur. Sed longè omnium ineptissimi sunt qui Lystram legunt Lycaoniæ urbem tam procul mari in continente sitam.

7 Secundum Salmonem κατὰ Σαλμώνην. Ptolemæus & Strabo in codicibus emendatis Salmonium uocant, Cretæ scilicet promontorium Occidentale, Gnido & Rhodo obuersum. Itaque coacti sunt ad finistrã deflectere, ut Occidẽtali fronte Cretæ ad Australẽ orã deflecterent. 8 Pulchros portus, καλοὺς λιμένας. Stephanus καλὸν ἀκτὴν uocat: sed ciuitatis Lasææ nulla usquã mẽtio apud Geographos, quos ego quidẽ legerim. Ego corruptũ nomen suspicor, quũ Vetus interpres Thalassam legerit. Plinius inter Cretæ urbes etiã Lasõn numerat, sed mediterraneam. Ptolemæus etiã quandã Lissõn uocat, sed parũ Orientali proximam. 9 Ieiunium τὴν νηστείαν. Tempus designat Lucas ex more Iudaici populi: ut doctissimus interpres in hunc locum rectè annotauit, cui etiã in eo assentior quòd de festo expiationis hæc intelligit, cuius fit mentio Leuit. 23. d. 27. Incidit autem hoc festũ in septimũ mensem, qui quidẽ aliqua ex parte nostro Octobri respondet. Instabat igitur Nouember, ut meritò omnino censuerit Paulus, potius eo loco hyemandum, quàm hybernam nauigationem tentandam. Quidam uertit Trãquillitatẽ, cuius interpretationis nullam potui mihi rationem. 10 Capitum nostrorum, τῶν ψυχῶν ἡμῶν, Vulgata & Erasmus, animarum nostrarum: quem Hebraismum alicubi seruauimus: hic autem putauimus posse nonnullis imperitis errorem obiicere.

12 *Experiri* si quomodo εἴπως. De hac eclipsi alibi diximus. Sic Virgilius AEneid. primo, -equidẽ per littora certos Dimittam, & Libyæ lustrare extrema iubebo, Si quibus eiectus syluis aut montibus errat. Phœnica, φοινίκα. Verbem ipsam Ptolemæus ita uocat, portum autem φοινικοῦντα, in Australi Cretæ litore. Addit autem eius situm Lucas, non modò ut fidem faciat historiæ, sed etiam ut à Phœnice regione distinguat.

A ὑποπνεύσαντος τοῦ νότου, δόξαντες τῆς προθέσεως κεκρατηκέναι, ἄραντες ἆσσον, παρελέγοντο τὴν Κρήτην.

13 Quum autem aspirasset Notus, rati se prò positi compotes, quum soluissent, propius præterlegebant Cretam.

μετ' οὐ πολὺ δὲ ἔβαλεν κατ' αὐτῆς ἄνεμος τυφωνικός, ὁ καλούμενος Εὐροκλύδων.

14 Verum haud multo pòst coortus est cõtra ipsam uentus turbulentus qui uocatur Euroclydon.

συναρπασθέντος δὲ τοῦ πλοίου, καὶ μὴ δυναμένου ἀντοφθαλμεῖν τῷ ἀνέμῳ, ἐπιδόντες ἐφερόμεθα.

15 Quúmque correptum esset nauigiũ, nec posset obniti uento, dato *nauigio flatibus*, ferebamur.

νησίον δέ τι ὑποδραμόντες, καλούμενον Κλαῦδα, μόλις ἰσχύσαμεν περιποιήσασθαι τῆς σκάφης.

16 Et quum infrà paruam quandam insulam, quæ Clauda uocatur, cursu delati essemus, uix ualuimus scaphæ compotes fieri.

ἣν αἴραντες, βοηθείαις ἐχρῶντο, ὑποζωννύντες τὸ πλοῖον, φοβούμενοί τε μὴ εἰς τὴν Σύρτιν ἐκπέσωσι, χαλάσαντες τὸ σκεῦος, οὕτως ἐφέροντο.

17 Qua subducta, adiumentis utebantur, succincto nauigio: timentésque ne in Syrtin inciderent, demissa scapha, ita ferebamur.

σφοδρῶς δὲ χειμαζομένων ἡμῶν, τῇ ἐξῆς,

18 Quum autẽ uehementi tempestate iacta-

13 Quum autem aspirasset Notus, ὑπονεύσαντος δὲ Νότου. Id est, quum lenitèr cœpisset spirare, ita ut nauis posset cursum tenere. Nam alioquin ex Oriente in Occidentẽ contendebat. Itaque quũ Notus partim puppim, partim sinistrũ nauis latus ferret, nõ sinebat eos à Cretæ litore discedere, ita ut aberrare nõ possent, quum præsertim lenis esset Auster, à quo scilicet in scopulos non impellerentur. Quum soluissent, propius præterlegebant Cretã. ἄραντες, ἆσσον παρελέγοντο τὴν Κρήτην. Superiore uersiculo Erasmus rectè sane Carrenem reprehẽdit, qui pudendõ errore ex Choro, id est uento qui flat ab Ocaasu solstitiali, insulã facit uel ciuitatẽ in Creta. Sed haud scio an mirus pudẽdus sit interpretũ error qui hoc in loco ἆσσον, quo est aduerbiũ idem declarans atque Propius uel Propinquius, fecerunt urbis nomen. Et operæpretium etiam est hoc loco intelligere quid de hac urbe quidam scripserint. Nam quia nulla in Creta huius nominis ciuitas apud Geographos inuenitur, confugiendũ fuit ad coniecturas. Alios, inquiunt, est Lyciæ ciuitas in promontorio sita. Quorsum autẽ hoc? Nam (ut rectè doctissimus Vadianus annotauit) Cretæ litus legebant, no Lyciæ quã à tergo reliquerant. Sed fœdior etiã in eo est error, quòd non animaduertũt locũ hunc in Stephano esse deprauatu, & pro Λυκίας legendũ Μυσίας: idque ita esse, facilè potuerant ex Strabone colligere, unde totũ illũ locũ Stephanus desumpsit. Assus igitur Stephani eã ipsa est quam Hieronymus rectè collocat in Asia, & cubonensi quæreret. Manult igitur Erasmus Lucam sentire de Aso oppidulo Cretæ, unde Iupiter Asius dictus. Arquicat: hic autẽ necesse est ut de maritima ciuitate hoc accipiatur. Labitur etiã in eo Vetus interpres, quod ἄραντες ἆσσον rant Asso soluere qui erant in Pulchro portu? Quid ergo? Certe uel ipsa constructio docere potuit ἆσσον non esse urpositio: deinde potius dixisset Lucas γενόμενοι κατὰ τὸν ἆσσον, ut supr. uer. 7. uel κατανεύσαντες εἰς ἆσσον. Nã quod quidã ἄραντες uertit Præterueĉti, hoc quidẽ ille pro suo more fecit, ut non tam uerbis, sed uerba potius suo sensui accommodaret. Poscit autẽ constructio ut ἆσσον pro ἐγγύτερον accipiatur: quo aduerbio nõ semel utitur Homerus, nẽpe ut in populari sermone usitato, quem inprimis apparet sequutos fuisse Euangelistas. Sed & ipsa ratio quam affert Lucas, id uidetur flagitare. Cur enim isti Australes oram Cretæ ab Oriente Occidentem uersus legentes, ioerantèr se propositi compotes aspirante Noto futuros? quia nimirum Notus efficiebat ut ipsam Cretæ oram quasi raderent, ut nullum periculum esse uideretur ne in altum prouecti, cursum tenere non possent. Ideo Lucas non contentus dixisse nauim παρελέξαθαι τὴν κρήτην, id est secundum littora Cretæ nauigasse, addit etiam ἆσσον, id est propius: ut significaret ipsam penè à Cretæ littoribus non discessisse, Austro scilicet ad Cretæ orã impellente. 14 Turbulentus τυφωνικός. Vel tempestuosus, ac typhonis quo dammodo æmulus. Quid sit autem typhon, copiosè docent author libri de Mundo & Plinius lib. 20. cap. 48: sed hoc quidẽ fieri potuisse miror, ut quida de typhone hùc agi putarint, quũ typhon nõ inter uentos, sed inter repentinos flatus numeretur: Lucas autem nõ meminerit flatus typhonis, sed uenti procelloli, cuius etiam edit nomen εὐροκλύδωνα quòd ipsum uel ex eõ quoque colligi poterat, quòd Lucas non repentinũ quendã turbinem, sed diuturnã tempestatẽ fuisse dicat, quæ typhoni non possunt conuenire. Euroclydon Εὐροκλύδων. Vulg. Euroaquilo. siue quod legerit εὐροακύλων (hic enim etiã Aquilã uocat Lucas ἀκύλων) siue quòd Euroaquilonẽ hùc esse, id est uentũ ab ortu solstitiali flantẽ, inde iudicarit, quòd ex Cretico litore partim Meridiem partim Occidentẽ uersus impulsa sit nauis Melitã uidelicet quæ inter Africam & Siciliã sita est: quũ præsertim timuisse dicantur ne in Syrtin Meridiẽ uersus impellerentur. Itaque mihi non potest hæc coniectura displicere, quũ Eurum etiã Ripheum uocet Virgilius, & Hyberna tẽpestatibus optimè conueniat hic uentus. Seruauit tamen id uocabulum quod in omnibus Græcis exẽplaribus inuenit: ex quo intelligitur uentũ hùc Orientalẽ fuisse, & quidẽ ualde procellosum. Nã Græci fluctuationẽ κλύδωνα uocant. Is est ergo quẽ Hebræi רוח סערה Latini poetæ aquosum, nubiferũ, nigrũ, sæuũ, tonantem uocãt. Horatius. Niger rudentes Eurus inuerso mari Fractósque remos differat. Idem, ut neque largis Aquosus Eurus arua radat imbribus. Et Silius, ubi nubifer Eurus Naufragiũ spargens operit freta. Itaque quãuis Occidentẽ uersus, id est in Italiã, Eurus nauim impelleret: tamen non mirum est in tanta tempestate cursum rectũ tenere non potuisse, sed modò huc modò illuc arbitrio fluctuum fuisse impulsam: quòd si etiã fuit hic uentus Euroaquilo, ab Italia certè arcebat. ac mirum est non fuisse nauim Africæ littoribus impactam.

15 Obniti ἀντοφθαλμεῖν. Id est obuersa prora luctari, quòd pulchrè describit Clemens in Pædagogo, his uerbis Κυβερνήτης, φησίν, οὐκ ἂν ἴοις ἀνέμοις ὑπαντιωτικῶς ἐκφορᾶς δ' ἐστὶ ὅτε ὅλως ἀνθίστασθαι πειρᾶται. Hoc ergo posterius est quod Lucas declarat uerbo ἀντοφθαλμεῖν, quasi dicas aduerso uultu, ac opposita fronte niti uen, de quo diximus in hoc eodem libro. 16 Et quum infrà cursu delati essemus καὶ ὑποδραμόντες. Vulg. In insulam decurrentes. Atqui significat Paulus nauim fuisse infra illam paruam insulam ui tempestatis abreptam, relicto scilicet ad dextram & à tergo Phœnicis portu. Nam Clauda magis expolita est ad Occidentale latus Cretæ quàm Phœnix, & quidem Meridiẽ uersus, ita ut in Syrtin rectè ferri uiderentur. Hanc autem insulam annotat doctissimus Vadianus à Mela & Plinio Gaudon à Ptolemæo Claudon dici. Annotant etiam alij quædam exemplaria legere Καύδην Caudam. & Sudas uidetur Καυδὸ dicere: adeò corrupta sunt hæc nomina urbium & locorum, partim inconstantia, partim scriptorũ negligentia, ac in primis quidem librariorum imperitia. 17 Ita ἔστως. Vide Ioan. 4. a. 6.

remur, sequenti die iacturam fecerunt:

Ac tertio die ipsi nostris manibus armamenta nauis proiecimus.

Quum autem neque sol neque sydera apparuissent ad complures dies, & tempestas non parua incumberet, iam ablata erat spes omnis salutis nostræ.

Ac quum multa iam esset inedia, tunc stans Paulus in medio eorum, dixit, Oportebat quidem, ô uiri, mihi obtemperando non prouehi Creta, ac uitare iniuriâ hanc & damnum.

Paulus hortatur ad fidem in promissum à Deo auxilium.

Sed nunc admoneo ut bono animo sitis: iactura enim nulla erit cuiusquam ex uobis, præterquam nauigij.

Astitit enim mihi hac nocte Angelus Dei, cuius sum ego, quem & colo,

Angelus.

Dicens, Ne timeas Paule, Cæsari te oportet sisti: & ecce gratificatus est tibi Deus omnes qui nauigant tecum.

Fides.

Propterea bono animo estote, uiri: credo enim Deo quòd ita erit quemadmodum locutus est mihi.

In insulam autē quandā oportet nos eiici.

Postquam uerò quartadecima nox superuenit quū nos differemur in Adria circa medium noctis, suspicabantur nautæ appropinquare sibi aliquam regionem,

Qui & demissa bolide inuenerunt passus uiginti: ac breui interuallo digressi, rursúmque demissa bolide inuenerunt passus quindecim.

Timentésque nequo modo in aspera loca inciderent, iactis è puppi anchoris quatuor, optabant diem oriri.

Nautis uerò quærentibus fugere è nauigio, demissa scapha in mare: sub obtentu uelut è prora anchoras extensuri,

Dixit Paulus Centurioni & militibus, Nisi isti in nauigio manserint, uos seruari non potestis.

ἐκβολὴν ἐποιοῦντο,

καὶ τῇ τρίτῃ αὐτόχειρες τὴν σκευὴν τοῦ πλοίου ἐρρίψαμεν.

μήτε δὲ ἡλίου, μήτε ἄστρων ἐπιφαινόντων ἐπὶ πλείονας ἡμέρας, χειμῶνός τε οὐκ ὀλίγου ἐπικειμένου, λοιπὸν περιῃρεῖτο πᾶσα ἐλπὶς τοῦ σῴζεσθαι ἡμᾶς.

πολλῆς δὲ ἀσιτίας ὑπαρχούσης, τότε σταθεὶς ὁ Παῦλος ἐν μέσῳ αὐτῶν, εἶπεν· Ἔδει μέν, ὦ ἄνδρες, πειθαρχήσαντάς μοι μὴ ἀνάγεσθαι ἀπὸ τῆς Κρήτης, κερδῆσαί τε τὴν ὕβριν ταύτην καὶ τὴν ζημίαν.

καὶ τὰ νῦν παραινῶ ὑμᾶς εὐθυμεῖν· ἀποβολὴ γὰρ ψυχῆς οὐδεμία ἔσται ἐξ ὑμῶν, πλὴν τοῦ πλοίου.

παρέστη γάρ μοι τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἄγγελος τοῦ θεοῦ οὗ εἰμί, ᾧ καὶ λατρεύω,

λέγων· μὴ φοβοῦ Παῦλε, καίσαρί σε δεῖ παρασταθῆναι· καὶ ἰδοὺ κεχάρισταί σοι ὁ θεὸς πάντας τοὺς πλέοντας μετὰ σοῦ.

διὸ εὐθυμεῖτε ἄνδρες· πιστεύω γὰρ τῷ θεῷ, ὅτι οὕτως ἔσται, κατὰ τὸν τρόπον ὃν λελάληταί μοι.

εἰς νῆσόν τινα δεῖ ἡμᾶς ἐκπεσεῖν.

ὡς δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτην νύκτα ἐγένετο, διαφερομένων ἡμῶν ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, κατὰ μέσον τῆς νυκτὸς ὑπενόουν οἱ ναῦται προσάγειν τινὰ αὐτοῖς χώραν.

καὶ βολίσαντες, εὗρον ὀργυιὰς εἴκοσι, βραχὺ δὲ διαστήσαντες, καὶ πάλιν βολίσαντες, εὗρον ὀργυιὰς δεκαπέντε.

φοβούμενοί τε μή πως εἰς τραχεῖς τόπους ἐκπέσωσιν, ἐκ πρύμνης ῥίψαντες ἀγκύρας τέσσαρας, ηὔχοντο ἡμέραν γενέσθαι.

τῶν ναυτῶν ζητούντων φυγεῖν ἐκ τοῦ πλοίου, καὶ χαλασάντων τὸ σκάφος εἰς τὴν θάλασσαν, προφάσει

ὡς ἐκ πρώρας μελλόντων ἀγκύρας ἐκτείνειν.

εἶπεν ὁ Παῦλος τῷ ἑκατοντάρχῃ καὶ τοῖς στρατιώταις, ἐὰν μὴ οὗτοι μείνωσιν ἐν τῷ πλοίῳ, ὑμεῖς σωθῆναι οὐ δύνασθε.

21 Ac uitare περιποιήσαι τε. Vulgata, lucrique facere: non ineptè. Nam qui damnum uitat, sanè aliquod lucrum facit. Sed illud tamen planius est. Erasmus, nec accersere. Putat enim περιποιεῖσθαι id significare hoc loco, & repetit negantem particulam μὴ, cui non possum assentiri, nisi quis idoneo exemplo id confirmet. 27 In Adria ἐν τῷ Ἀδρίᾳ. Sub. πελάγει uel πέλαγι Latini Adriaticum aut Adrianum mare, uel sinum uocant. Adriam etiam Poetæ, Græcorū more, ita ut sinum subaudias. Cæterùm quia nonnullos fefellit hoc nomē, adeò quidem ut quemadmodū insiā dicemus 28. a. i.) illa de interiore sinu Adriatico explicarint, qui & superum mare dicitur: adscribendā putaui huius descriptionem ex Strabonis lib. 7, quæ maximè uisa est huc pertinere. Sic igitur Strabo de Ceraunis Epiri montibus disserens, quos Acroceraunios uocat Ptolemæus, Hoc, inquit, principiū est oris Ionici sinus & Adriatici. Τὸ μὲν οὖν ὄρεμα πρῶτον ἀμφοῖν ἐστι. διαφέρει δὲ ὁ ἰόνιος, διότι τῆς πρώτης μέρους ἐστὶ τῆς θαλάττης ἰδίως τὸ ὄνομα ἐστὶν· ὁδὶ Ἀδρίας, τῆς οὐ πολὺ μέχρι τῆς μυχῆς, νυνὶ δὲ καὶ τῆς συμπάσης. Ex his autem Strabonis uerbis apparet Adriaticum sinum proprie dici mare quod à Ceraunis montibus intus, Venetias usque penetrat: quod autem Epirum & subiectas partes alluit, Ionium quidem proprie uocari: sed iam tum tamen Strabonis ætate, qui in Tiberij Cæsaris tēpora incidit, totū illū mare Orientale Siciliæ litus Adriatico pelago (id est hoc ipso quo iactabatur Paulus, quum in Melitam eiectus est) alluisse, ut qui scribat γεωγραφικῆς ὑφηγήσεως libro tertio. Appropinquare sibi προσάγειν αὐτοῖς. Vulgata & Erasmus, apparere sibi: sensu quidem rectè expresso, sed ita ut elegans illud dicendi genus non percipiatur. Nam quia nauigantibus litora moueri uidentur, idcirco maluit Lucas dicere προσάγειν αὐτοῖς τινὰ χώραν. accedere ad se regionem aliquam, quàm προσάγειν αὐτοὺς τινὶ χώρᾳ, se ad regionem aliqua accedere. Sic Virgilius, Prouehimur portu, terræq; urbesq; recedunt. 28 Demissa bolide βολίσαντες. Bolida Græci uocant nauticum perpendiculum quo altitudinem maris explorant ne uadis illidantur. Herodotus πάχος ἐπεχείρησαν uocat. Nostri nautæ plumbum appellant, & pro βολίζειν dicunt sonder, id est fundum explorare. Latini (quod sciam) altero uocabulo non explicant.

34 Capillus

A τότε οἱ στρατιῶται ἀπέκοψαν τὰ σχοινία τῆς 32
σκάφης, καὶ εἴασαν αὐτὴν ἐκπεσεῖν.

Ἄχρι δὲ οὗ ἔμελλεν ἡμέρα γίνεσθαι, παρεκάλει ὁ 33
Παῦλος ἅπαντας μεταλαβεῖν τροφῆς, λέγων· Τεσ-
σαρεσκαιδεκάτην σήμερον ἡμέραν προσδοκῶν-
τες, ἄσιτοι διατελεῖτε, μηδὲν προσλαβόμενοι.

Διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς προσλαβεῖν τροφῆς· τοῦτο 34
γὰρ πρὸς τῆς ὑμετέρας σωτηρίας ὑπάρχει· οὐδε-
νὸς γὰρ ὑμῶν θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς πεσεῖται.

Εἰπὼν δὲ ταῦτα, καὶ λαβὼν ἄρτον, εὐχαρίστη- 35
σε τῷ θεῷ ἐνώπιον πάντων, καὶ κλάσας ἤρξατο
ἐσθίειν.

Εὐθυμοι δὲ γενόμενοι πάντες, καὶ αὐτοὶ προσε- 36
λάβοντο τροφῆς.

Ἦμεν δὲ αἱ πᾶσαι ψυχαὶ ἐν τῷ πλοίῳ διακό- 37
σιαι ἑβδομήκοντα ἕξ.

Κορεσθέντες δὲ τροφῆς, ἐκούφιζον τὸ πλοῖον 38
ἐκβαλλόμενοι τὸν σῖτον εἰς τὸν θάλασσαν.

B Ὅτε δὲ ἡμέρα ἐγένετο, τὴν γῆν οὐκ ἐπεγίνω- 39
σκον· κόλπον δέ τινα κατενόουν ἔχοντα αἰγια-
λόν, εἰς ὃν ἐβουλεύσαντο, εἰ δύναιντο, ἐξῶσαι τὸ
πλοῖον.

Καὶ τὰς ἀγκύρας περιελόντες εἴων εἰς τὴν θά- 40
λασσαν, ἅμα ἀνέντες τὰς ζευκτηρίας τῶν πη-
δαλίων, καὶ ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα τῇ πνε-
ούσῃ, κατεῖχον εἰς τὸν αἰγιαλόν.

Περιπεσόντες δὲ εἰς τόπον διθάλασσον, ἐπώκ- 41
λασαν τὴν ναῦν· καὶ ἡ μὲν πρῷρα ἐρείσασα ἔμεινεν
ἀσάλευτος, ἡ δὲ πρύμνα ἐλύετο ὑπὸ τῆς βίας
τῶν κυμάτων.

Τῶν δὲ στρατιωτῶν βουλὴ ἐγένετο, ἵνα τοὺς δεσμώ- 42
τας ἀποκτείνωσι, μή τις ἐκκολυμβήσας διαφύγοι.

Ὁ δὲ ἑκατοντάρχης βουλόμενος διασῶσαι τὸν 43
Παῦλον, ἐκώλυσεν αὐτοὺς τοῦ βουλήματος, ἐκέ-
λευσέ τε τοὺς δυναμένους κολυμβᾶν ἀπορρί-
ψαντας πρώτους ἐπὶ τὴν γῆν ἐξιέναι.

C Καὶ τοὺς λοιποὺς, οὓς μὲν ἐπὶ σανίσιν, οὓς δὲ 44
ἐπί τινων τῶν ἀπὸ τοῦ πλοίου· καὶ οὕτως ἐγένετο πάν-
τας διασωθῆναι ἐπὶ τὴν γῆν.

Tunc abſciderunt milites funes ſcaphæ, & ſiuerunt eam excidere.

Porrò quũ dies inciperet oriri, hortabatur Paulus omnes ut ſumerẽt cibum, dicẽs, Dies hic decimuſquartus eſt quòd expectantes, ie iunij permanetis, nihil *cibi* capientes.

Ideo hortor uos ut ſumatis cibum: hoc enim ad ſalutem ueſtram pertinet: nam nullius ueſtrum capillus ex capite cadet. *Hortatur Paulus naufragium paſſuros.*

Et quũ hæc dixiſſet, ſumpto pane gratias egit Deo in oculis omniũ: & quum fregiſſet, cœpit edere. *Gratiarũ actio.*

Omnes uerò quum iam bono animo eſſent, ſumpſerunt & ipſi cibum.

Eramus uerò uniuerſa capita in nauigio, ducenta ſeptuaginta ſex.

Et ſatiati cibo, alleuabant nauigium, eijcientes frumentum in mare.

Quum autẽ dies ortus eſſet, terram non agnoſcebant: ſinum uerò quendam animaduerterunt habentem litus, in quem cogitabant, ſi poſſent, impingere nauigium.

Et quum anchoras ſuſtuliſſent, permiſerũt *illud* mari, ſimul laxatis iuncturis gubernaculorum: & ſublato artemone ad auræ flatum, tendebant ad litus.

Sed quũ incidiſſent in locũ bimarem, illiſerũt nauem: ac prora quidem infixa manebat immobilis, puppis uerò ſoluebatur à ui undarum. *Naufragium.*

Militum autẽ cõſilium erat ut uinctos trucidarent: ne quis quum enataſſet, effugeret.

At Centurio uolens ſeruare Paulum, prohibuit eos ab hoc conſilio: iuſsitque ut qui poſſent natare, abiicerent ſe primos, & in terram euaderent:

Reliqui uerò partim in tabulis, partim qui buſdã nauis *fragmentis*. & ita factũ eſt ut omnes ſalui euaderẽt in terrã.

ΚΕΦ. ΚΗ.

Καὶ διασωθέντες, τότε ἐπέγνωσαν, ὅτι 1
Μελίτη ἡ νῆσος καλεῖται.

CAP. XXVIII.

ET quum ſalui euaſiſſent, tunc agnouerunt quòd Melita inſula uocaretur.

34 Capillus ex capite cadet. θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς πεσεῖται. Hebraicum prouerbium, ut 1. Reg. 1. g. 52, quo ſignificatur, prorſus ſaluos & integros ipſos fore.

IN CAPVT XXVIII.

1 Melita μελίτη. Ridiculus eſt Carrenſis, qui Miletum putat legi poſſe, urbis inſignis nomen in Caria ſitæ, cuius mentio facta eſt ſuprà cap. 20. c. 15. In quibuſdam Vulgatæ editionis codicibus pro Melita legitur Mitylene, quæ urbs eſt celeberrima Lesbi inſulæ, à qua & ipſa inſula idem nomen eſt ſortita, ſed in AEgæo mari poſita ereginone Aſsi & Adramyttij. Eſt igitur hic error ab Eraſmo rectè emendatus, qui tamen haud ſatis ſcio an eius erroris originem cognouerit. Sciendum eſt igitur duas eſſe Melitas inſulas, unam inter Africam & Siciliam quæ hodie Malta dicitur, & ab illis cruciferis equitibus obtinetur, quos Patrũ memoria Rhodios uocabant: alterã in Adriatico mari Corcyræ uicinam, ut diſertè ſcribit Plinius lrb. 4. cap. 26, & Stephanus quoque ex Callimacho (opinor) quem authorẽ laudat Plinius. Illam uerò Ptolemæus Melitam, hanc Melitnẽ appellat. Itaque quũ ſuperiore capite dixerit Lucas iactatam fuiſſe nauem in Adriatico mari, & protinus in Melitã expulſam, factum eſt ſcilicet ut quida potius de Adriatici quàm de Siculi maris Melita hîc agi exiſtimarent: ideóque ad marginem annotarent Melitines nomen. Id uerò quid eſſet, indoctus aliquis ignorans, ex Melitine non ita celebri nomine Mitylenen fecit. Cæterũ de Africani litoris Melita hîc agi ſatis liquet ex eo quòd in hoc eodem capite Lucas ex Melita Paulũ deducit Syracuſas, & inde Rhegiũ intra Siculi freti anguſtias. Nam ſi in alteram illam Melitam ſeu Melitinen appuliſſet, rectà inde Brunduſium contendiſſet, unde ſoluere ſolebant qui ex Italia in aduerſum Macedoniæ, aut Epiri litus nauigabant: aut certè rectà Rhegium Sicilia à tergo relicta contendiſſent, quum tranquillo mari & ſecundo uento uterentur. Quod autẽ ad Adriaticũ mare attinet, latius patere ipſius nomen oſtẽdimus ex Strabone ſuprà 27. c. 27. Supereſt ut hoc quoq; παρέργως admoneã, Plinium & Stephanum apertè in eo diſſentire à Strabone: quòd illi ab Adriatici maris, iſte à Siculi maris Melita canes Melitæos cognominatos tradit, manifeſto uel illorum, uel ſtius errore.

Barbarorum humanitas erga Paulum.

Barbari uero præstabant non uulgarē humanitatem nobis: accensa enim pyra acceperunt nos omnes propter imbrem qui instabat,& propter frigus. 2

Vipera non nocet Paulo.

Quum igitur congregasset Paulus nonnihil sarmētorum,& imposuisset in pyrā,uipera è calore prorepens,inuasit manum eius. 3

Vt uerò uiderunt Barbari pendentem bestiam è manu eius,alij ad alios dicebant, Omnino homicida est homo iste, quē seruatū è mari ultio non siuit uiuere. 4

At ille excussa bestia in ignem, mali nihil passus est, 5

Illi uerò expectabant dum intumesceret, aut concideret repente mortuus: sed quum multum *tempus* expectassent, & uiderent nihil incommodi illi accidere,mutati, dicebāt eum esse deum. 6

Cæterùm circa locum illum erant prædia primo insulæ, nomine Publio, qui nos exceptos, triduo peramicè in hospitio habuit. 7

A febribus sanatur Pater Publij.

Factum est autem ut pater Publij febribus ac dysenteria detentus, decumberet, ad quē Paulus ingressus, quum orasset, impositis ei manibus sanauit eum. 8

Hoc igitur facto, reliqui etiam qui habebant infirmitates in insula,accedebant,& sanabantur. 9

Qui etiam multis honoribus nos honorarunt,& quum proueheremur,imposuerūt quæ usui *nobis* erant. 10

Tribus itaq; pòst mēsibus prouecti sumus in naui Alexandrina, quæ in insula hyemauerat,cui erat insigne Castor & Pollux. 11

Et deiecti Syracusas, *illic* mansimus triduo. 12

Vnde circumlegentes, deuenimus Rhegium:& altero pòst die afflante Austro, secundo die uenimus Puteolos. 13

Vbi repertis fratribus rogati sumus manere apud eos,dies septem:& ita contendimus Romam. 14

οἱ δὲ βάρβαροι παρεῖχον οὐ τὴν τυχοῦσαν φιλανθρωπίαν ἡμῖν. ἀνάψαντες γὰρ πυρὰν, προσελάβοντο πάντας ἡμᾶς, διὰ τὸν ὑετὸν τὸν ἐφεστῶτα, καὶ διὰ τὸ ψῦχος.

συστρέψαντος δὲ τοῦ Παύλου φρυγάνων πλῆθος, καὶ ἐπιθέντος τῇ πυρᾷ, ἔχιδνα ἐκ τοῦ θέρμους ἐξελθοῦσα, καθῆψε τῆς χειρὸς αὐτοῦ.

ὡς δὲ εἶδον οἱ βάρβαροι κρεμάμενον τὸ θηρίον ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ, ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους· πάντως φονεύς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος οὗτος, ὃν διασωθέντα ἐκ τῆς θαλάσσης ἡ δίκη ζῆν οὐκ εἴασεν.

ὁ μὲν οὖν ἀποτινάξας τὸ θηρίον εἰς τὸ πῦρ, ἔπαθεν οὐδὲν κακόν.

οἱ δὲ προσεδόκων αὐτὸν μέλλειν πίμπρασθαι, ἢ καταπίπτειν ἄφνω νεκρόν. ἐπὶ πολὺ δὲ αὐτῶν προσδοκώντων, καὶ θεωρούντων μηδὲν ἄτοπον εἰς αὐτὸν γινόμενον, μεταβαλλόμενοι ἔλεγον θεὸν αὐτὸν εἶναι.

ἐν δὲ τοῖς περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον ὑπῆρχε χωρία τῷ πρώτῳ τῆς νήσου, ὀνόματι Ποπλίου, ὃς ἀναδεξάμενος ἡμᾶς τρεῖς ἡμέρας φιλοφρόνως ἐξένισεν.

ἐγένετο δὲ τὸν πατέρα τοῦ Ποπλίου πυρετοῖς καὶ δυσεντερίᾳ συνεχόμενον, κατακεῖσθαι· πρὸς ὃν ὁ Παῦλος εἰσελθών, καὶ προσευξάμενος, ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας αὐτῷ, ἰάσατο αὐτόν.

τότε οὖν γενομένου, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ ἔχοντες ἀσθενείας ἐν τῇ νήσῳ, προσήρχοντο, καὶ ἐθεραπεύοντο.

οἳ καὶ πολλαῖς τιμαῖς ἐτίμησαν ἡμᾶς, καὶ ἀναγομένοις ἐπέθεντο τὰ πρὸς τὴν χρείαν.

μετὰ δὲ τρεῖς μῆνας ἀνήχθημεν ἐν πλοίῳ παρακεχειμακότι ἐν τῇ νήσῳ, Ἀλεξανδρίνῳ, παρασήμῳ Διοσκόροις.

κατηχθέντες εἰς Συρακούσας, ἐπεμείναμεν ἡμέρας τρεῖς.

ὅθεν περιελθόντες κατηντήσαμεν εἰς Ῥήγιον· καὶ μετὰ μίαν ἡμέραν ἐπιγενομένου νότου, δευτεραῖοι ἤλθομεν εἰς Ποτίολους,

οὗ εὑρόντες ἀδελφοὺς, παρεκλήθημεν ἐπ' αὐτοῖς ἐπιμεῖναι ἡμέρας ἑπτά· καὶ οὕτως εἰς τὴν Ῥώμην ἤλθομεν.

4 Bestiam τὸ θηρίον. Hoc uocabulum latè patere diximus Marc.1.b.13. Sic uidetur uti Bestiæ uocabulo Cicero 5.Tusc.Alias inquit,bestias nantes aquarum incolas esse uoluit, alias uolucres cælo frui libero, serpentes quasdam esse gradientes. Vltio. Δίκη. Vel ius & fas:id denique quod Nemesim Græci uocant. Non siuit οὐκ εἴασεν Vulg.& Eras.non finit.Est autem seruanda præteriti temporis significatio,quæ istos indicat non magis dubitasse de Pauli exitio,quàm si iam euenisset. 6 Intumesceret, πίμπρασθαι. Quum istud uerbum tam incendi, quàm intumescere significet,hoc secundum prætuli:quia Dioscorides lib.6.cap.38,uiperę morsum totius corporis tumorem gignere scribit.quod idem testantur Actuarius & Nicander in Alexipharmacis,ubi de bupreste loquens, hoc idem uerbum bis usurpat. Nihil incommodi μηδὲν ἄτοπον. Alibi ἄτοπον uocat Lucas quicquid præter officium factum est,ut prioris libri capite 23.f.41.Hic autē declarat illud ipsum quod uernaculo sermone uocamus *inconuenient.*

8 Detentus, συνεχόμενος. Vulgata & Erasmus,uexatus. Vide Matthæum 4.d.24.

14 Apud eos, ἐπ' αὐτοῖς. In duobus codicibus scriptum inuenimus παρ' αὐτοῖς,& quidem rectius,ut opinor. Sed & unum exemplar post παρεκλήθημεν addit ὑ μετρίους. Et ita καὶ οὕτως. Vide Iohan.4.a.6. Contendimus quàm τὸ ἰέναι καὶ πορεύεσθαι, ut in illo Homeri· ἔρχεσθον πλισίλω, Iliados ά, quo modo etiam accipitur Iohan.6.b.17.Id uerò non obseruatum,in causa fuit cur nonnulli Appij forum,cuius fit mentio proximo uersiculo,in ipsa urbe collocarint:quum (ut rectè obseruat Erasmus) longius absit Roma quàm Aritia, ut liquet uel ex hoc Horatii uersiculo, Digressum magna me accepit Aritia Roma Hospitio modico,rhetor comes Heliodorus Græcorum longè doctissimus,inde forum Appi.

15 Ac Tres

A κἀκεῖθεν οἱ ἀδελφοὶ ἀκούσαντες τὰ περὶ ἡμῶν, 15 ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν ἡμῖν ἄχρις Ἀππίου φόρου καὶ τριῶν ταβερνῶν· οὓς ἰδὼν ὁ Παῦλος, εὐχαριστήσας τῷ θεῷ, ἔλαβε θάρσος.

ὅτε δὲ ἤλθομεν εἰς Ῥώμην, ὁ ἑκατόνταρχος παρέδωκε τοὺς δεσμίους τῷ στρατοπεδάρχῃ· τῷ δὲ Παύλῳ ἐπετράπη μένειν καθ' ἑαυτόν, σὺν τῷ φυλάσσοντι αὐτὸν στρατιώτῃ.

ἐγένετο δὲ μετὰ ἡμέρας τρεῖς, συγκαλέσασθαι 17 τὸν Παῦλον τοὺς ὄντας τῶν Ἰουδαίων πρώτους· συνελθόντων δὲ αὐτῶν, ἔλεγε πρὸς αὐτούς· ἄνδρες ἀδελφοί, ἐγὼ οὐδὲν ἐναντίον ποιήσας τῷ λαῷ, ἢ τοῖς ἔθεσι τοῖς πατρῴοις, δέσμιος ἐξήλθον ἐκ Ἱερουσολύμων εἰς τὰς χεῖρας τῶν Ῥωμαίων.

οἵτινες ἀνακρίναντές με ἐβούλοντο ἀπολῦσαι, διὰ τὸ μηδεμίαν αἰτίαν θανάτου ὑπάρχειν ἐν ἐμοί. 18

ἀντιλεγόντων δὲ τῶν Ἰουδαίων, ἠναγκάσθην ἐπικαλέσασθαι Καίσαρα, οὐχ ὡς τοῦ ἔθνους μου ἔχων τι κατηγορῆσαι. 19

B διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν παρεκάλεσα ὑμᾶς ἰδεῖν καὶ προσλαλῆσαι· ἕνεκεν γὰρ τῆς ἐλπίδος τοῦ Ἰσραὴλ τὴν ἅλυσιν ταύτην περίκειμαι. 20

οἱ δὲ πρὸς αὐτὸν εἶπον· ἡμεῖς οὔτε γράμματα περὶ σοῦ ἐδεξάμεθα ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας, οὔτε παραγενόμενός τις τῶν ἀδελφῶν ἀπήγγειλεν ἢ ἐλάλησέ τι περὶ σοῦ πονηρόν. 21

ἀξιοῦμεν δὲ παρὰ σοῦ ἀκοῦσαι ἃ φρονεῖς· περὶ μὲν γὰρ τῆς αἱρέσεως ταύτης γνωστὸν ἔσχηκεν ἡμῖν, ὅτι πανταχοῦ ἀντιλέγεται. 22

τεξάμενοι δὲ αὐτῷ ἡμέραν, ἦλθον πρὸς αὐτὸν, εἰς τὴν ξενίαν πλείονες, οἷς ἐξετίθετο διαμαρτυρόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, πείθων τε αὐτοὺς τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ἀπό τε τοῦ νόμου Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν, ἀπὸ πρωῒ ἕως ἑσπέρας. 23

C καὶ οἱ μὲν ἐπείθοντο τοῖς λεγομένοις, οἱ δὲ ἠπίστουν. 24

ἀσύμφωνοι δὲ ὄντες πρὸς ἀλλήλους, ἀπελύοντο, εἰπόντος τοῦ Παύλου ῥῆμα ἕν· ὅτι καλῶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐλάλησε διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, 25

λέγον· πορεύθητι πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ εἰπέ· ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συῆτε· καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. 26

ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν· μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς. 27

γνωστὸν οὖν ἔστω ὑμῖν, ὅτι τοῖς ἔθνεσιν ἀπεστάλη τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ, αὐτοὶ καὶ ἀκούσονται. 28

Vnde quum audissent fratres de nobis, prodierunt in occursum nobis usque ad Appij forum, ac Tres tabernas. quos quũ uidisset paulus, gratiis actis Deo, sumpsit fiduciã. *Paulo occurrunt fratres.*

Quum autem uenissemus Romam, Centurio tradidit uinctos præfecto exercituum: sed permissum est Paulo ut maneret solus cum milite qui ipsum custodiret. 16

Factum est autem ut tertio pòst die conuocaret Paulus Iudæorum primos: & ubi cõuenissent, dixit eis, Ego, uiri fratres, quum nihil fecerim aduersus populum aut ritus patrios, uinctus Hierolymis traditus sum in manus Romanorum. 17 *Exponit Paulus Iudæi quare Romam perductus sit.*

Qui quæstione de me habita uolebant me dimittere, proptera quòd nullum crimen capitale esset in me. 18

Sed contradicẽtibus Iudæis, coactus sum appellare Cæsarem: nõ quasi habeam de quo gentem meam accusem. 19

Propter hãc igitur causam aduocaui uos, ut uiderem & alloquerer: nam spei Israelis causa catena hac circundatus sum. 20

Illi uerò dixerunt ad eũ, Nos neque literas accepimus de te à Iudæa: neque adueniens aliquis fratrum nuntiauit, aut loquutus est aliquid de te mali. 21 *Spes.*

Volumus autem ex te audire quæ sentias: nam de secta ista notum est nobis quòd ubique *ei* contradicitur. 22

Quum igitur constituissent ei diem, uenerunt ad eum in hospitiũ complures, quibus cum testificatione exponebat regnũ Dei: suadénsq; eis quæ ad Iesum *pertinent*, ex Lege Mosis & Prophetis, à mane usq; ad uesperã. 23 *Annunciat Paulus regnum Dei & Iesum secundum Scripturas.*

Et alij quidem assentiebãtur iis quæ dicebantur, quidam uerò non credebant. 24

Quum autem inter se non essent concordes, discesserunt, Paulo hoc unum dicente, Sanè bene Spiritus sanctus loquutus est per Esaiam prophetam ad patres nostros, 25

Dicens, Vade ad populum istum, & dic, Auditu audietis, & non intelligetis: & uidentes uidebitis, & non cernetis. 26 *Esa.6.c.9. Matt.13.b.14. Marc.4.b.12. Luc.8.b.10. Ioan.12.f.40. Rom.11.a.8.*

Pinguefactum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculis suis conniuerunt: nequando cernant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & cõuertantur, & sanem eos. 27

Notum ergo sit uobis quòd Gentibus missa est hæc salus Dei, & ipsi audient. 28 *Gẽtibus missus Christus.*

15 Ac Tres tabernas. καὶ τριῶν ταβερνῶν. Et hic quoque locus in Appia uia situs est, meminitque eius Cicero in epistolis ad Atticum.

16 Præfecto exercituum: στρατοπεδάρχῃ. Id est præfecto prætorio, ut Latini uocant.

23 Cum testificatione διαμαρτυρόμενος. Id est, argumentis idoneis adhibitis probans regnum Dei à Prophetis prædictum aduenisse.

26 Auditu ἀκοῇ. Vel, auditione, ut rectè uertit Hieronymus. Vulgata, Aure. Eras. Auribus. Vide Matt.13.b.14.

31 Ac docens

Quum ergo hæc dixisset, exierunt Iudæi, multam habentes inter se disceptationem. 29 καὶ ταῦτα αὐτοῦ ἀποντος, ἀπῆλθον οἱ ἰουδαῖοι, πολλὴν ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς συζήτησιν.

Mansit autem Paulus biennium totum in suo conducto: & accipiebat omnes qui ingrediebantur ad ipsum, 30 ἔμεινε δὲ ὁ παῦλος διετίαν ὅλην ἐν ἰδίῳ μισθώματι. καὶ ἀπεδέχετο πάντας τοὺς εἰσπορευομένους πρὸς αὐτόν,

Prædicat Paulus Christum omnibus accedentibus. Prædicans regnum Dei, ac docens quæ ad Dominum Iesum *pertinent* cum omni libertate loquendi, nemine prohibente. 31 κηρύσσων τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, καὶ διδάσκων τὰ περὶ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ μετὰ πάσης παῤῥησίας ἀκωλύτως.

31 Ac docens καὶ διδάσκων. Hîc quoque ponitur καὶ in epexegesi, quemadmodum alibi annotauimus locis pene innumerabilibus.

EPISTOLA PAVli apostoli ad Romanos.

Παῦλος ἀπόστολος πρὸς Ρωμαίους ἐπιστολή.

NOVA EX GRAECO TRALATIO.

CAP. I.

Euangelium. PAulus Seruus Iesu Christi, uocatione Apostolus separatus ad *prædicandum* Euangelium Dei, 1 ΚΕΦ. α. ΠΑΥΛΟΣ δοῦλος ἰησοῦ χριστοῦ κλητὸς ἀπόστολος, ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον θεοῦ,

ANNOTATIONES IN QVIBVS ratio interpretationis redditur,

1 Paulus Παῦλος. De Pauli nomine diximus quid nobis uideatur Act. 13. b. 9. Seruus δοῦλος. Id est διάκονος minister. Neque enim seruus hoc loco opponitur libero, sed munus ac officium declarat, quemadmodum apud Hebræos nomen עבד latè patet. Pertinet autem hoc ad susceptum argumẽtum, ne Paulus accusari possit πολυπραγμοσύνης, quasi uidelicet aliena curet, & ea quæ ad se nihil attinẽt. Possunt autem hac ratione Christiani omnes dici Iesu Christi serui, sed pro diuersa functionum tum priuatarum tum publicarum ratione, quum unius capitis membra simus. Ideo Paulus quod in genere dixerat speciali nomine postea explicat, quum se Apostolum dicit. Itaq; uel ex hoc loco apparet quàm acutus fuerit in explicando Paulo Origenes, cui nonnulli nihil non tribuunt. Nam quum quatuor afferat rationes cur se seruum dicat Paulus, nulla est quæ planè non sit ἀνυποδιάτακτος. Seruum inquit, se uocat modestiæ causa. imo uerò ut audientiam impetret, eam authoritatem prætexit qua nihil fuit honorificentius: ut planè hic titulus possit omnium Cæsarum ac regum magnificentia augustior uideri: uel quia factus est omnia omnibus. Id uerò quorsum ad hunc locum attinet? Vel quòd ab uxoris seruitute ex eius consensu transisset in seruitutẽ Christi. Miram certè argutiam, cui etiam confirmandæ non pudet illum torquere quod non de coniugio, sed de seruili conditione disseruit Apostolus 1. Cor. 7. d. 21. Vel (inquit) quia iam non carni, sed spiritui seruiebat: quanuis nondum plena hæc esset libertas. Nempe hoc est rem acu tangere. Neque uerò quum hæc dico, quicquam uolo Patrum authoritati detrahere, sed sanè quod ad me attinet, Originem non possum bona conscientia inter eos Patres collocare quos uelim imitari. Itaque non pudebit illius errata passim refellere, nullo (ita me bene Deus amet) obtrectandi studio, sed quòd impurum scriptorem exoptem aut ex lectorum manibus excuti, aut summo cum iudicio à studiosis tractari. Iesu Christi, Ἰησοῦ χριστοῦ. Existimat Erasmus ex Ambrosio tacitè opponi Mosen Christo. Sed hoc quoque mihi non uidetur dictum suo loco. Vocatione κλητὸς. Id est Dei gratia ac etiam mandato designatus ad fungendum Apostoli munere. Duo igitur efficit Paulus. Nam præterquam quòd explicat apertius quod in genere dixerat, omnem etiam ambitionis speciem uitat, & Romanos ad legendam hanc epistolam compellit, tanquam ex Dei ipsius mandato perscriptam. Cæterùm quid uocationis nomine ex Hebræorum idiotismo intelligatur, alibi exposuimus. Hic tamen sciendum est, Vocationis nomine nõ significari ipsam ministerij Apostolici functionem, aut uitæ genus, quemadmodum accipitur 1. Corint. 7. d. 20, & Ephes. 4. a. 1, & alibi sæpe: sed ostendi potius à quo sit hæc dignitas in Paulum collata, nimirum à Deo, & quidem ex singulari beneficentia, quum ille non modò non ambiret hunc honorem, sed etiam Christum persequendo dignus esset qui periret, nedum qui aliis iter ad uitam commõstraret, ut ipse explicat 1. Corinth. 15. a. 9. Deinde notandum discrimen à Græcis Theologis annotatum inter participium κεκλημένον, & κλητὸν nomen, quod à Latinis explicari non potest, apud quos scilicet Vocatus nunquam transit in nomen. Nam κεκλημένος etiam dicitur qui ut uocetur à Deo, tamen non respondet, id est cuius uocatio nõ est efficax: κλητὸς uero proprie qui Deo uocanti paret, & re ipsa est quod dicitur. quæ differentia non est quidẽ perpetua, ut apparet ex Matt. 22, b. 19, sed tamen uidetur hoc loco fuisse obseruanda: quamobrẽ etiam noluimus κλητὸν Vocatum interpretari, neuue quis participium esse putet, cuius non ea uis est quæ nominis: quã interpretationẽ tamen nõ potuimus ubique obseruare. Quod autem attinet ad differentiã inter Vocari & Congregari annotatam ab Augustino, quasi illud conueniret Ecclesiæ, istud uero synagogæ, eam sanè non puto huic locoaccommodatam: aut etiam satis firmia ratione niti, quum uocandi appellatione toties utantur Prophetæ, & Iesa. 48. b. 12, Dominus Israelem compellãs, diserte dicat, קְרָוֹרָאִי ישׂראל id est, ad uerbum, Israel mi uocate. Apostolus, ἀπόστολος. Id est legatus, ut alibi exposuimus. Sed tamẽ quicunque ad ministerium docendi, in Ecclesia uocabantur, non poterat dici Apostoli, ut qui à Prophetis, Euangelistis, Pastoribus ac Doctoribus, ac multo etiam magis à Diaconis & Gubernatoribus distinguantur, ut Ephes. 4. b. 11: nisi quum generalius accipitur, ut Philip. 2. d. 25. Apostoli itaque dicebantur duodecim illi (quibus Paulus etiam adiungitur) ab ipso Christo immediatè, ut loquuntur, delecti, ut noui populi essent ueluti Patriarchæ, & supremam à Christo im

A in Ecclesiæ iaciendis fundamentis authoritatem obtinerent. Itaque fuerunt in eo, Episcopis ac reliquis ministris superiores, quòd non essent certis Ecclesijs addicti, sed prout illos regebat Spiritus sanctus, Ecclesias ipsas undique constituebant, ut ex Actorum historia apparet. Fuit igitur Apostolica functio temporaria in Ecclesia, cuius deinde speciem obtinuerunt Metropolitani constituti Patriarchæ: donec tandem Patriarchis de Monarchia litigantibus, Episcopus Romanus non contentus Apostolica dignitate, ut planè se Antichristum esse ostenderet, Christi ipsius unici Ecclesiæ capitis locum occupauit. Sed cur Apostolum se Paulus diserte uocat? nempe ut ostendat se nihil ab officio suo alienum facere Romanis eruditis, neque etiam Romanis licere hanc doctrinam impune aspernari. Separatus ἀφωρισμένος. Id est, ad prædicandi Euangelij munus à Deo selectus, siue hoc ad æternam Dei electionem, siue ad eius electionis ac prædestinationis declarationem referas. Cur autem separatum, potius quam segregatum interpretari maluerim, dixi Matth. 13. §. 49. Sed operæpretium est uidere quàm impurè Origenes hunc in locum totius religionis Christianæ mysteria tractarit. Nos, inquit, dicimus quòd Paulus neque fortuitò, neque naturali differentia electus est, sed electionis suæ causas in semetipso dedit ei qui scit omnia antequam fiant. Et paulo pòst. Quòd Paulus segregatus in Euangelium dicitur, & segregatus à uentre matris suæ, causas in eo & merita quibus in hoc segregari debuit, uidit ille quem nulla mens latet. Præuidit enim quòd abundantius quàm cæteri omnes laboraturus esset in Euangelio. Item, Præcedit ergo præscientia Dei, per quam noscuntur qui in se uirtutes & labores habitum sint: & ita prædestinatio sequitur, nec tamen prædestinationis causa putabitur præscientia. Quòd enim apud homines uniuscuiusque meritum pensatur ex præteritis gestis, hoc apud Deum iudicatur ex futuris. Hæc impurissimus ille scriptor, docens scilicet omnes homines ea conditione esse natos ut bene possint & uelle & facere, uel ex sese, uel gratia Dei adiuti: quam itidem omnibus oblatam, possint omnes uel bene uel malè uti. Ita fiet nimirum ut præuisis nostris operibus bonis, ac uirtutibus salus nostra nitatur, quæ doctrina si uera est, cur toties Paulus noster gratiam operibus, ut ignem aquæ opponit: Item propositum 2. Timoth. 1. c. 9, & uocationem quoque infrà 9. c. 12? nempe quia nondum existebant illa opera, sed duntaxat erant præuisa. Egregium scilicet cauillum & Origene dignum. Refellatur ergo Apostolus qui opera ex fide, fidem ex gratuito proposito deducit, Quod, inquit, proposuit Deus in semetipso. Denique si nostra salus nobis nititur, ubi nostra illa consolatio est, fore ut non eiciamur foras. Quanto melius Augustinus, diserte istam aduersus gratiam Dei, impurissimam blasphemiam refutans epistola ad Sixtum 106? qua de re plura commodiore loco. Placuit tamen hæc adscribere, ut si deinceps Origenem (quo nemo uidetur Gratiæ Dei magis secundum Pelagium aduersatus) acerbius reprehendero nemo me clamitet acriorem esse quàm par sit. Superest ut hoc annotemus, in eo

B quoque hallucinari Erasmum quòd post Ambrosium putauit in participio ἀφωρισμένος alludisse Paulum ad sectam Pharisaicam. Neque enim (ut rectè ex eruditio illo Capnione obseruauit sanctissimæ memoriæ uir Martinus Bucerus) Pharisæi dicti sunt à פרש, quasi separatos dicas: sed מרשיבי uocabantur, à מרש quod declarat Enarrare, unde מפרשים enarratores. Ad prædicandum Euangelium Dei εἰς τὸ σύαγγέλιον Θεῦ. Quia quisquis fidelis est, dici potest in Euangelium Dei id est ad credendum Euangelio selectus: adeo quasi περιφραστικῶς, addidi participium, ut planior esset sententia. Cõstat enim Paulum ita uoluisse definire cuiusmodi sit Apostolicum illud munus, cuius mentionem fecerat. quod si hæc definitio uera est, miror sanè qua fronte ausit Romanus ille lupus Apostolicam authoritatem iactare.

ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐ- 2
τοῦ ἐν γραφαῖς ἁγίαις,)
περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, (τοῦ γενομένου ἐκ σπέρ- 3
ματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα,

Quod antè promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis.

De Filio suo facto ex semine Dauidis, quoad carnem.

2 Quòd antè promiserat ὃ προεπηγγείλατο. Origenes nescio quid monstri tegit hoc loco, quasi nimirum hæc dicta sint ad distinctionem alterius Euangelij quod æternum uocetur in Apocalypsi, cum quo scilicet apparuerit Christus ordini Euangelico: & huc etiam detorquet Danielis & Ezechielis quosdam locos. Ego uerò non agnosco aliud Euangelium quàm hoc ipsum cuius minister fuit Paulus: & non modò periculosum esse dico, ut ipse Origenes inquit, ista chartis committere, sed etiam planè impium.

3 De filio suo περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Explicat Paulus quæ sit illius Euangelij substantia cuius se ministrum dixerat,

C & quod à Deo promissum esset per Prophetas. Omnia igitur, inquit, tendunt ad Filium Dei quem Deus mundo promissum exhibuit. Quum autem Filium Dei dicit, utriusque naturæ coniunctionem declarat in unam Christi personam, aduersus Nestorium: & rursus Filium à Patre quo ad hypostasim manifestè distinguit, aduersus Sabellium. Deinde in ijs quæ subijcit, utranque unius Christi naturam sigillatim asserit: adeò ut uix ullus sit in Scripturis locus in quo continetur breuiore & certiore compendio quidquid nobis est de Christi persona credendum. Facto τῦ γενομένου. Vel, orto. Sic enim malim interpretari quam nato uel genito, ut post Vallam conuertit Erasmus, quasi scriptum sit γεννηθέντος uel γεννηθέντος. Nam diserte etiam ueteres non natum, sed factum & interpretantur & explicant, ut Tertullianus in Praxeam, Irenæus lib. 3. cap. 32. aduersus hæreses, Vigilius in Eutychetem lib. 5. & Augustinus lib. 2. de Trinitate, cap. 5, aliisque multis locis: & multo certè apertior est hæc interpretatio aduersus eos omnes tum qui humanam Christi naturam oppugnarunt, ut Marcionem, Valentinum, & alios: tum qui è cælo corpus in Mariam intulisse tradiderũt: quorum hæresim nostra memoria renouarũt Seruetus & Schuenckfeldius: tum etiam aduersus Hebionẽ & cæteros qui Christum putarunt ex hominis coitu conceptum: quum Paulus hoc loco & Gal. 4. a. 4, non dicat Christum γεννηθέντα neque γεννώμενον, sed γενόμενον: quo uerbo usus est etiam Iohannes quum omnia diceret per Verbum esse facta, ipsum autem Verbum Carnem esse factum. Fateor tamen Matthæum cap. 1. c. 16, & 2. a. 1 & 4 uti uerbo γεννᾶσθαι: sed ita ut ubique passiuum usurpet, & quidem manifestè positum pro τίκτεσθαι id est nasci, sicut suo loco annotauimus. Duobus tamen locis, nempe Matth. 1. d. 20, & Luc. 1. d. 35, de ipso conceptu dicitur: sed ita ut Spiritui sancto tribuatur, ex quo scilicet Christus conceptus est in Maria, ita tamen ut nusquam illum genuisse dicatur Spiritus sanctus, ut qui scilicet eum ex sua essentia non generauerit, sicut ex patribus gignuntur filij, sed ex Virginis substantia in ipsius utero ui sua condiderit: id est, Non patrisq; enerantis, sed duntaxat causæ præparatam materiam formantis partes in Christi conceptu peregerit. Ideo Paulus & Iohannes propriè omnino dixerunt eum γενέσθαι, id est factum esse: & ueteres illi Theologi non minus uerè quàm eleganter & acutè Christum Diuinæ naturæ respectu, ἀμήτορα, id est sine matre, humanæ autem naturæ ratione ἀπάτορα, id est sine patre uocarunt. Vulgata addit pronomen Eī, id est αὐτῷ, quod in nullis Græcis codicibus inuenio.

Ex semine Dauidis ἐκ σπέρματος Δαβὶδ. Sæpe iam admonuimus appellatione Seminis, quod Hebræi uocant זרע, intelligi posteritatem: quæ interpretatio ualebit hoc etiam loco, si τῦ γενομένου conuerteris nato uel genito. sin autem interpretemur facto (quam expositionem maximè probo) semen Dauid non tantùm declarabit posteritatem Dauidis, id est Mariam uirginem, sed ipsam etiam carnem de Virgine assumptam, quemadmodum Galat. 4. a. 4, dicitur factus ex muliere, aduersus eos qui cælestè corpus Christi esse tradiderunt quod per Virginem quasi per canalem transierit, quæ hæresis fundamentum nostræ salutis funditus euertit, & diserte repugnat Spiritui sancto promittenti fore ut ex lumbis Dauid, & fructu uentris ipsius Rex ille noster exoriatur. Id autem etiam declarat præpositio ἐκ, de qua perpulchrè Bas. περὶ τῦ ἁγίυ πνεύματος, περ. ὁ. ut diximus alio loco epistolæ ad Galatas.

Quo ad carnem, κατὰ σάρκα. id est, quatenus homo est. Caro enim hoc loco per synecdochen totam hominis naturam declarat, & quidem quatenus infirma est (quæ tamen infirmitas duntaxat fuit ad tempus) non autem quatenus corrupta, ut Iohan. 1. b. 14, & 1. Tim. 3. d. 16, & Heb. 5. c. 7, & 1. Pet. 3. c. 18, & 4. a. 1, & 1 Iohan. 4. a. 2: quamuis corporis duntaxat substantiam, non autem animam ex Virgine assumpserit. Itaque inepte Origenes hoc loco carnem opponit animæ, quum potius Diuinæ naturæ opponatur. Sed rectè ueteres annotant hanc particulam omnino indicare ex alia etiam natura Christum esse æstimandum, ea scilicet quæ paulo pòst explicatur. Nam alioquin cur hoc Paulus adiecisset? A

Declarato Filio Dei potenter quo ad Spiritum sanctificationis, per resurrectionem à mortuis, *nempe* IESV CHRISTO Domino nostro.

4 Τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ θεοῦ ἐν δυνάμει, κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν.

4 Declarato τῷ ὁρισθέντος. i. ἀποδειχθέντος, ut Act. 2. d. 22, διὰ ἀποφανθέντος, demonstrato & manifestato, ut explicat Chrysostomus, & Tertullianus in Praxeam. Nam definitione, quæ ὅρος à Græcis dicitur, solent obscura explicari, & non dissimili ratione modum ὁριστικὸν uocant Grammatici, i. intiendi seu indicandi, quòd certum aliquid indicet ac explicet, ut rectè obseruat Erasmus. Alioquin τὸ ὁρίζειν significat suis finibus circumscribere, seu definire, item certo scopo destinare, atque adeò quippiam decernere ac constituere. Itaque Vulgata, prædestinatum conuertit, pro quo Origenes mauult legere destinatum, Quia, inquit, prædestinatur qui nondum est, destinatur qui est. Sed hæc distinctio potest eo refelli, quòd Christus aperte dicitur προεγνωσμένος 1. Pet. 1. d. 19. officij scilicet, no autem essentiæ ratione quo respectu non minus dici potest προορισθεὶς quam ὁρισθείς. Quid quòd Epiphanius διὰ τοῦ θεοῦ πιανὸν legit προορισθέντος? sed corrupto fortasis exemplari. Vtcunque sit, nullius hic locus est uel prædestinationi, uel destinationi, quum potius propositum sit Paulo ostendere quibus testimoniis Christus sit approbatus pro uero & naturali Dei filio. Rectius itaque Tertullianus in Praxeam, declaratum conuertit, quem nos sumus sequuti.

Potenter ἐν δυνάμει, Heb. בגבורה pro quo Vetus interpres ad uerbum, in uirtute. Erasmus autem, cum potentia: quia ἐν interdum pro σὺν accipitur, ut sæpe annotauimus Chrysostomus ἐν pro διὰ interpretatur, & δύναμιν exponit uirtutem qua edita sunt à Christo tot prodigia, quæ idcirco δυνάμεις dicuntur. Etsi autem uerum est, illis signis fuisse Diuinam Christi uirtutem quasi sigillo quodam obsignatam, tamen non uidetur hæc explicatio huc pertinere. & (quod tanti uiri pace dixerim) in tota huius loci dispositione coacta est eius interpretatio. Putat enim Apostolum quatuor argumentis confirmare Christi Diuinitatem, nempe ex Prophetarum oraculis, ex eo quòd ex semine Dauid, id est ex Virgine sit natus, ex Spiritu sanctificante, & demum ex resurrectione. Atqui ex his argumentis primũ alió spectat nempe ad uerbum προεπαγγείλατο secundum uerò adiubetur non Diuinitati, sed humanitati confirmandæ. ut ante ostendimus: tertium autem nusquam hic inuenio. Dicendum enim fuisse καὶ κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, aut certè in posteriore membro καὶ ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν. Fateor tamen copulatiuas sæpe omitti: sed non fuit tamen perturbanda pulcherrima illa, ac optime distincta primùm totius Christi, deinde utriusque naturæ sigillatim adhibita descriptio, & quidem ad iuncto utrinque necessario argumento. Est igitur ἐν δυνάμει coniungendum cum participio ὁρισθέντος, aut cum υἱὸ θεοῦ quam posteriorem interpretationem si sequamur, pro potenter. conuertemus potente. Vtramuis autem interpretationem amplectamur, opponitur Dei gloria ac potens illa uirtus quæ mortem superauit, infirmitati carnis, secundum quam Christus factus, natus, passus, mortuus ac sepultus est: quo modo Ambrosius rectissime (meo quidem iudicio) hunc locum explicauit. Nam quòd Erasmus eo usque hanc antithesin porrigit, ut meminerit etiam impuritatis acconcupiscentiarum carnis, atque adeò Spiritum sanctificantem dicat carnis immunditiæ opponi, hactenus CHRISTO quadrat, ut in ipso conceptus momento sciamus Carnem quam CHRISTVS assumpsit, ab omni labe fuisse repurgatam quum uirtute Spiritus sancti Verbum carni coniungeretur. B

Quo ad Spiritum sanctificationis, κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης. Quidam existimant Christi naturarum descriptionem delinere in δυνάμει, & illa coniunguntt cum participio ἀφωρισμένος separatus, quasi dicat Apostolus, se fuisse prædicando Euangelio selectum per Spiritum sanctum post Christi resurrectionem. Sed hæc distinctio præterquam quòd plane est uiolenta, & nullius codicis authoritate nititur: sententiam quoque peruertit. Cur enim Paulus diceret Christum esse declaratum Filium Dei, nec eam declarationem explicaret, quum præsertim humanam naturam de qua minime ambigebatur, tamen existimarit aliquo argumento confirmandam? Itaque hanc distinctionem prorsus repudio. Sed & in eo non possum plerisque assentiri (quibuscum tamen quod ad rem ipsam prorsus mihi conuenit) quòd per Spiritum sanctificationis intelligunt Spiritum sanctum, aut potius Spiritus sancti uirtutem, qua periusa est Ecclesia quum tam Christus in cælos ascendisset: ex quo optime scilicet intelligitur Christum non modò non esse mortuum, sed plane Deum esse cum Patre regnante. Quominus autem hanc expositionem amplectar, istæ causæ impediunt quas in medium propono, ut lector sequatur quod probabilius uidebitur. Primum omnium (si hac interpretationem sequar) κατὰ πνεῦμα nò rectè conuerterimus secundum spiritum, quum potius dicendum sit, per Spiritum. ego uerò κατὰ πνεῦμα pro πνεύματι uel διὰ τὸ πνεύματος nusquam memini legere. Deinde quanuis tria hæc membra, ὃς ὡρισθη. κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, sic possint explicari, quasi mutua sit illorum epexegesis, tamen uis lentum mihi uidetur hoc asyndeton, nisi quis simile exemplum proferat. Denique quum hic manifestè opponãtur κατὰ σάρκα & κατὰ πνεῦμα, res ipsa omnino postulat (ni fallor) ut si cur appellatione Carnis humana natura intelligitur, sic etiam nomine τὸ πνεύματος alterà Christi naturam, id est Diuinam ὑσίαν accipiamus: quia Christi personam certum est hoc loco describi ab Apostolo, eius scilicet doctrinæ fundamentum quam tradere constituit: ut non possim nunc quidem aliter putare hunc locum explicandum. Neque uerò nouum est aut inusitatum Spiritus appellatione ipsam Dei ὑσίαν intelligere, id est Θεὸν δύναμιν, ut exponit idem noster Apostolus 2. Corinth. 13 b. 4, ueluti locum hunc explicans: quam Tertullianus in lib. De carne Christi, Spiritualem substantiam uocat: & carnali merito opponit, quum Deus diserte dicatur esse πνεῦμα Iohan. 4. d. 24, & passim in Scripturis, atque adeò nominatim altera Christi natura hoc nomine, declaretur, ut 1. Pet. 3. d. 18, & 1. Tim. 3. d. 16. Fuit autem optima ratio cur potissimum πνεύματος, id est Spiritus nomine uteretur Paulus. C

Nam quia dixerat κατὰ σάρκα, non autem κατ' ἄνθρωπον, ut ipsam hominis naturam crassam ac imbecillam declararet: sic ut sibi constaret antithesis, oportuit illum quærere uocabulum aliquod quo diuinæ naturæ uis illa subtilis & plane incomprehensibilis significaretur: nullum autem commodius occurrere poterat quàm hoc ipsum quod usurpauit. Addidit autem ἁγιωσύνης id est sanctificationis nomen, certam ob causam, quæ & ipsa dignissima est quam intelligamus.

Quum enim hæc resurrectio quam affert pro Diuinitatis argumento, ad humanitatem pertineat, uideri posset inepte Paulus colligere: quem nodum Origenes perobscure explicauit.

Sciendum

A Sciendum est igitur, à Paulo ita considerari Christum, primum ut hominem, deinde ut Deum, ut tamen illum nusquam discerpat. itaque probaturus hominem esse, adhibuit argumentum ex quo colligeret alia ratione hominem esse, quam nos simus, factum scilicet ex matris substantia, non autem generatum ex uiri semine. Sic igitur in altera etiam parte, in resurrectione quæ carnis est, proponit uim illam Verbi considerandam, non simpliciter & per se (fuisset enim contentus uocabulo Spiritus) sed quatenus carni coniuncta, illam sanctificauit, & quodammodo deificauit, ut manere in morte non potuerit, neque ullam corruptionis labem persentiscere. qua ratione etiam dicit Dominus ipse Ioh. 6. g. 63. Carnem suam nil prodesse, Spiritum eum esse qui uiuificet. Hic enim est Spiritus sanctificus, qui carnem Christi tum in sese uiuificauit, illi hypostatice coniunctus: tum uerò etiam nobis qui per fidem cum eo coalumus, uiuificam reddit. At enim (dicet aliquis) quid si quis ad hæc excepisset, Christum uel non resurrexisse, uel sua ui non resurrexisse, Respondeo, Paulum ad eos scribere qui de Christi historia nihil ambigerent, acproinde ex hypothesi merito argumentari. Ita, ni fallor, optimè omnia ad scopum accomodabuntur, constabit sibi tota antithesis, neque ulla erit in uerbis uiolenta expositio. Me uerò in hac interpretatione non modò superiores rationes confirmant, sed etiam Tertulliani & Ambrosij authoritas. Sic enim ille contra Praxeam hunc locum explicans, Qui factus est, inquit, ex semine Dauid secundum carnem, hic erit homo & Filius hominis: qui declaratus est Filius Dei secundum Spiritum, hic erit Deus & Sermo, Dei Filius. Ambrosius autem, Eum, inquit, qui erat Dei filius secundum Spiritum sanctum, id est secundum Deum (quia Deus Spiritus est, & sine dubio sanctus) factum dicit iuxta carnem, Dei Filium ex semine Dauid. Quos locos ante me annotauit sanctæ memoriæ uir Ioachimus Vadianus in libro pro Veritate carnis triumphantis scripto, cui titulum fecit *Ἀναπτυλίωσιν*.

Per resurrectionem à mortuis *ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν*. Vulgata ad uerbum, ex resurrectione mortuorum. Erasmus, ex eo quòd resurrexit è mortuis. Ego perinde conuerti ausi scriptum esset *διὰ ἀναστάσεως*, ut planior esset sententia. Nam *ἐκ* præpositionem hoc loco id declarare ex quo seu per quod Christi Diuinitas mundo patefacta est ac compro bata, consentiunt omnes interpretes, paucis quibusdã exceptis, qui putant *ἐξ ἀναστάσεως*, idem declarare atque *μετὰ τὴν ἀνάστασιν* post resurrectionem. & hoc referunt uel ad participium *ἀφορισμένος*: quam sententiam paulo antè refutauimus uel ad *πνεῦμα ἁγιωσύνης*, propterea quòd post Christi resurrectionem illapsus est Spiritus sanctus: quam explicationẽ cur non admitterẽ, dixi in proxima annotatione. Sic igitur *ἐκ* posita pro *διὰ*. Sed quia Paulus non dixit *ἐξ ἀναστάσεως τῶν ἐκ νεκρῶν*, sed *ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν*, id est ex resurrectione mortuorũ nõ aũt resurrectionea mortuis: ideò nonnulli hoc accipiunt de resurrectione no ipsius Christi, sed eorũ quos scribit Matthæus cũ Christo surB rexisse & apparuisse multis: cuius opinionis author est Origenes, huc etiã suo more detorquẽs quod dixit Paulus, Christum primogenitũ esse ex mortuis, & primitias dormientiũ. Sed quæso (ut nihil asperius dicã) quàm hoc longe petitũ & quam ineptũ est? Itaque non missã pluribus in hac opinione refutanda. Alij de resurrectione fidelium accipiunt: sed hoc quoque uidetur *ἀκαιρολόγημα*. Vult enim omnino Apostolus ex claro & insigni facto, non aurem re futura Diuinam Christi, quanuis hominis, naturam ac uirtutem asserere: ut ea tum sit fundamentum cui doctrinã Euangelij superstruat. Siue igitur actiuè resurrectionem accipias, quo sua ui Christus resurrexerit: siue passiuè, quòd Caro iuscitata sit à Deo corporaliter habitante in ipsa: de ipsius Christi resurrectione hæc accipio. neque est cur nos remoretur quòd Paulus non dixerit *ἐξ ἀναστάσεως τῶν ἐκ νεκρῶν*, quum sententiæ ipsius tenor manifestè ostendat quomodo hoc sit explicandum, & ita etiam posit alibi idem dicendi genus commodè exponi, ut 1. Corinth. 15. c. 42, & Heb. 6. a. 2.

Nempe Iesu Christo *ἰησοῦ χριστοῦ*. Veteres ac recentiores hæc connectunt cum præcedentibus. Ideò Vetus interpres conuertit, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi: & Erasmus, ex eo quòd resurrexerit à mortuis Iesus Christus. Ego malui Vallæ distinctionem amplecti, quam & ipse Erasmus in annotationibus comprobat. Itaque hæc connecto cum eo quod ante dixerat *περὶ τοῦ ὑἱοῦ αὐτοῦ*, quod & Græca facilè admittunt, nulla prorsus mutata distinctione, & multo planiorem sententiam habet. Sicui tamen libuerit à ueteribus non discedere, is sciat positum esse antecedens relatiui loci, ex idiotismò Hebræorum, de quo sæpe iam diximus.

δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν εἰς ὑπα 5 Per quem accepimus gratiam & Apostolatum in obedientiã fidei, inter omnes Gen-
κοὴν πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ὑπὲρ τοῦ ὀνό tes pro ipsius nomine.
ματος αὐτοῦ,

5 Per quem *δι' οὗ* Id est. A quo. Nam præpositio *διὰ* hoc loco eam uim habet, ut eum ipsum declaret non modò ex cuius authoritate, ut reliqui etiam ministri, sed etiam perquem sit designatus Apostolus, ut tacita sit inter Christum & homines antithesis, quam exposuit Galat. 1. a. 1.

Gratiam & Apostolatum *χάριν καὶ ἀποστολήν*. Id est hoc beneficium eximiæ planè liberalitatis, quòd mihi omC nium sanctorum minimo datum est euangelizare imperuestigabiles Christi diuitias, ut ipse explicat, Ephes. 3. b. 8. Idem quoque prædicandi Euangelij munus uocat *χάρισμα*, 1. Tim. 4. d. 14, & 2. Tim. 1. b. 6. Itaque particula *καὶ* posita est in epexegesi, quasi dixerit Paulus, gratiam Apostolatus, uel gratiam, id est Apostolatum. Explicat enim, aut, propter longum hyperbaton, repetit quod antè dixerat, se esse separatum in Euangelium Dei. Alij gratiam longius extendunt, nimirum quòd à Pharisaismò ad Christianismum esset reuocatus. alij (ut Origenes, suo more absurdissima quæque proponens) referunt ad patientiam laborum: qua gratia factum sit ut copiosius laborauerit, quàm alij.

In obedientiam fidei, *εἰς ὑπακοὴν πίστεως*. Id est ut homines fide obediant Deo. nisi malimus Fidei nomine ipsam doctrinam Euangelicam intelligere, quo sensu conuertit Vetus interpres, ad obediendum fidei: & Erasmus, ut obediatur fidei. Nam sic quoque dicuntur fidelium animi fuisse purificati *ἐν τῇ ὑπακοῇ τῆς ἀληθείας διὰ πνεύματος*, id est eo ipso quòd ueritati obedierunt per Spiritum, 1. Pet 1. d 28. Cæterum *τὸ ὑπακούειν* & *τὸ πείθεσθαι* (ut apparet ex hoc loco & ipsa uerbi notatione) mutuò se respiciunt: quæ uel una obseruatio satis firma est euertendis omnibus *θελοθρησκείαις*, quas uulgo bonas intentiones uocant.

Inter omnes Gentes *ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν*. Hoc nonnulli ad *ὑπακοὴν* referunt. Ego malo connectere cum uerbo *ἐλάβομεν*, ideò post *πίστεως* adscripsi distinctionem. Nam alioquin non cohæreret quod statim subiicitur de Christi nomine. Est autem hoc loco notandum, hic quoque *πᾶντας*, id est omnes pro quibusuis poni (quam enallagen sæpissimè annotauimus) & Iudæis opponi Gentes, quibus scilicet peculiariter designatus erat Apostolus ex Ecclesiæ consensu, ut scribit Galat. 1. b. 7. 8. & 9.

Pro ipsius nomine, *ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ*. Id est *ἕνεκα τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ*, nominis eius causa, nempe ut eius nomen inter Gentes quoque innotescat, sicut explicatur 2. Thess. 1. d. 12: siue ut gloria ipsius amplificetur. Ponitur enim nomen pro fama & existimatione, atque adeò pro dignitate, ut Philipp. 2. b. 9. Itaque ueri ministri dicuntur *προσέχειν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος*, & opponuntur mercenarijs, Iohan. 3. b. 7.

Ambrosius interpretatur pro eius nomine, id est uice ipsius, siue in ipsius nomine: quam interpretationem haud scio an Græca admittant, nisi nomen Christi pro ipso Christo accipias: ut hoc sit quod ait idem noster Apostolus, 2. Corinthiorum 5.d.20, se ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύειν, id est Christi nomine fungi legatione: alioquin dicendum erat potius ἐν ὀνόματι αὐτοῦ, ut Marc 11.b.9. Quidam ὑπὲρ pro περὶ accipiunt: quo sensu conuertit Erasmus, super ipsius nomine: ita scilicet ut hęc cohæreant cum εἰς ὑπακοὴν πίστεως, quasi scriptum sit, Vt inter omnes Gentes obediatur fidei quæ est de Iesu Christi nomine. Ego malo referre ad superiora, id est ad id quod dixerat se accepisse Apostolatum ut inter omnes Gentes portaret Christi nomen, sicut locutus est Dominus quum eum designasset Apostolum, Act. 9. c.15: qui locus planè uidetur istum explicare. A

Inter quas estis etiam uos, uocati Iesu Christi.

6 ἐν οἷς ἐστὲ καὶ ὑμεῖς, κλητοὶ ἰησοῦ χριστοῦ.

Omnibus qui Romæ estis, dilectis Dei, uocatis sanctis. Gratia *sit* uobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo.

7 πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν ῥώμῃ, ἀγαπητοῖς θεοῦ, κλητοῖς ἁγίοις, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ.

In primis quidé gratias ago Deo meo per Iesum Christum super omnibus uobis, quòd fides uestra annuntiatur in toto mundo.

8 πρῶτον μὲν εὐχαριστῶ τῷ θεῷ μου διὰ ἰησοῦ χριστοῦ, ὑπὲρ πάντων ὑμῶν, ὅτι ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ.

Testis enim mihi est Deus, cui seruio spiritu meo in Euangelio Filij ipsius, quòd indesinenter mentionem uestri faciam.

9 μάρτυς γάρ μού ἐστιν ὁ θεός, ᾧ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματί μου, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὡς ἀδιαλείπτως μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι.

B

6 Vocati Iesu Christi: κλητοὶ ἰησοῦ χριστοῦ. Id est, qui Dei beneficio estis Iesu Christi, siue in Iesu Christo adoptati. Itaque si uocatos exposueris ἐωσυνύμους, id est ex Christi nomine cognominatos, sicut à Christo Christiani denominantur, non satis expresseris eum quem Hebræi משיחא, Theologi Græci, ac præsertim Paulus, κλητὸν uocant. Declarat enim non eum modò cui tribuitur re uera id esse quod dicitur, sed etiam Dei mera benignitate factum esse ut eiusmodi sit qualis est, quemadmodum dicebat Paulus, Gratia Dei sum id quod eram. Hoc modo explicandum etiam est illud Vocatis sanctis, quod subijcitur in proximo uersiculo, quum eosdem dixisset ἠγαπημένους θεοῦ dilectos Dei, id est Deo charissimos & quasi ipsius delicias, nempe ut intelligeremus hanc beneuolentiam inde orirì quòd Deus nos prior dilexerit, ut scriptum est 1. Iohan. 4.b.10, & d.19.

7 Gratia sit uobis & pax χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη. ἁγίοις. Nouam hic periodum incipio, adscripto puncto post ἁγίοις. quemadmodum in reliquis epistolis summo omnium codicum consensu legitur. Itaque post ἁγίοις subaudiendum est uerbum ἐπιστέλλω, id est hanc epistolam mitto, Paulus scilicet Apostolus. Deinde sequitur ἀσπασμὸς πλὴν ἐπιγραφικὸν, subaudito uerbo ἔσω, quod expressimus partim ut planior esset constructio, partimuerò ne posthac possit huius loci uera distinctio deprauari. Nam alioquin manifestus esset solœcismus, quum potius dicendum fuerit χάριτα καὶ εἰρήνην, gratiam & pacem, prætermisso pronomine ὑμῖν uobis, nisi ex Hebræorum idiotismo placuerit repetere. Cæterum uocabulo Gratiæ quæ ab Hebræis חן dicitur, non iam dona ipsa Dei, id est χαρίσματα (ut paulo antè) sed fontẽ ipsum declarat unde hæc beneficia, promanãt, nempe gratuitã illam Dei beneuolentiam etiam quo tempore inimici eramus, nequis gratiam cum operibus præparationis, aut præuisis meritis (quæ Sophistæ uocant) concilìari posse putet, contra quam Paulus scribit infrà 4.a.4. & alijs innumerabilibus locis. Deinde huic beneuolentiæ subiũgit εἰρήνην paceni, quam uocant Hebræi שלום, id est omnium rerum fœlicem ac prosperam in Deo successum. Ita enim hoc uocabulum ab Hebræis usurpari, sæpe iam annotauimus, C

Et Domino καὶ Κυρίου. Quidam conuertunt, Et Domini, ut intelligamus Patrem nobis esse cum Christo, communem. Sed amplector potius eorum opinionem qui repetunt ἀπὸ præpositionem. Sic igitur Paulus precatur illis gratiam, ut simul explicet per quem nobis à Deo Patre detur hæc pax ac gratia, nimirum per Christum illum unicum μεσίτην. neque uerò Spiritum sanctum prætermittit, quum Spiritus sit ea ipsa gratia quæ à Patre ac Filio proficiscitur.

8 In primis quidem Πρῶτον μού. Vel, ut Vulgata & Erasmus, Primùm quidem, neque requiritur ut aliquæ aliæ distributionis partes sequantur. Nam particula πρῶτον simpliciter declarat hoc esse sermonis initium, quasi diceret Paulus, Vt loquendi initium faciam gratias ago &c. Sic Titus Liuius historiam inchoans: Iam primùm omnium, inquit, satis constat. &c. Sed & alijs locis annotauimus πρῶτον ita collocari, ut nihil secundum aut tertium subijciatur, ut infrà cap. 3.a.2, Matth. 10.a.2, Marc. 3.b.16. Act. 26.d.20.

Deo meo τῷ θεῷ μου. Annotauit quidem Origenes hanc loquutionem propriam esse fidelium, sed rationem tamen eius non intellexit. Putat enim huius loquutionis emphasin esse in Dei nomine, quia soli sancti uerum Deum adorant: quum potius tota energia sita sit, in pronomine Meus: sicut rectè annotarunt Græca scholia.

Quòd fides uestra annuntiatur ὅτι ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται. Id est, quòd ea sit uestra fides ut passim in Ecclesijs commendetur. & de uobis multus ubique sit sermo. Quòd autem Origenes ita etiam accipi hæc posse putat, quasi dicat Paulus se gratias agere quòd fides Romanorum, id est doctrina quam erant amplexi, ea sit quæ in toto mundo prædicetur: planè uiolentum est ac detortum.

In toto mundo. ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. Id est passim per omnes Ecclesias. Est enim hyperbole petita è medio. Itaque quod Origenes de cælis philosophatur, quò etiam peruenerit rumor de Romanorum fide, & ubi quoque prædicetur ea ipsa fides ac doctrina cui crediderant Romani: id inquam planè sapit Origenicam contemplationem.

9 Mihi μου, In uno codice scriptum legimus μοι, ac fortasse rectius. Nam non ita trita uidetur hæc enallage, & uereorut nimis coactum sit μου connectere cum ὁ θεὸς per traiectionem, ut cõuertas, Testis enim meus est Deus: quam nonnihil uenustatis habeat illa reperitio, quum dixisset, Gratias ago Deo meo.

Cui seruio ᾧ λατρεύω. Id est ᾧ λατρεύω. Erasmus, quem colo, rancidam illam Duliæ & Latriæ differentiam nobis obtrudens, quum & apud idoneos scriptores δοῦλος & λάτρις synonyma sint, & passim in scripturis hæc permutentur, ut act. 20.d.14, Infrà 7.b.6, & 12.c.11, & 14.d.18, Ephes. 6.b.7. Philipp. 2.c.22, Coloss. 3.d.24 & alibi sæpe. Vide Matth. 4.b.10.

Spiritu

A Spiritu meo ἐν τῷ πνεύματί μου. Id est planè uolens & ex animo illi addictus. Quanuis enim tacita quædam sit Antithesis inter cultum cæremonialem & spiritualem, tamen non eò puto Paulum respicere, sed huc potius ut fidem faciat se uerum dicere, aduocato scilicet in testem Deo, cuius maiestatem ac gloriam quanti faceret, non potuit melius aut certius ostendere quàm ex ea diligentia qua utebatur in annuntiando Euangelio sibi commisso. Quod autem Origenes in hunc locum de carne & spiritu Legis disserit, huc etiam detorquens dictum illud Pauli, Litera occidit, Spiritus est qui uiuificat, id totum reijciemus in initium capitis octaui: ubi quàm ignotum fuerit Origeni beneficium Christi, planum faciemus.

In Euangelio Filij ipsius, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Id est promulgando Filio ipsius, sicut dicit Apostolus se Christum prædicare, id est reconciliationem ac pacem per Christum: quia scilicet Christus est ipsa Euangelicæ prædicationis quasi materia ac substantia. Euangelium itaque hoc loco non significat doctrinam ipsam, siue illud quod annuntiantur, ut plerunque solet: sed doctrinæ ipsius prædicationem, ut infrà 15. d. 19, & 1. Cor. 9. b. 14, Philipp. 4. c. 15: quæ significatio non obseruata, Hieronymum & eos omnes fefellit qui existimarunt Paulum, 2. Cor. 8. c. 18, quum diceret se ad Corinthios fratrem misisse, cuius laus erat in Euangelio per omnes Ecclesias, de Luca agere & libris ab eo perscriptis.

παντοτε ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου, δεόμενος εἴ πως ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσομαι ἐν τῷ θελήματι τοῦ θεοῦ, ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς.

10 Semper in orationibus meis rogans ut, si quomodo tandem aliquando prosperum iter mihi detur ex uoluntate Dei, ueniam ad uos.

ἐπιποθῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς, ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικὸν, εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς.

11 Expeto enim uidere uos, ut aliquod impertiar uobis donum spirituale ad uos stabiliendos. *Optat Paulus uidere Romanos*

τοῦτο δέ ἐστι, συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις πίστεως ὑμῶν τε καὶ ἐμοῦ.

B 12 Hoc est, ut communem exhortationem percipiam apud uos, per mutuam fidem, uestrã simul & meam.

οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ὅτι πολλάκις προεθέμην ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς (καὶ ἐκωλύθην ἄχρι τοῦ δεῦρο,) ἵνα καρπόν τινα σχῶ καὶ ἐν ὑμῖν, καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν.

13 Nolo autem uos ignorare fratres, quòd sæpe proposui uenire ad uos, (sed prohibitus sum usq; adhuc) ut fructum aliquem haberé inter uos quoque, sicut & inter reliquas Gentes.

10 Vt, si quo modo ἔπως. Hanc interpretationem sum amplexus ex duorum codicum authoritate, in quibus adscripta erat distinctio post δεόμενος, ita scilicet ut connectatur cum uerbo ἐλθεῖν, & alia interijciantur: quæ sententia simplex est & plana. Nam alioquin necessariò supplendum est aliquid explendæ sententiæ accommodatum. nisi malimus legere ὅπως, id est Vt: quam lectionem inuenimus in uno duntaxat exemplari. Supereſt ut uariam huius loci distinctionem annotemus. Nam alij post ποιῆσαι adscripto puncto, sequentia connectunt cum δεόμενος: alij connectunt omnia usque ad προσευχῶν μου: quam distinctionem si sequamur, uidebitur omnino redundare πάντοτε, quod etiam non additur in Græco Chrysostomo: & fortasis irrepsit in cõtextum ex margine, ubi annotatum erat pro expositione aduerbij ἀδιαλείπτως.

12 Vt communem exhortationem percipiam apud uos, συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν. Vulgata ad uerbum, non obscurè modò, sed etiam barbarè, simul consolari in uobis. Erasmus, ut communem consolationem capiam in uobis. Ego uerò D. Bucero potius assentior, qui exhortationem potius quàm consolationem conuertit, quia de mutuò confirmandis animis hic agitur. Deinde ἐν ὑμῖν in uobis non possum accipere pro διὰ ὑμῶν per uos, propter illa quæ sequuntur. Nam sanè non probo quod Chrysostomus tradit in hunc locum, indignum esse uidelicet existimare quod Paulus dixerit se potuisse Romanorum fide adiuuari: neque item quod existimat Ambrosius, Romanos quo tempore hæc scripsit Apostolus, nondum fidem Christi rectè tenuisse. Nam potius ex ijs quæ hoc loco de ijs Paulus commemorat, & infrà capite decimo quinto c. decimoquarto, apparet egregiè fuisse instructos. Sed quum omnes exparte cognoscamus, non dubium quin & illi ex Paulo partim multa
C intelligere, partim ea quæ intelligebant, accuratius cognoscere: & Paulus etiam ipse (quantuuis excellens) ab Ecclesia illa tum eruditi magis etiam ac magis, tum confirmari, illos etiam docendo, profuerit.

13 Sed prohibitus sum λυκὶ ἐκωλύθην. λυκὶ pro ἀλλὰ positum, sæpe iam annotauimus. Prohibitum autem se dicit uel à Satana, ut 1. Thessal. 2. d. 18, uel ab ipso sancto Spiritu qui singulis rerum momentis moderatur, ut Act. 16. b. 6. & 7: uel quòd aliò uocaretur, dum nullam prædicandi Euangelij occasionem prætermittit: quam rationem maximè amplector, quòd ita omnino uideatur Apostolus ipse explicare infrà cap. 15. c. 20. & 21. Sunt autem hæc ita interiecta ut sententiam ueluti abrumpant, sicut in communi sermone multa eiusmodi hyperbata committuntur. neque est cur statim exclament nonnulli Paulum scatere hyperbatis & anantapodotis, quibus illam Synchysin Homeri oppono, quo tamen certissimum est nullum unquam scriptorum magis facundum extitisse. Sic igitur ille Iliados. ἓ. Ὡς ἔφατ', Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον, (ἀμφὶ δὲ νῆες Σμερδαλέον μυκήσαν ἀϋσάντων ὑπ' Ἀχαιῶν)

Μῦθον ἐπαινήσαντες ἀδυσσάμενοι θυμοῖο. Vt interim taceam Hebræos solere etiam inter elegantias numerare istas traiectiones, aut etiam nonnullas asperiores, ut Psal. 40, b. 11, & 139. b. 14. Sicut autem Origenes diligens fuit in annotando hyperbato quod manifestissimum erat: ita in hac distribuenda constructione bis peccauit. Neque enim hæc reponit in suum locum, & putat etiam esse eclipsin relatiui εἰς in proximo uersiculo, quasi uidelicet καθὼς & ὅτω mutuò se respiciant. Itaque sic ita collocat, Nolo uos ignorare quòd proposui sæpe uenire ad uos ut fructum aliquem haberem etiam inter uos, sicut & in cæteris Gentibus, Græcis simul ac Barbaris, sapientibus & insipientibus quibus debitor sum, seduſque adhuc sum prohibitus.

Deinde quasi huius constructionis immemor, 14. uersiculum ita connectit cum superioribus, quasi noua periodusin choet à καθὼς. hoc modo scilicet, Proposui uenire ad uos, ut fructũ aliquẽ haberem etiã interuos sed prohibitus sum usq; adhuc. Sicut in cæteris Gentibus, Græcis simul, &c. quibus debitor sum. Ita, quantum in me est, paratus sum etiam uobis qui Romæ estis, euangelizare. Ego uerò sic potius construo, Nolo autem uos ignorare fratres, quòd sæpe proposui uenire ad uos, ut aliquem fructum haberem etiam inter uos, sicut & inter reliquas Gentes: sed impeditus sum usque adhuc. Et Græcis & Barbaris, tum sapientibus tum insipientibus debitor sum. Itaque omnis mea facultas prompta est ad euangelizandum uobis quoque qui Romæ estis. A

Et Græcis & Barbaris, tum sapientibus tum insipientibus debitor sum.

14 ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις ὀφειλέτης εἰμί·

Itaq; prompta est mea facultas uobis quoque qui Romæ estis euangelizare.

15 οὕτω τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελίσασθαι.

Non enim me pudet Euangelij Christi: potentia siquidem est Dei, ad salutem cuiuis credenti, Iudæo in primis, tum etiam Græco.

16 οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. δύναμις γὰρ θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον, καὶ Ἕλληνι.

Iustitia enim Dei per illud exhibetur ex fide in fidem: sicut scriptum est, Iustus autem ex fide uiuet.

17 δικαιοσύνη γὰρ θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται ἐκ πίστεως εἰς πίστιν, καθὼς γέγραπται· ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται.

14 Tum sapientibus tum insipientibus σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις. Assentior illis qui hæc referunt ad singulares personas: illud autem, Græcis ac Barbaris, ad nationes ipsas in genere comprehensas. Illud quidem certum est, Romanorum appellatione ab Apostolo significari quicunque Romæ degebant, cuiuscunq; gentis essent: ut liquet partim ex eo quòd Apostolus ingenere salutem dicit ijs qui Romæ sunt: partim etiam ex eorum catalogo quos saluere iubet in extrema epistola. B

15 Itaque οὕτω. Vel, Ita pro itaque, quo modo apud ipsum Ciceronem usurpatur hæc particula in conclusionibus. Sic enim Cicero libro primo de Natura deorum Virtus, inquit, actuosa est, & deus uester nihil agens, expers uirtutis igitur: ita, ne beatus quidem est. Quod autem Græca scholia in superiore uersiculo subaudiunt ὡς πρόθυμος, & laborat Origenes ut ista in eandem periodum cogat, planè nihil est: quum sit potius in his uerbis conclusio argumenti. Debitor sum, inquit Apostolus, & Græcis & Barbaris. id est, teneor ex Apostolico munere quod à Domino accepi quibusuis hominibus Christum annuntiare. itaque nihil magis expeto quàm apud uos quoq; munere meo defungi. Subijcitur deinde anthypophora. Neque enim me pudet Euangelij.

Prompta est mea facultas τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον. Subaudi ἐστίν, est. Vulgata. quod in me promptum est, obscurè quidem, sed fideliter tamen ad uerbum expressa sententia. Neque enim τὸ κατ' ἐμὲ separandum est à πρόθυμον, neque hoc loco significat τοῦτο μέρος uel ὅσον ἐπ' ἐμοί, id est pro uiribi, uel quantum in me est: sed illud ipsum significat quod in aliquo situm est, siue alicuius facultate. nisi simplicitet malimus explicare τὸ κατ' ἐμὲ per simplex pronomen ἐγὼ, ut in illo Platonis, libro De legibus secundo, τὰ μὲν τοίνυν ὑμέτερα, ἀκούειν, ὡς ἔοικεν, ἕτοιμα αὐ ἔσται· τὰ δ' ἐμά, βούλεσθαι μὲν ἕτοιμα, διδόσθαι δὲ ὃ πάνυ χάλεπον. id est (doctissimo Budæo interprete) Vos quidem igitur audire, ut uidetur, parati: ego autem uellequidem promptus, sed non perinde posse facilis. Sic igitur hunc etiam locum eleganter conuertas, Itaq; prõptus sum ego uobis quoq; qui Romæ estis, euangelizare. Hæc autem phrasis nonanimaduersa, fecitur hic locus à Græcis ipsis non rectè explicaretur, quorũ alij putarunt ὀφειλέτης εἰμὶ repetendũ esse ἀπὸ προνῦ. quæ eclipsis planè est uiolenta in diuersa periodo alij ὀφειλέτης εἰμὶ sine ulla repetitio ne coniunxerunt cum εὐαγγελίσασθαι, hoc modo, Et Græcis & Barbaris teneor, itidem & uobis qui Romæ estis, pro animi mei promptitudine euangelizare. quam interpretationem si sequaris, non satis cohærebit quod posìea subijcitur, Non enim me pudet. Origenes uerò alia etiam commenta excogitauit, de quibus paulo antè diximus. Latini uerò Græcorum etiam errorem auxerunt, ut qui post τὸ κατ' ἐμὲ distinctionem adscripserunt: & quia uerbum finitum deerat, uerterunt πρόθυμον paratus, uel promptus sum: quasi idem declaret atque πρόθυμός εἰμι uel προθυμοῦμαι: quæ enallage absurdior est quam ut refutatione sit opus. Nihilo melior est (opinor) Vallæ sententia, qui putat πρόθυμον significare τὴν προθυμίαν. inde etiam factum ut typographi Vulgatam editionem corrumperent, quum excuderent, Itaque (quod in me) promptum est & uobis, &c. pro eo quòd excudendum fuit sine parenthesi, Itaque quòd in me promptum est, &c. id est, quicquid situm est in me, id promptum est ad euangelizandum etiam uobis. Sic enim explenda est Græca oratio, ὅτω τὸ ὂν κατ' ἐμὲ πρόθυμον ἐστὶ καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελίσασθαι. C

Vobis quoque καὶ ὑμῖν. Notanda est particula καὶ. Indicat enim in superiore distributione (meo quidem iudicio) Romanos non fuisse comprehensos, quod Ambrosium latuit, & ueteres plerosque. Nam Romanos cio illos recenseret præsertim in epistolæ exordio, cumuix ullo nomine magis potuerint offendi? Sed tamen suũ hic quoque cuiuis iudicium liberum esto.

16 Tum etiam Græco. καὶ Ἕλλησι. Semel hoc dictum sit, apud Paulum Græcorum nomine, quoties opponuntur Iudæis, omnes Gentiles (quos uocant) significari, orta nimirum hac loquendi consuetudine ex eo quòd maxima pars Orientis Græcè loquebatur.

17 Iustitia enim Dei Δικαιοσύνη γὰρ θεοῦ. Quia Deus iustus est, ideoque iustitiæ amans & iniustitiæ hostis, necesse est ut quæ doctrina nos docet qua ratione iustitiam adipiscamur, illa quoque aditum ad salutem patefaciat. Rectè igitur Paulus argumentatur ab ijs quæ sunt perpetuo uinculo necessariò coniuncta. Non est igitur pro-priè status huius epistolæ, Nos in Christo fide apprehenso gratis iustificari: sed hic potius, Nos à Deo per unum Christum seruari, si Euangelio credidermus. cui propositioni subtexitur illa, Nos sola in Christum fide iustificari. Hæc autem diligenter considerata, manifestè indicant quid uocabulo Iustitiæ Dei intelligatur: perfectio scilicet illa & summa integritas qua quisquis donatus est, sistitur coram Deo ἅγιος, ἄμωμος. καὶ ἀνέγκλητος, ut loquitur Paulus Colossenses primo c. 22. id est sanctus, inculpatus, & qui nullius criminis possit, postulari. Ea igitur à Paulo dicitur iustitia Dei nõ tam quia gratuitũ est Dei, donum, idque per imputationem, aut quia hanc largiendo Deus se iustum, id est fidelem ac ueracem præstat: quàm ut opponatur iustitiæ hominum siue ex operibus, qua teDeo gloriari, ut inquit Apostolus infrà cap. 4. a. a. stetur Dauid nullum hominem iustificari: quum ne pater quidem ipse credentium Abraham de ea iure posiit coram

Exhibetur

A Exhibetur ἀποκαλύπτεται. Vulgata, reuelatur. Erasmus, patefit: quas significationes fateor huic uerbo conuenire: neq; tamen putaui huic loco satis accommodatas. Neque enim (ut opinor) Paulus eo duntaxat nomine commendat Euangelium, quod in eo retegatur, & spectandum proponatur quod antea ignorabant homines, fide nimirū quærendam esse in Christo eam iustitiam & integritatem, cuius ui à Deo salutem adipiscamur: sed quòd hanc iustificandi rationem ita proponat, ut etiam re ipsa exhibeat: ut hoc modo constet, Euangelium uere esse potentiam Dei in salutem, id est ualidum & efficax Dei instrumentum quo utatur seruandis per fidem hominibus. Itaque pro consuetudine Hebræorum de qua copiosius diximus Marci 8.b.11, Lucæ 3.b.7: ex antecedente intelligendum est consequens. Quod igitur nonnulli hoc referunt ad bona opera, uel ad Spiritus sancti dona quæ sunt ueluti index iustitiæ Dei à nobis imputatæ, & doctrinam Euangelicam confirmant: mihi uidetur parùm appositum.

Ex fide in fidem: ἐκ πίστεως εἰς πίστιν. Id est fide quæ quotidie incrementum accipiat: sicut Psal. 84.b.7. Nam sicut unus est Deus, ita etiam una est fides: sed quæ suis gradibus in nobis perficienda sit. Rectè itaque Clemens, φησὶν ὁ ἀπόστολος, φησὶν, φησὶ δικαίου γὰρ ἐκ πίστεως ζήσεται, μᾶλλον δὲ μίαν, αὔξησιν καὶ τελείωσιν ἐπιδεχομένην. Apostolus, inquit, uidetur duplicem fidem annuntiare, sed potius tamen unicam tantùm annuntiat quæ per incrementa ad perfectionem contendat. Alij argutius interpretantur, quorum opiniones non est nostri instituti commemorare. Sed quid fides declaret apud Apostolum, necesse est semel explicemus, quoties quidem de fide quæritur qua iustificamur. propterea quod apud Theologos paulò aliter accipitur hoc uocabulū quàm apud alios autores: & multa Erasmus in hunc locum uidetur non ita accommodatè disseruisse. Quidam igitur ridem interpretantur obedientiam qua fit ut homines, sicut polliciti sunt Deo, ita etiam ex ipsius uoluntatis præscripto uiuant, sicut à Cicerone definitur fides, dictorum ac conuentorum constantia & ueritas. Sed de hac fide Paulum non agere, uel illud ostendit, quod ubique fidei opponit opera. Itaque ualeant Sophistæ cum qualitate sua inhærente uel infusa, quoties de iustitia Dei quæritur. Alij fidem definiunt assensionem qua credimus uerum esse quicquid utrunque Testamentum nobis credendum proponit: addunt etiam nonnulli, quicquid præcipit credendum Ecclesia. neque intercent satis esse si in genere credàt homines quod credit Ecclesia, nec de singulis explicàdis laborant. At Christiani contrà nullum aliud fidei obiectum agnoscunt, quàm uerbum Dei scriptum: neque ullam aliam ecclesiam, quàm quæ uinius sponsi uocem audit: neque fidem illam implicitam aliud esse putant, quàm diabolicam αὐτοσχεδίαν: quia nemo rei incognitæ, nisi fortasis per somnium, assentitur. Verum ne hanc quidem fidem esse dicimus quæ iustificat pacè habemus: quū diaboli hàc etiam fidē habeat & cōtremiscāt. fidē igitur de qua hic quæritur esse definimus firmam illam

B & constantem animi persuasionem, qua certus est apud se unusquisque fidelium non modò uerum ac firmum esse in genere uerbum Dei, ac præsertim promissiones Dei de gratuita per Christum reconciliatione: sed etiam sibi, ut est à Spiritu sancto edoctus, credit ad se propriè ac peculiariter pertinere: qua, inquam, uniuersalem illam promissionem uitæ æternæ per sanguinem Christi omnibus credentibus acquisitæ singuli amplectuntur, ac sibi ipsis applicant. Hanc unam fidem esse dicimus quæ nos & Christi & omnium ipsius donorū, id est omnis perfectionis ac integritatis summæq; illius iustitiæ faciat per gratuitam imputationem participes: ut uere ac in solidum per eum gratis iustificati, pacem habeamus, facti scilicet hæredes Dei, ac Christi cohæredes. Deinde nos quoque per eiusdem Christi fide apprehensi Spiritum & peccato mortificari, & iustitiæ uiuificari dicimus, ut incipiamus uelle ac facere quæ Dei sunt: & cum fide, individuo nexu, coniungimus fiduciam, spem, patientiam, inuocationem, charitatem, ac bona opera, iustitiæ illius Dei non causas, sed effectus: quos qui non habeat, falsò ac frustrà se causam illarum uirtutum, id est fidem habere iactet. Hæc in summa est Apostolicæ doctrinæ summa, propter quam nos hodie immeritò à diabolo & Antichristo uexari, quum & certo fundamento, id est uerbo Dei scripto, non autem hominum opinione aut contue tudine nitatur, & Deo totam salutis nostræ gloriam uindicet, nos quidē Deum cum suis sanctis Angelis ac beatis sanctorum spiritibus in cælis testem habemus: ad cuius tribunal ab immani Satanæ & mundi crudelitate prouocamus.

Ex fide ἐκ πίστεως In Hebræo legitur באמונתי, id est ex fide sua, pro quo Græci interpretes (ut annotat Hieronymus) legerunt באמונתי, id est, ex fide mea. Apostolus pronomen non expressit, partim quia propositum est illi in genere ostēderet fidem iter esse ad uitam, partim quia hæc pronomina per se satis in Græco idiomate intelliguntur, quemadmodum etiam in Latino, adeò ut ferè prætermitti soleant.

ἀποκαλύπτεται γὰρ ὀργὴ θεοῦ ἀπ' οὐρανοῦ, 18 Palam enim ira est Dei è cælo aduersus o-
ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων, mnem impietatem & iniustitiam hominum,

18 Palam est ἀποκαλύπτεται Vulg. reuelatur. Eras. patefit: quasi scilicet hoc quoque retegatur per Euāgeliū. Nam proculdubio nihil æquè arguit mundum de peccato, atque lux Euangelii. sed hoc tamen est κατάπτει, nimirum quia irritatus Satan, furit cum suis: quum alioquin arguere peccata, potius ad Legis quàm ad Euangelij ministerium pertineat. Sed quorsum hoc? assumeret enim Paulus hoc ipsum quod est in quæstione positum, nempe fitne Euangelium potentia Dei in salutem: id est, an per Euāgelium Deus exerat uirtutem suam seruandis hominibus. Hoc probaturus Paulus, dixit fidē (cuius mutua est relatio cū Euangelij prædicatione) afferre nobis eam iustitiam, quæ corā Deo

C nos approbet, ac proindè iter ad salutē ostēdere. Nunc supereſt ut hoc probet, nos scilicet nullo alio instrumēto quā fide, hanc iusticiam consequi. Probatur autē hoc ex hac diuisione ἐμέσῳ: aut per fidem, imputata scilicet nobis Christi iusticia, iusti sumus coram Deo: aut nostra iustitia, id est Legis diuinæ obseruatione. Atqui tota uita hominum clamat, Deum in homines e cælo iram suam effudisse. non sunt igitur iusti homines in sese. Deus enim iustis non indignatur, sed iniustis. Cedo uerò unde ira ista Dei colligitur? ex eo quòd homines laxatis habenis, in omne scelus feruntur: quod liquidò apparebit si quis ad præscriptum Legis tum naturalis tum Mosaicæ uitam ipsorum exigat. Hoc est filum Paulinæ disputationis usque ad caput tertium c.20, ubi hæc pars dilemmatis concluditur. Indicant autem hæc quomodo accipiendum sit uerbum ἀποκαλύπτεται hoc in loco, nimirùm pro manifestè apparet. Item quid declaret illud ἀπ' οὐρανοῦ è cælo, in quo explicando ueterum plerique intempestiuè profectò philosophantur, quum simpliciter significet Paulus, manifestius esse quàm ut quisquam inficiari possit, Dominum è cælo (ubi scilicet illum uel natura ipsa duce quærimus) in omnes ac singulos homines indignari. Consideret enim Paulus omnes homines, quales in sese existunt: nimirum impij in Deum, & in alios homines iniusti.

Aduersus omnem, &c. ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων, id est aduersus omnes impietatis ac iniustitiæ species quæ in hominibus extant, sicut infrà uersu 29, dicuntur homines pleni omni iniustitia. Quidam tamen mauluntur explicare per hypallagen, Pro, aduersus omnium hominum impietatem & iniustitiam. Alijs Hebraismum esse placet, de quo diximus Matth. 24. b.15. pro, aduersus omnes homines impios & iniustos. Sed hoc in primis notandum est, ita accipiendum non esse quasi aliqui sint homines qui non sint impij nec iniusti, quos Apostolus hic non arguat: sed ita potius ut sciamus omnes, atque adeò singulos homines ab Apostolo utriusq; sceleris coargui. Id enim ita esse intelligēdum, apparet ex eo quod instituta est disputatio non modò aduersus omnes in genere, sed sigillatim aduersus singulos homines, ut in uno Christo salutem quærāt. Quod etiam docet ipsa Apostoli conclusio quæ uniuersaliter exprimitur infrà cap.3.c.20. Apostolus itaq; de misera hominum in sese conditione dicturus, ut iustitiam ex fide stabiliat, omnia illorum scelera ad duo capita reuocat, impietatem scilicet & iniustitiam: ut qui legem naturæ nō aliter diuidat, quàm Deus ipse decalogum. 1. Legis naturæ instaurationem, in duas partes distinxit. Impietas enim ad Dei cultum peruersum, iniustitia ad charitatem uiolatam pertinet. Deinde sigillatim utrunq; caput explicatur.

ut qui ueritatem iniustè detineant: τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων. A

Propterea quòd id quod de Deo cognosci potest, manifestum est in ipsis: Deus enim eis manifestum fecit. 19 διότι τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς· ὁ γὰρ θεὸς αὐτοῖς ἐφανέρωσε.

Nam quę eius sunt inuisibilia, dum per res conditas intelliguntur, ex creatione mundi peruidentur, æterna scilicet eius tum potentia, tum Diuinitas: ad hoc ut sint ipsi inexcusabiles. 20 τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης, εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους·

Propterea quòd quum Deum cognouerint, *tamen* ut Deum non glorificauerunt, neque gratias *ei* egerũt, sed uani facti sunt in ratiocinationibus suis, & obtenebratũ est desipiens cor eorum. 21 διότι γνόντες τὸν θεὸν, οὐχ ὡς θεὸν ἐδόξασαν, ἢ ηὐχαρίστησαν, ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία·

Quum se profiterentur esse sapientes, stulti facti sunt: 22 φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν,

Vt qui detineant τῶν κατεχόντων. Vulgata & Erasmus, qui detinent. Sed res ipsa postulat ut articulus non accipiatur διακριτικῶς, sed αἰτιολογικῶς: quem usum alibi sæpe annotauimus. Reddit enim rationem Paulus quare omnes homines dixerit esse iudicio Dei obnoxios, tum ut impios tum ut iniustos: quia scilicet ueritatem iniustè detinent. Hoc non uidisse Origenem ac Sophistas, minime miror, quum Pauli scopum ac totam ferem disputationis non multò melius intellexerint, quàm si Paulum nunquam inspexissent. Veritatem τὴν ἀλήθειαν. Ita uocat Paulus quicquid lucis in homine relictum est: non ut hac duce in Dei gratiam redeant (hoc enim est unius Christi opus, qui solus uera lux est, uia, ac ueritas) sed ut suo ipsorum iudicio sceleris conuincantur tum in Deum tum in homines, semen scilicet cognitionis Dei ad cum colendum, & discrimẽ aliquod iusti & iniusti: unde lex illa naturæ orta ad quam Paulus uitam hominum exigens, omnes ac singulos manifestò coarguit. Iniustè ἐν ἀδικίᾳ. Hebr. בחמס, pro quo ad uerbum uulgata & Erasmus, in iniustitia. Est autem iniustitia suum cuique non reddere. Quum igitur ueritas nos doceat unum uerum Deum ut omnipotentẽ & æternum colere, & nulli facere iniuriam, & huic quodammodo gestiat ipsa ueritas erumpere: iniustè faciunt homines quòd nec uerum numen ritè colant, nec cessent alios atque adeò seipsos lædere: & ueritatem quasi intus luctantem reprimunt quominus uim suam exerat. Accipitur ergo nomen ἀδικίας in hoc loco latiore significatione quàm in superiore membro.

19 In ipsis: ἐν αὐτοῖς. Sic malui conuertere, quàm, inter eos, uel apud eos: sicut nonnulli fecerunt. Puto enim seruandam propriam significationem præpositionis ἐν, ut ἐν αὐτοῖς idem ualeat atque In ipsorum animis, & quasi intra eos: quia hæc Dei notitia recondita est quasi in imimis mentis penetralib. ut uelint nolint idololatræ, quoties sese adlubent in consilium, toties à seipsis redarguantur.

20 Dum per res conditas intelliguntur τοῖς ποιήμασι νοούμενα. id est cognita ex rerum conditarum contẽplatione, Erasmus ποιήματα interpretatur Opera, paulò obscurius: quòd operum nomen latius pateat. Sed idem participium νοούμενα rectius conuertit per præsens Dum intelliguntur, quàm per præteritum Intellecta.

Ex creatione mundi ἀπὸ κτίσεως κόσμου. Vulgata, à creatura mundi: id est ab homine, ut ineptè nonnulli explicant: quum Paulus pulcherrima serie ostendat quibus gradibus homo, intelligentiæ lucem sequutus, ad æternam usque Dei potentiam ac diuinitatem conscendat. Primum igitur (inquit) homo res conditas contemplans, huc perducitur ut aliquem esse fateatur à quo hæc omnia sint condita, & cuius uirtute administrentur. Inde uerò ad æternam eius potentiam ac diuinitatem prouehatur necesse est. Siquidem eum qui omnia condidenit, rebus omnibus conditis antiquiorem, ac proinde æternum esse oportet: & incredibilis ista uis quæ tãtæ regendæ moli sufficiat, excellentior sit necesse est quauis alia etiam præstantissima uirtute. Id ipsum autem est quod Deum uocamus, qui rursus nisi unus sit, certè neque is sit qui omnia condiderit, neque qui omnia administret: ac proinde neq; æternus, neq; omnipotẽs, neque αὐτάρκης, denique Deus non fuerit. Aeterna scilicet eius tum potentia tum diuinitas. ἥτε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης. Vulgata, sempiterna quoque eius uirtus & diuinitas. Erasmus. Ipsaq; æterna eius potentia ac diuinitas. At ego existimo particulam τε non copulatiuè, sed per epexegesin explicandam: & his uerbis Paulum declarare quid sit illud γνωστὸν τοῦ θεοῦ, & quæ illius ἀόρατα quæ Deus hominibus patefecit, dum sese illis contemplandum in rebus cõditis, tanquam in speculo quodam exhibet. Inepte igitur Origenes per inuisibilia Dei intellexit inuisibiles spiritus, & quicquid humanis oculis inaspectabile Deus condidit.

21 *Tamen* ut Deum non glorificarunt, οὐχ ὡς θεὸν ἐδόξασαν. Addidi particulam *Tamen*, quæ optimè conuenit huic loco, & interdum ex Hebræorum idiotismo desideratur, ut diximus Matth. 2. a. 6, & Iohan. 10. f. 30. Deinde aduerbium negans quod & ipsum erat Hebræorum more transpositum (ut alibi est à nobis aliquoties obseruatum, ue luti Iohan. 6. d. 32. & 38.) suo loco reposuimus, quod alioquin uideretur membrum unum deesse explẽdæ sententiæ. Nam quum audis, Non ut Deum glorificarunt, statim uenit in mentem ut quæras, si non ut Deum, quomodo igitur glorificarint. Cæterùm Deum ut Deum glorificare is demum dicitur qui Deum colit eo cultu qui ipsius æternæ potentiæ ac diuinitati conueniat. qua in parte necesse est ut omnes homines se hallucinatos esse confiteantur: atque adeò Iudæi ipsi partim in cęremonijs ipsis hærentes & opere operato, quod uocant: partim suis traditionibus ritus à Deo traditos corrumpentes. Eant nunc nostri Pharisæi, & clamitent, bene fieri quicquid fit bona (quam dicũt) intentione.

In ratiocinationibus suis, ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν. Vel (ut uertit Erasm.) per cogitationes suas. nisi quod Ratiocinationes malim interpretari. Huc enim homines cum ratione (quodaiunt) insanientes, deuenerunt, ut magis ac magis sese uanos esse ostenderent. qua de re si quis legerit Ciceronis De natura deorũ dialogos, & cũ hoc Pauli loco contulerit, comperiet quàm merito omnes à Spiritu Dei coarguamur impietatis. Interpretor autẽ ἐματαιώθησαν Vani facti sunt, potius quàm frustrati sunt, cũ Erasmo: aut Euanuerũt, cũ Vetere interprete: quia opinor Apostolũ hoc uocabulo non tãtùm declarare istos nõ effecisse quod sperabant, sed potius tam sollicitè cogitando, nihil tãdem nisi planè uanum & inane constituisse, idola scilicet, id est falsarum cogitationum falsa simulachra, quæ idcirco dicuntur nihil esse, Corint. capite octauo. a. 4, & ab Hebræis uocantur הבלים. 22 Quum profiterentur, φάσκοντες. Vel, Quum

A ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν.

23 Commutarunt enim gloriam incorruptibilis Dei, formata imagine mortalis hominis, & uolucrium, & quadrupedum, & reptilium.

διὸ καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν, εἰς ἀκαθαρσίαν, τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς·

24 Quamobrem etiam tradidit eos Deus cupiditatibus cordium suorum in impuritatẽ, ut ignominia afficerent corpora sua inter se: *Peccatum pœna peccati.*

οἵτινες μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν τοῦ θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει, καὶ ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, ὅς ἐστιν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

25 Vt qui Dei ueritatem commutarint mendacio, & coluerint ac seruierint rebus creatis, præterito Creatore, qui est benedictus in secula. Amen.

διὰ τοῦτο παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς εἰς πάθη ἀτιμίας· αἵ τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν.

26 Propterea *inquam* tradidit eos Deus cupiditatibus ignominiosis: nam & fœminæ illorum mutarunt naturalem usum eo qui est præter naturam.

Vel, Quum putarent. Nam apud Hebræos אבר. quod respondet τῷ λόγῳ καὶ φάσει, accipitur etiam pro lotus & apud se aliquid constituere. ut Psal. 14. a. 1. Quidam conuertunt, Qui profitebantur se esse sapientes: ut hæc propriè pertineant ad omnium gentium philosophos, quales celebrantur Gallorum Druides, Thuscorum Aruspices, Græcorum Philosophi, Aegyptiorum sacerdotes, Persarum Magi, Indorum Gymnosophistæ, Iudæorum Rabbini. Hi sunt enim
B qui fœdis superstitionibus sese totumque uulgus imbuerunt, ut ex ipsorum libris & historijs apparet. Huc pertinet quod ait Cicero libro De natura deorum primo, Quis, inquit, tam cæcus in contemplandis rebus unquam fuit, ut nõ nideret, species istas hominum collatas in deos aut consilio quodam sapiẽtum, quo facilius animos imperitorum ad deorum cultum à uitæ prauitate conuerterent: aut superstitione, ut essent simulachra, quæ uenerantes, deos ipsos se adire crederent?

23 Commutarunt enim Καὶ ἤλλαξαν. Vulgata, Et mutauerunt. Erasmus, Mutaueruntque. Mihi uerò uidetur καὶ pro γὰρ usurpata. Incorruptibilis ἀφθάρτου. Erasmus, immortalis, qui tamen fatetur in annotationibus, amplius aliquid significare ἄφθαρτον quàm ἀθάνατον. Nam in sacris præsertim literis φθορὰ non modò ad θνῄσκειν, sed ad ποιότητα pertinet: quemadmodum etiam apud Latinos corrumpi dicitur animus uitijs, & perire etiam aliquis, qui tamen esse non desinit, sed uitiosus aut miserrimus: de quo plura dicemus, 1. Corinth. 15. g. 53, & Ephesiorum 4. g. 22. Formata imagine ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος. Vulgata, in similitudinem imaginis: quod est perobscuum imagine ad formam hominis effictæ, ut rectè conuertit Erasmus, recedens tamen paulò longius à Græcis. Mutare autem gloriam Dei, est pro glorioso Deo aliud amplecti: & notanda est duplex, atque adeò triplex antithesis. Opponitur enim natura ἄφθαρτος, id est omnis corruptionis expers, naturæ hominis tam uariæ & inconstanti: Deus omnium rerum opifex, rei ne conditæ quidem, sed effictæ duntaxat: Deus denique immensa gloria ac maiestate resulgens, rerum etiam abiectissimarum infimæ ac miserrimæ conditioni. Hoc est idololatrarum & ἰδιολοτρευσανόντων (id est omnium hominum) acumen, quibus uerbi Dei fax non prælucet.

24 Quam ob rem etiam Διὸ καί. Vulgat. & Erasm. prætermiserunt particulam καὶ, quæ tamen non est otiosa: neque copulatiue accipitur, sed (ut in conclusionibus solet) ostendit quàm firmum sit & iustum quod in conclusione ponitur uel negatur. Indicat igitur hoc in loco quàm iusta sit pœna qua Dominus impios homines affecit, id est, quæ sit peccati & supplicij analogia, quam pulchrè explicat Apostolus uersu 25 & 28. Deus (inquit) ab ho-
C minibus summa contumelia fuit affectus: æquum fuit igitur ut & ipsi à seipsis contumelia afficerentur. Deum cognitum noluerunt agnoscere homines pro Deo, neque cultum quem illi debebant exhibuerunt: æquum igitur fuit, homines in ijs tenebris uersari, ut alij alios non agnoscerent, & mutuis iniurijs sese conficerent. Hæc igitur uitiorum & scelerum, ac proinde omnium mundi calamitatum origo exstitit, quam non potuit perspicere carnis prudentia. Atque utinam hæc considerent principes qui religionis curam nihil ad se pertinere putant: & propositis politicis legibus, fieri posse sperant ut iustitia, ac proinde pax & tranquillitas inter ciues suos cõseruetur: quasi scilicet prius exhauriri possint rui quàm fons ipse obstruatur. Tradidit παρέδωκεν. Tradidit nimirum ut iustus iudex. Cedo uerò an qui facinorosum tradit carnifici, inuitus tradit an uolẽs? an carnificum arbitrio ita exponit, ut pœnæ genus certis finibus non circunscribat? cuius denique ui & authoritate agit carnifex? an non iudicis? Neque tamen quum hæc dico, carnificis opus cum iudicis imperio confundo. Quorsum igitur nonnulli, ut ueluti laboranti iustitiæ Dei subueniant, otiosam in Deo permissionem imaginantur? nempe ne Deus uideatur malorum author. Id uerò absit ut cuiquam bono uel in mentem ueniat. sed cauendum est etiam atque etiam ne hæc præpostera modestia in summam arrogantiam desinat. Quum enim Scriptura non uereatur ubique Deo dare quòd impios excæcet, induret, seducat, tradat in reprobũ sensum: præstat certè hęc fateri, & Deo gratias agere quòd nos respexerit, quàm uel pro reprobis litigare, uel nullam in Deo iustitiam agnoscere, cuius causa non possit à nobis intelligi: denique modestiæ cuiusdam prætextu, magis ac magis friuolas ac falsas distinctiones comminisci. Hæc igitur curiosis finamus: nobis satis sit mysteria Dei adorare, & illum precari ne nos pro nostris meritis, non dico sinat in tentationem induci, sed ne nos in tentationem inducat, ut loquitur ipse Dei filius.

25 Vt qui Dei ueritatem commutarint οἵ τινες. Vulgata & Erasmus, Qui. Ego uerò illo modo conuertere malui, ut ostenderem ista dici ἀντιλογικῶς, & cum proximo uersiculo prorsus cohærere.

Præterito Creatore, παρὰ τὸν κτίσαντα. Sic purè & eleganter conuertit Hilarius, libro de Trinitate duodecimo, quod quum obseruarit Erasmus, miror eum maluisse interpretari, supra eum qui condidit. Nam qui hoc modo loquitur, uidetur confiteri homines Deo quoque cultum aliquem exhibuisse, sed ita ut secundas demum partes tenuerit. Apostolus uerò ne hoc quidem hominibus concedit, sed eos potius coarguit, quòd totum illum cultum qui uni Deo debebatur, ad res creatas transtulerint. Vulgata, potius quàm Creatori: sententia quoque non ineptè expressa, quamuis à uerbis recesserit.

26 Propterea *inquam* Διὰ τοῦτο. Vel, propterea *igitur*. Nam perspicuitatis causa non ineptè poteſt aliud adiungi, ut epanalepsis intelligatur, quod quum non animaduerteret Origenes, tantum abest ut obscura illustret, ut contra quæ maximè sunt perspicua, obscuret.

Similiterq; etiam masculi, relicto naturali usu fœminæ, exarserunt per appetentiam sui alius in alium, masculi in masculos fœda perpetrantes, & compensationem (quam oportuit) erroris sui in sese recipientes.

Et sicut non comprobarunt ut Deũ agnoscerent: *ita* tradidit eos Deus in mentem omnis iudicij expertem, ut facerent quæ minimè conueniunt.

Oppleti omni iniustitia, scortatione, improbitate, auaritia, malitia, pleni inuidia, cæde, cõtentione, dolo, malignitate, susurrones,

Obtrectatores, Dei osores, contumeliosi, superbi, gloriosi, inuentores malorum, parẽtibus immorigeri,

Insipientes, fœdifragi, charitatis expertes, implacabiles, immisericordes.

Qui post Dei ius cognitum, *nempe* quòd ij

27 ὁμοίως τε καὶ οἱ ἄρρενες ἀφέντες τὴν φυσικὴν χρῆσιν τῆς θηλείας, ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους, ἄρσενες ἐν ἄρσεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι, καὶ τὴν ἀντιμισθίαν ἣν ἔδει πλάνης αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες.

28 καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα.

29 πεπληρωμένους πάσῃ ἀδικίᾳ, πορνείᾳ, πονηρίᾳ, πλεονεξίᾳ, κακίᾳ· μεστοὺς φθόνου, φόνου, ἔριδος, δόλου, κακοηθείας· ψιθυριστάς,

30 καταλάλους, θεοστυγεῖς, ὑβριστάς, ὑπερηφάνους, ἀλαζόνας, ἐφευρετὰς κακῶν, γονεῦσιν ἀπειθεῖς,

31 ἀσυνέτους, ἀσυνθέτους, ἀστόργους, ἀνελεήμονας.

32 οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ θεοῦ ἐπιγνόντες,

27 Compensationem ἀντιμισθίαν. Id est mercedem quæ meritis respõderet. Plus enim est ἀντιμισθία quàm μισθός, ut rectè annotauit Erasmus. Errorem autem uocat πλάνην, id est aberrationem à recta uia quam natura ipsa commonstrabat, ne quis errorem putet uocari ἁμάρτημα, id est peccatum per eam imprudentiam commissum, quæ ueniam mereatur. 28 Non comprobarunt οὐκ ἐδοκίμασαν. Id est, licut illis non uisum est, neq; placuit Deum agnoscere: ita etiam Deus illis ademit τὸ πρωτεῖον in mutua consuetudine, ita ut homo homini sit factus lupus. Vulgata & Erasmus non probarunt, ambigue: quia δοκιμάζειν id est probare, dicitur tam is qui explorat aliquid, quàm qui explorata comprobat: qua posteriore significatione accipitur hoc loco.

In mentem omnis iudicij expertem, εἰς νοῦν ἀδόκιμον. Id est in mentem insanam ac peruersam: unde fit ut adempta primùm conscientia, deinde etiam maxima ex parte syntereſi, homines tandem præcipites in omne scelus ferantur: quos ἀνεπιλήπτους uocat Apostolus, Ephes. 4. c. 19, & sæpenumero mortuos in peccatis: in quibus scilicet animus non multò melius faciat officium, quàm si essent mortui. Omnino enim uerissimum est Ciceronis illud, Hominem naturæ obedientem homini nocere non posse. Quod quum ita sit, quamuis nemo repente pessimus euadat, tamen certissimum est, nullos prorsus homines existere (si filios Dei excipias Spiritu ipsius sanctificatos) in quibus non extent manifesta illius diuini furoris uestigia. Itaque non satis rectè uidetur Erasmus ἀδόκιμον νοῦν interpretari Mentem quæ propter scelera omnibus displiceat. Est enim hæc interpretatio nimium (ut ita dicam) dilutata: sicut contrà qui Reprobam mentem interpretãtur A Deo reiectam, sicut reprobos opponimus electis: uidentur, meo quidem iudicio, multò seueriores quàm par sit. Ita enim uel omnes homines inter reprobatos numerare oporteret, uel eos duntaxat excipere quos Dominus maturè sanctificaret: id est antequam præcipites in hæc uitia ruerent. Nam aut hæc Pauli doctrina ad omnes homines sigillatim pertinet, quatenus sunt filii Adam, aut manca est ipsius disputatio hac in parte: quod statui nec debet, nec potest. Neque enim ualet hæc consequutio, Nonnulli legem naturæ uiolant, ij scilicet qui traditi sunt in reprobum sensum, id est reprobati: ergo lege naturæ nemo iustificatur. Sed firmum erit argumentum hoc modo, Nemo legẽ naturæ implet, imò uerò omnes (ut apparet ex flagitiosa ipsorum uita) ita insaniunt ut præcipites in scelera ferantur: ergo necesse est homines aliunde quàm à lege naturæ, id est à seipsis, iustitiam sperare. Nostrum uerò non est, certos fines aut temporum momenta Dei misericordiæ præscribere: & ipsa non modò promissionum formula, sed etiam experientia conuincit, Dominum interdum ex intimis etiam uitiorum gurgitibus electos uocare. Quid igitur? nempe ἀδόκιμον νοῦν hoc loco non debemus passiua significatione accipere, pro mẽte à Deo citra ullam ipsem salutis reprobata: sed actiuè potius, pro ea in qua sit etiam ad tempus uis illa iudicij & rationis sepulta: ut homo illa non utatur, sed quasi sublato boni & mali discrimine, pronus ad peccandũ ruat: qua significatione uidetur idem uocabulum explicandum, Tit. 1. d. 16. Itaque ut planius loquens, conscientiarum paci consulerẽ: malui uti periphrasi, quam cum Vetere interprete & Erasmo Reprobam mentem interpretari.

29 Malignitate, κακοηθίας. Sic rectius (ut opinor) Vetus interpres quàm Erasmus, qui conuertit, malis præditi moribus. Definit enim κακοήθειαν Aristoteles τὸ ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑπολαμβάνειν πάντα, id est, uitium illud quibusdam innatum, quo fit ut omnia in deteriorem partem accipiant. quo nomine à Plutarcho Herodotus acerrimè reprehenditur, inscripto libello περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας.

30 Glorioſi, ἀλαζόνες. Vel uani ostentatores: ut ferè solent errones & circulatores, quòd non possint ita facilè in mendacio deprehendi, ut is cui obiectum est, En Rhodus, en saltus. Differt igitur hoc uitium à superiore, quòd ἀλαζονεία uersetur in ueritate ac mendacio, ὑπερφρονία uerò in honore ac infamia.

31 Fœdifragi ἀσυνθέτους, id est pactorum ac conuentorum immemores, quas συνθήκας uocant Græci, sicut Demosthenes uulgus uocat ἀσυνθετώτατον, id est perfidiosissimum. Itaque uulgata non rectè conuertit incompositos. Charitatis expertes, ἀστόργους. Vulgata, sine affectione: quum non omnis affectio sit στοργή. Erasmus longiore circuitu, alieni à charitatis affectu. Intelligit autem Paulus στοργὰς φυσικὰς, ut parentum in liberos, mariti & uxoris, & alias eiusmodi quas Stoici stultè inter uitia numerarunt. Implacabiles, ἀσπόνδους. Id est (ut rectè expressit Erasmus) fœderis nescij: cuiusmodi uitium uocatur à Græcis μνησικακία, hodie inter aulicorum uirtutes numeratum. 32 Qui post Dei ius cognitum, οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ θεοῦ ἐπιγνόντες. Vulgata & Erasmus τὸ δικαίωμα τοῦ θεοῦ uertunt iusticiam Dei δικαιοσύνην τοῦ θεοῦ: quum iustitia illud declaret quo iustus Deus est, δικαίωμα uerò significet ius ipsum à Deo positum, quod à philosophis lex naturæ, à Iurisconsultis ius gentium dicitur. Quamuis enim Lex Mosis sit illius plana ac perfecta explanatio: tamẽ quum Apostolus aduersus omnes homines adhuc disseruerit, non possunt ista satis commodè de Lege Mosis intelligi. Quod autem attinet ad participium ἐπιγνόντες, non iam accipitur ut paulò antè, sed pro γνόντες. *Nempe* quod ὅτι. Sic legunt omnia Græca exemplaria quæ nobis contigit inspicere. Vetus tamen interpres (quem etiam sequitur Cyprianus lib. 1. epist. 4.) scriptum habet, non intellexerunt quoniam qui talia faciunt, &c. i. ἐ συνῆκαν ὅτι, &c. quæ uerba puto addita esse ad explanãdam sententiam, quia nimirum paulò pòst legit οἱ ποιοῦντες & οἱ συνευδοκοῦντες, de quo mox dicemus.

Non solùm

A ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες, ἄξιοι θανάτου εἰσίν) ὃ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσι.

qui talia faciunt, digni sint morte: non solùm ea faciunt, sed etiã patrocinantur ijs qui hęc faciunt.

ΚΕΦ. Β.

CAP. II.

Διὸ ἀναπολόγητος εἶ, ὦ ἄνθρωπε πᾶς ὁ κρίνων· ἐν ᾧ γὰρ κρίνεις τὸν ἕτερον, σεαυτὸν κατακρίνεις· τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις ὁ κρίνων. 1

Quapropter inexcusabilis es, ô homo quisquis *alios* damnas. nam hoc ipso quod damnas alterum, teipsum cõdemnas, eadem enim facis tu qui *alios* damnas.

οἴδαμεν δὲ ὅτι τὸ κρίμα τοῦ θεοῦ ἐστὶ κατὰ ἀλήθειαν ἐπὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας. 2

Scimus uerò quod iudicium Dei est secundum ueritatem aduersus eos qui talia agunt.

Non solum ea faciunt, ὃ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν. Isidorus in Græcis scholijs annotat, nonnullos legere, ὃ μόνον οἱ ποιοῦντες αὐτά, ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκοῦντες τοῖς πράσσουσι. id est (ut etiam uertit Vetus interpres) non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Atqui præterquam quòd in omnibus uetustis codicibus reperitur ea lectio quam sequuti sumus, habet etiam contextus si ita legeris, nisi suppleas aliquid, nempe illud ὃ συνῆκαν, id est non intellexerunt: quæ forma eclipseos est planè inusitata. Deinde multo uberior est sententia quam tumus amplexi. imponit enim Paulus quasi colophonem istorum portentorum enumerationi, addito eo scelere quo nullum est maius, quum scilicet non cõtenti peccare, aliorum etiam scelera pro uirili adiuuamus, & quidem aliqua cum uoluptate.

Patrocinatur συνευδοκοῦσι. Id est συνηγορεῖσιν, ut commodè (meo quidem iudicio) exponit Theophylactus, quẽ sum in eo sequutus. Alioqui τὸ συνευδοκεῖν alibi cõuertimus Comprobare seu assentiri. Hic uerò quiddam amplius uidetur significare: quum præsertim Chrysostomus duobus utatur in illo declarando, nempe τὸ συμπράττειν καὶ ὁμοψηφίζειν: quibus etiam Græca scholia adiiciunt εἰς τὸ κελεύειν παρακαλεῖν. Denique omnes consensionis species hoc uocabulo declarantur.

B IN CAPVT II.

1 Quapropter *διό*. Origenes ista cum proximis ita connectit, ut prorsus cohæreant: & caput secundum incipit à Scimus autem quòd iudicium Dei, &c. à cuius sententia non abhorret Erasmus. Si modo (inquit) superiore uersiculo addatur *οἱ*, ut legamus hoc pacto, ὃ μόνον οἱ αὐτὰ ποιοῦσιν ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι. Ego uerò non uideo (etiam si ita legeris) quomodo non hiet tota illa periodus, ut diximus in penultima superioris capitis annotatione. Deinde etiamsi hoc concederem ita esse ut uult Erasmus: quis tamen non uider Origenem bis peccare quum hæc ita connectit? Paulum enim aliud hominum genus aggredi satis ostendit uocabulum *ἕτερον*, quod significat reprehendere ac damnare: quum antea diserte ostenderit se aduersus illos agere qui & ipsi male agunt, & male agentes sua consensione iuuant. ex quo consequitur, ab Origene, quum ista connectit, diuersa prorsus argumenta coniungi. Deinde quod Paulus subiũgit, Scimus autem quòd iudicium Dei est secundum ueritatem: quis est tam cæcus qui no uideat adhiberi, ut quod paulo antè præcesserat, confirmaret? Alter ergo hic est error Origenis, quòd coniunctissima dirimat. Itaque uulgatam distinctionem sequi maluimus, quàm cum illo aberrare à scopo. Sed si hæc diuersa sunt (di cet aliquis) quorsum uitur Apostolus particula *διό*. qua sanè indicat ea quæ dicturus est à superioribus pendere? Reparti argumentum merito adhibere à cõmuni utriusq; ratione sumptũ. Genus est, Legẽ uiolare, ac proinde iustũ non se, sed iræ Dei obnoxium. Ratio generalis est, nosse ius Dei, quod uidelicet qui hoc uel illud agant, digni sint morte & nihilominus cotra ius Dei facere. Species diuersæ sunt: una, apertè Legẽ Dei uiolare: altera, nonnihil habere æquitatis & male agentes reprehendere. Aduersus illos egit priore loco Apostolus, istos nunc aggreditur: utroq; autem communi illa ratione confutat, ideoq; utitur particula *διό*. Quisquis *alios* damnas πᾶς ὁ κρίνων. Vulg. omnis qui iudicas. Eras. quisquis es qui iudicas. Nos Damnãdi uocabulo uti maluimus: primùm quia *κρίνειν* hoc loco accipitur pro Culpare & reprehendere, nec satis rectè à nonnullis restringitur ad iudices, uel politicos, uel Ecclesiasticos: deinde ut seruarem paronomasiam quæ est in uerbis Græcis *κρίνεις* & *κατακρίνεις*. Sed prudenter hoc quoq; considerandum est, non esse propositum Paulo, eorum factũ reprehendere qui aliorum uitia carpunt (neq; enim hoc ad propositam disputationem facit: & si rectè fiat, est in primis laudabile) sed potius ostendere, ne eos quidem qui non assentiũtur male agentibus, idoneam excusationem habere coram Deo, imò aduersus seipsos sententiam ferre.

Nam hoc ipso ἐν ᾧ γάρ. Vulgata, in quo enim: quæ interpretatio est nimium angusta. Pertinet enim duntaxat ad eos qui eorundem uitiorum sunt rei: ut si quis impius impium, aut adulter adulterum reprehendat, quod non est perpetuum: quia fieri potest ut furari minimè uelit qui furem damnet. Paulus autem in ipso genere paritatem istam non in crimnis specie considerat: itaque posse fieri negat ut qui alium reprehendit, idcirco iustus sit coram Deo. Cur enim reprehendit? nempe quia iudicat eum male agere, id est Legem uiolare: ecquis autem est qui Legem non uiolet aliqua in parte? Itaque quisquis alios damnat ut Legum transgressores, ipse seipsum eo ipso condemnat quòd alium damnet. C

In uno codice scriptum erat οὐ ὦ γὰρ ἁμάρτει, quod puto irrepsisse ex Matt. 7. a. 2, neque ad rem pertinet.

Eadem enim τὰ γὰρ αὐτά. Non inculcat Apostolus quod in extremo capite superiore dixerat, ut putauit Erasmus. Neque enim idem declarant. αὐτὰ & τὰ αὐτά, id est ea & eadem. Verum cur ita loquitur, quum qui alios reprehendunt, non semper ijsdem uitijs sint obnoxij? Respondet Paulus sequenti uersiculo, quem idcirco diximus cum isto prorsus connectendum. 2 Scimus uerò, οἴδαμεν δέ. Prudenter Paulus in hac tota disputatione non adhibet sententias ex uerbo Dei petitas (dissérit enim aduersus omnes homines in genere, inter quos pauci admodum uel de ipso nomine uerbum Dei cognouerant) sed potius προλήψεις & communes illas notiones quas Deus in hominis natura ita insculpsit, ut Satan prorsus delere nunquam potuerit: cuiusmodi hæc est, Deum longe acutius omnia cernere quàm homines, & iustissimum esse scelerum uindicem: quò etiam pertinet tritus ille apud Græcos uersiculus Ραδ' ἐφορᾷ θεὸν ἔλλεπόρ ὀμμα. Secundum ueritatem κατ' ἀλήθειαν. Spectat interiores motus Paulus, quos Deus intuetur, & hominum opiniones diuinis iudicijs opponit: quæ uera est ratio homines coarguendi, quãmuis aut alijs, aut sibijpsis iusti uideantur. Seuerus es aliorum reprehẽsor, atqui mirum est ni ijsdem uitijs intus scateas, quæ in alijs reprehendis: certè eorundem uitiorum semina in te inesse oporter, si homo es: & ut nõ ijsdẽ sceleribus sis obnoxius, neq; hoc uel illo crimine contaminatus: tamen alia intus foues nihilominus execranda coram Deo. denique etiamsi tibi non sis conscius ullius sceleris (quod tamen fieri non potest) quàm multa ducis pro uirtutibus, quæ coram Deo manifesta sunt scelera: & tu quoque, si propius inspiceres, scelera esse confitereris? Socrates in foro disserit de uirtute, & religionem interim, id est publicum errorem colit: siquidem moriẽs iuber gallum Aesculapio reddi: quinetiam cõmunes esse mulieres oportere censet. Nam certè Plato non seruauit τὸ πρέπον, si hos sermones falsò tribuit præceptori. Cato acerrimus uirtutis custos, fœnus iniquissimum exercet, uxorem prostituit, nec dubitat sibi mortem conscisce re. Idem de cæteris esto iudicium. Itaque Paulus hoc uno uerbo uniuersam carnis sanctimoniam ad inferos detrudit, & merito in istos acrius quàm in alios omnes inuehitur.

4 Copiam

Putas autem hoc ó homo qui damnas eos qui talia faciunt, & facis eadem, fore ut tu effugias iudicium Dei?

3 λογίζῃ δὲ τοῦτο, ὦ ἄνθρωπε ὁ κρίνων τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας, καὶ ποιῶν αὐτά, ὅτι σὺ ἐκφεύξῃ τὸ κρῖμα τοῦ θεοῦ; A

An copiam benignitatis eius & tolerãtiæ ac lenitatis contemnis, ignorans quòd benignitas Dei ad resipiscentiam te allicit?

4 ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀνοχῆς, καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει;

Ad pœnitentiã inuitat Deus sua tolerantia.

Sed pro duritia tua & corde resipiscere nescio, thesaurizas tibi ipsi iram in diem iræ & declarationis iusti iudicij Dei:

5 κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς, καὶ ἀποκαλύψεως δικαιοκρισίας τοῦ θεοῦ,

Qui reddet unicuiq; secundum opera ipsius:

6 ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ,

Iis quidem qui perstant, boni operis gloriam & honorem & immortalitatẽ, *id est* iis qui quærunt uitam æternam.

7 τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ, δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν ζητοῦσι, ζωὴν αἰώνιον.

Iis uerò qui sunt contentiosi, & qui uerita ti quidem non obtemperant, sed obtemperant iniustitiæ, *reddetur* excandescentia & ira.

8 τοῖς δὲ ἐριθείας, καὶ ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ, πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ, θυμὸς καὶ ὀργή.

4 Copiam τῆ πλούτου. Quum πλοῦτος propriè declaret diuitias (ut conuertit Vetus interpres) solet transla titiè usurpari à Paulo, quoties ingentem alicuius rei uim ac copiam uult intelligi: sicut obseruauit Erasmus, ut infrà cap. 9. c. 23, & alibi sæpe. Lenitatis μακροθυμίας. Vulgata, longanimitatis, Barbarè. Quidã, lentitudinis, id est, ἀργησίας, quæ inter uitia meritò numeratur. Vide Matth. 18. c. 26. Allicit? ἄγει; Vulgata, adducit? quod uidetur declarare exterum, quum hic significetur duntaxat consilium ac uoluntas. 5 in diem ἐν ἡμέρᾳ. Sic malo interpretari quã in die, quia de futuro loquitur. Huc pertinet egregium illud Homeri dictum Iliados θ, quod adscribere libuit, ut intelligamus quàm eruditè disputet Apostolus ex communibus humanæ mentis prænotionibus. Sic igitur Agamemnõ de Troianorum periurio conquerens, Εἰ ὤ ῥ' ὀργή τε καὶ οὕτω ὀλυμπίος ὐκ ἐτέλεσσεν Εἰ δὲ καὶ ὧδε τέλει, σώ γε μεγάλῳ ἀάσθησαν Σιὼ σφῶν παραλῦσι, γυναικί τε, καὶ ἑπάσσαι. Iusti iudicij δικαιοκρισίας. Vetera exemplaria legũt καὶ δικαιοκρισίας, & Græca etiam scholia. Mihi tamen magis placet omitti coniunctionem: quomodo Vetus interpres conuertit, & citat Augustinus lib. contra Iulian. 5. cap. 3, & De ciuitate Dei 1. cap. 8. Cæterum cui tantùm est otij ut nugas uelit cognoscere, cur scilicet Deus in ultimum diem reiecerit uniuersale iudicium legat quæ Origenes suo more in hunc locum φιλοπερλογεῖ, aditum scilicet patefaciens mortuorum inuocationi, & igni purgatorio detorto etiam ad sua somnia Apostolico dicto, 1. Tim. 5. d. 24, Quorundam hominum peccata antè manifesta præcedunt in iudicium, quosdam autem etiam subsequuntur, quasi in eo loco Paulus de supremo illo Dei iudicio differat.

6 Secundum opera ipsius κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ergo (inquiunt Sophistæ) etiam operibus iustificamur coram Deo. Ego uerò contrà colligo quod differre aiunt Dauid & noster Apostolus infrà cap. 5. c. 20, Ergo ex operibus suis nullus hominum iustificabitur. Ecquis enim afferet hæc opera quibus uitam æternã persolui dicit Apostolus? an homines non regenerati? atqui reuelatur ira Dei aduersus omnes homines, quia omnes peccauerunt. an filij Dei? at ne Abraham quidem habet de quo glorietur coram Deo, ut infrà cap. 4. a. 2. Ergo unus Christus hæc afferet, factus nimirũ nobis iustitia & iustificatio, quem quidem sola fide apprehendimus. Quis enim dedit illi prior, & retribuet ei? Ergo qui huius loci testimonio abutuntur stabiliendæ operum iustitiæ, præterquam quod manifestissimè detorquent Pauli uerba in contrariam prorsus sententiam, inepte etiam ac planè sophisticè assumunt ζητουμένου in argumentãdo.

7 Iis quidẽ qui perstat. τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν. Id est τοῖς μὲν ὑπομένουσιν, ut contẽtiosos uocat τοὺς ἐξ ἐριθείας, & circuncisos τοὺς ἐκ περιτομῆς: ut etiam explicat Ambrosius, & distinguunt Græca scholia. Eras. autem Origenẽ sequutus, coniungit ἔργου ἀγαθοῦ cum ὑπομονὴν, & omnia hæc subijcit participio ζητοῦσι. Sic enim interpretatur, illis quidem qui perseuerantes in opere bono, gloriam & honorem & incorruptionem quærunt, uitam æternam. Vulg. autem uertit ad uerbum, Iis quidem qui secundũ patientiã boni operis gloriam & honorẽ & incorruptionẽ quærit, uitã æternã: eadẽ distinctione seruata, nisi quòd Boni operis, potest construi cum iis quæ sequuntur. Boni operis gloriam ἔργου ἀγαθοῦ δόξαν. Id est gloriam bonis operibus debitam. Sic enim multò planior & magis perspicua est sententia, quam si ἔργου ἀγαθοῦ coniungas cum ὑπομονὴν, neq; aliã distinctionẽ norunt Græca scholia quæ sequuti sumus: ut planè miretur Erasmum aliter tradidisse. Ecce uerò iterum insurgunt Sophistæ, & mercedem proponunt operibus debitam. Cedo uerò quos alloquitur Apostolus? an eos in quibus fides operatur? atqui de ijs nondum disserit: & differtè etiã testatur Augustinus, bona opera non præcedere iustificandum, sed iustificatũ sequi: quod & ipsum docet sensus communis: siquidem arbor fructum gignit, non fructus arborem à qua gignitur. Superest ergo ut eos alloquatur Apostolus qui Christo nondum per fidem sunt insiti. Isti uerò quæ bona opera proferent? Siquidem quicquid absq; fide fit, peccatum est: fides autem est ex auditu, isti uerò uel non audierunt, uel certè non didicerunt. At enim si tales nulli sunt quales hic describit Paulus, cur hoc profert? an ut uanam aliquam ideam proponat? minimè uerò, sed ut hac posita conditione salutis omni ex parte quo ad hominis uires ac facultates ἀδυνάτῳ omnes sua ipsorum iustitia ipsos ad eum adducat, à quo uno per solam fidem apprehenso, gratis iustificentur: ut ipse differtè concludit infrà 3. c. 20. 21, & deinceps Id est ijs qui quærunt ζητοῦσι. Sic rursus distinguunt Græca scholia, & rectè, meo quidem iudicio. Nam eiusmodi epexegeses frequentissimè occurrunt, ut in Iohanne præsertim annotaui. Addidi tamen particulã exegeticam, ut planior esset sententia. Explicãt ergo Apostolus quinam sint καθ' ὑπομονὴν. ij scilicet qui ad immortalem uitam nullis doloribus aut molestijs fracti peruenerunt: quo pertinet illud Hesiodi, Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν Ἀθανάτοι, χαλεπὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν, Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον, &c. Hæc igitur recte philosophi: sed in eo tamen hallucinati, quòd homines putarunt diligentia & longa consuetudine uirtutis habitũ consequi, quum ne ingredi quidem uiam possint, ne dum ut ad metã perueniãt: ut Paulus uno uerbo exposuit quum diceret κατὰ ἀλήθειαν iudicare. Quæ uerò disputat tribus pagmis Origenes in hunc locum de fidelium luctã, planè sunt ἀπροσδιόνυσα, quum illos Paulus non alloquatur.

8 Excandescentia θυμὸς, id est, ira subitò inflammata, Dei scilicet in peccatorẽ, non ipsius peccatoris in sese, ut putauit Origenes. Solent autem Græci interpretes pro eo quod in Scripturis dicitur חברה θλῖψαρ, id est, oppressionem, pro צרה στενοχωρίαν, id est angustiam: estque ἀπὸ κοινοῦ, per syllepsin subaudiendum ἀκοολουθήσεται, quum alioquin dicendum θυμῷ καὶ ὀργῇ quarto casu. Sed & illud annotandum est, Veritatis appellatione non iam prædicationem uerbi Dei, sed naturalem notitiam intelligi, ut suprà uersu 18, quod quia Origenes

A θλῖψις καὶ στενοχωρία ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου τοῦ κατεργαζομένου τὸ κακόν, ἰουδαίου τε πρῶτον, καὶ ἕλληνος·

9 Oppressio & angustia aduersus omnem animam hominis perpetrantis malum, tum Iudæi in primis, tum etiam Græci:

δόξα δὲ καὶ τιμὴ καὶ εἰρήνη παντὶ τῷ ἐργαζομένῳ τὸ ἀγαθόν, ἰουδαίῳ τε πρῶτον, καὶ ἕλληνι·

10 Gloria uerò & honor & pax omni operãti bonũ tum Iudæo in primis, tum & Græco.

οὐ γάρ ἐστι προσωποληψία παρὰ τῷ θεῷ.

11 Non enim est personarum respectus apud Deum.

ὅσοι γὰρ ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται· καὶ ὅσοι ἐν νόμῳ ἥμαρτον, διὰ νόμου κριθήσονται.

12 Quicunque enim sine Lege peccauerunt, sine Lege & peribunt: & quicunque in Lege peccauerunt, per Legem damnabuntur.

οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ θεῷ, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται.

13 (Non enim qui audiunt Legem, iusti sunt apud Deum: sed qui Legem præstant, iustificabuntur.

(ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῶσιν, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες, ἑαυτοῖς εἰσι νόμος·

14 Nam quum Gentes quæ Legem non habent, natura quæ Legis sunt faciant, isti Legẽ non habentes, sibi ipsis sunt Lex,

οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως, καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν

B λογισμῶν κατηγορούντων, ἢ καὶ ἀπολογουμένων.

15 Vt qui ostendant opus Legis scriptum in cordibus suis, unà testimoniũ reddente ipsorum conscientia, & cogitationibus sese mutuò accusantibus, aut etiam excusantibus.)

ἐν ἡμέρᾳ ὅτε κρινεῖ ὁ θεὸς τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

16 In die quo iudicabit Dominus de occultis hominum *factis* ex Euangelio meo per Iesum Christum.

Ἴδε σὺ Ἰουδαῖος ἐπονομάζῃ, καὶ ἐπαναπαύῃ τῷ νόμῳ, καὶ καυχᾶσαι ἐν θεῷ,

17 Ecce, tu cognominaris Iudæus, & acquiescis in Lege, & gloriaris in Deo,

genes & ex ueteribus nonnulli non uiderunt, totam Pauli disputationem perturbarunt. 9 Oppressio θλῖψις. Plerique connectunt hæc duo cum præcedentibus, quod non incommode etiam fieri potest. Sed mihi uidetur melius respondere antithesis uersiculi decimi, si nouam periodum hic inchoemus.

11 Non est personarum respectus. ἔστι προσωποληψία. Ergo (clamitant præposteri quidam diuinæ iustitiæ patroni) Deus neminem ab æterno reprobauit. Mirum certè hominum acumen, qui quum negare non possint Deum aliquos ab æterno elegisse in semetipso, tamen imaginantur, sic potuisse nonnullos eligi ut nullus repudiaretur. Deinde sciendum est, eligere aliquos, & aliquos reprobare ab æterno, non esse προσωποληψίαν: sed si Deus ex aliquot paribus nonnullos in ipsis eligeret, id est qualitatem aliquam respiciens in ipsis hærentem, alios uerò repudiaret, tum demum προσωποληπτεῖ, ac proinde (quod absit) iniquus iudex humanæ rationi uideri posset. Quum uerò tanquam figulus priusquam uasa condat, alia gloriæ, alia contumeliæ destinat, quæ tandem hic esse potest προσωποληψίας suspicio? Denique πρόσωπον non declarat ipsos homines, sed externas qualitates, & quidem non sine distinctione, ut diximus Marci 12. b. 14. 13 Iustificabuntur. δικαιωθήσονται. Id est iusti pronuntiabuntur. ut sanè iusti sunt apud Dei tribunal. Quid igitur superest (dicet Sophista) quominus operibus decidas aliquam saltem iu-
C stitiæ partem? Respondeo, hoc ipsum superesse quod tu nusquam nisi in uno Christo inuenies, id est ut istam iustitiam afferas. Istam si habes, profer, & sanè iustus eris ex Lege. sed quum non habeas, nisi forte iustior es quàm Abraham & Apostolus ipse, clamans se non esse sibi conscium, nec tamen in hoc iustificatum: aut tibi, miser Sophista, cum tuis meritis, bullis & indulgentijs pereundum est: aut (quod utinam potius facias) amplectenda tibi iustitia ex fide & Gratia, quæ iustitiam absque Lege tibi imputatam stabiliat. Cæterùm notandum est uersiculos 13. 14. 15, parentheseos esse includendos, ita ut 16. cum duodecimo connectatur: in quo non dubito quin mihi assentiatur quisquis diligẽter inspexerit disputationis seriem. Deinde parenthesis in duas partes distinguitur. Nam uersiculus decimus tertius ad Iudæos pertinet quos dixerat per legem condemnandos, ad quorum etiam causam agendam paulatim progreditur Apostolus. Reliqui uerò duo uersiculi confirmant quod dixerat, perituros sine Lege qui sine Lege peccarunt. Quia, inquit, ut Legem Mosis non habeant (cœpit enim Gentes Apostolus cum Iudeis comparare) habent tamen aliã legem in cordibus suis insculptam: quod uel ex eo produnt, quòd & ipse inter uitia & uirtutes (præeunte illa luce) discrimen aliquod constituunt, ut plane sint αὐτοπελόγητοι. Hæc est germana huius loci explicatio: quam quum plerique ex ueteribus non obseruarint, mirum est quantum à scopo Apostoli aberrarint: dum alij putant hæc accipienda de Gentibus, quæ in Christum prædicatum crediderunt: alij naturam intelligunt fide in Christum restitutam: alij etiam disputant de ijs qui ex Gentium numero in Christum uenturum crediderunt, ut Melchisedec, & si qui alij tales fuerunt. quæ omnia quàm parùm apposite dicantur, res ipsa ostendit. Est enim uniuersalis hæc doctrina ad omnes omnium ætatum profanos homines pertinens, nec ad commendandas illorum utrtutes accommodata, sed huc potius ut omnis excusatio illis adimatur.

16 In die ἐν ἡμέρᾳ. Hæc (ut modò dixi) cum uersiculo duodecimo cohærent. Itaque ineptè profectò facit qui in superiore uersiculo συμμαρτυρούσης conuertit Tetrabiblos, itemque λαζεγορούντων, accusabunt, & ἀπολογουμένων defendent: ut cum istis cohæreant. Nam præterquam quòd temporis ratio repugnat (quod temere mutandum non erat) hoc modo fiet ut multò sit infirmius Pauli argumentum, si testimonium illud conscientiæ (ex quo colligitur Gentes in animis suis inscriptum gerere quod Iudæi in tabulis lapideis in tempus illud supremi iudicij reiiciatur. Sed multò etiam magis reprehendendus Vetus interpres, qui λογισμῶν κατηγορούντων uertit secundo casu, cogitationum accusantium: quum hæc constet absolutè poni, sicut Erasmus rectè annotauit.

17 Ecce ἴδε. Nunc peculiariter differit aduersus Iudæos Lege Mosis confidentes. Itaque optimè conuenit hæc particula illos ἐπαναπαυομένους, id est quasi Legi placidè indormientes excitans, ut apertum ac proximum periculum cernant. Vulgata: si autem, εἰδὲ: quo modo scriptum inuenimus in tribus codicibus. Sed & Origenes & Ambrosius & Theophylactus ita uidentur legisse: neque tamen dubito quin ἰδὲ scribendum sit.

Et nosti *eius* uoluntatẽ, & internoscis quæ discrepant, institutus ex Lege:

18 γινώσκεις τὸ θέλημα, καὶ δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα, κατηχούμενος ἐκ τοῦ νόμου. A

Confidisq; te ducem esse cęcorum, lucem eorum qui *sunt* in tenebris,

19 πέποιθάς τε σαυτὸν ὁδηγὸν εἶναι τυφλῶν, φῶς τῶν ἐν σκότει.

Eruditorem insipientium, magistrũ infantium, ut qui habeas informationẽ cognitionis ac ueritatis per Legem.

20 παιδευτὴν ἀφρόνων, διδάσκαλον νηπίων, ἔχοντα τὴν μόρφωσιν τῆς γνώσεως καὶ τῆς ἀληθείας ἐν τῷ νόμῳ.

Qui igitur doces alium, teipsum non doces? qui prædicas non furandum, furaris?

21 ὁ οὖν διδάσκων ἕτερον, σεαυτὸν οὐ διδάσκεις; ὁ κηρύσσων μὴ κλέπτειν, κλέπτεις;

Qui dicis non mœchandũ, mœcharis? qui abominaris idola, sacrilegium admittis?

22 ὁ λέγων μὴ μοιχεύειν, μοιχεύεις; ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα, ἱεροσυλεῖς;

Qui de Lege gloriaris, per Legis transgressionem Deum dedecoras?

23 ὃς ἐν νόμῳ καυχᾶσαι, διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τὸν θεὸν ἀτιμάζεις;

Nam nomen Dei propter uos blasphematur inter Gentes, sicut scriptum est.

24 τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ θεοῦ δι' ὑμᾶς βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καθὼς γέγραπται.

Circuncisio. Iudei.

Nam circuncisio quidem prodest, si Legẽ seruaris: quòd si transgressor Legis fueris, circuncisio tua præputium facta est.

25 περιτομὴ μὲν γὰρ ὠφελεῖ, ἐὰν νόμον πράσσῃς· ἐὰν δὲ παραβάτης νόμου ᾖς, ἡ περιτομή σου ἀκροβυστία γέγονεν.

Ergo si præputium iura Legis seruauerit, nónne præputium illius pro circuncisione reputabitur?

26 ἐὰν οὖν ἡ ἀκροβυστία τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου φυλάσσῃ, οὐχὶ ἡ ἀκροβυστία αὐτοῦ εἰς περιτομὴν λογισθήσεται; B

Et quod est ex natura præputium, si Legẽ seruet, damnabit te qui per literam & circũcisionem transgressor es Legis?

27 καὶ κρινεῖ ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία τὸν νόμον τελοῦσα, σὲ τὸν διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς παραβάτην νόμου;

18 Exploras quæ discrepant, δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα. Gloriamini, inquit, de Deo, id est quòd noueritis Dei uoluntatem, & possitis discernere quæ ab illa discrepant, ut qui sitis à pueris instituti in Lege. Sic Philip. 1.b.10, idem dicendi genus explico. Vulgata, probas utiliora: quo modo etiam interpretatur Theophylactus. Nam τὸ διαφέρειν interdum accipitur pro συμφέρειν, id est utilem esse, ut prolatis exemplis ostendit doctissimus Budæus: quum Erasmus de eo uideatur dubitare. ideo conuertere maluit, probas eximia, quia τὸ διαφέρειν interdum declarat præstare & antecellere. Mihi uerò neutra interpretatio satis placuit.

20 Infantium, νηπίων. Eras. imperitorum, Nam, inquit, nemo infantes docet. Ego uerò id fateor: sed quis non uidet Apostolum his epithetis repræsentare Iudæorum fastum, qui cæteros homines non tantùm pro imperitis, sed quasi pro infantibus haberent? Itaque nisi infimum istum imperitiæ gradum significaris, perbit huius dicti energia. Informationem μόρφωσιν. Id est rationem instituendi ac formandi alios in cognitione ueritatis. Quod autem nõnulli accipiunt pro mani ac falsa specie cognitionis, haud satis scio an possit conuenire, quum hæc à Paulo referantur συμπαθῶς in Iudæorum persona: quos quidem certum est, non uanam, sed solidam sibi Legis peritiam arrogasse: quanuis falsa hæc esset eorum opinio, ut apparet ex Nicodemi cum Christo colloquio.

26 Si præputium ἐὰν ἡ ἀκροβυστία. Priore hoc loco præputium accipitur pro præputiato, id est pro ipso incircunciso. metonymicè alioquin quid declararet præputium præputii? posteriore autẽ loco, non pro ipso incircunciso, sed pro eius statu ac conditione ponitur, id est pro incircuncisum esse, siue pro Gentilismo, ut ita dicam: ut in superiore uersiculo, quum diceret circuncisionem uersam esse in præputium, i. Iudaismum in Gentilismum. nam certè pro illa pellicula neutro loco uidetur satis commodè accipi posse. Iura Legis τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου. Quid significent δικαιώματα diximus Luc. 1.a.6, ubi constituta uertimus, hic uerò maluimus iura interpretari, quia in genere, hoc uocabulo significatur hoc loco quicquid Lex fieri præcepit: ut apparet ex antithesi, quũ opponatur ὁ παραβάτης τοῦ νόμου transgressor Legis, ei qui τὰ δικαιώματα obseruat. Vulg. & Eras. uerterunt, iustificationes, de qua interpretatione dicam infrà 5.c.16. Pro circuncisione εἰς περιτομήν. Id est pro circuncisum, seu ex populo Dei esse. Itaq; utitur uerbo λογίζεσθαι, de quo dicemus infrà cap. 4. 27 Quod est ex natura præputium, ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία, Id est qui natura & genere est incircũcisus, ut apparet ex antitheti. Sic Galat. 2.c.15, ἡμεῖς φύσει Ἰουδαῖοι, nos qui nati sumus Iudæi.

Si Legem seruet, τὸν νόμον τελοῦσα. Vulgata conuertit Legẽ consummans, & putat Origenes obseruandam propriã significationem uerbi τελεῖν, nempe ut significet aliquid amplius quàm φυλάττειν, & hoc ad externam ceremoniam, illud ad spiritualem obseruationem spectet. Ego uerò puto hæc esse synonyma: quod etiam liquet ex superiore uersiculo, quum alioqui τελεῖν propria significatione de uno tantùm Christo dici possit: ergo qui ex hoc loco colligũt Legem non esse eiusmodi ut præstari à nobis non possit, inepte certè faciũt: primum, quia (ut modò dixi) τὸ τελεῖν hoc loco opponitur non illi qui perfectè non præstet Legem, sed illi potius qui externa duntaxat cæremonia contentus, de Lege factis præstanda nihil laboret. Deinde quis nescit, in disputando multa poni quæ tamen non affirmentur?

Damnabit κρινεῖ. Hæc quoq; phrasis notanda est quæ in sacris literis frequẽtissimè occurrit, qua dicitur aliquis ab eo damnari, cuius honesto exemplo possit improbitatis aut uitij alicuius coargui. ut Matt. 12, d. 41. & 42. Per literã & circuncisionem διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς. Literæ uocabulũ Spiritui oppositũ solet Paulus peculiari quadam significatione usurpare. Nam primum omnium, quia Lex illa quæ Mosis dicitur, tũ Dei ipsius digito (ut Scriptura loquitur) insculpta est in tabulis, quo ad Decalogũ attinet: tum uerò Dei ipsius iussu à Mose literarũ monimẽtis tradita est: optima fuit ratio cur Lex illa diceretur γράμμα per antonomasiã: quod rectius conuerteris scriptũ quàm literam: & tamen uoluimus ex more literam interpretari. Sed aliquid tamen amplius spectauit Paulus. Nam quia lex non modò cæremonialis, sed etiã moralis, i. decalogus (quam uocant) ad Christum ducebat, qui nobis omni modo factus est iustitia: hunc autem Legis usum Iudæi partim ignorabant, partim aspernabantur: hunc factum est ut Paulus de Lege loquens, modò ex Iudæorum hypothesi, qui eam à Christo separatam, seorsim & per se consideratam sibi applicabant: modò ex uerò ipsius usu & Legislatoris uoluntate, uocabula excogitarit isti distinctioni accommodata. Itaq; Legem nudam

A nudam & à Christo separatam γράμμα uocare solet, tanquam scilicet mortuam quandam scripturam, quod ad salutem nihil prosit, carnis nostræ uitio, quia scilicet morbum duntaxat indicare potest in uisceribus nostris latentem, sanare uerò non item: quinetiam quia Lex illa extra Christi Spiritum cõsiderata, peccatum in nobis irritat: ut fiat supra modum peccans, & morti nos dedat, infrà 7.c.13: idcirco dicit Paulus literam occidere, & Mosis ministerium uocat ministerium mortis & condemnationis, 2.Cor. 3.b.6, & 7; & Legem quoque peccati uirtutem, 1.Cor.15.g.56. quæqui dem de uniuersa Lege accipienda sunt, quatenus extra Christum cõsideratur. Interdum uerò peculiariter hoc dicitur de cęremoniarum umbris, quarum corpus erat Christus. Hac igitur ratione Paulus hoc loco externam circuncisionẽ uocat γράμμα, ex qua dicit non metiendũ esse Iudaismum: quam alibi tradit nihil esse, 1.Cor.7.d.19: & alibi in genere dicuntur cæremoniæ Mosis, uiribus destitutæ & inutiles, Heb.7.c.18: & iustificationes carnis Heb.9.c.10: & litera obsoleta, infrà 7.b.6, ex illa scilicet quam ante dixi hypothesi, & quatenus Christus cæremonijs, 1. umbræ corpus ipsum successit. Nam alioquin circuncisio æstimata ex legitimo usu & legis latoris mente, fuit ad tempus sigillum iustiæ fidei, infrà 4.b.11, & Lex iusta & sancta meritò prædicatur. Huic autẽ literæ idẽ Paulus opponit Spiritum. 1. ipsam Legis substantiam, non in tabulis, sed in cordibus nostris per Spiritum Dei insculptam: qua ratione dicitur Spiritus uiuificare quos Lex occidit, 2.Cor.3.b.6: & hoc loco circũcisio Spiritus siue cordis quæ & ἀχειροποίητος dicitur, Co Ios.2.b.11, opponitur circuncisioni literæ, id est externæ & quidẽ seorsim consideratæ, qua etiam ratione Euangelicũ ministerium ministerio Mosis ex illa hypothesi oppositum, dicitur nõ esse literæ, sed Spiritus, 2.Cor.3.b.6. & 8, quia scilicet uis illa tota à Christo manat, cuius diẽ uidit quidẽ Abrahã, & salutẽ annũtiarunt Lex & Prophetæ: sed eminus tantũ, & admodũ obscurè præillis qui nouissimis tẽporib. exhibito iam Christo & Spiritu eius copiosissimè effuso, sermonẽ factæ reconciliationis summa cũ Dei uirtute annũtiatũr. Et hæc quidẽ habui quę in hũc locũ semel differerẽ, tũ ut hoc dicẽdi genus pro meo instituto explicarẽ. tũ uerò ut intelligeret lectores quo Spiritu ductus Origenes, ille cuius diligentiam nonnulli tantopere cõmendant, pulcherrimam hanc distinctionem literę occidentis & Spiritus ui uificantis profanarit, ut fœdis & impuris suis allegorijs Christi doctrinam omnium ludibrio exponeret. Taceo pluri ma tum falsa, tum absurda, quæ in hunc locum disserit, ueluti quòd aberrans à scopo Apostoli disputantis aduersus iustificationem ex lege cæremoniali, quærit quæ circuncisio prosit si Legem seruauerijs, & circuncisionem desinit, cauere mala, custodire Legem, facere quod rectum est: quasi propositum sit Apostolo docere, non satis esse abstinere à malo, nisi etiam facias quod bonum est. Deinde in aliam partem abreptus, definit eum dici φυλάκτωρ. i. custodire Legem qui secundum literã uiuit: τελεῖν uero. i perficere, qui secundum Spiritum. quæ quam absurde dicantur, res ipsa ostendit. Illud uerò nonne falsissimum est quòd tam pręfracte tuetur, proselytis ad Ecclesiam accedẽtibus non fuisse B impositam circuncisionis legem? & quidem impudentissimè detorquens quod scriptum est Exodi 12.g 48, & Ezech. 44.c.9. Illud uerò quantam ostendit ostitantiam, quòd Israelitas illos quos circuncidit Iosue in Galgal, existimat bis fuisse circuncisos, ut duas nobis circuncisiones cordis pro una constitueret? Sed de his plus satis. Vnũ tamen supereſt quod annotem, hunc locum perperam mihi uideri à quodam explicatum, qui ita conuertit, Qui natura præputiatus Legem exequitur, damnabit te qui literas & circuncisionem habens, contra Legem facis. Nam multò uehementius est quòd dicit Apostolus. Iudæos scilicet non modò non iustificari circuncisione externa, eo quòd transgressores essent Legis, sed etiam per eam ipsam circuncisionem transgredi Legem, ut qui hoc ipso profanarent sacrosanctum Domini symbolum. ueluti si hodie dicamus contra Sophistas, non modò non conferri gratiam ex opere operato Baptismi ijs qui sordes conscientiæ non abluerunt, sed quotidie magis ac magis se polluunt: ut etiam per hoc ipsum quòd baptizati sunt, magis sint iræ Dei obnoxij, ipsorum tamen uitio non Baptismi.

ὁ γὰρ ἐν τῷ φανερῷ, Ἰουδαῖός ἐστιν, οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ, ἐν σαρκὶ, περιτομή.

28 Non enim is qui *solùm* in propatulo *Iudæus sit*, Iudæus est: nec ea quæ *solùm* in propatulo *sit circuncisio* carnis, circuncisio est:

ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ, Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας, ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι· οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ θεοῦ.

29 Sed qui in occulto Iudæus *fuerit*, & circuncisio cordis, *id est* in spiritu, nõ litera: cuius *Iudæi*laus non *est* ex hominibus, sed ex Deo.

ΚΕΦ γ.

CAPVT III.

C Τί οὖν τὸ περισσὸν τοῦ Ἰουδαίου, ἢ τίς ἡ ὠφέλεια τῆς περιτομῆς;

1 Quæ est igitur præstãtia Iudæi? aut quæ utilitas circuncisionis?

πολὺ κατὰ πάντα τρόπον. πρῶτον μὲν γάρ, ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ θεοῦ.

2 Multa per omnem modum. Primarium enim *illud est* cp illis credita sunt oracula Dei.

28 Qui *solùm* in propatulo ὁ ἐν τῷ φανερῷ. i. qui foris duntaxat & externa circuncisione quæ fit manibus. Ideo addidi particulam exclusiuãque omnino subaudienda est, ne in errorẽ Manichæorũ incidamus, accusantiũ Legem, aut ex hoc loco colligamus, externa symbola uel impunè à nobis contemni posse, uel suo fructu carere: neque hoc loco duntaxat ea eclipsis usurpata est à Paulo, sed etiã infrà ita manifestè ut neminem inficiari posse putem cap. 4.b.9. Sic quoque Lucianus Δίκην φονηύτωρ, Δίκαιον οὖν ὑμᾶς ὄτι δικάζετε νῦν, ἀλλὰ ἴδοι τὰ λοιπὰ γράμματα τῶν πάρος ἔχειν τινὰ φυλακήν. 29 In Spiritu, ἐν πνεύματι 1. cuius uis est interior & in animo. Eras. quæ Spiritu constat, reserens scilicet ad Spiritũ sanctũ, cuius unus opus est ista circũcisio ἀχειροποίητος. Mihi uerò uidetur ἐν πνεύματι ad ditumpartim propter antithesim γράμματος, partim ut explicaret quid uocarit circuncisionẽ cordis, ex ipsius scilicet Mosis consuetudine. Ideo addidi particulam exegeticam, ut supra uersu 7. Non litera ὁ γράμματι. Videbatur poscere ratio antithesis, si ἐν πνεύματι conuertas in Spiritu (ita ut nos fecimus) ut pro ὁ γράμματος scriberet ὁ σαρκὶ nõ carne. Sed optima fuit ratio cur sic loqui mallet Apostolus, quia scilicet carnis circuncisionem non damnat simpliciter ut inutilem, sed eatenus duntaxat quatenus inane est signum: qua ratione diximus externam circuncisionem abipso uocari γράμμα. i. cæremoniam scriptam quę sua ui & efficacia sit spoliata. Cuius *Iudæi* laus ὁ Ἰουδαῖος. i. qui Deo non hominibus seipsum approbat, ut testatur Apostolus se Christi seruum non futurum si hominibus placeret, Galat. 1.b.10, quatenus scilicet homines Deo opponuntur. Nam alioquin uult etiam Dominus ut lux nostra coram hominibus splendeat. Cæterùm fefellit plerosque interpretes relatiuum Cuius, apud Latinos ambiguum: quod ad circũcisionem omnes ferè retulerunt, sensu non ita plano, quum in Græcis non legamus ὧν sed ὅ, ut omnino sit ad persocuncisio, alioquin hominibus futura ignota, nisi ex effectis cognoscatur.

IN CAP. III.

1 Quæ est præstantia τί τὸ περισσόν. Hoc uocabulum interdum in uitio poni diximus, quoties uidelicet declarat quod prorsus redundat, ut Matt.5.f 37. Hic uerò declarat præstantiam aliquam & eminentiam. 2 Multa πολύ. Eras. censet legendum πολλά, ut respõsio referatur ad propinquius. Ego uerò puto Paulum maluisse neutrum genus usurpare, ut cohæreret cum τὸ περισσόν, non modo quia in idem recidit duplex interrogatio, ut liberum illi fuerit cum utrauis connectere respõsionem: sed etiam quia in posteriore usus fuerat duobus fœmineis nominibus ὠφέλεια & περιτομή, quod potuisset nonnihil obscuram reddere respõsionem, si fœmineum genus usurpasset. Nos in Latino sermone non potuimus hoc obseruare: nec sanè in eo laborandum est, quum plana sit sententia, utrouis modo le-

gas μᾶλλον uel μᾶλλά. Primarium enim illud est, πρῶτον μὲν γάρ. Accipio πρῶτον pro primaria quadam sorte & conditione. Sic enim accipitur πρῶτος, ut Luc. 19. g. 47, & Act. 25. a. 2: & πρώτη, ut Luc. 15. e. 22: & πρῶτον, ut 2. Petr. 1. d. 20, & 3. a. 3 quanuis in his locis per Aduerbium præcipuè aut per In primis conuerti possit, ut semel atq; iterum in hac eadem epistola sumus interpretati, Neq; enim necesse est, ut quum præcesserit πρῶτον, sequatur δεύτερον aut ἔπειτα, ut diximus supra 1. a. 8. Putauit Erasmus significari sermonis ordinem, cuius opimo fortasis tolerabilis esset si Paulus duntaxat πρῶτον μὲν dixisset, sed quum scriptum sit μὲν γάρ sequente ὅτι, quod ἀδιλίως omnino accipitur, necesse est (ni fallor) ut uerbum ἐχομεν subaudiatur, ita ut nullum sit anantapodoton, sed plana sit oratio, nempe si πρῶτον αὐτοῦ ἐξαρτᾶται accipias, ut nos sumus interpretati. In qua opinione illud quoq; me confirmat, quòd in uno uetusto codice scriptum inuenimus πρῶτοι γὰρ ἐπιστεύθησαν, primùs enim commissa sunt. Origenes perinde interpretatur ac si scriptum esset ὅτι πρῶτον ἐπιστεύθησαν. Vetus autem interpres uidetur legisse πρῶτον μὲν ὅτι ἐπιστεύθησαν. Vertit enim, primum quidem quia. Seligat Lector quod maximè placuerit. Oracula τὰ λόγια. Vide Act. 7. e. 38. A

Quid tum enim, si quidam fuerunt incredulí? num incredulitas eorum, fidem Dei faciet irritam? 3 τί γάρ, εἰ ἠπίστησάν τινες; μὴ ἡ ἀπιστία αὐτῶν τὴν πίστιν τοῦ θεοῦ καταργήσει;

Absit: imò sit Deus uerax, omnis autem homo mendax, quemadmodum scriptum est, Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas quando de te fit iudicium. 4 μὴ γένοιτο. γινέσθω δὲ ὁ θεὸς ἀληθὴς, πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψεύστης, καθὼς γέγραπται· ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε.

Quòd si iniustitia nostra Dei iustitiã commendat, quid dicemus? nũ iniustus Deus qui inferat pœnã (humano more loquor) 5 εἰ δὲ ἡ ἀδικία ἡμῶν θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησι, τί ἐροῦμεν; μὴ ἄδικος ὁ θεὸς ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργήν; (κατὰ ἄνθρωπον λέγω.) B

Absit: alioquin quomodo iudicabit Deus mundi? 6 μὴ γένοιτο. ἐπεὶ πῶς κρινεῖ ὁ θεὸς τὸν κόσμον.

4 Vt iustificeris ὅπως ἂν δικαιωθῇς. Hebraicè לִמְעַן תִּצְדַּק. i. ut de iustitia tua constet, uel Vt secundum te iudicetur, uel potius, Vt tua singularis bonitas ac fides in promissis præstandis appareat. Est autem multiplex huius uerbi significatio, ideoq; semel à nobis explicanda. Nam quia iustificatio non semper consideratur absolutè in eo cui ineist iustitia, sed etiam comparatè & alterius alicuius ratione, cui tum demum incipit iustus esse aliquis quum ipsius iustitia patefit: hinc factũ est ut Iustificare accipiatur etiam pro Iustitiam uel suam uel alienam declarare & sese aut alium quempiam pro iusto habere & agnoscere, ut Matth. 11. c. 19. Luc. 7. e. 29. & 35. Item 10. e. 29, & 16. d. 15. Iam uerò quia in iudicijs qui insons declaratur, is etiam liberatur, & iudicio eximitur: hinc quoq; factum ut iustificare & condemnare opponantur, i. ut iustificari, nihil aliud declaret quàm absolui; sicut apud Hebræos הִצְדִּיק & הִרְשִׁיעַ sunt opposita, ut Matth. 12. c. 37. Act. 13. f. 38 & 39, infrà 5. d. 18, & 8. b. 34, & ubicunque dicuntur fideles non condemnari. Neq; id uerò duntaxat in re forensi dicitur, sed in genere iustificari à re aliqua, significat declarari ab ea re prorsus immunem & alienum. ut infrà 6. b. 7. Denique quia iustitiæ nomine interdum uniuersalis quidam uirtutum omnium cõcentus declaratur, interdum uerò uirtus illa qua suum cuique reddimus: denique nonnunquã Dei bonitas in eo præcipuè apparens, quòd nobis quantumuis indignis præstet quicquid ultrò pollicitus est: pro uaria iustitiæ significatione, uariè quoq; dicitur iustus aliquis uel fieri uel declarari. Sic dicitur Christus iustificatus Spiritu. 1. Tim. 3. d. 16, id est diuina illa natura quæ in sese est integerrima ac perfectissima, ipsaq; adeo integritas ac perfectio hominibus patefacta est per diuinam illam uirtutem in Christo corporaliter habitantem, quæ toties ac præsertim in carnis ipsius resurrectione sese exeruit. Sic Iacobo dicimur ex operibus iustificari, i. iusti declarari, quia is demum iustus est qui iustitiam facit: & contrà, operibus neminem iustificari testatur noster Apostolus, i. iustum fieri, integrum scilicet & ἀνέγκλητον coram Deo, ut ipse explicat Coloss. 1. c. 22. Sic qui iustus est, debet laborare ut adhuc iustificetur, id est, cui datum est uelle ac facere, is quotidie debet donum Dei in semetipso suscitare, ut magis ac magis in studio pietatis ac innocentiæ proficiat. Tandem igitur inuenio horum uerborum significationes: quas quidẽ conabimur singulis locis pro uiribus applicare. Quando de te fit iudicium τοῦ δικαιωθῆναί σε. Vulg. & Eras. paulò obscurius, quum iudicaris. Etsi autem Hebræa בִּשְׁמָעְךָ possint etiam actiuè explicari, ut sit hæc sententia, Deum inueniri iustum ac purum, quum sua iudicia exercet, quia non nisi mœrentes castigat. tamen sententia ipsa uidetur postulare ut passiuè accipiamus. Deus enim ab iis quasi in iudicium uocatur qui in ipsius facta curiosius inquirunt, sed eminet tandem ipsius iustitia ut improbi sua conscientia conuicti teneantur. neq; hic (ut opinor) differitur de iudicijs quæ Deus in peccatores exercet, siue electi sint illi quos uelit ut filios castigare, seu reprobi quos perdere constituerit: sed de ipsius potius incredibili bonitate ac fidelitate in ijs præstandis quę re ipsa promsit. Quæstio enim est, an quorundẽ incredulitas possit efficere ut Deus fidem non seruet. Absit uerò, inquit Paulus, ut hoc dicamus, imò hoc potius fateamur quod uerissimum est, omnes quidem homines mẽdaces ac perfidos esse, sed Deũ nihilominus sibi semper cõstare: adeò quidẽ ut hoc ipso quòd electi tam grauiter interdum labantur, summa eius iustitia ac fides in primis illustretur. Hoc in se agnouit Dauid quum peccati sui magnitudinem considerans, & nihil tamen de peccati sui remissione dubitans, in intima usque consilia Dei ingressus, animaduertit se idcirco inductum fuisse in grauissimam illam tentationem, non ut perderetur, sed ut aduersus eos omnes qui Dei fidem ac iustitiam in dubium uocarent, Deus manifestum ederet suæ constantiæ ac fidei in præstandis promissis specimen, seruato scilicet eo qui omnium hominum fuisset perfidiosissimus. Hæc est (opinor) germana huius loci explicatio, ita ut appositissimè citatum sit hoc testimonium ab Apostolo, & omnia tum præcedentia, tum subsequentia optimè inter se consentiant. Hac itaque ratione לִמְעַן non fuerit conuertendum διὸ. i. propterea, neq; ὥστε, id est ita ut, sed rectè omnino est explicatum per ὅπως, quum finem declaret non ipsis quidem peccatoribus, sed Deo propositum, quum suos ad tempus uidetur Satanæ tradidisse. Nam hoc ipsum est omnino quod ait infrà uer. 25, Deo idcirco placuisse nos fide potius in Christum, quàm nostris operibus iustificatos seruare, ut iustitiam suam mundo patefaceret. Nam (ut quidam rectè & pereleganter scripsit) dare non dignis, res maxime digna Deo est. Cæterùm qui Origenis in tractandis Scripturis dexteritatem uolet cognoscere, legat quæ in hunc locum scripsit: & comperiet quæ in torquendis omnibus fuerit istius audacia. C

5 Iniustitia ἀδικία. Id est perfidia cum suis fructibus, ut postea uocabit uersu 7. Huic opponitur iustitia Dei, i. fides ac ueritas. Quod autem putant nonnulli tum ex ueteribus, tum ex recentioribus, Paulum negare iniustitia nostra iustitiam Dei commẽdari, eiusq; ueritatem per nostrum mendacium in gloriam eius excellere: mihi certè probari non

A ti non poteſt. Nam contrà puto hoc ipſum eſſe quod docuerat Apoſtolus ex illo Dauidis teſtimonio, & apertè confirmat infrà d. 23. quod deniq; probat Scripturæ authoritas teſtantis Deum incluſiſſe omnes ſub peccato, ut omnium miſereretur. Certe ipſa experientia atque adeò ſenſus communis oſtendit, ubi abundauit delictum, illic ſuperabundare gratiam quoties illa uti Domino placuit. Hoc ergo minimè negat Paulus, ſed id quod aduerſarij falſo ac planè ſophiſtice inde colligebant.

Pœnam ἐγκλῶ: Vulgata & Eraſmus ad uerbum, iram: quod uidetur obſcurius. Ponitur enim hoc loco (ut & alibi ſæpe) ex idiotiſmo Hebræorum ira Dei pro ijs effectis ex quibus iratus eſſe Deus intelligitur, ut ſolet de Deo Scriptura loqui ἀνθρωποπαθῶς.

Humano more loquor. κατὰ ἄνθρωπον λέγω. id eſt. Hæc uerò ego non in perſona mea loquor, quaſi ita ſentiam: ſed hunc ſermonem humanæ illi ſapientiæ tribuo, quæ Dei uoluntati non ſubijcitur. Cæterùm ex ijs quæ ſcribit Origenes in hunc locum, apparet nonnullos codices pro κατὰ ἄνθρωπον λέγω, ſcriptum habuiſſe κατὰ ἀνθρώπους, aduerſus homines, expuncto uerbo λέγω. qui quidem ſenſus planus eſt: ſed conſtat apud Paulum frequenter phraſin illam inueniri & quidem diuerſa ſignificatione. Interdum enim adhibetur ut tandæ ſuſpicioni blaſphemiæ, ut hoc loco. interdum fugiendæ inuidiæ cauſa: neluti quum cogitur Apoſtolus de ſuis geſtis aliquid dicere, ut muneris ſui authoritatem aſſerat, ſoler præfari ſe in ea re cogi ex hominum conſuetudine loqui, quanuis in diuerſum finem, ut 1. Corinthiorum 15. d. 32, & 2. Corinthiorum 11. d. 16. & 17, & 21. nonnunquam uetò utitur hac formula loquendi quum docendi cauſa exemplum aliquod ex communi hominum uſu petit, ut infrà 6. d. 19, & Galatas 3. c. 15, item aliquoties quum hominis doctrinam Dei authoritati opponit, ut illa iſti cedat, ut primo Corinthiorum nono b. octauo, & Galatas primo b. undecimo. Poſtremo κατὰ ἄνθρωπον interdum idem declarat atque κατὰ σάρκα, id eſt ſecundum carnem: cui opponitur ſecundum ſpiritum, ut Corinthiorum 3. a. 3, & 1. Pet. 4. b. 6.

εἰ γὰρ ἡ ἀλήθεια τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ἐμῷ ψεύσματι 7
εἰς τὸ περίσσευσαι αὐτοῦ εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ, τί ἔτι κἀγὼ ὡς ἁμαρτωλὸς κρίνομαι;

Etenim ſi ueritas Dei per meum mendacium redũdauit in gloriã ipſius, cur amplius ego ut peccator condemnor?

καὶ μή (καθὼς βλασφημούμεθα, καί τινες φασὶν ἡμᾶς λέγειν,) ὅτι ποιήσωμεν τὰ κακὰ ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθά. ὧν τὸ κρῖμα ἔνδικόν ἐστιν. 8

Ac non (ſicut de nobis malè loquuntur, & ſicut quidam aiunt nos dicere) faciamus mala, ut ueniant bona? quorum damnatio iuſta eſt.

τί οὖν; προεχόμεθα; οὐ πάντως· προῃτιασάμεθα γὰρ Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας πάντας ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι, 9

Quid igitur? præcellimus? Nullo modo: nam antè criminati ſumus & Iudæos & Græcos omnes eſſe ſub peccato:

καθὼς γέγραπται· ὅτι οὐκ ἔστι δίκαιος οὐδὲ εἷς, 10

Sicut ſcriptum eſt, Non eſt iuſtus, ne unus quidem:

οὐκ ἔστιν ὁ συνιῶν, οὐκ ἔστιν ὁ ἐκζητῶν τὸν Θεόν. 11

Non eſt qui intelligat, non eſt qui exquirat Deum.

πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν· οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός. 12

Omnes deflexerunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui exerceat bonitatem, non eſt uſq; ad unum.

τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν· ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν· ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν· 13

Sepulchrum apertum guttur eorum, linguis ſuis ad dolum uſi ſunt: uenenum aſpidũ ſub labijs eorum.

7 Veritas Dei ἡ ἀλήθεια τοῦ Θεοῦ. Hebræa אמונת אלהים, id eſt fides ac conſtantia, atque adeò ueracitas, ut ita dicam. Neque enim hoc loco aut ſpectatur hæc ueritas in ipſa Dei doctrina, aut declarantur hoc uocabulo ueræ illæ προλήψεις λοιὰ νοηταὶ ἔννοιαι, quas ita uocauit Apoſtolus ſuprà 1. b. 18, ſed Deo ipſi hæc ueritas tribuitur. C quod quum non conſideraret Origenes, mirum quàm multa ineptè in hunc locum ſit commentatus. Eodem igitur ſpectat ueritas atque iuſtitia illa Dei cuius in ſuperiore uerſiculo facta eſt mentio: niſi quis malit ex hac Dei ueritate ueluti fonte, exoriri illius iuſtitiam, aut contrà ueritatem ex iuſtitia, adeò arcto uinculo ſunt iſta inter ſe deuincta.

Nam Deus & quia ſummè iuſtus eſt ac uerax, idcirco fidem quam ultro dedit, ultro conſeruat: & quia exhibet quantumuis perfidis quicquid ſemel pollicitus eſt, idcirco ſummè iuſtum ſeſe ac ueracem præſtat. Iſtis autem opponitur hominum iniuſtitia ac mendacium ſiue perfidia, ſimili prorſus ratione æſtimanda ut illis ex diametro opponantur. Dicuntur autem hæc omnia à Paulo in aduerſariorum perſona.

Ego λοιγὼ Vulgata & Eraſmus, & ego: quæ interpretatio eſt perobſcura. Abundat autem coniunctio λοιὰ, ſicut oſtendimus Iohan. 8. c. 25.

8 Facianus ὅτι ποιήσωμεν. Puto ὅτι redundare, ut alibi ſæpe: neque hic quicquam ſubaudio.

9 Quid igitur? præcellimus? τί οὖν; προεχόμεθα: Sic diſtinguũt ueteres etiam codices: neque dubito quin hæc ſit uera huius loci diſtinctio. Sicut enim Paulus ut mederetur offenſioni Iudæorum, aliquatenus præpoſuerat eos Gentibus: ſicueritus nequid Iudæi hoc nomine ſuperbirent, nunc declarat præſtantiam iſtam non eſſe in ipſis Iudæis conſiderandam, ſed in Dei benignitate duntaxat: quum nihilominus & Iudæi & Gentiles in eo pares ſint, quod utrique ſint in ſeſe peccatis, ac proinde iræ Dei obnoxij, ut utrique in Chriſto exequentur.

Neque dixit Apoſtolus προέχεσθε præcellitis, ſed προεχόμεθα præcellimus: tum quia ueritas poſtulat ut ita loquatur, tum ut omnem offenſionis occaſionem tollat, quum ſeſe in eodem gradu collocet. Origenes autem legit coniunctiuum τί οὖν προεχώμεθα, id eſt in quo igitur præcellimus? quòd nullo modo cohæret: quanuis Græca ſcholia quædam afferant huius lectionis interpretationem, ſed planè detortam ac uiolentam.

Antè criminati ſumus προῃτιασάμεθα. Id eſt ἀλέγξαμεν arguimus, ut Græca ſcholia explicant. Neque enim inſtituram duntaxat, ſed peractam accuſationem declarat. Vulgata, præcauſari, barbarè. Eraſmus, antè cauſis redditis oſtendimus. qua ſignificatione uix crediderim uerbum αἰτιᾶσθαι inueniri.

12 Vsque ad unum ἕως ἑνός. Id est, ne unus quidem, ut habet Hebræa ueritas. Itaque intempestiuè loquitur A
qui appellatione Vnius, intelligunt Christum designari: qua in re deceptus etiam est Augustinus, omnium ueterum
theologorum tum Græcorum tum Latinorum (meo quidem iudicio) quod ad dogmata religionis attinet, facilè
princeps. Tanti est momenti ex fontibus ipsis ueritatem haurire. 13 Ad dolum usi sunt: ἐδολιώσαν. id est
ἐδολίωσν ex Chalcidica dialecto, ut annotant grammatici, sicut ἤλθοσαν pro ἦλθον psal. 77. 2. 2.

Quorum os diris & amarulentia plenũ est: 14 ὧν τὸ στόμα ἀρᾶς καὶ πικρίας γέμει·
Veloces pedes eorum ad effundendum 15 ὀξεῖς οἱ πόδες αὐτῶν ἐκχέαι αἷμα.
sanguinem.
Contritio & calamitas in uiis eorum. 16 σύντριμμα καὶ ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς
αὐτῶν.
Et uiam pacis non cognouerunt. 17 καὶ ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν.
Non est timor Dei coram oculis eorum. 18 οὐκ ἔστι φόβος θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλ-
μῶν αὐτῶν.

Scimus autem quòd quæcunq; Lex dicit, 19 οἴδαμεν δέ, ὅτι ὅσα ὁ νόμος λέγει, τοῖς ἐν
iis qui in Lege sunt dicat: ut omne os obtu- τῷ νόμῳ λαλεῖ, ἵνα πᾶν στόμα φραγῇ, καὶ ὑπό-
retur, & obnoxius fiat totus mundus condẽ δικος γένηται πᾶς ὁ κόσμος τῷ θεῷ.
nationi Dei.
Propterea ex operibus Legis nulla caro iu- 20 διότι ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶ-
stificabitur in conspectu eius. per Legem e- σα σὰρξ ἐνώπιον αὐτοῦ· διὰ γὰρ νόμου ἐπίγνω-
nim agnitio peccati. σις ἁμαρτίας. B

17 Viam pacis ὁδὸν εἰρήνης Heb. דרך שלום quibus uerbis uita pacifica & innocens declaratur.

19 Lex ὁ νόμος Non tantùm additus articulus, sed ipsa contextus series indicat Legem hæc accipi. tum Mosis tum aliorum Prophetarum scripta, totum denique Vetus testamentum, ut rectè explicant Græca scholia. Occurrit enim tacitæ obiectioni, ne excipiant Iudæi nihil ad se pertinere quæ citarat Apostolus partim ex Psalmis, partim ex Isaia.

Fallitur ergò Origenes in eo quòd de lege uniuersali, id est lege naturæ, hæc accipit. nam si ita esset, ecquis poterat inficiari hanc legem ad se non spectare? At enim, dices, conclusio est uniuersalis, & quod Legi tribuit in sequenti uersiculo, ad legem naturæ non minus pertinet quàm ad Legem Mosis. Respondeo, conclusionem uniuersalem esse, quia non ex hoc uno dicto, sed ex tota disputatione superiore nascitur: deinde ex tota disputatione superiore nascitur: deinde ex hoc etiam dicto non inepte posse colligi argumento à comparatis sumpto. Nam si Lex Mosis non iustificat, quomodo & quo iure id tribuas legi naturæ? Quod autem ad alterum attinet, concedo, quæ in sequente uersiculo dicuntur, de tota Lege intelligenda, quum sint accommodanda conclusioni quæ & ipsa est uniuersalis, neque apostolus dicat διὰ γὰρ τοῦ νόμου, sed διὰ νόμου, sine articulo.

Obnoxius fiat ὑπόδικος γένηται. Id est reus esse comperiatur: sicut paulò antè diximus Iustificari interdum accipi pro iustum comprobari. Neque enim illa oracula faciunt ut rei simus, sed reos nos esse declarant. Cæterum ὑπόδικος Vetus interpres subditum barbarè nec satis expressè conuertit. Subditus enim apud Latinos nihil aliud quam suppositum, id est summissum, aut clàm appositum, declarat. Erasmus obnoxium interpretatur: rectè id quidem, sed tamen ambiguè propter huius uocabuli homonymiam. Ideo conuerti, obnoxius fiat condemnationi: quia δίκη in ὑπόδικος, non tantùm declarat iudicium, in quo scilicet uel absolui, uel damnari possit aliquis (hac enim significatione ipsi etiam filij Dei sunt ὑπόδικοι in quibus tamen nulla est condemnatio) sed κατάκριμα, id est condemnationem declarat, sicut κρίμα in ὑπόκριτος. Nam hoc ipsum est quod alibi testatur Apostolus, nos omnes nasci filios iræ, id est natura obnoxios esse Dei condemnationi.

20 Propterea διότι. Vulgata & Erasmus Propterea quod: quasi ex hac conclusione pendeat quod dixerat, totum mundum scilicet, id est omnes homines quacunque mundi regione sint collocati, iræ Dei esse obnoxios. Ego uerò & si hæc uerissima esse confitear, tamen puto Apostolum potius hoc de quo hic agitur, ex illo colligere. Quid C
enim erat Apostolo propositum? docere scilicet nullum hominem alia ratione quàm fide in Christum salutem consequi. Hoc probat ex eo quòd una fide in Christum iustificemur.

Nos una fide iustificari ex eo docuit, quòd necesse sit nos aut fide, aut Lege iustificari. Lege uerò nos non iustificari ostendit ex eo quòd nemo sit hominum cui Deus è cælo non testetur se infestissimum esse. Nam ex ira colligitur iræ causa, id est iniustitia. Cedo uerò unde hanc iniustitiam? ex eo quòd neque Gentes naturæ legem obseruant, siue Dei cultum consideremus, siue mutua hominum inter se officia: neque Iudæi Mosis Legem cuius cognitione gloriantur. Hæc in summa Paulus adhuc demonstrauit, simulque aduersus ea obiter disseruit, quæ uel hi uel illi obijcere poterant.

Nunc uerò tandem ex eo quod totum mundum probauit iræ Dei esse obnoxium, concludit quod probandum susceperat, nullum scilicet hominem ex operibus ullius legis iustificari, ac proinde seruari: ac ita demum sublata una parte dilemmatis, alteram ponit, nos scilicet quum Lege non iustificemur, una fide iustificari, ac proinde una fide seruari, quæ quidem est ex Euangelii auditu. Ita tandem efficitur, Euangelium esse potentiam Dei in salutem omni credenti, in qua quæstione posuimus huius epistolæ statum.

Hæc autem diligenter considerata, manifestè indicant, in hoc uersiculo appellatione Legis intelligi omnem doctrinam seu scriptam seu non scriptam, quæ aliquid aut iubeat aut interdicat, ut probat argumentorum series, & effectus ille quem Legi tribuit, nempe quòd peccatum retegat: ut planè, uel teste Augustino, hallucinentur fœdissimè qui ad Legis Mosaicæ cæremonias hæc restringunt.

Ex operibus Legis ἐξ ἔργων νόμου. Id est ex eo quòd præstetur Lex. Neque enim hæc possunt aut debent de operibus Legis simpliciter & absolute intelligi, quæ uel ἰσχνὰ ἐννοια, quas diximus Legem naturæ uocari, uel Lex Mosis quæ est illarum instauratio, præcipiunt aut uetant, quum ea sint reuera eiusmodi, ut si quis ea præstaret, iustitiam ei fuerint meritò collaturæ: sed opera Legis uocat eorum præstationem quæ Lex præcipit, siue quatenus à nobis aut præstantur, aut non præstantur, non autem simpliciter quatenus præcipiuntur à Lege.

Nulla caro οὐ πᾶσα σὰρξ. Hebræa לא יצדק כל בשר id est (ut Vetus interpres & Erasmus ad uerbum conuerterunt) non omnis caro: quæ enuntiatio quum apud Græcos & Latinos sit particularis, apud Hebræos est uniuersalis. Itaque non potuit hic Hebraismus sine sensus iniuria seruari. Cæterum quod ad uocabulum Carnis attinet, sæpe iam diximus ex Hebræorum idiotismo accipi pro homine: sed particularis est huius nominis emphasis hoc in loco, ut omnino seruari debuerit. Sic enim explicatur antithesis Hominis qui nihil est aliud quam caro per peccatum inquinata, & Dei illius in sese purissimi ac perfectissimi. Liceat ergo hominibus inter homines speciem aliquam obtinere, sed coram Deo quid aliud quam se carnem impuram esse fateantur quicunque usquam sunt homines? Ineptè igitur Origenes hoc dicit ad eos demum pertinere qui in carne sunt, id est qui secundum carnem uiuunt. quasi

A uerò Paulus totum humanum genus hic non consideret extra Christum: & qui secundum spiritum uiuunt, hoc ipso iustificantur coram Deo: ac non potius ideo secundum spiritum uiuant quòd iam sint gratis per fidem in Christum iustificati. Quid multa? Certè hoc ausim dicere, si hæc sunt Origenis cuius titulum præferunt, hunc hominem fuisse selectum Diaboli organum Apostolicæ doctrinæ funditus euertendæ destinatum.

Iustificabitur δικαιωθήσεται. Varias huius uerbi significationes suprà exposuimus uersu 4, itemque quid Iustitiæ appellatione intelligatur, summa scilicet illa puritas & integritas pro naturæ humanæ gradu, quam necesse est in conspectum Dei afferat qui uult æternæ uitæ particeps fieri. Sed quid hic ualeat iustificandi uerbum, non immeritò quæritur, quum nulla possit grauior quæstio exoriri, & ab huius uerbi explicatione tota pene pendeat huius contro uersiæ decisio: de qua tantum a nobis dicetur quod ad scopum nostrum pertinet, qui nostræ uersionis causas studemus explicare. Dicunt igitur Sophistæ, Nos fide iustificari, sic accipiendum esse, quòd credentibus, id est ijs qui in genere assentiuntur uerbo Dei, interatur gratia pra parationis operibus præeuntibus data, qua adiuuante & cooperante induti iustitia seruamur, sicut scriptum est, Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Itaque apud istos Fide iustificari nō declarari iustum fieri ἐνεργείᾳ, sed δυνάμει, id est gratiam accipere: cuius adiutorio postea nosipsos iustos faciamus. Hæc illorum est doctrina quæ certe cum uerbo Dei ita cohæret, ut facilius ignem cum aqua, ueritatem cum mendacio, iniustitiam cum iustitia conciliaris. Itaque ij per quos nostra ætate Dominus uoluit sepultum crucifixi beneficium in lucem reuocatur, quum hæc uiderent ex diametro pugnare cum Apostoli doctrina & argumentis, in hac propositione, Iustificamur fide sine operibus, siue gratis, siue sola (hæc enim omnia idem pollent) Iustificari explicant ex Hebræorum consuetudine, pro absolui coram Dei tribunali: non quòd iusti simus in nobis ipsis (frustra enim Christus esset mortuus, ut colligit Apostolus Galatas 2. d. 21.) sed quia Christi Iustitia nobis imputetur gratis per fidem: siue quia Deus nos in Christo ἐχαρίτωσεν Ephes. 1 b. 6. cuius iustificationis effectus est illa innouatio Spiritus, quæ in nobis non per opera coram Deo iustificandis, sed iam antea fide iustificatis, fructus illos iustitiæ profert, de quibus loquens Apostolus proposito nobis Abrahamo credentium patre, Si Abraham, inquit, ex operibus iustificatus fuit, habet quod glorietur, at non apud Deum. Hanc igitur doctrinam qui nonamplectitur, anathema sit. Sed tamen, ut ingenue dicam quod sentio, quamuis in re ipsa ne tantillum quidem dissentiam: tamen non uideo quid cogamur in hoc argumento Iustificari explicare per Absolui & pro iusto haberi, nisi quum iustificatio diserte opponitur condemnationi. Nam certe Apostolus ipse infrà uidetur τὸ δικαιοῦσθαι interpretari δικαίου κεκλῆσθαι, id est iustum constitui, infrà 5. d. 19. quod copiosius explicat Colos. 1. c. 22. & Iane, quum Dei iustitiæ ma-

B nifeste repugnet, eum pro iusto habere qui iustus non sit: necesse est (opinor) ut prius iustificetur quispiam, id est iustus fiat, quam absoluatur. Prudenter itaque istæ significationes distinguendæ sunt, ne huius uocabuli homonymia ita nobis imponat, ut Dei misericordiam, Sophistarum more, à iustitia seiparemus. Sed non minus caute & illud notandū est, quòd dicimur iusti fieri nō ita intelligendum quasi nobis indatur qualitas à qua iusti denominemur, quā Sophistæ iustitiam inhærentem uocant (neque enim hæc est eius iustitiæ per quam seruamur, causa, sed tetius) sed quia Christi iustitia nobis per fidem gratis imputatur, ut tota salutis nostræ laus in solidum Deo cedat, neq; tamen Legem inutilem reddamus, sed potius stabiliamus. Alioquin certè inutilis futura est salutis promissio, quum tantum abimus a Lege præstanda per quam uiuamus, ut contrà non possimus non incurrere in eam maledictionem cui obnoxius est quisquis uel in uno deliquerit, nisi is non dico suppleat quod deest, sed omnia gratis nobis præstet, qui factus est credentibus sapientia, iustitia, sanctificatio, redemptio.

In conspectu eius. ἐνώπιον αὐτοῦ. Tacita est anthithelis iustitiæ coram hominibus & iustitiæ Dei, seu quę coram Deo possit subsistere, de qua agitur Colos. 1. c. 22. Itaque hoc loco & aliis similibus Coram Deo non opponitur duntaxat ei quod fictitium est ac simulatum, ut Luc. 1. 2. 6: sed cuius hominum etiam sanctissimorum iustitiæ comparatur, quia iustitiam qua nitimur, ut hæreditatis cœlestis participes fiamus, necesse est esse eiusmodi, ut & plena sit pro peccatis satisfactio, & perfecta omni ex parte impletio mandatorum. Diuinæ denique imaginis in nobis plena instauratio, ut in nobis Dominus opus suum agnoscat: quæ in uno Christo nobis per fidem gratis exhibentur, ut coram Deo prorsus ἀνεγκλητοι ἰκαὶ ἄμωμοι, ac proinde omnis condemnationis securi compareamus. Agnitio ἐπίγνωσις. Hoc ego non refero ad intelligentiam, quòd uidelicet Lex faciat ut peccatum (quod alioquin in nobis quasi mortuū erat) incipiat à nobis sentiri. qua de re pluribus agit Apostolus infrà capite 7, sed ad ipsius peccati redargutionem. ut non sit noua quædam ratio, sed potius superioris disputationis summa, unde pendeat uniuersalis conclusio, Neminem ex operibus Legis iustificari, quum a contrario Lex illud sit ex quo omnes conuicti esse peccati reos.

νυνὶ δὲ χωρὶς νόμου δικαιοσύνη θεοῦ πε- 21 Nunc uerò absq; Lege iustitia Dei manife
φανέρωται, μαρτυρουμένη ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ stata est, comprobata testimonio Legis ac
τῶν προφητῶν. Prophetarum.

C δικαιοσύνη δὲ θεοῦ διὰ πίστεως Ἰησοῦ χριστοῦ εἰς 22 Iustitia inquam Dei per fidem Iesu Christi
πάντας καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς πιστεύοντας· οὐ in omnes & super omnes qui credunt. non
γάρ ἐστι διαστολή. enim est distinctio:

πάντες γὰρ ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δό- 23 Omnes enim peccauerunt, ac deficiuntur
ξης τοῦ θεοῦ, gloria Dei.

21 Absque Lege χωρὶς νόμου. Iterum poscit argumenti series ut Legis appellationem, non addito articulo, uniuersaliter intelligamus, sicut paulo pòst, ubi iustitia Dei dicitur comprobata testimonio τῶν νόμων, Moses intelligitur quod recte annotauit Origenes. Itaq; nodus ille facilimus est ad explicandum, quem Augustino placuit nectere lib. De Spiritu & litera, cap. 9. quum hunc locum exponeret. Sed idem (ut opinor) rectius sentit quàm Origenes in eo q χωρὶς νόμου, id est absq; Lege, non connectit cum Manifestata est, sed cum δικαιοσύνη, id est Iustitia. Nam alioquin absurdissima erit sententia & nihil ad rem pertinens. Debuit tamen scribi ἡ χωρὶς νόμου, ut plena esset cōstructio, sicut recte annotat Erasmus. sed hæc eclipsis non debuit impedire quominus Augustino assentiretur, quū multis locis arti culus in hoc genere dicendi prætermittatur, ut annotauimus Iohan. 5. f. 35. Iustitia Dei δικαιοσύνη θεοῦ. Vide suprà 1. b. 17. 22 Ioquam δὲ. Vulgata & Erasmus ad uerbum, uero. Mihi uidetur illud melius conuenire epanalepsi, quæ quidem hoc loco adhibetur ab Apostolo, quia in superiore uersiculo dixerat quidem nos absq; Lege iustificari, sed quodnam illud esset quo iustificamur, nondum expresserat. Iesu Christi Ἰησοῦ Χριστοῦ. Id est, quæ habetur Christo, uel quæ Christo nititur. Hoc enim addendum fuit nequis existimaret fidem illud esse quod nos iustificat, quum sit dunta xat instrumentum quo Christum iustitiā nostram apprehendimus. Et super omnes καὶ ἐπὶ πάντας. In duobus exē plaribus manuscriptis compertimus hæc deesse. Mihi tamen uidetur hæc repetitio maximam emphasin habere: & certum est ueteres hanc quoque particulam legisse: quorū tamen interpretatio arguta potius quàm solida uidetur meo quòd εἰς πάντας referunt ad Iudæos ἐπὶ πάντας ad Gentes 23 Deficiuntur gloria Dei. ὑστεροῦνται τῆς δοξης τοῦ θεοῦ Vulg. egēt gloria Dei id est λείπονται, uel χρείαν ἔχουσι: quę interpretatio hoc quidē in loco sententiā Apostoli eneruat. Erasmus, destituuntur gloria Dei. quod & ipsum non est satis expressum. Hoc quidem certum est ὑστερεῖσθαι propriè de ijs dici qui in cursus certamine defecti uiribus, relinquuntur à tergo, ita ut ad metam peruenire non possint. Ex hoc autem facile est cognoscere, per gloriam Dei, nec cognitionem illam Dei quæ nobis patefit in Euangelio, neque gratiam regenerationis, neque gratuitam iustificationem, non denique eam gloriam de qua coram Deo glo-

riari posimus; sed metam potius ipsam ad quam contendimus, id est uitam æternam quæ in gloriæ Dei communicatione consistit: hoc loco intelligi. Ad eam igitur quominus possint peruenire, testatur Apostolus omnes homines eo impediri quòd sint peccato contaminati, ut oporteat omnes ad unum uel à gloria Dei excludi, quod absit: uel aliunde integram illam puritatem ac iustitiam mutuari, quam necesse est afferat quisquis gloriæ Dei parciceps esse cupit. A

Iustificantur autem gratis, *id est* eius gratia, per redemptionem factam per IESVM CHRISTVM:

24 δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι, διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν χριστῷ ἰησοῦ.

Quem proposuit Deus *ut esset* placamen per fidem, *suo* sanguine suo, ad declarandam iustitiam suam, per remissionem præcedentium peccatorum,

25 ὃν προέθετο ὁ θεὸς ἱλαστήριον διὰ τῆς πίστεως ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι, εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων,

Ex Dei tolerantia, ad declarandam iustitiam suam præsenti tempore: ut sit ipse iustus, & iustificans eum qui est ex fide Iesu.

26 ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ θεοῦ, πρὸς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ ἐν τῷ νῦν καιρῷ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον, καὶ δικαιοῦντα τὸν ἐκ πίστεως ἰησοῦ.

Vbi igitur gloriatio? excluſa est. Per quam Legem? operum? Non: imò per Legem fidei.

27 ποῦ οὖν ἡ καύχησις; ἐξεκλείσθη. διὰ ποίου νόμου; τῶν ἔργων; οὐχί, ἀλλὰ διὰ νόμου πίστεως.

24 Iustificantur autem *δικαιούμενοι δέ*. Vulgata, Iustificati, omissa coniunctione, quæ prorsus uidetur necessaria, sicut in Græcis scholijs legitur hic locus. Deinde *δικαιούμενοι* pro *δικαιοῦσθαι* positum est Hebræorum more, quæ alibi annotauimus: ut recte omnino Erasmus hunc locum expresserit, & frustrà quæratur ratio supplendi anantapodoti quod nusquam est. B

Gratis, *δωρεάν*. Id est ex gratuito dono ac mera liberalitate: quod ut planius etiam fieret, adiúxit Apostolus, *τῇ αὐτοῦ χάριτι*, id est ipsius gratia. Hoc uerò utinam tandem considerent qui uel opera præparatoria, uel fidem subsequentia in causis iustificationis numerant, uel cæremonialia duntaxat opera à iustificatione excludunt, qui denique nobis blasphemiæ crimen impingunt quòd sola fide iustificari hominem dicamus.

25 Per fidem *διὰ τῆς πίστεως* Hoc non legit Chrysostomus. Ambrosius autem uidetur legisse *ἱλαστήριον πίστεως*, propitiatorem fidei.

Suo sanguine suo, *ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι*. Sic lego ex fide ueruſtorum codicum, & hæc referò ad *ἱλαστήριον* potius quàm ad *προέθετο*, uel ad *πίστεως*. Cæterùm Erasmus propter *ἐν* præpositionem addidit participium Intercedente. Ego uero malui interpretari *suo* sanguine suo, quia sanguis ex Hebræorum idiotismo eadem declarat.

Iustitiam suam, *τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ*. Id est fidelitatem ac ueritatem in præstandis promissis, ut diximus suprà uersu quarto & septimo.

Per remissionem *διὰ τὴν πάρεσιν*. Ambrosius legit *πρόθεσιν*, id est propositum, sensu admodum obscuro. Vulgata & Erasmus, propter remissionem. Ego uero perinde conuertendum puto ac si scriptum esset *διὰ τὴν πάρεσιν* Eandem enallagen annotauimus Iohannis sexto f. 57, & apud idoneos scriptores non semel inuenias.

Præcedentium peccatorum. *προγεγονότων ἁμαρτημάτων*. Quid igitur? num peccata iustificationem consequuta, uel remedio carent, uel alia ulla ratione quàm Christi sanguine eluuntur? Egregium scilicet commentum, quali uerò non consideret Paulus omnes in genere homines, quorum dicit misertum esse Dominum, quo tempore erant ipsius inimici, peccatis scilicet ac densissimis tenebris sepulti. Id autem ita esse præterquam quod Euangelica doctrina ostendit, uel illud abunde declarat quod postea subiicitur *ἐν τῷ νῦν καιρῷ* præsenti tempore, ex quo apparet tempus aduentus Christi comparari cum sæculis quæ præcesserunt. *πάρεσιν* igitur accipio pro *ἄφεσιν*, quia uerbum *παριέναι* interdum etiam declarat condonare, & de suo iure aliquid remittere, siue transilire, qua significatione uidetur etiam noster Apostolus usurpare uerbum *ὑποδραξῇ*. Actorũ decimo septimo g. 30. Græca tamen scholia aliam interpretationem afferunt à nullis Latinis interpretibus, quos nouerim, annotatam. Nam quia *πάρεσις* propriè declarat uirium enerUationẽ siue defectionem: unde *παρεσεῖς* declarat *παραλελυμένους*, i. eum cuius uires sunt exolutæ, putant *διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων* declarare statum illum in quo sunt homines propter præcedentia peccata, qua ratione solet Apostolus nos mortuos uocare, ut ista commodè possis interpretari, propterea quòd homines erant præcedentibus peccatis eneruati. Deinde *ἐν τῇ ἀνοχῇ* explicant de tempore quo homines abutentes Dei patientia, in illis peccatis immersi languebant. C

26 Ex Dei tolerantia, *ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ θεοῦ*. Id est, pro sua patientia, ac facilitate. Repetitur enim antecedens Hebræorum more.

Præsenti tempore: *ἐν τῷ νῦν καιρῷ*. Series ipsa argumenti & antithesis præcedentium peccatorum manifestè ostendunt præsens tempus uocari ab Apostolo seculum illud quo hæc scribebat, quod quidem uniuersum uocari solet tempus nouissimum & dies Domini. Itaque ineptus est hic quoque Origenes, quòd præsens tempus opponat futuro sæculo. Quia, inquit, præsentis sæculi tempore in sustentatione est iustitia Dei, futuri uerò in retributione. Quæso uerò (Lector) quid est *ὑπὸρ τὰ ἐσπαμμένα πυλᾶν*, si hoc non est?

Vt sit ipse iustus *εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον*. Id est, ut summè uerax ac fidelis comperiatur. Nam quum Deus in sese semper sit fidelissimus, nobis tamen talis tum demum esse, ac quodammodo fieri incipit, quum suam nobis in Christo misericordiam gratis patefacit. Explicat ergo Paulus quod iam bis dixerat *εἰς ἔνδειξιν*.

Et iustificans *καὶ δικαιοῦντα* Id est iustum ac irreprehensibilem constituens, ut Colos. 1. c. 22.

Qui est ex fide Iesu *τὸν ἐκ πίστεως ἰησοῦ*. Id est ex eorum numero qui Christum fide sunt amplexi. quibus opponuntur qui ex circuncisione, id est qui ex Lege salutem expectabant.

27 Per quam legem? *διὰ ποίου νόμου*? Id est, per quam doctrinam? eámne quæ nos docet operibus nostris niti ut salutẽ obtineamus, an per eam potius quæ docet iustitiã nobis per fidem gratis imputari? Notandũ est igitur *νόμον*, id est legem (sicut interdũ apud Hebræos תורה hoc in loco usurpari in genere pro doctrina quæ aliquid præscribit: qua ratione Euangelium uocat legem fidei, id est doctrinam quæ salutem proponit sub conditione, si CREDIDERIS. quam & ipsam conditionem Dominus gratis dat ut implere possimus: opponiturque hæc doctrina legi operum, id est omni doctrinæ quæ salutem promittit cum conditione, si OMNIA FECERIS: quam unus Christus nobis impleuit. Illa igitur, inquit Apostolus, omnem gloriationem tollit: utpote quæ iustitiam, ac proinde salutẽ nõ acquirendam

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt urn:nbn:de:gbv:3:1-226230-p0464-2 DFG

A acquirendam à nobis, sed ab alio nobis quæsitam donet, idque unum flagitet ut donatam uelimus fide recipere, denique efficiat ut uelimus: ista uerò non item, quum ea à nobis requirat propter quæ salus nobis ex debito reddatur. Puto autem Apostolum μεμψτιλῶς dixisse Legem fidei pro fide, quòd aduersarij gratiæ perpetuò solerent in ore habere Legis nomen. qua etiam ratione Fidem Dominus uocauit opus, Iohan. 6. c. 29, ut suo loco exposuimus.

28 Colligimus λογιζόμεθα. Id est, συλλογιζόμεθα, ut rectè explicat Theophylactus. Est enim in his uerbis conclusio argumenti sumpti à causa finali, quam uocant: cuius pondus si nossent Sophistæ, nunquam huc deuenissent ut in iustificatione uellent opera cum fide concurrere. Vulgata & Erasmus arbitramur, rectè id quidem, sed tamen ambigue, quia hoc uerbum plerunque accipitur pro opinari, & de re etiam incerta dicitur: quæ significatio repugnat sententiæ Pauli ex diametro.

30 Circuncisionem περιτομήν. Id est circuncisos. sicut incircuncisos uocat præputium, ut annotauimus suprà 2. d. 26.

Per fidem. διὰ τῆς πίστεως. Differentia illa quam Origenes in hunc locum scribens obseruauit inter ἐκ & διὰ, ita est uana & futilis, ut ne ipse quidem potuerit huic argumento applicare: quum alioquin alicubi sit obseruanda, sed (ut notat Basilius in libro de Spiritu sancto) certiore cum iudicio. Nam quam similtrè uir ille doctrinam iustificationis gratuitæ explicarit, uel ex eo apparet, quòd quum paulò ante disertè dixisset sola fide nos iustificari, ita ut nec expletum opus requiratur, nec explendum expectetur: nunc à seipso dissentiens, Si quis, inquit, requirat curious, ij qui ex fide iustificantur per quem iustificentur, & rursum ij qui per fidem iustificatur, in quo iustificentur: licet fortasis multa in hoc curiositas uideatur, tamen conuenienter dicere possumus, quòd qui ex fide iustificantur, imitio ex fide sumpto per adimpletionem bonorum operum consummatur, & qui per fidem iustificantur, à bonis operibus exorti, per fidem summam perfectionem accipiunt. Quid est uerò iustitiam ex operibus stabilire, si hoc nō est? Hic enim agitur de ipsa iustificatione, non de eius declaratione.

λογιζόμεθα οὖν πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον, χωρὶς ἔργων νόμου. 28 Colligimus igitur, fide iustificari hominē absque operibus Legis.

ἢ Ἰουδαίων ὁ θεὸς μόνον; οὐχὶ δὲ καὶ ἐθνῶν; ναὶ καὶ ἐθνῶν. 29 An Iudæorum Deus solùm? an non & Gētium? certè & Gentium.

B ἐπείπερ εἷς ὁ θεὸς, ὃς δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως, καὶ ἀκροβυστίαν διὰ τῆς πίστεως. 30 Siquidem unus Deus est qui iustificabit circuncisionem ex fide, & præputium per fidem.

νόμον οὖν καταργοῦμεν διὰ τῆς πίστεως; μὴ γένοιτο, ἀλλὰ νόμον ἱστῶμεν. 31 Legem igitur inanem reddimus per fidem? Absit: imò Legem stabilimus.

ΚΕΦΑΛ. Δ.

Τί οὖν ἐροῦμεν, Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ἡμῶν εὑρηκέναι κατὰ σάρκα; 1 Quid igitur dicemus Abraham patrem nostrum adeptum esse secundum carnem?

CAPVT IIII.

31 Legem νόμον. Hic propria significatione ponitur νόμος, sed ita (meo quidem iudicio) ut in genere de omni Lege loquatur. quomodo etiam accipiendum puto suprà uersu 27 & 28. Nam alioqui non esset uniuersalis Pauli doctrina, nisi suppleatur argumento à comparatis sumpto, quod quidem non uidetur fuisse praetermissurus Apostolus, nempe, Quandoquidem ex Lege Mosis non iustificamur, nos nulla alia lege iustificari: quum nulla sit lex cum Lege Mosis comparanda. Sed huc rursus obstrepit Origenes, in hoc eodem capite per iustitiam Dei absque Lege manifestatam intelligens Euangelicas (quas uocat) leges, ut, Nesciat dextra tua quid faciat sinistra tua. Verùm obstrepat ille licet cum Sophistis omnibus, nullam aliam iustitiam coram Deo agnoscimus quàm quæ tota in solidum, & quidem per imputationem à Christo manat, ut omnis gloriatio excludatur. Inanem reddimus καταργοῦμεν. Siue, otiosam & ignauam, omnibusq; uiribus destitutam. Hoc enim ἀργὸν uocant Græci, quasi ἀεργόν. Annotat Origenes Paulum no dixisse, Νόμος οὖν καταργεῖται, Lex igitur destruitur, sed νόμον οὖν καταργοῦμεν, Legē igitur destruimus. Nam, inquit, Lex quidem destruitur comparatione gloriæ Euangelij: sed Paulus illam non destruit. Nempe Origenes quum Sophista esset, Paulum metitus est ex ingenio suo. Quis enim tam est imperitus, ut non uideat ista non obiici ipsi Paulo, sed potius illi doctrinæ quam asserebat? Videbatur enim Legem inutilem reddere, quum doceret sine ea C iustificari, ac proinde seruari tum Iudæos, tum Græcos: ut hodie quoque gratiæ Dei hostes nobis obijcere non desinunt, bona opera à nobis damnari, quòd iustitiam sine operibus cum Apostolo doceamus.

Stabilimus ἱστῶμεν. i. firmam & potentem reddimus, ut opponatur τῷ καταργεῖν. Ac meritò quidem hoc dicit Apostolus. nam Christi satisfactio quid aliud quàm Legis minas ostendit minime irritas esse, quum illas luere Christum opportuerit: sed & Christi iustitia quid aliud est quàm plena Legis præstatio? sanctificatio denique Christi hominis quò pertinet, nisi ut lex quæ in nobis propter corruptionem non poterat uim suam exerere in salutem, in Christo sit nobis efficax? Doctrina igitur ex fide quum non prius nos seruet, quàm iustificet, id est, Christum nobis per imputationem applicet his omnibus uirtutibus Legis ornatum: certè iustitiam ex Lege non modò non euertit, sed potius stabilit in nobis. Postremo quum Spiritu Christi induamur per fidem, quo agente incipimus uelle & facere quæ Dei sunt, quis non uidet hac etiam in parte Legem in nobis alioquin prorsus inutilem nisi ad nos perdendos, per Euangelium reddi efficacem? Sed & quod ad cæremonias attinet, non potest dici Christus illas destruxisse, nisi κατὰτὴν: quatenus scilicet solis exortu umbræ disparuerunt Nam alioquin illas non extinxit, sed quod adumbrabant, hoc reuera exhibuit. Hæc quum Origenes non intellexerit, non mirum est eum ita excurrere ut Paulum nunquā seriò inspexisse uideatur, nisi fortasis ut eius doctrinam deprauaret.

IN CAPVT IIII.

c Adeptū esse εὑρηκόνα. Alibi σύγκυρα sæpe dictū est de eo quod casu inuenitur: unde inseratū lucrū Græci εὕρεμα uocant

cant:hic uerò dicitur de eo quod tuis laboríb. quærédo inueneris:quo modo explicatur ab Vlpiano in Demosthenis A
orationes. Itaque uerbum inueniendi quo usus est post Veterem interpretem Erasmus, mihi non placuit usurpare hoc loco:quia differentiam illam plane inanem Puto quam statuunt Grammatici inter inuenio & reperio.

Secundum carnem, κατὰ σάρκα. Id est (ut ipse Apostolus explicat) ex operibus, puta si Abrahamum consideremus in sese,non autem quatenus iustificatus est per fidem.Hæc enim refero ad uerbum εὑρηκέναι.

Vetus tamen interpres & Erasmus,plerosque ex ueteribus sequuti,coniunxerunt cum εὑρ πατέρα ἡμῶν per traiectionem,hoc modo,Quid igitur dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem ? Quorum opinionem quominus sequerer,his causis fum adductus. Primùm quia non proposuit Apostolus iustitiæ laudem simpliciter adimere Abrahamo , sed δικαιοσύνῃ, id est iustitiæ ex operibus coram Deo : quod omnino fuit in ipso quæstionis limine proponendum. Deinde cur obsecro addiderit δικαιοσύνῃ:nempe(ut post Chrysostomum scripsit Theophylactus) ut Iudæos de carnali cogitatione gloriantes à spirituali excluderet. Atqui ut ualeret hæc ratio , oportuit (ni fallor) Apostolum potius dicere πατέρα ὑμῶν patrem uestrum . Itaque nolui in uerborum collocatione quicquam immutare.

Nam si Abraham ex operibus iustificatus fuit, habet quod glorietur, at non apud Deum.

2 εἰ γὰρ Ἀβραὰμ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἔχει καύχημα, ἀλλ' οὐ πρὸς τὸν θεόν.

Quid enim Scriptura dicit ? Credidit autem Abraham Deo, & imputatum est ei pro iustitia.

3 τί γὰρ ἡ γραφὴ λέγει; ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.

Atqui ei qui operatur, merces non imputatur ex gratia,sed ex debito:

4 τῷ δὲ ἐργαζομένῳ ὁ μισθὸς οὐ λογίζεται κατὰ χάριν, ἀλλὰ κατὰ ὀφείλημα,

2 Nam si Abraham εἰ γὰρ Ἀβραάμ. Id est, quòd enim Abraham iustificatus est ex operibus.Sic enim accipienda est coniunctio εἰ hoc in loco : quod etiam alibi obseruauimus. Deinde particula γὰρ causalis quidem est, B
sed quæ diligenti consideratione indigeat , ut argumenti series intelligatur . Apparet enim Apostolum non tam confidentiæ causa(ut putat Chrysostomus) quàm ut offensionem omnem uitaret , usum esse communicatione hoc in loco,& quidem adhibita interrogatione , cui nulla responsio subijciatur : quod nisi animaduertas, uix perspicias quomodo hæc cohæreant . Sit igitur hæc indefinita formula (quam sequutus fuisset Paulus , nisi aduersarios maluisset paulatim Christo lucrifacere , quàm paradoxis quibusdam deterrere) Abraham pater noster nihil adeptus est secundum carnem . Hic iam finge Iudæum perculsum excipere, Quid igitur Paule ? tun' negas Abrahamum adeptum esse iustitiam ? Ego uerò,respondet Paulus, hoc non inficior: sed quod attinet ad eam iustitiam quam tueris, id est ad iustitiam operum, eam dico, ut coram hominibus sit aliquid, tamen coram Deo nihil esse : idque ita esse ostendit Scriptura , quæ quum Abrahamum à iustitia laudaret, diserte dixit, iustum fuisse habitum non propter in signia opera, quæ tamen in eo multa erant, sed quòd Deo crediderit. Iam uerò si Abraham ipse non alia ratione quàm fide potuit iustificari,ne uos quidem aliunde salutem expectetis.

At non apud Deum . ἀλλ' οὐ πρὸς τὸν Θεόν Ergo , inquit Origenes, iustificatus est Abraham ex fide. Nam habet gloriam apud Deum. Obsecro, lector , quid est ueritatem Dei peruertere , si hoc non est ? Totus enim in eo est Apostolus ut doceat, homines, quia gratis prorsus iustificantur, nihil omnino in se habere de quo possint tanquam de suo gloriari : iste uerò Abrahamũ habere dicitde quo glorietur apud Deũ , quia uidelicet credidit. Quasi uero & ipsa fides non sit donum Dei prorsus gratuitum . quod & ipse Origenes alibi agnoscit : aut quasi fides illud sit quod nos iustificat,ac non potius instrumentum duntaxat, & quidem gratis nobis datum, quo, tanquam manu quapiam, Christum iustitiam nostram apprehendimus. At iste fidem putat habere gloriam apud Deũ,non apud homines: quia fides in occulto est,operta autem palàm sunt.Neque interim nego fidelibus adesse de quo abundè glorientur, sed in Domino,non in sese.

3 Imputatum est ei pro iustitia ἐλογίσθη αὐτῷ. Hebræa ueritas habet וַיַּחְשְׁבֶהָ לוֹ . ita ut manifestè sit repetendum Dei nomen ἀπὸ προσώπου:quod ut planius fieret,Paulus actiuam loquutionem in passiuã conuertit. Vtraque autem coniuncta omnem calumniandi occasionem præcidit ijs qui apud Mosen repetunt nõ Dei sed Abrahami nomen:ut sit hic sensus, Abrahamum Deo credidisse,& hoc ei imputasse ad iustitiam,quòd scilicet tam magnifica promissa ab eo accepisset.Item qui extrinsecus supplent rectum , ut sit oratio perfecta.Credidit Abraham Deo , & mandat ob eam causam habuit Abrahamum pro uiro probo. Sic frustrà fuit ingeniosus Satan in hoc pulcherrimo & pretiosissimo testimonio peruertendo.Sed tamen hic quoque laborauit Origenis ingenium.qui quum nouerit quid sit gratuita imputatio,neque quid sit fides,neque quid iustitia aut iustificatio,intelligeret : perfectam fidem in Abrahamo C
fuisse somniauit,quæ mereretur ad iustitiam reputari.ut qui diserte testetur non ei qui ex parte , sed qui ex integro & perfectè credit,fidem ad iustitiam reputari.Ita conatus est Satan per hunc scriptorem fructum huius doctrinæ miseris peccatoribus.i.omnibus hominibus,eripere:quasi non aperte dixerit Paulus iustitiam Dei exhiberi in Euangelio ex fide in fidem.Sed quidni hoc dicat Origenes,quem etiam non puduit hoc loco idem cæteris uirtutibus, ut misericordiæ,mansuetudini,humilitati tribuere , ut & ipsæ dicantur ad iusticiam reputari? Pro iustitia εἰς δικαιοσύνην. Vulg.& Eras.ad uerbum,ad iustitiam,quod est obscurius dictum.Est enim hic quoq; (ut suprà 2.d.26) Hebraismus in præpositione εἰς,id est ל, quæ significat Vice & loco,ut Psal.30.a.3,& alibi sæpe. Quid autè intelligatur iustitiæ uocabulo exposuimus aduersus Sophistas suprà 1.b.17,&3.c.20.

4 Atqui ei qui operatur,τῷ δὲ ἐργαζομένῳ. id est,Ei qui ex opere sit aliquid promeritus. Cui opponitur τῷ μὴ ἐργαζομένῳ,qui nõ operatur,id est qui opus nullum affert, cuius mercedem flagitet,sed gratuita Dei promissio ne nititur.Ac illud quidem dicitur per concessionem, similitudine ab humanis commercijs ac contractibus sumpta. Nam alioquin,quis prior dedit,& retribuetur ei? Hoc uerò non considerans Origenes, quanuis meritum ex condigno quod alibi stabilijt,hic euertat:tamen perturbat omnia, dum appellatione Debiti intelligit pœnam peccatis debitam:obiter etiam corrumpens locum ex Iohan.3.d.34. Nec multò melius ista in Græcis scholijs explicantur. Quum enim hæc differat Apostolus,ut superioris,argumenti consequutionem probet à contrarijs,quia fidem imputare pro iustitia,& operum debitam mercedẽ persoluere,pugnãt ex diametro,(iustificatio enim illa gratiæ est in Christo, ista uerò meriti in nobis) Græci tamen Scholiastæ putarunt fidei & operum mercedem inter se comparari,quòd illa multò amplius præmium habeat. Ita fit ut non modò aberret à scopo , sed etiam fidei merito arrogent,quod unius est Christi,& gratiam Dei funditus euertant.

Non imputatur ex gratia λογίζεται. Id est,non numeratur neque tribuitur. Nam imputare hoc loco non possis exponere per acceptum ferre, ut in præcedenti & in consequenti quoque uersiculo,ubi imputari,id est acceptum ferri dicitur quòd non ipsi exoluimus , sed alius pro nobis. alioquin idem uerbum & pro subductis ue-

lut

A lut rationibus secum aliquid constituere accipitur, ut suprà 2. a. 3, & pro συλλογίζεσθαι, id est concludere, & ex argumentis præcedentibus colligere, ut suprà 3. d. 28.

τῷ δὲ μὴ ἐργαζομένῳ, πιστεύοντι δὲ ἐπὶ τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ, λογίζεται ἡ πίστις αὐτοῦ εἰς δικαιοσύνην.

5 Ei verò qui non operatur, sed credit in eum qui iustificat impiũ, imputatur fides sua pro iustitia. *Fides.*

καθάπερ καὶ Δαβὶδ λέγει τὸν μακαρισμὸν τοῦ ἀνθρώπου, ᾧ ὁ θεὸς λογίζεται δικαιοσύνην χωρὶς ἔργων.

6 Sicut etiam Dauid narrat beatitatem hominis, cui Deus imputat iustitiam absq; operibus, *dicens*. *Beatitudo.*

μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι·

7 Beati quorum remissę sunt iniquitates, & quorum obtecta sunt peccata.

μακάριος ἀνὴρ, ᾧ οὐ μὴ λογίσηται κύριος ἁμαρτίαν.

8 Beatus uir cui non imputarit Dominus peccatum.

ὁ μακαρισμὸς οὖν οὗτος, ἐπὶ τὴν περιτομὴν, ἢ καὶ ἐπὶ τὴν ἀκροβυστίαν; λέγομεν γάρ, ὅτι ἐλογίσθη τῷ Ἀβραὰμ ἡ πίστις εἰς δικαιοσύνην.

9 Beatitas igitur ista in circũcisionẽ *solũ* an & in præputium *cadit*? Dicimus enim quòd imputata fuerit Abrahæ fides pro iustitia.

πῶς οὖν ἐλογίσθη; ἐν περιτομῇ ὄντι, ἢ ἐν ἀκροβυστίᾳ; οὐκ ἐν περιτομῇ, ἀλλ' ἐν ἀκροβυστίᾳ.

10 Quomodo ergo imputata est? quum esset in circũcisione, an *quum esset* in præputio? nõ in circuncisione, sed in præputio.

B 5 Qui iustificat impium, τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ. Id est, qui eum qui in sese est impius, facit iustum in Christo. Nam (ut alibi dixi) nullos pro iustis approbat Deus nisi quos prius uere ac summè nõ in ipsis sed in Christo suo, id est imputata Christi iustitia, iustificarit: qua ratione optimè conciliatur hic locus cum eo quod scriptum est Exodo 12. b. 7.

7 Quorum remissæ sunt iniquitates, ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, Distinctio quam hoc loco tradit Origenes inter ἀνομίαν & ἁμαρτίαν, non admodum firma est, neque satis apposita. quum hæc doctrina ad qualuis transgressiones pertineat. ideo 1. Iohan. 3. a 4, ἁμαρτία dicitur esse ἀνομία, id est quicquid non tantum Legi Mosis, sed in genere Legi Dei aduersatur, Libuit autem hoc etiam loco subijcere Origenis uerba, ex quibus intelligatur iurene an iniuria toties eum, ut Apostolicæ doctrinæ corruptorem, reprehendam. Vide, inquit, si fortè potest iste ordo in anima una eademque intelligi: ut quia initium est conuersionis animæ mala derelinquere, pro hoc iniquitatum remissionem mereatur accipere: quum autem cœperit bona facere, ueluti singula quæque quæ præcesserant mala, bonis recentibus obtegens, & abundantiorem numerum bonorum introducens, quàm prius fuerat malorum, tegere peccata dicatur. ubi uerò iam ad perfectum uenerit, ita ut omnis de eo malitiæ radix penitus amputetur, eonique ut nullum in ea uestigium possit muenirì nequitiæ, ubi iam perfectæ beatitudinis summa promittatur, tum nullum peccata sua obtegat: & quid iam superest quominus falsi damnetur Apostolus, qui in sententiam prorsus contrariam hunc locum citarit, nempe ut beatos nos esse ostenderet non ex meritorum mercede, sed ex gratuita peccatorum remissione: ex eo, inquam, quòd Deus peccata nostra obtegat, & peccatores gratis iustificet?

9 In circuncisionem solùm ἐπὶ τὴν περιτομὴν. Particula λαὶ quæ mox sequitur, omnino ostendit subaudiendum esse μόνον, id est solùm uel tantùm: quod Vetus etiam interpres rectè suppleuit: de qua eclipsi diximus suprà 2. d. 28, Itaque nescio quid in mentem uenerit cuidam quum totum hunc locum sic interpretaretur. Hæc igitur beatitudo in circuncisionemne cadit an potius in præputium. Nam λαὶ non potest significare μᾶλλον nisi admodum uiolenta interpretatione, & poscit argumenti series aliam interpretationem. Sed & uerbum πίπτει, id est cadit, quod explendæ sententiæ deerat, ex Theophylacto suppleuimus, & hoc quoque notandum est, tam tertiò circuncisionem accipi pro circuncisis, præputium uerò pro incircuncisis. Denique ut lectoribus gratificer, paucis subijciã huius disputationis mẽbra, quæ non minus argutè quàm sanctè & eruditè à Paulo tractatur. Ex hoc unius Abrahami exemplo cõstituit Apostolus uniuersalem conclusionẽ elicere. Id uerò ut sese iure facere ostẽdat, primùm omnium admonet, in ipso quæstionis limine Abrahamum à se proponi, non simpliciter tanquam unum ex fidelium numero, sed ut Ecclesiæ patrem: ut merito à patre ad filios argumentetur: quod postea explicabit. Nunc igitur postquam probauit patrem ex una fide iustificatum per imputationem gratuitam, idem uult postea in filijs statuere:
C & hos quidem duorum generum esse in primis ostendit, unos uidelicet incircuncisos, alteros circuncisos, ne Iudæi obstreperent.

Deinde utrosque ait ex fide esse æstimandos: ita scilicet, ut nec incircuncisi desinant filij esse Abrahami, quia incircuncisi sunt, si modo fidem habuerint: nec circuncisi, etiamsi secundum carnem nati fuerint ex Abrahamo, & circuncisi, idcirco tamen sint illius filij, nisi & ipsi crediderint. Ac prius quidem illud, id est duplices esse Abrahami filios, sic probat, ut quia de circuncisis non ambigebatur, hanc partem non attingat: de incircuncisis uerò sic respondeat, Abraham incircuncisus iustificatus est, ante circuncisionem: ergo præputium non est alienum à fœdere Dei & iustificatione. Posterius uerò sic colligit, Abraham iustificatus est in præputio per fidem, ergo & incircuncisi per fidem possunt iustificari. Posterius autem hoc modo. Abraham fuit quidem circuncisus: sed tum demum quum iam iustificatus esset per fidem. Ergo iustificatio circuncisorum non pendet à circuncisione, sed à fide Atenim, quæret Iudæus, si Abraham erat ante circuncisionem iustificatus, cur circuncisionis Legem accepit? ut, inquit Paulus, circuncisio iustitiam fidei obsignaret tum in ipso Abrahamo, tum in ipsius posteritate. Ita filij Abrahæ eritis si ipsius uestigia sequuti, non à circuncisione & Lege salutem expectaueritis, sed habueritis in uobis illud ipsum cui obsignando data est circuncisio. Hic uerò duæ exoriuntur quæstiones. Vna, an sicut fidelis Abraham circuncisus est, sic etiam circuncidi fideles ex Gentibus oporteat. Altera, si hoc uerum est quod de Abrahamo dicitur, cur igitur Iudæi octauo die circuncidantur, quo tempore per ætatem non modò non intelligere, sed ne credere quidem possint. Sed quum hæc ad Apostoli scopum non pertineant, meritò relinquit intacta. Hæc est, meo quidem iudicio, legitima huius loci explicatio. Neque enim nunc in eo uersatur Paulus, ut doceat Iudæos non iustificari per circuncisionem: quum hanc quæstionem suo loco pertractarit suprà capite secundo: sed in eo potius ut omnes tum Iudæos tum Græcos ex fœdere cum Abrahamo communi patre inito, doceat fide iustificandos. Diuersa autem sunt, circuncisione non iustificari, & Fide iustificari.

Circumcisio.

Et signum accepit circuncisionis, quod obsignaret iustitiæ fidei, quæ fuerat in præputio: ut esset pater omnium credentium in præputio, ut imputetur etiam ipsis iustitia.

11 καὶ σημεῖον ἔλαβε περιτομῆς, σφραγῖδα τῆς A
δικαιοσύνης τῆς πίστεως τῆς ἐν τῇ ἀκροβυσίᾳ,
εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πατέρα πάντων τῶν πιστευόν-
των δι' ἀκροβυσίας, εἰς τὸ λογισθῆναι καὶ αὐ-
τοῖς τὴν δικαιοσύνην,

Pater credentiũ Abraham.

Et pater circuncisionis, ijs *scilicet* qui non solùm sunt ex circuncisione, sed qui etiam incedunt uestigijs fidei patris nostri Abrahami, quæ fuit in præputio.

12 τὸν πατέρα περιτομῆς τοῖς οὐκ ἐκ περιτομῆς μόν),
ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσι τῆς ἐν τῇ ἀκροβυ
στίᾳ πίστεως τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ.

Lex. Promissio. Fidei iustitia.

Non enim per Legem promissio cessit Abrahæ, aut semini eius, ut hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei.

13 οὐ γὰρ διὰ νόμου ἡ ἐπαγγελία τῷ Ἀβραὰμ, ἢ
τῷ σπέρματι αὐτοῦ, τὸ κληρονόμον αὐτὸν εἶναι κό-
σμου ἀλλὰ διὰ δικαιοσύνης πίστεως.

11 Signum Circuncisionis, σημεῖον περιτομῆς. Id est circuncisionem, quæ signum est: ut sacramentum Baptismi dicimus pro Baptismo qui est sacramentum. Nam σημεῖον hoc loco quum alioquin latius pateat, nihil aliud declarat quàm Sacramentum. Itaque ratio huius appellationis, meo iudicio, uniuersalis est, ut non minus aliis Sacramentis quam circuncisioni possit applicari: nisi quòd circuncisio fuit initiationis tessera, & notam habuit in ipsa carne insitam. Hæc autem communis ratio Sacramentorum est, quòd sint externa signa eius pacti quod Dominus nobiscum & cum posteritate nostra iniit. Sed peculiari tamen ratione hoc conuenit Abrahamo, cui uni dictum est, In te benedicentur omnes gentes. Itaque sibi & posteris, id est omnibus omnium Gentium fidelibus, solus Abraham hoc signum circuncisionis accepit: reliqui uero sibi duntaxat, & suo peculiari semini, quod nisi consideres, uix intelligas cur addiderit Paulus εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πατέρα, ut esset pater. & tamen hoc est totius applicationis exempli στοιχεῖον, cohærens potius (ut ego quidem existimo) cum uerbo ἔλαβε propinquiore, quàm cum uerbo ἐλογίσθη B
per traiectionem, uel cum participio γενομένης. quod subauditur post τῆς articulum. Cæterùm in duobus codicibus scriptum inuenimus, καὶ σημεῖον ἔλαβε περιτομὴν, & pro signo accepit circuncisionem: ut manifestum sit explicanda hæc esse per appositionem quam uocant.

Quod obsignaret σφραγῖδα. Quid magnificentius dici de ullo Sacramento possit? Itaque qui ueteris fœderis Sacramenta à nostris re ipsa distinguunt, nunquam uidentur Christi officium quàm late pateat cognouisse. Vocarat Paulus circuncisionem σημεῖον quod ad externam cæremoniam attinet. nunc illius signi substantiam & effectum explicat, id est quorsum adhibeatur, nempe iustitiæ fidei qua in ipsius Christi possessionem mittimur, non simpliciter significandæ, sed una etiam obsignandę, quatenus scilicet Spiritus sanctus reipsa id intus præstat quod externa cæremonia prædicationi Verbi coniuncta, oculis repræsentat. Hanc interpretationem siquis cum ijs contulerit quæ non Origenes modo, sed nonnulli etiam ex Patribus alioquin pietate & eruditione clarissimis, in hunc locum scripserunt: comperiet profectò quantam ueritatis lucem Dominus in nos omnium hominum maximè indignos nostra memoria effuderit. Cæterùm Signaculi nomen quod Vetus interpres & Erasmus usurpant, libens refugi, partim quòd non sit admodum usitatum, partim quòd non satis uideatur illam uim obsignationis declarare.

Omnium credentium in præputio, πάντων τῶν πιστευόντων δι' ἀκροβυστίας. Id est, πάντων τῶν ὄντων ἐν ἀκρο
βυστίᾳ καὶ πιστευόντων, ut rectè explicant Græca scholia. Nam omnino hoc poscit sententia, ut διὰ pro ἐν accipiatur: quomodo etiam explico 1. Tim. 4. d. 14. & Heb. 7. b. 9. Vulg. omnium credentium per præputium. quam interpretationem miror Erasmum intactam reliquisse, quum nullus inde sensus elici posse uideatur.

12 Et pater circuncisionis, καὶ πατέρα περιτομῆς. Id est, pater circuncisorum, ut etiam mox, esse ex circuncisione, declarat esse ex circuncisis. Iis scilicet qui non solùm sunt ex circuncisione, τοῖς ὐκ ἐκ περιτομῆς μόνον. Sic legimus in omnibus codicibus. Ita etiam legit Chrysostomus, & Græca quoque scholia diserte interpretantur, ut & ipsa sententia flagitat. Nam quemadmodum de incircuncisis loquens, non simpliciter dixerat, omnium illorum esse patrem Abrahamum, sed eorum demum qui crederent: eandem distinctionem in Iudæis quoque meritò seruauit: quia (ut ante dixi) non est simpliciter propositum Apostolo docere Abrahamũ patrem esse tum incircuncisorum, tũ circuncisorũ, sed etiã in primis qua ratione sit utrorumq; pater, qui est ipsius scopus. Nam filium esse Abrahami coram Deo, & fide iustificatum esse, cohærent. Non rectè igitur Vetus interpres conuertit, non ijs tantùm qui sunt ex circuncisione, id est ὁ μόνον τοῖς ἐκ περιτομῆς, quanuis eiusmodi traiectiones interdum apud Hebræos inueniantur: & ne longius abeamus, sic usurpetur infra uersu 16, & 23. Ab Erasmo autem in eo uno dissentio, quòd τοὺς ἐκ περιτομῆς interpretatur eos qui genus ducunt ex circuncisis, quum generaliter, ut opinor, esse ex circuncisione dicatur ab Apostolo, pro esse ex circuncisorum numero. C

Sed qui etiam incedunt ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχοῦσι. Planior quidem erit oratio, si uel articulum τοῖς expungas, uel legas ἀλλὰ τοῖς καὶ στοιχοῦσι: & fortasis permutata est horum collocatio ab ijs qui in priore membro putarunt esse traiectionem. Sed ut ut sit, plana est Apostoli sententia, distinguentis Iudæos infideles à fidelibus. Nam ut obiter hoc quoque dicam, incedere uestigijs fidei Abrahæ, non de fidei fructibus (de his enim nondum differit Apostolus) sed de fide ipsa accipiendum est? nec aliud declarat, quàm credere, sicut & Abraham credidit. 13 Per Legem διὰ νόμου Hoc est, per præstita aliqua opera, aut addita implendæ Legis conditione. Legem autem sine articulo uocat aut legem ipsam naturę non Mosis: quę nondũ data erat, uel etiã Legẽ Mosis: ut hoc idem argumentũ tractatur Gala. 3. c. 18. Rectè autem Erasmus suppleuit uerbum Contigit ad constructionem explendam, nisi quòd contingentiam nullam hic agnosco. Quid si igitur suppleas δέδοται data est? Nam hoc innuunt Græca scholia. Sed hac ratione non fuerat dicendum τὸ κληρονόμον εἶναι ut hæres esset, sed τὸ κληρονόμον ἔσεσθαι hæredem fore, ut exposuit Erasmus, idque perperam, ni fallor. Neque enim disputat Paulus an Deus præcedentibus Abrahæ operibus adductus fuerit ad dandam ipsi promissionem, sed qua ratione sit promissionis particeps factus Abraham, an quia fide eam apprehendit, an uero quia Legem impleuit. Itaque uerbum Cessit aut Euenit supplere malim.

Vt hæres esset mundi, τὸ κληρονόμον αὐτὸν εἶναι τοῦ κόσμου, Id est, ut pro filijs haberet omnes nationes orbis. Coniungit enim Paulus promissiones à Deo factas Abrahamo, uelut in unum corpus, & quum omnes credentes siue incircuncisos, seu circuncisos docuisset esse filios Abrahæ, meritò sanè Abrahamum uocat mundi hæredem: Mundi appellatione omnes nationes intelligens. & in eo ipso sequutus Domini uestigia. Nam quum dixisset Dominus Abrahamo, se fore Deum ipsius & seminis eius, posteà exposuit quid Seminis appellatione intelligeret. nimirum omnes terræ nationes, quum fore diceret ut illas omnes in eo gratia sua dignaretur. Hæc est omnino germana ac maximè accommodata huius loci explicatio, quam & ipse Apostolus posteà explicat uersu decimo septimo declarans ipsius nominis Abrahami etymologiam.

Nam mihi quidem uidetur non posse satis appositè ad institutum Apostoli, aut satis genuina interpretatione per

A per mundū intelligi regio Chanaan. quamuis suum hic quoq; cuiuis iudicium ultrò (sicut par est) integrū & illibatū relinquo. Est autē (ut ad rem redeam) peculiaris quidam Hebraismus in his uerbis annotandus, qui sententiam mirē illustrat. Neque enim hæredis nomen propriè hic accipitur: sed quia Hebræis נחלה, id est hæreditas, dicitur quicquid alicui gratis cedit in possessionem, ac nominatim quidem filij dicuntur hæreditas quę patri à Deo datur Psal. 127. a. 3, ideo hæredem esse mundi, declarat totum mundum habere pro filijs, & hac ratione quasi uniuersō mundō potiri. Sic dicitur Christus totius mundi hæres constitutus, in quo scilicet & ipse pater Abraham cum toto mundo adoptatus pro filio benedicitur, Heb. primo a. 2. Sic dicimur Dei hęredes correlatiuè infrà 8. c. 17. quia Dei sumus hæreditas cum Christo: quum alioquin Græcis & Latinis, Alicuius esse hæredem, declaret, in alicuius bona post mortem succedere. Postremo notanda est ratio cur Paulus addiderit, ἢ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, uel semini [id est posteris] eius. Quid enim? an semini eius facta est promissio, fore ut possideat mundum? Nempe id nō potest nisi perabsurdè dici, quum potius appellatione Mundi ipsum semen significetur. Est igitur hoc intelligēdum ex mutua patris & filiorum relatione. Quū enim diceret Deus Abrahamum fore patrem multitudinis Gentium, simul polliceitur multitudini Gentium fore ut Abrahamum habeat pro patre: quod utrinque est singulare beneficium, ex fœderis formula, Ero Deus tuus & seminis tui. Itaque Paulus quum in eo sit ut doceat illos Abrahæ ex una fide æstimandos, siue circuncisi sint, siue incircuncisi: meritò expressit promissionem pertinere non ad Abrahamum solùm, sed etiam ad ipsius semen: quamuis in ipsa promissionis formula explicanda id tantum expresserit quod ad patrem spectat, alterum scilicet lectori cogitandum relinquens, ex natura eorum quæ inter se comparantur. Plena enim hæc fuisset oratio, οὐ γὰρ διὰ νόμου ἡ ἐπαγγελία τῷ Αβραὰμ, τὸ κληρονόμον αὐτὸν εἶναι τοῦ κόσμου, ἢ τῷ σπέρματι αὐτοῦ τὸ ὑπὸ τοῦ Αβραὰμ κληρονομεῖσθαι τὸν κόσμον· ἀλλά, &c.

εἰ γὰρ οἱ ἐκ νόμου, κληρονόμοι, κεκένωται ἡ πίστις, καὶ κατήργηται ἡ ἐπαγγελία·

14 Etenim si ij qui ex Lege *sunt*, hæredes sunt, inanis facta est fides, & inanis reddita est promissio:

ὁ γὰρ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται. οὗ γὰρ οὐκ ἔστι νόμος, οὐδὲ παράβασις.

Nam Lex iram efficit. siquidem ubi nō est Lex, ibi nec transgressio *est*.

διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως, ἵνα κατὰ χάριν, εἰς τὸ εἶναι
B βεβαίαν τὴν ἐπαγγελίαν παντὶ τῷ σπέρματι, οὐ τῷ ἐκ τοῦ νόμου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐκ πίστεως Ἀβραάμ, ὅς ἐστι πατὴρ πάντων ἡμῶν,

16 Propterea ex fide *est hæreditas*, ut sit per gratiam, ut firma sit promissio toti semini, *id est* non solùm ei quod *est* ex Lege, uerum etiam ei quod *est* ex fide Abrahami, qui est pater omnium nostrum.

(καθὼς γέγραπται· ὅτι πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε·) κατέναντι οὗ ἐπίστευσε θεοῦ, τοῦ ζωοποιοῦντος τοὺς νεκροὺς, καὶ καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα.

17 (Sicut scriptum est, Patrem multarum Gētium constitui te) corā eo cui credidit Deo, uiuificante mortuos, ac uocante quæ non sunt, tanquam sint.

14 Si ij qui ex Lege sunt οἱ ἐκ νόμου. Id est, si ij demum sunt hæredes qui Legem impleuerint, siue, si ad hoc ut aliquis sit in hæreditate Abraham, requiratur Legis impletio, inanis est fides ac promissio, id est frustrà promissioni creditur, & frustrà fit promissio. Nam tantum abest ut hanc conditionem aliquis præstare possit, ut contrà (sicut antè primis tribus capitibus penè integris est demonstratum) Lex nihil aliud quàm peccata hominum coarguat, ipsorū quidem uitio, non Legis. Itaque ex Lege esse, non idem declarat atque circuncisum esse & Legi Mosis initiatum, quemadmodum paulo pòst accipitur uersu 16: sed idem ualet atque εἶναι ἐξ ἔργων, Galat. 3. b. 10. Ex operibus esse, id est operibus suis, seu Legis impletione niti 15 Lex iram efficit ὁ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται. Vulg. & Erasm. Lex iram operatur. Ego uerò existimo Apostolum potius usurpasse compositum κατεργάζεσθαι, quàm simplex ἐργάζεσθαι: quia quum iam inde à nostro exortu simus iræ Dei obnoxij, superuenit postea Lex, quæ nostra quidem culpa, non sua, damnationem cumulet, ac ueluti cœptum opus absoluat. Est autem operæpretium intelligere quid in hunc locū comminiscatur Origenes. Legis nomine, inquit, lex membrorum intelligitur. Quòd si placet de Lege Mosis accipere, Irę nomine pœnas accipe quas Lex Mosis proponit delinquentibus. nempe ut crementur, lapidentur, suspendātur transgressores. Quid amplius? Potest, inquit, esse Lex ubi præuaricatio non sit. Et paulo pòst, Etsi (inquit) Legem Mosis ponamus, non continuò omnes qui sub Lege Mosis uixerunt, in præuaricatione facti sunt. Alioqui simul & Prophetas & omnes iustos uidemur inuoluere. Hæc ille. ex quibus certè apparet non multò melius eum intellexisse quid sit Lex, quod eius officium, quod Euangelij & Legis discrimen, quàm si Paulum nunquam inspexisset.

Vbi non est Lex, οὐκ ἔστι νόμος. Vel (ut quidam malunt) cuius Lex non est nam ambiguū est Græcum uocabulū.

16 Toti semini, παντὶ τῷ σπέρματι. Id est omnibus credentibus. Nam qui non credunt, etiamsi sint circuncisi, & secundum carnem orti ex Abrahamo, non sunt tamen ex semine, quia mutua est promissionis, fidei & seminis relatio: Est autem in his uerbis conclusio præcedentium à uersu 13. ad hunc usque locum. *Id est* non solum ei quod est ex Lege, ὃ τῷ ἐκ τοῦ νόμου μόνον. Quum in genere dixisset, hæreditatem esse ex fide, ut firma esset promissio toti semini, id est omnibus credentibus: nunc semen istud diuidit in eos qui sunt ex Lege, i. in Iudæos fideles circuncisos, & in eos qui sunt ex fide, id est Gentiles qui sola fide referunt Abrahamum, quum sint incircuncisi. Itaq; quod non intelexit Origenes, ex Lege, &, ex fide esse, non opponūtur simpliciter hoc loco, ut paulò ante uersu 14, sed διαστάσει, i. quatenus fides adiuncta est aut non adiuncta circuncisio. ut idē hic declaret ἐκ τοῦ νόμου εἶναι, atq; ἐν τῷ νόμῳ εἶναι suprà 3. c. 19. Nam fides utrinq; pomitur, quia præcedit in prolepsi, παντὶ τῷ σπέρματι. Eadem quoq; ratio ostendit particulam μόνον, uti 1. Corinth. 15. c. 19. ita hic etiam per traiectionem cohærere cum negante particula, non cum participio ὄντι subaudito: neque rectè hunc locum à quibusdam sic conuerti, Non ei quod est tantùm ex Lege, sed etiam ei quod est ex fide. Cur enim Paulus adderet διὰ in posteriore membro? Ex fide Abrahami, ἐκ πίστεως Ἀβραάμ. Arguitur hoc loco Erasmus, quasi Ἀβραὰμ pertineat ad articulum τῷ, tertio casu scilicet, ut duos Abrahamos faciat Paulus, sicut alibi duos Adamos, unum iustificatum in præputio per fidem, qui pater est Gentium spiritualis, alterum iustificatum per fidem in circuncisione: qui duplici nomine pater est Iudæorum credentium. Ego uerò nusquā inuenio posteriorem istum Abrahamum. Deinde quorsum hęc dicantur, quū manifestè Paulus diuidat in duo membra quod in genere dixerat? nimirum ut aditum sibi patefaciat nouo argumento ex ipsius promissionis formula petito. quæquidem differre facit non unus, sed multarum Gentium mentionem. Nam quod ait Erasmus, additurum fuisse aliquot Paulum τοῦ Ἀβραὰμ, nullius est momenti, quum soleat multis locis omittere articulum, ut infrà capite nono b. 7, & undecimo a. 1, & Galat. 3. a. 7, & alibi sæpe.

17 Coram Deo, κατέναντι θεοῦ. Id est cognatione spirituali, quæ coram Deo locum habet, & Deo nos gratos reddit. Nam quum benedictio inclusa sit in semine Abrahæ, filium eius fide oportet, ut simus uitæ æternæ partici-

Genes.15.a.5

Qui *Abraham* cõtra ſpem ſub ſpe credidit, ut fieret pater multarum Gentium: ſecũdum id quod *ei* dictum fuerat, Ita erit ſemẽ tuum.

18 ὃς παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι ἐπίστευσεν, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸν πατέρα πολλῶν ἐθνῶν, κατὰ τὸ εἰρημένον· οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου. A

Ac minimè imbecillis fide, non conſidera uit ſuum ipſius corpus iam emortuum, quũ centum circiter natus eſſet annos, nec emortuam uuluam Saræ.

19 καὶ μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει, οὐ κατενόησε τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ἤδη νενεκρωμένον, ἑκατονταέτης πως ὑπάρχων, καὶ τὴν νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάρρας·

Aduerſus promiſsionem autem Dei non diſceptauit infidelitate: ſed robuſtus factus eſt fide, data gloria Deo:

20 εἰς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ θεοῦ οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ, ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει, δοὺς δόξαν τῷ θεῷ,

Ac plenè perſuaſum habẽs *eum* quod promiſerat poſſe etiam facere.

21 καὶ πληροφορηθεὶς ὅτι ὃ ἐπήγγελται, δυνατός ἐστι καὶ ποιῆσαι.

Quapropter etiam *hoc* imputatum eſt ei pro iuſtitia.

22 διὸ καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.

Non ſcriptum eſt autem propter eum ſolum, quod *hoc* imputatum fuerit ei:

23 οὐκ ἐγράφη δὲ δι' αὐτὸν μόνον, ὅτι ἐλογίσθη αὐτῷ,

Sed etiam propter nos, quibus futurũ eſt ut imputetur, qui crediderimus in eum qui excitauit Ieſum Dominũ noſtrũ à mortuis.

24 ἀλλὰ καὶ δι' ἡμᾶς, οἷς μέλλει λογίζεσθαι, τοῖς πιστεύουσιν ἐπὶ τὸν ἐγείραντα Ἰησοῦν τὸν κύριον ἡμῶν ἐκ νεκρῶν.

Mors Chriſti. Reſurrectio.

Traditum *in mortem* propter offenſas noſtras, & excitatum propter iuſtificationem noſtri.

25 ὃς παρεδόθη διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν, καὶ ἠγέρθη διὰ τὴν δικαίωσιν ἡμῶν. B

CAPVT V.

ΚΕΦΑΛ. ε.

Fides. Pax. Gloria in afflictionibus.

IVſtificati igitur ex fide, pacem habemus erga Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum:

1 Δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως, εἰρήνην ἔχωμεν πρὸς τὸν θεὸν διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ,

pes. Verùm apud homines alia eſt ratio, apud quos ſcilicet mortuis non gignuntur filij, & quòd non uidentur ulli proprie eſſe poſſe illorum filij ex quibus non ſunt orti. Quidam tamen Chryſoſtomum ſequuti, *κατέναντι* exponunt, ad exemplum ſeu ſimilitudinem, quod uideatur quandã cum Deo ſimilitudinis ſpeciem habere Abrahamus, in eo quod totius mundi ſit pater, & quidem ſpirituali ratione. Sed mihi quidem hæc ſubtilitas uidetur inanis: neque uſquam in Nouo Teſtamento reperio *κατέναντι* poſitum pro *ὁμοίως*. Viuificante. *ζωοποιοῦντος*. Id eſt, qui uitæ reſtituit, ut expoſuit Eraſmus per periphraſin. Adduntur autem hæc ab Apoſtolo, ut aditum ſibi pateſaciat ad declarandam magnitudinem fidei Abrahami. Ac uocante *καὶ καλοῦντος*. Id eſt apud quem iam exiſtunt quæ reipſa non exiſtunt, ut qui uel uno uerbo quiduis poſsit ex nihilo efficere. Sic enim accipitur apud Hebræos uerbum קרא, id eſt uocauit, ut alibi obſeruauimus. Videtur autem Paulus quum mentionem facit umificationis, reſpicere circunciſos natos ex Abrahami quaſi iam emortui lumbis, non naturæ, ſed fidei uirtute. Nam quod de morte per peccatum hîc diſputat Origenes, *δεῦρο πρὸς ἔλεγξιν*. Quum autem meminit uocationis eorum quæ non ſunt, uidetur ſpectare incircunciſos, qui uirtute promiſsionis facti ſunt quod prius non erant, quaſi, (quod etiam interminatur Iohannes Matth.3.b.9.) ex lapidibus filios Abrahæ ſuſcitarit Dominus, quum ex non populo fecit populum.

19 Minimè imbecillis *μὴ ἀσθενήσας*. Hic mos eſt apud Hebræos, ut contrarium eius quod negant, fortiſsimè aſſeuerent: quæ figura à grammaticis dicitur liptote. Itaque minimè imbecillis fortiſsimum ac conſtantiſsimũ declarat: quod nõ ſatis uidentur expreſsiſſe Vetus interpres & Eraſ. quum interpretarẽtur *μὴ ἀσθενήσας*, non infirma etiam detorquens quod de infirmis in fide ſuſtinendis præcipit infrà 14.a.1, & Tit.1.b.13. de ſanis in fide. quibus locis fides accipitur diuerſa ſignificatione, id eſt, pro ipſa Euangelij doctrina quæ credenda proponitur. C

Emortuum *νενεκρωμένον*. Id eſt uiribus effœtum, & ad gignendam ſobolem ineptum. Itaq; intempeſtiuè diſſerit Origenes de mortificatione ſpirituali.

20 Non diſceptauit *οὐ διεκρίθη*. Vide Matthæum 21.b.21. Data gloria Deo: *δόξαν δόξαν τῷ θεῷ*. Id eſt Deo agnito ac collaudato, ut qui ſumme bonus ac uerax eſſet, ſicut ſcriptum eſt Iohan.3.d.33. Sic accipitur hoc dicendi genus Luc.17.d.18, ſed paulo aliter Iohan.9.c.14. 21 Plene perſuaſum habens, *πληροφορηθεὶς*. Vide Luc.1.a.1.

Quod promiſerat, *ὃ ἐπήγγελται*. Eraſmus, is qui promiſerat, *ὃς ἐπήγγελται*.

22 Quapropter etiam *διὸ καὶ*. Quomodo, inquit Origenes, non ad iuſtitiam reputaretur ei qui non ſolùm in fide, ſed & in omnibus uirtutibus perfectionem tenebat? Hæc ille, nempe ut nihil eſſet quod non contaminaret.

23 Propter eum ſolùm. *Δι' αὐτὸν μόνον*. i. quum hæc ſcriberet Moſes, non habuit rationem unius Abrahami, nempe uel hominis præſtantiam amans, uel ut inſignis alicuius facti memoria eſſet ſempiterna: ſed noſtri etiam erudiendi cauſa hæc ſcripſit, qui filij illius ſumus per fidem, in eo benedicendi. Neque enim proponitur Abraham ut exemplar duntaxat, ſed etiam ut pater credentium. Neque uideo cur neceſſe ſit nos aſſentiri Origeni, qui *δι' αὐτὸν* interpretatur *περὶ αὐτοῦ* de eo, & *δι' ἡμᾶς*, de nobis. 25 Traditum *in mortem ὃς παρεδόθη*. Vulg. & Eraſ. qui traditus eſt. Ego ſuppleui quod deeſſe uidebatur, & uſus ſum participio, ut amphiboliam uitarem.

Propter offenſas noſtras *διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν*, Id eſt, ut offenſas noſtras lueret. Nam *διὰ* hoc loco finem declarat.

IN CAPVT V.

1 Pacem *εἰρήνην*. שלום Hebræis, id eſt pacem, dici res proſperas & ſecundas. Notum etiam eſt hoc uocabulo declarari concordiam. Ad has ſignificationes accedit etiam tertia, quoties uidelicet *εὐθυμίαν*, i. animi tranquillitatem & ſerenitatem declarat, quam nonnulli ex philoſophis pro ſummo bono habuerunt, ſed perperam definitam, ut mox dicemus. Poteſt autem hæc tertia ſignificatio ſub ſecunda etiam comprehendi. Pacem enim ac concordiam habent homines, aut cum Deo, aut alij inter alios, aut denique cum ſeipſis. Quidam igitur primam illam concordiæ

A concordiæ ſpeciem hic putant ſignificari, ut ſit hæc ſententia, Nos fide iuſtificatos, iam recõciliatos eſſe cum Deõ per Chriſtum, qui inimicitiarum cauſas ſuſtulit: quæ doctrina uerissima quidem eſt, ſed nõ ſatis appoſitè traditur hoc loco. Neque enim Apoſtolus propriè hic agit de mediatoris Chriſti opere, ſed à fidei effectis argumentatur. Quidam igitur hanc pacem cum Deo initam aliter explicant, nempe ut qui ſemel reconciliati ſunt Deo, pacem iſtam colant, uitantes ſcilicet peccata, & iuſtitiam colentes: quæ & ipſa interpretatio, quanuis piam ſententiam ſignat, tamen eſt ἀπροσδιόνυσος. Alij ergo de ſecundo genere pacis hæc accipiunt, & legunt ἔχωμεν, habeamus, quaſi nos fide iuſtificatos Paulus ad mutuam pacem colendam hortetur: quæ etiam interpretatio ad ſcopum Apoſtoli non pertinet. Supereſt tertia concordiæ ſpecies, quum quiſpiam animi trãquillitate fruitur: quæ rurſus accurata diſtinctione indiget. Triplex enim eſt in homine diſſidium, nempe & perturbationum animi aduerſus rationem (cuius mali neque quæ ſit origo, neque quod ſit remedium, intelligere potuit philoſophia) & carnis, id eſt totius hominis ψυχικοῦ aduerſus nouum hominem, quem Scriptura Spiritum uocat. quod diſſidium quum ſit filijs Dei peculiare (cæteri enim nihil aliud ſunt quàm Caro) minime mirum eſt philoſophos hoc certamen ne ſuſpicari quidem unquam potuiſſe. Immment deniq; homini terrores conſcientiæ iudicij druimi ſenſu perculſæ, quos poetæ ſub Nemeſis & Furiarum ſpecie repræſentarũt. Huic triplici certamini pax triplex opponitur. & quod ad primam quidem attinet, qui fide ſunt iuſtificati, quum ſint quoque peccato mortificati, aliquem huius pacis guſtum habeant neceſſe eſt: ſed quum carnis lucta ſuperſit, non eſt quòd hanc pacem ſeſe habituros ſperent, quandiu hic uerſantur. De ſecunda idem ſtatuendum eſt, tum aduerſus Pelagium, qui quanta ſit hominis labes, cognoſcere non potuit: tum aduerſus Origenem, Celeſtinum, Anabaptiſtas, Libertinos & eiuſmodi omnes fanaticos, qui iuſtificatos conſtituunt ἀναμαρτήτους. Supereſt uera illa pax mundo incognita,, de qua hic agit Apoſtolus, id eſt incredibilis illa & conſtantiſsima mundi recreatio, qua fit ut de beneuolentia Dei ſecurus homo, ſuperatis conſcientiæ terroribus, clamet cum Dauide, Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, à quo timebo? &, In te Domine ſperaui, ergo non confundar in æternum. Hanc uerò pacem mundus quidem ſomniat, ſed apprehendere nullo modo poteſt. Nam aut prorſus eſt ἀναλγησίας, id eſt ſtupidus & omnis doloris expers, aut pro Deo ſibi idolum fabricat, ipſius miſericordiam à ſumma iuſtitia ſeparans: uel iræ Dei opponens uana hominum commenta, ſeſe denique ſuis inſomnijs paſcens. Vna uerò fides quæ uerbo ipſius Dei nixa, Chriſtum ueram iuſtitiam apprehendit, hanc pacem affert. Quid uerò fidem, quid iuſtitiam appellet Paulus, ſuo loco expoſuimus. Eant nũc Sophiſtæ, & eos arrogantes eſſe clamitent, qui una Chriſti iuſtitia per ſolam fidem apprehenſa ſub certa ſpe gloriæ Dei in Deo gloriantur: & hæc effecta uel ſuæ fidei ſuiſque iuſtitijs tribuant, ſi poſſunt: uel ſi tribuere non poſſunt, Chriſto

B gloriam dare malint, quàm Eccleſiam Dei perſequendo, & ſeſe conficere, & illorum conſtantiam confirmare.

δι' οὗ καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν τῇ πίστει εἰς τὴν χάριν ταύτην, ἐν ᾗ ἑστήκαμεν, καὶ καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ θεοῦ.

2 Per quem etiam fide habuimus aditum in gratiam hãc, per quam ſtamus, & gloriamur ſub ſpe gloriæ Dei. *Gloria in afflictionibus.*

οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν, εἰδότες ὅτι ἡ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται,

3 Neque *id* ſolùm, ſed etiã gloriamur in oppreſsionibus, ſcientes quòd oppreſsio patiẽtiam efficiat: *Ephes.2.d.23. Iacob.1.a.3.*

ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμήν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα·

4 Patientia uerò experientiam, experientia autem ſpem:

ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει, ὅτι ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν διὰ πνεύματος ἁγίου τοῦ δοθέντος ἡμῖν.

5 Porrò ſpes non pudefacit, quòd Charitas Dei effuſa ſit in cordibus noſtris per Spiritũ ſanctum qui datus eſt nobis. *Spes. Charitas Dei.*

ἔτι γὰρ Χριστὸς ὄντων ἡμῶν ἀδυνάτων, κατὰ καιρὸν ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε.

6 Chriſtus enim, quum adhuc nullis uiribus eſſemus, ſuo tempore pro impijs mortuus eſt.

C 2 Per quam ἐν ᾗ. Vel, in qua: ſiue accipiamus Gratiæ nomine ipſam Dei εὐδοκίαν, id eſt gratuitam beneuolẽtiam, cui ſcilicet hæc laus tribuenda eſt, ut in ſolidum omnia in nobis & inchoet & perficiat: ſiue eam conditionem in quam gratuitò ſumus aſciti. Nonnullis etiam placet ad fidem referre, quod tamen mihi non ita probatur.

Stamus ἑστήκαμεν. Id eſt firmi permanemus, aut erecti. Poteſt enim opponi uel τῷ πίπτειν, ut 1. Cor. 10. c. 12, uel τῷ λείπεσθαι. Alij conuertunt Stetimus. Gloriamur λαυχώμεθα id eſt εὐδοκοῦμεν. ut 2. Cor. 12. c. 10, id eſt non modò æquo animo & moderato ſumus, ſed etiam magna lætitia perfuſi, nobis placemus de hæreditate cæleſti quæ nos manet. Sic enim accipiendum eſt uerbum καυχᾶσθαι, quum alioqui ſuprà dixerit omnem gloriationem excludi fidei doctrina. Ex hoc autem loco apparet quàm turpiter hallucinati ſint philoſophi in definitione εὐθυμίας, quum ſapientem illum ſuum non ſolùm metu, ſed etiam ſpe uacare uellent.

3 Neque *id* ſolum, οὐ μόνον δέ. Præciſum eſt hoc dicendi genus. Paulo familiare, quum ſuperiora uult amplificare, ut infrà 8. d. 23, & 9. b. 10. 4 Experientiam, δοκιμὴν. Vulgata & Eraſmus, probationem. quod uocabulum eſt ambiguum, quia uel actiuè uel paſsiuè accipi poteſt: δοκιμὴ uerò nunquam niſi paſsiuè accipitur. Placuit autem hoc annotare, ne quis putet Paulum à Iacobo diſsidere, qui contrario ordine ſcribit 1. a. 3, quòd probatio pariat patientiam. Nam in Græcis eſt τὸ δοκίμιον, id eſt exploratio, quo nomine ipſa oppreſsio dicitur ab eius effectu.

5 Charitas Dei ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ. Paſsiuè hoc accipiendum eſſe, de ea charitate qua nos Deus complectitur, nõ modò oſtendit argumenti ſeries, quum de conſtantiæ noſtræ fundamento hic agatur, ſed etiam Paulus ipſe explicat infrà uerſu 8. 6 Quum adhuc nullis uiribus eſſemus, ἔτι ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν. Primum omnium notanda eſt traiectio particulæ ἔτι, cuius loco Vetus interpres perperam legit, εἰς τί, Vt quid: quanuis eam lectionem ſequatur Ambroſius. Deinde obſeruandum eſt ἀσθενεῖς non rectè hoc loco conuerti Infirmos. Nam ἀσθένεια interdum quidem morbum declarat, ab effectu, quòd uires eneruet: qua ratione τὸν ἀσθενῆ rectè conuertere poſsis, ægrotum, aut inualidum. interdum autem dicitur de animi defectu, ubi deſtituimur ſpiritualibus donis. Ea uerò donorum facultas ſi ullà quantumuis per ſe languida in homine nondũ regenerato cõſtituatur, non rectè dixerit Paulus, Quid habes quod non acceperis? Illic enim non agit de natura, ſed de gratia: ut diſertè oſtendit aduerſus Pelagianos Auguſtinus, qui, ſicut hodie noſtri Sophiſtæ, ita etiam olim hoc cauillo utebantur, ut probarent ſe nihil gratiæ Dei detrahere, naturæ uires extollendo, quod uidelicet Dei gratiam facerent condendæ naturæ humanæ cauſam. Non ſic Paulus, qui quos uocauit ἀσθενεῖς, ſtatim appellat impios, peccatores, & Dei hoſtes: ſicut & alibi carnis prudentiam dicit inimicitias eſſe aduerſus Deum. cuius uoluntati ſubijci non modò nolit, ſed etiam non poſsit. alioqui fides non niſi ex parte donum Dei eſſet, neque omnem gloriationem excluderet. Nonunquam tamen ἀσθένεια pro iſtius facultatis animi non priuatione, ſed imbecillitate accipitur: idq; rurſus duplici ratione. Quũ enim, quandiu hic uerſamur, nõn niſi ex parte cognoſcamus, 1. Corinth. 13. c. 9, ἀσθενεῖς id eſt infirmi omnes meritò uocamur, tantiſper dum ad metam peruenia mus, Philip. 3. c. 12: & tamen in hac imbecillitate certi ſunt gradus, adeò ut alij præ alijs robuſti, alij infirmi meritò appellentur,

pellentur, de quibus tolerandis Apostolus passim disserit, ac præsertim in extremis huius epistolæ capitibus, & epistola ad Corinthios priore. Cæterùm de alijs etiam corporis & animi dotibus dicitur ἀσθενὴς ab Apostolo, & de cæremonijs quoque, atq; adeo tota lege, quatenus à Christi Spiritu est separata. quas significationes suis locis annotabimus. A

Suo tempore κατὰ καιρόν. Id est tempore idoneo & opportuno, quod Pater scilicet ab æterno constituerat. unde tories mentionem facit Christus horæ suæ, siue temporis sui. Ambrosius interpretatur, ad tempus: quia scilicet tertia die resurrexit, quasi πρὸς καιρὸν scripserit Paulus: ut interim taceam hoc parùm pertinere ad scopum. Erasmus uertit, iuxta temporis rationem, retulitque ad præcedentia, id est, ad participium ὄντων, quum essemus, quasi uoluerit Apostolus mitigare quod de infirmitate dixerat. Ego uerò puto nunquam hoc uenisse in mentem Apostolo, ut caueret ne de hominis dignitate nimium uideretur detrahere: quum quanto abiectior fuisse dicitur natura nostra ante uocationem, tanto maior in Deo benignitas elucet: quod argumentum ex professo tractauit hoc in loco. Imò uerò si superiora uoluit emollire, cur quos ἀσθενεῖς duntaxat uocarat, id est omnibus rebus destitutos, ad intelligenda quæ Dei sunt, nedum consequenda, mox asperioribus epithetis utens, peccatores, impios, Dei hostes appellat? Itaque uetera exemplaria omnia quæ uidi, & Græca scholia sequutus, ista coniunxi cum uerbo ἀπέθανε.

Enimuero uix pro iusto quisquam moria- 7 μόλις γὰρ ὑπὲρ δικαίου τὶς ἀποθανεῖται· ὑπὲρ
tur: nam pro eo qui sit *ipsi* utilis, forsitan ali- γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα τὶς καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν.
quis etiam mori sustineat.

Commendat autem suam charitatem erga 8 συνίστησι δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην εἰς ἡμᾶς ὁ
nos Deus, quòd quum adhuc essemus pecca- θεὸς, ὅτι ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν, χριστὸς ὑ-
tores, Christus pro nobis mortuus sit. πὲρ ἡμῶν ἀπέθανε.

Iustificare. Iustificati igitur eius sanguine, seruabimur 9 πολλῷ οὖν μᾶλλον δικαιωθέντες νῦν ἐν τῷ
Ira. nunc multò magis per eum ab ira. αἵματι αὐτοῦ, σωθησόμεθα δι' αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ὀργῆς.

Mors Christi. Vita. Nam si quum inimici essemus, reconcilia- 10 εἰ γὰρ ἐχθροὶ ὄντες κατηλλάγημεν τῷ θεῷ
ti fuimus Deo per mortem Filij eius, multò διὰ τοῦ θανάτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, πολλῷ μᾶλλον κα-
magis recóciliati seruabimur per uitá ipsius. ταλλαγέντες σωθησόμεθα ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ. B

Gloriari in Deo Neque id solùm, uerùm etiam gloriamur 11 οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμενοι ἐν τῷ θεῷ
in Deo per Dominum nostrum Iesum Chri- διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, δι' οὗ νῦν τὴν
stum, per quem nunc reconciliationem asse- καταλλαγὴν ἐλάβομεν.
quuti sumus.

Propterea sicut per unum hominem pec- 12 διὰ τοῦτο, ὥσπερ διὶ ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρ-

7 Pro iusto ὑπὲρ δικαίου, id est, iusti alicuius hominis uice: aut iustitiæ ac uirtutis asserendæ causa. Sed illud malo, ut uiro iusto & innocenti opponantur peccatores. Conuerti uero particulam γὰρ Enimuerò potius quàm enim, cum Vetere interprete & Erasmo, propterea quòd ista non continent probationem, sed explicationem & ἐπεξεργασίαν superiorum. Nam pro eo qui sit *ipsi* utilis, ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ. Amplificat Dei erga nos charitatẽ Apostolus duplici collatione,. Vix enim, inquit, pro iusto quopiam homine quisquam uelit mortem subire, at Deus Christũ suum dedit, qui pro nobis non modò non iustis, sed etiam sceleratissimis moreretur. Rursus eius causa à quo beneficium accepimus, forsan aliquis sustineat mori. at Deus quum non modò nullis à nobis beneficijs esset affectus (quid enim à nobis, aut à quoquam commodi consequatur?) sed etiam nos sibi infestissimos hostes esse non ignoraret: tamen filij morte suam in nos beneuolentiam sanciuit. Iam uerò quum tantùm ipsius in nos amoris pignus misero illo tempore acceperimus, qua tandem ratione nos iustificati & cum ipso reconciliati dubitemus quin nos ab ira. 1. ab ijs pœnis quibus hostes suos ulciscitur, saluos & incolumes præstet? & quum nos moriẽs Christus recõciliarit Deo, num uerebimur ne nunc uiuus nos reconciliatos in periculis deserat?. Sic puto hunc locum explicandum. Nam si ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ interpreteris neutro genere, pro bono. i. pro bona causa, perierit posterior collatio. Deinde si ἀγαθὸν pro bono, cui opponitur πονηρὸς malus, accipias, siue masculino, siue neutro genere: non modò nõ opponetur ὁ ἀγαθὸς ἐχθροῖς (sicut ὁ δίκαιος τοῖς ἁμαρτωλοῖς) sed etiam à se ipso dissentire uidebitur Apostolus, qui dicat aliquem uix pro iusto mori, pro bono uerò nonnullos: quum inter iustum & bonum (eum dico cui opponitur improbus) uix aliquid interfit. Poscit igitur sententia ut τὸν ἀγαθὸν accipiamus masculino genere αὐτὶ τοῦ ἀγαθοποιοῦ uel τοῦ ἀγαθοποιοῦντος (ut Lucæ sexto capite, c. 33.) id est, pro eo à quo commodum siue bonum aliquod percipiamus. Nam in eo planè ridiculũ se præbet Origenes, quòd τὸν ἀγαθὸν de Christo interpretatur, pro quo martyres mori non recusent. Quorsum enim hoc? Vtitur autem particula γὰρ, non quasi probaturus quod dixerat, sed per Anthypophoram, ut supra cap. 4. a, initio uersiculi secundi. 9 Multo magis πολλῷ μᾶλλον. Origenes omnia suo more peruertens, hæc retulit ad participium δικαιωθέντες iustificati, quum manifestum sit argumentum à comparatis sumptum, ideoque ista necessariò pertineant ad uerbum σωθησόμεθα. Ostendit, inquit, quòd neq; fides nostra sine sanguine Christi, neq; sanguis Christi sine fide nostra nos iustificat. Ex utroq; tamen multò magis sanguis Christi quã fides nostra iustificat. Et ideo quum in superioribus simpliciter dixerit iustificati ex fide, hîc addidit, Multò magis nunc iustificati in sanguine eius: ut doceret, quia ab ira uentura etiamsi fides nostra nos saluet, etiamsi opera iustitiæ, super hæc tamen omnia multò magis sanguis Christi saluos nos faciatà uentura ira. Hæc ille, nõ minus inepte quàm falsò atq; adeò impiè: nisi forte impietas non est, gloriã Dei ipsi ereptã ad nos transferre. Nos igitur, quanuis id non esset ita necesse facere, tamẽ ut omnẽ ambigendi ansam præcideremus, naturalem constructionis ordinẽ secuti sumus in Latina interpretatione.

10 Si εἰ. Id est quum uel quandoquidem, ut sæpe alibi obseruauimus.

11 Gloriamur καυχώμενοι Erasmus, gloriantes, non satis rectè, quum prorsus hiet sententia. Positum est igitur ex Hebræorum consuetudine participium præsens pro uerbo, ut Actorum uigesimo quarto a. 3, & uigesimo sexto c. 20. Sed & in uno codice scriptum inuenimus καυχώμεθα. Verùm suspicor mutatam germanam lectionem ab ijs qui hunc Hebraismum non cognouerint.

12 Propterea διὰ τοῦτο Vel, Itaque. Cohærent enim ista cum eo quod dixerat, nos etiam habere de quo gloriemur, non tamen in nobis, sed in Deo. Nam à superiore uersiculo aditum sibi parat ad sequẽtem tractationem, quam ego quidem à præcedente distinguo. Adhuc enim differuerat partim in genere de tota iustificatione, partim uerò peculiariter de primo iustificationis capite, id est de gratuita remissione peccatorum in Christo. Nunc uerò alterum caput aggreditur, nempe imputatæ Christi iustitiæ. Nam sicut tenebamur non modò non uiolare Legem, sed etiam implere singuli pro nostrę uocationis modo: sic in Christo duplex remedium adipiscamur oportet: nempe & satisfactionem pro peccatis, & iustitiam quæ nobis deest: iustitiam inquam, id est plenam ac perfectã obedientiam, qualem

A qualem ab homine Deus meritò requirit: & præstiturus erat homo, nisi in id peccatum sese sponte præcipitasset: quo fit ut non modò Legis impletionem ne inchoare quidem possit, sed etiam non possit non omnibus modis uiolare. Hæc quum olim discernerent plerique, nihil mirum si à Pauli scopo longissime aberrabant, & absurdissima quæque coacernabant. Apparet autem hæc distinctio manifestè partim quidem ex tota collatione iniustitiæ Adami & iustitiæ Christi, illius scilicet, per propagationm, istius uerò per imputationem nobiscum, id est cum fidelibus, communicatæ: partim uerò ex participio παραχώμενος, à quo Apostolus auspicatur transitionem ad hoc explicandum argumentum. Neque enim propriè habemus de quo gloriemur in Deo quòd peccata nobis remissa sunt, quanuis de eo æquissimum sit ut ipsi immortales gratias agamus. Verùm quum ad peccatorum remissionem accesit iustitiæ illius Christi ornamentum, nostram ignominiam obtegens, quo induti possumus confidenter uitæ æternæ præmium postulare: tum demum habemus de quo gloriemur. Neque id tamen in nobis, sed in Deo: quia iustitia hæc merum est Dei donum, nobis imputatum, non autem inhærens: ne quis me putet de nostra regeneratione hæc differere. Hæc enim seorsum considerabitur ab Apostolo, neque eiusmodi est ut de ea uel tantillum possimus gloriari coram Deo, ut dixit Apostolus supra 4.a.2.

πὰρ εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον.

catum in mundum introiit, ac per peccatum mors: & ita in omnes homines mors transijt, in quo omnes peccarunt.

Sicut ὥσπερ. Nullius est momenti quod annotat Erasmus, posse accipi ὥσπερ pro Quia. est enim omnino aduerbium comparandi quod uocant. Confertur autem Adamus cum Christo, tum in re simili, tum in contraria. Similes enim sunt in eo quòd uterque quod suum est, cum suis communicat: sed in eo planè dissimiles, quòd ille peccatum in suos natura deriuat in mortem. Christus uerò suam iustitiam cum suis per gratiam communicat in uitam. Deinde in illa quoq; similitudine ostendit Paulus per partes quanta sit imparitas. Est igitur manifestum anantapodoton, quò altera pars collationis desit: sed quod facilè excusari possit. Primùm enim ea est contrariorum natura, ut unum ex altero facilè intelligatur, quanuis nō fuerit expressum, ut infrà cap. 8. c. 11. Deinde uix etiā fieri potuit ut altera pars exprimeretur quin ambigua esset tota oratio: quod ita esse sic colligo. Vt plena esset ac perfecta antithesis, hęc addi oportuit. Ita per unum hominem iustitia in mundum introiit, ac per iustitiam uita, & sic omnes uita peruasit: in quo omnes iustificati sunt. Sed si ita loquutus esset Paulus, præterquam quòd displicere poterat ista multorum uocabulorum repetitio, uideri etiam potuisset non minus late patere Christi iustitiæ effectus ad uitam, quàm Adami peccatum ad mortem. quanquam non desit quod huic obiectioni respondeatur: quum sic etiam loquatur plena antithesis Apostolus, 1. Corinth. 15. c. 22. Verùm alteram illam partem quum necesse esset uel priore, uel posteriore loco collocare, utrunuis fecisset, non paruum incommodum consequebatur. Nam si priore loco collocasset, uideri potuissent sequentes probationes ad totam collationem pertinere, quum uni duntaxat membro applicandæ sint, nimirum ei quod de Adamo dicitur. Sin autem in posteriorē locum reiecisset, rursus uisa esset probatio ad ipsum posterius mēbrum referenda. id est, ad Christum: quum ad Adamū pertineat. Oportuit igitur membrum illud subticeri, quod (ut dixi) ex contrariorū collatione per se latis intelligitur, potius quàm illo adiecto obscuram fieri argumentorū cōnexionem: nisi forte in finem uersiculi 14, reiicere placuisset. quod & ipsum non caruisset magna obscuritate, propter interiectas prioris membri probationes. Causa uerò huius anantapodoti quam affert Origenes, quasi scilicet Apostolus ueritus sit defidiæ occasionem præbere, sanè indigna est quæ Paulo tribuatur. Peccatum ἡ ἁμαρτία. Sic uocare solet Apostolus morbum illum hæreditarium cuius fructus sunt triplices, ut dicemus infrà cap. 6. b. 12. adeò quidem ut uix aut ne uix quidem apud Paulum inuenias τὴν ἁμαρτίαν addito articulo, aliud declarare. Sine articulo uerò idem quoque interdum significat, interdum autē formalem (ut ita dicam) peccati naturam, ueluti quū nomine τῆς ἀνθρώπου tota hominis species intelligitur, idque non ita frequenter. Solet enim in hac significatione. id est, ubi de illius radicis fructibus agitur, pluraliter fere numero dicere τὰς ἁμαρτίας. quæ distinctio diligenter obseruata, magnam non huic modò disputationi, sed & plurimis aliis locis lucem affert. Certe si hoc annotasset Origenes cum ueteribus aliquot aliis (quos imitari maluit Erasmus quàm Augustinum, qui penè unus, à Pelagianis scilicet excitatus, hunc locum rectè tractauit) non tam fœde essent hallucinati in explicanda Pauli sententia: neque inde arripuissent occasionem recentiores Sophistæ ita extenuandi originis peccatum, ut neque quid sit, neque quanta eius uis, & quàm pertinax sit malum, cognouerint. Sed de his aliàs. Nunc superest ut hoc quoque lector intelligat, duo considerari in originis peccato: reatum scilicet & corruptionem, quæ ut non possint separari, distingui tamen accuratè debent. Sicut enim Adam admisso peccato primum reus factus est iræ Dei: deinde quia reus erat, pœnā peccati id est corruptionem illam tū animi tum corporis subiit: sic quoque in posteros naturā transmisit tum ream in primis, tū deinde corruptā. De reatu igitur propagatione propriè agit hoc loco Apostolus, cui opponitur imputatio obedientiæ Christi, quæ per imputationē cum fidelibus cōmunicata, postquā idē Christus morte sua reatum eluit, eos etiā imputata iustitia induit. Quod autem ad corruptionem attinet, ea diuersum habet remedium, nimirum sanctificationem humanæ naturæ in Christo. de cuius imputatione disseret itidem Apostolus suo loco, id est capitis octaui initio. Ac per peccatum καὶ διὰ ἁμαρτίας. Erasmus putat conuerti etiam posse, ita & per peccatum mors, nēpe ut suppleatur particula ὅτως, ut Luc. 11. a. 2. & alibi sæpe, ut uitetur anantapodoton, de quo paulo antè diximus. Sed certè non est propositū Apostolo docere, ut peccatum, sic etiam mortem ab Adamo in omnes homines propagatam: imò potius iustitiam Christi docere credentes uiuificare, ut Adami peccatum omnes morti addixit. Itaque hæc interpretatio admitti non potest quin deprauetur hic locus. Transiit, διῆλθεν. Vel peruasit. Origenes (cui potius quàm Augustino hunc errorem impingere Erasmus debuerat) quia non magis Apostoli scopum intellexit quàm si nunquàm librum inspexisset, ut qui ad actualia peccata (quæ uocant) & imitationem transferat quod de peccati originis propagatione dictum est (quem errorem deinde ab eo arreptum pertinacissimè defenderunt Pelagiani) discrimen statuit inter mundum in quem peccatum intrarit, & homines in quos pertrāsierit. Nam Mundi appellatione terrenos intelligit, in quos, inquit, peccatum intrasse scribit Apostolus: homines autem dici putat qui iam incipiunt se agnoscere, & scire quòd ad imaginem Dei conditi sunt, in quos scribat Apostolus pertrāsisse peccatum, id est fuisse quidem, sed per pœnitentiam conuersionis depulsum, & pertransisse, nec ultra in eis stetisse. Hæc ille, quasi Apostolus hoc membro non tradat doctrinam ad omnes homines pertinētem quatenus ex Adamo sunt exorti. Sed & is quoque cuius in hanc epistolam extant commentarij sub Hieronymi nomine, Mors, inquit, non in Abraham, Isaac, & Iacob pertransiit, de quibus dicit Dominus, Omnes illi uiuunt. Hoc considerent qui in Patrum lectione putant theologiæ studiosis consenescendum, ac præsertim Origene & Hieronymo: quibus certè interdum nihil impurius fingi potest. In quo ἐφ' ᾧ. Id est οὐ ὦ. Neque enim nouū est ut ἐπὶ pro οὐ accipiatur, ut Heb. 9. b. 17. & apud idoneos etiam authores, sicut uidere est in Græcis dictionariis. Erasmus quatenus, uel, per hoc quòd, ut mordicus teneat fœdissimum errorem quem semel arripuit, hæc scilicet ad imitationis peccata pertinere. nempe ut simili quoque ratione (quod rectè prorsus obseruauit Augustinus aduersus Pelagianos) in altera collationis parte idem statuatur, nos scilicet per Christum sola quoque imitatione fieri iustos. En quid sit à scopo aberrare, & errorem pertinacius tueri. Cæterùm ut ad rem redeam, est quidem in his uerbis hyperbaton, sed quod minimè obscuret sententiam. ac facilè possit excusari. Nam post διῆλθεν, repetendum est ex præcedentibus διὰ ἑνὸς ἀνθρώπου. Omnes peccarūt. πάντες ἥμαρτον. Non dicit omnes in Adamo fuisse corruptos (quod tamen uerum est) sed in eo peccasse, in ipsius scilicet lumbis inclusos. Nam ut (ante dixi)

non considerat Paulus hoc loco, peccatum originis quatenus fons est nostræ corruptionis, unde postea tot nouj reatus emergunt quot peccata prodeunt: sed quatenus Adamum nôsque omnes in ipso reos constituit. cuius reatus pœna est corruptio. A

Nam usque ad Legem peccatum erat in mundo. peccatum uerò non imputatur quũ nulla est lex. 13

ἄχρι γὰρ νόμου ἁμαρτία ἦν ἐν κόσμῳ· ἁμαρτία δὲ οὐκ ἐλλογεῖται, μὴ ὄντος νόμου.

Adam secũdus

Regnauit autẽ mors ab Adam usque ad Mosen, in eos quoq; qui nõ peccauerant ad similitudinem transgressionis Adam, qui est typus illius qui erat futurus. 14

ἀλλ' ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδάμ, ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος.

13 Nam usque ad Legem ἄχρι γὰρ νόμου. Id est tempore quod ab Adamo ad Mosen intercessit, ut Apostolus ipse postea explicat. Quod igitur Origenes exponit, usque ad Legem. id est, usque ad Christum, siue usquequo Lex permãsit, ridiculum est. Sed & alter illius expositio prorsus inepta est, nec ullo modo ad rem pertinens. Vsque ad Legem peccatum erat in mũdo, subaudi mortuum. Nec dixit in hominibus, inquit, sed in mundo. nam homines sentit rationis capaces, & qui naturalibus legibus parent. Rectè scilicet & perappositè, quũm contrà constituerit Apostolus probare, etiam ante Mosis Legem omnes homines peccati reos nasci consueuisse. Sed & illis non assentior qui adiecta parenthesi, hunc uersiculum à proximo diuellunt: quum (ut mihi quidem uidetur) prorsus ista cohæreant, non aliter quàm unius syllogismi partes. Nam quia mundus quid sit peccatum illud hæreditarium, id est, omnium malorum fontem, ignorat, neque per peccatum intelligit quicquam aliud quàm actuales, quas uocant, transgressiones: Apostolo fuit explicandum quod dixerat, nimirum quoddam esse peccatum, quo infecti & contaminati omnes homines nascerentur. Primo igitur loco de iis differit qui Legem Mosis anteceſſerunt, de quibus nimirum maximè ambigi poterat: & ex hypothesi quam posuerat, nempe ubi mors est, ibi esse peccatum, sic argumentatur ut in primis consideret quid præcipuè contra originis peccatum dici possit. Hoc scilicet perabsurdum uideri, ut ubi Lex non est, ibi imputetur peccatum. Itaque fieri non posse ut quispiam nascatur peccati reus, quum homini nondum nato lex poni non posse uideatur. Ad hæc excipit Apostolus eadem illa quæ afferre poterant aduersarij, nempe quòd eius temporis homines quòd Legem Mosis præcesserit, in Adamo peccarint, ex consequenti apparere, id est ex eo quòd fontes fuerint, ac proinde lex aliqua extiterit ob cuius transgressionem fontes fuerint habiti. Fontes autem fuisse inde liquet, quod mors, id est peccati pœna in ipsos ius suum exercuerit. Et nequis excipiat, legem hanc fuisse naturæ legem, ob cuius transgressionem mors in homines etiam ante Mosen regnarit, ac proinde non esse quòd colligeret ex hoc argumento Apostolus, homines alicuius peccati reos nasci: non simpliciter dixit Paulus mortem regnasse ab Adamo ad Mosen, sed regnasse etiam in eos qui ad similitudinem Adami non peccarunt, id est in quos nec cognitio legis naturæ cadit, nec ulla actualis (quam uocant) transgressio: nullus denique concupiscentiæ motus, nempe teneriſſimos adhuc & uix dum natos infantes. Ex quo efficitur omnes homines non tantùm actualibus (quæ uocant) peccatis fontes fieri ac morti obnoxios, (ita enim soli adulti morerentur) sed planè reos nasci, contracta iam inde à primo parente culpa, qui legem illam sibi ac suo generi uiolauit, cuius transgressionem mors est consequuta. Hæc autem quorsum? nempe ut postquam longè aliter didicerint homines de misera illa conditione sua iudicare, eũ per fidem amplectantur cuius obedientiæ gratuita imputatione iusti fiant in uitam, nõ aliter quàm ex suo parẽte peccatum per fontis naturæ propagationem hauserunt in mortem: imò uero etiam tanto magis, quanto fortior est Christus iustus ad seruandum per gratiam, quam iniustus Adam ad perdendum per naturam. At enim, dicet aliquis, si rectè colligit Apostolus peccati imputationem ex morte, quæ sit peccati, & quidem imputati pœna: cur igitur moriuntur fideles quibus tamen non imputatur peccatum? Respondeo, omnes in genere homines ab Apostolo in seipsis hoc loco considerari, ac proinde peccatum ac mortem rectè quoque existimari ex sui natura. De iis autem qui in fide moriũtur, longè aliter constituendum. in his enim tunc alia omnia quæ suapte natura mala sunt, & à peccato profecta, cooperantur tamen in bonum: tum uerò mors ipsa per Christum fide apprehensum ità sanctificatur, ut quod in aliis, ex sui scilicet natura, nihil aliud est quàm peccati imputati pœna, idipsum in istis fiat per Christum fide apprehensum incœptæ mortificationis carnis ueluti complementum. Non imputatur οὐκ ἐλλογεῖται. Id est, ubi lex nulla posita est, nemo ut reus ac nocens punitur. Hæc enim uis est imputationis peccati: & de iudicio Dei, non hominum hic agi, ostendit argumenti series. Itaque non assentior iis qui peccati agnitione hoc accipiunt. Nam aliud est peccati agnitio, aliud peccati imputatio, & de hominum respectu uidetur extra causam differi. Denique scribendum fuit potius οὐκ ἐνελογεῖτο non imputabatur, si de certo tempore ac certis hominibus hæc dicerentur. Postremò aliud est Legem non esse, quàm Legem non nosse. Non desunt etiam qui hæc dici uelint in aduersarij persona. Sed mihi uidetur tolere Paulus aliquid adiicere, ex quo intelligatur ipsum alienam personam sumere. Quum nulla est lex. μὴ ὄντος νόμου. Vocabulum Legis hîc ponitur in genere. Est enim uniuersalis sententia. In priore autem membro de Lege Mosis intelligitur, quum ipse Apostolus uersiculo proximo ita explicet. Nam Vsque ad Legem, idem ualet atque Ab Adam ad Mosen. 14 In eos quoque καὶ ἐπὶ τοὺς. Ita scriptum habent omnes codices tum Latini tum Græci, & sic legendum esse apparet ex tractatione argumenti quam paulo antè per partes exposuimus. Atqui si hæc uerba pro iis accipias qui Legis Mosis cognitionem non habuerint, id est qui sine Lege peccarint (de quibus suprà Apostolus cap. 2. b. 12.) redundabit particula καὶ, quum hæc fuerit uniuersalis omnium hominum conditio ab Adamo ad Mosen, ut nulli excipi potuerint. Supereſt ergo ut de paruulis accipias qui penè prius moriuntur quàm nascantur, sicut paulo antè exposuimus. & rectè omnino censuit Augustinus: alioquin in eo durior quòd infantium salutem Baptismi sacramento præcisè includat. Origenes uerò in huius uersiculi explicatione multis modis aberrat ab Apostoli scopo, adeò ab ipsa ueritate. Primùm in eo quod hæc uerba, Ab Adamo ad Mosen interpretatur Ab Adamo ad Christi aduentum. quasi Mosis appellatione per metonymiam Lex Mosis intelligatur: & particula Vsque, tempus inclusum declaret. Atqui Apostolus disertè Mosen Adamo opponit. Itaque simili ratione per Adamum intelligenda esset lex naturæ. quod utrũq; facile est uidere quàm sit absurdũ, quum de originis peccato differat Apostolus quod neq; legis naturæ, neq; legis Mosis transgressio dici proprie potest. Deinde seorsim de iis qui sub lege fuerũt incipit Apostolus disserere, infra uers. 20. Alter Origenis error in eo est, quòd diuersa prorsus expositione putat particulam Vsq;, tẽpus sub Lege excludere, in quo grauiter hallucinatur quatenus diuersam putat hominũ cõditionẽ fuisse sub Lege. Nã, inquit, per Legem cœpit purificatio peccatorum aperiri, & ex parte aliqua Tyrannidi peccati obsisti per hostias, per expiationes uarias, per sacrificia, per præcepta. Ita igitur apparet Origenem ex diametro repugnare Apostolo: utqui apertè doceat ubique, & quidem in primis hoc ipso capite, Legem Mosis superuenisse, non ut extingueretur peccatum (hoc enim est unius Christi officium) sed ut amplius abundaret. tantum abest ut scopum Apostoli attigerit Origenes.

Qui non pecc. τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας. Non super omnes, inquit Origenes, sed in eos qui peccarunt in similitudinem præuaricationis Adam. Nam introiuit quidem mors in mundum, & in omnes pertransiit, nõ tamen in omnes regnauit. Aliud enim est pertransire, aliud regnare. Hæc ille non minus ineptè quàm falsò. Nam etiamsi expungas negantem

A gantem particulam μὰ (quam tamen iam tum suo seculo testatur Augustinus lib. De peccat. mer. & remiss. 1. cap. 11, in codicibus aut omnibus, aut penè omnibus scriptam fuisse, & nos quoque in omnibus exemplaribus Chrysostomo, Theophylacto. Græcis denique scholiis inuenimus: & necessariam esse clamat ipsa argumenti series antè à nobis exposita (tamen particula μὰ illam interpretationem ægrè admittit. Hoc quum ipse uideret, aliam interpretationem magis ridiculam comminiscitur. Nam fortassis, inquit, excepti sunt aliqui & occultiore mysterio designati, qui ad similitudinem prævaricationis Adæ peccasse memoratur, in quos solos regnauerit mors. Sed hoc quoque quam ineptum? Taceo aliam expositionem, ut omnes comprehendat Apostolus qui parentum peccata imitantur. Nam hoc quoque alienissimum esse ab Apostoli scopo, demostrauimus. Ac penè incredibile mihi aliquando usum est fieri potuisse ut Erasmus ita ab Origene deciperetur hoc loco, ut eius tuendæ sententiæ studio, nonnulla effunderet à Pelagianissimo non longissimè remota: ueluti quum diserte scribit, de naturali quadã ad peccandum pronitate, Quæ, inquit, uidetur omnibus insita, quanquam arbitror magis ab exemplis proficisci quàm à natura. Item ubi Chrysostomi sententiam piam & orthodoxam prorsus deprauans, His uerbis, inquit, non tribuit Chrysostomus ullum peccatum infantibus, sed ait mortem corporis in eos dimanasse, perinde quasi cum Adam progenitore de uetito ligno edissent, hoc est pro alieno peccato dedisse pœnas. Hæc ille, ab Origene nimirum fascinatus, quæ quam uerè dicta sint, iudicium penes Ecclesiam esto. Neque enim hæc ego (ita me bene Deus amet) ullo obtrectandi studio annotaui: sed ut doctissimi salutem uiri exemplo discant studiosi quanto cum iudicio in quorundam Patrum, ac præsertim istius Origenis, scriptis uersari ipsos oporteat. Ad similitudinem ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι. Id est, κατὰ ὁμοιότητα, ut Græca scholia enarrant. Peccauit enim sciens ac prudens Adam: ipsius autem posteri, qui simul penè nascuntur ac intereunt, rei quidem sunt peccati, sed quia in Adamo inclusi peccarunt. Itaque ὁμοίωμα dicitur hoc loco exemplar peccandi quod sequitur adultiores, quoties cupiditatibus obsequuntur. Græca scholia ex Chrysostomo aliam proferunt distinctionem huius loci, adscripta diastole post ἁμαρτήσαντας peccauerant, ut hæc connectatur cum uerbo ἐβασίλευσεν regnauit: sed præterquam quòd ista distinctio obscuram plane sententiam gignit, nullius etiam exemplaris uetusti authoritate aduuatur, quod ego quidem inspexerim. Illius qui erat futurus. τῦ μέλλοντος. Vulgata, futuri. Erasmus, illius futuri, rectè expresso articulo. Est autem repetendum ὑπὸ ἑνὸς nomen Adam. Duos enim Adamos facit, quorum prior fuerit posterioris typus & exemplum in iis quæ posthea persequetur, & copiosè etiam explicat, 1. Cor. 15. c. 21, & 22. d. 45. 47, & deinceps. Neque enim typus dicitur Adamus Christi, quasi ad imitandum propositus sit uterque, sed propter insitam uim similem aliquatenus in utroque: in illo quidem perniciem propagandi in suos posteros: in hoc uerò, id est in Christo, suos iustificandi. Est igitur in huius loci explicatione apertè Pelagius ille cuius extant commentarii in
B hanc epistolam sub Hieronymi nomine, ita hæc exponens, Sicut, inquit, Adam primus mandatum Dei præuaricatus est, ita & Christus uoluntatem Patris complexus, exemplum est imitari eum cupientibus. Hæc ille, aduersus quæ Augustinus libros De peccatorum mer. ac remiss. scripsit. Sed & hoc in loco æstimandum relinquo Ecclesiæ quàm uerum sit quod hîc diserte annotauit Erasmus. Siquis, inquit, nobis hîc proferat infantes, de his hîc non uidetur Paulus agere: nec ea quæstio tum mouebatur, quum nondum esset receptum infantes baptizari. Cæterùm ut ad rem redeam, pro eo quod Erasmus conuertit τῷ μέλλοντος illius futuri, ego malui interpretari, illius qui erat futurus. Loquitur enim Paulus de Christo, Adami peccantis respectu, non eius temporis quo hæc scripsit. Nam quòd annotat Erasmus, τῷ μέλλοντος posse absolutè capi neutro genere, ut referatur no ad posteriorem Adamum, sed ad peccatum quorumlibet Adamum parentem imitantium: rursus pro Pelagianis facit, & hunc locum manifestè torquet. Potius enim hoc additũ est uice alterius membri omissi per anantapodoton, dequo ante diximus, ut apparet etiam ex iis quæ subiiciuntur, quibus scilicet ratio huius typi seu analogiæ explicatur.

ἀλλ' ὀχ ὡς τὸ παράπτωμα, ὅτως καὶ τὸ χάρισμα· εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι οἱ πολλοὶ ἀπέθανον πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις τοῦ θεοῦ, καὶ ἡ δωρεὰ ἐν χάριτι τῇ τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ χριστοῦ εἰς τοὺς πολλοὺς ἐπερίσσευσε.

15 At non ut offensa, ita etiam est quod gratificatur. nam si illius unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donum per gratiam, quæ est unius hominis Iesu Christi, in multos redundauit.

Donum & gratia Dei.

15 Vt offensa, ὡς παράπτωμα. Vulg. sicut delictum. Sic enim solet παράπτωμα interpretari, uocabulo nimiũ (ut ita loquar) diluto, & diuersa etiam translationis ratione. Erasmus, ut peccatum. Ego uerò puto ἑνὸς ἁμαρτήσαντος in hac quidem disputatione ita distinguendam ab eo quòd Paulus παράπτωμα uocat, ut effectum à causa distinguimus nam παράπτωμα dicitur ipsa Adami ruina, unde manet ἡ ἁμαρτία, id est tum reatus ille, tum corruptio in omnium hominum natura hærens. Itaque ἑνὸς ἁμαρτήσαντος conuertere malui peccatum, παράπτωμα uerò offensam, cui opponitur
C τὸ χάρισμα seu δώρημα, id est Christi obedientia quam Pater cælestis nobis imputat. inter quæ tamen hoc uidetur esse discrimen, quòd τὸ χάρισμα dicitur illud ipsum quod Deus gratificatur: δώρημα uerò conditionem declarat in qua sunt ij qui liberalitatis illius sunt facti participes, nempe quòd non modò sunt à reatu absoluti, sed etiam Christi iustitia exornati. Denique δώρημα est ipsius χαρίσματος effectum, ut uicissim τὸ πρῖμα ipsius παραπτώματος. uerè de etiam inopi, & à quo nullum unquam commodum possit percipere, nõ modò æs alienum omne remittat, sed etiã ingentem aliquem thesaurum largiatur: hanc principis liberalitatem ex Pauli idiomate uocaris χάριτα seu δωρεάν, id est gratiam ac liberalitatem: ipsum uerò thesaurũ χάρισμα, id est quod gratificatus sit princeps. Beneficium, uerò id est idipsum quod quis ex principis liberalitate fuerit assequutus, nempe quòd ex paupere dines sit factus, δώρημα appellatur. quod discrimen etsi fortassis subtilius uideri possit, tamen obseruandum uidetur, ut ratio collationum intelligatur: adeò ut ob eam causam χάρισμα putarim per periphrasin conuertendum, & δωρεὰν quidem donum, δώρημα uerò beneficium, id est εὐεργέτημα sim interpretatus. Cur autem Christi obedientiam χάρισμα bis uocarit, semel uerò δικαίωμα, nempe uersiculo 18, causa est manifesta, quia scilicet Christi iustitiam non considerat absolutè, sed παλὲ σχέσιν, eámque duplicem. Nam respectu Dei nobis illam imputantis, dicitur χάρισμα à gratificando: nostri uerò ratione qui per eam imputatam iusti simus, meritò dicitur δικαίωμα, quòd nos iustos efficiat, seu quòd ea iusti fiamus: ut explicat ipse Apostolus uers. 19, quo nititur totum huius collationis robur. Ea uerò ut intelligatur, non pigebit hoc etiam auctarij uice adiicere, in hoc uersiculo conferri Adamum cum Christo, & illius offensam cum istius iustitia, ut quæ sit uis utriusque sese in suos deriuandi intelligatur. In uersiculo uerò 16, uim utriusque, offensæ scilicet Adami propagatæ per naturam, & Christi obedientiæ Per gratiam imputatæ una comparari. Tertio demum loco, id est uersiculo 17, fines ipsos inter se conferri. Denique uers. 18, tres istas collationes una connecti, quarum basis ac communis ratio uersiculo 19 explicatur.

Illius unius τῦ ἑνὸς. Exprimendus fuit articulus, ut uis collationis personarum intelligatur. Neque enim unus quiuis, sed certus quidam, id est Adamus, cum Christo & ipso homine comparatur. Multi οἱ πολλοὶ. Id est plures uno. Multos enim opponit, uni, non paucis uel omnibus. neque hîc differitur quàm multi uel quàm pauci ab Adamo sint contaminati, (omnes enim homines, uno excepto Christo, paulo antè dixit peccati labe fuisse conspersos) aut uicissim quàm multos Christus repurget: sed propositum est Apostolo docere, neque in uno Adamo offensam, neque in uno Christo obedientiam constitisse, sed utrunque communicasse cum aliis quod suum erat.

Neque ut *illud quod introijt* per unum qui peccauit, *ita est* beneficium: nam reatus quidem ex una *offensa introijt* ad cõdemnationẽ: quod autem gratificatur *Deus*, *datur* ex multis offensis ad iustificationem.

16 καὶ οὐχ ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος, τὸ δώρημα. τὸ μὲν γὰρ κρῖμα ἐξ ἑνὸς εἰς κατάκριμα, τὸ δὲ χάρισμα ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων, εἰς δικαίωμα.

Etenim si per unam offensam mors regnauit per unum, multo magis *ij* qui redundantem illa gratiam & donum iustitiæ accipiunt, in uita regnabunt per unum Iesum Christum.

17 εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι ὁ θάνατος ἐβασίλευσε διὰ τοῦ ἑνός, πολλῷ μᾶλλον οἱ τὴν περισσείαν τῆς χάριτος καὶ τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης λαμβάνοντες, ἐν ζωῇ βασιλεύσουσι διὰ τοῦ ἑνὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Reginam.

Nempe igitur sicut per unam offensam *reatus uenit* in omnes homines ad condemnationem: ita per unam iustificationem *beneficium redundauit* in omnes homines in iustificationem uitæ.

18 ἄρα οὖν ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς κατάκριμα· οὕτω καὶ δι' ἑνὸς δικαιώματος, εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς δικαίωσιν ζωῆς.

16 *Vt illud quod introiuit* per unum qui peccauit ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος. In Veteris editionis codicibus nonnullis legitur, ut per unum peccatum ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήματος. Sed quocunque modo legas supplendum est aliquid quod opponatur τῷ δωρήματι. Ideo couertit Erasmus, sicut per unum qui peccauerat, uenerat mors in quo primum non probo quòd præteritis plusquam perfectis sit usus: deinde quòd Mortis nomen suppleuerit. Neque enim hæc antithesis ad hunc uersiculũ pertinet, sed ad proximum potius. Puto igitur articulũ τὸ deesse, quam eclipsin annotauimus Ioh. 5. c. 36: & significare Apostolũ miserabilẽ hominũ cõditione quos omni integritate ac iniustitia spoliatos, horribilis illa peccati ignominia cooperuit: cui coditioni opponitur τὸ δώρημα, id est præstans illa sors filiorũ Dei quã imputatæ Christi iustitiæ beneficio cõsequuntur. Est autẽ diligenter in primis annotandũ hoc discrimen. Nam quanuis ista priuatio iustitiæ, de qua recipiẽda hîc agit Apostolus, ab illo Adami scelere in nos propagato, sit exorta: accesserunt tamẽ ad eã causam aliæ etiã innumerabiles, cõtinua scilicet illa peccatorũ series quæ tum maiores nostri admiserunt, à quibus naturã hac ratione infinitis modis reã & corruptã accepimus: tum quæ nos etiã quotidie nõ pudet admittere. Ac de illorũ quidẽ omnium abolito reatu ac pœna per Christum persoluta, in priore tractatione disseruit Apostolus. Nunc uerò quia nõ modònos sine peccato apparere oportet coram iusti Dei tribunali, sed etiã perfecta, pro creationis nostræ gradu, iustitia exornatos: disputat Apostolus, ubi hanc iustitiã nancisci possimus. Quòd nisi latius se propagaret Christi uirtus nobis imputata, quam Adami propagatus reatus: non modò non essemus per Christum prorsus iustificati, sed infinitis adhuc pœnis obstricti teneremur, eorum scilicet peccatorum quæ ad Adami lapsum adiecimus. Itaque sicut Christi sanguis aspersus purificat nos non modò à peccati originis reatu, sed etiam ab aliis quibuscunque peccatis: sic Christi iustitia nobis imputata, in omniũ illorum reatuum uicem succedit, ut hac demum ratione posimus in Deo, non modò gratias agere de sublata iniustitia, sed etiam de donata iustitia plena ac perfecta gloriari. Reatus κρίμα. Heb. משפט: ut Ierem. 36. c. 11. Nã ex reatu oritur condemnatio. Vulgata, iudicium Erasmus, condemnatio, admodum obscurè. Ex una ἐξ ἑνὸς. Theodoritus in Diuinorum decretorum epitome subaudit ἀνθρώπου, nempe Adamum intelligens: sed ratio oppositionis, & quod subijcitur, ἐν πολλοῖς παραπτώμασιν ex multis offensis, ostendunt subaudiendum esse potius παραπτώματος, ut diserte plurimis locis annotatũ est ab Augustino. Ad iustificationem εἰς δικαίωμα. Δικαιώματα ferè uertunt Græci interpres quæ Hebræi חוקים uocant sacros scilicet Legis ritus, ut diximus Luc. 1. a. 6. interdum tamen latius patet hoc uocabulum, & omnia Domini mandata, ipsum denique ius Diuinum complectitur, ut suprà cap 1. d. 32, & 2. d. 26. Sed & eleganti significatione accipitur ἀντὶ τῶν δικαιολογημάτων, id est pro ijs quæ quispiam iuris sui tuendi causa proferat: quæ significatio posset uideri non inepta hoc in loco, nisi oppositum nomen κατάκριμα, id est condemnatio, ostenderet commodius pro absolutoria sententia capi, eáque non simpliciter absolutoria, qua scilicet declaremur innocentes deleto per sanguinem Christi chirographo. (hoc enim pertinet ad primum caput iustificationis, id est ad remissionẽ peccatorũ) sed qua iusti pronuntiemur, impleta scilicet in Christo à nobis omni iustitia. Paulo pòst uerò usurpabitur δικαίωμα pro eo ipso quod Apostolus χάρισμα uocat, ut suo loco dicemus. 17 Per unam offensam. διὰ ἑνὸς παραπτώματος. Vulg. & Eras. per unius delictum. quam sententiã si sequaris penè uidebitur Apostolus ταυτολογεῖν proximo uersiculo. Deinde ratio antitheseos poscret ut si hoc membrum interpretamur de offensa quã Adamus cõmisit, sic etiam ἑνὸς δικαίωμα, id est unius iustificationem acciperemus de iustitia qua Christus ipse iustificatus est: quod nõ uidetur admodum conuenire, tum propter ταυτολογίαν de qua modò dixi, tum quia iustitia qua Christus dicitur δικαίωμα, nostri potius quàm Christi respectu. Postremò uidetur fuisse dicturus τῷ τῆς ἑνὸς παραπτώματι & τῷ τῆς ἑνὸς δικαιώματι, adduto articulo, ut antè fecit. uel, διὰ τῆς παραπτώματος ἑνὸς & διὰ τῆς δικαιώματος τῆς ἑνὸς, ut in proximo uersiculo. Mihi uerò plana ac perspicua uidetur sententia, Sicut una offensa nos omnes iustitia spoliatos condemnationi addixit: ita unam esse rationem iustificationis, per quam iusti declarati, uitam cõsequamur. Quænam autem illa tũ offensa, tum iustitia sit, à quo & quomodo in nos emanet. sequenti uersiculo explicat. Suum tamen cuique liberum iudicium (ut par est) relinquo: quia quod ad sententiam ipsam attinet, eadẽ manet: etiamsi Per unius offensam & per unius iustificationẽ conuerteris, modo Iustificationis nomine iustitiã intelligas cuius imputatione iusti reddimur in Christo. Iustitiæ τῆς δικαιοσύνης. Iustitiam Christi intelligit fidelibus imputatam, non autem qualitatem homini inhærentem, quod indicat uocabulum περισσείας: nisi quis opera supererogationis uelit ex Satanæ officina inuehere. Denique uersiculus 19, manifestè hoc couincit. Theodoritus autem legerit καὶ τῆς δικαιοσύνης: quam lectionem sequutus est Vetus interpres, & Ambrosius quoque: sed perperam, ut mihi uidetur. Dixit autem Apostolus ex Hebræorum idiotismo (quem alibi sæpe annotauimus) περισσείαν τῆς χάριτος pro περισσεύσαν τῷ χάριτι. Itaq; redundantem gratiam maluimus interpretari, quàm abundantiam [aut exuberantiam] gratiæ: Deinde quod subijcitur, καὶ τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης in epexegesi positum est, quia Gratiæ nomen quum ad omnia Dei beneficia pertineat, fuit explicandum, ut intelligeret lector, non de omnibus Dei beneficijs, quæ per Christum percipimus, sed proprie de iustitiæ Christi imputatione hîc agi: quanuis hæc omnia inter se ita cohæreant ut unum ab altero separari nec possit, nec debeat. In uita ἐν ζωῇ. Id est uera & perennis uitæ participes facti.

18 *Reatus uenit* in omnes homines εἰς πάντας ἀνθρώπους. Necessariò subaudiendum est aliquid unde manet condemnatio. Illud autem quid sit, apertè exposuit Apostolus uers. 16. Itaque inde supplere malui, quàm cum Erasmo addere, propagatum est malum: quum sic nusquam loquatur Apostolus, neque etiam conueniat antithesis.

Benefi-

Beneficium redundauit in omnes homines εἰς πάντας ἀνθρώπους. Quia præcisa est oratio, suppleuimus quod
A deerat, ex uersu 15. & 16. Nam quod Erasmus adiecit, propagatum est bonum, multis de causis mihi displicuit. Primùm quia quanuis de plenitudine Christi accipere nos oporteat, tamen inter naturę propagationem & gratuitam imputationem discrimen aliquod constitui par est. Deinde quia nusquam (quod sciam) ita loquitur Apostolus. Præterea uetustus ille Sophistarum error, qui pro imputata iustitia inhærentem qualitatem substituunt, tantus est tamq; execrandus omnibus, ut nihil æquè fugiendum putem.

In iustificationem uitæ εἰς δικαίωσιν ζωῆς. Paulus quædam habet ita peculiaria, ut mutari nec facilè possint, nec certè debeant, quum multo sit æquius ut illius idiomati assuescamus: quo nemo unquam (meo iudicio) non modò uerius, sed ne grauius quidem aut expressius mysteria diuina tractauit. Quod igitur quidam existimant δικαίωμα hoc in loco & δικαίωσιν idem declarare, non facile admiserim, ne inanis quædam argutia tribuatur Apostolo, id est Spiritui sancto. Δικαίωμα igitur ipsam iustificationis nostræ (ut ita dicam) materiam hic declarat ab effectu, nempe ipsius Christi obedientia, cuius imputatio nos iustos in ipso facit: quam paulò antè uocauit χάρισμα, quod Deus gratis eam nobis largiatur. Δικαίωσις uerò τῷ κατακρίματι, id est damnatoriæ sententiæ, opponitur. Quemadmodum igitur reatum consequitur condemnatio, ita etiam per fidem imputata nobis Christi iustitia, in reatus uicem succedens, quem ipsius sanguis eluit, efficit ut à Deo iusti declaremur ac proinde uitam æternam consequamur. Id autem ego diserte annotandum putaui, non modò ut inter δικαίωσιν & δικαίωμα quod sit hoc loco discrimen, ostenderē, sed etiam ut intelligeret Lector in hoc capite δικαίωσιν aliquid amplius declarare quàm in superiore. Nam peccatorum remissione, id est, imputata Christi satisfactione, dicimur iustificati, id est persoluta per illum pœna ut insontes absolui: obedientia uerò Christi imputata etiam iusti declaramur, ut ex ipsa quoque Legis formula uitam æternā petere possimus, quum Christus, quem fide possidemus, omnem iustitiam nobis impleuerit.

ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου 20
ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοί, οὕτω καὶ διὰ τῆς
ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί.
νόμος δὲ παρεισῆλθεν, ἵνα πλεονάσῃ τὸ πα- 21
ράπτωμα· οὗ δὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερε-
B περίσσευσεν ἡ χάρις.
ἵνα ὥσπερ ἐβασίλευσεν ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θα- 22
νάτῳ, οὕτω καὶ ἡ χάρις βασιλεύσῃ διὰ δικαιοσύ-
νης εἰς ζωὴν αἰώνιον, διὰ Ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ κυρίου
ἡμῶν.

Sicut enim per cótumaciam unius hominis, peccatores constituti sunt multi: ita per obedientiam unius, iusti constituẽtur multi.

Lex uerò prętereà introijt ut augeretur offensa. Sed ubi auctum est peccatum, *ibi* super abundauit gratia.

Vt quemadmodum regnauerat peccatum in mortem, ita etiam gratia regnaret per iustitiam in uitam æternam, per Iesum Christum Dominum nostrum.

ΚΕΦ. ϛ

Τί οὖν ἐροῦμεν; ἐπιμενοῦμεν τῇ ἁμαρτίᾳ, ἵνα 1
ἡ χάρις πλεονάσῃ;
μὴ γένοιτο. οἵτινες ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρ- 2
τίᾳ, πῶς ἔτι ζήσομεν ἐν αὐτῇ;

CAPVT VI.

QVid igitur dicemus? permanebimus *in* peccato ut gratia auctior fiat? Absit. qui mortui sumus peccato, quo modo adhuc uiuemus in eo?

Non seruiẽdum peccato.

19 Constituti sunt κατεστάθησαν. Erasmus, constituti fuimus, id est διατεστάθημεν, ut Frobenius etiam excudit. Multi οἱ πολλοί. Multos iterum opponit Vni, non paucis uel omnibus, sicut expositum supra uersu 15, neque (ut ego quidem existimo) quicquam hoc pertinet ad explicationem signi uniuersalis quod usurpauit in superiore uersiculo. qua de re dicemus 1. Corinth. 15. c. 22. Per inobedientiam διὰ τῆς παρακοῆς. Hoc uocabulum non repudiaui hoc loco: ut paronomasiam exprimerem quæ est in Græco sermone, Apparet autē uel ex hoc uersiculo insigniter eos hallucinari qui superiora exposuerunt de imitationis peccato.

20 Lex uerò νόμος δέ. Legem Mosis proculdubio intelligit. Nam à uersu decimo quarto differuerat de ijs qui ab Adamo ad Mosen interceſſerunt. Itaque Origenes in eo fallitur, quòd de lege membrorum hic agi putat.

Prætereà introijt παρεισῆλθεν. Id est accessit ad morbum illum quo laborabant omnes homines unius peccato contaminati. Vulgata, subintrauit. Erasmus, obiter subijt. quam interpretationem non possum admittere. Neque enim præpositio παρά in omnibus uerbis hanc unam uim habet, ut idem declaret atque Clanculum & Obiter:
C multiplicatæ sint peccati uires, explicat Apostolus infrà cap. 7. quod unus penè ex Veteribus Augustinus cognouit.

Superabundauit ὑπερεπερίσσευσεν. Erasmus, magis exuberauit, id est (ut explicat in annotationibus) uehementer ac supra modum redundauit. Ego uerò puto Apostolum non modò declarare quanta sit gratiæ uis, sed etiā addidisse ὑπερ, ut collationem peccati ac gratiæ declararet, quasi diceret, Legis quidem interuentu factum esse ut immensa quædam uis esset peccati, sed gratiam tamen è cœlo tanta copia fuisse effusam, ut peccatum non æquarit modò, sed etiam infinitis partibus superarit. Gratiam autem uocat gratuitam iustitiæ Christi imputationem.

21 Et in mortem εἰ τῷ θανάτῳ. Vulgata & Erasmus, in morte, id est (ut Erasmus interpretatur) per mortem. Ego uerò puto εἰ pro εἰς usurpari: quod apparet ex antithesi: & ita quidem ut finalem (quam uocant) causam declaret. Dominum nostrum τὸν κύριον ἡμῶν. Hæc (inquit Erasmus) non adijciuntur apud Græcos nisi in nonnullis exemplaribus. Ego uerò in uetustis omnibus inueni & Complutensi quoque editione.

IN CAP. VI.

1 Permanebimus ἐπιμενοῦμεν. Vel, immorabimur. Eras. manebimus. Mihi uero uidetur prępositio ἐπὶ aliquid ponderis addere uerbo simplici. In peccato τῇ ἁμαρτίᾳ. Peccatum in hac disputatione idē prorsus declarat quod in superiore, sed diuerso respectu. Nam illic diximus considerari peccati originalis reatum, in cuius locum succedat Christi iustitia per fidē nobis imputata: hìc uerò in eodē illo malo corruptionem. i. morbum ipsum inhærentem spectat Apostolus, docetque qua ratione uis illa peccati in nobis sensim extinguatur, & in eius locum cælestis uirtus succedat, quam regenerationem uocamus. Sophistæ uerò iustitiam inhærentem, cuius quidam neque ortum, neque progressum, neque fructum norunt. Sed & illud quoque annotandum est de quo nonnihil diximus Act. 8. d. 23, amplius aliquid significari his uerbis, permanebimus in peccato, & paulo pòst, uiuemus in peccato, quàm si dixisset, peccatum in nobis permanebit, aut uiuet. 2 Qui οἵτινες. Vetus interpres legit οἵτινεσγάρ. Qui enim. Mortui sumus peccato, ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ. Mortuus peccato. i. quod ad peccatū attinet, dicitur ab Apostolo quisquis uirtutis Christi particeps ita est factus, ut natiua illa corruptio sit in eo emortua. i. uigore illo suo (qui trāslatitie uita peccati dicitur) extincto, fructus illos amarissimos non edat. Contrà uerò uiuere dicitur peccato & iniustitiæ, quisquis est in carne. i.

quencunq;

quemcunque Spiritus Dei à naturæ eorruptionis seruitute non asseruit. Itaque non scribunt appositè qui Peccati nomine diabolum intelligunt. Item qui mortificationis nomine terrores conscientiæ putant significari. Sed & illud scindum est, hoc loco & alijs similibus ἀποθνήσκειν τῇ ἁμαρτίᾳ, id est mori peccato, aliud prorsus declarare, quam νεκρὸν εἶναι τοῖς παραπτώμασι, id est mortuum esse peccatis, Ephes. 2.a.1. & 5, & Colos. 2.b.13. Nam mori peccato is dicitur tertio casu, in quo uis illa peccati extincta est per Christi uirtutem; qui cum fide coaluit: adeò ut mutuò inter se respondeant, mori peccato, & uiuere Deo, seu iustitiæ, seu Christo. Contraria uerò significatione mortuus peccatis dicitur sexto casu is qui peccatis quasi immortuus tenetur, qui & mortuus absolutè dicitur. ut infrà uersu 13, & infrà capite 7.b.10, Ephes. 5.c.14.1. Tim. 5.a.6, qui etiam dicitur in umbra mortis habitare, Esa. 9.a.1. A

Baptismus.

An ignoratis quòd quicunque baptizati 3 ἢ ἀγνοεῖτε, ὅτι ὅσοι ἐβαπτίσθημεν εἰς χριστὸν
fumus in Christum Iesum, in mortem eius baptizati sumus? ἰησοῦν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν;

Resurrectio. Nouitas uitæ.

Sepulti igitur sumus unà cum eo per bapti- 4 συνετάφημεν οὖν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσμα-
smum in mortem: ut sicut excitatus est Chri- τος εἰς τὸν θάνατον, ἵνα ὥσπερ ἠγέρθη χριστὸς ἐκ
stus ex mortuis in gloriam Patris: ita & nos νεκρῶν διὰ τῆς δόξης τοῦ πατρός, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν
noua uita incedamus. καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν.

Nam si coaluimus conformatione mortis 5 εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι
eius, nimirum etiam resurrectionis *conforma-* τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμε-
tione coalescemus. θα.

3 In Christum Iesum εἰς Χριστὸν Ιησοῦν. Id est, ut cum Christo Iesu coalescentes, uim ipsius perciperemus extinguendo peccato, & creando nouo homini. ut exposuimus Act. 19.a.2, Nam qui Christum accipiunt duntaxat pro exemplari nobis ad imitandum proposito, ut Origenes & aliquot ex ueteribus ab ipso decepti, non uidentur intellexisse de quo Paulus differeret, neque uerò finem ac scopum baptismi præcipuum, eum scilicet de quo hic agitur, intellexit Erasmus, quum annotaret nos idcirco dici ab Apostolo in Christum Iesum fuisse baptizatos, quia per baptismum inseremur in corpus Christi mysticum. Hic enim de ipso Christi corpore agitur, non de Ecclesia: quamuis qui Christi membrum est, idem etiam sit Ecclesiæ pars. Sed hoc tamen non facit ut hos fines confundere oporteat. Alioquin Veterem interpretem rectè reprehendit in eo quòd conuerterit, in Christo Iesu, pro, in Christum Iesum. B

In mortem eius εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ. Quod dixerat in genere, nunc explicat per partes. Nam tres facit nostræ innouationis partes, nempe mortem peccati, sepulturam eiusdem, & noui hominis excitationem. Manant autem hæc tria effecta ab uno Christo, qui quum per fidem coaluimus, sed peculiariter mors peccati a Christi morte, sepultura ab eodem sepulto, noui hominis creatio ab eiusdem resurrectione dicitur quasi ex fonte profluere. Nam Christi hominis per diuinitatem sanctificati uirtus in interimendo peccato, quod quum nostrum esset, ipsi erat imputatum, ac superandis omne genus tentationibus, in ipsius morte maximè eluxit. Sepultura autē est mortis progressus, in qua rursus potissimùm eluxit eiusdem Christi uirtus, quum mortis ipsius uincula quibus tenebatur, dirupit. uictoria demum & ipsius sanctificationis consummatio in resurrectione apparuit. Sic igitur & nos istius uirtutis participatione morimur peccato, & quia non statim extinguitur in nobis hic uetus homo, sed sensim corrumpitur, donec in nihilum redigatur: sepelimur etiam peccato, ut demum in nouam uitam emergere paulatim incipiamus, donec tandem hoc corruptibile in futuro seculo incorruptibilitatem induerit. Harum autem partium symbola manifesta ac efficacia habemus in Baptismo, quatenus est nostræ regenerationis tessera. Hinc ortæ sunt illæ formulæ Paulo familiares, crucifigi, consepeliri, resurgere cum Christo, baptizari in ipsius mortem, seu pro mortuis: crucifigere corpus peccati, resurgere in nouam uitam, ueterem hominem corrumpere, mortificari, uiuificari, & similia, ut suis locis explicabimus. Quod autem Erasmus considerandum proponit, num præpositio σὺν pertineat ad Iudæos & Gentiles, simul in unum Christum collectos: hoc quidem loco nullius est momenti.

4 In gloriam Patris διὰ δόξης πατρός. διὰ pro οὐ usurpari probauimus manifesto exemplo suprà cap. 4. b.11: hic autem existimo positam esse pro εἰς, & quidem ita ut finalem (quam uocant) causam declaret. Cur enim resurrexit Christus, id est in quem finem? nempe si ipsum caput consideres, in gloriam Patris, id est ut deposita infirmitate, gloriosus, Deo uiueret in æternum: sicut Apostolus ipse explicare uidetur infrà uer. 10. Sin autem nos spectes, qui sumus Christi membra, idcirco resurrexisse dicit Apostolus, ut & ipsi participes illius uirtutis facti, incipiamus uiuere uitam nouam, quasi nimirum iam in cælis ipsis uersemur, quærentes quæ cœlestia sunt. Nisi uerò ita interpreteris, non uideo qui constare possit altera pars collationis: neque etiam quorsum hic commemoret Paulus cuius uirtute resurrexerit Christi caro. quod alibi quidem sæpe expositum, sed certam ob causam. Vulgata & Erasmus ad uerbum, per gloriam Patris, id est, gloriosi Patris uirtute ac potestate, ex Hebræorum idiotismo, sicut nouitas uitæ pro noua uita dicitur. Incedamus περιπατήσωμεν. Vel (ut Vulgata & Erasmus) ambulemus. quāquam illud mihi uidetur mollius. Nam incedere apud Latinos accipitur pro uitæ genus aliquod sectari, sicut apud Hebræos usurpatur uerbum הלך. C

5 Nam si coaluimus εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν, Eleganti translatione Christum, qui mortuus ac sepultus resurrexit, comparat Apostolus cum planta, quæ humi defossa suo tempore germinarit. Deinde uerò quia nos quoque unà dixerat cum Christo mortuos peccato, ac sepultos, resurrexisse in iustitiā, ut indicet hæc omnia in nobis eo quasi succo fieri quem ex Christo hauriamus, dicit nos cum ipso in unam plantam coaluisse, sicut τὰ σύμφυτα ut adhærentes arboribus fungi, muscus, uiscum: quod (ut inquit elegantissimus poeta) non sua seminat arbos: & si quæ sunt eius modi: ita cum arbore ipsa coalescunt, ut communi succo uiuant. Sic igitur Apostolus aptissima translatione arctissimam illam nostri cum ipsa Christi substantia coniunctionem, & uiuificam illam uirtutem inde in nos manantem expressit? qua etiam ratione Christus sese uiti, nos uerò palmitibus comparat: & in ipso crescere, ipsecq; in nobis uicissim dicitur adolescere. Sic comparatur Christus uirgulto apud Esaiam, sic comparatur Verbum semini, sic dicimur arbores fructiferæ, sic plantare & rigare dicuntur ministri, & fideles in Christo radicari: adeò fœcunda est ista translatio. Vulg. & Eras. si insititi facti sumus. Ego uerò quanuis libens agnoscam, non nisi insitione posse cum Christo coalescere, & Apostolus non dissimili ratione dicat nos in ueram oleam insitos, infrà 11.c. 24: tamen putaui propriam Græci uocabuli significationem seruandam. Conformatione mortis eius τῷ ὁμοιώματι τῷ θανάτου αὐτοῦ. Id est, quatenus, non dico imitatione (hoc est enim Origenis commentum) sed uirtute ab ipso in nos deriuata, perinde morimur peccato, ut & ipse mortuus est, Hoc enim est quod dixerat, nos baptizatos esse in ipsius mortem: & statim subiiciet nos unà cum ipso cruci affixos, ut sicut ipse mortuus est peccato, ita & nos peccato moriamur, declarans quod sit istud ὁμοίωμα. Vulgata, similitudini mortis eius. quod plane repudio. Nam præpositio σὺν in σύμφυτοι, sicut in συμβάπτεσθαι, συσταυροῦσθαι, συζῆν, συμπάσχειν, συμμορφοῦσθαι, συμβασιλεύειν, συνδοξάζεσθαι, id est, ut ista ad uerbum explicemus, consepeliri, concrucifigi, conuiuere, compati, conformari, conregnare, conglorificari, & similia, ad ipsam Christi personam referenda puto: ita ut subaudiendum sit αὐτῷ, quod ut exprimeret Erasmus, conuertit, Nam si insi-

A titij facti sumus *illi* per similitudinem mortis eius. Ego uerò aliam ob causam ab hac interpretatione discessi. Fauet enim Pelagianis, qui hanc nostri cum Christo conformationem putant ab imitatione proficisci, quum contrà imitatio omnis ex ista conformatione nascatur. 1. ex eo quòd Christi participes simus, cum eo & per eum peccato mortui, ut Deo uiuamus. Ipse enim est qui in nobis efficit ut uelimus ac faciamus quæ Dei sunt. Itaque his uerbis non declarat Paulus uel materiam nostræ mortificationis. i. Christum mortuum: uel causam efficiétem. i. Deum per Spiritum suum agentem: uel instrumenta. i. Verbum, Ministrum, Baptismum, fidem, non denique finem, aut remotum, aut propinquũ, sed qua in re seu quatenus cum Christo coaluerimus, nimirum in eo quod ante exposuimus. Basilius autem lib. περὶ βαπτίσματος ad causam instrumentalem. i. ad Baptismum, refert. Sic enim interpretatur, ἓν τῷ ὕδατος βαπτίσματι, ὅσῳ δρ ἐγιν ὁμοίωμα τῦ σταυρῦ καὶ τῦ θανάτου. i. in aquæ Baptismo, qui est crucis ac mortis assimilatio seu figura. Quominus autem hanc interpretationem sequar, ea ratione impedior, quòd Baptismus omnes partes renouationis representat: hic uerò Paulus manifestè conformationem mortis à conformatione resurrectionis distinguat. quamuis hæc ab illa separari non possit. Illa uerò Cyrilli interpretatio non modò uiolenta, sed etiam nonnihil est periculosa: quasi Christi mors non tam mors fuerit, quàm mortis quædam imago, quòd tam citò resurrexerit. Quorsum enim hoc, si spectes nostri cum Christo collationem. i. Apostoli scopum? Nimirum etiam ἀλλὰ καί. Sic rectè Erasmus, quum ἀλλὰ hoc loco non admitti assumptioni, sed conclusioni. Vulgata, simul etiam ἀμφὶ λυσὶ quæ lectio mihi non displicet. Resurrectionis *conformatione* coalescemus: τῇ ὁμοιώματι τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα. Qui uel mediocriter est Græcæ linguæ peritus, facilè animaduertit deesse articulum τῇ: quod & ipsa collationis ratio oltendit, ita scilicet ut repetantur duo uocabula ἀπὸ λοιπόν. Nam plena esset oratio, ἀλλὰ λυσὶ τῇ τῆς ἀναστάσεως scilicet ὁμοιώματι σύμφυτοι ἐσόμεθα: in qua eclipsi nihil prorsus est uiolentum aut insolitum: nisi quòd articulus à dissertis scriptoribus uix ferri in hoc dicendi genere prætermitti. Annotauimus autẽ similem prorsus eclipsin Iohan. 5. f. 36, Eras. resurrectionis participes erimus, quasi ἐσόμεθα ἀναστάσεως i. esse resurrectionis, significare possit. Ex eorum numero esse ad quos resurrectio pertineat. Id ego uerò mihi uix persuaserim, ut interim taceam utrunque requiri ὁμοίωμα primariæ plantæ cum nobis συμφύτοις, tum in morte scilicet, tum in resurrectione, quod & ipse Apostolus posteà copiosè explicat. Cur autem uti maluerit futuro tempore, quàm præsenti, causa est manifesta: quia scilicet nondum prorsus mortui sumus peccato, nisi quatenus reliquiæ non imputantur. ex quo consequitur nos nondum totos resurrexisse, sed quotidie emergere dum perficiatur quod Deus in nobis inchoauit. Mutua enim est inter mortem peccati & uitam Spiritus non tantùm relatio, sed etiam proportio.

B τοῦτο γινώσκοντες, ὅτι ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη, ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, τοῦ μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ. 6

Illud scientes quòd uetus ille noster homo cum eo crucifixus est, ut eneruetur corpus Peccati, ne posthac nos seruiamus Peccato. *Vetus homo.*

ὁ γὰρ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. 7

Etenim qui mortuus est, liber est à Peccato. *Mori peccato.*

εἰ δὲ ἀπεθάνομεν σὺν χριστῷ, πιστεύομεν ὅτι καὶ συζήσομεν αὐτῷ, 8

Quòd si mortui sumus cum Christo, credimus quòd etiam uiuemus cum eo:

εἰδότες ὅτι χριστὸς ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, οὐκέτι ἀποθνήσκει, θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει. 9

Vt qui sciamus quòd Christus excitatus ex mortuis, non amplius moritur: mors *inquã* ei non amplius dominatur.

ὃ γὰρ ἀπέθανε, τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανεν ἐφάπαξ· ὃ δὲ ζῇ, ζῇ τῷ θεῷ. 10

Nam quod mortuus est, Peccato mortuus est semel: quod autem uiuit, uiuit Deo.

6 Vetus ille noster homo ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος. Veterem hominem uocat quod paulò antè peccatum dixerat: alibi ψυχικὸν. i. animalẽ, uniuersam uidelicet hominis naturã, ita ut cum iniquitate coceptus est & in hanc lucẽ editus. Additur autẽ Veteris epitheton, partim primi illius Adami collatione facta cum altero posteriore, ut 1. Cor. 15. f. 45, partim uerò natiuæ nostræ deformationis respectu, quam altera recentiore permutamus: ea scilicet quæ indies instauratur ad agnitionẽ quæ respondeat imagini eius qui ipsum cõdidit, Coloss. 3. b 10. Cum *eo* crucifixus est, συνεσταυρώθη. Hoc quoq; uocabulũ Paulo est familiare, idẽ declarans atq; si peccatũ dixisset mortuũ, aut nos peccato mortuos cum Christo. Hoc tantùm interest, quòd quũ crucifixum dicit, mortis genus explicat, cuius participatione mortificamur peccato. Itaq; nihil dicunt qui Paulum existimant crucifixum potius quàm mortuum dixisse, quòd uiuat adhuc & uigeat aliqua ex parte quod doctissimus Interpres meritò non probauit. Sed duo hic notãda sunt: Vnũ, quũ dicitur uetus homo cum Christo crucifixus, non ita hoc esse accipiendũ quasi corrupta hæc natura Christo alia ratione quã per imputationem tribuatur. (Nam iam inde ab ipso conceptus momento carnem nostram ipse sibi ac nobis ita sanctificauit, ut omnis corruptionis expers fuerit. Itaq; nobis ueterẽ hominẽ crucifixit: sicut mortuus dicitur peccato, non ut peccare desineret, sed ut peccatũ destrueret.) Alterũ, quòd dicitur Christus peccata nostra per crucẽ expiasse, prudenter esse ab eo distinguendũ de quo hic differitur. Illud enim pertinet ad gratuitã pro peccatis nostris satisfactionem, quæ nobis imputatur. hic autem agitur de regeneratione intra nos per Spiritum Christi re ipsa inchoatam. Eneruetur *katargunthe*. Vulg. destruatur *katalutho*. Eras. aboleatur. i. ἀπόλυται. Vide Luc. 13. a. 6, & suprà 3. d. 31. Corpus Peccati τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας. i. caro in qua peccatum ipsum hæret, sicut pulchrè explicatur 1. Petr. 4. a. 1, & 2. Alibi solet Apostolus simili significatione membrorum nomen usurpare, non hoc tantũ corpus aspectabile designans, sed oẽs hominis partes sine ulla prorsus exceptione, nisi quatenus eas in filiis Dei instaurauit Christi communicatio, ut expositum est. Ioh. 3. a. 6. Mihi tamen uidetur Paulus propria quadã ratione hoc in loco mentionem fecisse corporis, nempe quia crucifixi & sepulti Christi meminerat, cui nos factos esse συσσώμους. i. ut ita loquar, cõcorpores, scribit Eph. 3. b. 6. 7 Liber est δεδικαίωται. i. ἀπήλλακται, ὑπ' συθέσεως, λυπαθείας, ut pulchrè explicat Basilius lib. περὶ βαπτίσματος, de quo diximus suprà 3. c. 20. Vulgata & Erasmus iustificatus est. Quidam etiam conuertit, absolutus est. Ego uerò has interpretationes hoc quidem loco, ut ambiguas reiecì: ne quis de peccati uel peccatorũ remissione seu absolutione à peccatis hoc dictum acciperet. Neque enim de his differit Apostolus, sed de mortis effectu, quæ scilicet efficiat ut mortui, necessariò ab actionibus huius uitæ ac proinde a peccando supersedeamus. Hoc est deniq; quod dixit Anacreon (si profana licet cum sacris comparare) Ὁ θανὼν δὲ ἐτελεύτησεν. 10 Quod mortuus est ὃ ἀπέθανεν. Declarant Græci Grammatici ὅ pro ὅτι cõiunctione usurpari: sed malim hoc quidẽ in loco supplere *kata*, ut plena sit oratio. Nam in eo quod mortuus fuit, i. quantum ad ipsius mortem attinet. Neq; enim Vallæ assentior qui potius putat conuertendũ hoc esse ad uerbũ neutro genere. Quod enim mortuum est, quibus sic etiam legat Hilarius ex antiquis codicibus lib. de Trinitate 9, ut Eras. obseruauit. quasi scilicet mortuum referatur ad corpus humanũ, uiuit, ad naturã diuinam. Ego uerò non uideo quomodo cõueniat hęc interpretatio cum eo de quo agitur. Deinde etiam periculosam puto hanc interpretationem, quòd uideatur quodammodo pro Nestorianis facere, atq; adeò nostræ satisfactionis fundamẽtum euertere. Quibus enim Christus, quatenus Deus est, nec mori, nec resurgere dici possit, tamẽ idem homo ille qui mortuus est ac resurrexit, etiam Deus erat, & totus nunc Deo uiuit. alioquin nec morte ipsius mortificari peccato, nec resurrectione possemus Deo uiuificari. Semel ἐφάπαξ. Id est,

Viuere Deo.

Id est,una uice pro omnibus. Quod enim semel tantùm fit,id non habet regressum ut iterum fiat. Sic ad Hebræos accipitur hoc aduerbium aliquoties:ut Christi oblationis perēnis illa uis declaretur, opposita Leuiticis sacrificijs, quæ quotidie repeti oportuit. Ostendit autem ex hac capitis & membrorum collatione Apostolus hoc loco, in ijs qui per Christum uere sanctificati sunt, peccatum semel mori, id est, ita ut pristinas illas uires nunquā recipiat, sed quotidie, tā quam corpus in sepulchro, corrumpatur, donec funditus intereat. Quòd si perpetuus est mortis peccati progressus, perpetuum est quoque uiuificationis incrementum, quum sit mutua inter mortificationem ueteris hominis & instauratione nouinon modò relatio, sed etiam proportio. Quomodo igitur qui mortuus est peccato, in eo permanebit ut gratia abundet? Diximus autem qua ratione sit explicandum quod dicitur Christus peccato mortuus, in quo tamen peccatum non fuit, suprà uersu 6. Nam in hac quoque locutione Christus peccato mortuus est, hoc uocabulum accipio non in sexto casu (ut declaretur causa quæ Christum adegit ad mortem, nempe quia nostrorum peccatorum reus erat) sed tertio casu potius, ut finem declaret, nempe Christum idcirco mortuū, ut semel eneruaret peccatum in carne nostra. Hoc enim est de quo agitur, non autem de peccatorū expiatione per imputationem: & ratio antitheseos hoc poscit. Viuit Deo ζῇ τῷ θεῷ. Id est, uiuit apud Deum, & quidem uita plane diuina ac cœlesti. Sicut enim mortuus peccato dicitur is in quo peccatum uim suam nō magis exerit quàm si extinctum esset, ita etiam uiuere Deo, ex formula Paulo familiari dicitur is qui Spiritu Dei agitur, ut explicat Apostolus infrà 8.c.14., & Ephes.3.d.20. Sed sicut mortem peccati diximus aliter in capite quàm in membris considerari, sic quoque de eo statuendum quòd Christus dicitur Deo uiuere. Is enim iam inde à primo conceptu totus quidem Deo uixit, sed tamen à conceptu ad resurrectionem, ac præsertim in morte ac sepulchro luctandum illi fuit cum Satana, & morte, atque adeò cum nostris omnibus peccatis, quæ Pater illi imputarat, ut nos in eo consummaret. Itaque post resurrectionem demum dicitur Deo uiuere: quum iam omni deposita carnis infirmitate, & superatis omnibus hostibus, ad dextram Patris consedit. Nostra uerò sanctificatio ex illius uirtute promanans, nunquam hîc in nobis perficitur, quum ab ipsa morte pendeat nostræ sanctificationis consummatio: & tamen dicitur mori peccato is in quo peccatum mori cœpit, & Deo uiuere qui Spiritu Dei donatus cœpit facta carnis mortificare. ut scribitur infrà 8.c.12.

Ita etiam uos colligite, uos ipsos tum mortuos esse peccato, tum uerò uiuere Deo per Christum Iesum Dominum nostrum.

11 οὕτω καὶ ὑμεῖς λογίζεσθε ἑαυτοὺς νεκροὺς μὲν εἶναι τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντας δὲ τῷ θεῷ ἐν χριστῷ ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν.

Ne regnet peccatum.

Ne regnet igitur Peccatum in mortali uestro corpore, ut obediatis Peccato in cupiditatibus corporis.

12 μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι, εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ.

Membra.

Neque sistite membra uestra arma iniustitiæ peccato: sed sistite uos Deo, ut ex mortuis uiuos, & mẽbra uestra, arma iustitiæ, Deo.

13 μηδὲ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀλλὰ παραστήσατε ἑαυτοὺς τῷ θεῷ, ὡσεὶ ἐκ νεκρῶν ζῶντας, καὶ τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα δικαιοσύνης τῷ θεῷ.

Peccatum enim uobis non dominabitur. Non enim estis sub Lege, sed sub Gratia.

14 ἁμαρτία γὰρ ὑμῶν οὐ κυριεύσει· οὐ γάρ ἐστε ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν.

11 Colligite λογίζεσθε. Hoc ego refero ad fidei syllogismum, ut inde colligamus ac uerè sentiamus nos in peccato esse mortuos per Christi mortis communicationem, tum uerò Deo uiuere, id est iustitiæ per eundem uiuificatos. Sic enim urget Paulus ut Christi mortem, sepulturam ac resurrectionem ad nos transferamus. Quod autem scribit Origenes λογίζεσθαι idem ualere atq; cogitare, quasi scilicet hoc totum positū sit in cogitatione, ijs relinquamus quos doctores contemplantes uocant Sophistæ.

12 Ne regnet μὴ βασιλευέτω. τὸ βασιλεύειν apud Paulum, id est regnare, ponitur pro summum imperium obtinere, ita ut nullius se opponat, uel si quis obsistat, frustrà hoc faciat. Commodum igitur hæc adhortatio subijcitur precedentibus, ut intelligamus quatenus simus mortui peccato, quādiu hîc uersamur. hactenus scilicet ut reluctetur quidem, sed non regnet. Corpore σώματι. Vide suprà uersu 6. Videtur autem hoc loco & aliis similibus Apostolus corporis ac membrorum facere mentionem, propterea quòd hæc sunt instrumēta quibus peccatum exequitur quod cogitauit. Loquitur enim Apostolus de peccato tanquam violento quopiam tyranno. Sit igitur mens illa tantopere à philosophis celebrata, primus peccati, id est natiuæ illius corruptionis, administer, ad suggerendos primos motus: qui ubi commouerint uoluntatem, alteram peccati administram, nasi untur ἐπιθυμίαι. Tum uerò corpus ab animo impulsum, huc & illuc transuersum rapitur, ut tyranni arbitrio sese ac sessorem præcipitet. Monet igitur Apostolus, ut quum omni ex parte coerceri motus non possint, saltem corpus habeamus in potestate. quæ tamen doctrina ad cæteras hominis partes pertinet: quum hæc inter se ad peccandum mutuo cōsensu conspirent. Vnde factum ut has cupiditates Paulus corporis esse dicat, quia scilicet animus per illas corpus cōmouet, ac uicissim animū corpus sollicitet. Itaque alibi diserte monet, ut & Spiritu seu mente, & anima & corpore integri coram Domino appareamus. prima Thess.5.d.23. Cæterum pro relatiuis αὐτῇ & αὐτῷ coacti sumus antecedentia ipsa subsitituere, ut amphiboliam uitaremus: quia peccatum & corpus apud Latinos eiusdem sunt generis.

13 Sistite παριστάνετε. Vulg. Exhibeatis παρέχετε. Eras. accommodetis. Mihi uerò uidetur Sistēdi uerbum multò accommodatius, quòd paulo antè fecerit regni mentionem, & paulo pòst etiam Domini. Dicuntur enim ministri & serui παριστάμενοι ἑστῶτες, i. sistere sese in Domini conspectu, & præsto esse ad accipienda mādata: ut pereleganter sit usurpatum hoc uerbum Apostoli, ut indicaret quàm proni ac uolentes ad peccandum ferantur quicunque Spiritu Dei non aguntur. Membra uestra τὰ μέλη ὑμῶν. Hoc quàm latè pateat exposuimus superiore uers. 6, & 12.

Arma iniustitiæ ὅπλα ἀδικίας. Id est, pro instrumentis quibus ad patranda scelera utatur. Græcis enim ὅπλα, & Latinis arma de quibusuis instrumentis dicuntur. Sed melius conuenit armorum nomen translationi à tyrannorum satellitibus & apparitoribus sumptæ. Sic Genes. 49.a.5, Simeon & Leui dicuntur כלי חמס.

14 Non enim estis sub Lege οὐ γάρ ἐστε ὑπὸ νόμον. Hoc quoque dicendi genus Paulo est familiare, sed non uno modo explicandum, quia præterquam quod Legis nomen est πολύσημον & uariæ sunt Legis species, uariè quoq; solet Apostolus de ea differere. Itaque Origenes de lege membrorum. i. de peccato, hæc accipit. cui non assentior, quia nusquam inuenio Legis nomen ita usurpatum, nisi quippiam adiciatur ex quo id possit intelligi. Sed & de cæremonijs hoc accipi commode non potest. Restat igitur ut ad Legem moralem, quam uocant, applicetur. Nam politicæ legis quorsum mentio inisset? Putant igitur plerique sub Lege non esse, idem declarare atq; Legis maledictioni non amplius esse obnoxium, quum Christus factus sit maledictio pro nobis. Sed quorsum hoc? Nam hoc certè pertinet ad peccatorum remissionem: hîc uerò agitur de mortificatione peccati, & iustitia in nobis per Christi Spiritum inchoata. neque spectatur dominatio peccati, quatenus imputatur uel non imputatur, sed quatenus uiget aut non uiget in nobis. Itaque alij explicare malunt, Sub Lege non estis sed sub gratia. i. non iam estis ea conditione qua olim, quum uos Lex reos faceret, iubendo, nō adiuuādo, ut explicat Augustinus. Hanc uerò sententiam ut simplicissimā & maximè accommoda

A commodatam amplector: sed ita ut paulò aliter explicem quàm uulgò soleant. Proposítum est igitur Apostolo nos hortari ut fortiter reluctemur peccato. Nam, inquit, omnino futurum est ut illo superato, victoriam reportetis. Id uerò unde tam certò conijcit futurum? Quia nimirum sub Lege non sumus, sed sub gratia. Lex enim, ut lequẽti capite explicabit, instrumentum illud est per quod ille noster maritus, id est peccatum, in nobis uitiosas illas cupiditates & actiones tanquam liberos, gignebat, illud est inquam unde accepta occasione peccatum alioquin ueluti mortuum reuiuiscit & nos interimit. Lex denique est peccati uirtus, ut scribitur primæ Corinthiorum capite 15. g 56. Valet igitur consequutio, nos aduersus peccatum potituros uictoria, quum non simus sub Lege, quatenus est uirtus peccati, sed sub gratia, i. Spiritu Christi donati, cuius freti uirtute, reliquias etiam peccati iam mermis penitus profligemus. Idque ita esse explicadum li quet etiam ex Galat. 3. d. 23, & 24. Quomodo uerò alibi accipiatur Sine Lege esse, uel Sub Lege non esse, item Legem non esse iusto positam, suis locis explicabimus.

τί οὖν; ἁμαρτήσομεν, ὅτι οὐκ ἐσμὲν ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν; μὴ γένοιτο. 15 Quid igitur? peccabimus, quòd nõ simus sub Lege, sed sub Gratia? Absit. *Lex. Gratia.*

οὐκ οἴδατε ὅτι ᾧ παριστάνετε ἑαυτοὺς δούλους εἰς ὑπακοήν, δοῦλοί ἐστε ᾧ ὑπακούετε, ἤτοι ἁμαρτίας εἰς θάνατον, ἢ ὑπακοῆς εἰς δικαιοσύνην; 16 An nescitis q̃ cui sistitis uosipsos seruos ad obediẽdũ, eius serui estis cui obeditis: uel peccati ad mortẽ, uel obediẽtiæ ad iustitiã?

χάρις δὲ τῷ θεῷ, ὅτι ἦτε δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας, ὑπηκούσατε δὲ ἐκ καρδίας εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς. 17 Gratia autem *sit* Deo, quòd fuistis *quidem* serui peccati, sed ex animo obedistis formæ eius doctrinæ in quam estis traditi. *Serui peccati*

ἐλευθερωθέντες δὲ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἐδουλώθητε τῇ δικαιοσύνῃ. 18 Et liberati à peccato, mancipati estis iustitiæ. *Serui iustitiæ.*

ἀνθρώπινον λέγω, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν. ὥσπερ γὰρ παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ τῇ ἀνομίᾳ εἰς τὴν ἀνομίαν, οὕτω νῦν παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ δικαιοσύνῃ εἰς ἁγιασμόν. 19 Hominum more loquor, propter infirmitatem carnis uestræ. Nempe sicut stitistis mẽbra uestra serua impuritati & iniquitati, ad *patrandam* iniquitatem: & nunc ita sistite mẽbra uestra serua iustitiæ ad sanctimoniam. *Membra seruiãt Deo.*

ὅτε γὰρ δοῦλοι ἦτε τῆς ἁμαρτίας, ἐλεύθεροι ἦτε τῇ δικαιοσύνῃ. 20 Quum enim serui estis peccati, liberi eratis iustitiæ. *Liberi iustitiæ.*

τίνα οὖν καρπὸν εἴχετε τότε, ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε; τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων, θάνατος. 21 Quẽ igit fructũ habebatis tũc? ea de quib. nunc erubescitis? nam finis illorum mors *est*. *Mors.*

νυνὶ δὲ ἐλευθερωθέντες ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, δουλωθέντες δὲ τῷ θεῷ, ἔχετε τὸν καρπὸν ὑμῶν εἰς ἁγιασμόν· τὸ δὲ τέλος, ζωὴν αἰώνιον. 22 Nunc uerò liberati à peccato, mancipati autem facti Deo, habetis fructum uestrum in sanctimoniam: finem autem, uitã æternam. *Serui Dei.*

τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας, θάνατος· τὸ δὲ χάρισμα τοῦ θεοῦ, ζωὴ αἰώνιος, ἐν χριστῷ ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν. 23 Nam stipendia peccati, mors: donum autem Dei *est* uita æterna per Christum Iesum Dominum nostrum. *Vita æterna.*

15 Quòd non simus, &c. ὅτι οὐκ ἐσμέν, &c. Nascitur hæc obiectio ex eo quòd ambiguum erat dicendi genus ab Apostolo usurpatum. Ideo sequenti capite copiosè ab ipso explicabitur. Nam apud impios (cuiusmodi sunt hodie Libertini, Dauiditæ, & cæteri Carpocratianorum successores) sub Lege non esse, significat pro arbitrio suo quiduis audere: Sub gratia autem esse, non posse damnari. 17 In quem estis traditi εἰς ὃν παρεδόθητε. Hoc dicendi genus magnam quandam emphasin uidetur habere. Ita enim significatur, Euangelicam doctrinam quasi instar typi cuiusdã esse cui immitamur, ut eius figuræ conformemur. Itaque nolui Erasmum imitari, qui conuertit, in quam traducti estis. Quidam interpretatur, quæ uobis est tradita ὃν ὑμῖν παρεδόθη, quasi scilicet εἰς respondeat literæ ν, ut εἰς τύπον idem declaret atque τύπῳ deinde ὃν παρεδόθητε dictum sit ut ἐκλέγεσθαι τοῦτο, pro τοῦτό μοι ἐπιτρέπεται. Nam aliam huC ius interpretationis rationem inuenire non potui quam tamen minime probo.

19 Hominum more loquor ἀνθρωπινον λέγω. Id est κατ' ἄνθρωπον, ut suprà 3. a. 5. Puto uerò Apostolum nihil aliud hoc loco significare hac dicendi formula, quàm sese, quum de rebus cœlestibus ac diuinis differat, libẽter tamen, ut sese eorum captui accommodet ad quos scribebat, similitudines istas seruitutis & libertatis ex mutuis hominum cõmercijs sumere: quo melius ista percipiant. Hanc enim esse humanæ naturæ imbecillitatẽ, ut qui etiam Spiritus Christi sunt participes, tamen ad hæc cognoscenda stupidi sint ac tardi. Alij humanũ accipiunt pro eo quòd præstare possint homines: quasi dicat Apostolus se non tummam aliquam perfectionem requirere, sed duntaxat, ut non minus strenuè colant iustitiam quàm olim parauerunt peccato. Ego uerò illam interpretationem, ut simpliciorem amplector, uel eo eam causam quòd ista Apostoli petitio quæ sequitur, eiusmodi est ut uel perfectissimi quique inter homines uix illam possint præstare. Alioquin alijs etiam locis humanum dicitur quod est eiusmodi ut hominum uires non superet, ut 1. Samuel. 7. b. 14. & 1. Cor. 10. c. 13. Vulg. humanum dico, imperite Erasm. Humanum quiddam dico. Nempe sicut ὅσῳ γάρ. Vulg. sicut enim Eras. Quemadmodum enim. Ego uerò non uideo quomodo causalis particula satis commodè possit cum superioribus connecti.

Ad patrandam iniquitatẽ, εἰς τὴν ἀνομίαν. Erat. ad alià atq; aliam iniquitatẽ, Græca scilicet scholia secutus. Ego uerò potius existimo Paulum priore loco per impuritatẽ & iniquitatẽ intellexisse cupiditates illas, tum quibus seipsos contaminant homines, ut quibus sollicitantur ad ebrietatem, lasciuiam, luxuriam, & alias eiusmodi pestes: tum quibus prouocantur ad alios offendendos, furtis, homicidijs, iniurijs & cæteris id genus sceleribus: deinde posteriore loco ἀνομίαν generalius usurpasse pro ipsis cupiditatum effectis. Ideo suppleui participium patrandam, ex quo id intelligatur. 10 Liberi eratis iustitiæ ἐλεύθεροι ἦτε τῇ δικαιοσύνῃ. i. quod ad iustitiam attinet, nullum erat eius in uos imperium. Eratis enim peccati itidem prorsus mancipati. Hoc uerò quum ita se habeat, miror qua tandem fronte audeant Sophistæ suum liberum arbitrium tueri, liberum sanè iustitiæ, seruum autẽ pecccati, ut illis toties exprobrat Augustinus. 21 Tunc? ea de quibus, &c. τότε; ἐφ' οἷς, &c. Sic distinguit Clemẽs lib. στρωμ. 7. d. & rectius, ni fallor. Vulg. tunc in quibus nunc erubescitis? Eras. in his de quibus nũc erubescitis? Nam finis illorum τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων. Vel, merces seu uectigal. ut respondeat illi quod paulo pòst uocat ὀψώνιον. Nã τέλος, utrunq; potest significare: & apud Hebræos quoq; אחרית, tum finem, tum etiam id declarat quod alicuius opus consequitur. R

23 Stipendia ὀψώνια. Nazianz. εἰς ἱερωνυμον ὀψώνιον interpretatur τὸ βασιλικὸν σιτηρέσιον καὶ τὰς ὑπαρχούσας ἐν νόμῳ τοῖς ἀξιωματικοῖς δωρεάς. id est regium commeatum & dona quę ex Lege dignitatib. tribuebantur. Bene igitur conuenit hæc translatio, quū Peccatū Tyranno comparasset. A

CAPVT VII.

ΚΕΦ. ζ.

1 ANignoratis fratres (peritos enim Legis alloquor) quòd Lex *tantisper* dominetur homini quoad ipse uixerit?

1 Ἢ ἀγνοεῖτε ἀδελφοί (γινώσκουσι γὰρ νόμον λαλῶ) ὅτι ὁ νόμος κυριεύει τοῦ ἀνθρώπου ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ;

2 Nam uiro subiecta mulier, uiuēti uiro deuincta est per Legem: quod si mortuus fuerit uir, liberata est à Lege uiri.

Mulier mortuo marito libera à lege uiri.

2 ἡ γὰρ ὑπανδρος γυνὴ τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται νόμῳ· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, κατήργηται ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ ἀνδρός.

3 Proinde uiuente uiro mœcha uocabitur, si fiat alterius uiri: sinautē mortuus fuerit uir, libera est à lege illa: ut non sit mœcha si fiat alterius uiri.

3 ἄρα οὖν ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς, μοιχαλὶς χρηματίσει, ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, ἐλεύθερά ἐστιν ἀπὸ τοῦ νόμου, τοῦ μὴ εἶναι αὐτὴν μοιχαλίδα, γενομένην ἀνδρὶ ἑτέρῳ.

4 Itaq; fratres mei, uos quoq; mortificati estis Legi in corpore Christi: ut esse tis alterius, eius *scilicet* qui ex mortuis excitatus est, ut fructum feramus Deo.

Liberati à Lege seruiunt Deo in Spiritu.

4 ὥστε, ἀδελφοί μου, καὶ ὑμεῖς ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ διὰ τοῦ σώματος τοῦ χριστοῦ, εἰς τὸ γενέσθαι ὑμᾶς ἑτέρῳ τῷ ἐκ νεκρῶν ἐγερθέντι, ἵνα καρποφορήσωμεν τῷ θεῷ.

IN CAP. VII.

1 An ignoratis ἢ ἀγνοεῖτε. Explicat quid illud sit quod dixerat, peccatum nobis non dominari, quod non simus amplius sub Lege, seu sub Gratia: sumitq; ex coniugij Lege pulcherrimum & appositissimum exemplum. Etsi uerò iuris gentium theh mittur quod tradit Apostolus, morte scilicet mariti dirimi coniugij uinculum, tamen ijs libēter assentior qui ad Legis Mosis præscriptum hoc exemplum reuocant: quod proprie de Decalogo sit accipiendum quod dixit, Nos sub Lege non esse: ideoque melius conueniat collatio si hanc similitudinem dicamus ex eodem fonte petitam. Quoad *ipse* uixerit ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ. Eras. quoad ea uixerit. i. quoad Lex uiguerit. Sed malo Chrysostomo assentiri qui de hominis ipsius uita intelligit. Nam ita omnino poscit similitudo quæ subijcitur. quanuis aliter censuerit Origenes & Ambrosius, ab eo non semel (quod eius pace dixerim) deceptus. Sed & uerbum ζῆν hoc uidetur indicare, quod multò magis proprie homini quam Legi tribuitur. B

3 Vocabitur χρηματίσει. Id est erit, & quidem omnium uoce ac consensu. Vide Act. 11. d. 26.

4 Mortificati estis Legi ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ. Mortificari peccato & mortificari Legi (libenter enim Mortificandi uerbum retineo) mutuo inter se respondent, non simpliciter tamen, sed ἢ κατά τι: quatenus scilicet Lex est peccati uirtus. Nam hactenus etiam dicimur sub Lege non esse, ut exposuimus supra 6. c. 14. Itaque licet quidem interpretari mortuos esse peccato eos in quibus peccatum mortuum est: quo nomine sæpe iam diximus hæreditariam corruptionē intelligi: de Lege uero dici hoc no potest, in nobis esse mortuam. imò ne in sese quidem mortuam aut irritam esse factam, quoties de Lege Decalogi agitur, ut hoc loco. Nam præterquam quòd Lex extrinsecum quiddam est, tantū etiam abest ut sit mortua in illis in quibus mortuum est peccatum, ut cōtrà in ijs solis sit efficax quos inuenit per Spiritum sanctum idoneos factos ad uolendum & faciendum quod Deus per ipsam præcipit. Ideo dixit Apostolus supra 3. d. 31, Legē no fieri irritam per fidē, sed potius stabiliri. Sed & illud quæritur necessariò, quum uxori coparemur secundo marito copulatæ, cur nos mortuos esse dicat. Omnino enim uidetur potius fuisse dicendum nos esse marito mortuo superstites. Video igitur plerisque placere, Apostolum uitandæ inuidiæ causa dixisse potius, ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ, quam ἐθανατώθη ἡμῖν ὁ νόμος, id est mortificati estis Legi, non autem mortificata est nobis Lex. à quibus uenia peto quod dissentiam. Videntur enim assumere quod existimo non posse ullo modo conuenire, nempe in prioribus nuptijs Legem sustinere mariti personam. quod fortasis locum haberet si de cæremoniarum abolitione ageretur, uel de Lege peccati: sed de Lege Decalogi differre Apostolum constat ex sequenti obiectione. Sciendum est igitur, tum maritum, tum uxorem in uno & eodem homine considerari in utroque matrimonio, ut meritò ac proprie Apostolus nos quoad maritum mortuos esse dixerit, quum maritus ille fuerit in nobis atq; adeò in uisceribus nostris habitarit. quod ut intelligatur, hoc esto prioris matrimonij diagramma. C

Maritus	Vxor	Liberi ex hoc matrimonio.
Peccatum (siue uis illa natiua ciens in nobis affectiones peccatorum) occasione per Legem arrepta, à qua scilicet irritabatur, alioquin ueluti mortuū, ut infrà uersu 11. 13, & 14.	Caro seu mēbra nostra, nimirum facultates tum animi tū corporis, in quibus agebat peccatum tanquam maritus in uxore.	Peccata, ac omnia uitiosa opera, quæ nos ex peccato tanquā marito concepta pariebamus in mortem.

POSTERIORVM VERO NVPTIARVM HAEC SIT DESCRIPTIO.

Maritus	Vxor	Liberi.
Spiritus, id est uis Christi nobiscum cōmunicati: qui Spiritus priori illi marito perempto successit, & sanctos motus in nobis ciet.	Nouus homo, id est facultates tum corporis tam animi, per Spiritum sanctificatæ, in quibus ille agit tāquam maritus in uxore.	Fructus Spiritus, quos ex Spiritu concipimus & parimus, ut recensentur ab Apostolo Galat. 5. d. 22.

In corpore Christi διὰ τοῦ σώματος τοῦ χριστοῦ. Vulg. & Eras. per corpus Christi. quæ interpretatio nō est satis expressa Neq; enim per Christi corpus duntaxat, sed etiam in Christi corpore dicimur mortui multo ἐμφατικώτερον, ut summa illa & arctissima comunicatio intelligatur. Itaq; διὰ pro ἐν posita esse puto sicut suprà 4. b. 11. quo pertinet etiam illud quod scribitur 2. Cor. 5. c. 14. Eius *scilicet*, &c. τῷ ὑπὲρ πάντων, &c. 1. eius qui peccato mortuus, repēte cum Christo factus est redituus: nouus scilicet illius mariti: qui Spiritus dicitur, quod sit nouum opus Spiritus sancti, quo tanquà uinculo connectimur cum Christo sicut mēbra cū capite. Ideo sepissimè nouus hic maritus dicitur ipse Christus, cuius scilicet uirtute creatur in nobis uis illa sanctos in nobis motus excitans: unde bona opera prodeūt. Quod igitur ait ὑπὲρ πάντων ex mortuis, intelligendū est de morte quam infligebat peccatū, ut suprà 6. c. 13, & Ephe. 2. a. 1, & b. 5, & Coloss. 2. c. 12, & 13. Vt fructum feramus ἵνα καρποφορήσωμεν. Καρπὸν uocat liberos quos uxor tollit ex marito, ut Luc. 1. d. 42. ex Hebræorum idiotismo scilicet apud quos filij uocantur פרי בטן. i. fructus uentris, ut Psal. 127. a. 3, & 132. c. 11. cuius translationis ratio reperitur Psal. 128. 3. Cæterùm quòd à secunda persona ἐθανατώθητε mortificati estis transeat ad primam, tribuendum est Hebræorum consuetudini, quam alibi sæpe obseruauimus. Deo τῷ θεῷ. i. qui sint Deo grati, uel ex Dei præscripto, ac proinde quos Deus coronet, sed gratis. Vide suprà 6. b. 10.

5 Quum

A ὅτε γὰρ ἦμεν ἐν τῇ σαρκὶ, τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν τὰ διὰ τοῦ νόμου ἐνηργεῖτο ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, εἰς τὸ καρποφορῆσαι τῷ θανάτῳ.

νυνὶ δὲ κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου, ἀποθανόντες ἐν ᾧ κατειχόμεθα, ὥστε δουλεύειν ἡμᾶς ἐν καινότητι

Quum enim essemus in carne, affectiones peccatorum per Legem *existentes* vigebāt in membris nostris, ad fructum ferendū morti.

Nunc autem liberi sumus à Lege, mortuo eo in quo detinebamur, ut seruiamus in no-

5 Quum essemus in carne ὅτε ἦμεν ἐν τῇ σαρκὶ. Esse in carne significat prioris coniugij conditionem. quæ etiam in proximo uerticulo uocatur uetustas literæ. Carnem igitur appellat hominem φυσικῶν, id est qualis ex Adamo procreatur, natura peccato omni ex parte penitus obnoxia. Huic opponitur esse in Spiritu. de quo dicemus proximo capite. Affectiones peccatorum τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν. Pro eo quod mdebatur Paulus scribere debuisse ἡ ἁμαρτία substituit τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν affectiones peccatorum, id est motus ad peccandum solliciantes, quicunque tandem illi sint. id autem fecit, ni fallor, duabus de causis. Vna est, quia quum ἁμαρτία sit fœminei generis, non satis accommodate illi tribui posse uidebatur mariti persona. Altera, quod explicandum etiam fuit qua ratione peccatum cum marito conferatur. Itaque affectus peccatorum sunt tanquam aculeus peccati, per quem scilicet gignit in nobis carnis opera uelut partus. quorum catalogus contexitur Galat. 5 c. 19. Cæterum duo quoque hic notanda sunt: nempe παθήματων nomen apud Paulum multò latius patere quàm apud philosophos: ut qui illâ etiam ipsam rationem peccato obnoxiam faciat, quam philosophi pro uirtutis regula sibi proponunt. Alterum παθήματα dici quatenus mens ab illis afficitur, sunt que ab ipso peccato ingenerati motus, quibus intellectus patiens, quam uocant, agitatur, totumque secum hominem rapit. quodquidem annotandum fuit, ne quis miretur illis tribui ἐνέργειαν, id est agendi uim, quæ tamen παθήματα, id est ad uerbum perpessiones. dicuntur. Sed & hoc eodem nomine sæpe apud Paulum intelliguntur quæcunq; pietatis causa fideles perpetiuntur, ut infrà 8. d. 18. Alibi, nempe Galat. 5. d. 24. coniunguntur παθήματα & ἐπιθυμίαι.

Per legem *existentes* τὰ διὰ τοῦ νόμου Eras. qui *sunt* per Legem. quæ interpretatio non conuenit, quū de præterita conditione loquatur, ut apparet ex eo quod dixerat ἦμεν. Rectius ergo uetus interpres, qui per Legem *erant*. Est autem hoc diligenter considerandum, Apostolum non dixisse τὰ ὑπὸ τοῦ νόμου, id est hos motus extitisse seu prodisse à lege. sed per Legem extitisse, natos scilicet ex peccato intus habitante & ex Lege occasionem istorum motuum arripiente, nullo quidem Legis sed nostro potius uitio. ut explicantur infrà uers. 11. & 13. Hoc uerò non animaduerte-
B runt Manichæi, quum Legem Dei auderent damnare: neq; item ille qui nuper hunc locum conuertit Peccatorum perturbationes à Lege orientes. falsa certe interpretatione, & quæ pro manichæis faciat. Vigebant ἐνηργοῦντο id est agebant ac uim suam motus exerebant. Alludit enim honeste Apostolus ad matrimonij copulam, ut Peccati in nostrum intrinsecam deliget.

6 Liberi sumus κατηργήθημεν Opponitur hoc uerbum τῷ ἐνεργεῖσθαι quod usurpauit superiore uersicu lo. & nos, adhuc conuertimus enervati. i. inertem & languidum reddi, adeoque uires omnes amittere. Vulg. soluti sumus, ἀπελύθημεν, uel ἀπηλλάγημεν. Eramus, liberati sumus. Quidam prorsus barbarè, euacuati sumus. Ego in hac interpretatione sequutus sum Apostolum, qui διαφεύγειν exposuit ἐλευθέρα εἶναι supra uers. 3. Est autem hoc dictum non simpliciter accipiendum, sed κατά τι, sicut & aliud exposuimus, sub Lege non esse, supra 6. c. 14. quo etiam pertinent quæ subijciuntur. neque tamen hæc puto eò spectare, quod à maledictione Legis soluti sumus per gratuitam peccatorum remissionem: quia de regenerationis gratia hic agitur.

Mortuo eo in quo detinebamur, ἀποθανόντος ἐν ᾧ κατειχόμεθα. Vetus Interpres, quem sequuntur ueteres etiam Latini (inter quos Origenis quoque interpretem, i. Rufinum recēseo) legit, à Lege mortis, in qua detinebamur. quasi pro ἀποθανόντες scriptum sit θανάτου. ac fateor quidem peccatum, priorem scilicet nostrum maritum, dici posse Legem mortis, ut infra 8. d. 2. sed nullius Græci codicis authoritate cōfirmatur hæc lectio. & Legis uocabulum pro Lege morali quam uocant in tota hac collatione accipiendum esse ostendit sequens obiectio. Græci igitur summo cō sensu, si Chrysostomum excipias, legunt ἀποθανόντες, sed diuersè explicant. Nam alij referunt ad διαφθεγόμενον, hoc modo, Nos uerò qui mortui sumus, simus liberi à Lege in qua detinebamur. Sed illa traiectio sane est uiolenta: & præterea nusquam inuenio mortuos dici simpliciter eos in quibus mortuum est peccatum, de quibus scilicet hic agit Apostolus. Imò quoties nihil adijcitur, conuenit hæc appellatio uel ijs qui hac uita sunt defuncti, uel translatitia significatione, ijs qui in peccatis suis quasi mortifera quadam nocte sepulti tenentur. Alij igitur, ut Origenes, connectunt cum sequentibus, alia traiectione, in hanc sententiam. Nos uerò liberi sumus à Lege in qua mortui detinebamur. Sed, ut de traiectione nihil dicam (inueniuntur enim aliæ nihilò minus asperæ) nusquam hoc dicēdi genus apud Paulum inuenio, ut quis dicatur mortuus in Lege, nulla addita peccati mentione. Alij deniq;, ut Erasmus post Theophylactū, subaudito ὀνόματι nomine ἐλεύθερα ita hoc explicat. Nūc uerò liberati sumus à Lege, mortui *ei* in qua detinebamur. At ego si-
C ne ut omnino appareat eam lectionem fuisse tum sine controuersia receptam. quanuis apud Basilium semel atq; iterū inueniam scriptum ἀποθανόντος. eorum fortassis uitio qui ad Græca exemplaria Euangelici contextus emendarunt antiquorum interpretum libros. Legit igitur Chrysostomus ἀποθανόντος. quam lectionem ita probo, ut germanam esse non dubitem. Sed eam rursus uel Erasmus uel aliquis alius deprauauit. coniungit enim ἀποθανόντος cum τῷ νόμῳ, ut sit hæc sententia, Nunc autem liberati sumus è Lege mortua in qua detinebamur. Atqui Paulus nusquam (opinor) dicturus fuit Legem Dei mortuam. neq; Chrysostomo id unquam in mentem uenit: ut qui sic ista explicet, ut plane cōstare possit eum post ἀποθανόντος subaudisse ἐκείνου, hæcq; ut absolute posita exposuisse. Sic enim explicat, Quasi, inquit, diceret, Vinculum quo detinebamur, emortuum est ac diffluxit, ita ut quod detinebat, peccatum scilicet, tam non habeat quo nos contineat. Hæc ille, quæquidem maximè amplector. Nam Legem pro marito accipi non debere, toties ex Paulo liquet quoties nos esse peccato mortuos dicit: quatenus scilicet mariti personā sustinemus. Fuit itaq; explicandū quomodo & quatenus dixerit nos Legi mortuos seu à Lege liberos esse factos. quod uno uerbo facit qui dicit, nos idcirco à Lege esse liberos factos quòd is interierit qui nos occasionē à Lege accepta, seu per Legem detinebat. Vnde rursus oritur quæstio, sitne Lex peccatum. quandoquidem à Lege dixerat nos esse, peccato mortuo, liberatos. Deinde minime uolēra aut inusitata est hæc ecl ipsis in cōstructione ἀμέλει ἀπέθανεν. Sic enim Demost. συνέβαινεν οἱ μὲν ἐν ἕπτα μησὶν ἐμοῦ πολλῶν ἐμὲ ποιεῖν. Et Plut. ὧν διαλιπόντα ταῦτα μὴ ποιεῖν. Si cui tamen potius placuerit legere ἀποθανόντος propter exemplariū consensum, & subaudire ἐκείνῳ, is ita interpretetur, Nunc uero liberi sumus à Lege, mortui ei in quo detinebamur, peccato scilicet, posteriori nostro marito. Neque obstat quòd ἁμαρτίᾳ sit fœmnini generis, nam tanquā de marito loquitur. In quo ἐν ᾧ. Sic dicere malunt Paulus quàm ἐφ' ᾧ, ut doceret hunc maritum intrā nos esse. Sic enim explicare malo proprie, quàm ut accipiatur pro בְּ, uel ut instrumenti sit nota, ab. Hoc uel non uidit, uel neglexit quidam, interpretatus, qua tenebamur. Detinebamur διαφθεγόμεθα. Græci oēm possessionem διαφθορὴν uidentur uocare. sed tamen ex eo sumpta origine, uel quòd si qua ex communib. mi prunt nobis propria fieri, illa obtinere ui quadā uideamur: uel quòd quæ nostra sunt, nonsi per uim nobis possint eripi. nam certe τὸ διαπέφθαι uiolentū quiddā significat. Neq; tamē in hoc argumēto uim illam nobis fieri à peccato demōstrat, quasi coacti peccemus (spōte enim peccamus, quū peccatū sit intra nos) sed declarat uel tyrannidē illā Satanæ. qui fraude nos addixit peccato & sibi: uel saltē corruptio, tanquā malæ fidei possessor, à natura distinguit.

nouitate Spiritus ac non *in* uetustate Literæ. νότητι πνεύματος, καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος. A

Quid ergo dicemus? Lex peccatū *est*? Absit. Imo peccatum non cognoui, nisi per Legem. nam etiam cupiditatem nō nossem, nisi Lex dixisset, Non concupisces. 7 τί οὖν ἐροῦμεν; ὁ νόμος ἁμαρτία; μὴ γένοιτο· ἀλλὰ τὴν ἁμαρτίαν οὐκ ἔγνων, εἰ μὴ διὰ νόμου. τήν τε γὰρ ἐπιθυμίαν οὐκ ἤδειν, εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγε· οὐκ ἐπιθυμήσεις.

Per Legē cognitio peccati.

Sed peccatum occasione sumpta genuit in me omnem cupiditatem per illud mandatum. Nam absq; Lege, peccatum *est* mortuū. 8 ἀφορμὴν δὲ λαβοῦσα ἡ ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς, κατεργάσατο ἐν ἐμοὶ πᾶσαν ἐπιθυμίαν· χωρὶς γὰρ νόμου ἁμαρτία νεκρά.

Ego enim uiuus eram sine Lege quōdam: mandati autem illius aduentu peccatum reuixit, 9 ἐγὼ δὲ ἔζων χωρὶς νόμου ποτέ· ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς, ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν.

At ego mortuus sum: & repertum est illud mandatum quod *institutum erat* ad uitam, mihi *cedere* ad mortem. 10 ἐγὼ δὲ ἀπέθανον. καὶ εὑρέθη μοι ἡ ἐντολὴ ἡ εἰς ζωὴν, αὕτη εἰς θάνατον.

Nam peccatum occasione sumpta seduxit me illo mandato, & per illud occidit. 11 ἡ γὰρ ἁμαρτία ἀφορμὴν λαβοῦσα διὰ τῆς ἐντολῆς, ἐξηπάτησέ με, καὶ δι' αὐτῆς ἀπέκτεινεν.

Vt ὥστε. Quidam conuertunt, ita ut. sed perperam, ni fallor: quum prorsus τελειῶς ponatur, nec pertineat ad uerbum λατρεύειν detinebantur, sed ad παραγγέλματος, uel ad ἀνακαινώσεως. In nouitate Spiritus ἐν καινότητι πνεύματος. i. ut eos decet qui uetere mortuo marito, Spiritui sunt adiuncti. quos scilicet Spiritus Dei renouauit. Itaq; malui hoc quoq; Paulinum dicendi genus integrum seruare, quàm cum Erasmo conuertere Per nouitatem Spiritus. Quod si à Pauli uerbis discedere libuisset, dixissem potius ex nouatore Spiritu, quàm nouo Spiritu, cum alio quodā diertiore interprete. *In* uetustate literæ ἐν παλαιότητι γράμματος. Vetustatem uocat pristini coniugii conditionem, cum altera recentiore comparatam. Literæ autem nomine Legem uocat illius ueteris conditionis respectu. quia scilicet apud homines ψυχικοὺς id est, priusquam uoluntas nostra per Spiritum sanctum formata sit, Lex surdis canit, ac proinde nobis est muta ac ueluti mortua, quod ad eius præstationem attinet: quanuis peccatum ab ea arripiat occasionem nos interimendi, nisi Dei Spiritus occurrat, à quo mortificetur. Qui uerò literæ nomine, uel cęremonias intelligunt, uel sensum literæ, quem uocant, illos ego cum ipsorum duce Origene Anticyram mittendos censeo. B

7 Imò ἀλλά. Vulgata & Erasmus, Sed. quam coniunctionem etiam nonnulli ita explicant, quasi sit obiectio aduersus id quod inficiatus erat Apostolus. At ego contrà non dubito quin sit argumentum à contrarijs sumptum, quasi diceret Apostolus. Imò tantùm abest ut sit peccatum, id est peccatum gignat aut foueat, ut contrà nihil æque ad uersetur peccato. Ea enim una est quæ illud alioquin latens prodit ac detegit. quod si inde irritatum peccatum in rabiem feratur, ac multò magis æstuet quàm antea, quorsum hoc Legi imputetur, quæ, quod unum potuit, hostis insidias detexit? Cupiditatem τὴν ἐπιθυμίαν. Nudam cupiditatem intellige. Nam prauas cupiditates Lex etiam naturę, quamuis obscurè, tamen satis acriter damnat. Delegit autem illud Apostolus in quo nātiua illa labes ueluti sedē posuit, unde tyrannidem exerceat: quam ne suspicari quidem philosophia potuit. Hoc cōsiderent Sophistæ qui Paulum putant nihil amplius quàm de abolitis cæremonijs disserere.

8 Sumpta λαβοῦσα. Vulg. & Eras. accepta, quod non placet propter ambiguitatem. Nam accipere declarat ab alio traditum capere. i. ἀπολαμβάνειν, ut docet Demosth. in oratione περὶ τῆς ἁλόνησου. Occasionem autem excitandi cupiditates in nobis non præbet Lex, sed ut non præbeat, arripit tamen peccatum.

Genuit κατηργάσατο. Vulgata, operatum est. Erasmus uerò rectius uidetur gignendi uerbum usurpāsse, ut seruetur translatio à coniugio sumpta, non repugnante Græco uocabulo.

Per illud mandatum διὰ τῆς ἐντολῆς. Hæc perperam in nonnullis exēplaribus coniungi puto cum participio λαβοῦσα. quum potius pertineant ad κατηργάσατο i. genuit. Ideo nonnihil mutaui in uerborū collocatione. Cur autē articulum expresserim, dicam infrà uersu 12. *Est* mortuum *νεκρά*. Vulg. & Eras. subaudiunt *lex* erat. Ego uerò do ctissimo interpreti assentior. qui mauult thesin esse, cui deinde suum exemplum accommodet. Cæterum quid Paulo significet mortuum peccatum, apparet tum ex antithesi superioris uersiculi, tum ex ijs quæ sequuntur: nempe quod in nobis quidem est, sed nō agnoscitur pro peccato: neq; ita furit ut solet post Legis cognitionem. quamobrem etiam Paulus omnem concupiscentiam dixit, non quod ante Legis perceptionem nulla esset concupiscentia, sed quod tanquam nulla esset, aut certe non tanta ita sentiretur: ut annotauit multis in locis Augustinus. Itaque fallitur Origenes, qui hæc accipit de lege naturali, quum in proposito exemplo Non concupisces, maneat Apostolus, & in eo rursus grauissimè. quod mortuum peccatu dici putat quasi nō imputetur. Imò uerò hæ tenebræ sunt ab hæreditaria corruptione, & in omnibus meritò puniuntur, in quibus non operiuntur Christi iustitia. C

9 Ego enim ἐγὼ δέ. i. ἐγὼ γάρ. Sæpe enim δὲ pro γὰρ apud idoneos etiam authores legitur, ut doctissimus Budæus obseruauit, & hoc exemplum constat probationi, loco subijci superiori thesi.

Viuus eram sine Lege ἔζων χωρὶς νόμου. Simili ratione explicandum est hoc Paulinū dicendi genus, quatenus scilicet Legem ignoramus. Nam alioquin nobis etiam ignorantibus posita est Lex. ne que nos iuris ignorantia coram Deo excusat, quum à peccato manet, non à natura. Sic quoque loquitur de mādato: quasi tum primum adueniat quū illud intelligimus. Verti autem ἔζων uiuus eram, potius quàm uiuebam, ut sibi constet antithesis sequens. Neque enim tantùm dicere uoluit Paulus se olim uixisse aliquandiu sine Lege, id est Legis cognitionem non habuisse, sed potius se eo tempore uiuum fuisse quo Legem non cognouit.

Reuixit ἀνέζησεν. Si reuixit, nempe mors illa cuius antè meminerat, potius sopor fuit quàm mors. Quòd si ita est, quomodo sese antea dixit uiuum fuisse? Nempe quum omnes in peccatis, ac proinde mortui nascamur, hæ formulæ accipiuntur non simpliciter, sed quadantenus: puta si pristinæ uitæ conditio sub Legis ignoratione, conferatur cum eo tempore quo uixit in cognitione Legis, literæ, inquam, non Spiritus. Malo igitur legere ἀνέζησεν pro ἔζησεν. ut legitur in Complutensi editione: deprauata, ut suspicor, lectione ab aliquo, qui timuerit ne hæc faueret μετεμψυχώσει Pythagoreorum.

10 Mortuus sum ἀπέθανον. Hic distingue mortem in peccato seu per peccatum (de qua scilicet hīc agit, & Ephesiorum 2. a. 1.) à mortificatione peccati: quæ pars est nostræ uiuificationis.

11 Illo mandato διὰ τῆς ἐντολῆς. Hæc iterum connecto cum uerbo ἐξηπάτησε sesellit.

A ὥστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία καὶ δικαία καὶ ἀγαθή.

12 Itaque Lex ipsa quidem sancta, & mandatum illud sanctum, ac iustum & bonum.

τὸ οὖν ἀγαθὸν, ἐμοὶ γέγονε θάνατος; μὴ γένοιτο· ἀλλὰ ἡ ἁμαρτία. ἵνα φανῇ ἁμαρτία διὰ τοῦ ἀγαθοῦ μοι κατεργαζομένη θάνατον, ἵνα γένηται καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς.

13 Ergo quod bonũ *est*, mihi factum est mortiferum? Absit, imò peccatum *mihi factum est mortiferum*: quum, ut proderetur *esse* peccatũ, mihi per id quod bonũ est, gigneret mortẽ, *id est* ut ipsum fieret summè peccãs per illud mandatum.

οἴδαμεν γὰρ, ὅτι ὁ νόμος πνευματικός ἐστιν· ἐγὼ δὲ σαρκινός εἰμι, πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν.

14 Scimus enim quòd Lex spiritualis est: at ego carnalis sum, uenditus sub peccatum.

ὃ γὰρ κατεργάζομαι, οὐ γινώσκω. οὐ γὰρ ὃ θέλω, τοῦτο πράσσω· ἀλλ' ὃ μισῶ, τοῦτο ποιῶ.

15 Quod enim perpetro, non agnosco. non enim quod uolo, hoc ago, sed quod odi, hoc facio.

εἰ δὲ ὃ οὐ θέλω, τοῦτο ποιῶ, σύμφημι τῷ νόμῳ ὅτι καλός.

16 Si uerò quod nolo, hoc facio, consentio Legi quòd bona *sit*.

νυνὶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ κατεργάζομαι αὐτὸ, ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία.

17 Nunc itaq; non amplius ego id perpetro, sed *morbus* peccati quod in me habitat.

οἶδα γὰρ, ὅτι οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ, τουτέστιν ἐν τῇ B σαρκί μου, ἀγαθόν. τὸ γὰρ θέλειν παράκειταί μοι· τὸ δὲ κατεργάζεσθαι τὸ καλὸν, οὐχ ὑρίσκω.

18 Noui enim quod nõ habitet in me, id est in carne mea, bonum. nam uelle adest mihi, sed ut quod bonũ est, perficiã, non assequor.

οὐ γὰρ ὃ θέλω, ποιῶ ἀγαθόν· ἀλλ' ὃ οὐ θέλω κακὸν, τοῦτο πράσσω.

19 Non enim quod uolo, facio bonum, sed quod non uolo malum, hoc ago.

12 Et mandatum illud *καὶ ἁγία*. Nisi hoc referas ad exemplum mandati Non concupisces, (quod unum, ut antè dixi, aptissimum erat Pauli instituto) odiosa erit *παρρησία*, & minimè conueniens Paulo. Ideo ubique putaui exprimendum articulum.

13 Mortiferum? *θανάτου*: Id est, mortis meæ culpam sustinet? Vulgata & Erasmus, mors. Ego uerò malui per adiectiuum interpretari hoc in loco, ut magis perspicua essent quæ sequuntur.

Imò peccatum *mihi mortiferum factum est* *ἀλλ' ἡ ἁμαρτία* Vulgata, Sed peccatum. Erasmus rectius, Imo peccatum, supple, mihi factum est mors. quod quanuis per se facilè subaudiatur, tamen perspicuitatis gratia à me fuit expressum. Nam qui sequentibus adiungunt, coguntur *διὰ τοῦ ἀγαθοῦ μοι κατεργαζομένη* interpretari operatum est, pro *διὰ τοῦτο ἐργάσατο*. quæ enallage posset quidem utcunque excusari ex Hebræorum idiotismo, de quo diximus Actorum capite uicesimo sexto, c. 20: sed tamen est uiolenta, neque ullo modo necessaria, quum plana sint omnia si Græci contextus uestigia sequamur. Transfert enim Apostolus culpam omnem mortis à Lege in peccatum uno uerbo, repetens scilicet à communi prædicatum quæstionis: ut in responsionibus fere fieri solet. Veluti si dicas, Num hæreticus aliquis scripsit hanc epistolam? & ego respondeam, absit: imo Paulus, ut eleemosynas Achaiæ in Iudæam perferret, proficiscens Hierosolymam. Additur enim participium *παραγενόμενος*, id est, dum gignit, siue gignendo. ut ostẽdatur quomodo factum sit mortiferum peccatum. Vt proderetur *esse* peccatum *ἵνα φανῇ ἁμαρτία*. Id est, ut peccatum se ostenderet esse peccatum. nempe ut proderet id esse quod est reuera. Nam antea quasi mortuum delitescebat: itaque *ἁμαρτία* posteriore loco est prædicatum, & in Græcis subauditur participium *οὖσα*. quod expressimus.

Id *est* ut ipsum fieret *ἵνα γένηται ἁμαρτία*. Exponit quid illud sit quod uno uerbo dixerat, ut appareret *esse* C peccatum. Ideo addidi particulam explicatiuam, sicut plurimis locis necessariò faciendum fuit, ac præfertim in Iohanne. Deinde pro eo quòd ex Hebræorum idiotismo repetitur antecedens *ἁμαρτία* substituit relatiuum.

Summè *καθ' ὑπερβολήν*. Id est, quàm maximè explicatis omnibus suis uiribus. Vulgata & Erasmus, supra modum, obscurè, ut mihi uidetur.

Peccans *ἁμαρτωλός*. Ad uerbum, peccator. Loquitur enim de peccato, tanquam de uiolento quodam tyranno, per prosopopœiam. Alibi autem annotauimus *ἁμαρτωλὸν* dici qui peccandi uelut artem factitet, ita ut sibi uelut habitum quendam compararit. Ad ipsum igitur peccandi morbum si hoc transferas, perinde erit acsi scelestum scelus dicas.

14 Spiritualis *πνευματικός*. Spiritum Paulus suo more Carni opponit, id est cœlestem & integram naturam, terrenæ, id est, peccati iugo mancipatæ. Inde fieri dicit ut peccatum per Legem irritetur. Eam autem esse nostram naturam probat, etiam in regeneratis, suo exemplo. nedum, ut alia sit nonregeneratorum natura. simulque hac occasione ostendit quis sit Legis usus sub gratia, & quatenus diremptum sit pristinum illud coniugium. Quidam *σαρκινὸν* conuertit humanum: quàm rectè, ipse uiderit. Mihi quidem uidetur Carnis nomen multò melius declarare quæ sit hominis natura. nec is esse uelim cui Paulinæ istæ formulæ displiceant: quibus nihil usquam grauius aut expressius inueniri posse puto. Origenis ineptias mitto, qui Spiritus nomine suas allegorias intelligit.

15 Non agnosco *γινώσκω*. Erasmus, non probo, *δοκιμάζω*, ambigue: Tam enim significat explorare quàm comprobare. Vulgata, non intelligo. Nam etiam Chrysostomus ad intelligentiam ista refert. quasi uertigine quadam peccati obrutam. Atqui de uoluntatis iudicio esse potius accipienda liquet ex eo quod sequitur. Dixisset enim Apostolus, Non quod intelligo, facio, sed quod ignoro, hoc facio. Poni autem interdum Noscere pro Agnoscere, id est approbare & gratum habere, satis constat, ut Psal. 1. b. 6. & Matth. 7. d. 23.

17 Nunc itaque *νῦν δέ*. Vulgata & Erasmus, Nunc autem. Ego puto illationem esse ex superioribus nascentem.

Morbus peccati *ἁμαρτία*. Quidam uitiositatem conuertit, id est *ἀκυρίαν*, nec id prorsus malè. quàquam malem Pauli uerbum retinere, quo fons huius uitiositatis simul aperitur. Verùm si peccatum dixeris, nimium ambigua erit sententia in Latino sermone, quumeadem sit recti & sexti casus terminatio. Itaque *morbum* peccati sum interpretatus per periphrasin.

18 Vt perficiam, *τὸ διαπεργάζεσθαι*. Eras. ut faciam. Mihi uidetur aliquid amplius significare uerbum compositum quàm simplex *ἐργάζεσθαι*. Nam aliquo tenus progrediuntur regenerati, sed ita tamen ut longè absint à me-

ta, & cuius potius quàm sibijpsis placeant. Itaque *κατεργάζεσθαι* in laude positum conuerto perficere: insuitio, perpetrare. A

Non assequor *οὐχ ἁνείσκω* Vulgata & Erasmus, non inuenio. Vide suprà capite quarto a.1. Citant hos locos Sophistæ probando libero arbitrio: quos ego ad Augustinum ablego, aperte tandem profitentem (nam hoc non intellexerat) mitio, ista in eum demum conuenire, quem Gratia Dei innouauit, & sane ita est. Nam ubi nõ est Spiritus, quæ tandem erit carnis lucta?

Quòd si id facio quod ego nolo, non amplius ego id perpetro, sed *morbus* peccati ꝙ in me habitat.

εἰ δὲ ὃ οὐ θέλω, ἐγὼ τοῦτο ποιῶ, οὐκέτι ἐγὼ κατεργάζομαι αὐτό, ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία.

Comperio igitur uolenti mihi facere bonum hanc Legem *esse* quòd mihi malum adiaceat.

εὑρίσκω ἄρα τὸν νόμον τῷ θέλοντι ἐμοὶ ποιεῖν τὸ καλόν, ὅτι ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκειται.

Congratulor enim Legi Dei quoad interiorem hominem.

συνήδομαι γὰρ τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον.

Sed uideo aliam Legem in membris meis, rebellantem legi mentis meæ, & captiuũ reddentem me legi peccati, quæ est in membris meis.

βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου, ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου, καὶ αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας, τῷ ὄντι ἐν τοῖς μέλεσί μου.

Miser ego homo: quis me eripiet ex isto corpore mortis?

ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; B

Hanc Legem *esse* *τὸν νόμον* Nulla est eclipsis magis usitata quàm uerbi substantiui. quod si subaudias, ut nos fecimus, plana ac perspicua erit conclusio ex præcedenti sermone nata. Nam hæc uerba *ὅτι ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκειται*, quod mihi malum adiaceat, ponuntur *ἐπεξηγητικῶς*, & explicant quænam sit illa lex cui se obnoxium esse reipsa comperit, quoties uoluit facere quod bonum est. Hoc enim explicandum fuit omnino quòd non soleat legis uocabulum in ea significatione poni sine adiectione aliqua, ut Lex carnis, peccati, membrorum, mortis. Additusque est articulus ut certa quædam Lex significaretur, ea scilicet quam statim erat explicaturus. Itaque maioris perspicuitatis causa *τὸν νόμον* reiecit in posteriorem locum. Mirum est autem ac pene incredibile quomodo sese Græci præsertim interpretes hic torserint, inter quos etiam non puduit Origenem dicere coniunctiones redũdare, uel non ita adhibitas ut oportet. Eius deinde uestigia sequutus Erasmus scripsit Paulum hoc sermone balbutisse: quum ipse (dicam enim quod res est) potius ineptiat. Describi igitur uarias illas interpretationes ordine, neque refutationes putaui adijciendas, partim ne cui fiat præiudicium, partim quod mihi quidem uideantur refutatione non indigere. Quid enim hoc modo peruertere non liceat? Hæc ergo est Origenis, omnia perturbantis. Igitur quia malum adiacet, uolens facere bonum, inuenio Legem Dei, & condelector, &c. id est *ὅτι ἔχω τὸ κακὸν παράκειμαι, θέλων ποιεῖν τὸ καλὸν, εὑρίσκω τὸν νόμον, καὶ συνήδομαι αὐτῷ*, &c. Hæc est Theophylacti ex Chrysostomo, Inuenio ergo Legem [fauentem] mihi uolenti quod bonum est facere, [sed non facienti] eo quòd mihi malum adiacet. Item alteria, Inuenio igitur Legem [nemini alteri esse nisi] mihi uolenti, &c. ut in superiore. Hæ sunt uerò Photij in Græcis scholijs citati, Inuenio Legem [esse in bonum] mihi uolenti facere quod bonum est, [sed similiter inuenio] quòd malum mihi adiacet. Item alia, Inuenio Legem (id est didici quæ sit Legis uis & natura, & quàm mihi nihil possit prodesse) quia mihi uolenti facere quod bonum est, adiacet malum. Item alia, Inuenio igitur mihi uolenti secundum Legem facere quod bonum est, quod mihi malum adiaceat. Item alia, Inuenio igitur Legem (quia malum mihi adiacet) mihi quod bonum est facere uolenti [opitulari.] ita scilicet ut *ὅτι* causam reddat cur societate Legis indigeat. Hæ uerò sunt Erasmi, Inuenio igitur Legem, quum facere conor quod bonum est [facere ut intelligam] quod malum (id est peccandi fons & origo) adiacet mihi, id est, in meipso est, non in Lege. Item, hæc quoque, Reperio igitur [per] Legem, uolenti mihi facere bonum, quòd mihi malum adiunctum sit.

22 Interiorem hominem. *τὸν ἔσω ἄνθρωπον*. Interior & nouus homo, qui & Spiritus dicitur, non dubium est C quin idem declarent apud Paulum. quod fatebitur quisquis ista & Ephesiorum capite tertio c.16, compararit cum Colossensium capite secundo b.9, & 10. Huic autem opponitur exterior seu uetus homo, qui & carnis & membrorum appellatione intelligitur. Sed hoc diligenter notandum est quod ueteres plerique, ac præsertim Græci à Pelagianis non uexati, non satis attente considerarunt, nempe hoc discrimen hominis interioris & exterioris, Spiritus & Carnis, non consistere in distributione facultatum hominis, quasi Spiritus & interior homo mentem ac rationem, Caro uerò & exterior homo (qui etiam membrorum nomine intelligitur) reliquas duntaxat inferiores partes complectatur quas Philosophi *ἀλόγους* uocant. Philosophica enim hæc est non Christiana partium hominis distributio. Vocat igitur Spiritus Dei carnem seu membra seu exteriorem hominem, quicquid est in homine uel intus uel foris à capite ad calcem: quatenus quidẽ homo non est gratia Dei regeneratus. idq; uel ex eo liquet quod diserte Apostolus inter corruptissimas partes mentem numerat suprà 1.d.28, & 1. Tim.5.b.5, & 2. Tim.3.b.8, & Tit.2.d.15, & Ephes. capite 4, f.23, uult renouationem ad Spiritum usque mentis pertinere. denique res ipsa ostendit nihil æquè reluctari Spiritui, atque humanæ prudentiæ ac rationis tenebras. Ex his autem uicissim intelligitur quid uocabulũ Spiritus carni oppositum, seu interior ac nouus homo declarent.

23 Aliam legem in membris meis, *ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου*. Paulus allusione quadam, Legis uocabulum tribuit imperijs & quasi edictis tum peccati, tum membrorum, id est tum corruptæ illius naturæ, tum cupiditatum ex illa nascentium: quas uocauit affectiones peccatorum. quibus opponit Legem Dei, quæ propriè sic dicitur: & legem mentis cum ea consentientis.

Legi mentis meæ *τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου*. Imposuit sortasis hic locus ijs qui per interiorem hominem putarunt superiores animi partes significari, sed ij cogitare debuerant, mentem ab Apostolo non considerari simpliciter, ut ipsi faciunt, sed quatenus opposita est membris quia Legi Dei consentit, quod in solis regeneratis accidit. Idque ita esse uel ex eo liquet quod idem noster Paulus alibi quandam diserte nominat mentem carnis, Coloss.2.d.18. quam etiam uocat *φρόνημα σαρκὸς* infrà 8.b.7.

24 Miser *ταλαίπωρος*. Id est, ærumnosus, & perpetuis pugnis fatigatus. Nam alioquin miser pro innocente accipitur. Vulgata, infœlix. quam uersionem planè repudio.

Ex isto

A Ex isto corpore mortis? ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου: Erasmus, Ex hoc corpore morti obnoxio? cui in eo assentior quòd τούτου maluerit ad corpus quàm ad mortem referre, sicut retulit Vetus interpres. Sed corpus mortis dicere malui ad uerbum quàm corpus morti obnoxium, quòd hic Hebraismus mihi quidē uideatur multò ἐμφατικώτερος. Sic enim Paulus per corpus designat carneā istam corporis molem: ut simul significet nos in nobis ipsis nihil aliud quàm massam quandam peccati ac mortis existere, unde exoptat liberari.

χάρις τῷ θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. ἄρα οὖν αὐτὸς ἐγὼ τῷ μὲν νοῒ δουλεύω νόμῳ θεοῦ· τῇ δὲ σαρκὶ, νόμῳ ἁμαρτίας.

Gratias ago Deo per Iesum Christum Dominū nostrum. Nempe igitur ipse ego mente quidem seruio Legi Dei, carne uerò legi peccati.

ΚΕΦ. ἡ.

CAPVT VIII.

Οὐδὲν ἄρα νῦν κατάκριμα τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα.

1 NVlla igitur nunc *est* condēnatio ijs qui *sunt* in Christo Iesu, *id est qui* non secundum carnem incedunt, sed secundum Spiritum. *Damnatio.*

ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου.

2 Nam lex Spiritus uitæ *qui est* in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. *Libertas.*

25 Gratias ago σὺ χαρις. Vulgata, Gratia Dei, χάρις τοῦ θεοῦ, repugnantibus omnibus codicibus. Apparet autem depraua tam esse lectionem ab ijs qui hæc ita exposuerunt, quasi complectantur responsionem ad superiora. Atqui in superioribus non interrogat Paulus, sed suspirat potius. Deinde se colligit, & se acquiescere significat in ea spe quam habeat in Christo Iesu fundatam. Quod autem quædam exemplaria habent χάρις τῷ θεῷ, id est Gratia [sit] Deo, nihil prorsus mutat in sententia.

Nempe igitur ipse ego Ἄρα οὖν αὐτὸς ἐγώ. Sic rectè Vetus interpres: nisi quòd præterijt particulam nempe.

B Erasmus, itaque idem ego, quasi scriptum sit ὁ αὐτὸς ἐγώ, quum illud sit multò ἐμφατικώτερον. Sic Terentius, Egomet raptui, ipsè egomet solui argentum. Mirum est autem, quum tam expresse testetur Apostolus sese de seipso loqui (in quo scilicet omnes serui Dei tanquam in speculo seipsos intueantur, ne sibi nimium placeant) tamē Origenem potuisse in hunc locum scribere, ista non conuenire Apostolo: quasi nimirum indigna sint tanto Christi seruo: ac non potius non ipse intellexerit quod uerissimè & elegantissimè dixit Augustinus, si qua hic esse potest fidelium perfectio, in eo positam esse ut se imperfectos esse agnoscant. At contrà Origenes putat hæc dici in aliena persona, eius scilicet qui gratiæ diuinę nondum particeps, luctetur adhuc cum carnis affectibus, illis impar. & ne quid salui superesset quod iste non corrumperet, ad aliam personam refert exclamationem, miser ego homo, &c. ad aliam, sermonem gratias agē tis Deo. quam expositionem quis non impuram, detortam, uiolentam esse uidet? Et tamen Ambrosius & Hieronymus, ab isto inducti in errorem, putant Apostolum non suspirare in sua persona, tanquam liberandum, sed tanquam liberatum gratias agere. quod ego quum legerem. sanè fateor me exhorruisse. Quanto uerò rectius Augustinus ista exponit de Paulo, & fidelibus omnibus in ipsius persona repræsentatis? Nam certè ita est, & qui hoc non nouit, nōdum seipsum nouit. Est autem planè miserabilis in hunc locum Erasmi oratio, qui ab Origene suo fascinatus, putat hæc potius ab Augustino torqueri, quum magis, inquit, conueniat Paulum humani generis personam in se recipere, in qua est ethnicus exlex, Iudæus carnalis sub Lege, & Spiritualis per gratiam liberatus. At ego prorsus nescio quid sit Scripturas penitus peruertere, si hoc non est.

IN CAP. VIII.

1 Qui sunt in Christo Iesu, τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ Erasmus, ijs qui *sunt insiti* in Christo Iesu. Ego malui ad uerbum interpretari, quum per se satis plana sit sententia.

Id est qui non secundum carnem μὴ κατὰ σάρκα In plerisque codicibus post Ἰησοῦ additur distinctio, & quidem rectè, ut opinor: perinde ac si scriptum sit τοῖς μὴ κατὰ σάρκα, Ita enim est multò uberior sententia, & eiusmodi ecclesiin articuli sæpe iam annotauimus, cuius exemplum etiam alterum est in proximo uersiculo. Hoc igitur additum esse non dubito pro definitione eorum qui sunt in Christo, à consequentibus & necessarijs signis sumpta, ut

C declaratur 1. Iohan. 1. c. 6, & 7, & 2. 25, & 6. Et eorum interpretationem non facilè admiserim qui sine distinctione ista connectunt.

Secundum carnem κατὰ σάρκα Id est carnem, tanquam ducem, sequuti, ut dixit Cicero. secundum naturam uiuere. Nam qui Spiritum sequitur ducem, quamuis interdum à carne quasi pertractus extra uiam uestigium ponat, secundum carnem uiuere non dicitur. Vocat autem carnem uniuersam hominis naturam, ut corrupta excidit à pristina dignitate, sicut alibi diximus aliquoties. Cui opponitur Spiritus, eadem scilicet instaurata per Spiritum Dei. Et quod attinet ad uerbum περιπατεῖν, sæpe iam annotauimus illud respondere uerbo הלך, quo significatur tota uitæ ratio, ac ueluti hominis incessus, quandiu huius uitæ curriculum conficit.

2 Lex Spiritus uitæ ὁ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς. Legis uocabulum latè patere apud Paulum, multis iam locis ostendimus, ac præsertim supra 3. d. 27. Hic quidem per legem nihil aliud significari puto quàm ius & authoritatem, cui opponitur tyrannis peccati ac mortis ex peccato promanantis. Sed & Spiritus appellatio quid comprehendat, & cur epitheton uitæ, id est uitalis seu uiuifici, adijciatur, ex contraria antithesi apparet. Ad me quidem quod attinet, ut dicam quod sentio. Legem Spiritus uitæ, nec Legem fidei cum Ambrosio, nec propriè ipsum Spiritū sanctum, cum Chrysostomo, sed eius potius efficaciam, ut in superiore uersiculo, qua scilicet peccatum ipsaque adeò mors mortificatur, deniq; regenerationis gratiam intelligo: cui opponitur Carnis corruptio. Et hactenus quidem nō dubito quin mecum faciant quicunque hunc locum propius inspexerunt: sed in huius regenerationis cōsideratione peculiare quiddam spectandum puto, de quo proxima annotatione dicam.

Qui est in Christo Iesu ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Erasmus, per Christum Iesum: quam uersionem quum omnino repudiarem causas, ni fallor, necessarias habui. Nam hac ratione oporteret ista potius connecti cum uerbo ἠλευθέρωσε, contra omnium codicum fidem. Deinde si ita expositeris, uidebitur nimirū Apostolus differere de regenerationis gratia quæ in nobis est per Christum inchoata: cui sanè tribui hoc non potest, quòd nulla sit in nobis condemnatio. Explico igitur ista de reliqua iustificationis nostræ parte, quæ scilicet cōsistit in sanctificatione ipsa Iesu Christi nobis imputata ut opponat Apostolus Legem Spiritus uitæ, quæ in Christo est perfecta & absoluta, nostræ illi, quæ quum in nobis sit duntaxat inchoata (ut superiore capite expositum) non potest salutis nostræ causa. sed testimonium potius dici. Itaque non dubito quin præpositio ἐν seruanda sit, & supplendus articulus, perinde ac si scriptum sit τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς τοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

Liberauit me ἠλευθέρωσέ με. Hoc certè uidetur dici non posse de regeneratione in nobis inchoata, quæ scilicet huius liberationis non causa, sed testis est. Sanctificationi autē Christi nobis imputatæ ita propriè conuenit ut nihil supra. A Lege ἀπὸ τοῦ νόμου. Erasmus, à iure, quum in superiore membro uti maluerit Legis uocabulo: quod & ego amplecti malui, quòd Paulus tacitè uideatur ad Legem Dei alluſiſſe, ut apparet ex conſequentibus.

Nam Legis impotentia quum nihil posset in carne, Deus suo ipsius Filio misso conformato carni peccati obnoxiæ, idque pro peccato, condemnauit peccatum in Carne.

3 τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκός, ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί,

3 Nam quum οὐ γὰρ. Hæc eſt, opinor, ſimpliciſſima & appoſitiſſima explicatio huius formulæ: cuius traiectio non modò non eſt aſpera, ſed etiam elegans, ut mihi uidetur, ſicut & illa prorſus ſimilis quam uſurpat infra 21.d.31, & 12.a.3. Multò certè minus aſpera eſt quàm illæ à nobis obſeruatæ Iohannis 8.d.25, & 15.b.10, & Act.1.a.2. Vulg. in quo obſcurè quidem, propter traiectionem, ſed tamen ſalua manente ſententia. Eraſ. ea parte qua, uel quatenus, ut οὐ poſita ſit pro διὰ τοῦτο. quam interpretationem repudio non modò ut coactam ac detorta, ſed etiam ut Pauli ſententiæ atque adeò ueritati repugnantem ex diametro: tum propter falſam illam & uerè Origenicam diſtinctionem Legis in carne & Spiritū (de qua paulo pòſt dicemus) tum etiam quia, ut ſemel dicamus, quicquid Legi tribuis, Chriſto detrahis. Quid ſi uerò conuertas, eò quòd: Hæc uerò ſententia mihi non diſplicet, quæ uel nihil, uel certe parùm à noſtra interpretatione diſſidet, & aliquo etiam exemplo confirmari poteſt, quum ſic prorſus οὐ ᾧ uſurpetur Hebræorum capite ſecundo, d.18. Vnum tamen me remoratur, nempe quia, ſi ita explices, uidebitur pendere τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ut mox dicemus. Impotentia Legis τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου impotentiæ nomen ſic uſurpauit Terentius in Adelphis. Nihil autem aliud iſta declarant quàm ὁ ἀδυνατος νόμος, id eſt, impotens lex, ut hoc eodem capite, uerſu 19, ἡ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως, expectatio creaturæ, pro ἡ ἀποκαραδοκοῦσα κτίσις, creatura expectans. & Hebr.7.c.19, ἐπεισαγωγὴ κρείττονος ἐλπίδος ſuperintroductio ſpei melioris pro ἐπεισαχθεῖσα κρείττων ἐλπὶς, ſpes melior ſupermtroducta, ex Hebræorum idiotiſmo quem annotauimus Matth.24.b.15. Videtur tamen demduſtria hoc modo loquutus Paulus, ut Legem ipſam culpæ eximeret: cuius etiam impotētiam doceat a nobis proficiſci. Vulgata, quod impoſsibile erat Legi. quæ interpretatio conueniret ſi pro τοῦ νόμου ſcriptum eſſet τῷ νόμῳ. Sic enim uſurpatur articulus τὸ apud Atticos, quum obliquis caſibus antecedentib. oratio recto caſu clauditur, ut apud Gregorium, τὸ παντων ἰσχαρον τῶν λεκτῶν, id eſt, ὅ, τι ἐστὶ ἰσχαρὸν τῶν λεκτῶν. & τὸ πρόδηλον, τὸ φανερώτατον, pro ὅ, τι ἐστὶ πρόδηλον, & ὅ, τι ἐστὶ φανερώτατον. Sic apud Synelium, ἡ διατρίβων ἐκεῖ λήθη καὶ πέμψεις ἐνιστολάς, τὸ τιμαλφέστατον ἐμοὶ τῶν ἀπὸ θρᾴκης ἀγωγίμων, id eſt, ubi ſi commoratus fueris, tum mittes epiſtolas, quod mihi pretioſiſsimum eſt omnium quæ ex Thracia importantur: ut doctiſsimus Budæus in commentarijs anno tauit. Itaque, ut ad rem redeam, dicendum fuiſſet τὸ ἀδυνατον τῷ νόμῳ, ut explicare poſſemus ὁ γὰρ ἐστιν ἀδυνατον τῷ νόμῳ, quo modo etiam Demoſthenes περὶ στεφάνου, ὁ ἦ παντων, φησὶν, ἐκεῖ φοβερώτατον καὶ μάλιστα νυνὶ πρὸς ἐχθρῶν, ἅπαντες σχεδὸν ἀπώμοσαν τοὺς περιχώρους πάντας ἐχθρὰς ἢ φιλίας εἶναι τούτῳ. Eraſmus uerò multò longius à Græcis recedens, uertit. Etenim quod Lex præſtare non poterat. & quia omnino ſibi perſuaſerat hæc poſita eſſe quarto caſu, ſuppleuit pòſt σαρκὸς ἁμαρτίας uerbum præſtitit: de quo mox dicemus. Nihil poſſet ἠσθένει. Ἀσθενῶ, ut alibi annotauimus, ſic etiam hoc loco, nō ſignificat uires aliquas imbecillas, ſed prorſus nullas. Itaque non eſt quod Sophiſtę ſtabiliendo ſuo libero arbitrio, abutantur Apoſtoli authoritate. nec rectè cōuertit Vetus interpres, infirmabatur. nec Eraſmus, imbecillis erat. In carne διὰ τῆς σαρκὸς. id eſt, ὐν σαρκὶ: ut ſuprà 4.b.11, διὰ ἀπροβυστίας pro ἐν ἀπροβυστίᾳ. Carnem autem uocat conditionem hominis non regenerati cuius morbum poterat quidem Lex indicare, at non ſanare. Itaque in Chriſto perfectè fuit inſtaurata, deleto in ipſa ſemel ac penitus peccato, ut ſuos etiam in æternū ſanctificet. Vulg. & Eraſ. per carnem. admodum obſcurè. Sed quod ex Origene mutuatus eſt Eraſmus, id uerò planè ineptum eſt & Euangelij glorię plurimum detrahit. Diuidit enim Legem Origenes in Carnem & Spiritum, id eſt carnalem intelligētiam & ſpiritualem. quod quidem mihi placeret maximè ſi Legis umbras cum ueritate compararet (nam certe puto huc reſpexiſſe Apoſtolū: ut hic locus optimè explicari poſsit ex collatione capitis 9. epiſt ad Hebr. & 10.c. 23.) ſed nihil tale ipſi in mentem uenſſe, ex eo liquet quòd iſtam Legis impotentiam in eo totam collocat, quod impoſsibile fuerit Legis cæremonias ſecundum carnem, id eſt ſecundum literam (ut loquitur) obſeruare. Quid enim inquit, tam impoſsibile quàm ſabbathi obſeruatio ſecundum literam Legis? Subiūgit deinde de ſacrificijs & legibus lepræ, quas Iſrael nunquam poterit implere. quaſi uerò, quum Lex dicitur à nobis præſtari non poſſe, non aliò reſpiciatur aut quaſi de Legis præſtatione hic diſſeratur, ac non potius quæ ſit ipſius in natura noſtra ſanctificanda uirtus. Certè qui ſic loquitur, non modò uidetur non intelligere de quo hic agatur, ſed etiam Chriſti beneficium non habere perſpectum. Itaque hunc ſcriptorem ut impurum & alienum à nobis, ſemel nunc miſſum facio.

Conformato ὁμοιώματι. Id eſt, ut ego quidem exiſtimo, ὁμοιωθέντα. Vulg. in ſimilitudinem. quod uidetur nimis dilutum. Erat ſub ſpecie, ambiguè. Nam & ipſe Marcion ſpeciem carnis fatebatur in Chriſto, at non ueritatem. ac fateor quidem hunc locum, quod ad qualitatem attinet, ſic à ueteribus & recentioribus pleriſq; explicari: quia re uera caro Chriſti non fuit peccato obnoxia, ſed huic noſtræ ſimilis, quoad ſubſtantiam, quum ſerui formam induerit Filius Dei: ſed quum noſter Apoſtolus Philip.2.a.7, eodem uocabulo utitur, rei ipſius ſubſtantiam deſignans. malui conformandi uerbo uti. Nam qui formam dicit, ſimpliciter loquitur, quum ὁμοίωμα ſit ex eorum genere quæ nonniſi comparatè dicūtur. Ego uerò non uereor dicere Chriſtum aſſumpſiſſe carnem, id eſt naturam peccato obnoxiam: ſed quam ab ipſo conceptionis momento ſanctificarit, quum eam idcirco ſibi adaptaret ut peccatū in ea deſtrueret. Carni peccato obnoxiæ, σαρκὸς ἁμαρτίας. Id eſt hominis naturæ quæ corrupta fuit per peccatum, donec illam ſanctificaret. Vulgata ad uerbum, Carnis peccati. Quidam uertit, Corpore ſontis ſimili: quam interpretationem ut affectatam repudio. Quidam alius, carnem peccatricem interpretatur: quod non temerè admiſerim. Videtur enim carnis epitheton ad actualia, quæ uocant, peccata reſpicere: hic uerò de ipſo peccatorum fonte quæritur. Quod autem Eraſmus & quidam eum ſequutus ſuppleuerunt uerbum Præſtitit: partim eo factum eſt quòd τὸ ἀδυνατον putarunt quarto caſu poſitum (in quo manifeſtè hallucinantur) partim uerò quia ſequens membrum coniunxerunt cum κατέκρινε. itaque uerbum aliquod neceſſariò requiri putarunt in ſuperiore membro.

Idque pro peccato καὶ περὶ ἁμαρτίας, id eſt, ut ipſum peccatum aboleret, in carne noſtra quod & factum eſt ab eo, quum nos in ſeſe in nouum ſcilicet illum hominem conderet, ut ſcriptum eſt Epheſ.2.c.15. Itaque fuit hoc adijciendum, ut finis iſtius aſſumptionis carnis explicaretur, quæ eſt noſtræ illius perfectæ ſanctificationis fundamētum: & optimè etiam declarat nos non poſſe Chriſti uirtutū fieri participes, niſi prius cum ipſius eſſentia communicemus. Vulg. & Eraſ. & de peccato. quam particulam omnes ferè interpretes connectunt cum κατέκρινε, ideoque in eius explicatione magnopere laborant. Alij enim exponunt, Deum de peccato, id eſt peccati, condemnaſſe peccatum in carne, quòd iniquè ium attulerit Chriſto. & fateor ſimilem conſtructionem inueniri Iohan.16.a.9. Sed hæc expoſitio, ut nihil aliud dicam, ſanè ſubtilis eſt potius quam appoſita. Alij peccati nomine ſentiunt uictimam pro peccato, quam Hebræi ſimili ratione אשם uocant, id eſt Chriſtum ipſum, ſignificari. & hunc locum comparant cum 2.Cor.5.d.21.

At ego

A ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα.

4 Vt illud ius Legis cõpleatur in nobis qui nõ secundum carnem incedimus, sed secundum Spiritum.

οἱ γὰρ ὄντες σάρκα ὄντα, τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσιν· οἱ δὲ πνεῦμα, τὰ τοῦ πνεύματος.

5 Nam qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt: qui uerò *sunt* secundum spiritum, quæ Spiritus sunt.

τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς, θάνατος· τὸ δὲ φρόνημα τοῦ πνεύματος, ζωὴ καὶ εἰρήνη.

6 Nam intelligentia carnis, mors est: intelligentia uerò Spiritus, uita & pax:

διότι τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, ἔχθρα εἰς Θεόν· τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται· οὐδὲ γὰρ δύναται·

7 Propterea quòd intelligẽtia carnis, inimicitia *est* aduersus Deum. Legi enim Dei non subijcitur: nam ne potest quidem.

οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες, Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται.

8 Ergo qui in carne sunt, Deo placere non possunt.

ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι, εἴ περ πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. εἰ δέ τις πνεῦμα

9 Vos autem non estis in carne, sed in Spiritu: siquidem Spiritus Dei habitat

At ego, & si is non sum qui ullius sententiæ præiudicare uelim. aut etiam posim, tamẽ hanc interpretationem minus etiam admiserim quam superiorem. Primum enim, aut ego prorsus fallor, aut præpositio περὶ nulla ratione potest hanc interpretationem admittere. Deinde no facile mihi persuaserim de peccatorum expiatione hic agi. Est enim pars illa tampridem ab Apostolo explicata, adeò ut à uersu 12. capitis quinti aliud argumentum sit exorsus: quamobrem etiam non dixit Apostolus περὶ ἁμαρτιῶν pro peccatis, sed περὶ ἁμαρτίας hoc nomine, ut mihi quidem uidetur, natuam illam labem significans quæ in carne nostra hærebat, priusquam Christus illam assumptã plenè sibi ac suis sanctificaret. Itaque περὶ ἁμαρτίας prorsus existimo pertinere ad participium πέμψας, additaq; distinctione à cæteris separari oportere. Nam præterquam quòd, si hanc lectionem sequamur, neque confundetur partium iustificationis explicatio, neq; ullius uocabuli significationẽ detorseris, nititur etiam hæc distinctio authoritate Græcorum scholiorum, à quibus diserte annotatur & Epiphanij, uetusti & orthodoxi scriptoris, qui sic distinguit καὶ περὶ ἁμαρτίας, nisi corruptus est codex. περὶ autem pro ὑπὲρ non modò apud Sacros scriptores frequentissime, ut Matth. 9. d. 36, & 26. c 28, & 1. Petr. 3. d. 18, sed etiam apud alios disertiores, ut norunt omnes in Græca lingua uel mediocriter uersati.

Condemnauit κατέκρινε 1. nullum in nos ius mortis habere declarauit. Nam imputata nobis Christi sanctificatione, peccatum pro nihilo habetur, quanuis superfint reliquiæ in nobis. In carne, ἐν σαρκὶ. Eras. per carnem, Origene in primis, deinde etiam in membris ipsius sanctificatam: non tamen quatenus est in nobis inchoata sanctificatio, (alia enim afferenda est quum de iudicio Dei agitur) sed quatenus in Christo perfecta nobis, qui mẽbra illius sumus, per fidem imputatur: ficut & peccatorum remissio & Legis impletio.

4 Vt illud ius Legis ἵνα τὸ δικαίωμα. Vulg. & Eras. ut iustificatio Legis. Ego uerò puto τὸ δικαίωμα declarare hoc etiam in loco, ut supra 1. d. 25, ipsam Legis Dei subsistantiam. 1. quod requirit Lex, ut posimus iusti & integri coram Deo inueniri. Nam quũ ad peccatorũ remissionẽ & impletionem iustitiæ, accesit etiam hoc tertium 1. naturæ nostræ integritas (quæ omnia gratis consequimur per Christum fide apprehensum) ut in omnes facies se conuertat Satan, iusti sumus coram Deo, etiam ex illa absolutissima Legis formula. quamobrẽ etiam dixit Apostolus supra 3. d. 31, se Legem non euertere sed stabilire. In nobis ἐν ἡμῖν. Non dicit Apostolus ὑφ' ἡμῶν, à nobis. Neq; enim idcirco nulla in nobis est condemnatio, quòd iustitia sit in nobis inchoata: sed quia in Christo sumus. in quo plenè sumus sancti ficati. Nam quod de imputata Christi sanctificatione dicimus, ita accipiendum est, ut sciamus nõ idcircõ nos sanctos coram deo haberi quòd Christi hominis integritas sarciat quod nostræ deest, sed quod ille nos in solidum sanctificarit in sese in æternum. Quorsum igitur, dices, illa iustitia in nobis per eundem Christum inchoata? nempe ut sit testis nos in Christo esse, in quo ora sumus adepti. Ideo Apostolus admodũ appositè subiecit quæ ad nostræ illius in Christo cœptæ iustificationis usum pertinent, ut scilicet intelligamus quod ueritsimum est, frustrà de fide ac Christo apprehenso gloriari qui reipsa non ostendant se Christi Spiritus esse participes.

C 5 Qui secundum carnem sunt, οἱ κατὰ σάρκα ὄντες. Eras. qui carnales sunt. rectè quidẽ si sensum spectes (quũ hos eosdem Apostolus nonnunquam σαρκικοὺς appellet. eos scilicet in quibus corrupta illa natura dominatur) maluerim tamen ab Apostoli uerbis non discedere: quorum hæc est emphasis, ut in eiusmodi hominib. intelligatur nihil inesse quod carnis præscripto & exemplari ad amussim non respondeat. quibus opponuntur qui sunt secundum Spiritum.

Sapiunt φρονοῦσιν. Eras. curant. Alij, cogitant, quas interpretationes non repudio. Transfertur enim hoc uerbum ad omnes animi partes. mihi tamen uidetur Apostolus hoc uerbum usurpasse, quod scilicet de excellentissima illa animi parte proprie dicitur, ut quod sit carnis ingenium, declararet, hoc scilicet, ut quo magis est illi deditus aliquis, eò magis inani fastu turgens, sibi mirificè placeat. Deinde uberior etiam est illa interpretatio. Nam si sapientia carnis excluditur, quis tandem locus reliquis partibus inferioribus relinquetur? Itaque φρόνημα non aliter quàm σώφρων interpretor. 7 Inimicitia *est* ἔχθρα. Sic legitur in omnibus codicibus quos uidimus. estque multò expressius hoc dictum, quàm si dixisset, inimicam esse carnem Deo. quanuis nonnulli ita legant in Latinis exemplaribus manifesto errore, quum nusquam legatur ἐχθρά, imò uerò ne legi quidem possit. Dicendum enim fuisset ἔχθρὸν, ut rectè obseruauit Eras. mus.

8 Ergo qui in carne sunt, οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες. Particulam ἄρα haud scio an alibi pro οὖν positam inuenias: sed omnino uidetur poscere sententia ut ita explicetur. Deinde notandum est Paulinum dicendi genus, In carne esse. quod exposuimus Actorum capite octauo, d. 23. ut planè blasphema sit ac diabolica uox illa Siritij Papæ, qui de matrimonij coniunctione hoc dictum interpretatur.

9 Siquidem εἴπερ. Id est, ἐπείπερ. quandoquidem ut secunda ad Thessalonicenses 1. a. 6. Itaque non rectè uidetur Veius interpres conuertisse, si tamen.

Spiritum Christi πνεῦμα Χριστοῦ. Nomine Spiritus Christi, uel Spiritus sanctus intelligendus est, quem Spiritum Dei uocatat. uel eius nobiscum per Spiritum sanctum communicati efficacia in nobis. de qua dictum est capite sexto. Itaq; ineptus etiam est Schuencfeldius, quum ex hoc loco uult urgere ut uel carnem Christi faciamus spiritualem, uel totum Christum à nobis fateamur non posideri.

in uobis. quòd si quis Spiritum Christi non habet, hic non est eius.

χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. A

Porrò si Christus in uobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum: Spiritus autem uita est propter iustificationem.

10 εἰ δὲ χριστὸς ἐν ὑμῖν, τὸ μὲν σῶμα νεκρὸν διὰ ἁμαρτίαν, τὸ δὲ πνεῦμα ζωὴ διὰ δικαιοσύνην.

Sed si Spiritus eius qui excitauit Iesum à mortuis, habitat in uobis: is qui excitauit Christum ex mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra, per inhabitantem eius Spiritum in uobis.

11 εἰ δὲ τὸ πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος τὸν ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν, οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, ὁ ἐγείρας τὸν χριστὸν ἐκ νεκρῶν, ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν, διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ πνεύματος ἐν ὑμῖν.

Nempe igitur fratres, debitores sumus nó carni, ut secundum carnem uiuamus, *sed Spiritui.*

12 ἄρα οὖν, ἀδελφοί, ὀφειλέται ἐσμὲν οὐ τῇ σαρκὶ, τοῦ κατὰ σάρκα ζῆν.

Nō secundū carnem uiuendum.

Nam si secundum carnem uixeritis, futurum est ut moriamini. sed si Spiritu actiones corporis mortificetis, uiuetis.

13 εἰ γὰρ κατὰ σάρκα ζῆτε, μέλλετε ἀποθνήσκειν· εἰ δὲ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦτε, ζήσεσθε,

Spiritus sanctus in filijs Dei.

Quotquot enim Spiritu Dei ducuntur, ij sunt filij Dei.

14 ὅσοι γὰρ πνεύματι θεοῦ ἄγονται, οὗτοί εἰσιν υἱοὶ θεοῦ.

Non enim accepistis spiritum seruitutis ad metum: sed accepistis Spiritum adoptionis, per quem clamamus Abba, *id est* Pater. 15 οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλάβετε πνεῦμα υἱοθεσίας, ἐν ᾧ κράζομεν· ἀββᾶ ὁ πατήρ. B

10 Corpus quidem] τὸ μὲν σῶμα. Quod carnem uocarat, nunc corpus dicit, ut ex eadem antithesi apparet, & ex eo quòd subiecit infrà uersu 13, nempe non hoc tantùm, quod ex ossibus & nertuis compactum, corpus uocamus, sed quicquid adhuc in peccati & mortis salebris hæret. Itaque simili etiam ratione uocabulum Spiritus corpori oppositum, explico, itemq; mortis & uitæ ac uiuificationis de quibus omnibus dictum est suprà capite sexto.

Propter peccatum] διὰ ἁμαρτίαν. Quidam conuertit, Per peccatum, διὰ ἁμαρτίας: & fateor quidem interdum hæc confundi, & peccatum omni modo dici posse mortis causam, sed ratio collationis poscit ut eandem præpositionem utroque loco similiter interpretemur. Non potest autem dici spiritus noster uiuere per inhærentem iustitiam, ut corpus suo peccato moriturum ne Abraham quidem habeat de quo coram Deo glorietur. Spiritus uerò pro ipso Spiritu sancto accipi uix satis commode potest, propter oppositum corporis nomen: nec rursus iustitiæ uocabulum de imputata iustitia intelligi, quum de regenerationis gratia hic agi constet ex argumenti serie. Itaque διὰ ἁμαρτίαν conuerto, propter peccatum, & διὰ δικαιοσύνην propter iustitiam. Sed diligenter considerandum puto qua de re disserat Paulus. Neque enim differt de mortis & uitæ causis, quum hoc argumentum absoluerit: sed ex quibus testimonijs possimus intelligere ecquid in uita aut in morte simus. Vnde igitur, inquit, sentiemus nos Christi esse? si Spiritum eius habuerimus. At hunc Spiritum unde rursus percipiam? nempe si, quemadmodum una nostri pars adhuc mortua est, (quod intelligitur ex peccato, cuius reliquiæ in ea manent) sic altera pars uiuat. Viuere autem illâ ex iustitia cognoscemus, id est ex eo quod iustitiæ uiuit: quæ est Spiritus Christi uirtus in nobis. Vita est, ζωὴ, id est uiuit. Sic autem maluit scribere Apostolus quàm ζᾷ, ut Spiritus efficaciam ostenderet in reliqua parte, id est, Corpore eripiendo ex morte, fermenti cuiusdam instar, toti massæ nim suam insinuantis. Accipio igitur ut suprà uer. 6. quia sicuti corpus ita etiam spiritum ut hominis alteram partem accipio, quo sibi constet antithesis. Nam si de ipso Christi Spiritu non nostro interpremur, cuius mentio sit in proximo uerticulo, non cohærebit collatio. sin autem pro regenerationis gratia, opponi illi debuit non Corpus sed Peccatum. Si cui tamen alterutram harum interpretationū sequi libuerit, Vitâ est, dictum erit pro ζωοποιεῖ id est uitam confert.

11 Sed si] Εἰ δὲ Vulgata & Erasmus. Quòd si. Ego uerò expressius malui interpretari. Nam quia dixerat, hominem in quo Spiritus Christi esset, altera adhuc sui parte hærere in morte, non uidebatur nisi dimidiæ salutis spem nobis fecisse. Addendum igitur hoc fuit, partim ut explicaret quod dixerat, nempe Spiritum nostrum non modò uiuere, sed etiam uitam esse, partim ut plenam aliquando uitam nostram fore ostenderet. C

Per inhabitantem ipsius Spiritum in uobis] διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ πνεύματος ἐν ὑμῖν. Sic lego ex Complutensi codice & alio etiam ex nostris manuscripto, potius quàm sexto casu διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος, &c. Ita enim est uberior sententia, & grauissimum erit argumentum, à diuina scilicet uirtute petitū, quæ sicut sese primùm in capite nostro Iesu Christo exeruit, ita etiam in nobis, qui membra ipsius sumus, quotidie exeritur. nec prius pugnare desinet quàm uetus homo prorsus sit confectus, quum scilicet integri coram Deo, absorpta postra mortalitate, consistemus.

12 Non carni] τῇ σαρκὶ. Aut transponenda est negans particula, sicut Iohannis 6. d. 32, & 38, aut potius supplenda est altera pars oppositæ. quam eclipsin dximus Paulo esse familiarē suprà cap. 5. b. 12. Expressimus igitur, perspicuitatis causa, alterum membrum quod deesse uidebatur.

13 Mortificetis, θανατοῦτε, Vulgata, mortficaueritis. Ego malui præsens tempus seruare, quo significatur pugna adhuc uigere.

15 Accepistis ἐλάβετε Transit Hebræorum more à tertia persona ad secundam.

Spiritum seruitutis πνεῦμα δουλείας, Spiritum uocat Spiritum sanctum: quem dicimur accipere quum in animis nostris est efficax. Is igitur quia prædicatione Legis salutem quidē proponit, sed addita durissima & planè ἀθλιωτέᾳ conditione, nihil nisi timorem potest in animis nostris ciere, ut quasi serui iram domini magna cum anxietate pauida conscientia expectet. Ideo dicitur ab hoc effectu, spiritus seruitutis ad metum, id est quasi in seruilem cōditionem nos redigens. Contrà uerò quia gratuita in Christo adoptione, salutem obsignat in animis credentium à Legis maledictione liberatis Paulus, illum eleganter uocat Spiritum adoptionis, qui nobis os aperiat, nō modò ad loquendum, sed etiam ad clamandum: & ita quidem ut quem ueluti asperrimum Dominum metuebamus, eum ut benignissimum patrem appellemus. Abba *id est* pater. Ἀββᾶ ὁ πατήρ. Duobus præterea locis inuenio Abba Syriacum uocabulum in Nouo testamento, nempe Marci decimo quarto capite, d. 36, & Galat. quarto capite. a. 6. & utrobique inuenio adiunctum ὁ πατήρ Pater. Quod cur factum sit, non immeritò quæritur ab interpretibus. Plerisque igitur placet hanc geminationem non carere sua emphasi: quod si uerum est, supererit adhuc alia quæstio, cur sacri Scriptores non potius eodem idiomate usi sint, ut hæc duplicatio melius appareret. Ad hoc respondetur ex Augustini sententia, sic declarari Christum non minus ad Græcos quàm ad Iudæos pertinere. Sed quid fiet Marco?

A Sed quid fiet Marco, apud quem Christo etiam tribuitur Ἀββᾶ ὁ πατήρ, qui tamen Græcè, ut opinor, non est locutus? Mihi itaque uisa est hæc ratio magis arguta quàm solida: ac potius in eam uenio sententiam ut ὁ πατήρ additū sit Syriaco uocabulo explicando. quod obiter etiam attigit Erasmus, ex Valla: cuius tamen argumentum non est satis firmum, quum alibi annotauerimus rectum pro Vocandi casu usurpari.

αὐτὸ τὸ πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι 16
ἡμῶν, ὅτι ἐσμὲν τέκνα θεοῦ.

Qui ipse Spiritus testatur una cum Spiritu nostro, quòd simus filij Dei.

εἰ δὲ τέκνα, καὶ κληρονόμοι· κληρονόμοι μὲν 17
θεοῦ, συγκληρονόμοι δὲ χριστοῦ· εἴπερ συμπάσχομεν,
ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν.

Quòd si filij, etiã hæredes: hæredes quidẽ Dei, cohæredes autẽ Christi: si modo simul *cum eo* patimur, ut & simul *cũ eo* glorificemur. *Hæredes. Cohæredes. Tribulatio.*

λογίζομαι γὰρ, ὅτι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα 18
τοῦ νῦν καιροῦ, πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀπο-
καλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς.

Nam statuo minimè *esse* paria quæ præsenti tempore perpetimur, futuræ gloriæ nobis reuelandæ.

ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀποκά- 19
λυψιν τῶν υἱῶν τοῦ θεοῦ ἀπεκδέχεται.

Etenim res creatę *quasi* exerto capite obseruantes, expectant dum palàm fiant filij Dei. *Creatura.*

τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη, οὐχ ἑ- 20
κοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐπ' ἐλπίδι.

Nã uanitati res creatæ subiectæ sunt, nó sua spóte, sed ꝓpter eũ qui subiecit *eam* sub spe. *Gloria.*

ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ 21
τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς
δόξης τῶν τέκνων τοῦ θεοῦ.

Quod & ipsæ uindicabuntur ex seruitute interitus, in libertatem gloriæ filiorum Dei.

B οἴδαμεν γὰρ, ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις συστενάζει καὶ 22
συνωδίνει ἄχρι τοῦ νῦν.

Scimus enim quòd oẽs res creatæ simul suspirent & simul parturiãt ad hoc usq; tẽpus.

16 Qui ipse Spiritus Αὐτὸ τὸ πνεῦμα. Vulgata, Ipse Spiritus, neglecto articulo. Erasmus, Idem Spiritus, Τὸ αὐτὸ πνεῦμα. Nonnulli addunt particulam causalem ut ista cum superioribus possint connecti.

Testatur unà cum spiritu nostro συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν. Hac ratione duo erunt testes, nempe Spiritus Dei & spiritus noster ab eo certior factus. Vulgata, testimonium reddit spiritui nostro. Nam συμμαρτυρεῖν dicitur etiam de unico teste, qui suo testimonio confirmat quod alius dicit. Chrysostomus uerò præpositionem συν refert ad uocis testimonium, & clamorem illum cuius antè facta est mentio: ut commodè etiam interpretari possis, Simul testatur Spiritui nostro.

17 Hæredes κληρονόμοι. Id est bonorum patris participes, idque gratis: quia filij adoptiui, non ex emptione aut alio eiusmodi titulo. Nam alioquin uno patre filius hæres dici non potest, nunquam uerò moritur pater cuius dicimur cum Christo cohæredes. ex quo efficitur κληρονόμων ex Hebræorum idiotismo dici qui bonis sibi concessis fruitur, ut annotauimus suprà capite quarto d. 13.

Si modo εἴπερ. Vulgata, si tamen, eodem sensu. Erasmus, si quidem: quasi hoc etiam loco, ut paulo antè, causam potius quàm conditionem declaret. Ego uerò Ambrosio malui assentiri, qui conditionem crucis putat requiri.

18 Nam statuo λογίζομαι γάρ Vulgata, existimo, quod uerbum ut nimis dilutum rectè reprehendit Erasmus, ideoque reputandi uerbo uti maluit, pro secum perpendere. quod & ipsum non satis uidetur expressum. Significat autem in genere τὸ λογίζεσθαι hoc loco, ut idem rectè obseruauit, collatis utrinque rationibus & subducto uelut calculo, aliquid certi statuere. Vtiturq; Paulus particula causali, quia non tantùm dixerat fore ut nostras calamitates gloria exciperet, sed diserte meminerat eius gloriæ quæ cum Christo nobis esset communis, id est cœlestis & infinitæ. Minime *esse* paria ὅτι οὐκ ἄξια Vulgata, Quòd non sunt condignæ. unde factum ut Sophistæ multa de merito congrui & condigni nugarentur: quorum tamen doctrina ex hoc loco refelli possit. Sed ostendit argumenti series Paulum hoc loco non differere de ualore seu pretio afflictionum quas pro Christo perferimus, imo potius ex earum qualitatis ac quantitatis, ut ita dicam, collatione cum uita æterna, colligere nos infinitis partibus cum C Christo fœliciores fore quam nunc miseri simus. Itaque ἄξια rectè & propriè usurpauit. quod nomen testantur Grãmatici de ijs dici quæ appensa, eiusdem ponderis inueniantur. Est autem in οὐκ ἄξια figura quam Liptoten uocant, quum minus dicitur quàm intelligatur. Ideo malui conuertere minimè pares quàm non pares.

19 Etenim res creatæ *quasi* exerto capite obseruantes. ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως. Vulgata, Nam expectatio creaturæ, barbarè, nec satis expressè. Erasmus, Etenim solicita creaturæ expectatio. Ego uerò studui Græcum uocabulum exprimere, quo significatur gestus illius qui cupidissimè aliquid expectet, nimirũ qui exerat caput, & oculos intendat, quasi eminus uenturum prospiciens. quod significauit Propheta Psalmo cẽtesimo decimo nono, uersiculo 81. Deinde Hebraismum uolui emollire, de quo diximus suprà uersiculo tertio, quum explicaremus quid esset τὸ ἀδιώπτερον τοῦ νόμου,

20 Vanitati ματαιότητι, id est, τῇ φθορᾷ interitui. quo scilicet rediguntur in nihilum, si indiuidua ipsa spectes. Nam ἡ ματαιότης declarat quod ab Hebræis dicitur הבל. Itaque quod Erasmus putat hoc uocabulo significari frustrationem: quod rerum natura aliud ex alio indiuiduum propagas, meditetur immortalitatem quandam, sed frustrà, id inquam magis est subtiliter quàm appositè dictum.

21 Quòd & ipsæ uindicabuntur ex seruitute interitus, ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις, &c. Vulgata, Quia & ipsa creatura. Erasm. Quoniam & ipsa creatura. Ego uerò existimo ὅτι accipiendum esse εἰδικῶς, ut quænam sit spes illa declaret. Repetitur autem Hebræorum more antecedens relatiui loco.

22 Simul suspirent συστενάζει Vulgata, ingemiscit. Erasmus, congemiscit, referens scilicet ad nos, quasi illæ tacitè nostram doleant. Nam paulò post, συνωδίνει uertit nobiscum parturit. quæ interpretatio si recipiatur, redundabit ἐκ μόνου δὲ, quod subijcitur in proximo uersiculo. Neque tamen cum uetere interprete puto præpositionem συν redundare, sed ad ipsas res conditas referò, quarum in eo summus est consensus, quòd omnes una magno cum dolore finem malorum expectant. Loquitur enim de illis per Prosopopœiam. Sed & illud uidendum, ne πᾶσα potius accipiatur pro Quæuis quàm pro Omnis: quum in hoc numero neque Angeli comprehendantur, ut qui non sint interitui obnoxij, neque diaboli, qui redemptionem filiorum Dei horreant potius quàm expectent, neque ipsi adeò homines. Nam qui inter illos sunt reprobi, pari gradu collocandi sunt cum diabolis: Filij autem Dei seorsim considerantur in proximo uersiculo. Sed utcunque sit, sciat lector, sobrie hic quoque esse philosophandum.

23 Neque

Adoptio filiorū Redeptio corporis.

Neque *illæ* solùm, sed & ipsi qui primitias Spiritus habent, id est nosipsi apud nosipsos suspiramus, adoptionem expectates, *id est* redemptionem corporis nostri.

23 ὁ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ πνεύ- A
ματος ἔχοντες, καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς στενάζο-
μεν, υἱοθεσίαν ἀπεκδεχόμενοι, τὴν ἀπολύτρωσιν
τοῦ σώματος ἡμῶν.

Spes.

Nam spe seruati sumus. Spes autem si cernatur, non est spes. quod autem quis cernit, cur speret?

24 Τῇ γὰρ ἐλπίδι ἐσώθημεν, ἐλπὶς δὲ βλεπομένη
οὐκ ἔστιν ἐλπίς. ὃ γὰρ βλέπει τις, τί καὶ ἐλπίζει;

Si uerò quod non uidemus speramus, *nempe* per patientiam expectamus.

25 εἰ δὲ ὃ οὐ βλέπομεν, ἐλπίζομεν, δι' ὑπομονῆς
ἀπεκδεχόμεθα.

Orare.

Itidem autē & Spiritus simul subleuat infirmitates nostras. quid enim oremus ut oportet, non nouimus: sed ipse Spiritus postulat pro nobis suspirijs inenarrabilibus.

26 ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ πνεῦμα συναντιλαμβάνε-
ται τῇ ἀσθενείᾳ ἡμῶν. τὸ γὰρ τί προσευξώμεθα κα-
θὸ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πνεῦμα ὑπερ-
εντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις.

Qui uerò scrutat corda, nouit quis sit sensus Spiritus: quia secundum Deum postulat pro sanctis.

27 ὁ δὲ ἐρευνῶν τὰς καρδίας, οἶδε τί τὸ φρόνη-
μα τοῦ πνεύματος, ὅτι κατὰ θεὸν ἐντυγχάνει ὑπὲρ
ἁγίων.

Vocatio

Nouimus autē quòd eos qui diligūt Deū, omnia simul adiuuant in bonum: eos *scilicet* qui ex proposito *ipsius* uocati sunt.

28 οἴδαμεν δὲ, ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν θεὸν πάντα
συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν, τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς
οὖσιν. B

23 Neque *illæ* solùm, ὃ μόνον δὲ, Vide suprà cap. 5.2.3. Apud nosipsos ἐν ἑαυτοῖς id est ex imo corde. Neque enim tacita hæc esse suspiria sic declarat Apostolus, sed potius ex intimis penetralibus animi proficisci. nisi malimus conuertere, inter nos ipsos, ut hos gemitus significet Ecclesiæ esse communes. *Id est* redemptionem corporis nostri ἀπολύτρωσιν τοῦ σώματος ἡμῶν, Similis appositionis exemplum est Matt. 15.b.9. Redemptionem autem corporis uocat, ut opinor, non liberationem à corpore. i. dissolutionem, ut existimat Erasmus, sed extremam illam instaurationem quæ futura est nostræ adoptionis consummatio.

24 Spes si cernatur, ἐλπὶς βλεπόμενον. Metonymicè spē uocat idipsum quod speratur, in hoc membro. Cur speret? *τί καὶ ἐλπίζει*; Abundat particula *καὶ*, de quo pleonasmo diximus Iohan. 8. c. 25.

26 Simul subleuat συναντιλαμβάνεται Particula *συν* ad nos laborantes refertur, quorum tamen uis omnis ab eo Spiritu proficiscitur qui sicut nos penitus collapsos erexit, ita etiam erectos regit, ideoq; dicitur συναντιλαμβάνεσθαι. i. ipse uicissim onus attollere ex altera parte ne sub eo fatiscamus. Vulg. adiuuat. Erasmus auxiliatur.

Quid enim oremus *τὸ γὰρ τί*. Sic interdum addi solet articulus particulæ *τί* interroganti, etiam quum nullum est ἀπόφασιν, ut prolatis exemplis docet Budæus aduersus Gazam. Erasmus, Siquidem hoc ipsum quod oraturi sumus. Putauit enim articulum τὸ non referri ad *τί* sed ad totum orationis complexum, quæ expositio est prorsus uiolenta. Vt oportet, *καθὸ δεῖ*. Hoc coniungunt quædam exemplaria cum προσευξώμεθα. quæ sum sequutus, quædam cum οἰόμεθα. Postulat ὑπερεντυγχάνει, i. περεσβεύει, inquit Nazianz. concione de Filio secunda: ubi etiam indicat de eo dici solere qui alium accusat. ut omnino id sit pro quo Latini postulare dicunt. Nam, ut inquit Vlpian. l. 1 Tit. de postulando, Postulare est desiderium suum uel amici sui in iure apud eum qui Iurisdictioni præest, exponere: uel alicuius desiderio cōtradicere. Erasmus, intercedit. quod uix inuenias in ea significatione apud idoneos authores. Quod autem attinet ad præpositionem ὑπὲρ, existimat Erasmus per eam significari Spiritum sanctum ueluti præfectum esse sanctorum uotis, ut ea scilicet moderetur. in qua opinione etiam est Ambrosius. quæ tamē obseruatio mihi non placuerit, nisi quopiam exemplo confirmetur. Putarim autem ego potius uel idem declarare atq; ἔνεκα, sicut in ὑπὲρ μαχεῖν ὑπαρακαλεῖν ὑπαρακολογεῖσθαι, & similibus: ita tamen ut prætermitti potuerit, quia sequitur ὑπὲρ ἡμῶν: uel summum quoddam studium ita significari. uel deniq; ita declarari Spiritum sanctum e cœlis istos motus in nobis ciere. Sic enim accipiendum est quod dicitur pro nobis postulare, suo uidelicet afflatu. C

27 Quis sit sensus Spiritus *τί τὸ φρόνημα τοῦ πνεύματος*. Id est quæ preces quæue suspiria à Spiritus sui afflatu proficiscantur. Hoc enim est quod Paulus uocat sensum Spiritus, i. quem Spiritus cieat. ut non ineptè possis Sensum spiritualem interpretari. Vulg. scit quid desideret Spiritus, sensu, ut arbitror, non bene expresso.

Quia secundum Deum, &c. *ὅτι κατὰ θεὸν*. &c. Id est, quia sanctos docet precari ex ipsius Dei uoluntate, ut *κατὰ θεὸν* (id est secundum Deum, siue ita ut Deo placet) explicet quod antè dixerat *καθὸ δεῖ* sicut oportet: sitq; hæc nota ex qua Deus suspiria a Spiritu manantia discernat à prophanorum precibus. Nam ut modò dixi, Spiritum postulare pro sanctis, nihil aliud declarat quàm sanctorum animos ad precandum incitari, nisi nobis instilletur, neq; quis rogandus, neq; quomodo rogandus, neque quid aut quomodo precandum sit, possit cuiquam in mentem uenire. Alij *κατὰ θεὸν* interpretantur, diuino motu & instinctu, siue diuinitus. quod ita soleat hæc particula ab idoneis scriptoribus usurpari. Alij deniq; *κατὰ θεὸν* interpretantur apud Deum. Sed & non ineptè legere possis ὅ, τι, ut ita conuertas, Qui scrutatur corda, nouit quis sit sensus eius Spiritus (i. quæ suspiria manent ab eo Spiritu) qui secundū Deum (uel apud Deum, uel diuino impulsu) postulat pro sanctis. i. sanctos docet pro seipsis postulare. Ex his autem interpretationibus sum amplexus quæ mihi uisa est omnium simplicissima.

28 Omnia simul adiuuant *πάντα συνεργεῖ*. Verbum cooperandi, ut obscurius, nec satis Latinum, reieci. Cæterùm præpositionem *συν* eò referò quòd quum de rebus aduersis hîc agat Apostolus, eæ certè non solæ sunt nobis commodæ & utiles, sed aliæ etiam multæ, quibus & istæ non immeritò accedunt. Durum autem est ac planè uiolentum quod existimat Erasmus uerbum *συνεργεῖν* posse referri ad Spiritum: nisi subaudias *πάντα*, ut *κατὰ πάντα* idem declaret atque *ἐπὶ πᾶσι*. Nam *τὸ συνεργεῖν* semper est ἀμεταβατον. Ex proposito *ipsius* *κατὰ πρόθεσιν*. Propositum uocare solet Paulus quod Deus ab æterno apud se pro bona sua uolūtate constituit. ut id planè sit quod dicitur προεσκευάσατο βουλὴν, Act. 2. d. 23, definitum consilium, & *συνοδίαν τοῦ θεοῦ* *διὰ προέθετο ἐν αὐτῷ*, Beneplacitum Dei quod proposuit in se ipso. & *βουλὴ τοῦ θελήματος τοῦ θεοῦ*, consilio uoluntatis Dei. Ephes. 1. b. 9, & 11. Itaque grauissimè hallucinantur, & Apostoli sententiæ repugnant ex diametro qui bonum hominis propositum præuisum intelligunt: quasi quicquam boni in nobis sit quod præuidere possit Deus, nisi prius proposuerit illud nobis inserere: quasi denique Paulus ubiq; Dei propositum non opponat hominum operibus, ut 2. Tim. 1. c. 9. Et tamen ita ludunt Græci Theologi, quorū dux & princeps est Origenes in hoc loco, & aliis similibus peruertendis. Itaq; addidi pronomē *ipsius*: ut iam nemo posset de uera Pauli sententia dubitare. Vocati sunt *κλητοῖς οὖσιν*. Vulg. Vocati sunt sancti, contra fidem Græcorum exemplarium. quanquam sententia ipsa uera est & pia.

29 Præsciuit

A ὅτι οὓς προέγνω, καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. 29 Nam quos præsciuit, *eosdem* & prædestinauit cõformes fieri imagini Filij sui: ut is sit primogenitus inter multos fratres, *Prædestinatio.*

οὓς δὲ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε· καὶ οὓς ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδικαίωσε· οὓς δὲ ἐδικαίωσε, τούτους καὶ ἐδόξασε. 30 Quos uerò prædestinauit, eos etiam uocauit: & quos uocauit, eos etiam iustificauit: quos aũt iustificauit, hos & glorificauit. *Iustificatio. Glorificatio.*

Τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα; εἰ ὁ θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν; 31 Quid igitur dicemus ad hæc? si Deus pro nobis, quis contra nos? *Donatus nobis Christus.*

ὃς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν, πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσεται; 32 Is quidem qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum *in mortẽ* qui nõ etiam cum eo omnia nobis gratificet?

Τίς ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν θεοῦ; θεὸς ὁ δικαιῶν, 33 Quis intentabit crimina aduersus electos Dei? Deus *est* qui iustificat.

τίς ὁ κατακρινῶν; χριστὸς ὁ ἀποθανών, μᾶλλον δὲ καὶ ἐγερθείς, ὅς ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ, ὃς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν. 34 Quis est qui condemnet? Christus *est* qui mortuus est, imò uerò qui etiã excitatus est: qui etiam est ad dexteram Dei: qui etiam postulat pro nobis. *Orat Christus pro nobis.*

Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ χριστοῦ; 35 Quis nos separabit à charitate Christi? num
B θλῖψις, ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμὸς, ἢ λιμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα; oppressio, num angustia, num persequutio, num fames, num nuditas, num periculũ, num gladius? *Dilectio Dei erga nos propter Christum.*

(καθὼς γέγραπται· ὅτι ἕνεκά σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν, ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς.) 36 Sicut scriptum est, Caussa tua occidimur totum diem: habiti sumus uelut oues destinatæ mactationi.

29 Præsciuit, προέγνω Quod προόρισεν dixerat, hoc ipsum nunc uocat προέγνωσεν, ut mihi quidem uidetur. Nam τὸ γινώσκειν non tantùm noscere declarat, sed etiam decernere, & quidem decreto approbare, quum electis peculiariter applicatur, ut infrà cap. 11. a. 2, & 2. Tim. 2. c. 19, & Galat. 4. b. 9, & 1. Pet. 1. a. 2. Si quis tamen subtilius malit distinguere, Propositum dixerim quasi uniuersalem esse deliberationem, & eam quidem non incertam & quasi adhuc fluctuantem (ut existimauit Erasmus post Theophylactum) sed ita firmam ac certam ut omnium rerum firmitas hoc solidissimo fundamento nitatur. Præscientiam autem illi subtexi, qua scilicet Dominus iam incipiat quod in genere decreuerat distribuere. Verbi gratia, Proposuit Dominus gloriam suam illustrare. hoc sit propositum proprie uocatum. Deinde constituit quorum hominum salute glorificetur, ita ut illos habeat in conspectu quos peculiari fauore dignetur suis momentis. hęc sit præscientia uel prænotio. Postremò huic præscientiæ attexitur προορισμὸς prædestinatio, qua scilicet Dominus certis gradibus suos illos destinat ad se uocare: ut quemadmodum proposuit, eorum salute glorificetur, cuius prædestinationis fons & caput est Christus. Ita fiet ut electio utrunque illud. i. tum præscientiam illam de qua dixi, tum etiam prædestinationem comprehendat. Iam uerò quia certum est Dei definito cõsilio & præscientia, non illa modò fieri quæ in sese bona sunt & approbantur, sed etiam ea quæ non quatenus Dei consilio & manu prædestinata sunt ut fierent, sed quatenus à peruersis & corruptis instrumentis fiunt, planè sunt sceleratissima & ipsi etiam Deo execranda (ut act. 2. d. 23. & 4. f. 28, & alijs innumerabilibus locis) hac ratione licuerit Propositũ aut generale decretum accipere quod ad reprobos etiam pertineat, & præscientiam illi adiungere, qua fiat ut dominus omnia ac singula prospiciat: itemque prædestinationem, docendi caussa, ad utranque partem porrigere, qua electos misericordiæ in Christo, reprobos uerò indurationi in Adamo destinarit: ut in utrisque propositum gloriæ suæ exequatur. quæ item prædestinatio nõ ad ultimũ finem dũtaxat, sed ad omnia etiam singularissima pertineat. Qui uerò præscientiæ nomen referunt ad qualitates in hominibus præuisas, quibus Dominus ad eligendum uel reprobandum ducatur, puta, fidem uel incredulitatem, perseuerantiam aut defectionem, bona uel mala opera, illi sciant se ita C esse ineptos & imperitos, ut ne refutatione quidem indigeant. 30 Glorificauit ἐδόξασε. Vtitur præteritis Paulus pro præsentibus, non tantùm ex Hebræorum idiotismo, sed etiam ut continuum actum declaret, quasi dicatur Dominus iam tum quum suos sub crucis ferula erudit, eos ad se uocare, iustificare, & quodãmodo etiam glorificare: quòd in cruce quoque filio Dei conformentur. unde factum ut in ipsa etiam cruce fideles habeant de quo glorientur, quibus datum est pro Christo pati. 33 Deus est qui iustificat Θεὸς ὁ δικαιῶν. Id est, qui non modò insontes, sed etiam prorsus iustos in Filio pronuntiat. Subauditur autem uerbum ἐστὶν. quod quum non expressisset uetus Interpres, occasionem præbuit Augustino ut omnia hæc per interrogationem legeret. Iam uerò quòd quidam, ut sibi constet antithesis, hoc membrum connectunt cum sequente, in hunc modum, Deus est qui iustificat, quis est qui condemnet? id uerò mihi non probatur, quanuis sic uideantur Græca scholia distinguere. Nam si ita legas, prior ista interrogatio τίς ἐγκαλέσει. nullam habebit subiectam responsionem, & χριστὸς ὁ ἀποθανὼν quasi ex abundantia adijcietur. Deinde mihi quidem uidetur Paulus non sine magna emphasi permutasse antitheseos membra, ut annotauit doctissimus interpres. Nam alioquin Christi patrocinium opponendum fuerat accusationi, & condemnationi absolutio. Quum uerò contra opponit accusationi absolutionem, significat ne locum quidem patere ijs accusandis quos Deus habet pro iustis: ne dum ut rei peragantur. Item quum condemnationi opponit Christi patrocinium, ostendit Christi expiationem præuertisse iudicium, ut ne in disquisitionem quidem ueniant nostra peccata. Hoc uerò non animaduerterunt qui aliter distinxerunt hunc locum, contra omnium ferè exemplarium fidem. 35 A charitate Christi ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ χριστοῦ. Id est qua nos Christus dilexit, siue Deus in Christo, ut explicatur uersiculo 39. Itaq; perperã nonnulli actrue interpretantur de amore quo Christum redamamus. Fefellit autem eos quòd de nostra non Christi constantia differat Apostolus. Sed notare debuerant, huius ipsius constantiæ basin substernì eum amorẽ quo nos Deus in Christo prosequitur: à quo dicimur separari, quum grauitas afflictionum facit ut eum nobis hostem ac inimicum esse putemus. Atqui, inquit Apostolus, nititur hic amor, Dei proposito, quod est inuariabile: & beneuolentię Dei pignus est Christus. Quæ igitur tanta erit calamitas ut nobis persuadeat Deum esse à nobis abalienatum?

36 Occidimur totũ diem: θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν. Petitũ est hoc dicendi genus è medio, quũ nemo nisi semel possit occidi. Vel igitur quia tota Ecclesia illic inducit loquens, significat aduersarios totum diem modò in

illis occidendis consumere: uel declarat miserabilem Ecclesiæ conditionem, quæ ueluti singulis momentis moriatur propter perpetuos terrores. A

Imò in his omnibus plus quàm uictores sumus per eum qui dilexit nos.

37 ἀλλ' ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν, διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς.

Nam mihi persuasum est quòd neq; mors, neq; uita, neq; Angeli, neq; principatus, neq; potestates, neq; instantia, neq; futura,

38 πέπεισμαι γὰρ, ὅτι οὔτε θάνατος, οὔτε ζωὴ, οὔτε ἄγγελοι, οὔτε ἀρχαὶ, οὔτε δυνάμεις, οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα,

Neq; sublimitas, neq; profunditas, neque ulla alia res creata poterit nos separare à charitate Dei quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

39 οὔτε ὕψωμα, οὔτε βάθος, οὔτε τις κτίσις ἑτέρα δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ, τῆς ἐν χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν.

Vim dilectionis Deo stedit Paulus.

CAPVT IX.

VEritatem dico per Christum, non mentior: attestante mihi simul conscientia mea per Spiritum sanctum,

1 Ἀλήθειαν λέγω ἐν χριστῷ, οὐ ψεύδομαι, συμμαρτυρούσης μοι τῆς συνειδήσεώς μου, ἐν πνεύματι ἁγίῳ,

Quòd tristitia mihi sit magna, & perpetuus dolor cordi meo.

2 ὅτι λύπη μοί ἐστι μεγάλη, καὶ ἀδιάλειπτος ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου.

Optarim enim ego ipse anathema esse *separatum* à Christo, pro fratribus meis, cognatis *inquam* meis secundum carnem.

3 ηὐχόμην γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα, B

ΚΕΦΑΛ. Θ.

37 Imò Αλλά. Vulgata, Sed. Erasmus, Verùm, quasi scilicet ad præcedentem uersiculum pertineat. Ego uerò malo ad totam illam percontationem referre, quasi nos diceret non modò tot malis nõ frangi, sed etiam amplius quàm uictores esse omnium illorum. Neque enim simpliciter dixit *νικῶμεν*, sed *ὑπερνικῶμεν*, quia scilicet in cruce etiam gloriamur, nedum ut animum despondeamus.

Per eum qui dilexit *διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος*. Vulg propter eum qui dilexit: sensu etiam deprauato. quanuis ita legerit Ambrosius. sed repugnantibus omnibus codicibus, & Græcis ac Latinis interpretibus. 38 Persuasum est *πέπεισμαι γὰρ* &c. Indicat tacitè Paulus hoc uerbo, unde manet ista fiducia: nempe ex uerbi prædicatione efficaci ut declarat 1. Cor. 2. c. 12. Itaque non satis rectè interpretatur uetus interpres, certus sum. Neque principatus, neque potestates *ὅτε ἀρχαὶ, ὅτε δυνάμεις* His uocabulis uti solet Paulus & alijs etiam nonnullis ad Spirituum excellentem naturam declarandam, cum bonorum, ut Ephes. 1. d. 21, Coloss 1. b. 19: tum etiam malorum, quatenus illorum *ἰσχὺς* non autem corruptio consideratur. ut Ephes. 6. b. 12, & Coloss. 2. c. 16. Nota autem est omnibus, opinor, enallage illa Hebræis familiaris, appellatiui pro adiectiuo, ut principatus, pro principibus, potestates pro ijs qui potestate fungantur. Sic etiã sublimitas pro rebus sublimibus, & profunditas pro rebus profundis.

IN CAPVT IX.

1 Per Christum *ἐν χριστῷ*. Id est *νὴ τὸν χριστόν*. Nam ב respondens Græcorum propositioni *ἐν* interdum etiam in iureiurando adhibetur, ut Gen. 22. c. 16, & Ios. 2. b. 12. Vel, in Christo. i. secundum Christum: ita scilicet ut eum face re par est qui Christum reuereatur. uel per Christum. i. Spiritu Christi linguam meam moderante. ut minimè sit dubitandum quin uerum loquar. ut paulo post In Spiritu sancto, accipitur pro Spiritu sancto duce ac moderatore. C

3 Optarim *Ηὐχόμην*. Id est *ἠυχόμην ἄν* ut rectè omnino explicant Græca scholia. Frequenter enim occurrit hæc eclipsis. Vulg. Optabam. quasi scilicet de eo tempore differat Apostolus quo Ecclesiam persequebatur, sese à Christo seiungens. quod quàm parum apposite dicatur, res ipsa ostendit. Anathema *ἀνάθεμα*. Duo hic nobis obseruanda puto, nempe huius uocabuli significationem, deinde etiam usum. Illud igitur constat, *ἀνάθεμα* & *ἀνάθημα* a uerbo *ἀνατίθεσθαι* deduci. cuius quum multiplex sit significatio, non satis conuenit inter doctos homines quænam hic debeat obtinere. Putat enim Chrysostomus *ἀναθέματα* siue *ἀναθήματα* dici à seponẽdo. Quemadmodũ enim, inquit, *τὰ ἀναθέματα* intacta sunt & Deo consecrata, hominumque commercio ac usu exempta, sic ab Ecclesia electi & extorres communione ac coniuctu fidelium multati sunt & abstracti. Simili ratione Photius apud OEcomenium *ἀνάθεμα εἶναι* exponit *χωρισθῆναι καὶ ἀλλοτριωθῆναι*, id est separari & alienum prorsus reddi. At Budæus *ἀναθέματα* dici tradit hommes sacros, id est quorum capita inferis dicata sunt & deuota: *ἀναθήματα* uerò donaria diis consecrata. & utrunque deriuat *παρὰ τὸ ἀνατιθέναι*, id est *ἀνάκεισθαι*. quòd & illorum hominum detestatio soleat in cippis ex posita proscribi, & ista in parietibus ac columnis templorũ suspendi. Hæc illi. de quibus si mihi fas sit dicere quid sentiam, distinctionem *ἀναθέματος* & *ἀναθήματος* non agnosco, quum passim Græci interpretes cõuerterint *ἀνάθεμα* ut Leuitici 27. d. 28 & 29. pro quo ubique Paulus scribit *ἀνάθεμα*. Deinde etiam in nominis utriusque etymologia, Chrysostomi sententiam potius uelim amplecti, quòd præpositio *ἀνὰ* quam subijcit Apostolus, id omnino ostendat. & præterea etiam Græci interpretes interdum utantur uerbo *ἀφορίζεσθαι* in ea ipsa significatione, ut Leuit. 27. c. 21. pro eo quod legimus in Hebræis שדהר חם uerterunt *ἡ γῆ ἡ ἀφωρισμένη*, terra separata. Quod autem attinet ad usum huius uocabuli, petendus est ex Mosis Lege, apud quem dicitur חרם res quæuis Deo consecrata, ipsíque adeò homines: idque non uulgari quadam consecratione, sed sacrato deuotoque eius capite qui eam rem in peculiarem suum usum conuertisset, uocabulo deducto à uerbo חרם quod declarat delere ac penitus excindere, unde uotũ חרם, quum quis rem aliquam penitus à se abdicat, quam nec redimere nec soluta æstimatione recipere possit, Græci igitur Theologi, diuersa quidem etymologia, sed tamen quæ in idem recidat, *ἀνάθεμα* uel *ἀνάθημα* uocarunt a separando, quod Hebræi חרם à delendo & excindendo. Ex eo autem quod Apostolus addit *ἀνὰ τοῦ χριστοῦ* à Christo, satis intelligi potest de sempiterno exitio hæc esse accipienda. quò etiam optarit Paulus, si fieri potuisset, Israeliticæ gentis abdicationem redimere. Tanti erat apud illum Dei gloria, & charitas in suos. Hallucinatur ergo Hieronymus ad Algasiam quæstione nona, quum ueritus ne hoc desiderium parum conuenire uideretur Apostolo, de occisione corporali accipi posse dixit, non pro exitio mentis. Itemque Photius apud OEcumenium, quum ista perinde accipit acsi Apostolus dixisset, Optarim uos ad fidem ascitos esse, & me adhuc à Christo alienatum.

Secundum carnem *κατὰ σάρκα*. Carnem hoc loco appellat sanguinis coniunctionem, ut Gen. 29. b. 14, non autem humanam naturam in genere: ut suprà cap. 1. a. 3, & infrà uersu. 5. & hoc addidit Apostolus, ut quæ uis sit huius coniunctionis, id est *τοῦ γένους φυσικὴν* declararet.

4 Gloria

A οἵτινές εἰσιν Ἰσραηλῖται, ὧν ἡ υἱοθεσία, καὶ ἡ δόξα, καὶ αἱ διαθῆκαι, καὶ ἡ νομοθεσία, καὶ ἡ λατρεία, καὶ αἱ ἐπαγγελίαι,

4 Qui sunt Israelitæ: quorum *est*, adoptio, & gloria, & fœdera, & Legis constitutio, & cultus, & promissiones: Suprà 2.c.17. Ephes.2.c.12.

ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν.

Quorum sunt Patres, & ij ex quibus Christus quoad carnẽ, qui est supra omnes Deus laudandus in secula. Amen.

οὐχοἷον δὲ ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ. οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραήλ· 6

Fieri tamen non potest ut exciderit sermo Dei. non enim omnes qui *sunt* ex *patre* Israele, sunt Israel: Suprà 2.d.28.

οὐδ' ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραάμ, πάντες τέκνα· ἀλλ' ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα. 7

Neque quia *sunt* semen Abrahæ, *ideo* oẽs *sunt* filij: sed in Isaac uocabitur tibi semen. Genes. 21.b.12 hebr.11. d. 15.

τοῦτ' ἔστιν, οὐ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς, ταῦτα τέκνα τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας λογίζεται εἰς σπέρμα. 8

Hoc est, non qui filij carnis, ij filij Dei: sed qui *sunt* filij promissionis, numerãtur in semine.

4 Gloria ἡ δόξα. Hoc ego peculiariter refero ad arcam fœderis, quod erat præsentiæ Dei tessera, ideoq; per metonymiam dicitur Gloria Domini, 1. Sam. 4. d. 21, & 22. & Tẽplum propterea etiam dicebatur habitatio gloriæ Dei, ut Psal. 26. b. 8. Fœdera διαθῆκαι. i. tabulæ fœderis, per metonymiam: quum proprie dicantur לוחות הברית. i. Tabulæ fœderis, ut Deut. 9. b. 11, & 15. Hebr. 9. a. 4. Vtitur ergo plurali numero quòd duæ essent Tabulæ. & mihi multò commodior uidetur hæc interpretatio, quàm si ad fœdus cum Abrahamo & eius posteris initum referas. Primùm quia nonnisi unum fuit hoc fœdus, quanuis sæpius renouatum. Deinde quia paulo post meminit ἐπαγγελίων quæ ab illo fœdere uix possunt commode secerni. Postremò quia sic uidetur distinxisse Legem Paulus cõmodissime in suas
B partes, nempe in διαθήκας, νομοθεσίαν & λατρείαν, id est legem quam uocant moralem, iudicialem, & ceremonialem: ut melius appareat singularis in hunc populum beneuolentia Dei.

5 Quoad carnem τὸ κατὰ σάρκα. Articulus additus uim habet maiorem excipiendi alteram naturam, diuinam scilicet quam postea describit. Itaque Vetus interpres non satis recte conuertit, secundum carnem. Erasmus uerò periphrasin quæ iuuat non prorsus necessariam, Quantũ attinet ad carnem. Qui est Deus benedictus ὁ ὢν θεὸς εὐλογητός. Hanc esse germanam huius loci distinctionem & interpretationem partim summus omnium codicum cõsensus, partim ipsa orationis series ostendit. Aequum enim fuit diuinitatem quoque explicari, ut appareret quæ sit in eo Israeliticæ gentis præstantia: quod ex ea sit ortus Christus qui idem & homo & Deus est. Certè nihil hic est uiolentũ, aut longius petitum. & mirari satis non possum quid Erasmo doctissimo uiro in mentem uenerit ut diceret significãdæ huic sententiæ scribendum fuisse ὃς ὢν potius quàm ὁ ὤν. Nam contrà si ὃς ὢν legeris, huabit constructio uerborũ: nisi post εὐλογητὸς subaudias ἐστίν. & nemo qui uel à limine Græcam linguam salutarit, ignorat articulum præpositiuum cum participio sæpe construi loco pronoabuli cum uerbo finito. ut ὁ ὢν nihil aliud declaret quàm ὅς ἐστι. Commentus est tamen Erasmus duas alias distinctiones, sed contra fidem omnium codicum quos inspeximus, & planè, ut mihi quidem uidetur, repudiandas. Vna est, ut post πάντων, adscripto puncto, ea quæ sequuntur, nouum membrũ constituant, hoc modo, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων. θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, qui est super omnia. Deus benedicatur in secula. Altera est, ut post σάρκα finiatur sententia: deinde sequentia connectas in hunc modum, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς, εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, Deus qui est super omnia, benedicatur in secula.

Suprà omnes ἐπὶ πάντων. Vel, ut Vulgata, super omnia. Mihi tamen placuit potius hoc accipere masculino genere, ut sit collatio Christi cum cæteris illis patribus ex eodem genere prognatis. Annotat etiam Erasmus hoc posse connecti cum εὐλογητός, ut accipiamus Christum super omnia uel super omnes laudandum in sæcula. quæ distinctio mihi uidetur longius petita. Sed & in eo nõ possum illi assentiri, quòd ἐπὶ πάντων conuertit in omnibus. i. ἐπὶ uel ἐν πᾶσι. Deus θεὸς Hoc omittit Cyprianus lib. aduersus Iudæos 2, cap. 5, & Hilarius quoque Psalmum enarrãs 122, sicut Erasmus obtemperauit, librariorum fortassis uitio. quanquam etiam si omittatur, satis sit expressa Dei naturæ explicatio, quum dicitur ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς, qui est super omnes.

6 Fieri tamen non potest οὐχ οἷον δέ. Id est ἀλλ' οὐχ οἷόν τε ἐστίν. Sic enim interdum poni οἷον pro δυνατὸν non addita particula τε, doctissimus Budæus prolatis exemplis ostendit. Itaque multò planior est locus quàm Erasm. putarit, & Græcus etiam scholiastes. quorum sententiam si sequamur, non modò supplenda erunt plurima, sed etiam abundabit particula δέ. Vulg. non autem quod exciderit. quasi οἷον redundet. Eraf. Non autem *hæc loquor* quod excideC rit. quæ interpretatio non uideo quomodo cum Græcis cohæreat.

Vt exciderit ὅτι ἐκπέπτωκεν. i. ἐκπεπτωκέναι. Sic enim resoluitur infinitiuus modus in ὅτι quod εἰδικὸν uocant. Opponuntur autem inter se Excidere & Stare, id est firmum esse & in suo statu permanere.

Ex *patre* Israele ἐξ Ἰσραήλ. Ita conuerti, quod mihi quidem uideantur simplicissimè ista interpretari qui Israel priore loco accipiunt pro ipso Iacobo, à quo orti sunt duodecim patriarchæ: posteriore autem, pro ipsa Gente, quæ metonymicè sic uocatur. Negat igitur Apostolus omnes qui ex Israele trahunt originem, cẽseri inter Israel. i. in gente illa quæ in fœdere Dei comprehenditur. Ait denique Israelitas non ex genere, sed ex electione æstimandos, ascendens nimirum ad primariam causam, quam alibi aliquoties in eodem argumento hæreat in causis proximis, puta uel in fide, ut Galat. 3. a. 7, uel in fidei fructibus, ut suprà 2. d. 28, & 29. 7 In Isaac uocabitur tibi semen. οὐ γὰρ ἀλλ' ὁμοθετεῖται σοι σωτὴρ. Id est, Isaac tibi erit uerus ac germanus filius, ac proinde tuæ benedictionis hæres. Nam quia pater in filio quodammodo resurgit, & filius ex patris nomine dicitur, ideo ex Hebræorum idiotismo, dicitur semen patris uocari in eo quem gignit. i. filij respectu. Itaque qui οὐ ἰσαὰκ conuertere maluerunt Per Isaac, uel ex Isaaco, haud scio an hunc Hebraismum intellexerint, quem necesse fuit integrum seruari, uel longiore ambitu uerborum describi. Videntur autem (quod eorum pace dixerim) eo decepti, quòd sequenti uersiculo uidetur hæc ita explanare Paulus, quasi non tàm de ipso Isaaco quam de eius posteritate sint intelligenda, quam scilicet Dominus, præterito Israelis semine, sit amplexus. Atqui historiæ series ostendit de ipso Isaaco & Ismaele illic agi, ubi hæc dicit Dominus. & liberæ Dei electioni probandæ multò magis idoneum est argumẽtum ab Isaaco & Ismaele, tanquam singularibus exemplis sumptum, quam si utrunque illorum dicamus cum suis posteris comprehendi. Itaque necesse est, opinor, ut constituamus Paulum in proximo uersiculo non proprie explicare hoc Moïs testimonium, sed potius doctrinæ summam proponere quã ex Domini oraculo collegit. Nam si Dominus ex duob. Abrahami filiis uno præterito alterum demũ pro filio uult haberi, efficitur, non omnes qui ex Abrahamo generãtur, censeri in filijs. Deinde (quod Paulus in uers. 9. probabit alio oraculo) si Isaac non ideo electus est quia natus erat ex Abrahamo, sed contrà ideo natus est ex Abrahamo quia Dominus illum dedit Abrahæ, consequitur, titulum illum seu ius filij nulla re alia niti quàm gratuita Dei uoluntate, quæ ut tempore ita etiam ordine omnia antegreditur.

8 Filij carnis τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς. Quum alibi soleam τέκνα liberos interpretari, ego aliquoties in hoc ar-

Filiipromissionis Promissionis enim sermo hic est, Hoc i- 9 ἐπαγγελίας γὰρ ὁ λόγος οὗτος· κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐλεύσομαι, καὶ ἔσται τῇ Σάρρᾳ υἱός.
Gene. 18.b.10 pso tempore ueniam, & erit Saræ filius.
Genes. 25.c.21. Neque *hic* solùm, sed & Rebecca, quũ ex 10 οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ Ῥεβέκκα ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα Ἰσαὰκ τοῦ πατρὸς ἡμῶν.
uno cõcepisset, *nempe* ex Isaac patre nostro, *hæc experta est.*

Nondum enim natis *pueris*, quum neq; bo 11 μήπω γὰρ γεννηθέντων, μηδὲ πραξάντων τι ἀγαθὸν ἢ φαῦλον, (ἵνα ἡ κατ' ἐκλογὴν τοῦ θεοῦ πρόθεσις μένῃ,) οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλ' ἐκ τοῦ καλοῦντος
ni quippiam fecissent neque mali, ut propo situm Dei quod *est* secũdum *ipsius* electionẽ, *id est* non ex operibus sed ex uocante, *firmum* maneret.

Gene. 25.c.23. malach. 1. a. 2. Dictum est ei, Maior seruiet minori. 12 ἐρρέθη αὐτῇ· ὅτι ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι.
Sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau uerò 13 καθὼς γέγραπται· τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα, τὸν δὲ Ἠσαῦ ἐμίσησα.
odio habui:

Exod. 33.d.19. *Misericordia Dei.* Quid igitur dicemus? Num iniustitia *est* a 14 τί οὖν ἐροῦμεν; μὴ ἀδικία παρὰ τῷ θεῷ; μὴ γένοιτο.
pud Deum? Absit.

Nam Mosi dicit, Miserebor cuiuscunque 15 τῷ γὰρ Μωσῆ λέγει· ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω.
misertus fuero, & commiserabor quẽcunq; commiseratus fuero.

gumento malui filios conuertere, ut amphiboliam uitarem. Vocat aũt Filios carnis ex Hebræorũ idiotismo, eos quorum Abrahã non alia ratione pater est, quàm ea ipsa qua solent consueto naturæ ordine homines ex hominib. gigni. B
Iis aũt opponunt Filij ꝓmissionis. i. quos Deus dat Abrahæ, quia sic illi uisum est, ut eos in illo Abrahæ semine adopter, per quod & ipse Abraham & eius germana posteritas cœlestis hæreditatis fit particeps. Qui uerò promissionis filios interpretantur eos qui per fidem amplectũtur ꝓmissionẽ, dicunt quidem quod res est, sed non satis appositè loquũtur. Neq; enim Paulus hoc loco filios Abrahami à cæteris distinguit fidei nota, ut suprà cap. 4, & ad Gal. cap. 3, sed de primaria causa. i. de ipsius fidei fonte, gratuita scilicet electione, disserit. Numerantur λογίζεται. Vulg. æstimatur. Erasm. recensentur. Vid Marc. 15. c. 28, & suprà 4. a. 5. 10 Neq; *hic* solùm ἀ μόνον δέ. Vulg. non solùm autẽ, per obscurè. itaq; in quibusdã exẽplaribus legitur, Neq; solũ *illa*. Erasm. Non solũ aũt *hoc*. Ego uerò malui supplere ꝓnomen masculinum, ꝙ significet posterius illud exemplum delecti alterius ex duobus filijs, multò commodius uideatur ad Abrahamum utriusq; patrẽ quàm ad Sarã alterius tantũ matrem referri. Quod aũt attinet ad hoc dicẽdi genus Paulo familiare, uide suprà 5. a. 3. Quum ex uno conc. ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα. Ad uerbũ, quũ ex uno semẽ haberet. in utero scilicet retentum. Nã κοίτην hoc loco honestè uocat non torũ, neq; concubitum, sed semen ipsum, ex Hebræorum idiotismo: qui à cõsequẽti שכבה semẽ uocãt à uerbo quod cubare significat. Itaq; dicit uir תת שכבתו. i. (ut Greci interpretes conuerterunt, Leuit. 18. d. 23, Item 20. c. 15, & Num. 5. c. 20) κοίτην uel κοιτασίαν διδόναι, ac proinde hic à Paulo dicitur mulier simili ratione κοίτην ἔχειν quando semen retinuit. quod uno concipiendi uocabulo optimè ac pene ad uerbum exprimitur. Vulg. ex uno concubitu habens, depraua lectione pro concubitum habẽs, ut rectè annotatum est ab Erasmo. Nam alioquin nemo non uidet dicendum fuisse ἀπὸ μιᾶς κοίτης ἔχουσα. ita ut ἔχειν accipiatur pro concipere & grauidam fieri. Est itaq; manifestè depraua tus hic locus à quopiam Græcæ linguæ prorsus ignaro. & siue concubitum legas, minimè appositam esse interpretationem, liquet ex ijs quæ diximus. Erasmus igitur maluit interpretari, ex uno conceperat, rectè quidem usus concipiendi uerbo, quanuis rationẽ non tradat cur κοίτην ἔχειν accipiatur pro concepisse: sed ita ut satis appareat (quod tanti uiri pace dictum uelim) ipsum nõ intellexisse quæ sit istorum uerborum structura, & nonnihil etiam obscurasse Pauli sententiam. Nam certè si ita conuertas, necesse erit ut particulam causalem in proximo uersiculo ita explices, quasi rationem reddat cur Rebecca ex uno conceperit. quòd quã sit absurdũ, nemo non uidet. Deinde quod ἔχουσα positũ putat ꝓ ἐχέσης absoluta constructione, quãuis à grãmaticis obseruetur in Attica dialecto, tamen hoc loco planè est uiolentũ. quia sequens particula causalis prorsus ostendit supplendum esse aliquid consentaneum, sicut nos fecimus, ut plena sit ac perfecta sententia, cuius ratio subtexatur. Quod C
enim idem Erasmus putauit hæc referri ad uerbum ἐρρέθη, nullo negotio refelli potest, quum particula γὰρ & ἵνα ne cessariò cũ hoc ipso uerbo ἐρρέθη cohæreant. Nempe ex Isaac Ισαάκ. Addidi particulã nempe, hoc etiam in loco, ut planius fieret ista cum οὗος cohærere. Nam quod nonnulli referunt ad Iacobum filium, non autẽ ad Isaacum patrẽ, eiusmodi est ut ne refutatione quidẽ indigeat. & quod apud Ambrosium legitur. Isaac patrẽ nostrũ, manifestè depraua tum esse apparet, ut obseruauit Erasmus. Nec enim Rebecca genuit Isaacũ, sed ex eo sustulit gemellos Esau & Iacobũ.

11 Nondum enim natis *pueris* μήπω γὰρ γεννηθέντων In uno codice additum inuenimus αὐτῶν ipsis. Sed mihi quidem magis placuit quod suppleuit Erasmus. Est enim hæc ecleipsis Hebræis familiaris, apud quos uerbale nomen quod uocant, includi dicitur in ipso uerbo. ut dicturus fuerit Paulus Hebraicè scribens טרם גלדה
טרם יצאו

Propositum Dei quod *est* secundum *ipsius* electionem, ἡ κατ' ἐκλογὴν τοῦ θεοῦ πρόθεσις, id est ut Dei decretum, quod proficiscitur ex ipsius mera uoluntate, qua illi uisum est in sese, uno præterito, alterum assumere, &c. Vulgata & Erasmus, ut secundum electionem propositum Dei, neglecto articulo.

Id est non ex operibus, sed ex uocante, ὅ ἐστιν οὐκ ἐξ ἔργων ἀλλ' ἐκ τοῦ καλοῦντος. Quidam hæc connectunt cum uerbo ἐρρέθη dictum est: sed, nisi uehementer fallor, res ipsa ostendit Paulum uoluisse his uerbis explanare quid ualeret electionis uocabulum, quam expositionem si Sophistæ satis attentè considerassent, nunquam eo dementiæ uenissent, ut præscientiam futurorum substernerent electioni uel reprobationi, id est ut omnia peruerterent: quum cõtra totus sit Paulus in eo ut probet Propositum omnes causas antegredi, & nihilominus Deum esse iustum.

15 Cuiuscunque misertus fuero ὃν ἐὰν ἐλεῶ. Vulgata, cui misereor. Erasmus, cuiuscunque misereor Sed particula ἐὰν postulare uidetur ut hæc in futuro subiunctiui accipiamus. neque aliud declaratur hoc dicendi genere, quàm Deum seruandis electis causam intermediam statuisse Misericordiam, & eam quidem gratuitã. Itaque quanuis libera sua uoluntate eligat Deus, nullo qualitatis eorum quos eligit respectu, tamen quum non nisi per misericordiam seruet quos elegit, id est in Christo iustificatos & sanctificatos per fidem, nulla est in eo iniustitiæ species. Item quum inter reprobandi propositum, quod & ipsum Deus in semetipso proposuit, & damnationem reproborum, interfit induratio, quæ uitiosam hominis qualitatem ponit, cui meritò infensus est Deus: hic quoque Deus est extra omnem perditionis reproborum culpam, utpote quæ in causis secundis, id est, Diabolo & homine corrupto tota hæreat.

17 Dicit

A ἄρα οὖν ὁ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος θεοῦ.

16 Nempe igitur *electio* non est eius qui uelit, neque eius qui currat, sed miserentis Dei. Exod. 9. d. 16. *Pharao.*

λέγει γὰρ ἡ γραφὴ τῷ φαραώ· ὅτι εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε, ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ δύναμίν μου, καὶ ὅπως διαγγελῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ.

17 Dicit enim Scriptura Pharaoni, Ad hoc ipsum excitaui te ut ostendam in te potestatem meam, & ut annuntietur nomen meum in tota terra.

ἄρα οὖν ὃν θέλει ἐλεεῖ, ὃν δὲ θέλει σκληρύνει.

18 Itaq; cuius uult, miseretur: quem aũt uult, indurat. *Misereri. Indurare.*

ἐρεῖς οὖν μοι· τί ἔτι μέμφεται; τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκε;

19 Dices ergo mihi, Quid adhuc succenset? nam uoluntati illius quis restitit?

μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ θεῷ; μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι, τί με ἐποίησας οὕτως;

20 Imò uerò, ô homo, tu quis es qui ex aduerso respondes Deo? num dicet figmentum figulo, Cur me talem fecisti? Esa. 45. b. 9. *Figulus. Vas.* Sapien. 15. b. 7 ierem. 18. a. 6.

ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν;

21 Annon habet potestatem figulus luti, ut ex eadem massa fingat aliud quidem uas ad decus, aliud uerò ad dedecus?

εἰ δὲ θέλων ὁ θεὸς ἐνδείξασθαι τὴν ὀργὴν, καὶ γνωρίσαι τὸ δυνατὸν αὐτοῦ, ἤνεγκεν ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ σκεύη ὀργῆς, κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν.

22 *quid* si uerò uolens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, pertulit multa lenitate uasa iræ, coagmentata ad interitum:

καὶ ἵνα γνωρίσῃ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ ἐπὶ σκεύη ἐλέους, ἃ προητοίμασεν εἰς δόξαν.

23 Et ut notas faceret diuitias glorię suę erga uasa misericordiæ, quę præparauit ad gloria?

17 Dicit enim Scriptura Pharaoni λέγει γὰρ ἡ γραφὴ τῷ Φαραώ. i. Deus in Scriptura sic alloquitur Pharaonẽ, uel Scriptura sic Deum inducit alloquentem Pharaonem, ut Gal. 3. d. 22, dicitur Scriptura concluſisse omnia sub peccatũ: quod magis ꝓprie tribuitur ipsi Deo infrà 11. d. 32. Non dissimili genere dicẽdi Silenus apud Virgilium Phaeton tiadas musco circundat amaræ corticis. i. canit circundatas. Excitaui ἐξήγειρα, i. feci ut existeres הֶעֱמַדְתִּיךָ Alij conuertunt euexi te, in regnum scilicet. Sed quum nullum nomen addatur, proferant ipsi simile exemplum. Deinde ut proferant, quis tam est cœcus ut non uideat ex conclusione, Paulum ad fontem ipsum. i. ad propositum Dei progredi? Alij malunt interpretari, obstrmam te, quia in conclusione sit mentio indurationis. Sed necesse est ut altius. i. ad Dei uoluntatem, ordine ista omnia antecedentem consendamus. neq; hanc interpretationem admittit uerbum ἐξήγειρεν. Græcus autem interpres conuertit διετηρήθης seruatus es. cui interpretationi fauet Chaldaica paraphrasis & Hebræorum interpretum sententia. Sed non uideo cur meliorem interpretem quæramus quàm Paulum. i. ipsum eũdem Spiritum sanctum per os tum Mosis tum Apostoli loquentem. cui uerò hæc ratio non satisfecerit, eum sinã cum ratione insanire. 19 Succenset? μέμφεται: Vulg. Quæritur. quæ interpretatio impositit Aquinati, quasi scriptũ sit quæritur à uerbo quæro. ut Erasmus annotat, qui uertit conqueritur. Ego malui imperiosius uerbum usurpare.

Restitit ἀνθέστηκε. Vulgata & Erasmus, resistit. Multa enim uerba sunt apud Græcos quæ in præteritis habent præsentis significationem. Mihi tamen uidetur propria declaratio præteriti melius conuenire, ut sit hic sensus in persona impiorum, quasi adstantium ad Dei tribunal, & illic aduersus ipsum iudicem litigantium. Si peccauimus quia induxerati, & indurat Dominus quoscunque libuit, certè non restitimus eius uoluntati, sed potius obsequuti sumus. Quid ergo causæ est cur succenseat? 20 Imò uerò Μενοῦνγε. Vulg. hanc particulam prætermisit. Eras. Atqui interpretatur, non satis expresse. Est enim aduersatiua hoc in loco, ut rectè tradidit doctissimus Budæus. sic Luc. 11. d. 28.

21 Ad decus εἰς τιμὴν. Id est usus honestos. Nam sæpe iam annotauimus appellatiua pro adiectiuis poni apud Hebræos. Sic autem malqui interpretari quàm ad honorem, ut seruarem paranomasiam Τιμῆς & ἀτιμίας.

C 22 *Quid* si uerò εἰ δὲ. Ita usurpari solere interdum has particulas ostendit Budæus ex isto Demosthenis exemplo Θάρρει νὴ Δία φησὶ τις αὐτῷ· καὶ γὰρ ἐγὼ ἐν ὑβρισθὴν. ἐκεῖνος, τότε ἐργιεῦσθε, νῦν ἀφόβητε. i. atenim dicet aliquis, Confide, iam securus esto similis iniuriç. Quid si uerò? tunc ne iram uestram exercebitis in eum quem nũc impunè abire siuerimus? Vulg. & Eras. quòd si. Quidam alius, Quid Deus? si uolens. Quæ interpretationes ita suspendunt sententram ut hient omnia. Itaque nonnullis placuit uers. 23. connectere cum 30, reliquis à 24. ad 29, per parenthesin inclusis. quæ distinctio prorsus est uiolenta. Vitaris autem omnia incommoda si ita conuertas ut nos fecimus, doctissimum interpretem sequuti. Erit enim simplex reticentiæ species, in qua subaudiendum erit, Quis Deum propterea possit iustitiæ insimulare, aut diem illi dicere? Pertulit ἤνεγκεν. Vel, ut uetus interpres, sustinuit. Nam τὸ φέρειν idem hoc loco declarare atque τὸ ἀνέχεσθαι καὶ ὑποφέρειν prorsus liquet ex nomine μακροθυμίας adiuncto. Augustinus tamen uti maluit uerbo afferendi, quasi dicatur Deus uasa iræ producere, uel in lucem edere, uel ad pœnam suis gradibus ac paulatim adducere. Sed hæc planè sunt longius petita, nec satis appositè dicuntur. Nam quod affert Eras. non esse scriptum ἤνεγκεν sed ἤνεγκεν, ne refutatione quidem indiget. Lenitate μακροθυμίᾳ. Vide Matt. 18. c. 26.

Vasa iræ σκεύη ὀργῆς. Græci σκεύη appellãt, ut & Latini uasa, quæcunq; instrumẽta ad usum domesticũ pertinẽt. Sed Hebræi præterea suum כְּלֵי ad homines ipsos trasferũt, ut Genes. 49. a. 5. quem Hebraismũ à Paulo usurpatum libenter seruauimus, propter accommodationem similitudinis à figulo sumptæ. Vocat igitur Apostolus uasa iræ eos homines quibus tanquam instrumentis utitur Deus, demonstrandis suę seueritatis iudicijs. quibus opponuntur misericordiæ uasa. Coagmentata κατηρτισμένα. Vulg. aptata ἡρμοσμένα. Eras. apparata. i. κατεσκευασμένα. satis recte, quum sequatur τὸ προετοιμάσεν, & illud uerbum sic prorsus usurpetur Heb. 2. a. 3. & 4. Sed tamen uidetur Paulus uerbo κατηρτίσεν uti maluisse, ut in similitudine figuli perseueraret. Nam τὸ κατηρτίσεν dicitur de ijs qui κατὰ σὺν θεὸν aliquid operis faciunt. ut ex partibus totum quippiam componitur. Ac mihi quidem uidentur nõ minus ineptè dicere qui uasa iræ dicunt κατηρτίσθαι à seipsis, quàm qui uas aliquod diceret non à figulo sed à seipso fingi. Est enim hoc uerbum ad creationem ipsam referendum. quod ni facias, nulla causa erat cur ad Deum ipsum Paulus assurgeret. Vide 2. Pet. 2. c. 12. 23 Et ut ἵνα Vetus interpres non legit particulam καὶ, quam etiam comperimus deesse in uno uetusto exemplari. Mihi tamen non uidetur otiosa, sed complecti alteram causam cur uasa iræ coagmentata seu compacta sint à Domino: nempe ut ex eorum interitu Dominus patefaciat quanta utatur benignitate in eos quos elegit. Diuitias πλοῦτον. Id est magnitudinem immensam. Vide suprà cap. 2. a. 4.

Quos etiam uocauit, *nimirum* nos non solùm ex ludæis, uerùm etiam ex Gentibus.

24 (οὓς καὶ ἐκάλεσεν ἡμᾶς, οὐ μόνον ἐξ Ἰουδαίων, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἐθνῶν.) A

Vt etiam in Osee dicit, Vocabo populum qui meus non *erat*, populum meum: & eam quæ dilecta non *erat*, dilectam.

25 ὡς καὶ ἐν τῷ Ὡσηὲ λέγει· καλέσω τὸν λαόν μου, τὸν λαόν μου καὶ τὴν οὐκ ἠγαπημένην, ἠγαπημένην.

Et erit, in locum ubi dictum fuerat eis, Nó populus meus uos: illic uocabuntur Filij uiuentis Dei.

26 καὶ ἔσται ἐν τῷ τόπῳ οὗ ἐρρέθη αὐτοῖς, οὐ λαός μου ὑμεῖς, ἐκεῖ κληθήσονται υἱοὶ θεοῦ ζῶντος.

Esaias autem clamat super Israel, *Etiam* si fuerit numerus filiorum Israel ut arena maris, reliquiæ seruabuntur.

27 Ἡσαΐας δὲ κράζει ὑπὲρ τοῦ Ἰσραήλ· ἐὰν ᾖ ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ κατάλειμμα σωθήσεται.

Rationem enim conficiet, & in compendium rediget cum iustitia: quoniam rationē compendiariam inibit Dominus in terra.

28 λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ, ὅτι λόγον συντετμημένον ποιήσει κύριος ἐπὶ τῆς γῆς.

Et sicut prius dixit Esaias, Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, facti fuissemus ut Sodoma, & Gomorrhæ assimilati fuissemus.

29 Καθὼς προείρηκεν Ἡσαΐας· εἰ μὴ κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς γόμορρα ἂν ὡμοιώθημεν.)

Quid igitur dicemus? Quòd Gentes quæ non sectabantur iustitiam: apprehenderunt iustitiam: iustitiam autē eam quæ *est* ex fide.

30 Τί οὖν ἐροῦμεν; ὅτι ἔθνη τὰ μὴ διώκοντα δικαιοσύνην, κατέλαβε δικαιοσύνην, δικαιοσύνην δὲ τὴν ἐκ πίστεως. B

Ipse uerò qui sectabatur Legem iustitiæ, ad Legem iustitiæ non peruenit.

31 Ἰσραὴλ δὲ διώκων νόμον δικαιοσύνης, εἰς νόμον δικαιοσύνης οὐκ ἔφθασε;

Quare? Quia non ex fide, sed uelut ex operibus Legis. offenderunt enim ad lapidem offendiculi.

32 διατί; ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως, ἀλλ' ὡς ἐξ ἔργων νόμου. προσέκοψαν γὰρ τῷ λίθῳ τοῦ προσκόμματος.

Quemadmodum scriptum est, Ecce pono in Sion Lapidem offendiculi & Petram offensionis: & quisquis credit in eum, non pudefiet.

33 καθὼς γέγραπται· ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον προσκόμματος, καὶ πέτραν σκανδάλου· καὶ πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ καταισχυνθήσεται.

24 Quos etiam uocauit οὓς καὶ ἐκάλεσεν. Dicendum fuerat potius à neutro genere: sed quia uocandi nomē parùm conuenit uasis, habuit Apostolus sententiæ rationem potius quàm uerborum. & quia uasorū nomine, ut paulò ante dixi, homines intelliguntur, usus est masculino relatiuo, quasi pro σπόν dixisset ἀνθρώπους. Non dissimilis generis est illud Euripidis in Hecuba, Κατέσχ' Ἀχιλλεὺς παῖ φράσουσ' ἐλλείνων Ῥῶς ὅπως σύνευσας εἰναλίαν πλάτην, accommodata scilicet constructione πρὸς τὸ σημαινόμενον. Sed & fortasis habita est ratio sequentis pronominis ἡμᾶς, ut in illo Ciceronis, Tum domicilia coniuncta, quas urbes dicimus.

Nimirum nos ἡμᾶς. Rectè omnino suppleuit Erasmus particulam exegeticam, quod alioquin sit obscurius hoc dictum. 25 Et eam quæ dilecta non *erat*, dilectam. καὶ τὴν οὐκ ἠγαπημένην, ἠγαπημένην. In uetere translatione additur, & non misericordiam consequutam, misericordiam consequutam, id est καὶ τὴν οὐκ ἐλεημένην, ἐλεημένην. quod quidem propius accedit ad Hebraicam ueritatem, quæ habet רחמתי את לא רחמה, id est misereor Lo-ruhamæ, eius scilicet quæ fuit misericordia destituta. Sed si hoc posterius legas, alterum redundabit. neq; dubito quin duorum alterum irrepserit ex margine incontextum. C

27 Seruabuntur σωθήσονται Hebraica ueritas habet ישוב, id est, reuertentur ex eo ad Deum scilicet. ut ex ijs apparet quæ illic præcedunt. Itaque sententia rectè est expressa.

28 Rationem enim conficiet & in compendium rediget λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων. Hebraica ueritas habet כלה חרוץ שטפה צדקה, id est consumptio decisa inundat iustitiam. ut facilè appareat Græcum interpretem non magnam habuisse singulorum uerborum rationem. Vulgata, Verbum enim consummans & abbreuians. Erasmus, Sermonem enim perficiens & abbreuians. quod nonnulli, & præsertim Græci, Hebraicæ linguę prorsus imperiti, non rectè sunt ita interpretati, quasi Euangelium sit, resectis cęremonijs, ueluti Legis compendium. Quidam igitur λόγον malunt rem interpretari. quorum opinionem si sequi liberet, mallem negotium dicere. Sed quum mentio fiat Israelis ad paucitatem redigendi, melius fuerit ni fallor, λόγον pro ratione & calculo accipere, quod etiam declarat uerbum συντέμνων adiunctum. Participia autem Hebraico more posita sunt pro uerbis.

29 Prius dixit προείρηκεν. Vulgata, prædixit. quod rectè mutatum est ab Erasmo. Significatur enim duntaxat, hoc dictum posteriore loco citatum extare prius apud Esaiam. Est enim hoc idem petitum ex capite primo, illud uerò ex decimo.

Sabaoth Σαβαώθ. Id est exercituum τῶν στρατευμάτων ut conuertere solet Aquila. Quum autem Græci interpretes, quorum uestigia sequutus est Paulus, Hebræam uocem seruarint, nolui quicquam immutare.

32 Ex operibus Legis ἐξ ἔργων νόμου. Scilicet iustitiam apprehensuri, sectati sunt Legem iustitiæ. Vetus interpres omisit νόμου, quod, inquit Erasmus, additum est ut intelligas de operibus fide ac ueritate uacuis. Egregia scilicet annotatio: quasi operibus quæ fidem consequuntur, coram Deo iustificemur, ac non potius, quia iustificati, idcirco bene operemur. Sed multo etiam minus est apposita interpretatio Græcorum, qui tradunt particulam ὡς addi tam ut significetur Iudæorum opera non fuisse uere opera Legis. Iudæis quoque facit iniuriam Erasmus quòd eos existimet salutem acceptam tuliisse suis operibus, excluſa Dei gratia. Nam contrà ex Pharisæi illius oratione apparet, Iudæos de meritis & gratia non aliter sensisse quàm nunc faciant Sophistæ, qui liberi arbitrij cum gratia, & fidei cum operibus concursum statuunt.

IN CA

A ΚΕΦΑΛ. ι.

Ἀδελφοὶ, ἡ μὲν εὐδοκία τῆς ἐμῆς καρδίας, καὶ ἡ δέησις ἡ πρὸς τὸν θεὸν ὑπὲρ τοῦ ἰσραὴλ ἐστὶν εἰς σωτηρίαν.

μαρτυρῶ γὰρ αὐτοῖς, ὅτι ζῆλον θεοῦ ἔχουσιν, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν.

ἀγνοοῦντες γὰρ τὴν τοῦ θεοῦ δικαιοσύνην, καὶ τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην ζητοῦντες στῆσαι, τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ θεοῦ οὐχ ὑπετάγησαν.

τέλος γὰρ νόμου χριστὸς, εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι.

μωσῆς γὰρ γράφει τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου, ὅτι ὁ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν αὐτοῖς.

ἡ δὲ ἐκ πίστεως δικαιοσύνη οὕτω λέγει· μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου· τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν; τοῦτ' ἔστι χριστὸν καταγαγεῖν.

ἢ τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; τοῦτ' ἔστι χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν.

B ἀλλὰ τί λέγει; ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν ἐν τῷ στόματί σου, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου. τοῦτ' ἔστι τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως, ὃ κηρύσσομεν,

ὅτι ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σου κύριον Ἰησοῦν, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ὁ θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ.

καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν.

CAPVT X.

1 FRatres, propensa quidem uoluntas cordis mei & deprecatio ad Deum super Israel ad salutem.

2 Testor enim *de* ipsis, quod zelum Dei habent, sed non ex cognitione.

3 Nam ignorantes Dei iustitiam, & propriã iustitiam quærentes constituere, iustitiæ Dei non fuerunt subiecti.

4 Nam finis Legis, Christus: ad iustificationem cuiuis credenti.

5 Moses enim describit iustitiam quæ est ex Lege, *his uerbis*, Quòd qui fecerit ea homo, uiuet per illa.

6 At quæ ex fide est iustitia, ita dicit, Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendet in cœlum? hoc est Christum ex alto deducere.

7 Aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum ex mortuis reducere.

Sed quid dicit? Prope te uerbum est in ore tuo & in corde tuo. Hoc est uerbum illud 8 fidei quod prædicamus.

9 *Nempe* quòd si confessus fueris ore tuo Dominũ Iesum, & credideris in corde tuo quòd Deus illum excitauit à mortuis, seruaberis.

10 Corde enim creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem.

Orat Paulus pro Iudæis. Galat. 3. d. 24.

Iustitia duplex.

Iustitia fidei.

IN CAPVT X.

1 Propensa uoluntas *εὐδοκία*. Vide Luc. 2. b. 14. 2 Zelum *ζῆλον*. Vulg. æmulationem. Eras. studium. Vide Iohan. 2. c. 17. 4 Finis *τέλος*. Id est *τὸ ἐπὶ τέλει*, quod Latini tum finem, tum extremum, tum etiam scopum translatitiè uocant. Finis aũt Legis est illos iustificare qui eam obseruãt. quem finẽ quominus assequatur, impedit non ipsius Legis ulla qualitas, sed carnis nostræ uitiositas: cui demum ita medetur Christus, ut in eo uno gratis per fidem nobis imputato finem Legis consequamur, per illum scilicet iustificati. qui quia pro nobis Legẽ impleuit, factus est nobis iustitia, sanctificatio, &c. quamobrem etiam Apostolus dixit suprà 3. d. 31, se per fidem non tollere Legẽ sed stabilire. Erasmus perfectionem maluit interpretari, id est *τελείωσιν* uel *πλήρωμα*: cuius sententia mihi non placet omni ex parte. Nam *τέλος* non memini legere in ea significatione, & Paulum opinor non modò Legẽ à Christo impletam dicere, sed de huius implet ionis efficacia differere, nobis scilicet per imputationem iustificandis. Eorum itaq; opinionem non sequor qui perfectionis significatione ambigua decepti, putant Christum idcirco dici Legis perfectionem, quòd Spiritu Christi regenerati incipiamus uelle ac facere quæ Dei sunt: quum aperte opponatur hoc loco iustitia fidei iustitiæ operum, ideòq; non possint ista commodè accipi de iustitia inchoata in nobis, sed de uera & perfecta iustitia quam in Christo gratis imputato consequimur. Non desunt etiam qui *τέλος* pro fine, id est, interitu, accipiant, quòd Christus cæremoniis Legis finem attulerit. quæ interpretatio uidetur non indigere refutatione. Quidam denique uolunt Christum dici finem, id est scopum Legis, quòd nos peccatorum sensu percellat. unde fiat ut ad Christum ueniant electi. Sed certè quòd ad Christum ueniamus, tribui non potest Legi nisi *κατὰ συμβεβηκός*, & prima illa C expositio quam sequuti sumus, mihi uidetur uberior.

5 Describit *γράφει*. Simplex positum est pro cõposito, ex Hebræorũ more. Iustitiam *τὴν δικαιοσύνην*. Eras. de iustitia, *περὶ δικαιοσύνης*, ut cohæreret oratio. At ego potius puto post *νόμου* suppleri לאמרו i. dicens, eclipsi Hebræis familiari, quam aliquoties iam obseruauimus. Vetus autem interpres, Pauli uerba cum Mosis testimonio permiscuit. Perinde enim cõuertit hũc locũ acsi scriptũ esset *ὅτι τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου ὁ ποιήσας ἄνθρωπος ζήσεται ἐν αὐτῇ*. i. quòd qui homo fecerit iustitiam ex Lege, uiuet per eam. Hanc uerò interpretationem si sequamur, uerbũ *γράφει* simpliciter accipiendum erit, & omnia rectè cohærebunt: sed tamen hæc lectio nullius codicis authoritate confirmatur, quam quidem nancisci potuerimus. Ea *αὐτά*. Ea scilicet præcepta ac iudicia. Citatur enim locus ex Leuit. c. 18. a. 5, ubi præcessit אשר יעשה אותם האדם deinde sequit ואשר חי בהם quod annotandum fuit, ne quis miretur relatiuum positum absque antecedente. quod tamen interdum facere consueuerũt Hebræi, ut alibi annotauimus.

6 Ne dixeris, &c. *μὴ εἴπῃς*, &c. i. ne apud te cogitaris. Hebræis אמר i. dicere in corde, ut facere solẽt scilicet qui perplexo animo & in uarias partes alternante sententia secum ratiocinantur. Diuinissimè itaq; Paulus pacẽ illã quam affert iustitia ex fide, ut dixit suprà cap. 5. a. 1, opponit perplexis eorũ cogitationib. qui Legis iustitiã quærũt. Sunt aũt eæ omnino duplices. Nam quia Lex cœlum nonnisi sub conditione *ἀδιωάτῳ* proponit, abyssum autem minatur ob eam culpã cui oẽs sunt obnoxii, necesse est ut quisquis in Legis iustitia hæret, cogatur exclamare, Quis in cœlum ascẽdet, &, Quis descendet in abyssum, ut me scilicet eo deducat. & hinc eruat? At contrà fides suggerit, Christum eum esse qui in cœlũ ascendit ut nos secum eo eueheret, impleta omni iustitia: & in abyssum mortis descẽdit, ut persoluta pœna, p nobis eum aboleret qui mortis habet imperium. Apparet ergo Apostolũ nõ interpretari Mosis uerba, sed ad illa duntaxat alludere: ut ostẽdat Euãgelio, ppriè cõuenire quod Moses Legislator de Lege scripsit, quia scilicet fuit hoc ministerii proprium, indicare morbum quẽ Christus Euãgelij prædicatione sanaret. Verbũ *τὸ ῥῆμα*. Heb. דבר quo uocabulo Moses intelligit Legẽ, quã. s. Dns uoce sua, ppmulgauit, audiẽte uniuerso populo suo, ita ut nullam ignorãtiam posset prætexere: quum eius tabulas haberet descriptas, eamq; adeò singuli & ore recitare possent, & intus haberent quasi in cogitatione & animo insculptam. Sed quod Moses dixit de Lege, hoc totum Paulus ad Euangelium accõmodat per allusionem: ut per Euangelium demum doceat nos re ipsa potiri eo quod Lex pollicetur: & ab eo liberaquod interminatur.

Esa.28.d.16. Dicit enim Scriptura, Quisquis credit in eum, non pudefiet.

Non enim est distinctio uel Iudæi uel Græci: nam idem Dominus omnium, est diues in omnes à quibus inuocatur.

Inuocare. Ioel.2.g.38. Quisquis enim inuocauerit nomẽ Domini, seruabitur.

Quomodo igitur inuocabũt eum in quẽ non crediderint? quomodo autem credent *Credere.* *Audire.* Esa.52.b.7. Nahum 1.d.15 ei de quo non audierint? quomodo autem audient absque prædicante?

Quomodo autem prædicabunt, nisi missi fuerint? sicut scriptum est, Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.

Sed non omnes auscultarunt Euangelio. Esaias enim dicit, Domine quis credidit sermoni nostro? Esa.53.a.1. Iohan.12.f.38.

Ergo fides ex auditu est: auditus autẽ per uerbum Dei.

Sed (inquam *ego*) annon audierunt? Imò uerò in omnem terram exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terrarum, uerba eorum.

Sed, inquam *ego*, nunquid Israel non cognouit *Deum*? Primus Moses dicit, Ego ad

11 λέγει γὰρ ἡ γραφή· πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ καταισχυνθήσεται. A

12 οὐ γάρ ἐστι διαστολὴ Ἰουδαίου τε καὶ Ἕλληνος· ὁ γὰρ αὐτὸς κύριος πάντων πλουτῶν εἰς πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτόν.

13 πᾶς γὰρ ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα κυρίου, σωθήσεται.

14 πῶς οὖν ἐπικαλέσωνται εἰς ὃν οὐκ ἐπίστευσαν; πῶς δὲ πιστεύσουσιν οὗ οὐκ ἤκουσαν; πῶς δὲ ἀκούσουσιν χωρὶς κηρύσσοντος;

15 πῶς δὲ κηρύξουσιν, ἐὰν μὴ ἀποσταλῶσι; καθὼς γέγραπται· ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην, τῶν εὐαγγελιζομένων τὰ ἀγαθά.

16 ἀλλ' οὐ πάντες ὑπήκουσαν τῷ εὐαγγελίῳ. Ἡσαΐας γὰρ λέγει· κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν;

17 ἄρα ἡ πίστις ἐξ ἀκοῆς, ἡ δὲ ἀκοὴ διὰ ῥήματος B θεοῦ.

18 ἀλλὰ λέγω, μὴ οὐκ ἤκουσαν; μενοῦνγε· εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν.

19 ἀλλὰ λέγω. μὴ οὐκ ἔγνω Ἰσραήλ; πρῶτος μωσῆς λέγει· ἐγὼ παραζηλώσω ὑμᾶς ἐπ' οὐκ

11 Quisquis credit in eum πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ. Hebræa ueritas Esa.28.d.16, particulam uniuersalem nõ habet, neque illud ὁν αὐτῷ in eum, sed simpliciter legit המאמין qui credit. Itaque Apostolus mentem prophetæ respexit potius quàm uerba ipsa. Credere autem in Deum, seu credere Deo, nihil aliud est quàm ita assentiri Dei promissioni de salute per Christum parta, ut non modò in genere uerum id esse credas quod annũtiatur, sed etiam ad te pertinere scias, nihilq; adeò de Deo tibi per Christum reconciliato dubites. unde nascitur confidentia quam Paulus πεποίθησιν uocat. Itaque uidetur Erasmus non satis propriè cõuertisse ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ qui confidit illi, quũ à fide confidentiam, ut ab efficiente causa effectum, distinguere oporteat. Non pudefiet οὐ καταισχυνθήσεται Hebræa ueritas habet לא יחיש non festinabit, sensu uel eodem, uel non multùm diuerso. Qui enim festinat, idem quoq; fluctuat, ex eo scilicet quòd sibi periculum imminere prospiciat. Contra uerò qui credit, in illa certa persuasione acquiescit, placidè omnia expectans. Est diues πλουτῶν. Id est πλουτεῖ, participio scilicet posito uice uerbi ex Hebræorum idiotismo, ut diximus suprà cap.9.f.28, & alijs aliquot locis.

15 Sermoni nostro τῇ ἀκοῇ ἡμῶν. Vulgata, auditui nostro, nimis obscurè, ut rectè annotauit Erasmus. Nam ἀκοὴ passiuè hic accipitur, pro שמועה id est pro sermone: qui scilicet ab auditore excipitur ex loquentis ore. Alibi uero uel pro ipsa audiendi actione accipitur, ut in proximo uersiculo: uel pro rumore & fama, quam etiam Latini auditionem uocant.

17 Per uerbum Dei διὰ ῥήματος θεοῦ. Id est ex Dei mandato, à quo mittuntur qui Euangelium prædicent. Alij uerbum Dei accipiunt pro ipsa prædicationis materia ac substantia. Sed non temerè est quòd Apostolus dixit potius διὰ ῥήματος quàm ἐκ ῥήματος uel τοῦ ῥήματος θεοῦ omissa præpositione. & quum in istis uerbis sit compendiũ superioris gradationis, commodius uidetur hoc accipere de mittendis Dei uocatione. Quod autem Vetus interpres legit διὰ ῥήματος διὰ Χριστοῦ. per uerbũ Christi, inuenimus quidẽ in tribus Græcis exẽplarib. sed tamẽ uix possum ꝓbare. C

18 Sed (inquam *ego*) Αλλὰ λέγω. Vulgata & Erasm. Sed dico. Ego uerò studui apertius declarare hæc esse accipienda pro obiectione. quòd uideam nonnullos alioquin eruditos interpretes id non animaduertisse. quia nimirũ soleant obiectiones tertia potius persona concipi: ut clarior etiam futura fuerit interpretatio, si conuertissem, Sed (dicet aliquis) annon audierunt? Puto autem hæc dici in Iudæi alicuius persona, qui cæterorum patrocinium suscipiat. Sicut enim ex effectorum consequutione Paulus electas gentes probarat, ita plerosq; ex Iudæis esse ad tempus reiectos oppositа argumentatione probare constituit: utque sibi aditum ad eam rem patefaceret, exordium sumit ab obiectione, in cuiuspiam persona qui uelit in Paulum ipsum retorquere superiora. quasi dicat, Tu ex eo quòd Gentes uocatæ sunt ad Dei cognitionem, collegisti eas esse electas. quod si uerum est, cur nõ idẽ dixeris de Iudæis? Nam & illi nonne de Deo aliquid audierunt? Ad hoc autem sic respondet Paulus, ut plus etiam cõcedat quàm petit aduersarius. Egóne uerò, inquit, Iudæos dixerim à Deo non esse uocatos, qui Deum didicerim sese omnibus quantumuis remotis patefeciſſe, nedum ut populum suum nunquam sit affatus? Hic uerò aduersarius non contentus hoc responso, quo scilicet uidebat non effici quod uolebat, At ego, inquit, de uocatione illa efficaci loquor, quam consequitur cognitio. Quid igitur? annon cognouit Deum Israel? Hic uerò Paulus, ut inuidiam uitet, Mosen & Esaiam inducit ita respondentes, ut satis appareat Iudæos, uocantem Deum contempsisse, quem amplexæ sint Gentes. ex quo colligitur tum illorũ reiectio, (quam tamen proximo capite neque uniuersalem neque perpetuam fore dicit) tum etiam Gentium electio, ut proposuerat suprà 9.g.30.

Imò uerò *Μενοῦνγε*. Vulgata, equidem. Erasmus, Atqui. Vide suprà 9.d.20.

Sonus *φθόγγος*. In Hebræo legimus קרם, id est regula seu amussis eorum. quo uocabulo significatur, compositam illam & ad amussim fabrefactam cælorum molem uelut prædicare infinitam artificis præstantiam. Græci uerò uel קולם legerunt pro קרם uel loquutionem studuerunt emollire, sequti scilicet proximi membri sententiam. quia Dauidis præsertim hic mos est, ut una uersiculi parte alteram explicet.

19 Nunquid Israel non cognouit *Deum*? *μὴ οὐκ ἔγνω Ἰσραήλ*: Israel collocaui priore loco, ueterem etiam interpretem in eo sequutus, & casum constructionis subieci uerbo cognouit: ne quis putaret Israel quarto casu accipiẽdum. quæ amphibolia in Græco sermone nulla est. scripsisset enim Paulus *τὸν Ἰσραήλ*, addito articulo.

A ἐ͂ϑνει, ἐν ἔϑνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ ὑμᾶς.

ad æmulationem prouocabo uos per gẽtem quæ non est gens: per gentem intelligentiæ expertem ad iram uos prouocabo. *Iudæi reiecti gentes susceptæ.* Deut. 32.c.21.

20 Ἡσαΐας δὲ ἀποτολμᾷ, καὶ λέγει· εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν, ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσιν.

20 Esaias autem utitur audacia, dicitq́, Inuẽtus sum ab ijs qui me non quærebant: conspicuus factus sum ijs q̃ de me nõ interrogabãt. Esaiæ 65.a.1. Esaiæ 65.a.2.

21 Πρὸς δὲ τὸν Ἰσραὴλ λέγει· ὅλην τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα.

21 Aduersus Israelem autem dicit, Toto die expandi manus meas ad populum immorigerum & contradicentem.

CAPVT XI.

1 NVm igitur, in quam ego, abiecit Deus populum suum? Absit. nam & ego Israelita sum, ex semine Abrahæ, tribus Beniamin. *Non omnes Iudæi reiecti.*

2 Non abiecit Deus populum suum, quem præcognouit. An nescitis de Elia quid dicat Scriptura? quomodo colloquatur *cum* Deo, dicens aduersus Israelem,

3 Domine, Prophetas tuos occiderũt, & altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam. 1.Reg.19.b.10

4 Sed quid dicit ei Diuinum responsum? Reseruaui mihi septem millia uirorum, qui non flexerunt genu *imagini* Baal. 1.Reg.19.d.18

5 *Ita* igitur & hoc tempore, reseruatio secũdum electionem gratuitam facta est.

Per gentem quæ non est gens: ἐπ' οὐκ ἔθνει. Hebraicè בלֹא עַם. Vulgata ad uerbum, in non gentem, id est aduersus gentem quæ non est gens. Sed præstat particulam ἐπὶ accipere pro instrumenti declaratione. Vocat autem gentem non gentẽ, oẽs prophanos populos. sicut uiuere non dicuntur sed mori, qui æternis supplicijs sunt addicti.

20 Vtitur audacia, ἀποτολμᾷ. Id est intrepidè ac liberè loquitur. Vulgata, audet, quod non memini legere absolutè positum. Erasmus, post hunc, audet. Putat enim prępositionẽ ἀπὸ indicare Esaiam ex illis Mosis uerbis sumpsisse fiduciam. quam obseruationem inanem esse puto. 21 Aduersus Israelem πρὸς τὸν Ἰσραήλ. Id est εἰς τὸν Ἰσραὴλ, uel de Israele. ut sit Hebræorum phrasis, apud quos sæpe ל pro על ponitur. Vulg. ad Israel, quũ Deus illic non introducatur Israelem ipsum compellans. Immorigerum & contradicentem ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα. Tot uerbis unum Hebræum uocabulum סורר expresserunt Græci, interpretes.

IN CAP. XI.

2 Quem præcognouit ὃν προέγνω. Id est quem ab æterno electum amplexus est. Hæc enim uis est præpositionis πρὸ, ut æternitatem ipsam declaret omni tempore antiquiorem. neque est quod comparatiuè accipiamus quòd gentes posterius sint uocatæ: quum de uocatione non agatur hoc in loco, sit autem non minus Gentiũ quàm Iudæorum æterna prædestinatio. ut declaratur Act. 15.d.18, & Ephes. 1.a.4, & b.8. & 9. Verbum autem γινώσκειν sæpe iam ostendimus non declarare nudam aliquam cognitionem in Deo, ut ij existimant qui de præscientia Dei Epicureorum more disputant: sed eam quæ cum decreto æternæ prædestinationis coniuncta, gratuitum Dei fauorem complectitur. quo modo etiam accipitur supra 8.f.29. ubi prolixius de hoc uerbo disseruimus: itemque Galat. 4.b. 9, & 1.Petr. 1.a.2. quamobrem etiam diserte Augustin. lib. De bono perseuerantiæ 2. cap. 18, præsciuit interpretatur prędestinauit. quem
C sequitur Lyranus. Sed & illud obseruandum est, Paulum addito hoc uerbo firmamentum huius argumentationis detegere, quòd scilicet fieri non possit ut Deus sententiam mutet, id est reijciat quos semel elegit ad salutem. Vulg. præsciuit, interpretatione nimium ieiuna, nisi à præsciscere deducas. Erasm. ante agnouerat, non satis expressa prępositione πρὸ. nec satis rectè usurpato ὑποδραστικῶς. De Elia ἐν Ἠλίᾳ. Vulgata ad uerbum, In Elia. quod nõnulli explicant, In Eliæ historia. sed ego ijs assentior qui Paulum loquutum putant ex Hebræorum idiotismo; apud quos בְּ interdum ponitur pro עַל, id est super, uel de. Dicens aduersus Israelem λέγων κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ. Vulgata & Erasmus λέγων τοῦ Ἰσραὴλ connectunt cum uerbo ἐντυγχάνει, ego uerò cum participio λέγων. quia mihi uidetur Elias eo in loco non proprie incitare Deum aduersus Israelem, sed tamen id dicere quod contra Israelem facit, cuius scilicet perfidiam deplorat.

3 Prophetas tuos τοὺς προφήτας σου. In Hebræa ueritate priore loco sit mentio altarium, deinde Prophetarum: sed permutatus ordo nihil mutat in sententia.

4 Reseruaui ἐκατέλειπον. Sic Hebræa ueritas habet וְהִשְׁאַרְתִּי ut intelligamus Deum loqui de reliquijs ab æterno electis, non autem in futuro eligendis. ne quis scilicet arbitretur istos fuisse eligendos quòd mundi essent ab idololatria, quum potius mundi fuerint ab idololatria quòd per gratiam electionis essent seruati diuinitus, ne Baalis cultu contaminarentur, ut rectè & eruditè Volfangus Musculus (quem honoris causa nomino) in hunc locum annotauit. Multò itaque rectius scripsit Paulus ἐκατέλειπον reliqua feci, quàm Græci interpretes ἐκκατέλειφω relinquam. Malui autem, perspicuitatis causa, Reseruandi, quàm ambiguum relinquendi uerbum usurpare.

Imagini Baal. Sic rectè Erasmus. Nam fœmineus articulus indicat subaudiendum esse εἰκόνι. Cæterùm apud Hebræos בַּעַל declarat eum in cuius potestate sumus. ut est mãcipium in Domini, uxor in mariti potestate. Inde factũ est ut pro idolo accipiatur: cui scilicet idololatræ sese totos mancipant. Id uerò etiamnum hodie declarant qui Mariam uirginem non alio quàm Dominæ nostræ nomine compellant, cæterosque Diuos, ad quos cultum transtulerunt ut Deo debitum, nonnisi addita Dominorum & Patronorum præfatione, solent inuocare.

5 Reseruatio facta est λεῖμμα γέγονεν. Vulg. reliquiæ factę sunt, nimium obscurè: quamobrem etiam nõnulli legerunt, reliquiæ saluæ factæ sunt, contra omnium Græcorum codicum fidem. Eras. reliquiæ fuerunt, uel sunt, nihilo planius, & minus etiam accommodatè. Malui igitur crasius loqui, ut Græca apertius declararem. Nam etiamsi conuerteris reliquiæ supersunt, tamen illud γέγονεν non satis expresseris. Secundum electionem gratiæ ἐκατ' ἐκλογὴν χάριτος. Vulg. & Eras. ad uerbum, secundum electionem gratiæ, quem Hebraismum sæpe iam exposuimus.

Gratia. Opera.

Quòd si per gratiam, nō iam ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia. Sin ex operibus, iam non est gratia. alioquin, opus iam non est opus.

6 εἰ δὲ χάριτι, οὐκέτι ἐξ ἔργων· ἐπεὶ ἡ χάρις οὐκ A
ἔτι γίνεται χάρις. εἰ δὲ ἐξ ἔργων, οὐκέτι ἐστὶ χάρις.
ἐπεὶ τὸ ἔργον οὐκέτι ἐστὶν ἔργον.

Electi Iudæi saluati.

Quid igitur? Quod requirit Israel, hoc nō est assequutus, sed electi assequuti sunt, reliqui uerò occalluerunt.

7 τί οὖν; ὃ ἐπιζητεῖ Ἰσραήλ, τοῦτο οὐκ ἐπέτυ-
χεν, ἡ δὲ ἐκλογὴ ἐπέτυχεν, οἱ δὲ λοιποὶ ἐπωρώ-
θησαν.

Esa. 29.b.10. & 6.c.9. matt. 13.b. 14. iohā. 12.f. 40. act. 28.f. 26. Psal. 69.c.12.

Sicut scriptum est, Dedit eis Deus Spiritū soporis: oculos ut non uideant, & aures ut non audiant, usque ad hodiernum diem.

8 καθὼς γέγραπται· ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ θεὸς πνεῦ-
μα κατανύξεως, ὀφθαλμοὺς τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ
ὦτα τοῦ μὴ ἀκούειν, ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας.

Et Dauid dicit, Fiat mensa eorum pro laqueo, & tendicula, & offendiculo, & talione ipsis.

9 Καὶ Δαβὶδ λέγει· γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν
εἰς παγίδα, καὶ εἰς θήραν, καὶ εἰς σκάνδαλον, καὶ
εἰς ἀνταπόδομα αὐτοῖς.

Obtenebrentur oculi eorum, ut non cernant: & tergum ipsorum semper incurua.

10 σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέ-
πειν, καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διὰ παντὸς σύγκαμψον.

Num igitur, inquá ego, ideo impegerunt, ut concíderent? Absit: sed per eorum offensam salus *est* Gentibus: in hoc ut eos ad æmulationem prouocaret.

11 λέγω οὖν, μὴ ἔπταισαν, ἵνα πέσωσι; μὴ γέ-
νοιτο· ἀλλὰ τῷ αὐτῶν παραπτώματι ἡ σωτηρία τοῖς
ἔθνεσιν, εἰς τὸ παραζηλῶσαι αὐτούς.

B

6 Alioquin, ἐπεί, Sic rectè Vulgata, quomodo probat Budæus accipi hanc particulam, in argumētatione ab absurdo sumpta, ut suprà 3.a.6, & infra 22, & 1. Cor. 5.c.10, & 7.c.14, & 15.d.29, & Heb. 9.g.26. Erasmus, quandoquidē, non obscurè modō, sed etiam deprauata sententia, nisi multa subaudias. Vtinam uerò hanc operum & fidei antithesin considerarent qui iustitiam partum gratiæ, partum operibus tribuunt. Sed hîc scio quid respondeant, ista scilicet de gratia præueniente dūtaxat intelligi. quasi uero hic disputetur, sola gratia an uerò etia operib. uel prorsus uel aliqua ex parte electionem ac proinde salutem adipiscamur. quod posterius affirmant Sophistæ, qui præuisam fidem, uel opera faciunt electionis causam. Id uerò si uerum est, conclusio falsa erit. Israelem nō esse assecutum quod quærebat. nisi quis ita sit rerum imperitus, ut existimet Iudæos nihil Dei gratiæ tribuisse. quod ne Pharisæus quidem ille dixerit cuius sit mentio Lucæ 18. cap. Deinde ubi nostra illa esset gloriatio quam descripsit Apostolus suprà cap. 8? Sed & ine pte admodum diceremur fide iustificari, nisi Christus in solidum factus esset nobis iustitia, sanctificatio & redēptio. Denique neq; gratia esset gratia si ex operibus præuisis eligeremur, uel minima ex parte. neq; opus esset opus, si gratiæ subsidium ullo modo requireret. Sin ex operibus, &c. εἰ δὲ ἐξ ἔργων, οὐκ ἔτι ἐστὶ χάρις. ἐπεὶ τὸ ἔργον οὐκ ἔτι ἐστὶ ἔργον. Hanc partem totam non legit Vetus interpres, quæ tamen summo omnium codicum consensu in Græca ueritate extat, & mihi quidem planè uidetur necessaria explendæ operum & fidei antithesi: adeo quidem ut uix ullum inueniatur apertius testimonium quo omnis opinio meriti semel tollatur, quum diserte neget Apostolus opus esse opus quod gratiæ subsidium requirat.

7 Electi assequuti sunt ἡ ἐκλογὴ ἐπέτυχεν. Vulgata & Erasm. ad uerbum, electio consequuta est, seruata metonymia, de qua diximus suprà 2.c.26. Idcirco uerò nos non seruauimus, ut altera pars antitheseos melius posset intelligi. Occalluerunt ἐπωρώθησαν. Vulg. & Erasm. excæcati sunt. Vide Marc. 3.a.5.

8 Dedit eis Deus spiritum soporis ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ θεὸς πνεῦμα κατανύξεως. Quæritur unde petitum sit ora culū: & plerosque interpretes uideo Origeni assentiri, qui fatetur se nusquam hoc legisse in Scripturis, putatq; hęc nō esse Prophetæ sed Apostoli uerba. Mihi uerò id planè uidetur uiolētum, quum præcesserit καθὼς γέγραπται sicut scriptum est. neque dubito quin Paulus, ut alibi aliquoties, sic etiam hoc in loco duo Esaiæ testimonia in unum ueluti corpus coniunxerit. Est enim prior hæc pars petita ex Esaiæ 29.c.10, ubi Hebræa ueritas habet ad uerbum, בי נסך עליכם יהוה רוח תרדמה pro quo Græca interpretatio habet, πνεῦμα κύριος πνεύσει ἐπ' αὐτοὺς πνεῦμα κατανύξεως, id est, præbuit uobis Dominus potandum Spiritum soporis. Paulus igitur pro πεποτικὸν scripsit ἔδωκεν, ut sequens testimonium petitum ex eiusdem Prophetæ 6.c.9. cum illo posset connecti. Vocatur autē τὸ πνεῦμα, Hebræorum more, afflatus uirtutis Dei, interdum per Spiritum suum agentis (unde Spiritus intelligentiæ, sapientiæ, pietatis, consilii, & aliis eiusmodi Spiritus in Scripturis commemorati) interdum per spiritus malos, qui & mendacij & erroris Spiritus uocantur. unde Spiritus fornicationum, auaritiæ, uertigimis, & alij similes afflatus. Quod autem ad κατάνυξιν attinet, quam cæteri compunctionem sunt interpretati, quanuis hæc ei significatio possit interdum conuenire (quòd τὸ νύσσειν uellicare & fodicare declaret:) unde factum ut κατάνυξις molestiam ac dolorem significet, quo scilicet corpus uel animus uulneretur. tamen quum ex Hebrææ ueritatis collatione appareat κατάνυξιν respondere uocabulo Hebræo תרדמה, nemo mirabitur quòd maluerim soporem aut etiam stuporem conuertere. Ita enim Hebræi uocant altissimum uetternum, quod omnem sensum adimat: idque optimè conuenit ijs quę subijciuntur de nullo oculorum uel aurium usu. Sed & diserte Hesychius καταύνξιν interpretatur ἰσυχίαν.

C

9 Fiat mensa, &c. γενηθήτω ἡ τράπεζα. &c. Hæc quoq; interpretatio non modò cū Hebræa ueritate prorsus nō cōsentit, si uerba annumeres, sed ne cū Græca quidē editione. Nā pro eo quod scribit εἰς παγίδα καὶ εἰς θήραν legimus duntaxat in Hebræo לפח ut alterum ex illis duob. uideatur redūdare: & fortasis ex quapiam uersione, puta uel Symmachi, uel Aquilę, uel Theodotionis, annotatū, ex margine irrepsit in cōtextū, quod iā aliquoties annotauimus, quū in Græca dūtaxat legatur εἰς παγίδα. Deinde ῥ εἰς ἀνταπόδομα Hebræa ueritas habet ולשלומים *uelutionem*. i. pacifica, illa scilicet in quib. acquiescūt. ῥ quo tamē Græca editio, quāuis alia serie, habet εἰς ἀνταπόδοσιν, aliā scilicet significationē secuta, quasi scriptū sit ולשלומים *ulsillumum*. Sed hæc uarietas nihil in sententia immutat. Nā in summa imprecatē Propheta seu potius Christus ipse apud Prophetā, quod Iudæis accidit, nēpe ut quēadmodū infœlices aues eo ipso illiciuntur ad mortē unde uitā petūt, sic Iudæis in mortē cederet illud ex quo uno uitā captabāt: nimirū LexDei, cuius præpostero zelo Euangeliū repudiarūt. 10 Incurua σύγκαμψον. Hebræa ueritas habet תמיד. i. sac mutare, seu uacillare: neq; ab Hebræis discrepant Græca: quū dorsi incuruatio uitiū imbecillitatem arguat.

11 Vt ἵνα. Vulg. sic ut, ἵ ὥστε, quod rectè emendauit Erasmus ex ueteris. Neq; enim, inquit, de magnitudine lapsus hic agitur, sed de euētu. At ego nō uideo quomodo hæc distingui satis cōmode possint: & quū ἵνα sit cōiunctio *finalis*. (i. finē ac scopū declarās) putò hic significari nō tā euentū quā finē ac destinationē. i. quo cōsilio Deus Israelitas excęcarit: nēpe nō ut hæc gēs semel excideret à Dei fœdere, quod irritū fieri nō potest: sed ꝙ ipsi hac occasione placuerit uti, ut Gētes quoq; in regnū Dei introducerēt. quarū tandē æmulatione, ꝙ uocati Israelitæ, & ipsi eo restituerēt

unde

A unde essent delapsi: itaq; totus mũdus. i. tum Gentes tum Iudæi,) per misericordiam seruaretur. Alioquin si euentum à destinatione Dei separes, quid supererit nisi ut (quod summæ fuerit impietatis) Deo uel conniuente uel inuito id factum dicas? Nam etiamsi ad permissionem, unicum quorundam in hac disputatione asylum, perfugias, huc quo; qtelabaris necesse est, ut uel omnipotentẽ Deum esse neges, si inuitus permisit, uel uolentem permisisse fatearis. Vt eos ad æmulationem prouocent. ἵνα παραζηλώσωσι αὐτούς. Vulg. ut illos æmulentur. i. ut Iudæi postea Gentium exemplum imitentur. quomodo etiam explicat Photius. Sed illam tamen interpretationem magis probo. Respondet enim παραζηλῶ uerbo Hebræo קנא, ut apparet ex testimonio Mosis citato suprà 10. d. 19. quod quidem accipi nõ potest pro μιμήσωμαι. i. imitari uel æmulari quum sit coniugationis Hiphil.

εἰ δὲ τὸ παράπτωμα αὐτῶν πλοῦτος κόσμου καὶ τὸ ἥττημα αὐτῶν πλοῦτος ἐθνῶν, πόσῳ μᾶλλον τὸ πλήρωμα αὐτῶν; 12

Quod si eorum offensa, diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ gentiũ: quanto magis plenitudo ipsorum?

ὑμῖν γὰρ λέγω τοῖς ἔθνεσιν, ἐφ' ὅσον μέν εἰμι ἐγὼ ἐθνῶν ἀπόστολος, τὴν διακονίαν μου δοξάζω, 13

Nam, (quod uobis dico Gentibus, quatenus ego quidem sum Apostolus Gentium) ministerium meum illustro,

εἴπως παραζηλώσω μου τὴν σάρκα, καὶ σώσω τινὰς ἐξ αὐτῶν. 14

Vt experiar si quo modo ad æmulationem prouocem consanguineos meos, & seruem aliquos ex ipsis.

εἰ γὰρ ἡ ἀποβολὴ αὐτῶν, καταλλαγὴ κόσμου, τίς ἡ πρόσλημψις εἰ μὴ ζωὴ ἐκ νεκρῶν; 15

Nam si abiectio eorum, est reconciliatio mundi: quæ *erit* assumptio, uisi uita ex mortuis?

εἰ δὲ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα, καὶ εἰ ἡ ῥίζα ἁγία, καὶ οἱ κλάδοι. 16

Quòd si primitiæ sanctæ, *sancta* etiam massa: & si radix sancta *est*, etiam rami.

εἰ δέ τινες τῶν κλάδων ἐξεκλάσθησαν, σὺ δὲ ἀγριέλαιος ὢν ἐνεκεντρίσθης ἐν αὐτοῖς, καὶ συγκοινωνὸς τῆς ῥίζης καὶ τῆς πιότητος τῆς ἐλαίας ἐγένου, 17

Quòd si nonnulli rami defracti sunt, tu uerò quum esses oleaster, insitus es pro ipsis, & consors radicis ac pinguitudinis oleæ factus es:

12 Diuitiæ mundi πλοῦτος κόσμου. Diuitias uocat Euangelij cognitionem in uitam æternam. per mundum autem intelligit Gentes per uniuersum mundum dispersas, ut ipse proximo membro explicat.

Diminutio ἥττημα. Lapsus siue offensa Iudæorum hoc est, quòd ad Christum, tanquã ad lapidem, impegerint. Hinc illa diminutio huius gentis, quòd scilicet tam pauci Christum sint amplexi. Nam populus qui Deum non colit in Christo, habetur pro non populo: ut meritò dicantur Iudæi contumacia sua ad paucitatem redacti. Huic uerò opponitur plenitudo uentura, quum scilicet futurum est ut tota Gens in communi ad Christum accedat. Idem de plenitudine Gentium statuendum est, quam commemorabit infrà uers. 25. Sed hoc quoque diligenter est obseruandum in hac disputatione, Apostolum scilicet de Iudæorum ac Gentium natione in genere differre, non autem de singulis hominibus loqui, & earum nationũ conditionem ex illa diminutione & plenitudine æstimare: ita ut quandiu durat diminutio, Iudæi uel Gentiles excisi, sub plenitudine uerò insiti dicantur. quum, si singulos homines spectes, qui semel ad Christum uenit & didicit, nunquam eiiciatur foras.

13 Quatenus quidem ἐφ' ὅσον μέν. Vnus codex scriptum habebat ἐφ' ὅσον εἰμὶ. expuncta particula μέν, & ὑμῖν δέ, pro ὑμῖν γάρ. Cæterum Apostolus hoc ita scripsit, ut quanuis singularem suam modestiam declaret, ne sibi prius tum aliquid iuris tribuere uideretur: interim tamen facile sit cernere totam uim huius rationis, qua uult Gentes suo exemplo, ad Iudæos pro uiribus lucrifaciendos excitare, in eo esse positam, quòd loquitur tanquam Gentium Apostolus: cuius scilicet authoritas & exemplum meritò aut etiam impune non possit contemni. Itaque ἐφ' ὅσον sic puto positum in exceptione, ut tamen uim habeat causali particulæ proximam: neque hoc membrum connecto cum uerbo δοξάζω, sed cum λέγω. Illustro δοξάζω. i. insigne & illustre reddo, siue exorno: sicut iubet prouerbium ut Spartam quam quisque nactus est, hanc exornet. Significat enim Apostolus se ipsorum Iudæorum causa nihil omittere quod ad officium suum illustrandum ac nobilitandum pertineret: ut aliquo zelotypiæ studio accensi, Iudæi ad Christum accederent. Vulg honorificabo. Legit enim δοξάσω, quo modo etiã nõnulli impresserunt, sed perperã, ut puto.

14 *Vt experiar* si quo modo εἴπως. Ita solent Græci has particulas in eclipsi usurpare, quam supplendam putauimus perspicuitatis causa, ut Act. 27. c. 12. & Philipp. 3. c. 11. Consanguineos meos μου τὴν σάρκα. Vulg. & Eras. ad uerbum, carnem meam, qui Hebraismus fortassis fuisset nonnullis obscurior hoc in loco.

15 Vita ex mortuis? ζωὴ ἐκ νεκρῶν: Cohæret quidem resurrectio à mortuis cum reconciliatione: sed de illa prorsus non agit Apostolus hoc in loco: uerùm prouerbiali quadam dicendi figura, fore dicit ut quum ad Euãgelium ac Christum accesserint etiam Iudæi, mundus quasi reuiuiscat, argumento à comparatis sumpto. Nam, inquit, si ex ista Iudæorum calamitate hoc lucrum retulit mundus, ut fieret reconciliationis particeps: quid aliud mundo sperandum ex ipsorum fœcilitate quàm ut ueluti reuiuiscat? Tum enim plenum ac cumulatum erit mundi gaudium, quum & ipsi Iudæi unà cum Gentibus Christum complexi, communi illa fœlicitate perfruentur. Nam quanuis reconciliatio per mundũ iam sit dispersa, tamen quum Iudæorum gens maneat adhuc in morte, nondum plane mundus reuixit. Itaq; ironia quam nonnulli putant hoc loco usurpatam à Paulo, non modò nullum hic locum habet, sed etiã Pauli sententiæ repugnat ex diametro. 16 Quòd si primitiæ Εἰ δὲ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία. Theophylactus τὴν ἀπαρχὴν interpretatur ζύμην, id est fermentum expositione prorsus coacta. Nihilo melior est, ut arbitror, Erasmi opinio, qui ἀπαρχὴν dici putat frumentum ex quo sumitur massa. Neque enim ἀπαρχὴ dici potest unde sumitur aliquid, sed id ipsum potius quod ex alio delibatur. Sed & in eo mihi uidetur hallucinari, (quod cum bona ipsius uenia dictum uelim) quòd φύραμα non putat referri ad farinam humore temperatam, sed magis ad molas siue collyridas, id est farinã oleo conspersam, quæ olim ex Legis Mosaicæ ritu immolabatur. Nam præterquam quòd φύραμα pro libo interpretari plane durum est, quænam obsecro fuerit similitudinis analogia, quum res ipsa ostendat Abrahamum, Isaacum & Iacobũ cum primitijs, ipsorum autem posteros in uno corpore comprehensos cum massa comparari? Sed & mihi uidetur non posse conuenire expositio, si ad primitias ipsarum frugum referas. Neq; enim massam, sed fruges aut messem scripsisset Paulus, ut institutam translationem seruaret. Itaque non dubito quin hoc potius pertineat ad duorum illorum panum primitias, quorũ ablatione, tota massa Israelitis sanctificabatur: quòd scilicet tum demum possent in reliquum annũ suas fruges bona cõscientia pinsere ac coquere, persolutis primæ illius massæ primitijs, ut scribit Leuit. 23. c. 14. & 17. Etiã massa ἴσως τὸ φύραμα. Vulg. & Eras. & consperso. q uocabulũ nõ memini in ea præsertim significatione legere.

17 Pro illis ἐν αὐτοῖς, Id est in ramorũ defractorũ locũ. Puto enim ἐν αὐτοῖς, id est, ut uetus interpres ad uerbum

expreſsit, in illis, perinde accipiendum ac ſi Hebraicè ſcripſiſſet Apoſtolus בחם pro בני קורבם. Videtur tamen Eraſmo hæc interpretatio ridicula, ſed uereor ne ſit potius ridiculum quod in hunc locum eſt commentus. Putat enim relatiuum αὐτοῖς nõ ſignificare ramos excisos, ſed populum ipſum Iudæorum fidelium, qui per oleam intelligatur: ac proinde nihil eſſe quod nos offendat numeri uel generis mutatio, in collectiuis ſcilicet nominibus uſitata. Atqui nulla adhuc mentio facta eſt oleæ, ſed duntaxat radicis & ramorum, quorum nonnullos defractos fuiſſe dicit, ut inſererentur alij ex oleaſtro decerpti. neque dubium eſt quin radicis nomine intelligatur Abraham credentium Pater: oleæ uerò appellatione Eccleſia Iſraelitica, quę ex Abrahamo, tanquam radice, exorta, benedictionis ipſius quaſi ſuc co uiuit. Duplices igitur ſunt natiui rami, uniquos ſanctos eſſe dixit, in olea hærentes alteri: uerò, defracti. Illis accedunt inſitiij, qui ſcilicet ex oleaſtro decerpti, poſtea inſiti ſunt. ὁ ἐν αὐτοῖς id eſt uel cum illis qui ſemper hæſerunt in olea, ſi hoc referre placeat ad ſuperioris uerſiculi extremam partem, ut ὁ poſitum ſit pro σὺ ſicut alibi ſæpe. uel pro illis qui ſcilicet ſunt excisi, quorum proximè facta eſt mentio. quæ poſterior interpretatio mihi ſimplicior uidetur. Quod autem putat Eraſmus præpoſitionem ὁ redundare, ſicut in Confiteri in aliquo, Percutere in gladio, & ſimilibus formulis, mihi non uidetur probabile hoc in loco. A

Gentes ne gloriẽtur aduerſus Iudeos, ſed timeãt.

Ne glorieris aduerſus ramos. quòd ſi gloriaris, non tu radicem portas, ſed radix te. 18 μὴ κατακαυχῶ τῶν κλάδων. εἰ δὲ κατακαυχᾶσαι, οὐ σὺ τὴν ῥίζαν βαστάζεις, ἀλλ' ἡ ῥίζα σέ.

Dices igitur, Defracti ſunt rami, ut ego inſererer. 19 ἐρεῖς οὖν· ἐξεκλάσθησαν οἱ κλάδοι, ἵνα ἐγὼ ἐγκεντρισθῶ.

Rectè: per infidelitatem defracti ſunt. tu uerò per fidem ſtas. ne efferaris animo, ſed timeas. 20 καλῶς· τῇ ἀπιστίᾳ ἐξεκλάσθησαν, σὺ δὲ τῇ πίστει ἕστηκας. μὴ ὑψηλοφρόνει, ἀλλὰ φοβοῦ.

Nam ſi Deus naturalibus ramis non peper cit, *uide* ne tibi quoq; non parcat. 21 εἰ γὰρ ὁ θεὸς τῶν κατὰ φύσιν κλάδων οὐκ ἐφείσατο, μήπως οὐδὲ σοῦ φείσηται.

Vide igitur benignitatem ac ſeueritatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt, ſeueritatem: in te uerò benignitatem, ſi permanſeris in benignitate. alioquin & tu excideris: 22 ἴδε οὖν χρηστότητα καὶ ἀποτομίαν θεοῦ· ἐπὶ μὲν τοὺς πεσόντας, ἀποτομίαν· ἐπὶ δὲ σὲ χρηστότης θεοῦ, ἐὰν ἐπιμείνῃς τῇ χρηστότητι· ἐπεὶ καὶ σὺ ἐκκοπήσῃ. B

Sed & illi, ſi non permanſerint in infidelitate, inſerentur: poteſt enim Deus rurſum eos inſerere. 23 κἀκεῖνοι δέ, ἐὰν μὴ ἐπιμείνωσι τῇ ἀπιστίᾳ, ἐγκεντρισθήσονται· δυνατὸς γάρ ἐστιν ὁ θεὸς πάλιν ἐγκεντρίσαι αὐτούς.

Etenim ſi tu ex naturali exectus es oleaſtro & præter naturam inſitus es in ueram oleam: quanto magis ij qui naturales ſunt, inſerẽtur proprię oleæ? 24 εἰ γὰρ σὺ ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ἐξεκόπης ἀγριελαίου, καὶ παρὰ φύσιν ἐνεκεντρίσθης εἰς καλλιέλαιον, πόσῳ μᾶλλον οὗτοι οἱ κατὰ φύσιν ἐγκεντρισθήσονται τῇ ἰδίᾳ ἐλαίᾳ;

De cecitate Iſraelis, & eius ſuſceptione.

Velim enim uos non ignorare fratres myſterium hoc (ut ne ſitis apud uoſmetipſos arrogantes) quòd obduratio *iſta quæ eſt* ex parte, Iſraeli euenit, uſquequo plenitudo Gentium introierit. 25 οὐ γὰρ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, τὸ μυστήριον τοῦτο, (ἵνα μὴ ἦτε παρ' ἑαυτοῖς φρόνιμοι,) ὅτι πώρωσις ἀπὸ μέρους τῷ Ἰσραὴλ γέγονεν, ἄχρις οὗ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, C

20 Ne efferatis animo *μὴ ὑψηλοφρόνει*, Vulgata, noli altum ſapere, nec Latinè nec ſatis perſpicuè.

Sed timeas *ἀλλὰ φοβοῦ*. Timorem alibi diximus ex Hebræorum conſuetudine, religioſum Dei cultum ſignificare: quæ declaratio non penitus diſcrepat ab iſta Pauli admonitione. Neque enim timorem uocat trepidationem illam conſcientiæ de reconciliatione dubitantis, ſed piam illam ac modeſtam ſolicitudinem animi cum magna religione ac reuerentia ſeipſum accuſantis, & tamen quoties in promiſſa Dei reſpicit, ita in illis acquieſcentis, ut in mediis etiam fluctibus portum tranquilliſſimum inueniat. Sicut enim arrogantiam à fiducia, ſic religioſum timorem à dubitationis ac diffidentiæ metu diſtinguere oportet, & ita nos de noſtra ſalute ſecuros eſſe uult Dominus, ut tamen de retinenda fide dies ac noctes laboremus.

21 Vide ne *μήπως*. Hæc quoque particula in eclipſi ponitur ut *μήποτε*, Matthei 25. a. 9, & *ἔπως* ſuprà uerſu 14. Nonnulli codices habent *φείσεται*, Complutenſis ſcilicet & duo alij manuſcripti. cui quidem lectioni ſi aſſentiri libuerit, addiderim interrogationis notam, & ita conuerterim, Num quo modo tibi parcet? Sed & in uno manuſcripto deerat particula *μήπως*

22 Benignitatem *χρηστότητα*. Id eſt facilem ac lenem animum, cui opponitur *ἀποτομίαν*. id eſt præciſa ſeueritas, quum ſcilicet omnia ſummo iure ad uiuum reſecantur. Vulg. & Eraſmus bonitatem interpretantur, quod uocabuſum uidetur latius patere.

In benignitate *οὐ χρηστότητι*. i. in ea conditione ad quam Dei benignitas te euexit. Eſt autem hoc loco diligenter conſiderandum quod initio huius tractationis monuimus, non de ſingulis hominibus, ſed de Gentibus ac Iudæis in genere differere Apoſtolum: ne quis fortè putet incertum eſſe Dei decretum uel in eligendo uel in reprobando. quod ſi nonnulli attentè conſideraſſent, non tam fœdè ad hunc ueluti ſcopulum naufragium feciſſent. Deinde etiam inſitio ab electione illa immutabili, quæ certo & æterno Dei propoſitio nititur, itemque & exciſio à reprobationis decreto eſt diſtinguenda, ut doctiſſimus interpres pluribus oſtendit. Alioquin *ἐπεί*. Vide ſuprà uerſu 6.

25 Velim enim, &c. *οὐ γὰρ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν*. Vulg. Nolo enim uos ignorare. Eraſ. Non enim uolo uos ignorare. Ego uerò exiſtimo negantem particulam, Hebræorum more tranſpoſitam, ut iam aliquoties annotauimus.

Apud uoſmet. arr. *παρ' ἑαυτοῖς φρόνιμοι*. i. ne intus inſoleſcatis. *φρόνιμος* enim hoc loco non ad prudentiam, ſed ad affectum

A καὶ οὕτω πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται, καθὼς γέγραπται· ἥξει ἐκ Σιὼν ὁ ῥυόμενος, καὶ ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακώβ.

26 Et ita totus Israel seruabitur, sicut scriptũ est, Veniet ex Sió ille liberator, & auertet impietates à Iacob. Esa. 59.d.20.

καὶ αὕτη αὐτοῖς ἡ παρ' ἐμοῦ διαθήκη, ὅταν ἀφέλωμαι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.

27 Et hoc illis à me fœdus, Quum abstulero peccata ipsorum. Esa. 27.c.9.

κατὰ μὲν τὸ εὐαγγέλιον, ἐχθροὶ δι' ὑμᾶς· κατὰ δὲ τὴν ἐκλογήν, ἀγαπητοὶ διὰ τοὺς πατέρας.

28 Itaque quoad Euangelium, *sunt* inimici propter uos: quoad electionem autem, diliguntur propter Patres.

ἀμεταμέλητα γὰρ τὰ χαρίσματα καὶ ἡ κλῆσις τοῦ θεοῦ.

29 Nam dona & uocatio Dei eiusmodi sunt, ut eorum ipsum pœnitere non possit. *Dona. Vocatio.*

ὥσπερ γὰρ καὶ ὑμεῖς ποτε ἠπειθήσατε τῷ

Sicut enim & uos quódam non paruistis

affectum refertur, & τὸν φρονηματίαν declarat, ut infrà 12.c.16. Vulg. ut non sitis uobisipsis sapientes. id est, ut ne uobisipsis placeatis, quasi in uobis thesauros sapientiæ Deus intus, & (ut ille filius perditionis inquit) in scrinio pectoris inclusos teneatis. Mihi tamen superior interpretatio simplicior uidetur. Obduratio, &c. πώρωσις: &c. Cur πώρωσιν uerti callum obducere: quum hîc coactus sim synonymo uti. ἀπὸ μέρους autem aliud certe declarare no potest quam διὰ μέρους, & ad uerbum γέγονεν commodius quam ad πώρωσις referetur, quasi scriptum sit ἡ ἀπὸ μέρους. quam articulum in hæc iam annotauimus. Itaque, ut nemo iam talia posset, nonnihil addidimus de nostro. Nam quod ἀπὸ μέρους Ambrosius refert ad tempus, non facile admiserim: neque etiam puto Apostolum emollire uoluisse quod ubique præterea supra uers. 7. aperte dicit. Puto potius duo ab ipso significari. Vnum, istam obdurationem non comprehendere totum Israelem, sed eius duntaxat partem: quum superint reliquiæ, ut ab initio capitis exposuit. Alterum pus quòd non tam Israelis reliquiæ. i. pauci quipiam ex Israelitis, sed totus Israel. i. gens ipsa, communi consensu ad ecclesiam Christi aggregetur, & hoc quidem est illud propheticum arcanum quod non uult à Gentibus ignorari, ne iudæos tanquam in perpetuum reiectos despiciant. Vtque quo ἄχρις ὅ. i. donec. temporis enim spatium definit, quod quidem uidetur maxima iam ex parte confectum. Nam, obsecro, quam pauci superstunt hodie populi in orbe terrarum qui Christum uel nomine tenus profiteantur? At interim Iudæorum gens, quanuis toto terrarũ orbe dispersa & miserrime iactata, dici tamen non potest (ut uno ore confirmant omnes qui ex Oriẽte ad nos uenerunt) quam sit frequens ac numerosa: ut etiamnum hodie se exerat benedictio illa Abrahamo facta, Genes. 22. d. 17. Id uero quis nõ uideat temere a Deo non fieri, & eam hodie exerceri in Euangelij professores crudelitatem ac rabiem, quæ plane meretur ut quemadmodum nos olim Iudæis possessione eiectis, sic illi nobis uicissim nunc succedant? Cæterum quid uocet plenitudinem Gentium Apostolus, exposui supra uers. 12. Vtitur autem uerbo introeundi, ex Scripturæ consuetudine, quæ de Ecclesiæ cœtu, tanquam de certo quodam loco differit.

26 Totus Israel. πᾶς Ἰσραὴλ. Horum uerborum explicatio, ni fallor, pendet ex oppositione eius quod dicitur ἀπὸ μέρους: ut totus Israel nihil aliud declaret quàm Israelis plenitudinem. cui opponitur τὸ πλήρωμα καὶ λοιπὰ ἐκλεκτά. Sed rursus notandum est de toto Israele non de singulis hîc dici. Ex Sion ἐκ Σιών. Hebr. מציון. i. Sioni, siue in Sionis gratiam, pro quo Græca editio recte habet ἕνεκα Σιών. ac fortasis librariorum culpa ex ἕνεκα factum est *in*.

Liberator ὁ ῥυόμενος. Vulg. qui eripiat. Eras. ille qui liberat. Ego uerò puto participium positum pro uerbali, ex Hebræorum more, de quo etiam diximus Matth. 2. a. 6, & alibi aliquoties. Et auertet, &c. λοιπὰ ἀποστρέψει. &c. Hebræi ueritas habet, ולשובי משׁע ביעקוב. i. & ad eos qui resipuerint à peccato in Iacob. pro quo Græca editio habet καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ συνθήκη αὐτοῖς ὅταν ἀφέλωμαι ἁμαρτίας αὐτῶν, & hoc erit beneficium. siue hæc demum est benedictio ipsius, quum sustulero iniquitatem eius. unde mihi quidem uidetur Apostolus ista ad uerbum descripsisse.

28 Itaque quoad Euangelium κατὰ μὲν οὖν τὸ εὐαγγέλιον. Vulg & Erasm. Secundum Euangelium quidem, κατὰ μὲν τὸ εὐαγγέλιον Ego particulam μὲν non dubitaui adijcere ex undecimo Roberti nostri codice manu scripto. quam quum Erasmus uel esse adjciendam uel certè subaudiendam no animaduerteret, putauit solœcismum esse in Paulo, quasi potius dicendum fuerit ἐχθροῦ & ἀγαπητῶν, inimicorum & dilectorum, ut cum αὐτῶν ista cohæreant. Atqui ut de ueteris illius codicis authoritate nihil dicam, quam suspicari non potuit Eras. distinguendũ tamen est Prophetæ testimonium à Pauli ipsius uerbis: ut minime quærenda fuerit ista connexio. Cæterum manifeste ostendit hic locus uerum esse quod ante monuimus Paulum scilicet non de singulis Iudæis sed de Iudæorum gente in genere differere, qui scilicet quoad Euangelium. i. quatenus Euangelium non admittunt, nempe in præsenti conditione, sunt Deo exosi: quoad electionẽ autem. i. quatenus Deus considerat non quid mereantur, sed quid ipse Abrahamo & semini eius promiserit, diliguntur à Deo, ideoque suo tempore dignabitur eos sua gratia, quia, ut omnis homo sit mẽdax, Deus tamen consilium non mutabit. Nam quod nonnulli odium & amorem hunc ad Apostolum referunt, mihi non placet.

29 Eiusmodi sunt, &c. ἀμεταμέλητα. Vulgata, sine pœnitentia, obscura & periculosa quoque interpretatione, utpote quæ Ambrosium etiam uideatur fefellisse. Augustinus alicubi legit impœnitenda, ut Erasmus obseruauit: sed ambigua est hæc tralatio. Nam Latinis non pœnitendum munus dicitur, cuius aliquem non possit pudere, seu quod minimè debeat contemni. Quidam alius irreuocabilia conuertit. Ego periphralin Erasmi potius probo, quòd à Græcis non discedat.

30 Per istorum contumaciam τῇ τούτων ἀπειθείᾳ. Vulgata, propter incredulitatem, διὰ τὴν ἀπιστίαν.

Deo, nunc autem estis misericordiam consequuti per istorum contumaciam:

Sic & isti nunc non paruerunt, ut per uestram misericordiam & ipsi misericordiam consequantur.

Conclusit enim Deus omnes in contumacia, ut omnium misereretur.

O profundas diuitias tum sapientiæ tum cognitionis Dei: quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & imperuestigabiles uiæ eius.

Esa. 40.c.13. Sapien. 9.c.13. 1.Dor.2.d.16. Incredulí.

Quis enim cognouit mẽtem Domini? aut quis ei fuit à consilio?

Aut quis prior dedit ei, & reddetur ei?

Nam ex eo, & per eum, & in ipsum *sunt* omnia. ipsi *sit* gloria in secula. Amen,

θεῷ, νῦν δὲ ἠλεήθητε τῇ τούτων ἀπειθείᾳ. A

31 οὕτω καὶ οὗτοι νῦν ἠπείθησαν τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐλεηθῶσι.

32 συνέκλεισε γὰρ ὁ θεὸς τοὺς πάντας εἰς ἀπείθειαν, ἵνα τοὺς πάντας ἐλεήσῃ

33 Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ. ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ.

34 τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου, ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο;

35 ἢ τίς προέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ.

36 ὅτι ἐξ αὐτοῦ καὶ διʼ αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

Erasmus autem rectè mutauit Propter in Per: quanuis Apostolus non de eo per quod propriè Gentes sunt misericordiam adeptæ, sed de dispensatione Dei loquatur, cui nimirum placuit occasionem Transeundi ad Gentes ex incredulitate Iudæorum sumere, ut suprà dictum est uers. 11.

31 Vt per uestrã misericordiam & ipsi misericordiam consequantur. τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐλεηθῶσι. B

Peruersa huius loci distinctio multas peperit incommodas interpretationes, quarum satis fuerit nonnullas commemorasse. Vulgata interpretatur, in uestram misericordiam, quasi scriptum sit ἐν τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει, & quidem pro εἰς τὸ ὑμέτερον ἔλεος, id est in gratiam Christi. quia gratiæ oblatæ restiterunt Iudæi. quam conitructionem non admittit uerbum ἀπειθεῖν. uel, in uestram misericordiam, id est ut inde ad uos deueniret misericordia. Sed si ita exponas, nullũ erit membrum quod opponatur τῇ τούτων ἀπειθείᾳ. & bis idem dixerit Apostolus, quod non admittunt hæ uoces. quemadmodum & Ita, ut Erasmus rectè obseruauit. Quod enim dictum fuerat ὑμεῖς ἠλεήθητε τῇ τούτων ἀπειθείᾳ, hoc ipsum in diuersa parte repeteret ἠπείθησαν τῷ ὑμῶν ἐλέει, perinde acsi dicat aliquis, Vt principes diuersunt paupertate populi, ita populi paupertas diuitias addit principibus. quod fuerit ineptissimum. Ambrosius, in uestra miseratione. εἰς ὑμετέρῳ ἐλέει. quam lectionem nusquam inuenio, i. quum essetis ad misericordiam uocati: contumaces fuerũt Iudæi. quę interpretatio tollit etiam antithesin de qua modo dixi. Erasm. sic & isti nunc increduli facti sunt, ex eo quòd uos misericordiam estis adepti, ut & ipsi misericordiam consequantur. Putat enim Apostolum significare misericordiam Gentibus factam, id est Gentium fidem offendiculo fuisse Iudæis ut alienarentur ab Euangelio. Atqui hæc expositio, ni fallor, repugnat sententiæ Pauli ex diametro. Nam contrà uersu undecimo, decimo tertio, decimo quarto, decimo septimo, & in eo qui proximè præcelsit, disertè dixit Apostolus, per Iudæorũ contumaciam partã esse salutẽ Gentibus, & anteà excisos fuisse ramos naturales quàm ascititij insererẽtur. ex quo cõsequitur quod & ipsa historia confirmat, non prius uocatas fuisse Gentes quàm Iudæi Euangelium respuissent. Deinde quod maioris etiam est momenti, tantùm abest ut Gentium uocationem Apostolus censeat obstaculo fuisse Iudęis, ut contrà scribat eam esse à Deo captam occasionem, ut & ipsi Iudæi ex æmulatione Euangelium amplectantur. Quid igitur? nempe unus, ni fallor, Theophylactus hic uidit quod res est. Omnino enim τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει oppositum est superiori illi membro τῇ τούτων ἀπειθείᾳ, & ἵνα explicandum per traiectionem, sublata distinctione quæ post ἐλέει adscribi solet, quum hoc totum τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει non pertineat ad ἠπειθήσαν sed ad ἐλεηθῶσι: sicut in superiore uersiculo τῇ τούτων ἀπειθείᾳ connectitur cum ἠλεήθητε. Ita fiet ut plana sit sententia & cum præcedentibus ac subsequentibus ita consentiens, ut de eius ueritate non possim dubitare. Nam quod antè propositum erat, Iudæorũ offensam saluti fuisse Gẽtibus, non ut perirent Iudæi, sed contrà ut hac salutis Gentium æmulatione accẽsi, fierent & ipsi eiusdem salutis participes: idipsum nunc repetit in cõclusione, ut par erat, nempe sicut per Iudæorum contumaciam Gentes sint consequutę misericordiam, ita Iudæos esse contumaces, non ut pereant, sed ut misericordiæ Gentibus factæ exemplo prouocati, misericordiam & ipsi consequantur. Ita enim placuisse Deo, mirifica illa & incomprehensibili sapientia, tum Gentes tum Iudæos ad misericordiam uocare. Similis uerò traiectionis exempla permulta annotauimus in hac ipsa particula, ut prima Corinthiorum capite 9. c.15, & secunda Corinthiorum secundo b.4. Galat. secundo b.10, Ephesiorum capite tertio d. uersu decimoseptimo. C

Omnes τοὺς πάντας id est, tum Iudæos tum Græcos, de quibus disseruit: quod etiam ostendit adiunctus articulus. Itaque uetus interpres non rectè conuertit, omnia. Et qui hoc loco abuntur ad euertendam æternam Dei prædestinationem, qua nonnullos misericordiæ, nonnullos seueritati sui iudicij destinauit, ita mentiuntur ut etiam ineptias suas apertè prodant.

33 O profundas diuitias Ὦ βάθος πλούτου. Vulgata, O altitudo diuitiarum. Erasmus. O profunditatem diuitiarum, quasi scilicet καὶ σοφίας καὶ γνώσεως pertineat ad βάθος, & dixerit Paulus, O profunditatem diuitiarum, profunditatem sapientiæ, profunditatem cognitionis. Itaque frustrà se torquent nonnulli interpretes dum quærũt quæ sint istæ Dei diuitiæ. Nam ex Hebræorum idiotismo dictum est ὦ βάθος πλούτου, pro ὦ βαθὺ πλοῦτος. &, quod etiam animaduertit Chrysostomus, genitiui sequentes non pendẽt à βάθος, sed à duarum illarum uocum complexu. πλοῦτος uerò Hebræorum etiam more, quem alibi annotauimus, copiam ac abundantiam uocat: & quia sunt ista opes penitus defossæ, & quo maior est opum cumulus, eo etiam altior est ac profundior, ideò profunditatis meminit. Deinde sapientiam & cognitionem pro eodem accipio, ut sit duplicatio Hebræis familiaris.

Iudicia eius, τὰ κρίματα αὐτοῦ. Heb. משפטיו. i. ratio quam tenet in rebus uniuersis ac singulatibus administrandis. Nam iudicare apud Hebræos pro regere & summæ rerum præesse accipitur, ut sæpe annotauimus apud Iohãnem.

Viæ αἱ ὁδοὶ. Heb. דרכיו. i. consiliorum ac factorum ipsius rationes.

Prior dedit προέδωκεν. Noua est ista significatio uerbi προδιδόναι pro antè dare, sicut suprà 9. f.29, προειρήκαμεν accipitur pro antè dicere. Reperio tamen in illa significatione etiam apud Aristotelem lib. Oeconom. 2.

36 In ipsum εἰς αὐτὸν. Vulg. in ipso, ἐν αὐτῷ. quod ego quidem non probo. Nam finem omnium Dei factorum hîc puto significari, Deum scilicet ipsum, ad cuius gloriam omnia referuntur quæcunque sunt in cœlo uel in terra, quemadmodum etiam ab eo condita sunt omnia, & per eum administrantur. neque uero duntaxat in genere de rerum creatione & administratione hæc accipiuntur, sed in primis de nouis ipsius operibus, quæ in electis suis edit. Sed de his copiosè Basil. lib. de Spiritu sancto, ubi de usu istarũ præpositionũ ἐξ, διὰ, & εἰς accuratè & perũdite disputat.

IN CA

A ΚΕΦΑΛ. ιβ.

Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, ἀδελφοί, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ θεοῦ, παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν, θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν.

καὶ μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν, εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τί τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον.

λέγω γὰρ διὰ τῆς χάριτος τῆς δοθείσης μοι, παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν, μὴ ὑπερφρονεῖν, παρὸ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν, ἑκάστῳ ὡς ὁ θεὸς ἐμέρισεν μέτρον πίστεως.

καθάπερ γὰρ ἐν ἑνὶ σώματι μέλη πολλὰ ἔχομεν, τὰ δὲ μέλη πάντα τὴν αὐτὴν ἔχει πρᾶξιν.

CAPVT XII.

1 PRecor igitur uos, fratres, per miserationes Dei, ut sistatis corpora uestra hostiã uiuam, sanctam, acceptam Deo, rationalem illum cultum uestrum: *Hostia Deo placens.* Ephes. 5. d. 17. 1. thes. 4. a. 1.

2 Et ne configuremini seculo isti, sed transformemini per renouationem mẽtis uestræ, ad hoc ut probetis quæ sit uoluntas Dei bona illa, accepta & perfecta.

3 Nam per gratiam quæ mihi data est, edico cuiuis uersanti inter uos, ne *sibi* sapiat suprà quàm oporteat sapere: sed sapiat ad sobrietatem, prout cuique Deus partitus est mensuram fidei. *Sapere.* 1. Cor. 12. b. 111 Ephes. 4. b. 7. *Corpus unum Christiani.*

4 Quemadmodũ enim in uno corpore mẽbra multa habemus, membra uerò omnia eãdem non habent actionem:

IN CAPVT XII.

1 Vt sistatis παραστῆσαι. Allusio est ad ueterem ritum sacrificiorum. Sisti enim oportebat uictimam ad aras. Ideo etiam corporum meminit: quanuis totum hominem σωματικῶς hoc nomine comprehendat. Sequentia autem epitheta complectuntur horum sacrificiorũ comparationem cu ueterib. Nam mortuæ pecudes Deo adolebantur: uiuas nunc hostias requirit. olim sanguine hircorum & taurorum delectabatur Deus (non propriè quidem, sed quatenus pura mente offerebatur ex fide) nunc umbras istas non requirit, sed uerè sibi gratas hostias, totũ scilicet hominem ad pietatem & charitatem ex uerbi præscripto compositum. Vulg. exhibeatis. Eras. præbeatis. Mihi uidetur sistendi uocabulum magis proprium & expressum. Rationalem illum, &c. τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν. i. Spiritualem, ut explicatur 1. Petr. 2. a. 5. Est enim tacita antithesis cultus in quo seipsum homo spiritualiter Deo cõsecrat, & ueteris cultus, in quo bruta, quæ ἄλογα Græci uocant, cæteraque non modò rationis sed etiam sensus expertia, carnalibus adhibitis cæremonijs Deo offerebantur. Vulgata, rationabile obsequium, barbarè: quod deinde nonnulli admodum imperite acceperunt pro eo quod est ratione temperatum, quasi immodico ac superstitioso opponatur.

2 Ne configuremini μὴ συσχηματίζεσθε. Configurandi uerbo utitur in hac significatione Columella. Vulgata, Nolite conformari, μὴ συμμορφοῦσθε. Erasm. Ne accommodetis uos ad figuram, quæsita periphrasi nõ necessaria Bona illa τὸ ἀγαθὸν. Hoc ego accipio pro uoluntatis Dei epithetis. Nam id demum uerè bonum est, acceptum Deo, & omnib. suis numeris constans, quod cum Dei uoluntate consentit. simulq; tacita est allusio ad eas conditiones quæ sub Lege requirebantur in uictimis immolandis: de quibus præcipitur Leuit. 22. c. 22. Articulum autem accipere possumus uel tanquam energiæ causa positum, ut uoluntatis diuinæ præstantiam declaret, uel διαπερ τιλῶς, ut uetus fœdus à nouo distinguatur: uel denique ut per appositionem quam uocant, referat quod præcesserit, idque rursus dupliciter. nempe uel illud duntaxat proximum, Vt probetis quæ sit uoluntas Dei, quod bonum acceptumque & perfectum: quomodo interpretatus est Erasmus: uel totum illud quod superiore quoque uersu dictum est, sicut exposuit Augustinus libro de Ciuitate Dei 10. & epist. 86. itemque Ambrosius. Sed & ante τὸ ἀγαθὸν suppleri potest particula καὶ in epexegesi, ut sit hæc sententia, Ad hoc ut probetis quæ sit Dei uoluntas, & quid bonum, & acceptum & perfectum. quæ interpretatio D. Bucero placuit præ cæteris.

3 Edico λέγω. Id est præcipio. Sic enim accipitur interdum uerbum אמר apud Hebræos, & quod subijacit διὰ τῆς χάριτος τῆς δοθείσης μοι, id est tanquam Dei Apostolus, & Spiritum Dei habens, additum esse apparet tũ ut maioris ponderis esset hoc præceptum, tum uerò ut omnem dicti inuidiam à se auerteret.

Cuiuis παντὶ. Hanc particulam sæpe iam annotauimus interdũ esse indefinitam potius quàm uniuersalem, Vulgata. omnibus. quæ interpretatio non satis exprimit hanc doctrinam ad quosuis & quidem sigillatim pertinere.

Ne *sibi* sapiat suprà quàm oporteat sapere, μὴ ὑπερφρονεῖν παρὸ δεῖ φρονεῖν, Id est, ne sibi immodicè placeat: ut ij solent qui sibi uidentur plus sapere quàm re uera sapiant. Sic enim accipitur interdum uerbum φρονεῖν: quod ut commodius intelligeretur, addidi pronomen sibi, quum alioquin ab Erasmi sententia non dissideam. Omnino enim C uidetur Apostolus in eo esse ut singulos doceat sese intra uocationis suæ limites continere, quod ab homine arrogãte & sui opinione inflato nunquam impetraris. Vulgata, non plus sapere quàm oportet sapere: quasi nos arceat Apostolus à curiosa perscrutatione rerum subtilium magis quàm utilium. Nonnulli demum τὸ φρονεῖν accipiunt pro curare: quasi damnet Apostolus πολυπραγμοσύνην. quas etiam interpretationes minimè repudio.

Ad sobrietatem εἰς τὸ σωφρονεῖν Quid ergo? an est aliqua moderata arrogantia? minimè uerò. sed tamen quẽuis oportet sibi aliquatenus sapere, i. eorum donorum esse conscium quæ à Domino accepit, ut bona conscientia possit uocatione sua defungi. Verùm duo sunt limites quibus definitur ea sobrietas ac moderatio quã requirit Apostolus. Vnus est, ne nobis arrogemus quod non habemus: alter, ne de eo quod accepimus gloriemur, sed acceptis donis utamur cum tremore in Domini gloriam. Alij ad sobrietatem ita interpretantur, quasi poscat Apostolus ut ijs studijs intẽti simus quibus ad modestiã erudiamur. quorũ etiam opinionẽ non improbo. Nam utrãus interpretationem sequaris, sobrietas declarabit ταπεινοφροσύνην, quæ est Chrysostomi germana, ut opinor. expositio. Origenes mauult de temperantia accipere. quod sequitur Augustinus epistola 47. Hieronymus uerò in pugna aduersus Iouinianũ plus æquo incalescens, & in eo ipso peccans quòd hoc loco reprehenditur ab Apostolo, quasi à nemine discere, oẽs uerò erudire posset, hunc locum ad pudicitiam detorquet. Latinos etiam codices emendans in quibus scribitur ad sobrietatem. quum ipse potius magnam reprehensionem mereatur ꝙ hunc locum & alios plurimos impudenter detorserit.

Prout cuique ἑκάστῳ ὡς Manifesta est traiectio particulæ ὡς. cuiusmodi plurimas annotauimus suprà cap. 11. d. 31. Nam manifestus est error In eo ꝙ in nonnullis ueteris editionis codicibus legitur, & unicuique, repugnantibus summo consensu omnibus exemplarib. Græcis. ut planè intempestiuè scripserit Erasmus, Paulum hoc in loco spectasse sensum magis quàm sermonis integritatem: fitque planè ineptus Origenes, subindicans aliquid esse subaudiendũ, quum ait, ut custodiat unicuique sicut diuisit Deus mensuram fidei. Fidei πίστεως. Fidem appellat σωματικῶς cognitionem Dei in Christo, cum donis quæ ex eo manant in fideles per Spiritum sanctum. Idem ergo ualet hoc dictum atque id quod alibi scripsit, pro mensura donationis Christi, Ephe. 4. b. 7. & manifestatio Spiritus, 1. Cor. 12. a. 7. Sed & pro πίστεως in uno codice scriptum inuenimus χάριτος, gratiæ.

Sic multi unum corpus sumus in Christo, singulatim autem alij aliorum membra.

1.Petr.4.b.10 Habentes autem diuersa dona pro gratia quæ nobis data est, siue prophetiam, *prophetemus* pro proportione fidei:

Siue ministerium *uersemur* in ministratione: tum is qui docet, in docendo.

Matt.6.a.2. 2.Cor.9.b.7. Tum qui exhortatur, in exhortatione: qui distribuit, cum simplicitate: qui præest, cum diligentia: qui miseretur, cum hilaritate.

ὅτως οἱ πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμεν ἐν Χριστῷ· τὸ δὲ καθ' εἷς, ἀλλήλων μέλη. A

ἔχοντες δὲ χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διάφορα, εἴτε προφητείαν, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως·

εἴτε διακονίαν, ἐν τῇ διακονίᾳ· εἴτε ὁ διδάσκων, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ·

εἴτε ὁ παρακαλῶν, ἐν τῇ παρακλήσει· ὁ μεταδιδοὺς, ἐν ἁπλότητι· ὁ προϊστάμενος, ἐν σπουδῇ· ὁ ἐλεῶν, ἐν ἱλαρότητι.

Habentes autem ἔχοντες δὲ Male in quibusdam Latinis codicibus expungitur particula autem, quæ prorsus est retinenda, nec id tamen, meo iudicio, quasi hac coniunctione ista connectantur cum præcedenti uerbo ἐσμέν, ut existimauit Erasmus: ex cuius etiam sententia Frobenius post μέλη, id est membra, distinctionem simplicē adscripsit. Nam contrà in omnibus uetustis codicibus plenum punctum scribitur, ut nouam periodum inchoet participium ἔχοντες. & utraque ratio huius distinctionis quam affert Erasm. facilè refelli potest. Illud enim planè nihil est, quod tradit, Apostolum scilicet, quum dixisset, Singuli sumus alius alius membra: ne confusionem imaginaremur, adiecisse, Sumus quidem eiusdem corporis membra, sed habentes dona, &c. Huius enim confusionis suspicionem omnem sustulerat Apostolus quum membra omnia diceret eandem functionem non habere. Deinde altera ratio quæ subijcitur, nihilò est probabilior, nempe absque ista distinctione fore imperfectam orationem. Supplendum enim est necessariò uerbum ex communi loquendi usu, ita ut nos fecimus, cum quo cohæreant ista quæ sequuntur, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, ὁ ἐν τῇ διακονίᾳ, ὁ ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, &c. quę omnia alioquin hiare necesse est, etiāsi ista Erasmi distinctionem sequaris. Nam hic rursus corrupta sunt exemplaria, quæ post προφητείαν, διακονίαν, διδάσκων, παρακαλῶν, &c. non habent adscriptam distinctionem, quasi perpetuo tenore legendum sit, εἴτε προφητείαν κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, &c. repugnantibus omnibus uetustis codicibus Græcis, & ipsa quoque sententia, ut in Græcis scholijs explicatur. Itaque, ut paucis absoluam, particula Autem non fuit rectè expuncta, quia hæc periodus à sententia superioris pendet. Erasmus uerò, neque particulam ἤ rectè conuertit Sed tamen, neque totum hunc locum uidetur percepisse. *Prophetemus* pro proportione fidei κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως Distinctio illa post προφητείαν addita in omnibus Græcis codicibus, & sententia quoque ipsa satis, ni fallor, uel hoc uerbum uel aliud eiusmodi supplendum esse confirmant, ueluti μενέτω maneat, uel γειχέτω incedat, quæ Græcus scholiastes subaudit. B

Neque est cur hæc eclipsis displiceat, quum multæ eiusmodi aut etiam multò duriores soleant in communem loquēdi usum incidere. Puto autem ἀναλογίαν dici quod antea μέτρον uocarat. Quum enim Apostolus monuisset in genere ut quisque sese Deo consecraret, meritò subiecit quæ ad uocationum discrimen pertinent, ut quisque sese intra suæ sortis metas contineat. Id uerò nunc per partes explicat. ac primùm quidem Ecclesiasticarum functionum meminit, quas diuidit in duas species, siue subalternas, quæ uocant, genera, nempe in prophetiam & diaconiam: prophetiæ scilicet nomine comprehendens quæ ad docendi munus pertinēt, diaconiæ uerò alia Ecclesiastica munera, quibus se abdicarunt Apostoli, Act.6.a.2.3.& 4. Iam uero quia in docendi munere non una est functio, sed uarij sunt gradus, neq; in una & eadem functione par est Spiritus mensura, ideo Apostolus prophetas monet ut prophetēt pro fidei proportione. id est ut quisque reuelationis suæ modum teneat, ne unus sibi omnia scire uideatur. quod si seruatum fuisset in Ecclesia, nunquam in ea pericula incidisset, unde quum uix nunc cœperit emergere, cauendum est etiam atque etiam ne eodem relabatur: ni fiat quod monuit Apostolus, 1.Cor.14.f.30.32,& 33. Alioquin prophetiæ nomen angustiore significatione accipitur, ut Ephes.4.b.11,& 1.Corint.12.d.28.& diaconia contrà multo ampliore, ita ut omnia munera ecclesiastica comprehendat, ipsamq; adeò Apostolicam functionem. quia nimirum publicè ac priuatim nos omnes oportet Deo ministrare, ut suprà cap.11.b.13, Act.6.a.4.& 12.d.25.

7 In ministrando ἐν τῇ διακονίᾳ. Erasm. in administratione. quam interpretationem etsi non repudio, tamē illi postpono. Nam priore loco διακονία munus ipsum declarat, posteriore uerò ipsam muneris functionem: quam distinctionem mihi uidetur melius expressisse Vetus interpres gerundi modo.

Tum is qui docet εἴτε ὁ διδάσκων. Vel, ut Vulgata & Erasmus, siue qui docet. Cæterùm quòd Paulus genus dicendi mutat, uideo torsisse nonnullos qui tamen non uidentur eius rei causam cognouisse. Soleat enim à plerisque interpretibus hæc ita explicari quasi quinq; Ecclesiasticas functiones diuersas cōmemoret Apostolus, quod non puto: nec dubito mihi assensuros quicunque attentius hunc locum considerabunt. Puto igitur Paulum in primis, ut antè dixi, Ecclesiasticas functiones perpetuas (alias enim temporarias meritò omittit) ad duo genera reuocare, Apostolorum exemplo, Act.6.a.2.3.4. ut paulo antè diximus: nempe ad prophetiam & diaconiam. quam distributionem etiam sequitur idem noster Apostolus, 1.Tim.3. mentionem duntaxat faciens episcoporum & diaconorum. Deinde singula illa duo genera in duas species diuidere, nempe prophetas in doctores & pastores: diaconos uerò in eos qui eleemosynas distribuunt, in gubernatores, & eos qui curandis ipsis pauperibus Ecclesiæ seruiebant: quales erant ferè uiduæ, de quibus seorsim agitur, 1.Timoth.5.b.9. Vtque hæc distinctio melius intelligeretur, mutauit, opinor, Apostolus dicendi genus. C

In docendo ἐν τῇ διδασκαλίᾳ. Vulgata & Erasmus, in doctrina, quam interpretationem, ut ambiguam, repudio. Doctrina enim ferè Latinis declarat id ipsum quod docetur. quum διδασκαλία hoc loco significet ipsum docendi munus. Cæterùm doctorem uocat Apostolus eum qui Scripturæ dūtaxat interpretationi uacat in Ecclesia, ut pura ac syncera doctrina retineatur, sicut doctissimus interpres in Christianæ religionis institutione uerissimè docuit. Repetendum est autem ἀνὴρ διδάσκαλος uerbum uersetur, tum in hoc membro, tum in alijs sequentibus.

8 Tum qui exhortatur εἴτε ὁ παρακαλῶν. Vetus interpres non legit εἴτε. quam tamen coniunctionem ubiq; inuenimus, & addere necesse est, ut sibi constet distributio. Exhortatorem autem uocat eum qui alibi dicitur pastor, ut 1.Corint.12.d.28,& Ephes.4.c.11: & prophetam quoq; interdum, ut 1.Cor.14.f.31. eum scilicet qui doctrinam cum monitionib. & exhortationib. atq; adeò cum Sacramentorū administratione coniungit. Qui distribuit ὁ μεταδιδοὺς Vetus interpres, qui tribuit. Erasm. qui impertit. Vterq; nimiū lata interpretatione, quū hic significent qui ,pprie diaconi dicunt, ij nimirū qui eleemosynas distribuebāt. Iubetur autē is uersari in suo munere cum simplicitate. i. bona fide & sine personarum respectu. Opponitur enim ἁπλότητι τῇ ἁγνίᾳ, & in his tribus posterioribus οὐ pro σὺ cōmodissimē accipit. Qui præest ὁ προϊστάμενος. Hæc est altera species presbyterorū, eorū scilicet qui politiam Ecclesiasticam administrabāt: qui & ipsi interdum doctrinæ uerbi præerant, ut apparet ex 1.Tim.5.c.17. quorū munus uocat λαβεῖν εἰς, 1.Cor.12.d.28. Qui miseretur ὁ ἐλεῶν. Videtur quidem hoc latius patere: sed quum Paulus agat de functionibus Ecclesiasticis, non potest satis cōmodè hoc accipi de misericordia cui præstādæ tenent quicūq; Christo nomen dederunt. Deinde quū istum distinguat ab eo qui distribuit, ijs assentior qui Paulum existimant proprio quodā dicēdi genere, per eos qui miserentur, eos intelligere qui curāds ipsis pauperibus erant designati, ut ferè erant uiduæ, quarum fit mentio Act.6.a.1,& 1.Tim.5.b.9.

9 Suis

A ἀνάγκη, ἀνυπόκριτον. ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρόν, κολλώμενοι τῷ ἀγαθῷ.

9 Dilectio *sit* minimè simulata. *Sitis* abhorrentes quod malum, agglutinati bono. Amos.5.d.15.

τῇ φιλαδελφίᾳ εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι, τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι.

10 Fraterna charitate alij ad alios amandos propensi. Honore alius alij præeuntes. Ephes.4.a.2. 1.Pet.2.c.17.

τῇ σπουδῇ μὴ ὀκνηροί. τῷ πνεύματι ζέοντες. τῷ κυρίῳ δουλεύοντες.

11 Studio minimè cunctantes. Spiritu feruẽtes. Domino seruientes. 1.Pet.5.b.8.

τῇ ἐλπίδι χαίροντες. τῇ θλίψει ὑπομένοντες. τῇ προσευχῇ προσκαρτεροῦντες.

12 Spe gaudentes. In afflictione tolerãtes. In oratione perdurantes. Luc.18.a.1. 1.cor.16.a.1. Heb.13.a.2.

ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες. τὴν φιλοξενίαν διώκοντες.

13 Necessitatibus sanctorum communicantes. Hospitalitatem sectantes. 1.pet.4.b.13.

εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας ὑμᾶς, εὐλογεῖτε, καὶ μὴ καταρᾶσθε.

14 Benedicite ijs qui uos insectantur, benedicite *inquam*, & ne imprecemini. Matt.5.g.44.

χαίρειν μετὰ χαιρόντων, καὶ κλαίειν μετὰ κλαιόντων.

15 Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus.

τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες. μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι. μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς.

16 Eodem animo inter uos mutuò affecti. Non elatè *de uobisipsis* sentientes, sed humilibus obsecundantes. Ne sitis prudentes apud uosmetipsos. Prouer.3.a.7. esa.5.c.11.

μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες. προνοούμενοι καλὰ ἐνώπιον πάντων ἀνθρώπων.

17 Nemini malum pro malo uicissim reddẽtes. Procurantes honesta corã omnibus hominibus. Prou.20.c.22. matt.5.f.39. 1.Pet.3.b.9. 2.cor.8.d.21.

9 Sitis abhorrentes malum ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρόν. Vulg. odientes, barbarè. Erasm. odio prosequentes, non satis expressè. Plus enim est ἀποστυγεῖν quam μισεῖν. Deinde uerbum sitis, quod necessario subintelligitur, expressi ex Clemente Στρωματέων λόγῳ β, quo loco nonnulla præterea inserit, sed contra omnium codicum fidem, nec iatis aptè. Agglutinati, κολλώμενοι. Vulg. & Erasm. adhærentes, non satis expressè.

10 Fraterna charitate τῇ φιλαδελφίᾳ. Clemens lib. Pædagogi 3, cap. ultimo uidetur hoc cõnectere cum superiore mẽbro. Alij ad alios amandũ propensi. εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι. Vulg. inuicem diligẽtes, nimium, ut ita dicam, dilute. Nam φιλοστοργία non tantùm amorem, sed etiam ipsam ad amandum propẽsionem declarat. Erasmus, ad mutuò nos diligendos propensi, Ego amandos dicere malui, quia, sicut (authore Chrysostomo) plus est φιλεῖν quam φιλεῖν, sic Latinis plus est amare quàm diligere. Sic enim Cicero, Sed tamen ut scires eum à me non dihgi solum, sed etiam amari. Præcuntes προηγούμενοι. Vulg. & Erasm. præuenientes, προφθάνοντες.

11 Domino seruientes. τῷ κυρίῳ δουλεύοντες. Recte hoc subiunxit Apostolus, quo Christianę charitatis prę cepta à philosophorum monitis distinguuntur. & ita in probatissimis quibusque codicib. uetustis & Græcis scholijs legitur. Sic quoque legunt Chrysostomus & Theophylactus, & ita citat hic locus à Basilio in Ethicis, definitione 68, & à Clemente Erasm. tamen interpretatus est, Tempori seruientes. i. καιρῷ δουλεύοντες. quæ lectio annotatur etiam ab Origenis interprete, & Glossa ordinaria quam uocant. explicatur autem tribus modis. Sunt enim qui existiment hoc dicto monere pios ut si quid incommodi acciderit, boni consulant, ut hoc cohæreat cum eo quod sequitur. Alij uerò putant præscribi fidelibus ut pro temporis ratione sese accommodent fratribus: sicut dicit Apostolus se factum esse omnibus omnia. Alij demum καιρὸν accipiunt pro occasione: quòd uelit Paulus nos studiosè omnem iuuandi occasionem captare. quæ interpretatio mihi maximè probatur præ cæteris. Sed utcunque accipias, non expresseris significationem uerbi δουλεύειν, quod plus est quàm sese accommodare tempori, aut occasionem captare. neque puto ullum esse locum Scripturæ in quo simile dictum occurrat. Denique hanc sententiam uix putarim tam commodè posse accipi quàm a Christianissimo prorsus dissideat. Itaque omnino legendum esse puto τῷ καιρῷ, & ab ijs corruptum esse lopud Basilium eo loco quem antè citaui, ita scriptum inuenitur. 13 Necessitatibus ταῖς χρείαις. Ambros. legit, Memorijs ταῖς μνείαις, sed perperã, ni fallor. quãuis ita Latinos codices habuisse scribat Orig. interp. ut Erasm. annotauit.

C 14 Benedicite Εὐλογεῖτε. i. bene precemini. ut opponatur τῷ λοιδορεῖσθαι. Erasm. bene loquamini. Ego uero uocabulũ Theologis usitatum retinere malui: neq; existimo de loquutione duntaxat hic agi, ne hostibus detrahamus, sed de eo potius, ut hosti bene precemur. quod quum Erasmus uiderit, miror cur uel benedicatis uel bene precemini potius non conuerterit quàm bene loquamini. Vide Matth. 5.g.44.

Et ne imprecemini καὶ μὴ καταρᾶσθε. Sic solent interdum Hebræi ταυτολογεῖν, sed ita tamen ut hæc minimè sit inepta aut inutilis ταυτολογία, de qua diximus Iohan. 1.c.20. Gaudete Χαίρειν. Veget sympathiam Christiana Paulus Est autem omnibus nota enallage infinitiui pro imperandi modo, Atticis familiaris.

16 Eodem animo inter uos mutuò affecti, Τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες. i. inter uos cõcordes atq; adeò unanimes. quod Græci uno uerbo dicũt ὁμοφρονεῖν. Vulg. Idipsum inuicem sentientes: duplici errore. Neq; enim τὸ αὐτὸ declarat idipsum, sed idẽ quod tamen nusquã animaduertit Vetus interp. in hac exprimenda sententia, nisi bis, nempe 2. Cor. 13. d. 11, & Philip. 3. c 16. & φρονεῖν non accipitur hoc loco pro sentire. i. sensu percipere, uelintelligere, uel scire, uel opinari (quanuis ita explicent Græca scholia) sed pro affectum esse animo, quem φρόνημα Græci interdũ uocant. Sed & Erasm ibi in eo non constat. Nam τὸ αὐτὸ φρονεῖν alibi uertit idem sentire, infrà 15. a. 5, & Phil. 2 a. 2. non satis recte, opinor & concordes esse Philip. 3. d. 16. & 4. a. 2: item unanimes esse, 2. Cor. 13. d. 11 Quod autem εἰς ἀλλήλους conuertit, alij in alios, mihi non probatur. Neque enim Græcè dicitur φρονεῖν εἰς τινα, sed φρονεῖν τινι. Itaque nõ dubito quin εἰς ἀλλήλους positum sit pro ἐν ἀλλήλοις, ut explicat idem noster Apostolus infrà 15. a. 5.

Humilibus τοῖς ταπεινοῖς. Quum paulò ante τὰ ὑψηλὰ dixerit, poscit antithesis ut ταπεινοῖς accipiamus etiam neutro genere. Nihil aũ æque scindit concordiam atq; ambitio, quã quispiam humilia fastidit, sublimia ambitiosè sectatur Prudentes φρόνιμοι. Erasm. arrogantes. quo sensu idem dictum exposuimus suprà 11. c. 25. Sed hoc in loco ne uideatur inanis esse ταυτολογία, φρονεῖν παρ' ἑαυτῷ accipio pro prudentiæ opinione turgere, & suo iudicio sapere. ita ut sontem arrogantiæ aperiat Apostolus, idque sit plane quod prohibetur Prouer. 3. a. 7, Ne sis חכם i. sapiens in oculis tuis. quod repetitur, Esa. 5. c. 21.

17 Procurantes προνοούμενοι. Sic uertit Erasm. infrà 2. Cor. 8. d. 21, qui tamen hic conuertere maluit, prouidẽ curantes. Vulg. prouidentes, obscure & ambigue. Nam prouidere potius est speculationis quàm actionis, nisi quum

pro cauere accipitur. Hîc uerò Paulus monet ut in primis attenti & soliciti simus de uita bene & honestè instituenda, A
ut nemo quicquam habeat quòd in nobis meritò possit culpare. Quod autem in uulgata editione subijcitur, non tãtùm coram Deo ὃ μόνον ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, in multis codicibus non inuenio: & insertum fuisse opinor ex 2. Corint. 8. d. 21, ut in eo frustra se torserit Erasmus.

Heb. 12. d. 14. Si fieri potest, quantum in uobis est, cum omnibus hominibus in pace uiuentes. 18 εἰ δυνατὸν, τὸ ἐξ ὑμῶν, μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύοντες.

Eccli. 2. a. 18. matt. 5. f. 39. Deut. 32. e. 35. heb. 10. f. 30. prou. 25. e. 22. Non uosmetipsos ulciscentes, dilecti: sed date locum irę: scriptum est enim, Mihi est ultio: ego rependam, dicit Dominus. 19 μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες, ἀγαπητοί, ἀλλὰ δότε τόπον τῇ ὀργῇ. γέγραπται γάρ· ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει κύριος.

Si igitur esurit inimicus tuus, ciba eum: si sitit, da ei potum. hoc enim si feceris, carbones ignis coaceruabis in caput eius. 20 ἐὰν οὖν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου, ψώμιζε αὐτόν. ἐὰν διψᾷ πότιζε αὐτόν. τοῦτο γὰρ ποιῶν, ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.

Ne uincaris ab eo quod malum est, sed uince bonitate malitiam. 21 μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν.

CAPVT XIII. ΚΕΦ. ιγ.

Magistratibus obediendum. Sapien. 6. a. 4. tit. 3. a. 1. 1. Petr. 2. b. 13. OMnis anima Potestatibus supereminẽtibus subiecta esto. non enim est Potestas nisi à Deo: & quæ sunt Potestates, sunt à Deo ordine distributæ. 1 Πασα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω. οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία εἰμὴ ὑπὸ θεοῦ. αἱ δὲ οὖσαι ἐξουσίαι, ὑπὸ τοῦ θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν.

Itaque quisquis *se* opponit Potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi condemnationem ferent. 2 ὥστε ὁ ἀντιτασσόμενος τῇ ἐξουσίᾳ, τῇ τοῦ θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν. οἱ δὲ ἀνθεστηκότες, ἑαυτοῖς B
κρίμα λήψονται.

Nam magistratus non sunt terrori *pro* bonis, operib. sed malis. Vis autem non timere potestatem? quod bonum est facito: & feres laudem ab ipsa. 3 οἱ γὰρ ἄρχοντες οὐκ εἰσὶ φόβος τῷ ἀγαθῷ ἔργῳ, ἀλλὰ τῷ κακῷ. θέλεις δὲ μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν; τὸ ἀγαθὸν ποίει, καὶ ἕξεις ἔπαινον ἐξ αὐτῆς.

18 Si fieri potest *εἰ δυνατόν*. Hæc putat Erasmus connecti posse rectius cum superiore sententia, contra omnium exemplarium fidem, & fortasis non optima ratione. Neque enim cum conditione præcipitur ut uitam honestè instituamus coram omnibus hominibus, sed simpliciter omnino tenetur hoc facere quisquis Christum profitetur: pacem uerò colere cum omnibus sine exceptione, nemo nec potest nec etiam debet.

20 Carbones ignis *ἄνθρακας πυρός* Id est, ignitos seu candentes, ex Hebræorum consuetudine. Sic etiam Solomon ænigmaticè declarat iram Dei alicuius capiti imminentem, & eo quidem ardentiorem quo maior est alicuius peruersitas, ueluti eius qui ne benignitate quidem prouocari potest ad eum diligendum qui pro accepta iniuria beneficium referat.

21 Ab eo quod malum est *ὑπὸ τοῦ κακοῦ*. Vulgata & Erasmus, à malo, ambiguè.

IN CAP. XIII.

1 Omnis anima *Πᾶσα ψυχή*. Anima per Hebraicam synecdochen pro homine ponitur, ut alibi quoque annotauimus: hîc uerò uidetur hoc dicendi genus non carere emphasi. ut dicat Apostolus omnes mortales, nullo prorsus excepto, subijci magistratui oportere. Videant igitur quo iure priuilegia immunitatis hodie iactent, qui se Ecclesiasticos uocant. Hi uerò si uerbo Dei credere nolunt nisi addita Patrum interpretatione, saltem audiant quid in hunc locum scripserit Chrysostomus. Sic enim habet ad uerbum, *Οὐ πᾶσι ταῦτα διατάττεται καὶ ἱερεῦσι καὶ μοναχοῖς, ἀλλὰ τοῖς βιωτικοῖς μόνον, ἵν' ἀφορμὴν μὴ τοῦτο δῶμεν πονηρίας, ὅταν λέγωμεν πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω. πᾶν γὰρ ἀνυπόδετος ἦς, εἶτε συναγωγὴς, εἴτε προφήτης, εἴτε ὁτισοῦν. δῆλον γὰρ ὡς τοὺς ἀνοσίους ὑπετάγη.* Hæc ille, qui, Deus bone, si hodie uiueret, quàm acerbè in lupum illum mueheretur, qui non modò regibus non subijcitur, sed ipsa etiam regna & imperia transfert, & tamen Christi uicarius uult uideri? Cæterùm qui Origenis ingeniũ nosse uolet, legat quàm fœdè hunc locum deprauarit. Supereminentibus *ὑπερεχούσαις*. Hoc positum est *αἰτιολογικῶς*. Causa enim affertur cur subijci nos oporteat magistratibus: quia nimirum in superiore gradu sunt collocati. Vulg. sublimioribus, non obscura modò, sed periculosa interpretatione, ut quæ sic possit accipi, quasi summis duntaxat magistratibus, non inferioribus, sit parendum. Sunt à Deo distributæ *ὑπὸ τοῦ θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν*. Vulg. & Eras. à Deo ordinatæ sunt. Ego uerò hæc uerba, A Deo, putaui postponenda uerbo subsũtiuo, ut falsæ distinctioni ansam præciderem, quæ nonnullos fefellit. Quidam enim legunt, quæ uerò sunt à Deo, ordinatæ sunt, quasi Græcè scriptum sit *ἀπὸ* non *ὑπό*. Præterea quia Vetus interpres *ἐξουσίαι* non legit (quod tamen uocabulum in omnibus uetustis codicibus inuenimus: & nisi addatur, nemo non uidet *ἀπὸ θεοῦ* subaudiendum) nonnulli pro ordinatæ legerunt ordinata, quasi Græcè scriptum sit, *τὰ ὄντα, ἀπὸ τῶ θεοῦ τεταγμένα ἐστίν*. Cæterum participium *τεταγμένα* Vulgata & Erasmus conuerterunt ordinatæ, quam interpretationem essem amplexus, nisi uiderẽ eius uerbi ambiguam significationem, errorem obiecisse nonnullis. Nam quia ordinare interdum idem declarat atque instituere, & ex mandato faciendum aliquid decernere, censuerunt Paulum his uerbis ostendere Deum esse magistratuum dignitatis authorem. Id uerò ego ita esse fateor: sed quum in superiore membro sit hoc diserte dictum ab Apostolo, causam non uideo cur hoc ipsum iterũ inculcet, & quidẽ addita particula ἤ, quę non eadẽ, sed diuersa solet copulare: quantũ quidẽ obseruare potui. Existimo igitur Apostolum primùm quidem testari in genere ius ipsum & potestatem magistratus à Deò esse: deinde uerò, quia uarij sunt magistratuum gradus, & dixerat oportere omnes nõ uni alicui potestati sed potestatibus subijci, huius etiam potestatis distributionem & *τάξιν* eidem Deo uẽdicare, ut extremis etiam ordinibus parendum esse sciamus. Sunt aũt hæc duo cõnexa, id est magistratus dignitas & eius dignitatis distributio: ut utrunq; Apostolus meritò uocet *διάταγὴν τοῦ θεοῦ*. i. Dei ordinationem, in proximo uersiculo.

2 Ipsi sibi *ἑαυτοῖς*. Sic rectè Vetus interpres, pro quo Erasmus non rectè sibijpsis substituit: ut sensus ipse ostendit. Rectius quoque Vetus interpres *κρῖμα* uertit damnationem, quàm Eras. iudicium.

Ferent *λήψονται*. Sic Latini dicunt non impunè, uel inultum ferre, & pretium ferre ob stultitiam. Vulgata, ac quirunt, neglecta temporis ratione. Eras. accipiant, obscurè, ut diximus, Matth. 23. b. 14.

3 *Pro* bonis operibus *τῶν ἀγαθῶν ἔργων*. Vulg. boni operis, nimium obscurè. Erasm. bene agentibus, rectè expressa sententia. Ego studui propius abesse à Græcis. Nam etiam in uno codice scriptum inuenimus, *τῷ ἀγαθῷ ἔργῳ*.

5 Necesse

A θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστί σοι εἰς τὸ ἀγαθόν. ἐὰν δὲ τὸ κακὸν ποιῇς, φοβοῦ· οὐ γὰρ εἰκῇ τὴν μάχαιραν φορεῖ· θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστιν, ἔκδικος εἰς ὀργὴν τῷ τὸ κακὸν πράσσοντι. 4

Dei enim minister est tibi in bonũ. Quòd si feceris quod malum est, time. non enim temerè gladium gestat. nam Dei minister est, ultor ad iram ei qui quod malum est fecerit.

διὸ ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι, οὐ μόνον διὰ τὴν ὀργὴν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ συνείδησιν. 5

Quapropter necesse est subiici, nõ solùm propter iram, sed etiam propter conscientiam.

διὰ τοῦτο γὰρ καὶ φόρους τελεῖτε· λειτουργοὶ γὰρ θεοῦ εἰσιν εἰς αὐτὸ τοῦτο προσκαρτεροῦντες τοῦτο. 6

Propter hoc enim & uectigalia soluitis: siquidem ministri Dei sunt in hoc ipsum incumbentes.

ἀπόδοτε οὖν πᾶσι τὰς ὀφειλάς· τῷ τὸν φόρον τὸν φόρον· τῷ τὸ τέλος τὸ τέλος· τῷ τὸν φόβον, τὸν φόβον· τῷ τὴν τιμὴν, τὴν τιμήν. 7

Reddite igitur omnibus quod debetis: cui tributum *debetur*, tributum: cui uectigal, uectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. *Tributum.*

μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, εἰ μὴ τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους· ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον, νόμον πεπλήρωκε. 8

Nemini quicquam debeatis, nisi *hoc*, ut alij alios diligatis. (nam qui diligit alterũ, Legem expleuit. *Dilectio.*

τὸ γάρ, οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις, οὐκ ἐπιθυμήσεις, καὶ εἴ τις ἑτέρα ἐντολή, ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται, ἐν τῷ· ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. 9

Siquidem illud, Non mœchaberis, Non occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices, Non concupisces: & si quod aliud *est* mandatum, in hoc sermone summatim comprehenditur: nempe, Diliges proximum tuum sicut teipsum.

ἡ ἀγάπη τῷ πλησίον κακὸν οὐκ ἐργάζεται. πλήρωμα οὖν νόμου ἡ ἀγάπη. 10

Charitas proximum non afficit malo. cõsummatio itaque Legis est charitas.)

καὶ τοῦτο, εἰδότες τὸν καιρόν, ὅτι ὥρα ἡμᾶς 11

Idq; perspecta oportunitate, quòd *scilicet*

5 Necesse est subiici ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι. Vulgata, necessitati. uel, ut alij codices habent, necessitate subdi ipsa etiam sententia repugnet. Neque enim præcipit Apostolus ut pareamus magistratibus, quòd urgeat necessitas: quasi liceat alioquin iugum excutere sed potius quia æquissimum est ut Dei ministro subijciamur, neq; res est media seu ἀδιάφορος, sed eiusmodi ut hominis etiam conscientiam obliget. Cæterùm qui Origenem legerit in hunc locum, cõperiet hinc quoque Anabaptistas sui furoris principia hausisse, aut illum certe ipsilem furijs olim fuisse agitatum quibus hodie Anabaptistæ.

C 6 Ministri λειτουργοί. Vide Act. 13. a. 2. Incumbentes προσκαρτεροῦντες. Vulgata, seruientes, non satis expresse. Videtur enim Apostolus hoc uerbum usurpasse, ut ostenderet à magistratu pondus minimè leue sustineri, oppugnãdi scilicet malos, & bonos tuendi: ut planè inuicta quadam ac diuina animi fortitudine instructum esse oporteat qui publico hoc munere ita defungi uelit ut Deo fidem suam approbet. Itaque meritò illis & uectigalia solui, & honorem, tanquam reip. caussa infinitos labores perferentibus, tribui. Nos uerò alibi προσκαρτερῶν uertimus perdurantes. sed diuersa constructione.

7 Cui tributum, τῷ τὸν φόρον. Subaudi ὀφείλουσιν, uel χρηματιζόντων, ut in epigram. dicitur ὀφείλουσι τὰς εἰκόνας, cui debentur imagines. Ideo expressi uerbum, ne quis putet τῷ pro ᾧ positũ quod Ionibus est peculiare. Cæterùm meo iudicio, φόρος dicitur capitatio, id est tributum quod in capita ciuium, aut uiritim aut pro census ratione imponitur: quod & εἰσφορὰν, id est collationem, uocari puto, id scilicet quod taleam uernaculo sermone Galli uocant. τέλος uerò quicquid alio nomine persoluitur reipublicæ, ut decumæ, portoria, scriptura, & quæ pro inuectis aut exportatis mercibus persoluuntur.

7 Cui timorem τῷ τὸν φόβον. Timorem, Hebræorum more, uocat obedientiam, eamq; ex animo proficiscentem Honoris autem nomine intelligit reuerentiam quam magistratui habere par est, eamq; synceram & uoluntariam: cuiusmodi fuit illa Q. Fabij Maximi, filium Consulem reuerentis, ut refert Liuius Dec. 3. lib. 4. quanquam multo altius assurgere nos iubeat Paulus.

8 Debeatis ὀφείλετε. Incertum est, inquit Erasmus, an sit Debetis, indicandi modo, an Debete. Atqui res ipsa nullũ huic amphiboliæ locum relinquit. Sed & ex duabus interpretationibus quas affert. altera quam Ambrosio asfingit, nihil tale cogitanti, ita est inepta. ut mirer homini tam ingenioso in mentem uenire potuisse: quasi scilicet superiora ad magistratus Ethnicos referantur, ista uerò ad Christianos. Id uerò quum sit absurdissimũ, unde tandem colligunt Ambrosio placuisse? Scribit enim, inquit, in hunc locum, Pacem uult nos habere, si fieri potest, cum omnibus dilectionẽ uerò cum fratrib. Quasi uerò Ambrosius, quũ hæc scriberet, cõpararit cũ hoc dicto superiores huius capitis uersiculos acnõ potius superioris capitis uersiculũ 18, quòd affines inter se sententias cõtineant. Itaq; quod etiã in præfatione monui, & cũ tanti uiri pace dictũ uelim, sicut Eras. diligentiã laudo, ita maiorẽ in eo attentionẽ interdũ requiro. Sed adrem. Scitè & perfectè & pereleganter Paulus, quũ de nostro in magistratũ officio aut pietate potius dissereret, nunc omniũ forensiũ litium ac controuersiarum fontem aperit, nempe quòd suũ cuiq; nnonisi inuiti, & magistratus imperio coacti reddamus, unde fit ut postea nobis sit inuidiosum & exosũ magistratus nomẽ. Videte ergo. inquit, ne cuiquam quicquam debeatis, nisi hoc unũ ut uos mutuò diligatis. Nam hoc quidem debiti genus, eiusmodi est ut bonus uir semper inueniat quod proximo debeat, ac proinde sese hoc ueluti ære alieno libens obstrictum esse fateatur 9 Summatim comprehenditur ἀνακεφαλαιοῦται. Id est, in summam ac compendiũ redigitur. Nam tota Lex nihil aliud quam amorem Dei & proximi præcipit, sed perfectũ & omnibus numeris absolutum. Sed tamen quuum Apostolus de mutuis hominum officijs differat, Legis uocabulum hoc in loco ad secundam tabulam restringendum est. Vulgata, instauratur, ut planè uideatur legisse ἀνακαινοῦται uel ἀναπλοῦται. 11 Idq; διαὶ τοῦτο Vulg. Et hoc, admodum obscurè. Neq; enim hoc cohæret cum participio εἰδότες, sed cum eo quod dixerat

uersũ

uersu 8, nemini quicquam debeatis. Cui dicto, quum Apostolus subiecisset rationem quæ paulò longiore confirmatione indigebat, nunc tandem ad institutum redit. Addutur autem hæ particulæ, orationis amplificandæ causa, ut initio Officiorum Ciceronis, Quanquam te iam annum audientem Cratippum, idque Athenis, abundare oportet, &c. A

Perspecta oportunitate *εἰδότες τὸν καιρόν*, Vulg. & Eras. scientes, uel, quum sciamus tempus, admodum obscure. Nos Græcum hoc dicendi genus ad uerbum sic exprimimus In uernaculo sermone, *neu le temps, ou, neu la saison*. Quę sit autem hæc opportunitas, statim subijcit per epexegesin. Propius nos est salus *ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία*. Vulg. propior est nostra salus. Potest enim *ἡμῶν* etiam connecti cum *σωτηρία* per traiectionem: cuius aliud exemplũ annotauimus Iohan. 15. b. 10, ut Veterem interpretem Erasmus non optimo iure flagellarit.

Quàm quum credidimus *ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν*. Eras. quàm quum credebamus. Nam, inquit: sub Mose opinio fuit potius salutis quam salus, & umbra potius quàm res. Atqui Apostolus Romanis scribit non Iudæis: & quanuis in Romana Ecclesia nonnulli etiam essent qui ex circuncisione credidérant, tamen quum minimus fuerit hic numerus, sit autem hæc uniuersalis doctrina, non sit mihi uerisimile hoc ita explicandum ut ad solos Iudæos pertineat. Puto igitur cum doctissimo interprete, Apostolum tempus illud designare quod fidem præcesserit, à quo scilicet sumpsit hoc argumentum, quasi diceret, Olim antequam crederemus, frustrà hæc nobis essent dicta: nunc uerò quum non iam lõgissimè à nobis absit salus, ut antea, sed proximè ad nos accesserit, danda est opera nehanc occasionem uideamur neglexisse. Itaque *ἐγγύτερον* non ita est accipiendum quasi quod antea esset propinquum, cœperit esse propinquius, sed quia quòd longissimè ac planè aberat, iam propius sit admotum. quam interpretationem uel hoc confirmat quòd tẽpus illud tenebris nocturnis comparat, ut etiam Act. 26. d. 18, & Ephes. 4. d. 28, & alijs plurimis locis

ἤδη ὥρα ὑμᾶς ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι· νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡμῶν ὁ σωτηρία, ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν.	tempestiuum iam fit nos à somno expergisci Nunc enim propius nos est salus, quam quũ credidimus.
ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν. ἀποθώμεθα οὖν τὰ ἔργα τοῦ σκότους, καὶ ἐνδυσώμεθα τὰ ὅπλα τοῦ φωτός. 12	Nox præterijt, dies autem aduenit. Abiicia mus igitur opera tenebrarum, & induamur habitu qui luci conueniat.
ὡς ἐν ἡμέρᾳ, εὐσχημόνως περιπατήσωμεν, μὴ κώμοις καὶ μέθαις, μὴ κοίταις καὶ ἀσελγείαις μὴ ἔριδι καὶ ζήλῳ. 13	Vt interdiu, compositè ambulemus: non *in* comessationibus & ebrietatibus, non cubilibus ac proteruijs, non lite & inuidia. B
Induere Christũ *ἀλλ' ἐνδύσασθε τὸν κύριον ἰησοῦν χριστὸν καὶ σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίας.* 14	Sed induamini Domino Iesu Christo, & carnis curam ne habeatis ad *explendas* cupiditates.

ΚΕΦΑΛ. ιδ. CAPVT XIIII.

De infirmis incibis & ratione dierum.

Τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει, προσλαμβάνεσθε, μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν 1	EVm uerò qui fide est infirmus, assumite non *tamen* ad certamina disputationum *ineunda*.

12 Præterijt *προέκοψεν*. uel, ut Cyprianus interpretatur Sermone de zelo & liuore, transijt. Vulgata, præcesserit, pro quo Erasmus legendum putat, processit. Ipse autem conuertit, progressa est, quasi significetur noctem nondum totam præterijsse, sed penè totam: ita scilicet ut quum sub aurorę aduentum rarescunt tenebræ. Ego uerò etsi fateor nos nondum plena luce frui, tamen hanc interpretationem non probo. Nam ipsa etiam aurora tribuitur dici, non nocti, & ubique uideo credentium conditionem non extremæ nocti, sed luci comparari, quasi iam nox pręterierit, ut 2. Cor. 4. b. 6, & 6, b. 14, Ephes. 5. b 8, & deinceps 1. Thes. 5. a. 5. 6 & 7, Col. 1. b. 13. 1. Iohã. 2. b. 8, ubi usurpatur quidẽ uerbum *παράγεται*, sed uel præteriti loco, uel certè declarando fidei progressui. Neque repugnat significatio uerbi *προκόπτειν*, quum non semper accipiatur pro promouere & progredi, sed etiam pro *διέρχεσθαι*, ut diserte explicatur apud Sudam. Deinde haud scio an *προκόπτειν*, pro procedere seu progredi, de eo dicatur qui recedat à nobis. poscit autem omnino antithesis uerbi *ἐγγίζειν* ut *τὸ προκόπτειν* de noctis recessu accipiatur.

Aduenit *ἤγγικεν*. Vulg. appropinquauit. quod uerbum mox dicam cur hoc loco repudiarim Eras. in annotationibus, Appropinquat siue In propinquo est, nempe ut superiorem interpretationem uerbi *προέκοψεν* tueretur. Ego uerò ijs rationibus adductus quas superiore annotatione dixi, puto præteriti perfecti significationem prorsus retinendam, & uerbum *ἤγγικεν* respondere Hebræorum uerbo קרב quod quidem non modo dicitur de eo quod non procul absit, sed etiam de eo quod iam adsit præsens, ut Leuit. 9. b. 8, Deut. 25. b. 11, Malach. 3. a. 5, & alibi sæpe. Neque uerò id mirum, quum nihil sit propinquius eo quod est ad manum. quamobrem etiam apud Latinos accedere utraque illa significatione usurpatur, propinquare, tam ęuel appropinquãre, quod quidem sciam, non item. Itaque perspicuitatis causa *ἤγγικεν* cõuerti potius aduenit quàm accessit aut appropinquauit. C

Opera tenebrarum *ἔργα τοῦ σκότους*. Id est eam uitam quam agere solent qui lucis conspectũ fugiunt. qua de re poeta uere & eleganter dixit, Nox & amor uinumque nihil moderabile suadent: Illa pudore caret, Liber amorq; metu. In quam sententiam disseritur quoque Ephes. 5. c. 12, & 1. Thes. 5. b. 7. quanquam tenebrarum nomen latius hic patet, totam scilicet superiorem uitam comprehendens in Christi ignoratione transactam. Habitu qui luci conueniat *τὰ ὅπλα τοῦ φωτός*. Vulg. & Eras. arma lucis quæ interpretatio mihi uidetur perobscura. Etsi enim in re non dissimili Apostolus armorum meminerit 1. Thes. 5. b. 8, tamen non uideo cur arma lucis commemorer, quum nulla sint arma tenebrarum quæ illis opponantur. deinde quod statim subijcitur, ostendit metaphoram ab habitu & cultu corporis sumptam esse, de quo nimirum soliciti sunt omnes modesti homines, non noctu, quum à nemine cõspiciuntur, sed interdiu, ut nihil indecorum appareat. Latè autem patet appellatio *τοῦ ὅπλου*, adeo ut apud Homerum *τὸ ὁπλίζεσθαι* accipiatur pro *ἀνταρτίζεσθαι*, id est instrui & apparari. 14 Induamini Domino Iesu Christo *ἐνδύσασθε τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστόν*. Persistit Paulus in metaphora: sed & alioquin apud Hebræos uerbũ לבש ita usurpari solet in re quauis, cuius accessione uel ornamur (ut quum dicitur aliquis indui decore, salute magnificentia, iustitia) uel contra dedecoramur, ut indui confusione, maledictione, desolatione. Videt tamẽ peculiaris esse energia istius formulæ, quòd in possessionem Christi mittamur, ita ut ille sit in nobis & nos in illo, ut Galat. 3. d. 27. sicut dicitur Spiritus Domini induisse Gedeonem, Iud. 6. f 34. Hoc aũt loco fructus sanctificationis significat Apostolus à Christi Spiritu exorientes, quibus uult nos esse ornatos, ut copiosius explicat Coloss. 3. b. 10, & 12. & deinceps. IN CAP. XIIII.

1 Eum qui fide est infirmus *τὸν ἀσθενοῦντα τῇ πίστει*. Quid fides declaret hoc in loco, diximus suprà 4. d. 19. Assumite *προσλαμβάνεσθε*. Id est, adiũgite uobis & quidẽ ultrò expetite, nedũ ut medię & indifferentis rei causa eius consortium desugiatis. Plus enim est *προσλαμβάνεσθε* quàm uenientẽ excipere. Quidã uertit, opitulemini: neq; uerbo ipso, neque sensu satis fœliciter expresso. Differũt enim significatione & cõstructione *τὸ προσλαμβάνεσθαι* & *αὐτίλαμβάνεσθαι*, quo utitur Paulus Act. 20. g. 35.

Non

A Non *tamen* ad certamina disceptationum *ineunda μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν* Vel, ad disputationum ambigui tates, id est, ut uarijs & perplexis disputationibus discedat incertior quam uenerit, aut perturbata cõscientia resiliat. Nam ex multiplicibus significationibus uerbi *διακρίνειν* hæ duæ mihi uidentur ad hunc locũ appositissimæ. Vulg. non in disceptationibus cogitationum, quasi *εἰς* pro *ἐν* accipiatur, & *διάκρισις* idem ualeat atque *διάκρισις*. quali denique *διαλογισμὸς* hic declaret cogitationem, quum multò cõmodius pro dissertatione posit intelligi. Erasmus, ad diiudicationes disputationum ac fateor quidem *διακρίνειν* id interdum declarare, sed non tamen hoc loco, ut mihi uidetur. Nam re uera assumi debet infirmus, ut diiudicentur disputationes, id est ut tandem agnita ueritate firmior euadat, sed pedetentim hoc fieri iubet Apostolus, ut nulla sit contentio, neque disputatio inanis, aut non suo loco adhibita. Quidam demum hunc locum ita conuertit, Siquis autem imbecilla fide est, huic nulla cum animi disputatione opitulemini. sententia profectò non modò non expressa, sed etiam ualde deprauata. Cæterùm quòd Tamen suppleuimus, ideo fecimus, ut hiatus constructionis expleretur, quòd alioqui uideatur integrum membrum deesse. Deinde adiecimus participium meunda, sicut etiam in extremo uersiculo superiore: ut ista formula in qua præpositio *εἰς* ad finem declarandum adhiberetur, aliquanto mollior euadat Latinorum auribus.

ὃς μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα, ὁ δὲ ἀσθενῶν	2	Alius quidem credit uescendum esse qui
λάχανα ἐσθίει.		busuis: alius autem *fide* infirmus edit olera. *De abie.*
ὁ ἐσθίων τὸν μὴ ἐσθίοντα μὴ ἐξουθενείτω, ὁ	3	Qui edit, non edentem ne pro nihilo ha-
δὲ μὴ ἐσθίων τὸν ἐσθίοντα μὴ κρινέτω· ὁ θεὸς γὰρ		beat: & qui non edit, edentẽ ne condemnet.
αὐτὸν προσελάβετο.		Deus enim eum assumpsit.
σὺ τίς εἶ ὁ κρίνων ἀλλότριον οἰκέτην; τῷ ἰδίῳ	4	Tu quis es qui condemnas alienum famu
κυρίῳ στήκει, ἢ πίπτει· σταθήσεται δέ· δυνατὸς		lum? proprio domino stat aut cadit. stabilie
γάρ ἐστιν ὁ θεὸς στῆσαι αὐτόν.		tur autem: potest enim Deus eum stabilire.
ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, ὃς δὲ	5	Alius quidem æstimat diem præ die. A- *Dies.*
B κρίνει πᾶσαν ἡμέραν.		lius autem peræquè æstimat quemuis diem.

2 Credit *πιστεύει*. Id est, nouit ex fide. siue, persuasus est per Dominũ Iesum, ut explicatur infrà uersu 14. Nam *πιστεύειν* aliud significat quam *νομίζειν*, id est putare. quod non uidetur Erasmus satis attentè considerasse, quum interpretaretur Credit, id est putat.

Alius autem fide infirmus *ὃς δὲ ἀσθενῶν*. Sic potius lego quam *ὁ δὲ ἀσθενῶν*. quia non præcesserit *ὁ μὲν* sed *ὅτι μὲν* quum alioquin, utrouis modo legas, eadem prorsus maneat sententia. Solent enim Græci in distributionibus, non tantùm præpositiuis, sed etiam postpositiuis articulis uti: ut Luc. 23, c. 33, & infrà uersu 5. Cæterùm nolui simpliciter infirmum dicere, sed fide adiunxi ex superiore uersiculo, nequis meptus (quales sunt nimium multi) quia sit olerum mentio, putet infirmos à Paulo uocari quos oportuit ægrotos uocare. Nam ita existimarunt qui in Vulgata editione, pro, olus manducat, scripserunt olus manducet, ut apparet ex Origene qui totum hunc locum scœdissimè corrupit: ubi explicat quod suprà scriptum est cap. 4. d. 19. Abrahamum non fuisse infirmatum fide.

Edit olera *λάχανα ἐσθίει*. Vulg. olus manducet, ut in pleriſque codicibus legitur, manifesto errore. Nam præter quam quòd omnia Græca exemplaria scriptum habent *ἐσθίει* non *ἐσθίετω*, sententia ipsa prorsus flagitat ut utrunq; membrum exprimatur non imperandi, sed indicandi modo. ut *ἰῆς* non possim assentiri qui conuertunt *φαγεῖν* uescarisconsulti, applicare. Ac prior quidem iste sumptus est à ciborum discrimine: alter uerò quem complectitur uersiculus 5, ad discrimen dierum pertinet. Nihil ergo præcipitur in his uersiculis duobus, 2 scilicet & 5, sed ponitur species, deinde subijcitur doctrina.

3 Ne condemnet *μὴ κρινέτω* Vulg. & Erasmus ne iudicet, nimium obscurè, ut alibi sæpe in hoc eodem uerbo peccatum est, quum ex Hebræorum more, simplex *κρίνειν* pro *διακρίνειν* sit positum, tum hoc in loco, tum in sequentibus uersiculis aliquoties. Sed & in superiore membro *ἐξουθενείτω* non satis expressè conuertit uetus interpres spernat, neq; Erasmus, despiciat: quum significet aliquid amplius, nempe pro nihilo habere. Voluit enim Paulus hoc uerbo repræsentare immodicum eorum fastum qui Christianæ libertatis cognitione tumidi, cæteros uix dignos putant quos uel pili faciant: alioquin Charitas poscit ut prudenter & amicè moneantur.

4 Stabilietur autem *σταθήσεται δὲ*, Vulg. stabit autem, *στήκει δὲ*. Erasmus imò fulcietur ut stet. Ego uerò, ut de
C periphrasi nihil dicam, puto hoc prorsus cohærere cum eo quod dixerat *ἢ πίπτει* aut cadit, hoc scilicet accõmodans ad infirmum, qui dum mauult carnibus prorsus abstinere & oleribus uesci, quàm cibum immundum attingere, sanè in eo ostendit se nondum stare, id est nondum firmo gradu consistere, atque adeo ueluti ruinam minatur. sed tamen (inquit Apostolus) non est quòd idcirco eum ut desperata salute condemnes. Quem enim asciuit Dominus, eum suo tempore stabiliet.

5 AEstimat diem præ die *κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν*. Secunda est ista species, eorum scilicet qui discrimina dierum ex Legis præscripto obseruabant: ut plane sint hallucinati ueteres Græci (à quibus deceptus etiam est Ambrosius) quum hic nescio quid comminiscerentur de ijs qui uel alternis diebus uel quotidie ieiunabant. Quanuis enim *ἡμέραν παρ' ἡμέραν* significet alternos dies, tamen no perpetua est ista significatio, ut quæ locũ nullum habeat in cõstructione actiua quam uocant, cuiusmodi hæc est. Deinde nulla est ieiunij mentio. & res ipsa ostendit de Legis cæremonijs indifferentibus hic differi, quarum causa non uult Apostolus Ecclesiam scindi, sed infirmitati fratrum aliquid ad tempus concedi. Itaque assentior Erasmo, qui tradidit *παρὰ* hoc in loco relationem declarare, ut in prouerbio, *παροψίαν παρὰ παροψίαν*. quanquam nolim conuertere diem iuxta diem, ac multo etiam minus diem supra diem, cum Hieronymo, quanuis sic accipiatur *παρὰ* Heb. 3. a. 3. Spectandum enim est quid cuique loco conueniat. ac mihi quidem uidetur *παρὰ* prorsus hic respondere Latinæ propositioni præ, ut in illo Terentij, Quum te postputasse omnes res præ parente intelligo. Sed & in uerbo *κρίνειν* interpretando, quod nonnullos torsit magnopere, doctissimum interpretem libens sum sequutus. Nam inter cætera *τὸ κρίνειν* significat iudicium ferre de re quapiam, quodquidem sine æstimatione fieri non potest: quum iudicare nihil aliud sit quàm quanti rem aliquam facias uel tecum inire uel apud alios dicere, quæ expositio & simplicissima est & sententiæ Apostoli accommodatissima.

Nam quominus accipias pro *διακρίνειν*, id est discernere seu distinguere, obstat proximum membrum: quod istam expositionem nullo modo admittit, & tamen, ut sibi constet antithesis, simili ratione debet explicari. Quod autem quidam *τὸ κρίνειν* accipiunt pro sanctificare, id est pro præstantiore & sanctiore habere, quanuis sententiæ cõueniat, tamen mihi uidetur coactum: nisi quis exemplum simile proferat. Postremò si *κρίνειν* conuertas iudicare, obstura fuerit expositio: quũ nemo facilè intelligat quid sit iudicare diẽ præ die, ac multo minus, iudicare quẽuis diem aut de quouis die libuit tamen more meo adscribere uarias interpretationes, ut cuique suum iudicium integrum seruetur. Sic igitur Vulgara, Nam alius iudicat diem inter diem. Sic Augustinus in quæstionibus huius Epistolæ (quem sequitur Budæus) Alius quidem iudicat alternos dies. sic Hieronymus libro aduersus Iouinianum secundo, Alius iudicat diem plus quàm diem. Sic denique Erasmus, Hic quidem iudicat, diem ad diem conferens.

Peræque

Peræque existimat quenuis diem κρίνει πᾶσαν ἡμέραν Vulg. iudicat omnem diem. quod nemo intelligat. Eras. idem iudicat de quouis die, sententia recte expressa. Malui tamen hic quoque doctissimi interpretis uestigijs hærere, quòd minus recedat à Græcis. Nequis autem quærat cur aduerbium peræque addiderimus, quum κρίνειν simpliciter duntaxat significet æstimare, sciendum est hoc aduerbium inclusum esse in πᾶσαν syncategoremate non uniuersali hoc in loco, ut etiam suprà uersu 2, sed particulari indefinito. A

Vnusquisq; in animo suo plenè certus esto ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοὶ πληροφορέσθω. Vel in eo quod ipse sentit, siue sententiæ suæ, certus esto, si libeat τὸν νοῦν pro sententia seu consilio accipere. Sed malim quidē ego pro conscientia interpretari, ut scilicet unusquisque apud se posit meritò dicere quod commemorat Apostolus infra uersu 14. se nosse ac sibi esse persuasum per Dominum Iesum, nihil esse per se impurum. Itaque τὸ ἀδιάφορα καὶ ἀκαθάρτους εἶναι κυρίῳ Ιησοῦ, (nam hoc quoque addendū est) optimè est expositio uerbi πληροφορεῖσθαι. de quo abundè etiam diximus Luc. 1. a. 1. Vulg. unusquisque in sensu suo abundet, id est unusquisque mentem suam sequatur: siue (ut Ambrosius explicat) consilio suo remittatur. Atqui præterquam quòd abundare in suo sensu, proprie dicitur de homine præfracto & obstinato, neque πληροφορεῖσθαι significat abundare, neque hæc sententia, Christiana esse potest. Dominus enim Deut. 12. a. 8. etiam de rebus medijs & indifferentibus differens, diserte prohibet nequis faciat quod sibi usum fuerit: & innumerabilibus locis damnat bonas, quas uocant, intentiones. Sed & Apostolus noster paulo pòst aperte reijcit hoc commentum, quum dicit neminem sibijpsi uiuere aut mori, & ἀθελοθρησκίας damnat Coloss. 2. b. 8, & d. 23. 1. Tim. 4. a. 1, & 3. Itaque hanc interpretationem prorsus repudio, ut & illam Erasmi quæ in idem recidit, Vnicuique sua mens satisfaciat. Neque rursus ijs assentior qui hoc unum putant præcipi ab Apostolo, ut nemo dubia aut hæsitante cōscientia quicquam hic aggrediatur. Neque enim satis est ut conscientiæ testimonium cum eo quod facimus consentiat, sed hoc in primis est curandum, ut conscientia nostra ex uerbo Dei certioretur. Quid si enim ea fallatur? ut certè falli nesse est nisi uerbo Dei nitatur: in quo nobis ille suam uoluntatem plenissime patefecit. Hoc est igitur quod hic urget Apostolus, nempe ut pro eo quòd tam prompti erant in sese uicissim condemnandis, unusquisque potius de seipso sit solicitus: ut & firmis de sua libertate bene constet, & infirmi quoque quotidie proficiant.

Vnusquisq; in animo suo plenè certus esto. ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοὶ πληροφορείσθω.

Qui curat diem, Domino curat: & qui nō curat diem, Domino nō curat, Qui edit, Domino edit: gratias enim agit Deo: & qui non edit, Domino non edit, & gratias agit Deo. 6 ὁ φρονῶν τὴν ἡμέραν, κυρίῳ φρονεῖ· καὶ ὁ μὴ φρονῶν τὴν ἡμέραν, κυρίῳ οὐ φρονεῖ· ὁ ἐσθίων, κυρίῳ ἐσθίει· εὐχαριστεῖ γὰρ τῷ θεῷ· καὶ ὁ μὴ ἐσθίων, κυρίῳ οὐκ ἐσθίει, καὶ εὐχαριστεῖ τῷ θεῷ. B

Nullus enim nostrum sibijpsi uiuit, & nullus sibijpsi moritur. 7 οὐδεὶς γὰρ ἡμῶν ἑαυτῷ ζῇ, καὶ οὐδεὶς ἑαυτῷ ἀποθνήσκει.

Viuere. Mori. Nam siue uiuimus, Domino uiuimus: siue morimur, Domino morimur. Siue igitur uiuamus, siue moriamur, Domini sumus. 8 ἐάν τε γὰρ ζῶμεν, τῷ κυρίῳ ζῶμεν· ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, τῷ κυρίῳ ἀποθνήσκομεν· ἐάν τε οὖν ζῶμεν, ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, τοῦ κυρίου ἐσμέν.

6 Qui curat ὁ φρονῶν. Vulg. qui sapit, quod Erasmus rectè mutauit. Nam φρονεῖν etiam declarat animum ad aliquid adijcere, & de re quapiam serio cogitare. unde factum est ut Paulus eos dicat φρονεῖν ἡμέραν qui hunc uel illum diem peculiari quadam ratione obseruant. agens scilicet non de quouis dierum discrimine (qua in re proculdubio hallucinati sunt ueteres plerq; interpretes) sed de eo demum quod in Lege Mosis præcipitur, ut appareat ex eo quod scriptum est Coloss. 2. c. 16. C

Domino curat, Κυρίῳ φρονεῖ. Id est, Domini est iudicium, rectene faciat quum diem curat, an secus. Itaque cur non potius laboratis de eo utquisq; se Deo approbet, quàm ut aliena curetis? Hæc enim est conclusio harum rationū quę subijcitur infrà uersu 12 & 13. & paulo ante quoque id attigerat Apostolus quum diceret, suo Domino stat aut cadit, id est, siue stet siue cadat. res Domini agitur, non tua. Neque uero ignoro aliter hunc locum & alios sequentes solere à recentioribus etiam explicari: quorū sententiæ nihil præiudico. Tantùm dico hanc expositionem mihi uideri cum ijs quæ subijciuntur optimè consentire, ut omnes rationes minimo negotio posint connecti. Sed quodcunque accipias, notanda hic sunt tria, nequis uniuersalem hanc doctrinam esse putet. quum charitas præcipiat ut alii de aliorum salute soliciti simus, & quæ contra Dei uoluntatem fiunt, ut minimè facta reprehendamus. Primùm, de solis rebus suapte natura medijs & indifferentibus hic agi, & quidem ijs demum quæ sub Lege indifferentes non erant. Deinde non facti ipsius iudicium, modò moderatio adhibeatur ex charitatis regula, sed id demum quo personæ ipsę damnātur, à Paulo reprehendi. Tertiò, non de præfractis & pertinacibus (quos alibi canes & concisionem uocat, Philip. 3. a. 2. & quibus ne tantillum quidem cedere uoluit, Galat 2. a. 4, & 5.) sed de infirmis hic differi, quibus scilicet Dominus nondum integram libertatem Christianam patefecerat. Itaque non est quòd quidā iustiusmodi testimonijs abutantur ut ἀθελοθρησκίας suas stabiliant: aut Academici, ut suam ἀκαταληψίαν inuehant.

Et qui non curat, &c. Καὶ ὁ μὴ φρονῶν, &c. Totum hoc membrum deest in Vulgata editione, & Latinis aliquot interpretibus: sed in Græcis omnibus exemplaribus, & apud Photium, quoque in Græcis scholijs reperitur: & sane omnino addendum est, ut aliquid opponatur superiori membro de ijs qui diem curant. quod nonnisi coacta interpretatione posis de firmis accipere: quanuis in contrariam sententiam Erasmus nōnihil uideatur inclinare.

Qui edit ὁ ἐσθίων. Id est, qui nullum facit ciborum discrimen. Huic opponitur, Qui non edit, id est qui cibos non attingit quos immundos putat ex Lege. Neque enim simpliciter agit de edendo aut non edendo, ut rectè annotauit Augustinus: sed ex uersu secundo explicandum est hoc dictum. quod quum Græci non uiderent & ex Latinis Ambrosius, putarunt hic Apostolum de ieiunijs disserere. Cæterùm quum Erasmus per Qui edit, maluerit dicere Qui uescitur: ego contra, propter amphiboliam, malui ueterem interpretationem retinere. Sequitur enim Domino uescitur: quod etiam sexto casu posset accipi ab imperitis.

7 Sibijpsi uiuit ἑαυτῷ ζῇ. Sibi uiuere Latinis dicitur, qui se unum respicit, ut ex suo unius arbitrio ac uoluntate uiuat. pro quo Hebræi dicunt חיה לנפשו id est benefacere animæ suæ, ut Psal. 49. c. 19. Hic ergo Paulus negat fideles sibi uiuere, nempe quòd non suam, sed Domini uoluntatem sateantur ex gratiarum actione se habere pro uitæ regula: denique ita uiuant ut Domino sibi reddendam uitæ rationem cogitent: cuius scilicet iuri & potestati subsint. Quorsum igitur, inquit Paulus, hoc iudicium in conseruum tuum usurpas? Facit autem mortis quoq; mentionem, non modò ut plenissimum hoc ius Domini esse ostendat, quod ne morte quidem terminetur, sed etiam in primis quia hæc iudicia quæ reprehendit, ad futuram uitam præcipuè pertinent: quasi scilicet homines eam habeant in sua potestate, ut cui dicant esse ademptam, ei adimatur à Deo.

A εἰς τοῦτο γὰρ Χριστὸς καὶ ἀπέθανε, καὶ ἀνέστη, καὶ ἀνέζησεν, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ. 9

In hoc enim Christus & mortuus est & resurrexit & reuixit, ut & mortuis ac uiuentibus dominetur.

σὺ δὲ τί κρίνεις τὸν ἀδελφόν σου; ἢ καὶ σὺ τί ἐξουθενεῖς τὸν ἀδελφόν σου; πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ. 10

Tu uerò cur iudicas fratrem tuum? aut etiam tu, cur pro nihilo habes fratrem tuū? Omnes enim iistemur apud tribunal Christi.

γέγραπται γάρ· ζῶ ἐγώ, λέγει κύριος, ὅτι ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ θεῷ. 11

Scriptum est enim, Viuo ego, dicit Dominus: Quoniam mihi *sese* flectet omne genu: et omnis lingua confitebitur Deo.

ἄρα οὖν ἕκαστος ἡμῶν περὶ ἑαυτοῦ λόγον δώσει τῷ θεῷ. 12

Nempe ergo unusquisq; nostrū de seipso rationem reddet Deo.

μηκέτι οὖν ἀλλήλους κρίνωμεν, ἀλλὰ τοῦτο κρίνατε μᾶλλον, τὸ μὴ τιθέναι πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ, ἢ σκάνδαλον. 13

Ne amplius igitur alius de alio iudicemus: sed hic potius adhibete iudicium ut ne offendiculum ponatur fratri aut scandalum.

οἶδα καὶ πέπεισμαι ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ, ὅτι οὐδὲν κοινὸν δι' ἑαυτοῦ· εἰ μὴ τῷ λογιζομένῳ τι κοινὸν εἶναι, ἐκείνῳ κοινόν. 14

Noui, & persuasum habeo per Dominum Iesum, nihil esse impurum per se, nisi *quod* ei qui existimat aliquid esse impurum, *id* ei impurum *est*.

εἰ δὲ διὰ βρῶμα ὁ ἀδελφός σου λυπεῖται, οὐκέτι κατὰ ἀγάπην περιπατεῖς. μὴ τῷ βρώματί σου ἐκεῖνον ἀπόλλυε, ὑπὲρ οὗ Χριστὸς ἀπέθανε. 15

Verùm si propter escam frater tuus tristitia afficitur, non iam secundum charitatem ambulas: ne esca tua illum perdas pro quo Christus mortuus est.

μὴ βλασφημείσθω οὖν ὑμῶν τὸ ἀγαθόν· 16

Ne uestrum igitur bonum blasphemetur.

9 Et mortuus est, & resurrexit & reuixit ἀπέθανε καὶ ἀνέστη καὶ ἀνέζησεν. Hic plurimum uariant codices. Nam in uetustis codicibus legitur ἔζησεν, sed eodem sensu: quum ex Hebræorum more simplicia soleant pro compositis usurpari, nisi malimus, ex Erasmi sententia, præteritum uixit interpretari pro præsenti, uiuit, ne uideatur Paulus ταυτολογεῖν, quāquam alia etiam ratione occurri potest battologiæ, si resurrexit & reuixit, perinde accipiamus ac si scriptum esset, resurgens reuixit. Id est per resurrectionem nouum uitæ statum est consequutus. Ambrosius uerò legit ἀπέθανε καὶ ἔζησεν καὶ ἀνέστη, & uixit, & mortuus est, & resurrexit. Paulinus autem codex, quo usus est Eras. scriptum habebat, & mortuus est & reuixit ἀπέθανε καὶ ἀνέζησεν. quam lectionem Chrysostomum sequutū esse apparet ex commentario, eo tantùm excepto quod pro ἀνέζησεν legit ἔζησεν. Sic enim scribit in extremo, διὰ τοῦτο ἔζησεν. At ex contrario, Vulgatæ editionis exemplaria pleraque scriptum habent, & mortuus est & resurrexit, διὰ τοῦτο ἀπέθανε καὶ ἀνέστη ita ut ἔζησεν expungatur. Sed utcunque legas, eadem manet sententia.

11 Viuo ego ζῶ ἐγώ. Hebraicè חי אני quæ formula est iurisiurandi, & quidem Deo peculiaris, ut qui unus uerè sita unius ui ac potestate existat. Perinde est ergo acsi diceret Dominus, tam certò futurum aliquid, ac certum est ipsum uiuere, id est Deum esse. Itaq; quanuis Esaiæ 45. d. 23 (quem locū hic citat Paulus) non sit חי אני sed בי נשבעתי id est per meipsum iuraui, tamen quod ad sententiam ipsam attinet, Apostolus nihil mutauit.

Mihi *sese* flectet omne genu ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ. Omisit hic nonulla Apostolus, ut qui non constituerit syllabas numerare, sed ita tamen ut integra maneat sententia. Quod autem in Complutensi editione additur ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, cœlestium, terrestrium, & inferorum, puto irrepsisse ex Philipp. 2. b. 10.

Confitebitur Deo ἐξομολογήσεται τῷ θεῷ. Id est me agnoscet pro Deo. Cæterùm quod in Hebræo legitur תשבע כל לשון sub. לי id est iurabit omnis lingua mihi, in idem prorsus recidit. Est enim iusurandum, uera ac aperta eius Dei professio, quem ut testem & perium uindicem appellamus, adeò quidem ut interdum σωμπλοχικῶς iusiurandum declaret uniuersum Dei cultum, ut Esa. 19. c. 18.

C 13 Sed hic potius adhibete iudicium ἀλλὰ τοῦτο κρίνατε μᾶλλον. Vulg. sed hoc iudicate magis. Erasmus. Verū illud iudicate magis, minimum certè obscure, ut multo præstiterit usurpare periphrasin. Est autem elegans antanaclasis in uerbo κρίνειν, quod quum inpriore membro significet τὸ λιαταμίνειν, id est damnare, in hoc posteriore declarat iudicio & consideratione uti in aliqua re constituenda. Obliquè enim (ut argutè & uerè obseruauit doctissimus interpres) malignos istos censores perstringit, qui huc conferunt totum suum acumen, ut aliquid carpendum inueniant in fratrum uita, quum potius omne rationis iudicium huc conferre oporteret, ne suo neglectu fratres suos uel præcipitent, uel in aliquod offendiculum impellant. Itaque ut istam antanaclasin utcunque seruaremus, priore loco maluimus κρίνειν conuertere iudicemus quàm damnemus.

Aut scandalum ἢ σκάνδαλον. Sic nonnulli distinguūt πρόσκομμα & σκάνδαλον, ut illud quidem de eo dicatur qui ita impingat ut tamen non concidat: scandalum uerò ruinam complectatur. Ideo conuertit Erasmus, aut lapsus occasio. Sed contra fortassis σκάνδαλον minus est quàm πρόσκομμα quanquam de hoc nolim litigare. Hoc quidem certum est, ut hæc differentia hoc loco ualeat, tamen non esse perpetuam.

14 Persuasum habeo πέπεισμαι. Id est ἐπληροφορῆσθαι, nimirum à Domino Iesu: cuius spiritu erat edoctus, uel, per Dominum Iesum. quem scilicet didici suo aduentu maceriam diruisse, & omnes istas umbras depulisse. Vulgata, confido. id est πέποιθα.

Impurum κοινὸν. Vulg. & Eras. ad uerbum, Commune. de quo diximus Matth. 15. b. 11, Nos quidem nostræ interpretationis authorem habemus Petrum Act. 10. b. 14, qui τὸ κοινὸν interpretatur ἀκάθαρτον. Quod autem præterea suppleuimus, omnino deerat explendæ constructioni. Per se δι' ἑαυτοῦ. Id est φύσει natura, ut rectè exponit Erasmus ex Chrysostomo & Theophylacto. Vulg. Per ipsum δι' αὐτοῦ, quæ lectio plane est deprauata, quanuis in nonnullis etiam codicibus uetustis & in Græcis scholijs inueniatur, nisi existimemus αὐτὸ pro αὐτὸ positum esse quod interdum apud idoneos authores inueniri docet prolatis exemplis Budæus. Nam Per ipsum interpretari cum Theodorito, per Christi beneficium: uel cum Seueriano, per Deum, mihi nimis coactum uidetur.

16 Vestrum ὑμῶν Vulg. nostrū, ἡμῶν, contra omniū nostrorū codicū fidem, nulla tamen sensus iniuria. Significat enim Paulus beneficiū illud Christianæ libertatis, cuius & ipse particeps erat. Id uerò conquerit maledicētiæ hominū exponi, quū nonnullorū abusu fit ut infirmi clamitent Euangelio rescindi Dei uoluntatē, ac proinde hāc doctrinā à Deo non esse.

Blaspheme-

Blasphemetur βλασφημεῖσθω. siue, malè audiat. Eras. hoc unum maledicentiæ sit obnoxiũ. quę periphrasis mihi non uidetur satis expressa, ut intelligamus hanc maledicentiam in Deum ipsum redundare. Vide Matth. 9. a. 3. A

Regnum Dei.

Non enim est regnum Dei, esca & potus: sed iustitia, & pax, & gaudium per Spiritum sanctum.

17 ὁ γὰρ θεοῦ ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, βρῶσις καὶ πόσις, ἀλλὰ δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη καὶ χαρὰ ἐν πνεύματι ἁγίῳ.

Nam qui per hæc seruit Christo, gratus est Deo, & acceptus hominibus.

18 ὁ γὰρ ἐν τούτοις δουλεύων τῷ χριστῷ, εὐάρεστος τῷ θεῷ, καὶ δόκιμος τοῖς ἀνθρώποις.

Nempe igitur quę ad pacem faciunt, sectemur, & quæ ad mutuam ædificationem.

19 ἄρα οὖν τὰ τῆς εἰρήνης διώκωμεν, καὶ τὰ τῆς οἰκοδομῆς τῆς εἰς ἀλλήλους.

Ne cibi causa dissoluas opus Dei. omnia quidem pura: sed malum *est* homini qui edit cum offendiculo.

20 μὴ ἕνεκεν βρώματος κατάλυε τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ, πάντα μὲν καθαρά, ἀλλὰ κακὸν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ διὰ προσκόμματος ἐσθίοντι.

Scandalum.

Bonum *est* non uesci carnibus, neq; bibere uinum, neq; *quicquam* in quo frater tuus impingit, aut offenditur, aut infirmus est.

21 καλὸν τὸ μὴ φαγεῖν κρέα, μηδὲ πιεῖν οἶνον μηδ' ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου προσκόπτει, ἢ σκανδαλίζεται, ἢ ἀσθενεῖ.

Tu fidem habes: apud temetipsum habe coram Deo. Beatus qui non condemnat seipsum in *eo* quod approbat.

22 σὺ πίστιν ἔχεις; κατὰ σαυτὸν ἔχε ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. μακάριος ὁ μὴ κρίνων ἑαυτὸν, ἐν ᾧ δοκιμάζει.

Qui uerò ambigit, si ederit, condemnatus est: quoniam non *edit* ex fide. quicquid uero ex fide non est, peccatum est. B

23 ὁ δὲ διακρινόμενος, ἐὰν φάγῃ, κατακέκριται, ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως. πᾶν δὲ ὃ οὐκ ἐκ πίστεως, ἁμαρτία ἐστίν.

CAPVT XV.

ΚΕΦ. εἰ.

Infirmi ferendi.

Debemus autem nos qui firmi *sumus*, imbecillitates infirmorum portare, ac nõ indulgere nobisipsis.

1 Ὀφείλομεν δὲ ἡμεῖς οἱ δυνατοὶ τὰ ἀσθενήματα τῶν ἀδυνάτων βαστάζειν, καὶ μὴ ἑαυτοῖς ἀρέσκειν.

Proximo placendum.

Itaque unusquisq; nostrum proximo indulgeat in bonum, *id est* ad *eius* ædificationem.

2 ἕκαστος γὰρ ἡμῶν τῷ πλησίον ἀρεσκέτω εἰς τὸ ἀγαθὸν πρὸς οἰκοδομήν.

18 Per hæc οὐ τούτοις id est. Qui pacem ac iustitiam tranquillè colit per Spiritum sanctum. Vulg. in hoc, id est οὐ τούτῳ, ita scilicet ut ad Spiritum sanctũ referatur. quam lectionem inuenimus in uno uetusto codice, Ambrosio, Origene, Augustino denique libro de moribus Manichæorum secundo, cap. 14.

19 Et quæ ad ædificationem *ἃ καὶ τὰ τῆς οἰκοδομῆς*, Familiare est Paulo ædificandi uerbum, quo significantur omnia officia quæ proximo debemus, uel ut Christo adiungatur, uel ut ei iam adiunctus, quotidie magis ac magis coalescat. Dicuntur enim fideles esse templum Dei in quo scilicet per Spiritum sanctum resideat: & totus fidelium cœtus ingenti alicui ciuitati, id est nouæ Hierusalem, comparatur, ex ipsis fidelibus quasi lapidibus constructæ. ut pereleganter ac planè Diuinitus describitur. Esa. cap. 54. & Apoc. cap. 21.

20 Cum offendiculo *διὰ προσκόμματος*. Vulg. & Eras. per offendiculum. Ego uerò existimo *διὰ* hoc in loco respondere בית Hebræorum, pro *μέτα* uel *σὺν* usurpatę. Nam *διὰ* pro *σὺν* interdum poni annotauimus suprà 4. b. 11. *σὺν* uero pro *σὺν* toties iam obseruauimus ut pigeat exemplum adscribere.

22 Tu fidem habes: *σὺ πίστιν ἔχεις*. Quid sit fides hoc in loco, & quid fidem habere, docuit ipse Apostolus suo exemplo suprà uersu 14. nempe certum ac securum esse libertatis Christianæ in rebus medijs & indifferentibus: ut ipse quoque Chrysostomus interpretatur. Id uerò notandum est diligenter aduersus eos qui suo torpori hunc Apostoli locum obtendunt, quasi fidei professio nõ requiratur. Cæterùm quum post *ἔχεις* sere adscribi soleat nota interrogationis, ego ueteres omnes nostros codices & Græca quoque scholia sequutus, sustuli. Videntur enim hæc potius per concessionem quàm per interrogationem dici. C

Approbat *δοκιμάζει*. Id est quod amplectitur. Multi enim sunt qui dubia conscientia aliquid audeant, aliorũ scilicet exemplo facti audaciores, de quibus agitur proximo uersiculo. Alijs potius placet examinandi uerbum: quia scilicet multi sunt quos conscientia non redarguit, qui tamen grauissimè peccant. Id uerò fit quòd alijs cogitationibus occupati in facta sua non inquirant. Censent ergo nonnulli Paulum hoc adiecisse ut stuporem conscientiæ à iudicio distingueret.

23 Qui uerò ambigit *ὁ δὲ διακρινόμενος*. uel hęsitat aut secum disceptat. Vulgata, qui autem discernit. Erasmus, qui autem dijudicat. Vide Matth. 21. b. 21. Peccatum est *ἁμαρτία ἐστίν*. Hic in omnibus nostris uetustis codicibus & Græcis etiam scholijs attexuntur tres uersiculi qui in impressis solent hanc epistolam claudere, nempe decimi sexti capitis uers. 25 incipiens à *τῷ δὲ δυναμένῳ*, 26. & 27, desinens in *ὦ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας*, ac fortassis præter omnium codicum consensum. non desunt etiam aliæ rationes quibus probetur hæc potius hoc loco misceri debere quàm ad calcem epistolæ reijci. Noluimus tamen in recepta lectione quicquam mutare.

IN CAP. XV.

1 Indulgere *ἀρέσαι*. Vulgata & Erasmus, placere. Atqui apud Latinos placere sibi dicitur qui effertur & gloriatur: de quo non agit proprè hoc loco Apostolus, sedde eo potius qui cæteris contemptis sui unius rationem habet, idque unum spectat, ut animo suo morem gerat. quod uitium & si cum illo coniunctum est, tamen nonnihil est diuersum. *Itaque* unusquisque *ἕκαστος*. In codicibus impressis addi solet particula *γάρ*, quam nos expunximus, quòd in omnibus nostris codicibus uetustis deesset. pro qua in uno duntaxat scriptum erat *ἕκαστος δέ*. Nam certè non uideo quis hic sit locus illi coniunctioni, etiamsi pro expletiua accipias. Animaduerti autem aliquotis Paulum in his præceptis particulas omittere quibus connectatur oratio: quemadmodum fit in eo dicendi genere quod Phalereus *διαφορολογίαν ἐρμηνείας* uocat, ut suprà 13. d. 13, & 14. d. 15. Id uerò quum quispiam non animaduerteret, suppleuit *γάρ* quam deinde alius mutauit in *δέ*. quum potius conueniret *οὖν*, illatiua scilicet coniunctio.

Nostrum

καὶ γὰρ ὁ χριστὸς οὐχ ἑαυτῷ ἤρεσεν, ἀλλὰ, καθὼς γέγραπται. οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε, ἐπέπεσον ἐπ' ἐμέ.

3 Etenim Christus non indulsit sibiipsi, sed, sicut scriptum est, Conuitia eorum qui conuitiantur tibi, inciderunt in me.

ὅσα γὰρ προεγράφη, εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν προεγράφη, ἵνα διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως τῶν γραφῶν τὴν ἐλπίδα ἔχωμεν.

4 Nam quę antè scripta sunt, in nostram doctrinam scripta sunt: ut per patientiam & consolationē Scripturarū, spem habeamus. *Scripturarum usus*

ὁ δὲ θεὸς τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως δῴη ὑμῖν τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν ἀλλήλοις κατὰ χριστὸν ἰησοῦν,

5 Deus autem patientiæ & consolationis *author* det uobis ut eodem animo inter uos mutuò affecti sitis secundum Christum Iesum.

ἵνα ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ στόματι δοξάζητε τὸν 6
θεὸν καὶ πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ.

6 Vt concorditer uno ore glorificetis Deū ac patrem Domini nostri Iesu Christi.

διὸ προσλαμβάνεσθε ἀλλήλους, καθὼς καὶ ὁ 7
χριστὸς προσελάβετο ὑμᾶς εἰς δόξαν θεοῦ.

7 Propterea assumite alij alios, sicut & Christus assumpsit nos in gloriam Dei.

λέγω δὲ ἰησοῦν χριστὸν διάκονον γεγενῆσθαι 8
περιτομῆς ὑπὲρ ἀληθείας θεοῦ, εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων·

Illud autem dico, Iesum Christum ministrum fuisse circumcisionis, pro Dei ueritate, ut confirmaret promissiones Patrum: *Christus implet ut promissiones Iudæis factas.*

τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἐλέους δοξάσαι τὸν θεὸν, 9
καθὼς γέγραπται· διὰ τοῦτο ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἔθνεσι, καὶ τῷ ὀνόματί σου ψαλῶ.

Et ut Gentes pro misericordia glorificent Deum: sicut scriptum est, Propterea confitebor tibi inter Gentes & nomini tuo psallam. *Gentibus facta misericordia.*

καὶ πάλιν λέγει· εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ 10
λαοῦ αὐτοῦ.

Et rursum dicit, Gaudete Gentes cum populo eius.

καὶ πάλιν· αἰνεῖτε πάντα τὰ ἔθνη τὸν κύριον, καὶ 11
ἐπαινεσάτωσαν αὐτὸν πάντες οἱ λαοί.

Et rursum, Laudate Dominū omnes Gentes, & collaudate eum omnes populi.

καὶ πάλιν ἡσαΐας λέγει· ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ ἰεσσαὶ, 12
καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν.

Et rursum Esaias dicit, Erit radix Iesse, & qui exurgat ad imperandum Gentibus, in ipso Gentes sperabunt.

Nostrum ἡμῶν, Vulgata, uestrum ὑμῶν, quod non æquè probo, quia præcessit ὠφέλιμον debemus, & sequitur ἡμετέραν nostram uersu 4. Vtitur tamen Apostolus interdum huiusmodi transitionib. ut suprà 13. d. 13, quum dixisset περιπατήσωμεν ambulemus, subiecit, εὐθύδοσεσθε induite. Sic enim frequenter solent Hebræi. In bonum ἐν ἀγαθῷ. id est cum ipsius bono ac commodo quod postea explicat. Sic enim hāc formulam usurpat Apostolus, ut suprà 8. c. 28. & 13. a 4, quam & nos libenter retinuimus. Non desunt tamen qui hoc loco εἰς ἀγαθὸν explicent, pro εὐ ἀγαθῷ, id est in re bona & honesta, quòd non sit in re quauis indulgendum proximo. Sed hoc mihi non satis aptum uidetur. Est enim id omnibus magis notum quàm ut dici oportuerit. & optimus est sui interpres Apostolus, quum subiicit πρὸς οἰκοδομὴν, illud scilicet explicans quod uideri potuisset obscurius. Quid sit autem οἰκοδομεῖν, diximus suprà 14. d. 19.

3 In me ἐπ' ἐμέ. Vt sermo sit absolutus, dicendum potius ἐπ' αὐτὸν in eum: sed huiusmodi multa incidunt in quotidianum sermonem, quæ sententiam nihil immutant: quanuis si quis propius inspiciat, parum uideantur cohærere. Sed & alia ratione possumus huic loco mederi, nempe si post ἀλλὰ aliquid eiusmodi suppleas, sed alijs, uel, sed nobis, uel sed Deo, quod tamen mihi coactius uidetur.

4 Et consolationem καὶ τῆς παρακλήσεως. Vel, exhortationem, ut legit Ambrosius. Vtrunq; enim Græco uocabulo conuenit. Sed illud tamen uidetur melius cohærere cum patientia.

5 Vt eodem animo affecti sitis τὸ αὐτὸ φρονεῖν. Vulg. idipsum sapere, de quo diximus suprà 12. c. 16.

7 Assumite παραλαμβάνεσθε. Vulg. suscipite, quod non uidetur satis expressum, ob eam causam quam diximus suprà 14. a. 1. Assumpsit nos in gloriam Dei προσελάβετο εἰς δόξαν θεοῦ. Id est, nos minimè dedignatus, ultrò adscituit quos gloriæ Dei faceret participes. Quidam uerò conuertit, ut & Christus nobis opitulatus est ad gloriam Dei, sententia, ni fallor, deprauata. quamuis hoc quoque uerissimum sit, quicquid beneficij in Christo percipimus, ad Dei Patris gloriam redundare, ut scriptum est Ephe. 1. b. 6. Sed tamen quod Chrysostomus & Theophylactus εἰς δόξαν θεοῦ. connectunt cum προσλαμβάνεσθε, mihi planè uiolentum uidetur. Deinde pro eo quod Vetus interpres δόξαν couertit honorem id est τιμὴν, Erasmus rectius interpretatus est Gloriam. Videtur enim magnificentius quiddam declarare, u. ipse recte annotauit. Nos ὑμᾶς. Vulg. uos ὑμᾶς. Sed ego illud malo.

8 *Illud* autem dico λέγω δέ. Quum autem nos dico à Christo in gloriam Dei assumptos. hoc est quod significare uolo, Christum scilicet, &c. Vulgata, dico enim λέγω γάρ, id est, Hoc enim affirmo. quam lectionem in duobus uetustis exemplaribus inuenimus, & ego maximè probo. Vult enim Apostolus confirmare utrosque tum Iudæos tum Gentiles ab uno Christo esse Assumptos, ut Christi exemplo ad mutuam in eodem Christo concordiam inuitet. Itaque optimè uidetur conuenire particula causalis.

Circumcisionis τῆς περιτομῆς, Id est circumcisorum. Iudæorum scilicet intra quorum fines se cōtinuit quandiu inter homines uersatus est, ut de se testatur, Matth. 15. c. 24. Alioquin dici non potest circumcisionis minister, id est Legis, quam suo aduentu abrogauit, aut potius compleuit. Pro Dei ueritate ὑπὲρ ἀληθείας θεοῦ. Id est, ut Deum ueracem esse constaret. Veritas enim hoc quoq; loco sic accipitur, ut diximus suprà 3. a. 7. Patrum τῶν πατέρων, Id est Patribus factas. 9 Et ut Gentes τὰ δὲ ἔθνη. Id est καὶ τὰ ἔθνη. Est enim coniunctio ἡ συμπλεκτικὴ τῆς διανοίας, ut loquitur Gaza. Repetitur ergo à communi εἰς τὸ, & utrunq; membrum cum uerbo γεγονῆσθαι cohæret. Sic enim fuit Iudæorum minister Christus, ut Euangelium quoque uoluerit Gentibus annuntiari, quemadmodum ipse diserte testatur, Iohan. 10. c. 16. Certè λέγω pro iubeo & δοξάσαι pro δοξάσασθε accipi non potest nisi admodum uiolenta interpretatione: quāuis ita nideatur interpretari Græcus scholiastes. Cōfitebor tibi ἐξομολογήσομαί σοι. Id est, aperte profitebor & celebrabo nomen tuum, ex Hebræorum idiotismo, quem explanauimus Matth. 10. c. 32.

10 Gaudete εὐφράνθητε. Totus hic locus Deut. 32. f. 43, ita est corruptus in Græca editione quæ sub nomine

Septuaginta legitur, ut uix ullum appareat Hebraicæ ueritatis uestigium. sic autem habēt Hebræa חרנינו גוים עבור, A id est ut Hebræi interpretes explicāt, Celebrate ó Gentes, populi eius. Paulus antem uel suppleuit עם עבור ut sit עם עבור uel sententiam spectauit. Non possunt enim Gentes populum Dei ut fœlicem ac beatum ex animo laudare, quin eius fœlicitate affecti, eundem undem etiam Deum agnoscant.

12 Et qui exurgat ad imperandum Gentibus ἀναὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν Hebræa habēt עמדו לגוי עבדים id est, quæ stat ui uexillum populorum Græci igitur sententiam potius quàm uerba sunt sequuti, quòd sub principis uexillo agat populus. In ipso sperabunt ἐπ' αὐτῷ ἐλπιοῦσιν Hebraicè ידרשו id est ipsum requirent. Idem uerò sen sus est. Nam uulgatissimo Scripturæ usu, Quærere Deum, nihil est aliud quàm in ipsum sperare.

Quòd utinam Deus spei impleat uos omni gaudio & pace incredendo: ut spe abundetis per uirtutem Spiritus sancti.

13 ὁ δὲ θεὸς τῆς ἐλπίδος πληρώσαι ὑμᾶς πάσης χαρᾶς καὶ εἰρήνης ἐν τῷ πιστεύειν, εἰς τὸ περισσεύειν ὑμᾶς ἐν τῇ ἐλπίδι, ἐν δυνάμει πνεύματος ἁγίου.

Persuasum autem habeo, fratres mei, & ipse ego de uobis, quòd ipsi per uos pleni sitis bonitate, impleti omni cognitione, et qui possitis etiam uos mutuo monere.

14 πέπεισμαι δὲ, ἀδελφοί μου, καὶ αὐτὸς ἐγὼ περὶ ὑμῶν, ὅτι καὶ αὐτοὶ μεστοί ἐστε ἀγαθωσύνης πεπληρωμένοι πάσης γνώσεως, δυνάμενοι καὶ ἀλλήλους νουθετεῖν.

Minister Gentium Paulus.

Audacius uerò scripsi uobis fratres, aliqua ex parte, ueluti commonefaciens uos, propter gratiam quæ data est mihi à Deo,

15 τολμηρότερον δὲ ἔγραψα ὑμῖν, ἀδελφοί, ἀπὸ μέρους, ὡς ἐπαναμιμνήσκων ὑμᾶς, διὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν μοι ὑπὸ τοῦ θεοῦ,

Ad hoc ut sim minister Iesu Christi apud Gentes: operans Euangelio Dei, ut fiat oblatio Gentium accepta, sanctificata per Spiritum sanctum.

16 εἰς τὸ εἶναί με λειτουργὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τὰ ἔθνη, ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ, ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος, ἡγιασμένη ἐν πνεύματι ἁγίῳ. B

Habeo igitur quod glorier per Christum Iesum, in ijs quæ ad Deum *pertinent*.

17 ἔχω οὖν καύχησιν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τὰ πρὸς θεόν.

Non enim sustinuerim loqui quicquam quod non effecerit Christus per me, *adducendis* ad obedientiam Gentibus, uerbis & factis,

18 οὐ γὰρ τολμήσω λαλεῖν τι, ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ, εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν, λόγῳ καὶ ἔργῳ,

13 Quod utinam Deus ὁ δὲ θεὸς. Vulgata & Erasmus, Deus autem. Ego optandi modum ita uolui exprimere ut mollior esset iunctura. Deinde Deum spei dicere malui hoc loco simpliciter, Hebræorum more, quàm Deum spei authorem: quanuis ita hunc Hebraissimum emollierimus suprà, uersu 5. Assentior enim potius doctissimo interpreti, qui hoc putat cum extremo superiore uersiculo cohærere: quasi diceret Apostolus, Faxit uerò Deus ille in quo omnes speramus, ut omni gaudio abundetis.

Omni πάσης. Id est perfecto & cumulato. Non enim omnis generis gaudium & pacem Apostolus suis exoptat. Sic accipitur hæc uniuersalis particula Ephes. 1. a. 3, & 1. Corinth. 13. a 2. Quid autem Pacem uocet, diximus abundè suprà 5. a. 1. Quanquam etiam siquis pro mutua concordia accipiat, fortassis non inepte senserit. In credendo ἐν τῷ πιστεύειν. Gaudio & paci fidem, ut effectis causam, adiunxit. Sunt tamen qui ἐν τῷ πιστεύειν accipiant pro εἰς τὸ πιστεύειν, id est ad hoc ut credatis, siue ad credendum. Sed ego illud malo.

14 Quod ipsi per uos ὅτι καὶ αὐτοί. Id est ultrò & sponte uestra. Sic enim à Græcis scriptoribus usurpatur hæc loquendi formula, ut apud Homerum Ἰ με σπασάμενος καὶ αὐτὸν ὀτρύνει. , quemadmodum erudite in hūc locum Erasmus annotauit: quanuis maluerit cum Vetere interprete conuertere, quòd & ipsi. Bonitate ἀγαθωσύνης Vul. dilectione, id est, ἀγαπωσύνης, ut quidem existimat Erasmus. Nam quod ad me attinet, nusquam memini legere hoc nomen, ac putarim potius Veterem interpretem nomine ἀγαθωσύνης intellexisse quandam naturæ comitatem & ad mutuam concordiam propensionem: quum tamen Græci interpretes tradant ἀγαθωσύνην opponi τῇ πονηρίᾳ, id est C improbitati, & uniuersam quand uirtutem significare. Mihi tamen non displicet Veteris interpretis opinio, propter illa quæ de cognitione subijcit, & mutuæ admonitionis facultate. Videtur enim Apostolus hæc prætexere nō tam epistolæ uniuersæ, quàm extremæ parti, in qua tam copiosè, tamque uehementer eos monuerat ut firmi haberent infirmorum rationem. Vos mutuò ἀλλήλους. uel, alij alios, ut ferè solemus ad uerbum interpretari. Sed in quatuor codicibus scriptum inuenimus ἄλλους alios quod est fortassis ἐμφατικώτερον.

16 Apud Gentes εἰς τὰ ἔθνη. Vul. Eras. in Gentes. In uno codice adiectū inuenimus πάντα omnes, quod minimè uidetur otiosum. Operans Euangelio ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον. Vulgata, sanctificans. Eras. sacrificans. Augustinus consecrans. quæ omnes interpretationes nimium certè sunt obscuræ. Constat autem τὸ ἱερουργεῖν prorsus respondere Latino uerbo operari, quod & ipsum de rebus Sacris propriè dicitur, si Nonio credimus. Vt fiat oblatio Gentium accepta ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος. oblationem Gentium passiuè uocat Gentes ipsas, quibus se tanquam sacrificum dicit Deo quasi uictimis hiare.

18 Non enim sustinuerim dicere οὐ γὰρ τολμήσω λαλεῖν. Vulgata & Erasmus hoc loco accipiunt τολμᾶν pro Audere. perinde ac si diceret Apostolus se non esse aliena facta, sed sua unius commemoraturum. Atqui quisquis hoc modo præfatur, se scilicet non audere aliquid eloqui, quid aliud significat quàm uoluntatem sibi non deesse, sed facultatem? Itaque hanc interpretationem non possum amplecti. Illud uerò constat, τολμᾶν apud Græcos interdum respondere Latino uerbo sustinere, pro posse & parem esse alicui graui & difficili rei præstandæ. Sic Plato libro secundo de Republica ὃς ἂν τολμήσειν ἀπέχεσθαι τῶν ἀλλοτρίων, qui sustineat ab alieno abstinere. Sic Quintilianus lib. 2. cap. 4. Nec enim huius rei iudicium differre sustineo. Sic quoque accipitur suprà 5 b. 7: & mihi uidetur hæc significatio huic loco in primis accommodata.

Loqui quicquam quod non effecerit Christus per me, λαλεῖν τι ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ. Id est, ita mihi omnibus in rebus omnibusque modis assuit Christus, ut etiamsi maximè uelim, tamen dicere nō possim quid per me non effecerit, ut Gentes Euangelio obedirent. Quanuis igitur Græca habeant ad uerbum. Quicquam eorum quę

per

A per me non effecit Christus, ut etiam Vetus interpres & Erasmus conuerterunt, tamen hoc perinde accipiendum est, acsi scriptum esset λαλῆσαι ὃ οὐ κατειργάσατο, quod quidem commodè fieri potest, ita ut nulla uis ullo uerbo affera tur. Is enim per quem Christus omnia effecit, quomodo possit quicquam dicere eorum quæ Christus per ipsum non effecerit? Hæc est igitur (ut opinor) germana huius loci expositio, quam uidentur etiam Græca scholia significare, & Ambrosius aperte amplectitur. Quominus autem cum Erasmo sequar Origenis sententiam, non tantùm obstat uerbum τολμῶ, de quo in superiore annotatione dixi, sed hoc etiam in primis, quod si eam sequaris, necesse prorsus fuerit, quantum quidem possum iudicare, ista omnia ὃ γὰρ τολμήσω λαλῆσαί τι ὧν κατειργάσατο Χριστός δι' ἐμοῦ, per parenthesin distinguere ab ijs quæ sequuntur, utpote quæ Paulus non de alijs, sed de se uno commemoret. Id uerò si facias, non uideo qui possint satis apte ista cum uersiculo decimoseptimo connecti. quod tamē necessariò faciendū erit. Quòd si quis hic esset coniecturæ locus, dicerem transpositam esse particulam negantem, ac potius legendum, ὃ γὰρ τολμήσω ὃ λαλῆσαί τι ὧν κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ, id est, Non enim sustinuerim non dicere, id est tacendo dissimulare quicquam ex ijs quæ per me Christus effecit. Nam sic solet Paulus nonnihil præfari quoties de se dicere cogitur, ut muneris sui dignitatem conseruet. Absit tamen ut quicquam mutem ex coniectura, in tanto præsertim codicum consensu. *Adducendu* ad obedientiam Gentibus εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν. Vulgata & Erasmus ad uerbum, In obedientiam Gentium. quod nemo facile intelligat.

19 ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων, ἐν δυνάμει πνεύματος θεοῦ, ὥστε με ἀπὸ ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ ἰλλυρικοῦ πεπληρωκέναι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ χριστοῦ,

Per uirtutem signorum ac prodigiorum, *id est* per uirtutem Spiritus Dei. adeò ut ab Hierusalem & circumiacentibus *regionibus*, usq; ad Illyricum impleuerim prædicandi Euangelij Christi munus.

20 οὕτω δὲ φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι, οὐχ ὅπου ὠνομάσθη χριστός, ἵνα μὴ ἐπ' ἀλλότριον θεμέλιον οἰκοδομῶ·

Ita porrò ambiens prædicare Euangeliū, nō ubi nominatus esset Christus, ut ne super alienum fundamentum ædificarem:

21 ἀλλὰ καθὼς γέγραπται· οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ, ὄψονται· καὶ οἱ οὐκ ἀκηκόασι, συνήσουσι.

Sed sicut scriptum est, Quibus non est annuntiatum de eo, uidebunt: & qui non audierunt, intelligent.

22 διὸ καὶ ἐνεκοπτόμην τὰ πολλὰ τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς.

Quapropter etiam impeditus sum sæpe *ne* uenirem ad uos.

23 νυνὶ δὲ μηκέτι τόπον ἔχων ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις, ἐπιποθίαν δὲ ἔχων τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν,

Nunc uerò quum non amplius habeam locum in his regionibus, desiderium autem habeam ueniendi ad uos à multis annis:

24 ὡς ἐὰν πορεύωμαι εἰς τὴν σπανίαν, ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς. ἐλπίζω γὰρ διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς, καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι ἐκεῖ, ἐὰν ὑμῶν πρῶτον ἀπὸ μέρους ἐμπλησθῶ.

Quandocunque proficiscar in Hispaniā, ueniam ad uos: spero enim fore ut *ista* præteriens, uideam uos, & à uobis deducar illuc: si tamen uestra consuetudine prius ex parte expletus fuero.

25 νυνὶ δὲ πορεύομαι εἰς ἱερουσαλὴμ, διακονῶν τοῖς ἁγίοις.

Nunc autem proficiscor Hierosolymam, ministrans Sanctis.

26 εὐδόκησαν γὰρ μακεδονία καὶ ἀχαΐα κοινωνίαν τινὰ ποιήσασθαι εἰς τοὺς πτωχοὺς τῶν ἁγίων τῶν ἐν ἱερουσαλήμ.

Placuit enim Macedoniæ & Achaiæ conferre aliquid in pauperes Sanctos, qui sunt Hierosolymis:

19 Id est per uirtutem Spiritus Dei ἐν δυνάμει πνεύματος θεοῦ. uel, [promanantē] à uirtute Spiritus Dei. Nam priore loco δύναμις declarat uim & efficaciam prodigiorum in animis hominum percellendis: posteriore uerò loco significat diuinam potestatem illius effectricem. illud autem leuiculum est quòd Vetus interpres pro πνεύματος θεοῦ legit πνεύματος ἁγίου Spiritus sancti. Et circumiacentibus *regionibus* liceat κύκλῳ. Vulg. per circuitum, ἐν κύκλῳ. Impleuerim πεπληρωκέναι. uel obierim, ut Matth. 10. c. 23. Sed illud tamen uidetur magis expressum. Prædicandi Euangelij Christi munus εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. Vulg. & Eras. ad uerbum, Euangelium Christi, nimium profectò obscure. Vide suprà 1. b. 5.

20 Ambiens, &c. φιλοτιμούμενον, &c. Vetus interpres, Sic autem prædicaui Euangelium hoc, prorsus diuersam lectionem sequutus. Erasmus annitens, quod mihi uidetur nimis dilutum. Alienum ἀλλότριον. Id est, ab alio quopiā factum. Nam alioquin alienum dicitur quod est extraneum. id est, quod non sit Christi auspicijs: ut Iohan 10. 2. 5.

22 Sæpe πολλά. Id est πολλάκις. Vulg. plurimùm, manifesto errore. Nec minus lapsus est Stapulensis (uir alioquin beatæ memoriæ) quum scriberet uertendum esse multis, uel circa multa.

24 Quandocunque ὡς ἐὰν. Erasmus in hunc locum, Si, inquit, ὡς ἐὰν legatur disiunctim, sonat, ut si: si coniunctim, uerti poterat, simulatque. Ego uerò docui ex idoneis authoribus ὡς & ὅπως esse interdum aduerbia quę temporis uocant, Act. 3. c. 19. ut ὡς ἀφ. uel ὡς ἐὰν (utrunque enim legitur) idem declaret atque ἕως. quod uidit quoque Stapulensis. Nam ita etiam accipitur 1. Cor. 11. g. 34. Sed idem non rectè legit πορεύομαι in præsenti. Veniam ad uos ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς. Hoc uidetur non legisse Chrysostomus: nec tamen possis tollere, nisi etiā γὰρ expungas post ἐλπίζω. Origenē nihil moror, cuius commētarios ita uidetur deprauasse Rufinus (is enim est eorū interpres non Hieronymus) ut errata erratis cumularit. Denique plana est ea lectio quæ passim est recepta, quā etiam in omnibus nostris uetustis codicibus integram inuenimus. Vestra consuetudine ὑμῶν. Vulg. ad uerbum, uobis, obscurè. Expletus fuero ἐμπλησθῶ. Vulg. fruitus fuero ἀπολαύσω. quod neque satis est expressum declarando summo desiderio, neque admodum, opinor, usitatum. Neque enim alibi memini legere quàm semel apud Vlpianum, non optimum Latinitatis authorem.

25 Proficiscor πορεύομαι. Vulg. proficiscar πορεύσομαι, nō satis aptè mutato tempore. Significat enim Paulus se iam esse in procinctu, ut profectionem differre non possit. Ministrans διακονῶν. Id est, Sanctis hoc officij impendens perferendæ ad eos pecuniæ in ipsorum usus collectæ. Nam uerbum διακονῶν, quum alioquin ad omnes functiones Ecclesiasticas pertineat, hic peculiariter accipitur pro eo munere quod administrabāt qui diaconi propriè dicebantur, id est qui ærario Ecclesiastico præerant, ut diximus alibi. Ministrandi autem uocabulū absolutè posuimus, ex theologorum more quem attigimus Act. 13. a. 2. A

25 Placuit εὐδόκησαν. Vulg. ad uerbum, probarunt. quanquam etiam aliquid amplius uidetur hoc uerbo significari, nempe quum ultrò & ex bonitate quadam alacri bene uolumus cuipiam, aut rem aliquam probamus. Sed hoc loco alacritatem illam duntaxat declarat quam maximè requirit Deus in charitatis officijs, ut scriptū est 2. Cor. 9. b. 7. quum alioquin, ut mox subijcitur, nihil hic fecerint Achæi uel Macedones quod facere non tenerentur. Sed de hoc uerbo plura diximus Matth. 3. d. 17, & Luc. 2. b. 14. Conferre aliquid κοινωνίαν τινὰ ποιήσασθαι. uel, ut Vetus interpres, collationem aliquam facere. Stapulensis mauult communionem: ut non ineptè quoque possis conuertere, Conferre aliquid in cōmunionem pauperum sanctorum, &c. Erasmus Communicationem aliquam facere, quam periphrasin nusquam memini legere.

Placuit enim *inquam*, & debitores illorum sunt. Nam si spiritualia ipsorum *bona* Gentes participarūt, debent etiam in carnalibus, ministrare ipsis.

27 εὐδόκησαν γάρ, καὶ ὀφειλέται αὐτῶν εἰσιν. εἰ γὰρ τοῖς πνευματικοῖς αὐτῶν ἐκοινώνησαν τὰ ἔθνη, ὀφείλουσι καὶ ἐν τοῖς σαρκικοῖς λειτουργῆσαι αὐτοῖς.

Hoc igitur ubi perfecero, & eis cōsignauero hunc fructum, abibo per uos in Hispaniam.

28 τοῦτο οὖν ἐπιτελέσας, καὶ σφραγισάμενος αὐτοῖς τὸν καρπὸν τοῦτον, ἀπελεύσομαι δι' ὑμῶν εἰς τὴν σπανίαν.

Scio uerò quòd quum ueniam ad uos, cum plena benedictione Euangelij Christi ueniam.

29 οἶδα δέ, ὅτι ἐρχόμενος πρὸς ὑμᾶς, ἐν πληρώματι εὐλογίας τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ ἐλεύσομαι. B

Precor autem uos, fratres, per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem Spiritus, ut mecū certetis *uestris* pro me apud Deum orationibus.

30 Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ πνεύματος, συναγωνίσασθαί μοι ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν θεόν,

Vt liberer ab ijs qui immorigeri sunt in Iudæa: utq; ministerium hoc meum erga Hierusalem, acceptum sit sanctis:

31 ἵνα ῥυσθῶ ἀπὸ τῶν ἀπειθούντων ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ ἵνα ἡ διακονία μου ἡ εἰς Ἰερουσαλὴμ εὐπρόσδεκτος γένηται τοῖς ἁγίοις,

Vt cum gaudio ueniam ad uos per uoluntatem Dei, unaq; uobiscum refocillet.

32 ἵνα ἐν χαρᾷ ἐλθὼ πρὸς ὑμᾶς διὰ θελήματος θεοῦ, καὶ συναναπαύσωμαι ὑμῖν.

Deus autem pacis *princeps sit* cum omnib. uobis, Amen.

ὁ δὲ θεὸς τῆς εἰρήνης μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν.

27 Ministrare λειτουργῆσαι. Id est διακονῆσαι, usibus scilicet ipsorum inseruire. qua ratione omnes Christiani dici possunt λειτουργοί, præsertim quum iuuare proximum, sit quædam, ut ita dicam, sacrificij species, & quidem Deo gratissimi. Alioquin λειτουργὸς & διάκονος, dicitur qui publico munere fungitur, ut diximus Act. 13. a. 2. Cæterum leuiculum est quòd πεινωνεῖν uerti participare, actiua significatione, pro participem fieri, ut uertit Vetus interpres: quum Erasmus maluerit uti communicandi uocabulo. deinde σαρκικὰ interpreter carnalia, potius quàm humana, ut nuper quidam nouè conuertere maluit quàm consuetudini & usui aliquid condonare. Quasi uerò Paulo etiā nō licuerit pro πνευματικὰ dicere τὰ θεῖα, & pro σαρκικὰ, ἀνθρώπινα uel ἀνθρώπεια. Sed multo scilicet expressius loquitur Apostolus, non tam simpliciter Diuina cum humanis conferens, sed etiam ostendens quātum inter hæc interfit, quū ijs utatur uocabulis quibus harum rerum natura ipsa explicatur. Sed ista scilicet aut non uident aut dissimulant se uidere qui altioribus reuelationibus sunt intenti. C

28 Eis consignauero σφραγισάμενος αὐτοῖς. Id est apud ipsos fideliter & quasi annulo obsignatum deposuero. Commendat enim, opinor, tum suam in illa perferenda, tum etiam illorum in custodienda illa pecunia diligentiam ac fidem: translatione sumpta à ueterum more, qui annulis obsignabant quæ in tuto uolebant reposita. Neque uerò uideo qua ratione relatiuum αὐτοῖς eis, commodius ad Macedonas dantes quàm ad Hierosolymitanos è manu Pauli accipientes referatur: quamuis in ea opinione sit Erasmus. Hunc fructum τὸν καρπὸν τοῦτον. Id est hanc pecuniam in usus pauperum collectam. Elegans certè loquendi formula, ex qua intelligimus eleemosynas uerum esse fidei & charitatis fructū, siue dantem siue accipientē, siue utrunq; spectes. Per uos δι' ὑμῶν Id est, ita ut uos inuisam, istac scilicet iter faciens. Est itaq; hoc quoq; dicendi genus, ut alia multa, petitum è medio, ex sententia ipsa non ex uerbis æstimandum.

29 Cū plena benedictione Euāgelij ἐν πληρώματι εὐλογίας τοῦ εὐαγγελίου. Duplicē Hebraismū, ἐν pro ὡς & duo appellatiua pro constructione appellatiui cū adiectiuo (ita enim Grāmatici loquuntur) sæpe iā annotauimus. Vulg. in abundātia benedictionis Christi, expungēs τοῦ εὐαγγελίου (quod etiā nō legit Ambrosius) & utroq; seruato Hebraismo: quorum tamen prior nonnihil est obscurus. Eras. in plenitudine Euangelij Christi, admodum obscurè. Est autem hæc sententia, opinor, certò scire Apostolum, suum aduentum Romanis futurum maximè frugiferum. tū enim fore ut Deus ipsis cumulatissimè impertiat Euangelicorum mysteriorum cognitionem cum illis communicandam. Itaq; non assentior Erasmo qui putat Benedictionis nomine significari eleemosynam, quasi Romanos quoq; exhortetur Apostolus ad conferendum aliquid. Sunt quoq; qui hanc abundantiam benedictionis ad Romanos referant: quasi dicat Apostolus se non dubitare quin apud eos copiosissimum Euangelij fructum inueniat. quam sententiam si sequaris, accipiendum erit ἐν πληρώματι pro εἰς πλήρωμα, in plenitudinem benedictionis Euangelij, id est, in eum locum ubi plenè abundat Euangelij gratia.

30 Per charitatem Spiritus διὰ τῆς ἀγάπης πνεύματος. Id est, per mutuam illam coniunctionem, qua Spiritus sanctus animos nostros deuinxit: quā uocat cōmunionē Spiritus, Philip. 2. a. 1. unde Christiana illa συμπάθεια charitatis Christianæ effectrix: quum uno spiritu membra omnia reguntur. Hoc igitur unum est ex illis Pauli phrasibus quibus nihil neque grauius, neq; excellentius, neq; Diuinius cogitari potest.

Vt

A Vt mecum certetis *συναγωνίσασθαί μοι*. Vulg. ut adiuuetis me *βοηθήσαί μοι*, non satis expresse. Indicat enim paulus magnum sibi certamen instare, metaphora à re militari sumpta: præsagiens nimirum quod euenit, ut extremum periculum adiret. Erasm. ut me laborantem adiuuetis, id est *συμπονῆσαι*, uel *συναγωνίσασθαι*, quod & ipsum est minis dilutum. 31. Erga Hierusalem *ἡ εἰς Ἱερουσαλήμ*. Id est, ut conuertit Erasmus, quod exhibeo Hierosolymis Vetus interpres legit *ἐν Ἱερουσαλήμ* sublato articulo, & cum uerbo *γένηται* coniunxit. Idem quoq; pro *ἡ διακονία μου* uertit ministerij mei oblatio, id est *ἡ τῆς διακονίας μου προσφορά*.

33. Deus autem pacis *princeps ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης*. Hunc Hebraismum suppleuimus ex Esa. 9. b. 7.

ΚΕΦΑΛ. ιϛ.

Συνίστημι δὲ ὑμῖν Φοίβην τὴν ἀδελφὴν ἡμῶν, οὖσαν διάκονον τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Κεγχρεαῖς·

ἵνα αὐτὴν προσδέξησθε ἐν κυρίῳ, ἀξίως τῶν ἁγίων, καὶ παραστῆτε αὐτῇ ἐν ᾧ ἂν ὑμῶν χρῄζῃ πράγματι. καὶ γὰρ αὐτὴ προστάτις πολλῶν ἐγενήθη, καὶ ἐμοῦ αὐτοῦ.

ἀσπάσασθε Πρίσκιλλαν καὶ Ἀκύλαν τοὺς συνεργούς μου ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

οἵτινες ὑπὲρ τῆς ψυχῆς μου τὸ ἑαυτῶν τράχηλον ὑπέθηκαν, οἷς οὐκ ἐγὼ μόνος ἀλλὰ καὶ πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι τῶν ἐθνῶν,

B καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίαν. ἀσπάσασθε Ἐπαίνετον τὸν ἀγαπητόν μου, ὅς ἐστιν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας εἰς Χριστόν.

ἀσπάσασθε Μαρίαμ, ἥτις πολλὰ ἐκοπίασεν εἰς ἡμᾶς.

ἀσπάσασθε Ἀνδρόνικον καὶ Ἰουνίαν τοὺς συγγενεῖς μου, καὶ συναιχμαλώτους μου, οἵτινές εἰσιν ἐπίσημοι ἐν τοῖς ἀποστόλοις. οἳ καὶ πρὸ ἐμοῦ γεγόνασιν ἐν Χριστῷ.

ἀσπάσασθε Ἀμπλίαν τὸν ἀγαπητόν μου ἐν κυρίῳ.

ἀσπάσασθε Οὐρβανὸν τὸν συνεργὸν ἡμῶν ἐν Χριστῷ, καὶ Στάχυν τὸν ἀγαπητόν μου.

ἀσπάσασθε Ἀπελλῆν τὸν δόκιμον ἐν Χριστῷ. ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου.

ἀσπάσασθε Ἡρῳδίωνα τὸν συγγενῆ μου. ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ναρκίσσου, τοὺς ὄντας ἐν κυρίῳ.

C ἀσπάσασθε Τρύφαιναν καὶ Τρυφῶσαν, τὰς κοπιώσας ἐν κυρίῳ. ἀσπάσασθε Περσίδα τὴν

CAPVT XVI.

1 Commendo autem uobis Phœben sororem nostram, quæ est ministra Ecclesiæ Cenchreensis:

2 Vt eam excipiatis in Domino ut dignum est sanctis, & adsitis ei quacunque in re *ipsi* usus fuerit uobis. nam hæc cùm multis hospitium præbuit, tum mihi etiam ipsi.

3 Salutate Priscillam & Aquilam, adiutores meos in Christo Iesu:

4 Qui pro anima mea suam ipsorum ceruicem suppossueruut, quibus non ego solus gratias ago, sed omnes Ecclesiæ Gentium:

5 Item Ecclesiam quæ in domo eorum est. Salutate Epænetum mihi dilectum, primitias Achaiæ in Christo.

6 Salutate Mariam quæ multum laborauit erga nos.

7 Salutate Andronicum & Iuniam, cognatos meos, & conceptiuos meos qui sunt insignes inter Apostolos, qui etiam ante me fuerunt in Christo.

8 Salutate Ampliam dilectum mihi in Domino.

9 Salutate Vrbanum, adiutorem nostrum in Christo, & Stachyn mihi dilectum.

10 Salutate Apellen, probatum in Christo. Salutate eos q sunt ex Aristobuli *familiarib.*

11 Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui *sunt* ex Narcisci *familiaribus*. eos *inquam* qui *sunt* in Domino.

12 Salutate Tryphænam & Thryphosam, quæ laborant in Domino.

IN CAPVT. XVI.

2 In Domino *ἐν Κυρίῳ*. Id est Christi nomine, seu in Christi gratia. Est autem notandum hoc quoq; quo exprimitur *τὸ ἁγίως* Christianæ charitatis, quum alioquin etiam apud prophanos homines extent istarum uirtutum simulacra. Hospitium præbuit *προστάτις ἐγενήθη, προστάτης* in genere præfectũ declarat. item patronũ ac defensorem. qua significatione putarunt hic plerique Phœben dici *προστάτιν*, quòd multis & ipsi quoque Paulo affuisset. Mihi uerò uidetur hoc nomen grauius, si in ea significatione accipias, quàm ut mulieri conueniat. Sciendum est igitur *προστάτας* peculiari nomine dictos qui & *πρόξενοι* dicebantur, id est qui à ciuitate aliqua deligebantur, ut hospites ac peregrinos domum suam atque adeò in fidem suam reciperent. quod significat Eustathio *προξενεῖσθαι τὸν ξένον*. Significat ergo Apostolus huius Phœbes ministræ Ecclesiæ Cenchreensis domum, ueluti publicæ sanctorum hospitis, fratribus peregrinis patuisse. quas uirtutes in uidua requirit 1. Tim. 5. b. 10.

3 Priscillam *Πρίσκιλλαν*. Sic uocatur huius Aquilæ uxor Act. 18. a. 2. & 9. 26. Consentiunt hic quoque pleraque exemplaria. In nonnullis tamen legitur *Πρίσκαν* Priscam, ut etiam legit uetus interpres.

5 Ecclesiam *ἐκκλησίαν*. Id est fidelium cœtum. Erant enim illi tum pietate tum eruditione insignes, ut testatur Lucas & Paulus ipse qui pro collegis suis illos numeret. neque mirum est in tam ampla ciuitate distinctos fuisse fidelium cœtus. Cæterùm, ut Græcum uocabulum retinerem, non eo tantùm sum adductus quòd tritum sit Latinorum auribus, sed etiam ut tandem dedisset mundus crassum illum errorem, quo factum est ut ecclesiam duntaxat pro templo accipiant plerique. At contrà Erasmus hoc dedit suo seculo, ut mallet congregationem interpretari.

Primitias Achaiæ *ὃς ἐστιν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας*. Allusio est ad Legales cæremonias, quòd hic primus ex Achæis se Christo consecrasset, Euangelium amplexus. Sic enim malo accipere quàm cum Ambrosio referre ad hominis dignitatem. Cæterùm pro *Ἀχαΐας* Vetus interpres legit *Asiæ* Asiæ, quam lectionem in uno duntaxat codice uetusto inuenimus. Quod autem idem Vetus interpres *ὃς ἐστιν ἀπαρχὴ* conuertit, qui est primitiuus, meritò mutatum est ab Erasmo in, Qui est primitiæ. Sed hoc quoque mihi usum est duriusculum.

7 Inter Apostolos *ἐν τοῖς ἀποστόλοις*. Id est quorum nomen apud ipsos etiam Apostolos uiget. uel qui & ipsi

Salutate Perſidem dilectam, quæ multum laborauit in Domino.

ἀγαπητὴν, ἥτις πολλὰ ἐκοπίασεν ἐν κυρίῳ. A

Salutate Rufum ſelectum in domino, & matrem eius ac meam.

13 ἀσπάσασθε Ῥοῦφον τὸν ἐκλεκτὸν ἐν κυρίῳ, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ καὶ ἐμοῦ.

Salutate Aſyncritum, Phlegontem, Hermam, Patroban, Mercurium, & qui cum ijs ſunt fratres.

14 ἀσπάσασθε Ἀσύγκριτον, Φλέγοντα, Ἑρμᾶν, Πατρόβαν, Ἑρμῆν, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς ἀδελφούς.

Salutate Philologum & Iuliam, Nereum & ſororem eius, & Olympam, & qui cum ijs ſunt, omnes ſanctos.

15 ἀσπάσασθε Φιλόλογον, καὶ Ἰουλίαν, Νηρέα, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ, καὶ Ὀλυμπᾶν, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς πάντας ἁγίους.

Oſculum 2 Cor. 16. d. 20. 2. Cor. 13. d. 12. 1. Pet. 5. d. 14.

Salutate alij alios oſculo ſancto. Salutant uos Eccleſiæ Chriſti.

16 ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ ἐκκλησίαι τοῦ Χριστοῦ.

Precor autem uos fratres, ut ſpeculemini diſſidiorum & ſcandalorum authores, præter doctrinam quam uos didiciſtis: & declinetis ab eis.

17 Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς ἀδελφοὶ, σκοπεῖν τοὺς τὰς διχοστασίας, καὶ τὰ σκάνδαλα, παρὰ τὴν διδαχὴν, ἣν ὑμεῖς ἐμάθετε, ποιοῦντας, καὶ ἐκκλίνατε ἀπ' αὐτῶν.

Propter ventrem praedicantes. 2. Ioha. d. 10.

Nam qui eiuſmodi *ſunt*, Domino noſtro Ieſu Chriſto non ſeruiunt, ſed ſuo uentri: & per blandiloquentiam & aſſentationem corda minimè malorum ſeducunt.

18 οἱ γὰρ τοιοῦτοι, τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ οὐ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ, καὶ διὰ τῆς χρηστολογίας, καὶ εὐλογίας ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων. B

Obedientia.

Veſtra enim obedientia ad oẽs peruenit. Gaudeo igitur quod ad uos *attinet*: ſed uolo uos ſapientes quidem eſſe quo ad bonum innocentes uerò quoad malum.

19 ἡ γὰρ ὑμῶν ὑπακοὴ εἰς πάντας ἀφίκετο. χαίρω οὖν ἐφ' ὑμῖν, θέλω δὲ ὑμᾶς σοφοὺς μὲν εἶναι εἰς τὸ ἀγαθὸν, ἀκεραίους δὲ εἰς τὸ κακόν.

Deus autem pacis *princeps* conteret ſatanam ſub pedes ueſtros citò, Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti *ſit* uobiſcum. Amen.

20 ὁ δὲ θεὸς τῆς εἰρήνης συντρίψει τὸν Σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑμῶν, ἐν τάχει. ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' ὑμῶν.

Act. 16. a. 1. Philip. 2. c. 19.

Salutant uos Timotheus adiutor meus et Lucius, & Iaſon, & Soſipater, cognati mei.

21 ἀσπάζονται ὑμᾶς Τιμόθεος ὁ συνεργός μου, καὶ Λούκιος, καὶ Ἰάσων, καὶ Σωσίπατρος, οἱ συγγενεῖς μου.

ſunt inſignes Apoſtoli. Sic enim accipitur interdum hoc nomen in genere pro ijs qui Chriſti nomine funguntur legatione, ut 2. Cor. 7. d. 23: Fuerunt in Chriſto γεγόνασιν ἐν Χριστῷ. Id eſt, Chriſto ſunt per fidem inſiti. eſtque diligenter notanda hæc formula cuius emphaſin non expreſſeris, ſi dixeris, qui Chriſto acceſſerunt, uel Chriſto nomen dederũt.

8 Ampliam Ἀμπλίαν. Vulgata legit Ἀμπλιάτον Amplíatum, quod & in uno codice inuenimus.

15 Olympan Ὀλυμπᾶν. Viri nomen, non mulieris. Vulg. olympiadem, contra omnium noſtrorum codicum fidem. 16. Oſculo Φιλήματι. Referendum hoc eſt ad eorum temporum morem: cuius exempla paſsim non modò in Sacris literis, ſed etiam apud profanos ſcriptores extant. Sanctum autem uocat quod ab animo proficiſcitur ſanctæ illius charitatis pleno. C

17 Vt ſpeculemini σκοπεῖν. Id eſt, attentè & diligenter quaſi hoſtes è ſpecula obſeruetis. Vulg. ut obſeruetis, id eſt τηρεῖν uel φυλάττειν. Eraſ. conſideretis, quod minus etiam quadrat.

18. Per blandiloquen. διὰ τῆς χρηστολογίας. Hoc uocabulum ſicut ex duobus compoſitum eſt, ita duplicem uim habet, quam uix poſsis niſi longo circuitu uerborum Latinè exprimere. Primùm enim is eſt χρηστολόγος qui uerbis multum pollicetur, re nihil præſtat: deinde quem ſi audias, dicas de te & commodis tuis magis quàm de ſeipſo ſolicitum. Huius ſceleris exemplar ſit Satanæ tentatio qua Euam ſefellit. quanquam non ita procul abeundum ut plurima & certiſsima ſpectemus eius exempla.

Et aſſentatione διὰ εὐλογίας. τὸ εὐλογεῖν Græcis declarat τὸ ἐπαινεῖν laudare, unde εὐλογία dicitur oratio ad prædicandas alicuius laudes accommodata: cuiuſmodi eſſe præcipuè ſolet aſſentatorum, ut pulchrè deſcribit Plutarchus libello in adulatores edito. Sed & εὐλογία pro fucata illa & inani facundiæ ſpecie accipi poteſt, qua tecti pſeudoprophetæ ſolent ſimplicium animos fallere, Item quum apud theologos εὐλογία accipiatur etiam pro fauſta precatione, poteſt hæc quoque ſignificatio huic loco conuenire: quòd his præcipuè artibus ſoleant uti pſeudoprophetæ, ut ſimplices præſertim mulierculas ſub pietatis & longarum precum prætextu deuorent. Hi ſunt ſcilicet quos peculiari nomine religioſos uocamus, & noſtro idiomate *cloiſterlers, bigots, paies pelues*, id eſt, ut uno uerbo omnia complectar, monachos: adeò à uetuſtis illis patribus degenerauerunt.

Minimè malorum τῶν κακῶν. Sic mihi uidetur Terentius Græcum hoc nomen ad uerbum expreſsiſſe. Vulg. innocentium. Eraſ. ſimplicium.

19 Sapientes σοφοὺς. Id eſt, cognitione ueritatis & prudentia quoque inſtructos, ut bona amplecti, mala uitare, fraudes & laqueos pſeudoprophetarum effugere, illis etiam aperte obſiſtere poſsitis. quæ ſæpe inculcat Apoſtolus. Vbi igitur fides illa implicita quam uocant?

Innocentes ἀκεραίους. Id eſt qui nullam prorſus nocendi artem teneatis, nedum ut re ipſa noceatis cuiquam. Vulgata, ſimplices. Eraſmus, ſynceros. Vide Matth. 10. b. 16.

20 Pacis *princeps* εἰρήνης. Vide ſuprà 15. g. 33. Conteret συντρίψει. Sic habent omnes codices Græci quos inſpeximus. Vetus tamen interpres legit συντρίψῃ conterat, ut non ſit promiſsio ſeu diuinatio qua confirmentur Romani ad perſeuarandum: ſed precatio potius ut Dominus ipſorum conatibus proſperum det ſucceſſum,

in

A ἀσπάζομαι ὑμᾶς ἐγὼ Τέρτιος, ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν ἐν κυρίῳ.

ἀσπάζεται ὑμᾶς Γάϊος ὁ ξένος μου καὶ τῆς ἐκκλησίας ὅλης. ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἔραστος ὁ οἰκονόμος τῆς πόλεως, καὶ Κούαρτος ὁ ἀδελφός.

ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μετὰ πάντων ὑμῶν.

τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου, καὶ τὸ κήρυγμα Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου, χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου.

φανερωθέντος δὲ νῦν, διά τε γραφῶν προφητικῶν, κατ' ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου θεοῦ, εἰς ὑπακοὴν πίστεως, εἰς πάντα τὰ ἔθνη γνωρισθέντος.

μόνῳ σοφῷ θεῷ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

Πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἐγράφη ἀπὸ Κορίνθου διὰ Φοίβης τῆς διακόνου τῆς ἐν Κεγχρεαῖς ἐκκλησίας.

22 Saluto uos in Domino ego tertius, qui descripsi epistolam,

23 Salutat uos Gaius hospes meus & ecclesiæ totius. Salutat uos Erastus procurator urbis, & quartus frater.

24 Gratia Domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus uobis. Amen.

25 Ei uerò qui potest uos stabilire, secũdum Euangelium meum, & præconium Iesu Christi, ex reuelatione misterij quod à temporibus æternis tacitum fuit: Euangelium.

26 Nunc uerò factum est manifestum & per scripturas propheticas ex imperio æterni Dei in obedientiam fidei, apud quasuis Gentes declaratum. Scripturæ. Fides.

27 Soli *inquam* sapienti Deo, gloria per Iesum Christum, in secula. Amen.

Ad Romanos scripta fuit Corintho, per Phœben ministram Cenchreensis Ecclesiæ.

B

22 In Domino ἐν κυρίῳ. Hoc quidem ita collocarum est in Græco contextu ut etiam ad uerbum ἔγραψα referri possit, quasi dicat Tertius se hanc epistolam descripsisse in Domino, id est hanc operam Apostolo propter Dominum commodasse. Sed uberior & planior erit sensus, si cum salutandi uerbo connectas, ita ut nos fecimus.

Qui descripsi ὁ γράψας, id est qui dictante Paulo excepi, uel ex eius aduersarijs descripsi. Vulg. & Erasm. qui scripsi, uocabulo ambiguo. 23. Gaius Γάϊος. Duorum Gaiorum fit mentio in historia Apostolica: unius Derbæi, qui Paulum affectabatur, Act. 20. 2 4. Alterius Corinthij, quem Paulus ipse baptizauit, 1. Cor. 1. b. 14, cuius hic fieri mentionem probabile est. Itaque ijs assentior qui hanc epistolam dicunt Corinthi scriptam, quum Apostolus tertiò illuc uenisset, ut ipse significat 3. Cor. 12, c. 14, nempe ultima illa in Græciam profectione quæ describitur initio capitis Actorum uigesimi: unde profectus quum Hierosolymam uenisset, ibi captus, & Romam tandem inde deuectus est.

Procurator ὁ οἰκονόμος. seu Curator, quod nomen in ueteribus inscriptionibus sæpe inuenitur. Græcum autem uocabulum declarat rei domesticæ dispensatorem. Ideo maluit Erasmus quæstorem ærarium interpretari, quod & ipsum non improbo. Arcarium autem, quo utitur uetus interpres, non memini legere. Cæterum urbis nomen non exprimit Apostolus, sed Corinthum significari existimo, ijs coniecturis adductus quas paulò antè exposui.

24 Gratia Domini ἡ χάρις. Quia hæc eadem paulò ante posita sunt, nempe uers. 20. apud Ambrosium & Origenem hic non reperiuntur, nec in uetustissimo codice Constantiensi. Apud Chrysostomum ptiore loco non adduntur. Sed hic duntaxat, idque post ἀσθολογίαν, ita scilicet ut epistolam claudat. Hæc Erasmus.

25 Ei uerò qui potest τῷ δὲ δυναμένῳ. Admodum suprà 14. d. 23, in omnibus nostris uetustis codicibus desinere hanc epistolam in superiorem uersiculum, quomodo etiam cæteræ clauduntur: reliqua uerò ab hoc uersiculo ad finem usque, attexi decimo quarto capiti. Mysterij μυστηρίου, id est arcani. Vocant autem arcanum, opinor, non tam Euangelicam doctrinam, quàm Gentium uocationem, ut ipse explicat Ephes. cap. 3. A temporibus χρόνοις, id est, ut alibi loquitur, ἐτέραις γενεαῖς, alijs omnibus ætatibus, ac iam inde à mundi initio, ne quis hic nobis æternum mundum fabricet. Neque enim αἰῶν pro quo Hebræi עולם dicunt, semper declarat tempus quo uel nunquam cœperit, uel nunquam desinat: sed spectandum est quibus rebus accommodetur

26. Et per scripturas διά τε γραφῶν. Vetus interpres expunxit particulam τε, quæ tamen est prorsus necessaria, ut connectantur duo participia φανερωθέντος & γνωρισθέντος: neque uerò causam uideo cur hic laboraret Erasmus quasi τε semper debeat cum præcedentibus cohærere, aut καὶ subiungi. In obedientiam fidei εἰς ὑπακοὴν πίστεως. Vide suprà 1. a. 5. Declaratum γνωρισθέντος. id est oblatum, & quarumuis Gentium cognitioni expositum. Sed duo hic notanda sunt, nempe neque uniuersaliter hoc dici, quasi quum hæc Paulus scriberet, nulla prorsus gens esset sub cœlo, cui non esset annunciatum Euangelium (hic enim particula πᾶς, ut alibi sæpe, non omnem sed quenuis de C clarat) neque de singulis hominibus hoc est accipiendum, quum non sit omnibus datum ut Dei mysteria nouerint, Matth. 13. b. 11. Vulg. cogniti. sensu multum diuerso ac prorsus etiam falso. Nam longè aliud est γνώσεσθαι id est cognoscere, quàm γνωρίζειν, id est notificare.

27 Soli, *inquam* μόνῳ Hoc hyperbaton (quod multos ex ueteribus torsit & ipsum etiam Erasmum, adeò ut ingenuè dicat se non reperire quod hic comminiscatur) studui illustrare primùm addito uerbo inquam, quod in epanalepsi serè solet usurpari: deinde particula ᾧ, unde nata est tota difficultas, sine difficultate expuncta, non tam quia in Complutensi editione deest, quàm quòd manifestus sit Hebraismus, quum scilicet expresso antecedente relatiuum πλεονάζει, uti redundat ὧν τῷ. Ephes. 3. d. 21, & 1. Petr. 2. d. 24. In secula εἰς αἰῶνας. Vide Matt. 6. b. 13. Nonnulli codices addunt τῶν αἰώνων seculorum. Sic enim Hæbræi dicunt לעולם עולמים, quod exposuimus Luc. 1. e. 50.

EPISTOLA PAVLI AD Corinthios prior.

Πρὸς τοὺς Κορινθίους ἐπιστολὴ πρώτη.

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

CAPVT I.

ΚΕΦΑΛ. α.

PAulus uocatione Apostolus Iesu Christi per uoluntatem Dei, & Sosthenes frater: 1

ΠΑΥΛΟΣ κλητὸς ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος θεοῦ, καὶ Σωσθένης ὁ ἀδελφὸς,

Sanctificatio. Inuocare Christum.

Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, uocatis sanctis, cum omnibus qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi, in quouis loco, *Domini, inquam*, tum ipsorum, tum nostri: 2

τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ, ἡγιασμένοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, κλητοῖς ἁγίοις, σὺν πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν παντὶ τόπῳ, αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν.

Gratia per Christum.

Gratia uobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. 3

χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Gratias ago Deo meo semp de uobis, ob gratiã Dei quę data est uobis in Christo Iesu. 4

εὐχαριστῶ τῷ θεῷ μου πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἐπὶ τῇ χάριτι τοῦ θεοῦ τῇ δοθείσῃ ὑμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

Quod in omnibus ditati estis in ipso, omni sermone, omniq; cognitione: 5

ὅτι ἐν παντὶ ἐπλουτίσθητε ἐν αὐτῷ, ἐν παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει.

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Vocatione κλητὸς. Vide Rom. 1. a. 1, ubi non hoc tantùm, sed alia etiam multa exposuimus, quæ tum in huius epistolæ tum etiam aliarum inscriptione occurrunt.

2 Sanctificatis ἡγιασμένοις. Ratio constructionis poscebat ut potius scriberetur ἡγιασμένῃ sanctificatæ: Sed in collectiuis omnibus solet interdum sententiæ potius quàm uerborum ratio haberi in omnibus linguis. Quod autem attinet ad uerbum sanctificandi, de eo diximus multis locis, ac præsertim Iohan. 17. c. 17. & Rom. 6. d. 19.

In Christo Iesu ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Eras. per Christum Iesum, ut etiam Græca scholia explicant. Ego uerò malui seruare præpositionem ἐν, quod melius declaret quomodo nos pater per Christum sanctificet, id est a reliqua hominum colluuie separatos ac purgatos, sibi pro filijs consecret, nempe donando nos Filio suo, ut ipse sit in nobis & nos in eo. Eadem causa fecit ut infrà uersu 4, iterum eadem uerba simili modo conuerterim, & uersu 5, ἐν αὐτῷ sim interpretatus in eo potius quàm per eum. Vocatis sanctis κλητοῖς ἁγίοις, id est quos Deus pro gratuita sua bonitate sibi segregauit, uel quos Deus ad sanctitatem uocauit. Illa expositio fontem sanctificationis, ista finem aperit. Illud autem sæpe iam est à nobis annotatum uerbum קרא id est uocare, apud Hæbreos interdum declarare ipsius ὑπαρξεως initium, quod Deo tribuatur, ut qui scilicet solo uerbo res omnes condat: interdum uerò publicam eamq; minimè nudam nuncupationem significare, sed quæ cum re ipsa consentiat. quo modo etiam Eustachius nobilis Homeri interpres explicat uerbum λαχεῖσθαι lib. Iliad. δ. scribens in uerba illa, λαὸς δύνεκα σὺ παρέσσεται Κίκονσιν.

Cum omnibus σὺν πᾶσι. Si hæc accipias prorsus uniuersaliter, catholica fuerit hæc epistola, præter Apostoli consuetudinem. Itaque hunc locum explicandum puto ex altera epistola, quæ diserte inscribitur non tantùm Corinthijs, sed etiam reliquis totius Achaiæ fratribus, cuius metropolis erat Corinthus: sicut epistola ad Galathas generalem etiam inscriptionem habet. Verùm, ut dicam quod sentio, mihi potius placet legere συμπᾶσι, sicut in duobus codicibus scriptum inuenimus. quam lectionem si amplectamur, ita licebit hunc locum interpretari, Vocatis sanctis uniuersis, qui scilicet inuocant, &c. ut τοῖς ponatur κατὰ ἀναλογικῶς, sicut Rom. 1. d. 18. uel, Vocatis sanctis [id est] omnibus ijs qui inuocant, &c. Sunt autem addita hæc omnia ad explicandum Ecclesiæ nomen.

Qui inuocant τοῖς ἐπικαλουμένοις. Inuocandi uerbum propriè de eo dicitur qui Dei subsidium cum clamore petat, ut qui in periculo est constitutus. Est itaque uera inuocatio, fidei fructus. Nemo enim Deum appellat nisi qui eius præsidio rutum se fore sperat. Inde factum ut λατρεῖα σωτηλοχίῳ pro toto Dei cultu accipiatur, ut inuocare nomen Christi, idem ualeat atque Christum pro Deo re ipsa agnoscere.

Domini, inquam, tum ipsorum, tum nostri κυρίου τε αὐτῶν καὶ ἡμῶν. Vulg. ipsorum & nostro. Eras. uel suo uel nostro. Retulerunt enim hæc ad τόπῳ, quod & plerique magni nominis interpretes faciunt. Sed ego tamen ijs assentior qui coniungunt cum Κυρίῳ, ut sit correctionis species, quia scilicet duntaxat dixerat Κυρίῳ ἡμῶν Domini nostri. in qua opinione est Photius, primi inter Græcos scholiastes nominis, itemq; Chrysostomus & Theophylactus. Primùm enim nullam satis idoneam causam uideo, cur hoc addatur, si de loco accipias, quum satis fuerit dixisse, omnibus & in omni loco. Deinde ne hoc quidem uidere possum cur Paulus nostrum locum uocet Iudæam, ut interpretatur Ambrosius, ipsorum uerò locum cunctas Gentium Ecclesias. Nam neq; hæc consuetudo est Pauli ut Gentes compellans, sese cum Iudæis coniungat, Præsertim in proœmijs: neq; etiam Paulus ex Iudæa erat. (hic autem de loco non de religione agitur) denique; si Iudæos constituerat Apostolus Gentibus opponere, cur Iudææ unius meminisset, quum per orbem terrarum essent dispersi qui ex Iudæis credidissent? Postremò id quoq; obseruandum puto, Apostolum non ita scripsisse ut uertit Erasmus, uel suo uel nostro, ἢ αὐτῶν ἢ ἡμῶν, per disiunctionẽ, sed cõnexa enuntiatione dixisse αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν, & ipsorũ & nostro: ut prorsus necesse uideatur hæc accipere de eo quod Apostolus significet utrorũq; esse cõmune. Ar. n. cur ista Paulus commemorat? Optima certè ratione. Nempe ut iam inde ab initio iaciat futuræ disputationis fundamentum. Nam si Corinthij cæteriq; omnes ab uno Deo uocari sunt & in uno Christo sanctificati, si omnes unum eumdemq; Dominum habent ac profitentur, unde factiones istæ quæ inter eos uigebant, quasi Christus esset diuisus?

3 Gratia χάρις. Vide Rom. 1. a. 7, ubi totum hunc uersiculum exposuimus.

5 In omnibus ἐν παντὶ Eras. omnibus, quasi dicat Apostolus eos in Christo abundare omni genere beneficiorum quæ solet Ecclesia ex Deo percipere. Idipsum uerò quum paulò post, id est uersiculo septimo dicatur, non facilè admiserim hanc ταυτολογίαν. Deinde quum postea enumerentur species, alterum necesse fuit, nempe ut uel eæ species enumerarentur quæ totum genus comprehenderent, uel adijceretur particula quæ ostenderet exempli

A exempli causa certas duntaxat easque præcipuas species recenseri. Sed neque particula ulla adijcitur, neq; duę illæ species seu negotio. Ditati sitis ἐπλουτίσθητε Annotauimus Rom. 2. a. 4, diuitiarũ nomine omnem copiam ac abundantiam significari apud Paulum: quo modo etiam apud idoneos scriptores τὸ πλουτεῖν pro σὺν πορεῖαν accipitur.

In ipso ἐν αὐτῷ Eras. per ipsum. Vide suprà uersu 2. Omni sermone ἐν παντὶ λόγῳ. Hic demum Apostolus significat quæ sint opes quibus Corinthij abundent in omni negotio: itaque redundat præpositio ἐν ex Hebræorum idiotismo, ut Ephes. 2. a. 4, Iac. 1. b. 10, 1 Tim. 6. d. 18. Solent enim Græci τὸ πλουτεῖν potius conectere cum secundo casu, aut tertio sine præpositione. Particula autem πᾶς hoc loco, ut Rom. 15. c. 14, 1. Cor. 13. a. 3, & alibi sæpe, non est pro priè uniuersalis, sed totum quiddam & integrum declarat. quod tamen rursus ita est accipiendũ ut meminerimus eius quod scribitur infrà 13. c. 9. Nos omnes, quandiu hic uersamur, nonnisi ex parte cognoscere ac prophetare. Itaq; quũ omnem sermonem omnemq; cognitionem tribuit Corinthijs Apostolus, quædam est species hyperboles, ad præsentem fidelium conditionem restringendà. Cæterùm λόγον. i. sermonem, uocat eximiam rerum diuinarum intelligentiam, quam alibi σοφίαν appellat, & ferè cum γνώσει coniungit, ut inferiore. Assentior igitur Chrysostomo, qui Paulũ censet ab ijs donis commendare Corinthios, quorum abusum eo iustius paulo póst esset in ipsis reprehẽsurus, quòd scilicet illis ad inanem ostentationem & uanam facundiæ speciem abuterentur.

(καθὼς τὸ μαρτύριον τοῦ χριστοῦ ἐβεβαιώθη ἐν ὑμῖν,)

6 Prout testimonium Christi confirmatum fuit in uobis.

ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματι, ἀπεκδεχομένους τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ,

7 Adeò ut nullo dono deficiamini, expectãtes dum reueletur Dominus noster Iesus Christus. Tit. 2. c. 11. philip. 3. d. 20

ὃς καὶ βεβαιώσει ὑμᾶς ἕως τέλους ἀνεγκλήτους, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ.

8 Qui *Deus* etiam confirmabit uos usq; ad finem, inculpatos in die Domini nostri Iesu Christi.

πιστὸς ὁ θεός, δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν B τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν.

9 Fidelis Deus, per quem uocati estis in cõmunionem filij ipsius Iesu Christi Domini nostri.

παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες, καὶ μὴ ᾖ ἐν ὑμῖν σχίσματα, ἦτε δὲ κατηρτισμένοι ἐν τῷ αὐτῷ νοΐ, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ.

10 Precor autem uos, fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, ut idem loquamini omnes, & non sint inter uos dissidia, sed sitis coagmentati, eadem mente & sententia.

6 Prout καθὼς Eras. quibus rebus, id est, δι' ὧν, ut etiam Græca scholia interpretantur, sed prorsus coactè, quum per se plana & aperta sit sententia. Gratias ago Deo, inquit Apostolus, quòd in Christo sitis ditati omni cognitione & sermonis etiam gratia. quod ita esse ut dico, satis apparet ex eo quòd Christi testimonium sit in uobis confirmatum. id est, ex eo quòd firma ac luculenta sint in uobis quæcunque de Christi præsentia ac uirtute testantur. nempe dona illa omnia Spiritus sancti, quibus tam abundè estis instructi ut nullum uos deficiat. Hæc est, ni fallor, huius loci genuina expositio: quam quum etiam Photius in Græcis scholijs annotarit, miror ab Erasmo fuisse præteritam. Simili ratione argumentatur Petrus Act. 10. g. 47, & 13. b. 7. 8. & 9. nimirum ab effectis ad causam.

7 Adeò ut ὥστε. Vt hoc loco non notat finem sed consequutionem, sicut rectè annotauit Erasmus. Ego adijcio, cohærere non cum uersu 5, sed cum uerbo ἐβεβαιώθη confirmatum est, cuius nimirum reddat rationem, ut ab ijs planè dissentiam qui uers. 6. addita parenthesi ab isto diuellunt. Deficiamini ὑστερεῖσθαι. Vulg. desit. Eras. destitua mini. Vide Rom. 3. c. 23. Expectantes ἀπεκδεχομένους. i. interim dum expectatis: quasi scriptum sit οὐ τῷ ἀπεκδέχεσθαι. Dum reueletur τὴν ἀποκάλυψιν. Vulg. & Eras. reuelationem, ambiguè, quum etiam actiuè possit accipi. Loquitur autem Paulus de altero Christi aduentu, ut & Petrus 1. epist. 1. b. 7, & c. 13.

8 Qui *Deus* ὅς. Repetendum est Dei nomen à uers 4, ubi dixerat, εὐχαριστῶ τῷ θεῷ, Gratias ago Deo, & paulò póst, ἐπὶ τῇ χάριτι τοῦ θεοῦ, pro ἐπὶ τῇ χάριτι αὐτοῦ. i. ob gratiam Dei, pro, ob gratiam ipsius, repetito antecedente ex Hebræorum more, loco relatiui. Neq; est quòd quisquam hac eclipsi offendatur, quum superiores uersiculi, nempe 5. 6. & 7, cum extremo quarto prorsus cohæreant. Inculpatos ἀνεγκλήτους. Id est, ut sitis inculpati. inculpatos autem uocat non quos nunquam quisquam culparit, sed quos nemo possit meritò culpare. id est eos qui sunt in Christo Iesu, in quibus scilicet nulla est condemnatio. ut expoluit Rom. 8. a. 1. & f. 33. Vide Luc. 1. a. 6, ubi expendimus C quod iterum hoc loco inculcat Erasmus, esse scilicet perfectius atque etiam difficilius ἀνέγκλητον esse quàm innocentem. In die ἐν τῇ ἡμέρᾳ. Erasm. in diem, id est εἰς τὴν ἡμέραν. ut Rom. 2. a. 5. quod mihi non placet hoc in loco. Dies autem Domini quid significet, declarauit ipse Apostolus Rom. 2. c. 16. Domini nostri τοῦ κυρίου ἡμῶν. Vulgata, aduentus Domini nostri, τῆς παρουσίας τοῦ κυρίου ἡμῶν.

9 Fidelis πιστός. Id est uerax & constans, ut illum prædicat Dauid Psal. 138. Itaque uera & propria significatione accipitur fidei nomen hoc in loco, nempe pro dictorum ac conuentorum constantia & ueritate, ut à Cicerone definitur. quantus peculiariter hic uideatur constantia Dei significari. Nam quòd uocet in filij sui cõmunionem, id omnẽ ipsius ueritati tribuendum est, qui uerax esse non desinat etiamsi mendaces simus: quod autem quoscunque semel donauit filio, nunquam postea illi eripiat, sed perseuerantię Spiritu donet, in eo se uerè constãtem declarat. Alioquin πιστὸν diuersa significatione solet uocare Apostolus eos qui fide sunt Christum amplexi. πιστὸς autem λόγος uocatur. 2. Tim. 4. c. 9, & 2. Tim. 2. b. 11. sermo firmus, & qui fallere nunquam possit, eadem ratione qua fidelis ipse Deus dicitur. Per quem δι' οὗ. Id est ὑφ' οὗ à quo. Est enim promiscuus harum præpositionum usus: ut planè inepti sint qui istis syllabarum aucupijs conantur homines imperitos irretire, ut Dei ὄσιαν discerpant, aut personarum inæqualitatẽ inuehant: aduersus quos egregiè disputat Basilius. Communionem κοινωνίαν. Vulg. societatem. Eras. consortium. Sed communionis uocabulum, ut rectè indicauit doctissimus interpres, & Græcam uocem & nostram illam cum ipsa Christi substantia coniunctionem melius declarat.

10 Idem τὸ αὐτό. Vulg. Idipsum, de quo diximus Rom. 12. c. 16. Dissidia σχίσματα. Vulg. schismata, id est διχοστασίαι, quas Apostolus ab hæresibus distinguit Gal. 5. d. 20. Est enim ut opinor, ppriè σχίσμα seu διχοστασία, animorum simpliciter seu uoluntatum dissensio, quũ alij alijs homimb. uel externis ritib. ita sunt addicti, ut quàuis alioquin in ipsis religionis capitibus consentiant, tamẽ animis sint abalienati & factiones quasdam ineant: ut Corinthij, quorũ alij Apollo, alij Cephã, alij Paulũ iactabat. Hæresis uerò ppriè declarat certã quandam factionẽ doctrinæ causa exortam, ut expoluimus Act. 5. d. 17. Hic tamen Paulus schisma in genere uocat omnem dissidij speciem, ut apparet ex eo quod illi opponitur, id est, ex consensione quam requirit tum in sententia seu eodem in religionis capitibus iudicio, (id enim propriè declarat γνώμη) tum in animorum seu uoluntatis coniunctione, (id enim est quod mentis

appellatione

appellatione intelligit: unde ὁμόνοιαν Græci uocant quam Latini concordiam) deniq; in ipsa enim oratione, quæ & A
iudicij & uoluntatis est index. Vt autem ita hunc locum interpreter, non eò tantùm adducor, quòd hac ratione seruetur simplex ac genuina uerborum significatio, sed etiam quòd ita maximè appareat naturalis & cocinna omnium partium collocatio. Ascendit enim Paulus ordine retrogrado ab imis ad summa, nempe à loquutione ad uoluntatem, à uoluntate ad fontem ipsius tum uoluntatis tum locutionis, id est ad animi iudicium. Coagmentati κατηρτισμένοι siue coadunati, ac compacti, ut totum quippiam quod suis omnibus partibus aptè intər se cohærentibus componitur. Nam sicut alibi exposuimus, hoc uerbum de quantitate discreta, quam uocant, propriè dicitur, ut autē res omnes eiusmodi ex multis partibus compositæ, suis numeris constent, duo requiruntur, nempe ut pars nulla desit, aut superfit: deinde ut omnes aptè inter se cohæreant. Inde factum ut ἄρτιος integrum & perfectum declaret, quū scilicet de numero pari propriè dicatur, & καταρτίζειν cum suis compositis non modò pro componere seu compingere ac coagmentare, ut Rom. 9. d. 22, sed etiam pro perficere accipiatur. Deinde etiam apud medicos usurpetur pro luxata membra in suum locum restituere, qua significatione uidetur trāslatitiè poni Gal. 6. a. 1. Denique etiam pro sarcire quod ruptum est & dissolutum, ut Mat. 4. d. 21. Sed spectandum quid cuique loco conueniat. Mihi quidem non placet Veteris Interpretis sententia, qui κατηρτισμένους exponit perfectos, quum hoc nomine ferè intelligantur perfectæ uirtutis homines. Erasmus uerò longius à Græcis recessit quum interpretaretur, sed sitis integrum corpus: nec satis etiam perspicuè uidetur loquutus.

Declaratū est enim mihi de uobis, fratres mei, à domesticis Chloes, quòd lites sint inter uos. 11 ἐδηλώθη γάρ μοι περὶ ὑμῶν, ἀδελφοί μου, ὑπὸ τῶν χλόης, ὅτι ἔριδες ἐν ὑμῖν εἰσι.

Act. 18. f. 24. Hoc autem dico, unumquéq; uestrum dicere, Ego quidem sum Pauli, ego uerò Apollo, ego uerò Cephæ, ego uerò Christi. 12 λέγω δὲ τοῦτο, ὅτι ἕκαστος ὑμῶν λέγει, ἐγὼ μέν εἰμι παύλου, ἐγὼ δὲ ἀπολλῶ, ἐγὼ δὲ κηφᾶ, ἐγὼ δὲ χριστοῦ.

Num dispertitus est Christus? num Paulus crucifixus est pro uobis, aut in nomen Pauli baptizati fuistis? 13 μεμέρισται ὁ χριστός; μὴ παῦλος ἐσταυρώθη ὑπὲρ ὑμῶν; ἢ εἰς τὸ ὄνομα παύλου ἐβαπτίσθητε;

Act. 18. c. 8. Gratias ago Deo meo, quòd neminem uestrum baptizauerim, nisi Crispum & Gaium: 14 εὐχαριστῶ τῷ θεῷ, ὅτι οὐδένα ὑμῶν ἐβάπτισα, εἰ μὴ κρίσπον καὶ γάϊον, B

Vt ne quis dicat quòd in meum nomen baptizauerim. 15 ἵνα μή τις εἴπῃ, ὅτι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα ἐβαπτίσα.

Baptismus. Baptizaui autem etiam Stephanæ familiā: cæterùm haud scio num quem alium baptizauerim. 16 ἐβάπτισα δὲ καὶ τὸν στεφανᾶ οἶκον· λοιπὸν οὐκ οἶδα εἴ τινα ἄλλον ἐβάπτισα.

11 Declaratum est ἐδηλώθη. Vulg. & Eras. significatum est ἐσημάνθη. Declarat autem τὸ δῆλον aliquid amplius quàm τὸ σημαινόμενον, ut apud Latinos differunt declarare & significare. Sic enim Cicero, ad Lucceium scribēs, Itaq;, inquit, hoc sæpius dicendum, tibique nō significandum solùm sed etiam declarandum arbitror, nihil mihi esse potuisse tuis literis gratius. Pertinet autem huius uocabuli explicatio ad sententiæ pondus, ne scilicet Apostolus cuiuis delationi temere uideatur credidisse. A domesticis Chloes ὑπὸ τῶν χλόης. Similis dicendi formula occurrit Ro. 16. b. 10. & 11, ut mihi dubium esse non possit quin Chloe sit religiosæ alicuius matronæ nomen. Nam neque ullus in eo tractu locus commemoratur hoc nomine, neque si locus significaretur, prætermissa fuisset præpositio, ut rectè obseruauit Erasmus. Deinde passim apud Græcos hoc nomen mulieribus tribuitur. 12 Hoc autem dico, &c. λέγω δὲ τοῦτο. i. quod autem uobis dictum uolo, siue, quod mihi dico à domesticis Chloes declaratum, illud est, uos scilicet hoc solere dictitare. Ego quidem sum Pauli, &c. Similis formula occurrit Rom. 15. b. 8. Alijs placuit ὅ, τι excudere, quasi sit pronomen: nos tamen nusquam inuenimus ita scriptum. Ab alijs denique ὅτι accipitur pro διότι, id est quia uel propterea quòd. Suum cuique liberum iudicium esto. Nam quocunque modo accipias, eadem manebit sententia. Illud uerò notandum est, singulis non tribui hæc omnia, sed alia alijs. Neque enim unusquisque dicebat, Ego sum Pauli, ego sum Cephæ, sed alius quidem Paulum, alius uerò Cepham iactabat. Itaque hoc quoque dicendi genus ut alia multa, petitum est è medio.

Ego uerò Christi ἐγὼ δὲ χριστοῦ. Chrysostomus, quantum licet ex eius interpretatione colligere, sic ista distinxit, quasi non sint Corinthiorum, sed ipsius Apostoli uerba, Corinthios suo exemplo docētis quidnam sentire ac do C
cere deberent. Eam uerò expositionem si sequamur, adscribendum erit punctum post λοιπόν, & pro ego uerò Christi, dicendum erit, At ego sum Christi, & uersiculus 13. ab his uerbis inchoandus. Fuit autem in hanc sententiam adductus Chrysostomus, eo quòd non uideantur reprehendi posse qui se Christi esse dicunt: quæ ratio quum nō adeò sit firma quin conuelli facilè possit, & omnes codices uno consensu ista connectant cum præcedentibus (quasi una etiam istorum factio fuerit qui se Christi esse dicerent) nolim à recepta lectione temerè discedere. Puto igitur superiores factiones eorum fuisse qui plus æquo his uel illis ministris erant addicti, adeò ut cæteros aspernarentur, & homines potius quàm Christum ipsum colerent: hanc autem postremam particulam ad eos pertinere qui in contrariam partem peccabant, id est, qui se unius Christi ita esse dicebant, ut interim ijs per quos Deus loquitur nihil tribuerent. quo pestilētissimo morbo utinam nulli hodie laborarent. Itaque Apostolus non reprehendit eos simpliciter qui unius Christi se esse dicerent, sed qui Christum ita profitebantur, ut nec Paulum, nec Apollo, nec Cepham, id est nullos ministros quantumuis excellentes pro ministris agnoscerent. Nec enim minus peccat qui Dei ministros spernit, quàm qui certis hominibus nimium tribuit.

13 *Num* dispertitus est Christus? μεμέρισται ὁ χριστός: Sic malo legere quàm tollere interrogationē cum Theodorito. Itaq; subaudienda est particula μή, quam Erasmus rectè expressit, ne posthac corrumpi facilè possit hic locus: & in uno exemplari additam comperimus. Quòd autem Chrysostom. actiuè interpretatur μεμέρισται, diuisit, nimis est uolentum, quum plana sit sententia, nō posse uel aliquos ministros nullo loco haberi, uel Christum ministris opponi, quin ueluti discerpatur. In nomen Pauli εἰς ὄνομα Παύλου. Ortum est hoc dicēdi genus ex Baptismi formula quæ describit Matt. 28. d. 19. Quid aūt ualeat nomē Patris & Filij, & Spiritus sancti in ea formula, diximus Act. 3. c. 16. 19. a. 3. In summa, baptizamur in Christi nomen, id est in Christum (ac proinde Patrem ac Spiritum sanctum) quòd eum profiteamur nos pro Deo habere. à cuius authoritate pēdeamus, & cuius uirtute sanctificemur. 15 Baptizauerim ἐβάπτισα. Quidam ueteres codices habent ἐβαπτίσθητε baptizati estis, ut legit Vetus interpres. Quidam ἐβαπτίσθη, baptizatus sit. quam postremam lectionem cæteris antepono, quòd optimè cohæreat cum ἵνα μή τις, ut ne quis. Quidam uertit lauauerim, illoto certe sermone, utinam ne etiam animo.

A οὐ γὰρ ἀπέστειλέ με χριστὸς βαπτίζειν, ἀλλ' εὐαγγελίζεσθαι, οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου, ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ χριστοῦ.

17 Non enim misit me Christus ut baptizarer.1, sed ut euangelizarem: nō *tamen* cum dicendi peritia, ne inanis reddatur crux Christi.

Euangelizare. Galat.3.a.2. 2.pet.1.c.16. *infrà* 2.a.14.

ὁ λόγος γὰρ ὁ τοῦ σταυροῦ τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία ἐστίν, τοῖς δὲ σωζομένοις ἡμῖν δύναμις θεοῦ ἐστιν.

18 Nam sermo ille de cruce, ijs quidem qui pereunt, stultitia est: nobis autem qui seruamur, potentia Dei est.

Crux. Stultitia. Dei uirtus. Rom.1.b.16.

γέγραπται γάρ· ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν συνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω.

19 Scriptum est enim, abolebo sapiētiam sapientum, & intelligentiam intelligentium tollam è medio.

Sapientia mundi reijcitur. esa.29.c.14.

ποῦ σοφός; ποῦ γραμματεύς; ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου; οὐχὶ ἐμώρανεν ὁ θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου;

20 Vbi sapiens? ubi scriba? ubi cōquisitor seculi istius? Nonne infatuauit Deus sapientiā mundi huius?

ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ θεοῦ οὐκ ἔγνω ὁ κόσμος διὰ τῆς σοφίας τὸν θεόν, εὐδόκησεν ὁ θεὸς διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος σῶσαι τοὺς πιστεύοντας.

21 Nam postquam in sapientia Dei non cōgnouit mundus per sapientiam Deum: placuit Deo per stultā prædicationem seruare credentes.

Sapientia Dei.

ἐπειδὴ καὶ ἰουδαῖοι σημεῖον αἰτοῦσι, καὶ ἕλληνες σοφίαν ζητοῦσιν.

22 Quandoquidem & Iudæi signum petūt, & Græci sapientiam quærunt.

Iudei. Matt.12.c.38.

ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν χριστὸν ἐσταυρωμένον, B Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, ἔθνεσι δὲ μωρίαν·

23 Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudęis quidem offendiculum, Gręcis uerò stultitiam:

αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς ἰουδαίοις τε καὶ ἕλ-

24 Ipsis autem uocatis, tum Iudæis tū Græ-

17 Non misit ἀπέστειλε. Atqui iussi sunt etiam baptizare Apostoli, & ipse Apostolus aliquot baptizauit. Est igitur quædam species hyperboles, petita & ipsa è medio, ut opinor, quando absolutè negatur quod tamen κατά τι negari debuit. Intelligit enim Paulus se non peculiariter & præcipuè baptizandi sed Euangelizandi munus à Deo accepisse. Similis est loquendi forma Ierem.7.c.21. Non *tamen* ὃπ. Addidi hanc particulam, ut oppositi membri eclipsis minus sentiatur. Nam ad explendam sententiam adijciendum fuerat, sed per sapientiam Dei. Similis ecclipsis occurrit Rom.14.a.1. Cum dicendi peritia οὐ σοφίᾳ λόγου. Vulg. Barbarè & obscurè, in sapientia uerbi. Eras. erudito sermone. Porrò σοφίᾳ & φρόνησις sic distinguūtur, ut illa in contemplatione, ista in actione uersetur. Sed σοφίας uocabulum constat interdum latius patere: adeò ut omnis generis artifices periti soleant à Græcis σοφοὶ appellari, ut infrà 3.b.10. Sed & nominatim Sophistæ dicti sunt qui illam in rebus ciuilibus administrandis solertiam cum forensi facundia coniunxerunt, & ab agendo sese ad dicendum contulerunt, ut ait in Themistocle Plutarchus. Itaque non dubito quin oratoriam facultatem Apostolus appellet λόγου σοφίαν, quam à se non modò ut nō necessariam removet, sed etiam ut Apostolicæ facultati prorsus contrariam. Quid igitur? annon adfuit Paulo sua δύναμις: certè adfuit quanta nulli unquam obtigit: sed cælestis, nō humana: quū alioquin ipsius sermone nihil simplicius dici possit nis quo utimur in annuntianda uobis salute per Christi crucifixi mortem. Potentia Dei δύναμις θεοῦ. Illud in quo Deus mirificam & infinitam uim suam seruandis electis declarat: quæquidem non ita eminerer, si ab humanarum artium, aut humanæ sapientiæ, ullius denique rei subsidio penderet, quæ ab ipsis hominibus possit proficisci. Ita enim sibi tribuerent homines quod unius crucis proprium est. 18 Sermo ille de cruce ὁ λόγος ὁ τοῦ σταυροῦ. Id est, prædicatio de Christo crucifixo. uel genus illud oratiō

19 Tollam è medio ἀθετήσω. Editio Græca habet ואבזרח חכמיו וזביגת ברגיל, תסתתר *liqúw* absconda. Hebræa aūt ueritas totum hunc locum sic legit Esa. 29. c. 14, i. & peribit sapientia sapientum eius, & prudentia prudentum eius absondet sese. Itaque etsi Græca non respondeant Hebræis, si uocabula spectes, tamen eadem manet sententia. Tantùm enim in illo differūt quod Propheta uerbis neutris usus est, quæ Græci in Actiua conuerterunt. Nam perit sapientia, sed Domino destruente: & sapientia euanescit, sed à Domino sublata & obliterata. Verbum aūt ἀθετῶ, quod propriè declarat loco suo amouere, ut exposuimus Marc. C 6.d.26, conuertimus tollere è medio, potius quàm reprobare, cum Vetere interprete, & reijcere, cum Erasmo, non tàtùm ex doctissimi interpretis authoritate, sed etiā ueritatē ipsam Hebrēa secuti. Neq; enim quicquid reijcit, euanescit, sed quod è medio tollitur ita ut nusquam appareat. quāobrem etiam Græca Esaiæ editio qua nunc utimur, usurpauit uerbum *liqúw*. 20 Vbi scriba? ποῦ γραμματεύς; i. Legis interpres, ut exposuimus Mat.2.a.4. Siue in genere, quia de Iudęis, ppriè nō loquit, Vbi es ô literate, & terēdis libris exercitate? Magnā aūt emphasin habet singularis numerus: q; ita uideat Apostolus singulos cōpellare, quasi diceret, ne unū quidē nominari posse ex istorū numero qui hoc arcà nū Dei uel suspicari potuerit uel humanæ rationis ui cōsequi: cui scilicet ratio ipsa repugnet ex diametro. Cōquisitor συζητητής. i. ô tu qui in huius mundi arcanis perscrutādis & acutissimis quibusq; quęstionib. explicādis oēm ętatē cōsumis. Assentior aūt doctissimo interpreti, qui hæc putat esse ipsius Pauli uerba, humanæ sapiētiæ insultātis, non autē Esaiæ. Quāuis enim simile quiddā in specie uideat scriptū Esa. 33. c. 18, tamen nec eadē sunt uerba, nec idē scopus, sed prorsus diuersus. Seculi istius? τοῦ αἰῶνος τούτου: Videt ista nō ineptè posse cū alijs etiā duobus præcedentib. cōnecti, ut uno interrogationis tenore legāt. 21 In sapientia Dei ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ θεοῦ. i. in hac mūdi fabrica, in qua singularis illa Dei sapientia insculpta est & omniū oculis exposita. Mundus ὁ κόσμος. i. oēs homines nō regenerati, sed cuiusmodi sunt quū in hāc luce ꝓdeūt: ut alibi sæpe. Interdū uerò pro solis reprobis accipit, ut Iohā.14.b.17. & c.22. interdū ꝓ hominib. huius mūdi incolis in genere, ut Iohā.3.b.16. Quid aūt propriè declaret, omnibus notū est. Placuit σὐδόκησεν. Eras. uisum est. Declarat aūt hoc uerbo, nō modò ita uisum esse Deo, sed etiā qua re impulsus id uoluerit, nimirū gratuita illa & infinita sua bonitate. Per stult. &c. διὰ τῆς μωρίας, &c. Sic uocat Euangelij prædicationē. loquēs per concessionē ex hominū hypothesi. ut etiā in sequēti uers. stultitiam & infirmitatem Dei uocat, idq; grauissima cum hominum reprehensione: qui ista malint, repugnante etiam conscientia, Deo affingere, quàm suam ipsorū stultitiam & imbecillitatem agnoscere ac deprecari. Vulg. & Eras. per stultitiā prædicationis. quem Hebraismū annotauimus Matth. 24.b.15, & alibi sæpe. 24 Ipsis aūt uocatis αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς. i. ijs aūt qui uocati sunt. Eras. sed ijsdē τοῖς αὐτοῖς ἢ, quod mihi nō placet. Neque enim idem declarat utraque loquutio. i. αὐτοὶ οἱ κλητοὶ & οἱ αὐτοὶ λόγῳ τοὶ, neq; Paulum existimo eosdē illos uocatos dicere quibus Christus offendiculum erat aut stultitia. sed quū in gene re de

cis, Christum, Dei potentiã ac Dei sapiẽtiam.

Nam stultitia Dei sapientior est quàm homines: & infirmitas Dei ualidior est quàm homines.

Quales uocauerit Christus.

Videtis enim uocationẽ uestram, fratres, quòd non multi *sitis* sapientes secundũ carnem, non multi potentes, nõ multi nobiles.

Verùm quæ stulta *sunt* in mundo, elegit Deus, ut pudefaciat sapientes: & quæ *sunt* infirma in mũdo, elegit Deus ut pudefaciat ea quæ sunt robusta:

Et quæ ignobilia sunt in mũdo, & pro nihilo habita, elegit Deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt aboleret.

Vt ne gloriaretur ulla caro coram eo.

Sapientia.

Sed ex ipso uos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, iustitia q̃, & sanctificatio, & redemptio:

Ierem.9.g.23.

Vt sicut scriptũ est, Qui gloriatur, in Domino glorietur.

λησι χριστὸν θεοῦ δύναμιν, καὶ θεοῦ σοφίαν. A

25 ὅτι τὸ μωρὸν τ̃ θεοῦ, σοφώτερον τ̃ν ἀνθρώπων ἐστί. καὶ τὸ ἀσθενὲς τ̃ θεοῦ, ἰσχυρότερον τ̃ν ἀνθρώπων ἐστί.

26 βλέπετε γὰρ τὴν κλῆσιν ὑμῶν, ἀδελφοί, ὅτι οὐ πολλοὶ σοφοὶ κ̃τ̀ σάρκα, οὐ πολλοὶ δυνατοί, οὐ πολλοὶ εὐγενεῖς,

27 ἀλλὰ τὰ μωρὰ τ̃ κόσμου ἐξελέξατο ὁ θεὸς, ἵνα τοὺς σοφοὺς καταισχύνῃ· καὶ τὰ ἀσθενῆ τ̃ κόσμου ἐξελέξατο ὁ θεὸς, ἵνα καταισχύνῃ τὰ ἰσχυρά.

28 καὶ τὰ ἀγενῆ τ̃ κόσμου καὶ τὰ ἐξουθενημένα ἐξελέξατο ὁ θεὸς, κ̃ τὰ μὴ ὄντα, ἵνα τὰ ὄντα καταργήσῃ.

29 ὅπως μὴ καυχήσηται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον αὐτ̃.

30 ἐξ αὐτ̃ δὲ ὑμεῖς ἐστε ἐν χριστῷ ἰησοῦ, ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις·

Ierem.9.g.23.

31 ἵνα, καθὼς γέγραπται, ὁ καυχώμενος, ἐν κυρίῳ καυχάσθω. B

CAPVT II.

Paulus nõutitur eloquẽtia in prædicando.

EGo igitur quum uenirẽ ad uos, fratres, non ueni cum eminentia locutionis aut sapiẽtiæ, annũtians uobis testimonium Dei.

ΚΕΦΑΛ. Β.

1 Κἀγὼ ἐλθὼν πρὸς ὑμᾶς, ἀδελφοί, ἦλθον οὐ καθ' ὑπεροχὴν λόγου ἢ σοφίας, καταγγέλλων ὑμῖν τὸ μαρτύριον τ̃ θεοῦ.

re de Iudæis & Græcis uideretur loquutus, eos postea excipere qui tum ex his rum ex illis crediderant. Quinam uerõ πλανοὶ dicantur ab Apostolo, exposuimus Rom. 1. a 6.

25 Sapientior est quàm homines *σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί*. Vulg. Sapientius est hominibus. quod meritò reprehendit Augustinus lib. De doctrina Christiana. 2. cap. 13. propter amphiboliam: quòd incertum sit an Hominibus sit dandi casus an auferendi. quasi dicas, Stultum est tibi, sed stultius huic. Quid si uerò oppositum aliquid subaudias, ut sit plena hæc constructio, *ὅτι τὸ μωρὸν τ̃ θεοῦ σοφώτερον τ̃ σοφοῦ τῶν ἀνθρώπων*, Nam stultitia Dei sapientior est sapientia hominum. & postea, *τὸ ἀσθενὲς τ̃ θεοῦ, ἰσχυρότερον τ̃ ἰσχυροῦ τῶν ἀνθρώπων*, infirmitas Dei robustior hominum robore. Ita enim clarior esset antithesis: quæ sanè uidetur hanc eclipsin minus duram efficere, propter mutuam contrariorum rationem: ut etiamsi non addantur, facilè possint intelligi. Nam quum eadem dictio repetẽda est, uidetur multò durior eclipsis, cuius tamen extat exemplum in eodem dicendi genere. Iohan. 5. f. 36, Rom. 6. a. 5. Malui tamen hoc relinquere lectoris arbitrio, quàm nimium confidenter aliquid audere.

Sap. 1. c. 17.

26 Videtis enim *βλέπετε γάρ*. Vulg. uidete enim, Imperandi modo, quæ interpretatio consistere non potest nisi particulam *γάρ* accipiamus pro enimuero, ita scilicet ut sit expletiua potius quàm causalis. Sed & aliam causam affert Erasmus cur potius sit locus indicandi modo: nempe quia Apostolus uidetur non tam admonere Corinthios ut uideant quod sciebant, quàm ipsos facere eius argumenti testes quo uti constituit, tum ut superiora cõfirmet, tum ut eorum fastum deijciat. Vocationem uestram *τὴν κλῆσιν ὑμῶν*. Id est quam rationem secutus sit Dominus in uobis uocandis. uel, quinam ex uobis sint uocati. ut uocatio pro uocatis meronymicè ponatur, sicut passim circumcisio pro circumcisis, & præputium pro incircumcisis. Secundum carnem *κατὰ σάρκα*. Id est eo sapientiæ genere quod unum hominibus probatur: qui quum carnei sint, spiritualem sapientiam non norunt.

28 Et ea quæ non sunt *καὶ τὰ μὴ ὄντα*. Id est quæ penè nulla sunt, hominum scilicet iudicio, non Dei. Nam ex Hebræorum idiotismo dicuntur non esse quæcunque ita sunt abiecta ut nullo loco habeantur. quibus opponũtur ea quæ sunt, id est quæ in pretio habentur. Aboleret *καταργήσῃ*. i. uana & inutilia atque adeo nihili esse ostẽderet. Vide Rom. 3. d. 31. C

29 Vlla caro *πᾶσα σάρξ*. Quod attinet ad uniuersalem particulam coniunctam cum aduerbio negante, diximus de toto hoc genere enuntiationum Luc. 1. d. 37. Sed & alibi annotauimus Carnem pro homine accipi apud Hebræos, quorum morem eo libentius seruauimus hoc in loco, quod deindustria uideatur Paulus id uocabulum usurpasse ut infirmam, & miserabilem hominis conditionem Dei maiestati opponeret, ut Esa. 31. b. 3.

30 Sed ex ipso uos estis *ἐξ αὐτ̃ ὑμεῖς ἐστε*. Quos antea dixerat nunc supra omnes mortales euehit, sed ita ut omnem ipsorum dignitatem doceat extra ipsos, id est in Christo, residere, in quo scilicet sunt adoptati, ut cæteris hominibus tanto sint nobiliores (utpote nati ex Deo, ut scriptum est Iohan. 1. b. 13) quanto Dei gloria omnibus excellit. Erasm. ex eodem autem uos estis, quasi scriptum sit *ἐν τ̃ αὐτ̃*. quod nusquam inuenio.

Factus est nobis sapientia à Deo *ἐγενήθη ὑμῖν σοφία ἀπὸ θεοῦ*. i. qui datus est nobis à Deo ut in ipso omnem sapientiam consequeremur, quæ quidem hoc nomine uerè digna sit: quum in eo uno possimus Deũ & eius arcana contemplari, quæ ne suspicari quidem unquam acutissimi homines potuerunt. Idem de iustitia & sanctificatione statuendum est. Quod enim frustrà pollicita est omnis philosophia & quæcunque in mundo religiones uiguerunt, id unum gratis in Christo uno per fidem adipiscimur, ut omnib. modis iusti & sancti simus in ipso. Postremo dicitur nobis factus redemptio, quòd ita per eum iustificati & sanctificati certam redemptionem tandem assequamur.

31 In Domino glorietur *ὁ καυχώμενος*. Id est Deo omnia tribuat cum gratiarum actione. Non est igitur quòd ulla pars libero arbitrio decidatur, quum omnia in solidum sibi uindicet Dei gratia. Quid sit autem in Domino gloriari, docetur Hierem. 9. g. 23, unde hæc petijt Paulus.

IN CAPVT III.

1 Non ueni *ἦλθον*. Veni non annuntians, dictum est, pro non ueni annnuntians, transpositâ negante particula, ut Iohan. 6. d. 32 & 38, & Rom. c. 21. Locutionis *λόγου* Vide infrà 4. d. 19. Testimonium Dei *τὸ μαρτύριον τ̃ θεοῦ* Id est Euangelium quo scilicet Deus seipsum patefacit hominibus, uel cuius Deus est author ac testis. Vulg. pro *τοῦ θεοῦ* legit *τοῦ χριστοῦ*, eodem sensu, nisi quòd si Christi legas, passiuè accipiendum erit, testimonium Christi, pro de Christo. Ambrosius uerò pro *μαρτύριον* legit *μυστήριον*, quod etiam in duobus uetustis codicibus inuenimus, & uidetur optimè conuenire.

Non

A ἐγὼ γὰρ ἔκρινα τοῦ εἰδέναι τι ἐν ὑμῖν, εἰ μὴ Ἰησοῦν
Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον.

2 Non enim quicquam ad cognoscendum delegi inter uos, nisi Iesum Christum, eumq; crucifixum.

καὶ ἐγὼ ἐν ἀσθενείᾳ, καὶ ἐν φόβῳ, καὶ ἐν τρόμῳ πολλῷ ἐγενόμην πρὸς ὑμᾶς.

3 Fuiq; ego cū infirmitate & timore ac tremore multo apud uos. Act.18.a.1.

καὶ ὁ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμά μου οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως,

4 Neq; oratio mea & prædicatio mea *uersa est* in persuasorijs humanæ sapientiæ uerbis, sed in demōstratione spiritualis potētię, Suprà 1.c.17. 2.Petr.1.c.10.

ἵνα ἡ πίστις ὑμῶν μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν δυνάμει θεοῦ.

5 Ne fides uestra cōsistat in sapientia hominum, sed in potentia Dei.

σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις, σοφίαν δὲ τοῦ αἰῶνος τούτου, οὐδὲ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου τῶν καταργουμένων·

6 Sapientiā uerò loquimur inter perfectos: sapientiam autem nō seculi huius, neq; principum seculi huius qui abolentur: *Sapiētiam Dei prædicat Paulus*

ἀλλὰ λαλοῦμεν σοφίαν θεοῦ ἐν μυστηρίῳ, τὴν ἀπεκκεκρυμμένην, ἣν προώρισεν ὁ θεὸς πρὸ τῶν αἰώνων εἰς δόξαν ἡμῶν,

7 Sed loquimur sapientiam Dei *latentem* in mysterio, *id est* absconditam illam, quam prę finierat Deus ante sæcula in gloriā nostram.

ἣν οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου ἔγνωκεν· εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης
B ἐσταύρωσαν.

8 Quam nemo principum seculi huius cognouit: nam si cognouissent, nequaquā Dominum gloriæ crucifixissent.

ἀλλὰ καθὼς γέγραπται· ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ

9 Sed *prædicamus* sicut scriptum est, quæ oculus non uidit, nec auris audiuit: nec in mentem hominis ascendit, quæ præparauit Deus his qui diligunt illum. Esa.64. 2.4.

2 Non enim quicquam ad cognoscendum delegi ὁ γὰρ ἔκρινα τοῦ εἰδέναι τι. uel, nihil eximium duxi, seu in pretio habui quod cognoscerem. ut τὸ ἀξιόν τι accipiatur p habere in pretio, sicut Rom.14.a.5. uel, No enim quicquā cognitione tam dignatus, ut ἔκρινα simpliciter accipiamus pro ἐτίμησα uel ἠξίωσα: & τοῦ εἰδέναι pro τῆς εἰδήσεως nisi ἐπιγνῶναι. sicut dixit Persius, Scire tuum nihil est. Ego uerò sequutus sum quod mihi usum est à communi usu imperitorum remotum. quum τὸ κρίνειν secernere & separare atque adeò adhibitō iudicio seligere interdum apud idoneos scriptores declaret, & ante τοῦ εἰδέναι nulla præpositio cōmodius subaudiri possit quàm σὺν ἐμοί. Vulg. & Eras. Non enim iudicaui scire quicquam. quasi scilicet expūgendus sit articulus τῆς, & particula τι pertineat ad εἰδέναι. & sanè in duobus Roberti nostri codicib. scriptū erat, ὁ γὰρ ἔκρινα εἰδέναι τι. 3 Cum infirmitate σὺν ἀσθενείᾳ. i. infirmus. Eras. φίλης eminentiæ sermonis & sapientiæ. Itaq; no dubiū est quin declaret summā illā Apostoli tū in dicendo tum in omnibus actionib. ἐπιπροσθοῦσιν. qua quidē nihil est apud eos contēptibilius, qui, hominum more, inanem illū splēdorē consectantur. Ideo coniungit timorē ac tremorē, tanquā ueræ modestiæ comites, non illos quibus perterrefiat conscientia, sed qui uanitati & arrogantiæ opponuntur. interim tamen Apostolo non deerat uis illa incredibilis, cui ne diaboli quidē possent obsistere, sed ea prius erat cœlestis, ut paulò pōst explicabit. qua de re pulchrè disserit Chrysostom. Dialog. περὶ ἱερωσύν. 4. 4 In demonstr. οὐκ ἀποδείξει. Vulg & Eras. ostēsione. quem errorem annota
C unus Act.1.a.2. Nec certe multò expressius unū Apostolus hoc uocabulo, declarās scilicet sibi nihil defuisse quod ad plenā fidē Euāgelio faciendā & cogēdos ad Dei reuerentiam homines pertineat. Notū enim est ἀποδείξεις probationē dici quæ ex certis & necessarijs rationib. aliquid demostrat. Quod aūt in hunc locū differit Eras. de altera ἀποδείξεως significatione, quasi eam declaret ostentationem, no facilè mihi persuaserit nisi prolato exēplo. Nā mihi quidem hoc uidetur potius ἐπιδείξεις uocari. Spiritualis pot. πνεύματος καὶ δυνάμεως. Vulg. Spiritus & uirtutis. Eras. Spiritus ac potentia. Ego puto eapdē esse figurā atq; in illo Virgil. Pateris libamus & auro, pro pateris aureis. Spirituale autem uim. i. Diuinū (sicut ipse sequēti uersiculo explicat, & nos exposuimus Rom. 1. a. 4.) humanæ, ut cœlestē alibi terrenæ opponit 6 Sapientiam, &c. Σοφίαν, &c. i. perfectis demū sapit quod annūciamus, quòd ij soli possint hoc sapientiæ genus agnoscere quod cæteri pro stultitia habent. Perfectos aūt uocat non eos qui iam sint perfectionem adepti, sed qui ad eam contendant, ut Philip. 3.c.15. aut qui sunt integro & incorrupto iudicio, per fidem scilicet illuminati. ut infra 14.c.20. Quem enim Hebræi תם uocant, Paulus solet τέλειον dicere. Eras. aliter interpretatur, quasi scilicet Paulus significet se non inter quoslibet loqui, sed inter perfectos: ne porcis obiciat rosas. Atqui hæc interpretatio nisi uehementer fallor, non modò non pertinet ad scopum, sed falsa etiam est: quum testet Apostolus se & sapiētibus & insipientib. esse debitorem, Rom. 1. b. 14, & constet eum factum esse omnib. omnia, ut declarat infrà 9.c.22. Illud uerò Domini dictum, ne porcis obiciantur margaritæ, aliò spectat. Principum, &c. τῶν ἀρχόντων, &c. i. eorum qui inter homines uel sapientia uel opibus ac potentia cæteris præstāt. Omnino enim uidetur Apostolus hoc in loco & infra uers. 8, ἄρχοντας dicere quos רברבין uocant. Qui abolētur τῶν καταργουμένων. Vel quę abolētur, si libeat tum ad seculum hoc, tum ad seculi huius principes referre. 7 Sed loquimur ἀλλὰ λαλοῦμεν Adiecit uerbum λαλεῖν, per epanalepsin, quum alioqui uideri possit abundare. *Latentem in mysterio* ἐν μυστηρίῳ. Suppleui participiū ut Henes unquā potuissent, ut explicatur Ephes. 1. d. 26, & 3. a. 4. 5. Itaq; non satis appositè uidetur Erasmus hoc retulisse ad uerbum λαλοῦμεν, quasi scilicet Apostolus non propalam nec passim, ne esset offendiculo, sed secretò docuerit. quam interpretationem ego ne ueram quidem esse puto, aut in Ecclesia recipiendam, nisi magno adhibito iudicio.
Id est absconditam illam ἥν ἀπεκεκρυμμένην. Hic rursus addidi particulam ex qua intelligatur epexegesis. Omnino enim explicat Apostolus cur Euangelium uocarit arcanum. Sed & articulū exprimendum putaui quo significatur huius mysterij præstantia. 8 Principum ἀρχόντων. Vide suprà uers. 6. Dominum gloriæ τὸν κύριον τῆς δόξης. i. potentem illum Deum, ueræ gloriæ ac maiestatis plenum. quē idcirco etiā Dauid Psal. 24. b. 7, מלך הכבוד. i. Regem gloriæ dicit, & Stephanus Deum gloriæ Act. 7. a. 2. unde factum est ut apud Hebræos ברוך יהוה. i. gloria Dei, Deum ipsum περιφραστικῶς declaret, sicut pro Cæsare Cæsaream maiestatem dicimus. Cōtinet igitur hic locus duo insignia testimonia, unum Diuinitatis Christi, quæ opponitur crucis ignominiæ: alterum coniunctionis naturarum in unam personam adeò ut quod solius est humanitatis (si naturas seorsim consideres) cū diuinitate cōmunicet. quē tropum Theologi ἰδιωμάτων ἀντιδόσεως uocant: de quo copiosius diximus Iohan. 3. b. 13.
9 Sed *prædicamus*, sicut scriptum est. &c. Ἀλλὰ καθὼς γέγραπται, &c. Suppleui uerbum λεγόμεν ex authoritate Clementis, qui ita citat hunc locum lib. στρωματέων 5. quanquā fortassis præstiterit repetere uerbum λαλοῦμεν ex

tem homini uenerunt quæ parauit Deus ijs qui ipsum diligunt.

Spiritus Dei, dolor noster.

Nobis autem Deus *ea* reuelauit per Spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunditates Dei.

Quis enim hominũ nouit ea quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui est in eo? ita etiam ea quæ sunt Dei nemo nouit nisi Spiritus Dei.

Nos uerò non spiritum mũdi accepimus, sed Spiritum qui *est* ex Deo: ut sciamus quæ Deus est nobis gratificatus.

Suprà 1 c.17. 2 pet.1.c.16.

Quæ etiam loquimur, non sermonibus quos docet humana sapientia, sed quos docet Spiritus sanctus: spiritualia cum ijs quæ spiritualia sunt coniungentes.

ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐ- A
τόν.

10 ἡμῖν δὲ ὁ θεὸς ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ πνεύματος·
αὐτὸ γὰρ τὸ πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη
τοῦ θεοῦ.

11 τίς γὰρ οἶδεν ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ
μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ; οὕτω
καὶ τὰ τοῦ θεοῦ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα
τοῦ θεοῦ.

12 ἡμεῖς δὲ οὐ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν,
ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ, ἵνα εἰδῶμεν τὰ
ὑπὸ τοῦ θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν.

13 ἃ καὶ λαλοῦμεν οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπί-
νης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς πνεύ-
ματος ἁγίου, πνευματικοῖς πνευματικὰ συν-
κρίνοντες.

uersũ 7. Vetus autem interpres legit ὀφθαλμὸς quod oculus, quam interpretationem non possum amplecti propter illud ἃ quod sequitur. sed tamen, si quis hic est coniecturæ locus, putarim germanam esse Græcam hanc lectionem si modò non ὃ sed ὁ legas, detracto scilicet tono, ut non sit prouocabulum sed articulus, cuius uis sit indefinita. ueluti quum ὁ ἄνθρωπος dicimus de tota hominis specie. Nam præterquam quòd non est contemnenda uetus lectio, in qua B certum est non adhibitos fuisse apices, lubricus etiam fuit lapsus ὁ in ἃ. Præterea si ita legeris, facilis & plana erit trium uersiculorum, octaui, noni & decimi connexio, nec quicquam prorsus erit subaudiendũ. Ita enim totum hũc locum conuertes ac distingues, Quam nemo principum huius mundi cognouit. Nam si cognouissent, nequaquam Dominũ gloriæ crucifixissent. Sed, sicut scriptum est, Oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderũt quę Deus præparauit ijs qui ipsum diligunt, Deus uerò nobis reuelauit per Spiritum suum. Nolui tamen quicquam mutare, ex coniectura. Quæ oculus non uidit ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε. Hebræa sic habent Esa. 64.a.4. לא שמעו לא האזינו עין לא ראתה אלהים זולתך יעשה לבוחה לו רבעולם id est, a seculo non audierunt, neque auribus perceperunt: oculus non uidit, ô Deus præter te, quæ facies expectantibus te. Sic enim malo accipere אלהים cum doctissimo interprete, uocandi non accusandi casu, quum minime repugnet accentus. & personam tertiam positam puto pro secunda, astipulante etiam nobis Chaldæo paraphraste. Apparet autem Paulum singulis Prophetæ uerbis non institisse, & tamen fideliter sententiam expressisse: quum illic Propheta, ut ueteres ipsi Rabini docent, teste R. Solomone, non de caducis & fluxis, sed de perpetuis & æternis bonis ista commemoret. Nec in mentem homini uenerũt *ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἐνέβη*. i. ne cogitare quidem potest homo de ijs quæ Deus suis parauit, tantũ abest ut ea possit sensibus complecti. Vulg. & Eras. seruarunt Hebraismum. Nam Heb. עלה על לב idem declarat atque Latinis, in mentem uenit. Sunt aũt hæc addita à Paulo ut Prophetæ sententiam uberius explicaret. Ijs qui, &c. *τοῖς*, &c. Hebræa habent לבוחה לו pro quo Erasmus putat Paulum, uel eũm interpretem quem ipse sequutus est, legisse לבוחה à germinato חבה, quòd summa sit harum literarum ב & ב affinitas. Sed ratio Grammatices hoc non patit. Neq; etiam possumus deducere חבה ut alibi inuenio, quia hoc thema in significatione diligendi non extat. Sequutus est igitur interpres sensum non uerba Prophetæ, quum spes & expectatio à dilectione promanet. 10 Nobis autem ἡμῖν δέ. Sic scriptum legimus in omnibus uetustis codicibus. Stapulensis tamen legit ἡμῶν δὲ nobis sanè. putauit enim hoc connectendum cum ἃ ἡτοίμασεν, hoc modo, Quæ oculus nò uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderũt quæ scilicet præparauit Deus diligentibus se, nobis sanè reuelauit. At ego, ut paulò antè dixi) putarim illa potius coniungenda cum ἀνέβη, ita ut sint non quarti casus sed recti. Clemens uerò lib. στρωμ. 5. legit ἡμὶν γάρ, nobis enim, quia scilicet suppleuit uerbum *ὑπερέστησεν* in superiore uersiculo, ut suo loco diximus. Erasmus deniq; ista refert ad id quod præcessit, Nemo principum huius seculi nouit, sed Deus nobis reuelauit. Ita fiet ut quæ interposita sunt, includantur parentheſi. quod mihi plane coactum uidetur. Scrutat ἐρευνᾷ. i. nihil in Deo tam profunde ac penitus abditũ quò C non penetret Spiritus, quo nos docet, quum ipse nimirum sit Deus unus cum Patre ac filio. Vel, scrutatur, i. scrutari docet, ut Rom. 8. e. 26. dicit postulare, quòd nos ad postulandum impellat. Quòd si Spiritum hoc loco malimus non ꝑ ipso sancto Spiritu, sed pro ipsius ui & afflatu accipere, simpliciter hoc erit accipiendum.

11 Spiritus hominis τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου. i. mens ipsa hominis, intelligendi & iudicandi facultate prædita.

12 Spiritum mundi τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου. Accipere Spiritum declarat Spiritu afflari. Itaque significat Paulus fideles non afflari eo spiritu qui ea doceat quæ mundus curat, & quorum capaces sunt homines quadam naturæ spõte: sed eũ qui nos ad Deũ usq; subuehat, cuius ui scilicet scrutemur & intelligamus salutis nostræ mysteriũ, alioquin imperuestigabile. Est autẽ hic locus diligenter etiã atq; etiã omnibus pijs obseruandus, ut quid sit fides, unde proma nei, quæ illius uis aduersus sophistas, intelligatur. Vt sciamus ἵνα εἰδῶμεν. Hic demum ualere debet scientiæ definitio quæ à philosophis tradit, cuius scilicet ἀπόδειξις est uerè αὐτόπιστος, ut dixit suprà uers. 4. & 10. Quæ Deus, &c. τὰ ὑπὸ τοῦ θεοῦ, &c. Vulg. quæ à Deo donata sint nobis. Ego uerò malò χαρίζεσθαι exprimere uerbo gratificandi, ut dixi Luc. 7. c. 21, ideoq; passiuã constructionẽ mutaui in actiuã. Eras. quæ à Christo donata sunt nobis. cuius errorẽ miror à plerisque non fuisse animaduersum, quum in nullis Græcis codicib. legatur ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, sed ὑπὸ τοῦ θεοῦ. & Apostolus per Dei dona ipsum Christum in primis, imò ferè unũ intelligat, quũ nihil nobis nisi in Christo sit largitus.

13 Non sermonib. &c. *οὐκ ἐν διδακτοῖς*, &c. Vulg. nõ in doctis humanæ sapiẽtiæ uerbis. quod quũ uix quisquã intelligat, recte mutatũ est ab Erasmo, qui etiã annotat se in quibusdã exẽplarib. legisse *διδακτικοῖς λόγοις*. i. sermonib. qui humanam sapientiam doceant. Verùm hæc lectio mihi nullo modo ꝓbat. Nã res ipsa ostendit, argumentũ quod sumpserat Apostolus ab ipsa natura eius doctrinæ quam profitebatur, ut scilicet suum illud simplex docendi genus humanæ facundiæ opponeret quæ Corinthios fascinarat, nunc accõmodari ad id de quo agitur. quasi dicat Apostolus, Ea demũ ratio tradẽdæ alicui disciplinæ maximè est apposita, quæ proprijs & ad id de quo agit accõmodatis uocabulis ac formulis utit. Atqui Euangeliũ sicut à Deo non ab hominib. manat, ita etiã res docet ab humano sensu ꝓr sus remotas. Meritò igitur in eo tradendo non humanã sed diuinam eloquentiam usurpaumus. quã quidem mirum non est ab hominibus irrideri, quũ eam percipere non possint. Sed quos, &c. ἀλλ' οὐ, &c. Vulg. sed in doctrina Spiritus sancti. i. ἀλλ' οὐ διδακτῇ τὸ πνεύματος ἁγίου. quã lectionẽ inuenimus in uno codice, sed ab aliquo, ut opinor de prauatam, qui non animaduerterit λόγοις repetendum esse ἀπὸ πνευ-. Spiritualia, &c. *πνευματικοῖς*, &c. i. uerba rei accommodantes, ut sicut spiritualia sunt quæ docemus, ita spirituale sit nostrum docendi genus. Spirituale aũt uocat quod

A quod planè diuinum est & ab hominum sensu remotum. Itaque quod Chrysostomus existimauit hæc à Paulo dici, quasi significet se ad probanda Euangelij mysteria principijs etiuidem naturæ, id est spiritualibus, uti, & ex uerbo Dei petitis, mihi prorsus uidetur ἀπροσδιόνυσον: neq; etiam esse perpetuum, quum Christus ipse & Apostoli sæpe soleant rationes petere è medio, ut ea confirmêt quæ uel maximè sunt παράδοξα, ut paulò antè uers. 11, & infrà 15. c. 36, & deinceps ubi de resurrectione disserit. Denique hoc non spectat ad id de quo agitur. Sed illi minus etiam apposite loquuntur qui πνευματικοῖς referunt ad homines. Quorsum enim hoc? Itaq; malluimus πνευματικοῖς per periphrasin interpretari, iijsqui spiritualia sunt, quam spiritualibus, cum Vetere interprete & Erasmo, ut amphiboliam uitaremus. Nec obstat quòd paulo pòst animalis hominis fiat mentio, qui spirituali opponitur. Id enim additum est à Paulo ut obiectioni respondeat, qui fiat ut cælestem sapientiam tam pauci agnoscant.

Coniungentes συγκρίνοντες. Id est adhibito iudicio ita connectentes, ut uerba rebus prorsus respondeãt, & in unum ueluti corpus coalescant. Nam hoc quoque declarat uerbo συγκρίνειν cui opponitur τὸ διακρίνειν. unde τὸ σύγκριμα quod & σύγκριμα dicitur, ut prolatis exemplis docet Budæus. Vulg. & Eras. coparantes, non satis expresse.

ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος ὁ μὴ δεχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ· μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστι, καὶ οὐ δύναται γνῶναι, ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται.

14 Animalis autem homo non est capax eorum quæ sunt Spiritus Dei. sunt enim ei stultitia, nec potest ea cognoscere: quia spiritualiter iudicantur.

ὁ δὲ πνευματικὸς ἀνακρίνει μὲν πάντα, αὐτὸς δὲ ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται.

15 At spiritualis dijudicat quidem omnia, ipse uerò à nemine dijudicatur. Prou. 27. c. 19.

τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου, ὃς συμβιβάσει αὐτόν; ἡμεῖς δὲ νοῦν χριστοῦ ἔχομεν.

16 Quis enim nouit mẽtem Dñi, q instructurus sit eum? Nos aũt mentẽ Christi habemus. Esa. 40. d. 13. sapien. 9. c. 13. rom. 11. d. 34.

14 Animalis homo ψυχικὸς ἄνθρωπος. Id est homo non alio quàm naturali animi luce præditus, ut definit
B Iudæ d. 19, & ita quidem ut omnes tam superiores quàm inferiores facultates cõprehendantur, aduersus sophistas qui inferiores duntaxat putant hic significari, quemadmodum etiam Erasmus perperam hic definijt animalem hominem eum qui affectus humanos sequatur quum manifestum sit Apostolum de intelligendi & iudicandi facultatibus disserere, neque duntaxat contumaciam humani ingenij, quam & Sophistæ agnoscunt, sed etiam impotentiam arguere, eamque eiusmodi ut quod ad ea intelligenda attinet in quibus posita est salus, omnia prorsus adimat homini naturalibus tantùm facultatibus prædito. Fateor tamen quod alibi docuit Paulus & res ipta testatur, inuisibilia Dei ex rerum aspectabilium contemplatione ab hominibus etiam non regeneratis intelligi: sed aliud est Deum ut omnipotentem & æternum nosse (hoc enim est τὸ τὸ θεὸν γνωστὸν quod uocat Apostolus Rom. 1. c. 19) aliud uerò ut Patrem in Filio reconciliatum. quæ sapientia non potest intelligi ac multo etiam minus agnosci nisi ab ijs quibus Spiritus sanctus peculiari gratia patefecerit. Itaque (ut ad rem redeam) ψυχικὸς ἄνθρωπος idem declarat atque Rom. 8, & alibi sæpe Caro, & in Carne esse: cui opponitur Spiritualis, Spiritus, & in Spiritu esse.

Non est capax δὲ δέχεται. Sic malui interpretari quàm Non capit, propter amphiboliam. Vulg. nõ percipit. quod significat perfectè capere, ideoq; non conuenit. Neque enim significat Apostolus infirmas, sed nullas prorsus esse hominis facultates ad spiritualia cognoscenda. Erasmus, nõ accipit. rectè id quidem, sed nimium ambiguè in re tanti momenti. quum accipere etiam dicatur aliquis quod approbat & gratum habet. At Paulus, ut mox subijcitur & aperte dixit Rom. 8. b. 7, non modò contumaciam humani ingenij, sed etiam impotentiam declarat, metaphora à minoribus uasis sumpta, quæ marus quippiam ipsorum proportione capere nulla ratione possint. Sunt ὅτι. Vulg. est. quod recte mutauit Erasmus, quum præcedat neutrum plurale. Quia ὅτι. Sic uetus interpres, à quo quum nollemus discede-
C re, suppleumus relatiuum ea in priore membro. Verùm si legamus ὅ, τι ita ut sit prouocabulum, nihil fuerit supplendum, & eadem manebit sententia, id scilicet quod nonnisi Spiritualiter, id est Spiritus ui & afflatu cognosci potest, ab eo cognosci non posse qui eo Spiritu non sit præditus. Sed & possumus cum Erasmo uertere ὅτι quod, ita ut εἰδικῶς accipiatur: quasi significet Apostolus animalem hominem ne cognoscere quidem posse, ista de quibus agitur, solius Spiritus ui intelligi, id est, ne id quidem nosse in quantis tenebris uersetur. Nam alioquin ea non haberet iudibrio, sed miseram suam conditionem potius deploraret.

Spiritualiter πνευματικῶς. Id est ui & afflatu solius sancti Spiritus, non autem τῆς ψυχῆς, id est animi, quo prediti sunt omnes homines. Neque enim spiritualiter hoc loco, uel modum, uel qualitatem, sed causam ipsam in filijs Dei agentem declarat, à qua Spirituales denominantur. Dijudicantur ἀνακρίνεται. Id est intelliguntur ac perspiciũtur, ut ab alijs internosci & certò sciri possint. Gignit enim in nobis Spiritus fidem, & fides πεποίθησιν illam ac πληροφορίαν toties ab Apostolo commemorandam. Sed hoc sciamus, Spiritum à uerbo non separari, & eo quidem uerbo quod prædicarunt & scripserunt Apostoli, ut explicatur Rom. 10. b. 8, & c. 17. ne uel furiosi Anabaptistæ & Academici suas reuelationes, uel Papistæ sua commenta, aut mortuorum responsa nobis pro Dei Spiritu obtrudant. Vulg. examinantur. quæ interpretatio nimium est diluta, quum alioquin uerbo ἀνακρίνεσθαι conueniat.

15 Dijudicat ἀνακρίνει. Id est intelligit ac perspicit, pro Spiritus scilicet mensura. Chrysostomus tamen maluit pro ἐλέγχει accipere, id est pro redarguere. A nemine ὑπ' οὐδενὸς A nemine scilicet homine. Nam ne tum quidem quum Prophetæ de Prophetis iudicant, hominis est, sed Spiritus iudicium. tanta est Euangelicæ doctrinæ præstantia. Vel à nullo, id est à nulla re, ut οὐδενὸς neutro genere accipiatur, quia præcesit πάντα. Ita enim planior erit antithesis ac multò uehementior, ut nõ homines ipsi modò, sed quicquid etiam ab ipsis proficiscitur, quicquid denique usquam est, Spiritui subijciatur, ac proinde uerbo Spiritus. quo maiore reprehensione digni erant Corinthij quum alios alijs anteponerent, uana quorundam garrulitate capti.

16 Nouit ἔγνω. Hebræa habent Esa. 40. c. 13, מי תכן id est quis direxit. Quod igitur figuratè dixit Propheta, Græci simpliciter exposuerunt. Videntur tamen Hebræa amplius quiddam significare: sed in hoc nullũ est momentum quod attinet ad scopum Apostoli. Mentem νοῦν. Heb. רוח id est Spiritum. Itaque Vetus interpres non recte uidetur sensum interpretari tum hoc loco, tum in sequenti uersiculo Qui ὅς. Refertur uocabulum ad τις, ut ego quidem existimo. Placuit tamen Stapulensi potius referre ad νοῦν, id est mentem, sed sententia parùm apposita ut ex Hebræorum collatione liquet. Instructurus sit eum συμβιβάσει αὐτόν. i collatis consilijs edocturus quid ei sit agendum. Hoc enim etiam declarat τὸ συμβιβάζειν ut diximus Act. 16. b. 10. pro quo Hebræa habent ויכוין, i. & fecit eum intelligere. Itaq; non satis apposite Photius συμβιβάζειν hoc loco interpretatur per διαλλάττειν, id est, concilia re: Chrysost. autẽ non malè per διορθοῦν. i. dirigere: uti facere solent qui alios docent: unde & διδάσκαλοι dicuntur.

Mentem Christi hab. νοῦν χριστοῦ ἔχομεν. i. Christi Spiritum qui nobis arcana illa alioquin inscrutabilia omnemõ; adeò ueritatem patefecit, ut Iohan. 16. b. 13. & Rom. 8. b. 9. nisi malimus pro ipsius Spiritus ui & afflatu accipere, eadem manente sententia. Eras. mentem Christi tenemus. Putauit enim νοῦν hoc loco declarare consilium ac uoluntatem, cũ Vetere interp. qui sensũ conuertit. Sed & Theophyl. p notitia seu intelligẽtia exponit: quæ Christi esse dicat ꝙ à Patre in nos per Christũ ꝓmanat. Quidam denique mentẽ Christi interpretatur Deum Patrẽ: quæ interpretationes mihi uidẽt logius petitæ. Itaq; malo in hoc quoq; mẽbro, ut in Esaiæ testimonio, νοῦν accipere ꝓ רוח. i. Spiritu. in qua etiã opinione est Photius.

Cap. III. ΚΕΦΑΛ. γ. A

Spirituales. Carnales. Parvuli in Christo.

EGo porrò, fratres, non potui loqui uobis ut spiritualibus, sed *loquendum fuit* ut carnalibus, *ideſt*, ut infantibus in Christo.

1 Καὶ ἐγὼ, ἀδελφοὶ, οὐκ ἠδυνήθην λαλῆσαι ὑμῖν ὡς πνευματικοῖς, ἀλλ' ὡς σαρκικοῖς, ὡς νηπίοις ἐν χριστῷ.

Lac. Esa. 40. d. 13 sap. 9. c. 13 rom. 11. d. 34

Lactis potu uos alui, & non esca: nondum enim poteratis *id ferre*. imò ne nunc quidem adhuc potestis.

2 γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα· οὔπω γὰρ ἠδυνάσθε, ἀλλ' οὐδὲ ἔτι νῦν δύνασθε·

Sectas insectatur Paulus.

Nam adhuc carnales estis. quum enim in uobis *sint* liuor, & cõtentio, & dissidia, nonne carnales estis, & secundum hominem inceditis?

3 ἔτι γὰρ σαρκικοί ἐστε. ὅπου γὰρ ἐν ὑμῖν ζῆλος καὶ ἔρις, οὐ διχοστασίαι, οὐχὶ σαρκικοί ἐστε, καὶ κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε;

Etenim quũ dicit quidã, Ego quidé sum Pauli: alter uerò, ego *sum* Apollo: nonne carnales estis?

4 ὅταν γὰρ λέγῃ τις, ἐγὼ μέν εἰμι παύλου· ἕτερος δὲ, ἐγὼ ἀπολλῶ· οὐχὶ σαρκικοί ἐστε.

Ministri.

Quis igitur est Paulus, quis autem Apollos, nisi ministri per quos credidistis, & ut cuiq; Dominus dedit?

5 τίς οὖν ἐστὶ παῦλος, τίς δὲ ἀπολλώς; ἀλλ' ἢ διάκονοι, δι' ὧν ἐπιστεύσατε, καὶ ἑκάστῳ ὡς ὁ κύριος ἔδωκεν;

Ego plantaui, Apollos rigauit: sed Deus dedit incrementum.

6 ἐγὼ ἐφύτευσα, ἀπολλὼς ἐπότισεν, ἀλλ' ὁ θεὸς ηὔξανεν.

Itaq; neq; is qui plãtat, est aliquid, neq; q rigat: sed Deus qui dat incrementum. B

7 ὥστε οὔτε ὁ φυτεύων ἐστί τι, οὔτε ὁ ποτίζων, ἀλλ' ὁ αὐξάνων θεός.

Pſal. 62. d. 13 galat. 6. b. 5

Is uerò qui plantat, & is qui rigat, unum sunt: unusquisq; uerò suam mercedem accipiet secundum suum laborem.

8 ὁ φυτεύων δὲ καὶ ὁ ποτίζων ἓν εἰσιν· ἕκαστος δὲ τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεται κατὰ τὸν ἴδιον κόπον.)

Agricultura. Aedificatio Dei

Etenim Dei sumus administri: Dei aruum, Dei ædificatio estis.

9 θεοῦ γάρ ἐσμεν συνεργοί· θεοῦ γεώργιον, θεοῦ οἰκοδομή ἐστε.

IN CAPVT III.

1 Vt carnalibus *ὡς σαρκινοῖς*. Carnales uocare solet Paulus qui in carne sunt, ac proinde placere Deo non possunt, ut Ro. 8. a. 5. & b. 8. Hic uerò pro ijs accipit qui sunt quidem in Spiritu, sed tamen adhuc *νεόφυτοι*, & quasi teneri adhuc infantes. quod explicat ipse Apostolus. nam illud *ὡς νηπίοις* positum est in epexegesi. *Id eſt* ut infantibus in Christo *ὡς νηπίοις ἐν Χριστῷ*. Fide inserimur Christo, cuius Spiritu uegetamur. Itaq; pro mensura fidei ac profectus dicimur etiam adolescere, ut Ephes. 4. c. 13. Est autem pastoris munus sese ad eorum captum accõmodare quos alendos suscepit: ita tamen ut pro lacte nunquam porrigat uenenum. Lac enim & solidus cibus re quidem eadem sunt, sed tradendi modo & forma differunt.

2 Lactis potu uos alui *γάλα ὑμᾶς ἐπότισα*. Vulg. ad uerbum, Lac uobis potum dedi. quod fœliciter mutauit Erasmus, quia quod de cibo subijcitur, non satis proprie referri potest ad *ἐπότισα*. Sciendum est igitur subaudiri cognatæ significationis uerbũ, ut in illo Homeri *οἶνον πολὺν ὃν ἔδοντες*, & alibi *ἐδηδοί τε πίονα μῆλα οἶνον τ' ἔξαιτον μελαδρόν*. Esca *βρῶμα*. Id est *στερεὰν τροφὴν* solido alimento, ut explicatur Heb. 5. d. 12. eo scilicet cibi genere quod commoditione & firmiore uentriculo indigeat: *παρὰ τὸ βρώσιμον*. Ideo malui escam interpretari quàm cibum.

Nõdum poteratis *id ferre* *οὔπω ἠδυνάσθε*. nimirum ut uos solido cibo pascerem. Suppleui igitur quod deerat explendæ constructioni, quanuis etiã possimus *δύνασθαι* absolutè interpretari, uiribus seu rubore esse præditum.

3 Liuor *ζῆλος*. Vulg. zelus. Eras. æmulatio. Vide Iohan. 2. c. 17. Et dissidia *καὶ διχοστασίαι*. Hoc non legit Vetus interpres, neque etiam Clemens, libro *στρωματέων* quinto hunc locum citans. Et secundum hominem inceditis *καὶ κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε*. Exponit quid sit carnalem esse, id est humani iudicij imbecillitati esse obnoxium. quod quidé aliquatenus in eos etiam cadit qui alioqui sunt Spirituales, quum omnes ex parte cognoscamus. Sed tamen quia errabant Corinthij in hoc ueluti Christianæ religionis tyrocinio, ideo grauius à Paulo reprehẽdun tur, ut eorum fastum compescat: quum alioquin uarijs & excellentibus donis plurimi inter eos excellerent, ut dictũ est suprà 1. a. 5. Vide Ro. 3. a. 5. ubi exposuimus quid declaret *κατ' ἄνθρωπον*. C

5 Quis est *τίς ἐστι*, Vulg. Quid est, *τί ἐστι*. quod etiam melius uidetur conuenire cum conclusione uers. 7.

Nisi *ἀλλ' ἤ*. Hoc non Legit Vetus interpres, & in uno exemplari deesse comperimus. ac mihi quidem uidetur melius cohærere oratio, si post *Απολλὼς* adscripta nota interrogationis, subijciatur pro responso, *διάκονοι δι' ὧν ἐπιστεύσατε* ministri *sunt* per quos credidistis. Per quos *δι' ὧν*. Vulg. eius cui, ut uideatur legisse *εἰς ὅν*.

Et ut cuique *καὶ ἑκάστῳ ὡς*. Videtur Paulus delectatus hac traiectione, cuius aliud extat exemplum Ro. 12. a. 3. Vide infrà 12. b. 11.

8 Is uerò qui plantat *ὁ φυτεύων δέ*. Duplex igitur fuit error, unus quòd in ipsis ministris hæreret: alter, quòd ministros ministris apponerent.

9 Administri *συνεργοί* Augustinus & Erasmus, cooperarij. Ambrosius, operis participes. Vulg. adiutores. Vocabulo, fateor, Latino, sed quod rectè, ut opinor, reprehendit Stapulensis. Dicimur enim eum adiuuare cui uires nõ sufficiunt. quis autem hoc de Deo dicat? Et autem subseruire nihil prohibet, cui opera nostra uti placeat in eo quod ipse solus, si uelit, possit efficere. Sed in hoc opere de quo hic differitur, amplius etiam aliquid considerandum est. Primum scilicet, istos qui Dei sunt administri, uiribus uti non à natura insitis, sed à gratia collatis, ut apta & idonea fierent instrumenta: sicut significat Apostolus infrà 15. b. 10, & 2. Cor. 3. b. 6. ut nihil habeant *συνεργοί* de quo in sese glorientur. Deinde quod præcipuum est in hoc opere, id est uitam & augmentum, id omne ita manare à Deo ut nullum habeat *συνέργον*.

Aruum *γεώργιον* uel seges. significat enim *γεώργιον* id ipsum in quo excolendo laborauit agricola. Vulg. agricultura, Eras. agricolatio, id est *γεωργία*. Quod uetus interpres hoc loco addit estis *ἐστέ*, reperimus in uno exemplari, neque inane esse puto, propter repetitionis emphasin. Est autem hæc argumentorum series. Si Pauli estis, ergo & Apollo: quum Paulus & Apollos unum sint. Sed neque Pauli neque Apollo estis, nisi quatenus sunt

A sunt unius Dei ministri. de igitur istæ factiones? Nam reuera unius Dei estis, quum is proprie uos excoluerit & ædificarit in filio suo. Vti-

κατὰ τὴν χάριν τοῦ θεοῦ, τὴν δοθεῖσάμοι, ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων θεμέλιον τέθεικα, ἄλλος δὲ ἐποικοδομεῖ· ἕκαστος δὲ βλεπέτω πῶς ἐποικοδομεῖ.

10 Secundum gratiam Dei quæ data est mihi, ut peritus architectus fundamentum posui: alius autem superædificat. Porrò quisq; uideat quomodo superædificet.

θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός.

11 Nam fundamentū aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Iesus Christus. *Fundamentum Ecclesiæ.*

εἰ δὲ τις ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον, χρυσόν, ἄργυρον, λίθους τιμίους, ξύλα, χόρτον, καλάμην,

12 Quòd si quis superædificet super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam:

ἑνὸς ἕκαστου τὸ ἔργον φανερὸν γενήσεται· ἡ γὰρ ἡμέρα δηλώσει, ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται· καὶ ἑνὸς ἕκαστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι, τὸ πῦρ δοκιμάσει.

13 Cuiusque opus manifestum fiet: dies enim declarabit. Nam per ignem reuelabitur: & cuiusque opus quale sit, ignis probabit. *Ignis.*

εἴ τινος τὸ ἔργον μενεῖ, ὃ ἐποικοδόμησε, μισθὸν λήψεται·

14 Si cuius opus manebit quod superædificauit, mercedem accipiet.

εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαήσεται, ζημιωθήσεται, αὐτὸς δὲ σωθήσεται, οὕτως δὲ ὡς διὰ πυρός.

15 Si cuius opus exustum fuerit, damnum faciet: ipse uerò seruabitur, ita tamen ut per ignem.

B 10 Secundum gratiam Κατὰ χάριν. Hoc nonnulli adiunguht præcedentibus. Ego pleraque exemplaria sequutus, coniungere malui cum uerbo τέθεικα posui. Est enim hoc additum ab Apostolo ne de se uideretur nimium magnifice loqui, quasi suis ipsius uiribus fundamenta huius ecclesiæ iecisset, ac non potius ut Dei administer. deinde ut doctrinæ suæ authoritatem conciliaret. Sed & ab his uerbis uidetur à populo conuertere orationem ad ipsos pastores: obliquè tamen initio, & de ipsis potius quàm ad ipsos loquens, idque in genere & indefinitè, ut sit grauis potius quàm acerba reprehensio. Vt peritus architectus ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων. Vulgata & Erasmus, ut sapiens architectus. Sed haud scio an sapiens apud Latinos tam latè pateat atque σοφὸς apud Græcos, de quo diximus aliquid supra 1.c.17. Alius autem ἄλλος δέ. Hoc omnino indicat Apostolum nunc de ijs agere qui in Corinthiorum Ecclesia docebant. Ij uerò nusquam reprehenduntur à Paulo, quòd falsam doctrinam annunciarent: sed eo nomine dum taxat quòd curiosis argutijs & humanæ potius quàm diuinæ sapientiæ dediti essent: unde postea illæ in populo factiones erant exortæ. Aberrant igitur à scopo qui ad doctrinas uerbo Dei ulla ex parte contrarias hanc Pauli similitudinē accommodant: in quibus etiam numero ciborum delectum, dierum & uestium discrimina, reliquiarum ueneratione, & cætera id genus. Sed ij multò longius excurrunt qui ad priuatorum uitam & actiones hoc referunt. Longissimè denique atque adeò in contrariam partem seruntur qui hoc loco purgatorium suum ignem extruunt. Sed bene habet quòd ex stipula ligno & fœno sit extructus, ut nihil mirum sit illum nostra memoria, Dei flamma rursus accēsa, magna tam ex parte conflagrasse. Certè præclaros istos architectos oportuerat suo saltem Gregorio assentiri. siquidem (ut ipsi uolūt) Papam nefas est à quoquam iudicari, & eum quidem qui in diuorum album sit relatus. Is uerò Dialog. 4. cap. 39, quum aliquot Scripturæ testimonia citasset, Ex quibus sententijs, inquit, constat quia qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio præsentatur: sed tamē de quibusdam LEVIBVS CVLPIS ante iudicium purgatorius ignis censendus est. Deinde quænam illasint leuia peccata exponens, Sicut est, inquit, assiduus otiosus sermo, immoderatus risus, uel peccatum curæ rei familiaris, quæ uix sine culpa, uel ab ipsis agitur qui à culpa qualiter declinare debeant, sciunt, aut non in grauibus error ignorantiæ: quæ cuncta etiam post mortem grauāt, si adhuc in uita positis minimè fuerint relaxata. Nam quum Paulus dicat Christum esse fundamentum, atque subiungat, Si quis superedificauerit, &c. quāuis hoc de igne tribulationis in hac nobis uita adhibito possit intelligi, tamen si quis hoc de igne futuræ purgationis ac-

C cipiat, pensandum soliciè est: quia illum per ignem dixit posse saluari non qui super hoc fundamentum ferrum, æs, uel plumbum ædificat, id est peccata MAIORA, & idcirco duriora atque tunc iam insolubilia: sed lignum, fœnum, stipulam, id est peccata MINVTA ET LEVISSIMA, quæ ignis facilè consumat. Hæc Gregorius, & papa, & diuus, & doctor (ut uolunt) irrefragabilis: ineptè quidem, quum Paulus de doctrina & docēdi modo differat, & quidem ex hypothesi ad Corinthiorum doctores accommodata: sed ita tamen ut blasphemum hunc errorem res ipsa clamet ab eius successoribus plurimum auctum, qui leuia illa peccata reliquerunt aquæ aspergine eluenda: maiora uerò atq; adeo maxima quæque sibi reseruarunt, ut horum scilicet obtentu non animos repurgent (id enim unius Dei est efficere per fidem in Christum, ut Act. 15. b. 8. clamat ipse Petrus, cuius authoritatem istos non pudet ementiri) sed crumenas fœdissima illa sua nundinatione emungant.

13 Dies enim ἡ γὰρ ἡμέρα. Id est tempus, uel lux ueritatis, suo tempore, diei instar exoriens, ut ignorantiæ tenebras pellat. Tum enim quæ pro auro & argento nunc admiramini (id est curiosa ista humanæ sapientiæ ostentatio) apparebunt nihil aliud esse quàm res inanis ac prorsus uana: quam quum cœperit illucescēs animis nostris Dominus tanquam igne explorare, necesse erit eam euanescere, ac tanquam lignum aut fœnum ac stipulam consumi. Ignis enim proprium est ut illustret & probet. estque tota hæc oratio allegorica. ut ij plane sint inepti qui quum in cæteris allegoriam cogantur agnoscere, tamen in uocabulo ignis hærent, nec interim considerant quod recte obseruauit Augustinus, huic igni subijci tam bonos quàm malos ædificatores, ut, si istorum doctrina ualeat, necesse sit bona opera non minus quàm mala in isto purgatorio excoqui. Cæterùm q in quibusdam Latinis codicib. adijcitur Dominī, id. 2. inuenio in Græcis exemplarib. nec puto conuenire: quòd ferè soleat supremus ille dies hoc addito epitheto significari, cui nō reijcit hoc examen Apostolus. Est tamen addito articulo scriptum ἡ ἡμέρα, ut scilicet significetur certum esse à Domino tempus constitutum quo cuiusque ministri opus exploret.

Nam per ignem reuelabitur: ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται. Ego nouam propositionem ab his uerbis puto inchoari, qua probetur aut explicetur potius illud ἡμέρα δηλώσει, dies declarabit. Itaque post δηλώσει non adscribo μετὰ κόμματος, sed στιγμῆς. neque dubito quin ὅτι sit coniunctio, non pronouabulum.

Damnum faciet ζημιωθήσεται. Id est iacturam hanc faciet, operis scilicet ac laboris, ut si quis architectus nō

rectè struxerit parietē, nō modò nō persoluit ei merces operis, sed etiā opus diruitur. Vulg. detrimentū patiet. Eras. dā nū patietur. uterq; ambiguè. A

Ipse uerò *αὐτὸς δέ* Nonnulli conuertunt Ipsum uerò, quasi hoc scilicet ad *θεμέλιον*, id est ad fundamentū, referatur. quam opinionē non probo. Primum enim quorsum hoc Paulus, quod erat extra omnem controuersiam? Deinde coacta est interpretatio uerbi *σώζεσθαι* pro perdurare & integrum manere, quum fundamentum ipsum in nullo pereundi periculo uersaretur, ex Pauli hypothesi, suprà uers. 11. Præterea *θεμέλιος* ab ipso duodecimo uersiculo esset repetendum. quod & ipsum est ui quadam detortum, ut sine necessaria causa non debeat admitti. Deinde cur addita est conditio quæ subijcitur. Denique apparet ex antithesi, ea quæ superstruuntur, non comparari cum fundamento quod Paulus iecerat, sed inter se conferri, ipsosque opifices non cum fundamenti architecto, sed inter se alios cum aliis committi, eos scilicet qui rectè & solidè superstruunt cum ijs qui fœnum & stipulam, id est inutilem materiam congerunt.

Seruabitur *σωθήσεται* Id est opere quidem ac mercede sperata, non tamen uita, multabitur. Neque enim eos ut pseudapostolos reprehendit Paulus, quique ut à fundamento desciscant, sed ut curiosa quædam ac humana potius quàm diuina confectantes, uti fecit ille Dionysius, Corinthiorum, opinor, ipsorum episcopus, qui in cælesti Hierarchia describenda sese plerunque frustra fatigat. uti etiam hodie faciunt qui Scripturæ simplicitatem fastidientes, philosophicas aut ne philosophicas quidem speculationes permiscent: qui denique ascititio quodam cultu natiuam illam uerbi quasi formam inficiunt.

Templum Dei. Spiritus sanctus Infrà 6.d.19. 2.Cor.6.d.16.

An nescitis quòd templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in uobis.?

16 οὐκ οἴδατε ὅτι ναὸς θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν;

Si quis templum Dei uiolat, hunc perdet Deus: nam templum Dei sanctum est, quod estis uos.

17 εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ θεός. ὁ γὰρ ναὸς τοῦ θεοῦ ἅγιός ἐστιν, οἵτινές ἐστε ὑμεῖς.

Sapiens. Stultus.

Nullus seipsum seducat. si quis *sibi* uidetur esse sapiens inter uos in hoc seculo, stultus fiat ut fiat sapiens.

18 μηδεὶς ἑαυτὸν ἐξαπατάτω. εἴ τις δοκεῖ σοφὸς εἶναι ἐν ὑμῖν ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, μωρὸς γενέσθω, ἵνα γένηται σοφός.

Sapientia enim mundi huius, stultitia *est* apud Deum. scriptum est enim, Capit sapientes cum uersutia ipsorum. Iohan.5.b.13.

19 ἡ γὰρ σοφία τοῦ κόσμου τούτου, μωρία παρὰ τῷ θεῷ ἐστί. γέγραπται γάρ· ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν.

Et rursum, Dominus nouit quòd cogitationes sapientium sint uanæ. Psal.93.b.11.

20 καὶ πάλιν· κύριος γινώσκει τοὺς διαλογισμοὺς τῶν σοφῶν, ὅτι εἰσὶ μάταιοι.

Non gloriādum in hominibus.

Itaque nullus glorietur in hominibus: omnia nanque uestra sunt.

21 ὥστε μηδεὶς καυχάσθω ἐν ἀνθρώποις· πάντα γὰρ ὑμῶν ἐστιν,

Siue Paulus, siue Apollos, siue Cephas, siue mundus, siue uita, siue mors, siue præsentia, siue futura: omnia *inquam* uestra sunt.

22 εἴτε παῦλος, εἴτε ἀπολλώς, εἴτε κηφᾶς, εἴτε κόσμος, εἴτε ζωή, εἴτε θάνατος, εἴτε ἐνεστῶτα, εἴτε μέλλοντα· πάντα ὑμῶν ἐστιν,

Vos autem Christi: Christus uerò, Dei.

23 ὑμεῖς δὲ χριστοῦ, χριστὸς δὲ θεοῦ.

Vt per ignem *ὡς διὰ πυρός*. Id est, ita tamen ut examinis illius rigorem non effugiat, & nonnisi probatus & exploratus absterſis demum sordibus placeat. Hæc enim est conditio quæ in recipiendis omnium doctorum scriptis ualere debet, quum solum Dei uerbum sit *αὐτόπιστον*.

17 Violat *φθείρει*. Id est, ut rem sacram polluit ac contaminat. Eras. prophanat, *βεβηλοῖ*.

Perdet *φθερεῖ*. In Græcis idem uerbum repetitur. quamobrem etiam Hilarius Psal.64, utrobique corrumpēdi uocabulo usus est, sed nimium impropriè. Meminit & ipse Augustinus contra epistolam Manichæi capite 39, ut Erasmus annotauit. Quòd si quis uelit paranomasiam seruare, uertat licebit, Si quis templum Dei destruit, hunc destruet Deus, ut Erasmo placuit in annotationibus Quod estis *οἵτινες*. Ad uerbum, qui estis. Sed hoc nullius est momenti. Sic enim solent Græci interdum rationem eius quod sequitur potius quàm antecedentis habere. & Latini quoque, ut in illo Salustij, Est locus in carcere quod Tullianum appellatur. C

18 In hoc sæculo, *ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ*. Hoc nonnulli præcedentibus, nonnulli sequentibus attexunt. Ego præcedentibus malo. Fuit enim definiendum Apostolo quod sapientiæ genus excludat ab Ecclesiastico ministerio, eam scilicet quæ à carne manat non à Spiritu. Nam alioqui non errat quisquis est sibi sapientiæ conscius, si in Domino glorietur, nec alios despiciat, ut infrà 7.g.40, & 11.a.1.

19 Capit *Ὁ δρασσόμενος*. Hebræa habent Iohan.5.b.13 לרבר i. irretit. Est autē *τὸ δρασσεσθαι* id quod dicimus uulgaro nostro sermone *Il empoigne*. unde *δρασσὲ* manipulus, *une poignee*, estque positum participium, Hebræorū more, pro uerbo. Vulg. comprehendam, non satis rectè, quum ibi nō loquatur Dominus sed Eliphaz. Eras. qui cōprehēdit, *ὃς παταλαμβάνει*, uel *ὁ παταλαμβάνων*, ut habet ea editio Græca qua nunc utimur.

Cum uersutia *ἐν τῇ πανουργίᾳ* Vel uafricia ac calliditate, i. utcunq; sint uafri, eos tamen Dominus capiet, quū scilicet eorum artes res ipsa declarabit illud ipsum esse quo sese inuoluerint. Itaque præpositio *ἐν* uel pro *σὺν*. i. cum, uel pro *διὰ* accipitur. Vulg. & Eras. in astutia, obscurè: nisi sic accipias quasi dicat, In media ipsa uersutia illos à Deo occupari. 20 Sapientum *τῶν σοφῶν*. Hebræa ueritas habet Psal.94.b.11, ארם hominum, sed rectà omnino Apostolus Prophetæ sensum exposuit. Cuius enim uirtutis esset, stultorum aut uulgarium hominum uanitatem nosse? Loquitur ergo Dauid de ijs qui inter homines præcipuè excellunt, quorum tamen omnem sapientiam iudicio Dei testatur nihil aliud quàm meram esse uanitatem, ideoq; contemptim generali nomine eos uocat ארם suæ scilicet illos cōditionis admonens 21 Itaq; *ὥστε*. Sequitur iam uniuersalis coclusio, qua primo loco admonet auditores, ne in ipsis ministris subsistant, sed ad eū ascendāt qui per illos agit, tribus scilicet uersibus proximis. ut deinde nihilominus habeāt pro ministris & arcanorum Dei dispēsatoribus, uer. sequētis cap. 1. Secūdo aūt loco ministros monet ut se nō dominos sed œconomos esse meminerint: ac proinde nihil alienū uel in doctrina, uel in ipsa docēdi ratione admiscēt, sed ut fideles œconomi ea demum quæ acceperunt, bona fide distribuant. idq; cōplectitur uers. sequentis cap. 2. Deinde ad arrogantiam utrorūq; compescendā transit. Itaq; meo quidem iudicio debuit sequentis capitis sectio incipere ab *ἐμοὶ δέ*, Mihi uerò: præcedentes autem uersiculi primus & secundus huic capiti attexi. Glorietur *καυχάσθω* i. sibi ita placeat in hominibus quicūq; tandē illi sint, ut illis sit addictus, & quod Dei est, ad eos trāsferat, ut ij faciebāt qui huius aut illius se esse dicebant, & etiamnū hodie qui Francisci, Dominici, Benedictī profitentur 22 Vestra sunt *ὑμῶν ἐστιν*. i. adminicula uobis destinata, ut ad Christum & à Christo ad Deum subuehamini, nō autem ut in illis adminiculis hærratis. Ita enim fieret ut non uestra essent illa, sed illorum potius essetis.

A CAPVT IIII.

Οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος, ὡς ὑπηρέτας χριστοῦ, καὶ οἰκονόμους μυστηρίων θεοῦ.

ὧδε λοιπὸν, ζητεῖται ἐν τοῖς οἰκονόμοις, ἵνα πιστός τις εὑρεθῇ.

ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἐστιν, ἵνα ὑφ' ὑμῶν ἀνακρι θῶ, ἢ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας. ἀλλ' οὐδὲ ἐμαυτὸν ἀνακρίνω.

οὐδὲν γὰρ ἐμαυτῷ σύνοιδα, ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι· ὁ δὲ ἀνακρίνων με, κύριός ἐστιν.

ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ κύριος, ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν, καὶ τότε ὁ ἔπαινος γενήσεται ἑκάστῳ ἀπὸ τοῦ θεοῦ.

B ταῦτα δέ, ἀδελφοί, μετεσχημάτισα εἰς ἐμαυτὸν καὶ Ἀπολλῶ δι' ὑμᾶς, ἵνα ἐν ἡμῖν μάθητε τὸ μὴ ὑπὲρ ὃ γέγραπται φρονεῖν, ἵνα μὴ εἷς ὑπὲρ τοῦ ἑνὸς φυσιοῦσθε κατὰ τοῦ ἑτέρου.

τίς γάρ σε διακρίνει; τί δὲ ἔχεις ὃ οὐκ ἔλαβες; εἰ δὲ καὶ ἔλαβες, τί καυχᾶσαι ὡς μὴ λαβών;

KEΦAA. Δ. 523

1 SIc de nobis reputet homo ut de miniſtris Chriſti & diſpenſatoribus myſteriorum Dei. *Miniſtri.*

2 Quod ſupereſt autem, *illud* requiritur in diſpenſatoribus, quod fidus quiſque comperiatur.

3 Mihi uerò pro minimo eſt quòd à uobis dijudicer, aut ab humano iudicio: imò nec meipſum dijudico. *Iudicare.*

4 Nullius enim rei mihi conſcius ſum: ſed non per hoc iuſtificatus ſum: ſed Dominus is eſt qui me diiudicat.

5 Proinde ne ante tempus quicquam iudicetis, uſquedum uenerit Dominus, qui & illuſtraturus eſt occulta tenebrarũ, & manifeſta faciet conſilia cordium: ac tunc laus erit unicuique à Deo. *Matth. 7. a. 1. rom. 2. a. 1.*

Hæc autem, fratres, per figuram tranſtuli ad me ipſum & in Apollo, propter uos: ut in nobis diſceretis, *de uobis* ſuprà id quod ſcripſi, non ſentire: ut ne alius pro alio inflemini aduerſus alium.

7 Quis enim te diſcernit? quid autem habes quod nõ acceperis? quod ſi etiam accepiſti: quid gloriaris ut qui non acceperis? *Omnia accepta ferenda Deo.*

IN CAPVT III.

1 Sic de nobis reputet ὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω. Vulg. & Eraſ. Sic nos æſtimet, ὕτως ἡμᾶς τιμιτάσθω, quod uocabulum mihi uidetur paulò ſuperbius. Eſt autem cum hoc loco conferẽdum quod ſcripſit Apoſtolus ſuprà 1. b. 12, quum eos etiam increparet qui dicebant Ego ſum Chriſti, ita ſcilicet ut miniſtros non agnoſcerent: quum non minus peccet qui miniſtros ſpernit (quos quidem ueros Dei miniſtros eſſe cognouit) quã qui plus illis defert quàm par ſit.

Homo ἄνθρωπος i. ἑκάστος. quiſq;. enallage non modo Hebræis familiari, ſed quæ etiam uſurpatur apud diſertiores Græcos. Demoſt. λυπεῖ γὰρ ἄνθρωπε ἰδίᾳ πᾶς ὁ λοιδορῶν πρὸς τὰ παλλάκια τῶν ἐπιτρεχόντων δεῖ δὲ τὰ λοιπὰ μὴ ῥᾳθυμεῖν προσέχειν. Videtur tamen hominis nomen ſua emphaſi non carere hoc in loco. nempe ut quiſque ex ſuæ imbecillitatis conſideratione melius intelligat quanta ſit miniſterij eccleſiaſtici dignitas, quæ tamen non in ipſis hominib. ſed in eorum munere ſit poſita. 2 Quod ſupereſt autem ὧδε λοιπόν. Vulg. Hîc iam quæritur. ut rectè ſuſpicetur Eraſ. legiſſe, ὧδε λοιπὸν ζητεῖται, ſed refragantibus ſummo conſenſu Græcis codicib. Deinde quæritur pro requiritur, obſcurè dictum eſt. 3 Quod ἵνα. Vul. & Eraſ. ut, quæ particula rarò aliud declarat quàm finem, ut & apud Græcos ἵνα: hîc tamen ponitur pro ὅτι, εἰδικῶς ſcilicet non τελικῶς. Ab humano iudicio ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας. Vulgata, ab humano die, perobſcurè. Ponitur autem dies pro iudicio ex Cilicum idiotiſmo, ut Hieronymo placet: qui tamen non uideo quo iure omnem elegantiam Paulo detrahat. Sed de ea re diximus alibi: & putarim potius diem pro iudicio accipi ex ſcripturæ more, quæ diem Domini ſolet uocare diem ſupremo iudicio conſtitutum.

C Diiudico ἀνακρίνω. i. de me ipſo iudico, quantus ſim uel nõ ſim. Nam ſicut nullius ſum mihi cõſcius unde fortaſsis poſſem alicuius gloriationis occaſionẽ arripere, ita etiam probè noui mihi longè alia corã Deo iuſtitia opus eſſe, ut nulla ſit cauſa cur mihi ipſi placere debeam. itaque totum hoc iudicium Domino relinquo. Eſt igitur hoc Pauli dictum ad certam hypotheſin reſtringendum. Neque enim Corinthij de doctrinis iudicabant ex Dei uerbo, ſed de hominibus ipſis, idq; perperam. quum à quibuſdam Pythagoreorum more, penderent, ut eos diceres, tanquã agonotheras aliquos, non tanquam auditores Euangelij ſedere. Alioquin & Spiritus probadi ſunt, & nos ipſos explorare debemus an ſimus in fide. Nec priuata etiam charitatis iudicia, ac multo minus uel Ciuilem uel Eccleſiaſticam politiam dãnat Apoſtolus 5 Laus ἔπαινος. Laudari quidem non poterat unus quiſpiam præ cæteris à Corinthijs, quin cæteri culparentur, ut etiam apparet ex uerſiculo ſequente: ſed laudis mentionem potius quàm uituperij facit Apoſtolus, quia iſtius mali hæc erat origo, quòd certis hominibus plus tribuerent quàm par eſſet.

6 In nobis ἐν ἡμῖν. Id eſt noſtro hoc exemplo, qui aliorum etiam uitia in noſtras perſonas tranſferre maluimus, quàm nominatim quenquam carpere. Vnus codex ſcriptum habebat ἐν ὑμῖν, id eſt apud uos, ſiue intus, & in animis ueſtris: uel, inter uos.

De uobis non ſentire μὴ φρονεῖν. Hoc in loco accipitur τὸ φρονεῖν pro iudicio animi quod quiſpiam uel de ſe uel de alio concepit. Deerat autem in uno codice manu ſcripto, & apparet Veterem interpretem illud non legiſſe, ut qui ſic conuerterit hunc locum, ut in nobis diſcatis ne ſuprà quàm ſcriptum eſt, unus aduerſus alterum infletur pro alio, id eſt ἵνα ἐν ἡμῖν μάθητε τὸ μὴ ὑπὲρ ὃ γέγραπται ἕνα κατὰ τοῦ ἑτέρου μὴ φυσιοῦσθαι ὑπὲρ τοῦ ἑνός.

Vt ne inflemini ἵνα μὴ φυσιοῦσθε. Sic Libanius in primam Demoſth. Olynthiacam, ἵνα μὴ δημοσίᾳ. alioquin rectè annotauit Eraſmus nouam eſſe hanc conſtructionem: ut fortaſsis hoc loco legendum ſit φυσιοῦσθε, & apud Libanium δημοσίᾳ. Vetus autem interpres, ut paulò antè diximus, legit φυσιοῦσθαι. & ſuſtulit ἵνα μή.

7 Diſcernit διακρίνει. Id eſt ſegregat aut eximit è cæterorum grege: aut, ita præſtantem te reddit ut alij præ te pro nihilo habeantur. Eraſmus, dijudicat, quæ interpretatio, ut mihi uidetur, non conuenit. ut nec illud quod conijcit legi poſſe, τί σε διακρίνεις; cur te ſegregas? Theophyl. interpretatur ψηφίζει. id eſt, cuius ſuffragio iſta præſtantia tribuitur tribuitur quòd cæteris anteponaris? nempe hominis non Dei. Atqui falluntur humana iudicia, cur igitur inflaris? Quòd ſi etiam non fallantur homines in iudicando, quid tamen habes quod precario non poſſideas? Mihi prima expoſitio uidetur ſimpliciſsima.

Pericula Apostolorum in prædicãdo Euangelio.

Iam saturati estis, iam ditati estis, absque nobis regnum adepti estis: atque utinam sanè regnum adepti essetis, ut & nos simul uobiscum regnaremus.

Puto enim quòd Deus nos ultimos Apostolos designarit tanquam morti addictos. Nam spectaculũ facti sumus mundo, & Angelis & hominibus.

Nos stulti propter Christum, uos autem prudẽtes in Christo. nos infirmi, uos autem ualidi: uos glorioſi, nos ignominioſi.

Ad hoc usque tempus & esurimus & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & incertis sedibus erramus.

Laborat manibus Paulus. Act. 20 g. 34. 1. Thess. 2. b. 9. 2. Thes. 3. b. 8. Matt. 5. g. 44. Iuc. 23. c. 34. act 7. g.

Et laboramus, operantes proprijs manibus. conuitijs affecti, bene precamur: persequutionem patientes, sustinemus,

Infamati, precamur. purgamenta mundi facti sumus, *utque* omnium ramentum usque adhuc.

Correptionis modus.

Non quo uos pudore suffundã, hæc scribo, sed ut filios meos dilectos admoneo.

Pædagogus.

Nam & si decem millia pædagogorũ habueritis in Christo, non multos tamen patres: in Christo enim Iesu per Euangelium ego uos genui.

Patres.

Precor uos igitur, imitatores mei sitis.

Imitatores.

Propterea misi uobis Timotheum, qui est filius meus dilectus & fidelis in Domino, qui uobis in memoriã reducet quæ sint uiæ meæ in Christo, sicut ubique in omnib. Ecclesijs doceo.

8 ἤδη κεκορεσμένοι ἐστέ, ἤδη ἐπλουτήσατε, χωρὶς ἡμῶν ἐβασιλεύσατε· καὶ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε, ἵνα καὶ ἡμεῖς ὑμῖν συμβασιλεύσωμεν. A

9 δοκῶ γάρ, ὅτι ὁ θεὸς ἡμᾶς τοὺς ἀποστόλους ἐσχάτους ἀπέδειξεν ὡς ἐπιθανατίους, ὅτι θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις.

10 ἡμεῖς μωροὶ διὰ χριστόν, ὑμεῖς δὲ φρόνιμοι ἐν χριστῷ· ἡμεῖς ἀσθενεῖς, ὑμεῖς δὲ ἰσχυροί· ὑμεῖς ἔνδοξοι, ἡμεῖς δὲ ἄτιμοι.

11 ἄχρι τῆς ἄρτι ὥρας καὶ πεινῶμεν, καὶ διψῶμεν, καὶ γυμνητεύομεν, καὶ κολαφιζόμεθα, καὶ ἀστατοῦμεν.

12 καὶ κοπιῶμεν, ἐργαζόμενοι ταῖς ἰδίαις χερσί· λοιδορούμενοι, εὐλογοῦμεν· διωκόμενοι, ἀνεχόμεθα·

13 βλασφημούμενοι, παρακαλοῦμεν. ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν, πάντων περίψημα ἕως ἄρτι. B

14 οὐκ ἐντρέπων ὑμᾶς γράφω ταῦτα, ἀλλ' ὡς τέκνα μου ἀγαπητὰ νουθετῶ.

15 ἐὰν γὰρ μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχητε ἐν χριστῷ, ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας· ἐν γὰρ χριστῷ Ἰησοῦ διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα.

16 παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, μιμηταί μου γίνεσθε.

17 διὰ τοῦτο ἐπέμψα ὑμῖν Τιμόθεον, ὅς ἐστί τέκνον μου ἀγαπητὸν, καὶ πιστὸν ἐν κυρίῳ, ὃς ὑμᾶς ἀναμνήσει τὰς ὁδούς μου τὰς ἐν χριστῷ, καθὼς πανταχοῦ ἐν πάσῃ ἐκκλησίᾳ διδάσκω.

8 Regnum adepti estis ἐβασιλεύσατε. Vulgata, regnatis, βασιλεύετε, eodem tamen sensu.

9 Vltimos designarit ἐσχάτους ἀπέδειξεν. Hoc dicit Paulus quòd proculdubio id etiam ipsi obijceretur ad eleuandam ipsius authoritatem, quòd non esset cum Christo uersatus, ut alij Apostoli, sed quasi absente Christo designatus: ut apparet ex proœmio epistolæ ad Galatas. Quod autem ἀπέδειξεν, post Veterem interpretem Erasmus conterterit, ostendit (quasi scilicet sumpta sit metaphora ab ijs qui ignominiæ causa circunducti, ad mortem denique traduntur) quamuis uideatur ei conuenire cum eo quod de spectaculo subijcitur, tamen non ausus sum amplecti, quia uerbum ἀποδείκνυμι nusquam memini legere in ea significatione, sed ἐπιδεικνύναι, θριαμβεύειν, παραδειγματίζειν, θεατρίζειν, & interdum quoque φανερὸν ἀποφαίνειν, ut apud Plut. in Probl. Græcorum. Ἀποδεικνύειν autem pro designare & ad munus aliquod deligere, non minus eleganter dicitur quàm αἱρεῖσθαι, Luc. 10. a. 1, & χειροτονεῖν, Act. 10. f. 41. Sed puto ἐπιθανατίους subiectum esse παρ' ὑπόνοιαν, ut in ironico sermone, quasi dicere Apostolus, Siquidem ita metiri oportet ministerij dignitatem ut uos facitis, nos scilicet ultimi Apostoli non ad ministeriũ, sed ad mortem erimus designati à Domino, & quidem post acerbissimas quasq; ignominias. Atqui prorsus aliter se res habet: neq; nostis quid sit de Christi regno & Ecclesia iudicandum.

11 Ad hoc usque tempus ἄχρι τῆς ἄρτι ὥρας. Hoc attexitur præcedentibus apud Græcum scholiasten.

Incertis sedibus erramus. ἀστατοῦμεν. Vulgata, instabiles sumus, quod Latinis significat leuem & inconstantem esse Cæterùm qui egregiam uolet Pauli & Antichristi, qui se illius successorem mentitur, antithesin habere, Romanæ curiæ delicias illas Sodomiticas cum Pauli conditione componat.

13 Infamati βλασφημούμενοι. Siue, probris affecti. Eras. conuitijs affecti. quod potius respondet τῷ λοιδορεῖσθαι. quamuis ista nonnunquam permutentur. Vt purgamenta ὡς περικαθάρματα. i. recrementum, fæx, scoria, uel sordes quæ ex lurida re quapiam repurgantur: quicquid deniq; prorsus inutile superest ex rei cuiuspiam repurgatione. quamobrem etiam Erasmus excrementum conuertit. Ego uerò Græci uocabuli etymologiam libens seruaui. Addit autem pondus præpositio περί, quasi dicas sordes undique euerrendo collectas. i. ἀποσαρώματα, ut Græcus Scholiastes exponit. misi pro ὡς περικαθάρματα, legendum sit ὥσπερ καθάρματα. Cæterùm probat quidem Budęus ex utrunq; linguæ uarijs authorib. καθάρματα dictos fuisse quos Latini sacros homines dicebãt. quorũ scilicet capite omnia ciuitatis aut gentis alicuius scelera luebantur, quiq; auertendæ deorum iræ mactabantur. sed mihi quidẽ nõ sit uerisimile uel immanem illam consuetudinem fuisse tum Græcis notam, uel Paulum ad eam respexisse. Si cui tamẽ hæc opinio magis arriserit, piacula licebit interpretari. Ramentum περίψημα. Vulg. peripsema. Eras. reiectamentum. Est autem περίψημα ramentum, siue scobs: aut, ut Græca scholia uolunt, uilis pãniculus quo sudor abstergitur. Significat enim τὸ ἀπομάσσειν radere & extergere. In summa confert sese Apostolus cum ijs quæ nõ modò nullius sunt pretij, sed etiam quæ omnes à se quàm longissimè abesse uelint.

16 Precor παρακαλῶ. Eras. adhortor, quod non uidetur satis expressum. Quod aũt post γίνεσθε in quibusdã Latinis codicib. additur, sicut & ego Christi καθὼς ἐγὼ χριστοῦ puto irrepsisse ex huius epist. 11. a. 1. quanuis in uno Græco exemplari adscriptum inuenerim. 17 In memoriam reducet ἀναμνήσει. Vulg. commonefaciet. Sed re-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt urn:nbn:de:gbv:3:1-226230-p0536-2

A ὡς μὴ ἐρχομένου δέ μου πρὸς ὑμᾶς, ἐφυσιώθησάν τινες.

19 ἐλεύσομαι δὲ τάχεως πρὸς ὑμᾶς, ἐὰν ὁ κύριος θελήσῃ, καὶ γνώσομαι οὐ τὸν λόγον τῶν πεφυσιωμένων, ἀλλὰ τὴν δύναμιν.

20 οὐ γὰρ ἐν λόγῳ ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ἐν δυνάμει.

21 τί θέλετε; ἐν ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐν ἀγάπῃ, καὶ πνεύματι πραότητος;

18 Cæterùm perinde quasi ego non sim uenturus ad uos, inflati sunt quidam:

19 Sed ueniam breui ad uos, si Dominus uoluerit, & cognoscam non loquutionem istorum qui inflati sunt, sed *Spiritualem* uirtutem. *Sermo. Virtus siue potentia.*

20 Non enim in locutione *situm est* regnum Dei, sed in *Spiritus* uirtute.

21 Quid uultis? cum uirga ueniam ad uos, an cum charitate & Spiritu lenitatis?

ΚΕΦΑΛ. ε.

CAPVT V.

Ὅλως ἀκούεται ἐν ὑμῖν πορνεία, καὶ τοιαύτη πορνεία, ἥτις οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀνομάζεται, ὥστε γυναῖκά τινα τοῦ πατρὸς ἔχειν.

1 OMnino auditur *esse* inter uos scortatio, & eiusmodi scortatio quæ ne inter Gentes quidem nominatur: *nempe* ut quis uxorem patris habeat. *Fornicarius excommunicatur.*

καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστὲ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε, ἵνα ἐξαρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας.

2 Et uos inflati estis, ac non potius luxistis, ut tolleretur de medio uestrum qui facinus hoc patrauit. *Excõmunicatio*

ἐγὼ μὲν γὰρ ὡς ἀπὼν τῷ σώματι, παρὼν δὲ τῷ πνεύματι, ἤδη κέκρικα ὡς παρὼν, τὸν οὕτω τοῦτο κατεργασάμενον,

3 Enimuero ego ut absens corpore, præsens autem Spiritu, iam ut præsens iudicaui ut is qui hoc ita perpetrauit,

B ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ συναχθέντων ὑμῶν καὶ τοῦ ἐμοῦ πνεύματος, σὺν τῇ δυνάμει τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ,

4 Vobis & meo Spiritu in nomine Domini nostri Iesu Christi congregatis, cum potestate Domini nostri Iesu Christi,

παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ, εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ.

5 Tradatur eiusmodi *inquam homo* Satanæ ad interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die illo Domini Iesu.

Etius illo modo Erasmus. Est enim tacita quædam exprobratio obliuionis in uerbo ἀνεκμνήσκειν, quæ commonefaciendi uerbo non satis exprimitur. Quæ sint uiæ meæ, &c. τὰς ὁδούς μου, &c. id est quam uiam & regulam sequar in docendis passim Ecclesijs. Vulg. & Eras. obscurè, uias meas quæ *sunt* in Christo.

19 Loquutionem τὸν λόγον. Cognoscam, inquit, id est attentius perspiciam & considerabo non istorum facundiam, sed διύαμιν, id est quanta Spiritus uirtute polleant. Vulg. & Eras. sermonem, rectè id quidem, sed non satis expresè, atque etiam ambigue, quum sermonis appellatione Paulus fere soleat intelligere id ipsum de quo habetur sermo. Quidam, orationem, Latina quidem sed magis etiam ambigua interpretatione.

Virtutem δυύαμιν. Alibi addere solet uocabulum πνεύματος Spiritus, ut suprà 2.a.4. uel θεοῦ, ut ibidem a 5. ut intelligatur de qua uirtute seu facultate agatur. Ideo hoc mihi permisi ut adderem, ne quis putaret sermonem esse ὡσεὶ κλώντες. 21 Spiritu lenitatis πνεύματι πραότητος, id est, leniter in uos affectus. Est autem ex Hebræorum idiotismo spiritus lenitatis idem atque spiritus lenis. sed hunc Hebraismum libens retineo, ex quo scilicet intelligatur, ueras uirtutes non ab humanis uiribus sed ab afflatu diuini spiritus exoriri. Debuit autem quisquis capitum sectionem instituit, ab hoc uersu 5. caput inchoare. Nam hinc etiam Græci secundum διεφάλαιον auspicantur.

IN CAPVT V.

C 1 Scortatio πορνέια. Vulg. fornicatio, barbarè. Eras. stuprum. Ego malui etymologiam seruare. Sed latè patet hoc loco scortationis nomen, quo scilicet incestum declaratur. Addidi autem uerbum ἔχειν esse, non tantùm ut constructionem explerem, sed etiam ut ostenderem ὃν ὑμῖν inter uos non pertinere ad ἀκούεται. Neque enim significat Apostolus eam scortationem esse auditam inter Corinthios, sed omnino peruulgatum esse hunc rumorem de Corinthijs, quòd eiusmodi scelus apud eos patratum esset, & quidem impunè. Nominatur ὀνομάζεται. Hoc comperimus in uno Græco exemplari deesse. neque etiam legit Vetus interpres. Videtur tamen magnam habere emphasin: quasi diceret Apostolus, Quis hoc sperasset ut apud uos id scelus re ipsa impune patraretur, quod inter gentes extraneas ne sando quidem audiatur? Nam certè eiusmodi scelerum exempla rara fuerunt nisi inter Gentes prorsus immanes.

2. Qui facinus hoc patrauit ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας. Vulgata, qui hoc opus fecit, nimium dilutè: ut etiam quum paulo post τὸν κατεργασάμενον interpretatur eum qui operatus est.

3 Spiritu πνεύματι, id est, animo, cogitatione, uoluntate: Spiritus denique sancti uinculo, qui res etiam lõgissimè dissitas conungit. Sed illud simplicius est, propter corporis antithesin. Quod autem Hieronymus ex hoc loco imperitiam Græci sermonis in Paulo reprehendit, quòd μοῦ non addiderit in priore membro cui ἧ responderet, sanè ridiculum est. Quis enim Xenophonte purior, & is tamen ita scribit, ἔπειδὴ γὰρ ἀφωρίσθημεν τὰ ἐν τῇ ὑποδρομίᾳ ἐνήματα, pro τὰ μοῦ ὀ τῇ ὑποδρομίᾳ πήματα ἀφωρίσθημεν. Sequit enim ἐν ᾗ τῇ ἀστραπῇ ὁ πατὴρ μου ἐδόκει λαπτίζειν. Erasmus hoc aduerbium in hunc locum irrepsisse ex superiore uersu, qua in re non possum ei assentiri. Puto enim circunstantiam temporis aeloci ita significari, quasi diceret Apostolus, eum quem nõ puduit post auditum & acceptum Euangelium, palàm in media Ecclesia tantum scelus cõmittere, tradendũ esse Satanæ. 4. In nomine ὀνόματος. inuocato Dei nomine, & ut facere eos oportet qui non suum sed unius Domini negotium ex ipsius uerbo curant. Hoc aũt coniũxi cum συναχθόντων. quòd ita uideatur sentẽtia postulare. Cum potestate, &c. συὼ τῇ δυυάμει. Eras. una cum potestate Domini. i. nõ ex uestra authoritate, neq; ut priuati homines, sed imperio eiuscõmuniti, cuius nomine conuenistis. Putauit aũt hoc referendum ad participium συναχθόντων, ideoque συὼ conuertit unà cum: ita ut repetitum sit antecedens pro relatiuo, ex Hebræorum more. At ego potius puto hæc connecti cum παραδοῦναι, & præpositionẽ συὼ non tam comitẽ (quanuis ab hoc cœtu minimè excludatur, sed potius ei præsideat Christus) quàm authoritatem declarare: ut fortasse rectius conuerti possit, ex potestate. qua de re diximus aliquid, Act 13.d.15.

5 Tradatur eiusmodi, &c. παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ σατανᾷ. Abũdat quidẽ τοιοῦτον ex Heb. linguæ phrasi, ideoque

ideoque ab Erasmo prætermissum est. ego uero exprimẽdum putaui, quasi sit epanalepsis. Omnino enim uidetur magnam emphasim habere, ut intelligant Corinthij sceleris magnitudinem acerbitati pœnæ respondere. Quid sit autem Satanæ tradere, non est cur ex Chrysostomo potius quàm ex Domino ipso discamus. Hoc enim certè nihil aliud est quàm fieri sicut ethnicum & publicanum, Matth. 18. c. 17. i. ius Christianæ ciuitatis amittere, siue excommunicari, Satanæ denique mancipari, qui extra Ecclesiam regnat. Ad interitum carnis, &c. εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκός: &c. Hoc non recte intellectum, fecit, opinor, ut tradere Satanæ, nonnulli pro corporis afflictione acceperint quæ infligeretur à Satanæ ijs qui tum essent Satanæ traditi excruciandi, quum ministri dono miraculorum pollerent. Atqui non satis idonea fuit hæc una ratio, cur hoc excogitaretur: & coactum id esse, potest multis rationibus ostendi. Primùm quia ὄλεθρος nunquam, quod sciam, de temporario exitio dicitur. nemo autem, ut opinor, dixerit in mentem unquam uenisse ulli ecclesiæ ut lapsos dederet Satanæ perpetuò excruciandos. Deinde ut demus Apostolum illius uocabuli propriam significationem non obseruasse (quod tamen non facilè concesserim) cur mentionem faceret carnis. i. corporis, ut ipsi interpretantur: quum certum sit huiusmodi Ecclesiastica iudicia non corpus, ut ciuilia, sed animum proprie spectare? Postremò qui potest pessundato corpore seruari spiritus? Alij igitur hoc explicant de afflictionibus quæ excommunicationem sequuntur, nempe pudore ac tristitia & similibus. Sed hæc certe ad animum potius quàm ad corpus pertinent: neque ὄλεθρος potest afflictionem declarare nisi admodum coacta interpretatione. Alij igitur exitium seu interitum carnis exponunt exitium temporarium, quæ & ipsa explicatio quanuis ueram & consentaneam sententiam gignat, tamen mihi uix uidetur ex illis uerbis elici satis commodè posse. Nam neque ullum exemplum simile inuenio, neque ὄλεθρον de temporario exitio dici commodè posse puto. Neque plena esset oppositi membri antithesis. Dicendum enim fuisset, ut salutem spiritus, id est, æternam, consequatur (quæ etiam expositio mihi planè uidetur coacta) non autem ut Spiritus seruetur: quum aliud sit quod seruatur, alia ipsa salutis qualitas, ac ut ita dicam, duratio. Itaque, ut paucis absoluam, carnis & spiritus uocabula non aliter accipio quàm alijs innumeris locis apud Paulum: neque aliud puto his uerbis significari quàm pœnam istam infligi, non ut miser iste pereat sed contrà ut seruetur, i. ut quum ipse pudore ac tristitia sapere didicerit, caro quæ in hoc præcipitium ipsum abripuit, funditus pereat, spiritus autem qui uidebatur in certamine prorsus succubuisse, iterum sese erigat, nec aboleatur, sed illa interempta sua perstes maneat. Hic enim est finis Ecclesiæ propositus non modò in extremo illo remedio, sed etiam in omnibus tum admonitionibus tum reprehensionibus, ut caro dometur, spiritus confirmetur: quemadmodum passim explicatur, ac diserte quidem secũda Corinthiorum capite quarto. 10, & prima Petri 4. b. 6.

A

In die illo Domini ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου. Diem Domini alibi diximus peculiariter uocari diem alteri aduentui Domini destinatum, iudicandis uiuis & mortuis. Inde factum ut in hac loquendi formula quidam tradiderint Diem pro iudicio usurpari, ut suprà 4. a. 3.

B

Galat. 5. b. 9.

6 Non est bona ὐ καλὸν. i. immeritò & non bona ratione gloriamini, quasi excellatis, quum inter uos tãtum scelus inueniatur. quo modo bonam causam & bonam rationem dicimus. Ideo subijcit, An nescitis. quasi diceret, Vos qui de sapientia tantoperè gloriamini, an hoc ignoratis, cuius uos ipsæ mulierculæ admonere possint? Quidam codex post ὑμῶν habebat adscriptam interrogationem, ut sit, Num bona est, &c. Augustinus quoque contra Parmenianũ aliam indicat lectionem, sublata negante particula, ut sit hîc quoque ironia. sicut suprà 4. b. 8, & 10. Quidam uertit, Non est honesta, parum, ut existimo, accommodatè. Massam φύραμα. Vulg. conspersionem, barbarè. Mutauit ergo Erasmus hoc in loco, sed in proximo retinuit. Vide Rom. 11. b. 16. Fermentat ζυμοῖ. Vul. corrumpit φθείρει, quod reprehendit ipse Hieronymus lib. 1. in epist. ad Galat. 3. ut Erasmus obseruauit.

7 Sicut estis ferm. καθώς ἐστε, &c. φύραμα. i. massam, apppellat uniuersum collectæ Ecclesiæ corpus. singulos autem dicit azymos, id est spiritu innouatos, detracta uetere corruptione. Vult ergo ejici è cœtu sceleratũ illum, ut sicut sigillatim sunt puri, ita etiam in uniuersum tota Ecclesia sit pura, quæ contagione illius prius erat contaminata.

Fermẽti expertes ἄζυμοι. Vulgata Græcum uerbum retinuit, ut & nos alibi quum de diebus festis Paschæ ageretur. Erasmus infermentati, ambiguè. Itaque sequenti uersiculo panes dixit fermento carentes. Etenim καὶ γάρ. Erasmus nam &, deprauate, ut opinor, aut certè periculosa amphibolia, quasi alius etiam aliquis sit pro nobis sacrificatus, aut nostra integritas aliunde etiam quàm à Christi sacrificio pendeat. qua tamen suspicione nolim Erasmum grauare. cæterùm alibi annotauimus Paschà metonymicè pro agno Paschæ usurpari.

Pro nobis ὑπὲρ ἡμῶν. Hoc deest in uetere interpretatione, & tamẽ summo cõsensu legitur in Græcis, & minimè est otiosum. 8 Festũ agitemus ἑορτάζωμεν. Vulg. epulemur, σὺν χόμεθα, nempe φ Paschà soleret solenni epulo celebrari. 9 Ne cõmisceremini μὴ συναναμίγνυσθαι. i. commercium haberetis, aut familiariter uteremini.

10 Alioquin debetis scilicet è mundo exire ἐπεὶ ὀφείλετε ἄρα ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελθεῖν. Id est (ut, meo quidem iudicio, rectè exposuit Aquinas, immeritò ab Erasmo hoc in loco flagellatus) Alioquin si prorsus uobis abstinendum sit ab eiusmodi hominum consortio, uobis migrandum est in nouum aliquem mũdum. De ijs igitur loquor qui in sinu Ecclesiæ uersantur, quos debetis disciplina ecclesiastica ad frugem reuocare: nõ autem de exteris, quos debetis omnibus modis Christo lucrifacere. Sed hoc tamen ex alijs locis ita est intelligẽdum, ut cum sceleribus eorum nihil sit pijs commune, & Deus ritè interim animo & corpore colatur: quemadmodum scilicet Christus cum publicanis ac peccatoribus cibum capiebat. Alijs placet potius interpretari, Nam debetis ex mundo exisse, quasi diceret Apostolus, de illis

6 Non est bona ὐ καλὸν καύχημα ὑμῶν· οὐκ οἴδατε, ὅτι μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ;

7 ἐκκαθάρατε οὖν τὴν παλαιὰν ζύμην, ἵνα ἦτε νέον φύραμα, καθώς ἐστε ἄζυμοι. καὶ γὰρ τὸ πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη χριστός.

8 ὥστε ἑορτάζωμεν μὴ ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας, ἀλλ' ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας.

9 ἔγραψα ὑμῖν ἐν τῇ ἐπιστολῇ, μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις.

C

10 καὶ οὐ πάντως τοῖς πόρνοις τοῦ κόσμου τούτου, ἢ τοῖς πλεονέκταις, ἢ ἅρπαξιν, ἢ εἰδωλολάτραις· ἐπεὶ ὀφείλετε ἄρα ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελθεῖν.

A de illis nihil attinet ad uos scribere, quum uos iam pridem par sit à mundo, id est ab istis, esse remotos. Sed quominus hanc expositionem amplectar, impedit quod subiicitur, Quid enim mea interest extraneos iudicare? Nam uidetur his uerbis Apostolus rationem reddere cur de externis nil statueretur. Statuitur autem si non minus fugiendi sint quàm alij. Erasmus denique interpretatur, Alioquin utinam uidelicet è mundo exissetis. quam interpretationem nō possum probare. Nam præterquam quòd (ut arbitror) non satis conuenit ipsa sententia, nusquam certè legi ὀφείλετε pro ὤφελον. Vul. conuertit debueratis ὤφελετε, eadem atque ego sententia, quàuis in nullis Græcis ita scriptum inueniam, nisi illud sit fortasis quod corrupte in quibusdam legitur ὠφείλεσθε.

Nunc autem scripsi uobis ne commisceamini, si quis quum frater nominetur sit scortator aut auatus, aut idololatra, aut conuitiator, aut ebriosus, aut rapax: cum eiusmodi *inquam*, ne edatis quidem.

11 νυνὶ δὲ ἔγραψα ὑμῖν, μὴ συναναμίγνυσθαι, ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ᾖ πόρνος, ἢ πλεονέκτης, ἢ εἰδωλολάτρης, ἢ λοίδορος, ἢ μέθυσος, ἢ ἅρπαξ, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν.

Quid enim mea *interest* etiam de extraneis iudicare? nonne de ijs qui intus sunt uos iudicatis?

12 τί γάρ μοι καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν; οὐχὶ τοὺς ἔσω ὑμεῖς κρίνετε;

De extraneis uerò Deus iudicat. tollite igitur istum sceleratum ex uobis ipsis.

13 τοὺς δὲ ἔξω ὁ θεὸς κρίνει. καὶ ἐξαρεῖτε τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν.

CAPVT VI.

ΚΕΦ. ϛ.

SVstinet aliquis uestrum, negotium habēs cum altero, iudicio experiri sub iniustis, & non magis sub sanctis?

1 Τολμᾷ τις ὑμῶν, πρᾶγμα ἔχων πρὸς τὸν ἕτερον, κρίνεσθαι ἐπὶ τῶν ἀδίκων, καὶ οὐχὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων; *De iudicijs fore sibus.*

B Annon nostis quòd sancti mundum iudicabunt? quòd si per uos iudicabitur mūdus, indigni estis minimis iudicijs?

2 οὐκ οἴδατε, ὅτι οἱ ἅγιοι τὸν κόσμον κρινοῦσι; καὶ εἰ ἐν ὑμῖν κρίνεται ὁ κόσμος, ἀνάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων,

Non nostis quòd angelos iudicabimus? nedum *ut* quæ ad huius uitæ usum pertinent *non iudicemus.*

3 οὐκ οἴδατε ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν; μήτι γε βιωτικά;

11 Si quis quum frater nom. ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος. Vel, ut Vulgata, Si is qui frater nominatur. Sed illa tamen interpretatio melius conuenit quòd sit indefinita. Photius aliter etiam exponi posse docet, puta si quis hęc nihil coactum. Quod autem *quum* addit inter uos, non est in Græcis. Sit scortator ἢ πόρνος. Sic lego, non tantùm ex ueteris interpretis authoritate, qui conuertit, est fornicator: sed ex Græcorum scholiorum & duorū manuscriptorum codicum fide: quum uulgò legatur ἢ πόρνος, ait ut supplendum sit uerbum substantiuum. quæ tamē eclipsis non ita dura est aut insolens ut Erasmum oportuerit Paulo imperitiam Græci sermonis idcirco obijcere. Sed & in eo cogor ab illo dissentire quòd fuerit quàm sit supplere maluerit, quum falsa sententia inde posit elici. Neque enim uetat nos Apostolus cum eo cibum capere qui fuerit, sed qui sit scortator. Aut idololatra ἢ εἰδωλολάτρης. Vulg. idolis seruiens, magis propriè certè exprimens Græcum uocabulum quàm Eras. qui cultorē pro seruo conuertit, quāuis eadem maneat sententia. Ego uerò uocabulum Græcum satis iam superq; tritum malui retinere. Nam Deastricolæ nomen istis relinquo qui nouitatis gratiam quærunt. Sed sanè miror quid Erasmum coegerit hoc in loco Delium natatorem quærere. Nam aut ego non uideo quod ille uidit, aut plana hic sunt omnia, quocunq; modo accipias. Quod enim miratur mentionem fieri idololatriæ, quàm non sit uerisimile tum inter Christianos fuisse, facilè potest explicari uel ex ijs quæ postea in eos dicet, quibus nulla erat religio sacrificijs idolorum interesse. Denique mirum ni Corinthijs acciderit quod hodie nimium passim in restitutis & reformatis Ecclesijs quas uocant, ut multi utrique parti placere studerent. Cum eiusmodi *inquam* τῷ τοιούτῳ. Vsurpauit epanalepsin propter longius hyperbaton, similque clarius explicat quæ sit uis uerbi συναναμίγνυσθαι.

C 13 Tollite igitur καὶ ἐξαρεῖτε, id est, ἐξαίρετε ὑμῶν. Positum enim est futurum indicatiui, Hebræorum more, pro imperandi modo: quem tamen in duobus exemplaribus scriptum inueni. Deinde καὶ illatiuum sæpe iam annotauimus. Sed & non inepte conuertas, Sed tollite, si modò in priore membro legas κρινεῖ iudicabit, ut scriptum inueni mus in quatuor probatæ fidei codicibus, & legit Vetus interpres. ἀλλὰ uerò pro ἀλλὰ ex Hebræorum phrasi supra aliquoties obseruauimus, ut Act. 10. d. 28. Istum sceleratum τὸν πονηρὸν. Vetus interpres, malum. Erasm. istum qui malus est. neuter, ut opinor, satis expresse.

IN CAPVT VI.

1 Sustinet τολμᾷ. Vulg. audet, nō prorsus malè: quasi diceret Apostolus, eò ne audaciæ uos processisse, ut uos non pudeat palam Euangelium exponere prophanorum iudibrijs? Sub iniustis ἐπὶ ἀδίκων. i. corā iniustis. Sic Horat.

2 Iudicabunt κρινοῦσι. Sic habent omnia exemplaria perpetuo consensu: ex quo (ut alias rationes omittam alijs expressas) apparet hunc locum esse, ppriè explicandū ex eo quòd scriptum est Matt. 19. d. 28. Nā si de præsenti sanctorū uita hoc dictū esset, quorū scilicet exēplo redarguūt sceleratorū flagitia, ut accipit uerbū καταμαρτύρειν, Mat. 12. d. 41. & 42, & Heb. 11. b. 7. dicendum potius fuisset κρίνουσι iudicant quàm κρινοῦσι iudicabunt. Iudicabitur κρίνεται. uel iudicetur. Nam in hoc dicendi genere, uel futuro indicatiui uel præsenti coniunctiui locus est in Latino sermone. idq; omnino hoc loco faciendum esse, apparet ex propositione, cui necesse est ut respōdeat assumptio, & ita etiā φθάρῃ pro φθερῇ positū est supra 3. d. 17, & μονᾶς pro μονᾷ, ibidē 3. c. 14. Itaq; nulla causa cur hic sese torqueret Eras. Per uos ὑφ' ὑμῶν. Hebraismus, quem expressit Vetus interpres ad uerbū, in uobis. Nōnulli, inter uos, i. in uestro cœtu. Minimis iudicijs ἐλαχίστων. i. infimis subsellijs. Nā κριτήρια dicunt loca ipsa in quibus aguntur causæ, alibi quidem grauiores, alibi leuiores. ideo Vetus interpres per periphrasin, conuertit, indigni estis qui de minimis iudicetis? Cæterùm quod Chrysost. & Theophyl. hoc legunt indefinitè, quasi sit assueratio, nō modò coactū est, sed etiam cōperimus repugnare nostris omnibus Græcis codicib. 3 Angelos ἀγγέλους. Diabolum scilicet cum ipsius angelis, ut Matt. 25. d. 41.

Nedum μήτιγε. Vulg. quanto magis, πόσῳ μᾶλλον, quo modo Hesych. illam particulam exposuit. quod quum annotarit Eras. miror cur interpretari maluerit, non tantùm. Suppleui aūt nonnulla quæ ad explendā sententiā requiri omnino uidebantur, ut in communi sermone multa cōcisè dici solēt. Quæ ad huius, &c. βιωτικά. Vulg. secularia, quod uocabulū libēs refugio, uel ut falsam illā ac diabolicam Ecclesiasticorū & Laicorū seu seculariū distinctionē aboleā

Itaq; si iudicia habeatis de ijs quæ ad huius uitæ usum pertinẽt, eos qui minimi fiũt in Ecclesia, eos *inquam* in subsellijs collocate. 4 Βιωτικὰ μὲν οὖν κριτήρια ἐὰν ἔχητε, τοὺς ἐξουθενημένους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τούτους καθίζετε. A

Pudoris causa uobis *hoc* dico. Itáne non est inter uos sapiẽs, ne unus quidem, qui possit dijudicare inter fratres suos? 5 πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω. οὕτως οὐκ ἔνι ἐν ὑμῖν σοφὸς οὐδὲ εἷς, ὃς δυνήσεται διακρῖναι ἀνὰ μέσον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ;

Sed frater cũ fratre iudicio experitur, idq; sub infidelibus? 6 ἀλλὰ ἀδελφὸς μετὰ ἀδελφοῦ κρίνεται, καὶ τοῦτο ἐπὶ ἀπίστων.

Iam igitur omnino impotẽtia in uobis est, quòd iudicia habetis inter uos ipsos. quare non potius iniuriã patimini? cur non potius damnum accipitis? 7 ἤδη μὲν οὖν ὅλως ἥττημα ἐν ὑμῖν ἐστιν, ὅτι κρίματα ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν. διατί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε; διατί οὐχὶ μᾶλλον ἀποστερεῖσθε;

Iniuria & dãna Christianis sere da. Matth. 5. f. 39. Luc. 6. d. 29. rom. 12. d. 19. 1. Thes. 5. b. 6.

At uos iniuriam facitis, & damno afficitis, idq; fratres. 8 ἀλλὰ ὑμεῖς ἀδικεῖτε καὶ ἀποστερεῖτε, καὶ τοῦτο ἀδελφούς;

An nescitis quòd iniusti regni Dei hæreditatem non consequentur? Ne erretis: Neque scortatores, neque idololatræ, neq; mœchi, neque molles, neque qui concumbunt cum masculis, 9 ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι ἄδικοι βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι; μὴ πλανᾶσθε. οὔτε πόρνοι, οὔτε εἰδωλολάτραι, οὔτε μοιχοί, οὔτε μαλακοί, οὔτε ἀρσενοκοῖται,

Neque fures, neque auari, neq; ebriosi, neque conuitiatores, neq; rapaces, regni Dei hæreditatem consequentur. 10 οὔτε κλέπται, οὔτε πλεονέκται, οὔτε μέθυσοι, οὐ λοίδοροι, οὐχ ἅρπαγες, βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι. B

tit. 3. a. 3. Et hæc eratis quidam: sed abluti estis, sed sãctificati estis, sed iustificati estis, in nomine Domini Iesu, & per Spiritum Dei nostri. 11 Καὶ ταῦτά τινες ἦτε· ἀλλὰ ἀπελούσασθε, ἀλλὰ ἡγιάσθητε, ἀλλ' ἐδικαιώθητε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, καὶ ἐν τῷ πνεύματι τοῦ θεοῦ ἡμῶν.

4 Iudicia βιωτήρια. i. fora ac curias. Est enim in hoc uocabulo uehemens reprehensio. quasi diceret Apostolus, Si tanta litigandi cupiditate ardetis, agite, constituite etiam uobis fora, ut illic sedeant iudices. sed quid necesse est accersere infideles iudices? sedeant potius qui inter uos sunt minimi pretij. Neque enim res istæ tãtæ sunt quin uel infimi quique ex fratribus possint illis iudicandis sufficere. Dicuntur ergo ista per concessionem, & quidem grauissima cum reprehensione Corinthiorum: ut uel ex proximo uersiculo apparet. qua de re etiam dicemus infrà uersu 7.

in subsellijs collocate καθίζετε. Usus est proprie & eleganter hoc uerbo, quòd soleant iudices sedentes de adstãtibus iudicare. Vulg. constituite ad iudicandum. i. ἵνα κρίνωσι καθίσαντες. Erasm. uerò minus etiam expresse, constituite. Quæ sit autem Pauli sententia suprà diximus in superiore annotatione. Nam quòd quidam hæc nuper interpretatus est per interrogationem, quasi scilicet Paulus à maiore ad minus argumentetur, indignos esse extraneos qui de fidelium controuersijs iudicent, quandoquidẽ ipsi fideles nolint pro iudicibus quosuis etiam ex fidelium numero habere, quos tamen constet quibuslibet infidelibus anteponẽdos, id inquam omnium exemplarium fidei repugnat. Quidam uerò καθίζεσθε accipiunt præsenti tempore, & nomine istorum contẽptibilium in Ecclesia profanos homines intelligunt, quasi sit propositionis repetitio. Sed quorsum hanc repetitionem? neque uerò dicendum fuerat ἐὰν ἔχητε si habeatis, sed ἔχοντες, uel διότι ἔχετε quia habetis.

5 Pudoris causa πρὸς ἐντροπὴν. Vulgata, ad uerecundiam uestram. Videtur enim legisse ὑμῶν. Erasmus, ad erubescentiam uestram, quod uocabulum non memini legere apud idoneos authores. C

6 Iudicio exper. κρίνεσθαι. Vel, ut Vulg. iudicio contendit. Eras. litigat, ἐρίζει. Vnum exemplar habebat κρίνεται, iudicio experimini. Sed passiua terminatio magis est in ea significatione usitata.

7 Impotentia ἥττημα. Impotentia animi apud Latinos is tribuitur qui à cupiditatibus se superari sinunt: uitium, inquit Cicero, à temperantia & moderatione plurimum dissidens. Itaque hoc ipsum esse opinor quod Apostolus hoc loco ἥττημα uocauit, παρὰ τὸ ἥττασθαι, quum eos scilicet perstringeret qui ferendæ iniuriæ sunt impares. Et tamen hi sunt hodie qui soli nobiles, fortes, magnanimi dicuntur: adeò corrupta sunt mundi iudicia. Vulg. delictum. quam interpretationem ut impropriam reprehendit quidem Erasmus in annotationibus, sed ita ut non docuerit quo modo esset emendanda. Iudicia κρίματα. i. controuersias in foro disceptandas. quam etiam ob causam Erasmus maluit lites conuertere. Nam alioquin κρίσεως seu κριμάτων nomen latè patet, adeò etiam ut arbitria comprehendat: quæ tamen minimè damnari ab Apostolo, constat ex uers. 6. ut nec ipsa etiam iudicia forensia, nisi ex hypothesi, nempe quòd Corinthij contendere corã infidelibus non possent sine alterutrius aut utriusq; partis publica damnatione, ac proinde non sine offendiculo: deinde quod litigiosi essent, ut facilè appareret eos lucri potius quàm pacis esse studiosos. Nam alioquin pij magistratus præsidio ius suum tueri bona conscientia licet, modò omnis uindicadæ iniuriæ cupiditas absit. quanquam ne ad hoc quidem uenire solent boni uiri, nisi quodammodo coacti extremo uti remedio.

Inter uosmetipsos μεθ' ἑαυτῶν. Vulg. inter uos, ἐν ὑμῖν. Eras. inter uos inuicem μετ' ἀλλήλων. Ego puto aliquã uim pronominis esse reciproci, quod proinde uolui exprimere. Ostendit enim tantam esse omnium fidelium conuinctionem, ut secum uideatur dissidere qui cum fratre contendit, sitque inter has lites & alia iudicia non minus discrimen quàm inter bellum ciuile seu domesticum, & ea bella quæ cum publicis hostibus geruntur.

Iniuriam patimini ἀδικεῖσθε. Vel, ut Vulg. iniuriam accipitis. Eras. tamen sententiam Apostoli rectius expressit. Nam ἀδικεῖσθαι hoc loco nõ simpliciter significat iniuria affici, sed iniuriam quam acceperis, ita ferre ut damnum non recuses potius quàm cum Ecclesiæ offendiculo ius tuum iudicio persequaris. Nam certè non potest proprie dici iniuria affici qui quantum in se est iniuriam repellit. Idem statuendum est περὶ τοῦ ἀποστερεῖσθαι, de quo etiam diximus Marci capite decimo, c. 19.

11 Quidam τινὲς. In multis codicibus ueteris editionis corruptè legitur quidem pro quidam, manifesto errore, quanuis ita quoque citarit Augustinus. Nam quòd sic etiam legitur in Ambrosij exemplaribus impressis, imputandum

A tandum esse librarijs, liquet ex eius interpretatione, ut rectè obseruauit Erasmus. Græci certè summo consensu legũt τινές, & pro particulari nota interpretatur. Fateor tamen multò planiorem & uberiorem fore sententiam si dixerimus τινές redundare, ex phrasi Græcis familiari ut quemadmodum Apostolus in genere describit Ephesios Ephes. 2.a.1, 2.& 3.& c.12,& 5.b.5,& 8:& Petrus totum Ecclesiæ cœtum, 1.Pet. 4.a.3: sic etiam hæc reprehensio non tantum certos quosdam,sed oẽs ac singulos Corinthios reprehẽdat. Neq; enim ullus est hominũ qui in no omnib illis uitijs.at saltẽ aliquib.atq; adeò plerisq; non fuerit ante regenerationẽ addictus. Deinde sicut ablutio illa & sanctificatio,totius est Ecclesiæ,no uideo cur Paulus certorũ duntaxat hominum præcedentẽ conditionẽ notaret. Sed tamẽ,ut dicã quod res est,non habeo quid hic certi constituam ℞ planè sit necesse dicere,ut hunc pleonasmũ tueamur,uel ταῦτα per enallagen positũ esse ℞ τοιοῦτοι τινες,uel ταῦτα per enallagen positũ esse ℞ τοιοῦτοι τινες. Neutrũ uerò sine codicis aut exẽplirupte scriptũ esse ℞ τοιοῦτοι τινες,uel ταῦτα per enallagen positũ esse ℞ τοιοῦτοι τινες. Neutrũ uerò sine codicis aut exẽplialicuius authoritate ausim affirmare. Itaq; à recepta lectione discedere nolui. In nomine Do. ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου i.in Domino Iesu.quam formulam expositimus suprà 1.a. 4.Puto enim nomẽ Domini Iesu ex Hebræorum plurali nihil aliud quam ipsum Dominum Iesum declarare hoc in loco. Eras. per nomen .i. per uirtutẽ ac potentiam Dñi Iesu.

πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει· πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐκ ἐγὼ ἐξουσιασθήσομαι ὑπό τινος.

12 Omnia mihi licent,at non omnia conducunt:omnia mihi licent, at ego non redigar sub ullius rei potestatem. Infrà 10.d.23. Eccli. 37.f.31.

τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν· ὁ δὲ θεὸς καὶ ταύτην καὶ ταῦτα καταργήσει. τὸ δὲ σῶμα οὐ τῇ πορνείᾳ, ἀλλὰ τῷ κυρίῳ, καὶ ὁ κύριος τῷ σώματι.

13 Escæ uentri *destinatæ sunt*, & uenter escis: Deus autem & hunc & eas abolebit. corpus uerò non scortationi,sed Domino:& Dominus corpori. *Scortatio fugiẽda.*

ὁ δὲ θεὸς καὶ τὸν κύριον ἤγειρε, καὶ ἡμᾶς ἐξεγερεῖ διὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ.

14 Deus autem & Dominum suscitauit: & nos suscitabit per potestatem suam. Rom.6.a.5.

οὐκ οἴδατε, ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν, μέλη χριστοῦ ἐστιν; ἄρας οὖν τὰ μέλη τοῦ χριστοῦ, ποιήσω πόρνης μέλη; μὴ γένοιτο.

15 Non nostis quòd corpora uestra membra sunt Christi?num igitur tollens mẽbra Christi,faciam *ut sint* scorti membra? Absit. *Mẽbra Christi.*

B ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ, ἓν σῶμά ἐστιν; ἔσονται γάρ, φησίν, οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν,

16 Annon nostis ℞ qui adglutinatur scorto,unum corpus est? Erunt enim, inquit, qui duo erant,caro una. Gene.2.d.24. matth.19.a.5. marc.10.a.7. ephes.5.g.32.

ὁ δὲ κολλώμενος τῷ κυρίῳ, ἓν πνεῦμά ἐστι.

17 Qui uerò adglutinatur Domino,unus Spiritus est.

φεύγετε τὴν πορνείαν. πᾶν ἁμάρτημα ὃ ἐὰν ποιήσῃ ἄνθρωπος, ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν· ὁ δὲ πορνεύων, εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει.

18 Fugite scortationẽ. omne peccatũ quod fecerit homo, extra corpus est:sed qui scortatur,in proprium corpus peccat.

ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι τὸ σῶμα ὑμῶν, ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου πνεύματός ἐστιν, οὗ ἔχετε ἀπὸ θεοῦ, καὶ οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν;

19 Annon nostis quòd corpus uestrum, templum est Spiritus sancti, *qui est* in uobis, quem habetis à Deo:neque estis uestri iuris? *Templum Spiritus sancti.* Supra 1.d.27. 1.cor.6.d.16.

ἠγοράσθητε γὰρ τιμῆς· δοξάσατε δὴ τὸν θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν, ἅτινά ἐστι τοῦ θεοῦ.

20 Nam empti estis pretio: glorificate igitur Deũ in corpore uestro, & in spiritu uestro, quæ sunt Dei. Infrà 7.d.23. 1.pet.1.d.19.

12 Omnia πάντα.i.quæuis,ut alibi sæpe exposuimus. Sed quocunq; modo accipias, restringendũ est τὸ λαθέλκειν.ut res tantùm medias coprehendat de quibus nouã nunc disputationẽ inchoat Apostolus, docetq; Corinthios tum in earum usu dupliciter peccare,tum etiam in eo grauiter errare quod inter ἀδιαφορα quædam numerarent quæ tamen eiusmodi nõu erant: Quis enim putet Corinthios ita fuisse rerum Imperitos ut omnia sibi sine exceptione ulla licere crediderint? Itaq;,ut πρὸς ἕβραίους hoc dicam,nimium est infirmum eorum fundamẽtum qui ex uniuersali signo uolunt falsissimum ac perniciosissimũ dogma uniuersalis gratiæ in Ecclesiam inuehere. Vllius rei τινὸς. Sic malui interpretari quàm ullius aut nullius,ut appareat τινὸς neutro genere positum esse, cui scilicet τὰ πάντα opponatur: nec ad personas,sed ad res ipsas referri. Nam certè ijs subijcitur quicunque se carere ipsis non posse putant:ut planè seruitus sub specie libertatis abblandiens manum in eiusmodi homines injiciat.

13 Uentri *dẽstinata sunt* τῇ κοιλίᾳ. Rectè suppleuit Eras. quod omnino requiritur ad explendã constructionem.nisi malimus existimare tertium casum positum pro secundo,ut Rom.7.a.3,Hebræorum more,ut Gene.47.a.1. quoties scilicet ϧ construitur cum nomine uel relatiuo. Constat autem Paulum his uerbis ostendere quis sit uerus ciborum usus, nempe ut in hac uita conseruemur ad tempus. Cur igitur huius uel illius cibi causa fratrem perdiderim, aut non aliter contenderim quàm si de summa salutis æternæ ageretur? Et hunc ἐκεῖ ταύτην. Itaque uentris appellatione non uentrem ipsum sed nutritionem significat Apostolus quę in uentre conficitur.

19 Corpus uestrum, τὸ σῶμα ὑμῶν.In tribus codicib.legimus τὰ σώματα ὑμῶν corpora uestra,ut suprè uer. 15. quæ lectio,fortasis mutata est à quopiam,propterea quòd sequitur ναὸς templum , singulari scilicet numero non plurali. At qui Apostolus quum sic loquitur,significat se de fidelibus non singulis duntaxat,sed omnib.in unum collectis loqui,ut tota Ecclesia sit unum Dei templũ. Vulg.legit τὰ μέλη ὑμῶν mẽbra uestra. Vestri iuris ἑαυτῶν. Vulg. ad uerbũ,uestri,paulò obscurius 20 Pretio τιμῆς. Nihil quidem emitur nisi interueniente pretio,sed hoc tamẽ additum magnam emphasim habet:ueluti quum dicimus Ore loqui,oculis uidere,auribus audire. Vulg.addidit epitheton magno.μεγάλης,contra Græcorum codicum fidem,nempe ϧ alioquin illud uideretur redũdare : uel ex eo ϧ scriptum est 1.Pet.1.c.18. Glorificate igitur Deum δοξάσατε δὴ τὸν θεὸν.i.ita ab omni scortatione abhorrete proinde ad glorium Dei referantur,à quo scilicet tum corpus tum animum idcirco accepistis,ut utroq; in ipsius gloriam uteremini.Vulgar.addit,& portate καὶ ἄρατε,Græcis codicibus repugnantibus. Eras.autem δὴ interpretatur ϧ ἤδη iam.Et in spiritu uestro καὶ ἐν τῷ πνεύματι ὑμῶν.Hæc quum in omnibus Græcis exemplaribus inueniãtur,mirum est in omnibus Latinis deesse. Vocat autem Paulus Spiritum alteram hominis partẽ,ut πνεῦμα & ψυχὴ nihil hoc in loco differant. Quæ sunt Dei ἅτινά ἐστι τοῦ θεοῦ. Hoc quoq; deest in Latinis codicibus. Ponitur autem relatiuum αἰτιολογικῶς.

CAP. VII.

De coniugatis.

CAEterùm de quib. scripsistis ad me: Bonum *fuerit* uiro mulierẽ non attingere.

Sed propter fornicationes, suam quisque uxorem habeat, & proprium quęque uirum habeat.

1.Pet.3.b.7. Vxori uir debitam beneuolẽtiam reddat: similiter autem & uxor uiro.

Vxor proprium corpus non habet in potestate, sed uir: similiter autem & uir propriũ corpus nõ habet in potestate, sed uxor.

Ne fraudetis alius alium, nisi fi quid ex cõsensu, ad tempus, ut uacetis ieiunio & orationi: & rursum in unũ conuenite, ne tẽtet uos satanas propter incontinentiam uestram.

Hoc autem dico ex concessione, non ex imperio.

Nam uelim omnes homines esse ut & ipse

ΚΕΦΑΛ. ζ. A

1 Περὶ ὧν ἐγράψατέ μοι, καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι.

2 διὰ δὲ τὰς πορνείας, ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω, καὶ ἑκάστη τὸν ἴδιον ἄνδρα ἐχέτω.

3 τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν ἀποδιδότω, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρί.

4 ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ὁ ἀνήρ· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ἡ γυνή.

5 μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μήτι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρόν, ἵνα σχολάσητε τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχησθε, ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν.

6 τοῦτο δὲ λέγω κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ' ἐπιταγήν.

7 θέλω γὰρ πάντας ἀνθρώπους εἶναι ὡς καὶ ἐμαυτόν.

IN CAPVT VII. B

1 De quibus περὶ ὧν. Id est, quod attinet ad ea de quibus ad me scripsistis. Sic enim etiam apud Latinos usurpatur præpositio De. Bonum fuerit καλόν. Id est συμφέρον, ut infrà uersu 35. commodum scilicet & expediẽs, ut loquuntur. quia coniugium multas secum molestias affert, idque ex diuinæ institutionis corruptela. Neq; enim bonum ita accipitur hoc loco ut opponatur uitio, quum adiungatur tertius casus: & satis constet honoratum esse coniugium, inter omnes & thorum absque macula, Heb. 13. a. 4. Itaque Hieronymus perperam sanè, ut nihil acerbius dicam, hunc locum corrupit ut matrimonij coniunctionem à Spiritu sancto toties comprobatam, in ijs numeraret quæ per se mala sunt ac uitiosa. Longe sanctius ac melius Clemens, Epiphanius παρὰ ἀποστολικῶν, Augustinus denique aduersus ipsum Hieronymum: qui omnes ita laudarunt uirginitatem, ut suam quoque nuptijs dignitatem asserrent: ut qui intelligerent nec in uirginitate nec in coniugio proprie ac per se positum esse Dei cultum, sed παρὰ συμβεβηκός dixerat.

Viro ἀνθρώπῳ Id est ἀνδρί, quum opponatur nomen γυναικός. Vulg. & Eras: homini. Mulierem non attingere. γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι. Eras. uxorem non attingere. i. ut ipse interpretatur, ab uxore ducenda abstinere. Ego uerò existimo Paulum uerbo ἅπτεσθαι significasse in genere uiri cum muliere congressum: quẽ tamen per se non damnat, quũ eo uelit homines ut remedio uti, idque in matrimonio, si continere se nõ possint: minimè id facturus si malum esset coniugium. Nam præcipit quidem humana prudentia ut ex duobus malis quod minus est eligamus, Christiana uerò religio contrà, ut quicquid malum est sine ulla exceptione, uitemus. Falsa est igitur Hieronimi doctrina, qui aduersus Iouinianum differens, uerbum ἅπτεσθαι ita urget quasi in ipso etiam mulieris contactu sit periculum. quum constet uirum non minus bona conscientia uti posse ac debere uxore sua quam esca & potu, ut rectè defendit Augustin. Neq; est uerò cur Hieronymum quisquam hic excuset, quasi uerbum Domini torqueret liceat quoties hortamur, aut consolamur, aut deterremus, aut ludimus. Imò uerò cauendum potius etiam atq; etiam ne diuinis literis ullo modo aut usquam abutamur. Habeat ἐχέτω. Apertè contentiosi sunt, qui ex hoc uerbo colligunt Apostolum de ijs tantùm agere qui iam sunt in matrimonio: quum tota disputationis series contrarium probet, neque uel ratio ulla uel usus huius uerbi id postulet.

3 Debitam beneuolentiam τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν. Vulg. debitum, τὸν ὀφειλόμενον, quam lectionem in uno etiam Græco exemplari inueni, & apud Clementem, libro στρωματέων tertio. Sed & alicubi legitur τὴν ὀφειλομένην ὁμιλίαν debitum honorem. quæ lectio consentit cum eo quod scriptum est 1. Pet. 3. b. 7. Cæterùm debiti appellatione non id tantùm intelligo quod uulgo solent, sed omnia coniugij officia: quanuis Apostolus unam speciem postea copiosius persequatur, in qua scilicet grauius ac frequentius quam in cæteris plerique peccant. C

4 Vxor ἡ γυνὴ. Vulg. mulier, impropriè, quum de coniugio agatur.

5 Ad tempus πρὸς καιρόν. Eras. pro tempore, παρὰ καιρόν, deprauata etiam sententia.

Vacetis σχολάσητε id est, toti hoc unum agatis. Loquitur enim de solenni aliquo pœnitentiæ testimonio, uel publico uel priuato, pro rei necessitate. Nam alioquin assidua debet esse oratio, & sobrietas perpetua.

Ieiunio & orationi: τῇ νηστείᾳ καὶ προσευχῇ. Ita legimus in omnibus nostris Græcis codicibus, uno duntaxat excepto, & solent ista fere coniungi: ut Matth. 17. c. 21, quòd ieiunium sit optima ad orationem præparatio. Quædam tamen uulgatæ editionis exemplaria nullam faciunt ieiunij mentionem, ut nec Chrysostomus nec Theophylactus.

In unum ἐπὶ τὸ αὐτό. Vel simul, quod unus sit uiri ac uxoris thorus. Vulg. barbarè, in idipsum.

Conuenite συνέρχησθε, id est, συνέρχεσθε, ut alicubi etiam scriptum inuenimus. Vulg. reuertimini, ἐπανέρχεσθε. Eras. conueniatis, ut ἵνα subaudiatur ἀπὸ λοιπόν. Propter incontinentiam διὰ τὴν ἀκρασίαν. Siue propter impotentiam, ut alij malunt interpretari, id est, quia hæc est naturæ uestræ imbecillitas, ut inde facile possit Satã occasionem arripere uos impellendi in scortationem, nisi coniugio ut remedio utamini. Eras. intemperantiam, id est, ἀκολασίαν, impropriè hoc in loco. Repugnat enim coniugij sanctitati intemperantia, incontinentia non item. quanquam fateor nonnunquam ista duo nomina confundi.

6 Ex concessione, παρὰ συγγνώμην, id est, συγχώρησιν. Nam ueniæ nomen uel indulgẽtiæ uix uidetur cõuenire, ubi nullũ simpliciter uitium inest. Puto uerò hoc pertinere ad id quod scriptũ est suprà uersu 2. Visus enim erat coniugium ab omnibus, & quidem ut præceptum, exigere. Hoc igitur nunc explicat, docetque se coniugium non flagitare præcisè ut præceptum, quod scilicet qui negligat, Deum offendat, aut in quo per se positus sit Dei cultus, (de his enim rebus præcepta fiunt) sed quòd Deus hoc remedium ijs concedat quibus non dedit ut se possint continere. quũ alioquin etsi ipsum coniugium per se purum sit ac honestum, tamen ipsius usus uix aut ne uix quidem careat aliqua culpa, ratione, ut definit etiã ab Aristot. Ethic. 6. Quod aũt in quibusdã codicib. legitur κατὰ συγνώμην secundũ opinionem, siue sententiam, quasi scilicet testeẽ Apostolus se in eo tantũ dicere quid optimũ factu putet, nõ aũt quicquã præcipere, haud scio an satis redoleat grauitatẽ Apostolicã, quũ nihil adiciat quo ista modestia tẽperet, ut infrà uer. 25. & 40.

7 Nã uelim θέλω γάρ. i. optarim. ut diximus Mar. 10. d. 35. Vulg. uolo autẽ, impropriè. Itaq; Tertul. (quod eius pace dixerim) nõ satis firma ratione utitur quũ ex hoc uerbo urget hanc purã & absolutã fuisse Apostoli uoluntatẽ.

8 Innuptis

A μᾶλλον. ἀλλ' ἕκαστος ἴδιον χάρισμα ἔχει ἐκ θεοῦ, ὃς μὲν οὕτως, ὃς δὲ οὕτως.

sum: sed unusquisque ꝓprium donum habet ex Deo, alius quidem ita, alius autem ita.

8 λέγω δὲ τοῖς ἀγάμοις καὶ ταῖς χήραις, καλὸν αὐτοῖς ἐστιν, ἐὰν μείνωσιν ὡς κἀγώ.

8 Dico autem innuptis & uiduis, bonũ eis est si manserint ut ego:

9 εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν. κρεῖσσον γάρ ἐστι γαμῆσαι ἢ πυροῦσθαι.

9 Quòd si se non continent, nubant: nã melius est nubere quàm uri.

10 τοῖς δὲ γεγαμηκόσι παραγγέλλω, οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ὁ κύριος, γυναῖκα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρισθῆναι.

10 Ijs autem qui matrimonio iuncti sunt, denuntio, non ego, sed Dominus, uxor à uiro ne discedat: *De innuptis & uiduis.*

11 ἐὰν δὲ καὶ χωρισθῇ, μενέτω ἄγαμος, ἢ τῷ ἀνδρὶ καταλλαγήτω. καὶ ἄνδρα γυναῖκα μὴ ἀφιέναι.

11 Quòd si discesserit, maneat innupta, aut uiro reconcilietur, & uir uxorem ne dimittat.

12 τοῖς δὲ λοιποῖς ἐγὼ λέγω, οὐχ ὁ κύριος, εἴ τις ἀδελφὸς γυναῖκα ἔχει ἄπιστον, καὶ αὕτη συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ' αὐτοῦ, μὴ ἀφιέτω αὐτήν.

12 Reliquis autem ego dico, non Dominus, Si quis frater uxorem habet infidelem, & hęc consentit ad habitandum cum eo, ne dimittat eam.

13 καὶ γυνὴ ἥτις ἔχει ἄνδρα ἄπιστον, καὶ οὗτος συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ' αὐτῆς, μὴ ἀφιέτω ἄνδρα.

13 Et uxor quæ habet uirũ infidelẽ, qui cõsentit ad habitandum cum ea, ne dimittat eum.

14 ἡγίασται γὰρ ὁ ἀνὴρ ὁ ἄπιστος ἐν τῇ γυναικί, B καὶ ἡγίασται ἡ γυνὴ ἡ ἄπιστος ἐν τῷ ἀδελφῷ. ἐπεὶ ἄρα τὰ τέκνα ὑμῶν ἀκάθαρτά ἐστιν, νῦν δὲ ἅγιά ἐστιν.

14 Sanctificatus est enim maritus infidelis per uxorem: & sanctificata est uxor infidelis per uirum. alioqui nempe liberi uestri impuri essent: nunc autem sancti sunt.

15 εἰ δὲ ὁ ἄπιστος χωρίζεται, χωριζέσθω. οὐ δεδούλωται ὁ ἀδελφὸς ἢ ἡ ἀδελφὴ ἐν τοῖς τοιούτοις· ἐν δὲ εἰρήνῃ κέκληκεν ὑμᾶς ὁ θεός.

15 Quòd si incredulus discedit, discedat. nõ est seruituti subiectus frater aut soror in huiusmodi *rebus*: sed ad pacẽ uocauit nos Deus.

8 Innuptis & uiduis τοῖς ἀγάμοις καὶ ταῖς χήραις. Theophylactus legit τοῖς ἀγάμοις λεγὶ ταῖς χήραις, quam lectionem sinceram esse puto, ut superior uersiculus ad uiros pertineat, sequentes autem duo ad fœminas: quæquidẽ uel sunt innuptæ seu uirgines, uel uiduæ. Nam nisi ita legas, non erit plena ac iusta diuisio: quum nomine τῶν ἀγάμων non possint uiri uxorib. suis orbati, nisi improprie, significari. neq; ijdẽ rursus cõmode nomine τῶν χηρῶν cogines etiam puellas intelligi) posteriore autẽ mulieres tantũ uiduæ significarẽt, non uiri: quũ minimẽ sit usitatum nominatis fœminis, uiros etiam complecti. Quid igitur uirginibus puellis & uiris uiduis fiet? Eadem, dices, omnium est ratio. Sanè fateor: sed cur uel illas uel istos non exprimeret Apostolus? Rectè autem habebunt omnia, neque quic quam desiderabitur, si, ut dixi, hoc utrunq; ad fœminas retulerimus. Nam de uiris uno uerbo trãsegit in genere, supe riore uers. siue cœlibes, siue uxore orbati fuerint. Cur igit idem nũc inculcaret? At magna causa fuit cur unam & eandem doctrinã sigillatim uiris, sigillatim fœminis applicaret, ut suprà uers. 2, & infrà 10, & 11. & alibi sæpe in hoc argumento, nempe ut parem hic esse uiri ac uxoris conditionem diserte significet: quorum alioquin nonnulla est in quibusdam imparitas. Eis αὐτοῖς. Hic quoque legendum puto αὐταῖς, ac proinde in proximo uersiculo γαμησάτωσαν conuerti nubant cum Vetere interprete, γαμῆσαι nubere: quanuis quoad sententiam attinet, nihil ꝓrius interfit, quũ hęc doctrina tum in uiris tum in fœminis simili ratione ualeat. 9 Melius est λῴττον γάρ. Vel, potius, aut satius, ut interpretatur Erasmus. Neq; uerò propria est ista comparatio, quasi scilicet coniugium cum ustione ita cõparetur, ac si ustio quoq; esset res bona, aut coniugium dicatur melius, i. minus malum sicut improbè Hieronym. cauillatur: sed petitum est e medio istud dicendi genus: ueluti si dicas, Melius esse cum Christo egere, ut cœlo potiamur: quàm opibus mundi abundare, ut cum mundo pereamus. Vri πυροῦσθαι, Id est libidine ita æstuare ut aut uoluntas succumbat tẽtationi. aut certè Deum pacata cõscientia non possis inuocare. Nam alioquin ecquis est qui carnis stimulis nõ pungatur? 10 Ne discedat μὴ χωρισθῆναι. Eras. ne separetur. Ego uerò puto potius τὸ χωρίζεσθαι uerbo neutro quàm passiuo explicandum, & discedendi uerbum melius conuenire. ut paulò pòst uersu 15, & Act. 18. 2. 2, & 2. quum Paulus non de legitimis diuortijs hìc agat, sed de disidijs potius.

11 Reconcilietur καταλλαγήτω. Hoc quoque satis ostendit de quibus diuortijs hìc differat Apostolus: de iis scilicet quæ non scortationis causa, (hæc enim matrimonium dirimebant) sed propter aliquam animorum offensionem interueniebant. ut solebant olim facile mariti uxoribus nuntium remittere, & uxores à uiris secedere. His igitur negat Apostolus matrimonij uinculum dissolui, neq; mirandum est non esse additam scortationis exceptionem ab Apostolo. Facile enim fuit Corinthijs applicare Apostoli respõsum quæstioni de qua ad eum scripserant: sicut nostrum est ex responso elicere quæ fuerit quæstio, nempe nõ de legitimo diuortio, sed eo quòd ex dissensione aliqua exoritur 12 Reliquis aũt τοῖς δὲ λοιποῖς. Reliquorum appellatione eos intelligit qui impari matrimonio cõstricti degebant, ac ueluti sese pollui infidelis cõsortio putabant: quod negat Apostolus. Non Dñs οὐχ ὁ κύριος. Suũ id esse dicit Apostolus de quo nihil diserte expressisset Dominus in Lege aut Prophetis, non quod ipse ex sese temerè aut suo arbitrio esset commentus. Id enim se fecisse negat infrà uersu 25, & 40. Sed interim fundamentum eius doctrinæ quam tradit, authoritate uerbi Dei nititur, cuius erat interpres Apostolus: quum Dñs arctissimũ esse coniugij uinculum multis locis docuerit, & cum charitatis regula prorsus consentiat hæc Apostoli doctrina.

14 Sanctificatus est ἡγίασται. Sanctum opponit impuro ac profano. i. illi quod uitio est cõtaminatũ, nec cum uolũtate Dei cõsentiens. Dicitur ergo uir infidelis per uxorem fidelem sanctificari. i. pietas uxoris plus ualere ad hoc ut coniunctio ista ꝓ sancta & pura habeatur, quàm mariti infidelitas ad hoc ut coniugium istud ꝓfanet, uel ut uxor bona conscientia uri marito nõ possit. Neque enim longius porrigitur ista mariti aut uxoris sanctificatio.

Per uxorem τῇ γυναικί Vulg. per mulierẽ fidelẽ τῇ γυναικὶ πιστῇ, quã lectionem in uno etiam Græco codice inuenimus: & rursum paulo pòst τῷ ἀδελφῷ πιστῷ per uirum fidelem. Sed γυναῖκα oportuit hoc in loco interpretari uxorem, non mulierem. Per uirum ἐν τῷ ἀδελφῷ. Augustin. lib. 1. quo exponit sermonem in monte habitum, legit in fratre fideli, τῷ ἀδελφῷ πιστῷ. Nunc aũt sancti sunt νῦν δὲ ἅγιά ἐστιν. Vel, sancti sunt autẽ. Nã particula νῦν hoc in loco non est temporis aduerbium, sed est cõiunctio quæ adhiberi solet in argumẽtorum assumptionibus, ut

alibi ostendimus. Cæterùm sancti uocantur liberi, quanuis ex impari matrimonio susceptiA
gati Domino, ut in ecclesia ipsius, ex fœderis formula ERO DEVS TVVS ET SEMINIS TVI, cēleantur: quemadmodū
ex iure ciuili censentur liberi qui ex altero parente libero nascuntur. 15 In huiusmodi *rebus οὐ τοῖς τοιούτοις*. Id
est, quum eiusmodi quidpiam inciderit, nempe ut fidelis cum infideli fuerit iunctus matrimonio, (neq; enim de cō-
trahendis istis matrimonijs disserit Apostolus, sed quatenus uel firma uel inualida sint ostendit) & infidelis sua spō-
te fidelem deserat. Vulg. & Eras. admodum obscurè in eiusmodi. Ad pacem *οὐ εἰρήνῃ*. i. *εἰς εἰρήνην*. ut pacata con-
scientia ac cōcorditer uiuamus: ex quo cōsequitur retinendū esse nobis infidelē ac omnib. officijs quoad eius fieri po
test ac debet, demerendum: nedum ut uel eum ipsi deseramus, uel ad nos deserendos prouocemus. Hoc igitur perti-
net ad ea quæ sequuntur potius quàm ad superiora, quod etiam indicat coniunctio causalis.

Ecquid enim nosti uxor, an uirum sis ser- 16 *τί γὰρ οἶδας γύναι, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις; ἢ τί*
uatura? aut ecquid nosti uir, an uxorē sis ser- *οἶδας ἄνερ, εἰ τὴν γυναῖκα σώσεις;*
uaturus, an non?

Vocatio. Vt unicuique *donum* partitus est Deus, ut 17 *εἰμὴ ἑκάστῳ ὡς ἐμέρισεν ὁ θεός, ἕκαστον ὡς*
unumquenq; uocauit Dominus, ita incedat: *κέκληκεν ὁ κύριος, οὕτω περιπατείτω· καὶ οὕτως*
& ita in Ecclesijs omnibus constituo. *ἐν ταῖς ἐκκλησίαις πάσαις διατάσσομαι.*

Circuncisio. Præputium. Circuncisus aliquis uocatus est? ne attra- 18 *περιτετμημένός τις ἐκλήθη; μὴ ἐπισπάσθω.*
hat *præputium*: in præputio aliquis uocatus est? *ἐν ἀκροβυστίᾳ τις ἐκλήθη; μὴ περιτεμνέσθω.*
ne circuncidatur.

Circuncisio nihil est, & præputium nihil 19 *ἡ περιτομὴ οὐδέν ἐστι, καὶ ἡ ἀκροβυστία οὐδέν*
est, sed obseruatio mandatorum Dei. *ἐστιν, ἀλλὰ τήρησις ἐντολῶν θεοῦ.*

Ephes. 4. a. 1. Vnusquisque in qua uocatione uocatus 20 *ἕκαστος ἐν τῇ κλήσει ᾗ ἐκλήθη, ἐν ταύτῃ με-*
fuit, in ea maneat. *νέτω.*

Seruus uocatus es? ne sit tibi curæ: sed si 21 *δοῦλος ἐκλήθης; μή σοι μελέτω· ἀλλ' εἰ καὶ* B
etiam potes liber fieri, potius *eo* utere. *δύνασαι ἐλεύθερος γενέσθαι, μᾶλλον χρῆσαι.*

Etenim qui in Domino uocatus est seruus, 22 *ὁ γὰρ ἐν κυρίῳ κληθεὶς δοῦλος, ἀπελεύθε-*
libertus Domini est: similiter & qui liber uo- *ρος κυρίου ἐστίν· ὁμοίως ὁ ἐλεύθερος κληθείς,*
catus fuit, seruus est Christi. *δοῦλός ἐστι χριστοῦ.*

Suprà 6. d. 20. Pretio empti estis, ne fiatis serui hominū. 23 *τιμῆς ἠγοράσθητε, μὴ γίνεσθε δοῦλοι ἀνθρώπων.*
2. Petr. 1. d. 20. Vnusquisque in quo uocatus fuit, fratres, 24 *ἕκαστος ἐν ᾧ ἐκλήθη, ἀδελφοί, ἐν τούτῳ μι-*
in hoc maneat apud Deum. *νέτω παρὰ τῷ θεῷ.*

De uirginibus. De uirginibus autem præceptum Domini 25 *περὶ δὲ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν κυρίου οὐκ ἔ-*

16 Ecquid enim nosti *τί γὰρ οἶδας*. Confirmatio est (opinor) superioris sententiæ, non cur discedente infi-
deli fiat quoque potestas fideli discedendi, sed cōtrà, cur ita sit utendum hac libertate ut infidelem si fieri potest, reti-
neat fidelis, ac Christo lucrifaciat, inq; Vetus interpres meo iudicio sententiam corrupit, quū conuerteret, Vnde enim
scis, *πόθεν γὰρ οἶδας*, & Eras. quoque quum interpretaretur, Qui nanq; scis? *πῶς γὰρ οἶδας*: Sed multò ineptius qui
dam qui in superiore uersiculo, *οὐν ᾗ εἰρήνῃ* conuertit, quin ad pacem, & ita quidem ut prius annecteret præcedētibus:
deinde *τί γὰρ οἶδας* qui scis autem, quasi *γὰρ* pro *ἢ* accipiatur. Annon? *ἤ μήν*: Sic testatur Eras. quosdam Græcos
codices habere: sic etiam legunt ac distinguunt Græcorum scholia, ex Seueriani cuiusdā authoritate. quæ lectio quia
planam & appositam sententiam gignit, mihi potius placuit quàm altera quæ ferè obtinuit. Vulgò enim scribunt *εἰ μή*
& sequentibus connectunt, sed uaria interpretatione. Nam alij cum uetere interprete conuertunt nisi, & multa cogū
tur supplere, quasi scilicet dicat Apostolus, Quid ergo superest nisi ut quisque ita incedat ut eum uocauit Dominus?
uel, Nihil tentetur aut nouetur propter alterum infidelem: tantùm ut cuiq; sors obtigit, ita maneat. Alij conuertunt,
utcunque fuerit, uel in summa, ut Eras. qua loquendi forma, inquit, uti solemus quoties omissis quæ incerta sunt, ad C
id redimus quod certum est. Hæc ille, citans etiam Terentij quendā locum, sed meo quidē iudicio nō prius appositè.

17 Vt unicuiq; *ἑκάστῳ ὡς*. Hanc traiectionem, ut Paulo familiarem, annotauimus Rom. 12. a. 3. & suprà 3. a. 5.
Vide infrà 12. b. 11. *Donum* partitus est *ἐμέρισεν*. Vsitatum est Hebræis nomen uerbale supplere. quam ecclipsin exple
uimus ex uersu 7. Deus *ὁ θεός*. Vulg. Dominus, *ὁ κύριος*, & in membro sequenti ubi legitur *ὁ κύριος* Dominus, legit
ὁ θεὸς Deus, quod haud satis scio an alicuius sit momenti. Vocauit *ἐκάλεσεν*. i. certo uitę generi addixit, & donis ad id
pertinentibus pro sua liberalitate instruxit, qualem denique esse unumquenque uoluit. Id enim significari Vocandi
uerbo, ex Hebræorum idiotismo, sæpe iam annotauimus, & cur hunc Hebraismum retinuerimus. 18 Ne attrahat
μὴ ἐπισπάσθω. *τὸ ἐπισπᾶσθαι* quod in genere significat attrahere, accipio passiua significatione, ut de eo dicatur qui
chirurgi opera, ut ita dicam, præputiatur: quod quidem fit cute ferro adducta ut glandem rursus operiat, quemadmo
dum docet Celsus lib. 7. cap. 25, & testat Epiphan. in lib. de Ponderib. & mensuris. pro quo etiam facit quod scriptum
est Maccab. 1. b. 16. Certè ita accipiendum esse apparet ex uerbo *καταισχύνεσθαι*, quod ei opponitur: neque dubito
quin de hoc quoque ad Paulum scripserint Corinthij, quemadmodum de cœlibatu, de matrimonij debito, de dissi-
dijs in matrimonio, ex animorum offensione & ingeniorū dissimilitudine interuenientibus, de impari matrimonio,
de seruitute, de uirginitate, de secūdis nuptijs. quas omnes quæstiones Apostolus hoc capite ita explicat, ut satis appa
reat, controuersias quas postea Satan in Ecclesiam de ijs rebus inuexit, nūquam fuisse exorituras si hæc epistola fideli
ter fuisset Ecclesijs explicata, nec ullis alijs synodis aut concilijs ad eas explicādas opus esse. 21 Ne sit tibi curæ
μή σοι μελέτω. i. ne de eo sis anxiè solicitus, quasi sit conditio Christianis indigna: sed eo potius te consolare, quòd à
misera seruitute peccati ac mortis sis per Christū manumissus, quāuis in hac uita seruias, quādiu Deo usū fuerit. Vide
infra uers. 32. 22 Qui in Domino, &c. *ὁ ἐν κυρίῳ κληθεὶς δοῦλος*. i. qui quum seruus sit cōditione, uocatus est ad
Christi participationem. Est enim illud in Domino, Hebræorum more dictū, quem exposuimus suprà 1. a. 2. Quidam
uerò nuper, ut elegantius loqui uideretur, pro in Domino dicere maluit, in re Dominica 23 Pretio empti estis
τιμῆς ἠγοράσθητε. Vide supra 6. d. 20. 24 Apud Deum *παρὰ τῷ θεῷ*. Puto hanc formulam idē declarare atq;
σύνεσιν τῷ θεῷ coram Deo. i. ita syncerè & ex animo ut uos Deo approbetis. uel, perinde ac miles corā duce solet sta
tionem seruare, sic uos apud Deum estote constantes in eo uitæ genere cui uos destinauit, perpetuò scilicet memo-
res uos in eius conspectu uersari. 25 Præceptum Dom. &c. *ἐπιταγὴν κυρίου οὐκ ἔχω*. Quid igitur? nū Paulus uer-
bi limites transgreditur, ut ij tradunt qui sibi licere uolūt pro arbitrio leges cōscientijs imponere? Minimè uerò. Imō

eos

eos diserte damnat qui præcipere de his rebus quicquam audent quas Deus liberas esse uoluit, sed tamen ex temporis, loci, ac personarum circunstantijs tradit quid expediat, id est, quid sit Dei uoluntati consentaneum. Hæc enim est Dei uoluntas ut sancti simus & ipsius cultui quàm maximè addicti, ad quam regulam Apostolus proposita de uirginitate quæstionem exigens, nouas certe leges nullas præscribit, sed à Domino præscriptas ad præsens negotium accommodat: idq; tanta cum modestia, ut eos facile redarguat qui se illius successores esse mentiuntur, ut iugum conscientijs imponant. id est, ut quod unius Dei est, ad se transferant.

χω, γνώμλω ἡ δίδωμι ὡς ἠλεημένος ὑπὸ κυρίου πιστὸς εἶν.

non habeo: sed do *uobis* quod sentio, ut cui Dominus per misericordiam dederit fidum esse: tanquam misericordiam consequutus à Domino, in hoc ut sim fidelis.

νομίζω οὖν τοῦτο καλὸν ὑπάρχειν διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην, ὅτι καλὸν ἀνθρώπῳ τὸ οὕτως εἶν. 26

Existimo igitur hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quod *inquam* bonũ *sit* homini ita esse.

δέδεσαι γυναικί; μὴ ζήτει λύσιν. λέλυσαι ἀπὸ γυναικός; μὴ ζήτει γυναῖκα. 27

Alligatus es uxori? ne quæras dissolutionem. Solutus es ab uxore? ne quæras uxorẽ.

ἐὰν δὲ καὶ γήμῃς, οὐχ ἥμαρτες· καὶ ἐὰν γήμῃ ἡ παρθένος, οὐχ ἥμαρτε· θλῖψιν δὲ τῇ σαρκὶ ἕξουσιν οἱ τοιοῦτοι. ἐγὼ δὲ ὑμῶν φείδομαι. 28

Quòd si etiam duxeris uxorem, non peccasti: & si nupserit uirgo, non peccauit: sed afflictionem in carne habituri sunt *qui sunt* huiusmodi. ego uerò uobis parco.

B τοῦτο δέ φημι, ἀδελφοί, ὁ καιρὸς συνεσταλμένος ἐστίν· τὸ λοιπόν ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας, ὡς μὴ ἔχοντες ὦσι. 29

Hoc autem aio, fratres, quoniam tempus contractum est in posterum, ut & qui habẽt uxores, sint ut non habentes:

καὶ οἱ κλαίοντες, ὡς μὴ κλαίοντες· καὶ οἱ χαίροντες, ὡς μὴ χαίροντες· καὶ οἱ ἀγοράζοντες, ὡς μὴ κατέχοντες· 30

Et qui flent, ut non flentes: & qui gaudẽt, ut non gaudentes: & qui emunt, ut non obtinentes.

καὶ οἱ χρώμενοι τὸν κόσμον τοῦτον· ὡς μὴ καταχρώμενοι· παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου. 31

Et qui utuntur mundo hoc, ut non abutẽtes. dicere. & πατὴρ ἀνθρώπων, 2. Tim. 2. a. 1. Sic πατὴρ πίστης dicitur, 1. Petr. 4. d. 19. & μακάριος πατὴρ ἐστὶ frequenter in Apocalypsi. Vulg. tanquam misericordiam consequutus à Domino, in hoc ut fidelis esset, id est, εἰς τὸ πιστὸς εἶναι, obscurè & perfectè & impropriè. Nam πιστὸς εἶναι hoc in loco declarat ministerij ipsius dignitatem quam Deus Apostolo sit largitus. Cæterùm quod πιστὸς εἶναι quidam conuerit Fidentem esse, id est, ex credentium numero esse, (sic enim solet uocare quos fideles dicimus) id, ut mihi quidem uidetur, Apostoli sententiam eneruat.

Sed do *uobis* quod sen. γνώμλν ἡ δίδωμι. i sententiã meã uobis præcribo. Vulg. consiliũ aũt do, Eras. cõsiliũ tamẽ do, obscurè uterq; & nonihil impropriè. Differũt enim γνώμη & βουλή, quanuis certũ sit Apostolum non aliud consulere quàm quod sentiat. Deinde discrimen illud sophisticum & falsum inter præceptum & consilium libens refugio. quanquam eo pridem deuentum est ut homines non iam consilia sed præcepta sua iactent, & quidem tanto cum supercilio ut ipsis Dei præceptis aperte anteponant. Vt cui Dominus, &c. ὡς ἠλεημένος πιστὸς εἶναι. Passiuam loquutionem Actiuè sum interpretatus, ut plenior esset sententia. Asserit autem his uerbis Apostolus ministerij sui authoritatem, ne spernatur à Corinthijs ipsius sententia, quasi ab homine non à Deo profecta. Quod dicturus sum, inquit, dico ego qui homo quidem sum, sed dignus cui fides habeatur: quia ut talis essem, à Domino sum consequutus πιστὸν enim uocat, opinor, non eum qui fideliter officium facit, quo modo fere interpretantur, (nam fuisset aliquid adiungendum, puta minister uel Apostolus) sed eum cui fides meritò sit habenda, ut sæpe solet πιστὸν λέγειν dicere. & πιστὸν ἄνθρωπον, 2. Tim. 2. a. 1. Sic πιστὸς πίστης dicitur, 1. Petr. 4. d. 19. & μακάριος πιστὸς ἐστὶ sæpe in Apocalypsi. Vulg. tanquam misericordiam consequutus à Domino, in hoc ut fidelis esset, id est, εἰς τὸ πιστὸς εἶναι, obscurè & perfectè & impropriè. Nam πιστὸς εἶναι hoc in loco declarat ministerij ipsius dignitatem quam Deus Apostolo sit largitus. Cæterùm quod πιστὸς εἶναι quidam conuerit Fidentem esse, id est, ex credentium numero esse, (sic enim solet uocare quos fideles dicimus) id, ut mihi quidem uidetur, Apostoli sententiam eneruat.

26 Hoc τοῦτο. i. cœlibem esse. Bonum καλόν. Vide suprà uers. 1.

Propter instantẽ necessitatẽ διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην, id est propter necessitatem quæ sanctos solet assiduè urgere, quorum scilicet perpetua est iactatio: ut eorum conditio minimè uideatur ad coniugium accommodata: nisi ex altera parte carnis infirmitas ad illud adigat. Vetus interpres & Eras. in. ἐνεστῶσαν conuertunt præsentem, ex eorum sciliçet sententia qui hoc referunt non ad Ecclesiæ conditionem illam perpetuam de qua modo dixi, sed ad eius duntaxat tẽporis circunstantiam quo hæc scripsit Apostolus, quum scilicet uix liceret fidelibus ullo loco consistere. Solẽt enim Græci grammatici tẽpus præsens ex Stoicorũ dogmate uocare χρόνον ἐνεστῶτα. Sed prior expositio mihi uidetur uberior, quum posteriorẽ etiam cõprehendat, & in uno exẽplari scriptũ inuenerimus ἐφεστῶσαν. i. capiti imminẽtem & incũbentem. Quod *inquam*. ὅτι καλόν. Vulg. quoniam bonum est. Eras. Nam bonum est. Ego uerò existimo potius esse epanalepsin, cuius infinita penè exempla annotauimus. Nam alioquin uidebitur Apostolus idẽ, quod aiunt, per idem probare, ueluti si dicas: Bonum est cœlibem esse, quia bonũ est hominẽ si sit celebs. 28 Afflictionẽ, &c. θλῖψιν τῇ σαρκί. Carnẽ hic uocat Apostolus externũ hominẽ, & quæcũq; ad præsentẽ uitã spectãt. Coniugiũ. n. multas eiusmodi molestias secũ trahit ex hæreditario illo peccato exortas, ueluti cura liberorũ, & rei domesticæ solicitudinẽ, ut alia omittã mille incomoda, quæ ex morũ deprauatione nascũtur. Itaq; Apostolus ad cœlibatũ inclinat, non q̃ in eo collocet Dei cultũ magis q̃ in matrimonio, sed ꝓpter ea incõmoda quibus. si fieri posset, cuperet oẽs eximi, ut uni Deo uacarẽt. Vobis parco ὑμῶν φείδομαι. i. cupio infirmitati uestræ consultũ, ut uos coniugio nõ indigere exoptem, quo sitis omnib ꝰ istis molestijs uacui. Aliter exponebant Manichæi (à quorũ opinione non multùm abest Hieronymi. in damnãdo matrimonio) sed quos egregiè refellit August. in lib. De sancta uirginitate. 29 Quoniam, &c. ὅτι ὁ καιρός. Sic lego & distinguo hunc locũ ex sedecim uetustorũ Stephani codicũ, itẽq; ex Græcorum scholiorũ. Basilij deniq; fide, qui duob. locis ita citat: nisi q̃ ὅτι omittit. Cæterùm συνεσταλμένον quod Hieronym. uertit in collecto, Vulg. breue, uocat Apost. tẽpus in angustias quasi cõplicatum, trãllatione à uelis & cæteris id genus sumpta, quã copiosius pſequit Ezechias Esa. 38. c. 12. Neq; tamẽ ut opinor, Apost. ad uitæ humanæ breuitatẽ simpliciter respexit, sed huc potius q̃ in fines seculorũ sit deuentum. & finis omnium imminеat, ut 1. Pet. 4. b. 7. instante scilicet die Dñi, ut de alijs rebus magis serijs sit cogitandum. Sic enim solent Apostoli de die illo loqui quasi iam proximo, ut 2. Pet. 3. b. 8, & 9. Ideo addidit Apost. τὸ λοιπὸν. i. deinceps & in posterũ. Vulg. tẽpus breue est: reliquũ est ut, &c ὁ καιρὸς συνεσταλμένος. τὸ λοιπὸν ἵνα, &c. quã lectionẽ, ut modò dixi, in nullis uetustis exemplarib. inueni. Vt ἵνα. Si nostram lectionem sequaris, ἵνα coniungẽdum erit cum φημὶ aut si non minus, cum τὸ λοιπὸν ἐστιν, supereſt. 30 Qui flẽt οἱ κλαίοντες. Fletus appellatione, Hebræorum more, res aduersæ: gaudij res secundæ intelliguntur. i. causæ ex effectis.

31 Mundo τῷ κόσμῳ τούτῳ. Mundi appellatio quum uaria sit ac multiplex in sacris literis, hic, ut opinor

significat omnia quæ nobis hîc ſiuentibus utenda conceduntur ad breue temporis ſpatium. neque uerò iubet Apoſtolus ut bona abijciamus quæ à Domino accepimus: ſed primum omnium ut quod quiſque eſt, id eſſe uelit: deinde ne fluxis iſtis rebus uel nimium ſimus addicti, quaſi (ut dicebat ille) nō illas poſsideamus, ſed ab ipſis poſsideamur: uel perperam ac in alium uſum utamur quàm ſunt condtæ, uti faciunt non modò qui earum uſum immutant, ſed etiam qui temerè profundunt. Has enim omnes ſignificationes admittit participium παραχρώμενοι, & apud Latinos abutendi uerbum. Mihi tamen maximè uidetur appoſita prima expoſitio, ut immodicū uſum declaret: aduerſus eos ſcilicet qui toti ſunt in præſentis uitæ negotijs immerſi. Baſilius tamen in libello quem inſcripſit τοὺς κατὰ πλάτος ὅρους, legit & interpretatur παραχρώμενοι, quaſi notet Apoſtolus profuſionem & nimium ſumptum, id eſt, τὴν περιττὴν χρῆσιν διαπαύλιν. A

tes: præterit enim ſpecies huius mundi. χρώμενοι. παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου.

Velim autem uos abſq; ſolicitudine eſſe. 32 θέλω δὲ ὑμᾶς ἀμερίμνους εἶναι. ὁ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ κυρίῳ.

Qui cœlebs eſt, curat ea quæ *ſunt* Domini, quomodo placiturus ſit Domino:

At qui duxit uxorē, curat ea quę ſunt mūdi, quomodo placiturus ſit uxori. 33 ὁ δὲ γαμήσας μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί.

Diſcretæ ſunt ea quæ *eſt* uxor & ea quæ *eſt* uirgo. quæ *eſt* innupta, curat ea quæ ſunt Domini, ut ſit ſancta cum corpore, tum Spiritu: quæ uerò nupta eſt, curat ea quæ ſunt mūdi, quomodo placitura ſit uiro. 34 μεμέρισται καὶ γυνὴ καὶ παρθένος. ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου, ἵνα ᾖ ἁγία καὶ σώματι καὶ πνεύματι. ἡ δὲ γαμήσασα μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρί.

Hoc autem dico, ut quid uobis cōducat, oſtendam: non ut laqueum uobis injiciam, ſed ut *indicem* quomodo decēter & aptè adhæreſcatis Domino, abſq; ulla diſtractione. 35 Τοῦτο δὲ πρὸς τὸ ὑμῶν αὐτῶν συμφέρον λέγω, οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω, ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον τῷ κυρίῳ ἀπερισπάστως. B

Præterit παράγει id eſt παραφέρεται, ut interpretantur Græca ſcholia, quæ expoſitio mihi uidetur maximè cōſentanea illi quod ſuprà dictum erat de anguſto temporis ſpatio. Mauult tamen Stapulenſis (quem ſequitur Alciatus libro παραφέρων 2, cap. 30) interpretari παράγει id eſt fallit ſeu decipit, blanda ſcilicet ſpecie homines alliciens. Budæus uerò neutram interpretationem ſequutus exponit παράγει id eſt παρέρχεται atq; tranſuerſum agit. Nam hoc quoque ſignificat τὸ παραγώγιμον. Dixi quid mihi ſimpliciſsimum uideatur: lector ſuum iudicium hîc ſequatur.

Species τὸ σχῆμα. Seu habitus, figura, uel forma. Nam in genere ſignificat nihil eſſe in mūdo ſolidum, ſed uanam quandam eſſe rerum iſtarum duntaxat imaginem, quas ſtulti homines tantopere admirantur. Cic. de Amic. Quę eſt enim iſta ſecuritas? ſpecie quidem blanda, ſed re ipſa multis locis repudianda eſt.

32 Velim θέλω. Vulg. uolo. Vide ſuprà uerſ. 7. Sine ſolicitudine ἀμερίμνους. Solicitudinem uocat Apoſtolus hoc in loco non in genere curam omnem, (neq; enim hoc cōuenit cum eo quod ſcripſit 2. Cor. 11. f. 28) ſed id genus curarū dūtaxat quod ſecū trahit cōiugiū. quod & ipſū tū ſimpliciter nō damnat, quū alibi præcipiat, ut 1. Tim. 5. b. 8: ſed & oēs cupiat, ſi fieri poſſet, ꝙ maxime expeditos currere in Euāgelij ſtadio. Quòd aūt alibi præcipiē de modo in his rebus tenēdo, ita ſcilicet ut diligētia ac ſedulitas ab anxietate uitetur, ad hūc locū nō ptinet. Curat μεριμνᾷ. Dixi mus Mat. 6. d. 27, hoc uerbo ſignificari curā cū anxietate animi ac pinde cū diffidētia cōiunctā: quo modo etiā accipiē dum eſt uerbū μελέτω ſuprà uer. 21. Sed hoc loco μέλει τῷ in genere ꝓ φροντίζειν accipit. Itaq; rectius Eraſ. cōuertit curat, ꝙ Vulg. ſolicitus eſt. Cyprian. in 2. tractatu De habit. uirg. uertit, cogitat, quo modo etiā Vetus interp. in uer. 34.

33 Curat μεριμνᾷ Vulg. & Eraſ. ſolicitus eſt de iis quę ſunt mūdi. Vix n. quiſquā eſt qui in iſtis modū teneat. Malui tū curādi uerbū hîc quoq; retinere, partim ut melius appareat ſuperioris mēbri antitheſis, partim etiam ꝙ Paulū exiſtimē iſta duo curarū genera inter ſe ſimpliciter cōparare. Quæ ſunt mūdi τὰ τοῦ κόσμου. Mūdi appellatione rurſus intellige quæ ad prælentē uitā in cōiugio trāſigendā neceſſariò requirūtur. Neq; n. de iis agit quæ ꝓ ſe ſunt uitioſa: ſicuti rurſus nō ita addicit mūdo cōiuges, ut à rerū diuinarū cogitatione prorſus excludat (nā, ut rectè ſcribit Clemēs lib. ϛρωμ. 3, licet etiā ei qui nupſit, Deo gratias agere, & ei qui uxorē duxit, in cōiugio curare quæ ſunt Dñi. quod Ambroſ. quoq; annotauit, & Aug. De bono cōiug. ut & cōtra quod de cœlibatu dictū eſt in ſequenti uer. iis nō cōuenit de quib. agit Apoſt. 1. Tim. 5. a. 6) ſed diſtrahi ſignificat cogitationes eorū q ſūt cōiugio deuincti, ideoq; cōmodiorē eſſe cœlibatū, ſi cui datū ſit ut ſe poſſit cōtinere. 34 Diſcretæ ſunt ea quæ, &c. μεμέρισται καὶ γυνή, &c. Sic accipitur uocabulum διακρίσεως ꝓ diſcrimine ſeu differētia infrà 12. a. 4. 5. 6. Quod aūt Apoſt. de uiris dixerat, hoc quoq; ſigil latim dicit de mulieribꝰ. quod in hac diſputatione ſæpe fecit: neq; dubitare poſſum quin hæc ſit uera lectio, quā in omnibꝰ uetuſtis Stephani noſtri codicib. Græcis inueni, ſi duo tantū excipias. Conſentiunt aūt Græca ſcholia, Theophylact. Hierō. ad Heluidiū, itē ad Euſtoch. De ſeruāda uirgin. quāuis alibi à ſeipſo diſſentiat. Facit etiā ꝓ me Baſil. in lib. περὶ τῆς τοῦ παρθενίας. ter ita citās hūc locū eo tantū excepto ꝙ prꝓpoſitionē καὶ inſerit duob. locis, ſic nimirū, καὶ μεμέρισται καὶ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος. ἡ ἄγαμος, &c ſed nihil uariate ſententia, quū τὴν γυναῖκα diſertè interpretet τὴν γαμήσασαν. i. ea quę nupſit, ſiue eā quę eſt uxor. Inuenio tū duas diuerſas lectiones, quarū una hęc eſt, καὶ μεμέρισται, & diuiſus eſt, i. in uarias partes ac diuerſas curas diſtractus, is ſcilicet qui uxorē duxit, quū partim curare illū oporteat quæ ſunt cōiugii, partim quæ ſunt Dñi. Deinde ſequitur noua ſententia, ἡ γυνὴ ἡ ἄγαμος καὶ ἡ παρθένος μεριμνᾷ, &c. Mulier quæ eſt innupta & uirgo curat, &c. Hāc lectionē ſegē Vulg. editio qua nūc utimur, reſtituta ſcilicet ex lib. prior Hieron. aduerſus Iouinianū, ubi ita legendum eſſe cōtendit Hieronym. ā ſeipſo diſſentiens. Ita etiā legit Ambroſ. De uiduis, & Aug. lib De bono uiduit. c. 2 in eo tū diſſentiēs ab Hieron. ꝙ τὴν ἄγαμον uiduā interpretat: quū Hieron. uelit τὴν ἄγαμον & τὴν παρθένον idē declarare. Alterā. i. tertiā demum lectionē apud unū Ambroſiū inuenio, niſi depraua tus eſt codex. Sic n. legit, hūc locū interpretās, Et diuiſus eſt: diuiſa eſt mulier & uirgo. λέγει μεμέρισται. μεμέρισται καὶ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος. Tū Spū καὶ πνεύματι. i. animo, ut ſuprà 2. c. 11. Neq; uerò hāc corporis & animi ſanctitatē cōiugib. adimit, ſed facilius cōtingere dicit extra coniugiū, ꝓpter uaria auocamēta, ut diſertè deſēdit Clemēs lib. ϛρωμ. 3, & Aug. De bono cōiugali, cōtra quā tradit Hieron. aduerſus Heluidiū. 35 Vt quid πρὸς τί. &c. Vulg. ad uti litatē ueſtrā. Eraſ. ad id quod uobis cōducibile. Obſcurè uterq;, præſertim Eraſ. Itaq; à Græcis nonihil deflexi, ut pſpicuitati ſtuderē. In ſūma, ſignificat Apoſt. ſe nemini imponere neceſſitatē uel ducēdę uxoris, uel nō ducēdę: ſed ſimpliciter oſtēdere utrū uitæ genus per ſe ſit cōmodius, ut quiſq; ſuas hic uires expendat. Vt *indicē* quomodo, &c. πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον. Quędā exēplaria legūt εὐπαρέδρον eodē ſenſu, quædā εὐπρόσδεκτον, ſed corruptē. opinor, ut liquet tū ex aduerbio ἀπερισπάστως, tū ex eo ꝙ Paulū apparet de induſtria uſurpaſſe ea uocabula quibus arctiſsimū illud cōiugij uinculū maximè ꝓprie exprimat: quaſi diceret, ſe tradere qua ratione homines lōgè meliore & arctiore etiā cōiunctione iūganť, quàm ſit ipſum cōiugij uinculū, quomodo ſcil Deo aptiſsimè poſſint cōnecti: minimè id ꝙdē quaſi uel per ſe hoc præſtet cœlibatus, uel impediat matrimoniū: ſed ꝙ cœlebs minus diuerſis curis im-

pediat. Cæterũ, quũ, ut rectè annotauit Eras. ista ad uerbũ trãsferre sit difficillimũ, discessi & egò à Græcis nõnihil, ut planior esset sententia. Sic aũt Vulg. ut nũc quidẽ legimus, (quũ ut testat Hieron. aduersus Iouin. hæc olim in Latinis codicib. esset omissa, ꝓpter interpretationis difficultatẽ) ad id quod honestũ est. & quod facultatẽ præbeat sine impedimẽto Dñm obseruadi. in qua interpretatione id primũ mihi nõ placẽt ꝙ τὸ σύσχημον interpretat honestũ: quasi. s. indecorũ sit matrimoniũ, quod τίμιον uocat Petrus: quũ τὸ σύσχημον, ut opinor, lignificet potius hoc loco τὸ πρέπον καὶ πρόσφορον. i. quod est cõueniẽs & accõmodatũ, ut etiã infrà 14. g. 40, σύσχημόν τι significat decẽter & cõuenienter. Nam quia Deus purissima quædã res est, & ab omni cõmixtione aliena, ad ea naturã propius uidetur accedere cui datũ est ut se ab omni mulieris cõsuetudine possit continere: quãuis ea alioquin & bona & honesta sit si in sese cõsideret, nõ quatenus peccatũ immoderatæ illius libidinis ἀτάξιαν inuexit. Deinde ꝙ ἀπρεπεῖ τοῦτο uertit sine impedimẽto. i. ἀπερισπάστως, im, ꝓpriè, & nõ seruata trãslatione quã Apost. à matrimonij cõiunctione sũpsit. Nã opinor Dñm obsecrãdi, ꝓperã scriptũ esse à librarijs ꝓ Dñm obseruãdi, uel, ut cõijcit Eras. ꝓ Dño obseruiẽdi, pro quo mallẽ dicere Dño obsequẽdi, ut totũ illud, quod facultatẽ præbeat obseruãdi, exprimat Græcũ uocabulũ τὸ εὐπαρέδρευτον, im, ꝓpriè id quidẽ & neglecta rursus trasslatione, inde sumpta, ꝙ uxor quasi à uiri latere nunquã discedat. Hieron. aũt conuertit, ut ad id quod honestum est, & intẽtè facit seruire Dño absq; ulla distractione, uos adhorter: nihilo fœlicius si aduerb. ἀπερισπάστως excipias. Eras. ut quod honestũ ac decorũ est sequamini, & adhæreatis Dño absq; ulla, &c.

εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ νομίζει, ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος, καὶ οὕτως ὀφείλει γίνεσθαι, ὃ θέλει ποιείτω· οὐχ ἁμαρτάνει· γαμείτωσαν.

36 Cæterùm si quis aliquid nõ decens à se in uirginem suam cõmitti putat si florem ætatis excedat, & ita debet fieri: quod uult faciat, non peccat: iungantur matrimonio.

ὃς δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος ἐν τῇ καρδίᾳ, μὴ ἔχων ἀνάγκην, ἐξουσίαν δὲ ἔχει περὶ τοῦ ἰδίου θελήματος, καὶ τοῦτο κέκρικεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, τηρεῖν τὴν ἑαυτοῦ παρθένον, καλῶς ποιεῖ.

37 Qui uerò stat firmus in corde, nec adigitur necessitate, sed in potestate habet propriam uoluntatem: & hoc decreuit in corde suo, ut seruet suam uirginem, bene facit.

ὥστε καὶ ὁ ἐκγαμίζων καλῶς ποιεῖ, καὶ ὁ μὴ ἐκγαμίζων κρεῖσσον ποιεῖ.

38 Itaque qui dat nuptum, bene facit: qui uerò non non dat nuptum, melius facit.

γυνὴ δέδεται νόμῳ, ἐφ' ὅσον χρόνον ζᾷ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς· ἐὰν δὲ κοιμηθῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ἐλεύθερά ἐστιν ᾧ θέλει γαμηθῆναι, μόνον ἐν κυρίῳ.

39 Vxor alligata est Lege quandiu uiuit uir ipsius: quòd si obdormierit uir ipsius, liberà est ad cui uelit nubendum: tantũ in Domino.

μακαριωτέρα δέ ἐστιν, ἐὰν οὕτως μείνῃ, κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην. δοκῶ δὲ κἀγὼ πνεῦμα θεοῦ ἔχειν.

40 Sed beatior est si ita maneat, secũdum meã sententiam. puto autem quòd & ego Spiritũ Dei habeam.

CAPVT VIII.

Περὶ δὲ τῶν εἰδωλοθύτων οἴδαμεν, ὅτι πάντες γνῶσιν ἔχομεν. ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ.

1 CAEterùm de iis quæ idolis immolãtur, scimus quòd omnes scientiã habemus, Scientia inflat, charitas uerò ædificat.

εἴ τις δοκεῖ ἐπιγνῶναί τι, οὔπω ἔγνω καθὼς δεῖ γνῶναι.

2 Quòd si quis *sibi* uidetur aliquid scire, nõdum quicquam nouit sicut oportet nosse.

36 Aliquid non decẽs *à se* in uirginẽ suam committi. ἀσχημονεῖν. Tot uerbis hîc sum usus ut unicum Græcum exprimerẽ, pro quo Vulgata, turpẽ se uideri sup uirgine sua, quũ, ut arbitror, Apost. de eo nõ agat quod in se turpe est, sed de eo quod aptũ eit & cõueniens, ut etiam in superiore uersu diximus accipi τὸ σύσχημον. quanuis ex eo ꝙ parentes non considerent quid liberis conueniat, eoncedam turpia & flagitiosa multa consequi. Eras. indecorum esse uirgini suæ: quum τὸ ἀσχημονεῖν referatur ad Patrem non ad Filiam. Cæterũ quod Hieroym. uirginẽ suã interpretat uirginitatẽ, nimium est coactũ, meritoq; refutat ab August. in quæst. super Numeros. Si floremẽ ætatis excedat ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος. Vulg. quòd sit superadulta. Eras. si præstereat nubendi tẽpus. Illud quidẽ cõstat ἄλμιλον hic dici quasi ętatis ad nuptias contrahendas maturitatem. ut exprimit Virgil. in illo uersu, Iam matura uiro, iam plenis nubilis annis.

Debet ὀφείλει. Debet scilicet ita fieri, ut uitet scortatio, ut suprà uers. 2. & 7. Vulg. & Eras. oportet, δεῖ. Nõ peccat οὐχ ἁμαρτάνει. i. rectè facit, sicut explicat Apost. uersu 38. ut necesse sit cõcidere Hieronymi cauillũ aduersus Iouinianũ, quasi Paulus hoc factum no lauder, sed tantùm excusẽt à peccato. Iungantur matrimonio γαμείτωσαν. Vtit pluralis numero Paulus, quòd in cõiugio necesse sit duos interuenire, uirũ scilicet & uxorẽ, uel ut ostẽdat in filio non minus quã in filia eandẽ regulã ualere. Nã τὸ γαμεῖν testatur Grãmatici de uiro propriè dici, ut τὸ γαμεῖσθαι de uxore. quod tamen nõ obseruauit Paulus suprà uers. 34. ubi scripsit γαμήσασα pro ἡ γαμηθεῖσα. Vulg. nubat. i. γαμείσθω Theophylact. legit γαμησάτωσαν 37 In corde ἐν τῇ καρδίᾳ. Hebraismus, pro, apud se. uel, ut loquitur Cic. 5. Verr. Qui statutum ac deliberatũ aliquid cum animo habet. Opponitur aũt hoc τῷ νομίζειν. Nec adigitur necessitate μὴ ἔχων ἀνάγκην. Vulg. & Eras. obscurè & noue ad uerbũ, non habens necessitatẽ. i. cui non obstat filiæ infirmitas, aut alia aliqua ratio, quominus possit liberè eam seruare uirginem. Id enim ita accipiendum esse liquet partim ex antithesi, his enim opponitur (τὸ ἕστηκεν ἑδραῖος γίνεσθαι,) partim ex eo quod subijcitur. Nã is dicitur uoluntatẽ suam habere in potestate, cuius uolũtas ab altero non pendet. Pendet aũt patris uolũtas à liberorũ uoluntate, hactenus ut teneatur illorũ infirmitatis rationem tantam habere, ut nec iure possit nec debeat ab illis exigere cœlibatum, qui hoc donũ à Deo non acceperint 38 Melius facit ἱερεῖσσον ποιεῖ. i. cõmodius liberis consulit, ut diximus supra uers. 1. id que non simpliciter sed sub conditionib. antè expressis ab Apost. Sic quoq; accipiendũ est quod subijcitur, beatiorẽ esse eam quæ à repetitis nuptijs abstineat. 39 Lege νόμῳ. i. per legem matrimonij, uel Legi tertio casu. Obdormierit ἀποθάνῃ. i. mortuus fuerit, ex Scripturæ phrasi, quam alibi exposuimus. In Domino ἐν κυρίῳ. i. religiosè & cum Dei timore.

IN CAPVT VIII.

1 Omnes πάντες. Eos unos alloquitur Apostolus qui eo prætextu defendebant se posse quibusuis uesci, ꝙ scirent idolum nihil esse, ut apparet ex uer. 7. Itaq; restringenda est uniuersalis particula. quanquã ne hoc quidẽ illis tribuit nisi per concessionem, aut μίμησιν ironicam, ut apparet ex eo ꝙ subijcitur uersu ꝓximo. AEdificat οἰκοδομεῖ. i. instruit ꝓximum, eumq; promouet in pietatis ac religionis studio, quatenus scilicet scientia charitate destituitur. quanquã ne tũ quidẽ est aliquod in sciẽtia uitiũ, sed in hominib. potius qui ea abutunt. Est aũt Scripturis familiaris ista trãslatio, inde exorta ꝙ Ecclesia dicat domus Dei, ex fidelibus quasi lapidibus cõstructa, ipsiq; adeò fideles Templum Dei dicantur. Accipitur tamen interdum in uitio, ut infrà uers. 10.

Sibi uidetur *δοκεῖ*. Vulg. se existimat, non satis expresse. Nam uerbo *δοκεῖν* significatur nō simplex aliqua persuasio, sed quæ cum superbia & insolentia coniuncta est: quum alioquin nihil æque repugnet fidei atque Academicorum dubitatio. Vide Matth. 3. b. 9. A

Nondum quicquam nouit *οὐδέπω οὐδὲν ἔγνωκεν*, Geminatio negantis particulæ uehementius negat, ut rectè notat Erasmus. Quod autem uetus interpres *οὐδὲν* prætermisit, hoc fecit ex sui, opinor, exemplaris fide. siquidem & nos in uno ex nostris deesse comperimus, & alibi quoque *γινώσκειν* pro peritum esse aut scientia præditum, ponitur absolute, ut infrà 13. c. 9.

Sed si quis diligit Deum, hic edoctus fuit ab eo. 3 *εἰ δέ τις ἀγαπᾷ τὸν θεὸν οὗτος ἔγνωσται ὑπ' αὐτοῦ.*

Vnus Deus. De esu igitur eorum quæ idolis immolantur, scimus quod idolum nihil *est* in mundo, & quòd nullus *est* Deus alius, nisi unus. 4 *περὶ τῆς βρώσεως οὖν τῶν εἰδωλοθύτων οἴδαμεν ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ, καὶ ὅτι οὐδεὶς θεὸς εἰ μὴ εἷς.*

Nam etiamsi sint qui dicantur dij, & in cœlo, & in terra (sicut sunt dij multi, & domini multi:) 5 *καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ, εἴτε ἐν οὐρανῷ, εἴτε ἐπὶ τῆς γῆς, ὥσπερ εἰσὶ θεοὶ πολλοὶ, καὶ κύριοι πολλοὶ,*

Vnus Dominus Christus. Iohan. 13. c. 13 infrà 12 ta. 3. Nobis tamē unus *est* Deus, Pater ille à quo omnia, & nos in ipso: & unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. 6 *ἀλλ' ἡμῖν εἷς θεὸς, ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτὸν, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ.*

Sed non in omnibus ea *est* scientia. nonnulli enim *cum* conscientia idoli usq; ad hoc tempus, ut idolis immolatum edunt: & conscientia eorum, infirma quum sit, polluitur. 7 *ἀλλ' οὐκ ἐν πᾶσιν ἡ γνῶσις, τινὲς δὲ τῇ συνηθείᾳ ἕως ἄρτι, ὡς εἰδωλόθυτῷ ἐσθίουσι, καὶ ἡ συνείδησις αὐτῶν ἀσθενὴς οὖσα, B μολύνεται.*

Esca. Atqui esca nos non commendat Deo. neque enim si uescamur, abundātiores sumus: neq; si nō uescamur, pauperiores reddimur. 8 *βρῶμα δὲ ἡμᾶς οὐ παρίστησι τῷ θεῷ, οὔτε γὰρ ἐὰν φάγωμεν, περισσεύομεν, οὔτε ἐὰν μὴ φάγωμεν, ὑστερούμεθα.*

Scādala in cibis Sed uidete nequo modo potestas illa uestra offendiculo sit ijs qui infirmi sunt. 9 *βλέπετε δὲ μή πως ἡ ἐξουσία ὑμῶν αὕτη πρόσκομμα γένηται τοῖς ἀσθενέσιν.*

3 Hic edoctus est ab eo *ὅτος ἔγνωσται ὑπ' αὐτοῦ*. Hebr. נודע אתו. id est ad uerbum, scire fecit eum, ex quo consequitur eiusmodi demum hominem uera scientia esse præditum, ea scilicet quam à Deo ipso didicerit. sed Hebræum transitiuum Paulus Græco uerbo expressit. Nam Hophal Hebræum passiuum non admittit casum personæ agentis. Vulgata & Erasmus, cognitus est ab eo, id est, approbatur ab eo, ac proinde uera hæc est scientia, nō autem adulterina illa qua præditi sunt qui non Deum sed seipsos amant. Sed si illo modo interpretemur, planior erit superioris membri antithesis: & eiusdem Hebraismi simile prorsus exemplum extat Galat. 4. b. 9, & infrà quoque 13. d. 18.

4 Idolum *εἴδωλον*. Græcam uocem Theologis Latinis satis tritam, libenter retinui. Significat autem Græcis hoc uocabulum id quod Latinis simulachrum, effigiem scilicet qua nobis repræsenterur forma alicuius rei uel fictæ uel etiam ueræ. Translatitiè uerò postea accommodari cœpit ad formas ac species rerum in animo conceptas, denique etiam ad mortuorum spectra, quæ Latini umbras & manes uocant: & Virgilius quoque simulachra. Sed hoc in loco & alijs plerisq; peculiariter idola uocantur simulachra ad numen aliquod repræsentandum, cui cultus exhibeatur qui dicitur idololatria.

Nihil est in mundo *οὐδὲν ἐν κόσμῳ*, id est, nullis prorsus uiribus est præditum in natura, atque adeò res est prorsus uana & inanis: nedum ut ulla sit eius uis uel ad sanctificandum uel ad polluendum res oblatas. de qua infrà 10. d. 19. Ideò uocantur חבלי שוא Psal. 31. b. 7. ob eas causas quæ copiosè passim explicantur. neq; uelim subtilius philosophari de mutua rei figuratæ & figuræ relatione. Quod autem Erasmus pro nihil est, substituit nullum est, & *ἐν κόσμῳ*, id est, in mundo, putauit referendum ad uerbum est subauditum, quasi dicat Apostolus, nullum esse in mundo, id est, nullum esse usquam simulachrum: id uerò non uideo quomodo satis commodè possit intelligi. Nam ut simulachrum sit res inanis, tamen simulachrum esse non desinit rei fictitiæ & imaginariæ. neq; sit mihi uerisimile, Apostolum tam subtiliter philosophatum in uerbo *εἶναι*. C

5 Sicut sunt, &c. *ὥσπερ εἰσὶ*, &c. Vulg. siquidem sunt. Apud Ambrosium autem hoc totum deest.

6 A quo *ἐξ οὗ*. *ἐξ* principium declarat in personarum distinctione. Nam alioquin Christo etiam competit, quatenus Deus unus est cum Patre. Hic uerò manifestè Patrem à filio distinguit.

In ipso *εἰς αὐτὸν* Id est *ἐν αὐτῷ*, scilicet subsistimus, ubi rursus notandum est Patri propriè tribui præpositionem *ἐν*, ubi de ui agitur qua conseruatur *ὑπόστασις*: quanuis hoc non sit perpetuum, quum de filio dicatur Iohan. 1. a. 4. Vulg. & Erasm. in illum, ut scilicet notetur causa finalis, quòd nos & nostra omnia debeamus in illum ut extremum finem dirigere. quo modo idem dicēdi genus accipitur Rom. 11. d. 36. Sed quum statim subijciatur de Christo, nos per ipsum esse, & Paulum appareat commune Patri ac filio opus tribuere, distinctione tamen adhibita quæ personis cōueniat, ideo malui interpretari in ipso, quàm per ipsum. Per quem *δι' οὗ*. *διὰ* Filio tribuitur relatiuè, ita tamen ut sciamus Filium non instrumentalem sed efficientem causam esse cum Patre, tum in creando tū in conseruando. quod & ipsum rursus ita est accipiendum, ut nec duas causas construamus, quum Filius sit *ὑπόστασις* unus cum Patre: nec rursus in personarum distinctione inæqualitatem aut separationem imaginemur.

7 Ea scientia *ἡ γνῶσις*. Articulum expressi ab alijs neglectum, quum eius uis sit *ἀναφορική*.

Nonnulli enim *τινὲς δὲ*. *δὲ* pro *γὰρ* sæpe iam obseruauimus: quæ enallage mihi uisa est huic loco optimè conuenire. *Cum* conscientia idoli *τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδώλου*. Conscientia idoli Apostolus suo quodam dicendi genere uocat tacitum eorum iudicium qui immunda esse putabant quæ idolis fuerant oblata: ideoq; bona conscientia illis uesci non poterant. Hæc enim uis est conscientiæ, ut opus natura sua medium, si bona fuerit, bonum reddat: sin mala, malum. 8 Abundantiores sumus *περισσεύομεν*, id est, quicquam nobis accedit. Vulg. abundabimus. Erasm. aliquid nobis supereſt. Vide Matth. 13. b. 12. Pauperiores reddimur *ὑστερούμεθα*. Ita explicandum esse hoc uerbū hoc in loco, apparet ex antitheſi. Vulg. deficiemur. Erasm. quicquam nobis deest. Est autem ista tum abundantia tum inopia ad res spirituales referenda, quæ explicantur Rom. 14. c. 17.

10 In Idoleo *ἐν εἰδωλείῳ*. Id est idolorum templo. Puto enim Apostolū ex fidelium cōsuetudine maluisse *εἰδωλεῖον*

εἰδωλεῖον dicere quàm νεὼν aut ἱερὸν, ut εἴδωλα potius quàm ἀγάλματα uel ξόανα. & εἰδωλόθυτα potius quàm θεόθυτα, quæ uocabula ipsis profanis erant familiaria. Quidam tamen malunt εἰδωλεῖον accipere pro ipsa mensa in qua epulæ celebrabantur, quæ declaratio mihi non ita uidebitur probabilis. Erasmus uerò neutram opinionem sequutus, οἰκοδομηθήσεται interpretatur in epulo simulachrorum. Illud quidem constat uel ex ea historia quam refert Herodotus in Clio de Cleobi & Bitone, ueteres intra ipsum templum solitos fuisse solennia sacrificiorum conuiuia agitare. quod apparet etiam ex Aristophane in Pluto.

Instruetur οἰκοδομηθήσεται. Vulgata & Erasm. ad uerbum, ædificabitur, ut & nos alibi. Habuimus tamen hoc loco perspicuitatis rationem, quum præsertim & ipsum instruendi uocabulum eadem translationis ratione dicatur, quam exposuimus suprà.

καὶ ἀπόλλυται ὁ ἀδελφὸς, ὑπὲρ οὗ Χριστὸς ἀπέθανεν.

οὕτως δὲ ἁμαρτάνοντες εἰς τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τύπτοντες αὐτῶν τὴν συνείδησιν ἀσθενοῦσαν, εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνετε.

διόπερ εἰ βρῶμα σκανδαλίζει τὸν ἀδελφόν μου, οὐ μὴ φάγω κρέα εἰς τὸν αἰῶνα, ἵνα μὴ τὸν ἀδελφόν μου σκανδαλίσω.

10 Et tua ista scientia peribit frater qui infirmus est, propter quē Christus est mortuus? Rom.14.e.15.

11 Ita autem peccantes in fratres, & uulnerãtes ipsorum conscientiam infirmam, in Christum peccatis.

22 Quapropter si esca facit ut offendat frater meus, non uescar carnibus in æternum, ne faciam ut frater meus offendat. Rom.14.d.21

CAP. IX.

ΚΕΦΑΛ. θ.

Οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος; οὐκ εἰμὶ ἐλεύθερος; οὐχὶ Ἰησοῦν τὸν κύριον ἡμῶν ἑώρακα; οὐ τὸ ἔργον μου ὑμεῖς ἐστε ἐν κυρίῳ;

1 ANnon sum Apostolus? Annon sum liber? Annó Iesum Christum Dominum nostrum uidi? annon opus meum uos estis in Domino? *Predicatoribus Euãgelij uictus & uestitus debetur. Opus Pauli.*

εἰ ἄλλοις οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος, ἀλλά γε ὑμῖν εἰμί. ἡ γὰρ σφραγὶς τῆς ἐμῆς ἀποστολῆς, ὑμεῖς ἐστε ἐν κυρίῳ.

2 Si alijs non sum Apostolus, at certè uobis sum. nam sigillum Apostolatus mei uos estis in Domino.

ἐμὴ ἀπολογία τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσιν αὕτη ἐστί.

3 Mea responsio apud eos qui in me inquirunt, hæc est,

μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν φαγεῖν καὶ πιεῖν;

4 Num non habemus potestatem uescendi ac bibendi?

μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι, καὶ οἱ ἀδελφοὶ τοῦ κυρίου, καὶ Κηφᾶς;

5 Num non habemus potestatem sororem uxorem circũducendi, ut & reliqui Apostoli, & fratres Domini, & Cephas?

ἢ μόνος ἐγὼ καὶ Βαρνάβας οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι;

6 An solus ego & Barnabas non habemus

11 Tua ista scientia ἐπὶ τῇ σῇ γνώσει. Pertinent ista ad uerbum ἀπολεῖται, non autē ad participium ἀσθενοῦσαν. Abundat itaque præpositio ἐπὶ ex Hebræorum idiotismo quem exposuimus Matth. 3.c.11, & expungi debuit ab Erasmo. Deinde etiam exprimendus erat articulus.

12 Vulnerãtes τύπτοντες. Vulg. percutiẽtes, non satis expresse. Intelligendũ enim est ex antecedente consequẽs Est autem translatio inde sumpta, quòd offendiculis animus, perinde ac telis corpus afficiatur, sitq; duplex malum, si quis affectam partem cædat. Sic Virgil. -grauior ne nuncius aures Vulneret. In Christum εἰς Χριστόν. Ambrosius εἰς Χριστὸν positum putat pro ἐν Χριστῷ in Christo, quasi dicãtur in Christo peccare qui peccant dum Christum profitentur. sicut peccare dicuntur in Lege, qui quum Legem habeant, nihilominus peccant. Sed aptior est altera expositio. 13 Facit ut offendat frater meus σκανδαλίζει τὸν ἀδελφόν μου. Vide Matth, 5.e.29.

IN CAPVT IX.

1 In Domino ἐν κυρίῳ; Id est per Dominum. ut hac ratione emolliat quod eos dixerat suum opus esse. Vel opus suum in Dño uocat quos ipse ueluti in Dño ædificarat, quod eius opera ac ministerio in Christo coaluissent.

2 Sigillum σφραγὶς. Id est, sigilli instar quo confirmetur meum Apostolatum uere esse à Domino.

3 Qui in me inquirunt τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσι. Id est, qui de me, quasi iudices de reo, quęstionem habent. Est enim τὸ ἀνακρίνειν forense uocabulum, ut diximus Act. 4.b.9. quod deinduſtria usurpauit Apostolus ut obiter arrogantiam eorum notaret qui ipsius uocationem in dubium uocabant, quasi iudices sederent de hac causa cogniturí. Vulg. & Eras. qui me interrogant, non satis expresse. Alij, qui me dijudicant. quo modo etiam cõuertimus supra 4.a.3. Quidam alius, Qui me explorant. qui quidem nescio cur diuersa translatione magis sit delectatus.

4 Vescendi ac bibendi? φαγεῖν καὶ πιεῖν: Ecclesiæ scilicet sumptu.

5 Sororem uxorem ἀδελφὴν γυναῖκα. Vulg mulierem sororem, peruerso etiam ordine, contra omniũ nostrorum exemplarium fidem. Eras. sororem mulierem. Ego uerò non dubitaui γυναῖκα potius interpretari uxorem, quum plerosq; Apostolos testẽtur ueteres in cõiugio uixisse, ideoq; multo probabilius sit de uxoribus hoc intelligẽdum. Cur autem ἀδελφὴν, id est sororem, addiderit: non ea est cauſa quam nonnulli diuinant, quòd ab uxorum congressu abstinerent. sed idem declarat hoc epitheton, atque πιστὴν. i. fidelem seu Christianam. deinde etiam commendat Christiani coniugii honestatem. Ambrosius pro Sororem mulierem legit mulieres, contra omnium nostrorũ codicum fidem: in eo etiam deceptus quòd hæc explicat, cum Græcis scholijs, de mulieribus quibusdam pijs & diuitibus quæ Apostolos assectabantur, & ex suis facultatibus illis subministrabant, ut prædicationi facilius uacarent. Id uerò refellitur etiam (ut doctissimus P. Martyr obseruauit) ex eo quòd eiusmodi matronæ non satis propriè diceren tur ab Apostolis circunduci, quum hoc potius significet ius mariti in uxorem, aut herę in ancillã. Deinde eiusmodi mulierib. locupletib. Ecclesia non fuisset grauata, sed subleuata potius. Itaq; inepte faceret Paulus q hoc afferret ut se ostenderet de suo iure decessisse: ut taceam quod antè dixi, in Græcis codicibus scriptum esse γυναῖκα singulari numero non γυναῖκας. Hieronymus aduersus Iouinianum, mulieres etiam legit: suo more sortasis uerbum Domini deprauans, ut suæ cauſæ seruiat. Ex his uerò apparet, opinor, γυναῖκα non mulierẽ sed uxorem conuerti oportere.

6 Non operã. τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι. i. non uiuẽdi ex manuũ labore? Inde enim sese uictũ toleraſſe testat, Act. 20.g. 34. neq; μὴ ἐργάζεσθαι significat in otio degere, ut nõnulli interpretantur, sed ad manuarias artes duntaxat refertur.

Vulg.

potestatem non operandi?

Quis militat proprijs stipendijs unquam? quis plantat uineam, & de fructu eius non edit? aut quis pascit gregem, & de lacte gregis non edit?

Num secundum hominem hæc dico? nónne etiam Lex hæc dicit?

Nam in Mosis Lege scriptum est, Nõ obligabis os boui trituranti. Num boues curæ sunt Deo?

An *hoc* propter nos omnino dicit? ppter nos enim *hoc* scriptũ est. Nam sub spe debet is qui arat, arare: & qui triturat sub spe, spei suæ particeps esse.

Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos uestra carnalia messuerimus?

Si alij *sui* apud uos iuris participes sunt, *cur* non potius nos? at qui non usi fuimus iure isto: sed omnia sustinemus, ne quid remoremur Euangelium Christi.

An nescitis quòd qui sacris operãtur, quę ex sacrario sunt, edunt: qui altari assident, cũ altari participant?

Gratis Paulus euãgelizauit, ne oneri esset Christianis.

Ita & Dominus constituit ijs qui Euangelium annuntiant, ut ex Euangelio uiuant.

Ego tamen nullo horum usus fui. Neq; ue

σίαν τ̃ μὴ ἐργαζεσθαι; A

7 τίς στρατεύεται ἰδίοις ὀψωνίοις ποτέ; τίς φυτεύει ἀμπελῶνα, καὶ ἐκ τ̃ καρποῦ αὐτ̃ οὐκ ἐσθίει; ἢ τίς ποιμαίνει ποίμνην, καὶ ἐκ τ̃ γάλακτος τ̃ ποίμνης οὐκ ἐσθίει;

8 μὴ κατ̀ ἄνθρωπον ταῦτα λαλῶ; ἢ οὐχὶ καὶ ὁ νόμος ταῦτα λέγει;

9 γέγραπται γὰρ ἐν τ̃ Μωσέως νόμῳ, Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα. μὴ τῶν βοῶν μέλει τ̃ θεῷ;

10 ἢ δι' ἡμᾶς πάντως λέγει; δι' ἡμᾶς γὰρ ἐγράφη, ὅτι ἐπ' ἐλπίδι ὀφείλει ὁ ἀροτριῶν, ἀροτριᾶν, καὶ ὁ ἀλοῶν, τ̃ ἐλπίδος αὐτ̃ μετέχειν ἐπ' ἐλπίδι.

11 εἰ ἡμεῖς ὑμῖν τὰ πνευματικὰ ἐσπείραμεν, μέγα, εἰ ἡμεῖς ὑμῶν τὰ σαρκικὰ θερίσομεν;

12 εἰ ἄλλοι τ̃ ἐξουσίας ὑμῶν μετέχουσιν, οὐ μᾶλλον ἡμεῖς; ἀλλ' οὐ κεχρήμεθα τ̃ ἐξουσίᾳ τούτῳ, ἀλλὰ πάντα στέγομεν, ἵνα μή τινα ἐγκοπὴν δῶμεν τ̃ εὐαγγελίῳ τ̃ Χριστοῦ. B

13 οὐκ οἴδατε, ὅτι οἱ τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι, τὰ τ̃ ἱεροῦ ἐσθίουσιν; οἱ τ̃ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντες, τ̃ θυσιαστηρίου συμμερίζονται;

14 οὕτως καὶ ὁ κύριος διέταξε τοῖς τὸ εὐαγγέλιον καταγγέλλουσιν, ἐκ τ̃ εὐαγγελίου ζῆν.

15 ἐγὼ δὲ οὐδενὶ ἐχρησάμην τούτων. οὐκ ἔγραψα

Vulg. hoc operandi. i. hoc agendi. ut ad circunductionem uxoris hoc referatur. quasi Græcè scriptum sit τοῦτο ποιεῖν. Nam uix etiam conueniat huic interpretationi uerbum ἐργάζεσθαι. ut planè mirer putasse Erasmum hanc expositionem defendi posse. 7 Militat στρατεύεται. i. militare solet. Simile exemplũ uide Matth. 26. b. 23. & infra 15. d. 29.

Stipendijs ὀψωνίοις. Vide Luc. 3. c. 14. quem locũ explicans Nazianz. in Iulianũ, sic scribit, τί λέγων ὀψώνιον τὸ βασιλικὸν σίτηρέσιον δηλονότι, καὶ τὰς ὑπαρχούσας ἐκ νόμου τοῖς ἐξιούσιν δωρεάς. Quid uocat ὀψώνιον? nempe tesseram frumentariã quàm a rege percipiũt, & dona quæ dignitarib. ex Lege tribuunt. 8 Secundũ ho. κατ̀ ἄνθρωπον. i. num ijs tantũ nitor quæ hominũ cõsuetudine nituntur. Vide Rom. 3. a. 5. 9 Num bo. μὴ τῶν βοῶν. i. nũ ad boues ipsos ppriè respexit Dñs quũ hãc Legẽ cõderet. Nã alioquin minima etiam queq; cõplectit Dei prudẽtia, ut Matt. 10. c. 29. & 1. Tim. 4. c. 13. & Psal. 36. b. 6. Est itaq; κατά τι accipiendum quod Apostolus simpliciter enuntiauit quod quidẽ diligenter annotandũ est multis locis, ut in hac eadẽ epistola 8. a. 1. & hoc eodẽ cap. vers. 4. & 25. & 10. g. 33. Hæc πάντα Eras. eadẽ, πάντα, ut etiam uidetur Ambrosius legisse. 10 Hoc scriptum est ἐγράφη. Recte omnino additum est ℣ nomen ab Erasmo, ne quis putet sequentia citari ab Apostolo, quum sint potius superioris dicti explicatio, & ὅτι no accipiatur εἰδιλῶς sed αἰτιολογικῶς. Et qui sub spe, &c. καὶ ὁ ἀλοῶν ἐπ' ἐλπίδος τοῦ μετέχειν, ἐπ' ἐλπίδι. Mihi uidetur ἐπ' ἐλπίδι abundare in hoc membro, & irrepsisse in cõtextum ex margine, in qua fuerat annotata altera lectio, quam in uno tantũ codice inuenimus, nempe καὶ ὁ ἀλοῶν ἐπ' ἐλπίδι τοῦ μετέχειν, & qui triturat sub spe fructus percipiendi, siue participandi, ut legit etiam Vetus interpres. ita scilicet ut subaudiatur ὀφείλει ἀλοᾶν debet triturare. Græca tamen scholia addunt hoc etiam loco ἐπ' ἐλπίδι, neque per traiectionem connectunt cum ἀλοῶν (ut ego feci, Erasmum sequutus) sed cum μετέχειν, ita scilicet ut significetur, uerbi ministros alteram etiam spem habere multò meliorem, futurorum scilicet bonorum. Dixi quid mihi in primis probetur. Lector suum hic quoq; iudicium sequatur. C

12 *Sui* apud uos iuris τ̃ς ἐξουσίας ὑμῶν. Ius appellat facultatẽ uiuendi alieno sumptu. Nã ὑμῶν passiuè accipiẽdum est & mihi coactum uidet quod ἐξουσίαν Græci interpretes putant immodicam quorundam quasi tyrannidẽ declarare hoc in loco, quum de se loquens Apostolus, eodem uocabulo ter usus sit paulò ante, & hoc etiam eo dẽ uer- Vulg. admodum obscurè, potestatis uestræ, Eras. non satis etiam perspicuè, potestatis erga uos. Quidam uerò imperitè τ̃ν ἐξουσίαν interpretatur facultates. i. τ̃ ὑπαρχόντα. Sustinemus στέγομεν. i. ὑπομένομεν. Videretur tamen melius conuenire στέγομεν. i. ἀγαπῶμεν, boni consulimus. Isoc. στέργε μοῦ τ̃ παρόντος, Præsentibus acquiesce. seu, Præsentia boni consule. Vide infrà 13, c. 7. Ne quid remor. ἵνα μὴ. &c. i. ne quam interruptionem demus, si quis ad uerbum interpretari malit. Vulg. ne quod offendiculum demus, quasi scriptum sit σκάνδαλόν uel πρόσκομμα, cuius effectum est ἐγκοπὴ, ut ex Theophylacto annotauit Erasm. Sed quod ad sententiam tamen attinet, nihil interest.

Quæ ex sacrario sunt ἐκ τοῦ ἱεροῦ. Ad uerbum, ex sacrario, siue ex templo μεθ' ὑμνημῶν pro ex ijs quæ in tẽplo offeruntur. Eras. ex sacrificio. i. ἐκ θυσίας uel ἐξ ἱερέως, impropriè & nimium angusta significatione: quum potius intelligatur decimę, oblationes, & primitiæ. Nam ad sacrificia ipsa pertinet alterũ mẽbrum. Qui altari assidẽt οἱ τ̃ῳ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντες. Vulg. qui altari deseruiunt. Eras. qui sacrario assistunt. Neuter uidẽt satis expressisse uerbum προσεδρεύειν, quo significatur hoc munus perpetuam assiduamq; curam requisisse, ut sacerdotes quęrendo alia ratione uictui uacare non potuerint. Deinde Erasmus impropriè conuertit θυσιαστήριον sacrarium, quum eo uocabulo nihil aliud quàm βωμὸς declaretur. Cum altari participant τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται. Id est, altaris sunt socij in diuidenda uictima. Nam συμμερίζεσθαι ita accipitur: & de altari loquitur per prosopopœiam: quòd una pars uelut ab altari ipso uorabatur, ea scilicet quæ adolebatur: altera uerò sacerdotibus cedebat ex Lege. Etsi uerò id quoque in profanarum gentium sacrificijs obseruabatur, tamen mihi fit probabilius Apostolum ad Legalia sacrificia in utroque membro respexisse. Erasmus, unà cum sacrario partem accipiunt, discedẽs certè ab Apostoli sententia, si uocabula ipsa spectes: quum rectè omnino uerterit Vetus interpres.

14 Ex Euangelio ἐκ τ̃ εὐαγγελίου. Id est ex eo quòd Euangelium prædicant. Vide Rom. 1. b. 9. Sic etiam paulo pòst uersu 18.

15 Væ

A ἢ πεῦπε, ἵνα ὅτως γένηται ἐν ἐμοί. καλὸν γὰρ μοι μᾶλλον ἀποθανεῖν, ἢ τὸ καύχημά μου ἵνα τις κενώσῃ.

rò hęc ſcripſi ut ita fiat in me: nam bonum eſt mihi mori, potius quàm ut gloriationẽ meã aliquis inanem reddat.

ἐὰν γὰρ εὐαγγελίζωμαι, οὐκ ἔστι μοι καύχημα. ἀνάγκη γάρ μοι ἐπίκειται. οὐαὶ δέ μοί ἐστιν, ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι.

16 Etenim ſi euangelizem, non eſt quod glorier: neceſsitas enim mihi incumbit. Væ aũt mihi eſt niſi Euangelizem.

εἰ γὰρ ἑκὼν τοῦτο πράσσω, μισθὸν ἔχω, εἰ δὲ ἄκων, οἰκονομίαν πεπίστευμαι.

17 Nam ſi uolens hoc faciam, mercedem habeo: ſin inuitus, diſpenſatio credita eſt mihi.

τίς οὖν μού ἐστιν ὁ μισθός; ἵνα εὐαγγελιζόμενος, ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον τοῦ χριστοῦ, εἰς τὸ, μὴ καταχρήσασθαι τῇ ἐξουσίᾳ μου ἐν τῷ εὐαγγελίῳ.

18 Quæ igitur mihi eſt merces? ut quũ Euãgelizem, gratuitum conſtituam Euangelium Chriſti, in hoc ne abutar poteſtate mea in Euangelio.

ἐλεύθερος γὰρ ὢν ἐκ πάντων, πᾶσιν ἐμαυτὸν ἐδούλωσα, ἵνα τοὺς πλείονας κερδήσω.

19 Nam quum liber ſim ab omnibus, omnibus me ipſum ſeruũ feci, ut plureis lucrifaciã.

καὶ ἐγενόμην τοῖς ἰουδαίοις, ὡς ἰουδαῖος, ἵνα ἰουδαίους κερδήσω. τοῖς ὑπὸ νόμον, ὡς ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον κερδήσω.

20 Et factus ſum Iudæis ut Iudæus, ut Iudæos lucrifaciã: iijs q ſub Lege ſunt, ut *ſi eſſem* ſub Lege, ut eos qui ſub Lege ſunt, lucrifaciam: *Seruus Pauli.*

τοῖς ἀνόμοις, ὡς ἄνομος, μὴ ὢν ἄνομος θεῷ, ἀλλ' ἔννομος χριστῷ, ἵνα κερδήσω ἀνόμους.

21 Exlegibus ut exlex (quum non ſim exlex Deo, ſed in Lege in Chriſto) ut lucrifaciã eos qui ſunt exleges.

B ἐγενόμην τοῖς ἀσθενέσιν ὡς ἀσθενής, ἵνα τοὺς ἀσθενεῖς κερδήσω. τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα, ἵνα πάντως τινὰς σώσω.

22 Factus ſum infirmis ut infirmus, ut infirmos lucrifaciã. omnibus factus ſum omnia, ut omnino aliquos ſeruem.

τοῦτο δὲ ποιῶ διὰ τὸ εὐαγγέλιον, ἵνα συγκοινωνὸς αὐτοῦ γένωμαι.

23 Hoc autem facio propter Euangelium, ut particeps eius fiam.

οὐκ οἴδατε, ὅτι οἱ ἐν σταδίῳ τρέχοντες, πάντες μὲν τρέχουσιν, εἷς δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον; οὕτως τρέχετε, ἵνα καταλάβητε.

24 An neſcitis quòd qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed unus accipit præmium? ſic currite ut comprehendatis.

πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται. ἐκεῖνοι μὲν οὖν, ἵνα φθαρτὸν στέφανον λάβωσιν, ἡμεῖς δὲ ἄφθαρτον.

25 Porrò quiſquis certat, in omnibus eſt cõtinens. Illi quidẽ igitur ut peritura coronã ac cipiãt, *ſunt cõtinenses*: nos autẽ, ut incorruptã. *Præmium propoſitum.*

ἐγὼ τοίνυν οὕτως τρέχω, ὡς οὐκ ἀδήλως, οὕτως πυκτεύω, ὡς οὐκ ἀέρα δέρων.

26 Ego igitur ita curro, ut non in incertum: ſic pugilem ago, ut aerem non cædens:

ἀλλ' ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγῶ, μήπως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι.

27 Sed contundo corpus meum, & in ſeruitutem redigo: ne quo modo, quum alijs prædicarim, ipſe ſim reprobus.

16 Væ autem οὐαὶ γὰρ Vulg. Væ enim οὐαὶ γὰρ, quo modo etiam ſcriptum inuenimus in tribus codicibus.

18 Gratuitum ἀδάπανον. i. pro quo nullus fiat ſumptus ab ijs quibus illud annũtio. Vulg. obſcurè, Sine ſumptu. Nam ἀδάπανον paſsiuè accipitur, nec refertur ad uerbum θήσω, ſed cohæret cum εὐαγγέλιον. Deinde τιθέναι cõmodius uideatur hoc in loco exprimi uerbo conſtituendi, quàm ponendi uel efficiendi. 20 Vt *ſi eſſem* ſub Lege ὡς ὑπὸ νόμον. Vulg. addit, quum ipſe non eſſem ſub Lege, μὴ ὢν αὐτὸς ὑπὸ νόμον, quæ etiam reperimus in uno exemplari. Eſt autem Legis uocabulum ad eius partem. i. ad cæremonias, reſtringendum: ut etiam quum dicit ſe factum omnibus omnia, de rebus mediis tantùm loquitur. 22 Omnino aliq. πάντως τινάς. i. in omnes uelut formas me mutaui, ut omni ratione aliquos ſeruarem. Vulg. ut omnes ἵνα πάντας. i. ut quoſuis, ſeu ex omni hominum genere aliquos 23 Hoc autem τοῦτο δὲ Vulg. omnia autem, πάντα ἡ, ut etiam habet Chryſoſtomus Græcus.

C 24 Vt ἵνα. Vt ἀθλητὰς, non οὕτε ἀγωνιστὰς. 25 Quiſquis certat ὁ ἀγωνιζόμενος. i. certare ſolet, ſiue gymnaſticen exercet. Vide ſuprà uerſ. 7. Vulg. qui in agone contendit. In omnibus eſt cont. πάντα ἐγκρατεύεται Exquiſitiſsima quædam erat gymnaſtarum diæta, quam deſignat Apoſtolus, admodum appoſita ſimilitudine utens, quum tota Græcia iſtis certaminibus uacaret, inter quæ erãt iſthmia quæ Corinthi celebrabantur. In eo uerò ſum ſequutus Cyprianum quòd ἐγκρατεύεσθαι conuerti, continẽs eſt, pro quo Vetus interpres habet, ab omnibus ſe abſtinet πάντων ἀπέχεται, & Eraſ. per omnia temperans eſt, πάντα σωφρονεῖ. Peritura φθαρτὸν. Huc pertinet illud Archiæ epigrãma,

Τέσσαρες εἰσὶν ἀγῶνες ἀν' ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί,
Οἱ μὲν δὴ θυητῶν, οἱ δὲ δ' ἀθανάτων·
Ζηνὸς Λητοΐδαο, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο.
Ἆθλα δὴ τῶν, πότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.

Id eſt, interprete Alciato,

Sacra per Argiuas certamina quatuor urbes
Sunt, duo facta uiris, & duo cœlitibus:
Vt Iouis. & Phœbi, Melicertæq;, Archemoriúque:
Præmia, olitaſter, poma, apium, picea.

27 Contundo ὑπωπιάζω. Sic legitur in codicibus impreſsis, & Græcis Scholijs. Nos de hoc uerbo diximus Luc 18. a. 5. Vetuſta tamen legunt ὑποπιάζω, & nõnulli quoq; ex ueteribus. ut Clemens lib. στρωμ. 3, & Nazianz. λιτῇ δὲ ἐν νοσηλείᾳ, legunt ὑποπτέω. i. deiectum opprimo, eadẽ tranſlationis ratione. Sed tamẽ τὸ ὑπωπιάζειν melius cõuenit pugili, ut τὸ ὑποπτεύειν luctatori. Vulg. caſtigo. Eraſm. ſubijcio. Corpus meũ τὸ σῶμά μου. i. ueterem hominem Spiritui repugnantem. Reprobus ἀδόκιμος. Reprobum opponit probato, eum ſcilicet quem experientia oſtenderit

non talem esse qualem esse oportebat, quum præsertim alijs præscriberet probatæ uitæ regulam. Sic usurpatur idem uocabulum 2. Cor. 13. b. 6. Sic argentum reprobum dicitur Ierem. 6. g. 30, & reproba terra. Inepti sunt igitur qui ex hoc loco effici uolunt non esse firmam electionem, quibus hoc oppono quod scribit noster Apostolus Rom. 8. f. 38. Non pugnat ergo Apostoli solicitudo cum electionis firmitate, sed ab ea potius dependet. Nam sicut firma est & certa perseuerantia electorum, ita constituit Dominus ut hac pia solicitudine aleretur. Deinde quod est istud argumẽti genus? Laborauit Paulus ne reprobus fieret: ergo reprobus fieri potuit. Sic enim liceat colligere Christum potuisse non mori, quia rogauit ut calix ille à se transiret, & similia infinita quibus nihil absurdius fingi potest. A

Cap. X. ΚΕΦ. ι.

Num. 9. c. 18. exod. 13. d. 21. Exod. 14. c. 22 Exod. 16. d. 18

NOlo autem uos ignorare fratres, quòd Patres nostri omnes sub illa nube fuerunt, & omnes per mare transierunt:

1 Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν ἀδελφοί, ὅτι οἱ πατέρες ἡμῶν πάντες ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν, καὶ πάντες διὰ τῆς θαλάσσης διῆλθον,

Et omnes in Mosen baptizati sunt nube & mari:

2 καὶ πάντες εἰς τὸν Μωσῆν ἐβαπτίσαντο ἐν τῇ νεφέλῃ καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ·

Exod. 17. b. 6. num. 20. b. 10 Petra.

Et omnes eandem escam spiritalẽ ederunt:

3 καὶ πάντες τὸ αὐτὸ βρῶμα πνευματικὸν ἔφαγον·

Et omnes eundem potum spiritualem biberunt: (bibebant enim ex spirituali sequẽte petra: Petra uerò erat Christus.)

4 καὶ πάντες τὸ αὐτὸ πόμα πνευματικὸν ἔπινον. ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας, ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ χριστός.

Num. 26. g. 65.

Concupiscentia.

Sed plerosque illorum non approbauit Deus. prostrati sunt enim in deserto.

5 ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν εὐδόκησεν ὁ θεός, κατεστρώθησαν γὰρ ἐν τῇ ἐρήμῳ.

Hæc autem typi nostri fuerunt, in hoc ne concupiscamus res malas, sicut illi concupierunt.

6 ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν, εἰς τὸ μὴ εἶναι ἡμᾶς ἐπιθυμητὰς κακῶν, καθὼς κἀκεῖνοι ἐπεθύμησαν.

Idolatra.

Neq; idololatræ sitis, sicut quidã eorum, ut scriptum est, Sedit populus ut uescerẽtur ac biberet, & surrexerunt ad ludendum.

B

7 μηδὲ εἰδωλολάτραι γίνεσθε, καθώς τινες αὐτῶν, ὡς γέγραπται, ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ πεῖν, καὶ ἀνέστησαν παίζειν.

Fornicatio.

Neque scortemur, sicut quidam eorum scortati sunt, & ceciderunt uno die uiginti tria millia.

8 μηδὲ πορνεύωμεν, καθώς τινες αὐτῶν ἐπόρνευσαν, καὶ ἔπεσον ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ εἴκοσι τρεῖς χιλιάδες.

IN CAP. X.

1 Nolo autem ὁ θέλω δέ. Vulgat. Nolo enim, ὁ θέλω γάρ, ut legit etiã Ambrosius, consentientibus uetustis nonnullis codicibus. Ego tamen malo legere δέ. 2 In Mosen εἰς μωσῆν. i. Mosis ductu & ministerio. uel, ut alij uolunt, in Legẽ Mosaicam. Augustinus uerò enarrans Psal. 77. perinde legit acsi εἰς Μωσῆν scriptum esset, ᾧ οὐ ponitio, ut diximus Matth. 3. c. 11. Articulum aũt expressi, cuius uis est hoc loco διακριτική. 3. Eãdem τὸ αὐτὸ. Eandem scilicet ætatẽ nos: quia eadem fuit ueterum sacramẽtorum & nostrorũ substãtia, sicut uel ex eo apparet quòd Paulus filis nostrorum & nostris uicissim illorum nomina accommodat, ut hoc loco, & suprà 5. c. 7, & Phil. 3. a. 3, & Coloss. 2. b. 11. Escam spiritualem βρῶμα πνευματικόν. Mannam uocat escam spiritualem, connectens scilicet signum cum re significata, id est eam considerans ut sacramentum, quanuis qui fidei os non afferebant, nihil spirituale comedebãt, sed externũ signũ duntaxat. Interim uerò Manna no desinebat esse sacramentũ, ac proinde esca spiritualis. quũ hominis infidelitas non posset irritam facere Dei promissionem. Spiritualis igitur esca dicitur Manna, quòd quum ea offerretur aliquid minimè terrenum, sed planè cæleste, & quod solius Spiritus ui, id est fide, conspici & edi poterat, ni mirum Christus suo tempore nasciturus, & mortis ac resurrectionis ipsius beneficium, iam tum pijs præsens & efficax, qui eum uenturum fide amplectebantur. Eadem ratio est spiritualis potus. C

4 Bibebant enim ἔπινον γάρ. Vulg. bibebant autem, ἔπινον δέ, contra omnium nostrorum codicum fidem. fortasis autem allusit Paulus ad Esaiæ locum 43. c. 20. Sequente ἀκολουθούσης. Vel obsequente, Israelitarum scilicet uoluntati ac desiderio, ut Photius exponit. Simplicior tamen uidetur expositio si hoc referas ad riuum ex rupe profluentem qui populum nunquam deseruerit, acsi rupes ipsa eos esset comitata. Ita enim tradunt Hebræi, & diserte explicat Chaldæus paraph. Num. 21. b. 16 Neque obstat quod in deserto Zin murmur alterum excitatum est propter sitim, & alia rursus percussa est rupes. Nam de hac ipsa rupe non de priore hoc intelligunt Hebræi: deinde potuit semel riuus deficere ad tempus propter Israel infidelitatem: donec scilicet secundo educeretur aqua ex altera rupe. Denique etiam si riuus ille prior non est exercitum Israelitarum consequutus, quia tamen tanto pòst tempore iterum illis eductus est similis riuus simili ratione, uidebatur quodãmodo rupes illa prior eos assiduè secuta, ut iterum eis aquas funderet, quanuis reuera non fuerit eadem rupes. Quòd si cui ista uel non satis certa, uel nimium arguta uidebuntur, alterã expositionem sequatur de qua diximus, ut ἀκολουθούσης declaret obsequi ac sese alicuius usui ac desiderio accommodare. Nam quod quidam hoc referunt duntaxat ad rem significatã, ad Christũ scilicet assiduum Israelitarũ comitẽ, mihi nõ placet, duas ob causas. Primùm, quia res hac ratione diuellitur à signo, contra Apostoli scopũ: deinde, quia falsum est oẽs ex Spirituali petra. 1. ex Christo, bibisse, quũ Christus nõnisi fide ac proinde à solis fidelib. potuerit percipi, quãuis interim etiam infidelibus hæc Petra, si Dei ordinationem spectes, Sacramentum .i. Spiritualis petra esse non desineret. Erat ἦν. i. significabat, μετωνυμικῶς, ut explicat Augustin. contra aduersarium Legis libr. 20. cap. 6. sed ita, ut signo uerè adiuncta esset rei ueritas, non tamen naturali unione, uel localiter, sed sacramentali modo: quia Deus cum signo rem significandam offert fide percipiendam. Vide Matt. 26. c. 26.

5 Non approbauit οὐκ εὐδόκησεν. Vide Matth. 3. d. 17. 6 Typi nostri τύποι ἡμῶν. i. exẽplaria in quibus tãquam tabellis Deus nobis delineauit quid fugere, quid sequi debeamus. Vulg. hæc aũt in figura facta sunt nostri. Erasmus in ueteri populo omnia fuisse umbratilia. quasi scilicet Israel non fuerit uera Ecclesia, sed ueræ duntaxat Ecclesiæ umbra & figura: unde infiniti possent errores exorti. quum tamen Paulus hæc dicat typos fuisse non Israelitarum sed nostri respectu. quanquam etiam Israelitis fatear sacramenta, cæremoniásque cæteras, ipsáq; adeò Dei beneficia ac pœnas inflictas, fuisse rerum spiritualium typos, sed ita ut rei ueritatem simul haberent.

8 Viginti tria millia εἴκοσι τρεῖς χιλιάδες. Apud Mosen legimus uiginti quatuor millia Num. 25. c. 9. exemplarium

A μηδ' ἐκπειράζωμεν τὸν Χριστόν, καθώς τινες αὐτῶν ἐπείρασαν, καὶ ὑπὸ τῶν ὄφεων ἀπώλοντο.

Neq; tentemus Christum, sicut quidam eorum tentarunt, & à serpentibus perierũt. *Tentare Deũ.* Num. 21. b. 6 psal. 106. c. 14

μηδ' γογγύζετε, καθώς τινες αὐτῶν ἐγόγγυσαν, καὶ ἀπώλοντο ὑπὸ τοῦ ὀλοθρευτοῦ.

10 Neq; murmuretis, sicut quidam eorum murmurarũt, & perierũt ab exterminatore. *Murmurare*

ταῦτα δὲ πάντα τύποι συνέβαινον ἐκείνοις, ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησεν.

11 Hæc autem omnia typicè eueniebant eis: scripta uerò sunt ad admonitionem nostri, in quos fines seculorum occurrerunt. Num. 14. f. 37

ὥστε ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ.

12 Itaque qui *sibi* uidetur stare, uideat ne cadat.

πειρασμὸς ὑμᾶς οὐκ εἴληφεν, εἰ μὴ ἀνθρώπινος· πιστὸς δὲ ὁ θεός, ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι, ὑπὲρ ὃ δύνασθε, ἀλλὰ ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν, τοῦ δύνασθαι ὑμᾶς ὑπενεγκεῖν.

13 Tentatio uos non cepit, nisi humana: fidelis autem est Deus qui non sinet uos tentari supra *id* quod potestis, sed præstabit una cum tentatione etiam euasionem, ut possitis sufferre. *Tentatio*

διόπερ ἀγαπητοί μου φεύγετε ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας,

14 Quapropter dilecti mei, fugite ab idololatria. *Idololatria fugienda.*

ὡς φρονίμοις λέγω, κρίνατε ὑμεῖς ὃ φημι.

15 Vt peritis loquor: iudicate uos quod aio.

B τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας ὃ εὐλογοῦμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ἐστι; τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐστιν;

16 Poculũ benedictionis cui benedicimus, nonne communio sanguinis Christi est? panis quem frangimus, nonne communio corporis Christi est? *Panis*

ὅτι εἷς ἄρτος, ἓν σῶμα οἱ πολλοί ἐσμεν, οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν.

17 Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus: nam omnes unius panis sumus participes.

plarium fortasis uitio. sed in re ipsa nihil uariat. Cæterùm quòd post εἶναι subiunxit γίνεσθε, deinde πορνεύωμεν, postea γογγύζετε, factum est ex Hebræorum idiotismo, qui modos & tempora & personas frequentissimè permutant. 9. Quidam eorum καί τινες αὐτῶν. Ab undat καί ut in κἀκεῖνοι uers. 5. & in proximo quoque. adeò ut in quibusdam etiam codicibus desit. Sic Ioh. 8. c. 25. & infra 13. d. 12. Sed & in nonnullis exemplaribus legitur αὐτὸν θεὸν Deum, quum multo commodius χριστὸν reperatur ἀπὸ λοιπὸν, si αὐτῶν legas. A serpentibus perier. ὑπὸ τῶν ὄφεων ἀπώλοντο. Sic rectè Vulgata, ut non fuerit necesse mutare in extincti sunt. Plinius, M. Marcell o circa mortem quum periit ab Annibale, iecur in extis desuit. 10. Ab exterm. ὑπὸ τοῦ ὀλοθρευτοῦ. Heb. המשחית Exo. 12. d. 23. siue de bono siue de malo angelo accipias, cuius ministerio Dominus iudicium suum exequatur cum ultimo impiorum exitio. Græci ἀλάστορα uocant, quem poetæ Latini Furiarum nomine designant. 11. Typice τύποι. i. τυπικῶς, ut in duobus codicibus uetustis scriptum inuenimus, hoc est, ut nobis essent quasi exemplaria & tabellæ in quibus perspiceremus quæ nos ira Dei maneat si iisdem uitijs fuerimus obnoxij. Vulg. Hæc autem omnia in figura cotingebant eis. Eras. Hæc autem omnia figuræ contigerunt eis. Vide supra uers. 6. Fines τέλη. Vel consummationes. Nã & hi dies uocantur nouissimi, & uetus ætas Christi aduentum consecuta dici potest seculorum perfectio ac complementum. 12 Qui *sibi* uidetur ὁ δοκῶν. Iterum τὸ δοκεῖν unam illam & arrogantem securitatem declarat, eam scilicet quæ non Dei promissione sed stulta de se opinione nititur, ut supra 8. a. 2. Nam alioquin is demum fidelis est qui in Dei promissiones securus incumbit, Apostoli exemplo, Rom. 8. g. 38. neque uerò hæc securitas torporem sed piam solicitudinem, pium inquam illum timorem ac tremorem gignit, quibus alitur perseuerantia in fide, & magis ac magis fidelium animi de sua uocatione & electione certi fiunt, 2. Pet. 2. a. 5. usque ad uers. 11. 13 Tentatio πειρασμός. Ita uocat Apostolus quicquid solicitare nos potest, siue res sint prosperæ, siue aduersæ, siue etiam præterita peccata. Et humanam dicit tentationem, quæ hominibus soleat usuuenire, sitque quotidiani exempli. Cepit ἔλαβεν. Quædam exemplaria ueteris editionis & Ambrosius quoq; scriptum habent apprehendat, sed corruptè. Præstabit euasionem, ποιήσει τὴν ἔκβασιν. Idem, inquit, ille qui uos in tentationem induxit uestri boni causa, aditum faciet ad euadendum. Vulg. faciet prouentum. i. successum. Nam proculdubio significat Apostolus fore ut tentatio in bonum cedat, ut Rom. 8. e. 28. Eras. faciet euentũ. Ego mallẽ exitum interpretari cum Hieronymo in Ionam, & Aug. in Psal. 61. & epist. 89. ut annotauit Erasmus. Sed tamen sequutus sum quod maximè uidetur accommodatum.

14. Dilecti mei ἀγαπητοί μου. Complutensis editio addit ἀδελφοὶ fratres. 16 Benedictionis τῆς εὐλογίας. Id est gratiarum actionis, siue quod adhibetur in solenni illo epulo quo Domino gratias agimus: unde etiã Eucharistia dicitur. Cui benedicimus ὃ εὐλογοῦμεν. Id est, quod cum gratiarum actione sumimus, ut interpretatur Chrysostomus. Sed nusquam legi εὐλογεῖν transitiuè usurpatum pro gratias agere, de quo uerbo pluribus diximus Matth. 5. g. 44. Item 25. c. 26. Item 25. c. 34. Item Luc. 9. b. 16. ubi eadem constructione ac significatione accipitur atque hoc in loco, quanuis in diuersum finem. Puto enim εὐλογεῖν idem hic declarare at q; infinitis locis Veteris testamenti יברך id est ἁγιάζειν καὶ καθιερεῦν, sanctificare seu cõsecrare, quia scilicet recitata & exposita Dei ordinatione, panis & uinum huic usui sacro destinantur, ut sint ueri & naturalis corporis & sanguinis Christi sacramenta, id est symbola & tesseræ & ita quidem ut unà cum signo: etiam id quod significatur, uere nobis offeratur & exhibeatur à Deo. Quia uerò cum Dei laude & solenni gratiarum actione cõiuncta est tota hæc actio, idcirco Paulum existimo uerbo εὐλογεῖν rem totam significasse, ut meo quidem iudicio Oecumenius plane & breuiter exposuerit ὁ εὐλογοῦμεν, id est ὁ εὐλογοῦντες καὶ ἁγιάζοντες, id est quod cum laude & gratiarum actione adornamus, nequis nos putet consecrationis uocabulo magicam aliquam incantationem intelligere. Communio κοινωνία Id est efficax tessera (si deles enim allo quitur Paulus) nostræ cum Christo conjunctionis atque adeò incorporationis, μεταφορικῶς, ut Euangelio dicitur potentia Dei, id est efficax Dei instrumentũ, Rom. 1. b. 16. & supra 1. c. 18. Vulg. participatio, repugnante Chrysostomo, qui cõmunionem plus esse dicit quàm participationem, quòd ad hanc, inquit, satis sit partem habere,

ad illam autem requiratur ut prorsus uniamur, atque totum id percipiamus quod nobis proponitur. Panis quē A
τὸν ἄρτον ὃν pro ὁ ἄρτος ὅν. Similem loquutionem annotauimus Matth. 21.d.42. & Act.10.e.36.

Videte Israelem *qui est* secundum carnem nonne qui edunt uictimas, participes altaris sunt? 18 Βλέπετε τὸν Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα. οὐχὶ οἱ ἐσθίοντες τὰς θυσίας, κοινωνοὶ τοῦ θυσιαστηρίου εἰσί.

Quid ergo dico? Idolum aliquid esse, aut quod idolis immolatum est, aliquid esse? 19 τί οὖν φημι, ὅτι εἰδωλόθυτόν τί ἐστιν; ἢ ὅτι εἴδωλόν τί ἐστιν.

Imò *illud dico*, quòd quæ immolant Gentes, dæmonijs immolant, & non Deo: nolim autem uos participes dæmoniorum esse. 20 ἀλλ' ὅτι ἃ θύουσιν τὰ ἔθνη, δαιμονίοις θύουσι, καὶ οὐ θεῷ. οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς κοινωνοὺς τῶν δαιμονίων γίνεσθαι.

Non potestis poculum Domini bibere, & poculum dæmoniorum: non potestis mēsæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. 21 οὐ δύνασθε ποτήριον κυρίου πίνειν καὶ ποτήριον δαιμονίων. οὐ δύνασθε τραπέζης κυρίου μετέχειν, καὶ τραπέζης δαιμονίων.

An prouocamus ad iram Dominum? nũ ualidiores eo sumus? 22 ἢ παραζηλοῦμεν τὸν κύριον; μὴ ἰσχυρότεροι αὐτοῦ ἐσμεν;

De cibis. Suprà. 6. c.13 eccli. 37.d.31 Omnia mihi licent, at non omnia conferunt: omnia mihi licent, sed non omnia ædificant. 23 πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει. πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα οἰκοδομεῖ.

Nemo quod suum est quęrat, sed quisque quod alterius *est*. 24 μηδεὶς τὸ ἑαυτοῦ ζητείτω, ἀλλὰ τὸ τοῦ ἑτέρου ἕκαστος. B

Quicquid in macello uenditur, edite, nihil interrogantes propter conscientiam. 25 πᾶν τὸ ἐν μακέλλῳ πωλούμενον, ἐσθίετε, μηδὲν ἀνακρίνοντες, διὰ τὴν συνείδησιν.

18 *Qui est* secundũ carnẽ, κατὰ σάρκα, Addi *qui est*, ne Secundũ carnem connecti possit cum uerbo βλέπετε. Vocat autem Israelitas secundum carnem, eos qui externis sacrificijs & cæremonijs adhuc erant addicti, quæ seorsim à Christo & per se æstimari dicuntur: sanctificationes & iustificationes carnis, quòd ad animum usque non pertingant Heb. 9. c.10. & d.13. De illis autem Israelitis ac non de sanctis illis Patribus agi qui ex fide olim sacrificarant, apparet uel ex eo quòd Apostolus dicit κοινωνοὶ εἰσὶ non κοινωνοὶ ἦσαν, participes sunt, non autem, participes erant uel fuerunt. Participes altaris sunt: κοινωνοὶ τοῦ θυσιαστηρίου εἰσί: id est, eiusdem cultus ac sacrificij sunt conscij, siue in eodem sacrificio consortes ac socij, ac eius quasi uinculo in eadem religione copulati. Nam altaris appellatione ipsum cultum accipio qui in altari exhibebatur. quo modo etiam uersu 21. accipitur Mensæ nomen pro conuiuio quod illic agitabatur, atque adeo pro ipsius conuiuij fine ac scopo, nimirum ut is pro Deo agnosceretur cuius honori sacrum erat conuiuium. Cæterùm perinde hoc intelligo, ac si Apostolus dixisset, Vobis Corinthijs, religio esset in Ierusalem sacrificare cum Iudæis qui illic adhuc ueteri ritu sacrificant. quamobrem id uerò quia scilicet existimatis eos omnes qui his sacrificijs intersunt, eiusdem sacrificij esse consortes, ac proinde uno consensu Christi sacrificium, quantum in se est, irritum facere. Cur non idé multo magis statuitis de profanis idololatrarum sacrificijs? Alios scio aliter explicare: sed hoc dixi quod mihi usum est maximè appositum.

20 Participes dæmoniorũ esse κοινωνοὺς τῶν δαιμονίων γίνεσθαι. Id est cum dæmonijs quicquam habere commune, aut in eam societatem coire quæ dæmoniorum auspicijs coit. Alludit enim Apostolus ad corporis Domini communicationem, quum alioquin Gentes minimè dicerent se fieri deorum suorũ participes, ut nos Christiani uerè dicimus nos in cœna Domini cum Christo in unum corpus coalescere. Dæmoniorum autem appellatione diabolos intelligo, ex Scripturæ consuetudine, ad quam probabile sit Paulum potius respexisse, quàm ad Græcorum morem, qui δαίμονος nomen etiam in laude usurpabant: unde poculum quod ipsi ἀγαθοῦ δαίμονος uocabant.

21 Poculum dæmoniorum ποτήριον δαιμονίων. Hinc sumpsit hanc dicendi formulam Apostolus quòd solerent profanæ quoque Gentes festa sua conuiuia libationibus & eius diui laudibus claudere cui sacrificatum fuerat, C
ut pulchrè describit Virg. lib. Aeneid. 8. ubi inquit,

Postquam exempta fames, & amor compressus edendi,
Rex Euander ait, Non hæc solennia nobis,
Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram
Vana superstitio ueterumue ignara deorum
Imposuit: sæuis, hospes Troiane, periclis
Seruati, facimus, meritosq; nouamus honores. Et tandem,
Quare agite ô iuuenes, tantarum in munere laudum
Cingite fronde comas, & pocula porigite dextris,
Communemq; uocate deum, & date uina uolentes.

Eiusmodi igitur cæremonias Paulus confert cum Cœna Domini, ut Corinthios pudat eiusmodi conuiuia in rebus medijs numerare, quibus interesse non possent quin cum manifestè blasphemis societatem coirent, & adhibitis alijs symbolis, Cœnæ, id est communicationi Christi renuntiarent.

23 Omnia mihi licẽt, πάντα μοι ἔξεστιν. Restringẽdũ esse τὸ καθόλου ad id de quo agitur, suprà diximus. Huc autem pertinet illud Clementis, τάχυ πατασπίσουσιν ἐπὶ τὸ δρᾶν τὸ μὴ ἐξὸν, οἱ πάντα δρῶντες ἃ ἔξεστιν. id est, Quasi quicquid licet, huc citò delabuntur ut faciant quod non licet. Idem legit in proximo uersu, μηδεὶς τὸ ἑαυτοῦ ζητείτω μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ ἑτέρου, id est, Nemo quod suum est duntaxat, quærat, sed etiam quod est alterius. Aedificant οἰκοδομεῖ. Vide suprà 8.a.1.

25 Macello μακέλλῳ. Id est πρωτοπωλίῳ, ut Plutarchus interpretatur. Vocabulum Latinum atque adeò Romanũ, si Varroni & Festo ipsiũ adeò Plutarcho credimus, sed Græca forma usurpatum, ut alia aliquot passim à Sacris scriptoribus, quæ semel annotauimus Matth. 5.d.26. Cæterùm quum Apostolus hoc loco non differat aduersus eos qui erant ex circumcisione, & ciborum delectum retinebant, sed aduersus idolothyta, assentior Augustino quitestatur in epistolam ad Romanos, antiquitus consuetisse etiam prostare uenales carnes sacrificatas: eas scilicet quæ superarẽt: quarum pecunia ad sacerdotes redibat. Nam testatur quoque Herodotus solitos fuisse Aegyptios pecudum immolarum

A tarum capita in forum asportata Græcis diuendere. Sed & Aristophanis interpres exponens hunc uersiculum, τοῦτο ἦν τὸ προάστιον τῶν ἰνδοθύτων τις εἰσενεγκάτω λαθών, solitos fuisse dicit à sacrificijs redeuntes, ex ipsa uictima portiunculam domesticis asserre, atque etiam siquid superfuisset asportare. In eiusmodi igitur idolothytis & in priuato quoque infidelium conuictu docet Apostolus nihil esse quo non possint fideles bona uti conscientia, si modo infirmorum haberent rationem. Nihil interrogantes, μηδὲν ἀνακρίνοντες. Id est, non percontantes, antequã ematis, ecquid illud quod uenum proponitur, sit idolothyton, an secus. Quidam uertunt, hæsitantes, id est διακρίνοντες, sensu tamen eodem, quum hæc ipsa interrogatio ex hesitatione conscientiæ oriatur. Solent autem empturi rem aliquam, de eius conditione uenditorem percontari, nisi satis sit eis nota. Ideo addidit διὰ τὴν συνείδησιν propter conscientiã, id est, quasi dubites sitne ex earum rerum genere quibus uesci liceat.

τοῦ γὰρ κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. 26 Domini enim est terra, & plenitudo eius.

εἴ τις καλεῖ ὑμᾶς τῶν ἀπίστων, καὶ θέλετε πορεύεσθαι, πᾶν τὸ παρατιθέμενον ὑμῖν, ἐσθίετε, μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν. 27 Quòd si quis uocat uos infidelium, & uultis ire, quicquid apponitur uobis, edite, nihil interrogantes, propter conscientiam.

ἐὰν δέ τις ὑμῖν εἴπῃ, τοῦτο εἰδωλόθυτόν ἐστι, μὴ ἐσθίετε, δι' ἐκεῖνον τὸν μηνύσαντα, καὶ τὴν συνείδησιν. τοῦ γὰρ κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. 28 Quòd si quis uobis dixerit, Hoc idolis immolatum est: ne edatis, propter illum qui indicauit, & propter conscientiam. Domini enim est terra, & plenitudo eius.

συνείδησιν δὲ λέγω, οὐχὶ τὴν ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἑτέρου. ἵνα τί γὰρ ἡ ἐλευθερία μου κρίνεται ὑπὸ ἄλλης συνειδήσεως; 29 Conscientiam autem dico, non tuam, sed illius alterius. cur enim libertas mea damnatur ab alia conscientia?

εἰ δὲ ἐγὼ χάριτι μετέχω, τί βλασφημοῦμαι, 30 Et si ego per gratiam *cibum* participo, cur

B ὑπὲρ οὗ ἐγὼ εὐχαριστῶ; *ob id* impius iudicor, p quo ego gratias ago?

εἴτε οὖν ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν θεοῦ ποιεῖτε. 31 Siue igitur editis, siue bibitis, siue quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.

ἀπρόσκοποι γίνεσθε, καὶ Ἰουδαίοις, καὶ Ἕλλησι, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ. 32 Estote sine offendiculo & Iudæis, & Græcis, & Ecclesiæ Dei: *Offendiculum.*

καθὼς κἀγὼ πάντα πᾶσιν ἀρέσκω, μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσι. 33 Sicut & ego *per* omnia omnib. placeo, nõ quærens meam ipsius utilitatem, sed multorum, ut seruentur.

ΚΕΦ. ια.

Cap. XI.

Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. 1 IMitatores mei estote, sicut ego Christi. *Imitari Deum.*

ἐπαινῶ δὲ ὑμᾶς ἀδελφοί, ὅτι πάντα μου μέμνησθε, καὶ καθὼς παρέδωκα ὑμῖν, τὰς παραδόσεις κατέχετε. 2 Laudo uerò uos fratres, quòd omnia mea meministis, & sicut tradidi uobis, traditiones retinetis.

θέλω δὲ ὑμᾶς εἰδέναι, ὅτι παντὸς ἀνδρὸς ἡ κεφαλὴ, ὁ Χριστός ἐστι. κεφαλὴ δὲ γυναικὸς, ὁ ἀνὴρ. κεφαλὴ δὲ Χριστοῦ, ὁ Θεός. 3 Volo autem uos scire quòd omnis uiri caput, Christus est: caput autem mulieris, uiri: caput uerò Christi, Deus. *Caput uiri.*

26 Plenitudo eius τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Id est, infinita illa rerum copia quibus plena est, Id enim Dauidi significat מלואה. 28 Domini enim, &c. τοῦ γὰρ κυρίου. Potest quidem aliquo modo uideri hoc testimonium huic etiam loco conuenire, quod legunt Græca scholia & Erasmus: sed tamen non desunt qui librariorum incuria putent irrepsisse, quia hic præcedunt eadem uerba quibus clauditur uersiculus 25, cui deinde ista attexuntur. Nam certè ea res multos errores inuexit, ut facile confitebuntur qui uetera exemplaria aliquando contulerunt: & in uno uetusto codice comperi ista hoc loco deesse. 29 Damnatur λείπεται Id est διακρίνεται, ut alibi sæpe. Puto autem hunc esse sensum,

C Si libertate temere utaris, fiet ut infirmus frater malè de tuo facto iudicet, atque hoc modo libertatis beneficium ipsi cedat in ruinam, cuius tu sis conscius, ut qui nullam habueris infirmitatis eius rationem. Itaque ne lædatur eius conscientia, abstinere debes ab idolothyto. Sed personæ mutatio ex Hebræorum idiotismo, sententiam reddidit obscuriorem. Videbatur enim potius dicendum ἐλευθερία σῦ, libertas tua, & in sequenti etiã uersiculo σὺ μετέχεις, & βλασφημῶ. ita autem accipiendum esse uerbum πείνεσθαι liquet etiam ex uerbo βλασφημοῦμαι quod sequitur. Est enim sequens uersiculus explicatio istius. 30 Per gratiam χάριτι. Id est, si ex beneficio Dei hoc uel illo cibo uti mihi licet, cur committam ut mea culpa hoc Dei beneficium mihi uitio uertatur? Sic enim, meo iudicio, rectè omnino explicat doctissimus interpres. Nam si hæc est obiectio Corinthiorum, ubi responsio, aut cur illam prorsus omitteret Apostolus? quomodo etiam sequens conclusio cohærebit? Vulg. & Eras. cum gratia. id est cum gratiarum actione, quod nimis est coactum. Ambrosius, Si gratiæ particeps sum. Verùm, ut rectè annotauit Erasmus, μετέχω cum tertio casu iungi non solet, nisi ad socium communionis referatur, non ad rem cuius sis particeps, ut si dicas μετέχω σοι τούτου, uel τούτο. Impius iudicor βλασφημοῦμαι. siue, maledictis impetor, aut de meaexistimatione detrahitur. Sed illo modo explicare malui, quòd hic agatur de religione. 33 *Per* omnia omnib. placeo πάντα πᾶσιν ἀρέσκω. Quòd sine exceptione dictum est, ad id de quo agitur, id est ad res medias & ad infirmos, restringere oportet, de quo diximus supra 9. b.

INCAPVT XI.

1 Imitatores mei μιμηταί μου Hunc quoque uersiculum perperã Latini à superiore capite absecuerunt, cum quo prorsus cohæret. Ego κἀγὼ. Iterum abundat ὡσὶ ex Græcorum idiotismo, ut diximus suprã 10. b. 9.

2 Omnia mea meministis πάντα μου μέμνησθε. uel, quòd in omnibus mei memores estis, ut subaudiatur κατὰ, si cut suppleuit Vetus interpres. Sic enim usurpatum est hoc dicendi genus supra 9. d. 15, & 10. g. 33. neque ualet altera Erasmi contectura, qui eum suspicatur legisse πάντη. Verùm quòd generaliter hic enuntiatum est, postea Apostolus suis exceptionibus restringet. Vt autem ita loqueretur, eò adductus est opinor quòd traditiones pleraſq; retinuissent, & quidem eam in primis de qua disturus est: quanuis nonnulli refragarentur. Sicut tradidi uobis καθὼς παρέδωκα ὑμῖν. Ambrosius legit, & quomodo ubique trado, διὰ ὅπως πανταχοῦ παραδίδωμι. Traditiones παραδόσεις. Vulg. præcepta, ὀντολὰς à quo uocabulo deinduſtria abstinuit Apostolus. Eras. institutа. Vide Matth. 15. a. 3. Ambrosius addit

dic μυ meas. Qui uerò ex hoc loco nituntur quęuis portenta in Ecclesia retinere, uix digni sunt quibus respondeatur. Cui enim persuaserint uel istas traditiones fuisse doctrinæ partem, uel, etiam si ita est, in traditionum Apostolicarum numero istas partim pueriles, partim Apostolorum scriptis ex diametro repugnantes, partim prorsus tyrannicas leges censerioportere? Deniq; si Apostolicę traditiones sine exceptione seruãdæ erãt, cur eas ipsi aboleuerũt? Retinetis κατέχετε. Id est summo studio obseruatis. Id enim declarat præpositio κατὰ. Quædam uulgatæ editionis exemplaria legunt, tenete imperandi modo.

Vir quare nõ uelat caput.

Omnis uir orans aut prophetans operto capite, dedecorat caput suum.

4 πᾶς ἀνὴρ προσευχόμενος, ἢ προφητεύων, κατὰ κεφαλῆς ἔχων, καταισχύνει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.

Mulier uelata et denata.

Omnis uerò mulier orans aut prophetãs nõ operto capite, dedecorat caput suũ: nam *id* unum ac idem est ac si rasa esset.

5 πᾶσα δὲ γυνὴ, προσευχομένη ἢ προφητεύουσα ἀκατακαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ, καταισχύνει τὴν κεφαλὴν ἑαυτῆς. ἓν γάρ ἐστι καὶ τὸ αὐτὸ τῇ ἐξυρημένῃ.

Namsi non uelatur mulier, etiam tondeatur: quòd si turpe mulieri tonderi aut radi, ueletur.

6 εἰ γὰρ οὐ κατακαλύπτεται γυνὴ, καὶ κειράσθω. εἰ δὲ αἰσχρὸν γυναικὶ τὸ κείρασθαι ἢ ξυρᾶσθαι, κατακαλυπτέσθω.

Vir enim non debet uelare caput, quum *is* imago sit & gloria Dei: at mulier, gloria uiri est.

7 ἀνὴρ μὲν γὰρ οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλὴν, εἰκὼν καὶ δόξα θεοῦ ὑπάρχων. γυνὴ δὲ δόξα ἀνδρός ἐστιν.

Non enim est uir ex muliere: sed mulier ex uiro.

8 οὐ γάρ ἐστιν ἀνὴρ ἐκ γυναικὸς, ἀλλὰ γυνὴ ἐξ ἀνδρός.

Neq; enim conditus est uir propter mulierem, sed mulier propter uirum.

9 καὶ γὰρ οὐκ ἐκτίσθη ἀνὴρ διὰ τὴν γυναῖκα, ἀλλὰ γυνὴ διὰ τὸν ἄνδρα.

Propter hoc debet mulier potestatem habere in capite, propter angelos.

10 διὰ τοῦτο ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, διὰ τοὺς ἀγγέλους.

Attamen neq; uir absq; muliere, neq; mulier absq; uiro, in Domino.

11 πλὴν οὔτε ἀνὴρ χωρὶς γυναικὸς, οὔτε γυνὴ χωρὶς ἀνδρὸς ἐν κυρίῳ.

4 Omnis uir πᾶς ἀνὴρ. Particula uniuersalis ordinum & ætatum discrimen tollit, quãtum quidem ad id de quo agitur. Orans aut prophetans προσευχόμενος ἢ προφητεύων. Quia de decoro in communi cœtu seruando agit Apostolus, idcirco de publica oratione & prophetia, id est Scripturæ tractatione, hæc accipio: neque uerò ad eum duntaxat refero qui orationem concipit, aut Scripturæ locum interpretatur: sed etiam ad auditorum consessum. quia etiãsi unus loquatur, communis tamen est actio, ut totus cœtus hac ratione dici possit orare & prophetare. Nam primum omnium rationes quas affert Apostolus, omnibus uiris communes sunt in Ecclesiæ cœtu uersantibus, atque etiam, fateor, extra Ecclesiæ cœtum. Sed tamen quæstio proposita & conclusio de non operiendo capite, ostendunt eas rationes ad eius loci & temporis circunstantiam referendas: quò conuenit Ecclesia. Deinde si ad unam orantis aut prophetantis personam hoc referas, non conueniet oppositum membrum mulieris. quum mulieri non permittat Apostolus ut in Ecclesia, id est communi cœtu, loquatur: infrà 14. g. 34. & rationes quoque quas affert cur uelari debeant, satis liquet ad omnes & singulas mulieres pertinere, quæ in publico Ecclesiæ cœtu uersantur. 5 Operto capite κατὰ κεφαλῆς ἔχων. Erasmus ad uerbum, quicquam habens in capite, Græcos scilicet interpretes sequutus: qui hoc etiã de coma intelligunt, quę & ipsa caput tegit: sed meptè, ut opinor, quasi scilicet nullis nisi tonsis licuerit orare aut prophetare. Nam quod postea de tondendo loquitur, alio pertinet. Posset autem omnino antithesis, ut externũ uelamen hic prohiberi intelligas, sicut mulieribus præcipitur. Velata autem dici non potest mulier etiamsi comis obuolutum caput habeat itaque ne uiri quidem caput opertum dicetur quod solis capillis obtegitur. Cęterùm politicã esse hanc Pauli legem, ac proinde nõ sine distinctione locorum & temporum accipiendam, uel ex eo intelligi potest, quòd hodie contraria prorsus ratione, capite operto in cœtu loqui, signum est authoritatis: aperto uerò, subiectionis testimonium. Pertinent autem ad hũc locum quæ scribit Plutarchus οἱ κεφαλάιων ῥωμαϊκῶν καταγραφῆ, τοὺς θεοὺς προσευχὴν ἐπιτελοῦντες, καταυειῶντες ἑαυτοὺς τῷ ἐπιπρόσθει τῆς κεφαλῆς. Ac si rasa esset τὴν ἐξυρημένην Vulg. ac si decaluetur, uocabulo non modò non Latino, sed etiam improprio. Neque enim quisquis raditur, idem fit caluus. neq; decaluari aliud potest significare quàm ex caluo fieri non caluum. Deinde spectauit Paulus hominum habitum, quorum alii tondebant comam, alij etiam radebant, pro diuersa gentium consuetudine. Tonsam autem comam uoco, non eam tantùm quæ penè ad cutim præciditur, sed eam in genere quæ absecatur: ut inter muliebrem & uirilem comam discrimen. 7 Imago & gloria Dei εἰκὼν καὶ δόξα θεοῦ. Id est imago gloriæ Dei, in quo scilicet elucet Dei maiestas & imperium. Est enim uir in supremo gradu collocatus in hoc mundo, & tanquam secundarius aliquis Deus, ut ita dicam, ipsius etiam mulieris respectu. Hæc igitur non est imago illa ad quam condita etiam est mulier, sed alia uiro peculiaris, quæ ex ipso creationis tum ordine tum fine elicitur ab Apostolo. Mulier enim ex uiro creata est, & uiri ipsius causa, non contra. Inde uerò efficitur, in communi uirorum & mulierum cœtu τὸ πρέπον postulare ut in uiro aliquod eius præstantiæ testimonium appareat. Gloria uiri δόξα ἀνδρός. Passiuè hoc accipio, pro eo quod ornetur à uiro, uel si actiue malis, quod uir exornet, nõ ꝙ exornet uirũ, quod ad politicã istã graduũ distinctionẽ attinet. Neque enim caput à membris, sed membra a capite decorem accipiunt, quanuis caput sine membris sit mutilum. & nisi ita accipias, uidebitur retorqueri posse argumentum. Nam si non operit caput uir, quia gloria Dei est, uix effici posse uidetur, uelandũ esse caput mulieris quòd gloria sit uiri: nisi, ut modò dixi, gloriam uiri dici intelligas quam uir exornet, ut ei sit eo nomine subiecta, non contrà subiectus uir mulieri, quòd ab ea aliquid accipiat.

10 Potestatem ἐξουσίαν. Id est uelamen quod sit subiectionis testimoniũ μετωνυμικῶς. adeo ut in nonnullis etiam Veteris interpretis codicibus, uelamen legatur, non potestatem. Nam inde etiam factum ut Latinis dicantur nubere mulieres quæ in uiri potestatem transeunt. & pileus quoque Libertinæ conditionis erat insigne, ut testatur Liuius in extremo libro 45. Sed Paulus tamen hac doctrina ipsas quoque uirgines comprehendit, quum generales afferat rationes. Sed & Plutarchus in genere de mulieribus loquens in problem. Romanis, ait, συνηθέστερον, ταῖς μὲν γυναιξὶν, ὑπανδρευομέναις, τοῖς δὲ ἀνδράσιν, ἀνελευθέροις εἰς τὸ δημόσιον προϊέναι.

11 In Domino ἐν κυρίῳ. Id est per Dominum, siue Domino authore & conseruatore mutuę istius coniunctionis. Sic enim eminet uir ut consistere non possit sine muliere: sic quoque mulier subiecta uiro, ut uir aliquid ab ea accipiat.

A piat. quum sicut ipsa ex uiro primum sumpta est (quo nomine uir est caput) ita etiam uir nõnisi per ipsam possit pro pagari, quòd sit in adiutorium data uiro. Itaque neque ille sua potestate abutatur ut tyrannus, neque mulier de sua hac conditione creauit. Dicuntur autem hæc obiter & extra cansam ab Apostolo, ut tum uirorum imperium, tum mulierum subiectionem temperet.

ὥσπερ γὰρ ἡ γυνὴ ἐκ τοῦ ἀνδρός, οὕτως καὶ ὁ ἀνὴρ διὰ τῆς γυναικός, τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ θεοῦ.

12 Sicut enim mulier ex uiro est, ita & uir per mulierem: omnia uerò ex Deo.

ἐν ὑμῖν αὐτοῖς κρίνατε πρέπον ἐστὶν γυναῖκα ἀκατακάλυπτον τῷ θεῷ προσεύχεσθαι;

13 Apud uosipsos iudicate, *Num* decorũ est mulierem non uelatam Deum orare?

οὐδὲ αὐτὴ ἡ φύσις διδάσκει ὑμᾶς, ὅτι ἀνὴρ μὲν ἐὰν κομᾷ, ἀτιμία αὐτῷ ἐστιν,

14 An ne natura quidẽ ipsa hoc docet uos, quòd uiro quidẽ comatũ esse dedecori sit:

γυνὴ δὲ ἐὰν κομᾷ, δόξα αὐτῇ ἐστιν; ὅτι ἡ κόμη ἀντὶ περιβολαίου δέδοται.

15 Contra mulieri, comatam esse, gloriæ sit? Nam coma pro uelamine data est ei.

εἰ δέ τις δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι, ἡμεῖς τοιαύτην συνήθειαν οὐκ ἔχομεν, οὐδὲ αἱ ἐκκλησίαι τοῦ θεοῦ.

16 Quòd si quis uidetur contentiosus esse, nos eiusmodi cõsuetudinem non habemus, neq; Ecclesiæ Dei. *Ecclesia Dei nõ contentiosa.*

τοῦτο δὲ παραγγέλλων οὐκ ἐπαινῶ, ὅτι οὐκ εἰς τὸ κρεῖττον, ἀλλ' εἰς τὸ ἧττον συνέρχεσθε.

17 Hoc uerò *ita* denuntio ut uos non laudem quòd *scilicit* nõ cum emolumento, sed cum detrimento conuenitis. *De causa Domini.*

πρῶτον μὲν γὰρ συνερχομένων ὑμῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀκούω σχίσματα ἐν ὑμῖν ὑπάρχειν καὶ μέρος τι πιστεύω.

18 Principiò enim quum conuenitis in Ecclesia, audio dissidia inter uos esse: idq; *uerum* aliqua ex parte *esse* credo.

B

12 Ex uiro ἐξ ἀνδρός. ἐκ principium materiale declarat, διὰ uerò in διὰ γυναικὸς instrumentalem causam. ἐκ denique in ἐκ θεοῦ primum principium & uerum αἴτιον significat. 13 *Num* decorum est πρέπον ἐστί. Plut. Παρέλλησιν ὅταν δυσχέρεια τὶς γένηται, πάρεσται μὲν καὶ γυναῖκας, νομίσει δὲ οὐ κάλλος. ὅτι ταῖς μὲν, πάρεσθαι, τοῖς δὲ κομᾶν ἐστί. Κομᾶν autem hoc loco non simpliciter significat comam gerere (qua ratione Homerus παρηορομοῶντας ἀχαιοὺς uocat) sed comam prolixam mulierum instar nutrire, quam scilicet ferrũ non attingat. Itemque τὸ κείρεσθαι non accipitur præcisè pro radi, aut ad cutim tonderi, sed in genere de quauis capillorum præfectione dicitur, pro uaria gentium consuetudine. Veteres quidem Romanos solitos fuisse non tantùm barbam radere (quod tradit Gellius lib. 3. cap. 4) sed etiam comam, possum docere ex Scipionis, Ciceronis & Iulii Cæsaris peruetustis numis, quos penes me habeo. 15 Pro uelamine ἀντὶ περιβολαίου. Id est, ut esset uelamen, & quidem eiusmodi quod aliud accerseret. Neque enim coma proprie uelamen est, sed indicat mulieris caput uelamine indigere. Natura enim uiro breuiores capillos, etiam si quis finat excrescere, mulieri prolixiores & capiti obuoluendo idoneos tribuit. Itaque hoc in loco ἀντὶ non significat loco seu uice: neque διὰ, id est rei originem, sed finem declarat, ut Heb. 12. a. 2. Vide Iohan. 1. c. 16.

17 Hoc uerò *ita* denuntio ut *uos* non laudem τοῦτο δὲ παραγγέλλων οὐκ ἐπαινῶ. Eadem erit sententia, sed paulò dilucidior, si pro παραγγέλλων legeris παραγγέλλω, & pro ἐπαινῶ scripseris ἐπαινῶ, ut ego conuerti, eo audacius quòd uetus interpres ita legerit, & duo ex nostris uetustis codicibus ita scriptum habuerint. Alioquin nec Veterem interpretem nec Erasm. in eo sequi uelim quòd τὸ παραγγέλλειν exposuerint præcipiendi uerbo: quum hoc loco Apostolus nihil aliud declaret, opinor, quàm se aliquid esse illis nũtiaturum, fama scilicet ab alijs acceptum, de quo non possit eos non reprehendere: quum in superiore sermone eos idcirco laudarit quòd in plerisque eum ordinem retinerent quem in eorum Ecclesia constituisset, quanuis contentiosi nonnulli repugnarent. Erasmus ex Græcis scholijs aliam expositionem affert, quasi scilicet dicat, Hoc uerò [me] uobis præcipere non laudo. id est, id uerò non laudo quòd uobis ista præcipere me oporteat, de quibus scilicet sum dicturus.

Quòd *scilicet* non cum emolumento, sed cum detrimento conuenitis. ὅτι οὐκ εἰς τὸ κρεῖττον, ἀλλ' εἰς τὸ ἧττον συνέρχεσθε. Vulg. quòd non in melius, sed in deterius conuenitis. Ego uerò primùm omnium addidi particulam scilicet, ex qua intelligatur ὅτι non oportere intelligi κατὰ λογισμὸν, sed ἁπλῶς, ut infrà, uersu 23 (quanuis aliter censeat Photius) deinde quia illud, in melius & in deterius, uidebatur obscurè dictum, studendum putaui perspicuitati.

C

18 Principio enim πρῶτον μὲν γάρ. Vulg. Primùm quidem. Eras. Nam primùm quidẽ. Ego uerò puto πρῶτον simpliciter declarare sermonis initium, ut Rom. 1. b. 8. quanuis quæ tribus proximis capitibus continentur, ad eundẽ etiam finem, id est, ad conuentus Ecclesiasticos, pertineant.

Idque *uerum* aliqua ex parte *esse* credo. καὶ μέρος τι πιστεύω. Ad uerbum, & partem aliquam credo, uos scilicet inter uos animis dissidere. Vulg. & Erasmus, & ex parte credo. quod sic potest accipi, quasi dicat Apostolus se non prorsus credere famæ, nec prorsus etiam non credere. Atqui apparet Paulum non scripsisse de re incerta, ut qui manifestè in Corinthijs maiorem animorum coniũctionem & charitatem requirat. neque uerò Apostolicæ grauitati conuenit ut aliter credamus.

Significat ergo potius se non dubitare quin uerè inter ipsos non conueniat: non quòd omnes sint à communi concordia alieni, sed quòd nonnulli sint inter eos qui coniunctionem animorum scindant. neque enim dubium est quin ijs saltem qui de his rebus Apostolum admonuerant, factiones istæ magnopere displicuerint, quos non oportuit cum cæteris insimulari. Itaque mihi permisi nonnihil adijcere in hoc loco interpretando, ut omnis ambiguitas tolleretur.

19 Etiam hæreses καὶ αἱρέσεις. Facilè credo, inquit Apostolus, quandam inter uos esse animorum dissensionẽ, quum uos sciam, ut & fideles omnes, maioribus etiam malis esse obnoxios, id est hæresibus: ubi nõ de ordine aut uoluntatibus, sed de doctrina ipsa excitantur factiones: idque non ut perdamini, sed ut uerè pij ab hypocritis hac probatione distinguantur.

Sic ostendit Apostolus se non temerè huic famæ credidisse: & interim tamen bonos consolatur, & infirmos erigit. neque tamen sic loquens, Corinthios arguit quasi hæreses iam tum apud illos essent uulgo receptæ, ut erant schismata. Concidunt igitur Chrysostomi rationes, quibus adductus est ut existimaret hæreses & schismata hoc loco pro eodem accipi: neque quærendam puto nouam aliquam horum interpretationem, quum potius simplici & propria significatione accipiantur.

Oportet enim etiã hæreſes inter uos eſſe, ut qui probati ſunt, manifeſti fiãt inter uos.

19 δεῖ γὰρ καὶ αἱρέσεις ἐν ὑμῖν εἶναι, ἵνα οἱ δόκιμοι A φανεροὶ γένωνται ἐν ὑμῖν.

Itaq; quum conuenitis in unum, non licet dominicam cœnam edere.

20 Συνερχομένων οὖν ὑμῶν ἐπὶ τὸ αὐτό, οὐκ ἔστι κυριακὸν δεῖπνον φαγεῖν,

Nam unuſquiſque propriam cœnam præoccupat in ueſcendo: & hic quidem eſurit, ille uerò ebrius eſt.

21 ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον δεῖπνον προλαμβάνει ἐν τῷ φαγεῖν· καὶ ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ μεθύει.

Enimuerò num domos non habetis ad edendum & bibendum, aut Eccleſiam Dei contemnitis, & pudefacitis eos qui non habent? Quid uobis dicã? laudabo uos in hoc? non laudo.

22 μὴ γὰρ οἰκίας οὐκ ἔχετε εἰς τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν; ἢ τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ καταφρονεῖτε, καὶ καταισχύνετε τοὺς μὴ ἔχοντας; τί ὑμῖν εἴπω; ἐπαινέσω ὑμᾶς; ἐν τούτῳ οὐκ ἐπαινῶ.

Ego enim accepi à Domino quod & tradidi uobis, quòd *ſcilicet* Dominus Ieſus in ea nocte qua proditus eſt, accepit panem:

23 Ἐγὼ γὰρ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ κυρίου, ὃ καὶ παρέδωκα ὑμῖν, ὅτι ὁ κύριος Ἰησοῦς ἐν τῇ νυκτὶ ᾗ παρεδίδοτο, ἔλαβεν ἄρτον,

Et gratijs actis, fregit, ac dixit, Accipite, edite: hoc meum eſt corpus quod pro uobis frãgitur: hoc facite in mei recordationẽ.

24 καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ εἶπε· λάβετε, φάγετε, τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.

Itidem & poculum, poſtquam cœnaſſet, dicens, Hoc poculum eſt Nouum illud teſtamentum, per meum ſanguinem: hoc facite quotieſcunque biberitis, in mei recordationem.

ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον μετὰ τὸ δειπνῆσαι, λέγων, τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη B ἐστὶν ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι· τοῦτο ποιεῖτε, ὁσάκις ἂν πίνητε, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.

Quotieſcunque enim ederitis panẽ hunc, & poculum hoc biberitis, mortem Domini annuntiatis, uſquequo uenerit.

26 ὁσάκις γὰρ ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε, τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλετε, ἄχρις οὗ ἂν ἔλθῃ.

Itaq; quiſquis ederit panem hunc, aut biberit hoc poculum Domini indigne, tenebitur crimine *ſpreti* corporis & ſanguinis Domini.

Ὥστε ὃς ἂν ἐσθίῃ τὸν ἄρτον τοῦτον, ἢ πίνῃ τὸ ποτήριον τοῦ κυρίου ἀναξίως, ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ κυρίου.

Probet autem quiſque ſeipſum, & ita de

28 δοκιμαζέτω δὲ ἄνθρωπος ἑαυτόν, καὶ οὕτως

Probati *δόκιμοι*. Id eſt quos eſſe pietatis & fidei ſynceræ ipſa experientia docuerit. Eſt enim nomen non participium, quum alioquin explorentur etiam hypocritæ: qui tamen probati dici non poſſunt. Quod autem annotat Chryſoſtomus *ἵνα* non ſignificare cauſam ſed euentũ, eatenus admitto ut ſciamus hoc proprie non manare ab hæreſi, ſed *κατὰ συμβεβηκός*. & tamen Dei conſilium ac ſcopum hunc eſſe.

20 Itaque *οὖν οὖν* non eſt illatiua coniunctio hoc loco, ſed epanalepſin declarat: quia ſuperiore uerſiculo extra cauſam inſerto, nunc ad facti narrationem redit Apoſtolus. Non licet *οὐκ ἔστι*. Id eſt *οὐ θέμις*, quum in communi cœtu hoc fieri neceſſe ſit, uos autem non expectetis alius alium. Vel Non eſt, ut conuertit Vetus interpres. quaſi dicat Apoſtolus, Hoc ueſtrum conuenire, non eſt Dominicam cœnam edere.

21 Præoccupat *προλαμβάνει*. Id eſt alijs non expectatis ſumit. Vulg. præſumit, id eſt præcipit, Latinè quidem, ſed ambiguè. In uno codice legimus *προσλαμβάνει*, ſed deprauatè, ut apparet ex uerſu 33.

22 In hoc *τούτῳ*: Quidam hoc connectunt cum *ἐπαινέσω*, quos ſequuti ſumus. quidam cum ſequente *ἐπαινῶ*, hoc modo, Quid dicam uobis? laudabo uos? in hoc non laudo. quaſi dicat, ſane in quibuſdam laudabo, ut paulo antè feci: ſed in hoc tamen abſit ut laudem uobis tribuam. C

24 Quod pro uobis frangitur *τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον*. Sic conſtanter legunt omnes Græci, & Ambroſius quoque. Vulgata, quod pro uobis tradetur, id eſt, *τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον*, niſi quod tempus mutauit, quum Dominus de re iamiam futura, loquens de induſtria maluerit tempus præſens uſurpare. ſed quod ad ſenſum attinet, eodem recidit, opinor, utraque lectio.

Neque enim ijs ſeu Græcis ſeu Latinis interpretibus aſſentior, qui putarunt frangi idem hic ualere quod diſtribui: quum hoc neceſſe ſit (ut mihi quidem uidetur) non de ſigno quod iam fregerat Dominus quum hæc diceret, ſed de re ſacramenti, id eſt de ipſo Chriſti corpore accipere: neque dixerit Dominus, quod uobis frangitur, id eſt diſtribuitur, ſed, quod pro uobis frangitur.

Puto igitur fractionis uocabulo deſignari mortis genus, quòd ſcilicet Domini corpus grauiſſimis cruciatibus laceratum, contuſum, fractum denique fuerit: quanuis non perinde fracta fuerint eius crura ut latronum. Puto denique hoc uocabulum habere admodum expreſſam ſignificationem ut figura rei prorſus reſpondeat, id eſt, ut fractio illa panis (quam & ipſam cæremoniam oportuit in Eccleſia retineri) fractionem illam corporis repræſenter. Neque uerò dubium eſt quin Paulus de cœna ipſa Domini hic agat, cuius appendices erant agapæ, de quibus diximus Act. 2. g. 42 & 46. Quorſum enim Paulus Corinthios ad Domini inſtitutionem reuocaret? Deinde quæ in hunc locum diſputat Eraſmus de conſecratione, ſatis oſtendunt hominem alioquin doctiſſimum, nunquam cognouiſſe quid uetere ſ illi patres conſecrandi uocabulo intellexerint: quòd ea res ſcilicet a ſcholaſticis mirum in modum ſit deprauata, & denſiſſimis tenebris obruta. Quid autem illud ſit, paucis diximus ſuprà 10. d. 16.

27 Indignè *ἀναξίως*. Id eſt aliter quàm dignum eſt tanta myſteria tractari. In tribus codicibus additum erat *τοῦ Κυρίου*, ut etiam legerunt Chryſoſtomus & Ambroſius, id eſt, aliter quam Domini dignitati conueniat. Tenebitur crimine *ſpreti* corporis *ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος*. Vulgata & Eraſmus, reus erit corporis. Vide Matth. 5. c. 22. Quod autem addidi participium ſpreti, hoc feci ex ſententia Apoſtoli, uerſu 29. quanuis nonnullos ſciam aliter explicare.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt urn:nbn:de:gbv:3:1-226230-p0558-4

A ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθιέτω, καὶ ἐκ τοῦ ποτηρίου πινέτω.

ὁ γὰρ ἐσθίων καὶ πίνων ἀναξίως, κρῖμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει, μὴ διακρίνων τὸ σῶμα τοῦ κυρίου.

διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄῤῥωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί.

εἰ γὰρ ἑαυτοὺς διεκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα.

κρινόμενοι δὲ ὑπὸ κυρίου παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν.

ὥστε ἀδελφοί μου συνερχόμενοι εἰς τὸ φαγεῖν, ἀλλήλους ἐκδέχεσθε,

εἴ τις πεινᾷ, ἐν οἴκῳ ἐσθιέτω, ἵνα μὴ εἰς κρῖμα συνέρχησθε. τὰ δὲ λοιπὰ, ὡς ἂν ἔλθω, διατάξομαι.

pane illo edat, & de poculo illo bibat.

Nam qui edit & bibit indigne, damnationem sibijpsi edit & bibit, non discernens corpus Domini.

Propterea inter uos multi *sunt* debiles & inualidi, & obdormiunt multi.

Etenim si nosipsos dijudicaremus, non puniremur.

Sed quũ punimur, à Domino erudimur, ne cum mundo condemnemur. *Iudicari à Domino*

Itaq; fratres mei, quum conuenitis ad uescendum, alius alium expectate.

Quòd si quis esurit, domi edat: ne ad cõdemnationem conueniatis. Reliqua uerò, quum uenero, constituam.

B ΚΕΦΑΛ. ιβ.

Περὶ δὲ τῶν πνευματικῶν, ἀδελφοί, οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν.

οἴδατε ὅτι ἔθνη ἦτε πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα, ὡς ἂν ἤγεσθε ἀπαγόμενοι.

διὸ γνωρίζω ὑμῖν, ὅτι οὐδεὶς ἐν πνεύματι θεοῦ λαλῶν, λέγει ἀνάθεμα Ἰησοῦν. καὶ οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν κύριον Ἰησοῦν, εἰμὴ ἐν πνεύματι ἁγίῳ.

CAP. XII.

Porrò de spiritualibus *donis* fratres, nolo uos in ignoratione uersari.

Scitis quòd Gentes eratis, & ad idola illa muta, prout rapi contigisset, abripiebamini.

Quapropter notum uobis facio quòd nullus per Spiritum Dei loquẽs, dicit Iesum anathema: & nemo potest dicere Iesum Dominum, nisi per spiritum sanctum. *Spiritus sanctus* Marc. 9. f. 39

28 Quisq; ἄνθρωπος. Heb. אדם, id est homo, pro ἕκαστος, id est quisq;. Est autem hoc dictũ cũ emphasi, ut singuli sciant hoc sibi faciendũ, ne quis fidẽ quã uocant implicitã requiri somniet, aut ab aliena fide pẽdeat. 29 Non discernẽs μὴ διακρίνων. Verbum dijudicandi mihi usium est paulo obscurius hoc in loco. Discernere autem corpus Domini dicitur qui dignitatis illius habet rationẽ, ut à cæteris rebus distinguat, ac proinde cum summa reuerẽtia ad hunc panẽ & hoc poculũ, nõ tanquã ad profanos cibos, sed tanquã ad mysteria rei omniũ pretiosissimæ, tremẽs ac cedat. Cæterũm quod de corpore dicitur, de sanguine quoq; intelligitur συνεκδοχικῶς, ut supra 10. d. 17. aduersus sacrilegos illos qui quum alterã sacramẽti partem Laicis quos uocant, ademerint, sacrilegiũ suũ aliquot similib. locis perpẽrã explicatis obtegere conantur. 30 Obdormiunt κοιμῶνται. Id est moriuntur, ut sæpe iã expositum. Vide rint ergo qui ad Cœnæ cæremoniã quicquã addunt aut detrahunt. 31 Dijudicaremus διεκρίνομεν. Id est probaremus & exploraremus. quod fieri nõ potest quin in nosipsos inquiramus, nostra scelera damnemus, fide denique & resipiscentia nosipsos à profanis secernamus. quæ omnes significationes cõueniũt uerbo διακρίνω. In eo uerò no assentior Erasmo, quòd præterito plusquãperfecto uertere maluerit, dijudicassemus. Nõ punirem ur οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα. Id est, Deus non sumeret pœnas de nobis, immissis scilicet morbis & aliquot è cœtu nostro sublatis. Vulg. & Erat. nõ iudicaremur, paulò obscurius.

IN CAPVT XII.

1 Porrò de Spiritualib. *donis* περὶ δὲ τῶν πνευματικῶν. sub χαρισμάτων. ut Rom. 1. b. 11. In ignoratione uersari ἀγνοεῖν. ἀγνοεῖσθαι absolutè hic accipitur pro rudem & ignarũ esse, ut infrà 14. g. 38. & Heb. 5. a. 2. Videbãtur enim C Corinthij, alioquin egregijs donis instructi, non satis intelligere aut certè obliti à quo & in quem finem ea dona accepissent. 2 Quòd Gẽtes eratis ὅτε ἔθνη ἦτε. Id est à ueri Dei cultu ac fœdere prsus alieni, ut explicatur Ephes. 2. c. 11 & 12. Sic enim cæteros populos Hebræi uocãt. גוים Vulg. quoniã quũ Gentes essetis ὅτε ἔθνη ἦτε. quo modo scriptũ legimus in Cõplutensi edritione & duob. præterea uetustis codicib. Sed ea lectio stare nõ potest nisi ἀπαγόμενοι dicamus Hebræorũ more positũ pro ἀγήγεσθε, cuiusmodi Hebraismũ annotauimus Act. 24. b. 6. c. 20. Nõ desunt etiã qui legãt οἴδατε ὅτε ἔθνη ἦτε, Scitis quũ Gentes eratis. quæ lectio nõ potest ullo modo admitti, nisi οἴδατε construas per traiectionẽ. quasi scriptũ sit, οἴδατε ὅτε ἔθνη ἦτε ὡς πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα ἀγεσθε ἀπαγόμενοι. Sed quoniamus ita possis cõstruere, impedit particula αὖ, de qua mox dicemus. Sequutus sum igit eã lectionẽ qua in plerisq; codicib. inueni, ut omniũ simplicissimã. Et ad idola illa muta abripiebamini πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα ἀπαγόμενοι. Participiũ passiuũ præsentis tẽporis necessariò cõuerti per periphrasin, quod quidẽ cũ ἔθνη parũ cohærere in genere nemo mirabitur qui nouerit frequentissimè hoc usuuenire in collectiuis nominib. quæ uocãt. Cõuerti aũt abripiebamini, ut melius declaret impetus ille Satanæ suos idololatras turbinis instar auferẽtis. q etiãnũ hodie in ijs cernere licet qui huc & illuc dissicillimis quibusq; tẽporibus & itinerib. ferũtur nec tamẽ habẽt uel tantillũ rationis quod prætexãt, cur nulla nec sui nec suorũ habita ratione, tot molestias ultrò sibi accersant. Erasm. aliã rationẽ amplexus, uertit, sequẽtes eratis, quasi ſ. ἀπαγόμενοι nõ tã imperũ illũ de quo modò dixi, quàm ἀναισθησίαν & stuporẽ summũ declaret, qui idololatrarũ animos ita occuparit, ut nihil cogitẽt quò properẽt: sed brutorũ instar, quocunq; præierit dux, eò illũ cõsequãtur. Cæterũ in τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα putaui articulũ ab alijs omissum nõ posse prætermitti sine sensus iniuria. Deinde annotãdũ ἄφωνα ẽt perappositè cõuerti posse surda: q idolis iccirco offerant preces ut exaudiãt, quas tamẽ exaudire nullo pacto possint. Prout rapi cõtigisset ὡς ἂν ἤγεσθε. Primũ τὸ ἀγεσθαι cõuerti potius rapi q̃ duci, ut impetũ illũ significarẽ de quo modò dixi, deinde ὡς ἂν nolui simpliciter cõuertere prout, cũ Erasmo & Vetere interprete, quia ἄν in isto dicẽdi genere umuersale quiddã & indefinitũ declarat, sicut apud Latinos particula cunq;, quasi Latinè dicas, quocũq; mõ raperemini. 1. Nulla nec loci nec tẽporis nec uestri habita ratione. ad quæcũq; idola uos traheremini, Satanæ ſ. furore impulsi, eo abripiebamini. 3 Dicit anathema λέγει ἀνάθεμα. Id est, execrari se ꝓfitetur, Deũ esse negas, & idola amplectẽs. Plinius ad Traianũ scribẽs, Quũ, inquit, præeunte me Deos appellaret, & imagini tuæ, quã propter hoc iusserã cũ simulachris numinum afferri, thure ac uino supplicaret, præterea maledicerent Christo (quorũ nihil cogi posse dicunt qui sunt re uera Christiani) dimittendos putaui. Hæc ille. Huic aũtopponitur Dicere Iesum Dominum. id est, pro Domino ac Deo agnoscere. De anathemate diximus Rom. 9. a. 3.

Discrimina autem donorum sunt, sed idem Spiritus.

Et discrimina ministeriorũ sunt, sed idé Dominus.

Et discrimina facultatum sunt, sed idem est Deus, efficiens eas omnes in quibusuis.

Vnicuique uerò datur declaratio Spiritus ad utilitatem.

Nam huic quidem per Spiritũ datur sermo sapientiæ, alij uerò sermo cognitionis per eundem Spiritum:

Alij uerò fides per eundem Spiritum: alij uerò dona sanationum per eundem Spiritum:

Alij uerò facultates *edendarum* uirtutum, alij uerò prophetia, alij uerò discretiones spirituum, alij uerò genera linguarum, alij uerò interpretatio linguarum.

Sed omnia hæc efficit unus ille & idem Spiritus, distribuens priuatim *illa* singulis sicut uult.

4 διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δὲ αὐτὸ πνεῦμα. A

5 καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσὶ, καὶ ὁ αὐτὸς κύριος.

6 καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσίν, ὁ δὲ αὐτὸς θεὸς, ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσιν.

7 ἑκάστῳ δὲ δίδοται ἡ φανέρωσις τοῦ πνεύματος, πρὸς τὸ συμφέρον.

8 ᾧ μὲν γὰρ διὰ τοῦ πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως, κατὰ τὸ αὐτὸ πνεῦμα.

9 ἑτέρῳ δὲ πίστις, ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι. ἄλλῳ δὲ χαρίσματα ἰαμάτων, ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι,

10 ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεων, ἄλλῳ δὲ προφητεία, ἄλλῳ δὲ διακρίσεις πνευμάτων, ἑτέρῳ γένη γλωσσῶν, ἄλλῳ ἑρμηνεία γλωσσῶν.

11 πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ B αὐτὸ πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ, καθὼς βούλεται.

4 Discrimina *διαιρέσεις*. Vulg. & Eras. obscurè, diuisiones. Vide suprà 7. f. 33. Cæterùm quum Apostolus manifestè inter *χαρίσματα*, *διακονίας* & *ἐνεργήματα* distinguat, ego *χαρίσματα*, id est, dona pro genere accipio, *διακονίας* uerò pro uariis ministeriis Ecclesiastici functionibus quas enumerat uers. 28. *ἐνεργήματα* demum pro facultatibus à Spiritu sancto in singulos collatis. quas figillatim incipit recensere à uers. 8. ad 11, ubi dicit omnia effici à Spiritu sancto, exponens scilicet quæ uocarit *ἐνεργήματα*. Spiritus *πνεῦμα*. Spiritum apertè hic distinguit à donis ipsius aduersus Pneumatomachos. Sed notanda est tacita relatio inter dona & Spiritum, inter ministeria & Dominum, inter facultates denique & Deum omnia efficientem.

6 Facultatum *ἐνεργημάτων*. Sic uocat Paulus uim illam intrinsecam à Spiritu sancto manantem in fideles: quæ quidem illos ad mirifica quædam apros & idoneos reddit, ut ea tum dicant tum faciant quæ sint supra communem mortalium captum. Vulg. operationes conuertit. Eras. efficacias. Ego facultates malim uel efficacitates. quanquã efficacitas potius est *ἐνεργεία*, id est effectus ipse *τῆς ἐνεργήματος*. Nam *ἐνέργημα* dicitur donum ipsum, *ἐνεργεία* uerò ipsius doni efficacia in nobis. sicut aliud est medicũ esse, aliud, quia medicus sis, posse ægrotum sanare. Hilarius *ἐνεργείαν* uertit inoperationem, sed habita ipsius Spiritus sancti agentis ratione, non hominum intra quos agit.

Eas omnes *τὰ πάντα*. Vulg. & Eras. omnia. Ego puto articulum hoc in loco uim habere *ἀναφορικὴν*, ut quod in genere dictum est, ad id de quo agitur, id est ad *ἐνεργήματα*, restringatur. Solet tamen articulus in hoc dicendi genere abundare apud Apostolum, ut suprà 8. b. 6. & 11. c. 12. & 2. Cor. 5. c. 14. & in genere quoque uerum est istud pronuntiatum: modò peccatum à Dei actione prudenter distinguamus. In quibusuis *οὐ πᾶσι*. Vulg. & Eras. in omnib. ambigue. Neq; enim hæc dona impertitur Deus omnibus, sed quibusuis, id est, singulis quibus libuit, ut Apostolus explicat infrà uers. 11. & 18.

7 Datur declaratio Spiritus *δίδοται φανέρωσις τοῦ πνεύματος*. Id est, Spiritus sese gratis patefacit, quum scilicet dona hæc largitur ex quibus ipsius uis præsens intelligitur, idq; ad utilitatem, id est, ad usum & commodum totius corporis, ut paulo pòst explicabitur. 8 Sermo sapientiæ *λόγος σοφίας*. Quidam putant *λόγον* abundare, sicut apud Hebræos דבר ut Iob. 41. a. 3. דבר גבוּרה, id est, uerbum uirtũ, pro גבורה id est uires: quam interpretationem minimè reprehendo, ut *λόγος σοφίας* idem declaret atque *σοφία* sapientia, & *λόγος γνώσεως*, idem atq; *γνῶσις*, cognitio siue scientia. Ego tamen nihil uolui detrahere. suspicor enim Apostolum in his duobus *λόγος* addidisse, quòd sapientiæ & scientiæ istius usus in docendo aut certè in loquendo sit positus: quum alia subijciantur quæ ad facta potius referuntur, si prophetiam excipias, donum linguarum, & linguarum interpretationem: in quibus tamẽ non fuit necesse facere sermonis mentionem: quum in ipsis uocabulis comprehendatur, in illis autem, id est in sapiẽtia & scientia, non item. Cæterùm quomodo sapientia hoc in loco à scientia distinguatur, copiosè in hûc locũ discruerunt doctissimi interpretes, ut infrà dicemus 14. b. 6. 9 Fides *πίστις*. Fidem particularem intellige, Christum scilicet eatenus apprehendentem quatenus uim suggerit edendi miracula, ut infrà 13. b. 2. Eam Chrysostomus fidem non dogmatum sed signorum uocat. 10. Facultates *edendarum* uirtutum *ἐνεργήματα δυνάμεων*. Vulg. operatio uirtutum. Legit enim *ἐνέργημα*, ut paulo antè *χάρισμα*, & *διαιρέσεις* singulari numero, ac fortasis rectius. Eras. efficaciæ potentiarum. Virtutes autem uocat, opinor, leueras illas iudicij Dei executiones, quibus uti oportebat pastores, quo tempore præsidio magistratus non erat armata Ecclesia. quarũ exemplaha habemus in Anania & Elymamago, & meminit Apostolus 2. Cor. 10. b. 6. Quidam uerò nuper totum hoc omisit. *ἄλλῳ δὲ χαρίσματα ἰαμάτων ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι*, alij uerò dona sanationum per eundem Spiritum, fortasis typographi incuria. Prophetia *προφητεία*. De hoc dono diximus Rom. 12. b. 6. & dicendi locus erit infrà cap. 14. Spirituum *πνευμάτων*. Id est afflatuum, uel ipsorum Prophetarum uel doctrinarum quæ à prophetis aut falsis aut ueris proponuntur: qua in re nõnulli præ aliis singulari iudicio ualent, ut pseudoprophetas eorumque fraudes maturè agnoscant & caueat. Interpretatio linguarum *ἑρμηνεία γλωσσῶν*. De hoc quoque locus erit dicendi cap. 14.

11 Priuatim *ἰδίᾳ*. Sic legi in omnibus nostris codicibus: Vetus tamen interpres aut non legit aut neglexit. Augustinus libro de Trinitate & unitate Dei, cap. 8. ut obseruauit Erasmus, legit *ἰδίαι*, utqui conuerterit propria, id est sua. At mihi quidem magis arridet hæc lectio, quòd alioquin satis fuerit dixisse *ἑκάστῳ* uni cuique. additur autem sententiæ non leue pondus si Deum dicamus de suo hæc omnia largiri, uel quæ propria unicuique esse uelit, nequis suis neglectis aliena inuadat.

Singulis *ἑκάστῳ*. Potest hoc construi cum *διαιρεῖ*, uel cum *βούλεται*, per traiectionem, prout uult singulis uel unicuique. Nam in hoc ipso dicendi genere obseruaui Paulum ista traiectione mirum in modũ delectari, ex Hebræorum scilicet idiotismo, qui sic dicerent לבלאחר באשר, ut Rom. 12. a. 3. Item suprà 3. a 5. & bis 7. c. 17. & ita fiet ut *ἰδίᾳ* non

A καθάπερ γὰρ τὸ σῶμα ἓν ἐστι, καὶ μέλη ἔχει 12
πολλὰ, πάντα δὲ τὰ μέλη τοῦ σώματος τοῦ ἑνὸς,
πολλὰ ὄντα, ἓν ἐστι σῶμα, οὕτω καὶ ὁ Χριστός.

καὶ γὰρ ἐν ἑνὶ πνεύματι ἡμεῖς πάντες εἰς 13
ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν, εἴτε Ἰουδαῖοι, εἴτε Ἕλ-
ληνες, εἴτε δοῦλοι, εἴτε ἐλεύθεροι, καὶ πάντες
εἰς ἓν πνεῦμα ἐποτίσθημεν.

καὶ γὰρ τὸ σῶμα οὐκ ἔστιν ἓν μέλος, ἀλλὰ 14
πολλά.

ἐὰν εἴπῃ ὁ πούς, ὅτι οὐκ εἰμὶ χείρ, οὐκ εἰμὶ 15
ἐκ τοῦ σώματος, οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ σώ-
ματος;

καὶ ἐὰν εἴπῃ τὸ οὖς, ὅτι οὐκ εἰμὶ ὀφθαλμὸς, 16
οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ σώματος, οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν
ἐκ τοῦ σώματος;

εἰ ὅλον τὸ σῶμα ὀφθαλμὸς, ποῦ ἡ ἀκοή; εἰ 17
B ὅλον ἀκοή, ποῦ ἡ ὄσφρησις;

νυνὶ δὲ ὁ θεὸς ἔθετο τὰ μέλη, ἓν ἕκαστον αὐ- 18
τῶν ἐν τῷ σώματι, καθὼς ἠθέλησεν.

εἰ δὲ ἦν τὰ πάντα ἓν μέλος, ποῦ τὸ σῶμα; 19

νῦν δὲ πολλὰ μὲν μέλη, ἓν δὲ σῶμα; 20

οὐ δύναται δὲ ὁ ὀφθαλμὸς εἰπεῖν τῇ χει- 21
ρὶ, χρείαν σου οὐκ ἔχω, ἢ πάλιν ἡ κεφαλὴ τοῖς πο-
σὶ, χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω,

ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον, τὰ δοκοῦντα μέλη 22
τοῦ σώματος ἀδενέστερα ὑπάρχειν, ἀναγκαῖά
ἐστι.

καὶ ἃ δοκοῦμεν ἀτιμότερα εἶναι τοῦ σώμα- 23
τος, τούτοις τιμὴν περισσοτέραν περιτίθεμεν.
C καὶ τὰ ἀσχήμονα ἡμῶν, εὐσχημοσύνην περισ-
σοτέραν ἔχει.

Sicut enim corpus unum est, & membra habet multa, omnia uerò membra corporis unius, multa quum sint, unum sunt corpus: ita & Christus. *Membra uaria in uno corpore* Rom. 12. a. 3 ephes. 4. b. 8

Etenim per unum Spiritum nos omnes in unum corpus baptizati sumus, siue Iudęi, siue Græci, siue serui, siue liberi: & omnes unam potionem potauimus in unum Spiritum.

Etenim corpus non est unum membrũ. sed multa.

Si dicat pes, Non sum manus, nõ sum de corpore, num ob id non est ex corpore?

Et si dicat auris, Non sum oculus, non sum de corpore: num ob id non est ex corpore?

Si totum corpus oculus, ubi auditus? si totum auditus, ubi odoratus?

Nunc autem Deus collocauit membra singula sigillatim in corpore sicut uoluit.

Quòd si essent omnia unum membrum, ubi corpus?

Nunc uerò multa quidem membra sunt, unum uerò corpus.

Non potest autem oculus dicere manui, Non est mihi opus te: aut rursum caput pedibus, Non est mihi opus uobis.

Imò multo potius, quæ uidentur membra corporis infirmissima esse, necessaria sunt:

Et quæ putamus *membra* corporis maximè esse inhonesta, ijs honorem ampliorem circumponimus: & indecora nostra *membra* copiosiorem decorem habent.

non redunder. Cæterum ἑκάστῳ. non temere malui interpretari singulis quàm unicuique, nempe nequis Origenis exẽplo possit hunc locum detorquere. Is enim enarrans epistolam ad Romanos, quod Erasmus annotauit quidem, sed non reprehendit ut par erat, ita hunc locũ torsit quasi ἕλκεται ad eũ referat cui Spiritus dona sua largit. ac si dicas, in unoquoq; situ esse ut quãplurimũ gratiæ nobis impertiat Deus. quæ interpretatio Pauli sententiæ repugnat ex diametro. 13 In unum corpus εἰς ἓν σῶμα. Id est, ut cum Christo unum corpus fieremus, atque adeò ut in unum Christi corpus coalesceremus, adeò ut ecclesia tota nihil aliud sit quàm unus Christus: cuius coagmentationis efficaces esse ræ sunt fidelibus Baptismus & Cœna Domini.

Vnam potionem potauimus in unum Spiritum ἓν πόμα ἐποτίσθημεν εἰς ἓν πνεῦμα. Sic legunt Græca scholia, nulla diuersæ lectionis facta mentione. Sic quoque uetustus unus codex, nisi quòd addit præpositionem εἰς. Legit enim εἰς ἓν πόμα, ut ἐποτίσθημεν, passiuum sit, actiui dicas, una potione irrigati sumus. Clemens quoque libro Pædagogi primo legit ἑνὶ πόματι ἐπίομεν, uno poculo potauimus, eadem manente sententia, quancunque harum lectionum sequamur. Respondet autem εἰς ἓν πνεῦμα superiori membro εἰς ἓν σῶμα in unum corpus, iucunda admodum permutatione: ut utriusque sacramenti unus scopus esse intelligatur, quanuis peculiariter in Cœna dicamur Domino incorporari, in Baptismo uerò Spiritui ipsius regenerari. Itaque in unum Spiritum unam potionem potare, idem declarat atque uno uiuifico sanguinis Domini potu, participes fieri unius Spiritus ipsius, qui per omnia membra permeans, singula uiuificet reddatque suis functionibus idonea. Vulgata & Erasmus, unum Spiritum potauimus. quam interpretationem non probo, etiamsi legas εἰς ἓν πνεῦμα ἐποτίσθημεν. Ita enim tollitur mutua illa corporis & sanguinis relatio de qua modò dixi. 17 Odoratus ἡ ὄσφρησις. Erasmo olfactus, quũ illud sit Ciceronianum, hoc Plinianũ.

18 Nunc autem νῦν δὲ Alibi diximus hanc particulam interdum non esse temporis aduerbium, sed argumentorũ. quod durius est propter præcedentia. Erasmo unumquodque sigillatim ἓν ἕκαστον αὐτῶν. Vulgato ad uerbũ, unũquodque eorũ. 22 Multo potius πολλῷ μᾶλλον. Sic Erasmo ut μᾶλλον declaret correctionem potius quam comparationem. Vulgato multo magis, sed illud magis cum comparatiuo necessariora commodè iungi non potest. Infirmissima ἀσθενέστερα. Id est minimarum & abiectissimarum facultatum, ac proinde præ cæteris aspernabilia. Nam ex antecedente intelligitur consequens. Sic 2. Cor. 12. c. 10. Infirmitates uocat ea per quæ ab alijs abiectus & uilis habebatur. Honorẽ ampliorẽ circũponimus τιμὴν περισσοτέραν περιτίθεμεν. Id est, maiore studio tegimus. Est enim ascititiũ ornamentũ quicquid membris injicimus tegẽdæ nuditatis causa: & late patet apud Hebræos uocabulũ honoris, ut uel ex illo præcepto apparet quo iubemur patrẽ & matrẽ honorare.

Nam

Nam quæ sunt decora in nobis, *ijs decore* non est opus: sed Deus simul temperauit corpus, ei cui deerat, copiosiore tributo honore.

24 Τὰ δὲ εὐχήμονά ἡμῶν, οὐ χρείαν ἔχει, ἀλλ' ὁ θεὸς συνεκέρασε τὸ σῶμα, τῷ ὑστερουμένῳ περισσοτέραν δοὺς τιμήν.

Ne sit diſsidium in corpore, sed alia pro alijs idem curent membra.

25 ἵνα μὴ ᾖ σχίσμα ἐν τῷ σώματι, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμνῶσι τὰ μέλη.

Itaque siue patitur unum membrũ, simul dolent omnia membra: siue honore afficitur unum membrum, congratulantur omnia membra.

26 καὶ εἴτε πάσχει ἓν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη· εἴτε δοξάζεται ἓν μέλος, συγχαίρει πάντα τὰ μέλη.

Christi corpus ecclesia Ephes. 4. c. 11.

Vos autem estis corpus Christi, & membra ex parte.

27 ὑμεῖς δέ ἐστε σῶμα χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους.

Et alios quidem constituit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, deinde Prophetas, tertiò Doctores, deinde *constituit* Potestates, deinde dona sanãtium, opitulationes, gubernationes, genera linguarum.

28 καὶ οὓς μὲν ἔθετο ὁ θεὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτον διδασκάλους, ἔπειτα δυνάμεις, εἶτα χαρίσματα ἰαμάτων, ἀντιλήψεις, κυβερνήσεις, γένη γλωσσῶν.

Num omnes, Apostoli? num omnes, Prophetæ? num omnes, Doctores? num omnes *sunt* potestates?

29 μὴ πάντες ἀπόστολοι; μὴ πάντες προφῆται; μὴ πάντες διδάσκαλοι; μὴ πάντες δυνάμεις;

Num omnes donum habẽt sanationum? num omnes linguis loquuntur? num omnes interpretantur?

30 μὴ πάντες χαρίσματα ἔχουσιν ἰαμάτων; μὴ πάντες γλώσσαις λαλοῦσι; μὴ πάντες διερμηνεύουσι;

Ambitis uerò dona potiora? *en* insuper etiam quàm diligentissimè uiam uobis indico.

31 ζηλοῦτε δὲ τὰ χαρίσματα τὰ κρείττονα. καὶ ἔτι καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸν ὑμῖν δείκνυμι.

24 Nam δέ. Id est γάρ, ut alibi sæpe. Videtur enim ita hoc loco commodius explicari, quàm per uerò, uel autem. Simul temperauit *συνεκέρασε*. Vulgata præpositionẽ *συὼ* neglexit: cuius hæc uis est ut multas partes certo temperamento in unum corpus tunctas declaret.

25 Idem curent *Τὸ αὐτὸ μεριμνῶσιν*. id est, ad totius corporis commodum & conseruationem suas functiones conferant. Nam aliquis sigillatim non omnia idem curant, quum aliud sit manus, aliud oculi, aliud pedis officium. Vulg. barbarè, idipsum solicita sint. Eras. eandẽ solicitudinem gerant. 26 Itaque *καί*. Vulg. & Eras. &, ita scilicet ut duo hæc uerba, nempe *συνεκέρασε* & *συμπάσχει* copulentur, non autem *μεριμνῶσιν* & *συμπάσχει*, quia *ἵνα* repetere oporteret *ἀπὸ κοινοῦ*. Ego uerò malo *καὶ* pro *συὼ* accipere, ex Hebræorum idiotismo, qui sic quoque suum illud ו usurpant. Simul dolent *συμπάσχει*. Condolendi uerbũ Latinis nihil amplius quàm simplex dolere significat. Vulg. barbarè, compatiuntur, ut etiam *συγχαίρει* congaudent. Eras. simul patiuntur, non multo melius, si Latinitatem spectes: Raro enim legas pati absolute positum pro dolere siue cruciari. Honore afficitur *δοξάζεται*. siue exornatur, id est *κοσμεῖται*. Eras. ad uerbum, glorificatur. Vulgata, gioriantur, nisi mendum hoc est librariorum.

27 Ex parte *ἐκ μέρους*. Id est aliquatenus. Nã omnes Ecclesiæ per orbẽ dispersæ sunt unius corporis mẽbra. nisi *ἐκ μέρους* accipere libeat pro *κατὰ μέρος*. ac si dicas, pro se quisq; nimirum quisq; pro suæ functionis munere. quæ significatio uidetur præcedentibus & sequentibus accomodatior. Sed tamẽ *ἐκ μέρους* in ea significatione alibi nusquam memini legere. Vulg. membra ex membro, *καὶ μέλη ἐκ μέλους*, ut etiam legit Ambrosius, quasi dicas, membra alia ab alijs pendentia, mutuæ scilicet connexionis uinculo. Et alios quidem *καὶ ὃν μέν*. Hic necesse est anapodoton esse fateamur, cuiusmodi tamen apud idoneos etiam scriptores inueniãt. Nam pro *δεύτερον* uel *ἔπειτα*, dicendum fuerat, *ὃς δὲ* alios uerò, ut cohæreret constructio. Potestates *δυνάμεις*. Id est, qui fungantur facultate edendarum uirtutum. de quibus diximus suprà uersu 10. Neque enim hic de dono ipso agitur, sed de eo qui hac administratione fungatur, ueluti quum magistratum dicimus eum qui est in magistratu. Notandum est autem, hanc administrationem à dono sanationum rursus distingui, itemq; à gubernatione, cui quidem ego ordinariam disciplinam Ecclesiasticam tribuo. Opitulationes *ἀντιλήψεις*. Ita uocat, opinor, Diaconorum & uiduarum ministeria, pauperib. & ægrotis subleuandis destinatorum. Gubernationes *κυβερνήσεις*. Presbyterorum ordinẽ declarat, qui disciplinæ & politiæ Ecclesiasticæ custodes erant, ut alibi diximus. Genera linguarum *γένη γλωσσῶν*. In quibusdam codicibus ueteris editionis additur interpretationes sermonum, id est *ἑρμηνείας γλωσσῶν*. Sic quoq; legit & interpretatur Ambrosius. & sanè hoc adijciendum puto, non modò quia suprà uersu 10. & capite decimoquarto diserte distinguũtur hæc duo, sed etiam quia in repetitione quæ sequitur, utriusque sigillatim fit mentio.

31 Ambitis uerò *ζηλοῦτε δέ*. Vulg. æmulamini, non satis expresse. Erasmus, sectemini. Putauit enim *ζηλοῦτε* positum esse imperandi modo. At mihi omnino uidetur uberior esse sententia & quæ multo melius cohæreat, si cum Vetere interprete accipiamus indicandi modo, & per interrogationem ista efferamus. quam lectionem maximè probant Photius & Theodoritus in Græcis scholijs, ac si dicat Apostolus, Cupitis uerò alijs excellere? en qua uia & ratione uobis liceat maxima cum laude ambitioni indulgere. Est igitur hoc procœmij instar ad futuram tractationem animos Corinthiorum excitans. Itaque ineptè hæc diuulsa sunt à sequenti sectione, contra Græcorum codicum fidem.

En insuper etiam quàm diligentissimè uobis uiam indico. *καὶ ἔτι καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸν ὑμῖν δείκνυμι*. Vulg. Et adhuc excellentiorem uiam uobis demonstro. Eras. Et adhuc his excellentiorem uiam uobis ostendo. Ego uero non uideo qui satis commodè possit *καθ' ὑπερβολὴν* accipi pro *ὑπερβαλοῦσαν*, nisi subaudias *πράττω* per ἡλλειψιν *ἀπὸ τοῦ πολιτοῦ*, quæ ecliplis etiam dura est. Itaque simplicissimè exponere malui pro *δείκνυμι*, & conjungere cum uerbo *δείκνυμι*. Addidi autem aduerbium En, ut melius intelligeretur emphasis enallages in uerbo *δείκνυμι* pro *δείξω*.

Et

A ΚΕΦΑΛ. ιγ.

Ἐὰν ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων λαλῶ καὶ τῶν ἀγγέλων, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, γέγονα χαλκὸς ἠχῶν, ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον.

καὶ ἐὰν ἔχω προφητείαν, καὶ εἰδῶ τὰ μυστήρια πάντα καὶ πᾶσαν τὴν γνῶσιν, καὶ ἐὰν ἔχω πᾶσαν τὴν πίστιν, ὥστε ὄρη μεθιστάνειν, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω οὐδέν εἰμι.

καὶ ἐὰν ψωμίσω πάντα τὰ ὑπάρχοντά μου, καὶ ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμά μου, ἵνα καυθήσομαι, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδὲν ὠφελοῦμαι.

ἡ ἀγάπη μακροθυμεῖ, χρηστεύεται. ἡ ἀγάπη οὐ ζηλοῖ. ἡ ἀγάπη οὐ περπερεύεται, οὐ φυσιοῦται.

οὐκ ἀσχημονεῖ, οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς, οὐ παροξύνεται, οὐ λογίζεται τὸ κακόν,

οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ, συγχαίρει δὲ τῇ ἀληθείᾳ.

πάντα στέγει, πάντα πιστεύει, πάντα ἐλπίζει, πάντα ὑπομένει.

B

CAPVT XIII.

1 Si linguis hominum loquar & angelorũ, Charitas.
charitatem autem non habeam, factus sum æs resonans, aut cymbalum tinniens.

2 Et si habeam prophetiam, & nouerim mysteria omnia omnemq; scientiam: & si habeã totam fidem, adeò ut montes transferã, charitatem autem non habeam, nihil sum.

3 Et si insumam alendis egenis omnes facultates meas, & si tradam corpus meum ut comburar, charitatem autem non habeam, nihil iuuor.

4 Charitas, patiens est, comis est: charitas non inuidet, charitas non est insolens, non inflatur,

5 Nihil ut indecorum fastidit, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum,

6 Non gaudet de iniustitia, gaudet autem iustitia.

7 Omnia sustinet, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

IN CAP. XIII.

1 Et Angelorum καὶ ἀγγέλων. Sic interdum per hyperbolen loquitur Paulus ex hypothesi, maximè emphaseos causa, acsi diceret, Si linguæ essent aliquæ Angelorum, & ego eas tenerem, neque illis uterer ad commodum, proximi, id uerò nil aliud esset quàm inanis & obstrepera loquacitas. Similis est hyperbole Rom. 8. g. 39, ubi quum res omnes creatas, summas, medias & infimas nominasset, addit, neque aria ulla res creata. Item Galat. 1. b. 8, ubi si de malis angelis loquitur, friget atq; adeò absurdus est sermo: sin de bonis, in eos non cadit falsa prædicatio. Relinquitur ergo id quoque dictum esse ὑπερβολικῶς ex hypothesi: ut planè inepti sint qui hoc loco disputant de Angelorum linguis, digni scilicet qui cum Homero potius disserant de lingua illa τῶν ἀθανάτων, cuius sæpe meminit.

Aes χαλκὸς. Vulg. uelut æs, ὡς χαλκὸς contra fidem Græcorum exemplarium, & certè uidetur comparatio magis efficax si particula similitudinis omittatur. Tinniens ἀλαλάζον. Id est inconditum & confusum sonum edens, fictitio uerbo deducto ab incondito uoce ἀλαλά.

2 Totam fidem πᾶσαν πίστιν. Fidem hic accipi pro dono edendorum signorum ut suprà 12. a. 9, apparet ex ipsius effectis, quorum unum commemorat. Sed & pro fide historica quam uocant, accipi potest. quum de Christi omnipotentia persuasos esse oporteat qui in ipsius nomine credunt se posse quiduis efficere. Quum autem & illa improbis multis, ut Matt. 7. c. 22, & ista diabolis quoque tribuatur, ut Iac. 2. d. 19, nõ mirum est separari à charitate ex hypothesi. Fides autem illa iustificans quæ scilicet Dei misericordiam in Christo apprehendit, cogitatione quidé à charitate secerni potest, re ipsa uerò nunquam: quia qui credit, filius Dei fit, Iohan. 1. b. 12. qui autem filius Dei est, agitur Christi Spiritu, Rom. 8. b. 9. unde efficitur, fidem illam à charitate non posse magis diuelli, quàm lucem ab igne, ut Iohan. 2. a. 4. Itaque uel de hac fide non agitur hoc loco, uel certè dicendum est, ex hypothesi duntaxat fieri hanc separationem. ut planè sint inepti qui ex hoc loco simpliciter & categoricè argumentantur. Quod autem attinet ad πᾶσαν (quam particulam urget Pighius cum Sophistis, non significat hoc in loco uniuersalem complexum specierum, sed istius speciei perfectionem declarat, id est totam potius quàm omnem significat: ut Rom. 7. b. 8, & alibi sæpe. Sic C dicitur aliquis omnibus uiribus, omni contentione, omni animo aliquid aggredi. Ne cui tamen imperito imponeret hæc enallage, totam potius quàm omnem dicere malui.

3 Insumam alendis egenis ψωμίσω Propriè τὸ ψωμίζειν declarat cibum concisum & intinctum ueluti in os indere, ut puerulis & ægrotis solemus: pro quo dicimus in uernaculo sermone *apasteler*. Hic uerò significat in eum usum bona auidissime impendere. Vulg. & si distribuero in cibos pauperum. Eras. & si insumam in alimoniam.

Vt comburar ἵνα καυθήσομαι. Quidam codices legunt ἵνα καυχήσωμαι ut glorier, quam lectionem non ineptam puto, ut scilicet significetur qui possint ista Deo non placere: puta si quis hæc fecerit gloriæ cupiditate, non autè Dei aut proximi charitate impulsus. Habet enim etiam diabolus suos martyres.

4 Patiens est μακροθυμεῖ. Id est, ad uerbum, iram differt, uide Matt 18. d. 26. Non est insolens οὐ περπερεύεται id est ἀλαζονεύεται. Alij, non adulatur, οὐ κολακεύει. Alij, non est præceps, οὐ προπετεῖ. Alij, non garrit. Alij, non est leuis & inconstans. Clemens lib. Pædagogi 3, non est fucata. Nam, inquit, σόφρωσύνη ὁ καλλωπισμός. Vulg. non agit perperam: ut uideri possit ad Græcam uocem alluisse. 5 Nihil ut indecorum fastidit οὐκ ἀσχημονεῖ. Vel, ut Eras. non est fastidiosa, id est, nihil fastidit ut sibi non satis decorum, sed demittit sese ad omnia quantumuis uilia: Christi scilicet exemplo, qui uenit ut ministraret: & ipsius Apostoli, qui omnibus factus est omnia. Vul. non est ambitiosa. cuius interpretationis rationem mire non potui. Non quærit quæ sua sunt οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς. Clemens lib. Pædagogi tertio legit οὐ ζητεῖ τὸ μὴ ἑαυτῆς, non quærit quod suum non est.

6 Gaudet autem iustitia συγχαίρει τῇ ἀληθείᾳ. Id est, iustis autem iustitiam gratulatur. Nam præpositio σὺν facit ut iustitia pro hominibus factisque iustis commodius accipiatur. Vulgata & Erasm. ad uerbum, congaudet autem ueritati. Sed apparet ex opposito membro, ueritatis nomine hoc loco iustitiam in genere declarari, ex Hebræorum idiotismo qui אמת in genere accipiunt pro iustitia, & nulla sit uera iustitia quæ non sit fraudis expers. 7 Omnia sustinet πάντα στέγει. Cyprianus de simplicitate prælatorum, tractatu tertio legit, omnia diligit, πάντα φέρει, pro quo dicere malim, in omnibus acquiescit. & sanè mihi magis probatur hæc lectio, de qua etiam diximus suprà capite nono b. uersu duodecimo. Quomodocunque autem legas, sciendum est in istis omnibus particulam πάντα ita restringendam, ut ea demum complectatur quæ ferri, credi, sperari, sustineri bona conscientia possunt ac debẽt. Dixit enim non gaudere iniustitia charitatem.

8 Sed &

ἡ ἀγάπη οὐδέποτε ἐκπίπτει· εἴτε δὲ προφητεῖαι καταργηθήσονται, παύσονται· εἴτε γλῶσσαι, παύσονται· εἴτε γνῶσις καταργηθήσεται.

ἐκ μέρους γὰρ γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν.

ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ τέλειον, τότε τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται.

Paruulus. Vir.

ὅτε ἤμην νήπιος, ὡς νήπιος ἐλάλουν, ὡς νήπιος ἐφρόνουν, ὡς νήπιος ἐλογιζόμην· ὅτε δὲ γέγονα ἀνήρ, κατήργηκα τὰ τοῦ νηπίου.

Βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον· ἄρτι γινώσκω ἐκ μέρους, τότε δὲ ἐπιγνώσομαι, καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην.

8 Charitas nunquam excidit: sed & prophe A
tiæ abolebuntur, & linguæ cessabunt, & cognitio abolebitur.

9 Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus:

10 Postquam autem aduenerit quod perfectum est, tunc quod ex parte est abolebitur.

11 Quũ essem infans, ut infans loquebar, ut infans cogitabam, ut infans sentiebam: postquam autem factus sum uir, aboleui quæ infantis erant.

12 Cernimus enim nunc per speculũ & per ænigma: tunc autem coram *cernemus*. Nunc cognosco ex parte: tunc uerò cognoscam prout edoctus fuero.

8 Sed & prophetiæ abolebuntur εἴτε δὲ προφητεῖαι καταργηθήσονται. Vulg. siue Prophetiæ euacuabũtur. Eras. siue Prophetiæ abolebuntur, admodum obscure, ni post προφητεῖαι adscribas diastolen, ut subaudias ὦσι sint: itẽq; post γλῶσσαι, & post γνῶσις. quam interpunctionem reperi in codicibus tribus. Sed longè planior erit oratio si εἴτε accipias pro καὶ, ut Coloss. 1. c. 20. & infrà 15. b. 11. Et cognitio καὶ γνῶσις. Id est, ratio adipiscendæ scientiæ B
ex prophetia, seu ex aliorum institutione. Neq; enim ipse scientiæ & cognitionis habitus abolebitur, sed perficietur. quod in prophetia & in linguis locum non habet, quæ non perficientur sed prorsus extinguentur. Fuerit autem ualde coacta interpretatio si abolendi uerbum aliter de cognitione quàm de prophetia uel linguis dictum accipias. Deinde si aboleri dicamus quod perficitur, non conueniet charitatis comparatio cum scientia. siquidem dubium nõ est quin charitas quoque ex contemplatione Dei perficiatur: & de modo cognoscendi, non de ipsa scientia hic agi, apparet ex uersu duodecimo. Hæc causa est cur cognitionem quàm scientiam maluerim interpretari. quanquam ne cognitionis quidem nomen mihi satisfacit. Perceptionem aut disciplinam dicere maluissem, nisi horum quoque ambigua esset significatio. Si ausus essem uocabulum fingere, discentiam dixissem. Nam sicut προφητείαι διδαχλίν, ita γνῶσις μάθησιν hoc loco declarat. cuius rei obseruatio neglecta multos interpretes fefellit: adeo ut nonnulli putarint τὸ ἐκπίπτειν non accipi pro excidere, id est deficere & aboleri, sed pro abrumpi: quia uera charitas uitia quidem odit, homines autem ipsos non item. quam interpretationem quanuis parum appositam, secutos esse uideo Chrysostomum & Photium. Quidam paulo aliter explicant pro aberrare siue ὑστερεῖν: quasi dicatur charitas nunquam nos destituere, quum sæpe prophetiæ & scientiæ donum nos destituat, in rebus scilicet abstrusioribus. Sed hæc quoque interpretatio mihi probari non potest, quum non minus imperfecta sit charitas quandiu hic uiuimus, ac fortassis etiam magis quàm prophetia aut scientia, in præstantissimis quoque hominibus.

9 Ex parte ἐκ μέρους. Id est imperfecto modo & ratione discimus, quum doctores etiam ex parte prophetent. Mutua enim est inter docendi & discendi modum relatio. Itaque quum in ipso Deo omnia contemplabimur, quorsum scholæ, quorsum omnia adminicula quibus homo uel doceat uel instruatur? Scientia igitur ipsa non abolebitur, imo perficietur, sed ratio cognoscendi & docendi cedet Dei ipsius contemplationi. Inepti sunt igitur Academici, hoc loco abutentes ut incertam esse doceant doctrinam quam ex uerbo Dei scripto consequimur. Item fanatici Anabaptistæ & Libertini, qui hæc semper habent in ore ut sua somnia imperitis obtrudant. Nam ut alias multas rationes omittam, cogitare saltem debuerant, plenioris reuelationis tempus ab Apostolo in futurum seculum differri, nec scientiam cum scientia, ut res natura & re ipsa diuersas, sed unius & eiusdem scientiæ adipiscendæ modos prorsus & diuersos & impares, inter se ab Apostolo comparari. C

11 Vir ἀνήρ. Hinc apparet in Sacris etiam literis uerum esse quod tradunt grammatici. ἄνδρα id est uirum, interdum esse sexus nomen, ut quum γυναικὶ. i. mulieri, opponitur: interdum maritum significare, ut quando γυναικὶ id est cum uxore confertur: interdum ætatem constantem & integram declarare, ut hoc in loco, & Ephe. 4. c. 13. ubi tamen additur τέλειος explanationis causa. Quartam autẽ significationem, quum scilicet uir nomen est ἀρσενικὸν. i. fortem & magnanimum declarat, non nemini legere in Noui fœderis libris, nisi infrà 16. c. 13. ubi ἀνδρίζεσθαι accipitur pro uirum se præstare. Aboleui quæ erant infantis καταργησα τὰ τοῦ νηπίου. In quibusdam Græcis codicibus excusis, perperam legitur κατήργηκα τὰ τοῦ νηπίου, fortassis pro κατηργήθην τὰ τοῦ νηπίου.

12 Cernimus enim nunc per speculum βλέπομεν ἄρτι δι' ἐσόπτρου. Διὰ hoc in loco idem declarat atque trans, uel intra. Sumpta autem est translatio à speculis quæ non rem ipsam sed eius imaginem intuentibus obijciũt: ac fortassis ad ea respexit Paulus quæ physici de phantasia & intelligentia docent. Cæterum, quia Apostolus sese pro posuit pro exemplo, & in hoc eodem uersiculo sequitur γινώσκω, non γινώσκομεν, malim cum Theodorito περὶ προνοίας λόγῳ 1, legere, ἄρτι γὰρ βλέπω ὡς ἐν ἐσόπτρῳ 1. Nunc enim cerno quasi in speculo. *Et* per ænigma ἐν αἰνίγματι. Vulg. & Eras. in ænigmate. Ego malo ἐν pro διὰ positum esse, ex Hebræorum idiotismo. Theodoritus autem eo loco quem modo citaui, legit καὶ ἐν αἰνίγματι, & per ænigma. quam lectionem maximè synceram esse puto. Videtur enim non una sed duplex esse translatio, una scilicet sumpta ab ijs quæ externis oculorum sensibus, altera ab ijs quę ipsa intelligentiæ facultate usurpantur. Ænigma enim dicitur oratio obscura & quasi inuolucris quibusdã obtecta. Oratio porrò in oculos non incurrit, sed menti obijcitur: ut Paulus fortassis mysteria speculis, uerbi prædicationem ænigmati comparârit. Neque id tamen simpliciter accipiendum est quòd hic dicit Apostolus, sed quatenus ista conferuntur cum re præsenti. i. cum ipsius naturæ Dei contemplatione. prout à re creata Deus ipse cerni potest. Quidam nuper conuertit, per ambages, quàm propriè & accommodatè, ipse uiderit. Coram πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. Vulg. & Eras. ad uerbum, facie ad faciem. i. ut in uernaculo sermone exprimimus, *uis à uis*. Prout edoctus fuero καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην. Particulam καθὼς existimo conuenientiam illam significare quæ est inter institutionem & perceptionem. Nam quo excellentior erit doctor noster, ipse scilicet Deus, & præstãtior docendi ratio, ipsa s. præsentis Dei contẽplatio, addo etiã, quo melior erit nostra cõditio, quũ s. induerimus immortalitatem: eo etiã perfectior erit doctrina. Itaque ἐπεγνώσθην accipitur pro ἰδιολάχθην, ex idiotismo Hebræorum, de quo suprà 8. a. 3. & infrà 8. a. 3. idque in futuro exacto quod Grammatici uocant. Redundat autem particula καὶ, ut suprà admonuimus 10. b. 9. & Iohan. 8. c. 25. Vulg. sicut & cognitus sum. Eras. quemadmodum & cognitus sum. i. ita ut ipse me notum habet ac perspectum, ut sit mutua quædam cognitio, & similitudo tamen potius quàm æqualitas notetur. Alijs potius placet, cognitũ esse, accipi pro approbatũ esse: sicut interdũ accipi cognoscẽdi uerbum annotauimus suis locis.

Nunc

A νυνὶ δὲ μένει πίστις, ἐλπὶς ἀγάπη, τὰ τρία τοῦτα, μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη. 13

Nunc uerò manet fides, spes, charitas, tria hæc: maxima autem illarum charitas. *Charitas*

ΚΕΦΑΛ. ιδ.

Διώκετε τὴν ἀγάπην, ζηλοῦτε δὲ τὰ πνευματικά, μᾶλλον δὲ ἵνα προφητεύητε. 1

Cap. XIIII.

PErsequamini charitatẽ, ambite *dona* spiritualia: magis tamen ut prophetetis. *Prophetia.*

ὁ γὰρ λαλῶν γλώσσῃ, οὐκ ἀνθρώποις λαλεῖ ἀλλὰ τῷ θεῷ· οὐδεὶς γὰρ ἀκούει, πνεύματι δὲ λαλεῖ μυστήρια. 2

Nam qui loquitur lingua, non hominib. loquitur, sed Deo: nullus enim audit, spiritu uerò loquitur mysteria. *Loqui lingua.*

ὁ δὲ προφητεύων, ἀνθρώποις λαλεῖ οἰκοδομὴν, καὶ παράκλησιν, καὶ παραμυθίαν. 3

Qui autem prophetat, hominibus loquitur ædificationem, & exhortationem & cõsolationem.

ὁ λαλῶν γλώσσῃ, ἑαυτὸν οἰκοδομεῖ, ὁ δὲ προφητεύων, ἐκκλησίαν οἰκοδομεῖ. 4

Qui loquitur lingua, seipsum ædificat, qui uerò prophetat, Ecclesiam ædificat.

Θέλω δὲ πάντας ὑμᾶς λαλεῖν γλώσσαις, μᾶλλον δὲ ἵνα προφητεύητε. μείζων γὰρ ὁ προφητεύων, ἢ ὁ λαλῶν γλώσσαις, ἐκτὸς εἰ μὴ διερμηνεύῃ, ἵνα ἡ ἐκκλησία οἰκοδομὴν λάβῃ. 5

Velim autem omnes uos loqui linguis, magis tamẽ ut prophetetis: maior enim qui prophetat, quàm qui loquitur linguis: nisi si interpretetur, ut Ecclesia ędificationem accipiat.

B νυνὶ δὲ ἀδελφοί, ἐὰν ἔλθω πρὸς ὑμᾶς γλώσσαις λαλῶν, τί ὑμᾶς ὠφελήσω; ἐὰν μὴ ὑμῖν λαλήσω, ἢ ἐν ἀποκαλύψει, ἢ ἐν γνώσει, ἢ ἐν προφητείᾳ, ἢ ἐν διδαχῇ, 6

Nunc uerò fratres, si ueniam ad uos linguis loquens, quid uos iuuabo: nisi uobis loquar aut per reuelationem, aut per cognitionem, aut per prophetiam, aut per doctrinam?

ὅμως τὰ ἄψυχα φωνὴν διδόντα, εἴτε αὐλὸς, εἴτε κιθάρα, ἐὰν διαστολὴν τοῖς φθόγγοις μὴ δῷ, πῶς γνωσθήσεται τὸ αὐλούμενον, ἢ τὸ κιθαριζόμενον; 7

Atqui inanima quæ sonum edunt, siue tibia, siue cithara, nisi distinctionem tonis dederint, quomodo cognoscetur quod tibia canitur aut cithara?

13 Nunc Νῦν. Puto νῦν & τότε opponi. i. præsentis uitæ conditionem cum futura. Redit enim ad institutum, aut potius disputationem concludit, acsi dicat, Ea igitur tum erit nostra conditio. Vt uerò nunc sumus, tria nobis adsunt & necessario manent, si modò Christi sumus: inter quæ rursus excellit charitas. Vtitur autem, ni fallor, manendi uocabulo, ut hæc dona ab alijs distinguat, quę scilicet cum religione necessariò non cohærent, nec sunt, ut ita dicam, substantialia. Maxima μείζων. i. μεγίστη, ut in illo uersiculo Catulli, poetæ alioquin indigni cuius nomen hic adsciberem, Hesperę qui luces cęlo iucundior ignis. Sic Matth. 23. a. 11, & Marc. 4. d. 32. & infra 15. c. 19. Quo autem respectu dicatur maxima charitas, ab eruditis interpretibus copiosè explicatum est.

IN CAPVT XIIII.

C 1 Persequamini διώκετε. Vulg. sectamini, nec satis expresse, nec appositè, quum hic sit potius locus imperandi modo. Ambite ζηλοῦτε. i. φιλοτιμεῖσθε. Est enim minus quiddam quàm διώκειν. Vulg. & Eras. æmulemini, haud scio an satis Latinè. Dona spiritualia τὰ πνευματικά. Vide suprà 12. a. 1. Prophetetis προφητεύητε. Quid sit prophetia, apparet ex uersu 3. & diximus Rom. 12. b. 6. Quidam conuertit, uaticinemini, quia fortassis doctrina omnis cælestis necesse est nobis è cælo reueletur. Sed tamen peculiare uaticinandi donum ab hoc munere interpretandi uerbi & Ecclesiæ applicandi distinguendum est.

2 Qui loquitur lingua ὁ λαλῶν γλώσσῃ. uel γλώσσαις. i. linguis. ut in quibusdam codicibus legitur. Lingua autem hoc loco & similibus non declarat locutionis instrumentum, sed idioma peregrinum, quod nemo intelligat nisi interpretatio adiungatur. Spiritu uerò πνεύματι δέ. Id est afflatu quem à Spiritu accepit. Videtur autem hoc respõdere illi quod dixerat, eiusmodi hominem Deo loqui, & οὐδεὶς γὰρ ἀκούει nullus enim audit, explicare τὸ οὐκ ἀνθρώποις λαλεῖ, non loquitur hominibus. Itaque mysteria tum ob eam causam, tum etiam ob id quod sequitur uersu 4, non accipio simpliciter pro rebus occultis propter peregrinum idioma, sed pro Dei arcanis, cuiusmodi scilicet afflabat Spiritus diuinus. quo magis hic erat reprehensione dignus, ut qui cum cœtu non cõmunicaret tam preciosa quæ in hunc usum ã Domino accepisset.

3 Qui autem prophetat ὁ δὲ προφητεύων. Vetus interpres pro δὲ legit γὰρ, sed perperam, quum hæc sit pars altera collationis.

Aedificationem οἰκοδομὴν. Id est, quæ homines promoueant in pietatis cognitione & studio. Vide suprà 8. a. 1.

4 Ecclesiam ἐκκλησίαν. Id est cœtum & congregationem, ut uertit Erasmus. Ego malui uocabulum adeo usitatum retinere. Nam nimium est crassa eorũ ignorantia qui hoc uocabulo nihil nisi templi parietes intelligunt, de quorum ædificio hic non agitur. Vulg. addit, Dei, quod non additur in nostris Græcis, & per se satis intelligitur.

5 Nisi si interpretetur ἐκτὸς εἰ μὴ διερμηνεύῃ. Apparet ex hoc loco & uers. 5. nonomnes potuisse quod peregrina lingua dicerent commodè explicare, uel quòd non semper tenerent eorum idioma quibuscum erant in cœtu, uel potius quòd non omnibus datum sit publicè aliquid enarrare. Neque enim sit mihi probabile, uel Spiritum sic agitasse linguam nonnullorum, ut non intellecta proferrent, furentium instar: uel nonnullos iam tum in eo cœtu nonnulla demurmurasse quæ nec ipsi nec alij intelligerent, ut hodie faciunt qui soli uolunt pro Ecclesia haberi.

6 Aut per reuelationem ἢ ἐν ἀποκαλύψει. Reuelationem, quam, ut opinor, uocauit σοφίαν, id est sapientiam, suprà 12. a. 8, & Hebræi appellant חכמה coniungo prophetiæ, cuius munus est, prout Spiritus animum regit, nõ simpliciter interpretari uerbum, sed corripiendo, hortando, consolando, applicare: ut plane hic opus sit cælesti quodam afflatu quem homines suo marte consequi non possint. Cognitionem autem, id est דעת doctoribus tribuo, quorum officium est ex scripturarum collatione uerbum Domini fideliter explicare, ut in Ecclesia Domini sana doctrina retineatur: quod & ipsum donum Dei est eximium, sed quod Deus per homines & externa adminicula subministrat.

7 Atqui ὅμως. Stapulēsis legit ὁμῶς pro ὁμοίως similiter, quod nusquā memini legere nisi apud poëtas. Puto igitur aduersatiuam esse, sed ita ut non tam cohæreat cum superiore interrogatione, quàm cum responsione Corinthiorum, quæ non exprimitur. quasi scilicet scriptum sit, Quid uos iuuabo, nisi uobis loquar aut per reuelationem, &c, aut per doctrinam? num magna aliqua in re? Atqui inanima, &c. Solent enim in communi sermone ac præsertim in Hebræorum lingua multa eiusmodi subaudiri. quas tamen eclipses nolim admittere, nisi ubi sententia ipsa hoc exposcit. Eras. Quin &, ἀλλὰ λίαν. 9 Significantem σύσημον. Huc pertinet illud Aristotelis περὶ ἑρμηνείας, ἐστι τὰ οὖν ἐν τῇ φωνῇ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων σύμβολα.

A

Etenim si incertum sonum tuba dederit, quis apparabitur ad bellum?

8 καὶ γὰρ ἐὰν ἄδηλον φωνὴν σάλπιγξ δῶ, τίς παρασκευάσεται εἰς πόλεμον,

Ita & uos per linguam nisi significantem sermonē edideritis, quomodo intelligetur quod dicitur? eritis enim in aerē loquentes.

9 οὕτως καὶ ὑμεῖς διὰ τῆς γλώσσης ἐὰν μὴ εὔσημον λόγον δῶτε, πῶς γνωσθήσεται τὸ λαλούμενον; ἔσεσθε γὰρ εἰς ἀέρα λαλοῦντες.

Tot, prout inciderit, genera uocum sunt in mundo, & nihil est mutum.

10 τοσαῦτα εἰ τύχοι, γένη φωνῶν ἐστὶν ἐν κόσμῳ καὶ οὐδὲν αὐτῶν ἄφωνον.

Nisi igitur sciero uim uocis, ero ei qui loquitur, barbarus: & qui loquitur, apud me barbarus *fuerit*.

11 ἐὰν οὖν μὴ εἰδῶ τὴν δύναμιν τῆς φωνῆς, ἔσομαι τῷ λαλοῦντι βάρβαρος, καὶ ὁ λαλῶν, ἐν ἐμοὶ βάρβαρος.

Ita & uos, quandoquidem Spiritus ambitis, ad ædificationem Ecclesiæ quærite ut excellatis.

12 οὕτως καὶ ὑμεῖς, ἐπεὶ ζηλωταί ἐστε πνευμάτων, πρὸς τὴν οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας ζητεῖτε, ἵνα περισσεύητε

Quapropter qui loquitur lingua, oret ut interpretetur.

13 διόπερ ὁ λαλῶν γλώσσῃ, προσευχέσθω, ἵνα διερμηνεύῃ.

B

Nam si orem lingua, spiritus meus orat: sed intelligentia mea est infructuosa.

14 ἐὰν γὰρ προσεύχωμαι γλώσσῃ, τὸ πνεῦμά μου προσεύχεται, ὁ δὲ νοῦς μου ἄκαρπός ἐστι.

Quid igitur est? orabo spiritu, sed psallam etiam intelligentia.

15 τί οὖν ἐστι; προσεύξομαι τῷ πνεύματι, προσεύξομαι δὲ καὶ τῷ νοΐ. ψαλῶ τῷ πνεύματι, ψαλῶ δὲ καὶ τῷ νοΐ.

10 Prout inciderit τύχοι. prout inciderit, inquit, id est παθὼς ἔτυχον, ut Græca scholia exponūt. Nam modò hęc modò illa uox auditur. Vulg. ut puta. Eras. uerbi causa. Certè ad uerbum ὡς τύχοι declarat, si inciderit, ut propriè omnino accipitur infrà 15. c. 37. Potest autem hoc, ni fallor, per epiphonema rectissimè explicari: ut quia tum de inanimorū sonis, tum de hominū linguis differuerat, hoc demū epiphonemate hunc sermonē claudat. Tot sunt, inquit, tamq; multiplices, prout res tulerit, uocū species in mūdo. siquidē in mūdo nihil est mutū, omnib. enim animantib. sua uox est, ipsaq; adeò inanima sonum edunt. Istis porrò commodissimè subtextitur illatio uersiculi 11, quum scilicet tam uariæ sint cuique uoces, habendam necessariò rationem linguæ illius qui loquentem audit, ne alter alteri sit barbarus. Et nihil est mutum καὶ οὐδὲν ἄφωνον. uel uocis expers, scilicet in mundo. quod tamen intellige dictum nonde singulis, sed in genere: quia nimirum mentionem quoque fecerat τῶν ἀψύχων. nec incommodè ἴσως pro casali aut explanatiua particula quam uocant, accipi potest. Scio uerò plerosq; codices legere καὶ οὐδὲν αὐτῶν ἄφωνον. id est ut uertit Erasmus, & nihil eorum mutum. pro quo malim dicere, & nullum eorum mutum, quum γένος repetendum sit ἀπὸ πεντε. Hāc uerò lectionem si admittamus, necesse fuerit ἄφωνον accipere αὐτὶ ἀσήμου καὶ ἀδιαγνώστου id est pro confuso & quod discerni non possit. sicut quasdam literas Græci uocant ἄφωνα γράμματα quod stridorē potius quàm sonū edant, nisi uocales habuerint adiunctas. Sed afflictatè mihi uideret Apostolus dixisse nullum esse φωνῆς γένος ἄφωνον: deinde etiā potius fuisse dicturus, si ea esset huius dicti sententia, καὶ οὐδεμία αὐτῶν ἄφωνος. i. & nulla earum muta, ut potius φωνὴ repeteretur quàm γένος. Postremò, non est hoc prorsus uerum, quum omnia sonorum & linguarum genera possint hac ratione dici ἄφωνα, iis quidem qui non norunt ea distinguere. Denique hoc mihi multo coactius uidetur quàm illud quod sequutus sum, partim ex Veteris interpretis, partim ex trium etiam uetustorum exemplarium fide, in quibus non legitur αὐτῶν, nec etiam apud Clementem lib. Stromateōn primo.

C

11 Apud me barbarus ἐν ἐμοὶ βάρβαρος. In uno codice non erat præpositio ἐν, & rectè quidem, opinor. Barbarum autem uocat, eum cuius sit peregrinum & ignotum idioma. & obliquè perstringit Corinthios, qui ex eo habendi essent pro barbaris unde captabant facundiæ gloriam. Huc pertinet Ciceronis illud Tusc. 5. In his, inquit, linguis quas non intelligimus, quæ sunt innumerabiles, surdi profectò sumus. Item Ouidij uersiculus, Barbarus hic ego sum quia non intelligor ulli. 12 Ita & uos οὕτω καὶ ὑμεῖς. Quidam, ut refert Theophylactus, hęc connectunt cum præcedentibus, ut hic uersiculus incipiat ab ἐπεὶ, sitque hæc sententia, Ita & uos, scilicet barbari eritis inter uos si incognita lingua inter uos utamini.

Spiritus ambitis ζηλωταί ἐστε πνευμάτων Spiritum alibi docuimus pro ipsis spiritualibus donis accipi, ut hoc etiā in loco: nisi fortassis perperam πνευμάτων scriptum est pro πνευματικῶν. 14 Si enim orem lingua ἐὰν γὰρ προσεύχωμαι γλώσσῃ. Id est, si incognito idiomate in Ecclesiastico cœtu preces concipiam, neque adhibeatur interpretatio, ut suprà, Loqui lingua, uers. 2. cuius species est, Orare lingua. Cur enim de priuatis precibus nūc ageret Apostolus à suo proposito aberrans? & sanè de publicis precibus agi apparet ex uersiculis 16. & 19, totaq; adeò orationis serie, & ipso Apostoli scopo. Spiritus meus orat τὸ πνεῦμά μου προσεύχεται. Id est, donum quidem & afflatus Spiritus suas partes agit, sed mihi soli, ut suprà uers. 2. & 4. Alij, ut Erasmus, Spiritum pro uoce accipiunt, coacta interpretatione: quum satis liqueat, quo sensu toto hoc capite Spiritus uocabulum sit accipiendum. Alij, pro intentione quā uocant, ut qui hodie quas uocant Horas canonicas non intellectas, animo tamen precandi, recitant, dici possunt intentione quidem precari, mente uerò & intelligentia non item. Sed nimis foret absurdum credere Spiritum sanctum hoc unquam cuiquam dictasse ut faceret: nec possunt istæ dici preces, sed mera Dei & Ecclesię ludibria.

Sed intelligentia mea est infructuosa. ὁ δὲ νοῦς μου ἄκαρπός ἐστι. Id est, quod ad precantis mentem, siue ad ipsius precationis sententiam attinet, nullus inde fructus ad Ecclesiam redit. Nam infructuosam dici, non ipsius precantis respectu, qui seipsum ædificat, ut suprà, uers. 4, sed Ecclesiæ quæ ex ea nihil iuuetur, apparet ex scopo Apostoli, ac præsertim ex uers. 4. 5, 12, 16, 17, & 19. Intelligentiam autem malui interpretari quàm mentem, aut, ut quidam etiam ineptius fecit, animum: quia non simpliciter declarat mentem, sed quod aliquis in animo suo conceptum, ita proponit ut ab omnibus possit intelligi quos instituat, ut infrà uers. 19. Nam alioqui si pro mente simpliciter ac propriè accipias, quisquis spiritu orat, idem etiā orat mēte, cū seipsum ædificet, ut suprà uers. 4, & rectè gratias agat, infrà uers. 17.

A 15 Etiam intelligentia καὶ τῷ νοΐ. Id est, ita ut etiam mens ab alijs intelligatur, & alios instituam, ut uersu sequenti, & 19. Psallam ψαλῶ. Psallere non est simpliciter canere, sed ad musicum instrumentum, ut uult Augustinus in Psalmos. Sed tamen apud Hebræos זמר quod Græci ψάλλειν uertunt, unde מזמור Psalmus, non aliud declarat quam שיר, id est ore canere, estque diuersum à נגן quod de instrumentis dicitur. Hic quidem accipitur pro canendo gratias agere, ut ex proximo uersiculo apparet. Nam etiam Plinius ad Traianum scribens, Christianos refert solitos ante lucē conuenire, & carmen Christo quasi Deo dicere secum inuicem: instrumenti uerò nullam facit mentionem.

ἐπεὶ ἐὰν εὐλογήσῃς τῷ πνεύματι, ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου, πῶς ἐρεῖ τὸ ἀμὴν ἐπὶ τῇ σῇ εὐχαριστίᾳ; ἐπεὶ τί λέγεις οὐκ οἶδεν·	16	Quandoquidem si benedixeris spiritu, is qui implet locum idiotæ, quomodo dicturus est Amen ad tuam gratiarum actionem? Nam quid dicas nescit. *Benedicere.*
σὺ μὲν γὰρ καλῶς εὐχαριστεῖς, ἀλλ' ὁ ἕτερος οὐκ οἰκοδομεῖται.	17	Nam tu quidē bene gratias agis: sed alius non ædificatur.
εὐχαριστῶ τῷ θεῷ μου, πάντων ὑμῶν μᾶλλον γλώσσαις λαλῶν·	18	Gratias ago Deo meo, quòd magis quam omnes uos, linguis loquar.
ἀλλ' ἐν ἐκκλησίᾳ θέλω πέντε λόγους διὰ τοῦ νοός μου λαλῆσαι, ἵνα καὶ ἄλλους κατηχήσω, ἢ μυρίους λόγους ἐν γλώσσῃ.	19	Sed in Ecclesia malim quinq; uerba intelligētia mea loqui, ut & alios informē, quàm decem millia uerborum lingua. *Pueri malitia.*
B ἀδελφοί, μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσίν, ἀλλὰ τῇ κακίᾳ νηπιάζετε, ταῖς δὲ φρεσὶ τέλειοι γίνεσθε.	20	Fratres ne sitis pueri intelligentia: sed malitia pueri, intelligentia uerò adulti sitis.
ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται. ὅτι ἐν ἑτερογλώσσοις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ, καὶ οὐδ' οὕτως εἰσακούσονταί μου, λέγει κύριος.	21	In Lege scriptum est, Propterea per diuersas linguas *homines* & alia labra loquar populo huic: & ita quoq; me non audient, dicit Dominus.

16 Si benedixeris Spiritu ἐὰν εὐλογήσῃς τῷ πνεύματι. Spiritu scilicet solo, non autem intelligentia. Est enim hoc intelligendum non simpliciter, quasi qui Spiritu benedicit, nunquam possit intelligi: sed ex hypothesi, qua spiritum ab intelligentia separauit. Itaque non rectè fecerunt qui quum hanc hypothesin non considerarent, hoc uocabulum expunxerunt. unde factum ut in quibusdam codicibus non legatur. Cæterùm, benedicere accipi pro gratias agere, liquet ex eo quod subijcitur. Suspicor autem Apostolum attingere celebrandæ Domini cœnæ ritum, & solennem illam gratiarum actionem. de qua libuit subijcere quæ scripsit Iustinus secundo Apologetico, quòd adhunc locum intelligendō, & eos cōuincendos qui peregrinā linguā in Ecclesiæ sacris retinenda putant, magnū momentū habeat. Sic ego illeΤῷ τῶν ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς μενόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται, καὶ τὰ ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων, ἢ τὰ συγγράμματα τῶν προφητῶν ἀναγινώσκεται μέχρις ἐγχωρεῖ. εἶτα παυσαμένου τοῦ ἀναγινώσκοντος, ὁ προεστὼς διὰ λόγου τὴν νουθεσίαν καὶ πρόκλησιν τῆς τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιεῖται. ἔπειτα ἀνιστάμεθα κοινῇ πάντες καὶ εὐχὰς πέμπομεν, καὶ παυσαμένων ἡμῶν τῆς εὐχῆς, ἄρτος προσφέρεται καὶ οἶνος καὶ ὕδωρ. καὶ ὁ προεστὼς εὐχὰς ὁμοίως καὶ εὐχαριστίας ὅση δύναμις αὐτῷ ἀναπέμπει, καὶ ὁ λαὸς ἐπευφημεῖ, λέγων Ἀμήν. καὶ ἡ διάδοσις καὶ ἡ μετάληψις ἀπὸ τῶν εὐχαριστηθέντων ἑκάστῳ γίνεται. Id est, Die qui solis dicitur Prophetarum scriptis recitatur quantum licet. Deinde ubi desstitit qui recitat, antistes orationem habet quæ admonet hortaturq; ad pulchrarum illarum rerum imitationem. Postea omnes una surgimus ac precamur. Postquam autem à precibus desstitimus, profertur panis & uinum & aqua. Tum antistes similiter precatur & gratias agit quanta potest contentione, populusque acclamat, dicens Amen, & ijs super quibus actæ sunt gratiæ, unusquisq; participat.

C Qui implet locum idiotæ ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου. Id est, qui sedet inter idiotas. Oportuit enim ordinē aliquem seruari, nequi ministerio fungebantur, pro doni sui ratione. permixti sederent cum ijs quorum partes erant in cœtu duntaxat audire, & assensum significare. Hos igitur uocat idiotas, quasi priuatos, ut ijs opponantur qui minis strabant: uel ut alioquin illiteratos. i. donis illis excellentibus non præditos. Hinc nimirum orta laicorum & Ecclesiasticorum distinctio, tyrannide Ecclesiam inuadente. Amen ἀμήν. Vnus igitur preces nuncupabat, cuius uerba totus cœtus animo sequebatur dum ad finem uentum esset, tum uerò omnes Amen succinebant. quæ uox est Hebræa, ab eodem uerbo deducta à quo Fides aut Veritas. Est autem duplex illius usus, nempe tum in affirmādo, tum in optando. Itaque alij ex Græcis interpretibus conuenerūt πεπιστωμένως, i. certò & confirmatò, ut ita loquar alij γένοιτο id est fiat. Eiusmodi uero uoces, ut Amen, Aleluia, Hosanna, Sebath fuerunt initio receptæ quod primitiua Ecclesia ex Hebræis magna ex parte esset conflata. Ita factum ut in omnes Ecclesias dimanarent quum ab omnibus intelligerentur. 19 Malim θέλω. Subaudiendum est μᾶλλον potius, de qua ellipsi diximus alibi. Quinque uerba πέντε λόγους. id est pauciss ima. ut sint omnium hominum ineptissimi quide his quinque uerbis contendunt. Cur non uerò etiam de decem millibus uerborum quæ subijcit, & decem millibus pædagogorum, suprà 1. Cor. 4. c. 15.

Informem κατηχήσω. Vide Luc. 1. a. 4. Maluit autem Paulus dicere κατηχήσω quàm οἰκοδομήσω, ut Corinthiorum fastum deprimeret Primum enim ita ostendit separatum esse ad infimum etiam onus subeundum, nimirū ad rudes & imperitos primis religionis elementis imbuendos: deinde etiam linguarum donum ad rudes potius quàm ad eruditos pertinere: quod posteà copiosius explicat. Pendet igitur sequentium cōnexio & iunctura ab istius uerbi propria explicatione 20 Intelligentia ταῖς φρεσὶν Vulg. sensibus, ambigue. Augustinus, mentibus φρόνας autem proprie uocant Græci præcordia. unde factum ut, quum ueteres animum in corde collocarent, hoc nomine mens ipsa cum suis facultatibus ac præsertim intelligendi, ratiocinādi & iudicandi, significaretur. unde Homericum illud σὺν δ' ἐφρεσὶ βάλλεο σῇσι, & τὸ φρονεῖν, φρόνησις. φρόνιμος, & similia. Adulti τέλειοι. Vulg. & Eras. perfecti, nō satis expresse. Persistit enim Paulus in metaphora ab ætate sumpta, qui cum etiam cognitionis & prudentiæ usus accrescit, & peculiari ista significatione τέλειος à Græcis accipitur, diciturq; tum de hominibus tum etiam debrutis, ut docet in cō mentarijs doctiss. Budæus. 21 In Lege ἐν τῷ νόμῳ. Legis uocabulū generaliter hic declarat sacræ doctrinæ libros, ut apud Hebræos תורה ut Psal. 19. c. 9, & alibi passim. Interdum uerò multo angustius accipitur. Propterea per diuersas linguas *homines* & alia labra loq pop. huic ὅτι ἐν ἑτερογλώσσοις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ. Hebræa sic habēt Esa. 28. c. 11, כי בלעגי שפה ובלשון אחרת ידבר אל העם הזה i. Propterea blæsis labris, & lingua alienā loquetur ad populum hunc. Itaque si personæ mutationem demas, (in qua nihil est positum, quum Deus ipse per Prophetas loquatur) duo intersunt duntaxat inter Hebraicam ueritatem & Græcam interpretationem, non eam quā

nunc corruptissima utimur, sed qua usus est Paulus. Primùm quod לשון אחרת .i. lingua aliena priore loco collocauit. nam lingua aliena & diuersæ linguæ homines idē declarant. Verum hæc transpositio nihil addit sententiæ, autde ea detrahit. Alterū quod pro בלעגי שפתי .i. blæsis labris posuit οὐ χείλεσιν ἑτέροις .i. alijs labris. Et sanè fateor Paulum ab Hebræis plerisque interpretibus in eo dissentire. Iti enim hæc putant eo referri quòd qui pueros fari docent, soleant cum illis balbutire: uel ita exprobrari Iudæis eorum infantiam quòd Prophetas non magis intelligant quàm blæsum & balbum solemus. At mihi Pauli authoritas pluris est quàm omnium Rabbinorum, quum præsertim nihil afferre possint cur blæsa labra & alienam seu peregrinam & ignotam linguam commodè non possis pro eodem accipere, ut interpretatus est Paulus: quia scilicet garrire aut balbutire potius quàm loqui nobis uidentur qui nobiscum utunter ignoto sermone. unde & barbari generali nomine fictitio dicuntur. Continent ergo ista, ut opinor, nō expro brationem infantiæ Iudæorum, sed cōminationem grauissimam: qua significet Dominus se ulturum uerbis sui contēptum, & affectatam illorum ignorantiam, sicut prędixerat illis, Deut. 28. c. 49, & uaticinatus est etiam Ieremias 5. d. 15, & Ezechiel 3. a. 5. sicut denique re ipsa ultus est eos Dominus, quum captiui Babylona traherentur. Hinc uerò Paulus rectè colligit, linguarum peregrinarum usum, ita ut eo utebantur Corinthij, signum esse destinatum, non iis qui credunt, sed infidelibus .i. maledictionis qua profanos Dominus ulciscereturA, non benedictionis qua suos erudiret. Itaque eos præpostero hoc usu nihil aliud quàm suorum infantiam prodere quam Dominus sic ulciscereturus. Vtinam uerò istius horrendæ maledictionis Dei domestica exempla nobis nō suppeditarent eæ gentes quæ solæ hodie Christi nomine gloriantur. Et ita quoque me, &c. λαλήσω τοῖς εἰσ ἀκούσονταί μου, λέγει Κύριος. Id est, & hac quoque ratione futurum est ut eorū ignorantia augeatur. Est enim, ut dixi, in ijs uerbis grauissima Domini comminatio. Vulg. & nec sic exaudient me. Eras. & ne sic quidem exaudient me. quæ interpretatio quanuis Græcis satis respondeat, tamē conuenire non potest: quum ignota lingua loqui, non sit beneficium quo Deus homines erudiat, sed maledictio potius qua ingratos ulciscatur. Neque mihi uidetur commodè dici posse linguarum donum fuisse signum quo deus uoluerit rudes adhuc & imperitos percellere, ut rei nouitate attoniti Euangelium audirēt. Id enim ut uerum sit, tamen ex illo Esaiæ loco certè elici nec potest nec debet, & a Paulo satis liquet hoc linguarum donum considerari nō simpliciter & in sese, sed quatenus eo abutebantur Corinthij. Cæterum totum hoc, & ita quoque me non exaudient, additum est à Paulo ad illustrandum Prophetæ locum, id est ut consilium Dei exponat. Neque enim anxiè solent Apostoli syllabas numerare in citandis Scripturæ testimonijs: ut qui sint eodem spiritu præditi quo & ipsi Prophetæ. Illud uerò λέγει Κύριος dicit Dominus, satis notum est omnibus ferè solere prophetijs attexi.B

Linguæ igitur sunt signum, non ijs qui credunt, sed infidelibus: Prophetia uerò non infidelibus, sed credentibus.

22 Ὥστε αἱ γλῶσσαι εἰς σημεῖόν εἰσιν, οὐ τοῖς πιστεύουσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀπίστοις. ἡ δὲ προφητεία οὐ τοῖς ἀπίστοις, ἀλλὰ τοῖς πιστεύουσιν.

Si igitur conuenerit Ecclesia tota in unū, & omnes linguis loquantur: ingrediantne aūt idiotæ aut infideles, nónne dicēt uos furere?

23 ἐὰν οὖν συνέλθῃ ἡ ἐκκλησία ὅλη ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ πάντες γλώσσαις λαλῶσιν, εἰσέλθωσι δὲ ἰδιῶται ἢ ἄπιστοι, οὐκ ἐροῦσιν, ὅτι μαίνεσθε;

Sed si omnes prophetent, ingrediatur autem infidelis quispiam aut idiota: arguitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus:

24 ἐὰν δὲ πάντες προφητεύωσιν, εἰσέλθῃ δέ τις ἄπιστος ἢ ἰδιώτης, ἐλέγχεται ὑπὸ πάντων, ἀνακρίνεται ὑπὸ πάντων,

Et ita occulta cordis eius manifesta fiunt: atq; ita procidēs in faciem, adorabit Deum, renuntians quòd Deus uerè in uobis sit.

25 καὶ οὕτως τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας αὐτοῦ φανερὰ γίνεται, καὶ οὕτως πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον, προσκυνήσει τῷ θεῷ ἀπαγγέλλων, ὅτι ὄντως ὁ θεὸς ἐν ὑμῖν ἐστί.

Quid igitur est, fratres? quoties conuenitis, quisq; uestrùm canticum habet, doctrinā habet, linguam habet, reuelationem habet, interpretationem habet. omnia ad ędificationem fiant:

26 Τί οὖν ἐστιν, ἀδελφοί; ὅταν συνέρχησθε, ἕκαστος ὑμῶν ψαλμὸν ἔχει, διδαχὴν ἔχει, γλῶσσαν ἔχει, ἀποκάλυψιν ἔχει, ἑρμηνείαν ἔχει. πάντα πρὸς οἰκοδομὴν γινέσθω,C

Siue lingua quis loquitur, *fiat* per binos, aut *ad* plurimum ternos, & uicissim: unus autem interpretetur.

27 εἴτε γλώσσῃ τις λαλεῖ, κατὰ δύο, ἢ τὸ πλεῖστον τρεῖς, καὶ ἀνὰ μέρος, καὶ εἷς διερμηνευέτω,

Quòd si non sit interpres, taceat in Ecclesia *qui loquitur lingua*, sibijpsi uerò loquat & deo.

28 ἐὰν δὲ μὴ ᾖ διερμηνευτὴς, σιγάτω ἐν ἐκκλησίᾳ, ἑαυτῷ δὲ λαλείτω καὶ τῷ θεῷ.

Prophetæ autem duo aut tres loquantur & alij diiudicent.

29 Προφῆται δὲ δύο ἢ τρεῖς λαλείτωσαν, καὶ οἱ ἄλλοι διακρινέτωσαν.

Quòd si alij fuerit reuelatum assidenti, prior taceat.

30 ἐὰν δὲ ἄλλῳ ἀποκαλυφθῇ καθημένῳ, ὁ πρῶτος σιγάτω.

Potestis enim sigillatim omnes prophetare, ut omnes discant, & omnes consolationem accipiant.

31 Δύνασθε γὰρ καθ' ἕνα πάντες προφητεύειν, ἵνα πάντες μανθάνωσι, καὶ πάντες παρακαλῶνται.

Et spiritus Prophetarum Prophetis subiiciuntur.

32 καὶ πνεύματα προφητῶν προφήταις ὑποτάσσεται.

22 Sunt signum σημεῖον εἰσίν. Σημεῖον, id est אות uocat scriptura insigne aliquod Domini factum, siue quo consoletur, siue eriam quo puniat, ut Deut. 28. d. 37. Vulg. in signum. Eras. signi uice. 23 Idiotæ ἰδιῶται uel, ut Eras. indocti. Vide Act. 4. c. 13. 26 Quisque ἕκαστος. Id est, alius quidem psalmum habet, alius doctrinam, &c. Sic enim resoluendum est τὸ ἕκαστος, nequis singulos putet omnibus istis donis fuisse præditos, 27 Ad plurimum τὸ πλεῖστον Eras. ad summum. Vulg. ut multum, barbarè: ut illud quòd κατὰ δύο uertit secundum duos, pro bini: & ἀνὰ μέρος per partes, pro uicissim. 31 Consolationem accipiant παρακαλῶνται. Vel exhortationem accipiant, Nam τὸ παρακαλεῖν tum hortari, tum consolari declarat. 32 Spiritus Prophetarum πνεύματα προφητῶν. Id est doctrina quam asserunt

A ὁ γὰρ θεὸς οὐκ ἀκαταστασίας ὁ θεὸς, ἀλλ' εἰρήνης 33
ὡς ἐν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις τῶν ἁγίων.

αἱ γυναῖκες ὑμῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις σι- 34
γάτωσαν. οὐ γὰρ ἐπιτέτραπται αὐταῖς λαλεῖν,
ἀλλ' ὑποτάσσεσθαι. καθὼς καὶ ὁ νόμος λέγει.

εἰ δέ τι μαθεῖν θέλουσιν, ἐν οἴκῳ τοὺς ἰδίους 35
ἄνδρας ἐπερωτάτωσαν. αἰσχρὸν γάρ ἐστι γυ-
ναικὶ ἐν ἐκκλησίᾳ λαλεῖν.

ἢ ἀφ' ὑμῶν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ἐξῆλθεν; ἢ εἰς ὑ- 36
μᾶς μόνους κατήντησεν;

εἴ τις δοκεῖ προφήτης εἶναι, ἢ πνευματικὸς, 37
ἐπιγινωσκέτω ἃ γράφω ὑμῖν, ὅτι κυρίου εἰσὶν ἐντολαί.

εἰ δέ τις ἀγνοεῖ, ἀγνοείτω. 38

ὥστε ἀδελφοί, ζηλοῦτε τὸ προφητεύειν, καὶ 39
τὸ λαλεῖν γλώσσαις μὴ κωλύετε.

πάντα δὲ εὐσχημόνως, καὶ κατὰ τάξιν γινέσθω. 40

ΚΕΦΑΛ. ιε.

Γνωρίζω δὲ ὑμῖν ἀδελφοὶ τὸ εὐαγγέλιον, ὃ 1
εὐηγγελισάμην ὑμῖν, ὃ καὶ παρελάβετε,
ἐν ᾧ καὶ ἑστήκατε.

B δι' οὗ καὶ σώζεσθε, τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην 2
ὑμῖν, εἰ κατέχετε, ἐκτὸς εἰ μὴ εἰκῇ ἐπιστεύσατε.

παρέδωκα γὰρ ὑμῖν ἐν πρώτοις, ὃ καὶ παρέλα- 3
βον, ὅτι Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν
ἡμῶν, κατὰ τὰς γραφὰς,

καὶ ὅτι ἐτάφη, καὶ ὅτι ἐγήγερται τῇ τρίτῃ 4
ἡμέρᾳ, κατὰ τὰς γραφὰς,

Non enim est cõfusionis *author* Deus, sed pacis, ut in omnibus Ecclesiis sanctorum.

Mulieres uestræ in cœtibus sileant: nec enim permissum est eis ut loquantur: sed *imperatur* ut subditæ sint, sicut & Lex dicit.

Quòd si quid discere uolunt, domi suos uiros interrogent. nam turpe est mulieribus in cœtu loqui.

An à uobis sermo Dei profectus est? an ad uos solos deuenit?

Siquis uidetur Propheta esse, aut spiritualis, agnoscat quæ scribo uobis quòd Domini sint mandata.

Qui uerò ignarus est, ignarus esto.

Itaq; fratres, hoc ambite, ut prophetetis, & loqui linguis ne uetueritis.

Omnia uerò decenter & ordine fiant.

Cap. XV.

Ecce porrò uobis declaro, fratres, Euangelium quod euãgelizaui uobis, quod & accepistis, in quo & statis,

Euangelium à Paulo prædicatum.

Per quod etiam, si retinetis quo sermone uobis euangelizauerim, seruamini nisi si frustra credidistis,

Tradidi enim uobis in primis quod & acceperam: quòd *scilicet* Christus mortuus sit pro peccatis nostris, secundum Scripturas:

Et quòd sepultus sit: & quòd suscitatus sit tertio die, secundum Scripturas:

afferunt Prophetæ tanquam Spiritu Dei suggerente. Sunt enim multi pseudoprophetæ, sunt falsi afflatus, qui ipsis uéris alioquin Prophetis imponant. Ideo iubet etiam Iohannes probari Spiritus, an ex Deo sint scilicet. Nam quod ex Deo esse constiterit, hominum probatione non eget 1. Iohan. 4. a. 1. 33 Sanctorum τῶν ἁγίων. In uno codice additum inuenimus διδάσκω. doceo fortassis ex capite 4. d. 17. 34 In cœtibus ἐν ἐκκλησίαις. Vulg. in Ecclesijs, non satis aptè hoc in loco, & in sequenti etiam uersiculo, quòd mulier etiam in Ecclesia sit, Id est ex fidelium numero, quũ domi est, nec tamen silere iubeatur nisi in publico Ecclesiæ cœtu. Sed *imperatur* ut subditæ sint, ἀλλ' ὑποτάσσεσθαι. Subaudiendum est cognatæ significationis uerbum, ut & alibi diximus. Sic 1. Tim. 4. a. 3, quum præcessisset κωλυόντων γαμεῖν, prohibentium matrimonium contrahere, subijcitur ἀπέχεσθαι βρωμάτων ἃ ὁ θεὸς ἔκτισε μεταλαμβάνειν μετ' εὐχαριστίας, & iubentium abstinere. Duo codices scriptum habebant, ὑποτασσέσθωσαν subiiciantur. 37 Spiritualis πνευματικός. Id est, in rebus spiritualibus cognoscendis ac dijudicandis eruditus: cui opponitur tum carnalis, tum qui adhuc infans est in Christo, ut suprà 3. a. 1. 38 Ignarus esto ἀγνοείτω. Vulg. ignorabitur, quam lectionem sequuntur cõmentaria Hieronymo inscripta, & Ambrosius quoque, referens ad id quod scriptum est Matth. 7. d. 23. Sed & in uno Græco codice scriptum inuenimus, ἀγνοεῖται, ignoratur. Mihi uero magis arridet recepta lectio, quæ fortassis ita commodissimè potest explicari, acsi diceret Apostolus, Qui inter uos præditus est intelligentia, is agnoscat, ea quæ dico, à Spiritu Dei proficisci: itaque hæc nostra sedulo obseruet: qui uerò ignarus est, ignarus esto, id est hanc suam ignorantiam agnoscat, neque turbet Ecclesiam, sed peritiorum iudicio acquiescat. Vnde enim turbæ magna ex parte, nisi quòd imperiti nolunt imperiti esse, sed peritiorum locum occupant? Cæterum τὸ ἀγνοεῖν non uerti ignorare cum Vetere interprete & Erasmo, quia absolutè ponitur, ut apparet ex antithesi: qua de re diximus suprà 12. a. 1. C

40 Decenter εὐσχημόνως. Id est κατὰ τὸ πρέπον, ut etiam accipi diximus τὸ εὔσχημον suprà f. 15. 35 & 36. Fiant γινέσθω. Vetus interpres addit in uobis, ἐν ὑμῖν.

IN CAPVT XV.

1 *Ecce* porro uobis declaro γνωρίζω δὲ ὑμῖν. Huiusmodi transitionibus uti solet Apostolus quæ sint præfationis instar, ut suprà 11. c. 17. Pertinet igitur hoc proœmium ad ea de quibus dicturus est. ideoque addidi particulam *ecce* ut intelligeretur emphasis uerbi γνωρίζω pro γνωρίζω, sicut suprà 12. d. 31. Deinde γνωρίζω nõ uerti Notũ facio, cum Erasmo & Vetere interprete, ut & nos sæpe sumus interpretati. Neque enim ad illos de re noua aut inaudita scribit, ut ipse diserte significat, sed hoc ipsum illis declarat & explicat quod antè audierant.

In quo & statis ἐν ᾧ καὶ ἑστήκατε. Id est, quod adhuc etiam profitemini, uel, per quod etiam datum est uobis ut erecti stetis: sicut eadem formula accipitur Ro. 5. a. 2, & standi uerbum suprà 10. c. 12. Sed & præterito tempore possumus interpretari ad uerbum, ἑστήκατε stetistis. acsi dicat Apostolus, se proponere quod nõ simpliciter sint amplexi, sed ita ut ad hoc tempus in eo constanter perseuerarint. quo turpior erit inconstantia, si nunc defecerint.

2 Si retinetis quo sermone uobis euangelizauerim τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην ὑμῖν εἰ κατέχετε. Manifesta est translectio, quæ in Latino sermone minus est usitata, ac proinde obscurior quàm in Græco. Smiles autem alias annotauimus Iohan. 8. d. 25, Act. 1. a. 2, Ro. 8. a. 3, item suprà 14. g. 37, & infrà uers. 12, & sparsim alijs multis locis. Cæterùm τίνι λόγῳ. Quo sermone, non locutionis formam, sed doctrinæ ipsius substantiam declarat, & τὸ εὐαγγελίζεσθαι, quod uerbum libenter retinuimus, absolutè ponitur pro κηρύττειν. 1. prædicare, ut conuertit Vetus interpres. Nisi si frustra credidistis εἰκῇ ἐπιστεύσατε. Hoc pertinet ad uerbum σώζεσθε seruamini, non ad κατέχετε retinetis. Nam argumẽtatur ab absurdo: uel ipsos scilicet frustrà credidisse Euangelio, quod prõ absurdo & ἀδιανόητον assumit,

a I fideles scilicet scribens: uel eorum salutem in eo Euangelio esse positam, cuius inquit Euangelij uel præcipuum ca A
put est resurrectio mortuorum. Quibusdam placet subaudire copulam, ex Hebræorum idiotismo, quasi scriptum sit
καὶ ἐπτὸς ἐμοί, & nisi. Sed hac ratione urideretur τοῖς ἐπτὸς redundare.

Et quòd uisus sit Cephæ, deinde duode- 5 καὶ ὅτι ὤφθη Κηφᾷ, εἶτα τοῖς δώδεκα·
cim illis:

Postea uisus sit plus quàm quingentis fra 6 ἔπειτα ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελ-
tribus semel: ex quibus pleriq; manent usq; φοῖς ἐφάπαξ, ἐξ ὧν οἱ πλείους μένουσιν ἕως ἄρ-
adhuc, quidam autem obdormierunt. τι, τινὲς δὲ καὶ ἐκοιμήθησαν.

Postea uisus est Iacobo: deinde Apostо- 7 ἔπειτα ὤφθη Ἰακώβῳ, εἶτα τοῖς ἀποστόλοις
lis omnibus. πᾶσιν.

Paulo uisus Christus. Vltimo uerò omnium, uelut abortiuo, ui 8 Ἔσχατον δὲ πάντων ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι
sus est etiam mihi. ὤφθη κἀμοί.

Ego enim sum minimus Apostolorum, 9 ἐγὼ γάρ εἰμι ὁ ἐλάχιστος τῶν ἀποστόλων, ὃς οὐκ
qui non sum dignus qui uocer Apostolus, εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος, διότι ἐδίωξα
propterea quòd persecutus sum Ecclesiã Dei τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ.

Sed gratia Dei sum id quod sum: & gratia 10 χάριτι δὲ θεοῦ εἰμι, ὅ εἰμι· καὶ ἡ χάρις αὐτοῦ ἡ εἰς ἐμὲ, οὐ B
eius in me *profecta* nó fuit inanis, sed amplius κενὴ ἐγενήθη, ἀλλὰ περισσότερον αὐτῶν πάν-
quàm illi omnes laborau i: nó ego tamen, sed των ἐκοπίασα· οὐκ ἐγὼ δὲ, ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ θεοῦ,
gratia Dei quæ mecum *est*. ἡ σὺν ἐμοί.

Et ego igitur & illi ita prædicamus, & ita 11 εἴτε οὖν ἐγὼ, εἴτε ἐκεῖνοι, οὕτως κηρύσσομεν,
credidistis. καὶ οὕτως ἐπιστεύσατε.

Quòd si Christus prædicatur ex mortuis 12 εἰ δὲ Χριστὸς κηρύσσεται, ὅτι ἐκ νεκρῶν ἐγή-
suscitatus esse, quomodo dicunt quidam in γερται, πῶς λέγουσί τινες ἐν ὑμῖν, ὅτι ἀνάστα-
ter uos, non esse resurrectionem mortuorũ? σις νεκρῶν οὐκ ἔστιν;

Christus primus resurrexit: omnes per ipsum resurgent. Nam si resurrectio mortuorum non est, 13 εἰ δὲ ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ Χριστὸς
Christus quoq; non est suscitatus. ἐγήγερται.

Quòd si Christus nó est suscitatus, inanis 14 εἰ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, κενὸν ἄρα τὸ κή-
uidelicet est prędicatio nostra, inanis autem ρυγμα ἡμῶν, κενὴ καὶ ἡ πίστις ὑμῶν.
est & fides uestra.

Reperimur autem & falsi testes Dei: quo- 15 εὑρισκόμεθα δὲ καὶ ψευδομάρτυρες τοῦ θεοῦ,
niam testificati sum⁹ de Deo, quòd suscitarit ὅτι ἐμαρτυρήσαμεν κατὰ τοῦ θεοῦ, ὅτι ἤγειρε τὸν
Christum: quem non suscitauit, si uidelicet Χριστὸν, ὃν οὐκ ἤγειρεν εἴπερ ἄρα νεκροὶ οὐκ ἐγεί-
mortui non suscitantur. ρονται.

Nam si mortui non suscitantur, Christus 16 εἰ γὰρ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, οὐδὲ Χριστὸς ἐ- C
quoq; non est suscitatus. γήγερται.

5 Duodecim illis τοῖς δώδεκα. Id est selectis illis Apostolis qui uulgò dicebantur οἱ δώδεκα, adeò ut tum quoq; nomen maneret, quum expuncto Iuda, & nondum allecto Matthia, undecim tantum essent: ueluti communi loquendi consuetudine, etiamsi ex XXIIII uiris sex aut septem duntaxat conuenerint in Senatum, dicentur tamen XXIIII uiri conuenisse. Itaque non est quòd corruptè scriptum esse putemus δώδεκα pro ἕνδεκα. i. duodecim pro undecim, in tanto codicum consensu, quum præsertim ueteres, ut Chrysostomum & Augustinum, ita legisse cõstet, ut qui in hoc expediendo nodo, laborent. Ambrosius tamen legit undecim, & quidem expresso articulo, quem non recte omisit, Vetus interpres!

6 Plus quam quingentis ἐπάνω πεντακοσίοις. Ad uerbum, suprà quàm quingentis, si uerum est quod admonet Erasmus, subaudiri ἤ. i. quàm, ut quum dicimus, plus mille. quum alioquin ἐπάνω secundo casu iungatur, ut Marc. 14.a.5. hic uerò non potuit scribi ἀδελφῶν, propter uerbum ὤφθη. Quid si uerò scriptum erat ἐπάνω ἢ ἀδελφοὶς τ. πεντήκοντα. i. quinquaginta? Nam certe mirum est quingentos hic fratres commemorari, quum posteacoacto uniuerso cœtu in ipsa urbe Hierosolymorum (in qua una tum uidetur fuisse species Ecclesię) numerentur duntaxat centum & uiginti, Act. 1.c.15. Sed tamen in tanto codicum & ueterum interpretum cõsensu nihil uolui mutare ex coniectura Chrysostomus uerò ἐπάνω interpretatur ἀνωθεν. i. cælitus, siue è sublimi, quasi scilicet ista sint ad ascensionem referenda. Verum si hæc interpretatio admittatur, necesse fuerit dicere, uel Apostolum neglexisse historiæ ordinẽ, uel duplicem illam apparitionem cuius sit mentio uersu 7. post ascensionem contigisse, ut & illam Pauli. quorum neutrum concesserо, nisi quis idoneas rationes afferat:

Semel ἐφάπαξ Id est, non diuisim, sed unà, eodemque tempore. pro quo dicimus in uernaculo nostro sermone *à une fois*. Vulg. & Eras. simul, ἅμα.

9 Dignus ἄξιος. Eras. idoneus. Vide Matth. 3.c.11. 10 Gratia Dei quæ mecum est ἡ χάρις θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί. Vulg. gratia Dei mecum, neglecto articulo: cuius uim obseruauit etiam Hieronymus aduersus Pelagianos. Certè inepti sunt Sophistæ qui ex hoc insigni loco, ineptè conuerso, uolunt liberi arbitrij meritum stabilire. nam etiamsi non esset adscriptus articulus, debuerant animaduertere, Paulum ita seipsum facere gratiæ administrum, ut nihil sibi prorsus tribuat. Sic enim laboraui, inquit, ut tamen non ego, sed gratia Dei quæ mihi adfuit, & per quam sum quicquid sum, per me effecerit. 11 Et ego igitur εἴτε μοὺ οὖν ἐγὼ Iterum εἴτε pro καὶ ut suprà 13.c.8.

13 Nam si resurrectio εἰ δὲ ἀνάστασις. Vulg Si autem. Eras. Porrò si, &c. Sed præstat hic quoq; accipere δὲ pro γάρ.

15 De Deo κατὰ τοῦ θεοῦ. Sic usurpant Dialectici hãc præpositionem, ubi de subiecto & prædicato disserunt.

Vulg.

A Vulg. aduersus Deum, nam hoc certè in Dei iniuriam redundat quod ei falso tribuitur. Alia à Deo. Nam κατὰ interdum idem declarat quod ἀπὸ uel ἐκ, ut Matth. 8. d. 32. Marc. 5. b. 13. & Luc. 8. c. 33. κατὰ τὸ κρημνοῦ, sed addito uerbo ὥρμησε. ex quo facile deprehendi possit ea significatio. Itaque hæc interpretatio mihi uidetur nonnihil coacta, si huius particulæ uerum usum spectes.

εἰ δὲ χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, ματαία ἡ πίστις ὑμῶν. ἔτι ἐστὲ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν. 17 Quòd si Christus non est suscitatus, inanis est fides uestra: adhuc estis in peccatis uestris.

ἄρα καὶ οἱ κοιμηθέντες ἐν χριστῷ, ἀπώλοντο. 18 Nempe & qui obdormierunt in Christo, perierunt.

εἰ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ ἠλπικότες ἐσμὲν ἐν χριστῷ μόνον, ἐλεεινότεροι πάντων ἀνθρώπων ἐσμέν. 19 Si in hac solum uita spem in Christo habemus, miserrimi omnium hominũ sumus.

νυνὶ δὲ χριστὸς ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν, ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων ἐγένετο. 20 Nunc autẽ Christus suscitatus est ex mortuis: primitiæ eorum qui obdormierunt.

ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν, 21 Postquam enim per hominem mors, per hominem quoq; resurrectio mortuorum. Coloss. 1. c. 8. 1 apoc. 1. b. 5

ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτως καὶ ἐν τῷ χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται. B 22 Sicut enim per Adam omnes moriuntur, ita & per Christum omnes uiuificabuntur:

ἕκαστος δὲ ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι, ἀπαρχὴ χριστός, ἔπειτα οἱ τοῦ χριστοῦ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ. 23 Vnusquisque autem suo ordine: primitiæ Christus *resurrexit*, posteà ij qui sunt Christi, in aduentu ipsius *resurgent*. 1. Thes. 4. d 15

εἶτα τὸ τέλος, ὅταν παραδῷ τὴν βασιλείαν τῷ θεῷ καὶ πατρί, ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν, καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν, καὶ δύναμιν. 24 Deinde *erit* finis, quũ tradiderit regnum Deo ac Patri: quum aboleuerit omnem potestatem & uirtutem. Psal. 110. 1. 1 act. 2. c. 34 heb. 1. d. 13 & 10. c. 13

17 Adhuc ἔτι. Vulg. adhuc enim, ἔτι γάρ quæ lectio mihi non displicet. Esse autem in peccatis, declarat sanctificatum non esse, nec peccatorum remissionem cõsequutum. Pendet enim nostra uiuificatio à Christi resurrectione, ut Rom. 6, a. 4. mortificatio & peccatorum remissio à morte. Mors autem Christi inefficax est, si in morte mansit.

19 Solùm μόνον. Notanda est in primis traiectio huius particulæ, qualis est Ro. 4. d. 16. ita scilicet ut cohæreat cum ταύτῃ, sicut nos coniunximus. Nam alioquin minimè reprehenderentur qui in solo Christo spem suam in hac uita collocant. Cæterum, in hac uita, declarat huius uitæ gratia, siue, ita ut hæc fides aliud quàm hanc uitam non respiciat. Miserrimi ἐλεεινότατοι. Id est ἐλεεινότατοι, ut suprà 13. d. 13. 20 Primitiæ eorum qui obdormierunt, Erasmus improprie conuertisse πεκοιμημένων qui dormierant: & puto expungendum uerbum ἐγένετο quod in co conuertas, & primitiæ eorum qui obdormierunt, factus est. Vetus certè interpres non legit, & in uno ex nostris exemplaribus comperimus non addi. 22 Omnes uiuif. πάντες ζωοποιηθήσονται. Quidam, omnes reuiuiscent. Sed nodi nõ exprimit. Tanti est momẽti uestigijs Apostoli potius insistere, quàm uerba quædam ut parum Latina refugere. Cæterum quod dicit omnes per Christum uiuificatum iri, dextrè intelligendum est. Neque tamen difficilis est huius loci explicatio. Liquet enim tum ex superioribus, ueluti ex illis absurdis ex quibus Apostolus duxit argumenta, tum ex ijs quæ subijcit ac præsertim de corporibus cum gloria resurrecturis: ex iis inquam liquet Apostolum solis fidelibus ista scribere, & de illorum duntaxat resurrectione disserere. Nam alioqui si negotium illi fuisset cum Epicureis longè alia adhibuisset argumenta. Risissent enim illi hæc omnia, & Christum non resurrexisse, uanam esse hanc prædicationem ac fidem, stultos esse Apostolos dixissent, ac proinde elusissent omnia Pauli argumenta. Itaq; τὸ παθὸλε C hic quoque ut aliquoties in hac eadem epistola, ueluti 8. a 1. & 9. d. 25. & 10. g. 33. restringendum est ad id de quo agitur: idque non in hoc tantum membro, sed etiam in altero superiore isti opposito faciendum censeo. Quantùs enim uniuersaliter & sine exceptione uerum sit omnes in Adamo mori, tamen par est ut idem signum in utroque comparationis eiusdem membro, simili ratione explicetur.

23 Primitiæ Christus *resurrexit* ἀπαρχὴ χριστός. Addendum putaui omnino uerbum præteriti temporis hoc in loco, ut fanaticorum quorundam somnio occurratur, qui deprauatè supplent hunc locum, quasi scilicet Christus nondum surrexerit, sed in ultima resurrectione primus sit resurrecturus. Ea fortasis causa fuit cur in superiore uersiculo Ruffinus symbolum exponens, legerit uiuificantur, non uiuificabuntur.

24 Quum tradiderit, &c. ὅταν παραδῷ, &c. Quomodo perspicuè possit totus hic locus explicari, paucis dicã, in lectoris gratiã. Christus homo & Ecclesiæ caput Dei respectu dicit Deo subiectus: mũdi uerò respectu, regnat: quia fi ministerio suo defunctus & ad dextrã Patris euectus, omnẽ potestatẽ accepit in cælo & interra qua ratione rũ est aũt illud Christi regnum tum in gubernãdis fidelibus, ut magnificè describit Apostolus Ephe. 4. tum in debellandis aduersarijs, inter quos etiam mors diserte numeratur ab Apostolo, ut scilicet ad resurrectionem mortuorum ista descriptio accommodetur. Debellatis igitur cunctis ad unum hostibus sublatisque omnibus illis gradibus qui illi regno & administrationi seruiebant, fidelibus denique uictoriam adeptis & capiti suo prorsus coniunctis, cessabit scilicet illud regnum quod inferiorum respectu obtinebat: idque nulla cum Christi imminutione, sed summa cum gloria: ut si quis præses prouinciæ, re omni prosperè confecta, domum rediret ad triumphum. Tunc igitur Christus homo iam integer, i. cum membris suis omnibus (quæ uocat Apostolus Christi πλήρωμα, Ephe. 1. d. 23) Deo plene subijcietur, ut omnes plenè Dei gloria impleantur, omnes, inquam, nullo medio interposito uelo, Dei contemplatione fœlices ac beati in æternũ perfruantur. Nam quo propior erit ista subiectio, eo maior erit fœlicitas. Interim uerò Christus semper eminebit, tum quia Deus est Patri in omnibus cum Spiritu sancto æqualis, tum quia Ecclesiæ caput, sed quæ tum erit cum eo cohæres, ac proinde non tam illi subiecta, quàm cum eo coniuncta, idque prorsus gratis. Deo ac patri τῷ θεῷ καὶ πατρὶ. Hæc formula non Paulo modò, sed & Iacobo & Petro est familiaris, Latinis nonnihil ambigua, si quis cauillari uelit Deum & Patrem duas esse personas. Sed in Græco sermone nulla est ambiguitas, quum unus sit articulus. Neque enim dicit τῷ θεῷ καὶ τῷ πατρὶ. Perinde est ergo ac si diceres Latinè, illi qui Deus est ac Pater.

Nã oportet eũ regnare usquequo posue 25 δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν ἄχρις οὗ ἂν θῇ A
rit omnes inimicos sub pedes suos. πάντας τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ.

Vltimus autem hostis aboletur mors. 26 ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος,

Nã omnia subiecit sub pedes illius,(Quũ 27 πάντα γὰρ ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ.
autem dicit quòd omnia subiecta sint, palã ὅταν δὲ εἴπῃ, ὅτι πάντα ὑποτέτακται, δῆλο-
est quod *hoc dicatur* extra eum qui subiecit νότι, ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάν-
ei omnia.) τα.

Quum autẽ subiecta fuerint ei omnia, tũc 28 ὅταν δὲ ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα, τότε καὶ
&ipse filius subijcietur ei qui subiecit ipsi αὐτὸς ὁ υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι
omnia,ut Deus sit omnia in omnibus. αὐτῷ τὰ πάντα, ἵνα ᾖ ὁ θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν.

Alioqui quid facient ij qui baptizantur 29 ἐπεὶ τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ
pro mortuis?si omnino mortui non suscitan τῶν νεκρῶν, εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται; τί καὶ
tur,cur baptizantur pro mortuis? βαπτίζονται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν;

Cur nos periclitamur omni momento? 31 τί καὶ ἡμεῖς κινδυνεύομεν πᾶσαν ὥραν;

In dies morior per gloriationem uestram, καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω, νὴ τὴν ὑμετέραν καύ-
quam habeoin Christo Iesu domino nostro: χησιν, ἣν ἔχω ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν.

25 Suos *αὐτοῦ*. Vulg.eius *αὐτοῦ*. & fortasis rectius propter uers.27.Itaque ante uerbum *ὑποτέταχεν* subiecit, sub audiendum erit relatiuum is,scilicet Deus & Pater. 26 Hostis *ἐχθρός*. Vulg.inimicus,non satis expresse. ut rectè annotauit Valla 27 Quum autem dicit *ὅταν δὲ εἴπῃ*.Id est *εἰπὼν δέ*.Non rectè igitur Vulg.& Eras. quum autem dicat,quasi hic sit aliquod enthymema,cuius hoc sit antecedens: quum sint hæc potius per parenthesin explicanda. B
Extra eum qui sub *ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος*.Vulg.præter eum qui subiecit.Eras.Excipiendum eum. Ego malui supplere quod deerat,& *ἐκτὸς* interpretari ad uerbum:quum sic quoque eleganter loquantur Latini.

29 Qui baptizantur pro mortuis:*οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν* Id est qui baptizantur ita ut mortuis non uiuis prosit hic eorum baptismus:ut qui paulo ante mortem baptizabantur. Nam si certè,si nulla est corporum resurrectio,frustra baptizãtur,falsè quoadcorpus.Hãc expositionẽ affert inter cæteros Epiphanius *κατὰ ἡρεσιβιανῶν*: ad quã alii proxime accedũt,explicãtes,qui ,p mortuis,i. qui tanquã mortui siue moribũdi,baptizant.Omitto eos q simpliciter exponunt Baptizari pro mortuis,id est mortuorum uice: item qui ad clinicorum baptismum referunt. Verum utra que illa altera expositio uidetur satis firmum argumentum non continere. Erant enim responsuri aduersarij,baptismum moribundis quoad animum prodesse,ac proinde non frustra baptizari,etiamsi corpora non resurgant.Itaque ualeret hoc argumentum duntaxat aduersus negantes animorum immortalitatem.Nam si excipias, Paulum argumẽtari ex hypothesi,quasi scilicet baptismus etiam corporibus prosit:respondeo nunquam fuisse hanc hypothesin cõcessuros aduersarios,nisi additis exceptionibus: & certe alioqui Paulus idipsum assumeret de quo quæritur.Puto igitur Apostolum à generali fine baptismi argumentari,ut baptizari pro mortuis idem declaret atq; baptizari ut mors ipsa extinguatur,siue in resurrectionem à mortuis,cuius nimirum est symbolum baptismus, ut declaratur Rom. 6. a.3 4.& 5.ubi tamen de Spirituali resurrectione,id est regeneratione, disserit.In hac etiam opinione sunt Græca scholia,Photius,& Theophylactus. At enim,dices,hoc loquẽdi genus, Quid facient qui baptizantur pro mortuis,uidetur quoslã duntaxat designare. Esto id uerò,non tamẽ inde efficitur argumentũ nõ duci à generali fine baptismi.Sed notandũ est Apostolũ nõ dixisse,qui baptizati sunt(ut antea dixerat uers.18.qui obdormierũt)sed qui baptizant: ut satis appareat illum sicut uers.18.proposuerat duntaxat mortuos,ita etiam hoc in loco hoc argumentum tractare in hypothesi dũtaxat eorũ q baptizãdi quotidie,put nasci contigisset aut credere,offerebant:quauis illud ẽt moritu ris & hoc quoque iampridem baptizatis non minus conueniret.Perinde est ergo ac si diceret Apostolus, Si mortui non resurgunt,cur baptismus pro mortuis institutus est in Ecclesia?Nam quid illis fiet qui sic solent à nobis baptizari, aut cur pro mortuis baptizantur?Baptizantur ergo,indicat actum uigẽtem in Ecclesia:& additur,pro mortuis, non ut aliquorum baptismus ab aliorum baptismo distinguatur,sed ut intelligatur quæ sit uis argumenti à baptismo sumpti ad probandam corporum resurrectionem.

Si omnino,&c.*εἰ ὅλως*,&c.Hoc plerique connectunt cum superiore membro:ego uerò non dubito sequentib. adiungere.Nam *ἐπεί* particula satis indicat absurdum elici ex præcedentibus , quasi diceret Apostolus, Alioqui,nisi uera sunt quæ dixi de Christi regno & subiectione , quid illis fiet quos Ecclesia quotidie baptizat in mortis destructionẽ?Deinde sequit nouũ argumentũ ab alio absurdo sumptũ,sed q superiori prorsus respõdeat,sicuti mortis destructio & resurrectio correlatiua sunt,quum morti succedat uita. C

Cur baptizantur pro mort.*τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ νεκρῶν*: Subauditur *οἱ βαπτιζόμενοι* qui baptizantur , ut sit plena oratio , Qui baptizantur , cur baptizantur pro mortuis.id est,in resurrectionem à mortuis, si mortui non resurgunt?quod etiam superiorem interpretationem confirmat, Paulum scilicet è generali fine baptismi argumentari.Cæterum particulam *καὶ* à Vetere interprete & ab Erasmo expressam liquet ex Græcorum idiotismo redundare,quibus est familiaris pleonasmus,præsertim post *τίς* & *ὅ,τι* Xenoph.*Τί ποτε καὶ καλέσαι χρή*: Idem.*ὦ ἄνδρες καὶ πλέ ῳ σοι.Τὰ ἑαυτῶν πλέονεξια*.Thucyd.*καὶ ἔνιοι καὶ ἐνέβαλον ποτὲ οἰκήματα*.Paul. *καὶ ἵνες καὶ ἀπώλοντο τῶν γραμ τέων*:Greg.*Τί χρὴ καὶ λέγειν*. Synes.*ἵν' εἰδῆμεν ὅ τι καὶ λέγει*.quę exempla citat doctiss.Budæus in Commentariis. Diximus etiam de hoc pleonasmo aliquid Ioh.8.c.25. Sic sequente uers.*Τί καὶ ἡμεῖς*.i.cur nos, &c. Quod aũt Vetus interpres non conuertit pro mortuis,sed pro illis.i. *ὑπὲρ αὐτῶν*,planè deprauatũ esse puto,quũ *ὑπὲρ τῶν νεκρῶν* in duodecim manuscriptis codicib.itemque in Complutensi editione & Græcis scholijs scriptum inuenerimus,*ὑπὲρ αὐτῶν* autem in tribus duntaxat exemplaribus,ex Marcionitarum opinione,ut arbitror,qui pro mortuis interpretati sunt, uice mortuorum,& hoc loco sunt abusi ut crassam illam profanationem baptismi tuerentur,cuius meminit Chrysostomus, ideoque pro *τῶν νεκρῶν* supposuerunt *αὐτῶν*,ut ego quidem conijcio.

30 Omni momento:*πᾶσαν ὥραν*.Vulgata,omni hora.Erasmus,omni tempore.VideMatth.9.c.22.

31 Per gloriationem uestram quã habeo,&c.*νὴ τὴν καύχησιν ὑμετέραν ἣν ἔχω*,&c.In quibusdam uulgatæ editionis Latinæ codicibus legitur propter.Sic quoq; legitur apud Ambrosium,& in comentarijs Hieronymo inscriptis.Dubitant quoque Græca scholia num legendum sit *διὰ*,& in eam sententiam uidetur inclinare Theophylactus. Sed nõ dubito quin *νὴ* legendũ sit,ita ut sit obtestationis species.quod agnoscit Basilius *εἰς ψαλμὸν ιδ'* & Augustinus epi.29.& Sermone de uerbis Apostoli,28.Neque est cur nobis insolens uideatur hoc factũ.Est enim inter obtestationẽ & iusiurandũ magna differentia,quũ liceat,prophetarũ exemplo,testes etiã cælũ & terrã appellare,nedum Angelos,ut 2.Tim.5.d.21.earũ quidẽ rerũ quas palã & in luce gesserimus.Quidni enim hoc çquè liceat ac hominũ te

stimonio

Astimonio uti? At in uero iureiurando Deus unus tum in rebus arcanis & quæ ab ipso solo possunt intelligi, ueluti in iis quæ intus latent: tum uerò etiam in alijs, quoties ita requirit necessitas, non modò ut testis, sed etiam ut iudex ac uindex periurij, aduocatur, adeò ut sine summo sacrilegio non possit aliud nomen in iureiurando usurpari. Sed ad rem. Si per gloriationem nostram legas, dicemus perinde esse ac si Apostolus testes quotidianæ illius suæ mortis appellaret molestias illas innumerabiles de quib. uerè poterat in Domino gloriari. Sin uerò legamus Per uestram gloriationem, eadem quidem erit sententia, sed peculiariter accommodata Corinthijs: ac si diceret Apostolus, Quotidie morior, eiusq; rei testes appello omnes ærumnas, quas uerè gloriari possum me apud uos sustinuisse: uel, testis sit mihi gloriatio uestra, id est uester profectus in Euangelio, quod ego apud uos promulgaui summis cum periculis, ut ea quoq; nonnihil ad me pertineat in Christo Iesu. Mihi tamen ex duabus istis expositionibus prior maximè placet. Cur autem malim ὑμετέραν, id est uestram, legere, quàm nostram, non eo tantum adducor quòd magis accommodata sit sententia si ita legas, sed etiam quia post ἡμετέραν, id est nostram, uidetur potius subijciendum fuisse numero plurali ἔχομεν habemus. quam ἔχω habeo. Deinde quia ita legi in Complutensi editione, in tribus uetustis codicibus, in Græcis scholijs, Chrysostomo, Theophylacto, Ambrosio, Augustino, ipso denique Hieronymo, in ea epistola cuius initium est Sæpe & multũ, ut Erasmus quoq; obseruauit, ubi tamẽ pro Gloriationẽ legit saluté.

Menander

εἰ κατὰ ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα ἐν ἐφέσῳ τί μοι τὸ ὄφελος, εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται; φάγωμεν καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν. 32

Si secundum hominem aduersus bestias pugnaui Ephesi, quæ mihi utilitas, si mortui non suscitantur? edamus & bibamus: cras enim moriemur.

μὴ πλανᾶσθε· φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. 33

Ne seducamini. Mores bonos colloquia corrumpunt mala.

Esa. 22. d. 13

sapien. 2. b. 8

ἐκνήψατε δικαίως, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε· 34 ἀγνωσίαν γὰρ θεοῦ τινες ἔχουσι. πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω.

Euigilate iustè, et ne peccetis: quidam enim Deum non norunt, ad pudorem uobis *incutiendum* loquor.

ἀλλ' ἐρεῖ τις· πῶς ἐγείρονται οἱ νεκροί; ποίῳ δὲ σώματι ἔρχονται. 35

At dicet aliquis, Quomodo suscitantur mortui? quali autem corpore prodeunt?

32 Secundũ hominẽ κατὰ ἄνθρωπον. Id est, non Diuino aliquo impulsu, neque in Deum respiciens, sed uel gloria uel temeritate actus, cæterisue eiusmodi causis adductus, quarum studio homines in pericula præcipites ruunt. Alijs uerò placet ista includere parenthesi: quorum sententiam si sequamur, præcisa fuerit oratio: quasi dixisset Apostolus, ut humano more loquar, id est, ut aliquid de meipso dicam sicut homines solent. Moris enim est Apostolo istis præfationibus uti in re simili, ut 2. Cor. 11. d. 16. 17, 21. 22. Mihi tamẽ prior expositio uidetur simplicior. Vide Ro. 3. a. 5. Aduersus bestias pugnaui ἐθηριομάχησα. Meritò reprehenditur Erasmus à doctissimo interprete, quòd eos qui aduersus bestias pugnabant, putarit eosdem esse atque eos qui bestijs obijciebantur: quum illi armati in arenam prodirent, ut uirtute & robore suo freti euaderent si possent: & nonnulli etiam bestiarij uocati ad eam rem perinde ac gladiatores instituerentur: bestijs aũtnudi obijcerent, nõ ut pugnarẽt, sed ut laniarentur. Quod aũt ad rem attinet, etsi probabiles sint rationes aliquæ cur hoc ad seditionem illam Demetrij referatur (usitatum enim est uulgum concitatum belluis comparare) tamen nonnullæ sunt uicissim contrariæ coniecturæ minimè inanes. Nam in hac eadem epistola dicit se Ephesi usque ad Pentecosten mansurum. quod consilium uix capere potuit post Demetrij seditionem: quum ex Lucæ historia satis appareat Paulum statim coactis fratribus discessisse. Deinde inter scriptionem huius epistolę & profectionem Pauli ex urbe Ephesi aliquod magnum temporis spatium interuenisse, ex eo etiam apparet, quòd in hac quidem epistola non promittit se uenturum nisi quum Macedoniam pertranserit, idque post Pentecosten infra. 16. a. 5. & b. 8. Atqui ad Pentecosten affuit in Hierusalem, peragrata iam Macedonia & Achaia. quod nec possimus de eadẽ Pentecoste exponere, quasi Paulus repente fuerit coactus Epheso proficisci, mutato consilio, duæ certæ coniecturæ impediunt. Vna, quòd nihil opus fuisset Apostolum in altera epistola excusationes afferre cur ad eos nõ uenisset, sicuti præmiserat. nã si illud uerũ esset, citius ẽt uenisset q̃ fuerat pollicitus. Altera ẽ, q̃ in hac epistola iubent paratã habere collationẽ, infra 16. a. 2. in altera uerò epistola ca. 9. a. 2. mẽtio fit eiusdẽ rei quasi anno superiore gestæ. Postremo quũ in hac epistola scribat se per Macedoniã adeos uenturũ: in altera significat sibi fuisse cõstitutũ ad eos ire, ut inde in Macedoniam transiret, & à Macedonia rursus ad eos rediret. 2. Cor. 1. c. 15. Cur autem consilium mutaret Paulus: nempe quòd diutius mansisset Ephesi quàm putasset, neque statim soluisset post Pentecosten, ut eis fuerat in hac epistola pollicitus. Itaque quum statim post Demetrij seditionem Epheso discesserit, ista θηριομαχία non potest de illa seditione intelligi, ut quæ multo post tempore fuerit cõsequuta. Quid igitur? dicam quod cõiicio. nam pro certo nihil affirmo θηριομαχῆσαι proprie accipere non possum, quod Lucas quanuis non omnia scripserit, tamen mihi uidetur tam nobilem historiam non fuisse prætermissurus, ut qui res Ephesi actas tam accuratè ac præsertim seditionem illam exposuerit. Deinde ne Demetrius quidem uidetur hoc fuisse prætermissurus, istum esse impurum illum hominem & infamem quem iam olim ad bestias damnassent. In summa igitur, hoc expono ut trãsla titie, dictum de Iudæis illis aduersus quos totos tres menses decertauit, ac etiã exorcistis illis itidem filijs Sceuæ principis Sacerdotum, ut scribitur copiosè à Luca capite Actorum 19. Nam in tam longo spatio, & tanta eius gentis pertinacia, non dubium est quin Apostolus infinita quasi cum ferocissimis beluis certamina susceperit, à quibus etiam quotidie ad necem quærebatur. Vsitatum est autem in Scripturis, ac præsertim apud Dauidem, crudeles & pernicaces hostes fœtissimis quibusque bestijs comparare: & Apostolus ipse Neronem leonis nomine designat. 2. Tim. 4. d. 17. Hanc autem epistolam Ephesi scriptam esse puto altero ineunte anno ab ipsius aduentu.

Edamus φάγωμεν. In duobus uetustis codicibus annotatur quod etiam scribit Valla, prouerbium hoc fuisse Laconicum, nempe ex Leonidæ illius historia. quod mihi non sit uerisimile, quum nulla gens frugalius uixerit. Apparet aũt omnino fuisse paræmiam Epicureis familiarem, ut Sardanapali illud, Lude, bibas, comedas: post mortem nulla uoluptas. & Martialis illud, Vita nimis sera est craſtina: uiue hodie. Ita etiam scribitur apud Esa. 22. c, 13. unde uidetur petuisse Paulus, quanquam in diuersum finem. Moriemur ἀποθνήσκομεν. Prælens pro futuro, ut infrà uersu 35. & alibi sæpe. Nam etiam apud Esaiam legimus ונמות

33 Corrumpunt φθείρουσιν. Iambicus est senarius ex Menandri cõmœdia nomine Thadia, ut annotatum inueni in uno uetusto codice. ubi tamen pro Θαΐδι legendum puto Θαΐδι, cuius nominis comœdiam Menandri citat Athenæus. 34 Euigilate ἐκνήψατε. τὸ ἐκνήφειν proprie de ebrijs dicitur qui à somno demum sunt sobrij. Iustè δικαίως. Id est, ut iustitiæ uacetis, quod explicat per antithesin, Hæbræorum more. Non norunt. ἀγνωσίαν ἔχουσι. Vulgata & Erasmus ad uerbum, ignorantiam Dei habent, quod uidetur durum in Latino sermone. Ad pudorem uobis *incutiendum* loquor πρὸς ἐντροπὴν ὑμῶν. Id est, ut uos pudeat istos sectari. Vulg. ad reuerenitã uobis loquor, quasi scilicet Apostolus in hac reprehensione ipsis quadam uerecundia pepercisset. Ego non uideo qui melius conueniat hæc interpretatio huic loco loco quàm suprà 6. a. 5

Quomodo resurgant.

Demens, quod tu seminas, non uiuiscit, nisi mortuum fuerit. 36

Et quod seminas, non corpus oriturum seminas, sed nudum granum, prout inciderit, tritici, aut alicuius ex reliquis granis. 37

Sed Deus ei dat corpus ut uoluit, unicuique seminum suum corpus. 38

Non omnis caro, eadē caro, sed alia quidem caro hominum, alia uerò caro pecorū, alia uerò piscium, alia uerò uolucrium. 39

Et sunt corpora cælestia, & sunt corpora terrestria: sed alia quidem cælestium gloria alia uerò terrestrium. 40

Alia gloria solis, & alia gloria lunę, & alia gloria stellarum. stella siquidem à stella differt in gloria: 41

Ita & resurrectio mortuorū. seminatur *corpus* corruptioni obnoxiū, suscitatur incorruptū. 42

Seminatur ignominiosum, suscitatur glorioſum: seminatur infirmū, suscitatur potēs. 43

Seminatur corpus animale, suscitatur corpus spirituale. est corpus animale, & est corpus spirituale. 44

ἄφρων, σὺ ὃ σπείρεις οὐ ζωοποιεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ. A

καὶ ὃ σπείρεις, οὐ τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον σπείρεις, ἀλλὰ γυμνὸν κόκκον, εἰ τύχοι, σίτου, ἢ τινῶν τῶν λοιπῶν.

ὁ δὲ θεὸς αὐτῷ δίδωσι σῶμα, καθὼς ἠθέλησε, καὶ ἑκάστῳ τῶν σπερμάτων τὸ ἴδιον σῶμα.

οὐ πᾶσα σὰρξ, ἡ αὐτὴ σὰρξ, ἀλλὰ ἄλλη μὲν σὰρξ ἀνθρώπων, ἄλλη δὲ σὰρξ κτηνῶν, ἄλλη δὲ ἰχθύων, ἄλλη δὲ πτηνῶν.

καὶ σώματα ἐπουράνια, καὶ σώματα ἐπίγεια. ἀλλ' ἑτέρα μὲν ἡ τῶν ἐπουρανίων δόξα, ἑτέρα δὲ ἡ τῶν ἐπιγείων.

ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων. ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ. B

οὕτως καὶ ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν.

σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ. σπείρεται ἐν ἀτιμίᾳ, ἐγείρεται ἐν δόξῃ. σπείρεται ἐν ἀσθενείᾳ, ἐγείρεται ἐν δυνάμει.

σπείρεται σῶμα ψυχικόν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν. ἔστι σῶμα ψυχικόν, καὶ ἔστι σῶμα πνευματικόν.

36 Quod tu seminas *σὺ ὃ σπείρεις.* Vulg. & Eras. Tu quod seminas, neglecta traiectione. quam nisi obserues, uidetur oratio non cohærere. Viuiscit *ζωοποιεῖται.* Plin. lib. 17. cap. 10. Pleraque ex his natura ipsa docuit, & in primis semen serere, quum decidens exceptumque terra, uiuiscereat. Vulg. & Eras. uiuificatur. à quo uerbo alibi non abhorruimus, sed in re dissimili. Mortuum fuerit *ἀποθάνῃ.* Translatitie dictum, pro corruptum fuerit. Vulg. addit, prius *πρῶτον.* 37 Prout inciderit *εἰ τύχοι.* Vulg. utputa, i. *εἰσὶν.* Eras. exempli causa Vide suprà 14. b. 10. 42 Seminatur. *σπείρεται* id est sepelitur, & instar seminis humo cōditur. Pergit enim in translatione à seminib. sumpta, qua nihil aptius dici potuit. Accipio aūt *σπείρεται* nō ut impersonale, ut ubique subaudiatur *σῶμα*, i. corpus. q̄ idcirco expressi primo loco. Corruptioni obnoxium *ἐν φθορᾷ.* Vulg. & Eras. ad uerbum, in corruptione. quam rationem etiam tenuerunt in ijs quæ sequuntur. Ego uerò puto *ἐν φθορᾷ* positum esse pro *φθαρτόν*, ex Hebræorum idiotismo.

43 Ignominiosum *ἐν ἀτιμίᾳ.* Id est splendoris & decoris expers. Quid enim est fœdius cadauere? Itaque Cyrus moriens apud Xenophontem, non uult se mortuum spectari. Deinde si spectemus quæ sit corporis putrescentis in ipso sepulchro ignominia, quid turpius cogitari potest: Potens *ἐν δυνάμει.* Id est à priori imbecillitate liberum, C quod scilicet uicissitudini tam uariæ sit obnoxium, nec sese tueri nisi cibo, potu, & cæteris eiusmodi præsidijs possit. Neque enim sic potens erit ut sit omnipotens, aut *ἀπερίγραπτον*, aut ullam denique induat qualitatem quæ Dei sit propria. Id enim esset non qualitatem sed naturam ipsam mutare, & ex homine Deum planè fieri. 44 Corpus animale *σῶμα ψυχικόν* Vt quid hoc sit, dextrè intelligatur, notandum est non agi de animorum immortalitate, sed de corporum resurrectione. Deinde non comparari inter se duo corpora, sed unius eiusdemque corporis humani scilicet diuersas atque adeò contrarias qualitates, ipsasq; demum harum qualitatum causas, & eas quidem tum qualitates tum causas, non nudas, sed in ipsis subiectis hærentes. Eæ igitur causæ sunt, Anima & spiritus, illa in priore Adamo, istæ in posteriore. Qualitates uerò sunt, Animalem esse, spiritualem esse, eæque primùm in ijsdem illis subiectis, nempe illa in Adamo, illa in Christo, deinde utræque in uno & eodem subiecto, nempe in cuiusuis fidelis corpore: diuerso tamen respectu consideratæ, illa scilicet ante resurrectionem, ista post resurrectionem. Animam igitur, alteram hominis partem uocat, quæ corpori caducam hanc uitam præstat. à qua parte dicitur corpus *ψυχικὸν*, id est animale. Spiritum autem appellat Diuinam naturam cuius particeps corpus cognominatur *πνευματικὸν*, id est spirituale. Animale ergo corpus dicitur cui anima uitales facultates præbet, imbecillas tamen illas & temporarias. unde fit ut sit corruptioni obnoxium, sordidum, mille denique modis infirmum, præsertim quum ab anima destitutum seritur, id est conditur humo quod *ψυχικὸν* fuerat. Spirituale uerò dicitur quod Diuinæ illius naturæ particeps, tanto excellentiorem uitam uiuit, quanto Deus anima præstat. unde fit ut eiusmodi corpus sit æternū, gloria & splendore insigne, omni denique imbecillitate liberum. Illud ergo, id est animale corpus, tribuit Paulus priori Adamo, ac proinde nobis omnibus ante resurrectionem, ut in illo conditis & collapsis. Illud uerò, id est spirituale, posteriori Adamo, homini scilicet cælesti, id est uero Deo & uero homini, tribuit, ac proinde sanctis omnibus, post resurrectionem, (de his enim unis agit, ut diximus suprà uers. 22) in illo scilicet rursum genitis per eundem Spiritum, & in uitā æternam euectis. Sed tria hic notanda sunt. Vnum qualitatem animalem sic in nos esse ab Adamo propagatam ut corpus duntaxat ex eius substantia acceperimus, animam uerò non item, ideoque Apostolum non dicere Adamum factum esse in animam uiuificantem, sed in animam uiuentem, aduersus eos qui animam uolunt à traduce deriuari. Alterum est, Christum ad tempus quoque fuisse in animam uiuentem, excepto peccato, Spiritu scilicet in eo uim integram non exerente, donec omni infirmitate superata glorioſus resurgeret, & in cœlo ad dextrā Patris sederet, eoq; respectu à Paulo hic considerari, & nos quoque in illo. Tertium, sic esse Spirituale Christi corpus, non substantia (ut ante dixi) sed qualitate, id est æternum, glorioſum, potens, ut hæc à Spiritu. i. diuina natura accipiat, hypostaticè ipsius corpori & animæ iam tum coniuncta, quum uerbum fieret caro: nostra uerò corpora forè Spiritualia, non nouæ alicuius partis adiunctione quæ Spiritus dicatur, sed ipsius Spiritus. i. diuinæ naturæ, Christi uirtute, idq; non per hypostaticam unionem, sed participationem, ut Rom. 7. b. 11. & 2. Pet. 1. a. 4. cuius erit uinculum idem ille Spiritus, qui iam efficit ut illum, quanuis in cœlis sedentem, fide tamen amplexi, spe possideamus in terris: tunc uerò efficiet ut illo præsente præsentes perfruamur. Hęc qui sic tractat, fanaticorum speculationibus facilè occurret.

Ita

A οὕτως καὶ γέγραπται. ἐγένετο ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἀδὰμ εἰς ψυχὴν ζῶσαν, ὁ ἔσχατος ἀδὰμ εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν. 45

Ita etiam scriptum est, Factus est prior homo Adam in Animal uiuens: posterior autem Adam *factus est* spiritus uiuificus. *Adã duplex Genes. 2. b. 7*

ἀλλ' οὐ πρῶτον τὸ πνευματικόν, ἀλλὰ τὸ ψυχικόν, ἔπειτα τὸ πνευματικόν. 46

At non prius *factum est* quod *est* spirituale: sed quod animale, deinde qđ spirituale.

ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, ἐκ γῆς χοϊκός. ὁ δεύτερος ἄνθρωπος, ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ. 47

Primus homo è terra, terrenus: secundus homo, ipse Dominus è cælo. *Primus & secũdus homo.*

οἷος ὁ χοϊκός, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοί. καὶ οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι. 48

Qualis terrenus ille, tales & q terreni sunt: & qualis ille cælestis, tales & q cęlestes sunt.

καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσομεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου. 49

Et sicut gestauimus imaginem terreni, gestabimus etiam imaginem cælestis.

τοῦτο δέ φημι ἀδελφοί, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύναται. οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ. 50

Hoc aũt dico, fratres, q caro & sanguis regni dei hęreditatẽ accipere nõ possunt: neq; corruptio ĩcorruptę naturę hæreditatẽ acci

ἰδοὺ μυστήριον ὑμῖν λέγω, πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα, 51

Ecce, mysteriũ uobis dico, Nõ oẽs (pit. quidẽ obdormiemus, sed oẽs mutabimur.

45 Ita etiam ὅτω καὶ Vulg. Sicut scriptum est, ὅπως γέγραπται. quam lectionem quanuis in nullis codicibus Græcis inuenerim, tamen synceram esse puto: ita tamen ut per traiectionẽ explicetur, hoc modo, Primus homo Adã, sicut scriptum est, factus est &c. Nam omnino hoc non pertinet nisi ad prius membrum, quod scilicet citatur ex Gen. 2. b. 7. & tamen parum cohæret si receptam lectionem sequaris, quam non ausus sum mutare, sine idonei testis auB thoritate. Quidam conuertit, quumque ita scriptum sit, suo more scilicet. Prior homo Adam ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀλάμ. Hic quoque nihil mutauimus, sed tamen annotatum est à Stapulensi ἄνθρωπος redundare, quum ex collatione appareat אדם esse speciei nomen hoc in loco, ut ἄνθρωπος uers. 47. Nam alioquin dicendum fuerat in opposito membro ἄνθρωπος χριστός, Putarim tamen potius Christum uocari posteriorem Adamum, nec proprio nec appellatiuo nomine, sed ut qualitas indicetur quam Christus cum Adamo habeat communem: quia scilicet & ipse non tã quam singularis quispiam homo, sed ut radix ac principium, consideratur, in quo spirituales omnes tanquam principio comprehendantur: sicut in illo priore animales, cui nomen fuit Adamo. Erit ergo Christus hac ratione alter Adamus. sed durum plane & obscurum fuisset eum appellare secundum hominem Adamum. Itaque receptam lectionẽ reliqui intactam. Animal uiuens εἰς ψυχὴν ζῶσαν. Heb. לנפש חיה ad uerbum, in animam uiuentem, ut Vetus interpres & Erasmus conuerterunt. Dicitur autem homo animatus σωματικὸς anima. quod uidetur optimè expri- mi animalis uocabulo. Nam hoc quoque ab anima, ut præstantiore hominis parte, deducitur. Posterior ὁ ἔσχατος Vulgata, nouissimus. Erasmus. postremus. Ego putaui studendum perspicuitati, quum præsertim pro ἔσχατος ponat Ἀνὴρ δεύτερος, uers. 47. nisi quis ultimum putet dici, quòd non sit alius instaurator expectandus. Spiritus uiuificus εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν. Christum uocat Spiritum, ab excellentissima parte, id est Deo corporaliter habitante in ipso, ut Adamum ψυχὴν ab altera itidem præstantiore parte nuncupauit. Non minus ergo sunt inepti qui ex hoc loco colligunt corpus Christi fuisse ex materia cælesti & Spirituali, quàm si negarent Adamo fuisse terrestre corpus quia ψυχὴ dicitur. ut interim taceam ἐγένετο repetendum esse ἀπὸ ἔσεσθαι, ut hic quoque factus dicatur, non tamen quatenus Spiritus, sed quatenus homo Spiritu præditus. Deinde considerandа antithelis Viui & Viuifici, quam exposuimus suprà uers. 44. Vulgata & Erasmus ad uerbum, in Spiritum uiuificantem.

47 Terrenus χοϊκός. Id est χθόνιος in cœno manens, & terrestri naturæ addictus, ac proinde mortalis, fæculentus & imbecillis: ut alludat Apostolus ad Iob. 4. d. 19. Nec enim χοϊκός est nomen μεσοτακτικὸν hoc in loco, sed τοπικὸν, quasi dicas in limo uersantem, ipsumque adeo limũ, unde & sumptus est Nam ad Adæ creationem & nomẽ pro culdubio alludit. & ita est ἴσον τῷ, ut simul materiæ ac loci contagionem declaret, unde illæ corporis qualitates quarum comparationem instituit. Materiæ autem nomẽ propriè non esse hoc in loco liquet apertissimè ex antithesi, in sequentibus uersiculis. Nam ἐπουράνιος non declarat eum qui sit ex cælesti quadam materia compactus, sed qui in cælis maneat, & hactenus particeps cælestiũ qualitatũ, id est immortalitatis, gloriæ, ac potentiæ. Non tantùm igitur improbi & scelerati, sed etiã inepti & imperiti sunt qui ex hoc loco arguunt Christũ è cœlo corpus in Virginis uterũ C intulisse, i. qui nobis omnẽ salutis spẽ eripiũt. Secũdus homo ipse Dom. è cœlo. Δεύτερος ἄνθρωπος ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ. Vulgata, secũdus homo è cælo cælestis, ut ὁ οὐράνιος legat ἐπουράνιος. quo modo etiã legũt Ambrosius & Hieronymus. Mihi uerò placet recepta lectio quã summo cõsensu Græci oẽs quos uidi, sequunt. Multo enim uehemẽtior est antithesis Terreni & Domini, q̃ Terreni & cælestis, quũ multæ sint res cælestes creatæ, Dominus aũt summũ in oẽs imperiũ declaret. Deinde si statim oppositus esset Terrenũ cælesti, nõ emineret illa tãta qualitatũ diuersitas, sed uarius tantum situs uideretur significari. Hoc uerò semel explicato, tũ demũ licuit cælestẽ terreno planè ac perspicuè oppone re, ut factũ est duob. sequentib. uersiculis. Sed duo hic annotãda sunt, Vnũ, cõsiderari cõrpus Christi in gloria, nõ in cepto peccato, cuius tamẽ ẽt pœna ferebat quatenus erat ipsi imputatũ. Alterũ, q̃ dicitur è cœlo, id per cõmunicatio nẽ ἰδιωμάτων esse intelligendũ, ut diximus Ioh. 3. b. 13. & merito quidẽ ita loqui Apostolũ, ut ipsam Christi carnẽ ἐικόνα Imaginẽ intelligenõ uana & inanẽ, sed quã res ipsa cõsequatur. Verè enim & re ipsa χοϊκοὶ sumus, huius uitæ respectu, uere itẽ ἐπουράνιοι erimus post resurrectionẽ, ut mẽbra capiti cõformia euadãt. Sic enim accipitur sæpe imaginis nomẽ, ut Gen. 5. a. 3. & μορφὴ sic usurpatur, itẽq; σχῆμα, & ὁμοίωμα, Philip 2. a. 8. Gestabimus φορέσομεν. In Copiutẽsi editione & trib. codicib. legimus φορέσωμεν, nepe ex Chrysostomi opinione, q̃ putat Paulũ à uer. 47. aspicari exhortationẽ ad uitæ nouitatẽ, Sed hoc planè est detortũ. quũ res ipsa clamet, Paulum in argumẽto susceptopergere. 50 Quòd ὅτι. εἰδικῶς hoc accipio non αἰτιολογικῶς. Caro & sanguis σὰρξ καὶ αἷμα. Id est corpus hoc animale, ita ut nũc est. Neq; enim perimetur substãtia, sed immutabit qualitas, ita ut ex animali spirituale, ex terreno cæleste fiat corpus. Caro igit & sanguis nomina sunt quib. corpus nõ nudũ sed cũ infirmitate adiũcta significatur hoc in loco, ut apparet ex eo q̃ subijcitur de corruptione, corporis inquã, de quo solo hic agi diximus. Nã alibi carnis & sanguinis appellatione totus homo intelligit quatenus est corruptus peccato. & aliis ẽt modis accipitur, sicut expõsumus Matth. 16. c. 17. 51 Mysteriũ μυστήριον. i. rẽ arcanã, & adhuc occultã, ideoq; dignissimã quã attẽte audiatis. Nõ omnes quidem obdorm. &c. πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα. Qui nõ animaduerterunt de solis sanctorum corporibus hic agi (quod annotauimus suprà uers. 22) ij quia nõ cõsiderabãt particulam uniuersalem ad eos de quibus agebatur esse restringendam, duas alias lectiones in hũc locum inuexerunt, de quib. copiosè

Hierony. in epistola ad Minerium & Alexandrum, & Augustinus in quæstionibus ad Dulcitium, quæst. 3. Earum una A
est, πάντες μὲν ἀναστησόμεθα, οὐ πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα, omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur, ut etiam legimus in uetere Latina editione. Altera quam Hieronymus dicit Græcos codices habuisse, πάντες μὲν οὖν κοιμηθησόμεθα, ἀλλ' οὐ πάντες ἀλλαγησόμεθα. Vtraque, meo iudicio, reijciẽda. Nam præterquam quòd nõ aliter dicit omnes immutatum iri quàm supra dixit, Omnes in Christo uiuificandos, liquet uel ex eo quod confitemur Dominum uenturum ad iudicandum uiuos & mortuos, & ex eo quod scriptum est 1. Thess. 4. d. 15. 16. 17. fore ut quos Dominus adueniens uiuos ex sanctis inuenerit, repente, non interueniente morte, nec corruptione illa ordinaria, immutet, ut cum sanctis qui resurrexerint, rapti in nubibus Domino occurrant.

Matth. 24. c. 31
1. thes. 4. d. 16

Momento, & iactu oculi, ad ultimam tuba (canet enim) & mortui suscitabuntur incorrupti, & nos mutabimur.

52 ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγι. σαλπίσει γὰρ καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθῆσονται ἄφθαρτοι, καὶ ἡμεῖς ἀλλαγησόμεθα.

Oportet enim hoc corruptioni obnoxium induere incorruptam naturam, & mortale hoc induere immortalitatem.

53 δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν.

Quum autem hoc corruptioni obnoxium induerit incorruptam naturã, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet illud quod scriptum est, Absorpta est mors ad uictoriam.

54 ὅταν δὲ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀθανασίαν, τότε γενήσεται ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος. κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος.

Mors. Osee. 13. d. 14 heb. 2. d. 14 1. Ioh. 5. a. 5

Vbi tua ô mors, uictoria, ubi tuus ô sepulchrum stimulus?

55 ποῦ σου θάνατε τὸ κέντρον; ποῦ σου ᾅδη τὸ νῖκος; B

Peccatum.

Stimulus autem mortis *est* peccatum: robur uerò peccati, Lex.

56 τὸ δὲ κέντρον τοῦ θανάτου, ἡ ἁμαρτία, ἡ δὲ δύναμις τῆς ἁμαρτίας, ὁ νόμος.

Victoria

Sed Deo *sit* gratia, qui dedit nobis uictoriam per Dominum nostrũ Iesum Christũ.

57 τῷ δὲ θεῷ χάρις, τῷ διδόντι ἡμῖν τὸ νῖκος διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ.

Itaque fratres mei dilecti, firmi sitis, immobiles, abundantes in opere Domini semper, quum sciatis quòd labor uester nõ est inanis per Dominum.

58 ὥστε ἀδελφοί μου ἀγαπητοί, ἑδραῖοι γίνεσθε, ἀμετακίνητοι, περισσεύοντες ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ κυρίου πάντοτε, εἰδότες ὅτι ὁ κόπος ὑμῶν οὐκ ἔστι κενὸς ἐν κυρίῳ.

CAPVT XVI.

ΚΕΦΑΛ. ιϛ.

Collectæ in pauperes sanctos. Rom. 12. c. 13

POrrò de collecta in sanctos, quemadmodum constitui Ecclesiis Galatiæ, ita & uos facite.

1 Περὶ δὲ τῆς λογίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους, ὥσπερ διέταξα ταῖς ἐκκλησίαις τῆς γαλατίας, οὕτως καὶ ὑμεῖς ποιήσατε.

52 *Et* iactu oculi *ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ*. Vulgata & Erasmus, in ictu oculi, non ita propriè, ni fallor. Quidam codices legunt *ῥοπῇ* i. inclinatione. Vtroque uocabulo breuissimum temporis spatium significatur: quum nihil sit celerius oculi motu. Sed *ῥιπὴ* translatum est à fulminis iactu, *ῥοπὴ* à motu lancis seu libræ.

54 Illud *ὁ λόγος*. Heb. דבר quod uocabulum pro quacunque re accipi sæpe diximus. Absorpta est mors ad uictoriam *κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος*. Miror qui uideri potuerit hic locus ex Osea sumptus, quum sit penè conuersus ad uerbũ ex Esaiæ 25. c. 8. Sic enim habent Hebræa בלע המות לנצח i. absorpsit mortem in æternũ. Sed pro inęternum scriptum est *εἰς νῖκος* ad uictoriam, quòd נצח *neṣah* deducatur à נצח quod uincere declarat. Idem autem significat ad uictoriam, atque usque ad uictoriam. i. ita ut sit prorsus debellata. Ambrosius uerò legens in contentione, deceptus fuit à librario qui Græcè scripserit *νῖκος* pro *νῖκος*. C

55 Vbi tua, ô mors, uictoria? *ποῦ σου, θάνατε, τὸ νῖκος*: Quia in sequẽte uersiculo stimulus tribuitur morti, ideò hoc loco plerique codices scripserunt *τὸ κέντρον*, & contrà in posteriore membro *τὸ νῖκος*. Sed apparet ex Hebræorum collatione, ista esse permutata: & Vetus interpres hoc quoque ostendit, qui germanam lectionem retinuit: quã quum in uno etiam uetusto codice integram inuenissem, non dubitaui restituere. Sic autem habent Hebræa Osee 13. d. 14. unde scilicet petitũ est posterius membrũ אהי דבריך מורה i. Ero pestes tuæ, mors. Itaque Græca editio quam secuutus est Paulus, legit איה i. ubi, pro אהי ero, per metathesin, quã notant eo loco quidam ex Hebræis interpretib. Deinde דבריך deduxerunt non à דבר *deber* quod pestẽ declarat, sed à דבר *dabar* quod significat uerbum. Græca autẽ uersio translatitiè accepit pro eo quod uernaculo sermone dicimus *implaid*, inuidioso etiam uocabulo pro garrula loquacitate. Ideo in Græca editione quã nũc utimur, scriptum est *δίκην*, pro quo sanè existimo Paulũ scripsisse nõ *νῖκος* ut nunc legimus, sed *νεῖκος*. i. litigiosa contentio. Nihil tamen uolui mutare ex coniectura: quanquam ad illam cõiecturam altera etiam accedit, quòd, quia in præcedente uersiculo, itemque in 57. scriptum est *νῖκος*, facile fuit hominibus imperitis existimare ita etiam hoc loco scribendum esse. Vbi tuus, ô sepulchrum, stimulus: *ποῦ σου κέντρον*; Hebræa eodẽ illo Osee loco habent אחי סטבך שאיל id est ero tuum excidium, sepulchrũ. Itaque hic rursum Græca editio, quã sequutus est Paulus, legit, sine ulla tamen sensus iniuria, & non repugnantibus quibusdã Hebræorũ interpretibus, איה id est ubi, pro אחי ero, ut in præcedente membro. Quod uero uerterunt stimulum, propriè significat *ὄλεθρον*. i. excidium & internecionem præsentem. Hieronymus solet morsum interpretari, Symmachus *ἀνάντημα*, quod scilicet repẽte & ex inopinato occurrat. *Ἅιδου* uero id est שאול hic quoque conuerti sepulchrum potius quàm infernum, cum Vetere interprete & Erasmo: quia hic agitur de corporis suscitatione. & ea etiam est propria uocabuli Hebraici significatio, ut diximus Act. 2. d. 27.

57 Per Dom. *ἐν κυρίῳ*. Hebr. ביהוה, id est Dei ope ac bonitate id efficiente. Sin autem accipias in Domino pro in negotio Domini, uel secundum Dominum, dura erit traiectio, quasi scilicet scriptum sit, Labor uester in Domino non erit inanis.

IN CAPVT XVI.

1 De collecta *περὶ τῆς λογίας*. Hoc uocabulo utitur in ea significatione Cicero 2. de Orat. Ego uero libenter illud retinui, uel ob eam causam ut quiuis cognoscat quid illud sit quod postea sacrificuli ad inanes quasdam cã tiuncul-

A tiunculas transtulerunt. Fuisse uerò in Ecclesia usurpatam hanc consuetudinem conferendi eleemosynas (quas tamē iubet Apostolus unumquēque apud se seponere, quod nimirum essent extraordinariæ, idq; die primo hebdomadæ, qui Solis dies à profanis, Dominicus à sanctis dicebatur) docet Iustin. Apologetico secundo, ubi quum descripsisset Concionis & Cœnæ Dominicæ apparatum illi diei peculiarem, tandem subijcit, quenque pro facultatum ratione ut sibi libuisset aliquid conferre solitum, quod postea Antistes quem τὸν προεστῶτα uocat, orphanis, uiduis, egrotis, egenis, captiuis, peregrinis distribueret.

μίαν σαββάτων, ἕκαστος ὑμῶν παρ' ἑαυτῷ τιθέτω, θησαυρίζων ὅτι ἂν εὐοδῶται, ἵνα μὴ ὅταν ἔλθω, τότε λογίαι γίνωνται.

2 Primo quoq; *die* hebdomadæ unusquisq; uestrum apud se reponat, recondens quod pro Dei benignitate licuerit: ne, quum uenero, tunc collectæ fiant.

ὅταν δὲ παραγένωμαι, οὓς ἐὰν δοκιμάσητε διὰ ἐπιστολῶν, τούτους πέμψω ἀπενεγκεῖν τὴν χάριν ὑμῶν εἰς Ἰερουσαλήμ.

3 Postquam autem accessero, quoscunque probaueritis per epistolas, hos mittā ut perferant beneficentiam uestram Hierusalem.

ἐὰν δὲ ἄξιον ᾖ τοῦ κἀμὲ πορεύεσθαι, σὺν ἐμοὶ πορεύσονται.

4 Quòd si res digna fuerit ut & ipse proficiscar: mecum proficiscentur.

ἐλεύσομαι δὲ πρὸς ὑμᾶς, ὅταν Μακεδονίαν διέλθω. Μακεδονίαν γὰρ διέρχομαι.

5 Veniam autem ad uos, quum Macedoniā transiero: (Macedoniam enim pertransibo.)

πρὸς ὑμᾶς δὲ τυχὸν παραμενῶ, ἢ καὶ παραχειμάσω, ἵνα ὑμεῖς με προπέμψητε, οὗ ἐὰν πορεύωμαι.

6 Apud uos autem fortasse permanebo, aut etiam hybernabo: ut uos me prosequamini quocunque proficiscar.

οὐ θέλω γὰρ ὑμᾶς ἄρτι ἐν παρόδῳ ἰδεῖν, ἐλπίζω δὲ χρόνον τινὰ ἐπιμεῖναι πρὸς ὑμᾶς, ἐὰν ὁ κύριος ἐπιτρέπῃ.

7 Nolo enim uos nunc in trāsursu uidere: sed spero temporis aliquantum mansurū me *me* apud uos, si Dominus permiserit.

ἐπιμενῶ δὲ ἐν Ἐφέσῳ ἕως τῆς πεντηκοστῆς.

8 Permanebo autem Ephesi usq; ad Pentecosten.

θύρα γάρ μοι ἀνέῳγε μεγάλη καὶ ἐνεργὴς, καὶ ἀντικείμενοι πολλοί.

9 Nam ostium mihi apertum est magnum & efficax, & aduersarii multi.

ἐὰν δὲ ἔλθῃ Τιμόθεος, βλέπετε ἵνα ἀφόβως γένηται πρὸς ὑμᾶς. τὸ γὰρ ἔργον κυρίου ἐργάζεται, ὡς κἀγώ.

10 Quòd si uenerit Timotheus, uidete ut securè sit apud uos: opus enim Domini operatur, ut & ego.

μή τις οὖν αὐτὸν ἐξουθενήσῃ, προπέμψατε δὲ αὐτὸν ἐν εἰρήνῃ, ἵνα ἔλθῃ πρός με, ἐκδέχομαι γὰρ αὐτὸν μετὰ τῶν ἀδελφῶν.

11 Ne quis igitur illū pro nihilo habeat: sed prosequamini eum cum pace, ut ueniat ad me: expecto enim eum cum fratribus.

2 Primo quidem die hebdomadæ κατὰ μίαν σαββάτων. Vulg. per unam sabbathi. Eras. in una sabbathorū. Hoc quidem constat *kata* uim habere distributiuam quam uocant, neque dubium est μίαν σαββάτων declarare primam diem septimanæ, ut ostendimus Matt. 28. a. 1, & explicat diserte Marcus ipse 16. b. 9. Sed & in uno uetusto codice additum erat τὴν πρωϊαιὴν, ad hoc scilicet explicandum, & eo die iam tum solitos fuisse sanctos conuenire, liquet ex Act. 20. b. 7. Quod pro Dei benignitate licuerit ὅ, τι ἂν εὐοδῶται. Vel, ut in quibusdam codicibus legitur, εὐοδωθῇ. εὐοδῶσθαι autem passiue dicitur qui prosperum iter à Deo obtinet, ut Rom. 1. b. 10. sed præterea ad rerum omnium prosperos successus transfertur, ut Iohan. 10. a. 2. Itaque sensus est, ut quisq; conferat pro ratione prosperitatis quam a Domino obtinuerit. neque prorsus malè conuertit Erasmus, quicquid commodum fuerit, nisi quod passiuum uerbum non expresit, cuius ea est uis ut declaret eam commoditatem ab aliquo concedi, nimirum à Deo. Latet ergo in hoc uerbo argumentum quod Eras. non expresit, nempe ut partem eius quod Dei benignitate sumus consecuti, liberaliter ipsius membris largiamur. Vulg. quod ei bene placuerit, ὅ, τι ἂν εὐδοκήσῃ pro εὐοδωθῇ. Nam εὐδοκῆται, quod illi tribuit Erasmus, nunquam memini legere.

3 Per epistolas διὰ ἐπιστολῶν. Per epistolas scilicet quas illis dabitis perferendas, quum istuc uenero. Sed & potest hoc connecti cum uerbo πέμψω, ut sit sensus, Quos probaueritis, eos mittam cum literis ut eleemosynas perferant. Beneficentiam uestram τὴν χάριν ὑμῶν. Vulg. ad uerbum, gratiam, quæ etiam apud Latinos pro beneficio, hic uerò pro eo ipso accipitur quod aliquis gratuitò confert.

5 Pertransibo διέρχομαι. Hoc uerbū aliquoties iam annotauimus habere inclusam significationem futuri tēporis, ut Matt. 11. a. 3, Apoc. 1. a. 4. Hoc puto non considerasse eos qui putant hanc epistolam scriptam Philippis, quum iam peragraret Macedoniā. Nam ex uersiculis 8. & 19. apparet potius missam Epheso: idq;, ut opinor, eo tēpore quod subsequutum est Demetrij seditionem, quum nondum constituisset tam subitò discedere Epheso. quā historiam breuissimè & uno uerbo perstrinxit Lucas initio Act. 20. a. 1. 8 Vsq; ad Pent. ἕως τῆς πεντηκοστῆς. Erasm. putat ita subaudiendum ἡμέρας, ut simpliciter significentur quinquaginta dies, non autem festum Pentecostes. quod, inquit, haud satis scio an id temporis Gentium auribus notum fuerit: quum in epistola ad Romanos Apostolus tollat dierū discrimen. At ego superuacaneum esse puto quærere an huiusmodi festa initio fuerint obseruata, ut hoc daretur Iudæorum infirmitati. Sed ut obseruata non fuerint, nō tamē consequitur hoc non fuisse usitatum in Ecclesiis, ut præsertim ii qui ex circuncisione crediderant, ab his festis interualla temporum numerarent. Sic Act. 20. b. 6. dicitur Apostolus soluisse Philippis post dies azymorum: quos tamē quis idcirco dixerit fuisse ab Ecclesiis obseruatos? Sic etiam Act. 27 b. 9, significatur inclinatio Autumni per diem ieiunij siue Propitiationis festum. Itaque illa interpretatio nulla ratione nititur. 9 Efficax ἐνεργὴς. Id est ad magnas res conficiendas opportunum. Vulg. euidens, id est, ἐνάργης, pro quo malim patens dicere, ut perstat in metaphora, Et sane hæc lectio mihi magis arridet, quum eundem sensum gignat, & multò mollior sit translatio. Et aduersarij καὶ ἀντικείμενοι. Hieronym. in Ioelem, legit, sed aduersarij. & καὶ pro ἀλλὰ sæpe ponitur, ut Act. 10. d. 28, & infra uers. 12. Sed malim tamen receptam interpretationem. nā quo plures aduersarij, eo magis requiritur pastoris præsentia: & continet ista expositio necessariam doctrinam.

11 Cum pace ἐν εἰρήνῃ. Id est saluum & incolumem, atque adeo bona cum gratia, ex Hebræorum idiotismo sæpe iam à nobis explicato.

Apollos.

Porrò de Apollo fratre, multũ precatus sum eũ ut iret ad uos cũ fratribus: sed omnino non fuit *ei* uoluntas nunc eundi: ueturus est autẽ quũ tempus opportunum habuerit.

12 περὶ δὲ ἀπολλῶ τοῦ ἀδελφοῦ πολλὰ παρεκάλεσα αὐτὸν, ἵνα ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς μετὰ τῶν ἀδελφῶν· καὶ πάντως οὐκ ἦν θέλημα, ἵνα νῦν ἔλθῃ· ἐλεύσεται δέ, ὅταν εὐκαιρήσῃ.

Vigilare. Fides.

Vigilate, state in fide, uiriliter agite, estote fortes.

13 γρηγορεῖτε, στήκετε ἐν τῇ πίστει, ἀνδρίζεσθε, κραταιοῦσθε.

Charitas.

Omnia uestra cum charitate fiant.

14 πάντα ὑμῶν ἐν ἀγάπῃ γινέσθω.

Stephanæ familia.

Precor autem uos, fratres: nostis familiam Stephanæ esse primitias Achaiæ, & sese in ministerium sanctis addixisse:

15 παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς ἀδελφοί, οἶδατε τὴν οἰκίαν στεφανᾶ, ὅτι ἐστὶν ἀπαρχὴ τῆς ἀχαΐας, καὶ εἰς διακονίαν τοῖς ἁγίοις ἔταξαν ἑαυτούς.

Vt & uos subijciamini talibus, & cuiuis adiuuanti & laboranti.

16 ἵνα καὶ ὑμεῖς ὑποτάσσησθε τοῖς τοιούτοις, καὶ παντὶ τῷ συνεργοῦντι καὶ κοπιῶντι.

Gaudeo uerò de aduẽtu Stephanæ & Fortunati & Achaici: quoniã absentiam uestrã hi suppleuerunt.

17 χαίρω δὲ ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ στεφανᾶ, καὶ φορτουνάτου, καὶ ἀχαϊκοῦ, ὅτι τὸ ὑμῶν ὑστέρημα, οὗτοι ἀνεπλήρωσαν.

Refecerunt enim spiritum meum ac uestrum. Agnoscite itaque huiusmodi.

18 ἀνέπαυσαν γὰρ τὸ ἐμὸν πνεῦμα, καὶ τὸ ὑμῶν. ἐπιγινώσκετε οὖν τοὺς τοιούτους.

Salutant uos Ecclesiæ Asiæ. Salutant uos in Domino multum Aquila & Priscilla, cum ea quæ in domo ipsorum *est* Ecclesia.

19 ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ ἐκκλησίαι τῆς ἀσίας. ἀσπάζονται ὑμᾶς ἐν κυρίῳ πολλὰ Ἀκύλας καὶ Πρίσκιλλα, σὺν τῇ κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίᾳ.

Salutant uos fratres omnes. Salutate alij alios osculo sancto.

20 ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἀδελφοὶ πάντες. ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ.

Salutatio manu mea Pauli.

21 ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου.

Si quis non amat Dominum Iesum Christum, sit anathema, maranatha.

22 εἴτις οὐ φιλεῖ τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, ἤτω ἀνάθεμα, μαραναθά.

12 Sed omnino non fuit καὶ πάντως οὐκ ἦν Hîc omnino καὶ ponitur pro ἀλλὰ, & ἦν explicãdum est per Aoristum secundum. Non satis aptè igitur Vulgata conuertit, Et utique non fuit. neque etiam Erasm. satis appositè, Et omnino non erat. Quum tempus opportunum habuerit ὅταν εὐκαιρήσῃ. Vulgata, quum ei uacuum fuerit. Vide Marc. 6. d. 31. 15 Stephanæ στεφανᾶ. Vulgata addit, & Fortunati καὶ φορτουνάτου. Quædam etiam exemplaria adjiciunt, & Achaici, καὶ ἀχαϊκοῦ, fortassis ex uersiculo 17. Stephanæ uerò nomen non fœminam sed uirum declarat: quod annotaui in gratiam imperitorum Græcæ linguæ, ut & alia multa. Esse primitias ὅτι ἐστὶν ἀπαρχὴ. Vulg. ad uerbum, quoniam sunt primitiæ Solet enim quoniam usurpare εἰδέναι. Est autem Hellenismus, ut in illo Terentij, Scin me in quibus sim gaudijs? Estque alludio ad Leuiticum sacerdotium. qua ratione etiam fideles dicũtur oblatio Domini. Sese addixisse ἔταξαν ἑαυτούς. Pronomina composita sæpe iam admonuimus pro simplicibus interdum usurpari apud idoneos etiam scriptores. Ita igitur puto hoc loco accipi ἑαυτὸς, ut omnino alienum sit ab Apostoli scopo quod nonnulli putant, istos nimirum commendari eo nomine, quòd ultrò & nonnisi à seipsis uocati, cœperint ministerio ecclesiastico uacare. Imò uerò contrà nihil aliud tradit Apostolus quàm istos sese totos sanctorum ministerio deuouisse, legitimè scilicet uocatos: siue de prædicationis ministerio accipias, siue (quod potius amplector) de ea functione quæ pauperum subsidijs & gubernationi ecclesiasticæ dicata erat. Itaque τάττειν ἑαυτοὺς uerti, sese addicere, ita scilicet ut gradus & statio constanter seruetur in qua fuerit aliquis collocatus. Hoc enim declarat uerbum τάττειν. Vulgata & Erasm. ad uerbum, ordinauerunt seipsos. quæ interpretatio præbuit occasionem illi quæstioni de qua diximus, quia scilicet uocationes ecclesiasticæ cœperunt peculiariter Ordines uocari κατ' ἀντίφρασιν opinor, quum mihi usquam sit æquè confusum ac perturbatum.

16 Subijciamini ὑποτάσσησθε. Id est honore & reuerentia prosequamini, illis cedite: & ab ijs finite uos regi ut par est, quum sese & suas facultates uobis suaundis consecrarint.

17 Absentiam uestram τὸ ὑμέτερον ὑμῶν. Id est, quod mihi deerat à uobis, quia scilicet à me aberatis, ut uestro conspectu frui non possem. Vulg quod uobis deerat, sensu deprauato. Eras. obscurè, id quod mihi deerat uestri. Quidam legunt τὸ ὑμέτερόμοι, id est, quod mihi deerat, nempe ut uos conspicerem, & rerum uestrarum statum intelligerem. Nam ineptum fuerit ad collationem aliquam pecuniariam referre quàm ab illis ipse acceperit: quum tam expresse testetur se gratuito illis prædicasse, nec unquam passurum ut hæc gloria sibi extorqueatur.

18 Spiritum τὸ πνεῦμα. Id est, animum, ut suprà 2. c. 11.

19 Ecclesia ἐκκλησία. Erasmus in annotationibus uertendum potius dicit Congregatione: qua in re ab eo dissentio. Apparet enim Apostolum commendare Aquilæ & Priscillæ familiam, quasi sit Ecclesiola quædam. alioquin dixisset σὺν τῷ οἴκῳ αὐτῶν cum domo ipsorum. Quod autem reperitur apud Ambrosium, & in exemplaribus nonnullis ueteris editionis Latinæ, Apud quos & hospitor, in nullis Græcis codicibus inueni. 20 Osculo sancto ἐν φιλήματι ἁγίῳ. i. sanctè ametis inter uos. Petita est autem hæc forma dicendi uel à dicendi consuetudine illa mutuò sese osculandi in salutando, Iudæis magis quã Græcis familiari: aut à mutuæ osculationis ritu in cœna Domini, ad summam illam animorum consensionem declarandum: quem ritum diserte declarat Iustinus Apologetico secundo.

22 Maran atha μαρὰν ἀθά. Alij codices scribũt uno uerbo μαραναθά, quod uideo eruditis nonnullis placere, quasi una sit dictio Syriaca idem declarãs atque apud Hebræos מרם, perperam tamen scripta à librarijs, ut alia piæraq; peregrina, quum scribendum fuerit Maharanatha. Alijs placet duas esse dictiones, nempe מרן Dominus, & אתא uenit. Alijs etiam tres, nempe מרן Dominus נא noster אתא uenit. Sed utrouis modo ex duobus istis legas, puto non satis aptè considerari significationem huius uocabuli in hoc loco interpretando, quum potius sit τεχνικῶς accipiendum. Sic enim existimo designari speciem extremi anathematis: quia nimirum ea erat eius formula, φ qui in eo damnatus esset, Dñi iudicio quasi in manus citra ullã ueniæ spem dederet, ut ea sit fortasse species tertia anathematis quã Thalmudistæ uocant שבותא, ut refertur in Thesbi Eliæ. Nam alioquin causa non erat cur Corinthios alloqueretur Chaldaicè, nisi uocabulum hoc fuisset Ecclesijs familiare, ut Amen, Aleluia, & alia nonnulla. Quòd si uera est potius eorũ opinio qui unicum uocabulum esse uolunt, idem declarans atque Hebræorum מרם miror sanè cur non posteriore

loco

A loco posuerit αὐάθεμα, Syriaci scilicet uocabuli explicationem, ut in Abba Pater. Quid si igitur uel librarij mutarunt ordinem uel ἀνάθεμα ad marginem pro Syriaci uocabuli interpretatione annotatum, postea in contextum irrepsit? Sed de his hactenus: nihil enim hic ausim aut uelim affirmare.

ἡ χαρις τοῦ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ μεθ' ὑμῶν. 23 Gratia Domini Iesu Christi *sit* uobiscum.
ἡ ἀγάπη μου μετὰ πάντων ὑμῶν ἐν χριστῷ ἰησοῦ. ἀμήν. 24 Charitas mea *est* cum omnibus uobis in Christo Iesu. Amen.

Πρὸς κορινθίους πρώτη. Ἐγράφη ἀπὸ φιλίππων διὰ στεφανᾶ καὶ φορτουνάτου, καὶ ἀχαϊκοῦ, καὶ τιμοθέου.

Ad Corinthios prior, missa fuit Philippis, per Stephanum & Fortunatum, & Achaicum, & Timotheum.

2 Amen ἀμήν. i. ita est. Est enim cõfirmantis potius quàm oprãtis: nisi libeat interpretari ἡ ἀγάπη μου μεθ' ὑμῶν, &c. charitas mei *sit* cũ uobis omnib. in Christo Iesu. sicut subijci solet extremis epistolis, Vale, & nos ama. Philippis ἀπὸ φιλίππων. Sic scriptum inueni in omnibus Græcis codicibus: sed tamen assentior ijs qui Ephesi scriptam putãt, ut dixi suprà uers. 5.

EPISTOLA PAVLI AD Corinthios secunda.

Πρὸς τοὺς κορινθίους ἐπιστολὴ δευτέρα.

B

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

ΚΕΦ. α.

ΠΑΥΛΟΣ ἀπόστολος ἰησοῦ χριστοῦ διὰ θελήματος θεοῦ, καὶ τιμόθεος ὁ ἀδελφὸς, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ, τῇ οὔσῃ ἐν κορίνθῳ, σὺν τοῖς ἁγίοις πᾶσι, τοῖς οὖσιν ἐν ὅλῃ τῇ ἀχαΐᾳ.

χαρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ,

εὐλογητὸς ὁ θεὸς, καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ θεὸς πάσης παρακλήσεως.

ὁ παρακαλῶν ἡμᾶς ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν, εἰς τὸ δύνασθαι ἡμᾶς παρακαλεῖν, τοὺς ἐν πάσῃ θλίψει διὰ τῆς παρακλήσεως, ἧς παρακαλούμεθα αὐτοὶ ὑπὸ τοῦ θεοῦ.

ὅτι καθὼς περισσεύει τὰ παθήματα τοῦ χρι- C στοῦ εἰς ἡμᾶς, οὕτως διὰ χριστοῦ περισσεύει καὶ ἡ παράκλησις ἡμῶν.

εἴτε δὲ θλιβόμεθα ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλή-

CAPVT I.

1 PAulus Apostolus Iesu Christi per uoluntatem Dei, ac Timotheus frater, Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, unà cum sanctis omnibus qui sũt in tota Achaia. *Sanctis.*

2 Gratia *sit* uobis & pax à Deo patre nostro & Domino Iesu Christo.

3 Benedictus Deus ac Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater *inquam* ille misericordiarũ & Deus omnis consolationis *author*. *Gratiarũ actio.* Ephes. 1. a. 3. 1. pet. 1. a. 3.

4 Consolans nos in omni oppressione nostra: in hoc ut nos possimus cõsolari eos qui sunt in quauis oppressione, per consolationem qua nos ipsos consolatur Deus. *Cõsolator Deus in tribulationib.*

5 Nam sicut abundant perpessiones Christi in nobis, ita per Christum abundat & cõsolatio nostra.

6 Siue autem opprimimur, pro uestra con

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

2 Gratia & pax χάρις καὶ εἰρήνη. Hæc sunt à nobis in epistola ad Romanos & superiore exposita.

3 Benedictus εὐλογητὸς i. laus & gloria tribuatur. Sic enim homines benedicunt Deo, ut alibi exposuimus. Deus ac Pater ὁ θεὸς καὶ πατήρ. Vide 1. Cor. 15. c. 24. Misericordiarum τῶν οἰκτιρμῶν. Hebr. רחמים. i. summè misericors. Hęc enim est emphasis pluralis num. quanquã alijs placet subtilius hoc explicare. 5 Perpessiones Christi τὰ παθήματα τοῦ χριστοῦ. i. ærumnæ quas ob Christum perpetior, siue quas in me perpetitur Christus, ut Rom. 8. d. 17. & Col. 1. d. 24. Quod autẽ attinet ad πάθημα, de eo diximus Rom. 7. a 5. 6 Siue autẽ opprimimur, εἴτε δὲ θλιβόμεθα. Triplicem huius loci lectionem inuenio: unam scilicet quam sum sequutus in Complutensi editione, quinque uetustis codicibus, & Græcis etiam scholijs: alteram in Vetere interprete tertiam quam amplexus est Eras. & habent oẽs excusi codices quos quidẽ inspexerim. Vetus ergo interp. sic legit, εἴτε ἡ θλιβόμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας· εἴτε παρακαλούμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας τῆς ἐνεργουμένης ἐν ὑπομονῇ τῶν αὐτῶν παθημάτων ὧν καὶ ἡμεῖς πάσχομεν, καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν. i. siue aũt opprimimur, pro uestra consolatione (sic enim malo cum Eras. interpretari, quã exhortatione) & salute *opprimimur*: siue consolationẽ accipimus, *id sit* pro uestra consolatione & salute quæ efficitur in tolerantia earundẽ perpessionũ quas & nos patimur: & spes nostra firma est pro uobis. Hic tamen uariant codices. nam in quibusdam inseritur aliud membrũ, Siue consolamur, pro uestra consolatione. manifesto tamen errore, quum consolari & exhortari Græcis sit unum uerbum. Deinde pro quæ efficitur in tolerãtia, nõnulli codices habẽt, quæ operatur tolerãtiam: & pro Etiam spes nostra firma est, legitur aliubi, Vt spes nostra firma sit, repugnãtibus omnib. Græcis exemplarib. quæ quidem inspexerim. Tertia aũt lectio hęc est εἴτε δὲ θλιβόμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας τῆς ἐνεργουμένης ἐν ὑπομονῇ τῶν αὐτῶν παθημάτων ὧν καὶ ἡμεῖς πάσχομεν· εἴτε παρακαλούμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας. καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν. Id est, Siue autem affligimur, *id sit* pro uestra consolatione & salute, quæ efficitur in tolerantia earundem perpessionum quas & nos patimur: siue consolationem accipimus, pro uestra cõsolatione & salute. & spes nostra firma

est de uobis. Cæterùm, ex tribus istis lectionibus primam potissimùm sum amplexus, non modò ex eorum codicum fide & authoritate quos ante citaui, sed etiam quòd optime omnium cohæreat. Nam nisi ita legas, manifestum erit solœcophanes in participio εἰδότες uersiculo septimo. A

solatione ac salute *opprimimur*, quæ efficit in tolerantia earundē perpessionū quas & nos patimur: & spes nostra de uobis firma *est*: siue consolationes accipimus, pro uestra consolatione ac salute *consolationem accipimus*.

σεως, ἡ σωτηρίας, ἡ ἐνεργουμένης ἐν ὑπομονῇ τῶν αὐτῶν παθημάτων, ὧν καὶ ἡμεῖς πάσχομεν, εἴτε παρακαλούμεθα ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας, καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν.

Scientes quòd sicut socij estis perpessionum, ita *socij eritis* etiam consolationis.

7 εἰδότες, ὅτι ὡς κοινωνοί ἐστε τῶν παθημάτων, οὕτως καὶ τῆς παρακλήσεως.

Non enim uolumus uos ignorare, fratres, de oppressione nostra quæ nobis fuit in Asia, quòd *scilicet* summè grauati fuimus supra facultatem, adeò ut nos prorsus animi penderemus etiam quoad uitam.

8 οὐ γὰρ θέλομεν ὑμᾶς ἀγνοεῖν ἀδελφοί, ὑπὲρ τῆς θλίψεως ἡμῶν, τῆς γενομένης ἡμῖν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἐβαρήθημεν ὑπὲρ δύναμιν, ὥστε ἐξαπορηθῆναι ἡμᾶς καὶ τοῦ ζῆν.

Fidēdum Deo. Sed ipsi apud nos decretum mortis habuimus, ut ne confideremus in nobisipsis, sed in Deo, qui suscitat mortuos,

9 ἀλλὰ αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς, τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχήκαμεν, ἵνα μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἐπὶ τῷ θεῷ τῷ ἐγείροντι τοὺς νεκρούς. B

Quique ex tanta morte liberauit nos, & liberat: in quo speramus quòd etiam adhuc liberabit.

10 ὃς ἐκ τηλικούτου θανάτου ἐρρύσατο ἡμᾶς, καὶ ῥύεται. εἰς ὃν ἠλπίκαμεν, ὅτι καὶ ἔτι ῥύσεται.

Orationē. Rom. 15. g. 30. Vobis etiam unà operam conferentibus pro nobis in deprecationem, ut pro dono ex multis personis in nos *collato*, gratiæ

11 συνυπουργούντων καὶ ὑμῶν ὑπὲρ ἡμῶν τῇ δεήσει, ἵνα ἐκ πολλῶν προσώπων. τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα, διὰ πολλῶν εὐχα-

Pro uestra consolatione ac salute *opprimimur* ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας. Vulg. pro uestra exhortatione ac salute. Erasmus, *id est* pro uestri consolatione ac salute. Ac certe mihi uidetur παράκλησις hoc in loco consolationem potius quàm exhortationem declarare. Deinde quum in omnibus codicibus post θλιβόμεθα adscribatur distinctio, omnino subaudiendum est uerbum aliquod ad explendam sententiam, quod etiam indicat copulatiua comunctio sequens in καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν, & spes nostra. Idco Erasmus suppleuit, id est ego uerò putaui idem uerbum potius repetendum, ut in Græcis etiam scholijs repetitur. Sic enim loqui mos est: ideoque opinor hanc eclipsin fuisse usurpatam, ne molesta esset eiusdem uerbi repetitio: ut infra 2. b. 10, & 5. c. 13.

Quæ efficitur τῆς ἐνεργουμένης. Noua quidem est hæc formula Latinorum auribus, sed dignissima quæ à Christianis omnibus usurpetur. Etsi enim gratuito nobis datur salus, quia tamen certo itinere ad eam peruenitur, nimirum innocentis & integræ uitæ curriculo peracto: ideo dicimur salutem nostram operari, ut Philip. 2. b. 12. Iam uerò quia Deus unus est qui pro gratuita sua beneuolentia in nobis omnia efficit, ideo dicitur salus ab eo effici in nobis, per ea ipsa scilicet per quæ nos ad æternam uitam oportet superatis omnibus difficultatibus, contēdere. Vulgata & Erasmus, quæ operatur, actiuè scilicet significatione: quo modo fateor hoc participium à Paulo solere usurpari, ut Galat. 5. a. 6. & uerbū γίνεσθαι Rom. 7. a. 5, & infra 4. c. 12. sed tamen si spectemus de quo hic agatur, quomodo scilicet aliorum exemplis comiolatio ipsa; adeò salus in sanctis efficiatur, fatebimur passiuè id accipiendum hoc in loco, ut etiam explicat Chrysostomus. C

Et spes nostra ἐλπὶς ἡμῶν. Erasmus, spes etiam nostra, quia scilicet in sequentem uersiculum hoc reiecit. Mihi uerò uidetur simplicissima lectio ac plane germana quam sum sequutus. Neque enim possumus satis commodè subaudire particulam ὅτι ω, id est hic, quia non præcesserit ὑπὲρ. De uobis ὑπὲρ ὑμῶν. Id est περὶ ὑμῶν. Nam has præpositiones sæpe permutari satis constat apud idoneos etiam authores. Vulg. & Erasm. pro uobis.

7 Scientes εἰδότες. Vt melius agnoscatur iunctura huius participij cum superiore uersiculo, repetimus uerbum παρακαλούμεθα. Nisi uerò ita legas uti nos fecimus, id est si in hūc locum reijcias, καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν, dicendum erat εἰδόσιν potius quàm εἰδότες.

8 De oppressione ὑπὲρ τῆς θλίψεως. Iterum ὑπὲρ pro περὶ, ut suprà uersu 6. Sicut in illo Virgilij, Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.

Adeò ut nos prorsus animi penderemus ὥστε ἐξαπορηθῆναι ἡμᾶς. Id est, ut prorsus perplexi & inopes consilij essemus quomodo periculum uitæ euaderemus: quoad humana scilicet præsidia, & quantum ipse poterat iudicare. Dicitur enim ἀπορεῖσθαι qui non nouit quomodo sese ex aliqua difficultate expediat: cuius uerbi uim auget præpositio ἐξ. Vulgata, ita ut taederet nos, sententia non modò non expressa, sed etiam deprauata. Erasmus, ut desperauerimus. à quo uerbo libens abstinui.

9 Sed ἀλλὰ Erasmus, Quinetiam, ἀλλὰ καὶ, quasi amplius aliquid significetur quàm superiore uersiculo. Apud nos ἐν ἑαυτοῖς. Id est, intus & in animo. Vulgata & Erasmus, in nobisipsis.

Decretum mortis habuim. τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου. id est apud me constitutū & decretum erat mori: sed metaphora ab ijs sumpta in quos pronuntiatum est capitis iudicium, ut τὸ ἀπόκριμα non aliud declaret quàm κρίματα quinetiam aliquot secretionem significet. Quibusdam uerò placet pro responso seu denuntiatione accipere: quasi præsentem mortem ueluti denuntiarent. Mihi uidetur simplicissima prior interpretatio.

10 Ex tanta morte ἐκ τηλικούτου θανάτου. Summa illa pericula per auxesin uocat mortem. Vulgata, ex tantis periculis, non expressa illa amplificatione. Ambrosius uidetur legisse ἐκ τηλικούτων θανάτων, ex tantis mortibus.

11 Vobis etiam una, &c. συνυπουργούντων καὶ ὑμῶν ὑπὲρ ἡμῶν τῇ δεήσει. Vulg. Adiuuantibus & uobis in oratione pro nobis. Erasmus, Simul adiuuantibus & uobis per deprecationem pro nobis. Atqui scriptum non est τῇ ὑπὲρ ἡμῶν δεήσει. Deinde δέησις deprecationem potius quàm orationem declarat, ut diximus Act. 1. c. 14. Sed tamē quod ad sententiam ipsam attinet, nihil uariat. Vt pro dono ex mult. &c. ἵνα ἐκ πολλῶν, &c. Primùm omnium rectè, meo iudicio, annotauit Valla traiectionem articuli: quasi scilicet scriptū sit ἵνα τὸ ἐκ πολλῶν προσώπων εἰς ἡμᾶς χάρισμα. neque causa erat cur hac traiectione offenderetur Erasmus, cuius simile exemplū occurrit hoc ipso capite, uer. 24, ubi scriptum est ὑμῶν τῆς πίστεως, pro τῆς ὑμῶν πίστεως. Quod autem attinet ad ἐκ πολλῶν προσώπων, præpositionem ἐκ simpliciter ita accipio ut causam instrumentalem declaret. Hoc enim dicit Apostolus, fore ut qui per multorum

A torum deprecationem fuerit è periculis liberatus (quam liberationem χάρισμα uocat) per multos uicissim agátur gratiæ pro eo beneficio: unde rectè colligit sese comuni Ecclesiæ totius bono affligi solere, ut explicat infrà 4. d. 15. Ergo προσώπων hoc loco nihil aliud declarat quàm αὐθρώπων, nisi malimus accipere pro respectu. i. pro בעבור ut Hebræi loquuntur: ita tamen ut eadem maneat sententia. i. ut causa instrumentalis declaretur, non autem finalis. Hoc enim uix ferat præpositio ἐκ. Vulg. ex multarum personis facierum, manifestè corrupta lectione: quum semel duntaxat scriptum sit προσώπων, ut mihi quidem omnino uideatur interpres ad uerbum conuertisse ex multorũ facie. uel ut Erasm. quoque perobscurè uertit, ex multorum personis. In quibusdã codicib. legit ur ὐ πολλῶ προσώπω. quod & ipsum est admodum obscurum, ac fortasis perperam scriptum est pro οὐ πολλῶν προσώπων. i. publice & corã multis, nimirum in publico cœtu. Legit enim Ambrosius, in multorum facie. Per multos διὰ πολλῶν. Hoc nuper quidam prætermisit, suo more scilicet quidquis uel adijciens, uel detrahens, uel immutans. Græca uero scholia, quia ἐκ πολλῶν προσώπων interpretantur de ijs ipsis à quibus agendæ sint gratiæ, ne hoc posterius uideatur redundare, perinde explicarunt ac si subaudiretur πρόσωπον, id est multis modis. quæ interpretatio prorsus est uiolenta.

εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν.

per multos agántur pro nobis.

12 ἡ γὰρ καύχησις ἡμῶν αὕτη ἐστίν, τὸ μαρτύριον τῆς συνειδήσεως ἡμῶν, ὅτι ἐν ἁπλότητι καὶ εἰλικρινείᾳ θεοῦ, οὐκ ἐν σοφίᾳ σαρκικῇ, ἀλλ' ἐν χάριτι θεοῦ ἀνεστράφημεν ἐν τῷ κόσμῳ, περισσοτέρως δὲ πρὸς ὑμᾶς.

12 Nam gloriatio nostra hæc est, testimoniũ scilicet conscientiæ nostræ: quòd cum simplicitate & synceritate Dei, non cum sapientia carnali, sed cũ gratia Dei cóuersati fuerimus in mundo, potissimùm autem apud uos.

13 οὐ γὰρ ἄλλα γράφομεν ὑμῖν, ἀλλ' ἢ ἃ ἀναγινώσκετε, ἢ καὶ ἐπιγινώσκετε. ἐλπίζω δὲ, ὅτι καὶ

B ἕως τέλους ἐπιγνώσεσθε.

13 Nõ enim alia scribimus uobis quàm quæ legitis aut etiam agnoscitis. spero autem & usq; ad extremum quoque agnoscetis,

Synceritas Pauli in prædicando Euangelio.

καθὼς καὶ ἐπέγνωτε ἡμᾶς ἀπὸ μέρους, ὅτι καύχημα ὑμῶν ἐσμεν, καθάπερ καὶ ὑμεῖς ἡμῶν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου ἰησοῦ.

14 Sicut & agnouistis nos ex parte, quòd scilicet gloriatio uestra sumus, quemadmodum & uos nostra, in diem Domini Iesu.

καὶ ταύτῃ τῇ πεποιθήσει ἐβουλόμην πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν πρότερον, ἵνα δευτέραν χάριν ἔχητε,

15 Itaque hac fiducia uolui ad uos uenire primùm, ut secundam gratiam haberetis:

Pro nobis ὑπὲρ ἡμῶν. Complutensis editio & quatuor uetusti codices scriptum habent ὑπὲρ ὑμῶν, pro uobis. i. uestro nomine, uel quòd uestris precibus fuerim liberatus. Sed altera lectio mihi uidetur huic loco melius conuenire. 12 Et synceritate Dei καὶ εἰλικρινείᾳ θεοῦ. i. candore, & animi quasi perspicuitate sancta & uera, ut hactenus quæ coram Deo constet. sicut iustitia Dei dicitur apud Paulum Iustitia qua coram Deo habemur pro uere iustis, in Christo scilicet. Cum gratia Dei οὐ χάριτι θεοῦ. i. fretus ea sapientia quam Deus mihi cœlitus est gratificatus. Gratiam enim μετανοίας accipit pro ipso dono: & pro specie posuit genus ipsum, ut apparet ex antithesi. quanuis nihil prohibeat cum sapientia adiungere reliqua Spiritus dona. Potissimùm autẽ περισσοτέρως δὲ. Vulg. & Erasmus degentib. Vulg. ad uos. Eras. erga uos. Sic accipitur infrà 3. a. 4. 13 Quam ἀλλ' ἢ i. ἢ. Sic Plato in Apologia, nonnihil horride, abundantius autem. Apud uos πρὸς ὑμᾶς. i. παρ' ὑμῖν, ut apud Demosth. πρὸς ὑμᾶς ξῶσι. apud milis locus occurrit infrà 3. a. 3. Venuste autem dicit Paulus, se non aliud scribere quàm quod legeretur. i. cãdidè, syncerè & absq; ullo fuco scribere: ut eam synceră simplicitatẽ probaret quam sibi tribuerat superiore uers. Nam qui tecta aut fucata oratione utitur, meritò sanè dicitur alia scribere quàm quæ leguntur: ueluti si qua honesta mulier dicat se non aliam faciem afferre quàm quæ spectatur: quod non possit ei tribui quæ sese fuco illinat, & quicum, ut inquit ille, facies sua non dormiat. Videtur tamen hæc expositio nimium frigida doctissimo interpreti. Itaq; pro ἀναγινώσκετε exponit recognoscitis. i. tacito animi consensu uerum esse intelligitis, ἐπιγινώσκετε uerò, agnoscitis. i. uestro consensu approbatis. sicut agnoscere liberos accipitur apud Iurisconsultos αὐτὶ τοῦ προσίεσθαι. 15 Itaque hac fiducia uolui ad uos uenire primùm, ut secundam gratiam haberetis: Quæ legitis ἃ ἀναγινώσκετε. Non dissimulis locus occurrit infrà 3. a. 3. Venuste autem dicit Paulus, se non aliud scribere quàm quod legeretur. i. cãdidè, syncerè & absq; ullo fuco scribere: ut eam synceră simplicitatẽ probaret quam sibi tribuerat superiore uers. Nam qui tecta aut fucata oratione utitur, meritò sanè dicitur alia scribere quàm quæ leguntur: ueluti si qua honesta mulier dicat se non aliam faciem afferre quàm quæ spectatur: quod non possit ei tribui quæ sese fuco illinat, & quicum, ut inquit ille, facies sua non dormiat. Videtur tamen hæc expositio nimium frigida doctissimo interpreti. Itaq; pro ἀναγινώσκετε exponit recognoscitis. i. tacito animi consensu uerum esse intelligitis, ἐπιγινώσκετε uerò, agnoscitis. i. uestro consensu approbatis. sicut agnoscere liberos accipitur apud Iurisconsultos αὐτὶ τοῦ προσίεσθαι. Aut etiam agnoscitis

C ἢ καὶ ἐπιγινώσεσθε. id est, aut etiam ipsi iam satis nostis & intelligitis ut nõ iam epistolam, sed ipsos eorum animos faciat Apostolus sui illius perpetui candoris testes, quo aduersum eos usus fuerat. quæ expositio uidetur optimè cohærere cum ijs quæ subijciuntur. Nam alioquin quauis oratio sit animi interpres, tamen non ita difficile est candorem scribendo simulare. Aut, agnoscitis, nempe ut iam antè uobis nota. uel saltem ijs prorsus respondentia quæ olim ex me præsente audistis. sicut Basil. 1. epist. testatur se ἐπιγνῶναι, i. agnouisse epistolã à Gregorio Æsectam, sicut, inquit, quosdam agnoscimus esse quorundam filios, ex eo quòd parentum uultum referant. Cæterùm in Græcorum scholiorum contextu non legitur hoc membrum, sed librariorum incuria prætermissum est, ut ex interpretatione apparet. Exponunt autem ἐπαναγινώσκειν non uti nos fecimus, legendi uerbo, sed recognoscẽdi. Recognoscimus uerò quæ reminiscendo cognoscimus. unde ἀνάγνωσιν Macrobius repetitam cognitionem interpretatur. ἐπιγινώσκειν autem accipiunt de simplici cognitione. quasi diceret Apostolus se non alia scribere quàm quorum poterant ipsi Corinthij recordari, aut etiam quæ sponte ipsi scirent & intelligerent, etiamsi ea non suggereret. Verùm ea interpretatio mihi uidetur uiolenta, nec satis cum præcedentibus & sequentibus cohærere. Vetus interpres legit καὶ ἐπιγινώσεσθε & cognoscitis, sublata disiunctiua particula. Vsq; ad extremum ἕως τέλους. i. perfectè. Huic enim opponitur τὸ ἀπὸ μέρους, i. ex parte. Vos, inquit Paulus, quis sim cognouistis aliqua ex parte, ut qui apud uos fuerim tandiu uersatus, & ad uos etiam anteà scripserim. Spero autem fore ut eundem esse me porrò cognoscatis, ut initium respondeat extremo.

14 Quòd *scilicet* gloriatio uestra sumus ὅτι καύχημα ὑμῶν ἐσμεν. Vel gloriationem uestram esse. Nam ὅτι accipiendum esse εἰλικῶς non αἰτιολογικῶς pro siquidem aut quoniam, uel ex eo apparet quòd in nullis Græcis codicibus adscriptum inuenimus punctum post μέρους, sed simplicem tantũ distinctionẽ. Gloriatio autem Pauli hæc erat in Domino, quòd Corinthios lucrifecisset. Corinthiorum uerò ad talì Apostolo tam purè ac syncerè fuerant instituti. In diem οὐ ἡμέρας. Sic malo conuertere quàm in die, quia non præcessit ἐσόμεθα erimus, sed ἐσμεν sumus. Diem autem uocat Domini Iesu, siue, ut in alijs codicib. legitur, Domini nostri Iesu Christi, diem illum quo supremus ille iudex sedebit, ut declarat ipse Apostolus Rom. 2. d. 16. 15 Primùm πρότερον. i. uos primos inuisere. ut à uobis dẽmum in Macedoniam uenirem, ut sequenti uers. explicat. Aliud tamen antea fuisse ipsius consilium liquet ex prioris epistolæ cap. 16. b. 5. & 7, & res ipsa hoc comprobauit. Vide 1. Cor. 15. d. 36. Secundã gratiam δευτέραν χάριν. Id est alterum hoc beneficium, nempe si uos in hac profectione bis inuisissem, ut sequenti uersiculo exponit. Neque enim ad priorem epistolã hoc satis commodè referri posse uidetur. Alioquin enim solet epistolæ missionem sub aduentus nomine comprehẽdere, ut dicemus infrà 13. a. 1. Græci χάριν interpretãtur χαρὰν, id est gaudium, sicut in uernaculo nostro sermone uocamus *un plaisir*, tum beneficium ipsum, tum etiam uoluptatem quæ ex eo percipitur. Erasmus, gẽminam gratiam.

Et per uos transire in Macedoniam, & rursum à Macedonia uenire ad uos, ac à uobis deduci in Iudæam.

16 καὶ δι' ὑμῶν θελῆσαι εἰς μακεδονίαν, καὶ πάλιν ἀπὸ μακεδονίας ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι εἰς τὴν ἰουδαίαν. A

Hoc igitur quum consultarem, nunquid leuitate sum usus? aut num quæ consulto, secundum carnem consulto, ut sit apud me Etiam & Non?

17 τοῦτο οὖν βουλόμενος, μήτι ἄρα τῇ ἐλαφρίᾳ ἐχρησάμην; ἢ ἃ βουλεύομαι, κατὰ σάρκα βουλεύομαι; ἵνα ᾖ παρ' ἐμοὶ τὸ ναὶ, ναί. καὶ τὸ οὒ, οὔ.

Imò fidelis Deus, quòd sermo noster quo usus sum apud uos, non fuit Etiam & non.

18 πιστὸς δὲ ὁ θεὸς, ὅτι ὁ λόγος ἡμῶν ὁ πρὸς ὑμᾶς οὐκ ἐγένετο ναὶ καὶ οὔ.

Nam Dei filius Iesus Christus, qui inter uos per nos prædicatus est, *id est* per me & Syluanum ac Timotheum, non fuit Etiam & non, sed etiam in ipso fuit.

19 ὁ γὰρ τοῦ θεοῦ υἱὸς ἰησοῦς χριστὸς, ὁ ἐν ὑμῖν διὰ ἡμῶν κηρυχθεὶς, δι' ἐμοῦ καὶ σιλουανοῦ καὶ τιμοθέου, οὐκ ἐγένετο ναὶ καὶ οὔ, ἀλλὰ ναὶ ἐν αὐτῷ γέγονεν.

Quotquot enim *sunt* promissiones Dei, in ipso *sunt* Etiam, & in ipso *sunt* Amen, ad Dei gloriam per nos.

20 ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι θεοῦ, ἐν αὐτῷ τὸ ναί, διὸ καὶ δι' αὐτοῦ τὸ ἀμὴν, τῷ θεῷ πρὸς δόξαν δι' ἡμῶν.

Confirmatio. Vatic.

Porrò qui confirmat nos uobiscū in Christum, & qui unxit nos, Deus *est*.

21 ὁ δὲ βεβαιῶν ἡμᾶς σὺν ὑμῖν εἰς χριστὸν, καὶ χρίσας ἡμᾶς θεὸς, B

16 A uobis ὑφ' ὑμῶν. In uno codice scriptum erat ἀφ' ὑμῶν, à uobis, id est à uestra regione.

17 Quum consultarem βουλευόμενος. Vulg. quum uoluissem βουλόμενος. Eras. quum in animo uersarem, διὰ νοήματος uel ἐνθυμούμενος. Idem tamen mox uertit βουλεύομαι cogito, cum Vetere interprete, quem alioquin frequenter solet reprehendere quòd copiam affectet minimè necessariam. Secundum carnem ἐμαυτὲ σάρκα. i. hominum more, qui & temere solent polliceri quiduis, & leuiter consilium mutare. quod antè explicauit uocabulo ἐλαφρίᾳ, à ceruorum leuitate ducto. Alius placet contraria prorsus sententia exponere, secundum carnem, id est ut homines solent, qui scilicet sine exceptione constituunt quidquid libuit, ideoq; sæpe sua spe falluntur: quum sancti nihil soleant decernere nisi addita conditione cuius fit mentio Iacob 4.c.15. Sed alteram interpretationem potius amplector.

Vt sit apud me Etiam & Non ἵνα ᾖ παρ' ἐμοὶ ναὶ καὶ οὔ. Id est, ut aliquid modò affirmen, modò negem? Nam τὸ ναὶ quod conuertimus Etiam, declarat affirmantem sermonem, τὸ δὲ negantem, ut diximus Matth. 5.f.37. Erasm. ut sit apud me *quod est* etiam, etiam, & *quod est* non, non? ἵνα ᾖ παρ' ἐμοὶ τὸ ναὶ, ναὶ, καὶ τὸ οὒ, οὔ. & fateor ita legi in Græcis codicibus, & Chrysostomum quoque hæc interpretari, quasi negaret Apostolus se in hac deliberatione sequutum hominum consuetudinem, qui sine exceptione solent aliquid se facturos aut non facturos polliceri. sed has causas habui cur aliam lectionem sequi mallem, nimirum quòd longè melius cohæreant quæ sequuntur, & ita etiam legit Vetus interpres: cum quo facere comperimus unum ex uetustis nostris codicibus. Suspicor autem locum fuisse deprauatū, ex similium locorum collatione, nempe Matth. 5.f.37, & Iacob. 5.c.12. 18 Imò Id est, μᾶλλον δέ, ut rectè exposuit Erasmus, quum subijciatur interrogationi. Sed nihil tamen subaudio inter præcedentem interrogationem, & hanc responsionem. Fidelis Deus πιστὸς ὁ θεὸς. Id est uerax, & de cuius fide sit nefas dubitare. Est autem in his uerbis species iurisiurandi: quasi dicat Paulus (calumniæ scilicet depulsionem à persona transferens ad doctrinam, de cuius retinenda authoritate potissimùm laborabat) Testis sit mihi Deus ipse fidelis & omni exceptione maior: uel, nouit Deus fidelis testis, me uobis eandem ueritatem constanter prædicasse. Vocat enim τὸν λόγον prædicationem Euāgelij, ut exponit primo uersiculo, non autem quod epistola priore promiserat. ut putauit Erasmus. C

19 Non fuit etiam & non οὐκ ἐγένετο ναὶ καὶ οὔ. Id est non fuit uarius & inconstans, sed prorsus idem. Vulg. non fuit in illo Est & non, deprauate. Nam in illo, irrepsit ex sequenti uersiculo. In duobus autē codicibus pro ἐγένετο legimus ἐστὶ, quam lectionem sequutus est Vetus Interpres, eadem manente sententia.

Sed Etiam in ipso fuit ἀλλὰ ναὶ ἐν αὐτῷ γέγονεν. Id est, idem semper & unus fuit in Deo. Nam ἐν αὐτῷ ad Deū necessariò pertinet, cuius filius est ipse Christus, ipsa constantissima Patris ueritas.

20 *Sunt* etiam in ipso ἐν αὐτῷ τὸ ναί. Id est omnes in uno Christo proponuntur exhibendæ ac præstandæ, cōstanti ac muriata ratione. Neq; enim possumus Deo aliter quam in uno filio placere, ac proinde promissionum participes fieri. Et in ipso *sunt* Amen καὶ ἐν αὐτῷ ἀμήν. Id est, & in ipso sunt exhibitæ ac completæ, quum ille scilicet munere suo defunctus, & sibi & nobis hæreditatem illam cœlestem creuerit. Itaque τὸ ναὶ ad promittentem refero, qui Christum ut unum certumque promissionum scopum proposuerit, τὸ ἀμὴν uerò ad Christū ipsum qui illas impleuerit, ut nobis quoque ratæ fierent. Nam τὸ ναὶ spondentis est, τὸ ἀμὴν uerò ratum habentis quod dictum est aut factum. de quo diximus 1 Cor. 14.c.16. Si cui tamen nimium arguta uidebitur hæc distinctio, non incommodè dixerit, Apostolum, Hebræorum more, & emphaseos causa bis idem dixisse diuersis tamen linguis, ut in Abba Pater. Sed Vetus interpres totum hunc locum ita legit, διὸ καὶ δι' αὐτοῦ τὸ ἀμὴν, ideo & per ipsum Amen, quo modo & in uno Græco exemplari scriptum inuenimus. Ad Dei gloriam τῷ θεῷ εἰς δόξαν. i. ut Deo cedat gloria, ut Græca scholia rectè exponunt. Sed hæc traiectio uidetur paulò obscurior in Latino sermone, si cum Vetere interprete & Erasmo conuertamus ad uerbum, Deo ad gloriam. Reperio autem in omnibus codicibus Græcis distinctionē additam post ἀμὴν, ut τῷ θεῷ cōmode non possit cum præcedētib. connecti. quod tamen faciendum est, si ueterem interpretem sequamur. Per nos δι' ἡμῶν. Id est, ut per nos, Euāgelij scilicet ministros, Dei gloria in Christo patefiat. nisi malimus, eadem tamen manente sententia, hoc connectere cum præcedentibus. sic enim omnes promissiones sunt Etiam & Amen in Christo, ut ad hoc ipsum beneficium nobis applicandum Deus ministrorum opera utatur. Vulg. nostram. i. ἡμῶν, sublata præpositione. 21 Qui nos confirmant uobisc. ὁ βεβαιῶν ἡμᾶς σὺν ὑμῖν. Hæc distinctio ostendit de quibus dictum sit δι' ἡμῶν, id est, per nos, superiore uersiculo, nimirum de ministris uerbi. Vult enim Paulus ostēdere quomodo ualeat ductum argumentum à Christi persona ad ministros uerbi, quia scilicet quod Christus præstitit, hoc ipsum annuntiatur à ministris, & Christi idem Spiritus per ministros Ecclesiam regit.

Et qui unxit καὶ χρίσας. De ministris loquens quos Spiritus Dei dicitur ungere, alludit ad Sacerdotum & Prophetarum atq; adeo regum unctionem in Lege usurpatam. quanuis fateor hoc etiam posse in genere de omnibus fidelibus dici, ut 1. Pet. 3.b.9 Sed spectandum de quo hic laboret Paulus, nempe de asserenda ministerij sui & suorum collegarum dignitate: aduersus eorum calumnias qui ipsum accusabant leuitatis, quasi Spiritu Dei non regerentur, ut qui ad eos non uenissent sicut polliciti fuerant.

A ὁ δὲ σφραγισάμενος ἡμᾶς, καὶ δοὺς τὸν ἀρραβῶνα τοῦ πνεύματος ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν.

22 Qui etiam obsignauit nos, deditque arrhabonem Spiritus in cordibus nostris.

ἐγὼ δὲ μάρτυρα τὸν θεὸν ἐπικαλοῦμαι ἐπὶ τὴν ἐμὴν ψυχήν, ὅτι φειδόμενος ὑμῶν, οὐκέτι ἦλθον εἰς Κόρινθον.

23 Ego uerò testem Deum inuoco in animã meam, quòd parcens uobis, nondum uenerim Corinthum:

οὐχ ὅτι κυριεύομεν ὑμῶν τῆς πίστεως, ἀλλὰ συνεργοί ἐσμεν τῆς χαρᾶς ὑμῶν, τῇ γὰρ πίστει ἑστήκατε.

24 Non quòd dominemur uestræ fidei, sed *quod* administri simus gaudii uestri. nam fide statis.

ΚΕΦ. β.

CAPVT II.

Ἔκρινα δὲ ἐμαυτῷ τοῦτο, τὸ μὴ πάλιν ἐν λύπῃ πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν.

1 Hoc autem mihi faciendum iudicaui, ut ne rursus ad uos cum tristitia uenirem.

εἰ γὰρ ἐγὼ λυπῶ ὑμᾶς, καὶ τίς ὁ εὐφραίνων με, εἰ μὴ ὁ λυπούμενος ἐξ ἐμοῦ;

2 Nam si ego tristitia uos afficiam: quis est qui exhilaret me, nisi is qui tristitia afficitur ex me?

καὶ ἔγραψα ὑμῖν τοῦτο αὐτό, ἵνα μὴ ἐλθὼν, λύπην ἔχω, ἀφ' ὧν ἔδει με χαίρειν. πεποιθὼς τοῦτο πάντας ὑμᾶς, ὅτι ἡ ἐμὴ χαρὰ πάντων ὑμῶν ἐστί.

3 Et scripsi uobis hoc ipsum, ne, quum uenero, tristitiam capiam ex iis ex quibus oportebat me gaudere: confisus uobis omnibus, q̃ meum gaudiũ, omnium uestrũ sit.

ἐκ γὰρ πολλῆς θλίψεως, καὶ συνοχῆς καρδίας ἔγραψα ὑμῖν, διὰ πολλῶν δακρύων, οὐχ ἵνα λυπηθῆτε, ἀλλὰ τὴν ἀγάπην ἵνα γνῶτε, ἣν ἔχω περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς.

4 Nã ex multa oppressione & anxietate cordis scripsi uobis, per multas lachrymas: non ut tristitia afficeremini, sed ut cognosceretis charitatẽ quã habeo abũdãtissimã erga uos.

εἰ δέ τις λελύπηκεν, οὐκ ἐμὲ λελύπηκεν, ἀλλ' ἀπὸ μέρους, ἵνα μὴ ἐπιβαρῶ πάντας ὑμᾶς.

5 Quòd si quis tristitiam attulit, non mihi tristitiam attulit, sed quadantenus ne *illum* aggrauem, uobis omnibus.

ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη, ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων.

6 Sufficit istiusmodi *hòmini* obiurgatio hæc *facta* à pluribus:

22 Arrhabonem ἀρραβῶνα. Hebræi à quo uidentur hoc uocabulum sumpsisse Græci, ערבון uocant id omne quo dato confirmatur fideiussio. Ideo uetus Interpres pignus conuertit. Sed arrha siue arrhabo peculiariter dicitur pars aliqua persoluta pretij in uẽditione interuenientis, ut fides fiat reliquæ persoluendæ summæ. Translatitie igitur Paulus dicit ministros uerbi accipere à Deo Spiritus dona, quasi p̃ arrhabone suæ uocationis. i. pro fideiussione pacti quod cum illis iniit, tum ministrorum, tum auditorum respectu.

23 Ego uerò ἐγὼ δέ. Hinc oportuit auspicari secundum caput. In animam meam ἐπὶ τὴν ἐμὴν ψυχήν. Id est, in meum caput, siue uitæ meæ periculo. Nam in uero iureiurando Deus non tantùm ut testis, sed etiam ut uindex aduocatur, sicut diximus 1. Cor. 15. d. 31. Sic apud Hebræos additur לנפשי. Quidam hoc loco testem in animam meam interpretatus est, animi mei. i. sententiæ aut uoluntatis testẽ. quàm rectè, ipse uiderit. 24 Dominemur, &c. κυριεύομεν ὑμῶν τῆς πίστεως. i. τῆς ὑμῶν πίστεως. ut suprà 1. c. 11. Eras. dominemur uobis *nomine* fidei, quasi subaudiat οὔσης, ut uitẽ traiectio articuli. Sed hoc planè est uiolentũ. Cæterũ hoc addidit Paulus, q̃ alioquin uideri posset nimiũ imperiose locutus, q. d. Quod autem dixi me nõ uenisse ut uobis parcerem, sic accipite nõ quasi p̃ meo iure posim apud uos quiduis in religione & cõscientijs uestris obstringendis uel relaxãdis, sed quia sum Dei administer ad uos cõsolandos & erigẽdos. Quidã nup sic cõuertit hunc locũ. Non q̃ uobis fiduciã derogemus, sed cosulimus uestro gaudio. Obsecro uerò quid est summa impudentia, quiduis audere in interpretãdo, si hoc non est? Gaudij τῆς χαρᾶς. Gaudiũ ac pacẽ conscientiæ cuius Deum facit authorẽ, se uerò administrum cum suistacitè opponit tyrannico terrori simulq; proprium Euãgelij finem designat.

IN CAPVT II.

1 Cum tristitia ἐν λύπῃ. i. tristitiæ causam uobis afferẽs. quòd futurũ erat si prius ad eos uenisset q̃ resipuisset, ut ab ipso fuerant admoniti priore epistola, cuius etiam respectu addidit particulã πάλιν. 2 Quis est καὶ τίς ἐστιν Vulg. & Eras. & quis est. Ego uerò existimo καὶ prorsus παρέλκειν. Hic. n. est sensus, Cõstitui omnino ita ad uos uenire, ut nullã uobis rursus afferã tristitiæ occasionẽ. Nã si uos affecerim molestia, quis superst qui me exhilaret? Vos. n. ij uni estis ex quib⁹ nũc possim uoluptatẽ capere: quib⁹ iterũ molestia affectis, nõ est q̃ aliunde gaudiũ sperẽ. Sed sin autem in primis sibi conciliatum cupit, q̃ eum resipuisse intellexisset. Quod si quis uelit seruare particulã καὶ, necesse fuerit apositionem sic cõstituere post λυπῶ ὑμᾶς. 3 Hoc ipsum τοῦτο αὐτό. Illud ipsum scilicet quod illi ac uobis molestiã attulit. Hoc. n. ad priorẽ epist. referendũ est, qua illũ iusserat tradi Satanæ. Itaq; ἔγραψα nõ conuerti scripserã, sed scripsi: nec ἐλθὼν quũ uenissem, sed quũ uenero, cũ Vetere interp. nec λύπαν ἔχω, tristitiã caperẽ, sed tristitiã capiã. Tristitiã cap. λύπαν ἔχω. Vulg. tristitiã super tristitiã habeam, λύπαν ἐπὶ λύπην ἔχω, tristitiã caperẽ, mo perinde ut Eras. translatũ esse ex Philip. 2. d. 27. quanuis ita legerim in Cõplut. editione, & alio quodã codice uetusto. Cõfisus πεποιθὼς. Quia, inquit, omnino speraui fore ut quod mihi displicere intelligeretis, statim tolleretis: quia mea gaudia existimatis uobis esse cõmunia. 5 Tristitiam attulit λελύπηκεν. Vulg. cõtristauit. Eras. dolore affecit. Ego illo modò malui interpretari, quia casum nõ habet adiunctũ. Nõ mihi tristitia att. οὐκ ἐμὲ λελύπηκεν. Quidã subaudiũt μόνον tantũ, interpretatione nõ modò uiolẽta (ut ego existimo) sed etiã minimè omniũ appolita. Neq. n. in eo uertatur Paulus ut incestuosi illius scelus exaggeret (quod sanè faceret si nõ se dũtaxat, sed totã Ecclesiã diceret ab eo tristitia affectã) sed cõtrà quantũ potest illũ subleuat ac cõsolat post resipiscentiã. Primũ igit quod simpliciter uerum erat, quasi dubitãs & sub cõditione exprimit, Si quis, inquiens, tristitiã attulit. Deinde se ab eo negat ullo dolore affectũ: q. d. pinde absterſa esse illã oẽm molestiã ac si nunquã illã sensisset, quia. f. ille resipuerat, sicut dicit Dñs sonre ut iniquitatiũ nostrarũ amplius nõ recordet. Sed quadantenus ἀλλ' ἀπὸ μέρους. Mecũ, inquit Paulus, nullum est amplius ipsi negotiũ. Supestis uos, quos oẽs sanè offendit. Sed hoc quoq; Apost. emollit, addẽs ἀπὸ μέρους. i. quadãtenus, seu p̃ pemodũ. Ne, inquit, aggrauẽ. i. ne iã p̃ se grauato onus adijcia, quod potius detractũ cupio. Sic Chrysost.

A

hunc locum simpliciter ac dilucidè interpretatur: ut plane mirer quosdam maluisse nouis & uiolentis eclipsibus totum hunc locum conturbare. Vulg. & Erasm. sed ex parte, nimium obscurè. sed multò tamen rectius quàm is qui nuper hunc uersiculum est interpretatus, Quòd si quis contristauit, non me contristauit nisi aliquatenus, ne uos omnes onerem. quasi scilicet pro ἀλλὰ scriptum sit εἰμή. & in ἐπιβαρῶ abundet præpositio. Nam cum plerisque communem habet tertium errorem, quod scilicet ἐπιβαρῶ coniunxerit cum πάντας ὑμᾶς, quum hoc uerbum soleat potius tertio casui adiungi, sitque hoc in loco, (ut mihi quidem uidetur) adhibita distinctione quasi parenthesi secludendum, ut πάντας ὑμᾶς cohæreat cum λελύπηκεν. Excusari tamè hoc potest eo quòd Paulus idem uerbū coniunxit cum quarto casu, 1. Thess. 2. b. 19, & 2. Thes. 3. b. 8.

Vtè contrario potius uos condonetis & consolemini, ne quo modo redundante tristitia absorbeatur *uir* huiusmodi.

7 ὥστε τοὐναντίον μᾶλλον ὑμᾶς χαρίσασθαι, καὶ παρακλῆσαι, μήπως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ κατα-ποθῇ ὁ τοιοῦτος.

Quapropter precor uos ut ratam faciatis in illum charitatem.

8 διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς, κυρῶσαι εἰς αὐτὸν ἀγάπην.

Nam in hunc finé etiam scripsi, ut cognoscerem probationē uestri, *id est* an ad omnia obedientes sitis.

9 εἰς τοῦτο γὰρ καὶ ἔγραψα, ἵνα γνῶ τὴν δοκιμὴν ὑμῶν, εἰ εἰς πάντα ὑπήκοοί ἐστε.

Cui uerò condonatis, & ego *condono*. nam & ego si quid cōdonaui, cui condonaui, propter uos *condonaui*, in conspectu Christi.

10 ᾧ δέ τι χαρίζεσθε, κἀγὼ. καὶ γὰρ ἐγὼ εἴ τι κεχάρισμαι ᾧ κεχάρισμαι, δι' ὑμᾶς ἐν προσώπῳ χριστοῦ,

Ne occupemur à Satana: non enim illius machinationes ignoramus.

11 ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ σατανᾶ. οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν. B

Porrò quum uenissem Troadem ad *prædicandum* Euangelium Christi, & ostium mihi esset apertum per Dominum,

12 ἐλθὼν δὲ εἰς τρωάδα, εἰς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ χριστοῦ, καὶ θύρας μοι ἀνεῳγμένης ἐν κυρίῳ,

Non habui relaxationem *in* Spiritu meo, eo quòd non inuenissem Titum fratrem meum: sed quum illis ualedixissem, abij in Macedoniam.

Titus.

13 οὐκ ἔσχηκα ἄνεσιν τῷ πνεύματί μου, τῷ μὴ εὑρεῖν με Τίτον τὸν ἀδελφόν μου, ἀλλὰ ἀποταξάμενος αὐτοῖς ἐξῆλθον εἰς μακεδονίαν.

Deo autem gratia, qui semper facit ut nos triumphemus in Christo: & odorem notitiæ suæ manifestum facit per nos in omni loco.

Odor uitæ & mortis.

14 τῷ δὲ θεῷ χάρις, τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ χριστῷ, καὶ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ φανεροῦντι, δι' ἡμῶν ἐν παντὶ τόπῳ.

Nam Christi bona fragrātia sumus Deo, in ijs qui seruantur, & in ijs qui pereunt.

15 ὅτι χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν τῷ θεῷ, ἐν τοῖς σῳζομένοις, καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις.

7 Vtè contrario ὥστε τοὐναντίον. Id est, ut pro eo quòd antea illum seuerè ulti estis, nunc illi condonetis. pro eo quòd in summam tristitiam coniecistis, nunc illum contrà consolemini. Sunt enim hæc prorsus contraria. Itaque malui cum Vetere interprete conuertere è cōtrario, quàm cum Erasmo, è diuerso. Hoc enim urget Paulus, ut Corinthij in illo recipiendo non minus sint clementes, quàm in eijciendo fuerant seueri. Redundante περισσοτέρᾳ. Vulgata, abundantiori. Erasmus, immodico. Vide Matth. 5. f. 37.

8 Ratam faciatis κυρῶσαι. Id est, ut me deprecatore, publico Ecclesiæ consensu declaretis uos illum dentò pro fratre complecti, sicut publico Ecclesiæ iudicio fuit eiectus. Nam τὸ κυροῦν ratam & authenticam cōfirmationem declarat. unde factum ut is à cuius authoritate pendet aliquid, à Græcis dicatur eius rei κύριος. Hinc κύριος αὐτοῦ χάριτος, id est, αὐτοπάθειαι, ad quas proculdubio respexit Paulus suprà 1. d. 24. Erasmus, longa periphrasi, nec satis expressa, efficite ut ualeat in illum charitas. Allusit enim Paulus ad iudiciorum morem, quo modo etiam accipiēdum uerbum παρακαλῶ. Vocant enim Græci παρακλήτους quos Latini aduocatos, eos scilicet qui præsentiam suam amico cōmodabant. 9 In hunc finem εἰς τοῦτο. Vulgata, Ideo. Erasmus. in hoc.

10 In conspectu Christi. ἐν προσώπῳ χριστοῦ. Id est uerè & ex animo, quasi inspectore Christo, ut diximus Luc. 1. a. 6. uel propter Christum, sic enim etiam accipitur לפני apud Hebræos, ut expositum est suprà 1. c. 11. Vel fortassis rationem habuit supremi illius iudicij, in quo futurum sit ut Christus hanc condonationem ratam habeat. Vulgata, in persona Christi, id est Christi nomine ac uice, ut explicat Ambrosius. Mihi prima expositio uidetur simplicissima. 11 Ne occupemur ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν. πλεονεκτεῖν dicitur μεταφορικῶς qui per auaritiam aliena uel ui uel fraude, denique malis artibus occupat. Itaque non inepte etiam Vetus interpres conuertit, Vt ne circumueniamur, quanuis non satis expressè. Machinationes τὰ νοήματα. Id est nefanda consilia, & sceleratam uoluntatem, ut Hebræi utuntur uocabulo מזמה: ideo malui machinationes interpretari quàm cogitationes.

12 Ad *prædicandum* Euangelium εἰς εὐαγγέλιον. Id est ad annuntiandum Christum. Erasmus perobscurè, in Euangelium Christi. Elicitur autem etiam ex hoc loco, priorem epistolam non esse datam Philippis, sed Ephesi. Nam alioqui recessisset à Corinthijs, ueniens Philippis Troada: nec dixisset, ueni, sed redij in Macedoniam.

13 Spiritu meo τῷ πνεύματί μου. Id est animo meo, siue apud me. ut exposuimus 1. Cor. 2. c. 11. & alibi sæpe. Quum illis uale dixisset ἀποταξάμενος αὐτοῖς. Erasm. dimissis illis, improprie. Dimittimus enim eos quibus abeundi facultatem facimus. Hic uerò Paulus ipse discedit. Vide Marc. 6. f. 46. Deinde uidetur ex hoc uerbo elici posse, Paulum nonnisi constituta Ecclesia aut certe additis mandatis, Troade discessisse.

14 Qui semper facit ut nos triumphemus πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς. Vulg. qui semper triumphat nos, improprie & perobscurè. Nam triumphari poetis præsertim Latinis dicuntur qui ignominiæ causa in triumpho ducebātur: & captiuos dicitur Græcis dux uictor θριαμβεύειν, id est de illis triumphare. Hic uerò τὸ θριαμβεύειν à Paulo accipitur forma cōiugationis Hiphil. Erasm. qui semper triumphat per nos, ne sic quidem proprie expressa Pauli sententia, Deo potius gratias agentis quòd ipse in eo triūphet: uti solent legati & milites participes esse ducis triūphi, sicut Erasmus ipse in annotationib⁹ rectè expositi. Sed eam scilicet expositionē hausit ex Hieronymo ad Hedibiam, quæst. undecima, ubi alia etiam affertur multò meptior, nempe, qui triumphat de nobis. Quæ uerò de odore subijciuntur, respiciunt Sacerdotum unctionem, & sacrificiorum suffitus.

16 Odor

A οἷς μὲν ὀσμὴ θανάτου, εἰς θάνατον, οἷς δὲ ὀσμὴ ζωῆς, εἰς ζωήν. καὶ πρὸς ταῦτα τίς ἱκανός;

16 His quidem, odor mortis ad mortem: illis uerò, odor uitæ ad uitam. & ad hæc quis idoneus? Rom. 11. d. 16.

ὁ γὰρ ἐσμεν ὡς οἱ πολλοὶ καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ὡς ἐξ εἰλικρινείας, ἀλλ' ὡς ἐκ θεοῦ, κατ' ὀφθαλμοὺς τοῦ θεοῦ ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν.

17 Non enim, ut plerique, cauponamur sermonem Dei, sed ut ex synceritate, sed ut ex Deo in conspectu Dei, de Christo loquimur. Infrà 4. a. 2. Adulterarent uerbum Dei.

ΚΕΦ. γ.

CAPVT III.

Ἀρχόμεθα πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνειν; εἰ μὴ χρῄζομεν ὡς τινες συστατικῶν ἐπιστολῶν πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐξ ὑμῶν συστατικῶν;

1 Incipimus rursus nosipsos commendare? nũ egemus, ut nónulli, cómendatitijs epistolis apud uos, aut à uobis commẽdatitijs?

ἡ ἐπιστολὴ ὑμεῖς ἐστε, ἐγγεγραμμένη ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, γινωσκομένη καὶ ἀναγινωσκομένη ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων,

2 Epistola nostra uos estis, inscripta in cordibus nostris, quæ intelligitur & legitur ab omnibus hominibus:

φανερούμενοι, ὅτι ἐστὲ ἐπιστολὴ Χριστοῦ, διακονηθεῖσα ὑφ' ἡμῶν, ἐγγεγραμμένη οὐ μέλανι, ἀλλὰ πνεύματι θεοῦ ζῶντος, οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις.

3 Dum palàm fit uos esse epistolam Christi, subministratam à nobis, inscriptam nó atramento, sed Spiritu Dei uiui: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carneis. Corinthij epistola Christi erant.

16 Odor mortis, ὀσμὴ θανάτου Odorem mortiferum essem interpretatus, ut etiam paulò post ὀσμὴν ζωῆς odorem uitalem, ex Hebræorum idiotismo, nisi duæ rationes obstitissent, quas Lectori relinquo æstimandas. Vna, Φ
B si ita uerteris, uidebitur redundare εἰς θάνατον in mortem, & εἰς ζωὴν in uitam, aut certe non magnum pondus addere sententiæ, quum odor mortifer & uitalis ab effectu dicatur. Altera quòd in uno codice & apud Clementem lib. Pæd. 2. scriptum inuenerim ὀσμὴ ἐκ θανάτου odor ex morte, & ὀσμὴ ἐκ ζωῆς, odor ex uita. Fortassis igitur prædicatio crucis dicitur odor ex morte, in eorum exitium qui mortem Christi tantum ut mortem considerabant, quibus scilicet erat uel stultitia, uel offendiculum: alijs uerò odor uitæ ad uitam, qui scilicet uitam in hac morte propositam amplectebantur. Idoneus: ἱκανὸς: Vide Matth 3. c. 11. In ueteris editionis codicibus corrupte legitur, quis tam idoneus? pro quisnam idoneus, ut rectè, meo quidem iudicio, diuinauit Erasmus.

17 Non enim γάρ Connectenda est causalis particula no cum proximo epiphonemate, quod ueluti interiectum fuerat, sed cum ijs quæ de se dixerat uerso 14. & 15. quod Græcus scholiastes non animaduertens, multùm hic laborat Cauponamur ἐσμὲν καπηλεύοντες. Id est, callidè & auare, minus denique syncerè tractamus. ut Apostolus ipse explicat infrà 4. a. 2. Caupones enim, quos in uernaculo sermone *regrattatores* uocamus, infames semper & ratius perfidos & malignos. Sed & Græci καπήλους appellant à corrumpendo uino. quo fortassis allusit Martialis in illo uersiculo, Non potes, ut cupias, uendere caupo merum Hinc καπηλεύειν pro decipere, & ad quæstum abuti. quanuis mihi quidem uideatur Apostolus in metaphora illa ab unguentis pretiosis sumpta persistere. nam quia pretiosa erant, & aduenebantur ex longinquis regionibus, in his adulterandis magnæ erant mercatorum imposituræ: adhorruit Ennius ijs uersiculis quos citat Cicero libro Officiorum primo. Nec mi aurum posco, nec mi pretium detur: Nec cauponantes bellum, sed belligerantes. Eiusmodi homines Nazianz. eleganter uocat χρυσεμπόρους καὶ χρυσοκαπήλους. Vt ex synceritate ὡς ἐξ εἰλικρινείας. Vulgata, ex synceritate, sublata particula ὡς, quam tamen minimè puto otiosam, sed eam esse potius quam Hebræi uocant בְּךָ אֲבְרָהָת i. caph ueritatis, nimirum quæ non similitudinem, sed ueram congruentiam declaret, ueluti infrà 3 d. 18, καθάπερ. & quum dicit Iohannes, Vidimus gloriam eius ut unigeniti a Patre, Ioan 1 b. 14. Neque est imperfecta oratio, ut putauit Erasmus. sed cohærent ista cum uerbo λαλοῦμεν. & ἐσμὲν καπηλεύοντες accipio pro ἐκαπηλεύσαμεν Cæterùm quid sit τὸ εἰλικρινὲς, pulchrè declarat Basilius οὐ ὀφεισόμεθα ἐπ' ἐκείνῳ, quæstione 264, & nos exposuimus supra 1. c. 12.

De Christo oquimur οὐ χριστῷ λαλοῦμεν. Vulgata, in Christo. Erasmus, per Christum. Ego puto Euangeli
C cæ prædicationis materiam significari, eam quæ tam pretiosam ut adulterare sit prorsus nefas. Sic apud Hebræos בעלהרך אשריהה i. in facinoribus differam, ut Psal. 77. c. 13. in qua phrasi בית beth ponitur pro על.

IN CAPVT III.

1 Incipimus ἀρχόμεθα. Scripta est epistola nomine Pauli & Timothei. quibus etiam tertius Syluanus adiunctus est supra 1. d. 19 Ideo, ut opinor, pluralem numerum usurpauit, sicut, quum de se uno proprie differit, singularem admittet. quod in hac epistola notandum est, & alijs aliquot communi nomine scriptis. quanuis hæc obseruatio non sit perpetua.

2 Epistola nostra ἡ ἐπιστολὴ ἡμῶν. Tota hæc translatio lepida est ac uenusta. ac mihi quidem uidetur Apostolus in utraque ad Corinthios epistola floridum etiam quoddam dicendi genus sectatus, ut cornicum, quod aiunt, oculos confingeret. Est autem hæc sententia, Quod nos uidemur tam magnificè efferre, extra omnem suspitionẽ adulationis, aut ambitiosæ uanitatis. Nam neque necesse est aliorum, nedum nostris literis uobis commẽdemur, neque à uobis ullam apud alios commendationem uenemur. Vos ipsi quales nunc estis per Christum nostro ministerio effecti, nobis estis instar epistolæ ab omnibus lectæ & intellectæ, qua & ipsi uobis & alijs rursum per uos commendamur. Hæc est eius loci sententia. sed meminerimus Apostolum cum eius collegis sensim à personarum commendatione ad res ipsius. i. ad ministerij Euangelici præstantiam commendandam delabi.

3 Dum palam fit φανερούμενοι. Hoc connectendum est cum uerbo ἐστέ, id est cum superioris uersiculi initio. Erasmus, dum declaratis. Vetus autem interpres, manifestati, obscurius quidem, sed fidelius. Est enim passiuè accipiendum hoc participium, non actiue.

Subministratam à nobis διακονηθεῖσα ὑφ' ἡμῶν: Id est, in qua ipsi operam nostram impendimus, quasi scilicet fuerimus Domini stilus quo fuistis inscripti.

Dei uiui θεοῦ ζῶντος. Addi solet hoc epitheton Deo tanquam uitæ authori. Hic uerò tacita subest antithesis uirtutis Dei uiuificæ ad regenerandos animos, cum atramento, re scilicet inanima, quo scribuntur quidem epistolæ, sed uis intelligendi quæ scripta sunt, lectori non confertur. In tabulis lapideis οὐ πλαξὶ λιθίναις. Alludit ad Legem cum in lapideis tabulis perscriptæ minister fuit Moses. Adumbrabant autem lapideæ tabulæ humani ingenij summam duritiem, à qua cor hominis non regenerati lapideum denominatur Ezech. 11. c. 19. & 36. f. 26, cui opponitur cor carneum non quòd in carne uersetur (ut accipi solet hoc epitheton, quando caro spiritui opponitur) sed contrà, id est ut Spiritus Dei, factum est mollius, ut in eo, tanquam nouis tabulis, possit Euangelij gratia insculpi, sicut prædictum est Ierem. 31. c. 31.

Fiduciam autem huiusmodi habemus per Christum apud Deum.

4 πεποίθησιν δὲ τοιαύτην ἔχομεν διὰ τοῦ χριστοῦ πρὸς τὸν θεόν,

Non quòd idonei simus ex nobisipsis ad cogitandum quicquam, uelut ex nobisipsis: sed quòd idonei sumus, *id* ex Deo est,

5 οὐχ ὅτι ἱκανοί ἐσμεν ἀφ' ἑαυτῶν λογίσασθαί τι ὡς ἐξ ἑαυτῶν, ἀλλ' ἡ ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ θεοῦ,

Qui fecit ut idonei etiam essemus ministri Noui Testaméti, non literę, sed Spiritus. nam litera occidit, Spiritus autem uiuificat.

6 ὃς καὶ ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους καινῆς διαθήκης, οὐ γράμματος, ἀλλὰ πνεύματος· τὸ γὰρ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ.

Litera. Spiritus. Lex.

Quòd si mortis ministerium literis informatum in saxis, fuit gloriosum, adeò ut non possent intueri filij Israel in faciẽ Mosis, propter gloriam uultus eius, quę abolenda erat.

7 εἰ δὲ ἡ διακονία τοῦ θανάτου ἐν γράμμασιν, ἐντετυπωμένη ἐν λίθοις, ἐγενήθη ἐν δόξῃ, ὥστε μὴ δύασθαι ἀτενίσαι τοὺς υἱοὺς ἰσραὴλ εἰς τὸ πρόσωπον μωϋσέως διὰ τὴν δόξαν τοῦ προσώπου αὐτοῦ τὴν καταργουμένην.

Qui non potius ministerium Spiritus erit gloriosum?

8 πῶς οὐχὶ μᾶλλον ἡ διακονία τοῦ πνεύματος ἔσται ἐν δόξῃ;

Euangelium.

Nam si ministeriũ condẽnationis *fuit* gloriosum: multò magis ministerium iustitiæ abundat in gloria.

9 εἰ γὰρ ἡ διακονία τῆς κατακρίσεως δόξα, πολλῷ μᾶλλον περισσεύει ἡ διακονία τῆς δικαιοσύνης ἐν δόξῃ.

4 Fiduciam habemus πεποίθησιν ἔχομεν. Id est, hanc confidentiam exerimus, & ita magnificè nobis gloriari licet de nostri scilicet ministerij dignitate ac fructu. Apud Deum πρὸς τὸν θεόν. Vulg. ad Deum. Erasm. erga Deum. Vide supra 1. c. 12. Sed quòd idonei sumus ἀλλ' ἡ ἱκανότης ἡμῶν. Id est quod apti & accommodati sumus ad tantam gratiam alijs etiam impertiendam. Ad uerbum, idoneitas nostra siue aptitudo, si sic loqui liceat. Vulg. sed sufficientia nostra. quam interpretationem arripuerunt Sophistæ, ut fingerent aliquem esse in homine non regenerato facultatem ad bonum, sed ita infirmam, ut nisi à Deo adiuuetur, non sufficiat. Mira uerò non tantùm ignorantia, sed etiam impudentia, hoc ipsum audere ad eripiendam Deo gloriæ partem usurpare quod idcirco scripsit Apostolus ne non omnia Dei gratiæ tribuere uideretur. Illis uerò uno uerbo respondemus cum Apostolo. Quid habes quod non acceperis? Quod dictum si audeãt ad naturæ dotes trãferre, illos ego, ut apertè Pelagianos, ad Augustin. relego.

6 Non literæ, sed Spir. οὐ γράμματος ἀλλὰ πνεύματος. De litera & Spiritu abunde diximus Rom. 7. b. 6. Hic quidem res ipsa ostendit, Literam uocari Legem cuius minister fuit Moses, Euãgelium autem uocari Spiritum quem attulit Christus, deditq; Apostolis, ac ministris uerbi per quos Ecclesiam ædificat. Neque enim melius potuit Paulus dignitatem suam apud Corinthios asserere, quàm si indicaret se excellentioris doctrinæ ministrum esse, quàm fuisset ipse Moses, quatenus quidem Christo opponitur. Sed cur Legem uocat literam? nẽpe quò lapideis tabulis insculpta primùm fuerit, ut explicat Apostolus sequenti uersiculo. Deinde quòd Moses nihil aliud quàm lapidibus insculptam tradere potuerit, cor autem ne suum quidem, nedum aliorum, potuerit hac ratione immurare: Euangelij uerò substantia est is ipse qui attulit illud in mundum, nempe Christus, qui deinde illud tradidit Apostolis, ipsorum cordibꝰ inscriptum: ut ipsi uicissim tum uoce tum scriptis illam eandem gratiam cum alijs communicarẽt, Spiritu Dei per eos agente. Dicam apertius, Lex, audientium respectu, non maiorem uim habet quàm scriptum aliquod per se omnis uirtutis expers, nisi apud eos à quibus intelligi ac præstari possit. Eiusmodi uerò facultatem quum Lex in nobis non inueniat, sed contrarias potius tenebras, & animum prorsus ei repugnantem: ideo nihil aliud quam externa prædicati one docet quid flagitet, quid prohibeat Deus. nostrum autem illud uitium non modò non emendat, sed etiam auget. unde præceps est ad mortem saltus, nisi aliunde remedium petatur. At Euangelium seu nouum fœdus, quatenus Legi opponitur, dicitur Spiritus, multas ob causas. Primùm propter ueteres cæremonias temporarias & in rebus crassis & corporeis positas, si in sese considerentur. Deinde (quæ causa potissimùm æstimanda nobis est hoc in loco,) quia materia, argumentum, minister denique Euangelij est Iesus Christus, non iam docens quid facere, quid fugere oporteat (quod Legis officium est) sed seipsum in æternam uitam gratis offerens credentibus: nec offerens modò, sed etiã afferens ac tradens. Neque enim sicut Lex benedictionem, addita operum conditione, ita etiam Euangelium iustitiã sub fidei conditione offert (ita enim & Lex & Euãgelium non uitam sed mortẽ offerrent, quum nec facere nec credere per nos possimus) sed diuerso prorsus modo. Lex quippe facta exigit, nec facultatem faciẽdi præbere potest, ideoque in morte iacentes deserit. Euangelium uerò per Spiritum Christi, quem secum habet adiunctũ, fidem quam à nobis exigit, etiam donat electis: ut in Christo per eam apprehẽso iustificati ac sanctificati, uitam æternam adipiscamur. Itaque Euangelium uiuificum, iustitiæ, uitæ, salutis, pacis, æternum denique dicitur. Hæc ergo dicenda putaui ut semel explicarem totam hanc utriusque fœderis collationem, ab Origene præsertim fœdissime obscuratam, qui Literæ appellatione expositionem, quam uocant, literalem, Spiritus autem nomine allegorias intellexit.

7 Informatum ἐντετυπωμένη. Id est impressa & insculpta. Vulgata, deformata, ambiguè, nec satis etiam expresse: ut mirum non sit ueterum nonnullos Græcæ linguæ imperitia fuisse deceptos hoc in loco. Apparet autem uel ex hoc loco de solis cæremonijs hîc non agi, sed de Lege præsertim decalogi. siquidem hæc una fuit in tabulis illis lapideis insculpta, cæterarum scilicet partium Legis fundamentum.

Gloriosum ἐν δόξῃ. Vulgata & Erasmus, ad uerbum, in gloria. Est autem Hebraismus quem exposuimus prima Corinthiorum 15. c. 42. & in gloria hoc in loco, splendorem ac maiestatem declarat, quę quidem in Mose corporalis fuit, in Christo uerò spiritualis.

8 Ministerium Spiritus ἡ διακονία τοῦ πνεύματος. Id est ministerium per quod Deus offert atque adeo tradit Spiritum, non modò non mortuum sed etiam uiuificantem. Quum enim in superiore uersiculo tria Legi tribuerit, nempe quòd esset mortifera, quòd in saxeis tabellis scripta, quòd temporarium eius ministerium: antithesin Euãgelii nunc instituit, sed ita, ut maioris energiæ causa, singulis partibus sigillatim applicet argumentum à comparatis sumptum. Id uerò nisi animaduertas, uidebitur Apostolus primùm institutam antithesin non absoluere: deinde etiã παρολογῆσαι, quum tamen omnes partes inter se optimè cohæreant. Nam etsi in antithesi collocet primo loco quod in altero comparationis membro medium locum tenebat, tamen id non potest facere ut uitiosa sit collatio.

9 Gloriosum δόξῃ. Vulgata & Erasmus ad uerbum, gloria. Est autem Hebraica enallage appellatiui pro adiectiuo, ut infrà 7. d. 14. cuius enallages etiam aliqua est emphasis. Iustitiæ τῆς δικαιοσύνης. Iustitiam Christi intelligit, cuius imputatione non modò non condemnamur, sed etiam ut iusti coronamur. Itaque uberior est antithesis, quàm si dixisset δικαιώσεως absolutionis, quanuis à remissione peccatorum nostra iustitia pendeat.

10 Hæc

A καὶ γὰρ οὐδὲ δεδόξασται τὸ δεδοξασμένον ἐν τούτῳ τῷ μέρει, ἕνεκεν τῆς ὑπερβαλλούσης δόξης.

10 Etenim quod glorificatum fuit, ne glorificatum quidē fuit hac in parte, *id est* quod ad superantem gloriam attinet.

εἰ γὰρ τὸ καταργούμενον, διὰ δόξης, πολλῷ μᾶλλον τὸ μένον, ἐν δόξῃ.

11 Nam si quod abolendum erat, *fuit* gloriosum: multò magis est gloriosum id quod manet.

ἔχοντες οὖν τοιαύτην ἐλπίδα, πολλῇ παῤῥησίᾳ χρώμεθα,

12 Itaque quum habeamus eiusmodi spem, multa in loquendo euidentia utimur.

καὶ οὐ καθάπερ Μωϋσῆς ἐτίθει κάλυμμα ἐπὶ τὸ πρόσωπον ἑαυτοῦ, πρὸς τὸ μὴ ἀτενίσαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς τὸ τέλος τοῦ καταργουμένου.

13 Nec *sumus* sicut Moses, *qui* imponebat uelamen faciei suæ, ne intuerentur filij Israel in finem eius quod abolendum erat. *Velemẽ Moysi.* Exo.34.d.34

ἀλλ' ἐπωρώθη τὰ νοήματα αὐτῶν. ἄχρι γὰρ τῆς σήμερον τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς παλαιᾶς διαθήκης μένει, μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται.

14 Itaque obduruerunt mentes illorum: nam usque ad diem hodiernum idem uelamen in lectione Veteris Testamenti manet non retectum: quod per Christum tollitur. *Obcæcati Iudæi*

ἀλλ' ἕως σήμερον, ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται.

B 15 Sed ad hunc usq; diem quum legitur Moses, uelamen cordi eorum impositum est.

ἡνίκα δ' ἂν ἐπιστρέψῃ πρὸς κύριον, περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα.

16 Postquam autem cōuersum fuerit ad Dominum, tolletur uelamen.

10 Hac in parte ἐν τούτῳ τῷ μέρει. Hoc est quod dicimus in uernáculo sermōnē *en cest esgard, ou, en cest endroict.* Id *est* quod ad superantem gloriam attinet οὕνεκεν τῆς ὑπερβαλλούσης δόξης. Hoc additum est ut explicaret quid illud esset ἐν τούτῳ τῷ μέρει hac in parte. ideo suppleui particulam exegeticam: quod multis alijs locis facere non dubitauimus. ut omnem ambiguitatem utaremus. Vulg. & Erasm. propter excellentem gloriam, ne uerbis quidem fideliter expressis. Neque enim οὕνεκεν idem declarat hoc in loco atque χάριν. i. gratia seu causa, uel διὰ id est propter. sed quod uel quantum attinet. quem Hellenismum sanè elegantem miror ab Erasmo non fuisse animaduersum. Sic Herodotus in Clio. παῖδα σὸν, ἕνεκα διαπεπολύσθαι φυλάσσειν ἀπέμονα, Τὸ φυλάσσοντος εἵνεκεν προσθῆκαί σοι ἀπονοστήσειν, Id est, quod ad custodem attinet, siue quātum in custode situm est. 11 Quod abolendū erat τὸ καταργούμενον. Quid igitur? nū Lex abolita? sanè quod ad cęremonias attinet, quas etiam nomine Literæ significauit Apostolus Ro. 2.d.29. Verùm suprà ostendimus, de tota Lege, ac præsertim de ipso decalogo, id esse accipiendum. Sciendum est ergo Legem considerari nonsimpliciter, sed cum ipso Mose eius scilicet ministro coniūctam, & quidem Euangelio oppositam. quatenus sanè dici potest, abolito Mosis ministerio, esse abolita. At enim dices, Num hac in parte abolitum est C hoc dico, toties aboleri ministerium Mosis, quoties prædicationi Legis succedit Euangelij gratia æterna.

Gloriosum διὰ δόξης. Vulg per gloriam. Atqui διὰ δόξης idem hic ualet atque σὺν δόξῃ. Vide Rom. 4.b.11.

12 Multa in loquendo euidentia πολλῇ παῤῥησίᾳ. Vulg. multa fiducia. Erasm. multa libertate. Neutra interpretatio (ut opinor) sensum Apostoli expressit. Neque enim παῤῥησία hoc in loco loquendi libertatē, sed ipsius prædicationis perspicuitatem & σαφήνειαν declarat: quam Cicero euidentiam interpretatur. Moses enim Legem tantùm umbris obtectam indicauit, & ut in imas usque partes intueri Iudæi non potuerint, quum eos quantuscunq; ille Mosis fulgor non illustrarett, sed excæcaret. Euangelium uerò perspicuè & euidēter Dei gloriam proponit, non quæ nostros oculos perstringat, sed contrà quæ tenebras nostras radijs suis discutiat. Sic etiam accipitur παῤῥησία, Marc. 8.d.32, & Iohan. 10.d.24. Vtimur χρώμεθα. Vulgata & Erasmus, utamur, intempestiuè. Neq; enim exhortatur, sed ministerum suum describit Apostolus.

13 Nec *sumus* sicut Moses, *qui* imponebat διὰ τὸ μὴ ἀτενίσαι. Duplex est hoc in loco eclipsis, ex Hebræorum idiotismo. Vna uerbi substantiui, altera relatiui אשר. Postremò, Sumus sicut Moses, significat talem esse qualis erat Moses, ut Psal. 32.c.9. Vulgata & Erasmus ad uerbum, Et non sicut Moses ponebat.

Velamen κάλυμμα. Hoc scribit Moses Exod. 34.d.34. his uerbis ויעל משה מדבר אתם ויתן על פניו מסוה i. finem fecit Moses loquēdi cum illis. Posuerat autem super faciem suam uelum. quem locum integrum ideo citaui, q̃ in omnibus quæ uidi exemplaribus adeò perperam sit conuersus, ut uideatur non posse cū hoc Pauli loco cōciliari.

Ne intuerentur πρὸς τὸ μὴ ἀτενίσαι. De eo quod per hoc uelamen ἀλληγορικῶς intelligitur, perinde loquitur Apostolus, acsi consilium hoc, Mosis ipsius fuisset. quum satis constet eum non alia ratione illud adhibuisse, quam quòd faciei ipsius fulgorē non possent Israelitæ sustinere. Sed Deus interim aliud adumbrabat, nimirum aliam esse clariorem expectandam notitiam. deinde plerosque ne in huius quidem obscuræ mysteria penetraturos.

In finem eius, &c. εἰς τέλος τῆς καταργουμένου. i. in imas usque partes ministerij Mosis. pro quo dicimus in uernaculo sermone, *Iusques au fond.* Siue in finem, id est in scopum eius doctrinæ quam proponebat Moses, uolens scilicet eos ad Christum adducere, sed ita ut (exceptis ijs per quos iam tum agebat Spiritus gratia palàm postea per Euangelij ministerium exhibita) tenebras intelligentiæ non adimeret, uerùm alijs potius tenebris cumularet. Vulg. pro εἰς τέλος legit εἰς πρόσωπον, in faciem. Et quidam etiam interpretatur εἰς τὸ τέλος in perfectionem, splendoris scilicet Mosis ac gloriæ, quæ tamen abolenda erat. Neque enim fuit splendor Mosis perpetuus. 14 Itaque obduruerūt ἀλλ' ἐπωρώθη. Vulgata, sed obtusi, ἀλλ' ἐμβλυώθη non seruata metaphora. Erasmus, sed obcæcati sunt, ἀλλ' ἐπωρώθη, qua de re alibi diximus. Deinde poscit sententia, ut ἀλλὰ pro ἄχρι uel γοῦν accipiamus, enallage à Græcis etiam dissertioribus interdum usurpata

Mentes νοήματα Vulg. sensus, αἰσθήσεις. Erasm. cogitationes, impropriè. Neque enim νοήματα uocat hoc in loco Apostolus cogitationes, sed mētes ipsas, de pluribus scilicet loquens; ut rectè conuertit Vetus interp. infrà 4. a. 4.

Quod ὅ, τι. Vulg. quoniam. Nam hoc quoq; ferre potest sententia, ut ὅτι pro coniunctione accipiatur. Ingreditur autem Paulus collationem Mosis cum Christo. Moses (inquit) uelamen habuit quod Israelitas arceret ab ipsius ministerij fine perspiciendo. Christus uelamen illud sustulit, ut retecta facie Dei gloriam spectantes, in eam transformati, alios illustraremus. 16 Conuersum fuerit ἐπιστρέψῃ. Vulgata, conuersi fuerint, scilicet Israelitæ. Erasmus, conuersus fuerit, scilicet Israel. neque enim noua est hæc numeri mutatio propter collectiuum nomen, ut Matt. 1.d.22. & suprà 2.c.11. quū præcessisset εἰς τὴν τρωάδα, subiungit uers. 13. ἀλλ' ἀποταξάμενος αὐτοῖς. Augustin. bis aduersus

Faustum

Fauſtum citans hunc locum, interpretatus eſt ἐπιστρέψῃ ſecũda perſona paſsiua, tranſieris: ſed perperam, quanuis pia atque adeò par ſit ſententia. Sunt qui Moſen repetant ἀπὸ ποιν. 1. Legem. Mihi uerò uidetur nouum hoc dicendi genus, ut dicatur Lex ad Dominum conuerſa. Neque uerò neceſſe eſt ut diutius hîc laboremus, quum, meo iudicio, nihil poſsit accommodatius repeti quàm quod eſt in proximo, nimirum παρρησίαν αὐτῶν, id eſt, cor eorum. Vbiq; enim occurrit hæc formula loquendi. eclipſis etiam molliſsima eſt, & appoſitiſsimam ſententiam gignit: quum uelamen non fuerit ipſi Legi, ſed Iſraelitis poſitum, ideoque his ipſis, non illi detrahendum. A

Dominus uerò, Spiritus ille eſt: ubi autem Spiritus ille Domini, illic libertas.

17 ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν. οὗ δὲ τὸ πνεῦμα κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία.

Nos autem omnes retecta facie gloriam Domini ut in ſpeculo intuentes, in eandem imaginem tranſformamur ex gloria in gloriam, ſicut à Domini ſpiritu.

18 ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν κυρίου κατοπτριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ κυρίου πνεύματος.

CAPVT IIII.

ΚΕΦ. Δ.

PRopterea quum miniſteriũ hoc habeamus prout miſericordiam conſequuti ſumus, non ſegneſcimus:

1 Διὰ τοῦτο ἔχοντες τὴν διακονίαν ταύτην, καθὼς ἠλεήθημεν, οὐκ ἐκκακοῦμεν.

Dominus uerò, Spiritus ille eſt ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστι. Additus articulus uim habet αὐταρκεστικὸν, ut intelligamus de eo Spiritu diſſeri cuius ante mentionem fecerat, quum Literæ opponeret. Itaque non eſt appoſita eorum ſententia, qui naturam diuinam Chriſti putant hoc loco ſignificari. Neque enim Eraſmo aſſentior qui Chriſtum hîc putauit uocari Legis ſpiritum, id eſt, animam, qua Lex quodammodo uiuificetur. ſed ſi quidem libuerit Chriſtum pro noui fœderis mediatore accipere, exiſtimo dici Spiritum, id eſt hunc ipſum qui nos uiuificet, & hactenus differat ab Apoſtolo cæteriſque miniſtris, ut qui non ſint Spiritus ipſe, ſed eius duntaxat organa, per quæ tamen ille efficaciſsimè agat, ſed ita ut qui plantat & qui rigat, per ſe nihil ſit. Sin uerò per Chriſtum accipiamus ipſum Nouum fœdus, ſicuti Moſes uelatus Legem ipſam repræſentabat cuius miniſter erat, diximus ſuprà uerſ. 5. quibus rationibus illi Spiritus nomen tribuatur. Illic libertas ἐκεῖ ἐλευθερία. Hîc quoque dicam in lectoris gratiam, quid mihi in mẽtem uenerit propius in hunc locum intuẽti. Alludit, opinor, Apoſtolus ad uelaminis uſum, quatenus ſubiectionis ſymbolum erat, de quo diximus 1. Cor. 11. b. 10. idq; ita eſſe apparet ex eo q memmit retecti capitis in proximo uerſiculo. Sed & 7. ad Rom. cap. conditionem hominis non regenerati comparat coniugio, cuius uinculum ſit Lex, ut copioſe illic expoſuimus: ac præſertim Rom. 6. c. 14. quo etiam pertinet illud Chriſti dictum Iohan. 8. e. 36, Si uos filius uindicarit, uere liberi eritis. Sed quum multiplici ratione dici poſsimus à Legis imperio liberati, ſpectandum qua de re hîc agat Apoſtolus, nempe de uiuificatione per Spiritum ex Euangelij prædicatione. Libertas igitur hoc loco dicitur primus ille gradus ad uiuificationem, id eſt conditio illa filiorum Dei, quibus exemplum eſt uelamen cordis, ſeruitus ſcilicet illa miſera cæcitatis, & iugum illud tenebrarum, quod unius nominis peccato nobis impoſitũ, Lex nõ modò non alleuabat, ſed etiam altero iugo aggrauabat. Denique hoc ipſum eſt quod ait Propheta: Cor lapideum tollere & carneum dare: cor illuminare, cor conuertere, lucem uidere, & ſimilia omnia quibus prima illa gratiæ Dei per Chriſtum uis ſignificatur, illa inquam nos reddens ad tantam aſpiciendam lucem Euangelij idoneos. Sed notemus quanuis hæc communia ſint omnibus fidelibus, hîc tamen agi peculiariter de Verbi miniſtris. B

18 Retecta facie ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ. Non potuit Paulus aut breuius aut diuinius omnes in nobis gratiæ Dei progreſſus explicare. quanuis hoc in loco propriè de miniſterij munere diſſerat, ad quod etiam iſta peculiariter ſunt applicanda: ut hîc planè, quod aiunt, crucem fixerit Sophiſtis Primum omnium igitur gratia Dei in Chriſto nobis uelamen adimit, id eſt tenebras illas denſiſsimas quibus undique obſepti eramus: deinde receptis iam oculis ad tantam lucem minimè caligantibus, ſed ultrò etiam eam appetentibus, offertur nobis Chriſtus: in quo, non ſicut olim in Moſe, ſed tanquam in limpidiſsimo ſpeculo & uera Patris imagine, Deum intueamur. Neque uerò ſplẽdore iſtius ſpeculi offendimur, ſed contrà allicimur, magis ac magis in illud intuẽtes, donec ab ipſo ueluti abſorpti, in eam imaginem tranſformemur, id eſt fiamus & ipſi eius ſplendoris participes, ac tanquam ſecundariæ quędam imagines, ex illorum radiorum ueluti reflexione. quod ſignificat Apoſtolus quum inquit ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν. 1. à gloria in gloriam, nimirũ gloriæ illius participatione facti & ipſi glorioſi. Declarat enim Apoſtolus tranſformationis myſterium. Itaque malo hîc accipere, quàm ut uulgò ſolent, de noſtra uiuificatione ſuis gradibus perficienda. Manant autẽ hæc ab uno Dei Spiritu, per miniſtros agentis: ne quis ſibi quicquam hîc tribuat, aut fieri hæc non poſſe putet. Quid enim tanto opifici ἀδύνατον? Sed hoc, ut dixi, Miniſtris & unctis Domini peculiariter competit: in quibus ſcilicet, tàquam alteris ſpeculis (illa tamen uera luce illuſtratis, non ſua ipſorum ui collucentibus) Chriſti ſplendorẽ illum cõcipiamus, qui nos magis ac magis per ipſorum miniſterium allectos illuſtrat. Vnde etiam lux mundi appellatur. C

Vt in ſpeculo intuentes κατοπτριζόμενοι. Vulg. ſpeculãtes, impropriè, quum hoc uerbum à ſpecula potius quàm à ſpeculo, deducatur. rectius tamen quàm Eraſmus qui paſsiua ſignificatione conuertit in ſpeculo repræſentantes. Cæterùm uocat ſpeculum Apoſtolus, Deum in carne manifeſtatum qui nobis in ipſius Euangelio ſpectandus proponitur. & Moſi uelato opponitur. Alibi utitur hac ſimilitudine, nempe 1. Cor. 13. d. 12, ſed diuerſo prorſus fine. Illic enim notitiam Dei quam nunc habemus cõparans cum futura longè perfectiore, dicit nos non plenè Deum ipſum, qualis eſt, ſed quaſi in ſpeculo imaginem eius quandam conſpicere. Hîc contrà notitiam noſtram per Euangelium, non per partes, ſed ſemel totam conſideranſ, conferensque cum cognitione ex Lege, opponit uelatæ Moſis faciei, limpidiſsimum Chriſti ſpeculum. quod rurſus meminerimus peculiariter applicare miniſtris, de quorum ſcilicet muneris præſtantia diſſerit Apoſtolus. Ex gloria in gloriam ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν. Quomodo putemus hoc explicandum, diximus paulò antè. Sicut à Domini Spiritu καθάπερ ἀπὸ κυρίου πνεύματος. Iterum καθάπερ hoc in loco non declarat comparationem, ſed congruentiam ipſamq; adeò rei ueritatem, quod diximus ab Hebræis uocari כד אברתה ſuprà 2. d. 17. Cur autem hoc addiderit Paulus, diximus paulò antè. Eraſm. duas alias interpretationes affert, nempe, à Domino Spiritu. quarum ultimam ſequuntur nonulli ueteres aduerſus Arrianos & Pneumatomachos, ut Chryſo. in hunc locum, & Baſil. de Spiritu ſancto ad Amphilochium cap. 21. Ego eam ſequutus ſum quam omnium ſimpliciſſimam putaui.

IN CAPVT IIII.

1 Prout miſericordiam conſequuti ſumus καθὼς ἠλεήθημεν. Vetus interpres legit ſecundum quod, κατὸ. Vtcunque autem legas, omnia hic accepta refert Paulus gratiæ ac miſericordiæ Dei, ne ſe uideatur efferre, quum Deũ potius prædicet. Neque id uerò dũtaxat tribuo Pauli modeſtiæ, cum Eraſmo, ſed omnino ita faciendum fuiſſe dico.

Segneſcimus ἐκκακοῦμεν. 1. malis & afflictionibus fracti cedimus. Pertinet enim hoc ad ærumnas, ut apparet ex uerſu 16. Vide Luc. 18. a. 1. Vulg deficimus, ſenſu rectè expreſſo. Eraſ. degeneramus, hoc referẽs ad Moſis cęremonias, quibus neglectis liberè prædicaret Euangelium. quæ certe ſunt ἀπροσδιόνυσα. Ambroſ. legit, non deficiamus, hortandi modo, μὴ ἐκκακῶμεν, non ſatis etiam appoſite. Deſcribit enim miniſterij ſui uirtutem Paulus, quam ex eo ipſo aſſerit unde ipſius oppugnandi occaſionem capiebant aduerſarij, nimirum ex ærumnis quibus erat obnoxius.

A ἀλλ' ἀπειπάμεθα τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης, μὴ περιπατοῦντες ἐν πανουργίᾳ, μηδὲ δολοῦντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ τῇ φανερώσει τῆς ἀληθείας, συνιστῶντες ἑαυτοὺς πρὸς πᾶσαν συνείδησιν ἀνθρώπων, ἐνώπιον τοῦ θεοῦ.

2 Sed abdicauimus obtegumenta turpitudinis, non incedentes cum calliditate, neq; falsantes sermonem Dei, sed declaratione ueritatis commendantes nosipsos apud omnem cõscientiã hominũ, in conspectu Dei.

Pure Euangelium prædicat

Καὶ εἰ ἔστι κεκαλυμμένον τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις ἐστὶ κεκαλυμμένον.

3 Quòd si obtectum est Euangelium nostrum, ijs qui pereunt obtectum est.

Euangelium quare quibusdã incognitum

ἐν οἷς ὁ θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ χριστοῦ, ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ.

4 In quib. Deus huiusseculi excæcauit mẽtes, *idest* infidelib. ad hoc ne irradiet eos lumẽ Euangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei.

Predicare Christum. Seruus

οὐ γὰρ ἑαυτοὺς κηρύσσομεν, ἀλλὰ χριστὸν Ἰησοῦν κύριον, ἑαυτοὺς δὲ δούλους ὑμῶν διὰ Ἰησοῦν.

5 Non enim nosipsos prędicamus, sed Christum Iesum Dominum: nos autẽ, seruos uestros propter Iesum.

Cognitio Euangelij a Deo

ὅτι ὁ θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι, ὃς ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώσεως, τῆς δόξης τοῦ θεοῦ ἐν προ-

B 6 Quoniã Deus qui dixit ut è tenebris lux splendesceret, *is est* qui splenduit in cordib. nostris, ad *præbendum* lumen cognitionis in

2 Obtegumenta turpitud. τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης. i. quæcunque latebras captant homines quibus sua probra operiant, ut uersutias & fraudum omne genus, a quo procul absumus. uel, indecoras latebras. id est non conuenientes ijs qui tãtæ dignitatis ministeriũ tractant, sed probrosis potius hominibus. Eorum enim est lucem fugere. Vulg. occulta dedecoris. Eras. occultamenta dedecoris. Cum calliditate ἐν πανουργίᾳ. Vulg. in astutia. Eras. per astutiam. Vide Luc. 20. d. 23. Falsantes δολοῦντες. Vulg. non ineptè, adulterantes. Hic enim dolũ uocat omne illud fraudis genus quo utuntur qui merces adulterant, ut idem declaret δολοῦντες atque καπηλεύοντες supra 2. d. 17. Erasmus. dolo tractantes. 3 Est καὶ ἐστι. Vulg. etiam est. Erasm. adhuc est. Atqui abundat καὶ, ut diximus 1. Cor. 15. d. 29.

4 Deus huius seculi ὁ θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου. Id est, is cui se, ueluti Deo, manciparunt huius seculi homines, Christum scilicet ultrò ignoranes (Nam ludæos præsertim. ut opinor, perstringit, qui oblatum Euangelium inuicta peruicatia respuebant) Is autem est Satan qui à Domino dicitur princeps huius mundi Ioh. 12. e. 31. & 14. d. 30. & Ephes. 6. b. 12. ut planè mirer ueteres nonnullos in explicando hoc loco aduersus Manichæos & Arrianos laborasse. Neque enim ex his effici magis potest hunc esse re uera aliquem alterum aut secundarium Deum, quàm ex eo quod de uentre dicitur Phil. 3. d. 19. Non est igitur quod αἰῶνος τούτου referamus uel ad τὰ νοήματα, cum Hilario, uel ad τῶν ἀπίστων, cum Græcis scholijs: in quibus tamen citatur uera Cyrilli expositio, ad Satanam hoc referentis. Mentes τὰ νοήματα. Eras. sensus, quam tamen interpretationem reprehendit supra 3. d. 14. Vide eum locum. *Id est* infidelibus τῶν ἀπίστων. Vulg. infidelium. Eras. incredulorum. Vterque Hebraismum retinuit, à quo Latini prorsus abhorrent, Græci non item: ut alibi ostendimus ex Herodoto, qui pleonasmo relatiui gaudet, expresso antecedente. Sed tamen quædam hic est potius Hebraismi imitatio quàm integer Hebraismus. Dicendũ enim fuisset αὐτῶν, sed loco relatiui Paulus ipsum antecedens posuit, simul explicans quos uocarit ἀπολλυμένους: obiter, ut opinor, perstringens Iudæos peruicares. Ne irradiet eos μὴ αὐγάσαι, αὐτούς. Sic legendum puto potius quàm αὐτοῖς tertio casu, quòd sic construi soleat hoc uerbum. Ambrosium quoque apparet sic legisse, ut annotat Erasmus, sed nonnihil diuersa constructione: ita scilicet ut αὐτούς à parte anteriore construatur, & αὐγάσαι, aut potius διαυγάσαι (ut in quibusdam etiam Græcis codicibus legitur) pro θεωρῆσαι accipiatur. Vertit enim, ut non peruideant lumẽ Euangelij, quæ declaratio mihi quoque non displicet, & eodem recidit. Vulgata, ut non fulgeat eis. Erasmus, ne illuceseret illis. Lumen Euangelij, &c. τὸν φωτισμὸν εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ χριστοῦ. i. lumẽ perspicuæ ac illustris prædicationis qua annuntiatur gloria Christi, seu gloriosus Christus: seu, quæ prædicatio est gloria Christi: quæ omnes interpretationes eodem recidunt, & optimè cohærent cum eo quod sequitur de Christi dominio. uel, lumen gloriosi Euangelij Christi, quæ interpretatio ab alijs non procul recedit. Reliqui autem omnia integra, necui fieret præiudicium, quum omnia illa satis quadrent.

C Qui est imago Dei ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ. id est in quo seipsum patefacit & conspiciendum præbet Deus, ut 1. Tim. 3. 16. Neque enim Dei imaginem nunc uocat Paulus Christum, alio quàm officij ipsius respectu, ut plane sint ἀπρόσιτον quæ nonnulli ex ueteribus hoc loco περὶ τῆς ὁμοουσίου. disseruerũt. Cæterùm in Complutensi codice & alijs præterea duob. additur epitheton ἀόρατος. i. inuisibilis, fortassis ex Coloss. 1. b. 15. quanquam uideri etiam possit hoc loco minimè otiosum, ut indicetur, Deum alioquin suapte natura inconspicuum, in Christi carne tamen factum aspectabilem.

5 Propter Iesum διὰ Ἰησοῦν. Id est, ut hunc ipsum Iesum uobis prædicemus. Nam si sui lucri causa prædicassent, se ipsos prædicassent sin Corinthijs seruissent ipsorũ causa fuissent αὐθεντοκάθεσποι, ut Ephes. 6. a. 6. Vere igitur unum Christum prædicabant Dominum, cuius causa non recusarẽt omnibus seruire. Vulg. per Iesum, διὰ Ἰησοῦ. i. à Iesu delecti adhãc functionem, siue Iesu auspicijs. In uno uetusto codice scriptum inuenimus διὰ χριστοῦ, per Christum.

6 Qui dixit ὁ εἰπών. Id est, qui solo uerbo fecit. Alludit enim proculdubio ad lucis creationem ἐναυγάζει ἡμῖν. Dicere autem pro iubere, accipitur quidem Hebræorum more, sed uidetur maiorem quandam emphasin habere hoc in loco & similibus. Splenduit in cordibus nostris ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν. Illuxit, inquit Paulus, cordibus nostris (id est eorum qui propter Christum uestri serui sumus) ut nobis postea quam accepissemus, lucem impertiremus. Ideò Dominus suos uocat lucem mundi, Matth. 5. b. 14. De ministris autem differi iam inde à cap. 2. d. 14. usque ad 6 c. 11. mecum, ut spero, fatebitur quisquis propius singula. considerarit: quanuis nonnulla aspergat quæ ad totam Ecclesiam pertinere possint, ut 3. d. 17. & 18. sed non ita multa, & quæ etiam ministris proprie sint applicanda, ne Paulus à scopo uideatur aberrare.

Ad *præbendum* lumen cognit. &c. πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώσεως, &c. Id est, ut à Deo illustrati, uicissim alijs eam lucẽ præbeamus. Lucem autem uocat cognitionem gloriæ Dei, id est Dei gloriam nobis ad contemplãdum exhibitam in Christo per ministerium. Vulgata & Eras. ad illuminationem scientiæ seu cognitionis gloriæ Dei quòd facilè possit accipi, quasi ipsa scientia gloriæ Dei esset illuminanda. Sed & illis non assentior qui φωτισμὸν accipiunt passiuè, quasi dicas, ut illuminemur cognitione gloriæ Dei. Sermo enim hic est institutus, ut dixi paulo antè, ad declarandum ministrorum

nistrorum Noui testamenti munus ac splendorem. & res ipsa ostendit, si quis præcedentia ac sequentia consideret, Paulũ his uerbis explicare partẽ superioris uersiculi postremam, itemque illud quod proposuerat in ipso capitis initio. qua probatione absoluta, transit ad afflictiones cum ministerio coniunctas, ut quæ ostendit ministerij dignitatem non modò non imminui, sed etiam uehementer amplificari. A

In facie οὐ προσώπῳ. Valla & Stapulensis malunt interpretari In persona, quod meritò displicuit Erasmo. Alludit enim perpetuo in toto hoc sermone Apostolus ad Mosis faciem illã non apertã, ut clara esset Dei imago, sed opertã.

facie Iesu Christi. σώπῳ Ιησοῦ χριστοῦ.

Habemus autem thesaurum hunc in testaceis uasculis, ut eius uirtutis excellentia sit Dei. & non ex nobis: 7 ἔχομεν δὲ τὸν θησαυρὸν τοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν, ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ᾖ τοῦ θεοῦ, καὶ μὴ ἐξ ἡμῶν.

Afflictiones

Dum in omnibus premimur, at non coarctamur: hæsitamus, at non prorsus hęremus. 8 ἐν παντὶ θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι. ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι.

Perſequutionem patimur: at non in ea deserimur: deijcimur, at non perimus: 9 διωκόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι. καταβαλλόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἀπολλύμενοι.

Mortificatio Christi

Quolibet mortificationem Domini Iesu in corpore circunferentes, ut etiam uita illa Iesu in corpore nostro manifesta fiat. 10 πάντοτε τὴν νέκρωσιν τοῦ κυρίου Ιησοῦ ἐν τῷ σώματι περιφέροντες, ἵνα καὶ ἡ ζωὴ τοῦ Ιησοῦ ἐν τῷ σώματι ἡμῶν φανερωθῇ. B

Semper enim nos qui uiuimus, in mortẽ tradimur propter Iesum, ut etiam uita Iesu manifesta fiat in mortali carne nostra. 11 ἀεὶ γὰρ ἡμεῖς οἱ ζῶντες εἰς θάνατον παραδιδόμεθα διὰ Ιησοῦν, ἵνα καὶ ἡ ζωὴ τοῦ Ιησοῦ φανερωθῇ ἐν τῇ θνητῇ σαρκὶ ἡμῶν.

7 Vt eius uirtutis excellentia sit Dei, ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ᾖ τοῦ θεοῦ, Id est ut eius doni tam eximij præstantiam omnes intelligant ã Deo non à nobis manare. Vulg. ut sublimitas sit uirtutis Dei, quasi ἡ collocatum sit ante τῆς δυνάμεως, contra Græcorum omnium codicum fidem. alioquin eodem recidit, si modo ὑπερβολὴν accipias αὐτὶ τῆς ὑπεροχῆς, ut subaudias pronomen ἡμῶν nostræ.

8 In omnibus ἐν παντὶ Heb. בכל, de quo alibi diximus. Non coarctamur ὐ στενοχωρόμενοι Numeratur tamẽ & θλῖψις & στενοχωρία inter sanctorum ærumnas, Rom. 8. g. 35. & infrà 6. a. 4. Itaq; hoc in loco existimandũ est non quamuis angustiam significari, sed eam ex qua elabi non possis. Hæsitamus, at non prorsus hæremus ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι De his duobus uerbis diximus suprà capite 1. b. 8. ubi etiam dicit Apostolus se ἐξαπορηθῆναι. Sed hoc quoque dextrè intelligẽdum est, ut docte explicat Basilius οὐ τοῖς ἔργοις κατ' ἐπιτομὴν, quæstione 270. nempe quo ad humana præsidia & quantum ipse Paulus eo tempore poterat iudicare. Neque enim unquam ei præsidium Dei defuit. & eo ipso tempore Dominus illũ ijs rationibus liberauit quas Paulus conijcere non potuisset. Itaque hæc inter se non pugnant. Vulgata, prorsus noue, aporiamur, sed non prorsus destituimur. Erasmus, laboramus, at non destituimur. Budæus, egentes, at non egestati succumbentes. Ego malui de omni difficultate hæc accipere, simulque studui paronomasiam Græcam repræsentare.

9 Non in ea deserimur οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι. Vulg. derelinquimur. Erasmus rectè expressit præpositionem ἐν. Cæterum quod hic adijcitur in aliquibus ueteris editionis codicibus, humiliamur, sed non confundimur, ταπεινούμενοι, ἀλλ' οὐ κἀτσχυνόμενοι in nullis Græcis exemplaribus inuenimus.

10 Quolibet πάντοτε. Id est ἐπάντοτε. Ita enim optime conueniet participium περιφέροντες circunferentes, id est quocunque uenimus paratam nobis crucem inuenientes, quasi eam circunferamus nobiscum. Vulgata & Eras. semper. quod tamen tolerari potest, quum sequatur ἀεί. Fortasis etiam supra οὐ πάντοτε rectius conuerteris ubique uel passim, ut subaudiatur ζῶντι. Mortificationem τὴν νέκρωσιν. Sic uocat Paulus miseram illam conditionem fidelium, ac præsertim ministrorum, (de his enim proprie agitur) qui quotidie, ut ait Dauid, occiduntur, quasi destinationem ad cædem dicas: additurque Dommi Iesu. uel, ut legit Vetus interpres, Iesu Christi, tum ut declaretur causa propter quam mundus ministros ita persequitur, tum etiam quia illi hac quoque in parte Christo capiti fiũt consormes, Christusque adeò ipse quodammodo in illis afficitur. Ambrosius maluit mortem interpretari, nempe quia in altero membro sit mentio uitæ Christi: ut uideatur collatio hanc interpretationem postulare. At ego, si libuisset à Pauli uerbo discedere, cædẽ potius exposuissem, quia nõ temere Paulus νέκρωσιν maluit scribere ἢ θάνατον, quoniam scilicet Christus hic considerandus nobis est non simpliciter mortuus, sed ut interemptus. Verum ut modo dixi, νέκρωσις nec mortem nec cædem hic significat, sed conditionem illam quotidianis mortibus obnoxiam, qualis etiam fuit in Christo ad tempus. denique summam imbecillitatem declarat, sicut Paulus idem uocabulum usurpat Rom. 4. d. 19. de Sara: uulua loquens ad concipiendũ prorsus effœta & uiribus omnibus destituta. Huic autem opponitur C uita eiusdem Christi, de qua dicemus proxima annotatione. Fortasis hoc discrimen non inepte aliquis obseruarit inter חרתח & מוות ut Psal. 79. d. 12. Vt etiã uita ἵνα καὶ ἡ ζωὴ. Videbatur poscere ratio collationis, ut potius scriberet ἡ ζωοποίησις i. uiuificatio. Sed Paulus hoc modo expressius loquitur, causam scilicet nominans ipsius effectus loco. Vnde enim fœlix illa & planè diuina ministrorum fidelium uirtus mortificationi ex diametro opposita? qui fit inquam, ut per mille mortes inuicti & intrepidi, uictores denique ad metam, sua functione perfuncti, euadant? Nempe ex uita. 1. Spiritu seu uigore illo Iesu Christi qui morti ipsi dominatus est, qui uigor in illorum etiam mortalibus & infirmis uasculis inest, ut 1. Tim. 1. d. 14. & tum demum sese exerit quum à contraria mortificatione lacessitur, alioquin ita latens ut cognoscendus non fuerit: imò uerò infirmitatibus acuitur, & magis ac magis perficitur, ut alibi tradit Apostolus. Hinc illa resurrectio de qua dicemus infrà uer. 14. id est liberatio ex tot mortib. ut suprà 1. b. 10. Quã uis enim hæc uiuificatio in suprema demum resurrectione sit perficienda, tamen de ea resurrectione nõ agi hoc in loco, liquere potest ex uers. 14. atque adeò ex ipso Apostoli scopo. Neque enim aliud ei propositum est quàm docere, perpetuis illis ærumnis non reddi tutius Euangelij ministerium, sed contrà dignitatem illius ac robur uerè diuinum in Christo palãm toti mundo spectandum proponi. Pertinet igitur ad hanc uitam ista resurrectio, siue huius latentis uitæ declaratio.

11 Nos qui uiuimus ἡμεῖς οἱ ζῶντες. Id est, nos demum qui uita illa prædita sumus: uel quia hac uita prædita sumus, alioqui non apparitura, nisi mors assiduò eam prouocaret. Potest enim, ac fortasis etiam debet, articulus accipi κατὰ ἀναφορὰν, ut Rom. 1. b. 18. Quid si uerò exponas, Dum uiuimus? Primùm repugnat omnino articulus. Deinde, ut mihi uidetur, inanis esset, atque adeò propter additam particulam causalem γάρ, non satis apta repetitio superioris sententiæ. Itaque rursum constituo, hic non agi de resurrectione à mortuis, sed de perduratione in tot præsentib. pro Christo periculis, ut dignitatem ministerij crux ipsa hic quoque commendet. In mortali carne nostra: οὐ τῇ θνητῇ σαρκὶ ἡμῶν. Id est in carne nostra quantumlibet mortali, non autem quæ mortalis esse desierit. Vocat autem morta

mortalem, non ob conditionem illam omnibus communem de qua Heb. 9. g. 17. sed illam mortificationem respiciens quã descripsit uers. 8. 9. & 10. quã etiã ob causam uasculis testaceis corpora ministrorũ, peculiari s. roc, coparauit.

ὥστε ὁ μὲν θάνατος ἐν ἡμῖν ἐνεργεῖται, ἡ δὲ ζωὴ ἐν ὑμῖν. 12 Itaque mors quidem in nobis agit, uita uerò in uobis.

ἔχοντες δὲ τὸ αὐτὸ πνεῦμα τῆς πίστεως, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα. καὶ ἡμεῖς πιστεύομεν, διὸ καὶ λαλοῦμεν. 13 Et quia habemus eundem Spiritum fidei, secundum illud quod scriptum est, Credidi, & ideo locutus sum: nos quoq; credimus, ideò etiam loquimur.

εἰδότες ὅτι ὁ ἐγείρας τὸν κύριον Ἰησοῦν, καὶ ἡμᾶς διὰ Ἰησοῦ ἐγερεῖ, καὶ παραστήσει σὺν ὑμῖν. 14 Scientes quòd qui suscitauit Dominum Iesum, nos quoque per Iesum suscitabit, & sistet uobiscum.

τὰ γὰρ πάντα δι' ὑμᾶς, ἵνα ἡ χάρις πλεονάσασα, διὰ τῶν πλειόνων τὴν εὐχαριστίαν περισσεύσῃ εἰς τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ. 15 Nam omnia propter uos, ut gratia illa copiosissima, pluribus gratias agẽtibus redundet in gloriam Dei.

διὸ οὐκ ἐκκακοῦμεν, ἀλλ' εἰ καὶ ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται, ἀλλ' ὁ ἔσω ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ ἀνακαινοῦται. 16 Propterea non segnescimus: sed etiamsi externus homo noster corrumpitur, internus tamen renouatur quotidie. *Externus homo. Internus homo.*

τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ἡμῖν, 17 Momentanea enim leuitas oppressionis nostræ, excellenter excellẽter æternum pondus glorię conficit nobis:

μὴ σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα. τὰ γὰρ βλεπόμενα πρόσκαιρα, τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα, αἰώνια. 18 Dum non spectamus ea quæ cernuntur, sed ea quæ non cernuntur. nam quæ cernuntur, temporaria sunt: at quę non cernuntur, æterna.

12 Itaq; mors quidẽ ὡς τὸ μὲν θάνατος, Id est, Itaque nos ministri nõ aliter morte illa quotidiana uiuimus, quàm uos uita uiuitis, qui scilicet in uestris rebus prosperis uitam uestram collocatis. Verùm hoc fortasis subtilius est, quanuis male conueniat superiori antitheſi. Sed præterea uidetur tam acerba tamque mordax reprehensio huic epistolæ non conuenire, in qua studuerit superioris amarulentiam temperare. Nam quod infrà 12. f. 20. & 20 & 21. & ultimo capite, nonnihil uidetur asperè loqui, existimo ab eo de industria in extremam partem esse reiectum, quũ sui ministerij dignitatem satis asseruisset. Itaque ob eam etiam causam non facilè admiserim illam ironiam aut σαρκασμὸν potius hoc in loco. Mihi magis placet eorum sententia qui perinde hoc accipiũt ac si dixisset Apostolus, Nostra igitur est afflictio, uestrum autem est commodum, ut uos quasi ex nostra morte uiuatis, ad quos redit nostrarum ærumnarum fructus: quod postea explicabit uers. 15. & iam attigit, quum diceret ἵνα φανερωθῇ, ut declaretur. Sed notandum est quod dixit ὁ θάνατος ἐνεργεῖται mors agit. Ita enim hanc mortem quotidianam, ostendit & ipsis ministris & toti Ecclesiæ esse, ut ita dicam, uitalem, ut quæ latentem illum Christi uigorem non extinguat, ut aliqui mors solet, sed excitet potius ac foueat.

13 Et quia habemus ἔχοντες ἡ Particula ἡ hoc in loco non est aduersatiua, sed potius sententiam nectit. Ideò conuertimus potius per Et, quàm per Autem, uel Verò. Deinde participium ἔχοντες continet αἰτιολογίαν. Vulg. Habentes autem. Eras. Cæterum quum habeamus. Eundem Spiritum fidei τὸ αὐτὸ πνεῦμα τῆς πίστεως. Id est, eãdem fidem ex eiusdem Spiritus afflatu & dono. Sic enim alibi diximus nomen Spiritus ex Hebræorum consuetudine usurpari, ut Esa 11. a. 2. Secundum illud quod scriptum est κατὰ τὸ γεγραμμένον. Perinde hoc accipiẽdum est ac si dixisset, Quia habemus eundem Spiritum fidei, atque is de quo scriptum est.

14 Per Iesum διὰ Ἰησοῦ. Vulgata, cum Iesu. Ita etiam Ambrosius. & in uno Græco exemplari ita legimus, sed repugnantibus reliquis, summo consensu. nec sanè posim eam lectionẽ admittere. Et sistet uobiscum. καὶ παραστήσει σὺν ὑμῖν. Id est, me liberatum sistet uobis præsentem. Nam de suo ad eos aduentu loqui Apostolum, apparet omnino ex uers. sequenti, quem etiam inchoat à particula causali. Itaque non possum nunc quidem aliter statuere, quàm resurrectionem hic figuratè uocari liberationem ex ijs periculis, quibus simili prorsus ratione nomen mortis tribuerat in superiore tractatione, & suprà 1. b. 10. & 11. ubi eandẽ prorsus sententiam expressit: quanuis tandem ad resurrectionem illam supremam delabatur. Erasmus retulit ad Iudæorum & Gentium coniunctionem in Christo, quod non uidetur indigere refutatione. 15 Gratia illa copiosissima ἡ χάρις πλεονάσασα. Id est, ut quum fuero liberatus & uobis restitutus, ingens illud beneficium quod in me effusum erit, uicissim in Dei gloriam redundet, propterea quòd scilicet non ego unus gratias agam, sed uos omnes mecum, & afflictionis participes & cõsolationis. Ita quę διὰ τῶν πλειόνων τὴν εὐχαριστίαν non cohæret cum πλεονάσασα, sed cum περισσεύσῃ. Vetus tamẽ interpres uidetur non inepte legisse, ἵνα ἡ χάρις πλεονάσασα διὰ τῶν πλειόνων, τὴν εὐχαριστίαν περισσεύσῃ, &c. Vertit enim, ut gratia abundans per multos, in gratiarum actione abundet in gloriam Dei.

16 Renouatur ἀνακαινοῦται. Id est nouas uires acquirit, ne nouis malis ingruentibus frangatur externus, qui huius uiribus sustinetur.

Quotidie ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ. Heb. יום יום Vulgata, de die in diem. Eras. in singulos dies. id est יום ליום

17 Momẽtanea enim leuitas τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν. Sic apud Demosth. ἡ παραυτίκα ἡδονὴ momentanec uoluptas, & apud Thuc. τὸ αὐτίκα ἀλυπρὸν, subitũ malum. Vulgata, Id enim q̃ in præsenti est momentaneũ & leue tribulationis nostræ. Leuitas autem oppressionum non ad ipsam qualitatẽ refertur, quasi ærumnæ sint admodũ eximiũ transit Apostolus ad resurrectionem illam ueram, cuius spe dicit se sustentari. Excellenter excellenter æternum καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον. Non piguit uocabulũ Latinè bis repetere, ut in Græcis reperitur. Ita enim significatur æternitas, ipsa, ut ita dicã, æternitate magis æterna, ut dicũt Hebræi עד מאד באר Quidã prius referũt ad τὸ παραυτίκα, posterius ad αἰώνιον. Sed præterquã q̃ hac distinctione tollitur ista emphasis sanè egregia, & ualde tẽ pestiuè adhibita, uix etiã mihi uidet Paulus ita fuisse extenuaturus suas oppressiones, ut diceret summe leues esse, nec cum æterna quidẽ gloria cõferanẽ. Deinde uetusti codices & Græci interpretes nostrã distinctionẽ sequuntur. Vulgata, suprà modũ in sublimitate. Eras. mirè suprà modũ. Pondus gloriæ βάρος δόξης. Poscit ratio collationis ut gra-

uis gloria dicatur quæ costantissimè manet immota. Notandæ sunt aût elegantissimæ antitheses, & quouis etiã Demosthene non indignæ. nam τῷ παραυτίκα opponit τὸ καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν, αἰώνιον τῷ ἐπαρῷ opponit τὸ βάρος, τῇ θλίψει opponit τλὸ ἀόξαν. Sic etiam mox τοῖς βλεπομένοις confert τὰ μὴ βλεπόμενα, & cum τοῖς παροῦσι καίροις comparat τὰ αἰώνια, Conficit κατεργάζεται Vulgata, operatur. quod uerbum arripiunt Sophistæ ut merita Sanctorum stabiliant: quum duntaxat significetur quo tumere ad gloriam perueniatur. Nam quum de eo agitur propter quod datur gloria, longè aliter Paulus Rom. 4.2.2. & 8.d.18. Erasm. parit. A

CAPVT V. 1

Domus terrestris

SCimus enim quòd si terrestris huius domus nostræ tabernaculum dissolutum fuerit, ædificium ex Deo habemus, domicilium *scilicet* nõ manufactum, æternũ in cælis.

ΚΕΦΑΛ. ε

Οἴδαμεν γὰρ ὅτι ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ, οἰκοδομὴν ἐκ θεοῦ ἔχομεν, οἰκίαν ἀχειροποίητον, αἰώνιον ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Corpus spirituale.

2 Nam in hoc suspiramus, expetẽtes domicilio nostro, quod è cœlo est, superindui.

2 καὶ γὰρ ἐν τούτῳ στενάζομεν, τὸ οἰκητήριον ἡμῶν τὸ ἐξ οὐρανοῦ ἐπενδύσασθαι ἐπιποθοῦντες.

3 Siquidem etiam induti, non nudi reperiemur.

3 εἴγε καὶ ἐνδυσάμενοι, οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα.

4 Etenim qui sumus in hoc tabernaculo, suspiramus onerati: in quo nõ cupimus exui, sed superindui, ut absorbeatur mortalitas à uita.

Collustatio spiritus & carnis

4 καὶ γὰρ οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει, στενάζομεν βαρούμενοι, ἐφ' ᾧ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι, ἀλλ' ἐπενδύσασθαι, ἵνα καταποθῇ τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς.

5 Porrò qui cõdidit nos ad hoc ipsum, Deus *est*, qui etiam dedit nobis arrhabonem Spiritus. B

5 ὁ δὲ κατεργασάμενος ἡμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο, θεὸς, ὁ καὶ δοὺς ἡμῖν τὸν ἀρραβῶνα τοῦ πνεύματος.

6 Cõfidentes igitur semp, & scientes quòd dum adsumus in corpore, peregre absumus à Domino.

6 Θαρροῦντες οὖν πάντοτε, καὶ εἰδότες, ὅτι ἐν τῷ ἐνδημεῖν ἐν τῷ σώματι, ἐκδημοῦμεν ἀπὸ τοῦ κυρίου.

IN CAPVT V.

1 Terrestris nostræ domus tabernaculum ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους. Vulgata, si terrestris domus nostra huius habitationis. non seruato uocabulo tabernaculi, quod aptissimũ erat ad huius corporis structuræ imbecillitatem & caducam conditionem significandam. cui opponitur οἰκοδομὴ, id est firmum ac stabile ædificium. Eras. si terrenum nostrum domicilium huius tabernaculi. Ego puto hoc explicandum per hypallagen, cuiusmodi annotauimus Act. 5. d. 20, & alibi quoque. Sic Ouidius, In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora. 2 Quod è cœlo est τὸ ἐξ οὐρανοῦ. Id est, cæleste, gloria s. & ἀφθαρσίαν, non aût substantia. ut exposuimus copiosè, 1. Cor. 15. Superindui ἐπενδύσασθαι. Vestem uocat, opinor, immortalitatis gloriã, qua tanquam uestè obtegetur etiã nostrũ corpus. Sic enim usurpare solent Habræi uerbum לבש ut diximus Luc. 24. g. 49. & 1. Corinth. 15. g. 53. In hoc autẽ uerbo præpositio ἐπὶ non significat (opinor) uestẽ uesti additam, sed uestem corpori iniectam, ad illud scilicet operiendum. Mortalitatem enim exuemus, ut succedat immortalitas. Alijs placet primam uestem dici Christum iustitiam, alteram uerò, illius iustitiæ præmiũ. quorum sententiæ nolui præiudicium afferre. 3 Siquidem etiam ind. εἴγε καὶ ἐκδυσάμενοι. Vulg. si tamen, quasi εἴγε conditionem declaret, quamobrem etiam εὑρεθησόμεθα conuertit reperiamur, subiunctiuo modo. At ego puto potius hoc positum αἰτιολογικῶς aut certè διασαφητικῶς. Explicat enim cur ussus fuerit uerbo ἐπενδύσασθαι. Nam, inquit, non manebimus corpore expoliati: sed etiam hoc nostrum corpus in cælo induetur, immortalitatis scilicet gloria. Qui pro conditione hoc accipiunt, putant esse additum ut sanẽti iustitia Christi induti & gloria ipsius superinduendi, distinguantur ab infidelibus utraque uestè destitutis. Nam quòd quidam hoc referunt ad eos qui uiui in iudicio deprehenduntur (de quibus 1. Thess. 4. d. 16.) ineptius est quàm ut refutatione egeat. Ambrosius indicat aliam lectionem, nempe εἴγε ἐνδυσάμενοι, id est siquidem expoliati, quam sanè germanam esse puto, quum in sequenti uersiculo in quo ista explicantur, hæc duo uerba ἐνδύσασθαι & ἐπενδύσασθαι conferantur, & facilis fuerit lapsus ἐν in ἐπ'. Quòd si præterea retinuerimus particulam καί, tunc plana ac perspicua fuerit hęc sententia, Nos desiderare superindui, quandoquidem etiam postquàm fuerimus expoliati tabernaculo, non mueniemur nudi. Neque enim suspiramus quòd uelimus expoliari, sed quòd superindui ac mortalitatem cũ uita uelimus cõmutare. i. non huius uitæ tædio, ut infideles & refractarii, sed futuræ desiderio. 4 Etenim καὶ γὰρ Vulgata, Nã &, deprauata etiã sententia. Qui sumus οἱ ὄντες. Id est, quia sumus. Rursum enim ponitur articulus κατὰ συλλογισμὸν, ut suprà 4. c. 11. In quo nõ cupimus exui ἐφ ᾧ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι Eras. propterea quòd nolimus exui, sensu certè absurdo. Nam etiamsi legas ut excudit Frobenius, ἐπειδὴ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι, erit tamen transponenda negans particula, ut pertineat ad ἐνδύσασθαι, ut ex ipsa sententia puto satis liquere. Sed profectò legẽdum est ἐφ' ᾧ, ut scriptum inuenimus summo consensu in omnibus uetustis codicibus, & Græcis etiam scholijs. quibus tamẽ in eo nõ assentior quòd ἐφ' ᾧ interpretantur pro ἐπειδὴ, quo fit ut in eandem traiectionẽ incidamus: quũ potius ἐφ' ᾧ uertendum sit, in quo, & subaudiendum σκήνει tabernaculo, ut sit sententia, In quo tabernaculo quandiu scilicet sumus, non cupimus exui sed superindui, &c. Vulg. eo quòd. Videtur enim etiam legisse ἐφ' ᾧ, sed pro ἐπειδή. 5 Qui condidit ὁ κατεργασάμενος Id est ὁ κτίσας, siue ὁ διασκευάσας, ut rectè explicant Græca scholia. Hoc enim referendum esse ad primam illam corporis fabricationẽ ostendit uerbũ ἐργάζεσθαι, id est operari: ut significetur Deum ad hunc ipsum finem condidisse suorum electorum corpora (agitur autem hic peculiariter de ministris) ut ea aliquando cælesti illa immortalitate indueret, cuius arrham habent Spiritum sanctum in ipsis tam efficaciter agentem. Alioqui dixisset potius σὺν ἐργήσας σὺν ἡμῖν. itaque Vetus interpres non satis rectè conuertit, Qui efficit, neglecto etiam tempore. neque satis expresse. Eras. Qui parauit, ὁ παρασκευάσας, quum alioquin rectè hunc locũ exposuerit in annotationibus. Ambrosius, Perfecit, deceptus scilicet alia significatione uerbi κατεργάζεσθαι. Deus ὁ Θεὸς. Sub. ἐστὶν, quã eclipsin durã esse fateor: sed quæ tamẽ Paulo sit familiaris, ut suprà 1. d. 21. & 4. b. 6. Neglexit Vetus interpr. ideoq; obscurè admodum hæc conuertit, q̃ uideat hiare sententia. Alibi tamẽ expressit, ubi obscurior ẽt erat eclipsis, ut infrà 10. 2. 1. Cæterũ qđ in uno codice additũ cõperimus καὶ χρίσας ἡμᾶς, & qui nos unxit, omnino irrepsit ex margine, ut alia etiam multa, quum aliquis, ad explicandum quod sequitur de arrhabone Spiritus, annotasset quod scriptũ est suprà 1. d. 21. Arrhabonem ἀρραβῶνα. Vulg. pignus. Vide suprà 1. d. 22. 6 Confidentes autem Θαρροῦντες δὲ Eras. Itaque bono animo sumus. nam participia θαρροῦντες & εἰδότες cẽsuit posita pro uerbis: quãobrẽ ẽt εἰδότες cõuertit, scimus. nẽpe quia cõiunxit σύνδημοῦντες (quod interpretatur, quũ domi sumus) cũuerbo ἐνδημοῦμεν

A μὸν μεν: ideoq;, ne penderet sententia, coactus est illã enallagẽ cõstituere, cuius aliquot exempla alibi obseruauimus. Vetus autẽ interpres omnia cõtentus fuit ad uerbum interpretari. Græca scholia participia relinquunt integra, & nec hiet sententia, tradunt particulam δὲ redundare initio uers. 8. Mihi dura uidetur illa enallage hoc in loco, nec minus etiam durus iste pleonasmus. Quomodo uerò hæc putem explicanda, dicam proxima annotatione, si hoc addidero, Confidentem hic dici eum qui præsenti sit animo, id est quieto & ad sustinenda quæuis pericula parato, q̃ de fœlici exitu nihil dubitet. Quòd aduenæ sumus in corpore ὅτι ἐνδημοῦντες ἐν τῷ σώματι. Vetus interpres, dum sumus in corpore. Erasmus, quu domi sumus in corpore. Hoc igitur habẽt inter se comune, q̃ participium ἐνδημῶν τες coniungunt cum sequente uerbo: quo fit ut hiet sententia, sicut in superiore annotatione diximus. Ego uerò sub audiendum puto ἐσμὲν. ut infra uers. 12 & cap. 7. b. 5. Item 11. d 13. Ita igitur superiora participia θαῤῥοῦντες & εὐδοκοῦντες cum uerbo ἀποδημοῦμεν cõnectentur, eritq; hæc confructio, Peregrinamur ergo à Domino, cõfidentes semper & scientes quòd aduenæ sumus in corpore. Itaque etiam in uerbo ἐνδημοῦμεν ab utroq;, sed ab Erasmo in primis dissentio, perinde enim uertit ille ac si ἐνδημοῦμεν idẽ significaret atque εἶναι. quod liquet no satis esse expressum. Eras. uerò ac si ἐνδημοῦμεν declararet domi suæ esse, cui opponatur ἐκδημοῦμεν. i. domo sua abesse. Ego uerò, ut non contendã pluribus. de propria significatione uerbi ἐνδημῶν, quam sortasis sequutus est Erasmus, hoc tamẽ dico, eã declarationem mihi uideri ex diametro repugnantem Apostoli sententiæ, atque adeo seipsam elidere. Nã si in corpore uiuere, est domi suæ esse, quomodo dicetur peregrinari à Domino qui in corpore uiuit? Peregrinari enim dicimur, nostri domicilij respectu: ut si corpus nostra est sedes, peregrinari non possit ulla ratione dici qui in eo uersatur. Deinde quæ hæc esset consolatio, ideo securum esse, quòd scias te domi tuæ esse à Domino uerò abesse, quasi peregre profectũ? Nempe, inquies, quòd qui peregrinatur, domum respiciat. Certè ita est, ex quo consequitur, hoc corpus non ita ut nunc est in terris, sed ut erit in cœlesti gloria, cælum denique non terrã nobis pro domicilio proponi. Cõsentit cum hac interpretatione non tantum Petrus (qui hanc uitam uocat παροικίαν id est habitationem, 1. Pet. 1. c. 17.) sed & Scriptura uniuersa: ut ἐνδημεῖν, idem prorsus hic declaret atq; ἐπιδημεῖν. i. aduenam uersari in aliquo loco. cui opponitur τὸ ἐκδημεῖν, id est extra patriã peregrinari. adstipulante etiã Varino, qui ἐνδημεῖν per ἐπιδημεῖν interpretatur. Quia igitur dixerat Apostolus se in corpore gemere, nõ uitæ præsentis tædio, sed futuræ desiderio, Fortiter, inquit, in hac nostra peregrinatione pergimus, quia scimus nos hic esse aduenas, ac proinde nobis hic non esse manendum, sed in patriam redeundum.

διὰ πίστεως γὰρ περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους. 7
θαῤῥοῦμεν δὲ καὶ εὐδοκοῦμεν μᾶλλον ἐκδη- 8
μῆσαι ἐκ τοῦ σώματος, καὶ ἐνδημῆσαι πρὸς
B τὸν κύριον.

(Per fidẽ eñ incedimus, nõ per aspectũ) Confidimus autem, & probamus potius migrare è corpore, & ad Dominum ire habitatum. *Fides*

Quapropter etiam ambimus & incolentes & migrantes, ei simus accepti.

διὸ καὶ φιλοτιμούμεθα, εἴτε ἐνδημοῦντες εἴτε ἐκδημοῦντες εὐάρεστοι αὐτῷ εἶναι. 9

Omnes enim nos manifestos fieri oportet corã tribunali Christi, ut unusquisq; reportet quæ in corpore *recipiat*, cõgruẽter ad id quod fecerit, uel bonum, uel malum. *Placere Deo* Rom. 14. b 10

τοὺς γὰρ πάντας ἡμᾶς φανερωθῆναι δεῖ ἔμ- 10
προσθεν τοῦ βήματος τοῦ χριστοῦ, ἵνα κομίσηται
ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε
ἀγαθὸν, εἴτε κακόν.

7 Per fidẽ enim incedimus, non per aspectũ Διὰ πίστεως γὰρ περιπατοῦμεν, ὁ διὰ εἴδους. Hoc omnino includendum est parenthesi. Docet enim obiter quomodo & quatenus abimus à Domino. Quia, inquit, nunc ita incedimus, (id est uiuimus, ex Hebræorum idiotismo) ut in fide, earum scilicet rerum quas speramus, non autem in ipso præsenti conspectu Dei, ut Rom. 8. c. 24. Heb. 11. a. 1. Idem igitur declarat διὰ εἴδους atque αὐτοψεὶ, ut declaratur 1. Corinth. 13. d. 12. pro quo Vulgata & Erasmus nimium obscurè uerterunt Per speciem.

8 Confidimus autem & probamus Θαῤῥοῦμεν δὲ καὶ εὐδοκοῦμεν. Id est, sic tamen confidimus, sic forti & tranquillo animo peregrinationem illam nostram conficimus, ut tamen multo malimus ad Dominum discedere. Sic explicat quod dixerat uer. 4. se in tabernaculo gemere, non quòd expoliari desideraret, sed quod optaret superindui. Vulg. nimium obscurè, Audemus autem & bonam uoluntatem habemus. Potius μᾶλλον. Potius s. quàm diutius à Domino abesse. Migrare è corpore & ad Dominum ire habitatum ἐνδημῆσαι ἐν τῷ σώματος καὶ ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν Κύριον. Hic uerò liquet non modò ex sententia ipsa, sed etiam ex diuersa constructione, τὸ ἐνδημεῖν nihil aliud declarare q̃ ἐξιέναι, & ἐν ἐνδημεῖν idẽ prorsus significare atq; τὸ ἀπιέναι, eotantũ excepto q̃ utroq; uerbo significatur mutatio domicilij. Itaq; nõ tàm fuit apud me paronomasia istorũ uerborũ, quàm sensum ipsum studuerim potius exprimere, quàm nimiũ dilutè interpretari ἐνδημεῖν exire & ἐκδημεῖν abire. Vulgata, peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Dominũ. Eras. peregre abesse à corpore, & præsentes adesse apud Deũ. Deinde q̃ dixit Apost. se optare superindui, satis indicat hoc uotũ nõ respicere tẽpus illud interiectũ, sed ipsam potius corporis resurrectionẽ, quũ de tabernaculo agatur in domicilium mutando. 9 Etiam ambimus καὶ φιλοτιμούμεθα. Proprie usurpauit hoc uocabulũ, quo forensis quædam ambitio honorum significatur. Est autem hæc sententia, Quod quum ita sit, id est, quum sorti
C ter pergamus in hac nostra peregrinatione, & tamen desiderio redeundi in patriam ardeamus, ita annitimur uiuere ut & nostra peregrinatio illi placeat, & tandem ab eo domum recipiamur. Vt & incolentes & migrantes εἴτε ἐνδημοῦντες εἴτε ἐκδημοῦντες. Vulgata, siue præsentes, siue absentes. Eras. siue domi præsentes, siue foris peregre agentes. Atqui particula εἴτε hoc in loco non est disiunctiua, sed copulatiua, ut 1. Corinth. 13. c. 8. & Colos. 1. c. 20. Deinde ἐνδημοῦντες quum priore loco ponatur, de hac uita sanè intelligi debet, ut eundẽ ordinẽ ubique seruarit Apostol. Ex quo efficitur, neq; Veterem interpretem rectè interpretari Præsentes (quum hæc dicatur respectu Domini, à quo sanè absumus quandiu in hac uita uersamur) neque etiam Erasmum appositè cõuertisse, Domi præsentes, quum potius eo tẽpore domo absimus. Ideo uertimus & incolẽtes, id est dũ incolæ sumus, in hoc corpore s. ut suprà uers. 6. Alter error admissus est in ἐνδημοῦντες, pro quo Vetus interpres habet Absentes. Eras. foris peregre agentes, quum contrà ad futuram illam uitam hoc referatur, in qua demum præsentes erimus Deo, nec foris commorabimur, sed domi habitabimus. Itaque ἐνδημοῦντες significat ex corpore in patriam migrates. Vtrunque uero nõ ad φιλοτιμούμεθα sed ad εὐάρεστοι εἶναι referendum est: quod plerosque interpretes fefellit. Neque enim agit Apostolus de eo desiderio quo futurum est ut ardeat, quum domum redierit, & mortalitatem cum uita commutarit, (utitur enim præsenti tempore, non futuro, & ea res omnis ad scopum Apostoli non uidetur pertinere,) sed explicat potius quod in proxima annotatione superiore diximus.

10 Nos manifestos fieri ἡμᾶς φανερωθῆναι. Id est sisti presentes, & illic in nos inquiri, ut palàm fiat qui fuerimus. Quæ in corpore *recipiat* τὰ διὰ τοῦ σώματος. Id est τὰ ἐν τῷ σώματι, s. γενηθέντα. Id est uel gloriã, uel ignominiam. Tota enim hæc disputatio de corporibus instituta est, de quorum infirmitate ac gloria cœpit disserere à capitis quarti initio. Διὰ uero pro ἐν poni obseruauimus etiam Rom. 4. b. 11. & suprà 3. 11. Vulg. propria corporis. Legit enim, τὰ ἰδία τῆς σώματος, quo modo etiam Ambrosius. Sed suspicor locum fuisse, propter nonnullam obscuritatem, depra-

uatum. Tertullianus legit διὰ sublato articulo, ea ipsa manente sententia, quam sequuti sumus ut simplicissimam. A
Eras. ea *quæ sunt* per corpus. quod mihi non uidetur admodum conuenire, propter id quod subijcitur. quanuis ex
Hebræorum idiotismo nonnunquam opus pro operis mercede accipiatur, ut Leuit. 19. c. 13. & Esa. 61. d. 8. & ita etiam
loquatur Apostol. Eph. 6. b. 8. Hoc enim in loco differitur de corpore ipso, quod in se recipiet uel gloriam uel igno
miniam perpetuam, pro transactæ uitæ ratione. Congruenter ad id quod sec. πρὸς ὃ ἐπράξεν. Hæc est uis præposi
tionis πρὸς hoc in loco, ut in illo Plut. in Fabio, πρὸς ἀρετὴν πᾶς τιμὰς νέμει. Vulgata, prout gessit. Erasm. iuxta id
quod fecit. Neutra interpretatio mihi usq; est satis expressa: alioquin Frobenij editionẽ in eo sequor quòd scripserit
πρὸς ὃ non πρὸς ἃ.

Scientes igitur terrorem illum Domini, homines ad fidem adducimus, Deo autem nos ipsos approbauimus, spero uerò *nos* ét apud conscientias uestras approbatos esse.

11 εἰδότες οὖν τὸν φόβον τοῦ κυρίου, ἀνθρώπους πείθομεν, θεῷ δὲ πεφανερώμεθα. ἐλπίζω δὲ καὶ ἐν ταῖς συνειδήσεσιν ὑμῶν πεφανερῶσθαι.

Enimuero non iterum nosipsos commendamus uobis, sed occasionem damus uobis gloriandi de nobis: ut habeatis *quod dicatis* aduersus eos qui ex facie gloriam captant, ac non ex corde.

12 οὐ γὰρ πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνομεν ὑμῖν, ἀλλὰ ἀφορμὴν διδόντες ὑμῖν καυχήματος ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα ἔχητε πρὸς τοὺς ἐν προσώπῳ καυχωμένους, καὶ οὐ καρδίᾳ.

Nam siue insanimus, Deo *insanimus*: siue sanamente sumus, uobis sana mente *sumus*.

13 εἴτε γὰρ ἐξέστημεν, θεῷ, εἴτε σωφρονοῦμεν, ὑμῖν.

Charitas enim illa Christi cóstringit nos: ut q hoc statuerimus, q si unus pro omnib. mortuus fuit, nempe omnes mortui fuerũt.

14 ἡ γὰρ ἀγάπη τοῦ χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς, κρίναντας τοῦτο, ὅτι εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἄρα οἱ πάντες ἀπέθανον.

Et pro omnib. mortuus est: ut qui uiuũt. post hac non sibi uiuant sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.

15 καὶ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα οἱ ζῶντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι. B

11 Terrorem illum Domini τὸν φόβον τοῦ κύριου. Id est formidabile illud iudicium. Itaq; τὸν φόβον multo rectius conuertit Erasm. terrorem, quàm Vetus interpres timorẽ. Homines ad fidẽ adducimus, ἀνθρώπους πείθομεν. Vulgata hominib. suademus. quam ét Erasm. sequutus est. itaque non expresserunt (opinor) Apostoli sententiam. Neque enim se duntaxat hominib. suadere dicit, ut Christum complectantur, sed etiam persuadere, proposito illis Dei iudicio, nempe ut probet ministerij sui dignitatem ab eius fructu & efficacia. Deo autẽ nosipsos approbauimus θεῷ δὲ πεφανερώμεθα Vulgata & Erasm. Deo autẽ manifesti sumus. quasi dicat Paulus, Deus autẽ nouit qui simus. At ego puto Manifestatum esse Deo, idem declarare, atque alibi, A Deo cognitum esse, i. approbatum. ut his uerbis Apostolus, ex ratione cõiugationis Niphal, significet se apud homines quidẽ habere certum ministerij sui testimonium, nempe prædicationis suæ fructũ: corã Deo uerò se approbasse, q nimirũ eã ipsam fidẽ esset amplexus quã alijs prædicabat, & hoc prædicationis successu Dominus uicissim ipsius ministeriũ obsignasset. Spero ἐλπίζω. In uno codice scriptum inuenimus ἐλπίζομεν speramus, idq; rectius, ut opinor, quum in hac tota disputatione sese cum Timotheo & Sylua no contunxerit. 12 Damus διδόντες. Sub. ἐσμεν. pro præsenti διδόμεν. Hæbræorum more, ut suprà uers. 6. σὺν δὲ μενοῦσες pro σὺν δυνάμενοι. Vt habeatis *quod dicatis* ἵνα ἔχητε. Sub. τὶ ἀπολογεῖσθαι, ut rectè explicãt Græca scholia. Erasm. ut aliquid habeatis, ἵνα τὶ ἔχητε, quæ formula quiddam aliud declarat, ut diximus Marc 6. d. 19. Est autem hæc phrasis prorsus Hebraica. Ex facie οὐ προσώπῳ Id est externis laruis, & fucata illa pompa sapientiæ & eloquentiæ humanæ, non autem uera pietate, quæ non in uultu, id est externa ista specie, sed in corde sedem habet. Alibi πρόσωπον, personam, faciem, speciem, pro diuersa locorum sententia sumus interpretati. Hic omnino seruandum putauimus faciei uocabulum, propter oppositum Cordis nomẽ. Præpositio autẽ ἐν hoc loco, uidetur posita pro διὰ uel ἐν. Vulgata & Erasmus ad uerbum, in facie. 13 Insanimus ἐξέστημεν. Id est μαινόμεθα, ut Marc. 3. c. 21. Solet autẽ Apostol. ubi tribuere ἀφροσυνιόλον ex aduersariorum iudicio, quoties de se cogitur aliquid prædicare, ut infrà aliquoties hoc inculcat, cap. 11 & 12. Siue igitur insanio, inquit, (hanc enim factorum meorum prædicationem putatis insani hominis orationem esse) Diuinus est iste furor, & totus ad unam gloriam Dei spectans, ut reprehendi à uobis eo nomine no possim: siue simpliciter facio meũ officiũ & uobis euangelizo, (hoc enim demũ est sapere apud uos) omnia commodo uestro facio, non meo, ut hic quoq; non possim uideri meipsum cõmendare. Vulgata, sine mente excidimus. Siue sana mente sumus εἴτε σωφρονοῦμεν. Vide Marc. 5. b. 15. Est autem repetendum idem uerbum κἀνὸ πανῦ, ut suprà ca. 1. b. 6. & 2. b. 10. Vulgata, siue sobrij sumus. Ambrosius, siue sanum sapimus, expressa notatione uerbi σωφρονεῖν. Augustinus aduersus Faustum lib. 12. cap. 26. siue temperantes sumus. Quas interpretationes uisum est attexere, propter eos qui nefas esse putant à Vulgata interpretatione discedere, & quos non pudet hoc etiam nomine crimen hæreseos bonis ac doctis hominibus impingere. C

14 Charitas enim illa Christi ἡ γὰρ ἀγάπη τοῦ χριστοῦ. Id est, Amor enim ille quo Christus nos prosequutus est, uel quo nos illum uicissim redamamus. Illam interpretationem confirmat argumentum infiniti illius amoris quo nos est prosequutus. quum seipsum morti exponeret pro inimicis, de quo Rom. 6. b. 8. pro hac uerò uidetur facere series argumentorum. Instituit enim Apostolus ostendere, non esse quòd existimaretur, quæ de sui ministerij dignitate dixerat, ideo dixisse ut seipsum commendaret. nã, inquit, eiusmodi affectus carnis in nobis iam non regnant. Vnũ Deum quærimus, siue insaniamus nostro more, siue sana mente simus. Nos enim totos regit amor quo Christum prosequimur, quibus scilicet insedit in animo summum illud à Christo in nos profectum beneficium. Vtraque sententia optimè conuenit. Deligat utranuis lector. Cõstringit συνέχει. Id est. totos possidet ac regit, ut eius afflatu quasi correpti agamus omnia. Alludit enim ad uatum furorem. ut diximus Act. 18 b. 5. Vulg. urget, ἐπείγει. Vt qui hoc statuerimus κρίναντας τοῦτο. Id est, ut qui hoc pro certo apud nos constituerimus. Vulgata, æstimantes hoc. Erasm. iudicates illud. Pro omnibus mortuus est ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν. De sanctificatione hic agit Apostolus, qua fit ut Christus in nobis uiuat. alioqui late patet hoc dictum, quia non unum est nostræ in Christo iustificationis caput.

Mortui fuerunt ἀπέθανον. Mortuis uidentur opponi οἱ ζῶντες proximo uersiculo. Itaque quanuis mortificatio ueteris hominis, sit prima nostræ sanctificationis pars, malo tamen hoc referre ad eam conditionem in qua uersatur quisquis non est regeneratus, ut scribitur Ephes. 2. a. 1. Nam etiam hoc maximè pertinet ad scopum Apostoli, habentis illos pro mortuis qui affectibus ambitionis aut gloriæ ducunt. Vulgata, mortui sunt, quod mihi non satis placet.

15 Vt qui uiuunt ἵνα οἱ ζῶντες. Articulus restringit τὸ καθόλου ad solos fideles. i. ad eos qui in Christo uiuunt. Nam sufficit quidem seruandis omnibus Christi beneficium, sed plerique repudiant. Sibi uiuunt ἑαυτοῖς ζῶσι. Vide caput epistolæ ad Rom. 6, & 7.

A Ωστε ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ νῦν οὐδένα οἴδαμεν κατὰ σάρκα. εἰ δὲ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν. 16 Itaque nos posthac neminem nouimus secũdum carnem: quòd si etiam cognouimus Christum secundũ carnem, nunc tamen nõ amplius nouimus.

Ωστε εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις, τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε καινὰ τὰ πάντα. 17 Itaque siquis est in Christo, noua creatura est: uetera preterierunt, ecce noua facta sunt omnia.

τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ θεοῦ, τοῦ καταλλάξαντος ἡμᾶς ἑαυτῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ δόντος ἡμῖν τὴν διακονίαν τῆς καταλλαγῆς, 18 Omnia autem *sunt* ex Deo, qui reconciliauit nos sibi per Iesum Christum, deditq; ministerium reconciliationis. *Reconciliauit nos sibi Deus.* Esa. 43. c. 19. apoc. 21. b. 5.

ὡς ὅτι θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ, κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ, μὴ λογιζόμενος αὐτοῖς τὰ παραπτώματα αὐτῶν, καὶ θέμενος ἐν ἡμῖν τὸν λόγον τῆς καταλλαγῆς. 19 Nempe quia Deus erat in Christo mundũ reconcilians sibi, non imputando eis peccata ipsorum: posuitq; in nobis sermonẽ hunc reconciliationis.

ὑπὲρ Χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν, δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ θεῷ. 20 Itaq; nomine Christi legatione fungimur uelut Deo *uos* precãte per nos: oramus Christi nomine, reconciliemini Deo. *Legatus Christi Paulus.*

B τὸν γὰρ μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν, ἵνα ἡμεῖς γινώμεθα δικαιοσύνη θεοῦ ἐν αὐτῷ. 21 Fecit enim *ut* is qui non nouit peccatum, pro nobis peccatũ *esset*, ut nos efficeremur iustitia Dei in eo.

16 Neminem nouimus οὐδένα οἴδαμεν. Verbum γινώσκειν alibi annotauimus positum Hebræorum more, pro approbare & gratum habere. Hic uerò mihi uidetur significare aliquid amplius, nempe tantum abesse ut Apostolus, soleat ullos censere secundum carnem, id est quatenus homines sunt, siue ex ulla uirtutum specie (ut philosophi & oratores, ut denique homines solent in ipsis hominimus quærere laudis & commendationis argumentum: unde nata est illa consuetudo homines inter Deos referendi, quod & ipse Plinius testatur) ut contrà, quod ad hanc censendi rationem attinet, omnes quasi pro non natis habeat: aut certè pro penitus incognitis, ut infrà uersu 21 dicitur Christus non nosse peccatum, propterea quòd prorsus ab eo sint immunis: quasi dicas in uernaculo nostro sermone, *Ie ne sçay que c'est d'homme du monde selon la chair, c'est dire, entant qu'il est homme, ou, à la façon des hommes.* Quid igitur? nempe uult ut eas demum uirtutes pro uirtutibus habeamus que ad Dei gloriã referuntur, deinde ut non homines sed Deũ in hominibus laudemus. Quum sit autem Apostolus ex eorum numero qui eiusmodi iudicio sunt præditi, optima certè ratione omnem fastus aut ambitionis suspicionem à se amolitur.

Quòd si etiam, &c εἰ δὲ καὶ, &c. Non potuit altius prouehi Paulus, ut peruersum hominum iudicium prorsus reijceret. Si christus, inquit, cæterorum hominum more ex uirtutibus æstimetur, quid fuit eo homine præstantius? Itaque ad tempus inter homines conuersans, sic est à nobis æstimatus (loquitur autè Paulus nõ de se propriè, sed de Apostolis & alijs discipulis qui Christum inter homines uersantem erant assectati, eumque duntaxat pro excellenti homine habuerant: ut uel ex eo apparet quòd de resurrectione tam pertinaciter dubitarunt.) At nũc, inquit, ne Christum quidem ipsum aliter censemus quàm ex Deo in ipso corporaliter habitante, ad cuius dextram sedet. Id est, nos ne Christum quidem ipsum nunc ut hominem excellentem commendamus & agnoscimus, sed ut Filium Dei, gloriæ ipsius participem. Deum denique ipsum in Christi carne consideramus, quem, absque eo foret, pro seruatore non agnosceremus. Et suspicabimini me aut mihijpsi aut cuiquam homini adulari, cõmemorandis ullis meis aut aliorũ uirtutibus? Imò quum ministerium meum laudo, Dei uirtutem laudo, quum res à nobis gestas commemoro, Dei in uobis homuncionibus inuictum robur prædico, ut in eo omnes gloriemur. Cæterum qui ex hoc loco colligunt carnẽ Christi à Diuinitate esse absorptam, id est, qui spem nobis æternæ gloriæ adimunt, sunt certè ineptiores quàm ut eos refutari oporteat. Certè mirum est eos etiam non colligere, nullos homines iam esse uera carne præditos, quòd dixerit Apostolus se neminem agnoscere secundum carnem.

C 17 Siquis *est* in Christo, ὥστε εἴ τις ἐν Χριστῷ, Sic legendũ est, adhibita scilicet distinctione post Χριστῷ, & uerbo subintelligendo subaudito, Itaq; Vetus interpres perperã conuertit, Si qua in Christo noua creatura, quasi τις pertineat ad κτίσις.

Noua creatura καινὴ κτίσις. Id est, ueluti res quædam recens à Deo condita: adeò sunt contraria inter se Spiritus & carnis iudicia. Vbi igitur doctrina liberi arbitrij, quæ nos tradit duntaxat à gratia adiuuari? Est tamen, fateor, auxesis in creaturę nomine: quod libenter usurpauimus quanuis parum Latinum, quum nulla substantia noua condatur, sed qualitas duntaxat immutetur. Verùm sic loqui placuit Spiritui sancto, ut intelligeremus omnia esse in solidũ gratiæ Dei tribuenda in regenerationis opere: non quòd trunci aut stipites simus, sed quia Deus creat in nobis ut bene uelimus ac possimus.

19 Nempe quia ὡς ὅτι. Vel, Nam certè. Vulg. & Eras. quandoquidem. In uno exemplari deerat ὡς. Sic tamen usurpatur & infrà 11. c. 21. posuitque in nobis sermonem hũc *loco θέμενος ἐν ἡμῖν τὸν λόγον.* Hebræis ponere uerba in ore dicitur qui alicuius opera utitur in re quapiam significanda. sed quum de Deo agitur, peculiaris est huius formulæ emphasis. qua scilicet significatur & cor loquentis à Domino impelli, & linguam regi, ut sit quasi os ipsius Dei loquentis. 20 Precante παρακαλοῦντος. Vulg. exhortante. Sed illa interpretatio mihi magis arridet, quòd uideatur Apostolus ad hanc emolliendam formulam addidisse particulam ὡς, quia re uera Deus non precatur nos, sed ueluti precatur in ministrorum persona. Neque uerò quicquam dici potuit ἐμφατικώτερον.

21 Is qui non nouit peccatum τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν. Id est qui prorsus fuit à peccato alienus. Vide suprà uers. 16. Fecit *ut* pro nobis *esset* peccatum ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν. Ita est magis perspicua oratio quàm si dicamus ad uerbum, peccatum fecit. Vocat autem ἁμαρτίαν hoc posteriore loco, Victimam pro peccato, ex Hebræorũ idiotismo, apud quos sic accipitur nomen חטאת ut Leuit. 7. a. 2. uel, Christus dicitur factus esse peccatum pro nobis, id est, peccator. nempe ex omnium nostrorum peccatorum reatu ipsi imputato, ut melius appareat sequentis membri oppositio. Iustitia Dei δικαιοσύνη θεοῦ. Id est iusti apud Deum, & quidem iustitia non nobis inhærente, sed quæ cũ in Christo sit, nobis per fidem à Deo imputatur. Ideò enim additum est ἐν αὐτῷ. Sic ergo sumus iustitia Dei in ipso, ut ille est peccatum in nobis, nempe ex imputatione. In eo ἐν αὐτῷ. Eras. per illum. Vide 1. Corint. 2. 4.

CAP. VI.

Exhortatio ad opera.

SEd & ut adminiſtri, hortamur ne fruſtra gratiam Dei uos receperitis.

Dicit enim *Deus*, Tempore accepto exaudiuite, etin die ſalutis ſuccurri tibi. ecce nũc tempus acceptum, ecce nunc dies ſalutis.

Nullam ulla in re prębentes offenſionem ne uituperetur miniſterium.

Sed & in omnib. nos approbamus ut Dei miniſtri, tolerãtia multa in oppreſsionibus, in neceſsitatibus, in anguſtiis,

In plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus,

Per uigilias, perieiunia, per puritatem, per ſcientiam, per lenitatem. per bonitatem, per Spiritum ſanctum, per charitatem non ſimulatam:

In ſermone ueritatis, in uirtute Dei, per arma iuſtitiæ dextra ac ſiniſtra,

Per gloriam, & ignominiam: per conuitia, & laudes: ut ſeductores, ſed ueraces *ſumus:*

Vt ignoti, ſed noti *ſumus*: ut morientes, ſed ecce uiuimus: ut qui caſtigamur, ſed non occidimur.

Vt dolẽtes, ſed ſemper gaudemus: ut pauperes, ſed multos ditamus: ut nihil habẽtes, ſed omnia obtinemus.

Os noſtrum apertum eſt erga uos, Corinthij, cor noſtrum dilatatum eſt.

ΚΕΦΑΛ. ϛ. A

Συνεργοῦντες δὲ καὶ παρακαλοῦμεν, μὴ εἰς κενὸν τὴν χάριν τοῦ θεοῦ δέξασθαι ὑμᾶς.

1

λέγει γάρ, καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας ἐβοήθησά σοι. ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος, ἰδοὺ νῦν ἡμέρα σωτηρίας.

2

μηδεμίαν ἐν μηδενὶ διδόντες προσκοπήν, ἵνα μὴ μωμηθῇ ἡ διακονία,

3

ἀλλ' ἐν παντὶ συνιστῶντες ἑαυτοὺς ὡς θεοῦ διάκονοι, ἐν ὑπομονῇ πολλῇ, ἐν θλίψεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν στενοχωρίαις,

4

ἐν πληγαῖς, ἐν φυλακαῖς, ἐν ἀκαταστασίαις, ἐν κόποις,

5

ἐν ἀγρυπνίαις, ἐν νηστείαις, ἐν ἁγνότητι, ἐν γνώσει, ἐν μακροθυμίᾳ, ἐν χρηστότητι, ἐν πνεύματι ἁγίῳ, ἐν ἀγάπῃ ἀνυποκρίτῳ,

6

ἐν λόγῳ ἀληθείας, ἐν δυνάμει θεοῦ, διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν, B

7

διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας, διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας. ὡς πλάνοι, καὶ ἀληθεῖς.

8

ὡς ἀγνοούμενοι, καὶ ἐπιγινωσκόμενοι. ὡς ἀποθνήσκοντες, καὶ ἰδοὺ ζῶμεν. ὡς παιδευόμενοι, καὶ μὴ θανατούμενοι,

9

ὡς λυπούμενοι, ἀεὶ δὲ χαίροντες. ὡς πτωχοί, πολλοὺς δὲ πλουτίζοντες, ὡς μηδὲν ἔχοντες, καὶ πάντα κατέχοντες.

10

Τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς Κορίνθιοι, ἡ καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται,

11

IN CAPVT VI.

1 Vt adminiſtri συνεργοῦντες. Vulg. Adiuuantes autem Eraſ. Quin & adiuuantes. Vide 1. Cor. 3. b. 9. Fruſtra εἰς κενὸν. Vulg. & Eraſ. barbare & obſcurè, in uacuum.

2 Accepto δεκτῷ. Heb. רצון Id eſt, gratuitæ beneuolentiæ, quo ſcilicet Deus ſuum illum immenſum amorem effudit. Hanc fere uocant ſacri ſcriptores εὐδοκίαν, de qua uide Luc. 2. b. 14.

3 Nullam ulla in re Μηδεμίαν ἐν μηδενί. Vulg. Nemini ullam, μηδεμίαν μηδενί Prębentes διδόντες. Eraſ. demus, quaſi ſubaudiatur ὦμεν, & ſit adhortatio, quum Apoſtolus potius in ſuo & Timothei ac Syluani exemplari uerum paſtorem Corinthijs ſpectandum proponat. Eſt autem hoc connectendum cum uerbo παρακαλοῦμεν, ita ut ſecundus uerſiculus ueluti ſit interiectus, ſicut rectè annotant Græca ſcholia, & Eraſmus ipſe poſtea animaduertit, Vituperetur μωμηθῇ. Vulg. reprehendatur, non tam expreſsè.

4 In omnibus ἐν παντί. Heb. בכל pro, omnibus modis. uel omnibus in rebus, ut ſuprà 4. b. 8, & infrà aliquoties. C Approbantes συνιστῶντες. i. μαρτυροῦντες καὶ γνωρίμους ποιοῦντες. i. declarantes & re ipſa præſtantes, ut infrà 7. c. 11. Vulg. exhibeamus, quaſi ſit adhortatio ac non potius hiſtoriæ narratio. Eraſ. commendantes. quæ ſignificatio nontam uidetur commoda huic loco, atque altera illa.

5 In ſeditionibus ἐν ἀκαταστασίαις. ſiue agitationibus crebris, ut ſedem quietam nullam poſſent inuenire. Accipitur tamen pro tumultu & confuſione Luc. 21. b. 9, & 1. Cor. 14. f. 33.

6 Per uigilias ἐν ἀγρυπνίαις. Ante commemoraui quibus in malis uerſaretur quotidie, nunc explicat quibus armis reſtiterit. Itaque præpoſitio ἐν alio modo nunc ſuit explicanda. Per lenitatem ἐν μακροθυμίᾳ. Vulg. in longanimitate. Vide Ro. 2. a. 4. Per bonitatem ἐν χρηστότητι. Vulg. in ſuauitate. Eraſ. in benignitate. ut & nos alibi.

Per Spiritum ſanctum ἐν πνεύματι ἁγίῳ. Commemoratis aliquot ſpeciebus, ſubijcit duo ad quæ tanquam genera poſſint illa reuocari, nempe Spiritum ſanctum, ut cauſam efficientem: & charitatem, ut finem uniuerſalem.

7 In ſermone ueritatis ἐν λόγῳ ἀληθείας. Id eſt in Euangelij prædicatione. cui adiungit uirtutem Dei. id eſt, inſignem illam poteſtatem non tantum edendi ſigna, ſed etiam malos domandi. Ideò etiam facit armorum mentionẽ, & quidem ἀμφιδεξίων, id eſt quibus ſeſe ac munus ſuum omni ex parte tueretur.

Sed & conuertere poſſimus non ineptè Per ſermonem ueritatis, & per uirtutem Dei, ut ſcilicet externa nunc præſidia commemoret quibus Satanam & mũdum expugnauit. Externa autem uoco quæ ſunt quaſi telorum loco: ſicut militis gladium à fortitudine animi diſtinguimus. Hæc igitur arma fuerunt, ſermo Veritatis, poteſtas illa Dei, cuius meminit infrà 10. a. 4. arma denique iuſtitiæ, id eſt integritas.

8 Per gloriam διὰ δόξης διὰ hoc in loco non ſignificat inſtrumentalem cauſam, ſed ita accipitur ut quum dicimus, per campos, per urbem incedere. Deſcribit enim ueluti iter quo contenderit ad metam.

Per conuitia, & laudes διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας. Vulgata per infamiam, & bonam famam. Ad uerbum, per maledicentiam, & benedicentiam.

Sed ueraces καὶ ἀληθεῖς. καὶ pro ἀλλὰ, ut Act. 10. d. 28.

11 Os noſtrum, &c. Τὸ στόμα, &c. Id eſt apertè, & plenis, ut aiunt, buccis, uobis ſum loquutus, ſingulari cum teſtimonio

A testimonio mei in uos uehementissimi amoris, quasi uidelicet cor meum gestiam in sinum uestrum effundere. Oris enim ac cordis dilatatio uehementissimam declarant affectionem eius qui loquitur. ut fieri solet in summa aliqua lę titia. cuius tamen diuersi sunt fines, atque adeò interdum etiam contrarij. Inde factũ ut dilatatio cordis & oris de ma ledico dicatur, ut Psal. 34. d. 37. unde παρρησιαστικὸν: & de eo qui se immodice efferat, unde μεγαλαυχοῦντα Græci ia ctationem illam superbam uocant. Sed spectandum est de quo agatur. Hic uerò Apostolum non de gloriosa illa sua iactatione, sed de sua in Corinthios benuolentia differre, apparet ex duobus sequẽtibus uersiculis, ut mox dicam. Item ex 7. 2. 2. & 3, ubi eandem translationem usurpat. Sed dicet aliquis, quomodo hæc cohærent? Optimè profectò. Nam quòd tam familiariter sua omnia illis exposuerat, maximum erat amicitiæ testimonium. & hoc ueluti proœmio ad audiendas admonitiones præparat.

στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν ἡμῖν. στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν 12
τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν.

τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν ὡς τέκνοις λέγω. 13
πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς.

μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις. τίς γὰρ 14
μετοχὴ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνομίᾳ; τίς δὲ κοινωνία
φωτὶ πρὸς σκότος;

τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ; 15
ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου;

τίς δὲ συγκατάθεσις ναῷ θεοῦ μετὰ εἰδώλων 16
B ὑμεῖς γὰρ ναὸς θεοῦ ἐστε ζῶντος, καθὼς εἶ-
πεν ὁ θεός. ὅτι ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπερι-
πατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν θεός, καὶ αὐτοί ἔσονταί μοι
λαός,

Non habitatis angustè in nobis: sed angu sti estis in uisceribus uestris.

Eiusdem autem cõpensationis uicem *posco*. Dico ut filijs, dilatemini & uos.

Ne impari iugo copulemini cum infidelibus. Quod enim consortiũ iustitiæ cum iniustitia? & quæ cõmunio luci cum tenebris? Et quæ concordia Christo cum Belial? aut quæ pars fideli cum infideli?

Idololatra fugiẽdi.

Et quæ consensio templo Dei cum simulachris? nam uos templum estis Dei uiuentis. sicut dixit Deus, Habitabo in eis & inambulabo: & ero illorum Deus, & ipsi erũt mihi populus.

12 Non habitatis angustè ὐ στενοχωρεῖσθε. Persistit Paulus in eadem metaphora, & de animo quasi de domicilio loquitur. στενοχωρεῖσθαι uerò dicitur tam qui ab alio coarctatur, ut qui in angusta domo degit: quam qui est in se angustus. ac priore quidem declaratione hic accipitur priore loco. est enim hæc sententia, Vos in animo meo quasi domicilio quodam estis, eoque minimè angusto. Totum enim uobis animum patefeci, atque adeò, uestri accipiendi causa, ueluti dilataui. At uos mihi estis angusti (hic enim τὸ στενοχωρεῖσθαι significat angustũ esse) cui scilicet locus non sit apud uos: quorum tamen animos oportuerat mihi quoque patere, ac uicissim me capere (ut infrà 7. a. 2.) ut parpari referretis. Sed & tacita antithesis subest in eo quòd unus multos ultrò recipit, multi uerò ne unũ quidem uicissim capiunt. Vulg. Non angustiamini, prorsus barbarè. Erasmus, non estis angusti. quam interpretationem non mi ror obscuram esse, quum ipse plane non intellexerit de quo hic ageretur. Putauit enim angustiæ nomine significari cæremoniarum Mosaicarum obseruationem. absurdè profectò, quod tanti uiri pace dictum uelim: quum hoc nomi ne nusquam reprehendantur Corinthij, imo uerò potius quòd libertate Christiana nonnunquam abuterentur. Qui dam totum hunc locum sic cõuertit, Si uos estis angusti, nõ erga nos estis angusti, sed erga hominem cui estis intimi. homo certè non minus ineptus in exponendo, quàm in interpretãdo temerarius. In uisceribus uestris σὺν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν Viscera uocat, Hebræorum more, teneriores illos affectus intimo cordi insidentes. Vide infrà 7. d. 15.

13 Eiusdem autem compensationis uicem *posco* τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν. Mihi uidetur præcisa sententia, sed quæ facile suppleri possit. Ideo Vetus interpres addidit participium ἔχοντες habentes, quod tamen parum uidetur conue nire. Eras. ex Chrysostomo cõnectit cum λέγω, quasi scriptum sit, πρὸς δὲ τὴν αὐτὴν ἀντιμισθίαν, id est, de mutua uerò compensatione uos ut filios alloquor. quod deinde exponit Paulus quũ petit ut uicissim dilatentur: Ideo conuertit Erasmus. Eandem autem remunerationem ut à filijs exigo. Lector utranuis interpretationem sequatur. Nam eaquam sequitur Ambrosius, & in Græcis etiam scholijs inuenio, planè est uiolenta, quasi scilicet coniunctio δὲ redundet. Ce terum notandum est Apostolum non τὴν ἴσην, id est parem, sed τὴν αὐτὴν id est eandem, scripsisse, ne uideatur bene ficium exprobrare. Deinde σὺν ἀντιμισθίαν malui compensationis uicem quàm remunerationem interpretari.

14 Ne impari iugo copulemini μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες Ab amicitia quam ab ijs meritò requirebat, & cu-
C ius testificatione præparabat eorum animos ad audiendam reprehensionem, commodè nunc transit, ad eam coniun ctionem quam habebant cum infidelibus. Vulgata, Nolite iugum ducere. Budæus, ne copulemini. Nam τὸ ἑτεροζυγεῖν accipit pro ἑμοζυγεῖν, id est in eodem iugo trahẽdo alteram partem oneris sustinere. At ego Erasmo assentior, qui quanuis Veterem translationem non emendarit, rectè tamen tradidit ἑτεροζυγοῦντες uocari qui quum sint diuersæ conditionis, tamen in eodem opere mutuam operam præstent, ut si fidelis uxorem infidelem ducat uel contrà, aut si habeat. Perinde enim est acsi quis sub idem iugum bouem & asinũ compulerit: quod diserte prohibuerat Dominus. ac mihi etiam uidetur alludere Apostolus ad Legem ea de re perscriptam Deut. 22. b. 10, quãuis quod ad matrimoniũ impar attinet, alijs multis locis de eo sit cautum. idque ita esse apparet ex sequentibus oppositionibus.

15 Belial Βελίαρ. Heb. בליעל quo nomine tradit Kimhi significari בלי יעל, id est qui non promouebit, uel בלי עול id est nequam, siue qui nulli sit commodus. Merito igitur hoc nomine (quod, ut nonnulla alia, satis erat in Græcis etiam Ecclesijs peruulgatum) Diabolus declaratur, Christo optimo maximo oppositus ex diametro. Hiero nymus deducit à בלי & עיר quasi dicas absque iugo, unde factum ut Aquila ἀπειθάρχην conuerterit, quem etiam Græ ca scholia sequuntur. Ego priorem notationem potius amplector, quanuis altera quoq; Satanæ optimè conueniat.

Quæ pars *τίς μερὶς*. Heb. loquendi formula, acsi dicat, Quid commune habet fidelis cum infideli, quod inter eos diuidi oporteat? ut in uernaculo nostro sermone dicimus, *Qu'ha le fidele à partir auec l'infidele?*

16 Dei uiuentis *Θεοῦ ζῶντος*. Deum uere existentem & uitæ authorem, id est חיים (ut Chaldæi uertunt) opponit idolis, rebus scilicet prorsus inanibus ac uanis. Sunt autem qui legant ἡμεῖς ἐσμὲν nos sumus, pro ὑμεῖς ἐστε uos estis. Habitabo in eis *ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς*. Hebraicè רחיו בתוכם עליהם Ezech. 37. g. 27. ita ut Apostolus nihil prorsus de torserit, quum illic disserte agatur de Christi fœdere, & בתוכם potius in ipsis declaret quàm inter ipsos, id est ut est apud Mosen Leuit. 26. b. 12. quem locum siquis cum isto comparet, facilè iudicabit Paulum hoc potius petisse ex Ezechiele quàm ex Mose eo tantùm excepto quòd καὶ ἐμπεριπατήσω omnino ex Mose petitum est, qui addit והתהלכתי בתוכם, sed in eo nulla est difficultas. adumbrauit enim arcæ Domini præsentia in medio Israelis, uerã *in cordibus nostris præsentiam Immanuelis, per Spiritum sanctum.*

IN CA-

Quapropter exite è medio eorũ, & separemini, dicit Dominus: & impurum ne attigeritis: tum ego excipiam uos:

Pater Deus. Filij Dei.

Et ero uobis pro patre, & uos eritis mihi pro filijs ac filiabus: dicit Dominus omnipotens.

διὸ ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν, καὶ ἀφορίσθητε, λέγει κύριος, καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε, κἀγὼ εἰσδέξομαι ὑμᾶς, καὶ ἔσομαι ὑμῖν εἰς πατέρα, καὶ ὑμεῖς ἔσεσθέ μοι εἰς υἱοὺς καὶ θυγατέρας, λέγει κύριος παντοκράτωρ.

CAPVT VII.

ΚΕΦΑΛ. ζ.

Mundare seipsu & sanctificationem perficere

HAs igitur promissiones quũ habeamus, dilecti, purgemus nosipsos ab omni inquinamento carnis ac spiritus, perficientes sanctificationem cum timore Dei,

Ταύτας οὖν ἔχοντες τὰς ἐπαγγελίας ἀγαπητοί, καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ θεοῦ.

Accipite nos: nemini iniuriam fecimus, neminẽ peruertimus, neminẽ expilauimus.

χωρήσατε ἡμᾶς. οὐδένα ἠδικήσαμεν, οὐδένα ἐφθείραμεν, οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν.

Ad condemnationem *uestri* non loquor. nam antè, dixi uos in cordibus nostris esse, ad simul moriendum & simul uiuendum.

πρὸς κατάκρισιν λέγω. προείρηκα γάρ, ὅτι ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἐστὲ εἰς τὸ συναποθανεῖν καὶ συζῆν.

Multa mihi loquendi libertas apud uos: multa mihi gloriatio de uobis: impletus sum consolatione, uehementer exũdo gaudio in omni afflictione nostra.

πολλή μοι παρρησία πρὸς ὑμᾶς, πολλή μοι καύχησις ὑπὲρ ὑμῶν, πεπλήρωμαι τῇ παρακλήσει, ὑπερπερισσεύομαι τῇ χαρᾷ ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν.

Etenim quum uenissemus in Macedoniã, nullam habuit relaxationem caro nostra, sed in omnibus fuimus oppressi: foris pugnę intus terrores.

καὶ γὰρ ἐλθόντων ἡμῶν εἰς Μακεδονίαν, οὐδεμίαν ἔσχηκεν ἄνεσιν ἡ σὰρξ ἡμῶν, ἀλλ' ἐν παντὶ θλιβόμενοι· ἔξωθεν μάχαι, ἔσωθεν φόβοι.

Sed qui consolatur afflictos, cõsolatus est nos Deus, per aduentum Titi.

ἀλλ' ὁ παρακαλῶν τοὺς ταπεινοὺς, παρεκάλεσεν ἡμᾶς ὁ θεὸς ἐν τῇ παρουσίᾳ Τίτου.

Non solùm autem per aduentum illius,

ὁ μόνον δὲ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ παρᾳ

IN CAPVT VII.

1 Carnis & Spiritus σαρκὸς καὶ πνεύματος. Id est, corporis & animi, ut sit hoc modo perfecta sanctificatio, id est utraque sui parte constans. Nam alioqui quorsum corporis puritatem, si impurus est animus? aut quomodo purus erit animus si corpus fuerit inquinatum? Hoc considerent qui imaginantur se puram conscientiam coram Deo afferre, etiamsi corpus coram idolis prostituant. Cæterum hic quoque inepta est capitis sectio, quum hunc uersiculũ prorsus oportuerit superioribus adiungere. neque emphasin uerbi ἐπιτελεῖν considerauit is qui nuper conuertit, ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην fungentes sanctimonia.

2 Accipite nos χωρήσατε ἡμᾶς. Id est, Sinite ut locum apud uos inueniam, uobis scilicet docendis. Neque enim capere hic accipitur, pro intelligere, sed sicut uas aut locus aliquid capit. Redit enim ad id quod dixerat suprà 5.c.13, dilatemini etiam uos. Vulg. capite nos. Eras. capaces estote nostri, ex Ambrosio. Neminem peruertimus οὐδένα ἐφθείραμεν. Id est, in nullius bona inuasimus, nullius fortunas sumus populati. Nam τὸ φθείρειν uix posse uidetur cõmode hoc in loco referri ad mores. & Hebræi sic utuntur uerbo חשחית pro uastare, dispergere & fortunis aliquem euertere. Neminem expilauimus μηδένα ἐπλεονεκτήσαμεν Id est, nemini quicquam per auaritiam eripuimus. Vulg. neminem circumuenimus. Eras. neminem fraudauimus. Vtraque interpretatio nimium latè patet. Eras. autem ipse ut nos hoc in loco, ita etiam conuertit infrà 12.f.17.

3 Ad condemnationem *uestri* πρὸς κατάκρισιν. Id est, ut uos ingrati animi uel perfidiæ condemnem. Ad simul moriendum εἰς τὸ συναποθανεῖν. Hoc est quod in uernaculo sermone dicimus, *à la vie & à la mort*, ut significemus cõstantissimam amicitiam. Erasmus putat Paulum ad illud amicitiæ genus alludisse, quo fiebat ut amico mortuo, qui superstes manebat, sibi mortem consciscaret. Eiusmodi erant quos Galli uocabant, Soldurios: Cæsar deuotos interpretatur libro de bello Gallico tertio. Talis etiam erat apud Thebanos ἱερὸς λόχος, cuius meminit Plutarchus in Pelopida.

5 In omnibus ἐν παντὶ Heb. בכל uide suprà 4.b.8, & 6.a.4. Fuimus oppressi θλιβόμενοι. sub. γεγόναμεν, ut suprà 5.b.8, & c.12. Item 11.d.13 ex Hebræorum consuetudine, apud quos ita subauditur substantiuum uerbum post participium. Differtè autem sit mentio carnis. id est corporis, ut consolationes Spirituales istis exercitijs opponat, ac præsertim gaudium illud quod ex Titi nuntio perceperat: quum alioquin animo quoque ut corpore afflingeretur.

Intus, &c. ἔξωθεν, &c. Videtur alludere ad locum illum Deut. 32.d.25. Est enim crux, quod ad externam speciem attinet, sanctis iuxta & impijs communis, quanuis in contrarios fines.

6 Afflictos ταπεινοὺς. Heb. עניים quasi deiectos & prostratos dicas. Vulg. & Eras. ad uerbum, humiles. Per aduentum Titi ἐν τῇ παρουσίᾳ Τίτου. Id est, ijs quæ mihi aduenienti Titus renuntiauit de uobis quo fructu scilicet literas meas perlegeritis. Nam de gaudio quòd propriè accepit Apostolus ex ipsius Titi conspectu, nullam hic opinor fieri mentionem. Imo uerò quod suprà dixit 4. c. duodecimouersu, se non reperto Tito, statim Troade soluisse, ad ipsos Corinthios referendum est, quorum desiderium quum ferre non posset Apostolus, nec ante acceptum ab eis nuntium uellet ad eos proficisci, ut eis scilicet parceret, statim in Macedoniã contendit, ut Tito ab eis redeunti (eum enim Epheso miserat) posset occurrere.

7 Sed etiam, &c ἀλλὰ καὶ Alteram causam affert suæ consolationis, nempe benignam apud eos Titi exceptionem, magno cum ipsorum fructu, sicut futurum promiserat.

Quum

Ἀλλὰ παράκλησιν ἐφ' ὑμῖν, ἀνάγγελλων ἡμῖν τὴν ὑμῶν ὑπὲρ ἐμοῦ σπουδήν, τὸν ὑμῶν ὀδυρμόν, τὸν ὑμῶν ζῆλον ὑπὲρ ἐμοῦ, ὥστε με μᾶλλον χαρῆναι.

sed etiam per consolationem quam ille accepit de uobis, quum renuntiaret nobis uestrum uehemens desiderium, uestrum eiulatum, uestrum pro me zelum: adeò ut magis gauisus fuerim.

Ὅτι εἰ καὶ ἐλύπησα ὑμᾶς ἐν τῇ ἐπιστολῇ, οὐ μεταμέλομαι, εἰ καὶ μετεμελόμην. Βλέπω γάρ, ὅτι ἡ ἐπιστολὴ ἐκείνη, εἰ καὶ πρὸς ὥραν, ἐλύπησεν ὑμᾶς.

8 Nam etiamsi tristitia uos affecit per epistolam, non me pœnitet, etiamsi pœnituerit. uideo enim quòd epistola illa, tametsi ad tempus, tristitia uos affecit.

Contristati Corinthij ad pœnitentiam.

Νῦν χαίρω, οὐχ ὅτι ἐλυπήθητε, ἀλλ' ὅτι ἐλυπήθητε εἰς μετάνοιαν. ἐλυπήθητε γὰρ κατὰ θεόν, ἵνα ἐν μηδενὶ ζημιωθῆτε ἐξ ἡμῶν.

9 Nunc gaudeo: nõ quòd tristitia affecti fueritis, sed quòd tristitia affecti fueritis ad resipiscentiam. nam tristitia affecti fuistis secundum Deum: sic ut nulla in re detrimento sitis affecti per nos.

Ἡ γὰρ κατὰ θεὸν λύπη, μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται, ἡ δὲ τοῦ κόσμου λύπη θάνατον κατεργάζεται.

10 Nam qui secundum Deum est dolor, is resipiscentiam efficit ad salutem, cuius nunquam pœniteat: at mundi dolor mortem efficit.

B Ἰδοὺ γὰρ αὐτὸ τοῦτο, τὸ κατὰ θεὸν λυπηθῆναι ὑμᾶς, πόσην κατειργάσατο ὑμῖν σπουδήν, ἀλλὰ ἀπολογίαν, ἀλλὰ ἀγανάκτησιν, ἀλλὰ φόβον, ἀλλὰ ἐπιπόθησιν, ἀλλὰ ζῆλον, ἀλλ' ἐκδίκησιν. ἐν παντὶ συνεστήσατε ἑαυτοὺς ἁγνοὺς εἶναι ἐν τῷ πράγματι.

11 Ecce enim istuc ipsũ ꝙ secundũ Deum tristitia affecti fuistis, quantum in uobis effecit studium: imò *quantam* defensionem, imò indignationem, imò timorem, imò uehemens desiderium, imò zelũ, imò uindicationem? *Denique* per omnia testatum feciſtis, uos esse puros in hoc negotio.

Quum renuntiaret ἀναγγέλλων. Priorẽ causam aggreditur. eamque persequitur usque ad uers. 12. Vehemens desiderium ἐπιπόθησιν. Propositio ἐκὶ uidetur aliquid ponderis addere significationi. Ideo addidi epitheton.

8 Etiam si pœnituerit εἰ καὶ μετεμέλομην Erasmus etiamsi pœnituisset. ne uideatur Apostolum pœnituisse facti, sed ut perinde hoc sit ac si diceret, etiam si qua pœnitudo facti me tenuisset, eam tamen illo Titi nuncio abiecissem. Ego malui conuertere, etiamsi pœnituerit, quia nõ additur ἄν. Ita autem accipio pœnitendi uerbum cum doctissimo interprete, ut eo significet Apostolus se ex epistola illa acerbius scripta nonnullũ dolorem cepisse, non quasi quod se cerat, optaret esse infectum. sed quòd clementis patris exemplo, se ad hanc seueritatem coactum esse secum gemens, euentum rei expectaret. Vulg. &si pœniteret, uidens quòd epistola, &c. ita scilicet ut hoc ad sequentia referatur, & sublata particula γάρ legatur βλέπω, contra omniũ Græcorum codicum fidem, & ipsa quoque sententia repugnante.

9 Ad resipiscentiam πρὸς μετάνοιαν Id est, ita ut ea tristitia uobis ad emendanda uestra uitia profuerit. Vulg & Eras. ad pœnitentiam. Vide Matth. 3. a. 2. Secundum Deum κατὰ Θεὸν. Tristitia secundum Deum & Tristitia mundi opponuntur. Nam qui secundũ Deum tristis est, id est eo dolore qui à Dei Spiritu manat & Deo est acceptus, de peccatis suis dolet, idque non pœnæ formidine territus, sed hoc ipsum ægerrimè ferens quod Deum clementissimũ Patrem offenderit, cuius offensam optet etiam sua damnatione, si ita fieri posset, redemptam. At qui secũdum mundum dolet, uel terrenis amissis commodis angitur, uel alieno bono, uel unius pœnę impendẽtis metu est solicitus. Itaque illa tristitia quæ & pœnitentia secundum Deum dici propriè potest, illos pulcherrimos fructus gignit de quibus disseritur sequenti uersiculo. Hæc uerò contrà certa est ad desperationem uia, nisi Dominus medeatur, ut ex Caini, Saulis, Achitophelis, Iudæ horrendis exemplis apparet. Alterius uerò tristitiæ luculentissimum exemplar præbuerint Dauidis scriptæ lachrymæ.

10 Resipiscentiam cuius nunquam pœniteat μετάνοιαν ἀμεταμέλητον. Potest etiam hoc epitheton referri ad σωτηρίαν, quo sensu dicetur salus ἀμεταμέλητος, cuius nunquam uel nos pœnitere possit, uel Deum qui nobis illam dederit, ut firmam ac immotam esse intelligamus. sicut donaDei dicuntur ἀμεταμέλητα Rom. 11. d. 29. Ideo Vetus interpres Stabilem conuertit. Mihi tamen uidetur hoc epitheton potius ad μετάνοιαν referendum. neq; tamen μετάνοιαν ἀμεταμέλητον uelim cum Erasmo pœnitentiam non pœnitendã interpretari. Primùm enim μετάνοια & μεταμέλεια Id est resipiscentiam, à pœnitentia distinguendam puto, ut diximus Matth. 3. a. 2. Deinde non est quòd istam paronomasiam affectemus, quę nusquam est in Græco sermone. Denique non pœnitendum apud Latinos quiddam declarat multo minus quàm cuius unquam te pœnitere possit.

11 Defensionem ἀπολογίαν. uel excusationem, ut conuertit Ambrosius. Excitati enim pauli reprehẽsione Corinthij, ita se promptos ac diligentes ostenderant in eius mandato exequendo, ut nulla re magis potuerint declarare sibi tam turpe sacinus minimè placuisse. Cæterùm particulam ἀλλὰ Erasmus rectè conuertit per imò, quum auxesin declaret: quanuis Græcus scholiastes putet pro ἢ καὶ accipiendam.

Denique per omnia palàm feciſtis ἐν παντὶ συνεστήσατε. Id est πάντως ἐμαρτυρήσατε, omnino seu omnibus modis testatum feciſtis. quo modo usurpatur hoc uerbum etiam apud Demosthenem πρὸς Καλλιππον, ut doctissimus Budæus obseruauit.

Sic etiam accipi diximus suprà 6. a. 4. ut non ineptè conueniret Vetus interpres exhibuisse, id est παρεσχήκατε. Erasmus, commendastis, non ita appositè: nisi dicamus hanc esse huius uerbi emphasin, ut significet Corinthios ita aboleuisse priorem suspicionem, ut etiam eo nomine magnopere sint commendandi: sed hæc interpretatio non satis cohæret cum uerbo εἶναι. Nam idcirco etiam Erasmus coactus est interpretari, quòd puri sitis.

In hoc negotio ἐν τῷ πράγματι. Rectè expressit Erasmus articulum à Vetere interprete omissum, quum eius usus sit ἀναφορικὴ.

11 Apud

Nempe etiamsi scripsi uobis, non scripsi uobis eius causa qui iniuriam fecerat, nec eius causa qui iniuria affectus fuerat, sed ut apud uos manifestum fieret, studium illud nostrum pro uobis in conspectu Dei.

Titus susceptus Corinthijs.

Propterea consolationem accepimus ex consolatione uestri: sed longè plurimum gauisi fuimus ob gaudium Titi, quòd refocillatus sit spiritus eius ab omnibus uobis.

Nam si quid apud eum de uobis gloriatus sum, non fui pudefactus: sed ut omnia cum ueritate loquuti fuimus uobis, ita & gloriatio nostra qua usus eram apud Titum, uera comperta est.

Ac uiscera eius amplius erga uos *affecta* sunt, dum reminiscitur omnium uestrū obedientiæ, & ut cum timore ac tremore exceperitis ipsum.

Gaudeo igitur quòd in omnibus confidā in uobis.

CAPVT VIII.

Hortatur Paulus Corinthios ad conferendam eleemosynam in usus Ecclesiæ Iudææ exemplo Macedonum.

POrrò notam facimus uobis, fratres, gratiam Dei collatam in Ecclesias Macedonum,

Quòd *scilicet* in multa probatione afflictionis redūdauit gaudium ipsorum, & paupertas quæ ad fundum usq; *eos exhauserat*, redundauit in copiosam benignitatem ipsorum.

12 Ἄρα εἰ καὶ ἔγραψα ὑμῖν, οὐχ ἵνεκεν τοῦ ἀδικήσαντος, οὐδὲ ἵνεκεν τοῦ ἀδικηθέντος, ἀλλὰ ἵνεκεν τοῦ φανερωθῆναι τὴν σπουδὴν ὑμῶν τὴν ὑπὲρ ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. A

13 Διὰ τοῦτο παρακεκλήμεθα ἐπὶ τῇ παρακλήσει ὑμῶν, περισσοτέρως δὲ μᾶλλον ἐχάρημεν ἐπὶ τῇ χαρᾷ Τίτου, ὅτι ἀναπέπαυται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἀπὸ πάντων ὑμῶν,

14 ὅτι εἴ τι αὐτῷ ὑπὲρ ὑμῶν κεκαύχημαι, οὐ κατῃσχύνθην, ἀλλ' ὡς πάντα ἐν ἀληθείᾳ ἐλαλήσαμεν ὑμῖν, οὕτω καὶ ἡ καύχησις ἡμῶν ἐπὶ Τίτου ἀλήθεια ἐγενήθη.

15 καὶ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς ἐστιν, ἀναμιμνησκομένου τὴν πάντων ὑμῶν ὑπακοήν, ὡς μετὰ φόβου καὶ τρόμου ἐδέξασθε αὐτόν. B

16 Χαίρω ὅτι ἐν παντὶ θαρρῶ ἐν ὑμῖν.

ΚΕΦΑΛ. η.

1 Γνωρίζομεν δὲ ὑμῖν ἀδελφοί, τὴν χάριν τοῦ θεοῦ, τὴν δεδομένην ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τῆς Μακεδονίας,

2 ὅτι ἐν πολλῇ δοκιμῇ θλίψεως ἡ περισσεία τῆς χαρᾶς αὐτῶν, καὶ ἡ κατὰ βάθους πτωχεία αὐτῶν ἐπερίσσευσεν εἰς τὸν πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν.

12 Apud uos πρὸς ὑμᾶς. Hæc non dubitaui priore loco ponere, quanuis in Græcis in posteriore collocentur. Neque enim dubito quin cohæreat cum uerbo φανερωθῆναι.

Studium illud nostrum pro uobis τὴν σπουδὴν ὑμῶν τὴν ὑπὲρ ὑμῶν. Vulgata, solicitudinem nostram quam habemus pro uobis. ex quo etiam apparet eum sequutum esse hāc eandem lectionem quam sum amplexus, primū ut planā ac perspicuā, deinde ex Complutensis codicis, itemque Ambrosij & Theophylacti authoritate. Erasmus. studium uestrum pro nobis τὴν σπουδὴν ὑμῶν τὴν ὑπὲρ ὑμῶν. cui lectioni repugnat illud πρὸς ὑμᾶς quod sequitur.

In conspectu Dei ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. Id est apud Deum. uel, minimè fucatum, sed eiusmodi ut Deo possim illud approbare. sicut diximus Luc. 1. a. 6. C

13 Sed longè plurimū περισσοτέρως δὲ μᾶλλον. Id est ὡς περιττότατα. Nam sic redundat μᾶλλον, ut augē ac comparatiui emphasin. Vetus interpres, In consolatione autem nostra abundantius magis gauisi sumus, &c. id est ἐπὶ δὲ τῇ παρακλήσει ἡμῶν περισσοτέρως μᾶλλον ἐχάρημεν, &c. quā lectionem in tribus duntaxat Græcis codicibus deprehendimus. Erasmus, quin uberius Insuper. Cæterum ingreditur nunc Apostolus alteram sui gaudij causam, quā attigimus suprà uersu 7. Spiritus, τὸ πνεῦμα. Id est animus, ut suprà uers. 1.

14 Vera comperta est ἀλήθεια ἐγενήθη, Hebraica enallage appellatiui pro adiectiuo, ut suprà 3. c. 9. Vulg. & Eras. ad uerbum, Veritas facta est. Est autem ἐγενήθη. id est fuit, Hebræorum more scriptum pro σύρεθη, ut Græci potius loquuntur, ideoque maluimus conuertere, comperta est.

15 Viscera eius τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ. Heb. רחמיו *rahamim* id est intimus ipsius amor. Hoc enim nomine Hebræi teneriores omnes affectus declarant, ut diximus suprà 6. c. 12. *Affecta* sunt ἐστί. Hebræi sic loqui solent (ut Psal. 118. b. 9) contenti solo uerbo substantiuo, quod & ipsum subaudiunt. Interdum addunt uerbum מהר id est accendit, ut Gen. 43. g. 30. Fuit autem omnino supplendum aliquid, ut perspicua esset Latina oratio.

16 In omnibus ἐν παντί. Vide suprà 6. a. 4. Addidimus autem particulam οὖν igitur, ex uetusti codicis fide. Confidā in uobis θαῤῥῶ ἐν ὑμῖν. Id est, quòd eiusmodi uos esse cognouerim, ut de uobis securè possim optima quæque sentire ac loqui. Annotat Erasmus, in quibusdam Græcis codicibus legi θαῤῥοῦμεν ὑμῖν, quam lectionem puto esse deprauatam, pro θαῤῥῶ ἐν ὑμῖν.

IN CAPVT VIII.

1 Gratiam Dei τὴν χάριν τοῦ θεοῦ. Id est diuinum beneficium: quod duabus in rebus apparuerat, nempe quòd in tantis ærumnis tanta fuerat Macedonum alacritas, deinde quòd ex tanta paupertate adeò liberaliter contulissent, unde aliorum tenuitas aleretur: ut uiderentur sui ipsorum obliti.

2 In multa probatione, &c. ἐν πολλῇ δοκιμῇ. Id est, quòd multæ illæ ærumnę quibus Dominus ipsos exploratuit, eorum alacritatem non modò non extinxerint, sed etiam clariorem effecerint. Gaudium enim uocat τὴν περισσείαν καὶ ἱλαρότητα. Paupertas quæ ad fundum usque *eos exhauserat* ἡ κατὰ βάθους πτωχεία αὐτῶν. Tot uerbis uoluit exprimere potius, quàm obscurè interpretari, altissima uel profunda paupertas.

Redundauit in copiosam benignitatem ipsorum ἐπερίσσευσεν εἰς τὸν πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν. Vulg. & Eras. abundauit in diuitias benignitatis ipsorum. Diximus autem Ro. 2. a. 4. πλοῦτον Hebræorum more uocari à Paulo omnem copiam ac abundantiam: & Hebraismum hunc, diuitiæ benignitatis, pro copiosa benignitate, alibi sæpe exposuimus. ἁπλότης uerò quum in genere candorem & simplicitatem morum declaret, accōmodandum est ad id de quo agitur, adeò ut ἁπλότητα exponant Græca scholia, id est liberalitatem, tum hoc in loco, tum etiam infrà 9. c. 11, &c.

A 11,& d.13. Nos benignitatem maluimus conuertere: quo uocabulo non quęuis liberalitas significatur, sed ea demùm quæ à facilitate quadam & humanitate naturę proficiscitur, id denique quod ab Hebręis ברכה uocatur. Est igitur hęc sententia, paupertatem illam quæ Macedonas uidebatur prorsus exhausisse, ita compertam fuisse diuitem, ut inde copiosissimæ benignitatis ueluti riuus emanarit. Nam quo tenuiores sunt facultates eius qui aliquid largitur, eo maior est eius liberalitas, si sponte & libenter largiatur, ut uidua illa Matth.12. omnium diuitum liberalitatem dicitur superasse. 3 Benigni αὐθαίρετοι. Id est, sponte liberales, quos Hebræi נדיבים uocant. Vulg. & Eras. prompti, πρόθυμοι. Quod autem Vetus interpres conuertit κατὰ δύναμιν secundum uirtutem, Erasmus multo rectius interpretatus est Pro uiribus, ex Ambrosio.

δι κατὰ δύναμιν, μαρτυρῶ, καὶ ὑπὲρ δύναμιν αὐθαίρετοι.

μετὰ πολλῆς παρακλήσεως δεόμενοι ἡμῶν, τὴν χάριν καὶ τὴν κοινωνίαν τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους, δεξασθαι ἡμᾶς.

καὶ οὐ καθὼς ἠλπίσαμεν, ἀλλ' ἑαυτοὺς ἔδωκαν πρῶτον τῷ κυρίῳ, καὶ ἡμῖν διὰ θελήματος θεοῦ.

εἰς τὸ παρακαλέσαι ἡμᾶς Τίτον, ἵνα καθὼς προενήρξατο, οὕτως καὶ ἐπιτελέσῃ εἰς ὑμᾶς καὶ τὴν χάριν ταύτην.

B ἀλλ' ὥσπερ ἐν παντὶ περισσεύετε πίστει, καὶ λόγῳ, καὶ γνώσει, καὶ πάσῃ σπουδῇ, καὶ τῇ ἐξ ὑμῶν ἐν ἡμῖν ἀγάπῃ, ἵνα καὶ ἐν ταύτῃ τῇ χάριτι περισσεύητε.

οὐ κατ' ἐπιταγὴν λέγω, ἀλλὰ διὰ τὴν ἑτέρων σπουδῆς, καὶ τὸ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης γνήσιον δοκιμάζων.

Nam pro uiribus (testor) etiam supra uires benigni *fuerunt*:

Multis cum precibus rogantes nos ut gratiam & societatẽ subministrationis quæ in sanctos *impenditur*, susciperemus,

Ac non sicut sperabamus *ita fecerunt*, sed semetipsos dediderunt primùm Domino, *deinde* & nobis, per uoluntatem Dei:

Ad hoc ut nos adhortaremur Titum, ut sicut ante cœpit, ita etiam absoluat apud uos hanc quoque gratiam.

Itaq; sicut in omnibus abundatis fide, & sermone, & cognitione, & omni studio, & uestra in nos charitate, *uidete* ut in hac quoq; gratia abundetis.

Non ex imperio loquor, sed per aliorum studium, etiam uestræ dilectionis synceritatem reddens exploratam.

4 Gratiam τὴν χάριν. Quod alius quispiam onus uocasset, hoc ipse gratiam uocat, nempe ut in aliquam partem ueniret huius officij quod sanctis impendebatur. Nam & si non poterat pecuniam suppeditare Apostolus, operã tamen suam conferebat in hortandis Corinthijs, ut ipse ueluti ducis, alij uerò militum quasi officium in hoc sancto certamine obirent. Quidam hoc malunt ita accipere quasi Macedones Paulum rogarint ut pecuniam collatitiam coegeret, & coactam deferret Hierosolymam cum collegis alijs. quod uerum esse apparet ex uers. 19: sed tamen hoc malo explicare ex uers. 6. In eo enim apparet singularis charitas Macedonum, quòd non contenti ex sua tenuitate tam liberaliter contulisse, Paulum etiam multis precibus ultrò rogabant ut Corinthios quoq; per Titum ad officium faciendum hortaretur. quod quidem nihil aliud erat quàm eum facere huius beneficentiæ socium, ut antè dixi.

6 Ita etiam absoluat apud uos hanc quoque gratiam ὅτω καὶ ἐπιτελέσῃς ὑμᾶς καὶ τὴν χάριν ταύτην. Id est, ut quemadmodum cœpit, ita etiam ad finem usque pergat efficere ut huius quoque gratiæ sitis participes. Ex eo autem efficitur, Titum ad eos proficiscentem, non tam ab illis aliquid esse petiturum, quàm singulare beneficium præter alia multa quæ ab eo acceperant, illis allaturum: quum nimirum sit eis præbiturus eius munificentię occasionem, in qua nihil decedit, sed cõtrà plurimũ accedit largienti. Hoc enim est, inquit ille, fœnerari Domino. Ambrosius aliter explicat, ut annotauit Erasmus, nempe ac si diceret Apostolus se fuisse Tito authorem huius obeundæ legationis
C apud Corinthios: ut quemadmodum hortatu illius cœperant imitari munificentiam aliorum, ita eodem hortatore perficiant. Verùm ut hæc elici posset sententia, uidebatur omnino scribendum fuisse ἵνα καθὼς προενήρξασθε, ὅτω καὶ ἐπιτελέσητε δι' αὐτῶν τὴν χάριν ταύτην, id est, ut sicut antè cœpistis, ita etiam absoluatis per eum hanc gratiam.

7 Itaque ἀλλὰ Id est ὥσπερ, quo modo testatur Corinthus ille qui de dialectis scripsit, hãc particulam sæpe apud Atticos etiam scriptores usurpari. Vulg. sed Eras. imò. quæ interpretatio tum demum locum habet quum superiora corriguntur, ut suprà 7. c. 11. hic uerò uidetur conclusio subijci adhortationis specie. Nam τὸ περισσεύειν non possum comparandi significatione accipere, quasi moneat Apostolus Corinthios ut Macedonas hic quoque superent: quum hoc idem uerbum Macedonibus Paulo antè tribuerit. Puto igitur copiosam liberalitatem simpliciter eo significari.

Videte ut ἵνα. Sub. σκοπεῖτε, uel ὁρᾶτε. quam eclipsin Atticam doctissimus Budæus in Commentarijs linguæ Græcæ annotauit & multis exemplis confirmauit.

8 Per aliorum studium διὰ τῆς ἑτέρων σπουδῆς. Macedonas intelligit, quorum sedulitatis exemplo proposito tum in conferenda pecunia, tum in rogando Apostolo ut de ea re Corinthios appellaret, dicit se nõ imperiosè ad eos scribere, sed, quum de eorum alacritate minimè dubitet, idcirco tantùm scribere, ut hoc modo testatum fiat quam germana sit ac syncera ipsorum charitas. Erasmus. per solicitudinem erga alios. quasi studium aliorum passiue accipiendum sit. Eam uerò interpretationem si sequamur, redundabit λαὶ particula, idcirco tantùm addita ut comparetur Corinthiorum charitas cum aliorum studio.

Synceritatem τὸ γνήσιον. γνήσιος & νόθος id est germanus & adulterinus, apud Græcos opponuntur. Tum demum igitur apparet germanam esse charitatem, quum re ipsa, idque promptè ac liberaliter, fratribus succurrimus propter Christum. Germanitatis uocabulum usurpant quidem Latini, sed alia significatione.

Reddens exploratam δοκιμάζων. Vulgata comprobans: Erasmus approbans, rectè quidem, sed ambiguè nisi addas alijs, uel omnibus, aut aliquid eiusmodi. Nam τὸ δοκιμάζειν pro explorare, ipsius Apostoli respectu accipi non potest, quum Apostolus nullam experientiam requirere se testetur, infrà 9. a. 2. Comprobandi autem uerbum nullo modo uidetur conuenire.

Nostis enim beneficentiam Domini nostri Iesu Christi, quòd *scilicet* propter uos pauper factus sit, quum esset diues: ut uos illius paupertate diteſceretis.

9 γινώσκετε γὰρ τὴν χάριν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι δι' ὑμᾶς ἐπτώχευσεν πλούσιος ὤν, ἵνα ὑμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσητε.

Pauper Christus.

A

Et sententiam in ea re *meam* edo. nam hoc uobis cõducit, qui non solùm facere, sed etiam uelle antè cœpistis anno superiore.

10 καὶ γνώμην ἐν τούτῳ δίδωμι. τοῦτο γὰρ ὑμῖν συμφέρει, οἵτινες οὐ μόνον τὸ ποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ τὸ θέλειν προενήρξασθε ἀπὸ πέρυσι.

At nunc etiam illud ipsum facere, absoluite: ut sicut *adfuit* promptum illud uelle, ita etiam *adsit* ipsum perficere ex eo quod habetis.

11 νυνὶ δὲ καὶ τὸ ποιῆσαι ἐπιτελέσατε, ὅπως καθάπερ ἡ προθυμία τοῦ θέλειν, οὕτως καὶ τὸ ἐπιτελέσαι ἐκ τοῦ ἔχειν.

Etenim si prius adsit promptus animus, *is* acceptus est pro eo quod habet aliquis, nó pro eo quod non habet.

12 εἰ γὰρ ἡ προθυμία πρόκειται, καθὸ ἐὰν ἔχῃ τις εὐπρόσδεκτος, οὐ καθὸ οὐκ ἔχει.

Non enim ut alijs relaxatio sit, uobis autem oppressio,

13 οὐ γὰρ ἵνα ἄλλοις ἄνεσις, ὑμῖν δὲ θλῖψις,

Sed pari conditione hoc tempore uestra abundantia *supplet* illorum defectum, ut & illorum abundãtia uestrum defectũ suppleat, ut fiat æquabilitas.

14 ἀλλ' ἐξ ἰσότητος ἐν τῷ νῦν καιρῷ τὸ ὑμῶν περίσσευμα εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα, ἵνα καὶ τὸ ἐκείνων περίσσευμα γένηται εἰς τὸ ὑμῶν ὑστέρημα, ὅπως γένηται ἰσότης,

B

9 Pauper factus sit ἐπτώχευσε. πτωχεῖν & πτόνητα, id est mendicum à paupere sic distinxit Aristophanes in Pluto,

Πτωχῷ μοὺγὼ βίος ἐστὶν οὐλέγειν, ζῆν ἐφ' ἡμῖν μηδὲν ἔχοντα·
Τῷ δ' ἀπόντος, ζῆν φειδόμενον, καὶ τοῖς ὄφγοις προσέχοντα,
Τἀργαλέα γενέσθαι δ' αὖ τῷ μηδὲν, μὴ μόνον μηδ' ἐπιλείποντι.

In quam sententiam citauimus etiam Martialis elegantem uersiculum Matth. 19. c. 21. Sed hoc discrimen non est perpetuum. Possumus tamen etiam suprà uers. 2. πτωχείαν interpretari mendicitatem, ut significetur Macedonas eò inopiæ fuisse reductos ut alieno subsidio potius egerent, quàm alijs largirentur, & tamen prompte ac benignè contulisse. Sed & hoc loco dici potest Christus factus fuisse mendicus, non quòd mendicantium more, quos uocant, ostiatim uictum mendicaret ociosus, sed quòd homo factus & quidem tenuissimis facultatibus, aliorum subsidijs egeret ad hanc tolerandam uitam, quum ipse sit uitæ author.

10 Sententiam γνώμην. Vulg. & Eras. consilium. Vide 1. Cor. 7. d. 25. Sed etiam uelle ἀλλὰ καὶ τὸ θέλειν. Id est non solùm facere, sed etiam ultrò facere, ut Græcus scholiastes rectè interpretatur. Designat enim uoluntatem sponteam absque ullo aliorum impulsu, nedum ab ambitione aut pudore profectam. Denique id declarat quod apud Hebræos uerbum רצה quo scilicet significatur uoluntas eiusmodi ex qua delectetur aliquis: ut siquis ex eo ipso capiat uoluptatem quòd alteri benefaciat. Hoc autem uelle sanè superius est multis partibus eo facto quod nudum est, id est, quod ab hac uoluntate non promanat. Ita enim facere curiosus fuerit qui facultatem habuerit: uelle autem eorum demum qui uera charitate impelluntur. Itaque ineptus est ille qui hunc locum perinde interpretatur acsi scriptum sit, & facere & uelle, quum, inquit, facere prius sit quàm uelle. Hoc ego uerò pernego, ut quidem τὸ θέλειν accipitur hoc in loco. Sed & in eo me non habet astipulatorem quòd Rom. 1. d. 32, putat τὸ συνευδοκεῖν minus quiddã esse quàm πράττειν, quem locum ille citauit ut errorem errore cumularet.

11 Illud ipsum facere absoluite τὸ ποιῆσαι. Id est, ut rectè Erasmus sententiam exposuit, illud quod facere cœpistis perficite. Apparet autem Apostolum istis infinitis τὸ ποιῆσαι, τὸ θέλειν. τὸ ἔχειν. fuisse hoc in loco delectatum, & alibi quoque ut Philip. 2. b. 13, quo modo scripsit Persius. Scire tuum nihil est. Itaque studui hoc ipsum quoque exprimere, quoad eius fieri potuit. Nam ἐκ τοῦ ἔχειν, noluimus cõuertere, Ex habere, quod nemo intellexisset: sed ἡ πρόθυμία τοῦ θέλειν conuertimus promptum illud uelle, potius quàm promptus animus uoluntatis, cum Vetere interprete: aut uoluntas prompta cum Erasmo, qui tamen alioqui sententiam rectè expressit, sed Pauli phrasi non seruata. Ipsum perficere τὸ ἐπιτελέσαι. Duo extrema sunt Velle & Perficere, inter quę medium collocatur Facere. Vulg perficiendi. Legit enim τῷ ἐπιτελέσαι. ita scilicet ut προθυμία repetatur ἀπὸ κοινοῦ.

C

Ex eo quod habetis ἐκ τοῦ ἔχειν. Ludit Apostolus, ut dixi, in his infinitis. Erasmus, ex eo quod potestis. Ac sanè fateor ἔχειν poni interdum pro δύνασθαι, id est, habere pro posse, sed non uideo causam esse cur hanc enallagen quæramus.

12 Acceptus est pro eo quod habet aliquis καθὸ ἐάν ἔχητις, εὐπρόσδεκτος. Id est, placet Deo ista alacritas pro facultatum præsentium ratione, ut non opus sit tenuitatem prætexi à quoquam, quasi non sit Deo futurum gratum ipsius munus, nisi par fuerit locupletum collationi. Imò spectat Deus in probando munere, non id quod non habes, sed id demum quod habes. alioquin oporteret tenues uel nihil uel ex alieno largiri.

13 Non enim ut alijs οὐ γὰρ ἵνα ἄλλοις. Erasmus putat aliquid supplendum, nempe, Non sic dandũ est, ut alijs &c. Sed & quidam hic constituit mauditam enallagen ἵνα pro διὰ, quum hoc uerbum potius subauditi soleat, ut diximus, Marc. 4. c. 22. Ego uerò existimo iustam esse constructionem, & totum uersiculum pendere à uerbo γινέσθω, quod in proximi uersiculi priore membro subauditur.

14 Sed pari conditione ἀλλ' ἐξ ἰσότητος. Id est, ut sicut nũc aliis inopibus uos abundantes largimini è uestro, sic alij uicissim de suo uobis egentibus largiantur. Debet enim ultrò citroque ius istud ἀντίλογον inter Christianos uigere & ἐξ ἰσότητος idem hic declarare, atque ἐξ ἴσου uel ἐξίσωσις liquet ex ipsa Pauli interpretatione.

Non debet tamen hoc spectari in largiendo, qua in re plurimùm peccant homines quum illi demum beneficiunt à quo paria uel maiora expectent. Hoc uerò nõ est Deum uel proximum, sed seipsum amare. Deinde in eo quoque grauiter peccatur quòd plerique nec inopiam, nec abundantiam rectè metiuntur, unde nascitur tanta inter Christianos ἀνισότης quanta ne inter Turcas quidem apparet, dum alius redundat, alius fame perit, alius uoluntaria mendicitate sperat in cælum irrumpere.

Vul.

A Vulg. sed ex æqualitate, quod uix quisquam intelligat. Eras. sed ut ex æquabilitate: duplici præterea errore, nempe quòd ἵνα repetierit ἀπὸ κοινοῦ, deinde quòd distinctionem adscripserit post ἰσότητος, quasi scilicet imperfecta sit oratio, repugnantibus omnibus Græcis codicibus, qui hoc connectunt cum eo quod sequitur, ipsáque adeò sententia refragante. *Supplet* illorum defectum εἰς τὸ ἐπίσαον ὑστέρημα Sub. γίνεται. ut sit ad uerbum, sit illorum defectus, id est illorum inopiæ seruit. Eras. uertit, illorum succurrat inopiæ, ut γένηται subaudiatur ἀπὸ κοινοῦ, idque hortandi modo, quod tamen nō uideo qui fieri satis cōmodè possit. Æquabilitas ἰσότης. Hoc quid sit perspicuè exponitur in proximo uersiculo. Est autem hæc ἰσότης illius superioris ueluti effectum ac fructus, siquidem oritur ex eo æquabilitas facultatum, quod abundantia quorundam uicissim succurrit aliorum inopiæ. Sed hanc æquabilitatem sciendū est ὁν χρόσει positam esse, non autem ὁν πίστει. quod fanatici Anabaptistæ non considerarunt.

καθὼς γέγραπται· ὁ τὸ πολὺ, οὐκ ἐπλεόνασεν· καὶ ὁ τὸ ὀλίγον, οὐκ ἠλαττόνησεν. 15

Sicut scriptum est, Qui multum *collegit*, non habuit amplius: & qui paulum, non habuit minus.

χάρις δὲ τῷ θεῷ, τῷ δόντι τὴν αὐτὴν σπουδὴν ὑπὲρ ὑμῶν ἐν τῇ καρδίᾳ Τίτου· 16

Gratia autem Deo qui immisit idem studium pro uobis in cor Titi,

ὅτι τὴν μὲν παράκλησιν ἐδέξατο, σπουδαιότερος δὲ ὑπάρχων, αὐθαίρετος ἐξῆλθε πρὸς ὑμᾶς. 17

Quòd *scilicet* tum exhortationem illā gratam habuerit: tum uerò maiore studio usus, suapte sponte ad uos abierit.

συνεπέμψαμεν δὲ μετ' αὐτοῦ τὸν ἀδελφὸν, 18
οὗ ἔπαινος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ διὰ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν,

Misimus autem unà cum eo fratrem eum cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias:

B οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ χειροτονηθεὶς ὑπὸ τῶν ἐκκλησιῶν, συνέκδημος ἡμῶν σὺν τῇ χάριτι ταύτῃ, τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν πρὸς τὴν αὐτοῦ τοῦ κυρίου δόξαν, καὶ προθυμίαν ὑμῶν. 19

(Nec *id* solùm: sed etiam suffragijs delectus est ab Ecclesijs socius peregrinationis nostræ, cum hac beneficentia quæ administratur à nobis ad ipsius Domini gloriam, & promptum animum uestrum.)

στελλόμενοι τοῦτο μή τις ἡμᾶς μωμήσηται ἐν 20
τῇ ἁδρότητι ταύτῃ, τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν.

Vitantes hoc, nequis nos uituperet in hac exuberantia quæ administratur à nobis.

19 Idem studium ζῆλον αὐτὸν σπουδῆς. In quibusdam codicibus legitur ζῆσαι ζῆλον, id est talem.

17 Exhortationem παράκλησιν. Ambrosius, consolationem. quod non conuenit. Loquitur enim Paulus de exhortatione quam commemorauit supra uers. 6. eamque significat ipsi gratam fuisse, quanuis ultrò & sua sponte potius quam hac exhortatione impulsus, hanc prouinciam in se receperit.

Tum uerò δὲ ita conuerti propter μὲν præcedens. Vulg. sed, prorsus incommodè Eras. quin potius, μᾶλλον δὲ. Sed & ἐδέξατο malui interpretari, gratam habuerit, quàm susceperit, uel acceperit, ut planior esset oratio.

Maiore studio usus σπουδαιότερος ὑπάρχων. Vulg. quum solicitior esset. Nam ubique σπουδὴ conuertit solicitudinem. Eras. quum esset diligentior. Vtraque interpretatio mihi uisa est obscurior.

18 In Euangelio ἐν εὐαγγελίῳ. Id est in prædicatione Euangelii. Quidam per absurdè iampridem hunc locū interpretati sunt de Euangelica historia à Luca perscripta. Neque uerò necesse est nos torqueamus in quærendo quis iste fuerit, itemque tertius ille qui unà cum Tito & hoc altero missus est.

19 Neque *id* solùm οὐ μόνον δὲ. Vide Rom. 5. a. 3. Suffragijs delectus est χειροτονηθείς. Subaudi ἐστιν, pro ἐχειροτονήθη, Hebræorum more, de quo sæpe iam diximus. Vulgata ordinatus est. Erasmus delectus est. Vide Act. 14. d. 23.

C Cum hæc beneficentia συν τῇ χάριτι ταύτῃ. Nonnulli codices legūt ὁν pro συν, id est In pro Cum. Vetus autem interpres uidetur existimasse ὁν prò εἰς positum, ut qui uerterit, in hanc gratiam, nec fortassis malè. Vocat enim Apostolus χάριτα collata munera in Ecclesiæ Hierosolymitanæ subsidium, quibus colligendis & Hierosolymam perferendis delectus erat, addito hoc collega.

Et promptum animum uestrum προθυμίαν ὑμῶν. Vulg. destinatam uoluntatem nostram. Legit enim ἡμῶν, sed corruptè. Nam de Corinthijs agitur. quorū etiam laudis in Christo mirificè studiosus erat Apostolus. Cæterum προθυμίαν uertit destinatam uoluntatem. Aquinatem impulit, propter Græcæ linguæ ignorationē, ut hoc loco multa ἀπροσδιονύσως dissereret de prædestinatione, sicut Erasmus obseruauit. Sed proptitudinis uocabulum, quod idem Erasmus substituit, non legi apud idoneos authores.

20 Vitantes hoc Στελλόμενοι. Cohæret hoc participium cum uerbo συνεπέμψαμεν, uersu 18, interiecto scilicet uersu 19, quem idcirco putauimus includendum parenthesi. Est autem, ut rectè annotauit Erasmus, sumpta transl. rantia ἀπὸ τῆς ἀδρότητος ταύτης. Id est, in copiosa ista Ecclesiarum munificentia, quæ nostræ fidei commissa est.

21 *Vt qui* procuremus honesta προνοούμενοι καλὰ. Non dubium est quin hoc ponatur κατὰ λογισμόν. Ideo Vetus interpres conuertit Prouidemus enim. id est προνοοῦμεν γάρ, quam lectionem in duobus codicibus inuenimus.

22 Quam habeo erga uos ἣν εἰς ὑμᾶς. Nonnulli malunt uertere, quam *habet* erga uos. Sed præstat ad Paulum ipsum referre. quem quum iuuideret de Corinthijs sibi tanta polliceri, uerisimile est hoc Pauli iudicio multò factum alacriorem.

11 Siue de Tito *quæritur* εἴτε ὑπὲρ Τίτου. Hoc uideo connecti ab interpretibus cum extremo uersiculo superiore, repugnantibus Græcis Scholijs, & certo, ut opinor, errore. Primùm enim manifestis solæcismis scateret oratio. quod ut uitaret Stapulensis, hæc putauit non de Tito, sed de illo tertio Titi collega dici: sed prorsus incommodè. Deinde uidereret à seipso dissentire Apostolus, si fiduciam suam in horum legatorū dignitate & authoritate collocaret, ac non potius in egregia illa ac prompta Corinthiorum uoluntate quam antè prædicauit, & mox rursum significabit. Erasmus igitur non rectè conuertit.

Vt qui procuremus honesta, non solùm coram Domino, sed etiam coram hominibus.

Misimus autem cum eis fratrem nostrum, quem sæpe in multis probauimus studiosũ, nunc autem multò studiosiorem, ob multã fiduciam quam *habeo* erga uos.

Siue de Tito *quæritur*, socius meus *est*, & apud uos adiutor: siue de fratribus nostris, legati sunt Ecclesiarum, & gloria Christi.

Ita demonstrationem charitatis uestrę & nostræ de uobis gloriationis edite in eos, in conspectu Ecclesiarum.

προνοοῦμενοι καλὰ, οὐ μόνον ἐνώπιον κυ- 21 A
ρίου, ἀλλὰ καὶ ἐνώπιον ἀνθρώπων.

Συνεπέμψαμεν δὲ αὐτοῖς τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν, ὃν ἐδοκιμάσαμεν ἐν πολλοῖς πολλάκις σπουδαῖον ὄντα, νυνὶ δὲ πολὺ σπουδαιότερον, πεποιθήσει πολλῇ τῇ εἰς ὑμᾶς. 22

εἴτε ὑπὲρ Τίτου, κοινωνὸς ἐμὸς, καὶ εἰς ὑμᾶς συνεργὸς, εἴτε ἀδελφοὶ ἡμῶν ἀπόστολοι ἐκκλησιῶν, δόξα Χριστοῦ. 23

τὴν οὖν ἔνδειξιν τῆς ἀγάπης ὑμῶν καὶ ἡμῶν καυχήσεως ὑπὲρ ἡμῶν, εἰς αὐτοὺς ἐνδείξασθε, καὶ εἰς πρόσωπον τῶν ἐκκλησιῶν. 24

CAPVT IX.

Pergit Paulus hortari Corinthios ut eleemosynas conferant in pauperes Christianos Iudæos.

NAm de subministratione quidem quæ fit in sanctos, superuacaneum est mihi scribere uobis.

Noui enim promptum animum uestrum, quem de uobis iacto apud Macedones, quòd *scilicet* Achaia parata sit ab anno superiore: & ex uobis *ortus* zelus prouocauit complures.

ΚΕΦΑΛ. θ.

Περὶ μὲν γὰρ τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους 1
περισσόν μοί ἐστι τὸ γράφειν ὑμῖν.

οἶδα γὰρ τὴν προθυμίαν ὑμῶν, ἣν ὑπὲρ ὑ- 2
μῶν καυχῶμαι Μακεδόσιν, ὅτι Ἀχαΐα παρεσκεύασται ἀπὸ πέρυσι, καὶ ὁ ὑμῶν ζῆλος ἠρέθισε τοὺς πλείονας.

B

Siue Titi nomine: neque Vetus interpres rectè, Siue pro Tito: sed noua hic est periodus, capita complectens commendationis legatorum, quorum uult summam haberi rationem. Itaque ὑπὲρ ponitur pro περὶ, ut in proximo uersiculo & alibi sæpe: & supplendum est aliquid accommodatum sententiæ: puta διαλέγομαι, oportet dicere, ut supplent Græca scholia, uel potius ἐξετάζεται, id est quæritur & inquisitio habetur. Nam hoc melius conuenit sequenti membro.

Siue de fratribus nostris εἴτε ἀδελφοὶ ἡμῶν. Sub. ἐξετάζονται. Græcè enim dicitur is ἐξετάζεσθαι, περὶ ὃ ἐξετάζομεν, uel, ὃν ἐξετάζομεν. Intelligit autem fratrum nomine duos Titi collegas, quorum utrunque uocarat ἀδελφὸν generali scilicet nomine. Vulg. siue fratres nostri, ita obscurè, ut nemo intelligat. Erasmus, siue *aliorum*, fratres nostri sunt: quasi scriptum sit εἴτε ὑπὲρ ἄλλων, quo modo etiam uidetur legisse Græcus scholiastes: alioquin adeò noua & insolens est ista eclipsis, ut eam non possim admittere.

Legati *sunt* Ecclesiarum ἀπόστολοι ἐκκλησιῶν, Sub. εἰσὶν, ut infrà 10. a. 1. Legatos autem diximus, non Apostolos, quòd uideatur hanc unam legationem Paulus hoc nomine significare. quãquam etiamsi Apostolos, id est ministros uerbi, interpretemur, ut Rom. 16. a. 7, non ineptè hoc dixerit, propter encomia quæ illis ante tribuit uersu 18. & 22. Deinde quia dicuntur Christi gloria.

Et gloria Christi δόξα Χριστοῦ. Similem copulæ eclipsin in bimembri oratione habemus Iohan. 10. c. 16, & 1. Timoth. 4. a. 3. Gloriam autem Christi eos uocat, breui compendio omnia penè illis tribuens, quum eos tales esse testatur ut Christi gloria per ipsos illustretur. Ambrosius & alij nonnulli legunt gloriæ, id est, ut ego quidem existimo, δόξα in recto plurali scilicet, quia de duobus agitur, & præcessit ἀδελφοὶ & ἀπόστολοι.

24 In eos *εἰς αὐτοὺς*. Posset etiam accipi εἰς αὐτοὺς pro לוֹ id est coram eis, sed hanc interpretationem non facilè admiserim, primùm quia non est ad Hebraismos uemendum, nisi res ipsa urgeat: deinde quia uidetur repugnare proximi capitis initium, ut suo loco exponam. Puto igitur Paulum ipsos legatos cõmendare, quia scilicet quo maior est futura ipsorum authoritas, eo uberior erat futura Corinthiorum collatio. Hic enim est Apostoli scopus, qui horum ingenium pulchrè norat ac sanè operæpretium fecerit qui omnia Christianæ charitatis artificia in hac Pauli commendatione consideraret. Sed & εἰς αὐτοὺς conuertere possemus apud eos, ut cohæreat cum καυχήσεως. uerùm repugnat distinctio in omnibus codicibus addita post ὑπὲρ ὑμῶν.

In conspectu Ecclesiarum εἰς πρόσωπον ἐκκλησιῶν. Id est, testes huius uestræ pietatis habituri omnes Ecclesias, in quarum ueluti conspectu uersamini, quum legatos cernitis earum suffragijs delectos. Erasmus, etiam in conspectu Ecclesiarum. Nos uerò expunximus coniunctionem καὶ, ex Veteris interpretis, ex Græcorum scholiorum, ex omniũ denique nostrorũ sedecim codicum summo consensu. Affert Eras. aliam interpretationem ex Theophylacto, nempe, & in personam Ecclesiarum, quòd nimirum legati eas Ecclesias repræsentarent à quibus missi fuerant. Sed hoc mihi quidem subtile potius quàm solidum uidetur. C

IN CAPVT IX.

2 Nam *μοῦ γὰρ* Quia paulo antè non idipsum cuius causa mittebantur legati, sed legatos ipsos uidebatur cõmendasse, nunc per occupationem explicat cur in uobis hortandis epistolam consumerem, quorum promptum animum non desino Macedonibus prædicare? Hæc est, opinor, Pauli germana sententia, quamobrem etiam in superiore uersiculo nolui εἰς αὐτοὺς conuertere apud eos uel coram eis.

Superuacaneum περισσὸν Vulgata, ex abundanti, id est ἐν περισσείᾳ, ut loquitur Demosthenes, & conuertis Sallustius. Vide Matth. 5. f. 37.

2 Promptum animum uestrum τὴν προθυμίαν ὑμῶν. Sic rectè & eleganter Vetus interpres, quem Eras. in annotationibus reprehendens, substituit, animi uestri promptitudinem, nescio quo authore fretus.

Achaia Ἀχαΐα. Id est Græcia. Vide. Act. decimo octauo c. duodecimo. Vulgata addit καὶ, etiam. Nam Macedones quidem ipsi iam erant parati. Ex uobis ortus zelus ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος. Vide Iohannis secundo c. 17. Vulgata, uestra æmulatio, ὁ ὑμῶν ζῆλος, quo modo scriptum inuenimus in uno codice. Erasmus uestrum exemplum, τὸ ὑμέτερον παράδειγμα.

3 Hos

A ἔπεμψα τοὺς ἀδελφοὺς, ἵνα μὴ τὸ καύχημα ἡμῶν τὸ ὑπὲρ ὑμῶν, κενωθῇ ἐν τῷ μέρει τούτῳ· ἵνα καθὼς ἔλεγον, παρεσκευασμένοι ἦτε,

3 Misi autem hos fratres, ne gloriatio nostra de uobis, inanis fiat hac in parte: ut (sicut dicebam) parati sitis:

μήπως ἐὰν ἔλθωσι σὺν ἐμοὶ Μακεδόνες, καὶ 4 εὕρωσιν ὑμᾶς ἀπαρασκευάστους, καταισχυνθῶμεν ἡμεῖς, ἵνα μὴ λέγω ἡμεῖς, ἐν τῇ ὑποστάσει ταύτῃ τῆς καυχήσεως.

4 Nequo modo, si mecum uenerint Macedones, & offenderint uos imparatos, nos pudefiamus (ut ne dicam uos) in præfidete ista gloriatione.

ἀναγκαῖον οὖν ἡγησάμην, παρακαλέσαι τοὺς 5 ἀδελφοὺς, ἵνα προέλθωσιν εἰς ὑμᾶς, καὶ προκαταρτίσωσι τὴν προκατηγγελμένην εὐλογίαν ὑμῶν, ταύτην ἑτοίμην εἶναι, οὕτως ὡς εὐλογίαν, καὶ μὴ ὡσπὲρ πλεονεξίαν.

5 Itaque necessarium putaui adhortari fratres ut prius accedant ad uos, & prius absoluant antea indictam beneficentiam uestram: ut ea sit parata ita ut beneficentia, & non ut extortum aliquid.

τοῦτο δέ· ὁ σπείρων φειδομένως, φειδομένως 6 καὶ θερίσει· καὶ ὁ σπείρων ἐπ' εὐλογίαις, ἐπ' εὐλογίαις καὶ θερίσει.

6 Illud autem *dico*, Qui serit parcè, parcè etiam metet: & qui serit perbenignè, perbenignè etiam metet.

Benedictio pro liberalitate.

ἕκαστος καθὼς προῄρηται τῇ καρδίᾳ, μὴ 7 ἐκ λύπης ἢ ἐξ ἀνάγκης. ἱλαρὸν γὰρ δότην ἀγαπᾷ ὁ θεός.

7 Quisque sicut præoptat corde, *ita conferat*, non ex tristitia aut necessitate: nam hilarem datorem diligit Deus.

B δυνατὸς δὲ ὁ θεὸς πᾶσαν χάριν περισσεῦσαι εἰς ὑμᾶς, ἵνα ἐν παντὶ πάντοτε πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες, περισσεύητε εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν.

8 Potens est autem Deus efficere ut omnis gratia in uos redundet: ut in omnibus semper omnino quantum sufficiat apud uos habentes, abundetis in omne opus bonum:

3 Hos fratres τοὺς ἀδελφοὺς Erasmus rectè expressit articuli αὐταφορικὸν.

4 In præfidente ista gloriatione ἐν τῇ ὑποστάσει ταύτῃ τῆς καυχήσεως. Rectè admonuit doctissimus interpres τὸν ὑπόστασιν significare animi quandam, ut ita dicam, imperterritam subiistentiam, quæ nullis nouit cedere. Itaq; summam hoc in loco confidentiam declarat, ut pudeat Corinthios quod Apostolus tam constanter asseueraſſet, non præstare. Vulgata, in hac substantia, admodum absurdè. Erasmus, in hoc argumento gloriationis, non multo scitius. Addidit tamen τῆς καυχήσεως gloriationis, quod Vetus interpres non legit, ac fortassis adscriptum est ex huius epistolæ cap. 11. d. 17.

5 Et prius absoluant καὶ προκαταρτίσωσι. Κατάρτισμόν dicitur quod omnibus suis partibus constat, ut alibi exposuimus. Vult enim Paulus omnia prorsus esse confecta in aduentum suum, ut suprà significauit uerbo ἑτοίμην. 2. Cor. 9. a. 6. Vulgata & Erasmus, & præparent, non satis expressè.

Beneficentiam τὴν εὐλογίαν. Id est gratuitò ac liberaliter collata munera. Vulgata ad uerbum, benedictionem, quam uocant Hebræi ברכה. Accipitur uerò pro gratiarum actione, item pro laude, tum pro fausta precatione, tum etiam pro eo quod benignè ac ultrò datur, ut hoc in loco, & quoties præsertim de Dei beneficijs agitur. Sed de his alibi dictum est à nobis. Erasmus deriuat ab εὖ & λέγω, id est colligo, quòd eiusmodi collationes Apostolus uocarit λογίας. 1. Cor. 16. a. 1. & 2.

Vt extortum aliquid ὡς πλεονεξίαν. Sic propriè uocatur auiditas illa inexhausta plus habendi quàm possideas, nedum ut de tuo largiaris. Sed hoc loco per metalepsin Apostolus ita uocauit quod malignè & tanquam ab auaro extortum est. Vulgata, nimium obscurè, tanquam auaritiam. Erasmus, tanquam fraudatio, uel spoliatio, quod mihi non placet. Quidam conuertit, profusio, cuius nondum sanè conijcere potui quod fuerit iudicium. Certè hoc perinde est ac si τὸ κακὸν bonum, & τὸ κακὸν malum interpretaretur. sed fortassis huc respexit quòd πλεονεξίαν significat
C etiam excellere & primas tenere: ut πλεονεξίαν putarit certamen quoddam in largiendo significare, quum alius alio liberalior uideri uoluit. Quasi uerò id metueret Apostolus, aut sequens uersiculus non potius arguat hoc ad eos pertinere qui φειδομένως, id est parcè ferunt.

6 Perbenigne ἐπ' εὐλογίαις. Id est μετὰ λαμπρότητος, ut rectè explicat scholiastes Græcus. Vulgata, in benedictionibus, quod nemo intelligat. Erasmus, libenter ac benignè largiendo, nimium longo circuitu. Est autem triplex in hac formula Hebraismus, primùm quòd ἐπὶ posita est cum nomine aduerbij loci, ut In iustitia pro iustè. Deinde quòd εὐλογίαν uocauit quæ à Græcis λαμπρὰ potius dicitur, ab Hebræis autem ברכה. Postremò, quòd pluralis numerus sit usurpatus emphaseos causa.

7 Præoptat προαιρεῖται. Id est, ultrò seligit ac constituit apud se. Liuius autem sic Græcum hoc uocabulum expressit libro Punici belli octauo. Vulgata, destinauit. ἄμεινον. Erasmus, secundum propositum κατὰ πρόθεσιν. Excluduntur autem duo ab Apostolo quum sic loquitur, nempe λύπη & ἀνάγκη, tristitia & necessitas, quum scilicet quispiam largitur quidem, sed malignè tamen & illiberali animo, uel etiam inuitus, quia nō uult apud alios malè audire, alioquin nihil collaturus.

8 Omnis gratia πᾶσαν χάριν. Gratiam hic uocat Dei in homine munificentiam. Additur autem τὸ πλῆθος, ut summa quædam munificentia significetur. Quid enim amplius requirat qui apud se habet quod sibi sufficiat, & cui etiam nunquam desit quod alijs largiatur? Sed mirum non est homines istam abundantiam non metere, qui tam parcè tamque tenaciter serant. Notanda etiam est illa ingeminatio particulæ uniuersalis, quæ non modò est uenustissima, sed etiam maximum pondus addit sententiæ.

Omnino quantum sufficiat apud uos habentes πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες. Sufficientiæ uocabulum, quo usi sunt Vetus interpres & Erasmus, nusquam legi. Deinde αὐτάρκειαν refero non tantùm ad contentum animum, sed etiam ad idipsum quod possidetur.

Postremò considerandum est pronomen αὐτὸς in compositione, quod scilicet designat fore ut idipsum quod satis erit, eiusmodi homo penes se habeat, ut ab alijs non cogatur emendicare, sed alijs potius de suo largiatur. Alioquin αὐτάρκης propriè dici potest unus Deus, ut qui nullo prorsus egeat, sed totus in seipso acquiescat.

Sicut scriptum est, Dispersit, dedit pauperibus : beneficentia eius manet in seculum. 9

καθὼς γέγραπται. ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησιν, ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα. A

Porrò qui suppeditat semen serenti, *is* & panem *nobis* ad escam suppeditet, & multiplicet sementem uestram, & augeat fructus beneficentiæ uestræ. 10

ὁ δὲ ἐπιχορηγῶν σπέρμα τῷ σπείροντι, καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν χορηγήσαι, καὶ πληθυναι τὸν σπόρον ὑμῶν, καὶ αὐξήσαι τὰ γενήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν.

Vt inquam abundetis, in omnibus ditati ad omnem benignitatem, quę per nos efficit ut gratiæ agantur Deo. 11

ἐν παντὶ πλουτιζόμενοι, εἰς πᾶσαν ἁπλότητα, ἥτις κατεργάζεται δι' ἡμῶν εὐχαριστίαν τῷ θεῷ.

Nam subministratio oblationis istius nō solùm supplet sanctorum defectus, sed etiam redūdat in multas gratiarum actiones apud Deum, 12

ὅτι ἡ διακονία τῆς λειτουργίας ταύτης οὐ μόνον ἐστὶ προσαναπληροῦσα τὰ ὑστερήματα τῶν ἁγίων ἀλλὰ καὶ περισσεύουσα διὰ πολλῶν εὐχαριστιῶν τῷ θεῷ.

(Dum per hanc istius subministrationis experientiam Deum glorificant de consentiente uestra subiectione in Euangelium Christi, déque benigna in se & in omnes cō municatione,) 13

διὰ τῆς δοκιμῆς τῆς διακονίας ταύτης, δοξάζοντες τὸν θεὸν ἐπὶ τῇ ὑποταγῇ τῆς ὁμολογίας ὑμῶν εἰς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ χριστοῦ, καὶ ἁπλότητι τῆς κοινωνίας εἰς αὐτοὺς καὶ εἰς πάντας,

In omne opūs bonum εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν. Id est, ut alios omnibus modis iuuare possitis beneficiendo. Quidam malunt interpretari, In omni opere bono, ut εἰς pro ἐν accipiatur. quod mihi non placet hoc in loco. B

9 Beneficentia ἡ δικαιοσύνη. Vulgata & Erasmus, iustitia, Vide Matth. 6. a. 1. Manet in seculum μένει εἰς αἰῶνα. Id est perennis ac perpetua est. Loquitur autem Dauid de uiro Dei timente ac proximi amante. cui dicit nunquam de futurum quod alijs etiam largiatur. Itaque בעולם debet ad uitam hominis restringi, sicut Exod 21. b. 6, ut idem scilicet declaret atque כל ימיו, id est omnibus diebus suis. Alij sic accipiunt, quasi significetur eiusmodi hominem non mutare animum illum beneficum, sed per totam uitam in eo instituto perseuerare. Alij ad æternam uitam hoc referunt, quòd Deo sit in æternum grata futura eiusmodi hominis beneficentia. Dixi quid mihi simplicissimum uideatur.

10 Fructus beneficentiæ uestræ τὰ γενήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν. Vulgata, incrementa frugum iustitiæ uestræ. Erasmus quoque iustitiam conuertit. qua de re diximus superiore uersiculo. Alludit autem Apostolus ad diuitum possessiones, quasi pijs hominibus beneficentia sit pro omnibus latifundijs. Huc enim spectat γενήματος nomen, de quo diximus Matth. 26. c. 29.

11 *Vt inquam abundetis*, in omnibus ditati ἐν παντὶ πλουτιζόμενοι. Pendet hic uersiculus à fine octaui, ut rectè, meo quidem iudicio, annotauit Valla. Nam ad alterum fructum uenit qui ex hac Corinthiorum beneficentia in ipsos redundabit. Itaque propter longum hyperbaton, repetij ἵνα περισσεύητε per epanalepsin. Similis hyperbati exemplum unum & alterum annotauimus in hac epistola, ut suprà 8. d. 20, & infrà 9. a. 4. Quæ ἥτις Ambrosius legit ἅτις liquis: sed corruptè.

12 Subministratio ἡ διακονία. Hoc uocabulum non illi modò conuenit qui collatam pecuniam administrat, sed in genere etiam omnibus qui in pauperū usus aliquid subministrant. qua significatione latis liquet usurpari hoc in loco, allusione tamen facta ad publica Ecclesiæ munera. quæ etiam in genere διακονίαι passim uocantur. Vulgata, ministerium. Erasmus, functio.

Oblationis istius τῆς λειτουργίας ταύτης. Diximus λειτουργίας uocari publica Ecclesiæ munera, Act. 13. a. 2. Inde factum ut ipsa munerum functio sic uocaretur : ueluti siquis olim sacrificia illa Leuitica uocasset λειτουργίας, aut nunc sacras conciones, uel sacras mysteriorum (ut ita dicam) operationes. Postremò ita cœpit eleemosynis tribui translatitiè sacrificij & oblationis nomen, ut Rom. 15. f. 27, & Philipp. 4. d. 18, & hoc etiam in loco, Vulgata, huius officij. Erasmus, huius muneris.

Redundat in multas gratiarum actiones apud Deum. περισσεύουσα διὰ πολλῶν εὐχαριστιῶν τῷ θεῷ. Vulgata, abundat per multas gratiarum actiones in Domino. ut uideatur legisse οὐ κυρίῳ. Erasmus, exuberat in hoc quod per multos agantur gratiæ Deo, rectè expressa sententia. Idem annotat aliam lectionem, nempe si εὐχαριστεῖν legamus pro εὐχαριστιῶν, sicut impressit Frobenius: ut conuertamus, facit ut copiosè agantur per multos gratiæ Deo. Nam περισσεύειν accipiēdum erit quasi in cōiugatione Hiphil. Nos uerò in omnibus nostris exemplaribus & Græcis etiā scholijs legimus εὐχαριστιῶν. Idem autem declarat διὰ hoc in loco atque εἰς, ut ubique solet construi uerbum περισσεύειν. cuius enallages aliud exemplum annotauimus Rom 6. a. 4. C

13 Dum glorificant δοξάζοντες. Omnino uidetur dicendum fuisse δοξασθέντος τῷ θεῷ, uel potius, δοξάζοντων αὐτῶν. sed ita etiam interdum loqui solere Atticos annotauit Corinthus, prolato Thucydidis hoc exemplo ex libro historiarum tertio, οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ὑπὸ πολλῷ ὕστερον παρεπλεύσαντες, ὡς ἑώρων, ἀπήγγελλον οἱ στρατηγοί. pro τῶν Ἀθηναίων παρεπλευσάντων. Per hanc istius subministrationis experientiam διὰ τῆς δοκιμῆς τῆς διακονίας ταύτης. Id est, Ex hoc uestræ charitatis specimine, in hac scilicet subministratione. Nam ita accipiendum esse nomen διακονίας res ipsa ostendit, ut diximus uersiculo superiore. Cæterùm quòd plerique, ac præsertim Græci interpretes, hoc connectunt cum superioribus, mihi quidem non placet.

De consentiente uestra subiectioue ἐπὶ τῇ ὑποταγῇ τῆς ὁμολογίας ὑμῶν. Id est, quòd uno consensu declarueritis uos unum secum Euangelium agnoscere, cui uoluptas libenter subieceritis.

Nam mihi quidem uerisimile est Apostolum uel ob eam causam tam sedulo ursisse istam collationem, ac postea tanto studio illi Hierosolymam usque perferendæ incubuisse, ut hac occasione Gentes planè conciliaret cum Hierosolymitanis qui ex circuncisione crediderant, necdum poterant Legis cæremoniarum obliuisci : ut restantur ipsi Hierosolymitani ministri Act. uigesimo primo d. uigesimo. Neque obstat quòd de re futura disserens, præsenti tempore utitur.

Manifesta

Manifesta enim est hæc enallage, quum satis constet nondum collectã fuisse hanc eleemosynam: de cuius tamẽ fructu differit Apostolus, perinde ac si iam esset eò perlata, & benignissimè accepta. Vulgata & Erasmus, super obedientia uim us, quique hoc eodem uersiculo iterum occurrit. Sed & ὑποτάγλιν uidentur non satis propriè conuertisse obemus similis superiori. Vulgata & Erasmus ad uerbum, & in simplicitate communicationis. Diximus autem quid sit ἁπλότης, supra 8. a. 2

καὶ αὐτῶν δὲ ἐν σοὶ εἰς ὑμᾶς ἐπιποθοῦντων ὑμᾶς, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν χάριν θεοῦ ἐφ' ὑμῖν.

14 Et in illorum orationem pro uobis, expetentium uos propter gratiam Dei in uobis eminentem.

χάρις δὲ τῷ θεῷ, τῷ τὴν αὐτὴν σπουδὴν ὑπὲρ ὑμῶν ἐντιθόντι εἰς τὴν καρδίαν Τίτου,

15 Gratia autem *sit* Deo super inenarrabili suo munere.

ὅτι τὴν παράκλησιν οὐ μόνον ἐδέξατο, σπουδαιότερος δὲ ὑπάρχων αὐθαίρετος ἐξῆλθε πρὸς ὑμᾶς.

συνεπέμψαμεν δὲ μετ' αὐτοῦ τὸν ἀδελφὸν οὗ ὁ ἔπαινος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ διὰ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν,

οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ χειροτονηθεὶς ὑπὸ τῶν ἐκκλησιῶν συνέκδημος ἡμῶν σὺν τῇ χάριτι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν πρὸς τὴν αὐτοῦ τὴν τοῦ κυρίου δόξαν καὶ προθυμίαν ἡμῶν,

στελλόμενοι τοῦτο μή τις ἡμᾶς μωμήσηται ἐν τῇ ἁδρότητι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν,

προνοοῦμεν γὰρ καλὰ οὐ μόνον ἐνώπιον κυρίου ἀλλὰ καὶ ἐνώπιον ἀνθρώπων.

συνεπεμψαμεν δε μετ αυτου τον αδελφον ου ο επαινος εν τω ευαγγελιω δια πασων των εκκλησιων

ου μονον δε αλλα και χειροτονηθεις υπο των εκκλησιων συνεκδημος ημων συν τη χαριτι ταυτη τη διακονουμενη υφ ημων προς την αυτου την του κυριου δοξαν και προθυμιαν ημων

στελλομενοι τουτο μη τις ημας μωμησηται εν τη αδροτητι ταυτη τη διακονουμενη υφ ημων

προνοουμεν γαρ καλα ου μονον ενωπιον κυριου αλλα και ενωπιον ανθρωπων.

συνεπέμψαμεν δὲ μετ' αὐτοῦ τὸν ἀδελφὸν οὗ ὁ ἔπαινος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ διὰ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν,

οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ χειροτονηθεὶς ὑπὸ τῶν ἐκκλησιῶν συνέκδημος ἡμῶν σὺν τῇ χάριτι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν πρὸς τὴν αὐτοῦ τὴν τοῦ κυρίου δόξαν καὶ προθυμίαν ἡμῶν,

στελλόμενοι τοῦτο μή τις ἡμᾶς μωμήσηται ἐν τῇ ἁδρότητι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν,

προνοοῦμεν γὰρ καλὰ οὐ μόνον ἐνώπιον κυρίου ἀλλὰ καὶ ἐνώπιον ἀνθρώπων.

ΚΕΦΑΛ. ι.

Αὐτὸς δὲ ἐγὼ Παῦλος παρακαλῶ ὑμᾶς διὰ τῆς πραΰτητος καὶ ἐπιεικείας τοῦ Χριστοῦ, ὃς κατὰ πρόσωπον μὲν ταπεινὸς ἐν ὑμῖν, ἀπὼν δὲ θαρρῶ εἰς ὑμᾶς.

δέομαι δὲ τὸ μὴ παρὼν θαρρῆσαι τῇ πεποιθήσει, ᾗ λογίζομαι τολμῆσαι ἐπί τινας τοὺς λογιζομένους ἡμᾶς ὡς κατὰ σάρκα περιπατοῦντας.

ἐν σαρκὶ γὰρ περιπατοῦντες, οὐ κατὰ σάρκα στρατευόμεθα.

τὰ γὰρ ὅπλα τῆς στρατείας ἡμῶν οὐ σαρκικά, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ θεῷ πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων.

Cap. X.

C Aeterum ipse ego Paulus precor uos per clementiam & æquitatem Christi, qui coram quidẽ humilis sum inter uos, absens uerò, sum confidens erga uos.

Cauendos pseud. apostolos monet, & simplicitatẽ Euangelij tuendam

2 *Hoc* autem rogo, ne quum præsens adero sim confidens ea fiducia qua cogito audax esse in quosdam qui nos æstimant ut si secundum carnem incederemus.

3 Nam in carne incedentes, secundum carnem bellum non gerimus.

4 (Arma enim militiæ nostræ non carnalia sunt, sed Dei potestate ualida, & ad subuersionem munitionum,)

In carne ambulare.

14 Et in illorum orationem καὶ αὐτῶν δεήσει, Omnino mihi uidetur hoc pertinere ad participium περιβαλλουσα, quum superiora omnia inter se prorsus connexa sint. Itaque conuerti perinde ac si scriptum esset καὶ εἰς τὸν αὐτῶν δέησιν. Hic enim alter fructus coram Deo ex hac Corinthiorum beneficentia ad ipsos perueniet, quòd præter gratiarum actionem, cuius antè meminit, Deo etiam commendabuntur, eorum precibus quos iuuerint. ad quæ & illud accedet quòd omnes eos suspicient, tanquam excellenti Dei gratia ornatos.

15 Gratia autem χάρις δὲ. Hoc demum epiphonemate claudit Paulus hanc exhortationem: ne glorioſa ista prædicatione efferrentur Corinthij.

IN CAPVT X.

1 Et æquitatem καὶ ἐπιεικείας, uel moderationẽ, seu naturam illam ad clementiã potius ac misericordiã, quàm ad uim ullam, uel ad summum ius persequendum propensam. Opponit enim Aristot. τὸ ἐπιεικὲς τῷ ἀκριβοδικαίῳ, Hermogenes autem τῷ βιαίῳ. Vulgata, modestiam, ἐπιεικείαν, non satis rectè. Coram κατὰ πρόσωπον. Hebraice לפני. Itaq; miror Erasmum in Annotationibus interpretari, in specie: quum uel ipsa antithesis liquidò ostẽdat idem hoc ualere atque παρὼν præsens, ut ipse Apostolus explicat infra, uersu 11. Neque dubium est quin hæc dicantur per mimesin, ut liquet ex uersu 10. Vulgata, in facie. Erasmus, iuxta faciem.

2 *Hoc* autem rogo δέομαι δὲ. Rectè hoc exponit Ambrosius per epanalepsin. Nam quia interiecerat nonnulla post παρακαλῶ in superiore uersiculo, non explicaturus quid illud sit quod rogat, uerbum synonymum repetit. Itaq; absurda est altera Erasmi expositio, quasi superior uersiculus ad superiora pertineat, ut sit sensus, Rogo ut meo quoque nomine libenter hanc pecuniam conferatis. Nam, obsecro, quis non uidet nouum esse proœmium, quod adhibuerit Paulus ut futuræ reprehensionis acerbitatem leniret? Quamobrem etiam non dixit ἐπιτάττω impero, sed δέομαι rogo: neque etiam τολμήσω audax ero, sed λογίζομαι τολμᾷν cogito audax esse, quodminus est quàm κελεύω decreui. Denique non iaculatur fulmen, sed obtestatur per Christum ne cogatur iaculari quod habeat in manibus sibi à Christo traditum.

Secundum carnem κατὰ σάρκα. Id est, non alio præsidio fretum quàm quod præ me fero, qui scilicet homo sum abiectus, si nihil aliud quàm hominem spectes. Itaque nomen σαρκὸς hoc in loco declarat naturæ hominum atque adeò ipsius Pauli personæ imbecillitatem: cui opponit Spiritualem & Apostolicam dignitatem, nec satis rectè, ut opinor, Chrysostomus κατὰ σάρκα perinde exposuit ac si accusaretur Apostolus eo nomine quòd Spiritu Dei non duceretur sed prauis carnis affectibus.

3 Nam γὰρ. Hoc refert ad uerbum τολμῆσαι. In carne incedentes. ἐν σαρκὶ περιπατοῦντες. Id est, quanuis cæterorum similes homines simus, & carneam hanc molem, ut reliqui, circunferamus Vulgata, in carne ambulãtes. Bellum non gerimus οὐ στρατευόμεθα. Transpositam esse negantem particulam res ipsa indicat. Nam alioqui subaudiendum esset alterum membrum, nempe ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα, sed secundum Spiritum. quod uetus interpres & Erasm. non obseruarunt. Deinde quod στρατευόμεθα idem uerterunt, militamus, non conuenit huic loco. Neq; enim Paulus hic nobis ut miles, sed ut legatus eius proponitur, cuius auspicijs bellum geritur.

4 Carnalia σαρκικὰ. Id est, ea quibus homines authoritatem apud alios comparant, & res illas magnas gerũt. Dei potestate ualida δυνατὰ τῷ θεῷ. Id est, infinita illa Dei potentia nituntur. Nam τῷ θεῷ. est instrumenti, & Deũ carni opponit. Vulgata & Erasmus, potentia Deo, nimium obscurè. Qui uerò hunc locum obijciunt fidelibus Dei seruis, ut magistratus gladio Ecclesiam exarment, digni quidem essent commiseratione potius quàm responsione, si duntaxat ignorantia peccarent: sed quum causam suam agant per summam improbitatem, nec aliud iampridem quærant quàm ut crudelissimæ suæ clementiæ obtentu impunè possint nocentissimum suum uirus Ecclesiis aspergere, digni sunt nimirum quorum iusto supplicio magistratus Christiani authoritatem suam sanciant: nisi fortè dederit illis Dominus, ut serió resipiscant. Quomodo uerò sit ad eorum ineptissima

argumenta respondendum non est quòd pluribus exponam hoc in loco, quum hic non sit noster scopus, & de toto hoc negotio libellũ scripserimus, in quo de ciuilis magistratus in hæreticos iure ac potestate copiosius disseruimus. A

Dum ratiocinationes euertimus, omnẽq; 5 sublimitatem quæ extollitur aduersus cognitionem Dei: & captiuam ducimus omnem cogitationem ad obediẽdum Christo.

Ac paratam habemus uindicationẽ om- 6 nis contumaciæ, postquam impleta fuerit uestra obedientia.

Quæ in conspectu sunt, aspicitis. si quis 7 apud se confidit, quod Christi sit, hoc uicissim cogitet ex sese, quòd quemadmodũ ipse Christi *est*, ita & nos Christi *sumus*.

Potestas Pauli in ædificationem Ecclesiæ

Nam si amplius etiam quippiam glorier 8 de potestate nostra, quam dedit Dominus nobis ad ędificationem, ac non in subuersionem uestri, non pudefiam.

Ne uidear ceu perterrefacere uos per epi- 9 stolas.

Nam epistolę quidẽ, (inquit,) graues sunt 10 & ualidæ: sed præsentia corporis infirma, et sermo nihili.

Hoc cogitet *qui* istiusmodi *est*, quòd qua- 11 les sumus uerbo per epistolas quũ absumus, tales etiam *erimus* reipsa quum aderimus.

Non enim audemus inserere aut conferre 12 nos cũ quibusdã, qui se ipsi commendant: sed non intelligunt quòd dipsi sese seipsis metiuntur, & sese sibijpsis comparant.

λογισμὸς καθαιροῦντες καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ, καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ χριστοῦ,

καὶ ἐν ἑτοίμῳ ἔχοντες ἐκδικῆσαι πᾶσαν παρακοὴν, ὅταν πληρωθῇ ὑμῶν ἡ ὑπακοή.

τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε· εἴ τις πέποιθεν ἑαυτῷ χριστοῦ εἶναι, τοῦτο λογιζέσθω πάλιν ἀφ' ἑαυτοῦ, ὅτι καθὼς αὐτὸς χριστοῦ, οὕτω καὶ ἡμεῖς χριστοῦ.

ἐάν τε γὰρ καὶ περισσότερόν τι καυχήσωμαι περὶ τῆς ἐξουσίας ἡμῶν, ἧς ἔδωκεν ὁ κύριος ἡμῶν εἰς οἰκοδομὴν, καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν ὑμῶν, οὐκ αἰσχυνθήσομαι.

ἵνα μὴ δόξω ὡς ἂν ἐκφοβεῖν ὑμᾶς διὰ τῶν B ἐπιστολῶν.

ὅτι αἱ μὲν ἐπιστολαὶ, φησὶ, βαρεῖαι καὶ ἰσχυραὶ, ἡ δὲ παρουσία τοῦ σώματος ἀσθενὴς, καὶ ὁ λόγος ἐξουθενημένος.

τοῦτο λογιζέσθω ὁ τοιοῦτος, ὅτι οἷοί ἐσμεν τῷ λόγῳ δι' ἐπιστολῶν ἀπόντες, τοιοῦτοι καὶ παρόντες τῷ ἔργῳ.

οὐ γὰρ τολμῶμεν ἐγκρῖναι, ἢ συγκρῖναι ἑαυτούς τισι τῶν ἑαυτοὺς συνιστανόντων· ἀλλὰ αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς μετροῦντες, καὶ συγκρίνοντες ἑαυτοὺς ἑαυτοῖς οὐ συνιοῦσιν.

5 Dum ratiocinationes euertimus λογισμοὺς καθαιροῦντες. Hoc participium cohæret cum πραττόμεθα, nisi malimus absolutè poni, ut suprà 9.d.14. Vulgata, consilia destruentes. Erasmus, quibus consilia demolimur, ita scilicet ut ad ἕνεκα referatur, subaudito relatiuo אשר Hebræorum more, & participio posito loco uerbi.

7 Quæ in conspectu sunt aspicitis τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε. Id est, Itane uero in æstimandis hominibus externam illam speciem ac laruam intuemini? Opponit enim πρόσωπον, id est apparentiam, ut ita dicam, Veritati, ut Marc.12.b.14. Iohan.7.d.24 & 8.b.15, Nam βλέπετε omnino præstat accipere indicandi quàm imperandi modo, & pro aspicitis potius quàm pro uidetis. estq; uehementior obiurgatio, si per interrogationem enuntietur. Vulgata, Quæ secundum faciem sunt uidete. Erasmus, Quæ in conspectu sunt, uidetis? Vicissim πάλιν. Vulgata, iterum. Erasmus, rursum. neutra cerè interpretatio conuenit.

Ex sese ἀφ' ἑαυτοῦ. id est, etiam à me non admonitus. Nam si Christi est, ultrò agnoscet me quoq; Chri C sti esse. Vulgata, apud se.

9 Ne uidear ἵνα μὴ δόξω. Vulgata addit particulam ἂν, quam etiam in Complutensi editione & duobus alijs codicibus additam inuenimus. mihi tamen uidetur esse expungenda. Est enim præcisa oratio, quasi dicat, quod ego idcirco dico, ne hæc quæ iacto, putetis inania quædam esse uerborum terriculamenta.

10 Inquit, φησὶ, Sic legitur in omnibus nostris codicibus Græcis, ut intelligamus certum quempiam istius sermonis authorem designari. ut solet Dauid, de aduersarijs suis differens, singularem numerum interdum adhibere, ut Saulem obliquè perstringat illorum principem: ueluti Psal. 57.b.7. Vel quemuis istorum sibi exempli causa deligit Apostolus. Sequitur enim, ὁ τοιοῦτος, id est qui eiusmodi est. Vulgata, inquiunt, φασὶ, ac fortassis rectius.

Sermo nihili καὶ ὁ λόγος ἐξουθενημένος. Vulgata, & sermo contemptibilis. Erasmus, & sermo contemptus, non satis expresse.

12 Audemus τολμῶμεν. Erasmus, sustinemus, de qua significatione diximus Rom: 15.d.18. Mihi potius placet quod & Græco scholiastæ, Ironicè scilicet istos insolentes homines carpi ab Apostolo.

Inserere ἐγκρῖναι. Id est ἐγκαριθμῆσαι, id est annumerare. Sic Horatius, Quòd si me Lyricis uatibus inseris.

Non intelligũt οὐ συνιοῦσιν. Id est, non sentiunt nec animaduertunt. Scriptũ enim est συνιᾶσιν à συνιῶν, pro συνιᾶσιν à συνίημι, ut Matth. 13.b.13. Photius apud Græcum scholiasten pro participio interpretatur. quasi τοὺς συνιόντας uocet Apostol. τοὺς ἀκροατάς. i. auditores. Refert enim hæc omnia ad Paulũ ipsum: ut sic interpretari liceat ex ipsius sententia, sed ipsi in nobismetipsis (. i. in nostra cõscientia) nos metimur, & nosipsos nobiscũ (. i. dicta nostra cũ factis, uel priora nostra tũ dicta tũ facta cũ posteriorib.) cõparamus: non aũt cum auditoribus, quibus. non constituimus, ut isti, inseruire. Sed ὑμᾶς δὲ quod sequitur, satis ostendit relatiuum ὡτοὶ ad Pauli aduersarios pertinere. Deinde tota hæc expositio ualde est uiolenta. Rectius igitur Erasmus participia μετροῦντες & συγκρίνοντες annotauit posita esse pro infinitis. Ita enim sensus planus est, & hæc constructio uerbi συνιέναι apud Græcos non modò tolerabilis sed elegãs etiam habetur. Possunt tamẽ participia sine enallage explicari, ita. ut post συνιᾶσιν subaudiamus aliquid, hoc modo, Sed quum ipsi sese seipsis metiantur, & sese seipsis cõparent, *id* non intelligunt, uel non intelligunt *quàm*

sine

A *sint ridiculi.* ut explicat Theophylactus. Quid si nerò coniunctim legamus ἑαυτοῖς ὁ συνιᾶσιν, id est sibi non sapiunt? Primum repugnant Græca exemplaria, in quibus nusquam additur distinctio post συγκρίνοντες ἑαυτούς. Deinde συνιέναι pro sapere, non temerè inuenias. Posttemò nulli sibi magis sapiunt quam qui istorum similes sunt quos Paulus reprehendit. Vetus interpres hæc non legit, aut potius prætermisit, quum in Græcis codicibus summo consensu inuenirentur. Ambrosium quoque apparet è corrupto aliquo exemplari fuisse deceptum. sic enim hunc locum interpretatur, Sed ipsi in nobis nosmetipsos mensurantes, & comparantes nosmetipsos nobis, non in immensum gloriabimur. Itaque finem huius uersiculi, nempe ὁ συνιᾶσιν, & initium proximi nempe ἡμεῖς δὲ non legit, contra omnium nostrorum codicum & Græcorum interpretum fidem. Augustinus passiue ita legit ut nos, ut Psal. 34. P. 118. ité in libello de doctrina Christiana, & aduersus Faustum lib. 22. cap. 27 ut obseruauit Erasmus.

Quòd ipsi sese seipsis metiuntur, ὡς τοὶ οὐ ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς μετροῦντες, Plerosque uideo οὐ ἑαυτοῖς exponere μετ' ἀλλήλων, id est inter se, uel alios cum aliis, seu mutuò ac uicissim, ut istos intelligamus sese non cum aliis prætiatoribus esse metitos, sed cum sui similibus: unde sit factũ ut non intelligerẽt quam procul abessent ab eo gradu in quo ipsi sese collocabant: ueluti si luscus cũ cæcis comparetur. Verùm si hanc interpretationẽ sequamur, uidebitur minus esse ἀσυλλογίστως μετροῦντες & συγκρίνοντες. siquidẽ utroq; uocabulo res eadẽ significabit. Deinde cur ta diligẽter Paulus res à se gestas enumeraret, si sese illi non cũ Paulo & ipsius collegis, sed inter se duntaxat comparabant? Puto igitur diligenter considerandum de quo agatur. Eleuabant isti ministerium Apostoli, ut Corinthiorum Ecclesia totam posteà euerterent. Quid autem asserebant? nempe nihil in eo graue ac robustum esse præter epistolas, quæ grãde nescio quid spirarent: cæterum quum ad rem uentum esset, ac præsens conspiceretur, sermone ac toto uultu nihil esse illo abiectius. Id uerò quum dicerent, nempe sibi contrarias omnes uirtutes tribuebant. Ergo inquit Paulus, istorum fastum deridens, Nonausim ego homuncio inter istos gigantes comparere, ac multo minus cum illis me conferre. Sed mirum est sapientes istos ita desipere ut non intelligant quàm absurdè faciant. Nam primum omnium, ut illis falsam illam opinionem extorqueam quam ipsi de se concepêrunt, se uidelicet ualde sapientes ac facundos esse: certè si quis sese uelit metiri, is aliqua mensura indiget. Mensura autem istarum uirtutum quænam est? nempe res ab ipsis illarum uirtutum præfidijs gestæ: ut si illæ multæ ac magnæ fuerint, tum demum magnæ ac multæ ipsorum uirtutes esse intelligãtur. Nam, ut alibi testatur, regnum Dei non est positum in uerbis, sed in ipsa agendi uirtute. ut nemo fortem dixerit militem qui in conuiuio de re militari differat, sed qui cõronas multas & multos à se prostratos ostendat. Cedó igitur, quid eiusmodi habent isti quod afferant? num uos Corinthios, è quorum finibus isti nunquã excesserunt? Atqui uos nõ illorum sed meum opus estis in Domino. Vos ego cœpi, uos debellaui, uos mea fors eius ac possessio mihi à Domino attributa. Isti uerò non habent aliud quod proferãt. Ergo quid istis fingi potest inepius? Nam perinde faciunt ac si quis sese non aliqua mensura, puta cubito, ulna, decempeda, sed seipso uelit metiri. ut si quis pumilio iactet se gignantem esse, nec aliam iactantiæ suæ rationem afferat quàm quòd ita sibi persuaserit. Itaque, ut tandem finiam, οὐ ἑαυτοῖς existimo rationem habere quasi instrumenti, cui significando sæpe iam dixi nos Hebræos adhibere literã quæ respondet præpositioni ἐν, ut si dicas metiri in ulna, pro metiri ulna. Et sese ipsis comparãt καὶ ἑαυτοὺς ἑαυτοῖς συγκρίνοντες. Hic laborãt Græci interpretes, & rursus interpretantur ἑαυτοῖς inter se: quæ planè est uirolentũ quidnõ sit scriptũ οὐ ἑαυτοῖς ut in superiore mẽbro. Quod si ἑαυτοῖς exponamus per ἀλλήλοις, primũ coacta fuerit interpretatio, deinde in superiore annotatione dixi cur hæc sententia no probem, quia scilicet illos apparet iciecum ipso Paulo comparasse. Nam alioquin Paulus cum illis non contenderet, sed inter illos potius arbiter sederet: aut, si omnes reprehensione dignos putabat, ita eos carperetut de sui ministerij dignitate retinenda non adeò labora ret. Puto igitur non idẽ sed alterum uirtum, superiori proximum, & ex eo, ueluti ex fonte, promanans, his uerbis reprehendi. Nam si quis duos uel plures uelit comparare, ut quis magnitudine excellat intelligatur, omnino necesse est communem κανόνα, id est regulam ac mensuram, adhiberi. At isti sese cum Paulo conferentes, nullam mensuram afferre poterant, id est, nulla sua gesta, nullas urbes, nullos populos suarum illarum uirtutum testes (id est quos Domino lucrifecissent) sed seipsos duntaxat. quia scilicet iam antea sibi persuaserant de seipsis maxima quæque, ut ex hac hypothesi cæteros quanuis excellentes despicerent. Iterum igitur ἑαυτοῖς, ut in superiore membro, rationem habet quasi instrumenti. Nam illi pro mensura seipsos afferebãt cum fallis illis de se persuasionibus. Est enim totus hic sermo figurate expositus ab Apostolo, translatione à mensoribus sumpta.

ἡμεῖς δὲ οὐκ εἰς τὰ ἄμετρα καυχησόμεθα, ἀλλὰ κατὰ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος, οὗ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ θεὸς μέτρου ἐφικέσθαι ἄχρι καὶ ὑμῶν.

C 13 At nos non gloriabimur de ijs quę mensuræ *nostræ* non sint, sed secundum dimensionem regularẽ eius mensurę quam Deus nobit dispertitus est, *gloriabimur* quòd peruenirimus etiam usque ad uos.

13 De ijs quæ mensuræ *nostræ* non sint, περὶ τὰ ἄμετρα. Sic dicunt Græci eleganter, ἐπὶ ναυτῶν εἰς δικαιοσύνην, λοιδορῶν εἰς ναυτίαν, & similia multa. ἄμετρα autem uocat nõ quæ per se nimia sint, & quæ nemo possit metiri (ut si quis sibi tribuat quod unius Dei est) sed quæ Deus non esset ipsi admẽsus: aduersariorum scilicet respectu, qui sibi tribuebant aliena, ut apparet ex uersibus 15. & 16. quum alioqui simpliciter non essent immodica quæ uel Paulus meritò sẽrebat Deo accepta, uel eius aduersarij sibi iniuria uendicabant. Ideò nolui conuertere, in immensum, cum Vetere interprete & Erasmo. Sed secundum dimensionem regularem ἀλλὰ κατὰ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος. Dimẽsionem regulæ, id est, regularem, uocat quæ non temere facta esset, uel nulla adhibita mensura, sed quasi exacta ad regulam. κανόνα enim in genere appellant Græci regulam ad quam omnis generis mensores, urlagrimensores, architecti, pictores, scribæ, & cæteri quiuis artifices operis sui rationem exigunt. μέτρον autem uocat Apostolus ipsam διαμέτρησιν, quam Deus quasi ad regulam exegerit, ut & ipsi Apostolo limites eius præterire, & pseudapostolis in illam inuadere fas. Vulgata & Eras. perobscurè, secundũ mensuram regulæ. Eius mẽsuræ quam Deus nobis dispertitus est ὃ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ θεὸς μέτρου, id est μέτρου ὃ ἐμέρισεν, &c. ut apud Terentium, Restitue in quem me accepisti locum. Cæterũ τὸ μέτρον tria fere significat, nempe illud quo metimur quippiam, ut regulam, ulnam, decempedam, modium, &c. item ipsam metiendi actionem. denique illud ipsum quod quis nobis sit admensus. ut quum iugerum agri, modius frumenti dicimus. Ac prima quidem illa significatione non accipitur hoc sermone, in quo maluit Apostolus uti uocabulo κανόνος, id est mensoriæ regulæ. Ex duabus autem reliquis declarationibus prior conuenit priori loco, quũ dicit κατὰ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος, posterior uerò isti demum loco. Mensuram enim hic uocat Apostolus quicquid terrarum Deus ipsi uelut ad regulam erat admensus, ut totum illũ spatiũ adjiceret Christi imperio. Vulgata, qua mei sus est nobis Deus mensuram. ut omnino legisse uideatur, ὃ ἐμέτρησεν ἡμῖν ὁ θεὸς μέτρον. Eras. qua partitus est Deus nobis mensura. Sequutus enim est Græcum scholiasten, qui subaudit præpositionẽ διὰ, uiolẽta planè tũ eclipsi, tum ẽt traiectione: quũ plana sit sententia, nec quicquã sit detortum aut no suo loco positum, ut ego sum interpretatus.

Gloriabimur quòd peruenerimus ἐφικέσθαι. Repeto ἀπὸ τοῦ κανὼ uerbũ καυχησόμεθα. Id enim omnino faciendũ est quocunque modo hunc locũ interpreteris. Sed in eo non possum assentiri Veteri interpreti & Erasmo, quòd ἐφικέσθαι uerterũt per gerundium, quasi scriptum sit τοῦ ἐφικέσθαι, & cohæreat hoc uerbum cũ nomine μέτρου, quod tamẽ non probo. Mallem supplere ὥστε, & conuertere, ut peruenirem us. Etiam usque ad uos ἄχρι καὶ ὑμῶν. Vetus interpres omisit particulam καὶ, quam meritò restituit Erasmus, quum maxima sit eius emphasis.

Non enim ut si non peruenirem⁹ usque 14 ad uos, extẽdimus nosipsos supra modum: nam usque ad uos quoque peruenimus in Euangelio Christi.

Nõ de ijs quę mẽsuræ *nostræ* nõ sunt, glo riantes, *id est* de alienis laborib. sed sperãtes, augescente fide uestra, *nos* p uosamplifica tũ iri in assignata nostra mẽsura admodum.

Vt in ijs *regionibus* quæ ultra uos *sunt*, euan 16 gelizem: non ut in alteri assignata mẽsura, *id est* in præparatis, gloriemur.

Gloriandum in Deo

Sed qui gloriatur, in Domino glorietur. 17

Non enim qui seipsum commendat, ille 18 probatus est, sed is quem Dñs commẽdat.

Ierem. 9. g. 24. 2. Cor. 1. d. 31

CAP. XI.

VTinam toleraretis paulisper insipienti 1 am *meam*: & uerò toleratis me.

Ambio enim uos Dei zelotypia. Præpara 2 ui enim uos, *quos* uni uiro, pro uirgine pura sisterem, *nempe* Christo:

Virgo Christi.

ὁ γὰρ ὡς μὴ ἐφικνούμενοι εἰς ὑμᾶς, οὐ περικ- A
τείνομεν ἑαυτοὺς· ἄχρι γὰρ καὶ ὑμῶν ἐφθάσαμεν
ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ χριστοῦ.

οὐκ εἰς τὰ ἄμετρα καυχώμενοι ἐν ἀλλοτρίοις 15
κόποις, ἐλπίδα δὲ ἔχοντες, αὐξανομένης τῆς πί-
στεως ὑμῶν ἐν ὑμῖν, μεγαλυνθῆναι κατὰ τὸν κα-
νόνα ἡμῶν εἰς περισσείαν,

εἰς τὰ ὑπερέκεινα ὑμῶν εὐαγγελίσασθαι, ἐκ
ἐν ἀλλοτρίῳ κανόνι εἰς τὰ ἕτοιμα καυχήσασθαι.

ὁ δὲ καυχώμενος, ἐν κυρίῳ καυχάσθω. 17

οὐ γὰρ ὁ ἑαυτὸν συνιστῶν, ἐκεῖνός ἐστι δόκι- 18
μος, ἀλλ' ὃν ὁ κύριος συνίστησιν.

ΚΕΦΑΛ. ια.

ΟΦελον ἀνείχεσθέ μου μικρόν τῆ ἀφροσύ- 1
νῃ. ἀλλὰ καὶ ἀνέχεσθέ μου.

ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς θεοῦ ζήλῳ, ἡρμοσάμην γὰρ 2
ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ, παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι
τῷ χριστῷ. B

14 In Euangelio *οὐ εὐαγγελίῳ*. Id est, dum Christum prædico, siue Christum euangelizando.

15 De ijs quæ mensuræ nostræ non sunt *εἰς τὰ ἄμετρα* Vide supra uers. 13. Augescente *αὐξανομένης* Vulg. perperam conuertit crescentis. ponitur enim hic casus absolute. Erasm. suboleſcente. quod participium nescio unde tandem desumpserit. *Nos* per uos amplificatum iri *ὑφ' ὑμῶν μεγαλυνθῆναι* Vulg. in uobis magnificari. Eras. in uobis, futurum ut magnificemur. Sed *ὑφ' ὑμῶν* coniunxit cum *αὐξανομένης*, contra Græcorum exemplarium fidem. In assignata nostra mensura *κατὰ τὸν κανόνα ἡμῶν*. Vulg. & Eras. secundum regulam nostram, Atqui *κατὰ* idem hic declarat prorsus atq; *ἐν*, quasi dixerit Apostolus *ἐν τῷ κανονι ἡμῶν*, ut contrà paulò post, *ἐν ἀλλοτρίῳ κανόνι*. Deinde *κανὼν* hoc in loco non significat regulam, sed illud ipsum spatium quod ad regulam admensum est: quasi Deus terrarum orbẽ inter Apostolos diuiserit excolendum. Itaque sequente uersiculo uocat *ἀλλότριον κανόνα* mensuram alteri attributam, id est, ad quam excolendam Deus alium uocasset. Sic apud Hebræos eodem tropo, quanuis diuersa trãslatione, hæreditas dicitur נחלה, id est sors, ut etiam Latini loquuntur: & cum sex punctis חבל, id est funis, quòd funi bus agros metirentur. Sic denique apud Pollucem *κανὼν* dicitur ipsum saltus spatium: neque quicquam est hac me calepli magis usitatum. Admodum *εἰς περισσείαν*. Heb עד בראר quasi dicas, usque ualde, uel fortassis לרוב id est ad multum. Vulgata. in abundantiam. Erasmus, nihilo magis perspicuè, in exuberantiam.

16 Vt euangelizem *εὐαγγελίσασθαι*. Sub. *ὡσ*. quam eclipsin quia uetus interpres neglexit, conuertit euangelizare, ita obscurè ut nemo intelligeret. Similis est eclipsis infrà 11. a. 2. In alteri assignata mensura *ἐν ἀλλοτρίῳ κανόνι*. Vetus interpres, in alia regula. Eras. per alienam regulam. Neuter profectò quid hoc rei esset percepit quod paulò antè exposuimus, & ipse Paulus perspicuè exponit. Vocat enim mensuram alteri assignatam *τὰ ἕτοιμα*, id est regiones ab alijs præparatas, & quasi excultas Euangelij prędicatione, ad ferendum fructum, quas uocat, diuersa translatione fundamenta ab alijs posita, Rom. 15 e. 20. 17 In Domino *ἐν κυρίῳ*. Id est, Deo totam gloriam uendicet in solidũ, ne in sese superbiat: deinde ad Dei gloriam non ad sua commoda referat quicquid gratiæ à Deo accepit.

CAPVT XI.

1 Vtinam *ὄφελον*. Procœmiũ est ductum *ἀπὸ τῆς συνχύσεως*, quale esse Demosthenis illud *περὶ στεφάνου* annotarũt rhetores. *ἀφροσυνῶν* aũt, id est insipientiam aut delirium, potius uocat laudum suarum prædicationem: ad quas descendere cogitur, non quòd seipsum quærat amplificare, sed quòd pseudapostolos uideret arrogantia sua Ecclesiam corrumpere: ut omnino oporteret, illam ruere, nisi salua maneret apud eos ministerij sui authoritas. Tolerare paulisper insipientiæ m meam *αὐτοῦ ἀνεσχέσθαι μικρόν τι τῆς ἀφροσύνης*. Sic lego, ex Veteris interpretis & duorum codicum authoritate. Quanquam in eo deceptus est Vetus interpres quòd *τῆς ἀφροσύνης* coniunxit cũ *μικρόν τι*, quũ cohæreat potius cum uerbo *αὐτοῦ ἀνεσχέσθε*. Vertit enim, Vtinã sustineretis modicum quid insipientiæ meæ. Eras. Vtinam me tolerassetis paulisper in insipientia mea, id est *ὄφελον αὐτοῦ ἀνεσχέσθε μικρόν τι ἀφροσύνης*, ut subaudiat *ἐν*, quę eclipsis C dura est. quanquã sic habẽt pleriq; codices. Illi tamẽ in eo nõ assentior quòd *αὐτοῦ ἀνεσχέσθε* uertit tolerassetis. Et uerò toleratis me *ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ ἀνέχεσθέ μου*. Quorsum inquit, hoc optem nam uideo uos paratos esse mihi hoc indulgere, ut me de meis laudibus aliquid dicente feratis. Vel, imò ẽt sufferte me, imperandi modo, quasi quod optarit, nũc suo quodã iure flagitet. 2 Ambio *ζηλῶ*. Vulg. æmulor. Eras. zelotypus sum. Loquitur aũt ut procus, sed qui tamen non sibi sed domino suo illos quasi uirginẽ ambiat. Itaq; ipsius sponsi zelotypiã in se transferet. Sunt enim synceri ministri quasi Ecclesiæ & Christi paranymphi. Vide Ioh. 2. 17. Præparaui *ἡρμοσάμην*, siue disposui uel accõmodaui: siue cõciliaui, i. *προξένησα καὶ συνέστησα*. Est enim hoc ministri quasi *προμνηστρίας* munus primariũ, ut uirginẽ ei cõcili et de cuius matrimonio satagit. Alterũ, ut despondendã curet. Tertiũ, ut desponsam cõiungat. Ac ꝙ ad primũ quidẽ illud attinet, uix quisquã est qui ignoret *ἁρμόζεσθαι* dici de omni aptatione & accõmodatione. quo fit ut de reliquis duob. ẽt appositissime dicatur, ac præsertim de cõiugio, cuius arctissima est cõiunctio. Herod. certè in Terpsichore usurpauit *αὐτὶ τοῦ μνηστεύεσθαι*, i. ꝙ despondere, de quodã Philippo loquẽs, *ὃς φησὶν, ἁρμοσάμενος Τέλνος τῆς Σευθα ὄπισθεν θυγατέρα, ἔφυγε ἐπὶ λιβύσσους*. Sequit enim, *ψευσθεὶς τῆ γάμου, οἰχήσατο πλέων ἐς κυρήνην*. Ex his aũt significationibus Vetus interpres secundã delegit, ut qui cõuerterit, despõdi. Eras. tertiã amplexus, interpretat, adiũxi. Vterq; igit *ἑνὶ ἀνδρὶ* cõiunxit cũ *ἡρμοσάμην*. ac præsertim Eras. qui *παραστῆσαι* ob eã causam retulit ad Corinth. Vertit enim, ut exhiberetis. At ego non uideo qui possimus uel hanc uel illã interpretationẽ amplecti, quin hiet cõstructio. Itaq; non dubitaui præferre Ambrosij interpretationẽ, qui cõuertit paraui, i. *ἡτοίμασα*. posita enim est ista cõciliatio in cociliandis & ueluti cõglutinandis animis. Nã profectò res ipsa ostẽdit Christũ esse eũ uirũ cui Corinthios, tanquã uirginẽ puram, illi s. suo tẽpore sistẽdã, cõciliarit Apostol. ac proinde *τῷ χριστῷ* positũ esse in expegesi. cuius simile prius exemplũ est Matth. 19. c. 17. Ex eo uerò illud quoque efficitur, *ἑνὶ ἀνδρὶ* nõ rectè solere cõiungi cum *ἡρμοσάμην* adhibita ẽt distinctione, quũ prorsus cohæreat cũ *παραστῆσαι*. Nam ẽt in Græcis scholijs nusquam apparet illa distinctio.

A *Quos* sisterem παραστῆσαι, uel, ut uos coniungerem. Subauditur enim ὥστε, ut suprà 10.d.16. & ὑμᾶς repetend um est ἀπὸ τῆ πολιτῆ. Vulg. exhibere, ad uerbũ si nõ explicata, ar certe nõ corrupta sententia. Eras. ut exhiberetis. q̃ mihi nõ placet. Persistit enim Paulus in trãslatione, & finẽ sui consilij explicat. nẽpe ut quũ Corinthios prædicatione Euangelij purificasset, quasi uirginẽ puram & integrã Christo sisteret. Pro uirgine pura παρθένον ἁγνὴν Vulg. & Eras. ad uerquandam integritas significetur. Est autem hoc accipiendum per speciem appositionis, quam exposuimus Luc. 11. c. 41. *Nempe* Christo τῷ χριστῷ. Cur addiderimus particulam exegeticam, dictum est à nobis paulo antè.

φοβοῦμαι δὲ μή πως ὡς ὁ ὄφις Εὔαν ἐξηπάτησεν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτοῦ, οὕτω φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν, ἀπὸ τῆς ἁπλότητος τῆς εἰς τὸν χριστόν.

3 Sed metuo ne quó, ut serpẽs ille Euã seduxit calliditate sua ita corruptæ mẽtes uestræ *degenerent* à simplicitate quæ est in Christo.

εἰ μὲν γὰρ ὁ ἐρχόμενος ἄλλον Ἰησοῦν κηρύσσει, ὃν οὐκ ἐκηρύξαμεν, ἢ πνεῦμα ἕτερον λαμβάνετε, ὃ οὐκ ἐλάβετε, ἢ εὐαγγέλιον ἕτερον, ὃ οὐκ ἐδέξασθε, καλῶς ἠνείχεσθε.

4 Enimuero si ueniat qui alium Iesum prędicet quẽ nõ p̃dicauimus: aut *si* Spiritũ aliũ accipitis, quẽ nõ accepistis: aut euangelium aliud q̃ nõ accepistis rectè *eum* toleraueritis.

λογίζομαι γὰρ μηδὲν ὑστερηκέναι τῶν ὑπερλίαν ἀποστόλων.

5 Puto enim me nihilo inferiorẽ fuisse summis Apostolis.

εἰ δὲ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ, ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει ἀλλ' ἐν παντὶ φανερωθέντες ἐν πᾶσιν εἰς ὑμᾶς.

6 Quòd si rudis *sum* in locutione, non tamẽ *sum rudis* in cognitione. sed omnino manifesti facti sumus in omnibus apud uos.

3 Corruptæ mẽtes uestræ φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν. De uirginibus differens, meritò usurpauit corruptionis uocabulũ, & fraudis, & simplicitatis. cõueniunt enim illa stupratori, istud uerò puræ & integræ uirgini. Sed hoc uitiũ mẽti offertur. itaq; τὰ νοήματα (de pluribus enim loquitur) mentes interpretari malim quàm sensus. Notandus autẽ est hic locus aduersus eos quib. natiua illa & incorrupta sacrarum literarum simplicitas præ humanæ facundiæ fucis ac
B pigmentis sordet. *Degenerent* ab ea simplicitate ἀπὸ, ἧς ἀπλότητος. Addidi uerbum degenerent, ut uitarem ambiguitatem quæ nusquam est in Græco sermone, nempe ne uideatur Apostol. meruere ne simplicitas eorũ mẽtes corrũpar. Sic tamen apud Virgilium Aeneas de Hectore differens, Quantũ, inquit, mutatus ab illo. nõ q̃ ille mutasset, sed q̃ illi factus esset dissimilis, ut Eras. rectè annotauit. Ambrosius habet, à castitate, ut satis appareat eũ legisse ἁγνότητος pro ἁπλότητος. Ita etiam legit Augustinus, aliquoties citans hunc locum, ut idem Eras. obseruauit. Quæ est in Christo τῆς εἰς τὸν χριστόν. i. quę ijs conueniat qui in Christo sunt. Eras. quæ erat erga Christũ. quia s. pure ac simpliciter illi obtemperabatis. 4 Si ueniat qui ὁ ἐρχόμενος. Articulum puto poni ἀορίστως hoc in loco. Vulg. & Eras. si is qui uenit. nam ẽt sortasis certũ quempiã designat, ut suprà 10.c.10. uel unum aliquem ex multis exempli causa proponit. Alĩ annuntiauit de Iesu. Nam alioquin non modo non tolerari, sed ẽt extremo exitio iubet eum deuoueri qui contrariũ aliquod Euangelium afferat, Gal. 1.b.8. Aut *si* Spir. al. acc. ἢ ἕτερον πνεῦμα λαμβάνετε. Spiritus nomine intelligó Spiritus dona quibus prædicari Christi uis ac potẽtia in animis credentium, testibus etiam infidelibus obsignabatur. ut Mar. 16.d. 20. Act. 8.c. 15. & 18.a. 2. Alium igitur Spiritum appellat excellentiora Spiritus dona per alterius prædicationem collata. Tolleraueritis ἀνείχεσθε. Sub. αὖ, ut uerti etiam possit, toleretis. Nisi malimus interpretari tolerare tis, ut nulla sit eclipsis. Eras. tolerassetis. quod nõ cõuenit, quũ no præcesserit ἐπήγετε, aut ἐπήνεσε, sed κηρύσσει & λαμβάνετε. 5 Enim γὰρ Vel enimuero, ut sit inchoatiua particula, non autem causalis. Potest tamen, ac fortassis etiam debet accipi ἀντιλογικῶς, quasi ad perficiẽdum superius argumentum adiecta sunt reliquæ partes syllogismi: puta, Sed non possitis eos merito tollerare, quum perfectiorem Christum uobis non annuntient. Nã nihilo minus perfecta uobis annuntiaui quàm summi Apostoli alijs annuntiarint. Coactus est autem Paulus hæc dicere ut eo tum fastum & ambitiosam profanam sapientiam reprimeret: qui posito Apostoli fundamento, fœnum & stipulam sutiore aliquo fundamento haberi, aduersus quos magnam utriusque epistolæ partem consumpsit, in ministerij sui & collegarum dignitate ac præstantia explicanda: coactus s. illorum importunitate. Summis Apostolis τῶν ὑπερλίαν ἀποστόλων Ad uerbum, ijs qui suprà quàm ualde sunt Apostoli. Positum enim est λίαν Hebræorum more pro σφόδρα καὶ ὑπερβολῆς. Vulgata, nihil me minus feciſſe à magnis Apostolis. Eras. multo rectius, nihilo inferiorem fuisse eximijs Apostolis. Malui tamen summos interpretari, ut propius abessem à Græcis, sicut etiam Eras. infrà conuertit, 12.d.11. Cæterum ad euertendum illum Petri primatum, quem lupus ille Romanus commentus est, hoc quoque
C pertinet q̃ plurali numero summos Apostolos dixit. Quid uero quod ipse Antichristus sese non solius Petri, sed etiã Pauli successorem iactat: nempe ut, antequam ipse hanc tyrannidem usurparet, biceps ad minimum fuerit Ecclesia. ergo ut ad rem ueniamus, hoc quidẽ constat, Apostolos sic proprie uocatos, nimirum duodecim illos, & Paulum decimumtertium peculiariter Gentibus destinatum, pari & æquali dignitate fuisse, sed tamen gratias Dei alias in alijs excelluisse. quod Paulus hic respicit. Nisi malimus eum obliquè carpere aduersarios qui alios præ alijs despiciebant, quasi alij alijs magis essent Apostoli. qui denique erant προσωπολήψιαι. unde illæ uoces, Ego sum Apollo, ego Cephæ, ego Pauli.

5 Rudis in elocutione ἰδιώτης τῷ λόγῳ. ἰδιώτας alibi diximus propriè dici priuatos, ideſt plebeios & ex medio uulgo homines, qui, quod non ita liberaliter sunt educati, ferè sunt excellentium rerum, ac præsertim oratoriæ illius facultatis prorsus rudes & imperiti. Quid igitur? an imperitus loquendi Paulus & elinguis, ut Hieronymus existimat? Imo uero Chrysostomum potius, & doctissimos quosque ex Græcis, ipsam denique rationem sequutus, quanuis natiua illa & germana masculæ facundiæ ornamenta ei non defuerint, fateor tamen illum fucatæ illius rhetorices pigmentis uti noluisse: nempe ut ui spiritus, hominum animos ad Christum raperet, non autem sermonis blanditijs, adulatorum more, alliceret. Sed quum orationis ipsius totam & indolem χαρακτῆρα propius considero, nullam ego in ipso Platone simulem grandiloquentiam, quoties illi libuit Dei mysteria detonare: nullam in Demosthene parem δεινότητα comperisse me fateor, quoties animos uel metu Diuini iudicij perterrefacere, uel commonefacere, uel ad contemplandam Dei bonitatem attrahere, uel ad pietatis ac misericordiæ officia constituit adhortari: nullam denique uel in ipso Aristotele & Galeno, præstantissimis alioquin harum rerum artificibus, magis exactam methodum inuenio. Sed ut ad rem redeam, λόγον interdum uocat Paulus in genere, quod ab aliquo loquente enuntiatur, ut 1. Corinth. 14.b. 9. interdum uero κατ' ἐξοχὴν, Euãgelij prædicationem, ut Philip. 1.b. 14. interdum σοφίαν, id est exquisitiorem cognitionem. Diuinitus ad docendos alios affiatam, ut 2. Corinth. 12.a. 8. interdum dicendi facultatẽ

illam

illam cuius præcepta tradunt oratores, ut 1. Corinth. 2. a. 1. & 4. d. 20. & hic quoque, & multis alijs locis, cui opponitur ἡ γνῶσις, id est ipsa doctrinæ substantia: ut si quis rem ipsam opponat uerbis. Sed omnino ἀλλ' οὐ πάντι Id est, ἀλλὰ πάντως, ut בכל apud Hebræos, quasi dicat Apostolus, Sed quid attinet hæc à me pluribus referri? Vos ipsi in omnibus me penitus experti estis. Hoc non legit Vetus interpres, sed duntaxat οὐ πᾶσιν.

Num peccaui quum meipsum demitterē ut uos efferremini, quodq́ue gratuitò Euangelium Dei euangelizauerim uobis? 7

ἢ ἁμαρτίαν ἐποίησα ἐμαυτὸν ταπεινῶν, ἵνα ὑμεῖς ὑψωθῆτε; ὅτι δωρεὰν τὸ τοῦ θεοῦ εὐαγγέλιον ηὐηγγελισάμην ὑμῖν;

Alias Ecclesias spoliaui, accepto ab eis stipendio ad hoc ut uobis inseruirem. 8

ἄλλας ἐκκλησίας ἐσύλησα, λαβὼν ὀψώνιον πρὸς τὴν ὑμῶν διακονίαν.

Et quum apud uos essem & egerem, non obtorpui cum cuiusquam incommodo. nā quod mihi deerat, suppleuerunt fratres qui uenerant à Macedonia. & in omnibus me pręstiti uobis minimè onerosum, & pstabo. 9

καὶ παρὼν πρὸς ὑμᾶς, καὶ ὑστερηθείς, οὐ κατενάρκησα οὐδενός. τὸ γὰρ ὑστέρημά μου προσανεπλήρωσαν οἱ ἀδελφοὶ, ἐλθόντες ἀπὸ μακεδονίας. καὶ ἐν παντὶ ἀβαρῆ ὑμῖν ἐμαυτὸν ἐτήρησα, καὶ τηρήσω,

Est ueritas Christi in me, quòd hæc gloriatio non occludetur cōtra me in regionibus Achaiæ. 10

ἔστιν ἀλήθεια χριστοῦ ἐν ἐμοὶ, ὅτι ἡ καύχησις αὕτη οὐ φραγήσεται εἰς ἐμὲ ἐν τοῖς κλίμασι τῆς ἀχαΐας.

Quapropter? an quòd non diligam uos? Deus nouit. 11

διὰ τί; ὅτι οὐκ ἀγαπῶ ὑμᾶς; ὁ θεὸς οἶδεν.

Sed quod facio, etiam faciam: ut amputē occasionē ijs qui cupiūt occasionē: ut in eo de quo gloriantur, reperiant quales & nos. 12

ὃ δὲ ποιῶ, καὶ ποιήσω, ἵνα ἐκκόψω τὴν ἀφορμὴν, τῶν θελόντων ἀφορμὴν, ἵνα ἐν ᾧ καυχῶνται B εὑρεθῶσι, καθὼς καὶ ἡμεῖς.

Nam istiusmodi pseudapostoli, operarij dolosi sunt, trāsformati in Apostol. Christi: 13

οἱ γὰρ τοιοῦτοι ψευδαπόστολοι, ἐργάται δόλιοι, μετασχηματιζόμενοι εἰς ἀποστόλους χριστοῦ,

Neq; id mirum: ipse enim satanas transformatur in angelum lucis. 14

καὶ οὐ θαυμαστόν, αὐτὸς γὰρ ὁ σατανᾶς μετασχηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτός.

Non magnum est igitur si transformentur, ut ministri iustitiæ, etiam eius ministri: quorum finis erit secundum opera eorum. 15

οὐ μέγα οὖν, εἰ καὶ διάκονοι αὐτοῦ μετασχηματίζονται, ὡς διάκονοι διακαιοσύνης, ὧν τὸ τέλος ἔσται κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν.

Rursum dico, nequis me putet insipientē esse: alioquin etiam ut insipientem accipite me, ut paululum quiddam & ego glorier. 16

πάλιν λέγω, μήτις με δόξῃ ἄφρονα εἶναι, εἰ δὲ μήγε, κἂν ὡς ἄφρονα δέξασθέ με, ἵνα μικρόν τι κἀγὼ καυχήσωμαι.

Qđ dico, nō dico secundū Dominū, sed ut p insipiētiā, in præfidēte ista gloriatione. 17

ὃ λαλῶ, οὐ λαλῶ κατὰ κύριον, ἀλλ' ὡς ἐν ἀφροσύνῃ, ἐν ταύτῃ τῇ ὑποστάσει τοῦ καυχήσεως.

Quandoquidem multi gloriantur secundum carnem: & ego gloriabor. 18

ἐπεὶ πολλοὶ καυχῶνται κατὰ τὴν σάρκα, κἀγὼ καυχήσομαι.

Libenter enim toleratis insipientes, quū sitis sapientes. 19

ἡδέως γὰρ ἀνέχεσθε τῶν ἀφρόνων, φρόνιμοι ὄντες.

7 Quum demitterem τ. ἐμαυτὸν. Respicit quod cōmemoratur à Luca Act. 18. a. 3 8 Stipēdio ὀψώνιον. Vide 1. Cor. 9 a. 7. 9 Obtorpui cū cuiusquā incōmodo ὁ κατενάρκησα οὐδενός. Significat se nō modo strenuē apud eos suis manib. laborando, uitā toleralse, sed ēt, premente inopia, nō remisisse quicquā de suis laboribus, ut quenquam grauaret: aut in ministerio, idcirco torpuisse, ut propterea in singulis docēdis officiū nō ita diligēter, ut antea, fecerit: deniq; se ꝓpterea nemini fuisse magis remissum factū. Vulgata, & Eras. nō sui onerosus cuiquā. ꝙ, ingt Eras. qui otio torpēt, premūt & imminēt alijs, unde petunt assidue. Sed quorsum attinet trāslationē istā in quęrere tā ꝓcul, quū ꝓpria significatio plana sit ac perspicua? Quidā uertit, neminē exuxi: quām rectē, ipse uiderit. 10 Est ueritas, &c. ἔστιν ἀλήθεια. &c. Id est, Ne cēseat esse in me Christi ueritas. uel, Vobis ego per Christū uerè affirmo, ut Rom. 9. a. 1. Est enim hæc quædā iurisiurādi formula. Nō occludet cōtra me ἡ φραγήσεται εἰς ἐμέ. Idest, mihi semp patebit, neq; ab hac unquā me finā excludi. 12 Quales καθώς. Vulgata ad uerbū. sicut. Eras. quēadmodū. Est aūt hæc sentētia, Pseudapostolos istos captasse oēs occasiones efficiendi ut pares Apostolo uiderent. Debuerāt igit & ipsi gratis docere. Sed hoc nunquā erāt facturi, quū Corinthios potius exederēt, ut infrā significat 12. b. 7. Captābāt igitur diuersam ꝓrsus occasionē, nēpe ut & Paulus ipse uicissim aliqd acciperet à Cor. quod si impetrassent, tū demū se pares illi fore sperabāt. Nā zelū & scientiā ita simulabant, & una specie eloquentiæ exornabant, ut Paulus, prę ipsis, ēt despiciēdus nō nullis uideret. Sed hæc omnia testatur Apostol. merū fucū esse, quē ipsi à diabolo didicerint. Quidā hunc locū ita cō uertit, Quò sibi in quo glorient suppetat, quēadmodū & nobis. Quasi l. εὑρεθῶσι actiuè possit explicari. 13 Pseudapostoli ψευδαπόστολοι. Pseudapostolos uocat, nō, ut ego quidē opinor, ꝙ falsam aliquā doctrinā sparsissent (quod tamē procul dubio tandē erāt facturi) sed ꝙ ministeriū suū syncerè nō obirēt, ac prælertim in hoc facto nihil aliud quām simulatè se gererent, quum eos ureret aliena gloria, quam tamen minimè captabat Apost. 14 Lucis φωτός. Id est lucidum. Lucis aūt nomine, cælestis gloria intelligitur, cuius participes sunt Angeli beati. 15 Iustitiæ διακαιοσύνης Id est synceri & integri. Opponuntur enim pseudapostolis & dolosis operarijs. 17 In præsidente ista gloriatione ἐν ταύτῃ τῇ ὑποστάσει τῆς καυχήσεως. Vulg. in hac substātia gloriæ. Eras. in hoc argumēto gloriationis. Quidam, in hoc gloriationis materia. Vide suprà 9. a. 4. Quod autē dixit Apostolus, se non secundum Dominum loqui, per concessionem dixit, & formam ipsam orationis, non autē rem ipsam cōsiderans. quum alioquī uera sit ipsius oratio, & sanctissimus ipsius scopus. 18 Secundum carnē κατὰ σάρκα. Id est, de reb. externis, ueluti de generis nobilitate.

21 Quantum

A ἀνέχεσθε γὰρ εἴ τις ὑμᾶς καταδουλοῖ, εἴ τις κατεσθίει, εἴ τις λαμβάνει, εἴ τις ἐπαίρεται, εἴ τις ὑμᾶς εἰς πρόσωπον δέρει.

κατὰ ἀτιμίαν λέγω, ὡς ὅτι ἡμεῖς ἠσθενήκαμεν. ἐν ᾧ δ' ἄν τις τολμᾷ (ἐν ἀφροσύνῃ λέγω) τολμῶ κἀγώ.

Ἑβραῖοί εἰσι, κἀγώ· Ἰσραηλῖταί εἰσι, κἀγώ· σπέρμα Ἀβραάμ εἰσι, κἀγώ·

διάκονοι Χριστοῦ εἰσι (παραφρονῶν λαλῶ) ὑπὲρ ἐγώ· ἐν κόποις περισσοτέρως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, ἐν φυλακαῖς περισσοτέρως, ἐν θανάτοις πολλάκις.

ὑπὸ Ἰουδαίων τεσσαρακοντα παρὰ μίαν ἔλαβον.

τρὶς ἐρραβδίσθην, ἅπαξ ἐλιθάσθην, τρὶς B ναυαγησα, νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα,

ὁδοιπορίαις πολλάκις, κινδύνοις ποταμῶν, κινδύνοις λῃστῶν, κινδύνοις ἐκ γένους, κινδύνοις ἐξ ἐθνῶν, κινδύνοις ἐν πόλει, κινδύνοις ἐν ἐρημίᾳ, κινδύνοις ἐν θαλάσσῃ, κινδύνοις ἐν ψευδαδέλφοις.

20 Toleratis enim si quis uos in seruitutẽ adigit, si quis exedit, si quis accipit, si quis attollit seſe, si quis uos in faciem cædit.

21 Quantum ad contumeliam dico: nempe quia nos infirmi fuimus: imò in quocunq; audacia uti uelit aliquis (per insipientiam loquor) audacia uelim uti & ego.

22 Hebræi sunt? *sum* & ego: Israelitæ sunt? *sum* & ego: semen Abrahæ sunt? *sum* & ego: Philip. 3. a. 5.

23 Ministri Christi sunt? (desipiens loquor) excello ego: in laboribus, in fatigationibus, perabundè: in uerberibus, plus satis: in carceribus, perabundè: in mortibus sæpe.

24 A Iudæis quinquies accepi quadragenas *plagas*, una minus.

25 Ter uirgis cæsus fui: semel fui lapidatus: ter naufragium feci: noctem ac diem in profundo egi: Act. 16. c. 23. Act. 14. c. 19. Act. 27. a. 1.

26 In itineribus sæpe *fui* in periculis fluminũ, periculis latronum, periculis à *meis* gentilibus, periculis à Gentibus: periculis in ciuitate, periculis in deserto, periculis in mari, periculis inter falsos fratres.

21 Quantum ad contumeliam dico κατὰ ἀτιμίαν λέγω. Quia dixerat, Si quis uos in faciem cædit: quod excipere possent Corinthij sibi nõ accidisse ut à suis illis ambitiosis magistris paterentur hoc, inquit Apostolus, nõ simpliciter dico, sed habita eius cõtumeliæ ratione qua uos afficiunt. quæ sane non minor est quàm si uos, uilium mancipiorum instar, colaphis cæderent. Facit autem hæc addita particula ut superiorem uersiculum non possim accipere pro ironia, sed potius pro aperta ac longè omnium asperrima obiurgatione interpreter. quod quamlibet illorum tyrannidam ferrent, illud uerò lene Christi iugum, quod Paulus, seſe omnibus modis demittens, illis uolebat imponere, cum ludibrio etiam reijcerent: quasi non satis nobilis, non satis potens, non satis facundus esset Apostolus præ illis imperiosis dominis. Quod autẽ ad ipsum loquendi genus attinet, sic etiam apud idoneos scriptores accipitur præpositio κατὰ. ut apud Herodotum in Clio, κατὰ ταῦτα Ἀμφικτύονος τοῦ μαντηίου ἀπόκρισιν, ἣν ἔχω εἰπεῖν, τοῖσι Λυδοῖσι ἔχρησε. Id est, quod autem ad oraculi Amphiarai responsum attinet, non possum dicere quid Lydis respondetit Vulg. secundum ignobilitatem dico. Erasmus, iuxta contumeliam loquor. Quidam alius, Indecore loquor. & ita quidem ut sequenti membro adiungat. Nempe quia ὡς ὅτι. i. ὅτε ἄφρα. ut mihi quidem uidetur. quo modo etiam iumus interpretati suprà 5. d. 19. Est autem præcisum dicendi genus, quasi superiori sententiæ addiderit, At uos non potestis ullo modo tolerare. Quæ aposiopesis optimè conuenit obiurgationi. Vulgata, quasi nos infirmi fuerimus. Erasperinde quasi nos infirmi fuerimus. Quidam alius, quasi uerò nos nequeamus. egregie scilicet & perappositè.

Nos infirmi fuimus ἡμεῖς ἠσθενήκαμεν. In pronomine tacita est antithesis aduersariorum. Ἀσθενήσαι autem significat hoc in loco, imbecillum, abiectum, ignobilem, artificem, idiotam, mille calamitatibus obnoxium esse: quæ omnia Corinthij uocabant ἀσθενείας, tanquam imbecillitatis Apostoli certa testimonia: quum, quantomagis destitutus erat omnibus illis præsidijs quæ homines solent commouere, eo magis in eo eminerent diuinæ illæ uirtutes quas à Deo acceptas incredibili cum successu exercebat. Vetus interpres addidit, in hac parte ἐν τούτῳ τῷ μέρει, quod nusquam legi. neque puto satis conuenire. Imò ſ. Vetus interpres hanc particulam omisit, quam ut plane necessariam, Eras. rectè omnino expressit. Audacia uti uelit ἐν τολμᾷ. Audaciam uocat confidentis hominis gloriationem.

22 Hebræi sunt? Ἑβραῖοί εἰσι; Per interrogationem hæc lego, ut Græcus etiam scholiastes legenda esse annotauit. Neque uerò facilè crediderim istos Pauli æmulos fuisse ex circũcisione, quum nullum in Corinthiorum Ecclesia uestigium appareat eorum errorum quos spargebant qui quum ex circuncisione essent, Ecclesias perturbabãt: sed puto potius, quum illi sui generis nobilitate aliqua superbirent aduersus Apostoli paupertatem, Paulum in hac controuersia hunc modum tenuisse, tum quia per se id omne non magni faciebat, tum ne quenquam offenderet, ut & obliquè se ostenderit multò illis nobiliorem, & omnem illorum fastum sine ambitione paucis uerbis retuderit. acsi diceret, opponunt illi suum genus mihi tenui & abiecto σκληνοποιῷ. Sed, quæso, num ita sunt isti nobiles ut audeant se Hebræos, Israelitas, Abrahæ illius sobolem profiteri? Si hoc dixerint, certè hoc ipsum & ego proferam: ut si idcirco superbiendũ est, & ego parẽ superbiæ causam habeam. Relinquitur ergo, si hoc illi possent afferre, parẽ tamen illis hac in re esse Apostolum. ut idcirco ab illis despici non possit quin seipsos despiciant, & quum nullam similem σύγκρισιν possint edere, Paulum iam illis non modò parem, sed infinitis etiam partibus esse nobiliorem. Quod tamen cogitandum maluit relinquere, quàm apertè exprimere. Semen σπέρμα. Id est soboles, Hebræorum more.

23 Excello ego ὑπὲρ ἐγώ. Vulgata, plus ego. Hîc uerò Paulus ueram gloriam nactus, apertè ministerium suũ asserit, non sui causa, sed quod doctrinam suam alioqui uidebat periclitari apud Corinthios, plerosque ab æmulis fascinatos. Et tamen addit præfationem, ne quis offendatur: sed ex concessione tamen. Perabundè περισσοτέρως. Id est, περισσοτέρα. Vulgata, Abundantius. Erasm. Copiosius. In mortibus ἐν θανάτοις. Mortes uocat præsentia mortis pericula, ut 1. Corint. 15. d. 31, & suprà 1. b. 10.

24 Quinquies πεντάκις. Coniungendum est hoc cum uerbo ἔλαβον, non autem cum τεσσαρακοντα. Quod autem addit παρὰ μίαν, id est præter unam, respicit quod scriptum est Deut. 25. a. 3. qua de re differunt Rabini in מכות לקרים. id est in tractatu de uerberandis.

25 Virgis cæsus sum ἐρραβδίσθην. Vocabulum ῥαβδίζειν indicat Paulum agere de uerberibus non à Iudæis (quorum meminit seperatim superiore uersiculo) sed à præfectis Romanis inflictis. Vide Marc. 14. g. 65.

26 A *meis* gentilibus ἐκ γένους. Id est *in* τῶν συγγενῶν, nempe Ἰουδαίων, quibus opponit τοῖς ἔθνη.

In fatigatione, & ærumna, in uigilijs sæpe, in fame & siti, in ieiunijs sæpe, in frigore & nuditate. 27 ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ, ἐν ἀγρυπνείαις πολλάκις, ἐν λιμῷ καὶ δίψει, ἐν νηστείαις πολλάκις, ἐν ψύχει & γυμνότητι. A

Absq; ijs quæ extrinsecus *eueniunt, urget* agmen illud in me quotidie consurgens, *id est* solicitudo de omnibus Ecclesijs. 28 χωρὶς τῶν παρεκτὸς ἡ ἐπισύστασίς μου ἡ καθ' ἡμέραν, ἡ μέριμνα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν.

Quis affligitur quin ego affligar? quis offenditur quin ego urar? 29 τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι;

Si gloriari oporteat, de ijs quę infirmitatis meæ *sunt* gloriabor. 30 εἰ καυχᾶσθαι δεῖ, τὰ τῆς ἀσθενείας μου καυχήσομαι.

Deus & Pater Dñi nostri Iesu Christi, laudãdus in secula, nouit quòd non mentiar. 31 ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ οἶδεν, ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ὅτι οὐ ψεύδομαι.

In Damasci *ciuitate*, gentis præfectus nomine Aretę regis, præsidio tenebat Damascenorum urbem, cupiens me comprehendere. 32 ἐν Δαμασκῷ ὁ ἐθνάρχης Ἀρέτα τοῦ βασιλέως ἐφρούρει τὴν Δαμασκηνῶν πόλιν, πιάσαι με θέλων, B

Ac per fenestrã in sporta demissus fui per mœnia, effugiq; manus eius. 33 καὶ διὰ θυρίδος ἐν σαργάνῃ ἐχαλάσθην διὰ τοῦ τείχους, καὶ ἐξέφυγον τὰς χεῖρας αὐτοῦ.

CAPVT XII.

ΚΕΦ. ιβ.

GLoriari sanè non expedit mihi. ueniam enim ad uisiones & reuelationes Domini. 1 Καυχᾶσθαι δὴ οὐ συμφέρει μοι· ἐλεύσομαι γὰρ εἰς ὀπτασίας καὶ ἀποκαλύψεις κυρίου.

Noui hominẽ in Christo ante annos quatuordecim (an in corpore, nescio: an extra borpus, nescio: Deus nouit) raptum in tertiũ usq; cœlum. 2 οἶδα ἄνθρωπον ἐν χριστῷ πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων (εἴτε ἐν σώματι, οὐκ οἶδα· εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, οὐκ οἶδα· ὁ θεὸς οἶδεν) ἁρπαγέντα τὸν τοιοῦτον ἕως τρίτου οὐρανοῦ.

Et noui huiusmodi hominem (an in corpore, an extra corpus, nescio: Deus nouit) 3 καὶ οἶδα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον, (εἴτε ἐν σώματι, C
ἐκτὸς τοῦ σώματος, οὐκ οἶδα· ὁ θεὸς οἶδεν)

Raptũ fuisse in Paradisum, & audisse ineſ- ὅτι ἡρπάγη εἰς τὸν παράδεισον, & ἤκουσεν,

27 In fatigatione *ἐν κόπῳ*. Vulgata & Eras. in labore. Vide Matth. 11. d. 28. Et ærumna *καὶ μόχθῳ*. Sic recte & expresse Vetus interpres. Est enim ærumna, inquit Cicero, ægritudo laboriosa, ueluti quum delassatus aliquis pro quiete cogitur nouos labores capessere: Eras. post Ambrosium, molestia, *λύπη*. 28 Absque ijs, &c. *χωρὶς τῶν παρεκτὸς. τὰ παρεκτὸς* uocat, opinor, quæ extrinsecus eum adorirebantur, ut ab intimis illis curis ac molestijs innumerabilibus distinguat. Chrysostomus autem *χωρὶς τῶν παρεκτὸς* interpretatur præter ea quæ prætermitto, quòd non omnia recensuerit. *Urget* agmen illud in me quotidie consurgens *ἡ ἐπισύστασίς μου ἡ καθ' ἡμέραν*. Tot uerbis studui ueram huius loci sententiam explicare. Certum est enim *ἐπισύστασιν* dici multitudinem quæ aduersus aliquem coierit, idque non semel, sed repetitis uicibus. Quia igitur multiplices erant curæ, quarum tãquam agmine magis ac magis ueluti obruebatur Apostolus, usus est translatitie hoc uocabulo, admodum significanter. Vulg. instantia mea quotidiana. Eras. incẽbens mihi quotidiana cura. Neuter satis expressit Græci uocabuli emphasin. Græca scholia non explicant trãslatitiè, sed propriè, quasi significetur omnium populorum coitio quotidiana aduersus illum. Sed hoc certe inter *τὰ παρεκτὸς* numerandum esset, & apparet *ἡ μέριμνα* subijci per appositionem quam uocant.

29 Quis affligitur *τίς ἀσθενεῖ*. Sic accipiendum esse hoc uerbum apparet ex eo quod subijcitur. Nam si accipias pro imbecillum fieri, quî conueniet hoc dici de Apostolo, qui debuit alios confirmare? aut quorsum hoc ad illas quotidianas ærumnas? Sed omnibus *συμπάσχειν*, id uerò incredibilis est doloris ac molestiæ. Vulg. & Eras. D ad uerbum, Quis infirmatur. Quin ego affligar? *καὶ οὐκ ἀσθενῶ*: Vulgata & Erasmus ad uerbũ, & ego non infirmor? Mihi uerò uidetur hoc dicendi genus in Latino sermone obscurius.

30 Quæ sunt infirmitatis meæ *τὰ τῆς ἀσθενείας μου*. Infirmitatem ex aduersariorum sensu uocat ea ex quibus aduersarij, falso iudicio utentes, ipsum pro uili & infami habebant. Hinc autem cẽsuerim duodecimum caput inchoandum. 32 Prehendere *πιάσαι*. Vide Iohan. 7. c. 30.

IN CAPVT XII.

1 Gloriari *καυχᾶσθαι*. Hunc locum ita legit Vetus interp. *εἰ καυχᾶσθαι δεῖ, ἃ συμφέρει μοὶ, ἐλεύσομαι γὰρ* &c. i. si gloriari oportet, non conducit quidem, ueniam autem. Vtcunque autem legas, dicit sibi non conducere laudum suarum prædicationem, ex qua scilicet nullam utilitatem ipse percipiat, quum potius, quo sunt excellentiores eæ laudes, eo magis earum prædicatione solicitetur ad superbiam. Itaque testatur se coactum id facere, & omnia interim tũ sibijpsi tum alijs adhibet remedia, quominus uel ipse efferatur, uel alij offendãtur. Omnino tamen cõsideranda sunt Dei erga nos beneficia, sed ista consideratio non modò nos non adducit ad gloriationem, sed etiam prorsus ab ea nos abducit, ut contemplanda Dei nostri bonitate prorsus absorbeamur.

2 In Christo *ἐν χριστῷ*. Id est Christianum, si ad *ἄνθρωπον* referas, quòd si ad uerbũ *οἶδα* potius pertineat (ut etiam potius existimo) additum hoc erit confirmationis uel exprimendi affectus causa, quasi per parenthesin dicas, Noui hominem (quod in Christo dico) ante annos quatuordecim, &c. id est, quod sine ambitione dictũ uelim, quũ nihil aliud quàm unum Christum hîc respiciã. In hoc enim totus est, ut omnia quæ dicturus est, in unius Christi gloriam redundent, cuius erat minister. Raptum *ἁρπαγέντα*. Additur in Græcis *τὸν τοιοῦτον* eiusmodi, pleonasmo scilicet Hebræis usitato, & interdum Græcis, ac præsertim Herodoto, ut alibi diximus. Itaq; non additur apud Clemẽtem libro *στρωματέων* quinto.

4 In paradisum *εἰς παράδεισον*. Sic uocant Græci, quos Latini uiuaria (si Gellio credimus lib. 2. cap. 20) septa scilicet quædã in quibus uoluptatis causa tum plantæ excolũtur, tũ etiam uitæ feræ pascũtur. Nos uulgò parcos uel uoluptuarios hortos uocamus. Sed *καθ' ἑξοχὴν* sic uocarunt Græci interpretes hortum illum in Eden plantatũ, de cuius

A de cuius situ etiamnum disputant hodie nonnulli, perinepte, quum uniuersam terram constet diluuio fuisse uastatã. Hinc factũ ut beata illa gloriæ Dei sedes hoc nomine uulgò etia diceret, ut Luc. 23. f, 43. & in Ecclesiastico aliquoties.

ἄῤῥητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἔξον ἀνθρώπῳ λαλῆσαι.

fabilia uerba, quæ non licet homini loqui.

ὑπὲρ τοῦ τοιούτου καυχήσομαι, ὑπὲρ ἐμαυτοῦ δὲ οὐ καυχήσομαι, εἰ μὴ ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου.

5 De eiusmodi *homine* gloriabor: de meipsò uerò non gloriabor, nisi de infirmitatibus meis.

ἐὰν γὰρ θελήσω καυχήσασθαι, οὐκ ἔσομαι ἄφρων· ἀλήθειαν γὰρ ἐρῶ. φείδομαι δὲ μή τις εἰς ἐμὲ λογίσηται ὑπὲρ ὃ βλέπει με, ἢ ἀκούει τι ἐξ ἐμοῦ.

6 Nam si uoluero gloriari, nõ ero insipiens: ueritatem enim dicam. sed parcè loquor, ne quis de me cogitet suprà *id* quod uidet *esse* me, aut *quod* audit ex me.

καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι, ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκί, ἄγγελος σατᾶ, ἵνα με κολαφίζῃ, ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι.

7 Et ne excellentia reuelationum suprà modum efferrer, datus est mihi surculus infixus carni, & angelus Satã, ut me colaphis cædat, ne supra modum efferar.

Ineffabilia ἄῤῥητα. Id est quæ fando explicari á quoquam homine non possint, uti uocat ἀῤῥήτους ἰδιότητας Aphrodiseus, proprietates quas uocant occultas, & quarum ratio perspici ac multò minus explicari possit. Quod si in hæc naturæ nobis alioqui familiaris ac domesticæ arcana penetrare non potest humani ingenij acies, quàtomnus in cœlestem illam lucem? cuius scintillam aliquam quum uidisset Apostolus, id est ab ea ueluti absorptus, ut ne nosset

B quidem an cum ipso corpore an seorsim animo correpto hæc audisset: nedum ut ea posset declarare quæ audierat. Vulg. & Eras. arcana. i. ἀπόῤῥητα, uelit ista explicare quidẽ potuerit, uerum prohibitus fuerit enuntiare. quasi uerò in religione Christiana sint Eleusinia quædam sacra, ac nõ potius omnia euulgari iusserit Dominus, & quidem iã præcipue quos mundus pro indoctis & imperitis habet: atque adeò populari sermone, qui ab omnibus tum sumanis tum infimis, utris, pueris, mulierculis intelligi possit: ita tamen ut ad discentium captum omnia accommodentur. De inde certum est ἄῤῥητα proprie dici non quæ passim non debeant sed quæ non possint dici. á qua significatione propria non est temere nobis discedendum. Itaque interpretationem illam non possum probare, nisi hoc addas, ista eiusmodi non fuisse ut ad fidelium salutem essent explicatu necessaria. Fanaticos autem illos, qui, ut nos a uerbo Dei scripto ad uanas speculationes abripiant, ex hoc loco nituntur imperitis persuadere Paulum in suis epistolis rudimenta quædam duntaxat scripsisse (inter quæ etiam non pudet eos Christum crucifixũ reponere) cæterum perfectiora quærere iam habuisse quæ perfectos doceret: eos inquam ego ne responso quidem dignos esse puto. quanuis alibi hanc ipso rum blasphemiam pluribus refutarim, ut tandem cogniti impij isti homines ab omnibus Christianis uitentur. istorũ similes erant Caiani, quos testatur Epiphanius librum ostentasse quem uocabant Pauli ascensum; quo itidem Gnostici utebantur. Quæ non liceat, &c. ἃ οὐκ ἔξον, &c. i. quæ impossibile sit homini loqui. Nam ea minime omnium licent quæ naturæ nostræ captum superant, unde ἐξουσία dicitur non tantũ συγχώρησις. i. concessio ac permissio, sed ipsa potestas & uis aliquid efficiendi. Hoc pulchre sanè ac eleganter exposuit Clemens lib. στρωμ. 5, ubi quum hoc lo-

C co nonnullos quorundam poetarum uersiculos cõparans, Μαρτυρῶ φησὶ, τοῖς εἰρημένοις ὁ ἀπόστολος· φίλαι, λέγων, λιαις τοῦτο τὸ οὐκ ἔξον προσιθείς, δυνάμει ἢ ἀγίᾳ ἀφθεγκτον εἶναι τὸ θεῖον μυστήριον. i. Apostolus testimonio suo corroborat quæ à nobis sunt explicata, quum dicit, Hominem nouit, &c. ita significans Dei ineffabilem naturam: neque illud τὸ μὴ ἔξον adijciens quasi Legis aut mandati alicuius metu, sed ut indicaret potius, diuinum numen eiusmodi esse ut nulla ui, ne sanctorum quidem possit explicari. 5 De eiusmodi homine ὑπὲρ τοῦ τοιούτου. ὑπὲρ pro περὶ sæpe iam annotauimus, ut in illo Virgilij, Rogitans super Hectore multa. Sed maior est in ipsa sententia difficultas. quid enim? nõnne is ipse erat cuius raptum commemorauit? Sanè ita puto. sed, ut ab omni ambitione esset uacuus, perinde illa narrauit, ac si aliam personam ad tempus induisset, tantisper scilicet à seipso ueluti deflectens, dum illa commoraret. Hoc sanè pulcherrimum est exẽplum, ut hac quasi methodo uitemus φιλαυτίαν, quoties singularia illa Dei in nos beneficia cogemur referre. Infirmitatibus ἀσθενείαις. Vide suprà 11. g. 30.

6 Parce loquor φείδομαι. Sub. τοῦ λόγου. Vel mihi tempero. Eras. parco uobis, quod nõ ita uideatur cõuenire. De me εἰς ἐμέ. Heb. ל. Genes. 20. c. 13. uel in laudem meam, ut in illis dicendi generibus εἰς Βασίλειον, εἰς Αθανάσιον λέγειν. 7 Et ne excellentia, &c. καὶ τῇ ὑπερβολῇ, &c. Vetus interp. ita legit hunc locum, καὶ ἡ ὑπερβολὴ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι με i. & ne excellentia reuelationũ supra modum efferat me. August. in quæstionibus in librum Iudicum citans hunc locum legit οὐ τῇ ὑπερβολῇ, ut qui couerterit, & in magnitudine. ac fortasis rectius, ut nulla sit traiectio.

Datus est ἐδόθη. Erasm. datus fuit. quod non probo. Notandum est autem in primis quod hoc sibi datum dicit quod quum sæpe petisset sibi eximi, tamen sensit sibi non modò non nocere, sed etiam magnopere prodesse. Surculus infixus carni σκόλοψ τῇ σαρκί. Vulg. stimulus carnis meæ. Eras. stimulus per carnem. In utroq; hoc nõn prõbo quòd σκόλοπα uerterunt stimulum. i. κέντρον. In Erasmo uerõ illud quoque, quòd τῇ σαρκὶ uertit per carnẽ, quũ subaudiẽda potius fuerit præpositio οὐ, quam tamen addi necesse non fuit. Nam σκόλοψ palum quidẽ significat. i. lippi pro surculis acutioribus & quidem inhærentibus, ut qui scilicet, siquando per cæduas syluas iter est faciendum, am bulantiũ pedibus nõ multò minus molesti sunt quã murices. Inde illud sæpe apud Dioscor. repetitũ σκόλοπας ἕλκει, σκόλοπας αἴρει, πεῖσοι πρὸς σκόλοπας, σκόλοπας ἐπισπᾶται. Hermol. interpretat assulas, & tela corporib. inhærẽtia. Ruell. spicula & aculeos. Marcell. surculos & aculeos. Gell. lib. 5. cap. 14. Androdi historiam interpretãs ex Appione, θυμίαν, quæ scilicet teli instar, carni penitus infixa est, ut eam, quasi lethalem quandam arũdinem, sicut ait poeta, saucij circunferamus: cuius nimirum uulnus cogebat Apostolum, quarenus ea rõ cum Spiritu in eo quoque luctatur, ex clamare, Non facio bonum quod uolo, & facio malum quod nolo. & tãdem, Miserũ me, quis me eripiet ex hoc corpore morti obnoxio? Et Angelus Satan ἄγγελος σατᾶν. i. ἀντικείμενος, aduersarius. Neque enim puto in secũdo casu positum, sed in recto. Deinde addidi copulam, quam aliquoties iam annotauimus in duobus incisis & duobus membris interdum suppleri ex Hebræorum Idiotismo, ut 1. Tim. 4. 2 3. & Iohan. 10. c. 16. Neque enim puto ista posse cum superiore membro per appositionem satis appositè coniungi: quia nimium dura esset translatio σκόλοψ τῇ σαρκὶ tribuere τὸ διαφορίζειν. nec satis etiam aptè dici possit Angelus Satan nobis infixus. Puto potius Apostolum ab insitis & in ipsa natura inhærentibus tentationibus, de quibus agitur Iac. 1. b. 4, ad externas transire, quarum omnium author facit Satanã, ut qui & alios aduersum nos impellat, & nostras etiam cupiditates omnibus modis accendat.

Colaphis cædat ἀπολαφίζῃ. Erasm. colaphis cæderer, ut etiam paulò antè conuertit ἐδέδη datus fuit, quasi de re præterita agatur. Sed rectè annotant Græca scholia Paulum non temerè scripsisse potius πολαφίζῃ quàm ἀπολαφίσῃ. A

Ne supra modum efferat ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι. Vetus Interpres hoc non repetit, & sanè non uideo cur addere oportuerit.

Super hoc ter Dominum rogaui, ut abscederet à me.

8 ὑπὲρ τούτου τὸν κύριον παρεκάλεσα, ἵνα ἀποστῇ ἀπ' ἐμοῦ.

Et dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: nam potentia mea per infirmitatem perficitur. Libentissimè igitur gloriabor potius de infirmitatibus meis, ut inhabitet in me potentia Christi.

9 καὶ εἴρηκέ μοι· ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου, ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελεῖται. ἥδιστα οὖν μᾶλλον καυχήσομαι ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου, ἵνα ἐπισκηνώσῃ ἐπ' ἐμὲ ἡ δύναμις τοῦ χριστοῦ.

Propterea oblector in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persequutionibus, in angustijs pro Christo. quũ enim impotens sum, tunc potens sum.

10 διὸ εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείαις, ἐν ὕβρεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν διωγμοῖς, ἐν στενοχωρίαις ὑπὲρ χριστοῦ· ὅταν γὰρ ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι.

Fui insipiens in gloriando, uos me coegistis. nam ego debueram à uobis commendari: nulla enim in re inferior fui summis Apostolis, tametsi nihil sum. B

11 γέγονα ἄφρων καυχώμενος, ὑμεῖς με ἠναγκάσατε. ἐγὼ γὰρ ὤφειλον ὑφ' ὑμῶν συνίστασθαι· οὐδέν γὰρ ὑστέρησα τῶν ὑπερλίαν ἀποστόλων, εἰ καὶ οὐδέν εἰμι.

Signa quidem Apostoli peracta fuerũt apud uos per omnem tolerantiam, & signa & prodigia & uirtutes.

12 τὰ μὲν σημεῖα τοῦ ἀποστόλου κατειργάσθη ἐν ὑμῖν ἐν πάσῃ ὑπομονῇ, ἐν σημείοις καὶ τέρασι καὶ δυνάμεσι.

Suprà 11. b. 9. Nam quid est in quo fuistis inferiores cæteris Ecclesijs, nisi quòd ipse ego non obtorpui, cum uestro incommodo? gratificemini mihi hanc iniuriam.

13 τί γάρ ἐστιν ὃ ἡττήθητε ὑπὲρ τὰς λοιπὰς ἐκκλησίας, εἰ μὴ ὅτι αὐτὸς ἐγὼ οὐ κατενάρκησα ὑμῶν; χαρίσασθέ μοι τὴν ἀδικίαν ταύτην.

Ecce, tertiò paratus sum uenire ad uos, ne cum uestro incommodo obtorpescam. non enim quæro quæ uestra sunt, sed uos. non enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filijs. C

14 ἰδοὺ τρίτον ἑτοίμως ἔχω ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ οὐ καταναρκήσω ὑμῶν. οὐ γὰρ ζητῶ τὰ ὑμῶν, ἀλλὰ ὑμᾶς. οὐ γὰρ ὀφείλει τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσι θησαυρίζειν, ἀλλ' οἱ γονεῖς τοῖς τέκνοις.

Ego uerò libentissimè impendam, & expêdar pro animabus uestris: etiãsi, amplius uos diligens, minus diligar.

15 ἐγὼ δὲ ἥδιστα δαπανήσω, καὶ ἐκδαπανηθήσομαι ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, εἰ καὶ περισσοτέρως ὑμᾶς ἀγαπῶν, ἧσσον ἀγαπῶμαι.

Sed esto, ipse non grauaui uos: sed, quum essem callidus, dolo uos cepi.

16 ἔστω δέ, ἐγὼ οὐ κατεβάρησα ὑμᾶς, ἀλλ' ὑπάρχων πανοῦργος δόλῳ ὑμᾶς ἔλαβον.

8 Ter τρὶς. Id est sæpe, ut supra tertium cœlum pro summo dixit. neq; hîc uelim ego subtilius philosophari, sed retulerim potius ad communem loquendi consuetudinem, cuius exempla multa uel unus Amos suppeditare potest. Sed & apud Latinos ter & quater dicitur fieri quod sæpe repetitur. Idem sæpe apud Hebræos in septenario numero occurrit. in quibus mysterijs scrutandis mihi uidetur paulò curiosior Augustinus.

9 Vt inhabitet ἵνα κατασκηνώσῃ. Id est, ut inhabitare in me intelligatur uirtus Christi. Nam quo sunt nostra tabernacula infirmiora, eo magis elucet in illis uirtus Christi, quum nullis periculis aut laboribus frangantur, ut scriptum est supra 4. b. 7. Estque in uerbo κατασκηνοῦν metaphora à tabernaculis sumpta: non ut temporaria inhabitatio significetur, sed ipsius hospitij infirmitas, quæ perpetua tamen non erit, ut disseruit supra 6. a. 1. Sic dicitur potentia Dei perfici. i. intelligi perfectam esse Dei potentiam. Sic quoque supra 8. b. 8, accipitur participium δοκιμάζων, pro exploratam reddere, ac reipsa patefacere. Potentia mea ἡ δύναμίς μου. Vetus interpres omisit pronomen, quod tamen in omnibus Græcis codicibus additur, & tantam habet emphasin ut omitti non potuerit, integra manente sententia. Pertinet autem etiam hic locus ad probandam Christi diuinitatem, quum paulò pòst eadem potentia Christi esse dicatur. δύναμις uerò conuerti potentiam potius quàm uirtutem, quòd Augustinum uideam tum ambiguitate uocis, tum etiam propter non additum pronomen, intempestiuè in hunc locum differere de uirtute hominis in futuro sæculo perficienda, lib. ad Bonifacium tertio, cap. 7. ut Erasm. annotauit. D

10 Oblector εὐδοκῶ. Heb. רָצָה. i. non tantũ æquo uel forti animo fero, sed etiam uoluptatem maximã percipio. 11 In gloriando ἐν τῷ καυχᾶσθαι. Vetus interpres hoc non addit. Summis Apostolis τῶν ὑπερλίαν ἀποστόλων. Vulgata, ijs qui sunt supra modũ Apostoli. Vide supra 11. b. 5. 12 Per omnem tolerantiam ἐν πάσῃ ὑπομονῇ. Quid ualeat hoc loco τὸ πάθημα diximus 1. Corint. 1 a. 5. Virtutes δυνάμεις. i. potentia facta, ut uertit Erasm. Vide Matth. 7. c. 22. His autem tribus unum significatur, ut rectè annotauit Græcus Scholiastes. 13 Non obtorpui cum uestro incommodo ὁ κατεναρκήσα ὑμῶν i. non fui remissus in uictu meis manibus mihi quærendo, ne uobis essem oneri. Vulg. non grauaui uos. Erasm. non fuerim uobis onerosus. Vide supra 11. b. 9.

14 Tertiò paratus sum τρίτον ἑτοίμως ἔχω. Hoc nõnulli ita explicant, quasi τρίτον ptineat ad uerbũ ἐλθεῖν, quòd mihi non placet. Puto enim Apostolum bis duntaxat uenisse Corinthum ad summum, ut dicam infrà 13. a. 1. Deinde ita collocatum est τρίτον, ut satis liqueat referri ad ἑτοίμως ἔχω: & facile est hoc explicare. Nam primum omnium paratus Epheso in Macedoniam ire, & inde Corinthum, ut 1. Cor. 16. a. 5, & b. 8. deinde quum Dominus hoc cõsilium impedisset, constituerat Epheso rectà ire Corinthum. ut ostendit supra 1. c. 15: quo consilio rursus mutato, in Macedoniam uenerat: unde nunc tandem tertiò decreuerat eos inuisere.

15 Pro animabus uestris ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν. Id est, uestri causa, ex Hebræorum idiotismo, quem sæpe annotauimus. Id enim est quod in uernaculo sermone diceremus, *pour vos personnes*.

A Num per quenquam eorũ quos misi ad uos, expilaui uos?

Precatus sum Titum, & cum eo misi fratrẽ, nunquid uos expilauit Titus? nonne eodem Spiritu incessimus? nonne ijsdem uestigijs?

Rursum putatis quòd nos uobis excusemus? in conspectu Dei, in Christo loquimur: sed omnia, charissimi, ꝓ uestri ædificatione.

Nam metuo ne quo modo, quum uenero, non quales uelim, reperiam uos, & ego reperiar uobis qualé nolitis: ne quo modo sint lites, æmulationes, iræ, contentiones, obtrectationes, susurri, tumores, seditiones:

Ne iterum ubi uenero, humilem me faciat Deus meus apud uos, & lugeam multos eorum qui antè peccarũt, nec resipuerũt super B impuritate, & scortatione, & ꝓteruia quam patrarunt.

17 μή τινα ὧν ἀπέσταλκα πρὸς ὑμᾶς δι' αὐτοῦ ἐπλεονέκτησα ὑμᾶς;

18 παρεκάλεσα Τίτον, καὶ συναπέσταλκα τὸν ἀδελφόν· μὴ πλεονέκτησεν ὑμᾶς Τίτος; οὐ τῷ αὐτῷ πνεύματι περιεπατήσαμεν; οὐ τοῖς αὐτοῖς.

19 πάλιν δοκεῖτε ὅτι ὑμῖν ἀπολογούμεθα; κατέναντι τοῦ θεοῦ ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν, τὰ δὲ πάντα, ἀγαπητοί, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν οἰκοδομῆς.

20 φοβοῦμαι γὰρ μήπως ἐλθὼν, οὐχ οἵους θέλω εὕρω ὑμᾶς, κἀγὼ εὑρεθῶ ὑμῖν οἷον οὐ θέλετε· μήπως ἔρεις, ζῆλοι, θυμοί, ἐριθεῖαι, καταλαλιαί, ψιθυρισμοί, φυσιώσεις, ἀκαταστασίαι.

21 μὴ πάλιν ἐλθόντα με ταπεινώσῃ ὁ θεός μου πρὸς ὑμᾶς, καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοησάντων ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ πορνείᾳ καὶ ἀσελγείᾳ ᾗ ἔπραξαν.

CAPVT XIII.

TErtia hac uice ueniã ad uos. Ex ore duorum testium aut trium firmũ erit omne uerbum.

Prædixi & secundò prędico ut ꝑsens, & absens nũc scribo ijs quì antè peccarũt, & reliquis omnib. ꝙ si uenero denuò, non parcã.

ΚΕΦ. ιγ.

1 Τρίτον τοῦτο ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς· ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων καὶ τριῶν σταθήσεται πᾶν ῥῆμα. Deut.19.d.15. matth.18.c.16. iohan.8.b.17. hebr.10.c.28.

2 προείρηκα καὶ προλέγω, ὡς παρὼν τὸ δεύτερον, καὶ ἀπὼν νῦν γράφω τοῖς προημαρτηκόσι, καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσιν, ὅτι ἐὰν ἔλθω εἰς τὸ πάλιν, οὐ φείσομαι

27 Num per aliquem μή τινα, &c. Hebræa prorsus est hæc formula loquendi, quam expositimus Matt. 7. b. 9

Expilaui ἐπλεονέκτησα. Vulgata, circumueni. Vide suprà 7. a. 2.

28 Precatus sum Titum παρεκάλεσα Τίτον. Vel, hortatus sum, ut ad uos iret scilicet.

Fratrem τὸν ἀδελφόν. Certum quendam intelligit, ut apparet ex addito articulo, quantuis nomen eius non exprimat. Eodem spiritu incessimus? τῷ αὐτῷ πνεύματι περιεπατήσαμεν: Id est, nonne res ipsa ostendit nos uno & eodem spiritu Dei regi? Est igitur ualde pregnans hic Hebraismus, quem idcirco lubẽter seruauimus integrũ.

C Nam si Latinè cum diserto illo interprete dixeris, Nonne eodem animo ingressi sumus? dimidium energiæ amiseris.

19 In Christo οὐ χριστῷ. i. ut eum loqui uere ac syncere conueniat qui se in Christo esse profiteatur.

20 Seditiones ἀποστασίαι. Vel potius tumultus. Vetus interpres addit, sint inter uos, ad explendam scilicet constructionem. 21 Humilem faciat ταπεινώσῃ. Nihil erat quo magis exultaret Apostolus quàm prospero suæ prædicationis successu: contrà nihil erat quo tristior & demissiore animo redderetur quàm quũ cerneret se frustrà laborasse. Hoc est igitur quod uerbo ταπεινώσῃ uoluit significare. Thessalonicenses contrà uocat gloriam ac gaudium suum, 1. Thess. 2. d. 20.

IN CAPVT XIII.

1 Tertia hac uice ueniam ad uos τρίτον τοῦτο ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. Vulg. Tertiò hoc uenio ad uos. Eras. Hic tertius erit aduentus meus ad uos. Cæterũ quantus tertio se uenturum dicat, tamen uix mihi persuaserim id esse simpliciter intelligendum, non quia secundi illius aduentus non faciat mentionem Lucas, (neq; enim is singula perscripsit) sed quia, si cursum historiæ consideremus, non uidetur omnino fieri posse ut secundo illi aduẽtui locus relinquatur, si hic tertius numeretur quam hac epistola pollicitus est. Nam hoc quidem cõstat, eum fuisse primum eius in hanc urbem aduentum, quum Athenis illuc uenit, ut narrat Lucas Act. cap. 18: quo tempore prima iecit Corinthiacæ Ecclesiæ fundamenta. Inde traiecit Ephesum, & statim rectà contendit Hierosolymam. Inde Cæsaream, & postea Antiochiam uenit: Antiochiæ aliquantulum commoratus, ordine peragrauit Galatiam & Phrygiam: donec Ephesum, peragrata superiore Asia, deueniret: ubi consumptis 27 mensib. à Demetrij factione expulsus in Macedoniam uenit, unde hanc alteram scripsit epistolam, paulò antequam ipse ex Macedonia in Græciam transiret: ubi tres menses consumpsit. Itaque non uideo quis locus illi aduentui relinquatur quem plerique interpretes secundum statuunt, ut hic sit tertius quem ego secundum ac ultimum fuisse puto. Cur ergo, dices, tertiò se uenturum dicit? : nempe priorem epistolam pro secundo aduentu numerat, in qua scilicet cum ijs de rebus omnibus ad eos pertinentibus non aliter egerat quam si ꝑsens fuisset.

2 Et secundo prædico ut ꝑsens, καὶ προλέγω ὡς παρὼν τὸ δεύτερον. Pleriq; interpretes τὸ δεύτερον interpretantur de secundo aduẽtu, quali scilicet hic sit tertius quem pollicetur: qua de re diximus superiore annotatione. Itaque Erasmus sic interpretatur, Prædixi & prædico, ut ꝑsens quum essem iterum, ita & absens nunc scribo. quæ interpretatio admitti non potest. quum enim subaudiat particulã ita οὐν ἀπολὼν, satis liquet eũ contiugere ὡς παρὼν non cum προλέγω, sed cum γράφω. unde consequuntur duo absurda. Primũ scilicet, supplendã fuisse copulam quæ coniungeret προλέγω & γράφω. qualem eclipsin aliquoties iam annotauimus, sed tum demum tamen quum alia ratione no potuit explicari. Deinde, bis uideri Paulum præsentem scripsisse, aut certè scripsisse quũ secundò ꝑsens esset. Nam qui sic loquitur, Vt ꝑsens quum essem iterum, ita & absens nunc scribo, certè alterũ significat ex ijs duobus quæ dixi. Ex ijs autem puto liquere, τὸ δεύτερον pertinere potius ad προλέγω, & προείρηκα quidem ad priorem epistolam. προλέγω uerò ad hanc ipsam referri. Nam hoc ipsum scripsit superioris epistolæ cap. 4. d. 19. 20. 21 neq; ina ne est quod addidit ὡς παρὼν, ut ꝑsens. Ita enim significat sui absentis non minorem esse debere authoritatẽ, quã si ex præsentis ore has minas intelligerent. Nulla igitur causa est cur ex hoc loco statuatur secundus ille Pauli aduentus, de quo antè dixi, quum ad absentem referatur utraq; ista prædictio. Nam certè si ꝑsens fuisset, nunquam inde discessisset, nisi uel re transacta, uel eo ipso confecto quod hic se facturum interminatur. Et absens, &c. καὶ ἀπὼν νῦν γράφω

Quandoquidem experimentum quæritis in me loquentis Christi, qui erga uos non est infirmus, sed potens est in uobis.

3 ἐπεὶ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος A
χριστοῦ, ὃς εἰς ὑμᾶς οὐκ ἀσθενεῖ, ἀλλὰ δυνατεῖ ἐν
ὑμῖν.

Nam etsi crucifixus fuit ex infirmitate, uiuit tamen ex potentia Dei. nam & nos infirmi sumus cum eo, sed uiuemus cũ eo, ex uirtute Dei apud uos.

4 καὶ γὰρ ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ
δυνάμεως θεοῦ, καὶ γὰρ ἡμεῖς ἀσθενοῦμεν ἐν αὐ-
τῷ, ἀλλὰ ζησόμεθα σὺν αὐτῷ ἐκ δυνάμεως
θεοῦ εἰς ὑμᾶς.

Vos ipsos tentate annó sitis in fide: uosipsos probate: annó agnoscitis uosmetipsos, q̃ scilicet Iesus Christus in uobis sit? nisi sicubi reprobi estis.

5 ἑαυτοὺς πειράζετε, εἰ ἐστὲ ἐν τῇ πίστει, ἑαυτοὺς
δοκιμάζετε, ἢ οὐκ ἐπιγινώσκετε ἑαυτοὺς, ὅτι ἰη-
σοῦς χριστὸς ἐν ὑμῖν ἐστιν; εἰ μήτι ἀδόκιμοί ἐστε;

At spero uos cognituros quòd nos non simus reprobi.

6 ἐλπίζω δὲ γνώσεσθε, ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἐσμὲν
ἀδόκιμοι.

Opto autem apud Deum, nequid mali faciatis: non quo nos probati appareamus, sed ut uos quod honestum est faciatis, nos uerò ueluti reprobi simus.

7 εὐχόμαι δὲ πρὸς τὸν θεὸν, μὴ ποιῆσαι ὑμᾶς κα- B
κὸν μηδέν· οὐχ ἵνα ἡμεῖς δόκιμοι φανῶμεν· ἀλλ'
ἵνα ὑμεῖς τὸ καλὸν ποιῆτε, ἡμεῖς δὲ ὡς ἀδόκιμοι
ὦμεν.

Non enim possumus quicquam aduersus ueritatem, sed pro ueritate.

8 οὐ γὰρ δυνάμεθά τι κατὰ τῆς ἀληθείας, ἀλλ' ὑ-
πὲρ τῆς ἀληθείας.

Gaudemus enim quum nos infirmi fuerimus, uos autem ualidi fueritis. hoc autem etiam optamus, uestram *scilicet* perfectionem.

9 χαίρομεν γὰρ ὅταν ἡμεῖς ἀσθενῶμεν, ὑμεῖς δὲ
δυνατοὶ ἦτε. τοῦτο δὲ καὶ εὐχόμεθα, τὴν ὑμῶν
κατάρτισιν,

Propterea hæc absens scribo, ne seueritate utar ex potestate quam dedit mihi Dominus ad ædificationẽ, ac nõ ad destructionẽ.

10 διὰ τοῦτο ταῦτα ἀπὼν γράφω, ἵνα παρὼν μὴ
ἀποτόμως χρήσωμαι κατὰ τὴν ἐξουσίαν, ἣν ὁ κύ-
ριος μοι ἔδωκεν εἰς οἰκοδομὴν, καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν. C

Quod superest, fratres, ualete, perficiamini, cõsolationẽ habete, idẽ sentite, in pace agite, & Deus charitatis ac pacis *author* erit uobiscũ.

11 λοιπὸν, ἀδελφοὶ, χαίρετε, καταρτίζεσθε, πα-
ρακαλεῖσθε, τὸ αὐτὸ φρονεῖτε, εἰρηνεύετε· καὶ ὁ
θεὸς τῆς ἀγάπης καὶ εἰρήνης ἔσται μεθ' ὑμῶν.

Salutate alij alios sancto osculo. Salutant uos sancti omnes.

12 ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν ἁγίῳ φιλήματι. ἀ-
σπάζονται ὑμᾶς οἱ ἅγιοι πάντες.

γράφω. Hoc uerò per se satis intelligi poterat, etiamsi non esset additũ, quũ τὸ προλέγω dixerimus ad hãc epistolã referri: sed tamen sua emphasi nõ caret ista eiusdẽ sententię nõ eadẽ prius, sed aliquantulũ diuersa repetitio. q. d. Apost. Olim id uobis denuntiaui, & secundò denuntio ut præsens, hac scilicet epistola quam absens scribo. 3 Sed potẽs est ἀλλὰ δυνατεῖ. Hic mos est Hebræis familiaris, ut maioris emphaseos causa bis idem uideantur dicere, ut exposui mus Iohan. 1. c. 20. Sed fortasis tamen quia εἰς ὑμᾶς & ἐν ὑμῖν non frustrà uidentur repeti, aliter possit explicari hic locus, ita scilicet ut illud δι' ἀσθενῶ referat ad ea Spiritus dona ex quibus Corinthij per se poterant intelligere q̃ efficax in ipsis fuisset Pauli prædicatio. Alterũ aũt membrũ ad eam potestatẽ, quã testetur se aduersus præfractos & cõtumaces usurpaturũ, acsi dicat, Hoc uobis testor, me summa seueritate usurũ erga oẽs istos adeò ptinaces, quãdoquidẽ uidemini alioquin mihi no credere nisi Christi in me loquentis specimen uobis exhibeam: quem sentitis quidẽ non esse erga uos, in donis scilicet uobis conferendis, infirmũ & imbecillẽ, sed ego uobis cõfirmo ad uos ulciscẽdos, quũ opus fuerit, potentissimum esse. Vt aũt hanc expositionẽ sequar, eo etiam adducor quod subijcit. Certũ enim est hoc dici ut reuerentia ministerij ad officium faciendum reuocentur. 4 Ex infirmitate ἐξ ἀσθενείας. i. quod ad infirmitatem attinet, nempe ad formam illam serui quam accepit, semetipsum exinaniens. Idem enim hoc declarat atque D κατὰ σάρκα, Rom. 1. a. 3. nisi q̃ σαρξ̃ declarat ὑπόκειμενον, ἀσθένειαν uerò eius ὑπόκειται qualitatẽ: cui opponitur potentia Dei. i. diuinitas illa potentissima, quæ tese in resurrectione carnis potissimũ exeruit. Nam & nos, καὶ γὰρ ἡμεῖς. Particula causalis ostendit argumẽti superioris consequutionẽ: q̃ alioquin uideatur inepte Apostolus à Christi exẽplo sumpsisse argumentum, quo non Christi sed suam potestatem uideatur cõfirmare: nisi ostenderit quatenus sint Christo conformes ministri. Fuit, inquit, Christus, quod ad carnem attinet, uilis & abiectus hominum iudicio, adeò ut sit adactus in crucem: huius imbecillitatis imaginẽ nos quoq; circunferimus, quibus in speciem nihil fingi potest contemptius. At idem ille crucifixus, re ipsa tandem ostendit se Deum esse: ita scitote etiam nobis, quos uelut pro mortuis habetis, uigorem inuictũ non deesse, quem aduersus uos, si opus fuerit, usurpemus, ut Christum in nobis uerè uiuere sentiatis.

Cum eo ἐν αὐτῷ. Vulg. & Eras. in illo. Sed ὁν pro σὺν positum esse, uel illud declarat quod in ꝓximo mẽbro scriptum est σὺν αὐτῷ. Est autem illud quoq; obseruandũ, hac præpositione nõ tantũ significari Christi & ministrorum ipsius similẽ conditionẽ, sed hoc in primis, q̃ à Christo in ministros (de his enim ꝓprie hic agitur) uis illa ꝓmanet, per quã diuina in ipsis uirtus illa inhabitans, in media illorum infirmitate emineat. 12 Osculo sancto ἁγίῳ φιλήματι. Alibi diximus hanc fuisse nõ tantùm Iudæorũ, sed etiã aliarũ gentiũ Orientis consuetudinẽ, ut mutuis oscu lis sese salutarent summa amicitia ac necessitudine coniuncti. qua de re sic Xenophon, loquens de Persis lib. Cyri prædiæ 1, λέγεται, φησὶ, ὅτε λύκοι ἀνῆκε, καὶ ἀσπάλακάς τοι ἀπ' ἀλλήλων, τοὺς συγγενεῖς φιλοῦντας τὸν Κῦρον τῷ γόμῳ τῷ ἀσπασέμενοι θαι αὐτὸν νόμῳ πρόσεισιν. καὶ γὰρ νῦν ἔτι τοῦτο ποιοῦσι πρόσαι Et Herodot. in Clio, οὐ γὰρ χαίροντες ἢ ἀλλήλοισι οὐ τῶν ὁδοῖσι τῶνδε αὖτις διαγγείλαι οἱ ὁμοῖοι εἰσὶ οὐ συγχαίροντες. ἀσπὶ γὰρ τῷ προσαγορεύειν ἀλλήλους, φιλέουσι ζοῖσι γόμασι. ἰὼν ἢ ἄλλεος ὑποδεέστερος ὀλίγῳ, τὰς παρειὰς φιλέουσι. ἰὼν ἢ μάλα ἢ ἄλλος ἀγγενέστερος, περισωπέων προσιωνᾶται τὸν ἕτερον. Ad hanc consuetudinem Persarum proximè accessisse Iudæorũ mores facilè est ex sacra historia cognoscere, adeò ut osculumesset non modò amicitiæ alicuius, sed cuiusdam etiam ὁμοζημίας symbolũ. Eam autem consuetudinem olim etiã publicè fuisse in Ecclesiastico cœtu obseruatam, licet ex ueterũ scriptis cognoscere quum Iustinus id diserte testetur Apolog. 2. Hunc tamen morem qui nũc uelit in his regionibus urgere, nõ modò sit ineptus, sed grauioris etiam criminis suspicione laboret.

1 Non

A Gratia Domini Iesu Christi, & charitas Dei, & cómunicatio Spiritus sancti sit cum omnibus uobis. Amen.

Ad Corinthios secunda, fuit scripta Philippis urbe Macedoniæ, per Titum & Lucam.

13 ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου πνεύματος μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν.

Πρὸς κορινθίους δευτέρα ἐγράφη ἀπὸ φιλίππων τῆς μακεδονίας, διὰ τίτου καὶ λουκᾶ.

EPISTOLA PAVLI AD Galatas.

Παύλου ἀποστόλου πρὸς γαλάτας ἐπιστολή.

B NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

CAPVT I.

1 PAulus Apostolus nō ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum ac Deum Patrem, qui suscitauit eum ex mortuis:

ΚΕΦΑΛ. α.

1 ΠΑΥΛΟΣ ἀπόστολος (οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ ἰησοῦ χριστοῦ, καὶ θεοῦ πατρὸς, τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ νεκρῶν)

2 Quicq̄ mecum sunt omnes fratres, Ecclesijs Galatiæ:

2 καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες ἀδελφοὶ, ταῖς ἐκκλησίαις τῆς γαλατίας·

3 Gratia uobis & pax à Deo Patre, & Domino nostro Iesu Christo:

3 χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς, καὶ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ.

4 Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eximeret nos ex præsenti seculo malo, secundū uoluntatē Dei & Patris nostri:

4 τοῦ δόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ὥστε ἐξελέσθαι ἡμᾶς ἐκ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος πονηροῦ, κατὰ τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμῶν,

5 Cui *sit* gloria in secula seculorum. Amen.

5 ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

6 Miror quòd ita citò, deserto eo qui uocarat uos in gratiam Christi transferamini in aliud Euangelium:

6 Θαυμάζω, ὅτι οὕτω ταχέως μετατίθεσθε ἀπὸ τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς ἐν χάριτι χριστοῦ, εἰς ἕτερον εὐαγγέλιον·

7 Quum nullum sit aliud: nisi quidam sunt qui turbent uos, & uelint inuertere Euangelium Christi.

7 ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο, εἰ μή τινές εἰσιν οἱ ταράσσοντές ὑμᾶς, καὶ θέλοντες μεταστρέψαι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ χριστοῦ.

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Non ab hominibus ὃν ἀπ' ἀνθρώπων. Sic designat authorem ministerij in genere. Nam hoc est omnibus fidelibus commune. Neque per hominem διὰ ἀνθρώπου. Nunc instrumentalem uocationis causam attingit. Perinde enim est ac si diceret, Neq; per quenquam hominem. Est autem hæc peculiaris Apostolorū prærogatiua, quòd à Christo uocati sunt ἀμέσως. Seculo malo αἰῶνος πονηροῦ. Seculum uocat deprauatissimam illam hominum uitam extra Christum, qua significatione sæpe solet mundi & tenebrarum nomen usurpare. Voluntatē τὸ θέλημα. i. gratuitā beneuolentiam, quam alibi uocat εὐδοκίαν & προθεσιν, Hebræi רצון appellant, de qua diximus Luc. 2. b. 14, quanuis interdum θέλημα & εὐδοκίαν iungat, ut infrà Ephes 1. a. 5. In secula seculorum εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Hebr. לעולם עולמים pro infinito spatio, ut Rom. 16. d. 27. 6 Deserto eo qui uocarat uos in grat. Chr. ἀπὸ τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς ἐν χάριτι χριστοῦ. Sic Vetus Interp. rectè conuertit, Græcis etiam assentientibus, & August. quoq;, apud quos nulla fit mentio χριστοῦ coniungendi cum καλέσαντος. Ab hoc tamen in eo dissentio quòd ἀπὸ τοῦ καλέσαντος conuertit ad uerbum, ab eo qui uocauit, nimium ambiguè, propter uerbum sequens. Sic enim accipi posset, quasi sit scriptum ὑπὸ τοῦ καλέσαντος, ac si idem transferret qui & uocarat. Itaq; ut oēm amphiboliā uitarem, conuerti, Deserto eo qui uocarat uos, &c. Eras. A Christo, qui uocauit uos per gratiam. putauit enim, cum Hieronymo, χριστοῦ per hyperbaton cōstrui oportere cum τοῦ καλέσαντος. quam opinionem non uideo cur amplectamur, nisi nodum, quod aiūt, in scirpo quærere placeat. Altera enim interpretatio nihil prorsus torquet, & planā habet sententiam. Deinde nō memini legere in Apostolicis scriptis uocationē Christo tribui, sed Deo potius ad Christum uel per Christū uocanti. Ita enim solent μεσίτην à uocāto Deo nō diuidere sed distinguere, ut passim licet animaduertere, ac præsertim 2. Thess. 2. d. 13. 14, & 16. item 1. Pet. 5. c. 10. quibus testimonijs possit hic locus ueluti commentarijs illustrari. & pro me etiam facit quod in nōnullis codicibus annotauit Frobenius pro χριστοῦ legi θεοῦ. quā lectionem etiam si sequamur, nolim tamen hyperbaton statuere. sed dixerim potius Apostolum de seipso loqui, à quo Galatæ deficiant, quū ipse eos ad Dei gratiam uocarit non ad Legem. Sed ueteres codices summo consensu scriptum habent οὐ χάριτι χριστοῦ, & res ipsa ostendit, Christi gratiam uocari à Paulo salutem gratis in Christo oblatam. id est summam Euangelij, quod opponit Legi & falso pseudapostolorū Euangelio. Augustin. pro in gratiam, legit in gloriam, contra Græcorū codicū fidē. Trasferamini μετατίθεσθε. Vtit præsenti tēpore, quasi nondū desciuerint, sed adhuc sint in actu, quod aiunt. Deinde uerbū passiuū usurpauit, ut culpā in pseudapostolos deriuet. In aliud Euāg. εἰς ἕτερον εὐαγγέλιον. Ambr. cōnectit cū partic. ἀπὸ τοῦ καλέσαντος, sed perperam. Euangeliū aūt uocat nō libros de Christo scriptos, sed doctrinā ipsam de Christo. 7 Quū nullū sit aliud ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο. Ambros, hoc non legit. Hieronym. uerò duntaxat legit ὃ οὐκ ἔστιν, quod non existit, siue quod nusquam est. Nam quum unum sit Euangelium, non plura, altera illa doctrina quam amplexi erant Galatæ, non erat Euangelium nisi nomine tenus. Vulgata & Erasmus, ad uerbū, quod non est aliud,

quæ oratio ualde est obscura. Itaque nonnullis placet hoc connectere cum eo quod sequitur, quasi prouocabulum ὃ non referat duntaxat σύναγγέλιον, sed totum complexum superioris orationis: ac si Aliud ponatur pro Alia re, ueluti quum dicimus, Hoc nihil est aliud quàm quòd uis fallere. Eius sententiæ fuit etiam Erasmus, ut qui propterea pro εἰσίν τινες ἐταράττοντες conuerterit, nisi quòd quidam sunt. Sed hæc interpretatio admitti non potest, quum non sit scriptum εἰ μὴ ὅτι τινές εἰσιν ταράττοντες, sed εἰ μή τινες, ut satis appareat ὃ ὅτι ἕτερον ἄλλο cum superioribus cohærere, & εἰ μὴ τινες à uerbo θαυμάζω pendere, ut ratio afferatur cur mirari alio respectu desierit. ueluti si diceres, Miror mundum tàdiu re luctari Euangelio, nisi hoc efficit diabolus princeps mundi. Sequutus sum igitur Græcos interpretes, summo consensu hoc ita explicantes, ut ὃ non referat aliud quàm σύναγγέλιον, perinde ac si scriptum esset, μὴ ὄντος ἄλλου. A

Inuertere μετατρέψαι. Vel euertere. Quid enim magis contrarium est fidei siue gratuitæ iustificationi, quàm iustificatio ex Lege, siue meritis, non Christi sed nostris? Itaque qui uolunt ista duo conciliare, magis etiã sunt inepti quã qui conetur lucem cum tenebris, mortem cum uita coniungere.

Sed etiam si nos, aut Angelus è cœlo euangelizet uobis præter *id* quod euangelizauimus uobis, anathema sit.

8 ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἡμεῖς, ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω.

Vt antè diximus, etiam nunc iterum dico, Si quis uobis euangelizauerit præter *id* quod accepistis, anathema sit,

9 ὡς προειρήκαμεν, καὶ ἄρτι πάλιν λέγω, εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω.

Placere homini. Nunc enim *utrum* homines an Deum suadeo? aut quæro hominibus placere? Enimuerò si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.

10 ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω, ἢ τὸν θεόν; ἢ ζητῶ ἀνθρώποις ἀρέσκειν; εἰ ἔτι ἀνθρώποις ἤρεσκον, Χριστοῦ δοῦλος οὐκ ἂν ἤμην.

Notum autem uobis facio, fratres, quòd Euangelium prædicatum à me, non est secũdum hominem.

11 γνωρίζω δὲ ὑμῖν, ἀδελφοί, τὸ εὐαγγέλιον τὸ εὐαγγελισθὲν ὑπ' ἐμοῦ, ὅτι οὐκ ἔστι κατὰ ἄνθρωπον. B

Neque enim ego ab homine id accepi, neque edoctus sum: sed per reuelationem Iesu Christi.

12 οὐδὲ γὰρ ἐγὼ παρὰ ἀνθρώπου παρέλαβον αὐτό, οὔτε ἐδιδάχθην, ἀλλὰ δι' ἀποκαλύψεως Ἰησοῦ Χριστοῦ.

8 Anathema ἀνάθεμα. Vide Rom. 9. a. 3, & 1. Cor. 12. a. 3, & 16. d. 22.

10 Nunc enim ἄρτι γάρ. Tempus anteactum in Pharisaismo opponit præsenti conditioni, quum iam ex Pharisæo factus Apostolus, Deum non hominem annũtiaret. *Vtrum* suadeo homines, an Deum? ἀνθρώπους πείθω ἢ τὸν θεόν: Pauli antagonistæ, ut Galatas ab eo abducerent, nihil aliud quàm principes illos Apostolos in ore habebant, quos cum Paulo committebant, quasi contrarium Euangelium doceret. Itaque quanuis falsum esset quod illi prætexebant, & Apostolis nihil detractum uellet Paulus, cogitur tamen ostendere, primùm omnium se nihilo esse quoquã inferiorẽ, ut qui ab ipso Christo esset edoctus & Apostolus designatus, adeò quidẽ ut nihil hîc cuiquã mortali prius acceptum ferret. deinde se ita semper fuisse comparatum ut nunquam hominibus placere studuerit, sed ipsum etiam Petrum, quando ita faciendum fuit, libere reprehenderit. Itaque iam inde ab initio testatus est se neque ab hominib. neque per hominem esse Apostolum, & acerbè obiurgauit Galatas quòd tam citò à Deo desciuissent. quod quum posset superbius dictum uideri, argumenta nunc adhibet quibus asserit eius doctrinæ dignitatem cui angelos etiam ipsos subiecerat. Quid enim, inquit, quem me esse arbitramini? an uestrorum pseudapostolorum similem? qui nihil aliud quàm homines in ore habent, quasi non Deum, sed homines uobis prædicent? an qui uestrorum illorum more, hominum gratiam captem? Imò Deum ego suadeo, non homines: Deo me approbo, non hominibus. A Deo accepi quod annuntiaui. & uno Deo fretus, ministerio meo sum defunctus, ut non à me, sed à Deo desciueritis. Itaque quum non sit Apostolo propositum ostendere cui, sed quid suadeat, id est quid credendum proponat: neque de auditoribus, sed de doctrina ipsa disputare: quum denique sese cum ijs comparet quibuscum habebat quidem commũnes auditores, doctrinam uerò diuersam: quòd illi homines uiderentur prædicare, ipse Deum annuntiaret: illi hominibus, quorum nomine abutebãtur, ipse Deo sese approbaret. Vetus interpr. non rectè cõuertit, hominibus suadeo, an Deo? Deinde non memini legere πείθω cum quarto casu ad designandam personã, pro suadere: sed sæpissimè pro persuadere. quum Latini potius tertium casum in ea constructione usurpent. Dicunt enim Latini, Persuadeo tibi, Græci contrà, πείθω σε, & cum casu rei πείθω σε τοῦτο τὸ πρᾶγμα. Ita accipitur Act. 26. g. 28, & 2. Cor. 5. b. 11. Sed πείθειν & suadere non aliter inuenias quã constructione Latinis usitata, ut sicut Latinè dicimus suadeo hanc rem, ita etiam Græce dicatur πείθω ταῦτο τὸ πρᾶγμα, addito, quum opus fuerit, tertio casu. Est igitur nostra interpretatio multis de causis potius recipienda. quam etiam attigit Eras. ex Theophylacto: sed ita ut fontes ipsos non aperuerit. C

11 Secundũ hominem κατὰ ἄνθρωπον. Id est, doctrina quadam humana, siue ab hominibus excogitata: uel denique, quam ego ab hominibus acceptam, ex eorum authoritate annnuntiem. Vide Rom. 3. a. 5.

12 Per reuelationem Iesu Christi δι' ἀποκαλύψεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. i. reuelãte mihi Iesu Christo, idq; extra ordinẽ. Nam alioqui solus filius Euãgelium reuelat per Spiritum suum, sed hominum ministerio, quod hîc excluditur à Paulo, ut Apostolatus sui, ac proinde doctrinæ suæ authoritatem asserat. Itaque etiam opinor παρέλαβον & ἐδιδάχθην non esse synonyma hoc in loco, sed per hysteron proteron, illud ad Apostolatus onus impositum, istud ad doctrinæ quam prædicaturus erat, perceptionem referri.. 13 Summè καθ' ὑπερβολήν. Vulg. & Eras. supra modum, non satis expresse. Nam de omnibus id dicitur qui uirtutis fines trãsiliunt, hîc uerò summus quidam maximi uitij gradus significatur. Vastabam ἐπόρθουν. Vulg. expugnabam. quam interpretationem reprehendens Valla, contumelia fit Deo, inquit, cuius Ecclesia dicitur expugnari. Hoc uerò dupliciter excusat Erasmus: primùm, quasi Ecclesiæ nomine significeturexigua illa multitudo fidelium. deinde, quasi non ad euentum rei, sed ad Sauli conatus hoc sit referendũ. Atqui Paulus toti Ecclesiæ bellum indixerat, ut qui in Arabiam usque excurreret, & Christum ipsum, non autem certos homines, persequeretur. & ne eum quidem cœtũ potuit expugnare qui Hierosolymis erat. Deinde nõ potest Expugnandi uocabulum pro expugnare conari hoc in loco accipi, nisi admodum uiolenta declaratione. Itaque illam interpretationem, cum Valla, prorsus repudio, quum Ecclesia Dei non magis quàm Deus ipse, possit expugnari: quã scilicet ipsæ inferorum copiæ nunquam opprimere poterunt, ut exposuimus Matth. 16. c. 18. Erasmum autem ualde profectò demiror, ad hanc interpretationẽ tuendam, quã tamen ipse mutauit, ea ratione impulsum, quòd τὸ πορθεῖν nihil aliud significare putarit quàm expugnare aut capere. Nam hoc certè non puto ullius idonei testis authoritate posse confirmari. Imò uerò dici potest aliquis eam urbem πορθῆσαι, quam nunquã oppugnarit, ut Romæ accidit Gallis. & uicissim expugnentur multæ urbes quas tamen militi non liceat diripere. hoc enim est πορθεῖν quod Latinis di-

ripere

A Audistis enim conuersationem meam quondam in Iudaismo, quòd summè persequebar Ecclesiam Dei, & eam uastabam:

Et proficiebam in Iudaismo supermultos æquales in genere meo, quum uehementiore studio tenerer traditionum quas à patre meo acceperam.

Sed quãdo placuit Deo, qui separarat me ab utero matris meæ, & uocauit per gratiam suam,

Retegere filium suum in me, ut euãgelizarem ipsum inter Gentes: non statim contuli cum carne & sanguine:

B Neque redij Hierosolymam ad eos qui ante me *fuerant* Apostoli: sed abij in Arabiam, ac denuò reuersus sum Damascum.

Deinde tribus post annis redij Hierosolymam, ut uiserem Petrum: & mansi apud eum dies quindecim,

Alium autem ex Apostolis non uidi quẽquam, nisi Iacobum fratrem Domini.

Porrò quæ scribo uobis, ecce corã Deo *testor* quòd non confingo.

13 ἠκούσατε γὰρ τὴν ἐμὴν ἀναστροφὴν ποτὲ ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ, ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἐδίωκον τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, καὶ ἐπόρθουν αὐτήν, Act.9.a.2.

14 καὶ προέκοπτον ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ ὑπὲρ πολλοὺς συνηλικιώτας ἐν τῷ γένει μου, περισσοτέρως ζηλωτὴς ὑπάρχων τῶν πατρικῶν μου παραδόσεων,

15 ὅτε δὲ εὐδόκησεν ὁ θεὸς, ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου, καὶ καλέσας διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ, *Paulus edoctus à Deo Euãgelium*

16 ἀποκαλύψαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοὶ, ἵνα εὐαγγελίζωμαι αὐτὸν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, εὐθέως οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι,

17 οὐδὲ ἀνῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα πρὸς τοὺς πρὸ ἐμοῦ ἀποστόλους, ἀλλ' ἀπῆλθον εἰς Ἀραβίαν, καὶ πάλιν ὑπέστρεψα εἰς Δαμασκόν. *Arabia.*

18 ἔπειτα μετὰ ἔτη τρία ἀνῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα ἱστορῆσαι Κηφᾶν, καὶ ἐπέμεινα πρὸς αὐτὸν ἡμέρας δεκαπέντε. *Petrum.*

19 ἕτερον δὲ τῶν ἀποστόλων οὐκ εἶδον, εἰ μὴ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ κυρίου. *Iacobum.*

20 ἃ δὲ γράφω ὑμῖν, ἰδοὺ ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, ὅτι οὐ ψεύδομαι.

ripere, populari, & uastare. i. incelis domib. ad uastitatẽ redigere, πάχρι τοῦ πρόθεσιν. i. ab incendẽdo. quod & ipse Eras. annotauit. At enim, dices, hoc plus est q̃ expugnare. Id uerò pernego, nisi expugnatio præcesserit. Possunt enim agri & urbes, salua republ. uastari: ut Hannibali accidit tandẽ à Romanis iupato. Diripi igit ac uastari potest uinea Dñi, interea agricolæ, oia demq; ita dispdi, ut nulla hominib. appareat uineæ facies: sed expugnari tñ no potest, ita scilicet ut in C hostũ ius & potestate oẽm cocedat. quũ ns iptis utat Dñs ut custodib. quũ sunt illa populati. 14 Traditionũ, &c. τῶν πατρικῶν μου παραδόσεων. Vul. paternarũ mearũ traditionũ. Eras. à maioribus meis traditorũ institutorũ. Quid sit παράδοσις diximus Matt. 15. a. 3. Paternas aũt traditiones uocat, q̃ nõ modò Pharisæus esset ipse, sed etiã Pharisæo patre natus, ut testat Act. 23. b. 6. 15 Qui separarat ὁ ἀφορίσας. Vulg. & Eras. segregarat. Vide Matt. 13. g. 49. Loquit aũt Paulus de æterna Dei prædestinatione ad Apostolatũ. cuius quũ tres sint gradus: nẽpe ęternũ Dei consilium (quod commemorat in re prorsus simili. 1. Cor. 1. b. 5.) deinde designatio ab utero, postea uocatio: oẽs istos gradus pulchrè de relqui duo cosequũtur. Quis igit docuit ab operib. præuisis auspicarit is. s. qui Spũ sancto aduersat. 16 Retegere ἀποκαλύψαι. Eras. in hoc ut reuelaret. Cõiunxit. n. cũ participio ἱμαλέσας, qa sequit ἐν ἐμοί. de quo mox dicemus. At ego nõ dubito quin potius hoc pineat ad uerbũ σύνδρομον. In me ἐν ἐμοὶ. i. mihi. Sed tũ illud uideri quidã etiã amplius significare, quod apparet ex Hebr. idiotismo. Nã בְּ עַל omnino id declarat quod עַל בְּ ut constituit uerbũ respondẽs Græco uerbo ἀποκαλύπτεσθαι Esa. 53. a. 1 & uidetur eo dicẽdi genere significari Dei gratiã cœlitus in animũ ipsum illabi, ut Græca etiam scholia annotarũt. Eras. per me, ut ἐν ἐμοὶ positũ sit p̃ διὰ ἐμοῦ. quãobrẽ etiã hoc cõiunxit cũ participio κάλέσας: sed nõ satis apposite, ut mihi uidetur. Statim συθέως. Hieronym. ut Porphyrij calũniam uitet, ex hoc loco Paulũ summæ tũ arrogantiæ, tũ etiã incõstantiæ accusantis, hanc particulam connectit cũ σύαγγελίσωμαι, quasi aliud consilũ capturus fuerit Paulus, nisi Dñs iussisset eũ statim sese accingere ad prædicationis munus. Sed no sunt necesse ad hãc distinctionẽ cofugere. Ostẽdat Porphyrius Paulũ sibi aliquid arrogare, & solidũ erit eius argumẽtum. Quum uerò res ipsa ostendat Paulũ repẽrè & uno momẽto ita & zelo & sapiẽtia impletũ ut ex prædicationis ipsius successu apparuerit eũ nihil indigere cuiusquã subsidio, agnoscat ille suam calumniã: nos uerò Paulũ uere fuisse D gentium. Quod aũt postea cũ Apostolis cõtulit, nullã in eo leuitatẽ, sed modestiã summã ostẽdit: ut nullus iam locus arrogantiæ relinquatur. Contuli προσανεθέμην. i. consilia cõmunicaui. Nã ἀναπίθεσθαι significat arcanũ suũ familiari quod curas nostras ac difficultates in quibus uersamur, quasi onus aliquod in amicos exoneremus. Vul acquieui, nõ satis cõmode. Œcumenius inter cæteras declarationes, exponit προσανεμνησάμην, ut uideat legisse προσανεθέμην, pro prætuli & primo loco habui. nã carnẽ & sanguinẽ interpretat patriam & cognatos. quæ declaratio excurrit extra metã Apostolus ut doceat, se ab uno Christo hausisse quod prædicabat, ne summis Apostolis uideat ulla in re inferior. Hortatur igit oẽs semel coprehendẽs, & Christo tã glorioso, unicoq; suo præceptori opponẽs, ab infirma & imbecilla natura denominat. Quorsum aũt hoc nẽpe q̃ his argumentis pseudapostoli Galatas fascinassent: quasi Paulus unus esset ex Apostolorũ discipulis, & quidẽ postremus: ut nõ statim ei credẽdũ esset: summos aũt Apostolos nõ ita abhorre à Circũcisione & Lege, quæ adhuc seruaret Hierosolymis. Illud ergo primũ refutat, seq; à Christo ipso glorioso institurũ & Apostolũ Gentib. destinatũ ostẽdit: deinde sibi cũ reliquis Apostolis optimè cõuenire, à quib. in nihil noui diuelli erit. Qui igit per carnẽ & sanguinẽ intelligũt cognatos ipsius Pauli, itẽ carnis cupiditates, nihil dicũt. 17 Redij ἀπῆλθον. Vel, alcẽdi. Sed illud melius cõuenit historiæ. Vulg. ueni ἦλθον. In Arabiam εἰς Ἀραβίαν. Vide Act. 9. c. 26. 18 Vt uiserẽ ἱστορῆσαι. Vulg. uidere. Eras. ut uiderẽ. Neuter satis expresse. Significat. n. ἱστορεῖν cognoscẽdi & intelligẽdi causa inspicere, atq; etiã uidere & oculis subiicere. Sic distinxit ab ἰδεῖν Plut. his uerbis in Cicer. Ὥστε τὰς παραδόσεις τῶν παίδων ἐπιδεικνύειν τοῖς διδασκαλείοις, ὀφείλειν δὲ τὸν Κικέρωνα, μᾶλλον τοῦ ὑμνεῖσθαι αὐτὸν πρὸς τῶν πολιτῶν, ἰδεῖν τὴν οἰκίαν καὶ σύνεσιν ἱστορῆσαι. 19 Iacobũ, &c. Ἰάκωβον, &c. Vide Act. 15. c. 14. 20 Corã Deo ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. Verbũ suppleri ex quo intelligat esse iurisiurãdi species, deinde ut cohereat sequẽs particula. Nã quod affert Hier. nẽ cora Deo sunt. i. digna Dei cospectu. prius est absurdũ. Non cõfingo οὐ ψεύδομαι. Sic explicandũ est τὸ ψεύδεσθαι transitiuè. ut in illo Aristoph. in Plut. ψεύδεσθαι τὸν ἄλλον. nisi quũ p̃ decipio accipit, & p̃ simulo, nõnihil diuersa declaratione, Act. 5. a. 3. Vul. qa no mẽtior. Er. nõ mẽtior, omissa particula ὅτι, quã tñ puto hic poni ἀτελογικῶς.

Syria. Cilicia.

Deinde ueni in regiones Syrię & Ciliciæ. 21 ἔπειτα ἦλθον εἰς τὰ κλίματα τῆς Συρίας καὶ A
Eram autē ignotus facie Ecclesiis Iudææ, 22 τῆς Κιλικίας.
quæ *erant* in Christo: ἤμην δὲ ἀγνοούμενος τῷ προσώπῳ ταῖς ἐκ-
Sed solùm audierant *qui dicerent*, Qui per- 23 κλησίαις τῆς Ἰουδαίας, ταῖς ἐν Χριστῷ·
sequebatur nos aliquando, nunc annuntiat μόνον δὲ ἀκούοντες ἦσαν, ὅτι ὁ διώκων ἡμᾶς πο-
fidem quam quondam uastabat. τε, νῦν εὐαγγελίζεται τὴν πίστιν, ἣν ποτε ἐπόρθει·
Et glorificabant Deum de me. 24 καὶ ἐδόξαζον ἐν ἐμοὶ τὸν θεόν.

CAPVT II.

ΚΕΦ. Β.

Paulus confert suam doctrinam cum Apostolis.

DEinde interiectis annis quatuordecim, rursum ascēdi Hierosolymam, unà cum Barnaba, assumpto simul & Tito.

1 Ἔπειτα διὰ δεκατεσσάρων ἐτῶν πάλιν ἀνέ-
βην εἰς Ἱεροσόλυμα μετὰ Βαρνάβα, συμ-
παραλαβὼν καὶ Τίτον.

Ascendi autem ex reuelatione, & exposui eis Euangeliū quod prędico inter Gentes, sed priuatim cum iis qui sunt in pretio: ne quo modo frustra currerē aut cucurrissem.

2 ἀνέβην δὲ κατὰ ἀποκάλυψιν, καὶ ἀνεθέμην αὐ-
τοῖς τὸ εὐαγγέλιον, ὃ κηρύσσω ἐν τοῖς ἔθνεσι, κατ'
ἰδίαν δὲ τοῖς δοκοῦσι, μήπως εἰς κενὸν τρέχω, ἢ B
ἔδραμον.

Titus circumcisus non est.

Sed neque Titus qui mecum erat, quum esset Græcus, coactus fuit circuncidi:

3 ἀλλ' οὐδὲ Τίτος, ὁ σὺν ἐμοί, Ἕλλην ὤν, ἠναγ-
κάσθη περιτμηθῆναι,

Libertas. Seruitus.

Nempe propter subreptitios falsos fratres qui irrepserant ad explorandum libertatem nostram quam habemus in Christo Iesu, ut nos in seruitutem adigerent.

4 διὰ δὲ τοὺς παρεισάκτους ψευδαδέλφους, οἵ-
τινες παρεισῆλθον κατασκοπῆσαι τὴν ἐλευθερί-
αν ἡμῶν, ἣν ἔχομεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἵνα ἡμᾶς κατα-
δουλώσωνται.

Quibus ne ad momentum quidem cessimus per subiectionem: ut ueritas Euangelij permaneret apud uos.

5 οἷς οὐδὲ πρὸς ὥραν εἴξαμεν τῇ ὑποταγῇ, ἵνα
ἡ ἀλήθεια τοῦ εὐαγγελίου διαμείνῃ πρὸς ὑμᾶς.

Ab ijs autem qui putātur esse aliquid, *non sum edoctus.* (Quales olim fuerint, nihil mea refert: personam hominis Deus non accipit.) Nam qui sunt in pretio, nihil mecum contulerunt.

6 ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων εἶναί τι, (ὁποῖοί ποτε C
ἦσαν, οὐδέν μοι διαφέρει· πρόσωπον θεὸς ἀν-
θρώπου οὐ λαμβάνει,) ἐμοὶ γὰρ οἱ δοκοῦντες, οὐ-
δὲν προσανέθεντο,

23 Fidem τὴν πίστιν. i. doctrinam fidei siue Euangelium, ut 1. Tim 4. a. 1, & infrà 3. a. 2. Vastabat ἐπόρθει. Sic apud Sallustium dicitur conscientia mentem uastare. Vide supra uersiculo 13.

De me ἐν ἐμοί. Hebr. ב׳ pro עלי.

IN CAPVT II.

1 Interiectis annis quatuordecim διὰ δεκατεσσάρων ἐτῶν. Vid Marc. 2. a. 1.

2 Cum ijs qui sunt in pretio τοῖς δοκοῦσι. id est, τοῖς σύλλογοις: quibus opponuntur οἱ διαλεξόμενοι. Vulgata, qui uidebantur aliquid esse τοῖς δοκοῦσί τινα εἶναι, contra omnium nostrorum codicum fidem, & repugnante etiam Hieronymi interpretatione. Sic enim scribit, quod & rectè expendit Erasmus. Solicitus, inquit, requirebam quidnam esset quod diceret, Qui uidebatur: sed nunc me omni scrupulo liberauit, adijciens, Qui uidebatur columnæ esse. Hæc Hieronymus, satis declarans se non legisse hoc in loco, εἶναί τι. sed ita tamen ut non uideatur cognouisse τοὺς δοκοῦντας à Græcis uocari absolutè τοὺς σύλλογους. i. quorum apud omnes præclara est existimatio. Eadem, ut opinor, Græci sermonis imperitia fecit ut Vetus Interpres, Hieronymo audacior, aliquid esse, adijceret. Sed est multo etiam durius quod apud Ambrosium legimus, Qui sibi uidebantur aliquid esse. Vide infrà uers. 6.

Frustrà εἰς κενὸν. Id est nullo cum fructu. Nam quod ad doctrinam ipsam attinet, de ea nihil dubitabat Paulus: sed quod à multis spargebatur, ipsum scilicet diuersam ab Apostolis doctrinam profiteri, Euangelij ipsius cursum impediebat. cui rei mederi studuit.. 4 Nempe propter διὰ δὲ. δὲ pro δὴ uel δήτα positum est: cuius enallages exēpla uide in Budæi commentarijs. Non erat igitur causa cur Erasmus expūgeret, ex Hieronymi scilicet opinione, qui putauit redundare, quòd non præcedat μού: sed imperitè, ut alibi diximus. D

Subreptitios παρεισάκτους. Id est παρεισδεδυκότας, qui scilicet per fraudem & pietatis simulationem, in fidelium album subrepserant. Nam in his uerbis πάρα plerunque ponitur in uitio. Quidam conuertit emissarios, quasi scilicet isti ab alijs quibusdam essent subornati, ac non potius sua sponte soliti sint Paulo & ijs omnibus insidiari qui Christiana libertate utebantur. Vulgata, subintroductos. Erasmus, obiter ingressos.

5 Ne ad momentum quidem οὐδὲ πρὸς ὥραν. Vulg. neq; ad horam. Eras. ne ad tempus quidem. Vide Matt. 9. c. 22. Ambrosius non legit οἷς οὐδὲ (quasi ad tempus cesserit Paulus falsis illis fratribus) repugnante omnium Græcorum codicum fide, & ipsa quoque sententia. ut Erasmum plane mirer hîc laborare, quasi Pauli sermo sit imperfectus, quum omnes partes optimè constent. At enim, inquit, quomodo non cessit, qui Timotheum coactus est circuncidere? Quasi uerò circunstantia loci, temporis, personarum non sit uaria. Nam circunciditur Timotheus ut infimi ac rudes Iudæi non offendantur in Tito uerò cur idem fieret. non in gratiam infirmorum sed falsorum fratrum (quos canes & concisionem uocat Philip. 3. a. 2, & excindi etiam optat infrà 5. b. 12.) idque præsertim eo ipso tēpore quo Paulus Hierosolymam uenerat ut eam in libertatem assereret? Per subiectionem τῇ ὑποταγῇ. Id est, ut nos illis, prodita libertate, subijceremus. Hoc enim fuisset Christo renuntiare. Vulgata, subiectione, nimium ambiguè. non cedimus enim ea re quam amissam uolumus. Itaque istis Apostolus non subiectione, sed libertate non cedebat.

Veritas Euangelij ἡ ἀλήθεια τοῦ εὐαγγελίου. Id est, uera ac syncera Euangelij doctrina, nullis scilicet istorum falsis doctrinis corrupta. Apud uos πρὸς ὑμᾶς. Siue uobis. Galatas autem alloquitur, sed ita ut gentes omnes comprehendat, quarum scilicet par erat causa, & quibus peculiariter destinatus erat Apostolus.

6 Ab ijs autem qui putātur esse, &c. ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων εἶναί τι. Ita legitur hîc locus in omnibus Græcis codicibus quos hactenus uidere. Ne cui autem hoc durius uideatur, quasi obliquè Paulus aliquid detrahat de aliorum Apostolorum existimatione, sciendum est eum ex aduersariorum suorum sensu ita scribere, qui scilicet, ut Pauli doctri-

nam

A nam euerterent, solebant aliorum Apostolorum nomina apud imperitos Galatas perpetuò iactare: quasi isti quidem essent aliquid, (quos tamē & ipsi re uera aspernabantur, quum una esset Pauli & aliorum doctrina) Paulus uerò præ illis nihil esset, qua ratione ipse alios τοὺς δοκοῦντας appellat. Præcisam autem esse hanc orationem, nec illum, ut existimauit Erasmus, propter interpositam parenthesin, postea ad id quod cœperat reuerti, satis liquet ex γάρ coniunctio ne causali. Itaque alij supplent, additus sum. quod non probo, quia nimium late patet: & eo Apostolorum colloquio ac consensu qui postea subijcitur, non dubito quin magnopere iit adiutus ac cōfirmatus Paulus. Alij, Nihil mihi collatum est, quod & ipsum non amplector, ne uideatur eadem esse confirmatio atque ipsa propositio. Suppleui igitur διδαχθὲν edoctus sum. Est enim id in primis accommodatum, & ita scripsit ipse Apostolus supra 1.c.12. Græcus ne rò scholiastes aliam uiam iniit, qua possint ista sic cōnecti, ut nulla sit uel parenthesis uel ecliplis: quasi scilicet ὁποῖοί ποτε ἦσαν utrinque sit includendum distinctione, & ἄλλην μὲν διαφέρει coniungendum sit cum ἀπὸ τῆς τῶν δοκούντων εἶναί τι. ut ita conuertas, Ab ijs autem qui uidentur esse aliquid, qualescunque olim fuerint, nihil mihi discrepat. id est nulla in re dissideo, seu differo. ac fateor quidem τὸ διαφέρειν eam significationem ualde esse usitatam, sed cum secundo casu absque præpositione. Nam in constructione syncategorematica ego quidem non memini legere.

Quales olim fuerint, &c. ὁποῖοί ποτε ἦσαν. Fuerant Christi ipsius familiares ac domestici ij quorum se non indiguisse dixerat Apostolus, ut ab ijs quicquam disceret. quod & supra attigit: aduersariorum scilicet ore celebratum; 1.d.17. uers. Hoc igitur, inquit, nihil moror. Nam Deus in conferenda sua gratia nihil moratur: libera sunt ipsius iudicia, ut cui uult & quantum uult largiatur. Itaque ego in Pharisaismo educatus, & Christi hostis, sum repente factus nihilo inferior illis qui cum Christo tandiu & tam familiariter sunt uersati.

Nihil mecum contulerūt ἐμοὶ γὰρ οὐδὲν προσανέθεντο. Non potuit Paulus apertius ostendere sibi non modò per o-

B mnia cum illis conuenisse, sed etiam nullum in religione caput fuisse quod non prorsus teneret, quū illi nihil habuerint quod uicissim communicarent cum Paulo, sed contenti fuerint illius doctrinam approbasse: nihil proculdubiò prætermissuri, si quid ille non satis rectè docuisset, uel si quid ad ea quæ rectè docuerat adiiciendum putassent. Cæterùm de uerbo προσανέθοντο, diximus supra 1.c.16. quod Græcus scholiastes interpretatur, δηλονότι ἢ παρεσήμηνεν ἢ ἀφεῖλον. id est, nihil uel addiderunt uel detraxerunt, non malè, si sententiam ipsam spectes. Sed & fortasis non inepte cōuertas ἐμοὶ οὐδὲν προσανέθεντο nihil præterea oneris mihi imposuerunt, q̄ hac etiam significatione uerbū illud usurpetur. Mihi tamen usitatior est prima illa interpretatio simplicissima, ut eadem significatione accipiatur atque supra 1.b.16. & hoc ipso capite, uers. 2. Videtur enim præpositio πρὸς uel nihil adijcere significationi τοῦ ἀνατίθεσθαι, uel certe non magnum pondus habere.

ἀλλὰ τοὐναντίον, ἰδόντες ὅτι πεπίστευμαι τὸ εὐαγγέλιον τῆς ἀκροβυστίας, καθὼς Πέτρος τῆς περιτομῆς·

7 Imò contrà, quum uidissent mihi creditum fuisse Euangelium Præputij, sicut Petro Circuncisionis:

(ὁ γὰρ ἐνεργήσας Πέτρῳ εἰς ἀποστολὴν τῆς περιτομῆς, ἐνήργησε κἀμοὶ εἰς τὰ ἔθνη·)

8 (Nam qui efficax fuit per Petrum ad Apostolatum Circuncisionis, efficax fuit etiā per me erga Gentes.) *Paulus Gētium doctor.*

C καὶ γνόντες τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν μοι, Ἰάκωβος καὶ Κηφᾶς καὶ Ἰωάννης, οἱ δοκοῦντες στῦλοι εἶναι, δεξιὰς ἔδωκαν ἐμοὶ καὶ Βαρνάβᾳ κοινωνίας, ἵνα ἡμεῖς εἰς τὰ ἔθνη, αὐτοὶ δὲ εἰς τὴν περιτομήν·

9 Quúmque cognouissent gratiam mihi data tam Iacobus & Cephas & Iohannes, qui putantur esse columnæ, dextras dederunt mihi ac Barnabæ societatis: ut nos inter Gētes, ipsi uerò inter circūcisos, *Apostolatu fungeremur.* *Petrus Iudeorū Apostolus.*

μόνον τῶν πτωχῶν ἵνα μνημονεύωμεν· ὃ καὶ ἐσπούδασα αὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι.

10 Solùm *monuerunt* ut pauperum meminissemus: quod & ipsum studui facere.

ὅτε δὲ ἦλθε Πέτρος εἰς Ἀντιόχειαν, κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην, ὅτι κατεγνωσμένος ἦν.

11 Quum autem uenisset Petrus Antiochiā, in os ei restiti, eo quòd condemnandus esset. *Petrus à Paulo corripitur.*

7 Euangelium præputij εὐαγγέλιον τῆς ἀκροβυστίας. Id est Euangelium inter Gentes annuntiandum: quam metonymiam aliquoties in epistola ad Romanos annotauimus. Neque enim duplex est Euangelium in sese, sed duo populorum genera quibus annuntiatur, unum circuncisum, alterum incircuncisum.

Per Petrum Πέτρῳ. Sic malo explicare, ut significetur causa instrumentalis. Vulg. Petro. Erasm. in Petro.

9 Qui putantur, &c. οἱ δοκοῦντες, &c. Id est, quos solos isti pro columnis habent, quasi ego sim nihili: in eo quidem ab illis ipsis dissidentes quorum authoritate ad uos decipiendos abutuntur. Vide supra uers. 6.

D Dextras societatis δεξιὰς κοινωνίας. Id est, porrexerunt manum, quòd symbolum esset nostræ in Euangelij doctrina summæ consentionis. Virgil. Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.

Inter Circuncisos *Apostolatu fungeremur* εἰς τὴν περιτομήν. Rectè suppleuit Erasm. quod omnino deerat. omisit sum est autem à Paulo, ut qui in hac epistola mirè studeat breuitati, siue genus ipsum dicendi, siue argumēta spectes. Sic etiam in proximo uersiculo uerbum desideratur, sed ex communi loquendi usu, ut istæ ecliples nihil obscuritatis afferant.

11 κατὰ πρόσωπον. Id est, ἐμπροσθεν πάντων, coram omnibus, ut explicat ipse Paulus uersu 14. Itaque absurdum est commentum Hieronymi, interpretantis, secundum faciem, id est non ex animo, quasi res tota non seriò sed per sanctam quandam simulationem inter utrunque sit acta, ut Iudæi non offenderentur, & uicissim Gentibus satisfieret. Hoc uerò si ita est, ut nihil aliud dicam, quorsum hoc factum pertinuerit ad Apostoli scopum? Similia sunt fere omnia, profana certè & apertissimè detorta, quæ in hunc locum Græci interpretes plerique & Hieronymus adueruus Augustinum pro Petro disseruerunt. quæ sanè miror Erasmum digna censuisse quæ non modò commemoraret, sed etiam tueretur.

Quòd condemnandus esset ὅτι κατεγνωσμένος ἦν. Participium pro nomine positum, quasi condēnatitium dicas aut condemnabilem, sicut à Latinis participialia quæ uocant nomina usurpantur, quod ita familiare est Hebræis, ut non aliter loquantur. ut יְדִיד, id est dilectus pro amabili, & נִחְמָד expetitus pro expetibili, & alia infinita. Ita enim hoc accipiendum esse res ipsa ostendit. ut planè absurdum sit quod nonnulli afferunt, damnatum fuisse Petrum ab ijs scilicet qui non norant rem agi ex composito, & malè de illo iudicabant, tametsi reprehensibilis non erat: uel quòd antè reprehensus fuisset Hierosolymis quòd cum Cornelio sumpsisset cibum. En quo delabantur qui quam arripuerunt sententiam, uolunt mordicus tueri. Cicero in Pisonem, Quis te miserior? quis te damnatior: quis neq; scribere ad senatum, rempubl. bene à te gestam, neque præsens dicere ausus es? Id est, quem iustius quis iudex possit condemnare quàm te? Ita accipitur κατεγνωσμένος hoc in loco, pro ἐπιμεμφὴς uel ἐπιμεμφής.

13 Abdu

Nam antequam ueniſſent quidam à Iacobo, unà cum Gentibus edebat: quum autem ueniſſent, ſubduxit ac ſeparauit ſe ab eis, metuens eos qui erant ex Circunciſione.

12 πρὸ τοῦ γὰρ ἐλθεῖν τινας ἀπὸ Ἰακώβου, μετὰ τῶν ἐθνῶν συνήσθιεν. ὅτε δὲ ἦλθον, ὑπέστελλε καὶ ἀφώριζεν ἑαυτόν, φοβούμενος τοὺς ἐκ περιτομῆς.

Ac ſimulabant unà cum eo reliqui etiam Iudæi: adeò ut Barnabas ſimul abduceretur in illorum ſimulationem.

13 καὶ συνυπεκρίθησαν αὐτῷ καὶ οἱ λοιποὶ Ἰουδαῖοι· ὥστε καὶ Βαρνάβας συναπήχθη αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει.

Sed quum uidiſſem quòd non recto pede incederent ut ueritati Euangelij congruebat, dixi Petro coram omnibus, Si tu, quum ſis Iudæus, Gentiliter uiuis, ac non Iudaicè, cur Gentes cogis Iudaizare?

14 ἀλλ' ὅτε εἶδον, ὅτι οὐκ ὀρθοποδοῦσι πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ εὐαγγελίου, εἶπον τῷ Πέτρῳ ἔμπροσθεν πάντων· εἰ σὺ Ἰουδαῖος ὑπάρχων, ἐθνικῶς ζῇς, καὶ οὐκ Ἰουδαϊκῶς, τί τὰ ἔθνη ἀναγκάζεις Ἰουδαΐζειν;

Nos natura Iudæi, & non ex Gētibus peccatores:

15 ἡμεῖς φύσει Ἰουδαῖοι, καὶ οὐκ ἐξ ἐθνῶν ἁμαρτωλοί,

Scientes non iuſtificari hominē ex operi-

16 εἰδότες ὅτι οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος ἐξ ἔργων

13 Abduceretur in eorum ſimulationem *συναπήχθη αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει*, uel ſimul abriperetur per eorum ſimulationem. Nam *ἀναγέσθαι* Barnabam indicat impetu & exemplo potius abreptum quàm iudicio fuiſſe impulſum. Vulg. duceretur ab eis in illam ſimulationem. In Complutenſi editione legitur *ὥστε Βαρνάβας συναπήχθη*, expuncta particula *καί*, ab aliquo nimirum qui Barnabam etiam uoluit culpæ eximere, quaſi ſcriptum ſit *ἵνα Βαρνάβας συναπαχθῇ* ut Barnabas abduceretur. Dici enim non poteſt quantopere hîc laborarint Græci, & ex Latinis præcipuè Hieronym. ut Petrum culpa liberarent. hoc eſt, Apoſtoli ſententiam & Apoſtolatum (cuius authoritatem hoc facto uindicat) euerterent. quod ſcilicet exiſtimarint Apoſtolos poſt acceptum Spiritum ſanctum fuiſſe *ἀναμαρτήτους*. Id uerò ut in doctrinæ capitibus concedam, tamen non huc pertinet. quum Petrus hoc loco non peccet in doctrina, ſed in certo facto: quòd ſcilicet dum Iudæorum infirmitati cupit conſultum, Euangelicam libertatem adducit in diſcrimen. Peccatum eſt igitur non in doctrina, neque etiam in ipſo facto ſimpliciter, ſed in facti circunſtantijs nō ſatis prudenter ab eo conſideratis. unde magnum conſequutum eſt offendiculum, ut meritò prorſus à Paulo ſit publicè reprehenſus. Neque enim tanti fuit infirmitas Iudæorum, ut propterea prodenda fuerit aliorum qui aderant libertas, & firmitas labefactanda. Itaq; hîc opus fuit deliberatione illa quæ à Cicerone in Officijs pertractatur, ex duobus utrum utilius. 14 Quòd non recto pede incederent *ὅτι οὐκ ὀρθοποδοῦσι*. Rectum pedem opponit ſimulationi præpoſteræ. Videbantur enim Petrus & eius ſectatores in utranque partē claudicare, quum paulò antè cum Gētibus cibum caperent, & tam ſubitò ſe ab illorum conſortio ſubducerent. Nam abſurdū eſt certè quorundā cōmentum, qui hoc nolunt dici de Petro, ſed de alijs qui cum Petro ſimulabant: quaſi ille diſſimularet potius quam ſimularet, illi uerò putarent aliquid admiſſum contra bonos mores, quum ſeſe coniungerēt cum Gētibus. Id uerò ſi ita eſſet cur diſerte nō excipitur Petrus? cur diſertè, præteritis cæteris, in eum unū fertur reprehenſio? quorſum deniq; hæc hiſtoria commemoratur, ſi Petrus ipſe, qui aliquid eſſe uidebatur, non eſt à Paulo & quidem iure reprehenſus? Cauſa igitur profectò non erat cur iterum nobis Eraſmus rancidas iſtas nugas apponeret. Vt ueritati Euangelij cong. *πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ εὐαγγελίου*. Veritatem Euangelij uocat ſynceram ac ueram Euangelij tum doctrinam tum uſurpationem, quam uulgò practicam uocant. Præpoſitio autem *πρὸς* congruentiam & conuenientiam declarat, ut 2 Cor. 5. b. 10. ut pro *κατὰ* poſita uideatur, ſicut dixit Iſocrates *πρὸς τὸ πρόσωπον, αὐτὶ τοῦ κατὰ τὸ πρόσωπον*.

Petro *Πέτρῳ*. In uno codice ſcriptum inueni *Τῷ Κηφᾷ*, & uerſu 11, *ὁ Κηφᾶς*. Vetus interpres priore loco habet, Quum autem uenſſet Petrus, &c. hic autem, dixi Cephæ. Neque uerò iſtius uarietatis ullum eſſet momentum (quum idem ſit Cephas qui & Petrus) niſi Clemens libro diſpoſitionum 4. (quem ſequitur Euſebius lib. Eccleſiaſt. hiſtoriæ 2.) occaſionem hinc arripuiſſet falſò interpretandi huius loci, quaſi ſcilicet Cephas iſte non fuerit Petrus ille Apoſtolus, ſed unus ex 70. diſcipulis. quem errorem meritò refutat Hieron. Nam, ut alia omittam, quorſum alioqui commoratur hæc hiſtoria? Cogis *ἀναγκάζεις*. Cogi dicit Paulus eos qui Petri authoritate & exemplo, uacillante conſcientia ad Iudaiſmum inclinabant. 15 Nos natura Iudæi *ἡμεῖς φύσει Ἰουδαῖοι*. i. nos Iudæi, & quidem genere, non autem proſelyti. Incipit autem Apoſtolus, cōſtituta iam ſui miniſterij authoritate, ad rem ipſam accedere: ut meritò tertium caput ab hoc uerſiculo poſsis inchoare: niſi ſuperiora omnia quibus ſcilicet unum idemq; argumentum explicatur, malis primo capiti tribuere. quod qui non conſiderarunt, iſta putarunt ad ſuperiorem hiſtoriam pertinere, quū in ſuperiore uerſ. deſinat. Quanquā & præſenti cōtrouerſiæ cum Petro poſſunt iſta applicari uſq; ad ſequentis capitis initium, ubi per Apoſtrophen Galatas cōpellat, quaſi ſcilicet à Petro ad illos oratione auertens. Sed malo Galatis omnia ab hoc uerſiculo applicare. Mira eſt autem ac planè inimitabilis breuitas Apoſtoli in tota hac epiſtola cuius pulcherrimum exemplum ſuppeditat hic locus. Ita enim id proponit de quo dicturus eſt, nos ſcilicet fide non autem operibus Legis iuſtificari, ut duplex ſimul argumentum afferat. Iudęi, inquit, ſumus, & quidem natura, nec qui uobis gratuitam ex fide iuſtificationem proponamus. Itaque non minus nobis credite, quàm neſtris pſeudapoſtolis, quibus in ſtudio Legis non poſsimus cedere, quum & ipſi Iudæi ſimus. Credidimus in Ieſum Chriſtum: quorſum, ſi Lex non potuit iuſtificare? Primum igitur argumentum à circunſtantia perſonæ ſumptum eſt, alterum ab ipſa fidei & Euangelij natura. At enim quomodo iſta cohærent? Dices. Optimè profectò. Quum enim in ea reprehenſione Petri, ageretur de ijs qui Chriſtum cum Lege coniungebant, inde meritò delabitur ad hoc ipſum tractandum argumentum: unde etiam factum ut aduerſus ipſum Petrum aut certè aduerſum illos quibus ſeſe Petrus adiūxerat: iſta dici uideantur. adeò mollis & artificioſa eſt iſta iunctura. Peccatores *ἁμαρτωλοί*. Hebr. חטאים. Sic autem uocabant omnes Gentiles, quaſi qui nihil aliud poſſent quàm peccare, alieni ſcilicet à Dei fœdere.

16 Scientes *εἰδότες*. Vulgata, ſcientes autem, *εἰδότες δέ*, ut in duobus codicibus ſcriptum inuenimus. quam lectionem ſi ſequaris, dicendum fuerit ſuperiore uerſiculo, Nos natura Iudæi *ſumus*, & non ex Gentibus, peccatores. Scientes autem, &c. Ego malui iſta connectere abſque coniunctione *δέ*, ita ut *ἡμεῖς* per epanalepſin repetatur, quāuis quod ad ſenſum attinet, nihil interſit.

Sed *ἐκὴ μὴ*, Hebr. כי אם quas particulas Græci interpretes interdum per *ἐκὴ μὴ* conuertunt, ut Geneſ. capite uicesimo ſecundo, ſ. 26, interdum per *ἀλλά*, ut Eſaiæ cap. 59. a. 2: unde factum ut *ἐκὴ μὴ* ſcripſerit Paulus pro *ἀλλά*. Niſi malimus *ἐκὴ μὴ* reſpondere particulæ Hebræorum אך, id eſt *πλήν*. Significat autem *πλὴν* interdum idem quod *ἐκὴ μὴ*, & pro *μόνον* etiam accipitur, id eſt tantummodo uel duntaxat, ut iſtæ particulæ facilè inter ſe permutentur. Sed & Latini (ne quis clamitet quoſuis Hebraiſmos à nobis confingi) ſic omnino uſurpant nonnunquam particulam Niſi, ut Terent. in Andria, Neſcio, Niſi mihi deos ſatis ſcio iratos fuiſſe, qui auſcultauerim,

id eſt,

A ideſt, ſatis ſcio. uel, tãtũ, ſatis ſcio, &c. Idẽ Adelphis, Ecce aũt de integro. Niſi quicquid eſt, uolo ſcire. i. ſed quicquid ẽ uel, tãtũ, quicquid eſt. Fateor tamẽ Donatũ aliter explicare. quaſi uidelicet ſubaudiatur q uel quia. Sed, ut hoc ſupplea, nondum tamen plena fuerit conſtructio. nec dubito quin hic mihi aſſentiatur quiquis non erit nimium contentioſus, quũ Apoc. 9. a. 4. & 21. ſ. 27. ſimili prorſus ratione eædem particulæ uſurpentur, pro ἀλλά. Poſtremò qua Sempelagiani noſtri hũc locum arripiunt ut iuſtitiam operum cum iuſtitia fidei conciliẽt (quaſi cum Vetere interprete dicendum ſit, nos non iuſtificari ex operibus niſi per fidem, id eſt, non ex omnibus operibus, ſed ex operibus fidem conſequentibus: ſiue, non omnia opera ſalutem mereri, ſed ea demum quæ ex fide naſcuntur) ne habeant iſti quod obgannitant, primum hoc quæro ex ipſis, quid per opera Legis intelligant quæ hic uolunt à Paulo coniungi cũ fide. Si cæremonias reſponderint, in eo certè produnt quàm parum attente Pauli ſcripta legant. Nam ſi cocedit Apoſtolus opera Legis i. cæremonias cum fide Ieſu Chriſti coniunctas, iuſtificare, quid cauſæ erat cur iſtos uocaret pſeudapoſtolos, aut qua de re cum illis contenderit? Neque enim iſti Chriſtum ſeparabant à Lege, ſed cũ lege coniungebãt, quaſi ſolus non ſufficeret. Sin autem per opera Legis intelligunt opera moralia quæ uocant, eaque uolunt à Paulo connecti cum fide, ut iuſtificandi uim habeat: perim ab eis quo pudore conciliare ſtudeant, tanquam ad unum finẽ concurrentia, quæ hoc ipſo uerſiculo ſeparat Apoſtolus, ut ex diametro diſsidentia. Quid enim? an non ſtatim ſubijcit, nos ex fide iuſtificari, & non ex operibus Legis, & Rom 3. d. 28 fine operibus Legis? & qualis erit iſta conſequutio, ſi ex Lege iuſtificamur, Chriſtus fruſtra mortuus eſt: ſi præter Chriſti mortem noſtra etiam opera, tanquã cauſæ ad ſalutem requirantur? Ex his igitur & alijs plurimis argumentis quæ uolens prætermitto, ſatis liquere puto ἐκ μὴ hoc in loco nihil aliud declarare quàm Sed uel Tantummodo, & ineptos etiam eſſe aduerſarios Gratiæ, qui huius loci teſtimonio abutuntur ut imperitis imponant.

Per fidem Ieſu Chriſti διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. Id eſt, per fidem in Ieſum Chriſtum: ut etiam accipitur iterum in hoc ipſo uerſiculo, & infrà uerſ. 20. Vſia caro πᾶσα σάρξ, Id eſt, ullus homo. Sed in uocabulo Carnis magna eſt emphaſis: quo ſcilicet ſignificatur hominis natura prorſus corrupta, & ad immortalitatem ſibi comparandam penitus inepta.

νόμου, ἐὰν μὴ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡμεῖς εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν ἐπιστεύσαμεν, ἵνα δικαιωθῶμεν
B ἐκ πίστεως Χριστοῦ, καὶ οὐκ ἐξ ἔργων νόμου. διότι ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σάρξ.

bus Legis, ſed per fidem Ieſu Chriſti: etiam nos *inquam* in Chriſtum Ieſum credidimus, ut iuſtificaremur ex fide Chriſti, & non ex operibus Legis: propterea quòd non iuſtificabitur ex operibus Legis ulla caro. *Operã. Fidei.* Rom. 3. c. 20

εἰ δὲ ζητοῦντες δικαιωθῆναι ἐν Χριστῷ, εὑρέθημεν καὶ αὐτοὶ ἁμαρτωλοί, ἆρα Χριστὸς ἁμαρτίας διάκονος; μὴ γένοιτο. 17

Quòd ſi dũ quærimus iuſtificari per Chriſtum, reperimur & ipſi peccatores: nũ Chriſtus peccati miniſter eſt? Abſit.

εἰ γὰρ ἃ κατέλυσα, ταῦτα πάλιν οἰκοδομῶ, παραβάτην ἐμαυτὸν συνίστημι. 18

Nam ſi quę deſtruxi, ea rurſum ædifico, tranſgreſſorem meipſum conſtituo.

ἐγὼ γὰρ διὰ νόμου νόμῳ ἀπέθανον, ἵνα θεῷ ζήσω, Χριστῷ συνεσταύρωμαι. 19

Ego enim per Legem Legi mortuus ſum, ut Deo uiuerem: & unà cum Chriſto crucifixus ſum. *Lex. Crucifigi cum Chriſto*

ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγώ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. ὃ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκί, ἐν πίστει ζῶ τῇ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, τοῦ ἀγαπήσαντός με, καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ. 20

Viuo autem, non amplius ego: ſed uiuit in me Chriſtus. & uitam quam nunc uiuo per fidem Filij Dei, qui dilexit me, et tradidit ſemetipſum pro me. *Viuere in fide.*

17 Quod ſi εἰ δέ. A iuſtificatione deſcendit ad ſanctificationẽ ſiue regenerationem, alterum ſ. beneficium Chriſti fide appreh enſi: quum Lex non modo non extinguat, ſed etiam accẽdat peccatum, adeo quidẽ ut Mori Legi & Viuere Deo mutuo ſe reſpiciant. Mortui autem Legi dicuntur ij in quibus Lex officium illud ſuum non exerit, excitandi ſcilicet peccati, utpote quod in ijs ſit mortuum qui cum Christo ſunt crucifixi, id eſt qui fide inſiti Chriſto, uim il
C lam interemptricem peccati ab eo hauriunt, tanquam ſurculus à ſtirpe. Quas omnes formulas Paulo familiares, plu ribus expoſuimus Rom. 6. & 7. capitibus. Ibi enim idem prorſus argumentum tractatur, & quidem occaſione arrepta ex ſimili prorſus obiectione. Neque uero dicit Paulus abſolutè, reperimur peccatores: ſed, ſi reperimur: de i. s loquẽs qui fidem falſò iactant, quum ipſius effecta, id eſt fructus huic arbori conuenientes, proferre non poſſint, imò uerò tota uita teſtentur ſe eſſe à Chriſto alienos. Quod autem ſcribit καὶ αὐτοί, perinde accipiendũ eſt ac ſi diceret, Quod ſi nos quoque, qui iactamus nos per Chriſtum iuſtificatos, non minus indulgeamus noſtris cupiditatibus, quàm qui à Chriſto ſunt alieni & exleges: num idcirco falſam eſſe hanc doctrinam conſtituendum eſt, quaſi Chriſtus, niſi Legi coniunctus ſit, peccatores, non autem iuſtos nos reddat? Abſit. Nam quoſcunque Chriſtus iuſtificat, eoſdẽ & ſanctifi cat. Itaque Legem non euertimus, ſed ſtabilimus, ut Rom. 3. d. 31. Quod ſi quis oblata gratia abutitur, penes illũ, non penes gratiam eſt culpa. Modeſtiæ autem cauſa Apoſtolus in ſe omnia tranſfert, adhibita tamen conditione: quam et ipſam poſtea tollit, quum ſe ex perditorum illorum numero eſſe diſertè negat.

19 Legi mortuus ſum νόμῳ ἀπέθανον. Vide ſuperiorem annotationem & Rom. 6. c. 14. & 7. a. 4. Sed quomodo ſe dicit Legi mortuum eſſe per Legem, quum per unum Chriſtum Legi moriamur? ut Rom. 7. a. 4. Nempe quatenus Lex Chriſtum eminus oſtendebat. ex quo etiam efficitur, inepte facere pſeudapoſtolos qui in Lege conſiſtant, quum Lex ipſa iubeat nos in Chriſtum reſpicere. Quid ſit Deo uiuere, & cum Chriſto crucifigi ſuperiore annotatione diximus.

20 Non amplius ego οὐκέτι ἐγώ, Ego ſcilicet qui olim fui, ut Rom. 7. c. 17. Nam à regeneratione homo dicitur noua quædam res fieri, qualitate ſcilicet, non ſubſtantia: nequis exiſtimet craſſum illum Libertinorum errorem à Paulo ſtabiliri. In carne ἐν σαρκί. Id eſt, in hoc mortali corpore, quod tamen non impedit alteram Chriſti ueram uitam, in me ſcilicet per Spiritum ſuum habitantis, & hanc uitam meam gubernantis. Quòd autem quidam carnem interpretantur uitioſam naturæ qualitatem, per abſurdum eſt hoc in loco. Nam & hoc ipſum uiuere in carne diſſertè ijs tribuitur qui non ex concupiſcentijs carnis, ſed ex uoluntate Dei uiuunt, 1. Petri 4. a. 2. Hoc eſt denique quod author epiſtolæ ad Hebræos uocat dies carnis, Heb. 5. c. 7.

Gratia. Non abrogo gratiam Dei: nam si per Legē est iustitia, igitur Christus sine causa mortuus est.

21 οὐκ ἀθετῶ τὴν χάριν τοῦ θεοῦ. εἰ γὰρ διὰ νόμου δικαιοσύνη, ἄρα χριστὸς δωρεὰν ἀπέθανεν. A

CAPVT III.

1 AMentes Galatæ, quis uos fascinauit ne obsequeremini ueritati: quibus ob oculos Iesus Christus prius fuerat depictus, inter uos crucifixus?

1 Ω ἀνόητοι γαλάται, τίς ὑμᾶς ἐβάσκανε τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι, οἷς κατ' ὀφθαλμοὺς ἰησοῦς χριστὸς προεγράφη, ἐν ὑμῖν ἐσταυρωμένος;

2 Hoc solum cupio discere à uobis, Ex operibus Legis Spiritū accepistis, an ex fide per auditum percepta?

2 τοῦτο μόνον θέλω μαθεῖν ἀφ' ὑμῶν, ἐξ ἔργων νόμου τὸ πνεῦμα ἐλάβετε, ἢ ἐξ ἀκοῆς πίστεως;

Spiritus Sanctus Adeò amentes estis: quum Spiritu inceperitis, nunc carne perficimini?

3 οὕτως ἀνόητοί ἐστε, ἐναρξάμενοι πνεύματι νῦν σαρκὶ ἐπιτελεῖσθε;

Tam multa passi estis frustra? si modò frustra.

4 τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῇ; εἴγε καὶ εἰκῇ.

21 Non abrogo ἐκ ἀθετῶ. Vide Marcum 6.c.26. Vulgata, non abijcio. Erasmus, non aspernor. quæ interpretationes mihi uidentur non satis expressæ. Malim igitur Augustinum sequi, qui conuertit, Non irritam facio. Opponit enim se aduersarijs Paulus, ac si diceret, Ab istis uideo infinitam istam gratiam quasi rescindi ipsorum placitis & abrogari: à me uerò procul abfit hoc scelus. Deinde ne illi clamitēt sibi iniuria fieri, ostendit, necessariò consequi Christum frustra esse mortuum, si uel minima pars iustitiæ Lepi tribuatur. Hunc nodum expediant nostri Sophistę, & Paulo relictò, in eorum partes transibimus: sin minus, dent gloriam Deo, & Christum nobiscum seriò agnoscant. B

Sine causa δωρεάν. id est, quum nulla causa esset cur id faceret: quod uno uerbo Hebræi dicunt חנם Gallicè dicas, *pour son bien faire*. Vulgata, gratis. prorsus impropriè. nam tota Scriptura testatur, & res ipsa clamat, Christum gratis esse mortuum. Erasmus, frustra, quod & ipsum non conuenit nec Hebræo nec Græco uocabulo. Multa enim optimam ob causam fiunt, quæ tamen frustra fiunt, quum scilicet euentus consilio non respondet. At Paulus ad ipsum usque consilium Dei ascendit.

IN CAPVT. III

1 Amentes Ω. ἀνόητοι. Vulg. insensati. Erasmus, stulti. quasi rudes ac parum cordatos dicas. Putauit enim Galatis aliquod gentile uitium exprobrari: quum hoc potius ad id de quo agitur, sit accommodadum: quasi præstigijs quibusdam Galatæ fuerint ab istis pseudapostolis dementes facti, ut qui tam apertas blasphemias non intelligerēt, & semel instituti à Paulo, tam temere defciuissent. Ne obsequeremini ueritati τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι. Eras. ut non credaretis ueritati. & sanè fateor πείθεσθαι potius declarare persuaderi, quàm obsequi seu obedire. Sed ea significatio non satis quadrat istis, qui amplexi quidem erant prædicationem Pauli, sed in itinere cœpto non perstiterant. Mihi uerò potius probatur quod testatur Hieronymus, hoc non fuisse scriptum in Adamantij codicibus. Sed & Chrysostomus & Theophylactus non legunt. In Græcis quoque scholijs adscribitur quidem in contextu, sed nihil est in commentarijs unde suspicari possis scholiasten legisse. In Stephani quoque nostri codicibus uetustis unum inuenimus in quo non legebantur.

Ob oculos κατ' ὀφθαλμούς. Id est, quibus ita egregiè ac perspicuè fuit propositus Christus, ut quasi uestris oculis repræsentata uiua ipsius imago: ac si apud uos ipsos esset crucifixus. Perstitit enim in metaphora uerbi βασκαίνειν quod propriè de ijs maleficis dicitur qui intuitu nocent, ut ille ait apud Virgilium, Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Hinc apparet προεγράφη conuertendum esse, prius fuerat depictus, non autem, proscriptus, cū Vetere interprete, nisi accipias pro publicè quasi in scriptis propositus, ut quorum nomina proscribebantur. Nā planè durum est ac uiolentum, uel condemnatum, ut Ambrosius: uel ut Augustinus, de possessione depultum, interpretari. nisi fortassis legit præscriptum, ut Erasmus meritò suspicatur. quod & ipsum tamen non probo, quia (ut alia omittam) Præscribere in ea quidem significatione non dicitur à Græcis προγράφεσθαι, sed παραγράφεσθαι. Hieronymus ad scripturam, non ad picturam retulit: & præscriptum exponit, id est ante scriptum quàm illud in Euangelio legeritis. quod scilicet Galatæ legissent Prophetarum oracula. quæ interpretatio mihi etiam absurdior uidetur quàm superiores. C

2 Spiritum τὸ πνεῦμα. Nouum argumentum ab effectis sumptum. Vocat autem Spiritum, Spirituales illas gratias quibus obsignata erat in Galatis Euangelij prædicatio, ut Marc. 16.d.17. Act. 15. b.8. & 1. Corinth. 12.a.5 & 7. Neque uerò dubitaxat spiritualia illa dona ueluti linguarum, prodigiorum, intelligo hoc nomine: sed omnes in genere Spiritus sancti effectus, inter quos etiam numero patrētiam in afflictionibus, quarūsit mentio in proximo uersiculo.

Ex fide per auditum percepta? ἐξ ἀκοῆς πίστεως: Erasmus in hunc locum scribens, Iam illud, inquit, ex auditu fides, tamersi à nobis intelligitur, tamen Latinis auribus est insolens. Neque enim ut Græci famam siue rumorem ἀκοὴν uocant, itidem & Romani. Proinde dilucidius erat, ex prædicatione fides, hoc est ex fide quam ex nobis audistis, nō ex Lege didicistis. Quis enim ferat sic loquentem? Auditus occisi regis consternauit populum. pro eo quod erat, rumor de rege occiso. Hæc ille: quæ sanè non intelligo. nam ἀκοὴν pro rumore perabsurdum fuerit accipere hoc in loco, & auditionem Latini pro rumore & fama magis etiam eleganter dicunt quàm Græci ἀκοήν. Significat autem hoc in loco fides μετωνυμικῶς, ut suprà 1.d.23. & 1. Tim. 4.a.1. doctrinam ipsam salutis per fidem in Christo obtinēdæ. cui Paulus opponit opera Legis, id est doctrinam pseudapostolorum, qui Legem cum Christo docebant concurrere. Ἀκοὴ uerò mutuam quidam habet relationem ad prædicationem, sed non omnis audit cui prædicatur, quū omnes non habeant aures ad audiendum. Itaque non satis ἐμφατικῶς conuertit Erasmus, ex prædicatione fides: quanuis interdum ἀκοὴ pro annuntiata doctrina nec tamen per fidem apprehensa usurpetur, ut Iohan. 12 f38. ex Esaiæ cap. 53. a.1. quia scilicet duplex est audiendi modus. Itaque Iohan. 6.e.45. non dicitur simpliciter, Omnis qui audiuit, uenit ad me, Sed. Omnis qui audiuit & didicit.

3 Carne σαρκί. Carnem uocat cæremonialia opera, externa scilicet, nec usque ad animum ipsum pertingētia, ut explicatur Heb. 9.c.10. & d.13. Opponit autem Spiritum, id est Spiritualem Euangelij efficaciam, quæ interiorem hominem gignit per Spiritum sanctum, ac perficit.

Perficimini; ἐπιτελεῖσθε. Hæc erat pseudapostolorum doctrina: qui quum dicerent Christum nihil prodesse nisi accederet circuncisio, Legem sanè Christo non modò conferebant, sed etiam præferebant: quum Christo tantum initia, Legi perfectionem iustitiæ tribuerent, ut qui salutem quærerent in iustitia non imputata sed inhærente. ut hodie quoq;

A quoque nostri Sophistæ, & noui Academici. Et obseruandum etiam est, pugnantia hic committi: ueluti si dicas, eum qui a luce cœperit illuminari, ad perficiendam lucem tenebras accersere. Annotat Chrysostomus præpositionem ἐπὶ significare Galatarum à uera doctrina defectionem, cui superuenerint pseudapostoli: ego malo ad ipsam falsæ doctrinæ summam referre, quam paulo ante exposui. Obseruat quoque Græcus scholiastes passiue dixisse ἐπιβλάβητε, quasi Galatis exprobrans, quòd sinerent se pecudum instar arripi ab istis & circundari: quæ summa erat amentia.

ὁ οὖν ἐπιχορηγῶν ὑμῖν τὸ πνεῦμα, καὶ ἐνεργῶν δυνάμεις ἐν ὑμῖν, ἐξ ἔργων νόμου, ἢ ἐξ ἀκοῆς πίστεως; 5

Qui igitur subministrat uobis Spiritum, et efficit uirtutes in uobis, ex operibus Legis an ex fide per auditum percepta *subministrat?* *Opera Legis.* Genes. 15. b. 6. Rom. 4. a. 3. Iac. 2. d. 23.

καθὼς Ἀβραὰμ ἐπίστευσε τῷ θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. 6

Sicut Abraham credidit Deo, & imputatum est ei ad iustitiam:

γινώσκετε ἄρα, ὅτι οἱ ἐκ πίστεως, οὗτοι εἰσιν υἱοὶ Ἀβραάμ. 7

Ita notis nempe, quòd qui ex fide sunt, ij sunt filij Abrahæ. *Filij Abrahæ.*

προϊδοῦσα δὲ ἡ γραφὴ, ὅτι ἐκ πίστεως δικαιοῖ τὰ ἔθνη ὁ θεὸς, προευηγγελίσατο τῷ Ἀβραὰμ ὅτι ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα τὰ ἔθνη. 8

Præuidens autem Scriptura quòd ex fide iustificet Gentes Deus, antè euangelizauit Abrahæ, Benedicentur, *inquiens*, in te omnes Gentes. *Ex fide iustitia* Genes. 12. a. 3. ecclı. 44. c. 20. act. 3. d. 25.

ὥστε οἱ ἐκ πίστεως εὐλογοῦνται σὺν τῷ πιστῷ Ἀβραάμ. 9

Itaque qui ex fide *sunt*, benedicũtur cum fideli illo Abraham.

B ὅσοι γὰρ ἐξ ἔργων νόμου εἰσὶν, ὑπὸ κατάραν εἰσί. γέγραπται γάρ· ἐπικατάρατος πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου, τοῦ ποιῆσαι αὐτά. 10

Nam quotquot ex operibus Legis sunt, sub execratione sunt: Scriptũ est enim, Execrabilis omnis qui non manserit in omnib. quæ scripta sunt in libro Legis, ut faciat ea.

4 Si modò frustra ἔπαθετε καὶ εἰκῆ. Si hoc accipiamus tanquam additum sit ab Apostolo ad mitigandam obiurgationem, omnino redundabit particula καὶ. de quo pleonasmo diximus Iohan. 6. c. 25, in extrema annotatione, & 1. Corinth. 15. d. 29. Sin autem contrà accipiamus tanquam hoc etiam addat pondus increpationi, non carebit sua emphasi: & rectè conuerterit Erasmus, Si tamen & frustra. Nam frustra fieri dicitur ex quo nullus percipitur fructus. At Galatæ sana doctrina desciscentes, non modò nullum fructum percæperint ex æruminis quas eius doctrinæ causa pertulerant, sed etiam magnam iacturam fecerint. Plus est autem lædi quam non iuuari.

5 An ex fide per auditum percepta *subministrat?* ἢ ἐξ ἀκοῆς πίστεως: Conclusio argumenti ab effectis. ut ı de uersic. 2 Repetit autem uerbum ἐπιχορηγῶν, ut 2. Corinth. 1. b. 6. nec loquitur Paulus de se in tertia, ut aiunt, persona (quod putauit Augustinus) sed de Deo, a quo scilicet prominat omnis efficacia prædicati Euangelij. 6 Sicut καθὼς. No est thymematis sumpti ab exemplo Abrahæ, in quo tractatur totius disputationis fundamenta, ẽpe promissiones Abrahamo factæ & ab eo sibi & suis per fidẽ apprehẽsæ. Vide Rom. 4. b. 9. Et imputatum est καὶ ἐλογίσθη. Vide Ro. 4. a. 3.

7 Notis nempe γινώσκετε ἄρα. Loquitur ut de re minime dubia, quam tamen postea confirmabit. Vulgata. Cognoscitis ergo. quod non probante nec superioris uersiculi constructio, quam supplere nõ possis nisi admodũ dura eclipsi. quamobrem etiam multo minus accipi debet γινώσκετε imperandi modo. Ideò addidi particulam Ita, quæ sæpissime subauditur apud Hebræos, ut alibi sæpe annotauimus. Est autem in his uerbis propositio, Posteritatẽ Abrahami, id est electos Dei, ex sola fide æstimari.

8 Prœuidens προϊδοῦσα. De scriptura loquitur ἀνθρωποπαθῶς. Hic autem incipit applicare exemplum Abrahami posteritati ipsius: quæ duplex est, nempe circuncisorum & incircuncisorum: utraque autem ex fide æstimanda, quũ
C fidem respicat promissio. Ac primum quidem de Gẽtibus agit, nempe uers. 8. & 9. postea uero de Iudæis, uers. 10. 11. 12. 13. Deinde uersiculo 14. conclusionem utrique tum Gentibus tum Iudæis applicat. Ante euangelizauit προευηγγελίσατο. Vulgata, prænuntiauit. Erasmus, prius rem lætam nuntiauit. Ego libens retinui euangelizandi uerbum, quẽ diximus peculiariter consecratum doctrinæ de gratuita per Christum reconciliatione: & puto Apostolum de industria hoc utiq; passe, ut hanc doctrinam ostenderet minime nouam esse, sed ipsi etiam Abrahamo patefactã: cuius exẽplo aburebantur pseudapostoli ut circuncisionem cum gratuita iustitia copularent: quum ante circuncisionem dicatur iustificatus Abraham per fidem. Addita autem præpositio ἀπὸ, respicit tempus exhibiti Christi, cuius diem uidit Abraham & gauisus est. In te ἐν σοὶ. Id est, non per te, sed, ut mox explicatur, quia in filijs tuis recensebũtur omnes credentes, ut tecum fiant eiusdem benedictionis participes. Benedictionis autem nomen quum uarie accipiatur, hic declarat gratuitam ex fœdere adoptionem, cui opponitur maledictio Et Diuine prorsus dixit σὺν τῷ πιστῷ Ἀβραάμ cum fideli Abraham, non autem ἀπὸ τοῦ πιστοῦ Ἀβραάμ, id est per fidelem Abraham, ut intelligamus benedictionem non manare ab Abrahamo, sed ab eo per quem Abrahamo ipse cum posteris benedicitur, a Deo scilicet gratis per Christum.

9 Qui ex fide sunt οἱ ἐκ πίστεως, &c. Hæc formula omnes quidem Abrahami posteros comprehendit, suprà uers. 7. in propositione scilicet totius argumenti, siue ex Gentibus siue ex Iudæis, ut qui ex una fide æstimentur: hic uerò quùm incipiat propositionẽ applicare, distinguit Abrahami posteros in eos qui ex fide sunt, & in eos qui sunt ex operibus Legis, id est in Gentes & Iudæos. ut aparet ex uers. 14. qui continet utriusque applicationis conclusionẽ seorsim distinctam. Sed cur Gentes uocat eos qui ex fide sunt? quia ex Gentibus oportet eas fieri fideles, ut sint Abrahami filij, ac proinde cum eo benedicantur. Itaque uers. 8. considerans naturam in qua promissio istos deprehendit, tribuit illis Gentium nomen: in hoc autem uersiculo gratiam spectans, uocat Ex fide, id est fideles, communi scilicet nomine toti posteritati, quia fides tollit Iudæorum & Gentium discrimen. utque analogia patris & filiorum intelligeretur, non simpliciter dixit cum Abrahamo, sed cum fideli illo Abrahamo benedicti. Fateor tamen aliter solere hunc uersiculum exponi, quasi scilicet de tota posteritate, id est tum de Iudæis tum de Gentibus intelligatur, cuius etiam statum subijciatur ratio. sed si quis uersiculum ostauum consideret attentius, toramq; distributionis seriem, mecum, ut spero, fatebitur hos duos uersiculos 8. scilicet & 9 peculiariter esse Gentibus applicandos.

10 Nam quotquot ex operibus Legis sunt Ὅσοι γὰρ ἐξ ἔργων νόμου εἰσὶν. Id est, quibuscunque Lex lata est, Iudæi scilicet, quos opponit τοῖς ἔθνεσιν, id est Gentibus, quæ Legem non habent, ut Rom. 2. b. 12. & 14. Eadẽ enim est ista antithesis atque aliæ illæ Iudæorum & Græcorum, Circuncisionis & Præputij: ut duobus quidem superioribus uersiculis de uno filij Abrahæ, id est de Gentibus ad fidem conuersis disseruerit, nunc uerò de alteris, i. de Iudæis, agat. At enim, dices, cur nõ potius Iudæos nominauit? ut breuius loqueretur & magis etiam apposite ad id de quo agitur,

Considerantur enim utrique primum in sese, ut maledicti: deinde in patre Abrahamo, ut benedicti. Illos igitur primum Gentes, neque addit Legem non habentes uel peccatores: quia satis id per se notum erat, neque probatione opus erat ut sub execratione esse intelligerentur. deinde ex fide, id est fideles & cum Abrahamo benedictos dicit, ex promissionis formula, quam etiam citat. In alteris uerò, id est in Iudæis, eandem quoque methodum seruat, sed tamen forma nonnihil diuersa. Nam in his probanda erat maledictio quæ in altero membro, id est in Gentibus, erat per se manifesta. Itaque non satis fuisset Iudæos uocasse aut Israelem, aut Abrahami filios, quòd in ijs nominibus potius uideretur inclusa benedictio quàm maledictio. Quid si uerò Circumcisos uocasset? Fuisset hoc nimis ambiguum, quia quanuis circumcisio, ut quidem à Iudæis considerabatur, constitueret eos totius Legis præstandæ debitores (ut Rō. 2.d.25) ac proinde sit maledictionis Legis tessera, tamen fuisset hoc pluribus explicandum. quia diuersa atque adeò contraria etiam ratione spectatur circumcisio in Abrahamo & fidelibus qui ab eo usque ad Baptismi institutionem interceserunt: nempe ut iustitiæ fidei sigillum, sicut scribitur Roman. 4.b.11. Huc accedit quòd Iudæos probaturus execrabiles, non potuit aptiore circumlocutione ipsos designare, quàm ea quæ idipsum ad probandum eorum maledictionem arriperet, ex quo illi se præ cæteris Gentibus putabant benedictos. Postremo rationem etiã habuit Paulus eius loci ex quo testimonium illud petijt quod subijcitur. Ibi enim nulla est circumcisionis aut generis Iudæorũ mentio, sed totus Israel sese nominatim per singula Legis capita maledictione adstringit. Ex quo etiam intelligi pōt quàm absurde faciãt q per opera Legis in hac disputatione cæremonias dũtaxat intelligunt, quũ illic Moses nè cæremoniarum quidẽ meminerit. Hæc sunt igitur causæ cur Paulus neq; Iudæos, neque Israelem, neq; circumcisos dixerit hac antithesi, sed, quotquot ex operibus Legis sunt. Duo tamẽ supersunt nobis explicanda. Vnũ, quorsum adhibuerit coniunctionem γάρ, quæ causalis uidetur, ac proinde superioris uersiculi confirmationem ostendere. quod si uerum est, corruat nostra illa distributio necesse est. Alterum, an quæ de execratione Legis & redemptione per Christũ facta subijciuntur, ad solos Iudæos pertineant: quod ex nostra interpretatione uidetur consequi. Quod igitur ad cõiunctionem γάρ attinet, certũ est non semper poni similiter αἰτιολογικῶς, sed in anthypophora sæpe adhiberi, ita ut causalis quidem sit, sed superioris tamen orationis causam non reddat, uerum tacitæ potius quæstionis seu obiectionis: ut exposuimus Rom. 4.a.2. ueluti si dicas, Abrahami filius fuit Isaac. Nam Ismael fuit à patre abdicatus. Hic enim nemo non uidet coniunctionem causalem non indicare causam cur Isaac sit Abrahami filius, sed respõdere tacitæ quæstioni, Annon & Ismael sit Abrahæ filius. Sic etiam hoc in loco quum Apostolus dixisset eos ex Gentib. qui ex fide essent, ut Rom. 4.b.11. cum Abrahamo benedici: alterius membri, id est eorum qui sub Lege sunt, tractationẽ ita aggreditur, ac si subiecta fuisset quæstio, Quid uerò de Iudæis sentiendum qui Legem iustitiæ habent? Quod autẽ ad alterum scrupulum attinet, dico has rationes propriè applicari Iudæis, quatenus illis propriè scripta est Lex cuius execratione tenentur: sed quatenus & ipse Gentes habent similem Legem in cordibus suis scriptam, (similem inquã, quod ad capita uerè colendi unius Dei & amandi proximi attinet, ut copiosè declarat Apostolus capite epistolæ ad Romanos primo) eatenus scilicet eadem execratione obligantur: itaque eadem argumenta illis applicari possunt ac debent.

Qui non manserit in omnibus quæ scripta sunt in libro Legis ὃς μὴ ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου Hebræa habent Deut. 27.d.26. אשר לא יקים את דברי התורה הזאת qui non firmarit uerba Legis huius. Itaque Græcus interpres non numerauit uerba sed sensum spectauit. Nam magna uis est uerbi יקים quamobrem non contentus dixisse ἐμμένει id est quasi fixus manet, etiam addidit particulam uniuersalem. quam tamen ex Hebraico contextu suspicatur Hieronymus expunctam esse à Iudæis.

Quòd autem per Legem nullus iustificetur apud Deum, manifestum est: siquidem Iustus ex fide uiuet.

11 ὅτι δὲ ἐν νόμῳ οὐδεὶς δικαιοῦται παρὰ τῷ θεῷ, δῆλον, ὅτι ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται.

Abac.2.a.4 rom.1.b.17 heb.10.g.38

Lex autem nó est ex fide: sed Qui fecerit ea homo, uiuet in ipsis.

12 ὁ δὲ νόμος οὐκ ἔστιν ἐκ πίστεως· ἀλλ' ὁ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν αὐτοῖς.

Leuit.18.a.5

Christus uerò nos redemit ab execratione Legis, dũ pro nobis factus est execratio. scriptum est enim, Execrabilis quisquis pendet in ligno.

Christus liberat à maledictione

Deut.21.d.23

13 χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα· (γέγραπται γάρ· ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου.

11 Ex fide *ἐκ πίστεως* id est *διὰ τῆς πίστεως*. Nam *ἐκ* non declarat hoc in loco materiam sed instrumentum. Hinc etiam liquet, in priore membro *οὐ νόμῳ* non conuertendum esse, in Lege, sed per Legem. Vide Ro.1.b.17.

12 Lex autem non est ex Fide *ὁ δὲ νόμος οὐκ ἔστιν ἐκ πίστεως* Id est, Lex nõn spectat fidem in iustitia, sed opera: siue non pronuntiat eos iustos qui crediderint, sed qui fecerint. Sunt autem prorsus contrariæ duæ istæ uiæ. quia Lex in nobis quærit quod nunquam muenit, ideoq; occidit: at Fides affert quod nobis deest, ut nobis imputetur quod in solo Christo est, ideoq; hoc respectu uiuificat. Sunt autem hæ formulæ loquendi ádmodum concisæ, quales sunt pleræque in hac epistola: sed quæ facile suppleri possint, si quis scopum Apostoli consideret. Est igitur in hoc uersiculo, basis consecutionum superiorum, quæ non fuerint firmæ, nisi Lex & Fides, facere & credere, iustitia inhærens & iustitia imputata, gratia & meritum sint contraria *ἀμείψεως*, quod ad iustificationem scilicet, in qua requiritur perfecta & omnibus numeris absoluta iustitia, cuiusmodi in uno Christo inuenitur, qui cum per fidem coalescunt oẽs sancti, ac proinde seruantur, ut sequentibus uersiculis explicatur.

13 Christus *uero* *Χριστός*. Omnino uidetur requiri coniunctio *δὲ* uel *ἀλλὰ* quam expressimus. Nunc autem Apostolus Iudæos non in natura sed in gratia considerat, sicut suprà gentes uers.9. sed apertius hic meminit Christi, cuius scilicet beneficium opponi oportuit execrationi, de qua disserebat. Execratio *κατάρα*. Id est, execrabilis, ut *δόξα* pro glorioso, 2. Corinth.3.c.9. Sed ista permutatio magnam habet emphasin, ueluti si scelus pro scelerato dixeris. Vulgata, maledictum. quo nomine apud Latinos conuicium significatur. de qua interpretatione mox dicam.

Execrabilis quisquis pendet in ligno *ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου*. Hebræa ueritas habet Deuter. 21.d.23. קללת אלהים תלוי id est maledictio Dei *est* qui est suspensus. Alij conuertunt, ob maledictionẽ Dei, id est, quia maledixit Deo, suspensus est. Alij, quia קלל in Piel accipitur pro conuiciari, קללת uerterunt *ὕβριν*, quidam *λοιδορίαν*: sed omnes hæ interpretationes eo recidunt ut dicatur peculiari quadam ratione infame hoc supplicij genus. Itaque apud Latinos etiam abire in malam crucem iubentur quibus extitum imprecantur summo cum de decore coniunctum. & fatentur Iudæi hoc supplicium de blasphemis & idololatris proprie sumptum fuisse, ut qui omnium flagitiosorum essent maximè infames. Etsi enim nõ crucifigebant, sed lapidatos palo affigebant, ut quidẽ tradunt ipsorum Rabbini: tamen quod ad rem ipsam attinet, idem est ignominiæ genus, ex ligno suspendi. Itaque miror Hieronymum laborare ne Christus dicatur maledictus, & Erasmum hic nescio quem tropum quærere. Imò uerò in eo posita est tota nostra spes, in eo apparet Dei charitas infinita, in eo sita est salus nostra, quòd Deus noster uerè & sine tropo effuderit omnem iram suam in filium suum: uerè & sine tropo sit eum execratus, ut nos reciperet in gra-

A in gratiam uerè denique & sine tropo Christus sit pro nobis factus execratio: adeo quidē ut nisi Deus etiā fuisset, per mansurus in ea execratione fuerit in æternū, unde nobis euasit. Nā alioqn, si ficta est Dei ira, ficta est Filij obedientia, & ficta quoq; spes gloriæ quā expectamus. Sed considerandus hic est Christus cū ijs qualitatibus quas habet nō in sese, sed ex imputatione pro mediatoris officio: quod ultro subijt, ut nos uicissim eadem prorsus ratione, id est per imputationem, eorum quæ ipsius propria sunt, satisfactionis scilicet, iustitiæ & sanctificationis, iustificati, fieremus ipsius fratres ac eiusdem regni cohæredes. Tantum abest igitur ut epitheto illo Iudæorum quo Christum dominum nostrū uocant תלוי offendar, & ad rē ipsam attinet, ut contrā sicut Iudæorum os illud blasphemum & impium toto pectore detestor, ita nihil existimem pretiosius aut magis honorificū de ipso dici posse, qui nostri causa factus sit Patri obediens usque ad mortem, mortem inquam, crucis. unde liberatus consequutus est nomē supra omne nomē.

ἵνα εἰς τὰ ἔθνη ἡ εὐλογία τοῦ Ἀβραὰμ γένηται ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἵνα τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πνεύματος λάβωμεν διὰ τῆς πίστεως.

Vt in Gentibus benedictio Abrahę extet in Christo Iesu, & ut promissum illum Spirirum accipiamus per fidem. *Fide* Hebi9.e.17

ἀδελφοί, (κατὰ ἄνθρωπον λέγω,) ὅμως ἀνθρώπου κεκυρωμένην διαθήκην οὐδεὶς ἀθετεῖ, ἢ ἐπιδιατάσσεται.

15 Fratres, humano more loquor, Hominis licet pactionem authoritate confirmatam nemo abrogat, aut *aliquid ei* superaddit. Gen.17.a.7

τῷ δὲ Ἀβραὰμ ἐρρέθησαν αἱ ἐπαγγελίαι καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ. οὐ λέγει, Καὶ τοῖς σπέρμασιν, ὡς ἐπὶ πολλῶν, ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑνός, Καὶ τῷ σπέρματί σου, ὅς ἐστι Χριστός.

16 Abrahę uerò dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit, Et seminibus, ut de multis: sed ut de uno, Et semini tuo, qui est Christus.

B 14 Vt in Gentibus ἵνα εἰς ἔθνη. Sicut duplex fuit distributio applicationis exempli Abrahæ, ita eius distributionis conclusionem oportuit in duo membra diuidi, quorum scilicet priore Gentes, posteriore Iudæos complectitur. Et hic rursus operæpretium est Pauli artificium mirificum spectare. Nam sicut in distributione superiore, quū de gentibus ageret, fidei tantum & promissionis meminit, de Iudæis uerò differens, fidei ipsius obiectum ac uelut materiam, id est Christum, commemorauit: ita nunc mutua quadam proportione, in conclusione Christum applicat Gentibus, Iudæis uerò fidem. nempe nequis Christum à fide aut fidem à Christo separaret. Postremo considerandum est, ut intelligatur sequentis argumenti series, hunc uersiculum, si quidem spectemus superiorem distributionē, pro conclusione esse accipiendum: si autem consideremus sequentia, rationem habere propositionis. Nam sicut seorsim Gentes, seorsim Iudæos in Abrahami posteritate considerauit, ita nunc totus est in eō, ut doceat ambos per unum Christum in unum corpus coalescere: quod Spiritus sanctus iam olim uno seminis nomine, collectiuo scilicet, significarit.

Et ut promissum ἵνα τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πνεύματος Vulg. ut pollicitationem Spiritus. Eras. ut promissionem Spiritus. Ego uerò primùm omnium addidi copulam, ex qua intelligatur alterum esse hoc membrum conclusionis. Manifestè enim opponit τὰ ἔθνη, id est Gentes, ijs quibus ipse accenset, Israelitis scilicet. & apud Hebræos usitatam esse hanc ecliptin sæpe iam diximus. Deinde promissionem Spiritus accipio pro Spiritu promisso. quem Hebraismū annotauimus Matth. 24.b.15. & Act. 2.e.33. Spiritus autem nomine intelligo nouum fœdus siue Euangelium, quatenus Legi opponitur. qua de re uide Rom. 2.d 27. & 2. Cor. 3.b.6. Nisi Spiritum ipsum malimus significari, qui scilicet promissionem obsignat in cordibus nostris. Sed notandum est in primis nomen ἐπαγγελίας, quo non quæuis promissio, sed quæ merè gratuita est, significatur. qua ratione opponitur Legi: nam Lex promissiones quidem habet, sed conditionales, & tanquam appendices, persoluendi scilicet debiti: ut Rom. 4.a.4. Itaque διαθήκην pollicitationem potius quàm pactum declarat in hac tractatione, ut quidem ista distinguuntur ab Vlpiano L. Pactum, D. De pollicitationibus. Vide Act. 2.f.39.

15 Humano more loquor κατὰ ἄνθρωπον λέγω Id est, utar exemplo quod petam ex medio, & promiscuo hominum usu: ut scilicet uos pudeat minus tribuere Dei quàm hominum pactis. Vulg. & Eras. secundum hominem dico. Vide Ro. 3.a.5. Pactionem διαθήκην Heb ברית de quo uocabulo alibi diximus. Vulg. & Eras. testamentum cōuertit, nimium angusta significatione. Hic enim declarat διαθήκην idem prorsus quod συνθήκην. Authoritate cōfirmatam κεκυρωμένην. Id est, ut uulgo loquuntur, authenticam. Necesse enim est eū qui paciscitur quidpiam, ius id faciē di habere, & interuenire quo sit rata conuentio. Vide 2. Cor. 2.b.8. Vulg. & confirmatum. Erasmus, tamen si sit comprobatum. Abrogat ἀθετεῖ Id est ἀκυροῖ irritum facit, ut infrà uers. 17. Neque enim ab ijs quæ rite pacta sunt ac
C conuenta licet recedere, ex ipso etiam Gentium iure. neque quicquam addere aut detrahere fas est præter contrahentium & eorum quorum interest uoluntatem. Vulgata, spernit. Erasmus, reijcit. Vide suprà cap. 2.d. 21. Est autē in hoc uersiculo prosyllogismus à comparatis sumptus, cuius duo sunt membra. Vnum: Pacta hominum quæ ritè inita sue rint, firma ac rata haberi, ut ab illis discedere non liceat. ergo multo magis rata est ac constans Dei promisio facta Abrahamo. Alterum: Non licet pactis hominum rectè initis quicquam adijcere. Ergo, multo minus pacto Dei quod cum Abrahamo solenniter iniit. Ex his uerò consequitur, nec Lege abrogari pactum promissionis, nec Legem pacto promissionis superadditam, ut quicquam deroget, aut suppleat.

16 Et seminibus καὶ τοῖς σπέρμασιν. Non modò absurdum est. sed etiam blasphemiæ proximū quod annotat Hieronymus, ut Erasmus obseruauit, Paulum scilicet hoc argumento abusum apud crassos Galatas, quod sciret alioqui non probatum iri prudentibus aut eruditis: atque ob id præmonuisse prudentem lectorem, Fratres, secundum hominem dico. Negat enim usquam seminis uocem poni in literis sacris, nisi numero singulari. & tamen hoc torquet Apostolus uelut in argumentum, quo doceat promissum hoc in solum Christum competere. Hæc Erasmus ex Hieronymo: à quo sanè miror tam absurda atque adeò tam profana proficisci potuisse. Nam ut taceam quàm absurdè interpretetur Secundum hominem dico (quod & Erasmus obseruauit) si hęc uera sunt, ubi ueritas illa diuina? ubi gratuitas illa Apostolica? ubi Paulina ἀφέλεια? in tanto præsertim argumento? Deinde quorsum hoc ad stupiditatem Galatarum eludendam, quum Paulus ad Galatas quidem scribat sed totis interim lacertis aduersus Iudæos pseudapostolos certet? Absit igitur à nobis, absit ut ad istorum arcanorum tractationem animum adeo profanum afferamus. Certè quum putat Hieronymus semini uocabulum à Paulo torqueri ut doceat in solum Christum competere, satis indicat se nunquā considerasse quid sit Paulo propositum, quo minus miror, eum, quum in certum scopum non ferretur, à recta uia aberrasse. Putauit enim de eo laborare Paulum ut ostendat, promissione illa quà sæpe repetit, ET IN SEMINE TVO BENEDICENTVR OMNES GENTES, unum Christum significari. quia non dictum sit In seminibus, sed In semi-

ne. Et hic insurgunt Iudæi, clamitantes Paulum ineptè seminis nomẽ uni accommodare, quũ sit collectiuum nomẽ qua de re etiam aliquid scribere constituí, ut obscurum hunc locum & ipse illustrem pro uiribus. Primum igitur hoc dico, seminis nomen ita esse collectiuum, ut tamen uni interdum tribuatur, ut Gen. 4. d. 25. Quid enim? an audebunt uel ipsi Iudæi dicere eũ sine semine mortuũ, qui uel unũ duntaxat filium reliquerit? Minimè certè opinor. neq; enim Hebræis זרע aliud significat quàm proles Latinis, ut in illo Virgilij uersiculo, pulchra faciat te prole parentẽ. Ergo nõ satis est dixisse nomen seminis esse collectiuum, nisi probetur ita esse accipiendum eo loco quem tractat Apostolus. Id ego uerò non modo illis assentior, sed eũã arripio ut germanam huius loci sententiam exponam. Neq; enim Apostolus (ut mihi quidem uidetur) hic tractat promissionem illam, ET IN SEMINE TVO BENEDICENTVR OMNES GENTES, sed illã potius in primis, ERO DEVS TVVS ET SEMINIS TVI, deinde reliquas in quib. Abraham & semen ipsius coniungũtur. quamobrem etiam plurali numero dixit Paulus ἐπαγγελίαι promissiones, nõ autẽ ἐπαγγελίαι, i. promissio. Idque ita esse, primum ex uerbis ipsis apparet, deinde ex Apostoli scopo. Neque enim quod dicit Apostolus καὶ τῷ σπέρματι σου, aliter accipi potest quàm tertio casu, sicut etiam τῷ Αβραὰμ. ut omnino præter Apostoli sententiam Erasmus conuerterit, Et in semine tuo: quum rectè uertisset Vetus interpres, Et semini tuo: & ipse paulo antè καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ non sit interpretatus, & in semine eius. sed rectè omnino, & semini eius. Cedò uerò, quis est Apostoli scopus? nempe ut doceat exemplum Abrahami tum Gentilibus, quos uocãt, tum Iudæis rectè fuisse applicatum, ut utrique in uno Christo per fidem fiant eius benedictionis participes? Vt autem hoc probet, quos seorsim considerarat, ut ante exposuimus, eos iam in unũ corpus instituit cõfungere, ut unum communem patrem Abrahamum habeãt, cum quo benedicantur eiusdem promissionis uirtute. Vt autem hoc ita faciendum esse ostẽdat, primùm sibi uiam præmunijt huius capitis uersiculo 8. ne Iudæi queri possent, Gentes ad promissionem non pertinere. quanuis hoc potuerit assumere ex hypothesi. Neque enim cum Iudæis prorsus incredulis disputabat, sed cum ijs qui ex circuncisione crediderant, neque dubitabant quin Christus is esset in quo benedictionem omnes consequerentur: sed Legis fœdus cum gratuito pacto, id est mortem cum uita, coniungebant. Nunc uerò fortius etiam pugnat, ex ipsa scilicet fœderis formula. Dixit Dominus, inquit, se fore Deum Abrahami & seminis eius. Oportet igitur, quum & Gentes & Iudæos docuerimus in Abrahamo benedici, ut utrique in unum corpus coalescant, quod uno seminis nomine collectiuo significatur: id est, ut communis aliqua sit ratio, qua & Gẽtes & Iudæi cõmuni nomine seminis significentur. Nam alioqui Abrahã haberet plura semina, unũ s. Iudæorũ, alterum Gentium, ideoq; promissio facta esset numero plurali, Abrahamo s. & seminibus eius, non autem singulari numero, Abrahamo & semini eius. At enim, dices, Hebræis זרע, i. semen, pro hominis prole nunquam dicitur numero multitudinis. Respondeo, mirum id non esse, quum nunquam hoc usuuenire potuerit, ut eiusdem patris filij diuersa ratione sint filij, quia s. una & eadem ratione filij dicuntur eius ex quo sunt geniti. quod ni ita foret, proculdubio זרעים etiam multitudinis numero non minus quàm תולדות & משפחות dicere liceret. Eadem autem est ratio spiritualis cognationis de qua hic agitur. Nam si alia ratione Iudæi essent semen Abrahæ quàm Gentes, dicendum fuisset, Ero Deus tuus & seminum tuorum, non autem, & seminis tui. Ergo ut tandem finiam, firmum & cum superiore distributione prorsus cohærens est hoc Pauli argumentum, contra quàm putauit Hieronymus: nec quicquam hic habent quod obijciant pseudapostoli uel Iudæi: quum eo ipso nitatur Pauli argumentum quòd seminis nomen sit collectiuũ, ut iã una dũtaxat quæstio sit Christusne siue fides siue promissio an uerò Moses, siue opera, siue Lex, sit istius connectionis & coagmentationis uinculũ: an uerò partim illa partim ista. Quod si ad hunc scopũ sequentia duo argumenta referas, quæ in uersiculo 18. definunt, & præterea separes obiectionem quæ à uersiculo 19. incipiens in 25 terminatur: rum demum intelliges quõ cohæreat conclusio quæ à uersiculo 26 ad finem usq; capitis explicatur. Qui est Christus ὃς ἐστι χριστός. Referri quidem potest relatiuum ὃ ad σπέρμα, ex Græcorum idiotismo: sed commodius, meo iudicio, coniunxerimus cum ἑνός. ut sit hæc structura orationis, non dicit ET SEMINIBVS, ut de multis: sed *dicit*, ET SEMINI TVO, ut de uno, qui est Christus. Obiecit autem hic locus erroré ijs qui putarunt Paulum de una Christi persona differere, quum potius de duobus populis, id est Gentibus & Iudæis, agat, in unum corpus coalescentibus, ut superiore annotatione diximus. Cur ergo, inquies, Christum nominat Paulus? Respondeo, Quia proprium hoc est totius collecti illius corporis nomen, cuius caput & uita est Christus. membra autem sunt fideles, partim ex Iudæis, partim ex Gentibus in illo aggregati. Ergo si Iudæos & Gentes dixisset, præterquam quòd caput uitamq; huius corporis præterijsset, non nominasset Totum ipsum sed aliquot duntaxat eius partes. Quid si uerò Ecclesiam dixisset? Respondeo, ne hoc quidem nomine corpus ipsum totum nisi συνεκδοχικῶς significari, quũ Christum cum uiro, Ecclesiam cum sponsa cõparet Apostolus. Deinde quũ hoc loco probare constituerit Apostolus unum Christum esse membrorum istius corporis uinculũ, merito Christum ipsum nominauit, eo nomine s. nõ solum caput, sed membra cum suo corpore cõiuncta designans. ut diserte significat in huius tractationis conclusione. uers. 28. quum inquit, Võs enim omnes unus estis in Christo Iesu. Hinc ductæ sunt illæ formulæ, Vnum cũ Christo fieri, In Christo esse, & Christum in nobis esse, in Christo eligi, uocari, iustificari, uiuere, Cum Christo mori, crucifigi, sepeliri, resurgere, & alia multa: ut & dicitur Ephes. 3. b. 6. Gentib. patefactũ Euangeliũ, ut fiant cohæredes, concorpores, & cõsortes promissionis in Christo. Sic ẽt accipit & explicatur Christi nomẽ, 1. Corint. 12. b 12. & Ecclesia dicitur corpus Christi, & cõplementũ eius qui omnia in omnibus adimplet, Ephes. 1. d. 23. quibus testimoniis hic locus C mire illustratur. Itaq; nemo me putet Christo quicquã detrahere, quem ego in solidũ omnia in omnib. fidelib. facio.

Hoc autem dico, Pactionem ante confirmatam à Deo respectu Christi, Lex quę post annos quadringentos & triginta cœpit, nõ facit irritam, ut aboleat promissionem.

17 τοῦτο δὲ λέγω, διαθήκην προκεκυρωμένην ὑπὸ τοῦ θεοῦ εἰς χριστόν, ὁ μετὰ ἔτη τετρακόσια καὶ τριάκοντα γεγονὼς νόμος οὐκ ἀκυροῖ, εἰς τὸ καταργῆσαι τὴν ἐπαγγελίαν.

Nam si ex Lege est hæreditas, non iam ex promissione. Abrahę uerò per promissionẽ gratificatus est Deus *hæreditatem*.

18 εἰ γὰρ ἐκ νόμου ἡ κληρονομία, οὐκέτι ἐξ ἐπαγγελίας· τῷ δὲ Ἀβραὰμ δι' ἐπαγγελίας κεχάρισται ὁ θεός.

17 Antè confirmatam προκεκυρωμένην Vulg. omisit præpositionẽ πρὸ. magno errore, quum in ea lateat uis argumenti sumpti à Temporis serie, cuius prosyllogismus explicatus est suprà uers. 15. Respectu Christi εἰς χριστόν. Eras. ergo Christum, admodum obscurè. Significat enim Apostolus pactum illud cum Abrahamo gratis initum, in unum Christum ferri, in quo scilicet omnes promissiones sunt Etiam & Amen. 2. Cor. 1. d. 20, & ita etiam loquitur infrà uers. 24. At Vetus interpres totum hoc prætermisit, in quo tamtn controuersiæ cardo uertitur. Argumentatur enim Paulus ex hypothesi aduersus eos qui ex circuncisione crediderãt, ac proinde Christum pro Messia ac benedictionum scopo agnoscebant. Hoc igitur posito ac concesso, quæritur an is unus omnes credentes faciat benedictionis Abrahami participes, an uerò Lex Christo sit adiungenda, ut isti uolebant qui Christum dicebant nihil prodesse nisi Lex Mosis seruaretur. Christum unum id efficere probat Paulus, quòd pactum Legis sit pacto promissionis posterius: non posse autem dici prius pactum posteriore abrogatum, quum dicatur posse irritum fieri quod semel Deus in æternum confirmauit. Est autem id per absurdum atque adeò impium.

18 Nam si ex Lege εἰ γὰρ ἐκ νόμου Alterum argumentum sumptum à contrarijs, quo tamen etiam confirmatur superius. Videtur enim non ualere præcedens consecutio, nisi Lex & promissio, id est benedictio gratuita, opponatur.

A Quid si enim Lex nihil aliud est quàm explicatio promissionis? Respondet Paulus hæc duo ita esse inter se contraria ut consistere simul non possint, ita quidem ut à pseudapostolis considerabantur Legis opera, quasi & ipsa scilicet efficerent ut Deus fieret Deus noster. Nomine igitur hæreditatis significatur ius seminis, ut Deus sit Deus noster. id est, ut ex pacti formula, cum Abrahamo fideli fideles & ipsi benedicantur. ut Rom 4.c.13. Deinde notanda est propria significatio ἐπαγγελίας, de qua diximus supra uersu 14, & Act. 2. f. 39. Attingit autem paucis Apostolus hoc argumentum, partim quòd studeat breuitati in hac epistola, partim quòd illud ante pertractarit in hoc ipso capite.

τί οὖν ὁ νόμος; τῶν παραβάσεων χάριν προσετέθη, ἄχρις οὗ ἔλθῃ τὸ σπέρμα ᾧ ἐπήγγελται, διαταγεὶς δι' ἀγγέλων ἐν χειρὶ μεσίτου.

19 Quid igitur Lex? Transgressionum gratia addita est, usquequo uenisset semen illud cui facta est promissio: *Lex inquam*, ordinata per Angelos, per manum internuntij. *Lex.*

19 Quid igitur Lex? Τί οὖν ὁ νόμος: Prima obiectio, Si non prodest Lex ut nos Deo coniungat, quorsum igitur lata est? Hanc uerò obiectionem ita diluit Apostolus ut nouum etiam argumentum asserat à fine sumptum.

Transgressionum causa τῶν παραβάσεων χάριν. Id est, ut peccatum detegeret, Rom. 3.c.20. atque adeo redderet abundantius, ut Rom. 3.d.20, & 7.c.13, ut denique omnia sub peccatum includerentur. infrà uers. 22.

Semen illud cui facta est promissio τὸ σπέρμα ᾧ ἐπήγγελται. Id est, donec diruta macerie surgeret plenum semen illud coagmentatum ex utrisque, ut explicatur Ephes. 2.c.14. Ergo appellatione seminis non significatur unicus Christus per se, sed cum suo corpore, id est cum Ecclesia, coniunctus, sine quo uicissim non potest Ecclesia considerari, ut 1. Cor. 12. b.12, & d.27, Ephes. 1.d.23, & 3.b 6, & 4.c.12. Denique clarè id explicatur infra d. 23, ubi dicuntur Iudæi fuisse quasi præsidio Legis constricti antequam uenisset fides. Est enim mutua inter fidem & semen, id est fideles, relatio, à quibus separari non potest Christus, illius scilicet obiectum, & istorū caput, cuius Spiritu membra omnia in unum corpus coniuncta uiuunt. Quid igitur? (dicet aliquis) ante Christi aduentum, nullum erat semen Abrahæ, & tandiu suspensa est promissionis efficacia? Imò uerò semper aliqua fuit Ecclesia. Fide placuerūt Abel, Enoch, Noe, Abraham & alij sancti Patres. Christus enim fuit heri ut est hodie. Sed omnes tamen isti ueluti sub crepusculo matutino fuerunt, sole scilicet ipso nondum exorto: quum nos Christi aduentum secuti in meridiem incidimus. Comparate igitur dicitur semen & fides nondum uenisse illo tempore, & sancti illi non accepisse promissionem, Heb. 11.
B g.39. Deinde ante palàm ac plene cōmunicatum cum Gentibus Euangelium, nondū aduenerat semen illud Abrahę, quatenus omnes terræ Gentes complectitur. Constituit enim Dominus suis beneficijs sua momenta.

Lex, inquam, ordinata διαταχθεὶς. Id est, imperata siue edicta, quatenus scilicet Angeli non authores, sed ministri fuerunt Legis tradendæ internuntio Mosi. Nam præpositio διὰ instrumentum declarat hoc in loco, non autem efficientem causam primariam. uide Act. 7. g.53. Cæterùm non placet mihi Hieronymi expositio pro simplici traiectione triplicem aut etiam quadruplicem constituentis. Sic enim hęc ordinat, Lex posita est in manu mediatoris, propter transgressiones ordinata per Angelos, donec ueniret semen cui promissum erat. At ego ipsam collocationem Apostoli sequor, utpote planam ac perspicuam. Repetij tamen Legis nomen per epanalepsin, propter interiectum membrum inter ἀχρὶς οὗ ἔλθῃ & διαταγείς.

Per manum internuntij ἐν χειρὶ μεσίτου. Hebræis ביד, id est per manum, idem declarat atque opera & ministerio, ut Act. 7.c.25. Hic tamen puto proprie hæc esse accipienda, ut postea dicam. Pro mediatore Erasmus intercessorem agatur quo intermedio usus est Dominus ut consilium suum exequeretur, nedum ut is Domini consilium impediret. Quidam maluit sequestrem interpretari: quo uocabulo usus est interdum Tertullianus, sed quum de Christo agitur. quod & ipsum nolim imitari, ob eas causas quas alibi explicabo. Ego malui internuntium dicere hoc in loco, non ut innouarem uocabulum Theologorum auribus familiare, sed ut Mosen à Christo distinguerem. Verùm in re ipsa explicanda maior est controuersia. nam pleroique uideo tum ueterum tum recentiorum hoc referre ad Christū. unicum illum Dei & hominum mediatorem. quorum authoritati ficut ne si uelim quidem, possim ego fidelium infimus præiudicium afferre: tamen non pigebit opponere quibus rationibus existimem non posse ista de Christo intelligi, sed de Mose potius dici, ut etiam interpretatur Epiphanius κατὰ Μαν. χάσιν, & Gennadius apud Græcū scholiasten. Primùm igitur, quanuis Deus nonnisi per Verbum sese patefecerit, tamen hæc formula ἐν χειρὶ (qua diximus non summam aliquam & αὐτοπραξίαν potestatem declarari, sed operam potius ac ministerium) non mihi uidetur posse Filio Dei tribui, nisi quatenus homo factus est. quæ consideratio nullum hic locum habet, quum in Lege danda nihil magis quàm terrifica & summa illa Dei maiestas emineat: qualis etiam erit secundus Christi aduentus. Manum autem fateor interdum quidem pro summa uirtute, item pro ope & subsidio accipi: sed quominus hoc loco ita explicetur impedit Internuntij siue malis Mediatoris nomen, qualitatem ipsam ministerij non autem primariam
C causam declarans, si quis rem totam propius inspiciat. Præterea ita describitur hæc historia ut significetur istum, ut inferiorem, accepisse ab Angelis ut superioribus quod ad Israelitas afferret. Deinde qua de re hic agitur? nempe de Lege, & quidem non simpliciter, sed quatenus Promissioni opposita, non modo non uiuificat, sed etiam occidit. Eius igitur non modò administrationem (quæ alibi dicitur mortis administratio, 2. Cor. 3.b.7) sed etiam primariam sanctionem non uideo qua ratione possimus satis commodè illi tribuere: quem ut pacti promissionis unicum mediatorem uidetur potius Apostolus ex diametro pacti Legis internuntio opponere. Præterea si de Christo hæc accipias quæ manifestè ad Legem pertinent, qua tandem ratione sequentia connectes? Hic enim laborare necesse est duabus in rebus explicandis, quomodo scilicet à uetere pacto (loquitur enim de Lege) ad nouum tam subitò transeat Apostolus, si sequentē uerticulum accipias de officio Christi, id est Deum cum hominibus conciliandi: uel, si duos populos intelligas, Iudæos cum Gentibus, intercedente Christo, in unum corpus coniungendos, (quod maxime uidetur ad scopum pertinere) explicandum erit cur tam concisè loquutus sit Apostolus, & quomodo ista cum præcedentibus & sequentibus cohæreant. quibus in modis explicandis nondum sanè inueni qui mihi satisfaceret. Sed & illud quærendum uideretur, qua ratione Paulus diceret, Legem Christi ministerio datam, nec tamen ullam eius rei probationem attexeret. Denique si rei gestæ historiā spectemus, manifestior erit allusio quàm ut ista negare possimus Mosi competere. Nam præterquam quod is ubique dicitur Legis, mortis, literæ, carnis minister (ex Iudæorum scilicet hypothesi, & habita corruptionis hominum ratione: non autem Lege in seipsa uel ex recto usu considerata, quatenus nimirū ad Christū ducit, ut postea Paulus explicabit: qua ratione tamen pædagogus uocatur) diserte narrat historia ipsum, ita postulantibus Iudæis, quòd Dei uocem ferre nequirent, fuisse medium inter Deum & ipsos internuntium: ut Deut. 5.a.5. & bis è monte deicendentem, duas illas tabulas lapideas manibus suis à Deo scilicet, ministerio Angelorum, acceptas ad Israelitarum castra detulisse. ut Exod. 32.d.15, & 34, d.29. Ex his igitur concludo, ἐν χειρὶ μεσίτου. i. per manum Mediatoris, idem declarare atque διὰ τῆς ὑπερκοσμίου τοῦ Θεοῦ Μωσέως. i. per fidum Dei famulum Mosen. Nam uerbum עבר. i. stare, quod usurpat Moses Deut. 5.a.5, & d.31. principum apparitoribus conuenit, quibus scilicet ut ministris & internuntijs uruntur.

20 Inter-

Internuntius autem, unius nō est: Deus uerò unus est. 20 ὁ δὲ μεσίτης ἑνὸς οὐκ ἔστιν· ὁ δὲ θεὸς εἷς ἐστιν. A

Lex igitur *num addita est* aduersus promissiones Dei? Absit. nam si data fuisset Lex quę posset uiuificare, uerè ex Lege esset iustitia. 21 ὁ οὖν νόμος κατὰ τῶν ἐπαγγελιῶν τοῦ θεοῦ; μὴ γένοιτο. εἰ γὰρ ἐδόθη νόμος ὁ δυνάμενος ζωοποιῆσαι, ὄντως ἂν ἐκ νόμου ἦν ἡ δικαιοσύνη.

Rom.3.b.9. Sed conclusit Scriptura omnia sub peccatum, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. 22 ἀλλὰ συνέκλεισεν ἡ γραφὴ τὰ πάντα ὑπὸ ἁμαρτίαν, ἵνα ἡ ἐπαγγελία ἐκ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ δοθῇ τοῖς πιστεύουσι.

Fidei. Antequam autem uenisset fides, sub Legis præsidio tenebamur conclusi, in eam fidem quæ erat reuelanda. 23 πρὸ δὲ τοῦ ἐλθεῖν τὴν πίστιν, ὑπὸ νόμον ἐφρουρούμεθα, συνκλειόμενοι εἰς τὴν μέλλουσαν πίστιν ἀποκαλυφθῆναι.

Lex, pædagogus Itaq; Lex pædagogus noster fuit in Christum *respiciens*, ut ex fide iustificaremur. 24 ὥστε ὁ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν γέγονεν εἰς Χριστόν, ἵνα ἐκ πίστεως δικαιωθῶμεν.

At postquam uenit fides, nō amplius sub pædagogo sumus. 25 ἐλθούσης δὲ τῆς πίστεως, οὐκέτι ὑπὸ παιδαγωγόν ἐσμεν.

20 Internuntius autem est unius ὁ δὲ μεσίτης ἑνὸς οὐκ ἔστιν. Argumentatur Paulus arrepta occasione ex ipsa ferendæ Legis modo, ut eam ostendat non modò non esse unicuique illud nostræ cum Deo coniunctionis, sed certissimum esse signum nostræ ab illo alienationis. Cedò enim quæ causa fuit cur in ferenda Lege sit adhibitus internuntius? quia scilicet Deum ut terribilem ac formidabilem legislatorem ferre non poterat Israel. Ergo Lex illud non est quo Israel adiungitur Deo, sed quo deterritus, internuntium requirit. Lex inquam, non est, appendix illius suauissimæ uocis, Sum Deus tuus & seminis tui: qua nemo non alliciatur. Quamuis enim utatur hoc præ- B
nomio, AVDI ISRAEL, EGO SVM DOMINVS DEVS TVVS, ea tamen est huius Vocis maiestas quam ferre mortalis cōditio non possit: illam scilicet Legis execrationem adumbrans, cuius supra meminit Apostolus uers. 10. Dicitur ergo internuntius non esse unius. id est, eum non indigere internuntio, qui unus sit, siue cui prorsus conueniat cum principe à quo aduocetur. siquidem internuntijs apud eos demum principes egemus, quibuscum ipsi conuenire no possimus, uel non audeamus, si nos inuitent. Est autem in omnibus linguis usitatum, ut qui inter se amant, unum esse dicantur. & præterea respexit Paulus Dei & hominis coniunctionem in Christo, cuius per fidem simus participes, ut Iohan. 17. d. 21, & 1. Corinth. 6. d. 17, & 2. Petri 1. a. 4. Id uerò quàm uerū sit apparet ex Euangelij collatione. Nam pro eo quod Lex nos perterrefacit, Spiritus docet nos clamare, Abba Pater, & magna cum fiducia ad thronū maiestatis Dei perrūpere, ut filios decet de bona patris uoluntate securos. ut infrà uers. 26. 28, & 29. Euangelium igitur, illud unū est quo fideles omnes in Christo coalescentes benedictionē illam gratuitā percipiūt, Ero Deus tuus & seminis tui. Quo pudore ergo audent pseudapostoli Legem cum promissione coniungere, ut Christum officio suo spolient?

Deus uerò unus est ὁ δὲ θεὸς εἷς ἐστιν. Alibi Apostolus aliquoties concludit, ex eo quòd Deus unus est, non tantùm Iudæorum, sed aliarum etiam Gentium unam etiam esse fidem, qua Deus sit omnium Deus, quum Lex unius tantùm sit Gentis. Sed mihi quidem non uidetur satis hoc quadrare huic loco. Vnus igitur Deus hic esse dicitur. i. sui semper similis & semper idem. sicut de se testatur Malach. 3. b. 6. eamque expositionem germanam esse apparet ex ea obiectione quæ cum hac appendice cohæret: in qua scilicet quæritur Num Deus Legem ponendo, à seipso dissenserit, quandoquidem contraria est promissioni. Sed ea tamen appendix dupliciter potest applicari. nempe uel superiori argumento, uel sequenti obiectioni. Nam dixerat Apostolus non opus esse internuntio ijs qui inter se consentiunt. Itaque Legem, quum per internuntium ferretur, non fuisse consensus, sed discordiæ signum. Hic uerò excipere poterant Iudæi, hunc ipsum internuntium, accepta Lege pacem sanxisse. Ideò, ut huic exceptioni occurratur, addit Apostolus. Deum sui semper similem esse. Itaque quum ex pacto promissionis se ultrò Deum esse declarasset seminis Abrahami, non potuisse nouum pactum inire quo prius antiquaretur. unde rursus nascitur obiectio sequenti uersiculo explicata. Sin autem hoc placeat sequentibus coniungere, ita cohærebunt, Si ita est, Paule, ut tu dicis, Legem datam esse ut transgressiones ac proinde iram Dei augeret ac detegeret, non autem ut nos Deo conciliaret: nempe Deus iratus erat. Si iratus, ubi pactum illud promissionis præcedens? At Deus sui semper similis est: quod fieri non potest, si, ut tu dicis, Deus, mutato animo, per Legem ijs maledicit quibus per promissionē benedixerat. Hinc ergo exoritur quæ- C
stio, Sitne Lex abolendæ promissioni lata.

21 Nam si data &c. εἰ γὰρ ἐδόθη. Retorquet Apostolus argumentum in aduersarios. Nam si per Legem esset iustitia, ut ipsi uolunt, tum demum consequeretur, Deum, abolito priore pacto, alterum in eius locum sanxisse. Sed cur uiuificationis & iustitiæ memnimt? Quia Deum habere pro Deo suo, & uiuificari, semen fieri Abrahę, & iustificari, mutuò sese consequuntur.

22 Sed conclusit Scriptura ἀλλὰ συνέκλεισεν ἡ γραφή. Γραφὴν uocat Apostolus hoc ipsum quòd alibi γράμμα uocauit. 1. Legem, ut exposuimus Rom. 2. d. 27. Nunc demum autem Apostolus nodum soluit, quum inquit Legem quidem ostendisse maledictionem, nò tamen ut homines in eadesererentur, sed ut intellecto periculo, ad unicū remedium gratuitæ prmmissionis accurrerent: Abrahami scilicet exemplo, qui per fidem est iustificatus. Sic ergo Lex repugnat promissioni, ut tamen promissionem non aboleat, sed illi potius subseruiat: quum ueluti pædagogi uice fungens, ad Christum adducat. Deus uerò semper unus & sui similis fuit.

Omnia τὰ πάντα. Id est, omnes homines & quicquid ab hominibus proficisci potest. Itaque maior est emphasis quàm si τοὺς πάντας, id est omnes, dixisset. Vt promissio ἵνα ἡ ἐπαγγελία. Id est, id quod promissum est, μετωνυμικῶς.

Ex fide Iesu Christi ἐκ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. Vide Rom. 3. c. 22. Est autem infinita quædam Pauli λεπτότης, tot enthymemata uibrantis, quot uocabula enuntiat. Nam opponit operum meritis. fidem, Iesum, dari, credentes.

23 Antequam autem πρὸ δὲ. Vide suprà uers. 19. In eam fidem εἰς πίστιν. εἰς causam finalem declarat. Fuit autem hoc adijciendum necessariò, ut absolueretur tractatio. Dicturi enim erant pseudapostoli Etiamsi iustitia non manat ex Lege, sed ex gratuita in Christo promissione, quum tamen Deus, qui semper sui similis est, œconomiam istam Mosaicam constituerit quæ ad Christum adduceret, quo iure uis illam nunc aboleri? quid iniqui perimus, quum illam cum Christo coniungimus? Respondet Apostolus, temporariam fuisse illam œconomiam: quod suprà attigerat uersu decimo nono eamque idcirco comparat cum pædagogo. cuius dicti explicationem subijciet proximo capite.

24 In Christum *respiciens* εἰς Χριστόν. Vide suprà uersiculo 17.

25 Omnes

A πάντες γὰρ υἱοὶ θεοῦ ἐστε διὰ τῆς πίστεως ἐν 26
Χριστῷ Ἰησοῦ.

ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνε- 27
δύσασθε.

οὐκ ἔνι Ἰουδαῖος, οὐδὲ Ἕλλην· οὐκ ἔνι δοῦλος, οὐδὲ 28
ἐλεύθερος· οὐκ ἔνι ἄρσεν καὶ θῆλυ. πάντες γὰρ
ὑμεῖς εἷς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

εἰ δὲ ὑμεῖς Χριστοῦ, ἄρα τοῦ Ἀβραὰμ σπέρμα 29
ἐστέ, κατ' ἐπαγγελίαν κληρονόμοι.

Omnes enim, filij Dei estis, per fidem, in Christo Iesu. *Filij Dei.*

Nam quicunq; in Christo Baptizati estis, Christum induistis. *Christū induere*

Non est Iudæus neq; Græcus, non est seruus neq; liber, non est masculus ac fœmina. omnes enim uos unus estis in Christo Iesu.

Quòd si uos estis Christi, nempè Abrahæ semen estis, secundum promissionem hæredes. *Semẽ Abrahæ*

CAPVT IIII.

Hoc autem dico: Quandiu hæres infans est, nihil differt à seruo, quanuis sit dominus omnium: *Hæres infans.*

Sed sub tutoribus & curatoribus est usq; ad tempus quod pater præfinierit.

Ita & nos, quum essemus infantes, sub elementis mundi eramus in seruitutem redacti: *Elementa mũdi.*

At postquam uenit plenum tempus, emisit Deus filium suum factum ex muliere, factum Legi obnoxium.

ΚΕΦΑΛΑ Δ.

Λέγω δέ, ἐφ' ὅσον χρόνον ὁ κληρονόμος νήπιός ἐστιν, οὐδὲν διαφέρει δούλου, κύριος πάντων ὤν, 1

ἀλλὰ ὑπὸ ἐπιτρόπους ἐστὶ καὶ οἰκονόμους, ἄχρι 2
τῆς προθεσμίας τοῦ πατρός.

οὕτω καὶ ἡμεῖς, ὅτε ἦμεν νήπιοι, ὑπὸ τὰ στοι- 3
χεῖα τοῦ κόσμου ἦμεν δεδουλωμένοι.

B ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστει- 4
λεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικός, γενόμενον ὑπὸ νόμον,

16 Omnes enim, &c. πάντες γάρ, &c. Conclusio est superioris tractationis. Ergo Christus is est qui Iudæos & Gentes in unum corpus semnis Abrahæ connectit. Itaque τὸ ἄρρεν tollit personarum discrimen, de quo mox uersu decimo octauo.

27 Nam quicunque ὅσοι γάρ. Vide quàm breuiter & tamen circumspectè argumenteturApostolus. Repetebāt enim circuncisionem pseudapostoli iam inde usque ab Abrahamo. Respondet Apostolus Baptismum circuncisioni succesisse. In Christum εἰς Χριστόν. Id est Christi auspicijs, utque Christi hæretis participes. Vide Act. 19. a. 5. Erasmus hoc nō legit. quod tamen in omnibus uetustis nostris codicibus inuenimus.

Christum induistis Χριστὸν ἐνεδύσασθε. Metaphora sumpta est à uestibus, ex Hebræorum idiotismo, ut diximus Luc. 24. g. 49. & alibi sæpe, sed quæ mysterium nostræ cum Christo coniunctionis quasi oculis subijciat. Oportet enim Ecclesiam Christo, tanquam uestè quandam, operiri, & sub eo delitescere, ut sancta sit prorsus & irreprehensibi lis, Ephes. 5. f. 27. Ideoq; Apostolus semen Abrahæ uno Christi nomine significauit suprà uers. 16. quod idem explicat uers. sequenti. Cæterum argumentatur Apostolus à signo ad rem, non ut impiam illam opinionem operis operati stabiliat, sed quia solos fideles alloquitur, & uerax est Deus in suis promissis, quorum tesseræ sunt sacramenta quæ uocamus.

28 Vnus ἕν. Id est, unius hominis instar, ut summa coniunctio significetur. Vulg. unum, id est ἓν, eodem quidem sensu, sed tamen non ita expresse. Nam omnes homines, uelint nolint, sunt unum. i. una res, specie tenus. At non possunt esse unus. i. quasi unum individuum, ut in Christo seruentur, nisi per eum ipsum Christum. Neq; tamen hoc in loco imaginanda est substantiarum commixtio, aut confusio, aut naturalis etiam aliquis cōiunctionis modus: sed hoc demum sciendum, nos per fidem Christo primùm ipsi uniri, Spiritus sancti uinculo, deinde bonorum ipsius fieri participes: ut omnes fideles hac ratione sint unus Christus.

IN CAP. IIII.

C 1 Hoc autem dico λέγω δὲ Nunc aggreditur quod attigerat uers. 24, mutato tantum nomine, Quem enim illic uocarat pædagogum, hic uocat tutorem uel curatorem.

Quamuis sit ἄρ. Vulg. & Eras. quum sit. quod poni solet κατὰ ἀνθυπαγωγὴν. hic uerò intelligendum est ἀντιπαραθεσιν. non minus erat libera, quàm Ecclesia Christiana, si ius ipsum libertatis & conditionem personę, ut ita dicam, spectes sin autem ætatem, & eius libertatis fruitionem, erat sub Lege, tanquam pupillus sub tutore: donec adoleuit. id est ad Christi usque aduentum, quo tutela illa finiebatur.

2 Vsque ad tempus quod pater præfin. ἄχρι τῆς προθεσμίας τοῦ πατρός. Rectè hoc additum est. nam qui est sub perpetua tutela & curatione, uix potest liber censeri. Deinde quum Legis tutela sit testamentaria, uerisimile est in filij commodum fieri ut nihil habeat quod de hac œconomia queratur. Postremò quum tutor hic datus sit ad certū tempus, non potest uideri patris sententia mutata, quum eo finito tempore, tutor ille ab administratione remouea-tur: imò tutela ad ipsius hæreditatis fruitionem uiam sternit.

3 Sub elementis mundi ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου. Id est, sub Lege, quæ fuit instar rudimentorū mundi. siquidem Dominus mundum suo tempore ad plenam cognitionem ueritatis uocaturus, illum uoluit his ueluti rudimentis erudire, tenui primùm schola in uno duntaxat mundi uelut angulo aperta. Huc pertinet collatio illa utriusque pacti Ierem. 31. f. 34, & quod scribitur Ioelis 2. g. 28 & 29. Erant enim promissiones sub Lege perobscuræ, & cæremoniarum uelamine obductæ tegebantur, eminus duntaxat Christum uenturum indicantes. Tota denique Legis œconomia, ueluti rudis quædam erat disciplina, rudibus conueniens: quum nondum pleno cornu effusus esset Spiritus sanctus, si corpus ipsum Ecclesiæ spectes, Iohan. 7. f. 39. Itaque nomen mundi non refero ad ipsa elementa, sed ad discipulos: ut quum dicitur Dominus sic mundum dilexisse, ut filium suum dederit quo seruetur mundus. Hæc est disciplina illa cuius elementa tradebat Lex: perfectam autem cognitionem præstitit Christus ipse aduenies & Apostoli eum secuti.

4 Plenum tempus τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου. Vulgata & Erasmus ad uerbum, plenitudo temporis. de quo Hebraismo diximus supra 3. b. 14. Plenum autem tempus dicitur cuius spatia omnia peracta sunt. Itaque nec seruis nec tardius uenire debuit Christus.

Emisit

Emisit ἐξαπέστειλεν. Christus igitur non tunc cœpit existere. erat enim Deus apud Deum in principio, ut Ioh. 1. a. 1, & 17. a. 5. Vulg. mittit, non satis expresse Filium suum τὸν ὑὸν αὐτοῦ. Filius igitur erit etiam diuinitatis ratione, contra impium Seruetum nec homo factus alium filium induit, sed hominis naturã assumpsit, ut unus esset Filius Deus & homo. Factum ex muliere γενόμενον ἐκ γυναικός. Ergo uerum hominem, sed ἀπάτορα, quatenus homo est factus non ex patris semine, sed ex mulieris substantia. Mulierem igitur intellige sexus ratione, non ut mulier uirgini opponatur. Fuit enim Maria uirgo incorrupta, ut prædictum fuerat Esa. 7. c. 14. Quidam γενόμενον interpretantur natum, quæ expositio est absurda. Cur enim id commemoraret Apostolus? sed unus Christus, factus est ex muliere. Vide Rom. 1. a. 3. A

Adoptati in Filios Dei per Christum. Spiritus sanctus

Vt eos qui Legi erant obnoxij, redimeret, ut adoptationem filiorum reciperemus.

5 ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν.

Quoniã autem estis filij, emisit Deus Spiritum Filij sui in corda uestra, clamantem, Abba, *id est* Pater.

6 ὅτι δέ ἐστε υἱοί, ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, κράζον, Ἀββᾶ ὁ πατήρ.

Itaque non amplius es seruus, sed filius: quòd si filius, etiam hæres Dei per Christum.

7 ὥστε οὐκέτι εἶ δοῦλος, ἀλλ' υἱός· εἰ δὲ υἱός, καὶ κληρονόμος θεοῦ διὰ Χριστοῦ.

Galatæ per Christum reuocati ab idololatria.

Imò tum quidem quum ignoraretis, Deum, seruiebatis ijs qui natura non sunt dij.

8 ἀλλὰ τότε μὲν οὐκ εἰδότες θεὸν, ἐδουλεύσατε τοῖς μὴ φύσει οὖσι θεοῖς.

At nunc quum agnoscatis Deum, imo potius edocti sitis à Deo, quomodo conuertimini retrorsum ad impotentia & egena elementa, quibus retrorsus ab initio seruire uultis.

9 νῦν δὲ γνόντες θεὸν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ θεοῦ, πῶς ἐπιστρέφετε πάλιν ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα, οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε; B

Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos.

10 ἡμέρας παρατηρεῖσθε, καὶ μῆνας, καὶ καιροὺς, καὶ ἐνιαυτούς.

5 Vt adoptionem Filiorũ accip. ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν. Atqui adoptio Ecclesiæ æternæ est. Fateor: sed suo tempore exhibita fuit. quemadmodum filius ab ipso conceptu hæres est, sed nonnisi post xxv annum hæreditatem administrat. Vulgata ἀπολάβωμεν conuertit reciperemus. quod Augustinum fefellit.

6 Quoniam ὅτι. Subijcit testimonium adoptionis, & ita quidem ut peculiariter applicet Galatis. Colligit ergo ex consequente antecedens: ne quis temere hanc adoptionem iactet, utque etiam intelligamus quatenus acceperimus adoptionem. Deinde Spiritum tacitè opponit Legi, quemadmodum qui maior est 29 annis, non iam alieno ductu, sed suo iudicio regitur. Spiritum filij sui τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Id est, Spiritum sanctũ, qui & patris & Filij Spiritus est. peculiariter autem dicitur Spiritus Filij, quòd per eum obsignetur nostra in illum adoptio. Abba. *id est* Pater, Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ. Vide Rom. 8. c. 15.

7 Non amplius es οὐκέτι εἶ. A plurali numero ad singularem transit. quæ enallage familiaris quidẽ est Hebræis, sed tamen hoc in loco uidetur suam emphasin habere. Indicat enim hanc doctrinam non ad totum corpus Ecclesiæ duntaxat, sed etiam ad fideles singulos pertinere.

Seruus δοῦλος. Seruum uocat, non eum qui peccato seruiat, nec sit à Christo liberatus per fidem: sed eum qui sua libertate nondum fruatur, quatenus est adhuc sub tutore constitutus. Illa seruitus propria est infidelium: ista uerò Ecclesiæ Israeliticæ conuenit. Similis est æstimatio libertatis.

Hæres κληρονόμος. Id est, particeps bonorum ac facultatum, & quidem gratis. Theophylactus ita legit hunc locum εἰ δὲ υἱός, κληρονόμος. κληρονόμος μὲν θεοῦ, συγκληρονόμος δὲ Χριστοῦ. id est, quòd si filius, hæres. hæres quidem Dei, cohæres autem Christi. quæ uerba sunt Apostoli Rom. 8. c. 17.

8 Imò tum quidem ἀλλὰ τότε μέν. Vulg. & Eras. Sed tunc quidem. At ego ἀλλὰ puto declarare superioris dicti correctionem, quod ad similitudinem attinet à tutore sumptam. Nunc enim applicanda erat hæc doctrina, ipsis Galatis. Atqui Galatæ sub seruitute longe alia. i. sub idolodulia, uiuebãt, quũ eos Deus in libertatem asseret. Erat igitur absurdius ipsorum factum, quàm eorum qui ex circuncisione crediderant. Isti enim ex tutela emittirecusabant: illi uerò à durissima seruitute asserti in plenam libertatem, contrario ordine, uolebant tutelę iugum subire. acsi quis breuissimo aliquo compendio solidam doctrinã consequutus, ea neglecta, uellet ad prima elementa regredi. Suspicor uerò pro τότε tunc, potius legendum πρό τε, id est olim. quum lubricus sit lapsus à π ad literam τ, & multo melius conueniat hæc lectio. Nolui tamen quicquam mutare in tanto codicum consensu. C

Natura φύσει. Id est, re ipsa. cui opponitur δόξᾳ. i. opinatio.

9 Edocti sitis γνωσθέντες. Ad uerbum, scire facti sitis, in significatione hophal, ut exposuimus 1. Cor. 8. a. 3. Vulg. & Eras. cogniti estis. Retrorsum πάλιν. Id est εἰς τὸ ἀνάπαλιν, siue εἰς τὸ ὀπίσω πάλιν. Vulg. iterum Eras. denuo. Atqui Galatæ non ex Iudaismo, sed ex Paganismo uocati fuerant ad Euangelium. a quo uelut pedem referentes, ad Iudaismum regrediebantur: quum contrà oportuerit eos ad metam progredi. quamobrẽ etiã usus est uerbo ἐπιστρέφεσθε, quod significat reflecti & retorqueri, ut qui à tergo respiciunt. Hoc non considerarunt Græca præsertim scholia, quæ putant nomine elementorum mundi significari elementa quibus hic mundus constat, itemque lunam & solem & sidera: ex quorum cursu metiti menses, tempora, & annos Galatæ ad pristinam idololatriam essent reuersi. Id uerò absurdius est quàm ut refutatione indigeat.

Elementa στοιχεῖα. Vide suprà uers. 3. Egena autem & impotentia elementa uocantur in sese & seorsum à Christo. deinde quòd ea ratione ipsi sese egenos esse in Christo restarentur, quum tamen à Christo ad cæremonias relabi, nihil aliud sit quàm neglectis summis opibus inanissimam inanitatem sectari.

Retrorsus ab initio πάλιν ἄνωθεν id est retrò flexis uestigijs: quasi ab alto & ab ipsis initijs uobis sit auspicandum ut si quis metæ propinquus, ad carceres recurreret, ut inde rursum currere inciperet. quanquam Galatæ à carceribus cæremoniarum nunquam exierant. Sic autem accipi sapissime etiã solent πάλιν & ἄνωθεν nõ est quòd exemplis comprobemus. Vulg. denuò. Eras. iterum ab integro.

12 Estote

A φοβοῦμαι ὑμᾶς, μήπως εἰκῆ κεκοπίακα εἰς ὑμᾶς. 11 Metuo de uobis, ne fruſtra fatigatus ſim apud uos.

γίνεσθε ὡς ἐγώ, ὅτι κἀγὼ ὡς ὑμεῖς, ἀδελφοί, δέομαι ὑμῶν. οὐδέν με ἠδικήσατε· 12 Eſtote quaſi ego: nam ego *ſum* quaſi uos. fratres, rogo uos: nihil mihi feciſtis iniuriæ.

οἴδατε δὲ ὅτι δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς εὐηγγελισάμην ὑμῖν τὸ πρότερον, 13 Noſtis autem quòd per infirmitatem carnis euangelizauerim uobis prius,

καὶ τὸν πειρασμόν μου τὸν ἐν τῇ σαρκί μου οὐκ ἐξουθενήσατε, οὐδὲ ἐξεπτύσατε, ἀλλ' ὡς ἄγγελον θεοῦ ἐδέξασθέ με, ὡς Χριστὸν Ἰησοῦν. 14 Et experimentum mei quod *erat* in carne mea, non pro nihilo habuiſtis, neque reſpuiſtis: ſed me ut Angelum Dei, ut Chriſtum Ieſum, excepiſtis.

τίς οὖν ἦν ὁ μακαρισμὸς ὑμῶν; μαρτυρῶ γὰρ ὑμῖν, ὅτι εἰ δυνατόν, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν ἐξορύξαντες ἂν ἐδώκατέ μοι. 15 Quæ igitur erat beatitatis ueſtræ prædicatio? teſtimonium enim reddo uobis, quòd ſi fieri potuiſſet, oculos ueſtros effoſſos dediſſetis mihi. *Affectus Galatarum erga Paulum.*

ὥστε ἐχθρὸς ὑμῶν γέγονα, ἀληθεύων ὑμῖν; 16 Itaque *num* inimicus factus ſum uobis, dū uobis uera loquor?

ζηλοῦσιν ὑμᾶς οὐ καλῶς, ἀλλ' ἐκκλεῖσαι ὑμᾶς 17 Depereunt uos non bene, imò excludere nos uolunt, ut ſe depereatis.

B θέλουσιν, ἵνα αὐτοὺς ζηλοῦτε,

12 Eſtote quaſi ego Γίνεσθε ὡς ἐγώ. Sic à Latinis amicus dicitur alter ego, uel alter idem. Mira enim phraſi declarat Apoſtolus ſuam in Galatas beneuolentiam ſingularem: quaſi diceret, Eſtote ego, quādoquidem ego ſum uos. addita tamen particula ὡς, qua uti ſolemus ut molliatur dicendi genus. Sic Cic. ad Att. ſcribens, Deinde te, inquit, quaſi me alterum, & ſimul meæ culpæ ſocium quæro. Itaque ſcopum Apoſtoli non aſſequuntur qui exponunt, Eſtote mei ſimiles, quoniam & ego ſum ueſtri. uel, ut Eraſmus, Eſtote ut ego ſum, quandoquidem & ego ſum ut uos. i, ut ipſe explicat abijcite ſuperſtitionem Iudaicam quam uidetis Abieciſſe me quod certe non conuenit. Nam hac in re noluit dicere Paulus ſe illorum ſimilem eſſe, ſed prorſus diſſimilem. uel, Proficite ad meam perfectionem, quandoquidem ego meipſum ad ueſtram infirmitatem inclinaui. Hæc, inquam, & ſimilia omnia puto ad Apoſtoli ſcopum nihil pertinere.

Nihil mihi fec. iniu. Οὐδέν με ἠδικήσατε. Imò uerò qua poterant maiore iniuria Paulum afficere, quum ipſius doctrinam repudiarent. & Chriſtum, cuius erat miniſter, adeò turpiter dedecorarent? Sed negat ſe ab iis affectum iniuria, quibus ex animo omnia condonabat, ſi reſipiſcerent. ut 2. Cor. 2. b. 5. Nam uix mihi uidetur cauſam Chriſti fuiſſe a ſua ſeparaturus.

13 Per infirmitatem car. Δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκός. Id eſt per uarias afflictiones, quibus quotidie exercebatur Apoſtolus. adeò ut nihil eſſet illo abiectius, ſi externam ſpeciem atque adeò ſi hominem ſpectes, qui carnis nomine intelligitur, exprimendæ ipſius imbecillitatis cauſa.

14 Experimentum mei τὸν πειρασμόν μου. Id eſt, has ipſas quotidianas uexationes quibus Dominus me exploratuit inter uos. Nam hac etiam ratione Iacobus crucem uocat τὸ τῆς πίστεως δοκίμιον, id eſt illud quo fides explo-
ratur, Iacob. 1. a. 3 quò etiam pertinet quod ſcriptum eſt 1. Petri 4. c. 17, Vt Angelum Dei ὡς ἄγγελον Θεοῦ. Id eſt, me quantumuis per cæteris hominibus contemptum, quamrimuis ab ipſo etiam Deo (ut in ſpeciem uideri poterat) uexatum, tamen non modo non eſtis auerſati, ſed etiam non aliter quàm cæleſtem aliquē Angelum, atque adeo quàm Ieſum ipſum excepiſtis, mei ſcilicet miniſterij ratione. Nam alioqui non minus hoc Galatarum factum Paulus eſſet execratus quàm Liſtrenſium, Act. 14. c. 14. Quidam igitur non rectè interpretatus eſt Ἄγγελον Θεοῦ Dei nuntium, ut oſtendit carnis antitheſis.

15 Quæ igitur erat ueſtræ beatitatis præd. Τίς οὖν ἦν ὁ μακαρισμὸς ὑμῶν: Id eſt, Itaque quantus ubique rumor erat hominū uos beatos prædicantium? uel, ſi libeat ad ipſos Galatas hoc referre, Quænam igitur erat inter uos ueſtra
C beatitatis iactatio: quum uos beatos ac fœlices propter aduentum meum factos diceretis? Nam μακαρίζειν ſignificat beatum prædicare ac profiteri. unde μακαρισμὸς qui diſtingui debet ab ipſa beatitate, quæ μακαριότης dicitur, ut recte & erudite annotauit Eraſ. Vbi eſt ergo beatitudo ueſtra. id eſt, quonā igitur abierūt illæ uoces quibus uos beatos eſſe prædicabatis, quum me adeò alacriter exciperetis? Legit enim, ποῦ οὖν ὁ μακαρισμός: quam lectionem in duobus uetuſtis Stephani codicibus deprehendimus. Oculos ueſtros τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, Hac tanquam prouerbiali hyperbole ſummus amor declaratur, ne tantam illam alacritatem putemus ſimulatam fuiſſe.

17 Depereunt Ζηλοῦσιν. Sumpta eſt metaphora à procis zelotypis, quam etiam ſequentibus uerſiculis duobus perſequitur. Duplex autem eſt zelotypia, Vna, quum noſtri cauſa diligimus, ideoque non poſſumus ritualem patiri aſſentatores qui in aulis principum degunt, nec principis commoda propriè quærunt, ſed quatenus cum ſua ipſorum utilitate ſunt coniuncta, ideoque id unum ſolicitè ſtudent ut cæteros quantumuis principi utiles, arceant, quò ſcilicet ipſi ex eo maiorem ſoli utilitatem capiant. Hoc uerò non eſt principem, ſed ſeipſum amare. Itaque iſtorum amor tum euaneſcit quum ſublata eſt illius cauſa, id eſt, quum ea eſt principis cōditio ut nullum commodum amplius ab eo expectent. Altera zelotypia prorſus eſt illi contraria, quum amicos ipſos rei honeſtæ cauſa in illis amandis ſpectamus. ideoque non modo ſoli nolumus diligi, ſed potius quamplurimos ſyncero amicos illis cupimus conciliare: quòd eorum cōmodis magis, quàm noſtris ipſorum delectemur. Hic uerò demū uerus & honeſtus ac perpetuus eſt amor. Illam zelotypiam pſeudapoſtolis tribuit Apoſtolus, ut qui ſui commodi cauſa Galatas diligerent, ideoq; ſum mo ſtudio niterentur Paulum ut ritualem excludere. Hanc uerò ſibi tribuit, ut etiam 2. Cor. 11. a. 2. eiuſque argumentum affert quòd quū rei honeſtæ cauſa eos dilexerit, id eſt non lucri aut gloriæ ſtudio, eundē animum erga eos quāuis procul abſens cōſeruet. Excludere nos ἐκκλεῖσαι ὑμᾶς. Excludendi uerbū mirè conuenit metaphoræ à zelotypia ſumptæ, in illa quidem ſiniſtra & minus honeſta zelotypia. quamobrem etiā ζηλοῦσιν non conuerti æmulantur cum uetere interprete: quorſum enim hoc? neq; cum Eraſ. ambiunt. quòd non ſatis uideatur expreſſum. Itaque quod annotat Eraſ. ſe in in quibuſdam codicibus legiſſe ἐγκλεῖσαι i. includere, ut ad Legem referatur qua uolebant illi Galatas implicare, id, inquā, nullo modo cōuenit inſtitutæ pulcherrimæ translationi: nec dubito quin nō intellecta trāſlatio cauſam præbuerit non modo huic errori, ſed etiam alteri. Nam quum in omnibus codicibus ſcriptum ſit ὑμᾶς uos, poſcit tamen ſententia ut legamus ἡμᾶς nos.

Neque

Neque enim amicam à riuali, sed riualem ab amica dicitur procus excludere quo modo isti Paulum à Galatis conabantur excludere, ut, inquit Paulus, omnem amorem à me in ipsos transferatis. Hæc enim est antitheſis personarum: neque explicare licet, fuisse istis propositum Galatas à Christo excludere, quin prorsus uiolenta sit eclipsis. A

Sed præclarum est uehementer amare, in re bona semper, & nó solùm quum præsens sum apud uos.

18 καλὸν δὲ τὸ ζηλοῦσθαι ἐν καλῷ παντὶ, καὶ μὴ μόνον ἐν τῷ παρεῖναί με πρὸς ὑμᾶς.

Filioli Pauli Galatæ.

Filioli mei, quos iterum parturio, usquequo formetur Christus in uobis.

19 τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ χριστὸς ἐν ὑμῖν.

Vellem autem adesse apud uos nunc, & mutare uocem meam: quoniam hæsito in uobis.

20 ἤθελον δὲ παρεῖναι πρὸς ὑμᾶς ἄρτι, καὶ ἀλλάξαι τὴν φωνήν μου, ὅτι ἀποροῦμαι ἐν ὑμῖν.

Abrahæ filij.

Dicite mihi qui sub Lege uultis esse, Legem non auditis?

21 λέγετέ μοι οἱ ὑπὸ νόμον θέλοντες εἶναι, τὸν νόμον οὐκ ἀκούετε;

Scriptum est enim quòd Abraham duos filios habebat: unum ex ancilla, & unum ex libera.

22 γέγραπται γὰρ, ὅτι Ἀβραὰμ δύο υἱοὺς ἔσχεν, ἕνα ἐκ τῆς παιδίσκης, καὶ ἕνα ἐκ τῆς ἐλευθέρας.

Sed is qui ex ancilla *natus est*, secundũ carnem natus est: qui uerò ex libera, per promissionem.

23 ἀλλ' ὁ μὲν ἐκ τῆς παιδίσκης, κατὰ σάρκα γεγέννηται· ὁ δὲ ἐκ τῆς ἐλευθέρας, διὰ τῆς ἐπαγγελίας.

Vt depereatis ἵνα αὐτοὺς ζηλῶτε Vulg. & Eras. ut ipsos æmulemini. id est, ut ipsorum exemplo, ad Mosen à Christo deficiatis. At ego puto Paulum in suscepta metaphora persistere, sicut ante dixi. Hæc enim est Satanæ ministrorum consuetudo, ut plebem à suo pastore abductam ad se alliciant: quam postea, sublatis omnibus æmulis, impunè deprædentur. B

18 Vehementer amare ζηλοῦσθαι Quia laudabilem zelotypiam cum altera illa comparat, ideo nolui ζηλοῦσθαι uertere deperire, sed uehementer amare. Nam quod uetus interpres & Eras. uerterunt æmulari, id est imitari (quasi dicat Apostolus, Bonam quidem esse imitationem, sed in re bona) mihi quidem prorsus uidetur ad hunc locum nõ pertinere. Potest autem hoc uel pro exhortatione accipi, ut ad Galatas referatur: acsi dicat Apostolus, Hoc quidem illorum studium est qui me uolunt excludere, ut uos totos possideant: qua in re satis declarant se quærere quæ sua sunt. At uos decet uestrum honestum amorem in me non tantùm præsentem, sed etiam absentem conseruare. Malo tamen ad Apostolum ipsum referre, ut sequens uersiculus connectatur cum isto, sitque hæc sententia: Cupiunt illi quidem me excludere, ut qui uos non ament, ut par est, sed sui ipsorum causa. at noster amor longè est alius. Vos enim, bonã ob causam, non ad tempus, sed semper, nec solùm præsens, sed etiam absens absentes uehementissimè complector, filioli mei, ut quos iterum parturio, &c. Huc spectat illud Isocratis ad Demonicum, Εὐπαλλοτρίωτος μὲν πολὺ διατέλεσον, &c. qui locus est in scholis peruulgatus. In re bona οὐ καλῶ. Hoc ita accipiendũ esse apparet ex antitheſi. Nam ὁ καλῶς & οὐ καλῶ opponuntur.

19 Filioli mei, Τεκνία μου. Blanda appellatione maternum & honestissimum amorem suum declarat, non ab auaritia aut ambitione, sed à Christi sancta reuerentia, & singulari in Galatas animi propensione profectum. Est autem hoc utrinque includendum distinctione, inter ὑμᾶς & οὓς. quod qui non animaduerterunt, constituerunt hoc in loco anantapodoton minime necessarium.

Quos οὓς. Hoc puto cohærere cum ὑμᾶς, id est cum extremo uersiculo superiore. Exponit enim illud οὐ καλῶ, id est causam illam præclaram sui in illos amoris. cuius etiam (inquit) testimonium extat in eo quòd hac ipsa Epistola tam solicitè laboro de uobis non ad mei, sed ad Christi amorem reuocandis.

Parturio ὠδίνω. Iterum loquitur ut mater. Nam & alibi ait se eos gignere in Christo, quos Christo lucrifecit, 1. Corinth. 4. c. 15, & ad Philem. b. 10. ubi tamen personam patris induit. Formetur μορφωθῇ. Redit ad metaphoram ab amatoribus sumptam. Forma enim in animis amatorum insculpta, illud est quod amoris igniculos excitat ac fouet. unde eleganter poeta miseram illam describens amore sauciam, dixit.

Multa uiri uirtus animo, multusque recursat
Gentis honos: hærent infixi pectore uultus,
Verbaque: nec placidum membris dat cura quietem.

Sed & zelotypiæ nomen hoc ipsum declarat, quod uidetur esse ab Apostolo adumbratum. Apparet autem Christi uultus in ipsius uerbo, cuius ministeri Apostolus alibi dicit se Christum Galatis depinxisse, suprà 3. a. 1, quem scilicet pseudapostoli deformarint. C

21 Qui uultis θέλοντες. Id est, qui ultrò & cupidè appetitis. Legem τὸν νόμον. Hebraicè תורה, quo nomine nunc intelligit quinque Mosis libros: ex quorum priore citatur sequens historia, per anagogen explicata.

23 Secundum carnem κατὰ σάρκα. Id est, consueto hominum more, & naturæ ui ordinaria. cui ancillæ filio comparantur ij ex Iudæis qui non sunt Abrahami filij, nisi sanguinis ratione: & carne, id est externa cæremoniarum seruitute, natuntur: ideoque non sunt filij hæredes, sed ut serui abdicantur, nati scilicet ad seruitutem, ex Agar ancilla, id est ex pactione Legis latæ in Sina monte, non terræ Chanaan, sed Arabiæ. Notandum est igitur seruos hic uocari, non ut antea, qui Legem habuerunt pro tutore uel pædagogo, quum re uera essent liberi (quales fuerunt sancti ante Christi aduentum) sed Phariseos cæterosque omnes qui salutem ex Lege, cuius uerum usum aspernabantur, uel sola uel cum Christo coniuncta expectabant. quibus tum si quis nostri seculi Phariseos comparet, magnam illis profecto iniuriam faciat: quum magnum sit discrimen Legis à Deo latæ, & traditionum quas Satan religionis obtentu in Ecclesiam inuexit, ut Euangelij lucem miseris mortalibus eriperet. Vtrosque tamen idem error implicuit.

Per promissionem διὰ τῆς ἐπαγγελίας. Id est, ut promissionis quam Abrahamus sibi & uero suo semini per fidem apprehendit. Nam alioqui effœtus erat Abraham & Sara, ut naturæ uis nullum hic locum habeat, sed sola gratia. Talis est uera filiorum Abrahami soboles, non è terra, sed è cælo genita, ex ui pactionis Euangelij. i. gratuitæ, & uerè liberos à Legis maledictione & seruitute filios gignentis. qui sint Abrahami uerum semen.

24 Per quæ aliud figuratur ἅτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα Vulgata, quæ sunt per allegoriam dicta. Erasmus, Quæ per allegoriã dicuntur. Ego studui perspicuitati. Nam, ut rectè annotat Erasmus ex Chrysostomo, allegoricus sermo totus

A totus est fictitius. Hic uerò Paulus ueram historiam narrat, sed quæ tamen aliud adumbrarit magis reconditum mysterium. Nam hæ αὐτὰ γαρ. Vulg. Hæc enim. Eras. Nam hæc. Atqui αὐτὰ non pertinet ad ἀλληγορούμενα, sed duas illas matres indicat, unam ancillam (Agar scilicet, quæ Legis pactionem repræsentat, in Sina monte sanctam, unde gignuntur serui) alteram liberam, id est Saram, quæ Euangelij pactione in refert Hierosolymæ cuius filij sunt ingenui.

Sunt εἰσὶν. Id est, figurant & adumbrant. sicut dicitur Petra fuisse Christus, & panis dicitur corpus Christi, ut Tertullianus & Augustinus explicant. Sed meminerit tamen lector sacramental em quam uocant significationem a meré typica distinguere. Nam in sacramentis symbolum repræsentat quòd uerè Deus offert & fides accipit: in Typis autem res futuræ uel præteritæ duntaxat adumbrantur, & quasi in imagine depinguntur.

Duæ illæ pact. αἱ δύο διαθῆκαι. Vna tamen fuit pactio, si rem ipsam & scopum spectes, sed temporum & œconomiæ ratione, diuersæ fuerunt, ut dicere etiam distinguit Ieremias. quòd si ex pseudapostolorum opinione æstimentur, qui scilicet salutis partem Legi decidebant: uel Pharisæorum, qui Legem pro Christo amplectebantur: non iam duæ duntaxat, sed etiam prorsus contrariæ fuerint. unde conclusiones illas elicit Paulus: quæ scribuntur infrà 5. a. 2, & 4. Vulg. & Eras. testamenta. de qua interpretatione dixi suprà 3. c. 15.

Vna quidem quæ est Agar μία μεν, ἥτις ἐστὶν Ἁγὰρ. In Græcis aliquid interijcitur. sed quum ἥτις ad μίαν necessario pertineat, non autem ad ὄρος, studendum putaui perspicuitati. Iam uerò μία. i. una, Ambrosius & Augustinus referunt ad διαθηκην, quam nos pactionem, ipsi testamentū conuertunt. ideoque pro, quę est Agar, legunt quod est Agar. Sed hoc mihi uidetur uiolentum. Sic enim cogemur exponere est, non pro significat, sed pro significatur. Deinde cómodius dicitur Agar gignere filios quam ipsa pactio, quæ adumbratur per Agar: ut pactio potius seminis quàm matris rationem in hac anagoge sustineat. Quod ad sententiam tamen attinet, nullum est in his discrimen.

A monte Sina ἀπὸ ὄρους Σινᾶ. Sinę facit mentionem, quòd in monte sit sancita pactio illa quam adumbrat Agar.

Generans *prolem* γεννῶσα. In uerbo ipso includitur uerbale, Hebræorum more.

ἃ τινά ἐστιν ἀλληγορούμενα· αὗται γάρ εἰσιν 24
αἱ δύο διαθῆκαι, μία μὲν ἀπὸ ὄρους Σινᾶ, εἰς δουλείαν γεννῶσα, ἥτις ἐστὶν Ἁγάρ·

(τὸ γὰρ Ἁγὰρ, Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, 25
συστοιχεῖ δὲ τῇ νῦν Ἱερουσαλήμ, δουλεύει γὰρ μετὰ τῶν τέκνων αὐτῆς.

Per quæ aliud figuratur. Nam hę sunt duę illæ pactiones, una quidé, quæ est Agar, à mónte Sina generans *prolem* ad seruitutem.

Sina enim mons est in Arabia, pari autem serie respondet ei Hierusalem quæ nunc est: seruitcq; cum filijs suis. *Agar. Sina. Ierusalem.*

25 Sina enim mons est in Arabia τὸ γὰρ Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ. Hanc lectionem non dubitaui restituere ex ueteris editionis authoritate, quę ita habet, summo codicum consentu. At in Græcis legimus τὸ γὰρ Ἁγὰρ Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, id est, ut etiam conuertit Erasmus, Nam Agar Sina mons est in Arabia. Qui locus interpretes exercuit, nam alij interpretantur Sinam montem fuisse etiam dictum Agar, quæ explicatio tribus de causis mihi non satisfacit. Primùm enim fuit hoc aliqua idonei scriptoris authoritate confirmandū. Deinde quorsum montem Agar cum ancilla ejusdem nominis confunderet Apostolus? Postremo si ita esset, omnino inter Ἁγὰρ & Σινᾶ inserenda erat particula ἤ, hoc modo, Nam Agar siue Sina, mons est, &c. quæ etiam ratio prorsus uidetur obtẽdere nomen Ἁγὰρ hoc loco redundare, & ex margine in contextum irrepsisse. Alij exponunt, Agar enim est Sina, id est, repręsentat Sinam, cuius scilicet figura est ac typus. Verùm huic expositioni illud in primis reluctatur, quòd non est ferendum ἡ γὰρ Ἁγὰρ quum dicendum fuerit, ἡ γὰρ Ἁγὰρ, Σινᾶ ἐστὶν, ὄρος &c. Id est, Nam Agar, Sina est, mons &c. uel Nam Agar est Sina mons &c. Postremò non potest dici Agar repræsentare Sinā, nisi alterā metonymia Sina nō pro filijs ancillę ipsius, ut respondeat antithesi Hierosolymæ, sed pro pactione Legis accipias. At Sina rursum hac ratione mons Arabiæ dici non potest, sed tum demum quum simpliciter & sine ulla anagoge describitur ista igitur ę mutuò colliduntur.

Verùm si Ἁγὰρ expunxeris (ut nos fecimus, non coniecturam nostram, sed ueteris editionis constantem authoritatem, ipsam quę adeò rationem, ut nobis quidem uidetur, secuti) plana & dilucida erit sententia. Nam quia Sinæ mentionem fecerat, explicandum erat hoc nomen, minimè id quidem quòd eius situs Galatæ, aut Legem illic datā esse ignorarent, sed quòd in ipso etiam situ aliquod mysterium lateret. Erat enim extra terræ illius limites quæ symbolum erat æternæ hæreditatis, ut peracutè obseruarit doctissimus interpres. ideoque addidit Paulus particulam causalem γὰρ. quamuis in quibusdam codicibus scriptum erat δὲ.

Pari autem serie respondet ei Hierusalem quæ nunc est συστοιχεῖ δὲ τῇ νῦν Ἱερουσαλήμ. Vulg. συστοιχεῖ conuertit coniunctus est. Eras. consimilis est. in quo uerbo explicando plurimum uariant interpretes. Nam alij ad situm referūt quorum opinio ex ipsa tabularum inspectione aperte refellitur. Alij, ut Aquinas, referūt ad itineris continuationem, quòd ex Sina uenerint Ierosolymam. quæ interpretatio non indiget refutatione. Alij denique respiciunt ad allegoriæ seu potius anagoges similitudinem: quorum opinio proculdubio uerissima est, sed in ea similitudine explicanda non omnes idem sentiunt. Nam Erasmus in eo similes facit Sinam & Hierusalem, quòd in utraq; fuerit eadem Lex promulgata. nam. inquit scriptum est De Sion exibit Lex, & uerbum Domini de Hierusalem. Illud autem ait hoc loco Apostolus, ut ostendat Legem absque gratia terrorē incutere minis & præceptis. Cogi uerò metu seruile est. Iudęi itaque, qui uacui charitate Legem iuxta literam & ritus externos obseruant, quanquam à monte Sina migrauerant Hierosolymam, tamen à seruili conditione non degenerabant, tanquam filij Agar non Sarę. Hęc Erasmus, in quibus multa cogor desiderare. Nam quis unquam dixit in Hierusalem promulgatam esse Legem illam quæ data est in Sina? Locus autem Esaiæ prorsus in contrariam sententiam scriptus est à Propheta, ut qui de Euangelica doctrina disserat, quæ ab Hierusalem in reliquas partes orbis terrarum erat spargenda. quod etiam alij Prophetæ prædixerunt. Deinde non est propositum Apostolo Legem cum Christo coniungere, sed contrà, quatenus considerabatur à Pharisæis & pseudapostolis, illam abrogatā esse declarare. Postremò quòd nomine præsentis Hierusalem significari putat Iudęos qui a Lege pendebant (quod ipsum tamen haud satis scio an commode explicet) non facile possim amplecti. Nam primùm omnium poscit analogia, ut sicut per Sinam intelligitur pactio Legis, non autem populus ipse à Lege pendens, itidem etiam per Hierusalem intelligatur: si Hierusalem & Sinam libeat hac ratione συστοιχα constituere aliquo matrem cum filijs confuderimus: quæ tamen manifestè distinguuntur, quum dicitur mater, Agar scilicet, Sinam, id est pactionem Legis, adumbrans, ut à pseudapostolis æstimabatur, seruire cum filijs suis: quos nimirum ipsa ancillas seruos genuit. Imò uerò unis filijs duas matres tribuemus. Deinde si Hierusalem quæ sursum est, Apostolus isti opponeret, dixisset, ut mihi uidetur τῇ κάτω Ἱερουσαλὴμ Hierusalem quæ deorsum est, potius quàm, Hierusalem quæ nunc est. Quid enim? an iustitiarij Iudæi tum primùm cœperant apparere, aut Hierusalem quæ sursum est, tum nō existebat? Sed quia huius loci expositio pendet à declaratione uerbi συστοιχεῖν, age uideamus quæ σύστοιχα dicantur. Reperio igitur συστοίχους dici qui eadem serie collocantur in acie, ita ut secundus primo immineat à tergo, secundo tertius, sitque series hoc modo in longum porrecta, quam στοῖχον Græci, nos *ordine* uocamus. Hinc factum ut quę ra-

tione aliqua sunt inter se cognata, *σύστοιχα* dicãtur, quasi unius seriei dicas: ut octo partes orationis, quatuor elementa, species denique, quatenus ad idem genus referuntur, possint *σύστοιχα* dici. Sic à grammaticis literæ quas Mutas uocant, in tres *συστοιχίας* diuiduntur, Tenuium, Mediarum, Aspiratarum. Hac ratione, si modò Sinã & Hierusalem quæ nunc est, pro duabus matribus accipias, quę sint paris conditionis & seruos filios similiter gignãt, possis *σύστοιχα* uocare. Sed hoc haud satis scio an anagogæ respondeat, quum una sit Agar, quæ unam pactionem adumbret. quod si dicamus Sinam & præsentem Hierusalem (ne scilicet unis filijs duas matres tribuamus) nomine non re differre, non iam erũt *σύστοιχα* sed *συνώνυμα*. Filios autem & matres potius *συστοίχους* uocaris. Sed aliud diuersum est *συστοίχων* genus, quæ definit Aphrodisæus, *Τὰ ὁμοίως ἔχοντα πρὸς ἄλληλα, ἢ καὶ κατ' ἀναλογίαν εἴη ἂν, ὡς τὰ ἀοίδιμα καὶ ἡ αἴσθησις. ἀνάλογον γὰρ ἀοίδιμον ἔχει πρὸς τὰ ὑφ' ὧν τὰ ὁμοίως καὶ τὸ αἰσθητὸν καὶ ὁ ἐπιστητὸν. ἐπὶ δέκα γὰρ ὁ μοίως ἔχει πρὸς τὰ ὧν ἐστι σύστοιχα.* Id est, Quæ eandem habent ad aliqua rationem, quæ etiam deriuata esse possunt, cuiusmodi sunt Scientia & sensus. Vtrunque enim similem ad ea rationem habet quæ sunt ipsi subiecta. Eiusmodi sunt etiam *τὸ αἰσθητὸν* & *τὸ ἐπιστητὸν*, id est, quod sensibus percipi & quod scientia comprehendi potest. Vtrunque enim eandem rationem habet ad ea quorum sunt *σύστοιχα*. Hactenus Aphrodisæus. quę (meo quidem iudicio) mirè hunc locum illustrant. Nam simili prorsus ratione *σύστοιχα* fuerint Sina & Hierusalem. quia quam rationem habet Sina ad seruos filios, eandem habet Hierusalem ad filios suos ingenuos, idemque de filijs est iudicium, cõmunis scilicet matrum ad filios & filiorum ad matres rationis cõsideratione. Sin uerò proprias singulorum laterum rationes per se consideraris, deinde compararis, sicut postea facit Paulus, tum non fuerint *σύστοιχα* sed *ἀντίστοιχα*. siquidem comparabitur seruitus cum libertate. Ita nascitur duplex argumentum, quod Paulus etiam seorsum tractat. Vnum, Si Agar à Sina, id est uetere pactione, gignit filios sui similes: Sara ex Hierusalem, id est præsenti pactione, gignit filios sibi similes, Sũt enim *σύστοιχα* Sina & Hierusalẽ. Alterũ, Si ancillæ filij serui sunt ergo liberæ filij sunt ingenui. sunt enim *ἀντίστοιχα*. Ergo utrobiq; eadẽ Hierusalẽ intelligenda est, Sinę primùm collata, deinde oppositа. neq; Hierusalẽ declarare potest Iudæos, sed alterã pactionem prioricollatã. in eo quod utraque suũ habet seriem. quamobrem etiã *συστοιχεῖ* conuerti per periphrasin, pari serie respondet. Sed cur dixit Paulus *Τῇ νῦν Ἱερουσαλήμ*, id est Hierusalem quę nunc est? nempe ut ei quæ olim fuit opponat, quum adhuc Legis umbris obscurata, nondum appareret. id est, quem admodum uersiculo sequenti explicabo ex Esaia, ut plenitudinem temporum indicet, quasi à Christi demum aduentu inita sit noua pactio, ac proinde simul cum Christo cœperit Hierusalem Sinę oppositа. quod tamen quomodo intelligendum sit diximus supra 3. c. 19. Sic etiam Ieremias, Ioel, Prophetæ denique omnes de noua pactione loquuntur, quasi tum demum cœperit. Nam ut iam olim promulgata fuerit, tum demum tamen re uera fuit mundo exhibita ac sancita. Erasmus aliam etiam rationem affert, quia scilicet alijs olim nominibus hæc urbs fuit dicta, ideoq; uertit, ei quæ nunc uocatur Hierusalem. sed hoc frigidum uidetur, neque in Græcis additur *καλουμένῃ*.

Sublimis uerò illa Hierusalem, libera est, quæ est mater omnium nostrum.

26 *ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ πάντων ἡμῶν.*

Scriptum est enim, Lætare sterilis, quæ nõ

27 *γέγραπται γὰρ Εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτου*

26 Sublimis uerò illa Hierusalem *ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ*. Vulgata, Illa quæ sursum est Hierusalem. Erasmus, At quæ sursum est Hierusalem. Posit autem ratio oppositionis ut sicut Sina uetus, Sic Hierusalem nouæ pactionis sit typus: ex qua gignuntur filij liberi, id est Ecclesia uerè Christiana nascitur, Isaaco respondens, sicut synagoga respondet Ismaeli. Hactenus igitur Paulus matres duas, id est Agarem & Saram, totidem pactiones dixit adumbrare. quarum unam Sinę, alteram nomine Hierosolymę significauit, ab iis scilicet locis in quibus primùm sunt publicè initæ ac sancitæ. Sed cur Saram perinde ut Agarem non nominauit? Quia res erat satis nota, & nihil huc carnale intelligi uoluit, sed Spiritualia & cælestia omnia. side enim nascimur ex Hierusalem. Alij uerò secundum carnem ex Agare nascuntur, id est, Abrahami sunt filij secundum carnem duntaxat neque seminis promissi nomine comprehenduntur, Deinde contraria oppositionum membra per se satis intelliguntur, etiamsi nõ exprimas. Alioqui quum in uersu 24. scripserit *μίαν μοὶ* oportuit scribere, ut sibi prorsus cõstaret distributio, *μία ἡ μὲν ἐστὶ Σάρρα ἄνωθεν ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ*, &c. Id est, altera uerò quæ est Sara ex sublimi Hierusalẽ, &c. Superest ut uideamus cur *Τῇ νῦν Ἱερουσαλὴμ*, id est Hierusalem quæ sursum est, uocarit. An ut ab altera quapiam Hierusalem distinguat, quam *συστοιχεῖν* esse Sinæ dixit? Imò causas attulimus cur unam & eadem Hierusalem intelligi oporteat. Quid si cælestem interpretemur? id est è cælo ueluti delapsam: ut scribitur Apocal. 21. a. 2. Vera quidem erit sententia, sed tamen quæ non satis conueniat Apostoli uerbis: primùm quia Hierusalem, ut antè dixi, non tam designat Ecclesiam quàm nouam pactionem, ex qua ueluti nata est Ecclesia, ut Sinæ montis oppositio huic respondeat: deinde quia non scripsit Apostolus, *ἡ ἄνωθεν* sed *ἡ ἄνω*. quę ratio firmissima est. Quid si explices, quæ sursum est, id est quæ sursum per fidem habitat? uerissimum etiam hoc erit: sed, ut mihi uidetur, non satis conueniens: quia, ut modò repetij, Hierosolymæ nomine non tam fideles ipsi, quàm noua pactio, id est Euangelium, Ecclesiæ ueluti mater, intelligitur. Dicam ergo quid mihi uideatur. Puto *Τῇ νῦν* significare *Τῷ ὑψηλῷ*, id est sublimẽ illã, siue illã in sublimi positã. Est enim exprimẽdus articulus, quo scilicet non *διάκρισις*, id est discrimen, sed *ἕξοχὴ*, id est præstantia & excellentia, hoc in loco significatur. Sed quorsum hoc additur? Primùm, ut mons monti opponatur, sicut ubique in Scripturis mons Sion celebratur & monti Sinæ opponitur, ut Heb. 12. c. 18 & 22. Sed *ἡ ἄνω* sublimius quiddam declarat quàm si dixisset *ἡ ὑψηλή*. qua ratione etiam Heb. 12. f. 22, dicitur ciuitas *ἐπουράνιος*, quasi in cælis ipsis condita. Deinde quum sicut Sina Legis, ita etiam Euangelij typus sit Hierusalem, oportuit aliquid adijci quo typus à re ipsa distingueretur. eminentiam autem Euangelij ipse quoque urbis Hierosolymorum situs adumbrauit, sicut situs Sinæ in Arabia extra terrãm promissam, Legis seruitutem & alienam ab hæreditate conditionem designauit. ita ut non tantum mons monti, sed etiam situs situi opponatur. Postremò, quod diligenter considerandum puto, cur Sinam pro Legis typo coniunxit Agari Apostolus? quia scilicet illic sancita lex est. Simili ergo ratione qua Sina *συστοιχεῖ* (id est pari serie respõdet) Hierosolymis, huius ciuitatis nomine noua Euangelij pactio adumbratur, ubi scilicet Agni sanguine sancita est, & unde postea primum emanauit. Itaque non dubito quin alluserit Paulus ad ea quæ scripta sunt Esaiæ 2. a. 2 & 3. ubi quum prædiceret Propheta fore ut ex Sion Euangelium quod *κατ' ἐξοχὴν* uocat תורה, id est doctrinam, & דבר יהוה id est Verbum Domini, ex Hierusalem emanaret, antea tamen hoc ipsum significauit quod uelut digito commonstrat Apostolus.

Erit, inquit, in nouissimis diebus collocatus mons domus Domini in uertice montium, eleuabiturq; supra colles, & confluent ad eum omnes gentes. Itaque quum superiore uersiculo Paulus diceret *Τῇ νῦν Ἱερουσαλὴμ* Hierusalem quæ nunc est, nouissimos illos dies significauit: siue, ut antea dixi, plenitudinem dierum in quam deuenimus, & de qua uaticinatus est Propheta. Nunc uerò quum dicit, *ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ*, id est sublimis illa Hierusalem, perinde est acsi diceret, Hierusalem illa quam nunc, sicut prædixit Propheta, uerè eminenti & excelso loco positam aspicimus.

27 Sterilis *στεῖρα*. Alludit ad sterilitatem Saræ. simulque ostendit fide nasci per Euangeliũ, uerum semen Abrahami, cui opponuntur filij secundum carnem, qui non sunt hæredes, sed seruiunt.

Desertæ

A Desertæ τῆς ἐρήμου. Heb. שוממה, id est destructæ & excisæ, propter Chaldæorum scilicet uastationem. sed anagogico sensu dicitur mulier deserta quę uirum non habet nec prolem: sicut deserta ciuitas dicitur in qua nemo habitat, & quæ suo principe quasi marito est destituta. Talis autem erat Euangelici fœderis conditio ante Christi aduentum: si cum constatu illo comparetur in quo postea esse cœpit, Ecclesijs passim per orbem terrarum erectis.

Εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα, ῥῆξον καὶ βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα.

paris: erumpe & clama quę non parturis. quoniam multi liberi desertæ, magis quàm eius quæ habet uirum.

ἡμεῖς δέ, ἀδελφοί, κατὰ Ἰσαὰκ, ἐπαγγελίας τέκνα ἐσμέν. 28

Nos igitur, fratres, secundū Isaac promissionis filij sumus.

ἀλλ' ὥσπερ τότε ὁ κατὰ σάρκα γεννηθεὶς ἐδίωκε τὸν κατὰ πνεῦμα, οὕτω καὶ νῦν. 29

Sed quemadmodum tunc is qui secundum carnem genitus fuerat, persequebatur eum qui natus erat secundum Spiritum: ita & nunc. *Carnalis spiritualem persequitur.*

ἀλλὰ τί λέγει ἡ γραφή; ἔκβαλε τὴν παιδίσκην καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς· οὐ γὰρ μὴ κληρονομήσει ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης μετὰ τοῦ υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας. 30

Sed quid dicit Scriptura? Eiice ancillam & filium illius: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ.

ἄρα, ἀδελφοί, οὐκ ἐσμὲν παιδίσκης τέκνα, ἀλλὰ τῆς ἐλευθέρας. 31

Nempe fratres, non sumus ancillæ filij, sed liberæ.

ΚΕΦΑΛ. ε.

CAPVT V.

B Τῇ ἐλευθερίᾳ οὖν ἡμᾶς Χριστὸς ἠλευθέρωσε, στήκετε, καὶ μὴ πάλιν ζυγῷ δουλείας ἐνέχεσθε. 1

IN libertate igitur qua Christus nos liberauit, state, & ne econtrario implicemini seruitutis iugo.

ἴδε ἐγὼ Παῦλος λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει. 2

Ecce, ego Paulus dico uobis quòd si circuncidamini, Christus nihil uos iuuabit. *Circumcisio.*

μαρτύρομαι δὲ πάλιν παντὶ ἀνθρώπῳ περιτεμνομένῳ, ὅτι ὀφειλέτης ἐστὶν ὅλον τὸν νόμον ποιῆσαι. 3

Testor enim rursum omni homini qui circunciditur, quòd debitor est totius Legis seruandæ.

κατηργήθητε ἀπὸ Χριστοῦ, οἵτινες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε· τῆς χάριτος ἐξεπέσατε. 4

Vobis inanis factus est Christus per uos ipsos, quicunque per Legem iustificamini: & à gratia excidistis.

28 Igitur δὲ. Id est οὖν. ut ostendit orationis series. Redit enim ad uersum 26, propter interiectum uersum 27. Secundum Isaac κατὰ Ισαάκ. Heb. כיצחק. id est Isaaci exemplo, qui liberæ & hæredis Ecclesiæ est typus, sicut Ismael seruæ Synagogæ: quæ Ecclesiam quidem ad tempus persequitur, ut nunc in uobis experimini, sed tandē ejcitur. Manete igitur cum libera Ecclesia, ne cum synagoga serui sitis, ac proinde hæreditatis expertes. Nam in Isaac, inquit Scriptura, tibi erit semen. Ejcitur autem Ismael ut semen adulterinum. Nunc demum ergo Apostolus filios comparat inter se, ut matres antea comparauit.

Promissionis filij ἐπαγγελίας τέκνα. Id est, semen illud ad quod pertinet promissio illa, Ero Deus tuus & seminis tui. quem Hebraismum alibi exposuimus.

29 Secundum carnem κατὰ σάρκα. Id est humanitus, naturæ scilicet ui ordinaria, ut diximus suprà uersu 23. Genitus fuerat ὁ γεννηθεὶς. Vere & appositè fuit hoc expressum per plusquam perfectum. Erat enim Ismael primogenitus, nec tamen hæres: nedum ut primogenituræ ius obtinuerit. Sic Iudæi primogeniti, nec tamen cum semine hęredes: nedum ut potiorem partem hęreditatis auferant. Sed in eo saliebantur quòd dicebant se esse Isaaci semen, quia scilicet non distinguebant carnalem propaginem à Spirituali. Secundum Spiritum κατὰ πνεῦμα. Id est Diuinitus, & C extra ordinem, ut diximus suprà uersu 23.

30 Cum filio liberæ μετὰ τοῦ υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας. Hoc quoque mirè conuenit Pseudapostolis, qui Legem cum Christo, id est Ismaelem cum Isaaco, confundebant.

CAPVT V.

1 In libertate igitur Τῇ ἐλευθερίᾳ οὖν. Qui capitum, quæ uocant, sectionem instituerunt, manifestè hallucinati sunt hoc in loco, quum conclusionem à superioribus diremerint. Sed & in tribus codicibus prorsus connexam inuenimus partem huius uersiculi hoc modò, ἀλλὰ τῆς ἐλευθερίας, τῇ ἐλευθερίᾳ ἡμᾶς Χριστὸς ἠλευθέρωσε. στήκετε οὖν, &c. Id est, sed filij liberę, ea libertate qua nos liberauit Christus. state igitur, &c. Coplutēsis editio ita inchoat hoc caput, ut etiam Ambrosius & Augustinus. E contrario πάλιν. Vide suprà 4. b. 9.

3 Testor enim Μαρτύρομαι δέ. Id est μαρτύρομαι γάρ. Omnino enim subijcitur præcedentis dicti ratio, sed tamen ex hypothesi quam exposuit suprà 3. b. 10. Deinde & hoc notandum est, considerari circuncisionem partim ex temporis circunstantia, (desijt enim esse sigillum iustitię fidei, quum per baptismum sit abolita) partim ex aduersariorum opinione, qui scilicet eam uolebant cum Christo connectere, quasi pars aliqua salutis in ea resideret. Similis ac magis etiam impia est eorum opinio qui re uera idem sentiunt atque isti pseudapostoli. sed in eo multo sunt impudentiores quòd circuncisionis loco suas traditiones & ἐθελοθρησκείας proponunt.

4 Vobis inanis factus est Christus, per uosipsos κατηργήθητε ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ. Vulgata, Euacuati estis à Christo. barbarè & obscurè. Eras. Christus uobis factus est otiosus. non satis expresse. Ponitur enim uerbū καταργεῖσθαι hoc in loco, quasi in coniugatione Niphal.

Iustificamini δικαιοῦσθε. Intelligendum hoc est κατὰ μίμησιν. Nam re uera non iustificabantur ex Lege, quę potius occidit (ut nunc quidem à Paulo consideratur) sed tamen ab illa se iustificari gloriabantur, ut Pharisęus ille cuius meminit Lucas. Et à gratia excidistis τῆς χάριτος ἐξεπέσατε. Copulam Hebræorū more in bimembri etiam oratione suppleri, sæpe iam annotauimus, ut Iohan. 10. c, 16, & infrà 1. Tim. 4. 2. 3.

Ex fide iustitia non ex lege.

Nos enim Spiritu ex fide, spem iustitiæ expectamus.

5 ἡμεῖς γὰρ πνεύματι ἐκ πίστεως ἐλπίδα δικαιοσύνης ἀπεκδεχόμεθα·

Nam in Christo Iesu neq; Circũcisio quicquam ualet, neq; Præputium: sed fides per charitatem agens.

6 ἐν γὰρ χριστῷ ἰησοῦ οὔτε περιτομή τι ἰσχύει, οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη.

Currebatis pulchrè, quis uos interpellauit, ut non obsequeremini ueritati?

7 ἐτρέχετε καλῶς, τίς ὑμᾶς ἀνέκοψε τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι;

Hæc persuasio non est ex eo qui uocat uos.

8 ἡ πεισμονὴ οὐκ ἐκ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς.

Paulum fermenti totã massam fermentat.

9 μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ.

Ego confido de uobis in Domino, quòd nihil aliud sensuri sitis: sed qui turbat uos, auferet condemnationem, quisquis fuerit.

10 ἐγὼ πέποιθα εἰς ὑμᾶς ἐν κυρίῳ, οὐδὲν ἄλλο φρονήσετε· ὁ δὲ ταράσσων ὑμᾶς βαστάσει τὸ κρῖμα, ὅστις ἂν ᾖ.

Ego autem, fratres, si circuncisionem etiam prædico, quid adhuc persecutionem patior? nempe abolitum est offendiculum crucis.

11 ἐγὼ δέ, ἀδελφοί, εἰ περιτομὴν ἔτι κηρύσσω, τί ἔτι διώκομαι; ἄρα κατήργηται τὸ σκάνδαλον τοῦ σταυροῦ.

Vtinam & abscindantur qui uos inquietant.

12 ὄφελον καὶ ἀποκόπτοντο οἱ ἀναστατοῦντες ὑμᾶς.

Libertas.

Vos enim in libertatem uocati fuistis, fratres: tantum ne libertatem *datam putetis* carni pro occasione, sed per charitatem seruite alij alijs.

13 ὑμεῖς γὰρ ἐπ' ἐλευθερίᾳ ἐκλήθητε, ἀδελφοί· μόνον μὴ τὴν ἐλευθερίαν εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκί, ἀλλὰ διὰ τῆς ἀγάπης δουλεύετε ἀλλήλοις·

Dilectio.

Nam tota Lex uno uerbo completur, *nempe* hoc, Diliges proximum tuum ut teipsum.

14 ὁ γὰρ πᾶς νόμος ἐν ἑνὶ λόγῳ πληροῦται, ἐν τῷ, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν.

Quòd si alius alium mordetis & deuoratis, uidete ne uicissim alius ab alio consumamini.

15 εἰ δὲ ἀλλήλους δάκνετε καὶ κατεσθίετε, βλέπετε μὴ ὑπ' ἀλλήλων ἀναλωθῆτε.

5 Spiritu ex fide πνεύματι ἐκ πίστεως. Id est Spiritu qui fidem gignit, seu qui fidelibus datur. Vel, Spiritu, id est ex fide, non autem ex carne, siue, ijs quæ à nobis possunt proficisci, ut cæremonijs: sub quorũ inuolucris latebat sanctorum fides ante Christi aduentum. Neque enim Deo damus iustitiam, sed ab eo gratis datam accipimus per fidem: quæ & ipsa gratuitò cõfertur. Spem iustitiæ ἐλπίδα δικαιοσύνης. Id est, coronam gloriæ siue hæreditatem quæ per Christum gratis iustificatos & cohæredes factos manet. Accipitur enim spes μετωνυμικῶς pro eo ipso quod speratur, ut Rom. 8. c. 24.

6 Fides per charitatem agens πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη. Sic distinguitur uiua & uera fides à mortua & adulterina: non autem charitas, tanquam iustificationis συναίτιον, fidei adiungitur: quum hoc repugnet ex diametro superioribus omnibus argumentis. Præputium uerò appellat, circuncisum non esse: & circuncisionem, circuncisum esse.

7 Veritati τῇ ἀληθείᾳ: Ergo doctrina pseudapostolorum, & quæcunque alia religionis præcepta unquam tradita sunt aut tradentur, mera sunt mendacia.

8 Hæc persuasio non est, ἡ πεισμονὴ οὐκ ἐστί. Hieronymus admonet in ueustis codicibus se non inuenisse hoc totum, τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι. ut no obtequeremini ueritati. ac multo minus quod in quibusdã adijcitur, Nemini consentiatis. ita poterit hic uersiculus adiungi cum superiori, quasi pro responsione, hoc modo, Quis uos interpellauit? C
persuasio non [prosecta] ab eo qui uocat uos. Nos tamen illud prius inuenimus in omnibus nostris exemplaribus, ideoque suppleuimus ἐστὶν, & ἡ tanquam αὐταρκεσμὸν expositum, cum Augustino. Ex eo qui uocat uos ἐκ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς. Id est à Deo, qui non desinit uos etiam nunc uocare, ad resipiscentiam scilicet.

11 Etiam prædico ἔτι κηρύσσω. Vulg. & Eras. adhuc prædico. Mihi uerò nunquam uidetur Paulus circuncisionem eo modo prædicasse, de quo hic agitur: nempe quasi cum Christo esset coniungenda. At enim fuit Pharisæus. Fateor: sed uerbum κηρύσσειν ad Apostolicum munus respicit. Offendiculum crucis τὸ σκάνδαλον τοῦ σταυροῦ. Crucem uocat Euangelicam doctrinam quę in solius crucifixi Christi iustitiam respicit, ideoque à Iudæis non admittebatur. Hinc illæ persecutiones aduersus Paulum excitatæ, quasi Legis Dei hostem. Nam de exteris non agit hoc in loco, sed spectat eos quibuscum erat ipsi negotium in hac epistola. neque etiam legimus alios fuisse Apostolo molestos quàm Iudæos, aut eos certè demum qui à Iudæis erant incitati.

12 Etiam abscindantur καὶ ἀποκόπτοντο. Abscindi significat exterminari à Deo: sed uidetur tamen Paulus ad pelliculæ sectionem alludere quam isti urgebant. Augustinus Excindi interpretatur pro spadonem fieri, nempe propter regnum cælorum. quasi istis scilicet Paulus non imprecetur, sed bene precetur. offendit enim eum hæc imprecatio: sed frustra cuius tot exempla suppeditat Dauid, & noster idem Apostolus 2. Tim. 4. c. 14.

Qui inquietant οἱ ἀναστατοῦντες. Id est qui uos quasi sedibus uestris pellunt, non sinentes scilicet uos in Christo acquiescere, ut cœperatis. Nam quisquis prædicat Legem, cogit necessariò conscientiam perpetuò trepidare, & modò huc modò illuc transferri, quum nusquam tranquillum portum inueniat. Contrà uerò, iustificati ex fide pacem habemus, Rom. 5. a. 1. 13 Vocati estis ἐκλήθητε. Id est gratis asciti, ut alibi sæpe diximus.

14 Tota Lex πᾶς νόμος. Alibi sæpe annotauimus, quod in genere apud Paulum dicitur, interdum restringendum esse ad id de quo agitur: ut hoc loco Legis nomen ad secundam tabulam. Vno uerbo ἐν ἑνὶ λόγῳ. Id est uno precepto. Hebræorum more, qui decem præcepta idcirco uocant עשרת דברים, ut & Græci δεκάλογον.

16 Spiritu

A λέγω δὲ πνεύματι περιπατεῖτε, καὶ οὐ μὴ τελέσητε. 16
μίαν σαρκὸς ἐπιθυμίαν.
ἡ γὰρ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, 17
τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκός. ταῦτα γὰρ ἀντί
κειται ἀλλήλοις, ἵνα μὴ ἃ ἂν θέλητε, ταῦτα
ποιῆτε.
εἰ δὲ πνεύματι ἄγεσθε, οὐκ ἐστὲ ὑπὸ νόμον. 18

φανερὰ δέ ἐστι τὰ ἔργα τῆς σαρκός, ἅτινά ἐστι 19
πορνεία, μοιχεία, ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια,

εἰδωλολατρεία, φαρμακεία, ἔχθραι, ἔρεις, ζῆ- 20
λοι, θυμοί, ἐριθεῖαι, διχοστασίαι, αἱρέσεις,

φθόνοι, φόνοι, μέθαι, κῶμοι, καὶ τὰ ὅμοια τού- 21
τοις, ἃ προλέγω ὑμῖν, καθὼς καὶ προεῖπον, ὅτι
οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες, βασιλείαν θεοῦ οὐ
κληρονομήσουσιν.
ὁ δὲ καρπὸς τοῦ πνεύματός ἐστιν, ἀγάπη, χαρά, εἰρήνη, 22
B μακροθυμία, χρηστότης, ἀγαθωσύνη, πίστις,
πραότης, ἐγκράτεια, κατὰ τῶν τοιούτων 23
οὐκ ἔστι νόμος.
οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ, τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν 24
τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις.
εἰ ζῶμεν πνεύματι, πνεύματι καὶ στοιχῶμεν. 25

μὴ γινώμεθα κενόδοξοι, ἀλλήλους προκα- 26
λούμενοι, ἀλλήλοις φθονοῦντες.

Dico autem, Spiritu incedite: & concupi- *Spiritu ambulãdum.*
scentiam carnis non perficietis.
Nam caro concupiscit aduersus Spiritũ,
Spiritus autem aduersus carnem: hęc autem
inter se opposita sunt: ut non quæcunq; uo-
lueritis, eadem faciatis.
Quòd si Spiritu ducimini, non estis sub
Lege
Porrò manifesta sunt opera carnis: quæ
sunt, adulterium, scortatio, impuritas, pro-
teruia,
Idololatria, ueneficium, inimicitiæ, lis, æ- *Opera carnis.*
mulationes, iræ, contentiones, dissidia, hæ-
reses,
Inuidiæ, cædes, ebrietates, comessationes,
& his similia, quæ prædico uobis, sicut prę-
dixi: quòd qui talia agũt, regni Dei hæredes
non erunt.
At fructus Spiritus, est charitas, gaudium, *Fructus Spiritus*
pax, lenitas, benignitas, bonitas, fides,
Mansuetudo, temperantia. aduersus eos
qui sunt eiusmodi, non est lex.
Qui enim *sunt* Christi, carnem crucifixe-
runt cum affectibus & concupiscentijs.
Si uiuimus Spiritu, Spiritu & incedա-
mus.
Ne efficiamur inanis gloriæ cupidi, alij *Gloria inanis.*
alios prouocantes, alii alijs inuidentes.

ΚΕΦΑΛ. ϛ.

Ἀδελφοί, ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος ἔν τι- 1
νι παραπτώματι, ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον ἐν πνεύματι πραότητος, σκοπῶν σεαυτὸν μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς.

CAPVT VI.

FRatres, etiamsi præoccupatus fuerit ho- *Peccãtes quomodo corripiendi.*
mo in aliqua offensa, uos spirituales in-
staurate huiusmodi hominem cum spiritu
mansuetudinis: considerans temetipsum, ne
& tu tenteris.

16 Spiritu incedite *πνεύματι περιπατεῖτε*. Spiritum uocat suo more partem hominis à Spiritu Dei ueluti re
cens animatam, id est peccato mortuam à Deo uiuificatam. Vide Iohan. 3. a. 6. ubi etiam exposuimus quid sit caro,
sicut & alibi sæpe in epistola ad Romanos: nimirũ quicquid est in homine non instauratũ per gratiam in Christo fidẽ
C apprehenso. Non perficietis *ἃ μὴ τελέσητε*. Sic construi solet *ἃ μὴ* cum subiunctiuo, pro imperandi modo. Quid sit
autem carnis concupiscentiam perficere, diximus Rom. 6. b. 12.
18 Quòd si Spirttu ducimini *εἰ δὲ πνεύματι ἄγεσθε*. Vide Rom. 6. c. 14 & 15, ubi de hac re tota abundè disser-
uimus. 20 Hæreses *αἱρέσεις*. Vide Act. 5. d. 17, & 1. Corinth. 11. d. 19.
22 Spiritus *τὸ πνεύματος*. Non sunt igitur fructus liberi arbitrij, nisi quatenus à Gratia liberatum est: & quę-
cunque harum uirtutum signa in ijs extiterunt qui Christum nõ cognouerunt, non fuerunt uirtutes, sed inania uir-
tutum simulachra coram Deo.
23 Aduersus eos qui sunt huiusmodi *κατὰ τῶν τοιούτων*. Si hoc accipias neutro genere, frigida admodũ fue-
rit sententia. Quorsum enim diceret Legem aduersus istas præclaras uirtutes latam nõ esse? Ideo periphrasin adhibui
ut perspicuitati studerem. Sensus autem est, eiusmodi homines sub Lege non esse, sed sub Spiritu seu Gratia, ut dixe-
rat suprà uersu 18. Quid sit sub Lege non esse, exposuimus Rom. 6. c. 14. & 15.
24 Qui enim *sunt* Christi *οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ*. *δὲ* pro *γὰρ* iterum positum esse liquet, ut suprà uersu secundo. Cau-
sam enim affert cur eiusmodi homines non sint sub Lege. quia, inquit, Christus, cuius Spiritu aguntur, carnem in ijs
extinxit. Ergo sub Lege non esse, hoc in loco, non ad remissionem peccatorum, sed ad sanctificatio-
nem pertinet in nobis inchoatam, ut diximus Rom. 6. c. 15. Origenes tollit particulam *δὲ*. Ambrosius legit *Χρι-*
στοῦ Christi, in recto plurali.
Carnem crucifixerunt *τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν*. Vide Rom 6. a. 6. Cum affectibus *σὺν τοῖς παθήμασι*. Cicero per-
turbationes & morbos animi uocat. Vetus interpres utria conuertit. Vide Rom. 7. a. 5.
25 Si uiuimus Spiritu *εἰ ζῶμεν πνεύματι*. Id est, Si uere donati sumus illo Spiritu uiuifico, qui facit scilicet,
ut peccato mortui, Deo uiuamus: hoc re ipsa, id est sancta uita, testemur, quæque uerbi Dei regulæ respondeat. Hoc
enim est *στοιχεῖν*. Vide infrà 6. d. 18.

IN CAP. VI.

1 Fratres *Ἀδελφοί*. Latet in hoc etiam uno uerbo argumentum. Minimè enim decet fratres inhumana feritas
morum in reprehensionibus, sed sancta potius solicitudo ut qui aberrarunt reuocentur in uiam. Sed hic rursus pec-

catum uidetur in capitis sectione: quod ego potius ab extremo superioris sectionis uersiculo inchoarim. Videtur enim uers. 25. complecti superioris tractationis summam, à qua dependent sequentes admonitiones, tanquam species à genere. Præoccupatus προληφθῇ. præoccupatus scilicet à carne & Satana, ut Matth. 26. d. 41, & 1. Pet. 5. c. 8. quis autem fratrem incautum ex insidijs non eripuerit? Homo ἄνθρωπος. Hoc etiam uidit senex ille Terentianus, quum diceret, Homo sum: humani à me nihil alienum puto. Sed & naturæ imbecillitas ita significatur. A

Vos Spirituales ὑμεῖς οἱ πνευματικοί. Id est, Vos qui Spiritus uirtute subsistinemini. quos uocauit λωατεύς. id est fortes ac robustos, Rom. 15. a. 1. Instaurate καταρτίζετε. Id est, nitamini in eo supplere quod deest, & eum quotidie magis ac magis perficere. Vide Matth. 21. b. 16.

Cum Spiritu mansuetudinis ἐν πνεύματι πραΰτητος. Ita loquuntur Hebræi, ut omnes ueras uirtutes intelligamus à Dei gratia proficisci. ideo hunc Hebraismum libenter retinuimus.

Onera fratrum portanda.

Alij aliorum onera portate: & ita complete Legem Christi.

2 ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε, καὶ οὕτως ἀναπληρώσατε τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ.

Nam si quis sibi uidetur aliquid, quum nihil sit, hunc suus ipsius animus fallit.

3 εἰ γὰρ δοκεῖ τις εἶναί τι μηδὲν ὤν, φρεναπατᾷ ἑαυτόν.

Opus autem suum approbet unusquisq; & tunc in semetipso gloriationem habebit, & non in alio.

4 τὸ δὲ ἔργον ἑαυτοῦ δοκιμαζέτω ἕκαστος, καὶ τότε εἰς ἑαυτὸν μόνον τὸ καύχημα ἕξει, καὶ οὐκ εἰς τὸν ἕτερον.

Prædicatores Euangelij alendi.

Nam unusquisq; suum onus portabit.

5 ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον φορτίον βαστάσει.

Communicet autem qui instituitur in sermone, ei qui se instituit, omnia bona.

6 κοινωνείτω δὲ ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον τῷ κατηχοῦντι, ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς.

Ne seducamini: Deus non irridetur. quicquid enim seminarit homo, hoc & metet.

7 μὴ πλανᾶσθε, θεὸς οὐ μυκτηρίζεται. ὃ γὰρ ἐὰν σπείρῃ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ θερίσει. B

Nam qui seminat carni suæ, ex carne metet interitum: qui seminat spiritui, ex spiritu metet uitam æternam.

8 ὅτι ὁ σπείρων εἰς τὴν σάρκα ἑαυτοῦ ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθοράν. ὁ δὲ σπείρων εἰς τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ πνεύματος θερίσει ζωὴν αἰώνιον.

2 Legem Christi τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ. Mutua charitas toties à Christo inculcata, & quæ uno Christi Spiritu nos afflante intelligitur & præstatur, peculiariter dicitur Christi Lex, ut Iohan. 13. b. 15, & d. 33, & 34, & 15. b. 12. ubi Christus differte hoc mandatum, suum uocat. Tacita autem subest antithesis inter Legem Mosis, id est externam laruam quam pseudapostoli tantopere urgebant, & Legem Christi, cui sanctificatus animus studet.

3 Sibi uidetur δοκεῖ τὸ δοκεῖν & τὸ εἶναι opponuntur, ut apud Latinos Videri & Esse, apud nos in uernaculo nostro sermone, *cuider & estre*.

4 In semetipso εἰς ἑαυτὸν. Id est ἐν ἑαυτῷ. Hanc enim sententiam esse puto, Si nosipsos approbauerimus, potius quàm alios damnemus, fore ut hac ratione, gloriæ argumentum non cogamur petere ex aliorum exemplo (qua in re scilicet mirum est quàm cæcutiamus) sed in nobisipsis inueniamus. Quid igitur dicet aliquis, An cuiquam licet de se gloriari? minimè uerò, nisi certa cum ratione. Nam certè Apostolus sibi conscius erat donorum quæ à Domino acceperat, ut qui sese iam approbasset, quum diceret, Imitatores mei estote, ut & ego Christi: & tamen à Pharisaismo procul aberat. Aliud enim est falso nomine & ambitiose se efferre, aliud uerè & piè sese hominibus pro insigni boni tatis Dei exemplari proponere, aliud coram hominibus gloriari ad Domini gloriam, aliud coram Deo, quasi non omnia illi debeas in solidum. Itaque δοκιμαζέτω non uerti probet, quod ambiguum est: neque exploret, quod non satis est expressum. Neque enim materiam sanctæ & iustæ gloriæ muenit quisquis seipsum explorat, sed quisquis sese ita gerit ut meritò sese omnibus approbet. Sic usurpatur idem uerbum 2. Cor. 8. b. 8. Quod uerò in nonnullis codicibus additur μόνον, non est in Græcis scholijs, nec sane uidetur satis conuenire. Dixi quid mihi uideatur. alias interpretationes licebit ex commentarijs petere.

5 Nam unusquisque ἕκαστος γάρ. Causam propriè non affert proximi dicti, id est eius utilitatis quam ex sui ipsius approbatione dixit capturum unumquemque, sed potius, cur necesse sit omnes potius de seipsis approbandis quàm de alijs condemnandis esse solicitos. C

6 Qui instituitur ὁ κατηχούμενος. Verbum κατηχεῖσθαι propriè quidem dicitur de primis rudimentis, ut docuimus Luc. 1. a. 4, sed uidetur hic accipi generalius pro διδάσκεσθαι. Generalis enim est doctrina quæ hic traditur, ut discipuli magistrum alant. quod qui non faciat, impius quodammodo inter profanos etiam homines censeatur. In sermone τὸν λόγον Constructio hæc Græca est, ut si dicas, doceri grammaticam. neque dubiũ est quin hoc pertineat ad participium κατηχούμενος. quanuis aliud putet Marcion, ut tradit Hieronymus. Vocat autem Paulus τὸν λόγον domini, uel τοῦ θεοῦ Dei. latetque in hoc uerbo argumentum, nequid iniqui petere uideatur, quum pro spiritualibus moneat ut dentur carnalia, 1. Cor. 9. b. 11. Omnia bona ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς. Id est quæuis, pro facultatum & necessitatis scilicet ratione. Neque enim uult Paulus dari omnia, sed omnibus modis gratos esse discipulos. Est autem Hebræa constructio cum præpositione בְּ, quasi dicas ex omnibus bonis suis. sicut in uernaculo sermone dicimus, *de tous ses biens* quo modo interdum accipitur ב ut Leuit. 8. g. 32. Itaque quod affert Erasmus, λόγῳ accipi posse pro ratione (quasi rè tradidit) prorsus est ἀπροσδιόνυσον. 7 Seminarit σπείρῃ. Visitatum est Apostolo, sumptus sementi comparare, quàm sequitur messis, id est, uita æterna: uel dispendiũ, ut qui sterili solo semina mandarit: ut 2. Cor. 9. b. 11, & 2. Cor. 9. b. 6. quæ translatio uerbi זָרַע passim ad omnes uitæ actiones trãsfertur. ut Prou. 21. b. 8, & 11. c. 18. Hic uerò Paulus, meo iudicio, de ministrorum alimentis pergit disserere: & quum dixisset Deum non irrideri, quòd ualde hic sint ingenioſi homines in quærendis subterfugijs, nunc ostendit quanto præstet spiritui serere (id est, comparandis ijs quæ ad pietatem ac religionem pertinent, bonis suis non parcere) quàm carni serere, id est fluxis istis & caducis bonis accumulandis opes impendere. quorum desiderio sic feruent homines, ut hic minimè omnium sint parci: quum tamen hæc omnia perire & consumi oporteat, illinc uerò perennis uitæ thesaurus ad nos redeat. Siquis malit carnem pro ijs accipere quæ per se uitiosa sunt, φθορὰν nomine æternum interitum interpretari licebit. Sed assentior doctissimo interpreti, qui fluxam opum naturã putat hoc nomine significari. Vtrouis autem modo accipias, interitus nomen melius conuenit quàm corruptionis. 8 Carni suæ εἰς τὴν σάρκα ἑαυτοῦ. Vulg. in carne sua. Eras. per carnem suã, Ego puto εἰς respondere ל Hebræorum, tertio casui propositæ & finem seu scopum declarare. 9 Bene-

A τὸ δὲ καλὸν ποιοῦντες μὴ ἐκκακῶμεν. καιρῷ γὰρ ἰδίῳ θερίσομεν, μὴ ἐκλυόμενοι. 9

Benefaciendo autem ne segnescamus, tempore enim suo metemus, si non elanguerimus.

ἄρα οὖν ὡς καιρὸν ἔχομεν, ἐργαζώμεθα τὸ ἀγαθὸν πρὸς πάντας, μάλιστα δὲ πρὸς τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως. 10

Nempe igitur dum tempus habemus, simus benefici erga omnes, maximè uerò erga domesticos fidei. *Domestici fidei.*

ἴδετε πηλίκοις ὑμῖν γράμμασιν ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρί. 11

Videtis quàm longis literis uobis scripserim mea manu.

ὅσοι θέλουσιν εὐπροσωπῆσαι ἐν σαρκί, οὗτοι ἀναγκάζουσιν ὑμᾶς περιτέμνεσθαι, μόνον ἵνα μὴ τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ διώκωνται. 12

Quicunque uolunt specioſi apparere in carne, ij cogunt uos circuncidi: tantum ne ob crucem Christi persequutionem patiantur. *Circunciſio.*

οὐδὲ γὰρ οἱ περιτεμνόμενοι αὐτοὶ νόμον φυλάσσουσιν, ἀλλὰ θέλουσιν ὑμᾶς περιτέμνεσθαι ἵνα ἐν τῇ ὑμετέρᾳ σαρκὶ καυχήσωνται. 13

Nam ne ipsi quidem qui circuncidũtur, Legem seruant: sed uolunt uos circuncidi, ut de uestra carne glorientur.

ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ. 14

A me uerò absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quẽ mundus mihi crucifixus est, & ego mundo. *Gloriatur in aſſtictionibus propter Chriſtũ.*

B ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὔτε περιτομή τι ἰσχύει, οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ καινὴ κτίσις. 15

Nã in Christo Iesu neque circũcisio quicquam ualet, neque præputium, sed noua creatio.

καὶ ὅσοι τῷ κανόνι τούτῳ στοιχήσουσιν, εἰρήνη ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἔλεος, καὶ ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ τοῦ θεοῦ. 16

Et quicunque ad hanc regulam gressum dirigent, pax *erit* super eos & misericordia, & super Israelem Dei. *Regula Chriſtianorum.*

τοῦ λοιποῦ, κόπους μοι μηδεὶς παρεχέτω. ἐγὼ γὰρ τὰ στίγματα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματί μου βαστάζω. 17

De cætero nequis mihi molestias exhibeat: ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.

9 Benefaciendo autem καλὸν δὲ ποιοῦντες. Id est ἐυποιοῦντες καὶ συεργετοῦντες. Nam id accipiendum esse de beneficentia, declarat proximus uersiculus. quanuis in quibusuis bonis operibus ualeat eadem doctrina. Vulg. & Eras. bonum autem facientes. Si non elanguerimus μὴ ἐκλυόμενοι. uel, si non defecerimus, quod tamen ambiguũ uideri poterat hoc in loco. Vide Marc. 8. a. 3. Sic autem omnino resolui debet participium, quasi scriptum sit ἐκῶ μὴ ἐκλυόμεθα. ut in illo Homeri uersiculo, Iliad. 1. ἴσην μοίρασσόντι, καὶ ἀμείλε τὸς πολεμίζοι. Vulg. non deficientes, Eras. non defatigati.

10 Domesticos fidei τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως. Id est, eos qui per fidem sunt in eadem atque nos familia Domini. Visitatum enim est appellatione domus Domini Ecclesiam significare. Filiorum autem Dei character est fides.

11 Quàm longis πηλίκοις ad uerbum, quantis. Vulg. qualibus. in quo explicando miror cur se tantopere torquent interpretes: dum alij ad sublimitatem sententiarum referunt, ut Hilarius: alij ad ipsa literarum elementa, quæ grãdiuscula fuerint, ut Hieronymus: alij deformitatem, quasi Paulus imperitus fuerit pingendarum literarum, ut Theophylactus Chrysostomum sequutus quæ sanè miror cuiquam uenire in mentem potuisse.

12 Specioſi apparere εὐπροσωπῆσαι: προσωπον, id est speciem seu uultum, opponit ueritati, ut alibi sæpe diximus. inde εὐπροσωπεῖν, ppro quo dicimus in uernaculo sermone, *faire bonne mine.* Vulg. placere. Eras. iuxta faciẽ placere. In carne ἐν σαρκί. Ita uocat Cæremonias externas, quarum fuco illiti pseudapostoli, conabantur aliorum ἐτ ora inficere. Ob crucem Christi τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ. Id est, ob Christi crucifixi prædicationem, cui isti Legem adiungebant, ut Iudæorum bonam gratiam irent.

13 De uestra carne ἐν ὑμετέρᾳ σαρκί. Id est, quòd uos Iudaisino implicuerint. Sed ad circuncisionem alludit: quasi istos diceret ex præcisa Galatarum cuticula Iudæorum fauorem captare.

14 Mundus mihi crucifixus est ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται. Mundum uocat omnem hominum cæterarumque rerum splendorem, qui istis pseudoapostolis perstringebat oculos, ut præ ijs Christum contemnerent, quum ipse nihil istis commoueretur. Sibi enim mortuum esse mundum, & se uicissim mundo mortuum. Sed crucifigendi uocabulo uti maluit, ut ostenderet, à Christo crucifixo, per quem ipse esset nouus homo factus, omnem istam uirtutem proficisci.

15 Noua creatio καινὴ κτίσις. Vide suprà 5. a. 6. & Rom. 6. a. 4.

16 Quicunque ὅσοι. Indefinita particula tollit Gentium discrimen, ad quas hoc prius membrum propriè spectat. Gressum dirigent στοιχήσουσιν. Vulg. sequuti fuerint. Eras. incedent. Mihi uidetur στοιχεῖν aliquid amplius quam περιπατεῖν significare, nempe ita incedere ut certum ordinem teneas, & quasi lineam non transilias. quod hic fuit exprimendum, propter additum normæ seu regulæ nomen.

Et super Israelem Dei καὶ ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ τοῦ Θεοῦ. Id est, super Iudæos, quorum laus non est ex hominibus sed ex Deo: ut Rom. 2. d. 19. Præpositio autem ἐπὶ hanc gratiam declarat cælitus illabi.

17 De cætero τὸ λοιπὸν siue posthac, ut apud Aristophanem χρόνῳ τὸ λοιπὸν. sed sæpius non exprimitur χρόνος, ut in διὰ πολλοῦ, διὰ μακροῦ, & similibus. Stigmata στίγματα. Id est, inustas notas, quales inuri seruis solebant, magna quidem cum ipsorum infamia, unde & stigmatiæ dicti sunt. sed hæc dedecora adeo pretiosa sunt coram Deo, ut ea non dubitet Apostol. omni pseudoapostolorum gloriæ opponere. Vocat igitur stigmata, non horrendi illius stigmatici idoli seu uera seu fictitia uulnera (nihil enim interest, quanquã fictitia esse satis cõ stet) sed ea quæ cõmemorat 2. Cor. 11. additq; Κυρίου Ἰησοῦ, id est Domini Iesu: quoniam, ut rectè inquit ille, Martyrem non facit pœna, sed causa: si

mulque has notas opponit circumcisionis cicatrici. quasi diceret, Cuticulam isti abscissam proferunt, non Iesu Christi nomine, sed cum illius potius dedecore. At mihi in eo gloriari liceat quòd longè alia stigmata & longè alias cicatrices possum proferre, non Legis seruitutis, sed Christianæ libertatis testes. Nam ἡ demum liberi sunt qui Christo seruiunt. A

Gratia Domini Iesu Christi *sit* cum spiritu uestro, fratres. Amen. 18 ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν, ἀδελφοί· ἀμήν.

Ad Galatas missa fuit è Roma. πρὸς γαλάτας ἐγράφη ἀπὸ ῥώμης.

16 *Sit* cum spiritu uestro κατὰ τὸ πνεῦμα ὑμῶν. Id est, animis uestris insideat, ut Dei Spiritu magis acmagis confirmemini. Videtur autem rursus spiritum dixisse, ut eos a carnis iustitia ad Euangelium reuocet.

EPISTOLA PAVLI AD Ephesios

Παῦλος ἀπόστολος ἡ πρὸς ἐφεσίους ἐπιστολή.

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

CAPVT I.

ΚΕΦΑΛ. α.

2.Cor.1.21. PAulus Apostolus Iesu Christi per uoluntatē Dei, sanctis qui agunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu,

1 ΠΑΥΛΟΣ ἀπόστολος ἰησοῦ χριστοῦ, διὰ θελήματος θεοῦ, τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσιν ἐν ἐφέσῳ, καὶ πιστοῖς ἐν χριστῷ ἰησοῦ. B

Gratia *sit* uobis et pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. 2 χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ.

Benedictio 1.Cor.1.a.3 2.petr.1.a.2 *Electio, Sanctis.*

Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nobis omni benedictione spirituali, in cælis Christo: 3 εὐλογητὸς ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις χριστῷ.

Sicut elegit nos in ipso, antequam iaceretur fundamenta mundi, ut essemus sancti & inculpati coram ipso per charitatem. 4 καθὼς ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου, εἶναι ἡμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιον αὐτοῦ ἐν ἀγάπῃ.

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Per uoluntatem διὰ θελήματος. Vide Gal.1.a.4. Sanctis qui sunt ἁγίοις τοῖς οὖσιν. uel, sanctis qui estis. In nonnullis codicibus additur πᾶσιν, omnibus. Et fidelibus καὶ πιστοῖς. Epexegesis. Neque enim alia est sanctorū magis propria definitio.

3 Benedictus εὐλογητός. Vide 2.Cor.1.a.3. Deus & Pater ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ Vide 1.Cor.15.c.24. Qui benedixit nobis ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς. Hebraismus, tum in uerbo ברך quod εὐλογεῖν Græci, benedicere Latini conuertunt, tum etiam in eius constructione. Vide Mat.25.c.34. Omni benedictione Spirituali ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ. Id est, C omni beneficentiæ genere, quæ uerè cælestis est ac Diuina. Nam quædam etiam sunt uitæ præsentis benedictiones: sed quæ nihil sint præ illis, partim scilicet illarum dūtaxat quasi adumbrata simulachra in filijs Dei, partim etiam cū infidelibus communes. quibus tamen, suo ipsorum uitio, fiunt condemnationis instrumenta. Vide 2.Cor.1.a.5.

In cælis ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Heb. בשמימות sub בשמימים, id est locis, ut Philip.1.b.13. quæ formula familiaris est Paulo in hac epistola. potest autem in hoc uersiculo dupliciter explicari, sententia non multum diuersa. Nam si Deum benedicentem spectemus, dicitur nobis benedicere in cælis, in quibus scilicet, quasi in suo solio, sedens, suis beneficijs nos cumulet. qua ratione commendantur dona ab eius maiestate à quo proficiscuntur, tāquam s. uerè Diuina, æterna, & ex ipso Dei solio profecta. Sin autem homines ipsos spectemus in quos ea beneficia conferuntur, dicuntur benedici in terra, quum ijs donis cumulantur quæ ad hanc uitam spectant. cuiusmodi promissiones multo plures & magis expressæ fuerunt sub Legis pædagogia, ut explicatur copiosè Deut.28. Et contrà benedici in cælis, quum ijs muneribus donantur quæ propria sunt ciuium regni cælestis, & ad æternam uitam in cælis transigendam pertinēt, ut cognitione Dei in Christo, fide, spe, charitate, cæterisq; donis quæ ex his fontibus promanant. qua ratione etiam dicimur iam in cælis uersari, Philip.3.d.19 & 20. In Christo ἐν χριστῷ. Sic rectè Vetus interpres, consentientibus omnibus nostris uetustis codicibus, & Græcis etiam scholijs. Ita etiam legit Theophylactus, nisi quòd addit Ἰησοῦ Iesu: & Hieronymus: optimeq; conueniunt sequentia, ubi assiduè repetitur præpositio ἐν. Itaque non admitto eius interpretationem qui conuertit ἐν τοῖς ἐπουρανίοις χριστῷ in rebus Christi cælestibus, quasi ἐπουράνια scriptū sit neutro genere, & χριστῷ positum pro χριστοῦ. quanuis alioqui certum sit ex Christi abundantia nos omnes haurire quicquid bonorum præsertim spiritualium habemus. Sed & χριστῷ, nolim accipere tertio casu, pro ad Christi gloriā: quòd mihi uideatur omnino Apostolus causam nostræ salutis materialem, quam uocant, indicare. Cur autem malim in Christo quām in Christum interpretari, dixi 1.Cor.1.a.2.

4 Elegit ἐξελέξατο. Id est, eligere proposuit. quod etiam explicatur uersu proximo. Aeterna enim electio est in proposito, de qua hic agitur, quum alioquin nostri respectu, tum demū dicamur eligi quum Deus suum propositū in nobis exequitur. Deinde & illud notandum est, de electione ad uitam æternam hic agi, quæ æterno proposito nititur: ideo firma ac inuariabilis sit oportet, quum Deus sententiam non mutet. Sed in temporarijs muneribus aliud censendum est, quorum spatio expleto non mirum est repudiari qui ad certum tempus duntaxat electi fuerant, ut Sauli & Iudæ contigit. In ipso ἐν αὐτῷ. In ipso scilicet adoptandos, ut postea explicat. Nam Christus proponitur nobis ut mediator ergo corruptio ordine causarum præcedat necesse est in Dei proposito, corruptionem aūt creatio in iustitia & sanctitate, ut infra 4.f.24. ut sibi Deus tum ad eos per misericordiam seruandos quos Christo eligeret, tum

A tum ad eos iustè puniẽdos qui in iniquitate cõcepti permanerẽt, aditũ sibi pãtefaceret. Sed ut hæ causæ suis gradib. distinguãtur, oẽs in Deo sunt æternæ, ac omni tẽpore superiores. ut tẽporis rõe nec prius quicquã nec posterius hic ceuleat, sed causarũ dũtaxat ordine. siquidẽ necesse est ut remedij ordinatio sit morbi cõsideratione posterior. Quid ergo? dicet aliquis, Christũ facis secundariã nostræ salutis causam? Hãc enim calumniã mihi conanti sunt quidã imure re. Audiãt igitur quid respondeã, in proximo uersiculo. Vt essemus ἁγίους καὶ ἀμώμους. Ergo neq; q̃ iã sancti essemus, neq; q̃ Deus tales nos futuros prospiceret. Qui enim tales essemus, nisi nos Dominus elegisset & prior dilexisset? Ergo qui electionis doctrinã sibi applicat, ut sibi quanuis licentiã arrogent, possunt manifeste ex hoc loco conuinci sallustius: neque idcirco damnãda est hæc doctrina, ut inutilis uel curiosa, sed ut unicũ ac firmũ nostræ salutis, pacis, ac consolationis fulcrũ, utrisq; q̃ aiũt, manib. retinenda. Sancti & inculpati ἁγίους καὶ ἀμώμους. Nempe Christi iustitia induti, cuius uirtute incipimus mori, peccato, ut Deo uiuamus. Nam qui huius iustitiæ perfectione in sese quærit, quãdiu hic uiuit, nunq̃ ni falsè suæ conscientiæ testimonio refellatur. Coram ipso κατενώπιον αὐτοῦ. Id est uere ac syncere. Vide Luc. 1. a. 6. Per charitatem ἐν ἀγάπῃ. Hoc nonnulli ad proximũ dictũ referũt, quòd charitatis nomen utrumque tabulæ officia complectatur. Quida malũt connectere cum ἐξελέξατο, ut significet Apostolus Dominũ sola charitate gratuita impulsum ut nos eligeret. quibus potius assentiri uelim. Sed utrique expositioni prætulerim sanè Budæi opinionem, qui hoc connectit cum sequente uersiculo, hoc modo. ἐν ἀγάπῃ προορίσας ἡμᾶς, id est nobis per charitatem prædestinatis adoptioni per Iesum Christum. Nolui tamen quicquam mutare, ex coniectura.

προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτόν, κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ,

5 Qui prædestinauit nos quos adoptaret in filios per Iesum Christum in sese, pro sponte beneuolo affectu uoluntatis suæ.

5 Qui prædestinauit nos προορίσας ἡμᾶς. Qui dixerat superiore uersiculo, nos in Christo ab æterno electos, nunc explicat aliquid etiam adijcies. Eligere in Christo igitur definit nihil aliudesse quàm gratis destinare adoptioni per Christũ. addit deinde causam finalem, non subalternã quã uocant, cuius antè meminerat, sed ultimã, nempe gloriam Dei, cuius summa tum misericordia tũ iustitia in adoptione ista gratuita elucet. Sed inter electionẽ tamẽ & prædestinationẽ, si subtilius oia scrutemur, quã alioquin electionis nomẽ latius pateat, hoc intererit, q̃d electio respicit
B partim Dei propositum, partim oppositũ reproborũ membrũ: quum mutuo se respiciant electi & reprobi: prædestinatio uerò respicit partim ipsius propositi executionẽ, ac proinde totũ tum causarum progressum quo Deus suos deducit, ut quum hic dicimur prædestinati ad adoptionẽ: alibi uerò ad opera bona, infrà 2. b. 10: alibi ad ferendam crucem, ut Ro. 8. f. 29. & ad cognoscendã Dei uoluntatẽ, Act. 25. d. 14. Partim finẽ quòs sibi Deus in eligendo proposuit nempe uitã æternã in honore electorũ, ut Act. 13. g. 48. Ro. 9. f. 23. & gloriã ipsius Dei, qui finis ẽ ultimus, ut infrà uersi. 6. & 12. Synonyma enim sunt, προορίζειν, προτοιμάζειν, προχειρίζεσθαι & similia, in quibus omnibus πρὸ declarat consilium Dei, quod quidẽ non modò euentus sed ẽt causas ipsas ex omni æternitate antegreditur, cõsilium, inquã quo uniuersa & singula nõ modò præscium, sed ẽt decreuit. Quos adoptaret in filios per Christũ Iesum εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Explicat Apostol. quò accipiendũ sit quod antè dixerat nos in Christo electos ab æterno, ita nempe ut Christus subsisteret Dei æterno cõsilio, qui per eũ unũ cõstituit oẽs electos ad suum finẽ adducere. Neque enim Christum hic cõsiderat nudè ut Deũ Patri ὁμοούσιον & per omnia æqualẽ (qua ratione nõ in ipso sed ab ipso si cut & a Patre & a Spiritu sancto electi sumus, quũ Dei οὐσία diuidi nec possit nec debeat) sed ut mediatorẽ, in quo uno gratis adoptati & reconciliati seruemur. Iam uerò, ut ante diximus, corruptio reconciliationẽ præcedat necesse est, & integritas corruptionẽ, causarũ ordine: ex quo sit ut Deũ meritò dicamus, antequã hominẽ conderet, primum constituisse gloriã suam in seruandis per misericordiã nõnullis patefacere: quum primum omnium soleant oẽs artifices de fine constituere: deinde ut hunc finẽ consequeretur, decreuisse hominẽ condere marem & fœminam, integros quidẽ illos, sed qui sponte lapsi, sese posterosq; suos redderent iudicio Dei obnoxios: ex quibus postea certos quos illi libuisset selectos per misericordiam seruaret. ac demum his constitutis, decreuisse opus illud ædere omnium pulcherrimum & magnificentissimum, nẽpe ut Verbũ illud ὁ λόγος Caro fieret. in quo adoptati quos ei rei prædestinasset, ac suo tempore sapientiam, iustitiam, sanctificationẽ, redemptionẽ gratis per fidem adepti, seruarentur. Christus ergo, ut mediator, non modò primaria, sed ẽt unica est salutis nostræ materia, quum nullum sit aliud nomen sub cælo in quo nos oporteat saluos fieri. Christus is est in quem unum tendit nostra electio, quum per eum unum gratis seruemur electi. Christus denique is est in quo uno quærere electionis nostræ declarationem & executionem oportet: quũ
C Deus aliquos decreuerat eligere & per misericordiam seruare, idcirco Christum ipsum, quatenus homo est, primum omnium prædestinauit, in quo cæteros seruaret. quod & explicatur infrà, & diserte exprimitur 1. Pet. 1. d. 20. Nisi quis ita iosãnit, ut Deum prius exsitisse decreuisse quomodo consiliũ suum exequeretur, quàm consilium ullum ce pisset: prius de instauratione electorum quàm de hominis creatione & lapsu deliberasse: prius denique lapsum atque adeo creatum esse hominem quàm Deus de hominum conditione futura certum consilium cepisset. quæ omnia quũ sint absurdissima, ex eorum tamen placitis necesse est consequantur qui in Christo mediatore quærunt propositi dei causas. Clament ili igitur quantum libuerit, nos Christum facere secundariam salutis nostræ causam (quod tamen falsum esse suprà ostendimus) hoc ego unicum respondebo, me nec posse nec uelle Christum aliter quàm Dei ac hominum pacificatorem intueri. apertissimè uerò insanire qui in ordine causarum texendo, uel propositũ non modo creatione sed etiam lapsu posterius, uel morbum remedio posteriorem faciant.

In sese εἰς αὐτόν. Id est ἐν ἑαυτῷ. quibus uerbis excludit Apostolus quæcunque usquam sunt extra Deum, ut Deũ in suis eligendis nihil neque præsens (totus enim est æternus) neque futurum in cælo aut in terra, sed seipsum unum spectasse, in quo uno sapientissimi & iustissimi sui consilij causas inuenerit. qua ratione minimè excluditur à Patre, sed cum illo unitur Filius & Spiritus, quum hi tres sint unus Deus. quod & ipsum in consilij executione & singulis causis diligenter est considerandum. ita ut neque discerpamus οὐσίαν, neque personas confundamus. Vulg. in ipsum, εἰς αὐτόν. quod non conuenit. Sed multo etiam absurdius quidam interpretatus est in eundem, id est εἰς τὸν αὐτόν. id est amor gratuitus, significatur, & de quo Dominus ueluti sibijpsi placet, ut sæpe iam diximus. quo fit ut Patrem dilectissimo, ut quum אהבתיך id est è luto luti dicunt, Psal. 40. a. 3. quem pleonasmum iterum annotauimus infrà, uers. 19. & 4. f. 23) tum uerò maximè ut intelligatur gratuitum Dei amorem hic considerari à Paulo in primo gradu. id est in proposito. Nam primum omnium constituit Deus quos uellet honoris uasa fieri. cuius decreti causa omnis in ipso Deo est posita, cui ita placuit ad gloriam suam in illis declarandam. Deinde quos proposuit gratos habere, eos in Christo sibi gratos effecit, in eo ipsos contemplans, cui suo tempore adiungũtur. Neq; enim apud Deũ Christus passurus minus ualuit quàm passus, quum sint apud eum omnia præsentia. Tertius demum gradus est, quo re ipsa eos efficaciter uocatos Christo per fidem inserit, non prius desinens eos quotidie magis ac magis instaurare, quàm uero Filio suo cõformes factos, pro filijs & hæredib. regni æterni obsignet. Cæterum τῷ υἱῷ αὐτοῦ. Vulgarius, nonmodò quòd Deus in eos bene sit affectus, sed etiam quia spõte eos amat adeo ut ex eo quasi uoluptatẽ capiat. Ideo gratuitã beneuolentiã alibi conuerti, hic uero quia τῷ θελήματι, adiungitur, affectum sponte beneuolũ.

Laus. Ad laudem glorioſæ gratiæ ſuæ, qua gratos nos reddidit in illo dilecto. 6 εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἧς ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ. A

Redemptio. Remiſſio peccatorum. In quo habemus redemptionem per ſanguinem ipſius, remiſſionem *inquam* peccatorum ex diuite ipſius gratia, 7 ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, τὴν ἄφεσιν τῶν παραπτωμάτων, κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ,

Qua redundauit in nos omni ſapientia et intelligentia. 8 ἧς ἐπερίσσευσεν εἰς ἡμᾶς ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ φρονήσει,

Voluntas Dei. Patefacto nobis myſterio uoluntatis ſuę, ſecundum gratuitam ſuam beneuolentiam quam propoſuerat in ſeſe, 9 γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ, κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ, ἣν προέθετο ἐν αὐτῷ

Nempe ut in pleni temporis diſpenſatione recolligeret omnia in Chriſto, tum quæ in cælis ſunt, tum quæ in terra; in ipſo *inquam*. 10 εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν, ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ, τὰ ἐπὶ τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ἐν αὐτῷ. B

6 Ad laudem glorioſæ ſuæ εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ Id eſt, ut beneficentia ipſius ſicut ſummam laudem meretur, ita etiam prædicetur. Cuius enim animus tantam iſtam Dei bonitatem complecti poſſit? Vide Rom. 6.b.6.7.& 8.& capita Euangelij Iohannis 13.14.15.16.17. Gratis nos ſibi acceptos effecit ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς Heb. חנן ficto quidē uerbo, in coniugatione Hiphil, ſicut etiā fictum eſt τὸ ἐκανώσαι. 7 Ex diuite ipſius Gratia κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ. Vulg. ſecundum diuitias gratiæ eius. Vide Rom. 2.a.4. 8 Qua ἧς Id eſt per quam, ſcilicet gratiam ſeu beneficentiam. poſitum enim eſt relatiuum in caſu antecedentis, Græcorum more. Vulg. quæ, ἥ. Eraſ. de qua, ἐξ ἧς. Omni ἐν πάσῃ Id eſt perfecta & integra, ut 1. Cor. 13. a. 2. Eſt ergo Chriſtus crucifixus uere cæleſtis & omnium etiam Angelorum captum ſuperans ſapientia, quanuis mūdus eam pro ſtultitia habeat. Eſt enim μωρολογία, & ab ijs ſolis intelligitur qui perfecti uocantur, quod Dei gratia duce, perfectionis uiam inſiſtunt, 1. Cor. 2. b. 6. & 7. Itaque apage à nobis os illud impium & blaſphemum iſtius qui nuper in illum Pauli locum ſcribens, auſus eſt aperte Chriſtum crucifixum negare ſapientiam eſſe, ſed ſapientiæ duntaxat rudimenta: atque illud etiam, Deus bone, quā impie & quām confidenter aſſerere, Paulum in ſuis omnibus Epiſtolis nihil quām rudimenta ſcripſiſſe, habuiſſe uerō abſtruſiorem quandam ſapientiam, quam ſcriptis non tradident, ſed ſolum quoſdam perfectos docuerit: nempe eam quam ipſe commentus ſuis perfectis uenditat. Intelligentia φρονήσει Id eſt σωφίσει ut Coloſ. 1. b. 9. Sic enim magis interpretari quām prudentiam cum Vetere interprete & Eraſmo. Nonnulli porrō iſta connectunt cum ſequenti participio γνωρίσας, ut poſt ἡμᾶς punctum ſcribatur. quam diſtinctionem ſequitur Hieronymus & Græcus etiā Scholiaſtes. Quidam uero hæc nuper ita conuertit, qua erga nos tam large uſus eſt, ſumma cum ſapientia atque prudētia, & certe ἐν pro σοφὸ non raro accipitur, ut ſæpe annotauimus. Sed non dubito quin hæc potius declarent Euangelici myſterij dignitatem, ad quam gratis nos Dominus uocarit.

9 Myſterio μυστηρίῳ Id eſt arcano. Quis id enim unquam per ſe uel ſuſpicari poſſit? Accedit autem ad conſilij Dei executionem primum in eo quod Chriſtum ſuo tempore exhibuit mundo, idque gratis, ſicut etiā gratis id propoſuerat in ſeſe: deinde in eo quod ad Chriſtum gratis etiam uocauit quos gratis prædeſtinarat, primum ex Iudæis, poſtea uero ex Gentibus. Cæterum quod Vetus interpres μυστήριον hoc loco conuertit ſacramentum, abſurdius eſt quām ut refutatione indigeat. Quanuis enim Græci theologi interdum μυστήρια uocarint quæ Latini ſacramenta, tamen ex eo non efficitur μυστήριον ubique declarare ſacramentum. Eraſmus uero arcanum rectè interpretatus eſt. ſed tamen Græcam uocem ab ipſo etiam Cicerone uſurpatam malui retinere: quod myſterij nomen non quoduis arcanum temere ſignificet, ſed rebus ſacris ac Diuinis proprie tribuatur. quod fortaſsis Veterem interpretem ſefellit.

In ſeſe ἐν αὐτῷ. Vel, in ipſo ἐν αὐτῷ, ſcilicet Chriſto. Sed tamen illud malo. uidetur enim propoſiti fontem rurſus aperire, ut omnis opinio præſentis uel præuiſi meriti tollatur. Quocunque autem modo accipias, hinc quoque apparet, in cautarum ordine Chriſtum, quatenus eſt mediator, ſubſterni τῇ οἰκονομίᾳ, unde προορισμὸς καὶ ἐκλογή: ipſam uero οἰκονομίαν τῇ προθέσει, ubi neceſſe ſit conſiſtere, cuius cauſa ſcilicet in ipſius Dei quaſi ſinu ſit poſita. C

10 *Nempe* ut in pleni temporis diſpenſatione εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν. Huiuſmodi exegeticæ particulæ ſæpiſſime ſubaudiuntur, ut infrà uerſ. 13. & alijs innumerabilius locis. Illud autem liquet, Apoſtolum in eo uerſari ut explicet quid myſterij nomine ſignificare uoluerit: & tempus illud quo exhibitus eſt Chriſtus mundo, uocari ſolere plenitudinem temporum, id eſt, tempus illud quod reuolutis ſeculis tandiu expectatum, tandem aduenerit, ut expoſuimus Gal. 4. a. 4. Itaque non poſſum εἰς οἰκονομίαν aliter declarare quām ἐν οἰκονομίᾳ: ita ut ad uerbum ſequens, non autem ad uerbum προέθετο referatur. additum autem ſit nomen οἰκονομίας, id eſt diſpenſationis, ut intelligamus Chriſtum non fuiſſe in mora, ſed Dei prouidentiam ſingula tempo rum momenta gubernaſſe. Eraſmus, uſque ad diſpēſationem: quam interpretationem ſi ſequamur, neceſſe fuerit exponere, quam propoſuit in ſeſe, id eſt, quam habuit incluſam ſiue continuit penes ſe. quod mihi uidetur uiolentum.

Recolligeret ἀνακεφαλαιώσασθαι. Vulg. inſtaurare, non expreſſa ſententia Apoſtoli. Ideo Eraſmus conuertit, ut ſummatim inſtauraret. ſed ne ſic quidē ſatis expreſſe. Significat enim τὸ ἀνακεφαλαιοῦσθαι, partes diſiectas & diuulſas in unum corpus coniungere. ut quum oratores breuem enumerationem argumētorum texunt, aut qui calculos ſubducunt, ſingula in unam ſummam reuocant. Sic dicuntur omnes fideles in unum Chriſtum recolligi, quia ſcilicet ſi de cum ipſo coniuncti ſunt, ueluti unius hominis inſtar: ut qui nonniſi in illo uno poſſint placere in quoſolo Pater acquieſcit: adeò quidem ut tota Eccleſia interdum Chriſti nomine cenſeatur, ut pluribus expoſuimus Gal. 3. c. 16. Neque tamen hoc uerbum deduco à κεφαλή, cū Chryſoſtomo & Theophylacto, quòd Chriſtus infrà uerſ. 22. dicat caput eſſe ſupra omnia (uideō enim hoc mihi lōgius petitū) ſed à κεφάλαιον, q̄ ſummā & breuē multarū partium collectionē declarat: unde τὸ κεφαλαιοῦν et τὸ ἀνακεφαλαιοῦσθαι, quę paſsim occurrūt, q̄ repetito calculo ſummā cōtrahere. niti malimus ἀνὰ pom pro σωὸ, ut in ἀναμιγνύω, & ſimilib. Quid multis? ab ipſo ētApoſtolo ſic uſurpat hoc uerbū, Rom. 13. c. 9. Omnia τὰ πάντα. Scio hunc locū ſolere explicari de Angelis. Ego ut nemini præiudicium aſſero, ita ſimpliciter dicā quid mihi ſimpliciſsimū & maximè appoſitū uideat. Sæpe iā annotauimus τὸ πᾶς frequenter apud Paulū ad id de quo agitur eſſe reſtringendum, ut 1. Cor. 15. d. 28. & 6. c. 12. & 8. a. 1. & alibi ſæpenumero. Sic ergo hoc in loco quū de mediatoris officio differatur, ſit aūt mediator ſolis electis deſtinatus, appellatione τῶν πάντων intelligo totum ipſius Eccleſię corpus, q̄ poſtea in duas ueluti partes diuiditur: nempe in ea quæ ſunt in cælis & ea quæ ſunt in terris. Conſiderat enim Apoſtolus patefacti myſterij ſiue exhibiti ſuo tempore Chriſti tempus: ante cuius aduentum quū ex hac uita migrarint tam multi, ſignificat Paulus eos etiam in eundem Chriſtum eſſe collectos. Illum enim ab æterno deſtinatum eſſe mediatorem in quo recolligerentur tam ij quorum Spiritus tempore aduentus ipſius iam in cælis eſſent (qui ſcilicet eum uenturum fide apprehenderant) tum ij qui eſſent in terris. Denique per ea quæ in cælis ſunt, ſimpliciter intelligo fideles ante Chriſti aduentū mortuos: nec diſputo quo iſte adhearos Angelos pertineat: de quib. nolim ſubtilius philoſophari, quū ſatis cōſtet Chriſtū mediatorē eſſe Dei & hominum, non

autem.

A autem Angelorum constitutum: qua de re hic disseritur. Per ea autem quæ in terris sunt, eos accipio quos Christus uocauit & unum Christum coaluerint, Iudæos nimirum & Gentes. Necui uerò uideatur coacta ista interpretatio particulæ uniuersalis, non dubium est quin sic prorsus accipiatur Gal. 3. d. 22. quod multo etiam planius fiet si quis eumlocum cõferat cum eo quod scriptum est Rom. 3. b. 6. & 11. d. 32. Et ita etiam explico quod scriptum est Colos. 1. c. 20.

t In ipso ἐν ᾧ καὶ. Redundant ista, ex Hebræorum idiotismo, qui expresso antecedente adiiciunt etiam relatiuum. quod sæpe etiam faciunt Iones, ut alibi annotauimus ex Herodoto, Latini non item. Exposui tamen per epanalepsin, ut mollius cohæreret proximus uersiculus.

ἐν ᾧ καὶ ἐκληρώθημεν, προορισθέντες κατὰ 11
πρόθεσιν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος κατὰ τὴν
βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ,
εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ, 12
τοὺς προηλπικότας ἐν τῷ χριστῷ.
ἐν ᾧ καὶ ὑμᾶς, ἀκούσαντες τὸν λόγον τῆς ἀλη 13
θείας, τὸ εὐαγγέλιον τῆς σωτηρίας ὑμῶν, ἐν
ᾧ καὶ πιστεύσαντες ἐσφραγίσθητε τῷ πνεύ-
ματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ,
ὅς ἐστιν ἀρραβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν, εἰς 14
B ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως, εἰς ἔπαινον
τῆς δόξης αὐτοῦ.
διὰ τοῦτο κἀγὼ ἀκούσας τὴν καθ' ὑμᾶς πίστιν 15
ἐν τῷ κυρίῳ ἰησοῦ, καὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς πάν
τας τοὺς ἁγίους,
οὐ παύομαι εὐχαριστῶν ὑπὲρ ὑμῶν, μνείαν ὑ- 16
μῶν ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου,

In quo etiam lecti sumus, quum essemus prædestinati secundum propositum eius q̃ omnia efficit ex consilio uoluntatis suæ: *Prædestinatio.*

Vt nos simus laudi gloriæ ipsius, qui prius sperauimus in Christo.

In quo *sperastis* & uos, audito sermone ueritatis, *id est* Euangelio salutis uestrę: in quo etiam posteaquam credidistis, obsignati estis Spiritu illo promissionis sancto, *Verbum ueritatis, Euangelium*

Qui est arrhabo hæreditatis nostrę, dum in libertatem uindicemur, ad laudem glorię ipsius. *Spiritus sanctus*

Propterea etiam ego quum audissem eã quæ in uobis est fidem in Domino Iesu, & charitatem in omnes sanctos. *Fides*

Non desino gratias agere pro uobis, mentionem uestri faciens in precationib. meis. *Dilectio gratiarum actio.*

In quo etiam lecti sumus ἐν ᾧ καὶ ἐκληρώθημεν. Κληροῦσθαι dicuntur magistratus qui sortitò creantur. Translatitiè uerò hic dicitur de uocatione ad Christum allusione scilicet facta ad duodecim tribuum portiones sortitione distributas, & huc quoque, quòd populus Israel peculiariter Domini funiculus & hæreditas dicatur. Nam Iudæorũ uocationem commemorat Paulus priore loco, iterum recurrens ad Dei prædestinationem, ex æterno ipsius cõsilio: nequid hic sibi tribuant Iudæi, quasi suo merito hanc prærogetiuam habuerint. deinde ne curiosè inuestigetur cur priores uocati sint Iudæi. Nam in promissione nõ subsistit Paulus hoc in loco, sed usque ad ipsum promissionis fontem ascendit, quo nihil est superius. Eius qui omnia efficit τὰ πάντα ἐνεργοῦντος Vide ut omnia sine exceptione tribuat Dei gratiæ. Sed num idcirco stipites sumus? minimè. nam ea est quæ efficit in nobis & uelle & perficere. Philip. 2. b. 13.

12 Laudi Gloriæ ipsius εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ. Quidam uertunt laudi & gloriæ ipsius. quæ interpretatio ex Græco contextu refellitur. Gloriam enim Dei hoc in loco, & infra uers. 14. pro Deo glorioso dixit, Hebræorum more, quem exposuimus 1. Cor. 2. b. 8. Qui priores sperauimus τοὺς προηλπικότας. Manifestè loquitur de Iudæis, quibus prioribus exhibitus fuit Christus, & apud quos cœpit Ecclesia. Itaque miror ueteres in hoc explicando loco tam procul aberrasse à scopo. Nam Hieronymus ad præscientiam diuinam refert, in qua fideles sperarint ab æterno. quod dictum, ut Origenis dogmata redolent, non immerito uidetur à Russino reprehendi. Theophylactus præpositionem
C πρὸ ad exitum spei refert. Ambrosius huc putat pertinere quòd Apostoli in Christum uenturum sperarint. quæ omnia profectò sunt ἀπροσδιόνυσα, sunt autem ab Erasmo diligenter annotata.

13 In quo *sperastis* & uos ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς. Sub. ἠλπίκατε. Nunc igitur Gentes Iudæis exæquat, ut utrique in Christo coalescentes non habeant de quo conquerantur, sed de quo pariter gratias agant. Sermone ueritatis τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. Id est sermone illo qui propriè uerax est quum à Deo proficiscatur qui mentiri non potest. *Id est* Euangelio τὸ εὐαγγέλιον, Id est, fausto illo & fœlici nuntio. Obsignati estis ἐσφραγίσθητε. Vide Iohan. 6. c. 27. 1. Cor. 1. a. 6. Est autem sumpta translatio à sigillis quorum scilicet impressione, authentica ab incertis, & à falsis genuina, distinguimus. Spiritu illo promissionis τῷ πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ. Spiritu illo qui non affert Legis & seruitutis terrorem, sed promissionem gratuitæ adoptionis suis donis obsignat in credentium animis. Nam idem Spiritus confirmat in fide, qui fidem gignit. 14 Arrhabo ἀρραβὼν. Vulg. pignus. Vide 2. Cor. 1. d. 22. Scriptum est autem ὅς ἐστιν, pro ὅ ἐστιν, quum præcedat τὸ πνεῦμα, uel habita sensus ratione, quia scilicet τὸ πνεῦμα θεός ἐστιν, ut Phomio placet. uel propterea quòd sequitur ἀρραβὼν. ut in illo Ciceronis, Tum domicilia coniuncta, quas urbes dicimus, & in illo Terentii, Nunquam æquè paupertas onus uisum est mihi graue. Dum in libertatem uindicemur εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως. Duplicem constituit Paulus ἀπολύτρωσιν, id est liberationem: unam qua redimimur, pretio luto pretio, Christi scilicet sanguine, ut à seruitute peccati & mortis manumittamur, ut copiosius explicat Paulus Rom. 7. cuius etiam meminit suprà uers. 7. alteram qua in istam libertatem prorsus uindicemur Nos enim quamuis liberos, retinet tamen per uim peccatum in aliqua seruitutis specie, ut quod uolumus non faciamus, Gal. 5. c. 17. & mors etiam nexos in uinculis tenet, in diem illum iudicio supremo destinatum, quo nos Christus ut à se redemptos liberali causa manu asseret. Non pugnant igitur inter se istæ duæ liberationes, sed illa quidem peracta est, hanc uerò speramus. ut Luc. 21. f. 28. Ro. 8 c. 23. & infrà 4. g. 30. cuius est arrhabo Spiritus sanctus, ex quo scilicet nos manumissos esse didicimus per fidem, ut nos tandem in iustam libertatem ex malè fidei possessoris potestate asserendos esse non dubitemus. Illam igitur licebit ἀπολύτρωσιν ἁμαρτίας docendi causa uocare, cuius passim meminit Apostolus, ut Rom. 6. d. 22. & 8. a. 2. hæc uerò dicetur ἀπολύτρωσις τῆς περιποιήσεως, id est ad uerbum, liberatio uindicationis siue assertionis Nam τὸ περιποιεῖσθαι id declarat quod Latinis asserere & pro suo uindicare, cuius uerbale nomen est περιποίησις. Vulg. in redemptionem acquisitionis. Erasm. in redemptionem acquisitæ possessionis, quod ita explicari solet, quasi acquisita possessio dicatur res ipsa acquisita, id est Ecclesia, quæ suo tempore redimenda sit, id est plenè liberanda. Hæc uerò explicatio etsi in eandem sententiam recidit, tamè, ut mihi quidem uidetur, non ita est plana & expressa, & uim etiam nonnullam affert uerbis. Nam περιποίησις pro acquisite hæreditate nusquam memini legere.

Vt Deus Domini nostri Iesu Christi, pater 17
ille gloriæ, det uobis Spiritum sapientiæ &
reuelationis, per agnitionem ipsius:

Illuminatis oculis mentis uestræ: ut scia- 18
tis quæ sit spes illa uocationis ipsius, & quæ
opes gloriæ hereditatis ipsius in sanctis:

Et quæ sit excellens illa magnitudo potē 19
Colos 2.c. 19 infrà 3.b.7 tię ipsius in nos qui credimus, pro efficacitate fortis roboris ipsius:

Quam exeruit in Christo, quum susci- 20
tauit eum ex mortuis, & collocauit ad dextrā
suam in cælis,

Longè supra omne Imperium, ac Potesta- 21
tem & Potentiam, & Dominium, & omne
Nomen quod nominatur non solum in se-
culo hoc, uerumetiam in futuro.

Caput Ecclesia. Et omnia subiecit sub pedes eius, eumq; 22
constituit caput super omnia ipsi Ecclesiæ,

ἵνα ὁ θεὸς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ πα- A
τὴρ τῆς δόξης δῴη ὑμῖν πνεῦμα σοφίας καὶ
ἀποκαλύψεως, ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ.

πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας 18
ὑμῶν, εἰς τὸ εἰδέναι ὑμᾶς τίς ἐστιν ἡ ἐλπὶς τῆς
κλήσεως αὐτοῦ, καὶ τίς ὁ πλοῦτος τῆς δόξης τῆς
κληρονομίας αὐτοῦ ἐν τοῖς ἁγίοις,

καὶ τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμε- 19
ως αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς τοὺς πιστεύοντας κατὰ τὴν ἐ-
νέργειαν τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ,

ἣν ἐνήργησεν ἐν τῷ Χριστῷ, ἐγείρας αὐτὸν 20
ἐκ νεκρῶν, καὶ καθίσας ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐ-
πουρανίοις,

ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ 21
δυνάμεως καὶ κυριότητος, καὶ παντὸς ὀνόμα-
τος ὀνομαζομένου οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ
καὶ ἐν τῷ μέλλοντι.

καὶ πάντα ὑπέταξεν ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ· καὶ 22
αὐτὸν ἔδωκε κεφαλὴν ὑπὲρ πάντα τῇ ἐκκλησίᾳ, B

17 Pater ille gloriæ ὁ πατὴρ τῆς δόξης. i. (ex Hebræo idiotismo, quem exposuimus 1. Cor. 2. b. 7.) Pater illo gloriæ plenus, qui & Deus est & Deus Domini nostri Iesu Christi, quatenus scilicet homo factus est, ut eundem atq; nos Deum haberet, & nos eundem patrem atque ipse haberemus, de qua de re diximus Iohan. 20. d. 17.

Spiritum sapientiæ πνεῦμα σοφίας. Id est donum sapientiæ per Spiritum sanctum, ut exposuimus alibi. Sapientię autem ac reuelationis nomine quid significet, diximus 1. Cor. 14. b. 6. quāquam mihi uidetur hic latius patere, ita scilicet ut illud declaret à quo non ficti Christiani omnes perfecti dici possunt: quibus scilicet Dominus mirifica illa suæ beneuolentiæ arcana patefecerit in Christo, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ absconditi. Per agnitionem ipsius ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ. Erasmus, per agnitionem sui. Atqui αὐτοῦ potius ad Christum pertinet, ex quo agnito omnem sapientiam Diuinam haurimus. Deinde quod scribit in hunc locum, philosophos cognouisse quidem Deū, at non agnouisse: certe ad rem non pertinet, quum hic agatur non περὶ τοῦ γνωστοῦ τοῦ Θεοῦ, ut loquitur Apostolus Rō. 1. c. 19. id est de eo quod præeunte naturæ luce homines possunt in Deo cognoscere. sed de Christi mysterio, quod caro & sanguis ne suspicari quidem, nedum reuelare possit. Sed & impium est quod Hieronymum annotat Erasmus obseruare de Patre prius cognito, cuius per reuelationem Spiritus denuo cœperimus recordari: nempe ut Platonica reminiscentia statuatur. Sed tamen non temerè Paulus agnitionem potius scripsit, quàm cognitionem: quanuis inter dum ista confundantur. Neque enim satis est Christum cognouisse, sed etiam agnoscendus est nobis quotidie magis ac magis. quam semel cognouimus. quo sit ut nunc ijs ipsis sapientiam precetur Apostolus, in quos antea uers. 8. dixerat, omnem sapientiam esse à Domino effusam. 18 Illuminatis oculis πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμούς. Vulg. & Eras. illuminatos oculos, quo fit ut oratio non cohæreat. Itaque Hieronymus à seipso dissentiens, quum alibi Paulū ut Græci sermonis imperitum immeritò arguat, hic contrà conatur illum excusare ubi nulla excusatione indiget, cō iungitque ista cum participio ἀκούσας, id est cum initio uers. 15. nempe ut ex anantapodoto, quod nusquā est, synchysin faciat. Ambrosius uerò longè meliorem rationem inijt, ita scilicet ut ista cum uerbi δώῃ connectantur. sed non recte inseruit uerbum habere: quum potius supplenda fuerit copula, ex Hebræorum more, ut Iohan. 10. c. 16 & 1. Tim. 4. a. 3. & alibi sæpe, hoc modo, Vt det nobis Deus Spiritum sapientiæ, &c. & illuminatos oculos, &c. Erasmus uerò miratur Chrysostomum & Theophylactum, nullum hic scrupulum sensisse, aut si senserunt, dissimulasse. Sed, obsecro, qui scrupulum sentirent ubi nusquam est? Nemo enim est, opinor, cui non sit satis notum, quartos casus absolutè positos, non modò excusari apud Græcos, sed etiam inter elegantes Atticismos numerari. Quæ sit spes illa uocationis eius τίς ἐστιν ἡ ἐλπὶς τῆς κλήσεως αὐτοῦ. Id est, quæ bona uos ille sperare iubeat, uos ad Christum uocans. Spē enim posuit pro bonis ipsis quæ speramus, μετωνυμικῶς, ut Rom. 8. e. 24. & Gal. 5. a. 5. 19 Fortis roboris τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος. Id est τῆς πραξεῶς ἰσχύος, ex Hebræorū idiotismo, quē annotauimus suprà uers. 5. & infrà 4. f. 23. C

20 Et collocauit καὶ ἐκάθισεν. In duobus codicibus scriptum inuenimus καὶ καθίσας. ut etiam legit Vetus interpres, idque rectius. Ponitur autem τὸ καθίσαι hoc in loco quasi in coniugatione hiphil, ut Mat. 22. a. 7. In cælis ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Heb. במרומים ut suprà uers. 3. sub ברוך. i. locis. Vulg. & Eras. in cælestib. nimium obscurè. Significat autem Sedere ad dextram Patris in cælis, consortem esse imperij illius summi: cuius etiam respectu, Dei maiestatem dicimus esse in cælis, non quòd illic sit inclusa, sed quòd illic potissimum emineat. quāquam quod ad humanitatem Christi attinet, certū sit in cælo esse, non in terra: quòd alioquin imaginaria sit ipsius ascensio, & imaginarium corpus. qua de re pluribus Augustinus in epistola ad Dardanum.

21 Longe supra omne imperiū ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς. Inepte sunt curiosi qui ex hoc loco & similibus occasionē arripiunt garriendi de Angelorum ordinibus. Simpliciter enim Apostolus supra omnem omnium rerum creatarum præstantiam Christum euehit. Habet autem etiam præpositio ὑπὲρ suum pondus, quam nec Vetus interpres nec Erasmus expressit: ut intelligamus Christum non simpliciter, sed infinitis partibus excellere. Et omne nomē, &c. καὶ παντὸς ὀνόματος, &c. Id est, & quicquid existit. Nisi malimus nomē pro re celebri: & nominari, accipere pro celebrē esse: ut apud Hebræos uiri celebres dicuntur אנשי השם, id est uiri nominis. quo modo etiā in uernaculo nostro sermone loquimur. Non solùm, &c. ὁ μόνον, &c. Hoc refero ad totum complexum superioris orationis, non aūt ad participiū ὀνομαζομένου. Significat enim Paulus hanc Christi præstantiā nō esse tēporariā, sed æternā: ita scilicet ut futurū etiam seculum comprehendat. Alioquin cogemur per futurū seculū interpretari regnū cæleste: quod tamē non pōt simpliciter dici futurum, quum iam existat, sed nostri duntaxat habita ratione, quibus nondum est præsens: ut planè sit uiolenta interpretatio. Deinde dicendum fuisse, non solum quod nominatur in præsenti seculo, sed etiam quod nominabitur in futuro. 22 Eumque constituit καὶ αὐτὸν ἔδωκε: Vulg. & Eras. & ipsum dedit. nimium obscurè. Est enim Hebræorum more dictum ἔδωκεν pro κατέστησεν apud quos sic accipitur uerbum נתן, ut Gen. 41. e. 43. Caput κεφαλὴν. Id est, ut esset caput, siue pro capite: pro quo Hebræi dicut לראש, id est in caput. Nō est igit Ecclesia Christia-

A Christiana biceps, aut potius ἀνίφαλος, ut eum meritò dixerit Gregorius Antichristum esse qui se uniuersalem episcopum uocaret, epistola 76.78.79.83.92.194.188. Super omnia ὑπερ πάντα. i. summũ, adeò ut nihil non illi subsit.

ἥτις ἐστὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ, τὸ πλήρωμα τοῦ τὰ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου.

23 Quæ est corpus ipsius, & complemẽtum eius qui omnia in omnibus implet.

ΚΕΦΑΛ. Β.

Καὶ ὑμᾶς ὄντας νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι, καὶ ταῖς ἁμαρτίαις,

CAPVT II.

1 ET uos *unà uiuificauit*, quum essetis mortui in offensis & peccatis: Colos 2.c. 13.

ἐν αἷς ποτε περιεπατήσατε κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου, κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, τοῦ πνεύματος τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας.

2 In quibus olim uersati estis, ut est uita mũdi huius, secundum principẽ cui potestas est aeris & spiritus nunc agentis in hominibus contumacibus. Infrà 6. b. 12.

ἐν οἷς καὶ ἡμεῖς πάντες ἀνεστράφημέν ποτε, ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς σαρκὸς ἡμῶν ποιοῦντες τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς, καὶ τῶν διανοιῶν, καὶ ἤμεθα τέκνα φύσει ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποί.

3 Inter quos & nos omnes cõuersati sumus olim in cupiditatibus carnis nostræ, facientes quæ carni ac cogitationib. libebant: eramusq; natura filij iræ, ut etiam reliqui:

23 Complementum πλήρωμα. siue supplementum. Is enim est Christi in Ecclesiam amor, ut quum omnia omnibus ad plenum præstet, tamen sese ueluti mancum & membris mutilum caput existimet, nisi Ecclesiam habeat

B piatur, ut 1. Cor. 12. b. 12 & 13, & Gal. 3. c. 16. Hinc etiam illud In Christo, totiès repetitum: quod multò expressius alibi quid significat quam Cum Christo, uel Per Christum. Hinc factum ut diceret Apostolus se in Christo, & Christum in se uiuere. Galat. 2, d: 20 Hinc illa Christi uox, Saule Saule quid me persequeris? Quo etiam pertinet quod scriptum est 1 Colos. 1. d. 24. Hinc denique nostra spes omnis & consolatio proficiscitur. Qui implet τὸ πληρούμενον. Chrysostomus passiue accipit, ut sit sensus, Christum prorsus impleri in omnibus, id est singulos fideles conferre ad Christi complementum, uti corpus suum, ex singulis membris est compactum. Mihi uidetur coacta ista interpretatio, quũ τὸ πληροῦσθαι pro πληροῦν Xenophõ usurparit lib. 6 ἑλληνικῶν, & συμπληροῦσθαι pro συμπληροῦν Plato in Timæo. Omnino autem hoc addidit apostolus ut sciamus Christum per se non indigere hoc supplemento. ut qui efficiat omnia in omnibus re uera: nedum ut suppleatur à quoquam, nisi quatenus pro immensa sua bonitate Ecclesiã dignatur sibi quasi corporis instar adiungere.

IN CAPVT II.

1 Et uos *unà uiuificauit* καὶ ὑμᾶς. Vetus interpres rectè addidit uerbum conuiuificauit, id est συνεζωοποίησε. quod tamen non additur in Græcis, sed quinto demum uersiculo adijcitur. Est enim propter multas insertas sententias longum hyperbaton, nihil uerò prohibet obscuritatem ita fugere, ut nihil immutes aut adijcias sententiæ. Incipit porrò nunc Paulus uocationem Gentium in Ephesijs amplificare ex circũstantijs: id est ex collatione conditionis præcedentis uocationem, cum ea quæ subsequuta est: adq; duplici modo, nempe simpliciter primùm, deinde compara-

C te, ex Iudæorum antithesi. quos tamen exæquat Gentibus, tum ante uocationem, quatenus extra promissionem & impius coaluerunt. Quum essetis mortui in offensis & peccatis ὄντας νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι καὶ ταῖς ἁμαρτίαις. Mortem spiritualem intelligit: unde & mors illa, quam primam uocant, sequuta est (ut Rom. 5. b. 12) & secũda quæ & æterna dicitur. Ideo dicuntur mortui quicunq; non sunt renati, quia sicut immortalitas damnatorũ, non est uita, sed mors quædã perennis, nẽpe cum æterno exitio coniuncta: sic etiam hęc animi & corporis coniunctio, uita proprie non est, sed mors in his qui Christi Spiritu non agũtur, ut Esa. 9. a. 1. & Iohan 5. d. 28, Rom 6. a. 2, & b. 13, & 7. b. 10, & 1. Tim. 5. a. 6. & passim in Scripturis. Sed τὸ ἀποθνῄσκειν τῇ ἁμαρτίᾳ. i. mori peccato, contraria prorsus sententia dicuntur ij in quibus peccatum est extinctum, tertio scilicet casu. cum qua mortificatione prorsus cohæret ζωοποίησις, id est uiuificatio, quæ alteri illi morti opponitur: ut diximus Rom. 6. a. 2. Itaque ut hæc dicendi genera tam diuersa distinguere mus, nolumus interpretari mortui peccatis, sed in peccatis: addita scilicet præpositione ἐν, quæ exprimitur Colos 2. c. 13, ex Hebræorum idiotismo, ut Num. 27. a. 3. Vide Act. 8. d. 23. Videtur tamen ipsum discrimen numeri satis hoc indicare: quia ut alibi diximus, ἁμαρτίαν solet singulari numero Paulus ipsam ueluti arborem; id est insitam corruptionem uocare, cuius fructus sunt ἁμαρτίαι multitudinis numero. Superest ut annotemus Clementẽ Alexandrinum, ἐν τῷ προσφωνητικῷ hunc locum citare paulo aliter. Sic enim habet, ἦμεν γάρ ποτε καὶ ἡμεῖς τέκνα ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποί. ὁ δὲ πλούσιος ὢν οὐ ἐλέει, διὰ τὸν πολλὸν ἀγαπήσαν ἀν τῶν ἡμᾶς ὄντας ἤδη νεκροὺς τοῖς παραπτώμασιν, nos certe filij iræ, ut & reliqui, sed Deus qui diues est misericordia, ea charitate qua nos dilexit tam per peccata mortuos, unà uiuificauit [nos] per Christum.

D 2 In quibus olim uersati estis ἐν οἷς ποτὲ περιεπατήσατε. Vulg. & Erasm. ad uerbum, in quibus aliquãdo ambulastis. Hebræis uerò חלך בחטאיהם. i. in peccatis ambulauit, dicitur de ijs quorum uita omnis ad scelera præceps fertur: quales sunt quicũq; Spiritu Dei non sunt renati. Vide Act. 8. d. 23, & Col. 3. a. 7. Vt est uita mundi huius κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου. Hebr. כדרך חשלם, quod positis etiam interpretari de ipsis hominibus, sicut apud Latinos accipitur ætatis nomen. Secundum principem κατὰ τὸν ἄρχοντα. i. ex arbitrio principis. Vide infrà 6. b. 12.

Et spiritus τοῦ πνεύματος. i. afflatus quo impellitur mundus ut resistat Euangelio: sicuti contrà Spiritus Dei in electis fidem cæterosq; bonos motus gignit. Non est igitur per appositionem hoc intelligendum, sed subauditur copulatiuè. Hebræorũ more, de quo diximus suprà 1. d. 28. In hominib. cõtumac. οὐ τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας. Vulg. in filios diffidentiæ. Est autem hoc dictum Hebræorum more apud quos בן i. filius, cum genitiuo appellatiuorum accipitur pro eo qui alicui rei sit prorsus addictus. Itaq; filij contumaciæ idem declarat atq; homines contumaciæ deditos.

3 Quæ carni ac cogit. libebant ἃ τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν. Θελήματα Vetus interpres non satis expressè conuertit uoluntates, ut diximus Iohan. 1. b. 13. Quod autem ad διανοίας attinet, subtilius quidem Plato lib. 6. de rep. διάνοιαν mediam collocat inter νόησιν & πίστιν, quibus demum subiungit εἰκασίαν, sicut etiam alicubi Paulus animum à Spiritu & corpus ab utroque distinguit: sed hoc in loco Paulus σάρκα, tanquam generale nomẽ quo totus homo nõ renatus significetur, in species duas diuidit: nempe σάρκα & διανοίαν. σάρκα scilicet eodem nomine atq; genus ipsum uocans partem animi quam ἄλογον nuncupant Philosophi, διάνοιαν uerò τὸ λογικὸν, aut potius utriusq; facultatis effecta. quamobrem etiam διανοίας dixit numero multitudinis, ut etiam alibi διαλογισμοὺς Rom. 1. c. 21. Itaque nihil prorsus relinquit homini Paulus, quòd non sit per peccata nõ dico semimortuum, ut Sophistæ nostri Semipelagiani, sed prorsus mortuum, quod ad naturam attinet.

Natura filij iræ, φύσει. Hoc uno uerbo quasi fulmine, totus homo; quantus quantus est, prosternitur. Neque enim naturam dicit lædam, sed mortuam per peccatum, ideoq; iræ obnoxiam. Itaque mira hic fuit Satanæ impudentia dum hunc locum corrumpere conatus est: & quidem non per eos solùm qui apertè fuerũt hæretici, sed etiam per

nonnullos alioquin ualde eruditos, & quibus Ecclesia multum debet, sed qui tamen homines fuerint. Itaq; Hieron. quosdam indicat interpretari φύσει per πάντως. i. omnino. quod tamen prorsus uiolentum est, nec satis etiam expressum, quia mali innatam originem non indicat. Græcus Scholiastes uerò interpretatur ἀληθῶς καὶ γνησίως uerè ac germane. Chrysostomus addit, ficut ex homine natus nihil aliud est quàm homo, ita nos nihil aliud quam filij iræ. Sed quorsum istos nodos in scirpo? Quid enim apertius dici potuit, quàm nos non consuetudine & imitatione, sed ipsa natura peccatores nasci? quod & Dauid aperte clamat Psal. 51. b. 7. & Paulus demonstrauit Rom. 5, c. 12. 13. & 14. Nam ubicunq; ira est, ibi & peccatum: quo sine exceptione inuolui tota humana gente idem testatur Rom. 1. b. 18, & 13. b. 9. Sed naturâ tamen intellige non quatenus creata est, uerùm quatenus per diaboli suggestionem corrupta est à seipsa.

Filij iræ τέκνα ὀργῆς. i. iræ Dei ita deuoti atq; obnoxij, quasi ad eam rem ab ipsa natura efficti. Neq; enim filios iræ hîc accipit pro hominibus iratis, ut superiore uersiculo filios contumaciæ pro contumacibus: sed passiue, homines irati Dei iudicio reos æternæ mortis. uti apud Hebræos בן תבורה filius mortis dicitur qui capitalis criminis reus est, & alia similia. Vide supra uers. 2, & Iohã. 17. b. 12. Vt etiam reliqui ὡς καὶ οἱ λοιποί. i. ut reliqui etiam populi, pfani. Nam hoc uersiculo Iudæos, quibus sese accenset, quod ad naturam attinet, Gentibus exæquat. ut probet, discrimen illud quod postea temporarium fuisse ostendet, non à natura, sed à gratia proficisci. Itaque secundo uersiculo omnes gentes in Ephesiorum persona copellans, περιεπατήσατε, inquit, id est, ambulastis. in hoc autem uersiculo, ἀνεστράφημεν, inquit, id est, conuersati sumus, & quidem addita particula καί, ut intelligas Iudæos quoque in idem album reponi.

Sed Deus qui diues est misericordia, propter multam charitatẽ suam qua dilexit nos,

Etiam quum per offensas mortui essemus, unà uiuificauit nos per Christum, cuius gratia estis seruati:

Vnaq; suscitauit, unaq; collocauit in cœlis in Christo Iesu:

Vt ostenderet seculis succedentibus summas opes gratiæ suæ, per benignitatem erga nos in Christo Iesu.

Gratia enim estis seruati per fidem: idq; nõ ex uobis: Dei donum est:

Non ex operibus: ne quis glorietur.

Nam ipsius sumus opus, conditi in Christo Iesu ad opera bona, quę præparauit Deus ut in eis uersaremur.

Propterea mementote uos quondam Gẽtes in carne, qui dicebamini Præputium ab ea quæ uocatur Circuncisio in carne, & quę manibus fit:

4 ὁ δὲ θεὸς πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει, διὰ τὴν πολλὴν ἀγάπην αὐτοῦ, ἣν ἠγάπησεν ἡμᾶς, B

5 καὶ ὄντας ἡμᾶς νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι, συνεζωοποίησε τῷ Χριστῷ· (χάριτί ἐστε σεσωσμένοι·)

6 καὶ συνήγειρε, καὶ συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ,

7 ἵνα ἐνδείξηται ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις τὸ ὑπερβάλλον πλοῦτος τῆς χάριτος αὐτοῦ ἐν χρηστότητι ἐφ' ἡμᾶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

8 τῇ γὰρ χάριτί ἐστε σεσωσμένοι διὰ τῆς πίστεως· (καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν, θεοῦ τὸ δῶρον·)

9 οὐκ ἐξ ἔργων, ἵνα μή τις καυχήσηται·

10 αὐτοῦ γάρ ἐσμεν ποίημα, κτισθέντες ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, οἷς προητοίμασεν ὁ θεὸς, ἵνα ἐν αὐτοῖς περιπατήσωμεν. C

11 διὸ μνημονεύετε, ὅτι ὑμεῖς ποτε τὰ ἔθνη ἐν σαρκὶ, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς ἐν σαρκὶ χειροποιήτου.

4 Qui diues est πλούσιος. i. qui abundat: ut non modò apud Hebræos, sed etiam in alijs linguis diues in genere dicitur aliquis eius rei cuius magnam habet copiam. Nunc autem redit Apostolus ad initium capitis, eo tãtùm exceptõ quòd ἡμᾶς dicit hoc in loco, Iudæos & Gentes unà coniungens in gratiæ beneficio, quos in naturæ uitio exæquarat: illic uerò ὑμᾶς dixerat, Gentes scilicet compellans in Ephesiorum persona. Neque uerò causa erat cur Hieron. uel expungeret particulam ἡ. uel imperitiæ Græci sermonis Paulum argueret, quum (ut rectè obseruauit Erasmus) ista proximis opponantur, ita tamen ut nihilominus expleatur anantapodoton.

5 Vna uiuificauit nos per Christum συνεζωοποίησε. Vulg. conuiuificauit nos Christo. Erasm. conuiuificauit nos una cum Christo. quam sententiam minimè reprehendo. Sed nihil tamẽ rei ipsi detrahetur: & magis fortasis apposite dici posit præpositionem σὺν adhibitam esse, ut Gentium ac Iudæorum in uno Christo coagmẽtationem declaret, quo modo etia accipitur τὸ συνοικοδομεῖσθαι infrà uers. 22. Cuius gratia estis seruati χάριτί ἐστε σεσωσμένοι. Scio solere hæc includi per parẽthesin. sed quæ ita sit dura & insolẽs ut facilè nõ admiserim. Ponit aũt חסרון. D

6 Vnaq; iuscitauit, &c. καὶ συνήγειρε, &c. Quomodo hoc intelligendum sit subijcitur in fineuersiculi, quum inquit in Christo Iesu. Neq; enim id adhuc in nobis prorsus præstitum est, sed in capite duntaxat, cuius Spiritu cœpimus, peccato mortui, uiuere Deo, donec in nobis opus suum perficiat idem qui inchoauit. quæ quidem spes nostra ita est certa, ut non magis sit certum quod iam percepimus, quàm quòd adhuc expectamus, id est, quod fide iam possidemus. In cœlis ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Vide supra 1. a. 3. 7 Summas opes τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον. Vulg. abundantes diuitias. Eras. eminentem opulentiam. Vide Rom. 9. c. 23. In Christo Iesu ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Erasm. per Christum Iesum. Vide 1. Cor. 1. a. 2.

9 Gratia enim, &c. τῇ γὰρ χάριτι, &c. Cohærent ergo gratia, siue Dei donum, & fides. Istis autem opponũtur Seruari ex nobis, uel ex operibus. Quid ergo istis in mentem uenit qui tam repugnantia uolunt coniungere. Seruati estis ἐστὲ σεσωσμένοι. Non dicit iustificati estis, quod tamen uerissimum est. sed eluditur ab aduersarijs: neque dicit, seruari incipitis aut seruabimini, sed seruati estis: ut duo nouerimus, unum, fide non ex operibus, gratia & Dei dono non autem ex nobis nos Christum amplecti: alterũ, qui Christum amplexi sunt, eos iam esse plene iustos, atq; promde ius æternæ hæreditatis adeptos.

9 Ne quis glorietur ἵνα μή τις καυχήσηται. Hunc nodum expediant qui saltem opera fidem subsequentia uolunt censeri, ut ex eorum meritis aliqua ex parte seruemur: Item qui sola cæremonialia uolunt excludi.

10 Nam ipsius opus, &c. αὐτοῦ γάρ ἐσμεν, &c. De gratia hîc agi non de natura apparet ex eo quod subijcitur aduersus Pelagium. Sed & pronomine αὐτοῦ cæteri omnes prorsus excluduntur, aduersus Semipelagianos, id est, aduersus eos qui naturam, ut aiunt, debilem fingunt à gratia adiuuari. At nos ex hoc loco didicimus ipsa etiam opera quatenus bona sunt, gratiæ in solidũ deberi: nec iustificandũ præcedere, quod etiam ait Augustinus. sed iustificatũ, addo autẽ ego seruatum, sequi. 11 Propterea, &c. διὸ, &c. In ea æqualitate quam antea commemorarat Apostolus, nunc latentem inæqualitatem profert, ut Gentes quo longius à Deo abfuerunt, eo plura se gratiæ Dei debere fateantur. Gentes in carne ἔθνη ἐν σαρκί. Considerandum est nomen גוים, i. Gentium, quo significatur distinctio cæterorum

A rorũ populorũ à populo Dei.i. calamitosissima cõditio. Additur autem ὀν σαρκὶ. i. in carne, non ut eleuetur ista miserabilis conditio, sed cõtrà ut certo argumẽto confirmetur. Aestimatur enim circuncisiõ hoc in loco suo pondere. i. quatenus tessera fidei fuit, tessera, inquam, in carne impressa, cuius contemptus certum exitium ipsis Iudæis afferebat, Genes. 17. c. 14. quantomagis igitur alienæ erant à Deo Gentes, quæ ne quidẽ ista quicquam audierãt, ac proinde quas nulla sui fœderis mentione dignatus erat Dominus? Nam neque rem ipsam à symbolo, neq; symbolum à re ipsa lepa rare oportet, ut Pauli sententiam perspiciamus, & incircuncisorum nomen non minus cõpetit ijs Gentibus quæ symbolum quidem nudum præposterа quadã imitatione usurpabãt (ut de Aegyptijs, Aethiopibus, Syris & Colchis refert Herodot.) quàm quibus nec fœdus nec symbolum notũ erat. Qui dicebamini præputiũ οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία. i. qui non alio nomine quã incircuncisorũ uocabamini, ut uestra impuritas cõmuni appellatione omnib. esset testata, ut 1. Sam. 17. d. 26, & Ezech. 44. b. 7, & c. 9 Huic opponitur Circuncisio: quo nomine poscit omnino antithesis & prępositio ὑπὸ, ut non rem ipsam sed Iudæos circũcisos intelligamus: pari scilicet metonymia. Quod autem additur ὀν σαρκὶ χειροποιήτου, nõ huc ptinet ut duplices Iudæi constituantur, quũ hoc planè sit extra oleas uagari, sed cõtrà, ut ipsa Gentiũ execratio oculis subijciat. Nam, ut modo dixi, symbolũ coniũgit Paulus cum re, ut facere par est quoties sacramentorũ dignitas expenditur. Itaq; externũ ipsum signũ urget Paulus, ut ex eo q̃ gentes eo caruerunt, cõcludat Dei expertes fuisse. Atenim dices, num ptinebãt ad pactũ ꝓmissionis quicũq; ex Iudæis erant circuncisi? Minimè prosectõ. neq; enim Dei gratia signo deuincitur. Sed hoc est à scopo Apostoli aberrare, ut qui Iudæorũ gentem in genere non autem singulos Iudæos consideret, & simili etiam ratione Gẽtes quasi in unum corpus collectas cũ ijs cõmittat.

ὅτι ἦτε τῷ θῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς χριστοῦ, ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ ἰσραὴλ, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν, τὴν ἐπαγγελίας ἐλπίδα μὴ ἐχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ.

12 Vos *inquam* illo tempore fuisse absq; Christo, abalienatos à republica Israelis, & extraneos à pactis promissionis, spem non habentes, & Dei expertes in mundo. Rom. 9. a. 4.

νυνὶ δὲ ἐν χριστῷ ἰησοῦ ὑμεῖς οἱ ποτὲ ὄντες μακρὰν, ἐγγὺς ἐγενήθητε ἐν τῷ αἵματι τοῦ χριστοῦ,

B 13 At nunc in Christo Iesu, uos qui olim eratis procul, propinqui facti estis, per sanguinẽ *inquam* Christi.

αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας,

14 Ipse enim est pax nostra, qui fecit *ut* utraq; unum *sint*: & intergerini parietis septum soluit,

τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασιν καταργήσας, ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ ἐν ἑαυτῷ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην,

15 Inimicitijs, *id est* Lege mandatorum *quæ* in ritibus *posita est*, per carnem suam abrogatis: ut duos conderet in semetipso in unum nouum hominem, faciens pacem. *Nouus homo.* Colos. 2. c. 14.

καὶ ἀποκαταλλάξῃ τοὺς ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ σώματι τῷ θεῷ διὰ τοῦ σταυροῦ, ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν ἐν αὐτῷ·

C 16 Et ut reconciliaret utrosque in uno corpore Deo per crucem, peremptis inimicitijs per eam.

καὶ ἐλθὼν εὐηγγελίσατο εἰρήνην ὑμῖν τοῖς μακρὰν, καὶ τοῖς ἐγγύς,

17 Et ueniens euãngelizauit pacem uobis & qui procul & qui prope eratis.

ὅτι δι' αὐτοῦ ἔχομεν τὴν προσαγωγὴν οἱ ἀμφότεροι ἐν ἑνὶ πνεύματι πρὸς τὸν πατέρα.

18 Quoniam per ipsum habemus aditum utrique per unum Spiritum ad Patrem.

12 Absq; Christo χωρὶς χριστοῦ. Meritò à Christo auspicatur, tanquam omnium promissionum scopo. Abalienatos à rep. Israelis ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ ἰσραὴλ. i. qui nullum ius ciuitatis Israeliticæ haberetis. Ciuẽ autem esse Israelis & Deum pro Deo suo habere, idem declarant. Et extraneos à pactis promiss. καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας. Vna fuit promissio si rẽ ipsam spectes, sed sæpius sancita. Ideo διαθήκας scripsit multitudinis numero. Spem nõ habentes ἐλπίδα μὴ ἔχοντες. Spem meritò coniungit promissionibus de Christo. Nã absq; his quicquid sperant homines, frustrà sperant. 14 Intergerini pariet. &c. τὸ μεσότοιχον, &c. Μεσότοιχον Vetus interpres medium parietem non inepte conuertit, ad uerbũ, quẽ proprie Latini, authore Festo, intergerinũ uocant. Erasmus interstitium maluit interpretari. quo nomine non puto aliud quicquam significari quàm ipsum interuallum quo res duæ dirimantur. Iam uerò φραγμὸν nescio cur maceriam conuerterint: quo nomine certum est nihil aliud quàm septum significari. Cæterùm his uocabulis metaphoricè significari Legis ceremonias, quibus istud Iudęorum & Gentium discrimen continebatur, & mutua etiam dissidia fouebantur, mox apertè declarat Apostolus.

D 15 *Quæ* in ritibus *posita est* ἐν δόγμασι. i. τὸν ἐν δόγμασι. cuiusmodi eclipsin multis iam locis annotauimus. Vulg. decretis, nimium obscure, adeo ut nonnulli hac interpretatione decepti, perperam hoc coniunxerint cum proximo participio: quum sit construendũ cum participio ὄντας subaudito. Rectius Eras. in decretis sitã conuertit, sed tamẽ repsã. intelligit enim quæ Hebræi חקים uocant. & ita accipitur idem nomen Act. 16. a. 4. ubi placita sumus interpretati. Cæterùm τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ, quæ nonnulli cum participio λύσας connectunt, ego malui sequẽtibus adiũgere, sensu, ut mihi quidẽ uidetur, magis cohærente. Nã quod Græcus Scholiastes putat intergerinũ parietẽ dici inimicitias quæ propter peccata nostra inter Deum & nos intercedũt, uerè quidẽ dictũ est, sed ἀνωφελανύστως. Nam hoc demũ pertinet ad uers. 16. Sed & is locus refellit eorũ errorẽ qui existimarũt cæremonialẽ Legẽ, quod ad Iudæos attinet, sublatã non esse. Per carnem suam ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ. Hoc quid sit, copiosissimè explicatur in epist. ad Hebr. ubi ostenditur in Christo fuisse omnia impleta quæ Legis figuris adũbrabantur. Cõderet κτίσῃ. Hoc opponitur uerbo λύσας, quo usus erat quum diceret, destructũ parietẽ intergerinum cuius loco sese substituit, ut sicut paries alterum ab altero diuiũgebat, ita ipse utrosq; in sese ita coniungat, ut in Christo & cum Christo in unum nouũ hominem coalescãt, nouum inquam, semel abolitis cęremonijs. 16 In uno corpore ἐν ἑνὶ σώματι. Alludit ad Legis factificia, quæ ueram & unicam istam uictimam repræsentabant: itaque Lex non propriè abolita fuit, sed impleta. Peremptis inimicitijs ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν. Est igitur Christus mediator tũ Iudæorum & Gentiũ, tum uerò maximè utrorũq; & Dei: quod posterius nunc significat. Alludit aũt ad Christi mortẽ, qui moriẽs discordię causam ocũ sustulit, & ueluti cruci affixit. 17 Et ueniẽs καὶ ἐλθὼν Cohæret hoc cũ initio uers. 14. Nunc enim expositа in genere uocatione, fuit explicandum ipsius instrumentũ, nimirũ huius beneficij publicatio: cuius princeps est is ipse ad quẽ uocamur, nẽpe Christus: ministri uerò, Prophetæ & Apostoli. 18 Per ipsum δι' αὐτοῦ Christus instar tanuæ per quam ad Patrẽ recõciliatũ accedimus cũ fiducia: Spiritus aũt sanctus, dux noster est per quẽ cõiuncti & uniti in Christo utriq; ad ualuã ipsam pedetẽtim progressi ingredimur.

Domestici Dei, Gentes.

Nempe igitur non estis hospites & inquilini, sed conciues sanctorum, ac domestici Dei.

ἄρα οὖν ἐκέτι ἐστὲ ξένοι καὶ πάροικοι, ἀλλὰ A
συμπολῖται τῶν ἁγίων, καὶ οἰκεῖοι τοῦ θεοῦ,

Fundamentum Apostolorum, Christus.

Superstructi super fundamentum Apostolorum ac Prophetarum, imò angulari *lapide* ipso Iesu Christo.

ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀπο-
στόλων καὶ προφητῶν, ὄντος ἀκρογωνιαίου αὐτοῦ
Ἰησοῦ χριστοῦ,

Templum Dei.

In quo totum ædificium congruenter coagmentatum crescit in templum sanctũ Domino.

ἐν ᾧ πᾶσα ἡ οἰκοδομὴ συναρμολογουμένη
αὔξει εἰς ναὸν ἅγιον ἐν κυρίῳ,

In quo & uos unà ædificamini, ut sitis habitatio Dei per Spiritum.

ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς συνοικοδομεῖσθε εἰς κατοικη-
τήριον τοῦ θεοῦ ἐν πνεύματι.

CAPVT III.

ΚΕΦΑΛ. γ.

HVius rei gratia ego Paulus *sum* captiuus ille Christi Iesu pro uobis Gentibus:

Τούτου χάριν ἐγὼ παῦλος ὁ δέσμιος τοῦ B
χριστοῦ ἰησοῦ ὑπὲρ ὑμῶν τῶν ἐθνῶν,

20 Super fundamentum Apost. & Prophet. ἐπὶ τῷ θεμελίῳ, &c. Id est super Christum, quod est Apostolicæ & Propheticæ structuræ fundamentum. Sic enim Apostolus ipse optimus sui interpres explicat 1. Cor. 3. c. 11, & Esa. 28. d. 16. Et de Lege ac Prophetis idem testatur Christus Iohan. 5. f. 39. Itaque Apostoli & Prophetæ fuerunt huius templi, id est Ecclesiæ Dei (ut etiam hodie fideles ministri) architecti, non autem fundamentum ipsum: & planè est Antichristus qui sibi tribuit quod unius Christi est: ac proinde non sunt lapides templi Dei quicunq; alio fundamento nituntur, etiamsi nomen Christi retineãt, quum rem ipsam tollant. Vbi autem Petri primatus? nempe uel nusquam est, nisi in Antichristiana Ecclesia: uel adhuc dum negligenter, imò etiam hæreticè hæc scripserit Paulus, qui Apostolos numeret multitudinis numero, & sibi etiam in proximo capite Gentium Apostolatũ uendicet. At enim iste est & Petri & Pauli successor. Quid ais? ergo primatus ipse à Petri & Pauli demum obitu cœperit, quandoquidẽ collegã habuit Petrus, à quo etiam fuerit meritò reprehensus, & cui dextrã porrexerit societatis. Ita ex suo ipsius ore cõuincitur seruus nequã. Omitto eorum nugas qui fundamentũ interpretatur cõcilia œcumenica: ædificium scilicet ipsum, p fundamẽto subsituentes, si modò germana sint concilia. Quid uerò ijs facias quos non pudet Romanã etiam Ecclesiam, quã uocant, pro fundamento substernere? Ita mutuò sese collidunt mendacia. Imò angulari *lapide* ἄκρος ἀκρογωνιαῖος. Participium in hoc dicendi genere non solet à Latinis exprimi. Ἀκρογωνιαῖος autem non conuerti, summo angulari, cum Erasmo: sed contrà, imò angulari: ne quis ambiguitate deceptus falleretur. Nam ἄκρον Græcis utrunq; extremitatem declarat, & summum scilicet & imũm. Hic uerò Christus consideratur tanquam is qui ædificium totum solus sustineat, ut sicut architecti à fundamento, sic à Christo unico illo firmissimo lapide incipiat Ecclesiæ structura. Simili ratione dicitur de Dauide ראש מבוא id est caput anguli, non habita situs summi sed imi ratione, ut ראש declaret trãslatitiè partem ædificij præcipuam, & à qua dependent reliquæ, sicut corpus à capite, quãuis diuerso sita. Caput enim in corpore summam partem tenet, in ædificio uerò fundamentum in imo subsidet: sed ædificio id præstat quod caput corpori, ideoq; caput dicitur. Vnde ראשית Hebræis & caput Latinis, pro cuiusuis rei principio, & prima ac præcipua parte ponitur. Id autem ita esse explicandum, uel ex sequenti uersiculo liquet, in quo dicitur totum ædificium à Christo exurgere. Sed & Anguli appellatio partem eam ædificij designat cuius unius firmitate uniuersum ædificium fulcitur, ex Hebræorum idiotismo: à quibus etiam idcirco מבורר i. anguli, uocantur ij qui authoritate præstãt, & reipmolem quasi fulciunt, ut 1. Sam. 14. f. 38: quod uolui annotatum: ne quis hìc imaginetur plurium angulorum ædificium: aut denique subtilius in hac similitudine philosophetur, quum in angulo oporteat duos parietes concurrere, non possit autem ex duobus parietibus ædificium perfici. 21 Totum ædificium πᾶσα οἰκοδομή i. ὅλη. Erasm. quęcunquæ structura. Putauit enim πᾶσαν hoc in loco distinguere hoc ædificium ab alijs quæ hoc fundamento nituntur, qua in re proculdubiò fallitur. Nam de nullo alio ædificio differuit, ut minimè hìc sit opus ulla distinctione. Deinde hac ratione non fuisset dicendum, πᾶσα ἡ οἰκοδομὴ συναρμολογουμένη, sed πᾶσα οἰκοδομὴ ἡ συναρμολογουμένη, uel certè expungendus articulus, cuius uis est ἀνάφορικὴ hoc in loco. πᾶσαν igitur, id est totum ædificium, dixit, ut sciamus non partem duntaxat ædificii, sed totam structuram, quantacunque est, hoc uno lapide angulari fulciri. Crescit αὔξει Vtitur præsenti tempore ut ædificij structuram nondum absolutam, sed in opere adhuc architectos uersari intelligamus. In tẽplum sanctũ εἰς ναὸν ἅγιον. Id est, ut sit templũ sanctũ. Nam εἰς finem declarat. Alludit autem ad templum Hierosolymitanum, quod fuit ũltius uiui ædificij typus, perpetuum pontificem Christum habentis, ut in epist. ad Hebræos explicatur. Qua autem ratione singuli fideles alibi dicantur Templum Domini, quod Deus per Spiritum sanctum in Christo ipsos sanctificarit, & quasi apud eos sibi domicilium delegerit, eidẽ etiam Ecclesiæ idem nomen tribuitur, quum fideles omnes in unum quasi ædificium compingantur. Domino *cui nuncup.* Vel repetitur antecedens Hebræorũ more, quanuis expresso relatiuo, quu præcesserit οὐ ᾧ in quo. si hoc libuerit coniungere cum uerbo αὔξει (quanquam ἐν ᾧ fortassis rectius exposueris ἐφ' ᾧ supra quod, scilicet θεμελίῳ fundamentum, ut perpetua sit metaphora) uel ἐν respondet literæ ל Hebræorum, quæ tertio casu aduingitur: quam interpretationem sum sequutus. Non temerè tamen dici possit crescere in Domino ædificium quod in eo fuit coagmentatum, nempe ut non principia tantùm, sed & media & extrema seramus Dei gratiæ in Christo accepta.

22 Et uosunà ædificamini καὶ ὑμεῖς συνοικοδομεῖσθε. Vide suprà uers. 15. Vt sitis habitatio εἰς κατοικητήριον. Iterum εἰς finem notat: & alludit ad templum, quod dicitur ברושית מבורן מושבן. Pertinet autem ad hunc locum differentia τοῦ κατοικεῖν & τοῦ παροικεῖν, de qua diximus Matth. 2. d. 23. Per Spiritũ ἐν πνεύματι. Vide suprà uers. 18.

IN CAPVT III.

1 Ego Paulus *sum* captiuus ille ἐγὼ παῦλος ὁ δέσμιος. Nunc tandem ad hypothesin, id est ad suum Apostolatum, descendit. Cæterùm quia necessariò explenda est constructio, non conuenit inter interpretes. Nam alij subaudiunt πρεσβεύω legatione fungor: quod haud satis scio an cõueniat præpositioni ὑπὲρ p. apud. Neq; enim p. Gẽtibus i. Gentium nomine, legatione fungebatur, sed ὑπὲρ χριστοῦ, 2. Cor. 5. d. 20. nisi ὑπὲρ accipiamus pro ὀνόματι, quod & ipsum duriusculum fuerit, quia præcesserit τοῦτο χάριν. Alij uerò subaudiunt πεπαύχημαι, gloriatus sum, quod simile quippiam dixisse uideatur Apost. Philip. 2. c. 16. Sed neutrũ sanè in plerisq;, & ijs quidẽ emẽdatissimis codicib. inuenitur. neq; uelim quidẽ egoistiusmodi eclipsibus aditũ patefacere. Est aũt maximè usitata & minimè omniũ coacta eclipsis uerbi substantiui: quod multò rectius suppleuit Erasmus. Vertit enim, Ego Paulus *sum* uinctus Iesu Christi: sed non rectè prætermisso articulo qui κατ' ἐξοχὴν ponitur hoc in loco. Multa enim erat istius captiuitatis celebritas, p Paulus passim dictitaretur is esse qui uellet Gentes cũ Iudæis exæquare, quiq; hoc nomine Iudæos reddidisset omnibus exosos, ut scribitur Act. 21. e. 28, & 24. a. 5, & 25. g. 24. Hoc uerò tantùm abest ut inficietur, ut contrà ex eo captet commendandi apud Gentes ministerij sui occasionem. Captiuum autem Iesu Christi se dicit, non actiuè, quem Iesus

Christus

A Christus captiuum teneat: sed passiuè, qui pro Iesu Christi asserta gloria captiuus teneatur. Sic enim se pro iis uinctũ esse dicit, ut eos simul ad Christum attollat, ne uideatur causam suam agere,

εἴγε ἠκούσατε τὴν οἰκονομίαν τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ, τῆς δοθείσης μοι εἰς ὑμᾶς, 2 Siquidem audistis dispensationem gratiæ Dei quæ data est mihi apud uos:

ὅτι κατὰ ἀποκάλυψιν ἐγνωρίσθη μοι τὸ μυστήριον, καθὼς προέγραψα ἐν ὀλίγῳ· 3 Quòd scilicet *Deus* per reuelationem notum mihi fecerit mysterium (sicut antè scripsi paucis:

πρὸς ὃ δύνασθε ἀναγινώσκοντες νοῆσαι τὴν συνεσίν μου ἐν τῷ μυστηρίῳ τοῦ χριστοῦ, 4 Ex quo perlecto potestis intelligere quæ sit mea intelligentia in mysterio Christi)

ὃ ἑτέραις γενεαῖς οὐκ ἐγνωρίσθη τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, ὡς νῦν ἀπεκαλύφθη τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις αὐτοῦ, καὶ προφήταις ἐν πνεύματι· 5 Quod alijs ætatibus nó innotuit filijs hominum, ut nunc reuelatũ est sanctis Apostolis eius & Prophetis per Spiritum.

εἶναι τὰ ἔθνη συγκληρονόμα καὶ σύσσωμα καὶ συμμέτοχα τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ ἐν τῷ χριστῷ, B διὰ τοῦ εὐαγγελίου, 6 Gentes *scilicet* esse hæredes, & concorpores, cõsorteſq; promissionis eius in Christo per Euangelium:

οὗ ἐγενήθην διάκονος κατὰ τὴν δωρεὰν τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ, τὴν δοθεῖσάν μοι κατὰ τὴν ἐνέργειαν τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. 7 Cuius factus sum minister ex dono gratiæ Dei, quod datum est mihi secundum efficacitatem potentiæ ipsius.

ἐμοὶ τῷ ἐλαχιστοτέρῳ πάντων τῶν ἁγίων ἐδόθη ἡ χάρις αὕτη, ἐν τοῖς ἔθνεσιν εὐαγγελίζεσθαι τὸν ἀνεξιχνίαστον πλοῦτον τοῦ χριστοῦ, 8 Mihi *inquam* minimo omnium sanctorum data est gratia hæc, inter Gentes euangelizã di imperuestigabiles opes Christi.

καὶ φωτίσαι πάντας τίς ἡ οἰκονομία τοῦ μυστηρίου τοῦ ἀποκεκρυμμένου ἀπὸ τῶν αἰώνων ἐν τῷ θεῷ, τῷ τὰ πάντα κτίσαντι διὰ ἰησοῦ χριστοῦ, 9 Et in lucem proferendi omnibus quæ sit communio mysterij quod erat abscõditum à seculis in Deo, qui omnia condidit per Iesum Christum:

ἵνα γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, διὰ τῆς ἐκκλησίας, C τὴν πολυποίκιλον σοφίαν τοῦ θεοῦ. 10 Vt nota fiat nunc imperijs ac potestatib. quæ in cœlis *sunt* per Ecclesiam, multiformis sapientia Dei,

κατὰ πρόθεσιν τῶν αἰώνων, ἣν ἐποίησεν ἐν τῷ χριστῷ ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, 11 Secundum propositum æternum quod constituit in Christo Iesu Domino nostro:

2 Audistis ἠκούσατε. Loquitur de uocatione sua peculiariter Gentibus destinata, ut de re omniũ sermonibus celebrata. 3 Per reuelationem κατ' ἀποκάλυψιν. Innuit se Apostolum esse ἀμίσσως uocatum: quæ historia refertur Act. 9, c. 15, & 22. f. 21, & passim celebratur in ipsius epistolis. Paucis ἐν ὀλίγῳ. Vel paulo ante, nempe primo capite huius epistolæ. Neque enim uideo unde colligere possimus alteram fuisse scriptam epistolam quæ excident. De mysterio diximus suprà 1. b. 9.

4 Ex quo πρὸς ὅ. Cohæret hoc cum uerbo νοῆσαι, & accipitur πρὸς ut in illo Ouidij, Mortua crede mihi, tamen ad tua uerba reuixi. Participium autem ἀναγινώσκοντες ponitur sine casu. Græcorum more, ut in illo Virgilij, Et demum amplexæ simulachra tenebant. Quem hellenissimum ut uitarem, conuerti, ex quo perlecto. Optimo uerò iure de se ista prædicare Apostolum, re ipsa cognoscet quisquis perspexerit quàm sublimiter ac prorsus diuinè totũ illud argumentum ab initio epistolæ pertractarit.

5 Filijs hominum τοῖς υἱοῖς ἀνθρώπων. Hebr. לבני אדם. id est hominibus. Quid uerò? Annon hoc olim sanctis Patribus fuit patefactum? Respondeo, non ita multis præsertim quod ad uocationem Gentium attinet, idq; diruto intergerino pariete. Deinde ut reuelatũ fuerit prophetis, qui etiam id fore prædixerunt, tamen diuersa ratione ac mensura fuit illis hoc mysterium quasi eminus & cum inuolucris ostensum, quum Apostoli præsentem claritissimam lucem sint intuiti. quanuis initio de uocatione Gentium dubitarit etiam Petrus. Itaque addidit Paulus particulam ὡς. Adiunxit autem Apostolis Prophetas. de quorum munere diximus Rom. 12. b. 6, & 1. Cor. 14. b. 2 & 3. D

6 Concorpores σύσσωμα. Vide Gal. 3. c. 16, & d. 28, & suprà 1. b. 10. Vulg. concorpores. Eras. eiusdem corporis.

9 Communio κοινωνία. Vulg. dispensatio, οἰκονομία, & ita etiam ueteres nostri libri scriptum habebant. Per Iesum Christum διὰ ἰησοῦ χριστοῦ. Vetus interpres hoc nõ legit, nec Hieronymus habet, nec Ambrosius, reperi tamen in omnibus Græcis, & sane maximam habet emphasin. Sic enim colligit Apostolus, Vnus Deus omnes condidit: sic etiam nunc omnes ad se uocat. condidit autem per Christum, sic per Christum instaurat.

10 Per Ecclesiam διὰ τῆς ἐκκλησίας. Ecclesiam ex tam multis tamque diuersis hominum generibus collectam significat quasi exemplar aut speculum esse, in cuius contemplatione ipsi etiam Angeli proficiant, quatenus scilicet in tam multiplicis turbæ coniunctione, & tam consentiente, ut ita dicam, discordia longe melius apparet multiplex illa Dei sapientia, quàm in unius Synagogæ gubernatione. Nec uelim quidem hic ego subtilius de Angelis philosopharij quasi concionibus interfint, & Ecclesiæ ministerium ad illos etiam pertineat. qua de re utdequæ tradit in hunc locũ doctissimus interpres. De his autem nominibus quæ Angelis tribuuntur, diximus Rom. 8. c. 39.

Multiformis πολυποίκιλος. Id est πολύμορφος. Nam res ipsa non uariatur, quum unus semper Christus fuerit propositus, ad quem etiam Lex, tanquam pædagogus, Iudæos ducebat: sed uariata est œconomia, quæ rursus infinitas habet formas, si applicatio multiplex æstimetur ex locorum, personarum & temporum circunstantijs, quas omnes Dominus ad eundem finem adducat.

11 Propositum æternum πρόθεσιν τῶν αἰώνων. Vulgata & Eras. præfinitionem seculorum. Ego πρόθεσιν. i. propositum, ut sontem ipsius προορισμόν, id est præfinitionis & prædestinationis, considero: & יעלומים, id est seculorum cum doctissimo interprete, accipio κατὰ τὸ αἰωνίς, ex idiotismo Hebræis persamiliari. Aeternum autem accipio quod omni principio sit antiquius. Quod constituit ἣν ἐποίησεν. Ad uerbum, quod fecit. sicut in uernaculo sermone dicimus, *fare une délibération*: quanuis nõ desint qui ἐποίησεν accipiant pro præstitit. Quod autem relatiuum ἣν nonnulli ad sapientiam, nonnulli ad Ecclesiam referunt, minùs est, quum per se plana sit sententia.

In quo habemus libertatem, & aditum cũ fiducia, per fidem ipsius.

12 ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν παῤῥησίαν, καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐν πεποιθήσει, διὰ τῆς πίστεως αὐτοῦ. A

Quapropter peto ne segnescatis ob afflictiones meas pro uobis, quæ est gloria uestra.

13 διὸ αἰτοῦμαι μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσί μου ὑπὲρ ὑμῶν· ἥτις ἐστὶ δόξα ὑμῶν.

Orat Paulus ut Ephesij confirmẽtur in fide.

Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi.

14 τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ex quo tota familia in cælis & in terra nominatur.

15 ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται,

Vt det uobis, pro diuite sua gloria, ut fortiter corroboremini per spiritum suum in interiori homine.

16 ἵνα δῷ ὑμῖν κατὰ τὸ πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ, δυνάμει κραταιωθῆναι διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ, εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον.

Vt inhabitet Christus per fidem in cordibus uestris: ut in charitate radicati & fũdati,

17 κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν διὰ τῆς πίστεως ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐν ἀγάπῃ ἐῤῥιζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι, B

Valeatis assequi cũ omnibus sanctis, quæ sit latitudo & lõgitudo & profunditas & sublimitas:

18 ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις, τί τὸ πλάτος καὶ μῆκος, καὶ βάθος καὶ ὕψος,

Et cognoscere excellẽtiorem illam quàm ut cognosci possit charitatem Christi: ut impleamini ad omnem usque plenitudinem illam Dei.

19 γνῶναί τε τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ, ἵνα πληρωθῆτε εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα τοῦ θεοῦ.

12 Per fidem ipsius *διὰ τῆς πίστεως αὐτοῦ*. id est, per fidem in illum. Vide Rom. 3, c. 22.

13 Quæ est, &c. *ἥτις ἐστί*, &c. Hæc trita est regula apud Hebræos, relativum inter duo nomina positum, cum alterutro promiscue congruere. ut Philip. 1. d. 28.

14 Domini nostri Iesu Christi *τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*. Hanc partem dicit Hieronymus in Latinis codicibus additam, quum in Græcis non extet. Non enim, inquit, loquitur Paulus proprie de Patre Dñi nostri Iesu Christi, sed in genere flectit genua ad illum Patrem, quem omnes creaturæ rationabiles agnoscunt conditorem & authorẽ. C Atqui in omnibus ueteribus libris & scholijs quoque Græcis hæc particula additur, & addi etiam debet, opinor. Neque enim mihi uidetur Deum Patrem nisi in Christo inuocare: que ratione tamen non omnium, sed fidelium tantùm est Pater. Denique si Deum extra Christum consideraris, quænam erit Patris inuocatio? ut hac quidem in re palàm profiteri non pudeat me à Hieronymo dissentire.

15 Ex quo *ἐξ οὗ*. Ex quo scilicet Patre per Christum, uel, ex quo Christo. Is enim unus filios Dei fecit quicunq; ab origine mundi in ipsum crediderunt, Iohan. 1. b. 12. Tota familia in cœlis & in terra nominatur *πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται*. De Ecclesia Dei ex Gentibus & Iudæis coagmentata Paulum differere satis constat. Itaque miror cur particulam *πᾶσα* non animaduerterint interpretes positam pro ὅλη, ut supra 2. d. 2. *πατρία* autem quàm Vetus interpres paternitatem conuertit, Hieronym. parentelam, Erasmus, cognationem à communi Patre, satis liquet familiam declarare, id est Gẽtem quæ communem unum patrẽfamilias habeat: ut sane habet Ecclesia in Christo adoptata, quæ etiam idcirco domus Dei dicitur, ut 2. Timot. 2. c. 20. cuius ciues uocant domesticos Dei supra 2. d. 19. Externi sunt igitur quicunque non sunt destinati adoptioni in Filio, & patrem habent diabolũ, ut Iohan. 8. f. 44. super quos manet ira Dei, Iohan. 3. d. 36. ut planè non possit eorum interpretatio admitti qui *πᾶσα* exponunt omnis: nisi eadem permutatione Omnis pro Tota accipiant. Iam uerò quod additur in cœlis, si ad nomen familiæ referre placet, dixerim ad eos pertinere, qui, quum Christus uenisset, iam in cœlis erant, & tamẽ in eodẽ atq; nos Filio adoptati, una nobiscum familiam constituunt, ut exposuimus supra 1. b. 10. Nam ne hic quidem uelim de Angelis subtilius philosophari. quibus uix sane puræ adoptionis nomen conuenire, ut hac ratione in hac *πατριᾷ* non possint commodè comprehendi, cuius uinculum nostra in filio adoptio existat. Sin autem coniunxerimus cum uerbo *ὀνομάζεται* nominatur, non tam erit prægnans, ut ita dicam, sententia. Tantùm enim significabitur, ipsius Domini familiæ celebritatem, huius mundi spatijs non terminari, sed in ipsis etiam cœlis commorari, ut Luc. 2. b. 14, & 15. b. 7. Itaque priorem D expositionem ut uberiorem amplector. Postremo *ὀνομάζεσθαι* significat ex alicuius nomine celebrari, uti iam tum fideles omnes à Christo Christiani dicebantur. Sed memmerimus rem ipsam esse cum nomine copulandam.

16 Pro diuite sua gloria *κατὰ τὸ πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ*, id est pro magnitudine misericordiæ ipsius. Id enim est quod *δόξαν* uocat, ob eam causam quam exposuit supra 1. b 3. & 6. & 12. Sed & opulentiam gloriosam possis interpretari, eadem, aut certè non multum diuersa sententia.

In interiori homine *εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον*. *εἰς* pro *ἐν* accipio. Vide Rom. 7. d. 22.

17 Vt inhabitet *κατοικῆσαι*. Iterùm notanda emphasis uerbi *κατοικεῖν*, quam exposuimus Matth. 2. d. 23. Huc pertinet quod scriptum est Iohan. 6. d 37, & 14. c. 23.

In cordibus *ἐν καρδίαις*. Non dicit in linguis. nisi cor linguam appellat, ut meritò dicat unusquisq;, Credidi, ideo loquutus sum. In charitate *ἐν ἀγάπῃ*. Charitatem intellige qua diligimur à Deo. Hæc enim est radix, hoc fundamentum electionis nostræ, ad quod ubique nos reuocat Apostolus, ut supra 1. a. 4, & alibi passim. Radicis enim & fundamenti nomen quomodo fructibus tribuas?

Radicati & fundati *ἐῤῥιζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι*. Sic rectè Vetus interpres, Erasmus tamen prætulit periphrasin, fixis radicibus, & fundamento tacto. Cæterùm cohærent hæc participia cum sequenti uerbo *ἐξισχύσητε*, estque particula *ἵνα* explicanda per traiectionem, quæ non modo non est insolens, sed etiam elegans habetur. Certè apparet Paulum ea delectatum non uno in loco, sed satis multis, ut prima ad Corinthios 9. c. 15, & 2. Corinth. 2. b. 4, & Galat. 2. b. 10. Vide ad Romanos 12. d. 31.

18 Quæ *sit* latitudo, &c. *τί τὸ πλάτος*, &c. Id est, quàm sit hoc opus nostræ in Christo conciliationis omnibus suis numeris & partibus absolutum. Sumpta autem est à Geometricis mensuris translatio. ut mirum sit ueterũ nonnullos tam procul à scopo aberrasse.

Excellentiorem quàm ut cognosci possit *ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως*. Id est quæ superat humani scilicet ingenij captum, ad id quidem, ut plene animo concipi possit. quum alioqui quisque Spiritu Dei fretus pro modulo suo tantùm percipiat quantum satis est ad salutem. *γνῶσιν* enim uocat facultatem ipsam cognoscendi, non cognitionis habitum.

habitum. Est autem hæc plana expositio & cum superiore metaphora prorsus consentiens, atque etiam cum eo quod scripsit suprà uersiculo octauo, nempe imperuestigabiles esse Christi opes. Quod autem attinet ad constructionem uerbi ὑπερβάλλειν, non erat quod de ea ambigeret Erasmus. Sic enim apud Aristotelem bis in eadem pagina inuenitur libro de Republica 3, Μυθολογοῦσι γὰρ καὶ ἄλλοι τοὺς ἀρχηγοὺς τοὺς Ἡρακλείας πλεῖν ἐπὶ θῆραν, διὰ τὸ πολλοὺς κτείνειν· ἐν γὰρ τῷ θήρᾳ ἦν αὐτοῦ ἄγειν τοὺς ἀρχηγοὺς μεθ' ἑαυτῶν ἄλλους, ὡς ὑπερβάλλοντας τῷ πολλοὺς ἀνδρώπους. Idem paulo post, ὥστε γὰρ ἐν τῷ θήρᾳ ὑπερβάλλοντα τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀνδρῶν. Quidam igitur in hoc explicando loco frustra se torserunt, ut Hieronymus, qui interpretatur eximiam directionem cognitionis Christi: obscuro sensu, & traiectione ita uiolenta ut admitti certe non possit. Sed magis etiam hunc locum torquent qui τῆς γνώσεως attexunt præcedenti uersiculo. cuius constructionis meminit etiam Photius. Apud Ambrosium uerò perinde legitur contextus, ac si scriptum esset τοῦ γνῶναι τῆς ἀγάπης, aut certe permutata constructio. cuiusmodi pene hypallagē annotauimus Act. 5 d. 20. Vertit enim, supereminentem scientiam charitatis Christi. quo modo etiam legitur apud Augustinum epistola 120, ut Erasmus obseruauit. Vulg. supereminentem scientiæ. Erasm. supereminentem cognitioni.

Charitatem Christi ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ. Id est, quam exhibuit nobis Deus in Christo, ut Iohan. 3. b. 16, & Rom. 5. b. 8. Vel qua Christus ipse filius Dei nos complexus est, ut Iohan. 15. b. 13.

Ad omnem, &c. εἰς πᾶν, &c. Id est, ita ut in nobis abundent quæcunque ad nostram illam in Deo perfectionem requiruntur. Nam εἰς pro μέχρι accipitur: ut εἰς τέλος pro eo usque, & εἰς τοῦτο pro hactenus, & εἰς πάσας, infrà uers. 21. quo modo etiam apud Hebr. ponitur ל pro עד. additus autem articulus refert eam plenitudinem de qua superiore uersiculo disseruit: ut plenitudo Dei dicatur non qua Deus ipse plenus est, id est plena diuinitas (quis enim hanc capiat?) sed ingens illa Dei beneficentia in Christo, cuius nos facit participes & cohæredes. Deinde plenitudinem magis uertere quam perfectionem: propterea quòd paulo ante dictum est Christum in cordib. nostris habitare, ut Deus quodammodo in ipso nos impleat, & nos Deo ueluti impleamur in ipso.

B

τῷ δὲ δυναμένῳ ὑπὲρ πάντα ποιῆσαι ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ, ὧν αἰτούμεθα, ἢ νοοῦμεν, κατὰ τὴν δύναμιν τὴν ἐνεργουμένην ἐν ἡμῖν,

20 Et uerò qui potest infinita cum redundantia facere omnia suprà ea quæ petimus, aut mente cõcipimus, pro ui illa agẽte in nobis,

αὐτῷ ἡ δόξα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων. ἀμήν.

21 *Sit* gloria in Ecclesia per Christum Iesum, in omnes ætates seculi seculorum. Amen. *Gratiarũ actio.*

ΚΕΦΑΛ. Δ.

Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς ἐγὼ ὁ δέσμιος ἐν κυρίῳ, ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως, ἧς ἐκλήθητε,

CAPVT IIII.

1 PRecor itaque uos ego captiuus in Domino, ut ambuletis ita ut dignum est uocatione qua uocati estis, *Hortatur Paulus ad operã.* Philip. 1. d. 17. colos. 1. b. 10. 1. Thes. 3. c. 12.

μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης καὶ πραότητος, μετὰ μακροθυμίας, ἀνεχόμενοι ἀλλήλων ἐν ἀγάπῃ,

C

2 Cum omni modestia ac mansuetudine, cũ animi lenitate, tolerantes alij alios per charitatem,

σπουδάζοντες τηρεῖν τὴν ἑνότητα τοῦ πνεύματος ἐν τῷ συνδέσμῳ τῆς εἰρήνης.

3 Studentes seruare unitatem Spiritus per uinculum pacis.

ἓν σῶμα, καὶ ἓν πνεῦμα, καθὼς καὶ ἐκλήθητε ἐν μιᾷ ἐλπίδι τῆς κλήσεως ὑμῶν.

4 Vnum *est* corpus & unus Spiritus, sicut & uocati estis in unam spem uocationis uestrę.

εἷς κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα,

5 Vnus Dominus, una fides, unũ baptisma.

εἷς θεὸς καὶ πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν ὑμῖν.

6 Vnus Deus & Pater omnium, qui est super omnia, & per omnia, & in omnibus uobis.

20 Infinita cum redundantia ὑπερεκπερισσῶς. Ad uerbum, suprà [quam] redundanter. Vulg. superabundanter. Erasm. cumulatè. neuter satis ἐμφατικῶς.

Pro ui, &c. κατὰ δύναμιν, &c. Id est pro ea facultate quam in nobis iam uigere experimur.

21 *Sit* gloria αὐτῷ ἡ δόξα. Redundat relatiuum αὐτῷ ex Hebræorum idiotismo, ut ᾧ in simili prorsus loco, ad Romanos capite 16. d. 27.

In omnes ætates seculi seculorũ εἰς πάσας τὰς γενεὰς τῆς αἰῶνος τῶν αἰώνων. Hebr. לכל דורות עולם עולמים.

IN CAPVT IIII.

D

1 Precor παρακαλῶ. Eras. hortor. Mihi uerò uidetur illud magis appositum. In Domino ἐν κυρίῳ. Hebr. בארני. id est Domini causa, siue ob Domini negotium. Ponitur enim ב pro בעבור, id est propter. ut Genes. 29. c. 18.

Vocatione τῆς κλήσεως Vocationem uniuersalem fidelium intellige: nempe ut sancti sint sicut Deus sanctus est, ad quem uocati sunt in Christo. De ipso uerò nomine Vocationis sæpe iam à nobis dictum est.

2 Modestia ταπεινοφροσύνης. Vide Act. 20. d. 19. Cum animi lenitate μετὰ μακροθυμίας. Vulg. cum patiẽtia. Vide Matt. 18. c. 26. Ambrosius certe procul aberrauit, quum magnanimitatem conterreret.

3 Spiritus τῆς πνεύματος Spiritum accipio pro Spirituali. siue cuius uinculum est Spiritus sanctus. Ita enim distinguit amicitiam illam cuius præcepta tradiderunt philosophi, à Christiana coniunctione. simulque sibi patefacit aditum ad proximum argumentum.

4 Vnum *est* corpus ἓν σῶμα Vide 1. Cor. 12. b. 12, & 13.

Vnus spiritus ἓν πνεῦμα Vnus scilicet spiritus quo in unum corpus coniungimini, ut iam alij ab alijs odio dissidere non possitis, quum spiritus idem & unus non possit à seipso dissidere. Quòd si spiritum accipiamus pro animo, dicentur fideles esse quasi unum corpus & unus animus, propter summam coniunctionem. ut Act. 4. f. 32. quod & philosophi de amicitia dixerunt, sed non eodem iure, quum istius coniunctionis & uinculum & scopum non nossent. Quoties autem unum hîc legimus, toties nectatur conclusio, quod unum est, discerpi non posse.

6 Qui est super omnia, & per omnia, &c. ὁ ἐπὶ πάντων, &c. Erasmus, super omnia, & per omnia, & in omnibus uobis. Vulgata, super omnes, & per omnia, & in omnibus uobis. Est autem, fateor, ambiguum genus, sed in duobus duntaxat prioribus. Nam tertium omnino masculini generis est. Itaque miror, quum Erasmus reprehenderit interpretem quod in eodem genere nõ perseuerarit, & res personis miscuerit, qui non animaduerterit se in eandem reprehensionem necessariò incurrere, ut qui priora duo rebus tribuat, postremum autem eogatur personis accommodare. Nam contra omnium Græcorum codicum fidem, Hieronym. expungit pronomen ὑμῖν. cuius etiã dictũ nolim temerè & sine distinctione concedere, in omnibus scilicet esse Spiritũ sanctũ: quod Spiritũ sanctũ ab esse dictu sic uocatum esse existimem, potius quam à natura: quum per se satis intelligatur sanctus esse qui Deus est. Deinde

(quod rectè omnino expendit doctissimus interpres) considerari debet huius loci circunstantia. Non est autem instituendus sermo de illa uniuersali gubernatione, sed de mutua fidelium in uno patre coniunctione: quæ sanè nihil commune habet cum brutis animalibus. qua etiam ratione nomen Patris apposuit, quod nonnisi Christi membris competit, ut prorsus sine causa Hieronymus hic sese fatiget. Quanis igitur priora duo generaliter de omnibus rebus creatis accipi possint, ut Ierem. 13. b. 23, & Act. 17. f. 28, tamen ad scopū Apostoli sunt restringenda quæ de imperio & præsentia Dei commemorat. Deinde quanis interdum Paulus in eo argumēto πάντα usurpet neutro genere, tamen quia sequitur ἐν πᾶσιν ὑμῖν masculino genere, multò melius congruit omnia ad idem genus accomodare. Quod autem ad rem ipsam attinet, ἐπὶ πάντων designat unius in totam Ecclesiam summum imperium, διὰ πάντων prouidentiā per omnia Ecclesiæ membra diffusam, ἐν πᾶσιν nostram illam cum Deo coniunctionem in Christo. quæ tria non uidetur agnoscere quisquis fraternam concordiam uiolat: ut planè fuerint impudentes hæretici, quum ex istis ſ labarum aucupijs uellent trium hypostaseōn imparitatem statuere: ut pluribus docet Basilius in libello de Spiritu sancto ad Amphilochium. Postremo hac occasione descendit Apostolus ad sapientiam Dei infinitam in his tribus tum in toto Ecclesiæ corpore, tum in singularum partium concinna dispositione describendam. Quod autem subijcit Pro mēsura doni Christi, intellige doni quod Christus contulit, uel quod est in Christo collatum.

Sed unicuiq; nostrum data est gratia pro mensura doni Christi.

7 ἑνὶ δὲ ἑκάστῳ ἡμῶν ἐδόθη ἡ χάρις κατὰ τὸ μέτρον τῆ δωρεᾶς τ̄ χριστοῦ.

Quapropter dicit, Quum ascēdisset in sublime, captiuam duxit captiuitatē, & dedit dona hominibus.

8 διὸ λέγει· ἀναβὰς εἰς ὕψος, ἠχμαλώτευσε αἰχμαλωσίαν, καὶ ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις.

(Cæterùm illud Ascendit, quid est nisi q̄ etiam descenderat prius in infimas partes terræ?

9 (τὸ δὲ ἀνέβη, τί ἐστιν, εἰ μὴ ὅτι καὶ κατέβη πρῶτον εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς;

B

Qui descendit, ipse est qui etiam ascendit lōgè suprà omnes cœlos ut impleret omnia)

10 ὁ καταβὰς, αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω πάντων τ̄ οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα)

8 Captiuiratem αἰχμαλωσίαν. i captiuorum multitudinem. Est enim μεταφορικῶς explicatus uictoris ducis triumphus. Hostes autem isti sunt, diabolus, Mors, Peccatum, quicquid demiq; se opposuit humili Christo. Captiuitatē uerò pro captiuis dixit, ex idiotismo Hebræis familiari, cuius multa passim exempla occurrunt. & quod ad huius loci applicationem attinet, adeò propria est ista explicatio quam affert Paulus, ut aliæ omnes tranilatitiæ sint, uel ipsis in eo consentientibus Iudæis. Nam ad Dauidem certè istam ascensionem referri non posse liquet ex præcedenti & sequenti uersiculo, quanuis Aben Ezra aliter censeat. Deus uerò qua ratione dici potest in sublime ascendisse, nisi prius e sublimi descenderit? Nam alibi quidē Deum esse exaltatum, id est sublimem, lego. rogat etiam Dauid aliquoties ut exaltetur suprà cœlos, id est magnificentiæ suæ sublimitatem declaret. sed ubi dicatur, ascendisse in altum, pro gloriā suam insigni aliquo facto quasi euexisse, ut nonnulli hic exponunt, nusquā adhuc inueni. Itaq; Kimhi quanis alioquin à uero sensu aberret, tamen uidit hæc esse ad Deum referenda qui e terra in cœlum migrarit, sed quod translatitiē explicat credamus potius Paulo propriè esse de Messiæ in cœlos reditu explicandum.

Dedit dona hominibus ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις. Hebræa ueritas habet לקחת מתנות באדם. i. accepisti C dona in hominibus. Plurimum autem differunt accipere & dare. Quid igitur? nempe sensum genuinum spectauit Apostolus. Sequitur enim gratiarum actio, Benedictus Deus qui quotidie nos onerat donis suis scilicet. Ergo in באדם accipitur ב pro בעבור uel ל, ut Genes. 32. d. 13. Denique in hac explicatione consentit cum Paulo Chaldaica paraphrasis, quod ad dicendi genus attinet, quanuis inepte ista de Mose interpretetur, ut etiam impius ipse R. Salomon.

9 In infimas partes terræ εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς: i. in terram, quæ pars est mundi infima, ut quidam idonei interpretes explicant. Nam qui ad Iymbum uel ad inferos detorquēt, uix digni sunt refutatione, inter quos etiam Origenes in sextum caput epistolæ ad Romanos (ut errorem erroribus cumularet) captiuitatis nomine quam Dominus uictor abduxerit, eos intelligit qui cum Christo resurrexerunt. de quibus Matt. 27. f. 53, qui inquit, introierunt in sanctam ciuitatem, i. Hierusalem. Sed age istas nugas finamus. Hoc ego uerò lectori expendendum relinquo ex cuiusdam interpretatione, ecquid Paulus his uerbis designarit ipsum Virginis uterum. Extat enim locus Psal. 139. b. 15, ubi Dauid uterum in quo fuerat formatus, translatitiē uocat תחתיות ארץ, id est inferiora terræ.

10 Longè suprà ὑπεράνω. Vulgata & Eras. supra. Vide suprà 1 d. 21. Quod autem nonnulli curiosi homines hīc disceptant, supra cœlos nullum esse locum, itaq; corpus Christi esse ἀπερίγραπτον, Sophistis relinquamus. Christum scimus uerum hominē fuisse, nec esse desijsse, ac proinde finitum corpus, unitam animam habere, icimus in cœlos ascendisse, gloriæ Patris socium, nec inde prius uenturū quàm iudicet uiuos & mortuos: nos autem fide ad eum per Spiritum sanctum subuectos, uerè unum cum ipso fieri, ut uitam æternam in eo per imputationē gratis adipiscamur, cuius etiam Spiritu mortui peccato, uiuimus iustitiæ. Hæc fides, hæc spes est Christianorum quæ fallere non potest. nititur enim gratuita Dei promissione, quam prædicat uerbum, amplectitur per Spiritum sanctū fides, obsignant D in nobis per eundē Spiritum instituta à Domino Sacramenta. Cætera curiosis Sophistis uexanda relinquamus.

Vt impleret ἵνα πληρώσῃ. i. donis & beneficijs suis cumularet. Sic enim accipitur uerbum מילא in hac constructione, ut Esa. 23. a. 2, & Ierem 31. e. 25, ubi etiam תרוה & מילא usurpantur tanquam synonyma. Deinde constat hanc esse testimonij Dauidis explicationem. Quemadmodū igitur illud ascendit, &c. applicatur Christi ascēsioni: ita illud, Dedit dona hominibus, respondet isti particulæ, Vt impleret omnia: ut planè uideatur etiam alludere Paulus ad sequentem uersiculum illius psalmi ubi dicitur Dominus suos onerare: metaphora à solennibus epulis sumpta, quum principes post partam uictoriam toti populo liberalitatem suam testabantur, solennibus præsertim sacrificijs, quibus erant coniuncta conuiuia, ut passim ex sacris etiam historijs licet intelligere. Itaq; uerbum implere, hoc in loco nō accipitur pro perficere, nisi ex consequenti, quatenus scilicet Christi donis perficimur: neque etiam propriè pertinet ad hunc locum quæstio quomodo Christus sit ubique, sed potius quomodo nos donis suis cumulet, nempe per Spiritū suum, ut testatur Iohan. 14. b. 16, & d. 26, & 15. d. 26. Sed prorsus reijciendi sunt ij qui conātur ex hoc loco non minus impudenter quàm impiè Christo corpus humanum ἀπερίγραπτον. i. corpus non corpus tribuere, acipem nostram à fundamentis conuellere. Nam non modo nisi fuerit, sed etiam nisi sit Christus uerus ac naturalis homo, frustra speramus quod speramus, & Spiritus sancti uirtutem ignorat qui nos Christi corporis participes fieri non posse putat nisi è cœlis eliciatur, ut naturalibus corporis qualitatibus spolietur. Omnia τὰ πάντα. De Ecclesia Paulū loqui cōstat ex tota argumenti serie, & testimonij etiam applicatione, quam paulò ante expositimus. Itaque uniuersalis particula ad id de quo agitur restringenda est, ut diximus suprà uer. 6. quam tamen uidetur Apostolus usurpasse de industria, non modò ut uniuersi subijcerentur Christo sine exceptione, sed etiam ut Iudæorum & Gentium discrimen sublatum esse ostenderet. Præterea uerò notanda est distributio Apostoli, ut qui priore loco commemoret quasi ædificij architectos: deinde ad summum & ultimum fastigium accedat.

11 Apostolos

A καὶ αὐτὸς ἔδωκε τοὺς μὲν ἀποστόλους, τοὺς δὲ προφήτας, τοὺς δὲ εὐαγγελιστὰς, τοὺς δὲ ποιμένας, καὶ διδασκάλους.

11 Deditigitur ipse alios quidem Apostolos, alios uerò Prophetas, alios autem Euangelistas, alios autem Pastores ac Doctores. *Apostoli Prophetæ Doctores ad quid constituti.*

πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῶν ἁγίων, εἰς ἔργον διακονίας, εἰς οἰκοδομὴν τοῦ σώματος τοῦ χριστοῦ.

12 Ad coagmẽtationem sanctorum, ad opus ministerij, ad ædificationem *inquam* corporis Christi.

μέχρι καταντήσωμεν οἱ πάντες εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως, καὶ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ χριστοῦ

13 Donec euadamus oẽs in unitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in uirum perfectum, in mensuram staturæ adulti Christi:

ἵνα μηκέτι ὦμεν νήπιοι, κλυδωνιζόμενοι καὶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῇ διδασκαλίᾳ, ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἐν πανουργίᾳ πρὸς τὴν

14 Vt non amplius simus pueri, qui fluctuemus, & circunferamur quouis uento doctrinę, in hominum alea ueteratoria ad insidioſe

11 Apostolos ἀποστόλους. Istos hoc nomine proprie uocatos legimus duodecim fuisse (quibus accesit Paulus B peculiariter Gentibus destinatus) à Christo ipso destinatos ἐφέσ. quanquam uidetur etiam aliquatenus adiungendus Barnabas, ex eo quod scriptum est Act. 13. a. 2. Horum autem officium fuit per uniuersum orbem terrārum Ecclesias suo quodam (ut ita dicam) iure constituere, ut ex Christi mandato & tota eorum historia apparet. Constitutis ergo Ecclesijs hoc quoque munus necessariò fuit sublatum. Itaque tyrannica hodiè uox est in Ecclesia, sese Apostolum ex successione profiteri: quantomagis sese Apostolorum principem dicere? Nam certè Paulus nullū eiusmodi primatum unquam tribuit, nisi Christo capiti. Atenim ministeriali capite opus est. Litiga igitur cum Apostolo tu quisquis es, id est cum Spiritu sancto. Nam proprius hic locus erat de catholica Romana uel alia quapiam Ecclesia differendi, quanquam catholica qui esse potest quæ Romana dicitur? Prophetas προφήτας. Hunc ordinem etiam suprà Apostolica coniunxit, 3. a. 5. ex quo apparet fuisse Prophetarum munus unum ex præcipuis, ut qui in primis illis initijs sapientia aliqua eximia pollerent, non modo in interpretādo, sed etiam in administrandis Ecclesijs quas Apostoli constituerant, prout diuersa incidebant negotia: adeò ut in hoc etiam ordine nonnulli dono prædicendi futura pollerent, ut ex Sacra historia licet cognoscere. Vide Rom. 12. b. 6, & 1. Corint. 14. a. 2. Fuit ergo hoc munus etiam temporarium, quanuis non extincta sit ipsa gratia. Euangelistas εὐαγγελιστάς. Hoc nomine eruditi interpretes eos intelligunt quibus comitibus utebantur Apostoli in suo fungendo munere, quòd omnibus non possent sufficere, nedū ut princeps aliquis Apostolorum in terris esset. Eiusmodi erant, Timotheus, Titus, Syluanus, Apollos: quos ita secum coniungit Paulus, ut tamen in inscriptione epistolarum se unum dicat Apostolum. Sed & nominatim Timotheus dicitur Euangelista, 2. Tim. 4. b. 5. Fuit ergo hoc etiam munus temporarium. Pastores ac doctores ποιμένας καὶ διδασκάλους. Assentior Ambrosio qui hæc quoq; munera distinguit. Nam ratio parùm firma est quæ Hieronymum & Augustinum mouit ut confunderent, nempe quia copula duntaxat est interiecta. Fateor tamen Doctorum nomen latè patere, ut 1. Cor. 12. d. 28. Sed tamen apparet aliquod fuisse discrimen, quod in isto compendio uideatur uix locus esse sy- C quos uocarint exorcistas: quos ego inter dona sanationum recenseo, quorum sit mentio 1. Corinthiorum 12. d. 30. Nam ipsum nominis etymon hanc opinionem refellit: & res ipsa ostendit, Apostolum hoc loco differere de ijs duntaxat muneribus quæ ad doctrinam pertinent. quamobrem etiam gubernationes & opitulationes præterit, & alia nō nulla in epistola illa priore ad Corinthios commemorata. Doctoris igitur munus fuisse puto, cum Vetere interprete, uerbum Domini fideliter explicare, & ueluti scholam Ecclesiasticam regere, ut syncera doctrina dogmatum, & uerę interpretationes in Ecclesia retinerentur, sicut docuit Alexandriæ Origenes. cui deinde quum concessum esset cōcionari in cœtu, non defuerunt qui hoc præter maiorum consuetudinē factum esse dicerent. ut explicatur apud Niceph. lib. Eccles. hist. quinto, capite 14. At Pastorum (qui & Episcopi dicebantur, ut 1. Petr. 2. d. 25) munus longe latius patebat, nimirum uerbo & orationi uacare, & Ecclesiam sibi commissam modis omnibus tueri. Ex quibus etiam satis perspicitur, hæc duo munera perpetua esse in Ecclesia Dei.

12 Ad coagmentationem πρὸς τὸν καταρτισμὸν Vul. ad consummationem. Erasm. ad instaurationem. Vide 1. Cor. 1. b. 10. Corporis Christi τῦ σώματος τῦ χριστῦ. 1. Ecclesiæ, ut 1. Cor. 12. d. 27, & suprà 2. d. 13.

13 In unitatem fidei εἰς ἑνότητα τῆς πίστεως. 1. ad eam summam coniunctionem cuius uinculum est fides, ut nullæ partes hient, nihil sit luxatum, nihil non suo loco aptè collocatum ac cohærens.

In uirum perfectum εἰς ἄνδρα τέλειον. Id est, adultum. nam ἀνὴρ hoc in loco ætatem designat translatitiè, ut diximus 1. Corint. 13. d. 11. Nam Ecclesiam corpori comparat, cuius anima sit Christus. Itaque sicut anima paulatim confirmatis organis facultates suas edit in corpore, ipsumq; adeò corpus sibi uegetat, donec ad iustam & consistentem ętatem perueerunt: ita etiam quandiu in hac uita uersamur, par est ut in uita illa æterna ac spirituali crescamus, do- D nec in Christo adoleuerimus, & uicissim Christus in nobis. quod quādo & quomodo futurum sit, copiosè etiam extem illam declarat, uel ut singuli meminerint hanc doctrinam ligillatim etiam ad se pertinere. At Clemens in Pædagogo, uiri perfecti nomine Christum ipsum intelligit.

Staturæ adulti Christi ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ χριστοῦ. Quia sit mētio τοῦ μέτρου, id est mensuræ, ἡλικίαν mutant: & nos simili ratione dicimus *hauteur* in uernaculo nostro sermone, sicut ἡλικία ab ἥλιος deducitur. Cæterùm τοῦ πληρώματος τοῦ χριστοῦ interpretor ex Hebræorum idiotismo τοῦ πληροῦντος χριστοῦ. id est, τελείου. Dicitur enim hoc in loco Christus non in sese, sed in nobis adolescere, pro nostri in ipso & ipsius in nobis efficacitatis incremento. Colos. 1. d. 19.

14 In hominum alea ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων. i. incertis illis casibus quibus iactantur homines. Græcis enim certum est λυβείαν dici quam Latini aleam uocant. quod nomen translatitie de quibusuis incerti euentus rebus dicitur: ut nulla magis fuerit apposita metaphora significandæ hominum desultoriæ, ut ita dicam, leuitati. Neque enim hic duntaxat uerum est quod ait Comicus, Quot capita tot sensus: sed nullus etiam homo est qui nō à seipso sępe in rebus maximi momēti dissentiat. Itaq; hac quoq; ratione hominū uitam meritò aleæ compararis. nec nimium procul etiam recedit à trāslatione rei nauticæ hac altera metaphora, quum nauigatione nihil sit incertius. Maluit tamē Erasm. & Vetus interp. ad aleatorū astutias ac fraudes accōmodare, quia scilicet sequitur ἐν πανουργίᾳ. Sed exēplum requiro idonei authoris in quo κυβείαν aliud q̄ aleā declaret. neq; enim id mihi facile persuaserim. Libet aūt hic afferre aliam expositionē de qua iudicet lector. Nam quia tota hæc oratio à re nautica desumpta est, apud Cicer. aūt 5. in Verrē lib. Cybæa dici inuenio maximæ nauis oneratię genus: & puerbiali quodā dicēdi genere dicūt eadē naui uehi qui eiusdē fortunæ sunt socij: fortasis hunc locū non ineptè couerteris, in hominū Cybæa. Quia tñ nusquam alibi Cybææ nomē legere memini, ne quid hic peccaré per imprudētiā, malui certā ac uulgatā τῆς λυβείας significationē amplecti. Clem. lib. στρωμ. α, ad μεταφοράν. i. inanē laborē, refert: & Epiphā. in Manichęos, uanas & ineptas ipsorum subtilitates λυβευτικὴν διδασκαλίαν uocat.

Veteratoria

Veteratoria, &c. ἐν πανουργίᾳ, &c. Sicut plerosque hominum uocauit νηπίους, id est non minus leues & faciles ad quiduis amplectendum, ac mutandam subinde sententiam, quàm si pueri semper essent ac nullo iudicio præditita nunc dicit non deesse qui ad alios fallendos & in errorem impellendos mire sint exercitati. Vulg. in astutia ad circunuentionem erroris. Erasmus longius à Græcis recedens, qua nos adoriuntur, ut imponant nobis. Ego, ni fallor, planius & accommodatius πανουργίαν conuerti πρὸς περφαγικῶς ueteratoriam uersutiam, & μεθοδείαν πλάνης insidiosas fallacias. A

fallendum uersutia:

Sed ueritatem sectantes cum charitate, adolescamus in illum *per* omnia qui est caput, *nempe* Christus:

Caput Christus. Caput Ecclesia.

Ex quo totum corpus congruenter coagmentatum, & compactum, per omnes suppeditatas cómissuras, ex ui intus agente pro mensura uniuscuiusq; membri, incremétum capit corpori conueniens, ad suiipsius extructionem per charitatem.

Hoc itaque dico, & obtestor per Dominum, ne amplius uersemini sicut reliquæ Gétes uersantur in uanitate mentis suæ:

Nonambulandū ut Gentes. Rom. 2. c. 21.

Cogitationem habentes obscuratam, & abalienatæ à uita Dei, propter ignorantiam quæ est in ipsis ex obduratione cordis eorũ.

Qui posteaquam dedoluerũt, semetipsos dediderunt proteruiæ, ad patrandam impuritatem omnem certatim.

μεθοδείαν τῆς πλάνης.

15 ἀληθεύοντες δὲ ἐν ἀγάπῃ, αὐξήσωμεν εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, ὅς ἐστιν ἡ κεφαλὴ ὁ χριστός,

16 ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογούμενον καὶ συμβιβαζόμενον διὰ πάσης ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας, κατ' ἐνέργειαν ἐν μέτρῳ ἑνὸς ἑκάστου μέρους τὴν αὔξησιν τοῦ σώματος ποιεῖται, εἰς οἰκοδομὴν ἑαυτοῦ ἐν ἀγάπῃ. B

17 Τοῦτο οὖν λέγω καὶ μαρτύρομαι ἐν κυρίῳ, μηκέτι ὑμᾶς περιπατεῖν, καθὼς καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη περιπατεῖ, ἐν ματαιότητι τοῦ νοὸς αὐτῶν,

18 ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ, ὄντες ἀπηλλοτριωμένοι τῆς ζωῆς τοῦ θεοῦ, διὰ τὴν ἄγνοιαν τὴν οὖσαν ἐν αὐτοῖς, διὰ τὴν πώρωσιν τῆς καρδίας αὐτῶν.

19 οἵτινες ἀπηλγηκότες ἑαυτοὺς παρέδωκαν τῇ ἀσελγείᾳ, εἰς ἐργασίαν ἀκαθαρσίας πάσης ἐν πλεονεξίᾳ.

15 Adolescamus in eum αὐξήσωμεν εἰς αὐτόν. Vel, ut Vetus interpres, crescamus in ea. Hieronymus, ut augeamus in ipso omnia. Nam uerbum αὐξάνω interdum accipitur ἐνδρυπτικῶς, interdum ἀδιαστέρως. Sed hoc modo accipiendum esse, apparet ex Coloss. 1. d. 19. C

Per omnia τὰ πάντα. Id est penitus, subaudita præpositione κατά, ut 1. Cor. 9. d. 25, & 10. g. 33.

16 Ex quo ἐξ οὗ. Quemadmodum antequam corpus in iustam mensuram excreuerit, uitalis facultas ex suo fonte in subiectos artus sese insinuans, & singulis (ut sunt uarijs commissuris iuncti) pro ipsorum ratione portionem nutrimenti distribuens, hac ratione totum corpus uegetat, ut pro modulo suo accrescentibus singulis membris, uniuersum corpus tandem in iustam corporis staturam euadat: ita Christus, Ecclesiæ caput, singulis membris uim suam instillans, & per multiplices iuncturas uariarum & diuersarum functionum, tantum suppeditans alimenti, quanto opus est tum ad uniuscuiusque membri uegetationem, tum etiam ad quotidianum incrementum, Ecclesiam suam fouere non desinit, dum singulis partibus iustam mensuram adeptis, corpus tandem perfectum euadat.

Per omnes suppeditatas commissuras διὰ πάσης ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας. Ἁφὴν uocat artuum mutuos inter se cõtactus, qua parte scilicet committuntur. Quod autem τῆς ἐπιχορηγίας dixit, passiuè accipiendum est, ex Hebræorum more: nec aliter quàm passiuo participio explicari commode potest. Itaque suppeditatas conuerti, pro eo quod uulgõ dicunt *summes*, sicut ab ipso Cicerone hoc uerbum passiuè usurpatur. Vulgata, per omnẽ iuncturam subministrationis. Erasmus, per omnem commissuram subministrationis.

Ex ui intus agente κατ' ἐνέργειαν. Vim Christi capitis intellige, qui animæ instar, singula membra uegetat, sed pro ipsorum modulo. Vulgata, secundum operationem. Erasmus, iuxta actum.

Pro mensura ἐν μέτρῳ. id est κατὰ μέτρον. Membri μέλους. Sic legunt ueteres Græci summo consensu, & ita etiam scholiastes Græcus, ut apparet ex interpretatione: quauis in contextu scriptum sit μέρους, id est partis: quam lectionem sequutus est Erasmus. Incrementum capit corpori conueniens αὔξησιν τοῦ σώματος ποιεῖται. Id est, ita crescit ut par est corpus crescere. Neque enim abundat repetitum nomen σώματος. D

Ad suipsius extructionem εἰς οἰκοδομὴν ἑαυτοῦ. Incrementum, singulorum quidem est membrorum: sed omnes partes in totius corporis incrementum consentiunt, adeò quidem ut membrum non possit huius nutrimenti, ac proinde incrementi particeps esse, nisi cum reliquis cohæreat, diuersarum illarum functionum uinculo & nexu: ut ex omnibus coniunctis totum quiddam sit compactum. Ideo addidit Apostolus ἐν ἀγάπῃ per charitatem. Hæc enim id est artuum, id est, diuersarum functionum, commissura.

17 Mẽtis suæ τοῦ νοὸς αὐτῶν. Hoc illud est ἡγεμονικὸν tãtopere celebratũ à philosophis. Cui subijcit τὴν διάνοιαν, id est, sensitiuæ interioris quam uocant facultates, in imaginando, cogitando & memorando positas. Tertio demum loco appetitiones nomine τῆς καρδίας, id est cordis, declarat. Ita Paulus philosophica etiam distinctione accurata, totum hominem ostendit, extra Christum, in quo uno instauratur, nihil minus esse quam uerè hominem: mentem enim uanam esse, obscuratam esse cogitationem, appetitionem obduratam: unde tandem consequatur ἀκαθαρσία, sponte sese in gurgitem omnium uitiorum præcipitans.

A uita Dei τῆς ζωῆς τοῦ θεοῦ. Vitam Dei appellat, uitam illam qua Deus uiuit in suis, ut suprà 2. a. 1, quamque præcipit & approbat.

Obdurationem τὴν πώρωσιν. Vulgata, cœcitatem. Erasmus, excæcationem: mirans etiam cur Ambrosius duritiam uerterit. At ego miror πώρωσιν & πώρωσιν ab eo confundi: qua de re diximus Marc. 3. a. 5. Deinde potest etiam hoc sine copula explicari, ita scilicet ut cordis obduratio statuatur à Paulo tanquam illius ignorantiæ fons: quia spõte sua homines per contumaciam respuunt lucem Dei in ipsorum corda incurrentem, & statim à communibus illis notitijs deficiunt, quos si postea uelis reuocare, quo sibi uidentur sapientiores, eo pertinatius obsistunt ueritati. Ita fit ut Euangelium, i. uitam illam Dei, non modò non amplectantur, sed etiam secure derideant homines.

19 Posteaquam dedoluerunt ἀπηλγηκότες. Labor (inquit Cicero Tusc. 2) callũ quoddã obducit dolori.

Idem

A Idem ad Varronem scribens, Consuetudo diuturna, inquit, callum iam obduxit stomacho meo. Ab hoc autem callo promptum est huc delabi ut omnis doloris sensus, id est omne σωτηρίας iudicium, amittatur, & mens reddatur ἀδόκιμος, ut Rom. 1. d. 28. ueluti scirro cancrum gignente, aut, quasi cauterio amputata conscientia (1. Timot. 4. a. 2) ad turpissima quæuis & aliena prorsus à natura hominis ratione aliqua prædita præcipites ruant. Sic autem usurpauit uerbum Dedolere Ouidius, proomnem doloris sensum abijcere, in his uersiculis, Optimus ille fuit undex, lædentia pectus Vincula qui rupit, dedoluitque semel. Vulgata, desperantes: ut legisse uideatur ἀπηλγηκότες. Erasmus, Posteaquam peruenerint eò ut dolere desierint.

Certatim οὐ πλεονεξίᾳ. Id est, quasi agatur de lucro, ita ut alius alium superare contendat. Nam πλεονεξία proprie de auaris & ambitiosis dicitur. Vulgata, in auaritiam, absurde. Erasmus, cum auiditate, non satis expresse.

ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως ἐμάθετε τὸν χριστόν.
εἴγε αὐτὸν ἠκούσατε, καὶ ἐν αὐτῷ ἐδιδάχθητε, 21
καθώς ἐστιν ἀλήθεια ἐν τῷ Ἰησοῦ,
ἀπθέσθαι ὑμᾶς κατὰ τὴν προτέραν ἀναστροφὴν 22 Vetus homo.
τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης, Colos. 3. b. 8.
ἀνανεοῦσθαι δὲ τῷ πνεύματι τοῦ νοὸς ὑμῶν, 23
B καὶ ἐνδύσασθαι τὸν καινὸν ἄνθρωπον τὸν κατὰ 24 Nouus homo.
θεὸν κτισθέντα ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι τῆς ἀληθείας.
διὸ ἀποθέμενοι τὸ ψεῦδος, λαλεῖτε ἀλήθειαν ἕκαστος μετὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ, 25 Mendacium.
ὅτι ἐσμὲν ἀλλήλων μέλη.
ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε· ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ παροργισμῷ ὑμῶν, 26 Irasci.
μήτε δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ.
ὁ κλέπτων μηκέτι κλεπτέτω, μᾶλλον δὲ κοπιάτω, ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθὸν ταῖς χερσίν, ἵνα 27 Furari.
ἔχῃ μεταδιδόναι τῷ χρείαν ἔχοντι. 28
C πᾶς λόγος σαπρὸς ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω, ἀλλ' εἴτις ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας, ἵνα δῷ χάριν τοῖς ἀκούουσι. 29 Sermo uitiosus.

20 Vos autem non ita ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως Quid si post οὕτως distinctionem adscribas? Sic enim Hebræi כן חלבורדים רגז i. uos autem non ita, iub. facere conuenit, qui didicistis, &c. Luc. 22. c. 25. 21 Sicut est ueritas in Iesu καθώς ἐστιν ἀλήθεια ἐν τῷ Ἰησοῦ. Id est, ea institutione quæ demum uera est ac solida: uel, ut edocti sunt qui uere ac serio Iesum cognoscunt. Repetitum est nomen Iesu relatiui loco, Hebræorum more.

22 *Nempe* deponere ἀποθέσθαι. Familiaris est Hebræis, ac Paulo præsertim, trãslatio à uestibus sumpta, ut alibi exposuimus. Exponit autem quænam sit illa ueritas in Christo Iesu. quamobrem addidimus exegeticam particulam.

Quod ad priſtinam conuersationem attinet κατὰ προτέραν ἀναστροφήν. Κατὰ, id est על, nimium obscurè Vetus interpres uertit hoc in loco, secundum. Eras. suo more, iuxta. Est enim illi peculiaris hæc particula, quam tamen non memini legere in ea significatione apud ullos idoneos authores. Veterem illum hominem τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον. Nos ipsos. Hoc enim est quod significat Dominus quum iubet ut quisque abneget semetipsum. Neque enim quod ad qualitates attinet, quicquam sani relinquit homini Apostolus, ut sæpe iam ostensum est à nobis. Vide Rom. 6. a. 6. 23 Spiritu mentis τῷ πνεύματι τοῦ νοὸς. Viuifica illa ui mentibus uestris indita.

24 Nouum illum hominem τὸν καινὸν ἄνθρωπον Quis sit nouus homo, ex ueteris antithesi apparet, & sequenti descriptione, Vide Rom. 6. a. 5. Qui secundum Deum conditus est τὸν κατὰ θεὸν κτισθέντα, id est, ad Dei exemplar & imaginem creatus, nempe quod ad qualitatum instaurationem attinet. unde רוח הדשה, id est spiritum nouum legimus, & לבהדש, id est cor nouum, Ezech. 36. f. 26. quod tamen sibi facere iubentur apud eundem Prophetam cap. 18. g. 31. nempe quum fuerint per eum spiritum non adiuti sed noui homines facti, qui in sanctis efficit uelle & perficere. unde utitur hoc loco Paulus uerbo κτίζειν, & 2. Corinth. 5. d. 17, & Galat. 6. d. 15, & suprà 2. b. 10. κατὰ uetus imago respondet ברדמות בה caph similitudinis ac congruentiæ particulæ. Itaque suppeditat hic nobis Paulus locupletissimam expositionem eius quod scriptum est in Genesi, creatum esse hominem ad Dei similitudinem & imaginem.

Ad iustitiam ὁσιότητι. ὁσιότης pro εἰς posita est, ut effectus & finis nouæ creationis significetur, Vulg. & Eras. in iustitia, admodum obscure. Et sanctimoniam ueram καὶ ὁσιότητι τῆς ἀληθείας. Id est minimè fucatam, sed genuinam ac synceram, ex idiotismo Hebræorum, qui etiam occurrit suprà uersiculo 22, ubi deceptrices cupiditates uocauit cupiditates deceptionis. Vulgata & Erasmus, & sanctitate ueritatis.

25 Irascimini, &c. ὀργίζεσθε. &c. Hoc plerique de ira illa laudabili accipiunt, quasi præcipiat aut exhortetur Paulus ad faciendum aliquid: quorum sententiam intactam relinquo. Tantùm dico, quia instituta est oratio de exuendis cupiditatibus, mihi uideri potius hunc locum perinde explicandum ac si scriptum esse, Irascimini (id est si irasci contigerit) at ne peccetis, id est, iram ita cohibete, ut ad facta non prosiliat.

Sol ne occidat ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω. Prouerbialis dicendi figura, qua significatur iracundiam primò quoque tẽpore coercendam. Super iracundiam uestram. ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν. Id est, ne uos iracundos nox deprehẽdat. Iracundiam autem malus dicere cum Vetere interprete, quàm iram cũ Erasmo: quòd illud magis uideatur irę exuperantiam significare: quum quædam sit ira maximè laudabilis, ut paulò antè diximus. Prior igitur gradus est, iram non exequi: posterior, ut si immoderatè sit aliquid factum, (quod uidetur etiam significare præpositio παρὰ in παροργισμὸς) demus operam ut ante solis occasum ad nos redeamus, id est ut mox omnia componantur.

27 Diabolo τῷ διαβόλῳ. Eras. calumniatori, apertè hoc referens ad Euangelij aduersarios qui calumniandi occasionem facilè arripiunt. Ego potius ad Satanam refero, calumniatorum omnium caput: tum quia multò uberior est doctrina, quum nullum sit tam immane scelus quod ille non facilè persuadeat tenacis iræ hominibus. tum uerò quia numero singulari usus est Paulus, & quidem addito articulo.

29 Corruptus σαπρὸς Ad uerbum, putris. Est enim translatio ab arboribus sumpta: ex quibus fructũ nõ posse

sperare

Et ne tristitia afficiatis Spiritum illum sanctum Dei, per quem obsignati estis in diem redemptionis.

30 καὶ μὴ λυπεῖτε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ θεοῦ, ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως. A

Omnis amarulentia, & excandescentia, & ira, & clamor, & maledicentia tollatur à uobis, cum omni malitia.

31 πᾶσα πικρία, καὶ θυμὸς, καὶ ὀργὴ, καὶ κραυγὴ, καὶ βλασφημία, ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν, σὺν πάσῃ κακίᾳ.

Sed estote alij in alios benigni, misericordes, condonantes uobis mutuò *offensas*, sicut & Deus in Christo condonauit uobis.

32 γίνεσθε δὲ εἰς ἀλλήλους χρηστοὶ, εὔσπλαγχνοι, χαριζόμενοι ἑαυτοῖς, καθὼς καὶ ὁ θεὸς ἐν χριστῷ ἐχαρίσατο ὑμῖν.

CAPVT V.

ΚΕΦ. ε'.

Imitatores Dei.

Dilectio.

Iohã.13.d.24, & 15.b.12. 1.Iohã.3.d.23.

ESTOTE igitur imitatores Dei ut filij dilecti: Et uersemini cum charitate, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis *in* oblationem ac uictimam Deo, in odorem bonæ fragrantiæ.

1 Γίνεσθε οὖν μιμηταὶ τοῦ θεοῦ, ὡς τέκνα ἀγαπητὰ 2 καὶ περιπατεῖτε ἐν ἀγάπῃ, καθὼς καὶ ὁ χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ παρέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσφορὰν καὶ θυσίαν τῷ θεῷ, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. B

Verba qualia. Supra 4. f. 19. colos.3.a.5. 2.thes.2.c.17,

Scortatio uerò & omnis impuritas aut auaritia ne nominetur quidé inter uos, sicut decet sanctos:

3 πορνεία δὲ, καὶ πᾶσα ἀκαθαρσία ἢ πλεονεξία μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν, καθὼς πρέπει ἁγίοις,

Et obscœnitas, & stultiloquium, & dicacitas, quæ non conueniunt: sed potius gratiarum actio.

4 καὶ αἰσχρότης, καὶ μωρολογία, ἢ εὐτραπελία, τὰ οὐκ ἀνήκοντα, ἀλλὰ μᾶλλον εὐχαριστία.

Nã hoc nostis, quòd omnis scortator, aut impurus, aut auarus, qui est idololatra, nó habet hæreditatem in regno Christi & Dei.

5 τοῦτο γάρ ἐστε γινώσκοντες, ὅτι πᾶς πόρνος, ἢ ἀκάθαρτος, ἢ πλεονέκτης, ὅς ἐστιν εἰδωλολάτρης, οὐκ ἔχει κληρονομίαν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ χριστοῦ καὶ θεοῦ.

Sperare, si putres fuerint. ita uero explicandum esse hoc epitheto apparet ex antithesi. Nam ἀγαθὸν uocat eum ex quo fructus aliquis ad alios redire possit. Simili prorsus ratione Coloss. 4.a.6, monet ut fidelium termo sit sale conditus: nempe ne corruptionis odor aliquis ad alios emanet. Ad ædificationis usum πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας. Vulgata, ad ædificationem fidei, repugnantibus Græcis summo consensu. Sed fortassis Vetus interpres putauit ũdem nomine τῆς χρείας designari, quòd nulla re æque sit nobis opus. Hieronym. ad ædificationem opportunitatis. i. opportunam. non inepte profectò: quum hoc dictum non de quauis sed de præsenti necessitate intelligatur, ut rectè explicat Græcus scholiastes, monens hac sententia flagitare Apostolum à nobis ut in familiari etiam sermone omnes occasiones proximi pro re nata ædificandi captemus. Maluit tamẽ Erasmus in annotationibus interpretari, ad ædificationem utilitatis, id est utilem. Sed ædificationis nomen apud Paulum nusquam legi nisi in laude positum, ut minimè opus fuerit addere τῆς χρείας. nisi ad temporis & loci circunstantiam referas. Itaque idem in ipso contextu conuertit, ad ædificationem, quoties opus est. Ego uerò malim interpretari, quæ sit ex usu, ita scilicet ut τῆς χρείας, Hebræorum more, accipiatur pro epitheto, & nos iubeat Apostolus spectare quid maximè accõmodate dici possit quo proximus iuuetur. Sed tamen mihi magis placet, permutata constructione, πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας dictũ esse pro πρὸς τὴν χρείαν οἰκοδόμησις. i. ad ædificationis usum, cuiusmodi hypallages exempla multa occurrunt à Grammaticis Hebræis annotata. ut Esaiæ primo. Cognouit præsepe domini sui, pro dominum præsepis sui, ut exigit loci circunstantia. Nam Iudæi præsepe quidem, at non dominum agnoscebant. qua de re diximus aliquid Act. 5. d. 20 & alibi, ubi etiam ostẽdimus Græcos & Latinos scriptores idoneos ab eiusmodi hypallage non abhorrere: ut in illo Ouidij uersiculo, In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora.

Vt gratiam afferat τὴν δοῦναι χάριν. Gratiam appellat quod ad progressum in pietate & charitate pertineat. Vulg. & Erasm. ad uerbum, ut det gratiam. Auditoribus τοῖς ἀκούουσι. Id est τοῖς ἀκροωμένοις, ex Hebræorum more participio posito pro uerbali nomine.

30 Spiritum illum sanctum Dei τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ θεοῦ. Repetitio articulorum & additum etiam nomen Dei non caret magna emphasi, adeò ut in singulis uocabulis grauissima argumenta quasi deliteant. Loquitur autem de Spiritu sancto ἀνθρωποπαθῶς, ut dextrè omnino annotauit doctissimus interpres, quasi diceret, Date operam ut Spiritus sanctus libenter inter uos habitet, quasi in domicilio grato ac iucundo, nec ullam tristitiæ materiam illi date. In diem redemptionis εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως. Vide Ephes. 1.c.14. D

31 Excandescentia θυμὸς sic conuertit Cicero: & quum sequatur ὀργὴ uidetur hoc statuendum discrimen, ut θυμὸς primam illam sanguinis ebullitionem, ὀργὴ uerò iam accensam iram declaret. Videtur enim Paulus quoddã gradus illius furoris facere, incipiens a πικρίᾳ, id est animi offensione. quum intus carpitur animus. unde mox incipit pectus calescere. dum erumpat ira: tunde tandem clamores & rixæ, non sine conuicijs.

32 Condonates uobis mutuò *offensas* χαριζόμενοι ἑαυτοῖς. i. συγγνωμονικοὶ, ut rectè explicat Græcus scholiastes, quæ uirtus lenitatis opponitur offensioni ex diametro. Sic autem accipitur uerbum χαρίζεσθαι pro συγγινώσκειν alibi etiam locis, ut 2. Cor. 2. c. 10. ἑαυτοῖς autem idem declarat atque ἀλλήλοις, quum de duobus minimum agatur, ut non sit simplex reciprocatio, sed ἀλληλοπαθὴς quã uocant, ut infrà 4. d. 19. & Coloss. 3. c. 13. Vulg. donantes mutuum. Erasmus, largientes uobis mutuum. 2 In odorem, &c. εἰς ὀσμὴν, &c. Alludit ad Legis thymiamata, quibus Christi obedientia adũbrabatur. 3 Ne nominetur quidẽ μηδὲ ὀνομαζέσθω. Quos non pudet Paulum ipsum ut seueriorem quàm par sit accusare, ij ut profani sunt, profanum saltem scriptorem, sed sanctum tamen, si cum ipsis compatetur, Socratem inquam, audiant ita scribentem, Τὸ λέγειν, ὡς δεῖ, τὸ φρονεῖν οὐ μέγιστον σημεῖον πεπαιδεῦσθαι· ἐκεῖνο γὰρ ἀληθὲς καὶ νόμιμος καὶ δίκαιος, ψυχῆς ἀγαθῆς καὶ πιστῆς εἰκὼν ὀρθὴ ἐστιν. 4 Dicacitas εὐτραπελία. Vulg. scurrilitas. minimum angustè ut Erasmus contra mihi uideretur minimum amplè conuertisse urbanitatẽ. Nam, ut opinor, non omnem urbanitatem damnauit Apostolus, neque rursus solam scurrilitatem, sed in genere quoscunque sales ita iaculatur homines, ut uel inane quiddam spectetur, uel exemplo uel maledicentia peccetur: quæcunq; dicteria denique ad comodum proximi & honestum finem propriè non referuntur. Nam alterius generis & facete & falsè sed piè tamen dictorum exempla legimus non pauca, ut 1. Reg. 18. c. 27. cui opponitur impia puerorum scurrilitas, 2. Reg. 2. d. 23. Sic Esa. 14. c. 12, & sæpe apud hunc Prophetam præcætens.

5 Qui

A 5 Qui est idololatra ὃς ἐστιν εἰδωλολάτρης Id est, idolorum seruituti addictus Nam, ut Rom.1.b.9.& alibi diximus, inane est discrimen illud dulię & latriæ, in quo sibi nonnulli stultè & imperitè placent. Quærnur autem hoc in loco, cur auarum uocet idololatram. Nam si hoc referas ad animi affectum, qui Deum præ thesauro negligat, & à suis opibus quasi à solo numine totus pendeat, idem uidetur de scortatoribus dici posse, & in fere omnibus qui certæ alicui rei sunt prorsus addicti: ut ij quorum Deus uenter est, ut Rom.16.c.18.& Philip.3.d.19. Sed magnum est in eo discrimen, quòd etsi omnes isti Deum præ eo negligant cui sunt addicti, tamen in eo nó collocant spem uitæ, uno auaro excepto, qui in suis opibus unam suam positam esse putat. Itaque aperte dicitur idololatriæ species esse auaritia. Coloss.3.a.5.

μηδεὶς ὑμᾶς ἀπατάτω κενοῖς λόγοις. διὰ ταῦτα γὰρ ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας. 6 Ne quisquam uos seducat inanibus sermonibus. propter hæc enim uenit ira Dei in homines contumaces, Matt. 24.a.4 mar.13.a.5 luc.21.b.8. 2. Thes.2.c.17

μὴ οὖν γίνεσθε συμμέτοχοι αὐτῶν. 7 Ne sitis igitur consortes eorum.

ἦτε γάρ ποτε σκότος, νυνὶ δὲ φῶς ἐν κυρίῳ· ὡς τέκνα φωτὸς περιπατεῖτε. 8 Eratis enim olim tenebræ, nunc autem lux in Domino: ut filij lucis incedite. Tenebræ. Lux.

(ὁ γὰρ καρπὸς τοῦ πνεύματος ἐν πάσῃ ἀγαθωσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ καὶ ἀληθείᾳ,) 9 Nam fructus Spiritus *situs est* in omni bonitate & iustitia & ueritate.

δοκιμάζοντες τί ἐστιν εὐάρεστον τῷ κυρίῳ. 10 Probantes quid sit acceptum Domino.

B καὶ μὴ συγκοινωνεῖτε τοῖς ἔργοις τοῖς ἀκάρποις τοῦ σκότους, μᾶλλον δὲ καὶ ἐλέγχετε. 11 Et ne commercium habueritis cum operibus illis in frugiferis tenebrarũ, sed potius etiam arguite. Opera tenebrarum.

τὰ γὰρ κρυφῇ γινόμενα ὑπ' αὐτῶν, αἰσχρὸν ἐστὶ καὶ λέγειν. 12 Nam quæ occultè fiunt ab istis, turpe est uel dicere.

τὰ δὲ πάντα ἐλεγχόμενα, ὑπὸ τοῦ φωτὸς φανεροῦται· πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον, φῶς ἐστι. 13 Sed omnia, dum arguuntur à luce, manifesta fiunt: lux enim illud est quod omnia facit manifesta.

διὸ λέγει, Ἔγειραι ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός. 14 Quapropter dicit, Excitare qui dormis, et surge à mortuis: et illucescet tibi Christus.

6 Venit ἔρχεται Id est, uenire solet, ut conuertit Erasmus. Vide Matth.26.b.23. Ira Dei ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ. Id est, ἐπὶ uidetur indicare, iram Dei quasi præsipitem e cælo in istorum caput ruere. Quod autem attinet ad ipsum dicendi genus, unde suprà 2.a.2.

8 Tenebræ σκότος. Id est, tenebricosi, ut copiosè descripsit suprà 4.d.18. Sed ista metonymia magnam habet emphasin, ut quum scelus pro scelesto dicimus. Sic pro luce si substituas, lucidos, multum detraxeris de sententiæ pondere. Tribuitur autem Lucis nomen fidelibus, tum quia uera luce illustrantur in sese, tum uerò quòd aliis etiam præluceant: adeò ut sceleratorum uitam etiam coarguant. quæ ratio diligenter considerandа est hoc in loco. Filij lucis τέκνα φωτός. In hac formula libenter etiam retinui filiorum nomen, peculiari quadam ratione, nempe ut intelligamus omne hoc beneficium ab Adoptionis fonte proficisci, quum alioqui hæc dicendi formula latius pateat.

9 Fructus Spiritus ὁ καρπὸς τοῦ πνεύματος Id est, regenerationis, uel Spiritus sancti, cuius ui sumus facti lux C in Domino. Vulgata, fructus lucis, ὁ καρπὸς τοῦ φωτός. quam lectionem in duobus ueteribus libris inuenimus.

11 Arguite ἐλέγχετε Id est, palam facite, sancta nimirum & honesta uita. qua significatione accipitur etiam perelegantер uerbum κατηγορεῖν apud Græcos. Sed & apud Hebræos תוכיח tam significat arguere, quam conuincendo patefacere. Denique arguendi uerbum hoc proprie declarat, ut in illo Virgilij uersiculo, Degeneres animos timor arguit. Et in illo Ouidij, etiam in laude, Quę later, inque bonis cessat non cognita rebus, Apparet uirtus, arguiturque malis. Ambro sius uertit, obiurgate. quod merito reprehendit Erasmus.

12 Nam quæ occulte fiunt τὰ γὰρ κρυφῇ γινόμενα, Huc pertinent elegantes illi uersiculi, Nox & amor uinum: nihil moderabile suadent: Illa pudore uacat: liber amorq;, metu. 13 Lux enim illud est, &c. πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον, φῶς ἐστι. Quum participium φανερούμενον sit uocis mediæ, spectandum fuit quæ significatio conueniret. Ac mihi quidem uidetur hæc sententia tam perspicua, ut cum doctissimo interprete non dubitem affirmare Paulum à proprio lucis officio argumentari: ut quod uerum sit filiorum lucis officium declaret, nempe ut non modò nihil habeant cum tenebris commune, sed etiam illarum quantumuis intimas latebras arguant. Eadem erit sententia si τὸ φανερούμενον accipias pro subiecto, & cõuertas. Quicquid enim manifestum facit, lux est. id est, Quicquid res obscuras patefacit, lux est. Nam quod de articulo laborat Erasmus, nihil est, quum τὸ φανερούμενον positum sit pro ὃ φανερούται, nec aliter ferè loquantur Græci. Scholiastes uerò τὸ φανερούμενον passiue interpretatur, ut sit sensus, Quicquid manifestum fit, lucem esse. id est lucidum fieri. Certum enim est lucis accessu tenebras fugari quibus ipsa succedant. Sed non uideo qui satis conueniat particula γάρ isti sententiæ. Deinde ut hoc uerum sit in corporeis istis tenebris, à quibus sumpta est translatio, at certè in mentis tenebris non est hoc perpetuum, ut quoties à luce arguũtur, in lucem mutentur. nisi lucem esse pro conspicuam fieri omnibus accipias.

14 Dicit λέγει. Dicit s. Christus, quotidie nos copellans. Neque enim propriè hic citat ullum locum Paulus, ut apparet ex ultimis uerbis. quia nusquam, ut opinor, inuenias tam aperte & nominatim expressum Christi officium in Prophetis. Alludere tamen Paulum concedo ad Esaiæ locum 9.a.2. Nam quod uulgò traditur de capite 60.a.1 mihi non uidetur adeò conuenire. Sed & sorte sis hoc unum est ex Christi dictis quæ scripta non sunt totidem uerbis. cuiusmodi etiã aliud citat idẽ noster Apost. Act.20.g.35 quanuis quod ad ipsam doctrinã attinet, scripta sint quæ cũq; ad salutem nostram requiruntur. Sed altera superest quæstio, quorsum hæc afferat Apostolus. Quidã igitur cũ proxima sententia coniungunt, alij cum eo quod iussit Apostol. tenebras à luce coargui. Ego maxim ad ipsum fundamẽtum huius doctrinæ referre, quòd uidelicet fideles olim quidem fuerint tenebræ, nunc uerò sint lux in Domino. Ita enim, ni fallor, multo melius cohærebit. Nam somnus tenebris non luci conuenit.

A mortuis ἐκ νεκρῶν. Sic apud Ciceronem lib.1.de Oratore legimus, A mortuis dicendo aliquem excitare. Illuce

scet tibi ἐπιφώσει σοί. Quidam ex ueteribus legerunt, continget te, id est ἐπιψαύσει, non autem ἐφέψεται, ut putauit Erasmus. sed hac lectione non est quòd moueamur. A

Coloss.4.a.5 Videte igitur quomodo accuratè incedatis: non ut insipientes, sed ut sapientes:

Redimentes occasionem: quoniam dies mali sunt.

Rom.12.a.2 1.thess.4.a.3 Propterea ne sitis imprudentes, sed intelligentes quæ sit uoluntas Domini.

Ebrietas Spiritus sanctus Et ne inebriemini uino, in quo luxus est: sed impleamini Spiritu.

Loquẽtes inter uos mutuò per psalmos & hymnos & cantiones spirituales, canentes ac psallentes in corde uestro, Domino:

Gratiarũ actio in corde. Gratias agentes semper de omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi, Deo & Patri:

Subiecti alij alijs, cum timore Dei.

Vxores. Coloss.3.c.18 tit.2.b.5 1.petr.3.a.1 1.Cor.11.a.3 Vxores proprijs uiris subiectæ sitis, ut Domino:

Quoniam uir est caput uxoris, ut & Christus est caput Ecclesiæ: & is est qui salutem dat corpori.

Coloss.3.d.19 Itaque sicut Ecclesia subiecta est Christo, ita & uxores suis uiris *subiectæ sint* in omnib⁹.

Mariti. Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum exposuit pro ea:

15 Βλέπετε οὖν πῶς ἀκριβῶς περιπατεῖτε, μὴ ὡς ἄσοφοι, ἀλλ' ὡς σοφοί,

16 ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρόν, ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσι.

17 διὰ τοῦτο μὴ γίνεσθε ἄφρονες, ἀλλὰ συνίετε τί τὸ θέλημα τοῦ κυρίου.

18 καὶ μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ, ἐν ᾧ ἐστὶν ἀσωτία, ἀλλὰ πληροῦσθε ἐν πνεύματι,

19 λαλοῦντες ἑαυτοῖς ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις, καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς, ᾄδοντες καὶ ψάλλοντες τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ κυρίῳ

20 εὐχαριστοῦντες πάντοτε ὑπὲρ πάντων, ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῷ θεῷ καὶ πατρί,

21 ὑποτασσόμενοι ἀλλήλοις ἐν φόβῳ θεοῦ.

22 αἱ γυναῖκες τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν ὑποτάσσεσθε, ὡς τῷ κυρίῳ.

23 ὅτι ὁ ἀνήρ ἐστι κεφαλὴ τῆς γυναικός, ὡς καὶ ὁ Χριστὸς κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας, καὶ αὐτός ἐστι B σωτὴρ τοῦ σώματος.

24 ἀλλ' ὡς ἡ ἐκκλησία ὑποτάσσεται τῷ Χριστῷ, οὕτω καὶ αἱ γυναῖκες τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν ἐν παντί.

25 οἱ ἄνδρες ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας ἑαυτῶν, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησε τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἑαυτὸν παρέδωκεν ὑπὲρ αὐτῆς,

25 Videte *βλέπετε*. Bene dixit Videte, inquit Erasmus, quod in tenebris non liceat cernere. quod tamen subtilius uidetur.

16 Redimentes occasionem *ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρόν*. Sinere tempus elabi nobis aliud agendo, & redimere tempus, contraria sunt. Nam illud hominis est negligentis & dissoluti, illud uerò frugi & sapientis, non modò nõ abuti occasione, sed etiam mille uoluptatibus redimere. Metaphora igitur sumpta est à Mercatoribus, qui curiosè merces considerant, & delectis omnibus facilè uel lucellum aliquod anteponunt. ostenditque Paulus qua re diligentes & auidos quasi emptores esse nos oporteat. Quoniam dies mali sunt *ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσι*. Dies malos uocant Hebræi tempora difficultatum & asperitatis plena: cuiusmodi quum inciderint, ueluti quum fames uel penuria ingruit, uel cum callidis & astutis hominibus est agendum, uel mercatura dubiæ & ancipitis fortunæ uidetur: tum solent mercatores circunspectè agere omnia, in quauis opportunitatem intenti. Hoc uerò exemplum nobis ad imitandum proponit Apostolus, in ijs quæ ad pietatem & charitatem proximi spectant, ac præcidendas omnes occasiones aduersarijs Euangelij.

18 In quo *ᾧ ἐστιν*. In quo scilicet uino, uel, qua in re, id est in ebrietate. ut *ᾧ* positum sit neutro genere, nec rem ipsam damnet Apostolus, sed immodicum & intempestiuum usum. Luxus *ἀσωτία*. Id est omnis profusio, eaq; summa cum turpitudine coniuncta. Cic. lib. 2. De finibus. Nolim, inquit, in illi fingere asotos, ut soletis, qui in mensam C uomant, & de conuiuijs auferantur, crudiq; postea rursus sese ingurgitent.

19 Inter uos mutuò *ἑαυτοῖς*. Idest *ἀλλήλοις*. Vide suprà 4.g.32. Cæterũ de psalmis, hymnis & canticis dicemus aliquid infrà Coloss.3.c.16.

In corde uestro *ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν*. Id est, serio cordis affectu, non autem lingua duntaxat. Neque enim in cor de idem hic declarat atque intus & apud se, quum mentio fiat canendi & psallendi.

21 Cum timore Dei *ἐν φόβῳ θεοῦ*. Bene hoc addidit. Neque enim quæuis coniunctio & mutua reuerentia probatur, sed ea demum cuius est uinculum ipse Deus. siue, ut legit Vetus interpres, Christi reuerentia. i. nisi ad Dei siue Christi gloriam tanquam scopum referatur.

22 Vt Domino *ὡς τῷ Κυρίῳ*. Quid ergo? an par est mariti ac Christi authoritas? Minimè. sed cohærent tamẽ ista aliquatenus, quod in matrimonij coniunctione, quæ Christi & Ecclesiæ unionem repræsentat, uir sustineat Christi personam, mulier Ecclesiæ, idque ex Dei constitutione. Vxor igitur quæ marito subiectionem negat (exceptis ijs duntaxat in quibus maritus à Christo ac proinde à persona sua deficit, quæque præstare ipsa non possit quin Christum abijciat) Christo ipsi potius resistit quàm marito.

23 Caput *κεφαλή*. Ita significatur uiri præstantia, sicut caput inferioribus membris & situ & cæteris rebus excellit. Et is est *καὶ αὐτὸς ἐστιν*. Nemo non uider, opinor, hoc propriè dici de Christo, à quo scilicet, tanquam à capite, corpus ipsum. i. Ecclesia, salutem hauriat. Sic etiam quadantenus mulier à marito pendet, cuius scilicet labore & diligentia nutritur ac fouetur. Viri enim est quærere quod mulier conseruet. itaque turpiter ingrata est etiam uxor quæ maritum nõ reueretur. Maritus autem & ipse officij sui uicissim admonetur, ut copiosus explicat Apostol. à uers. 25.

24 Itaque *ἀλλά*. Id est *ἄρα γε*. Nam *ἀλλά*, inquit Gaza, *καὶ συμπλεκτικὸς καὶ συλλογιστικὸς λέγεται*. & argumẽ

A ti series prorsus ostendit ita esse accipiendum hoc in loco. Vulg. sed, improprie: quod nonnulles seduxit in superioris uersiculi fine explicando.

ἵνα αὐτὴν ἁγιάσῃ, καθαρίσας τῷ λουτρῷ 26
τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι,
ἵνα παραστήσῃ αὐτὸς ἑαυτῷ ἔνδοξον τὴν 27
ἐκκλησίαν, μὴ ἔχουσαν σπίλον, ἢ ῥυτίδα, ἢ τι
τῶν τοιούτων, ἀλλ' ἵνα ᾖ ἁγία καὶ ἄμωμος.

οὕτως ὀφείλουσιν οἱ ἄνδρες ἀγαπᾶν τὰς ἑ- 28
αυτῶν γυναῖκας, ὡς τὰ ἑαυτῶν σώματα. ὁ
ἀγαπῶν τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, ἑαυτὸν ἀγαπᾷ.
οὐδεὶς γάρ ποτε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐμίσησεν, 29
ἀλλ' ἐκτρέφει καὶ θάλπει αὐτὴν, καθὼς καὶ ὁ κύ-
ριος τὴν ἐκκλησίαν.

ὅτι μέλη ἐσμὲν τοῦ σώματος αὐτοῦ, ἐκ τῆς 30
σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτοῦ.

ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πα- 31
B τέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθή-
σεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ
δύο εἰς σάρκα μίαν.

τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν· ἐγὼ δὲ λέγω 32
εἰς Χριστὸν, καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν,

Vt eã sanctificaret, purgãs lauacro aquæ per uerbum: *Ecclesiam suam mundat Christus*

Vt sisteret eam sibi gloriosam, *id est* Ecclesiam non habentem maculam aut rugam, aut quicquam eiusmodi, sed ut esset sancta & inculpata.

Ita debẽt uiri diligere suas uxores ut sua ipsorum corpora. qui diligit suam uxorem, seipsum diligit.

Nullus enim unquam suam ipsius carnẽ odio habuit: imò enutrit ac fouet eam, sicut & Dominus Ecclesiam:

Quoniam membra sumus corporis eius, ex carne eius, & ex ossibus eius.

Propterea derelinquet homo patrem ac matrem, & agglutinabitur uxori suæ: & qui duo erant, fient una caro. Genes. 2. d. 24 matth. 19. a. 5 marc. 10. a. 7 1. cor. 6. d. 16

Mysterium hoc magnum est: loquor aũt de Christo & de Ecclesia.

26 Sanctificaret ἁγιάσῃ. Id est, sanctam efficeret. Sanctum autem dicitur quod Deo separatum est ac consecratum: estq; huius consecrationis symbolum Baptismus, & quidem efficax, non sua uirtute, sed eius qui unus sactus est nobis fidelibus omnia. Purgans καθαρίσας. Erasmus, mundatam, recte quidem obseruato tempore, sed ambigue, propter linguæ Latinæ inopiam, quæ participijs actiuis præteriti temporis caret. Itaque cauendum fuit nequis putaret ipsi externæ ablutioni, aut aquæ, aut ministro, operi denique operato, quod uocant, tribui quod est unius Dei opus: quanuis istis admiculis utatur ad id repræsentandum quod ipse in solidum intus efficit, ut rectè omnino & suo loco obseruauit doctissimus interpres. Per uerbum ἐν ῥήματι. Verbum appellat κατ' ἐξοχὴν promissionẽ gratuitæ in Christo iustificationis & sanctificationis: & hic rursus multa præcipitia cauenda sunt. Primùm ne uerbum hominum pro uerbo Dei substituamus, aut uerbo Dei coniungamus tanquam supplementum: Deinde ne uerbũ p nuntiatum dũtaxat, sed explicatũ & fide perceptum intelligamus: ne illud in magica aliquã incantationẽ uertamus.

27 *Id est* Ecclesiam τὴν ἐκκλησίαν. Additus articulus mihi uiderur postulare ut post ἔνδοξον scribatur distinctio, & per epanalepsin ista intelligantur. Non habentem maculam σὐκ ἔχουσαν σπίλον. Pelagiani ex hoc loco colligebant orthodoxorum Ecclesias nomine Ecclesiarum indignas esse, & perfectionem iustitiæ uolebant in hac uita constitue re. Nostri sophistæ impudentius etiam loquuntur. Nam primum omnium Ecclesiæ nomen solis quibusdam personis alligant, & dignitatibus quas uocant: quarum tamen præcipuam partem non modò non assentiẽte sed etiam disserte refragante uerbo Dei, stabiliunt. Deinde quum huius Ecclesiæ suæ singulas partes impurissimas fateri cogãtur, contrariam tamen ex diametro qualitatem uniuersali Ecclesiæ suæ tribuunt. Eam enim affirmant uniuerse consideratam, errare nunquam posse: quum singulos ex quibus constituitur, maximos esse peccatores, uel inuiti fateantur. Omitto quòd inter caput huius Ecclesiæ & corpus adeò non conuenit, ut illi uni ius fasq; sit istius dogmata, quoties libuerit, refigere ac conuellere. Hoc illorum est acumen qui soli hodie catholici uideri uolunt, nempe ut sub Ecclesiæ splendido nomine delitescentes, quicquid illis uel improba mens uel Diabolus suggesserit, tanquam ἄνυπο σύβυρον καὶ αὐτόπιστον, tantisper sanciatur, dum ijdem authores rescidерint. Sed esto: sint hoc ipsum cui potissimum repugnãt, id est ea Dei Ecclesia de qua hic agitur, & alijs innumerabilibus locis: an propterea iam sumus ea immortalitatem adepti? Imò curendum est in stadio ut ad metam perueniatur: nec prius abolebitur quod est ex parte, quàm uenerit quod perfectũ est: id est priusquam Deum coram aspiciamus, ut sit omnia in omnibus. Deinde aliud est Ecclesiam in sese considerare, aliud in Christo. Nam in sese tum omnes in genere, tum singuli plurimas habent rugas ac maculas, quæ quotidie modo in his, modo in illis expoliuntur: ita tamen ut Ecclesia, propterea sit Ecclesia, nedum ut esse desinat: in Christo uerò per fidem apprehenso non modo est sine macula, sed etiam infinito decore exornata, illius scilicet iustitia quam per gratuitam imputationem est cõsecuta. Quid ergo certum erit? dices. Hoc ipsum quod te conficit Antichristе: nempe Dei uerbum, ita planum ac perspicuum, ut ijs solis uelatum sit qui pereunt, inquit noster Apostolus. 2. Cor. 4 a. 3. Nisi fortasse putas illum magis ambigue scripsisse quàm sit loquutus: quod si dixeris, quis tibi credet, nisi quem tuo poculo inebriaris?

29 Suam ipsius carnem τὴν ἑαυτοῦ σάρκα. Id est, suum corpus.

30 Ex carne eius ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. Alludit ad fœminæ creationem. Errant autem uehementer & periculose qui hanc nostri cum Christo coniunctionem ad ipsius ἐνσάρκωσιν referunt, quum hac ratione communicetur cum infidelibus quod Apostolus solis fidelibus tribuit. Neque enim quæuis mulier est caro ex cuiusuis uiri carne, sed mariti duntaxat: aut uicissim quilibet uir, caro ex cuiusuis mulieris carne, sed suæ duntaxat uxoris: ut omnino apparet ex Apostoli scopo. Ita igitur in Christo duntaxat, tanquam marito, & in hominibus duntaxat, tanquam uxore, ipse stanta est ista coniunctio: nempe quæ non sit tantum naturæ coniunctio, (neque enim hanc excludo sine qua constitui altera non possit) sed etiam ipsius substantiæ communio: sine transfusione tamẽ aut naturali & crassa ulla imaginatione, sed Spiritus sancti uinculo per fidem cuius communionis obsignatio & symbolum est Cœna Domini quam uocamus, ut uere sit Christus caro ex carne nostra, & os ex ossibus nostris in uitam æternam.

31 Et qui duo erant καὶ οἱ δύο. Vide Matth. 19. a. 5

32 Mysterium μυστήριον. Id est arcanum. Quid enim à communi hominum sensu magis remotum, quàm nos miseros in terris repentes, cum Christo filio Dei, terræ & cæli Domino, ad dextram Patris sedente, ita spirituali con

nubio unum fieri, ut ab eo iustitiam omnem, ac proinde uitam æternam, hauriamus? Mirum est autem, quum tam aperte dixerit Paulus arcanam esse istam coniunctionem, tandiu multos contendere ut arcanam non esse probent. Neque enim uideo quid aliud isti moliantur qui in Christi uerbis tropum nolunt agnoscere: ideoq; (ut nō μυστηριώδη sed carnalis ac naturalis coniunctionis modum, cum ueritate corporis Christi & cum hoc Pauli loco aperte pugnantem inuehant) huc delabuntur ut immensum, infinitum, inuisibile corpus Christo etiam ante glorificationem tribuant, ac postremo è cælo contra manifestum Dei uerbum eliciant, ut uel panis & uini substantiæ, uel solis (ut aliis placet) speciebus affigant. nisi qui malint Christi corpus ubique esse dicere, quàm loci mutationem concedere. Quorsum hoc uerò? nempe quòd alioqui subitantialem communicationem excludi, alioqui nuda relinqui signa, alioqui actum de uerbi Dei authoritate putant. nec interim uident se nostræ fidei fundamenta conuellere ut arcanū Dei ex naturæ captu metiantur. Quasi uerò qui nondum caro factus eandem escam spiritualem, id est carnem suam & sanguinem suum, (extra quæ nunquam fuit aut futura est uitæ æternæ spes) uere per fidem cum sua Ecclesia olim communicauit, idem hodie uerus homo supra omnes cælos quoad carnem habitans, non possit nobiscum esse per fidem uere coniungere, ita ut ad illa mania & mutuo sese conuellentia commenta minimè sit ueniendum. imò uerò nullum est aliud coniunctionis nostræ organum in hoc mundo, quàm fides: in altero uerò sæculo, ipse Dei conspectus. Sed de his hactenus. Quod autem ad eos attinet qui ex hoc loco statuunt matrimonium esse sacramentum, ex eorum genere quæ ipsi septem commemorant, miserabilis est eorum ignorantia, & tamen singularis & perfricta impudentia. Quid enim habent quod proferant? Nec Hieronymus, nec Augustinus, nec Dionysius ille quem toties ut clypeum nobis opponunt, non ipse denique Iouinianus sic usquam appellant. Hoc unum habent quod prætexāt, Veterem interpretem uocare sacramentum: quæ uox deinde multis impositit. Atqui idem interpres μυστήριον sacramentum bis aut ter conuertit suprà capite tertio, & infrà Colos. 1 c. 27. ubi de Gentium uocatione disseritur. Sit ergo Gentium uocatio octauum sacramentum. Eadem uox ab illo in Daniele aliquoties inculcatur, & alibi quoque: quis ergo erit sacramentorum finis? Ridiculum igitur est quod prætexunt. Sed præterea quam in eo se ostendūt nullo iudicio præditos, quòd non animaduerterunt Paulum diserte addere, se non de coniugio, sed de Ecclesiæ ac Christi coniunctione loqui? cuius etiamsi illis concessero ista uiri & uxoris arctissima coniunctione adumbrari Christi & ecclesiæ communionem, quo iure tamen inde collegerint matrimonium esse unum ex Ecclesiæ sacramentis, per quæ nostra cum Deo reconciliatio sancitur? Nam hic sanè est præcipuus sacramentorum finis. Postremò si uera est blasphema illa uox Cyrici Papæ (unius ex illis cui nemo dicere potest Cur sic facis? & capitis Ecclesiæ quæ errare non potest) si uera est inquam uox illius quam ipsi tanquam gemmam in suum ius canonicum retulerunt, matrimonium esse carnis immunditiem, in qua nullus Deo placere potest: quo iure ipsi matrimonium sacramentum ausint uocare? misi fortasse nostræ à Deo alienationis sacramentum esse uelint, à quo proinde multo malint, quàm à scortatione, abstinere. De Christo ἐις χριστόν. Vulgata, in Christo. Erasmus, in Christum. Vide 2. Corinth. 2. d. 17. Sic in epigrammatum & orationum inscriptionibus sæpe accipitur hæc particula.

Itaque & uos singuli *ita facite*, suam quisque uxorem ita diligat ut seipsum: uxor autem *uideat* ut reuereatur uirum.

33 πλὴν καὶ ὑμεῖς οἱ καθ' ἕνα, ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα οὕτως ἀγαπάτω ὡς ἑαυτόν. ἡ δὲ γυνὴ, ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα.

CAPVT VI.

ΚΕΦΑΛ. ϛ.

Coloss. 3. d. 20 Exod. 20. b. 12 deut. 5. b. 16 eccli. 2. b. 10 matth. 15. a. 4 marc. 7. d. 10

Liberi, auscultate in Domino parentibus uestris: id enim est iustum.

Honora patrem tuum & matrem: (quod est præceptum primum cum promissione)

Vt bene tibi sit, & sis longæuus super terram.

1 Τὰ τέκνα ὑπακούετε τοῖς γονεῦσιν ὑμῶν ἐν κυρίῳ· τοῦτο γάρ ἐστι δίκαιον.

2 τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα· (ἥτις ἐστὶν ἐντολὴ πρώτη ἐν ἐπαγγελίᾳ·)

3 ἵνα σοὶ γένηται, καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς.

Patres.

Et *uos* patres, ne prouocetis ad iram liberos uestros, sed enutrite eos in eruditione et monitis Domini.

4 καὶ οἱ πατέρες μὴ παροργίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν, ἀλλ' ἐκτρέφετε αὐτὰ ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ κυρίου.

Coloss. 3. d. 22 it. 2. c. 9 1. petr. 2. c. 18

Serui auscultate ijs qui domini sunt secūdum carnē, cum timore ac tremore, cū simplicitate cordis uestri, ut Christo.

5 οἱ δοῦλοι ὑπακούετε τοῖς κυρίοις κατὰ σάρκα, μετὰ φόβου καὶ τρόμου, ἐν ἁπλότητι τῆς καρδίας ὑμῶν, ὡς τῷ χριστῷ,

Non ad oculum seruientes, ut qui hominibus placere studeant: sed ut serui Christi, facientes ex animo quæ uult Deus.

6 μὴ κατ' ὀφθαλμοδουλείαν, ὡς ἀνθρωπάρεσκοι, ἀλλ' ὡς δοῦλοι τοῦ χριστοῦ, ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ ἐκ ψυχῆς,

Cum beneuolentia seruientes, Domino, & non hominibus:

7 μετ' εὐνοίας δουλεύοντες τῷ κυρίῳ, καὶ οὐκ ἀνθρώποις,

33 *Videat* ut reuereatur ἵνα φοβῆται. Eclipsis Atticis etiam familiaris, de qua alibi diximus. Dicitur autem hoc in loco uerbum φοβεῖσθαι de reuerentiæ cultu, quo is qui inferior est, superiorem colit, ex Hebræorum more, apud quos sic usurpatur uerbum ירא, præsertim quum de cultu Dei disseritur. Initio autem uersiculi non conuerti πλὴν uerūtamē, sed igitur, & omnino uideatur esse in his uerbis conclusio superioris tractationis officiorum tū uiri, tū uxoris.

IN CAPVT VI.

1 In Domino ἐν κυρίῳ. Hoc additum est ex Hebræorum idiotismo, ut significetur Deum esse istius mandati authorem, uel ut modus aliquis isti obedientiæ statuatur: qua de re dictum est Luc. 14. c. 26.

2 Cum promiss. ἐν ἐπαγγελίᾳ. i. cui adiuncta est promissio. sed conditionalem promissionem intellige, cuius modi sunt omnes quæ à Legis præstatione pendent. Vulg. & Eras. in prom sione, nimium obscurè. Posita enim est ἐν pro σύν, Hebræorum more, ut sæpissime iam diximus. Loquitur autem Paulus de promissione peculiari. alioquin secundum præceptum habet misericordiæ promissionem in mille progenies, sed uniuersalem.

4 *Vos* patres οἱ πατέρες. Vide Matth. 11. d. 26 Monitis Domini νουθεσίᾳ κυρίου. Id est, monitis ex uerbo Dei petitis, siue sanctis & Deo acceptis. Durius autem est quod νουθεσίαν Vetus interpres conuertit correptionem: quod & ipse Erasmus in annotationibus improbauit.

5 Secundum carnem κατὰ σάρκα. Id est, quod ad corpus & res externas attinet, quas illi sibi habent in potestate.

Nam

A Nam conscientia unius Dei est. Ita igitur mitigatur seruitutis asperitas, & sui etiam limites tum dominis in imperando, tum seruis in obsequendo definiuntur. uel, secundum carnem, ad muniendum imperiū œconomicum: ut norint serui, dominos, quanuis communem naturam habeant, dominij tamen iure excellere, idque ex Dei instituto. Cum timore. &c. μετὰ φόβου, &c. Id est, cum solicita reuerentia. Nam ne seruilem quidem metum laudabilem putat in Christianis mancipijs. Vt Christo ὡς χριστῷ. Vide suprà 5.e.22.

6 Ad oculum seruientes κατ' ὀφθαλμοδουλίαν. Id est, ut facere solent qui præsentibus tantum dominis obsequuntur, absentes aspernantur, aut etiam ludibrio habent. 7 Domino, &c. τῷ κυρίῳ. Id est, Dei reuerentia commoti, & quasi ipsi Deo, non autem ipsorum hominum metu. Itaque post ἀνθρώποις adscribo distinctionem. Nam etiam in quatuor codicibus scriptum erat ὡς κυρίῳ, ut Domino.

εἰδότες ὅτι ἕκαστος ὃ ποιήσῃ ἀγαθόν, τοῦτο κομιεῖται παρὰ τοῦ κυρίου, εἴτε δοῦλος εἴτε ἐλεύθερος.

8 Vt qui illud sciatis, singulos, quicquid fecerint boni, hoc reportaturos à Deo: siue seruus fuerit, siue liber.

καὶ οἱ κύριοι τὰ αὐτὰ ποιεῖτε πρὸς αὐτούς, ἀνιέντες τὴν ἀπειλήν, εἰδότες ὅτι καὶ ὑμῶν αὐτῶν ὁ κύριός ἐστιν ἐν οὐρανοῖς, καὶ προσωπολημψία οὐκ ἔστι παρ' αὐτῷ.

9 Et uos domini eadem facite erga illos, remittentes minas: scientes quòd & uester ipsorum Dominus est in cælis, nec personę respectus est apud eum. *Domini.* deut.10.d.17 2.paral.19.c.7 iob.34.b.19 sapien.6.b.8 eccli.35.b.16 act.10.e.34 rom.2.b.11. galat.2.b.6 Colos.3.d.25 1.petr.1.c.17

τὸ λοιπόν, ἀδελφοί μου, ἐνδυναμοῦσθε ἐν κυρίῳ, καὶ ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ.

10 Quod superest, fratres mei, corroboremini per Dominum, & forte robur ipsius.

ἐνδύσασθε τὴν πανοπλίαν τοῦ θεοῦ, πρὸς τὸ
B δύνασθαι ὑμᾶς στῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου·

11 Induite uniuersam illam armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diabuli.

ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχάς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.

12 Quoniam non est nobis lucta aduersus sanguinẽ & carnem, sed aduersus imperia, aduersus Potestates: aduersus mundi dominos, *rectores* tenebrarum seculi huius, aduersus spirituales malitias *quæ sunt* in sublimi. Supra 2.6.12

διὰ τοῦτο ἀναλάβετε τὴν πανοπλίαν τοῦ θεοῦ, ἵνα δυνηθῆτε ἀντιστῆναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ, καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι στῆναι.

13 Propterea assumite uniuersam illã armaturam Dei, ut possitis resistere tempore aduerso, & omnibus confectis stare. *Armatura Dei*

στῆτε οὖν περιζωσάμενοι τὴν ὀσφὺν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης,

14 State igitur, lumbis circũcinctis ueritate, & induti thorace iustitiæ:

καὶ ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης,

Calceatis pedibus præparatione Euangelij pacis

8 Quicquid fecerint boni ὃ ἐάν τις ποιήσῃ ἀγαθόν. Vide suprà 2. Corinth. 5.b 10.

9 Vester ipsorum ὑμῶν αὐτῶν. Vulg. & illorum & uester, καὶ αὐτῶν καὶ ὑμῶν, ut etiam citat Clemens Alexandrinus. Personæ respectus προσωπολημψία. Id est, externæ qualitatis ac status personæ, puta libertatis aut seruitutis ratio. Nam de his circumstantijs agitur hoc in loco. Vide Marc. 12. b. 14.

C 10 Et forte robur ipsius καὶ ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ. Vulgata, & in potentia uirtutis eius. Eras. perque potentiam roboris illius. Vide suprà 1.d.19. 12 Aduersus carnẽ & sanguinẽ πρὸς αἷμα καὶ σάρκα. Id est, aduersus homines, quorũ fragilis & caduca est natura: cui opponuntur uersutiæ spirituales, i. spiritus sceleratæ quidẽ naturæ sed infinitis partibus potentioris. Non tamẽ negat Paulus quin nobis aduersus homines atque adeò aduersus nos ipsos certandum sit, sed præcipuum & maximè formidabilem nobis hostem indicat. Itaque quod simpliciter dictum est, intelligendum est κατ' ἐξοχήν, quod & alibi sæpe obseruauimus. Sic paulo ante quum præciperet seruis ut seruirent non hominum metu, sed tanquã ipsi Deo, homines tamẽ nõ excludit simpliciter, sed quatenus à Deo seiunguntur. Imperia τὰς ἀρχάς. ista nomina tribuit Angelis malis, sumpta ab eorũ effectibus, ex quib. intelligat quæ sit illorũ uis, ac potestas. minimè id quidẽ quasi uel nõ sit circũscripta illorũ potẽtia, uel quod possunt, suapte ui possint, ut existimabat Manichæus. sed quòd ita illis laxet habenas Dominus, ut eorum audacia ad amplificandam suam gloriam utatur. Interim uerò nobis in hoc ipsorum quasi imperio uersantibus proponuntur istæ hostium uires, non ut examinati cedamus, sed contrà ne nos imparatos opprimant. Itaque Paulus ut terribiles nobis aduersarios opposuit, ita paulo post ijs armis nos induit, quibus si armati fuerimus, illi ne formidabiles quidem esse debeant. Tertullianus mundinentes, Hilarius mundipotentes uertit κοσμοκράτορας. Quæ sunt in sublimi ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Suppleumus quæ deerãt, ut magis perspicuè loqueremur. Deinde ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, id est בַּמְּרוֹמִים non cõuertimus in cælis, ut antea, sed ad uerbum, insublimi. quia hoc loco cælestium locorum nomine intelligũtur aëreæ regiones, in quibus collocauit aduersarios spiritus, etiã suprà 2.2.2. 13 Tempore aduerso ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ. Heb. בְּיוֹם רַע, qua formula loquendi diximus aspera & difficultatum plena tempora significari, quum scilicet nobis quasi apertum bellũ indixit Satan. Vulgata & Erasmus, in die malo. à quo Hebraismo non abstinuimus suprà 5.d.16. quòd satis illic uideretur conuenire. Sic ad uerbum dicimus, *en mauuais temps*. 14 Circuncinctis περιζωσάμενοι. Militis panopliam eleganter describit Paulus, nempe ζωστῆρα, quem balteum uocabant Latini, qui thoracis & ζώματος commissuram tegebat: deinde thoracem, cuius una pars à pectore infrà umbilicum, altera quam ζῶμα uocabant ab umbilico ad genua protendebatur. Sequuntur thoracem ocreæ, quas κνημῖδας uocabant, quibus etiam pes ipse obtegebatur, si libuisset. Additur galea, ut totum corpus iam sit obtectum. Dextra gladium tenet, sinistra scutum. Ita instruitur panoplia. 15 Præparatione ἐν ἑτοιμασίᾳ. Sicut qui calceatus est, idem paratus est ad ingrediendum iter, ita ad ineundum prælium & uitæ istius cursum inter medios hostes tenendum, uult Apostolus ut Euangelij pacis cognitione simus præparati. Optimè autem conuenit epitheton, quum nos ad Deum per insensissimos hostium cuneos, per Gentes id unum ad fortiter pergendum hortetur, quòd sciamus nos ad Deum nobis iam reconciliatum contendere. & quum Euangelij nomine fausta nuntiatio significetur, calceatos merito esse iubet quos ad hoc perferendum nuntium paratos esse oportet.

ceat: quod tamen solis ministris propriè competit. Sed & pacis nomen uidetur grauissimi belli molestijs opponere. A

Ad hæc, assumpto scuto fidei, quo possitis omnia iacula malii illius ignita extinguere

16 ὡὶ πᾶσιν ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, ἐν ᾧ δυνήσεσθε πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι,

Galeamq; salutarem accipite, & gladium Spiritualem, hoc est uerbum Dei:

17 καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου δέξασθε, καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, ὅ ἐστιν ῥῆμα θεοῦ,

Omni obsecratione & deprecatione orantes omni tẽpore per Spiritum, & illi ipsi inuigilantes cum omni perseuerantia & deprecatione pro omnibus sanctis:

18 διὰ πάσης προσευχῆς καὶ δεήσεως προσευχόμενοι ἐν παντὶ καιρῷ ἐν πνεύματι, καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο ἀγρυπνοῦντες ἐν πάσῃ προσκαρτερήσει καὶ δεήσει περὶ πάντων τῶν ἁγίων.

Et pro me, ut mihi deꝫ sermo ad apertionem oris mei cum libertate: ut notum faciam mysterium Euangelij.

19 καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα μοι δοθῇ λόγος ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματός μου, ἐν παῤῥησίᾳ γνωρίσαι τὸ μυστήριον τοῦ εὐαγγελίου,

Cuius causa legatione fungor in catena, ut *inquam* de eo liberè loquar, sicut oportet me loqui.

20 ὑπὲρ οὗ πρεσβεύω ἐν ἁλύσει, ἵνα ἐν αὐτῷ παῤῥησιάσωμαι, ὡς δεῖ με λαλῆσαι.

Vt autem sciatis & uos quæ ad me pertinẽt, & quid agam, omnia uobis nota faciet Tychicus, charus frater & fidus minister in Domino,

21 ἵνα δὲ εἰδῆτε καὶ ὑμεῖς τὰ κατ' ἐμέ, τί πράσσω, πάντα ὑμῖν γνωρίσει Τυχικὸς ὁ ἀγαπητὸς ἀδελφὸς, καὶ πιστὸς διάκονος ἐν κυρίῳ,

Quem misi ad uos ob id ipsum ut cognosceretis de rebus nostris, & cõsolaretur corda uestra. B

22 ὃν ἔπεμψα πρὸς ὑμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο, ἵνα γνῶτε τὰ περὶ ἡμῶν, καὶ παρακαλέσῃ τὰς καρδίας ὑμῶν,

Pax *sit uobis* fratribus, & charitas cum fide à Deo Patre, & Domino Iesu Christo.

23 εἰρήνη τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ ἀγάπη μετὰ πίστεως ἀπὸ θεοῦ πατρὸς, καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Gratia *sit* cum omnibus diligentibus Dominum nostrum Iesum Christum, ad immortalitatem. Amen.

24 ἡ χάρις μετὰ πάντων τῶν ἀγαπώντων τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν ἀφθαρσίᾳ. ἀμήν.

Missa fuit è Roma ad Ephesios per Tychium.

πρὸς Ἐφεσίους ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης διὰ Τυχικοῦ.

17 Galeam salutarem τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου. Vel, seruatorem illum: id est Iesum, siue salutem, id est liberationem illam per Iesum Christum, assumite pro galea. Alludit autem procul dubio ad Esa. 59. c. 17.

18 Per spiritum ἐν πνεύματι. Vult Paulus preces à Spiritu sancto proficisci, ut uerè sanctæ sint & ratæ, Rom. 8. c. 26 & 27, uel τὸ πνεῦμα. interpretare, ex initimis animi penetralibus: ut suprà 5. d. 19. accipitur τὸν τῆς παρδίας ὑμῶν, pro ex corde uestro. Illi ipsi inuigilantes εἰς αὐτὸ τοῦτο ἀγρυπνοῦντες. Illi ipsi uerbo Dei scilicet dies ac noctes incumbẽdo, ut Psal. 1. a. 2. nisi placeat in genere interpretari, illi ipsi rei.

19 Sermo λόγος. Id est, loquendi facultas. uel ut suggerat mihi Dominus quod loquar. Vides ut omnia gratiæ tribuat etiam renatus Apostolus? Ad apertionem oris mei τὸν ἀνοίξει τοῦ στόματός μου. Hebraice לפתוח פי, id est ad aperiẽdum, siue ut aperiam os meum. Aperire autem os accipitur pro loqui, ex altero Hebræorum idiotismo: sicut per epanalepsin explicat sequenti uersiculo. & alludere uidetur Apostolus ad Psal. 51. d. 17. 24 Ad immortalitatem τὸν ἀφθαρσίαν. Id est, ad uitam æternam, metam scilicet eius gratiæ quam fidelibus precatur. Est igitur ἐν pro εἰς posita, ut alijs locis penè infinitis. Vulgata, in incorruptione. Erasmus, cum synceritate, ut uerus amor scilicet ab adulterino distinguatur. Sed in hac significatione nomen ἀφθαρσίας, nusquam, quod sciam, usurpatur. Græcus scholiastes perpetuum amorem intelligit, ut ἐν ἀφθαρσίᾳ positum sit pro aduerbio ἀφθάρτως, id est perenniter.

EPISTOLA PAVLI AD C Philippenses.

Παῦλος ἀποστόλος πρὸς φιλιππησίους ἐπιστολή.

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

[CAP. I.

PAulus & Timotheus serui Iesu 1 Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu, q̃ sunt Philippis, unà cũ episcopis ac diaconis:

ΚΕΦΑΛ. α'.

ΠΑΥΛΟΣ καὶ τιμόθεος δοῦλοι Ἰησοῦ Χριστοῦ, πᾶσι τοῖς ἁγίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τοῖς οὖσιν ἐν Φιλίπποις, σὺν ἐπισκόποις καὶ διακόνοις.

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Vnà cum episcopis σὺν ἐπισκόποις. Qui uno uocabulo coniunctim legunt συνεπισκόποις, tollunt pulcherrimã Ecclesiæ partiũ distributionẽ quæ hic statuitur à Paulo. Primùm enim nominat omnes sanctos. i. uel ipsum Ecclesiæ corpus, ex quo postea sigillatim quosdam eximit, uel gregẽ uniuersum seorsim ab ijs qui præerant. Deinde eos qui Ecclesiã regebant, duorum generũ facit, episcopos s. ac diaconos. episcopos igitur intelligit quicunque uerbo & gubernationi præerant, puta pastores, doctores, & presbyteros, παρὰ τὸ ἐπισκοπεῖν, quòd illos oporteat, quasi specula

A speculatores, in doctrinam et mores cõmissi gregis inquirere, ut Acto. 20. f. 28. quos interdum generali nomine persbyteros uocat, ut ibidem uers. 17, & 1. Tim. 5. c. 17. Diaconos uerò intelligit etiam Ecclesiasticos œconomos, & uidu arum etiam collegium? quum alioquin hoc nomen interdum sit uniuersale, adeò ut ipsos etiam Apostolos comprehendat. Hæc igitur olim erat episcoporũ appellatio, donec qui politiæ causa reliquis fratribus imperat, quem Iustinus τὸν προεστῶτα uocat, peculiariter dici episcopus cœpit. Hinc cœpit diabolus prima tyrannidis fundamenta iacere in Dei Ecclesia, quasi tota Ecclesiæ unà cum administratione nomine ad usum translata. Ab episcopis deinde ad metropolitanos peruentum, quos archiepiscopos uocant. quę distinctio tamen speciosum uelamen habuit, ut synodi per singulas prouincias facilius cogerentur, & certus aliquis ordo rerum administrandarum seruaretur. A metropolitanis ad quatuor patriarchas uentum est, quasi Republica Christiana in quatuor uiros distributa. Vnde petitæ illæ de iurisdictione contentiones, quibus quasi mutuis uulneribus illi sese ita confecerũt, ut tandem duobus cesserint reliqui, Constantinopolitano & Romano: nunquam ad hunc diem definita controuersia, quum modò hic, modò ille se œcumenicum uocaret, & suæ tyrannidis speciosas authoritates ederet: Romano interim pontifice falsi damnato in concilio Carthaginiensi 217 Patrum, inter quos etiam Augustinus numeratur. Ea tamen fuit ambitio ut nihilominus nunc quoque Constantinopolitanus omnibus illis per Orientem sparsis Ecclesijs, si modò Ecclesiæ uocandæ sint, præficiatur: Romanus uerò non Ecclesias modò, sed regna etiam Occidentis inuaserit: iusto quidem Dei iudicio, ut ij ipsi quorum ope tyrannidem Ecclesiarum inuaserat, suis quoque sceptris ab illo priuarentur. En quanti sit momenti à Dei uerbo uel latum unguem deflectere.

χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ. 2

Gratia uobis & Pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. 2

εὐχαριστῶ τῷ θεῷ μου ἐπὶ πάσῃ τῇ μνείᾳ ὑμῶν 3

Gratias ago Deo meo cum summa memoria uestri. 3

(πάντοτε ἐν πάσῃ δεήσει μου ὑπὲρ παντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς τὴν δέησιν ποιούμενος) 4

(Semper in omni precatione mea pro omnibus uobis cum gaudio precationem faciens:) 4 *Paulus orat pro Philippensibus.*

B

ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ ὑμῶν εἰς τὸ εὐαγγέλιον, ἀπὸ πρώτης ἡμέρας ἄχρι τοῦ νῦν, 5

Super uestri in Euangelio participatione, à primo die usq; ad hoc tempus: 5

πεποιθὼς αὐτὸ τοῦτο, ὅτι ὁ ἐναρξάμενος ἐν ὑμῖν ἔργον ἀγαθὸν, ἐπιτελέσει ἄχρις ἡμέρας ἰησοῦ χριστοῦ, 6

Persuasum habens hoc ipsum, quòd is q̃ cœpit in uobis opus bonum, perficietusque ad diem Iesu Christi: 6

καθώς ἐστι δίκαιον ἐμοὶ τοῦτο φρονεῖν ὑπὲρ παντων ὑμῶν, διὰ τὸ ἔχειν με ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμᾶς, ἔν τε τοῖς δεσμοῖς μου, καὶ τῇ ἀπολογίᾳ, καὶ βεβαιώσει τοῦ εὐαγγελίου, συγκοινωνούς μου τῆς χάριτος πάντας ὑμᾶς ὄντας. 7

Sicut iustum est ut ego id sentiam de omnibus uobis, propterea quòd animo teneam uos tum in uinculis meis, tum in defensione & confirmatione Euangelij, uos *inquam* omnes unà mecum fuisse gratiæ meæ participes. 7

3 Cum summa memoria uestri ἐπὶ πάσῃ τῇ μνείᾳ ὑμῶν. Id est, perpetuò uestri memor. Nam πᾶσαν μνήμην pro profecta (ut ita dicam) memoria dixit: & ἐπὶ pro μετὰ, id est ב pro עם, enallage Hebræis familiari. Vulgata & Erasmus, in omni memoria uestri, id est (ut ferè explicant) quoties uestri recordor. Ea uerò interpretatio mihi frigida uidetur.

5 Super uestri communione, &c. ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ ὑμῶν, &c. Id est, quòd facti sitis participes Euangelij cum cæteris Ecclesijs. A primo die ἀπὸ πρώτης ἡμέρας. A primo scilicet die quo ad Euangelium accesserãt. Coniũgo enim ista cum uerbo συγχαίρω: quanuis nonnulli potius putent laudari Philippenses quòd primo statim die amplexi sint Euangelium. Id uerò haud satis scio an uerum sit: nec puto necessariam esse hanc quæstionem obijci, quum potius significet Apostolus, se, ex quo primum die ipsos cognouerit, nõ desitisse de ipsorum perseuerantia gratias agere, quæ scilicet perpetua fuerat.

C

6 Vsque ad diem Iesu Christi ἄχρις ἡμέρας ἰησοῦ χριστοῦ. Id est, ad extremum usque finem non deseret uos Dei Spiritus, donec scilicet uestra etiam mortalia corpora uiuificata sistantur Christi iudicio glorificanda.

7 De omnibus uobis ὑπὲρ πάντων ὑμῶν. ὑπὲρ pro περὶ, ut contra περὶ pro ὑπὲρ, Ephes. 6. c. 18. Quòd animo teneam uos διὰ τὸ ἔχειν με ἐν καρδίᾳ ὑμᾶς. Vulgata & Erasmus, eo quòd habeam uos in corde: duplici errore: primùm quòd ὑμᾶς simpliciter coniunxerunt cum uerbo ἔχειν, quum cohæreat cum participio ὄντας pro εἶναι positio, ex Græcorum cõsuetudine. ut in illo Herodoti, ἱστορέων δὲ ἕνεκεν λακεδαιμονίους καὶ ἀθηναίους περὶ χεντας, id est περὶ ἔχοντας. Deinde quòd ἔχειν ἐν καρδίᾳ nimium obscurè conuerterunt, in corde habere. pro quo potius dicũt Latini, animo tenere, id est quasi insculptum habere memoriæ, ut elabi non possit.

Tum in uinculis meis ἔν τε τοῖς δεσμοῖς μου. Veræ coniunctionis in Christo certum erat argumentum, quòd & absentem & captiuum non modo non deseruisset, sed etiam omnibus officijs essent prosequuti, perinde acsi cum eo unà captiui fuissent.

Tum in defensione καὶ τῇ ἀπολογίᾳ. Apertè igitur ostenderant Philippenses sese in hac causa habere omnia cum Paulo coniuncta. Eheu quàm rarum hoc nostro seculo pietatis testimonium, in quo summa etiam pietas dicitur Christum aperte non prodidisse.

Vos *inquam* omnes πάντας ὑμᾶς. Videtur quidẽ ὑμᾶς abundare: qui pleonasmus apud Hebræos legitur, qui sæpè antecedentib. affixa quę uocant, coiungũt: sed propter illa interposita cõmodissime explicari potest per epanalepsin.

Gratiæ τῆς χάριτος. Gratiam, id est peculiare & gratuitum beneficium, appellat, quòd captiuus teneretur pro Christi nomine, quam in re certatim etiam illi sese ipsi socios addiderant. Sic infrà, Vobis, inquit, datum est pro Christo nõ solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini, uers. 29.

8 Quàm propensè amem ὡς ἐπιποθῶ. Vulg. quàm cupiam. Eras. quàm desiderem. Mihi uidetur in genere uehementissimum in illos amorem suum Apostolus hoc uerbo significare, ex Hebræorum idiotismo, apud quos id etiam ualet uerbum בטרח & התאוה. In uisceribus Christi ἐν σπλάγχνοις ἰησοῦ χριστοῦ.

Testis enim mihi est Deus quàm propense amem uos omnes in uisceribus Iesu Christi. 8 μάρτυς γάρ μου ὁ θεός, ὡς ἐπιποθῶ πάντας ὑμᾶς ἐν σπλάγχνοις Ἰησοῦ Χριστοῦ. A

Et illud oro, ut charitas uestra adhuc magis ac magis redundet in cognitione, omníque iudicio: 9 καὶ τοῦτο προσεύχομαι, ἵνα ἡ ἀγάπη ὑμῶν ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον περισσεύῃ ἐν ἐπιγνώσει καὶ πάσῃ αἰσθήσει,

Adhoc ut dignoscatis quæ discrepant: ut sitis sýnceri, ac inoffenso cursu pergatis ad diem usq; Christi, 10 εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τὰ διαφέροντα, ἵνα ἦτε εἰλικρινεῖς καὶ ἀπρόσκοποι εἰς ἡμέραν Χριστοῦ,

Plem fructibus iustitię, qui *insunt uobis* per Iesum Christum, ad gloriam & laudem Dei. 11 πεπληρωμένοι καρπὸν δικαιοσύνης τὸν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον θεοῦ.

Scire autem uos uolo, fratres, quòd quæ mihi *acciderunt*, magis ad profectum Euangelij euenerunt: 12 γινώσκειν δὲ ὑμᾶς βούλομαι, ἀδελφοί, ὅτι τὰ κατ' ἐμὲ μᾶλλον εἰς προκοπὴν τοῦ εὐαγγελίου ἐλήλυθεν,

Adeo ut uincula mea in Christo, celebria sint in toto Prætorio, ac reliquis omnibus *locis*. 13 ὥστε τοὺς δεσμούς μου φανερούς ἐν Χριστῷ γενέσθαι ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσι,

Et pleriq; ex fratribus in Domino, freti uinculis meis, magis audeant impauide Sermonem loqui. 14 καὶ τοὺς πλείονας τῶν ἀδελφῶν ἐν κυρίῳ, πεποιθότας τοῖς δεσμοῖς μου, περισσοτέρως τολμᾶν ἀφόβως τὸν λόγον λαλεῖν, B

Christus annunciatur varie. Ac nonnulli quidem per inuidiam & contentionem, nonnulli uerò etiam propensa uoluntate Christum prædicant: 15 τινὲς μὲν καὶ διὰ φθόνον καὶ ἔριν, τινὲς δὲ καὶ δι' εὐδοκίαν τὸν Χριστὸν κηρύσσουσιν.

Alij quidem *inquam* per contentionẽ Christum annuntiant non purè, existimantes sese afflictionem addere uinculis meis: 16 οἱ μὲν ἐξ ἐριθείας τὸν Χριστὸν καταγγέλλουσιν οὐχ ἁγνῶς, οἰόμενοι θλῖψιν ἐγείρειν τοῖς δεσμοῖς μου·

Alij rursus ex charitate, scientes quòd ad defensionem Euangelij sim constitutus. 17 οἱ δὲ ἐξ ἀγάπης, εἰδότες ὅτι εἰς ἀπολογίαν τοῦ εὐαγγελίου κεῖμαι.

Alibi solet dicere, In Christo: ut significetur ex quo fonte promanet affectus iste, & quò etiam feratur. Additum autem uiscerum nomen, magnum pondus addit sententię, ut intimus amor significetur. Solet enim Hebræi. רחמים id est uiscera, omnes teneros ac ueluti maternos affectus uocare.

9 Iudicio: αἰσθήσει. Quum ea de quibus agit, non sint αἰσθητὰ, sed νοητὰ, apparet αἴσθησιν impropriè poni αὐτὶ τῆς πίστεως. Loquitur autem Paulus primùm de perceptione deinde de rei perceptæ dijudicatione, ut perfecta sit notitia: non illa naturalis proprię, si qualitatem spectes, sed quam à Gratia accepimus: ad cuius præscriptum scilicet integra uita dirigatur. Itaque αἰσθησιν melius etiam conuertit Vetus interpres sensum, quàm Eras. intelligentiam.

10 Ad hoc ut dignoscatis quæ discrepant εἰς τὸ δοκιμάζειν τὰ διαφέροντα. Perfectum hoc est iudicium quo nõ modo agnoscimus quod boni specie nobis allubescit, sed etiam quod à bono discrepat possumus dijudicare. Itaque mihi uidetur longè uberior ista explicatio, ac melius etiam cohærens cum ijs quæ præcedunt ac sequuntur, quàm si eum Vetere interprete conuertamus, ut probetis potiora: uel cum Erasmo, ut probetis quæ sunt præstantia. Vide Rom. x. 18.

Ac inoffenso cursu pergatis καὶ ἀπρόσκοποι. Metaphoram sumptam apparet ab ijs qui aliquo contendunt: ut non dubitarim periphrasin usurpare. Vulgata, sine offensa. & Eras. tales ut nemini sitis offendiculo: quo modo etiam accipitur idem hoc nomen Act. 24. d. 16, & 1. Cor. 10. g. 32. Mihi tamen hoc in loco plusculum arridet passiua significatio. Ad diem usque εἰς ἡμέραν. Vide 1. Cor. 1. a. 8. C

11 Fructibus iustitiæ καρπῶν δικαιοσύνης. Si arbor est iustitia, opera uerò bona, fructus arboris: quo modo tradunt sophistæ, ex fructibus nasci arborem? Sed & distinguenda est iustitia imputata, in quã unam recumbimus, à iustitia inhærente, quæ est duntaxat illius soboles ac propago.

13 In Christo ἐν Χριστῷ. Id est, Christi nomine, siue pro Christi negotio, ut Ephes. 4. a. 1. Pertinet enim hoc ad τὰ δεσμά, per traiectionem Hebræis familiarẽ, ut Psal. 138. a. 2, Magnificasti super omne nomen tuũ eloquium tuum. pro, magnificasti eloquium tuũ super omne nomen tuum. Sic Horatius, Pene macros arsit dum turdos uersat in igne. Celebria φανερούς. Vulg. & Eras. manifesta: non satis expresse. Prætorio πραιτωρίῳ. Id est, Cæsaris regia. Latè enim patet Prætorij appellatio, unde & Milites Prætoriani. Vide infrà cap. 4. d 23.

Ac reliquis omnibus τοῖς λοιποῖς πᾶσι. Sub. בכל מקומות locis, ut Ephes. 1. a. 3.

14 Sermonem loqui τὸν λόγον λαλεῖν. Sermo κατ' ἐξοχὴν uocatur Euangelica doctrina, & quidem addito articulo. In duobus tamen codicibus additum erat τοῦ Θεοῦ, quo modo uertit Vetus interpres.

16 Alij quidem *inquam* οἱμὲν. Manifesta est epanalepsis. Vetus interpres hunc uersiculum subijcit proximo. Non purè ἐξ ἁγνῶς. Non puro scilicet animo, quum aliòqui pura esset doctrina. Neque enim subijceret Paulus se ex istorum etiam prædicatione gaudium capere. idque etiam ex eo liquet quòd τὴν ἀλήθειαν uersiculo decimo octauo non opponat τῷ ψεύδει, id est mendacio, sed τῇ προφάσει, id est obtentui. Ambrosius uertit non simpliciter, ἐξ ἀπλῶς.

Addere ἐπιφέρειν. Nempe ut urat ipsorum gloria. Cęterùm Erasmus τὸ ἐπιφέρειν rectè omnino exposuit addere. Nam ἐπὶ hoc in loco additionem declarat. Vulg. suscitare, ut uideri possit legisse ἐπεγείρειν.

18 Quid

A τί γάρ; πλὴν παντὶ τρόπῳ, εἴτε προφάσει, εἴτε ἀληθείᾳ, χριστὸς καταγγέλλεται, καὶ ἐν τούτῳ χαίρω, ἀλλὰ καὶ χαρήσομαι·

18 Quid igitur? attamen quouis modo, siue in specie, siue syncerè Christus annuntiatur: de hoc quoque gaudeo, atque etiam gaudebo.

οἶδα γὰρ ὅτι τοῦτό μοι ἀποβήσεται εἰς σωτηρίαν διὰ τῆς ὑμῶν δεήσεως, καὶ ἐπιχορηγίας τοῦ πνεύματος Ἰησοῦ χριστοῦ,

19 Noui enim quòd hoc mihi cedet saluti per uestram deprecationem, & subministrationem Spiritus Iesu Christi.

κατὰ τὴν ἀποκαραδοκίαν καὶ ἐλπίδα μου, ὅτι ἐν οὐδενὶ αἰσχυνθήσομαι, ἀλλ' ἐν πάσῃ παρρησίᾳ ὡς πάντοτε, καὶ νῦν μεγαλυνθήσεται χριστὸς ἐν τῷ σώματί μου, εἴτε διὰ ζωῆς, εἴτε διὰ θανάτου.

20 Secundum intentam expectationẽ & spẽ meam, quòd nulla in re pudefiã, sed cum omni libertate, ut semper, *ita* nunc quoq; magnificabitur Christus in corpore meo, siue per uitam, siue per mortem.

ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν χριστός, καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος·

21 Mihi enim *est* Christus & *in* uita & *in* morte lucrum.

εἰ δὲ τὸ ζῆν ἐν σαρκί, τοῦτό μοι καρπὸς ἔργου, καὶ τί αἱρήσομαι οὐ γνωρίζω.

22 Vtrũ uerò uiuere in carne mihi operæpretium *sit*, & quid eligam ignoro.

συνέχομαι δὲ ἐκ τῶν δύο, τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν χριστῷ εἶναι, πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον·

23 Coarctor enim utrinq; : desiderans migrare, & esse cum Christo : nam *id* longè optimum est:

B τὸ δὲ ἐπιμένειν ἐν τῇ σαρκί, ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς.

24 Sed permanere in carne, magis necessariũ *est* propter uos.

καὶ τοῦτο πεποιθὼς, οἶδα ὅτι μενῶ καὶ συμπαρα μενῶ πᾶσιν ὑμῖν εἰς τὴν ὑμῶν προκοπὴν καὶ χαρὰν τῆς πίστεως,

25 Et hoc confisus noui quòd mansurus sim, & unà permansurus cum uobis omnibus ad uestrum profectum & gaudium fidei.

18 Quid igitur? τί γάρ: Ad uerbum, Enimuero quid? Neque enim causam significat. Vulg. & Eras. Quid enim? In speciem προφάσει. Vel, per obtentum. Nam speciosam quidem causam, id est Christum ipsum, prætexebant suæ ambitioni & inuidiæ qua intus æstuabant. Vulgata, per occasionẽ, absurde. Vide Matth. 23. b. 14. Syncerè ἀληθείᾳ. Vulg. & Erasmus, per ueritatem, obscure: quia quum multę sint mendacij & ueritatis species, non opponit hoc loco ueram doctrinam falsæ, sed syncerum animum fucato. quo modo ab Hebræis accipitur. אמרת pro animi integritate, quæ omni dissimulationi aduersatur

20 Intentam expectationem ἀποκαραδοκίαν. Vulg. & Eras. expectationem. Vide Rom. 8. d. 19. Magnificabitur μεγαλυνθήσεται. Hebraice יגדל, id est magnificè extolletur, ac prædicabitur.

21 Mihi enim, &c. Vulg. Ἐμοὶ γάρ &c, Mihi enim uiuere, Christus est: & mori, lucrũ. Eras. Nam mihi uita Christus est, & mors, lucrum. Itaque in priore quidem membro Christum Paulus uitam suam uocarit: in posteriore uerò nulla erit Christi mentio, nisi ex consequenti. Atqui applicanda est ratio propositioni cui adiungitur. Firma est igitur doctissimi interpretis sententia, qui existimat sicut in propositione, sic etiam in ratione, Christum esse utriusque membri subiectum: lucrum uerò, id est gloriam Christi, quæ cum ipsius Apostoli commodo coniuncta est, prædicatum, ut ante τὸ ζῆν & τὸ ἀποθανεῖν subaudiatur κατά, eclipsi non modò quæ tolerari possit, sed etiam quę inter Atticismos numeretur.

22 Vtrum uerò εἰ δὲ. Vulgata & Erasmus, Quòd si. Atqui si ita conuerteris, hiabit tota sententia, propter particulam καὶ sequentem. Hanc uerò Græcus scholiastes negligit, & εἰ δὲ interpretatur ἐπεὶδὴ δὲ, quoniam uerò. Sed hoc quidem est nodum non expedire sed secare. Nouus quidam interpres eam quoque transilit, sed multo impudentius. Alij uerbum unum subaudiunt, puta, si [contingat] uiuere in carne, ut Erasmus in ipso contextu: Alij integram sententiam, ut idem Eras. in annotationibus, omnia certè perturbans. Alij denique aliter. Ego uerò miror nemini in mentem uenisse ut εἰ per an uel utrum exponeret: quæ significatio particulæ εἰ in subiectione ita est usitata ut miretur Erasmo doctissimo utro & hoc ipsum quærenti non occurrisse.

Viuere in carne ζῆν ἐν σαρκί. Distingue secũdum carnem uiuere, siue in carne esse, ab hac formula. Viuere enim secundum carnem, & in carne esse, de ijs dicitur qui quiũ non sint Spiritu donati, sese cupiditatibus carnis immergũt. Viuere autem in carne, uel ambulare, ut 2. Corinth. 10. a. 3. nihil aliud declarat, quàm in hoc caduco corpore uitam degere, tantisper dum cælesti & æterna uita potiamur, ut Galat. 2. d. 20. & 1. Pet. 4. a. 1.

Mihi operæpretium sit τοῦτό μοι καρπὸς ἔργου. Abundat τοῦτο ex Hebræorum idiotismo, qui singulis penè uersiculis occurrit. Quod autem Vetus interpres & Eras. fructum operis obscurè conuerterunt, satis constat à Latinis ope ræpretium dici, nempe rem utilem & fructuosam, dignam denique in qua aliquis operam ponat.

23 Vtrinque ἐκ τῶν δύο. Id est ἀμφοτέρωθεν. Hebraicè מבשגי־חם pro מצר שני־חם. Vulg. ex duobus Eras. ex his duobus. Migrare ἀναλῦσαι. Id est μεθίστασθαι, ut rectè interpretatur Chrysostomus. uti soluere dicuntur nauiæ prosecturi. quod rectè obseruatum est ab Erasmo. κατάλυσιν uero pro diuertere, ab aurigis ductum est, qui equorum & currus uincula dissoluunt. Vulgata, dissolui, ἀναλυθῆναι.

Nam id longè optimũ est πολλῷ γὰρ μᾶλλον κρεῖσσον. Addidi particulã γὰρ ut necessariã, ex duorũ ueterum codicum fide, & Clementis authoritate, qui ita legit libro στρωμ. 3. Vulg. multo magis melius Eras. multo longeq; melius est. Ego malui μᾶλλον κρεῖσσον pro ἄμεινον accipere. Sic enim abũdat μᾶλλον ut tamen suã emphasin habeat neq; hic pleonasmus in Hebræorũ duntaxat idiomate inuenitur, apud quos sic redũdat particula מאד, sed etiã apud idoneos scriptores Græcos, ut diximus Matth. 6. d. 25, & Marc. 7. e. 36.

24 In carne ἐν σαρκί. Iterum caro pro corpore ponitur.

25 Et gaudium fidei καὶ χαρὰν τῆς πίστεως. Gaudium fidei appellat quod ex fide promanarit, aut quo fides magnopere confirmabitur, quum fœlicem uidebunt istius captiuitatis exitum.

27 Stetis

Vt abundet gloriatio uestra in Christo Iesu de me, mea rursus apud uos præsentia.

Tantùm ut dignum est Euangelio Christi uos gerite, ut siue uenero & uidero uos, siue absens fuero, audiam de rebus uestris quòd stetis in uno spiritu, uno pariter animo decertantes per fidem Euangelij,

Nec ulla in re terreamini ab ijs qui se opponût: quod illis quidem est exitii indiciû, uobis autem salutis, idq; à Deo:

Pati pro Christo donum Dei.

Quia uobis datum est in Christi negotio, non solùm in eum credere, sed etiam pro eo affligi,

Idem certamen habentes quale uidistis in me, & nunc audistis in me.

CAPVT II.

Ad concordiã inuitat Paulus.

SI qua igitur consolatio est in Christo, si quod solatium charitatis, siqua communio spiritus, siquæ uiscera ac miserationes:

Explete meum gaudium, ut itidem sitis affecti, eandem charitatem habentes, unanimes, & sententijs uni.

Nihil *gerite* per contentionem, aut per inanem gloriam, sed ex modestia alium quisq; se præstantiorem existimet.

Ne sua quisq; spectetis, sed unusquisq; etiã quæ sunt aliorum.

26 ἵνα τὸ καύχημα ὑμῶν περισσεύῃ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ A
ἐν ἐμοὶ, διὰ τῆς ἐμῆς παρουσίας πάλιν πρὸς ὑμᾶς.

27 μόνον ἀξίως τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ πολιτεύεσθε, ἵνα εἴτε ἐλθὼν καὶ ἰδὼν ὑμᾶς, εἴτε ἀπὼν, ἀκούσω τὰ περὶ ὑμῶν, ὅτι στήκετε ἐν ἑνὶ πνεύματι, μιᾷ ψυχῇ, συναθλοῦντες τῇ πίστει τοῦ εὐαγγελίου,

28 καὶ μὴ πτυρόμενοι ἐν μηδενὶ τοὺς ἀντικειμένους, ἥτις αὐτοῖς μέν ἐστιν ἔνδειξις ἀπωλείας, ὑμῖν δὲ σωτηρίας, καὶ τοῦτο ἀπὸ θεοῦ,

29 ὅτι ὑμῖν ἐχαρίσθη τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ, οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν.

30 τὸν αὐτὸν ἀγῶνα ἔχοντες οἷον εἴδετε ἐν ἐμοὶ, καὶ νῦν ἀκούετε ἐν ἐμοί.

ΚΕΦΑΛ. β.

1 Εἴ τις οὖν παράκλησις ἐν Χριστῷ, εἴ τι παραμύθιον ἀγάπης, εἴ τις κοινωνία πνεύματος, εἴ τινα σπλάγχνα καὶ οἰκτιρμοί,

2 πληρώσατέ μου τὴν χαρὰν, ἵνα τὸ αὐτὸ φρονῆτε, τὴν αὐτὴν ἀγάπην ἔχοντες, σύμψυχοι, τὸ ἓν φρονοῦντες,

3 μηδὲν κατ' ἐριθείαν ἢ κενοδοξίαν, ἀλλὰ τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν·

4 μὴ τὰ ἑαυτῶν ἕκαστοι σκοπεῖτε, ἀλλὰ καὶ τὰ ἑτέρων ἕκαστοι.

27 Stetis in uno spiritu στήκετε ἐν ἑνὶ πνεύματι. Standi uerbum athletis conuenit, à quibus sumpta est translatio, quam persequitur ad finem usque capitis. Spiritus autem appellatione intelligo Spiritum sanctum, aut certè eius afflatum, cuius uinculo deuincti, & cuius uianimati, fortiter ferient gradum.

Vno pariter animo decertantes μιᾷ ψυχῇ συναθλοῦντες. Id est ἑνοψύχως συναγωνιζόμενοι. Hanc autem distinctionem ita asserunt Græcâ schola ut nimme controuersam, ut qui alterius non meminerint. & sanè multo planior & uberior est sententia si μιᾷ ψυχῇ cum participio coniungas, ut nos fecimus. Hortatur ergo Paulus, ut eodem, Spiritu coniuncti & confirmati, coniunctis uiribus luctentur, & quidem fide freti, id est doctrina Euangelij, seu uerbo Dei, ut 1. Timoth. 4. a, 1, & Galat. 1. d. 23 accipitur fidei nomen. Vel fide Euangelij, id est fide quæ Euangelio, ac proinde inuicto Christi robore nititur. Vulg. unanimes collaborantes fidei Euangelij. Eras. adiuuantes decertatem fidem Euangelij, quasi scilicet τῇ πίστει regatur à præpositione συν, ut quasi laborans Euangelij fides præsidio nostro sit uictrix futura. Atqui perabsurda est hæc sententia, & quod de uno spiritu unoque animo dixit, satis indicat propositionem ad ipsos Philippenses coniunctos pertinere, ita ut τῇ πίστει rationem habeat quasi instrumenti, ut rectè omnino obseruauit doctissimus interpres.

28 Quod ἥτις. dixit ἥτις non ὅ ποῖον uel ὅ,τι, quia sequitur ἔνδειξις, quanuis complexui orationis referendo neutrum genus soleat potius usurpari. Vide supra Ephes. 3. c. 13. Indicium ἔνδειξις. Id est, apertum & planum testimonium: nam quo impotentius furit aliquis aduersus Ecclesiam, eo manifestius patefacit se ad certũ exitium ruere, nisi quidem Dominus illum dignetur sua misericordia, ut Paulum ipsum dignatus est. Sed rarum est hoc exemplum neque cognitæ ueritati reluctatus est Apostolus. Contrà uerò sancta perseuerantia in quibusuis pro Christo perferendis, nobis indicium est nos efficaci illo Spiritu Dei donatos, ac proinde esse ex electorum numero quos certa salus manet, ut 2. Thessal 1. 2. 5, ubi rursus utitur ἔνδειγμα τῆς nomine. Vetus tamen interpres ἔνδειξιν maluit causam interpretari, temerè quæsita aliena significatione, quum nusquam fideliũ afflictio dicatur salutis illorum causa, sed testimonium. Idque καὶ τοῦτο. Hoc refero ad utrunque membrum superius.

29 In Christi negotio τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ. Ad uerbum, in eo quod pro Christo [susciputur:] alioqui redundaret articulus τό Vulg. & Eras. pro Christo. In eum εἰς αὐτόν. Id est ei. Nam εἰς respondet literæ ל Hebræorum: utsatis firmum non sit discrimen illud quod statuitur inter Credere Deo, & Credere in Deum.

CAPVT II.

1 In Christo ἐν Χριστῷ. Id est Christiana, siue quæ ab ijs possit proficisci qui sunt in Christo. Siquæ uiscera ἔστιν σπλάγχνα. Id est, siquis intimæ charitatis sensus. Nã, ut sæpe iam diximus, σπλάγχνα uocat quæ Hebræi רחמים, tenerrimos scilicet ac plane maternos affectus. Cæterùm in uetustis bonis codicibus scriptum inuenio εἴ τις σπλάγχνα καὶ οἰκτιρμοί. & paulo antè etiam εἴ τις παραμύθιον, & ita quoque citatur hic locus à Clemente libro στρωμ. 4. & à Basilio in Ethicis, ὅρῳ ιβ. quam lectionẽ ut tueamur, necesse fuerit ista appellatiua pro adiectiuis accipere, Hebræorum more: acsi diceret Apostolus, Siquis est qui me consoletur in Christo, siquis est qui pro mutua charitate mihi solatium afferat, siquis mecum est eodem Spiritu coniunctus, si in quoquam ulla est intima charitas ac commiseratio.

2 Itidem sitis affecti τὸ αὐτὸ φρονῆτε. Vulg. idem sapiatis. Ego uerò malo hanc sententiam pro genere accipere, cuius deinde species cõmemoret. Vide Rom. 12. c. 16. Eandem charitatem τὴν αὐτὴν ἀγάπην. Id est parem, ut nõ modò sit amoris aliqua, sed par etiam uicissitudo: quasi una communi anima omnes uiuatis. Nam σύμψυχοι coniungo cum hac sententia. Et sententijs uni τὸ ἓν φρονοῦντες. Ab animorum, id est uoluntatum, coniunctione, transit ad doctrinæ consensum: ut plena iustaque sit concordia.

4 Spectetis

A 4 Spectetis σκοπᾶτε id est respiciatis. Neque tamen uult Apostolus hortari ad πλεονεξιαν, sed ad cōmunem solicitudinem, ut proximi etiam commodis studeat unusquisque, nec in illorum munera inuadat. Sed etiam ἀλλὰ καὶ. Particulam καὶ neglexit Verus interpres, quæ tamen sua emphasi non caret. Neque enim uult ut nos aut nostros negligamus, sed ut nullos à nobis putemus alienos, quos quidem possimus iuuare. Basilius tamen in Ethicis ὅρων θ', non legit καί.

τοῦτο γὰρ φρονέσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

5 Enimuero is sit affectus in uobis qui fuit & in Christo Iesu:

ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ.

6 Qui quum esset in forma Dei, non duxit rapinam parem esse cum Deo:

5 Enimuero is sit affectus Τοῦτο γὰρ φρονέσθω. Vulgata, Hoc enim sentire. Ego nō uideo qui coniungi possit cum particula cum imperandi modo. Deinde non scriptum est φρονεῖσθε, sed φρονέσθω, idq; forma uerbi impersonalis, quasi dicas, sentiatur. Nam alioqui scribendum fuisset, ὃ καὶ Χριστὸς Ἰησοῦς, quod & Christus Iesus. Quod ad sententiam tamen attinet, parum interest. uult enim in genere Paulus, ut inter nos eum affectum seruemus quo sanctus præditus Christus.

6 In forma Dei ἐν μορφῇ Θεοῦ. id est talis qualis Deus est, ideoque Deus: quum unus Deus sit sui ipsius prorsus similis. Itaque non erat quod Erasmus, (dicam enim quod res est) apertæ ueritati repugnaret, ut hūc locum, quo uix alius est ad refellendas omnes aduersus Christi personam hæreses illustrior, pro uiili obscuraret. Μορφή, inquit, speciem sonat aut figuram. Esto: sed quorsum hoc? Totus, inquit, hic locus mihi uidetur uiolentius torqueri ad Christi naturam, quum Paulus agat de specie nobis exhibita. In summa, quid hoc est monstri? Nempe forma Dei nihil aliud significabit quàm speciem aut exemplum: quòd in corpore humano obambulans, ederet tamen argumenta Diuinitatis. Hic ergo sensus erit, Christum hic non consideram à Paulo qualis erat antequam carnem assumeret, sed in carne assumpta, in qua habuerit formam Dei, id est Dei scintillas obiter ostenderit, quas tamen ad Patrem semper retulerit, B nihil sibi arrogans. Hæc Erasmi est opinio, quantum ex ipsius uerbis admodum perplexis colligere potui. Atqui, ut concedā μορφὴν nō semper significare essentialē (quā uocant) formā, neq; de uocabulis contendā, quisnō uidet Paulum declarare quis fuerit Christus ante assumptā serui formā? Nam statim subijcit q̄ sese exinanierit, assumpta, inquit, serui forma, id est hominis. Non potest igit hæc descriptio ad id tēpus pertinere quo iam carnē assumpserat: aliquin hæc inanitio non pertinebit ad assumptionem carnis, sed ad uitæ rationem quam sequutus sit Christus quum iam esset homo factus: ut sit hęc sententia, Nolite superbire, sed Christum uobis proponite: is enim quanuis in Dei forma esset, id est quanuis Deus esset in hominis figura apparens, tamen nō usurpauit sibi æqualitatem cum Deo, sed Deum celauit, hominem exhibuit. Atqui prēterquam quòd nemo est tam hebes quin hæc uideat prorsus uiolenta expositio ne torqueri, longe etiam aliud est Pauli argumentum: nempe huiusmodi, Christus ipse quum Deus esset, ac proindè in ea gloria & maiestate quæ Deo uni conuenit, nec in eo putaret se alienum quicquam usurpare, tamen ueluti deposita hac gloria, hucusque se demisit ut talis fieret quales sunt Dei serui. i. ut hominem assumeret, imò uerò etiam ut Patri non tanquam æquali, sed tanquam Domino, ad ignominiosissimam usque mortem subeundam se ultro submitteret. Et nos mortales & infirmos seruos non pudebit arrogantiæ, quasi fratribus nostris præcellamus? Hoc est, in quam, Pauli argumentum, quo nemo non uidet nihil grauius aut uehementius dici potuisse. Itaque, ut paucis absoluam, in hoc uersiculo Paulus Christi diuinam naturam describit, quod etiam declaratur participio ὑπάρχων. & etiā si μορφὴν nomine, gloriam ac maiestatem declaret, tamen (ut uere & sanctè annotauit doctissimus interpres) quum gloria Dei non possit sine sacrilegio ab ipsa Diuinitate separari, non potuit melius declarare Apostolus Christi Deitatem, quàm quum diceret eum in forma Dei fuisse, id est uerè Deum. Sed dices, Cur non Paulus potius aperte dixit, Θεὸς ὑπάρχων, Deus quum esset? Respondeo, quoties id faciendum fuit, toties eum id aperte dixisse, ut Rom. 9. a. 5. 20. f. 28. & Colos. 2. b. 9. nunc uerò idem quoque dicit. Sed quum duas illas Christi naturas nobis nō nudas, sed quasi litaribus suis uestitas, Diuinam scilicet ex gloria illa Diuina, humanā ex sua illa infirmitate & imbecillitate æstimandam proponat: qualitates denique ipsarum naturarum, potius quàm substantias consideret, ut hiac quidem Christū omni gloria ornatum: inde uerò in extrema & tamen spontanea ac temporaria miseria uersantem: posttremò in supremum gradum euectum contemplemur: meritò μορφὴν Θεοῦ potius quam Θεὸν, & μορφὴν δούλου, ὁμοίωμα & σχῆμα ἀνθρώπου potius quàm ἄνθρωπον dicere maluit.

Non duxit rapinam οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο Vel, ut uertit doctissimus interpres, non esset rapinam arbitratus. Nam quæ sequuntur, retulit ad manifestationem factam in carne: ut sit hæc sententia, Christus ille Deus, æterna gloria ac maiestate prædituς, sciebat quidem sibi ius fasque esse nō in humili carne apparere, sed cum magnificentia Deo digna, uerūm maluit sese demittere. Neque est quod nos offendat aoristus indicatiui ἡγήσατο. quum hunc modum C interdum soleat Paulus etiam non expressa particula ἄρ ita usurpare, ut Rom. 9. a. 3, ηὐχόμην pro ἂν ηὐχόμην ἂν: & 1. Cor. 2. b. 8, οὐκ ἔγνωσαν, pro, si cognouissent, ut idem rē diuinissimè annotauit. Sed mihi tamen uidetur propria huius temporis significatio seruari posse, ut hoc quoque ad pristinā Christi gloriam pertineat, cuius ipse meminit Ioh. 17. a. 5, sitque hæc sententia, Christus quum esset in æterna illa Deitatis gloria constitutus, non ignotauit se in ea re, id est quòd Deo patri coæqualis esset, nullam iniuriam cuiquam facere, sed suo iure uti: nihilominus tamen quasi iure suo cessit quum ipse se uelut in nihilum redigeret, forma serui accepta, &c. Hic uerò quærit Erasmus, quid magni tribuat Christo Paulus, si, quum Deus esset natura, intellexit id non esse rapinæ, id est seipsum nouit. Respondeo, multa & maxima mysteria contineri in his uerbis, quæque ad Pauli scopum maximè pertineant. Nam primum omnium explicat qua ratione dixerit, Christum, antequam carnem assumeret, fuisse in Dei forma: nequis hanc formam putaret non uere nec prorsus fuisse Diuinam, sed uel communicatione, uel gradu tantùm aliquo, uel ex certo initio, ut dixerunt impij Arriani, uel denique ambitione, ex qua fuerit Christus deturbatus. Ideò quū negat ullum in ea re fuisse ἁρπαγμὸν, quòd Deo par esset, omnem istis blasphemijs ansam præcidit. Nam par Deo esse sine rapina nullus potest, nisi sit ipse omnibus modis Deus. At cur Christum dicit hoc non ignorasse? nempe ut intelligamus istam Christi summissionem à mera & spontanea ipsius bonitate profectam: ut sit omnibus modis perfectum obedientiæ, summissionis, charitatis exemplar.

Parem esse cum Deo: τὸ ἴσα εἶναι θεῷ. Quid iam dubitamus quin formæ Dei appellatio expressa speciem naturæ uerè ac prorsus diuinæ declaret? Sed & paucis istis uerbis iugulatur Sabellicus, qui personarum distinctionem tollit, quum in paritate necesse sit comparationem, ac proinde duas minimùm hypostases interuenire. Iugulatur etiam Arius, qui Deum secundarium imaginatur: quia par non est qui secundus est ab alio. quòd si non contentus hypostases distinxisse, etiam οὐσίαν separes, iam Deo parem esse, non erit infinitum & omnipotentem esse, quum plures infiniti & plures omnipotentes nullo modo possint existere. Itaque si hæc cōiunxeris, plenā ac perfectam nō ὑποστάσεως, sed ὑπερουσίου descriptionem habebis.

Sed ipse se inaniuit, forma serui sumpta, similis hominibus factus, & habitu comper tus ut homo:

Ipse se summisit, factus obediens usquead mortem, mortem autem crucis.

Quapropter etiam Deus ipsum in summã extulit sublimitatem, ac donauit ei nomen quod est supra omne nomen:

Vt ad nomen Iesu omne genu se flectat, cę- lestium ac terrestrium & subterraneorum.

Omnisque lingua confiteatur quòd Dominus sit Iesus Christus, ad gloriam Dei Patris.

7 ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών, A
ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος.

8 ἐταπείνωσεν ἑαυτόν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ.

9 διὸ καὶ ὁ θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα,

10 ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ, ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων.

11 καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται, ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν θεοῦ πατρός.

7 Sed ipse se ἀλλ' ἑαυτόν. Notandum pronomen ἑαυτόν, quo spontanea fuisse ista summissio iterum significatur. Inaniuit ἐκένωσε. Id est, quasi ex Omni seipsum ad Nihil redegit. quæ enim est rei creatæ, imò uerò animalis omnium miserrimi, & à Deo maximè alieni, ad ipsius opificis maiestatem proportio?

Forma serui assumpta μορφὴν δούλου λαβών. Non dicit, Dei forma in formam serui mutata, aut Deo in hominem conuerso, aut Deo cum homine confuso. neque item dicit ad unum Christum Deum accessisse alterum Christum hominem: sed eum ipsum qui Deus erat, formam serui assumpsisse. Sed quid formæ serui appellatione intelligatur quærit Erasmus: neque hoc referri putat ad ipsam naturam, sed ad uitiosam eius qualitatem, quam scilicet forma & specie tenus, non autem re uera assumpserit: ut qui fuerit omnis peccati expers. Hæc Erasmus, nempe ut formę Dei, B
id est Deo sub hominis specie quasi celato, (ut ipse interpretatus est) formam serui, id est uitiosam in specie, nō re uera, qualitatem carnis opponat. Sed præterquam quòd hac ratione enecuatur Pauli argumentum, & patefiat etiam hæreticis aditus ad eludendam humanæ Christi carnis ueritatem, quis illi concesserit μορφὴν de ea duntaxat specie dici quæ id esse uideatur quod re ipsa non sit? Deinde quis non uideat, serui nomen imbecillam conditionem naturæ, non autem uitiosam qualitatem significare? Opponitur enim serui forma, Dei formæ. Quum uerò seruitus significet corruptionem, non cum Deo, sed cum libertate confertur. Denique proferatur uel unus locus ex omnibus Sacris libris, in quo seruus absolute dicatur de eoqui peccato seruiat. Sed de his satis à nobis dictum esto, nullo (ita me bene Deus amet) Erasmum de literis optime meritum, & quidem mortuum, exagitandi studio, sed ut pro mea utili & ipse Dei ueritatem asseram. Posset autem omnino antithesis, ut sicut forma Dei dicitur augusta illa Diuinæ maiestatis ac gloriæ species quæ non potest à Diuina ipsa natura separari, sic formam serui interpretemur, abiectam illam & imbecillam hominis naturæ ac conditionem, tum in sese, si cum Dei excellentia comparetur: tum uerò propter peccatū. quod & si non assumpsit Dominus, sed aboleuit, tamen imbecillitatem ex eo fonte promanantem, uno excepto peccato, ipsamque adeo poenam horrendam assumpsit, quod & ipse Apostolus postea explicat.

Similis hominibus factus, ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος. Vulgata & Erasmus ad uerbum, in similitudine hominum factus, hue constituebat. Cæterum nequis cum hæreticis existimet ὁμοιώματος & σχήματος, id est similitudinis & figuræ nomine inanem & imaginariam similitudinem significari, quali Dominus non ueram carnem, sed eius duntaxat simulachrum assumpserit: præterquam quòd ex aliis locis aperte conuincitur hic error, dico quum hæc nomina synonyma sint, τῇ εἰκόνι, similem esse eorū usum. Sicut ergo notantūm ficta cum ueris, aut ficta cum fictis, sed etiam uera cum ueris comparantur: ita dico his nominibus quamuis similitudinem & cōformationem significari. nisi forte putamus Adamum ueros homines non genuisse, quum dicitur Genes. 5. a. 3, genuisse בדמותו כצלמו, id est κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ καὶ κατὰ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ. ad similitudinem & ad imaginem suam, ut Græci uertunt: quum tamen ἰδέας nomen nemo neſciat a philosophis ad formas animo duntaxat conceptas sæpe accommodari: quum Moses illis nominibus idcirco usus sit ut summam & substantię & qualitatum quasi τανυτητα designaret. Quid uerò, quum Christus dicitur Dei imago Coloss. 1. b. 15, quāuis nostri respectu sic nūcupetur, quis tamen hāc imaginē nisi prorsus impius à re ipsa separarit. Sic 1. Cor. 15. f. 49, quum dicimur in hac uita gestare terreni hominis imaginem, rem ipsam significari nemo negarit, nisi qui seipsum non nouit. Postremò, ut solidissimum argumentum afferam, illis uocabulis similitudinis & habitus tantum abest ut rem aliquam imaginariam significet Apostolus, ut contra, ad declarandā rei ueritatem, ea nomina usurparit, ut paulo antè de Mose diximus, quod ad ipsam quidem serui hominis substantiam & naturam attinet, quatenus tamen corrupta non est. Denique his ipsis externa ipsa species significatur, significans scilicet usum & spectatum fuisse Christum illum Deum æternum ab hominibus: ut ipsis etiam iudicibus oculis C
ostenderit miserrimam illam nostram naturam ab eo fuisse assumptam. Considerandum enim est quos alloquatur Apostolus: eos scilicet qui de re ipsa minime dubitabant. Itaque hoc mysterium sic tractat, ut quum ex hypothesi assumat uerum id esse de quo dicit, graphicam eius descriptionem ad suum scopum accommodet. Finge autem hæc fuisse imaginaria, & omnia euertens.

9 Nomen ὄνομα. Id est dignitatem, & celebritatem nominis, sed cum re ipsa coniunctam. Vide Ephes. 1. d. 21

10 Et subterraneorum καὶ καταχθονίων. Nolim quidem hic ego subtiliter philosophari an Diaboli hoc nomine significentur, quos alibi facit aeris principes. Sunt ista nobis abscondita, quamuis aliquid liceat in utramque partem disserere, ex his quæ de tartaro, abysso, tenebris cōmemorant, ut 2. Pet. 2. a. 4, & Iud a. 6. Existimarim quidē ego simpliciter ista enumeratione Paulum uoluisse exprimere quæcunque & supra mundum sunt, & in mundo, quę omnia restituit Christum aliquando agnoscitura pro Deo, id est quum uenerit mundum iudicaturus. Itaque flectere genu pro adorare, id est tanquam Deo subiici, dictum erit ἀνθρωποπαθῶς: de iis quoque quæ rationis & sensus, uel etiam utriusque sunt expertia. Purgatorium autem ignem qui ex hoc loco statuunt, utrum quod iter suis pandant in cælum.

11 Ad gloriam εἰς δόξαν. Hæc sanè uni Deo conueniunt, quum de uno Deo dicantur ab Esaia quadragesimo quinto d' nigesimo tertio qui etiā iurat apud Esaiam quadragesimo secundo b. octauo, Ego Dominus, inquit, & hoc nomen meum: gloriam meam alteri non dabo. Ergo Christus qui & homo ad dextram Dei sedens, uerus est Deus? neque equm hoc dicimus, detrahimus de Patris gloria, quum non possit nisi in Filio gratus honor illi tribui. Possumus tamē interpretari, εἰς δόξαν in gloria pro ἐν δόξῃ. Omnis aūt lingua pro omni idiomate, id est pro quauis gente dictum est, Hebraeorum more.

12 Cum timore ac tremore μετὰ φόβου καὶ τρόμου. Vide 1. Corinth. 2. a. 3. Conficite κατεργάζεσθε. Sic Latini

A ὥστε ἀγαπητοί μου, καθὼς πάντοτε ὑπηκούσατε, μὴ ὡς ἐν τῇ παρουσίᾳ μου μόνον, ἀλλὰ νῦν πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ ἀπουσίᾳ μου μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε.

12 Proinde, dilecti mei, sicut semper obedistis, non tanquam in præsentia mea solùm, sed nunc multo magis in absentia mea, cum timore actremore uestram ipsorum salutem conficite.

θεὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν, ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας.

13 Deus enim is est qui efficit in uobis & ut uelitis & ut efficiatis, pro gratuita *sua* beneuolentia. *Velle & perficere dat Deus.*

πάντα ποιεῖτε χωρὶς γογγυσμῶν καὶ διαλογισμῶν,

14 Omnia facite absq; murmurationib. ac disceptationibus: *Murmuratio.*

ἵνα γένησθε ἄμεμπτοι καὶ ἀκέραιοι, τέκνα θεοῦ ἀμώμητα ἐν μέσῳ γενεᾶς σκολιᾶς καὶ διεστραμμένης, ἐν οἷς φαίνεσθε ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ,

15 Vt sitis irreprehensi, & sinceri, filij *inquam* Dei, inculpati in medio nationis prauæ ac peruersæ, inter quos *homines* micatis ut lumi naria in mundo. *Filij Dei.* 1. Pet. 4. c. 9. Matth. 5. b. 14.

λόγον ζωῆς ἐπέχοντες, εἰς καύχημά μοι εἰς ἡμέραν Χριστοῦ, ὅτι οὐκ εἰς κενὸν ἔδραμον, οὐδὲ εἰς κενὸν ἐκοπίασα,

16 Sermonem uitæ prætendentia: ut gloriari possim in die Christi quòd non frustra cucurrerim, nec in uanum laborarim.

ἀλλ' εἰ καὶ σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν, χαίρω καὶ συγχαίρω

B πᾶσιν ὑμῖν.

17 Quinetiam si pro libamento offerar super hostia sacrificioq; fidei uestræ, gaudeo & gratulor omnibus uobis:

tini dicunt conficere negotium. At uerò num à nostris operibus pendet salus nostra? minimè id quidem, quum ne Abraham quidem in se habeat de quo glorietur apud Deum. Conficere tamen salutem dicitur qui in iustitiæ stadio currit. Quamuis enim gratis in uno Christo per fidem apprehenso seruemur, tamen per uiam iustitiæ ad salutem contendere nos oportet quum filij Dei, eius Spiritu ducantur per quem sunt iustificati, ut in bonis operibus ambulent.

13 Deus enim is est ὁ Θεὸς γάρ ἐστιν. Bona igitur opera non præcedunt iustificandum, sed iustificatum sequitur. Nisi forte non est iustificatus qui Christum possidet. Et ut uelitis καὶ τὸ θέλειν. Non sumus igitur stupites, sed bene uolumus: non quòd uoluntatis nostræ imbecillitatem adiuuerit, sed quòd uoluntatem ex mala fecerit bonam, idque prorsus gratis.

Et ut efficiatis καὶ τὸ ἐνεργεῖν. Non dicit, ut facultatem habeatis bene uolendi & bene agendi si uelitis: sed donum efficax & ad uolendum & ad agendum, collatum esse dicit. Sciendum est igitur efficacem esse Dei gratiam illam quæ ad salutem requiritur. Itaque non potest consistere dogma illud primæ gratiæ uniuersalis, quasi scilicet Dominus omnibus aperiat oculos, hactenus ut uidere, aures hactenus ut audire possint, si uelint. Nam præterea requiritur gratia ut possint uelle: nisi liberum arbitrium uelimus cum quibusdam statuere contra hùc Pauli locum. Hanc uero gratiam si omnibus etiam concedi dixerint, ut scilicet possint uelle, quo tandē iure separant Velle & Facere quæ Paulus coniunxit, & utraque ab eadem gratia dixit promanare? Nam (inquit Dominus Iohan. 6. c. 45.) quicunque audiuit, & didicit a Patre, uenit ad me. Sed unde hic error? Nempe quòd non putent alioqui absolui posse iustitiam Dei, quasi uerò etiamsi non accesserit altera rebellio, nobis condemnandis natiua illa corruptio non sufficiat.

Pro gratuita *sua* beneuolentia ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας. Vulgata, pro bona uoluntate. Eras. pro bono animi proposito. Hoc uerò nonnulli ad homines referunt. At sententia ipsa ostendit hoc ad Deum pertinere, qui pro gratuita sua beneuolentia hoc largitur hominibus ut & uelint & agant quæ Dei sunt, quum hic sit Pauli scopus.

15 Irreprehensi ἄμεμπτοι. Vide Luc 1. a. 6.

16 Sermonem uitæ prætendentia, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες. Vulgata uerbum uitæ continentes. Erasmus, Sermonem uitæ sustinentes. id est in uertice impositum sustinentes: ut quum machina in altum attollitur, lumen sustinens. Ego uerò primùm omnium puto ἐπέχοντες connectendum esse cum φωστῆρες. deinde ἐπέχειν pro sustinere nusquam legi, nisi quum pro imperum remorati & inhibere accipitur. Præterea non existimo præpositionem ἐπὶ hoc
C in loco significare in uel super sed Ad pro Versus, ut in aduertere & attēdere: quod & ipsum Græcis dicitur ἐπέχειν ut Act. 3. a. 5. Huic uero significationi respondet altera quasi eregione. nam sicut dicitur ἐπέχειν τινὶ tertio uidelicet casu, qui oculos ad aliquid aduerrit, & quasi in re aduersa defixos tenet: ita qui ex aduerso aliquid prætendit ac præbet, dicitur ἐπέχειν τι, quarto casu, ut nutrix τὸν μαστὸν ἐπέχειν, id est mammam prætendere & obuertere puero dicitur. cuius significationis exempla ex Budæo pete.

Ita igitur hoc in loco Apostolus Philippenses dicit quasi faces mundo prælucere. Videtur enim à Pharis sumpta translatio, ubi accensæ faces nauigantibus in alto portum quasi prætendunt in quem appellant. nempe quòd honesta sanctaque fidelium uita, quasi lux aliqua cæteris hominibus prælucens, ad Euangelij portum eos dirigat.

Nam sermonem uitæ, id est uiuificum appellat, Euangelium ab effectu. In die Christi εἰς ἡμέραν Χριστοῦ. Vide secundo Corinthiorum primo c. decimoquarto. Vulgata & Erasmus, in diem. Ego multo malo εἰς ἡμέραν pro ἐν ἡμέρᾳ accipere.

17 Pro libamento offerar σπένδομαι. Vulgata & Erasmus, immolor. Cæterùm τὸ σπένδειν actiua uoce significat libare, quæ pars tantùm erat sacrificii. Hinc σπένδεσθαι pro fœdus sancire: quòd in fœderibus solerent eiusmodi cæremoniæ interuenire. neque sanè usquam memini σπένδεσθαι in passiua significatione legere. Hic tamen poscit sententia ut passiuè accipiatur, & quidem pro libari, id est tanquam libamentum offerri. qua translatione Apostolus mortem suam prædicit, non qua reconcilientur Deo Philippenses, sed qua confirmentur in fide. Victimam enim est Paulo uictimæ nomine significare ipsos fideles Deo deuotos: & quicquid est in fidelibus, uel à fidelib. proficiscitur, Deo gratum, & eorum fidem, ac bona opera, sacrificiorum & oblationum translatitio nomine intelligere, ut Rom. 12. a. 1, & 15. b. 16. & infrà 4. d. 18. & 1. Pet. 2. 5. Perinde est igitur acsi diceret, sibi nihil posse iucundius accidere quàm si ipse morte sua sacrificium hoc Philippensium sanciret, in quo scilicet illi sese Deo per sidē quasi uictimam offerrent, cuius sacrificij ipse λειτουργός, id est minister & ueluti sacerdos fuerat, quum eos ad Dominum, ut gratas futuras uictimas, per Euangelij prædicationem adduceret, ut testatur Rom. 15. b. 16.

Super hostia sacrificioque fidei uestræ ἐπὶ θυσίᾳ καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν. Bene dicit super hostia. nam

Itidem autem & uos gaudete, & gratulemini mihi.

18 τὸ δ' αὐτὸ καὶ ὑμεῖς χαίρετε, καὶ συγχαίρετέ μοι. A

Timotheus quando.

Act. 16. 2. 1.

Spero autem in Domino Iesu, me Timotheum breui missurũ uobis, ut & ego bono sim animo, cognito statu uestro.

19 ἐλπίζω δὲ ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ, τιμόθεον ταχέως πέμψαι ὑμῖν, ἵνα κἀγὼ εὐψυχῶ, γνοὺς τὰ περὶ ὑμῶν.

Neminem enim habeo pari animo præditum, qui germanè res uestras curaturus sit.

20 οὐδένα γὰρ ἔχω ἰσόψυχον, ὅστις γνησίως τὰ περὶ ὑμῶν μεριμνήσει.

1. Co. 10. c. 24

Nam omnes quę sua ipsorum sunt, quærũt, non quæ Christi Iesu.

21 οἱ πάντες γὰρ τὰ ἑαυτῶν ζητοῦσιν, οὐ τὰ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ.

Porrò probationem eius nostis, quòd ueluti cum patre filius, mecum seruierit in Euãgelio.

22 τὴν δὲ δοκιμὴν αὐτοῦ γινώσκετε, ὅτι ὡς πατρὶ τέκνον, σὺν ἐμοὶ ἐδούλευσεν εἰς τὸ εὐαγγέλιον.

Hunc igitur spero me missurum, simulatque uidero rerum mearum statum.

23 τοῦτον μὲν οὖν ἐλπίζω πέμψαι, ὡς ἂν ἀπίδω τὰ περὶ ἐμέ, ἐξαυτῆς.

Confido autem in Domino, quòd & ipse citò uenturus sim.

24 πέποιθα δὲ ἐν κυρίῳ, ὅτι καὶ αὐτὸς ταχέως ἐλεύσομαι.

Sed necessarium duxi, Epaphroditum fratrem & collegam & cõmilitonem meũ, uestrum autem legatum, quiq; mihi subministrauit quibus mihi opus erat, mittere ad uos.

25 ἀναγκαῖον δὲ ἡγησάμην Ἐπαφρόδιτον τὸν ἀδελφὸν καὶ συνεργὸν καὶ συνστρατιώτην μου, ὑμῶν δὲ ἀπόστολον, καὶ λειτουργὸν τῆς χρείας μου, πέμψαι πρὸς ὑμᾶς, B

Quoniam expetebat omnes uos: & grauissime angebatur propterea quòd audissetis eum ægrotasse.

26 ἐπειδὴ ἦν ἐπιποθῶν ὑμᾶς πάντας, καὶ ἀδημονῶν, διότι ἠκούσατε ὅτι ἠσθένησε.

Et certè ægrotauit proxime mortem, sed Deus misertus est eius: nec eius solùm, sed & mei: ne dolorem haberem super dolorem.

27 καὶ γὰρ ἠσθένησε παραπλήσιον θανάτῳ, ἀλλ' ὁ θεὸς αὐτὸν ἠλέησεν· οὐκ αὐτὸν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐμέ, ἵνα μὴ λύπην ἐπὶ λύπην σχῶ.

Studiosius itaq; misi eum, ut quum uideritis eum rursus, gaudeatis, & ego magis uacem dolore.

28 σπουδαιοτέρως οὖν ἔπεμψα αὐτόν, ἵνα ἰδόντες αὐτὸν πάλιν χαρῆτε, κἀγὼ ἀλυπότερος ὦ.

ad uictimam addebatur נסך, quod libamen uertunt. Perinde est igitur acsi diceret Paulus, Ego uos Philippenses ad Christum adduxi, cui postulo ut uos tanquam hostiam unam sistatis: nec dubitem ego in hoc uestro spirituali sacrificio tanquam libaminis additamentum interuenire. Philippenses igitur per fidem sanctificatos translatitiè appellat θυσίαν, id est uictimam: suum uerò ministerium λειτουργίαν, id est sacram operationem: mortem denique suam σπονδὴν, id est libamentum. Vides Christi charitatis imaginem in Paulo elucentem? Hoc est uerò Apostolum agere.

Et gratulor καὶ συγχαίρω. Ita significat Paulus id sibi iucundissimum fore, non tantùm sua, sed etiam illorum causa quibus mortem tuam iperet utilem fore, quando ita Domino uisum erit.

18 Itidem autem Τὸ δ' αὐτὸ. Sub. κατὰ, ut idem declaret atque ὡσαύτως. Vulgata, Id ipsum. Erasmus, Ob id ipsum. Gaudete χαίρετε. Erasmus, gauderis: quòd meritò existimat doctissimus interpres prorsus esse alienum. Idem error commissus est infrà uersiculo 22 à Vetere interprete, ubi γινώσκετε conuertit cognoscite, pro cognoscitis. Postulat enim Paulus similem συμπάθειαν à Philippensibus, eos ueluti præparãs tum ad ferendam crucem, tum ad forC titer ferendam ipsius mortem: nempe ut sicut lætus moriturus est, tum suo tum illorum commodo, ita uicissim tum ipsius causa gaudeant, quum morte sancierit doctrinam quam illis annuntiarat.

19 Bono sim animo εὐψυχῶ. Id est, in alacritate animi confirmer. Erasmus, læto sim animo. Nam, inquit bono esse animo dicunt Latini pro eo quod Græcis est θαῤῥεῖν. Atqui Plato κακοψυχίαν, id est degenerem animum, opponit τῇ εὐψυχίᾳ: & τὸ εὔψυχον Græci uocãt animi præsentiam & generositatem: ex quo liquet εὐψυχεῖν & θαῤῥεῖν aut nihil, aut certè non multum differre.

20 Pari animo præditum ἰσόψυχον. Erasmus, pari mecum animo præditum. Ego potius putarim alios cum Timotheo comparari. Vulgata, tam unanimem.

21 Omnes πάντες. Tribuit omnibus quod passim erat uulgare.

22 In Euangelio εἰς τὸ εὐαγγέλιον. Euangelium uocat ipsam doctrinæ Euangelicæ prædicationem, ut alibi sæpe. Probationem autem passiuè uocat experimentum quo fides ipsius fuerat approbata.

25 Necessarium ἀναγκαῖον. Erasmus, operæpretium: multo minus expressè. Legatum ἀπόστολον Vulg. & Eras. Apostolum, quod non damno. Cur tamen legatum malim quàm Apostolum dicere: id causæ est quòd id mox uidear explicare, quum uocat λειτουργὸν τῆς χρείας μου, id est, quo subministrante acceperat, quibus ipsi opus erat. Sic enim hoc malo interpretari, quàm ministrum necessitatis meæ, cum Vetere interprete: aut, qui mihi subministrat in necessitate mea, cum Erasmo χρείαν enim uocat non ipsam necessitatem, sed quibus egebat in ea necessitate constitutus. Quidam conuertit Apostolum, & muneris mei uicarium, quasi scilicet absente Paulo fuerit Epaphroditus Philippensium Apostolus. Id uerò quam rectè, ipse uiderit.

26 Grauissimè angebatur ἀδημονῶν. Vulgata, mœstus erat: non satis expressè. Nam, ut rectè annotat Erasmus, ἀδημονεῖν est penè exanimari & deficere præ dolore. Itaque ne ipse quidem satis expressè conuertit, erat anxius animi. Ambrosius, & impatienter solicitus erat. Vide Matth. 26. d. 37.

28 Rursus

A 26 Rursus πάλιν. Hoc malim coniungere cum ἰδόντες, quàm cum χαρᾶτε: ut sit hic sensus, ut quum primùm eum reuersum uideritis, quem scilicet uos nunquam uisuros putabatis, lætemini.

προσδέχεσθε οὖν αὐτὸν ἐν κυρίῳ, μετὰ πάσης 29
χαρᾶς, καὶ τοὺς τοιούτους ἐντίμους ἔχετε,
ὅτι διὰ τὸ ἔργον Χριστοῦ μέχρι θανάτου ἤγγισε, 30
παραβολευσάμενος τῇ ψυχῇ, ἵνα ἀναπληρώσῃ τὸ ὑμῶν ὑστέρημα τῆς πρὸς μέ λειτουργίας.

ΚΕΦΑΛ. γ.

Τὸ λοιπὸν ἀδελφοί μου, χαίρετε ἐν κυρίῳ. 1
τὰ αὐτὰ γράφειν ὑμῖν, ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρόν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές.

Βλέπετε τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας, βλέπετε τὴν κατατομήν. 2

ἡμεῖς γάρ ἐσμεν ἡ περιτομή, οἱ πνεύματι θεοῦ 3
λατρεύοντες, καὶ καυχώμενοι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ οὐκ ἐν σαρκὶ πεποιθότες,

καίπερ ἐγὼ ἔχων πεποίθησιν καὶ ἐν σαρκί. εἴ 4
τις δοκεῖ ἄλλος πεποιθέναι ἐν σαρκί, ἐγὼ μᾶλλον.

B περιτομῇ ὀκταήμερος, ἐκ γένους Ἰσραήλ, φυλῆς Βενιαμίν, Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, κατὰ νόμον φαρισαῖος, 5

κατὰ ζῆλος διώκων τὴν ἐκκλησίαν, κατὰ δικαιοσύνην τὴν ἐν νόμῳ γενόμενος ἄμεμπτος. 6

ἀλλ' ἅτινα ἦν μοι κέρδη, ταῦτα ἡγημαι 7
διὰ τὸν Χριστὸν ζημίαν.

ἀλλὰ μενοῦνγε καὶ ἡγοῦμαι πάντα ζημίαν εἶναι 8
διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ κυρίου μου, δι' ὃν τὰ πάντα ἐζημιώθην, καὶ ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι, ἵνα Χριστὸν κερδήσω,

Excipite igitur eum in Domino cum omni gaudio: & tales in pretio habete:

Nam propter opus Christi accessit ad mortem usq; non habita ratione uitæ, ut suppleret defectum uestri erga me officij.

CAP. III.

Quod superest, fratres mei, gaudete in Domino. Eadē scribere uobis, me quidem haud piget, uobis autem tutum est. *Gaudere in Deo*

Cauete canes, cauete malos operarios, cauete concisionem.

Nos enim sumus Circuncisio, qui spiritu seruimus Deo, & gloriamur in Christo Iesu, nec confidimus in carne: *Circuncisio.*

Quanquam ego habeo de quo confidam etiam in carne. Si quisquam alius uidetur fiduciam habere in carne, ego magis habeo.

Circuncisus octauo die, ex gente Israelis tribus Beniamin, Hebræus ex Hebræis: religione Pharisæus. 2. Cor. 11. c. 22 Acto. 23. b. 6.

Quod ad zelum, persequens Ecclesiam: quod ad iustitiam quæ est in Lege, irreprehensus.

Sed quę mihi erant lucra, ea duxi propter Christum damnum *esse*.

Quinetiam certè duco omnia damnū esse propter eminentiam cognitionis Christi Iesu Domini mei: propter quem omnibus istis meipsum multau *ieaque* duco pro excremen tis, ut Christum lucrifaciam:

30 Propter opus Christi διὰ τὸ ἔργον τοῦ Χριστοῦ. Opus Dei uocat Christum in persona Pauli uinctū & egentem inuisere, & coram subleuare, ut explicat infrà 4. d. 18. Non habita ratione uitæ παραβολευσάμενος τῇ ψυχῇ. Sic omnino eleganter conuertit Erasmus hunc locum. Nam παραβολεύεσθαι significat perperam consulere, uti faciunt qui se in apertum uitæ periculum conjciunt: sed hoc tamen facere in loco pro Christo, non est stultitiæ aut imprudētiæ, sed uere cælestis sapientiæ, quam in Epaphrodito commendat Apostolus. Vulgata, tradens animam suam.

Defectum uestri in me officij τὸ ὑμῶν ὑστέρημα τῆς πρὸς ἐμὲ λειτουργίας: Hoc dicit Paulus, uel quòd serius mississent eleemosynas (quanuis sine ulla sua culpa, ut testatur infrà 4. b. 10) uel quòd alijs procul absentibus Epaphroditus suppleuisset eorum præsentiam. uel quòd ipse eorum beneficentia egeret: uel denique quòd opera sua supplecerit quod uobis deerat, nempe ut me possetis iuuare. Vulg. id quod ex uobis deerat erga meum obsequium: ita obscurè ut nemo intelligat. Eras. ut suppleret id quod in uestro erga me officio fuit diminutum: non multo magis perspicue. Nam quod legit πληρώσῃ impleretis, nescio unde tandem hauserit. Mirum est autem quàm procul Ambrosius in hunc locum aberrarit à scopo:

IN CAPVT III.

1 Eadem τὰ αὐτά. Eadem illa scilicet quæ sæpe ex me audistis. Tutum ἀσφαλές. Erasmus addit articulum, sed repugnantibus ueteribus libris. 2 Concisionem κατατομήν. Σαρκασμὸς, allusione ad circūcisionis nomen facta, de qua illi gloriabantur, quum nihil aliud quàm Ecclesiam conscinderent ac lacerarent. Βλέπετε uerò, id est uidete, posuit pro cauete: ut diximus Marc. 12. d. 38.

3 In carne ἐν σαρκί. Id est, in rebus externis, neque ad animum ipsum pertinentibus. AEstimat enim circunci sionem ex hypothesi aduersariorum, id est extra Christum, & tanquam abolitā. Carni uerò opponit Spiritum, id est Spiritualem Dei cultum. Itaque siue πνεύματι θεοῦ, id est Spiritu Dei, legas (ut uult Ambrosius) nihil hoc ad probandam Spiritus sancti diuinitatem: siue πνεύματι θεῷ λατρεύομεν, ut in emendatis codicibus legitur, θεῷ explicandū erit tertio casu, πνεύματι uerò per quartum casum, ut rectè exposuit Vetus interpres.

4 De quo confidam πεποίθησιν. Vulg. cōfidentiam, id est confidentiæ argumentum, ut est etiam mox accipiendum uerbum πεποιθέναι. Nam re uera in his non confidebat Apostolus, sed in uno Christo.

5 Circuncisus περιτομῆ. Ad uerbum, circuncisio, pro circunciso. quam metonymian rarò inuenias in aliquo singulari usurpatam. Ex gente Israelis ἐκ γένους Ἰσραήλ. Id est, genere Israelita, non autem proselytus. Religione κατὰ νόμον. Vulg. secundum Legem. Eras. iuxta Legem, νόμον autem, id est תורה uocat præscriptum religionis institutum, ut si ordinem uel regulam Francisci dicam. Potest enim deduci תורה, uel à תור, id est ordinauit, uel à ירה, id est docuit. Erat autem in summo pretio secta Pharisæorum, ut Act. 26. b. 5.

8 Omnibus istis meipsum multaui διὰ πάντα ἐζημιώθην. Vul. omnia detrimentum feci. Eras. omnia per damnis duxi. Respondet autem, opinor, uerbum ζημιοῦσθαι uerbo Rabinis usitato נזק.

Pro excrementis σκύβαλα. Sic uocant Græci duriora ſtercora, & quæ difficilius egeruntur. Alij σκύβαλα interpretantur quæ canibus obijci ſoleant. quod non malè conuenit cum eo quod ſupra canes iſtos pſeudapoſtolos uocarat. Denique uſurpauit uocabulum quo nihil potuit contemptius ſignificari, ac etiam dignius quod non modo omnes aſpernentur, ſed quod etiam longiſſimè à ſe reijciant Hæc demum eſt iuſta laus præſtantiſſimorum operum extra Chriſtum, id eſt fidem præcedentium. A

Et comperiar in eo, *id eſt* qui non habeam meam iuſtitiã, *nempe* quæ eſt ex Lege, ſed eam quæ per fidem eſt Chriſti, *id eſt* iuſtitiam quæ eſt ex Deo per fidem. 9

καὶ εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ μὴ ἔχων ἐμὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ νόμου, ἀλλὰ τὴν διὰ πίστεως χριστοῦ, τὴν ἐκ θεοῦ δικαιοσύνην ἐπὶ τῇ πίστει,

Vt cognoſcam eum, & uim reſurrectionis ipſius, & ſocietatem in ijs quæ perpeſſus eſt, dum conformis fio eius morti. 10

τοῦ γνῶναι αὐτὸν, καὶ τὴν δύναμιν τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ, καὶ τὴν κοινωνίαν τῶν παθημάτων αὐτοῦ, συμμορφούμενος τῷ θανάτῳ αὐτοῦ,

Experiens ecquo modo perueniam ad reſurrectionem mortuorum. 11

εἴπως καταντήσω εἰς τὴν ἐξανάστασιν τὴν νεκρῶν.

Nó quòd iam *metam* apprehenderim, aut iam perfectus ſim: ſed perſequor *experiẽs* an quoq; apprehendam, cuius etiam rei cauſa apprehenſus ſum à Chriſto Ieſu. 12

οὐχ ὅτι ἤδη ἔλαβον, ἢ ἤδη τετελείωμαι, διώκω δὲ εἰ καὶ καταλάβω, ἐφ' ᾧ καὶ κατελήφθην ὑπὸ τοῦ χριστοῦ ἰησοῦ.

Fratres ego meipſum nondum arbitror *metam* apprehendiſſe: unũ autem *ago*, ea quidem quę à tergo ſunt obliuiſcẽs, ad ea uerò quæ à fronte ſunt contendens, 13 B

ἀδελφοί, ἐγὼ ἐμαυτὸν οὐ λογίζομαι κατειληφέναι, ἓν δέ, (τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος,)

Scopum uerſus feror, ad palmam ſupernæuocationis Dei, per CHRISTVM IESVM. 14

κατὰ σκοπὸν διώκω εἰς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ θεοῦ ἐν χριστῷ ἰησοῦ.

9 Et comperiar in eo καὶ εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ. Inueniri in Chriſto, tacitam habet relationem ad Dei iudiciũ. Is enim in amando unum ſuum Chriſtum contemplatur in quo acquieſcat. Itaq; quos comperit in Chriſto eſſe, id eſt Chriſto per fidem inſitos, in ijs nullam inuenit condemnationem. quia iuſtitia qualem ipſe requirit à nobis, id eſt perfecta ac cumulata, exornatos eos inuenit, nimirum Chriſti iuſtitia per fidem nobis imputata. At contrà non poſſunt non cõdemnari quicunque in Chriſto non inueniuntur, quum non poſſint aliam quàm ſuam iuſtitiam proferre. Ea uerò nulla eſt. Ergo iuſtitiæ duntaxat ſimulachrum, ut oſtendit Apoſtolus Galat. 3. b. 10. 11 & 12.

Id eſt qui non habeam μὴ ἔχων. Exponit quid ſit inueniri in Chriſto, quod modò diximus, nempe ſuæ iuſtitiæ renuntiare, ut Chriſti iuſtitia imputata induamur per fidem. Hic uerò ſophiſtæ duo cauilla excogitarunt: unum, iſta pertinere ad cæremonialis Legis iuſtitiam: alterum, ad opera præcedentia fidem. Vtrunque ſanè nimium impudenter confictum. Nam ſi de cæremonijs ageretur, non erat hoc tractandum argumentum, ſed hoc potius oſtendendũ abolitas eſſe cæremonias: quod in epiſtola ad Hebræos explicatur. Denique non opponendæ eſſent cæremoniæ Chriſto per ſe, ſed καθ' ὅ τι, id eſt quatenus erant abolitæ, At Paulus ea affert argumenta ex quibus neceſſario colligẽdum ſit, Legis iuſtitiam & iuſtitiam Dei ſiue Chriſti, ſiue ex fide, non magis cohærere poſſe, quod ad materiam noſtræ ſalutis attinet, quàm ignis & aqua cohæreant: idque non ex certo tempore, ſed perpetuum fuiſſe docet, ex Legis natura, quæ ſemper homines condemnarit. Itaque nimium ſunt ridiculi qui hoc reſtringunt ad cæremonias Legis, quibus tamen mirum eſt eos audere ſuas anteferre. Quod autem ad poſterius illud cauillum attinet, ſua ſponte concidit. Nam ſi bona opera fidem ſequentia, iuſtitiæ Dei nomen merentur, non erat quod Paulus iuſtitiam ſuam iuſtitiæ fidei oppone-ret ex diametro. Cæterùm ut ad rem redeam, poſt ὡς ἔτυχεν diaſtolen omnino reponendam puto, ut μὴ ἔχων non ſimpliciter ponatur pro μὴ ἔχειν, quaſi ex ijs qui in Chriſto inueniuntur, alij iuſtitiam ſuam habeãt, alij uerò non item: ſed pro explanatione ſuperioris dicti accipiatur. C

10 Vim reſurrectionis ipſius τὴν δύναμιν τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ. Vide Rom. 6. a. 5. Verbum autem γινώσκειν accipitur pro re ipſa ſentire ac experiri.

11 *Experiens* ecquo modo εἴπως. Vulgata & Eraſmus, ſi quo modo. Eſt autem præciſum hoc dicendi genus de quo diximus Rom. 11. b. 14. & præterea notandum particulam εἰ non ſignificare dubitationem, ſed rei præſtantiam ac amplitudinem. Sic apud Hebræos uſurpatur particula אולי.

Ad reſurrectionem mortuorum εἰς τὴν ἀνάστασιν νεκρῶν. Id eſt, ad uitam immortalem, quę reſurrectionem ſanctorum conſequetur. Nam alioqui etiam infideles reſurgent, ſed in perpetuas pœnas, quæ uocantur mors æterna.

12 Non quòd *metam* iam apprehenderim οὐχ ὅτι ἤδη καθέλαβον. Quorſum uerò hoc addit, quum nemo ſuſpicari potuiſſet reſurrexiſſe qui nondum erat mortuus? Imò quia dixerat ſe Chriſto conformem, fuit hoc explicandum: quum præſertim non deeſſent qui reſurrectionem dicerent iam eſſe factam. 2. Tim. 2. c. 18. Hanc ergo conformitatem explicat in eo poſitam eſſe ut uetus homo totus ſit abſorptus: ideoque ſe dicit nondum metam contigiſſe, id eſt non dum perfectum eſſe, ſed adhuc in ſtadio currere. At ij ne ingreſſi quidem erant ſtadium qui Legis iuſtitiam urgebant. Qui uerò abducti ab Apoſtolis atque Euangelio ad circunciſionem ueniebant quam cum Chriſto coniungerent, ut Galatæ, ij non progrediebantur ad metam, obliti eorum quæ à tergo reliquerat, ſed contrà ueluti reflexo curſu ad carceres regrediebantur.

Cuius rei cauſa ἐφ' ᾧ. Id eſt ἐπὶ ἐνεκα, ut Matth. 26. e. 50. & infrà 5. b. 9. Vetus interpres, in quo. Eraſ. quatenus, id eſt καθ' ὅσον. ac certum quidem eſt nos non currere, niſi quatenus nos apprehendit Chriſtus, ut extra uiam currentes, in uiam deduceret, & omnes ad currendum uires gratuitò largiretur.

13 Vnum autem *ago* ἓν δέ. Sic utcunq; expreſſa eſt ſententia: ſed tamen in Græco ſermone puto ſubaudiri ἐργάζομαι ut plena ſit oratio, unum autem eſt, ſicut in uernaculo ſermone dicimus *il y a un point*. ſequentia autem participia putarim cum uerbo ſequenti coniungenda.

Ad ea

A Ad ea uero quæ â fronte sunt ζοῖς δὲ ἔμπροσθεν. Vulgata, ad ea uerò quæ sunt priora: ita obscurè ut nemo intelligat. Contendens ἐπεκτεινόμενος. Vulgata, ad uerbum, extendens meipsum. Erasmus, enitens. Pergit autem in translatione à cursoribus sumpta, qui si quando summo & quasi tam ultimo impetu nitātur, prono & quasi præcipiti corpore feruntur ad scopum.

ὅσοι οὖν τέλειοι, τοῦτο φρονῶμεν· καὶ εἴ τι ἑτέρως φρονεῖτε, καὶ τοῦτο ὁ θεὸς ὑμῖν ἀποκαλύψει· 15

Quotquot itaq; perfecti sumus, hoc sentiamus, quòd si quid aliter sentitis, hoc quoq; uobis Deus reuelabit.

πλὴν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν, τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι, τὸ αὐτὸ φρονεῖν. 16

Attamen *in eo* ad quod peruenimus, eadem incedamus regula, & *itidem* simus affecti.

συμμιμηταί μου γίνεσθε, ἀδελφοί, καὶ σκοπεῖτε τοὺς οὕτω περιπατοῦντας, καθὼς ἔχετε τύπον ἡμᾶς. 17

Estote pariter imitatores mei, fratres, & cõsiderate eos qui ita incedunt sicut habetis nos pro exemplari. *Imitandum se proponit Paulus*

πολλοὶ γὰρ περιπατοῦσιν, οὓς πολλάκις ἔλεγον ὑμῖν, νῦν δὲ καὶ κλαίων λέγω, τοὺς ἐχθροὺς τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ, 18

Nam complures incedunt quos sæpe dixi uobis, nũc autem & flens dico, hostes *esse* crucis Christi,

ὧν τὸ τέλος ἀπώλεια, ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν, οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες. 19

Quorum finis *est* exitium: quorum Deus, uenter, & gloria, cum confusione ipsorum, qui terrestria curant.

B ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, ἐξ οὗ καὶ σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα, κύριον Ἰησοῦν Χριστόν· 20

Nos enim ut municipes cælorum nos gerimus: unde etiam Seruatorem expectamus Dominum Iesum Christum.

ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ, κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ δύνασθαι αὐτὸν καὶ ὑποτάξαι ἑαυτῷ τὰ πάντα. 21

Qui transformabit corpus nostrum humile, ut conforme fiat corpori suo glorioso, pro efficacitate qua potest etiam subiicere sibi omnia.

ΚΕΦΑΛ. Δ.

CAP. IIII.

Ὥστε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ καὶ ἐπιπόθητοι, χαρὰ καὶ στέφανός μου, οὕτω στήκετε ἐν κυρίῳ, ἀγαπητοί. 1

ITaq; fratres mei chari & exoptati, gaudiũ & corona mea, ita state in Domino, dilecti.

Εὐοδίαν παρακαλῶ, καὶ συντύχην παρακαλῶ τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν κυρίῳ, 2

Euodiam precor & Syntychen precor ut sint itidem affectæ in Domino.

14 Feror διώκω Vulg. persequor. Eras. insequor. Ego puto absolutè positum nõ aliud declarare quàm curro.

15 Perfecti τέλειοι. Atqui dixerat se nondum perfectum. Ergo uerum est quod ait Clemens libro pædagogi primo, se nonnullos admirari qui sibi Apostolo sapientiores uideantur, quum is de se testetur se nondumesse perfectũ. Idem tamen sese perfectum dicit, nempe quòd priore uitæ genere relicto, aliud præstantius sectetur non quasi cognitionem perfectam adeptus, sed ut qui perfectionem appeteret. Huic igitur perfectio est, ualedixisse peccatis, & fide in eum qui solus perfectus est renatum esse. Sed de his passim uetteres orthodoxi, & quidem Augustinus in primis: adeò ut incredibilem esse oporteat illius impudentiam qui nuper ausus est impium illud dogma Cælestini renouare.

16 *Et itidem* simus affecti τὸ αὐτὸ φρονεῖν. Vetus interpres hoc membrum priori præposuit. Erasmus legit quidem eodem ordine, sed subaudito ἕνεκα. uertit enim, ut simus concordes. Id uerò mihi necessarium non uidetur, quum in priore membro στοιχεῖν manifestè ponatur pro στοιχεῖτε, nec sit nouũ supplere coniunctionem, in binembri oratione, ex Hebræorum idiotismo, quem sæpissime obseruauimus. C

18 Quos οὓς. Erasmus, de quibus. Ideò coactus est uertere ζοὺς ἐχθροὺς inimici, quum optimè omnia conueniant, si ἄρα subaudias.

19 Finis τὸ τέλος. Id est, merces, sicut apud Hebræos עקב accipitur pro mercede quæ opus sequitur. Gloria ἡ δόξα. Gloria scilicet quam captant ab hominibus: quæ tamen in ipsorum maximam infamiam redundabit. Nisi malimus, seruata præpositione οὗ, dicere istos in sua ipsorum infamia sibi mirè placuisse, nempe in pudendorum circumcisione. quod tamen est longius petitum.

20 Nos enim ἡμῶν γάρ. Vulgata, Nostra autem conuersatio in cælis est. Ego uerò ut uim nominis Græci explicarem, periphrasin quæsiui. Est enim regnum cælorum, ciuitatis instar, cuius municipali iure omnes sancti reguntur. estque hoc regimen prorsus cæleste ac spirituale, non autem in externis & terrestribus institutis positum. Vnde ἐξ οὗ. Sub. ζόπου. inquit Erasmus. Ego malo ὄρανῶ supplere. Sic Homerus Iliad. γ. Ἀνθρώπους ζιννυσθον, ὁ ζις τ' ἐκίοησιν ἐμόσσει. Sed & causam huic formulæ dicendi præbuit idiotismus Hebræorum: qui שמרים nunquam nisi duali numero dicunt, quem Græci singulari potius ὄρανὸν uocant.

21 Corpus nostrum humile τὸ σῶμα ζῆς ζαπεινώσεως ἡμῶν. Vulgata ad uerbum, corpus humilitatis nostræ. ex Hebraismo, quem sæpissime iam annotauimus. Sic corpus claritatis suæ conuertit ad uerbum, pro corpore suo glorioso.

IN CAPVT IIII.

1 Exoptati ἐπιπόθητοι. Heb. מחמדים. Virgil. Nec dulces natos, exoptatumque parentem. Corona στέφανος. Id est meum decus. Subauditur autem aliquid post ζῶ, ut plena sit oratio, state in Domino, ita ut dixi.

2 In Domino ἐν Κυρίῳ. Id est, ea concordia cuius uinculum sit Dominus. uel, παρακαλῶ ἐν Κυρίῳ, obtestor per Dominum.

Et rogo te quoq; socie germane, opitulare ijs quæ in Euangelio unà mecũ certarunt, unà cum Clemente quoq; & reliquis adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro uitæ.

3 ναὶ ἐρωτῶ καὶ σε σύζυγε γνήσιε, συλλαμβάνου αὐταῖς αἵτινες ἐν τῷ εὐαγγελίῳ συνήθλησάν μοι, μετὰ καὶ Κλήμεντος, καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς. A

Gaudete in Domino semper: rursum inquam gaudete.

4 χαίρετε ἐν κυρίῳ πάντοτε· πάλιν ἐρῶ, χαίρετε.

Moderatio uestra nota sit omnibus. hominibus Dominus propè est.

5 τὸ ἐπιεικὲς ὑμῶν γνωσθήτω πᾶσιν ἀνθρώποις. ὁ κύριος ἐγγύς.

De nulla re soliciti sitis: sed omni in re per precationem & obsecrationem cum gratiarum actione petitiones uestræ innotescant apud Deum.

6 μηδὲν μεριμνᾶτε, ἀλλ' ἐν παντὶ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει μετὰ εὐχαριστίας τὰ αἰτήματα ὑμῶν γνωριζέσθω πρὸς τὸν θεόν,

Et pax Dei quæ superat omnẽ intellectũ, præsidio erit cordibus uestris, & mentibus uestris in Christo Iesu.

7 καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, φρουρήσει τὰς καρδίας ὑμῶν καὶ τὰ νοήματα ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

Quod reliquũ est, fratres, quęcũq; sũt uera, quęcũq; honesta, quęcũq; iusta, quęcũq; pura, quæcũq; amabilia, quæcunq; boni nominis: si qua uirtus, & si qua laus, hæc cogitate.

8 τὸ λοιπόν, ἀδελφοί, ὅσα ἐστὶν ἀληθῆ, ὅσα σεμνὰ, ὅσα δίκαια, ὅσα ἁγνὰ, ὅσα προσφιλῆ, ὅσα εὔφημα, εἴ τις ἀρετὴ, καὶ εἴ τις ἔπαινος, ταῦτα λογίζεσθε· B

Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & uidistis in me, hæc *inquã* facite: & Deus pacis *author* erit uobiscum.

9 ἃ καὶ ἐμάθετε, καὶ παρελάβετε, καὶ ἠκούσατε, καὶ εἴδετε ἐν ἐμοί, ταῦτα πράσσετε, καὶ ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης ἔσται μεθ' ὑμῶν.

Gauisus sum autem in Domino magnopere, quòd iam tandem reuiruistis in uestra pro me cura. qua de re tamen soliciti eratis, sed destituebamini opportunitate.

10 ἐχάρην δὲ ἐν κυρίῳ μεγάλως, ὅτι ἤδη ποτὲ ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν, ἐφ' ᾧ καὶ ἐφρονεῖτε, ἠκαιρεῖσθε.

3 Socie germane *σύζυγε γνήσιε*. Aliquem procul dubio compellat, quem sibi in opere Domini coniunctissimũ erat expertus,, quem Hebraice dicas חבר neque nos par est, quis fuerit, curiosius inuestigare, nullo cum fructu. Sed quod nonnulli colligunt ex hoc loco, Paulum hoc tempore uxorem habuisse, ad quam hoc pertineat, nimium est infirmum: quum 1. Corint. 7. b. 8, ijs sese manifeste adiungat qui uxorem nõ haberent: nec (ut rectè obseruauit doctissimus interpres) ulla uel leuissima sit coniectura ab eo tempore de uxore ducenda cogitasse, quam Philippis reliquerit. *σύζυγον* quidem aperte usurpat Aristophanes in Pluto, pro eiusdem consilij socio ac participe, in his uersiculis, *Ἀπειμ' γιγώσκω γὰρ ἥτ' ἐμοὶ σύμαχος Ὑμῶν ἐκεῖ δὲ σύζυγον κάδω τινὰ καὶ σύνεργον, τὸν ἐς χυρσοῦντ' ἐλθόντα σωτῆρ' ἀνδρὸς ἀδικουμένου.* Sed & apud Nonnum Christus, sese uocat patris *σύζυγον*. In libro uitæ *εἰ βίβλῳ ζωῆς*. Heb. בספר חיים, ut Psal 69. f. 29. Dicitur enim Deus *ἀνθρωπεωμένος* librum habere in quo electorum suorum nomina descripserit, quibus uitam æternã daturus est. Eum uocat Ezechiel 13. a. 9. Scripturam domus Israel, & arcanũ Domini. 4 Gaudete in Domino *χαίρετε ἐν Κυρίῳ*. Gaudij nomine intelligit fructum *τῆς εὐθυμίας*. sed addidit, in Domino, ut à gaudio mundi distinguatur. Sed ubi timor ille & tremor, & crux illa perpetua? Respondeo, his omnibus non modò non extingui, sed etiam foueri gaudium filiorum Dei, ut ex martyrum historijs liquet: non quòd sint *ἀναίσθητοι*, sed quòd ista experientiam gignant, experientia uerò spem, quæ fallere non potest Rom. 5. a. 4. 5 Moderatio *τὸ ἐπιεικὲς*. Id est, Tranquillus animus, æqui bonique omnia consulens. Sed & candorem possis interpretari Vulg. & Erat. Modestia. 6 Omni in re *ἐν παντὶ*. Heb. בכל, de quo alibi sæpe diximus. Cum gratiarum actione *μετὰ εὐχαριστίας*. Hinc sit ut Dauid sæpissime à clamoribus & lachrymis ordiens, in gratiarũ actione desinat. 7 Pax Dei *ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ*. Id est, summa illa tranquillitas animi quam unus Deus in uno Christo largitur. Vide Rom. 5. a. 1. Præsidio erit *φρουρήσει*. Bene usurpauit uerbum militare, quum nihil æquè nobis conetur Satan atque pacem istam, quæ à solo Christo per fidem in nos deriuatur, extorquere: eoq; nomine nõ desinat perpetuò nos oppugnare. Vulg. & Erat. custodiet: non satis expresse. Cordibus uestris & mentibus ue. *τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ τὰ νοήματα ὑμῶν*. Animum diuidit in cor. id est, uoluntatis & affectuum sedem: & *νόημα*, id est superiorem partem, qua intelligimus & ratiocinamur. 8 Vera *ἀληθῆ*. Veritatem in primis. i. bonæ conscientiæ integritatem commendat. Honesta *σεμνά*. Id est, eiusmodi ut uos sancta quadam grauitate exornent. Hoc enim declarat *ἡ σεμνότης* de qua hic agitur, & cuius exemplum est Act. 5. c. 12 & 13. Vulgata *σεμνὰ* conuertit pudica, nimium angusta significatione. Pura *ἁγνά*. Vel casta. Vulgata, sancta: ut uideatur legisse *ἅγια*, eodem, aut certè nõ multum diuerso sensu. Amabilia *προσφιλῆ*. Huc pertinent quæ scripta sunt Rom. 12. d. 17 & 18. & huius uirtutis uerum exemplar habemus Christum toti populo amabilem, & Apostolos quoque Act. 2. g. 47. Erasmus, accommoda, id est *προσφυῆ*. 9 Erit uobiscum *ἔσται μεθ' ὑμῶν*. Hebraismus, pro, uobis aderit. 10 Reuiruistis in uestra pro me cura *ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν*. Vulgata, reflоruistis pro me sentire. Erasmus, reuiguit uestra pro me solicitudo. *φρονεῖν* pro *φροντίζειν* alibi etiam annotauimus, & ita accipitur Colos. 3. a. 2. Qua de re tamen *ἐφ' ᾧτινι*. Καὶ accipio pro *μενοῦνγε*, ut apud Hebræos ponitur ו pro aduersatiua, ut Eccles. 9. d. 16. & *ἐφ' ᾧ* pro ὃ *οὕνεκα*, ut suprà 3. c. 12. Vulgata, sicut & sentiebatis, duplici errore. Erasmus, in quo & soliciti eratis. Hoc autem addit Paulus ut mitiget quod dixerat, ipsorum studium reuiruisse. Destituebamini opportunitate *ἠκαιρεῖσθε*. Vulgata, occupati eratis, prorsus absurdè. 11 Penuriæ respectu *καθ' ὑστέρησιν*. Id est, penuriæ meæ habẽs rationẽ, quũ hic spectẽ potius quid sit è re uestra. Vulgata, propter penuriã. Erat. iuxta penuriam.

12 Deprimi *ταπεινοῦσθαι*. Vulgata, Humiliari. Vtitur generali nomine, quũ de una crucis specie, i. de inopia, disserat: nempe q̃ hæc fere soleat omnia ista secũ trahere, ac illud præsertim, q̃ qui pauper est, ab omnib. ferè contemnat, quãtumuis excellentib. Dei donis emineat. Abundare *περισσεύειν*. Erat. excellere. Putat enim alioqui nõ cõstare antithesin. Sed, ut modo dixi, *τὸ ταπεινοῦσθαι*, quãuis generalem significationẽ habeat, tamẽ ad id de quo agitur restrin

A οὐχ ὅτι καθ' ὑστέρησιν λέγω. ἐγὼ γὰρ ἔμαθον, 11 Non qđ penuriæ reſpectu loquar. nã ego
ἐν οἷς εἰμι, αὐτάρκης εἶναι. didici, in quibus ſum, iijs ipſis cõtentus eſſe.

οἶδα καὶ ταπεινοῦσθαι, οἶδα καὶ περισσεύειν· 12 Noui autem deprimi, noui abundare: ubi-
ἐν παντὶ καὶ ἐν πᾶσι μεμύημαι καὶ χορτάζεσθαι quę & in omnibus initiatus ſum, & ad ſatu-
καὶ πεινᾶν, καὶ περισσεύειν καὶ ὑστερεῖσθαι. ritatem & ad eſuritionem, *id eſt* tũ ad abun-
dantiam, tum ad inopiam. (roborat.

πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ. 13 Omnia ualeo per Chriſtum, qui me cor-
πλὴν καλῶς ἐποιήσατε συγκοινωνήσαντές 14 Attamen rectè feciſtis quòd ſimul com-
μου τῇ θλίψει. municaſtis meæ oppreſsioni.

οἴδατε δὲ καὶ ὑμεῖς, Φιλιππήσιοι, ὅτι ἐν 15 Noſtis autem & uos, Philippenſes, quod
ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου, ὅτε ἐξῆλθον ἀπὸ Μακεδονί- initio Euangelij quum proficiſcerer è Mace
ας, οὐδεμία μοι ἐκκλησία ἐκοινώνησεν εἰς λό- donia, nulla mihi Eccleſia communicauerit
γον δόσεως καὶ λήψεως, εἰ μὴ ὑμεῖς μόνοι, in ratione dati & accepti, niſi uos ſoli.

ὅτι καὶ ἐν Θεσσαλονίκῃ καὶ ἅπαξ καὶ δὶς εἰς 16 Nam & Theſſalonicæ *quum eſſem*, ſemel et
τὴν χρείαν μοι ἐπέμψατε. iterum quod opus erat mihi miſiſtis.

B οὐχ ὅτι ἐπιζητῶ τὸ δόμα, ἀλλ' ἐπιζητῶ τὸν 17 Non quòd requiram donum: ſed requi-
καρπὸν τὸν πλεονάζοντα εἰς λόγον ὑμῶν. ro fructum exuberantem, qui in rationem
ueſtram inducatur.

ἀπέχω δὲ πάντα, καὶ περισσεύω· πεπλή- 18 Accepi autẽ omnia, & abundo: expletus
ρωμαι δεξάμενος παρὰ Ἐπαφροδίτου τὰ παρ' ſum *inquam*, acceptis ab Epaphrodito quæ
ὑμῶν, ὀσμὴν εὐωδίας, θυσίαν δεκτήν, εὐάρε- à uobis *miſſa fuerant*, *in* odorem bonæ fragrã
στον τῷ θεῷ. tię, hoſtiam Deo acceptam *ac* gratam.

ὁ δὲ θεός μου πληρώσει πᾶσαν χρείαν ὑμῶν 19 Deus autem meus ſupplebit quicquid o- *Hoſtia accepta.*
κατὰ τὸ πλοῦτος αὐτοῦ ἐν δόξῃ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. pus fuerit uobis, ſecundum diuitias ſuas, glo
rioſe in Chriſto Ieſu.

τῷ δὲ θεῷ καὶ πατρὶ ἡμῶν ἡ δόξα εἰς τοὺς 20 Deo autem & Patri noſtro *ſit* gloria in ſe
αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν. cula ſeculorum. Amen.

ἀσπάσασθε πάντα ἅγιον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. 21 Salutate omnes ſanctos in Chriſto Ieſu. ſa
lutant uos qui mecum ſunt fratres.

ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ σὺν ἐμοὶ ἀδελφοί. 22 Salutant uos omnes ſanc ti, maximè uerò
ἀσπάζονται ὑμᾶς πάντες οἱ ἅγιοι, μάλιστα δὲ οἱ ἐκ qui ſunt ex Cęſaris domo.
τῆς Καίσαρος οἰκίας.

ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάν- 23 Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cũ om
των ὑμῶν· ἀμήν. nibus uobis. Amen.

πρὸς Φιλιππησίους ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης, διὰ *Scripta eſt Roma per Epaphroditum.*
C Ἐπαφροδίτου.

gendum eſt. Vbiq; ἐν πάντι. Id eſt quouis loco ſeu tempore. Nam latè patet כבכל. & quũ addeat ἐν πᾶσι in omnib. præ ſtat hoc referre ad res ipſas, (multorum enim indiget præſens hæc uita) illud uerò ad ipſas rerũ circunſtantias. Initiatus ſum μεμύημαι. Metaphora ſumpta eſt à rebus ſacris, quã libens ſeruauit. Sic enim ſignificat Apoſtol. ſanctificatã eſſe noſtram tum abundantiam, tum inopiam: denique totam hanc noſtram uitam, quaſi perpetui ſacrificij inſtar eſſe. Vulg. & Eraſ. inſtructus ſum. Et ad ſaturitatẽ καὶ χορτάζεσθαι Vulg. & Eraſ. ad uerbum, ſaturari. Ego ſtudui perſpicuitati. *Id eſt* tum ad abundantiam καὶ περισσεύειν. Explicat quid ſaturitatis & famis nomine ſignificarit. nequis ſaturitatem æſtimet monachorum more, apud quos ieiunare idem declarat atq; ita ſaturum fieri ut biduo nõ eſurias. Sed et Hebræorum more, ſaturari et inebriari, non ſignificat ingurgitari, ſed tantum ſumere quantũ ſatis eſt. At enim dicet aliquis, Quæ hæc eſt uirtus, noſſe abundare? Reſpondeo, ſongè maximam eſſe hanc uirtutem: quum multo plures perdiderit copia quàm inopia: ut minimè mirum ſit, Paulum hæc unius Chriſti uirtuti accepta referre. Nam longe alia hæc ſunt quàm quæ de iſtis uirtutibus tradiderunt philoſophi.

15 Initio Euangelij ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου, Id eſt, initio prædicati à me Euãgelij apud uos. Id enim uocat Euangelium, ut ſuprà 2. c. 22. Non potuit aũt amplius laudare Philippenſium charitatẽ, quam tam inde ab initio reipſa oſtẽdiſſent, & tũc quoq; ad extremum ſeruarẽt. In ratione dati & accepti εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως. Hoc eſt quod aiũt Rabbini. מתן ופרעון Alludit autem ad pecuniarias rationes, in quibus habetur dati & accepti ratio. Aliæ aũt Eccleſiæ tum acceperant quidem, ſed nihil dederãt: quod in utraque ad Corinthios epiſtola plurib. perſequitur Apoſtol. non ut μεμψίμοιρος, ſed ut os occludat pſeudapoſtolis. 16 Semel & iterũ ἅπαξ καὶ δίς. Vulgata, ad uerbũ, ſemel & bis, i. ter. 17 Qui in rationẽ ueſtrã inducatur εἰς λόγον ὑμῶν. Hoc eſt quod uernaculo ſermone dicimus, *Qui tantet tibiẽt en compte*. Pergit enim in translatione illa à pecuniarijs rationib. deſumpta: & ſignificat, ſe nõ tam ſuo quàm illorum commodo conſulere. Nam & paulo poſt illorum munus uocat Sacrificiũ Deo gratum. Vulgata & Eraſm. in rationem ueſtram admodum obſcurè. 18 Accepi ἀπέχω. Vulg. Habeo. Eraſ. Recepi. Vide Matth. 6. a. 2. Odorem bonæ fragrantiæ ὀσμὴν εὐωδίας. Alludit ad Legis thymiamata, ut Act. 10. a. 4, & ſuprà 2. c. 17. 19 Glorioſe ἐν δόξῃ. Vulgata & Eraſmus ad uerbum, in gloria. 20. In ſecula ſeculorum εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Hebraiſmus ſæpe à nobis explicatus, pro in æternum. 22 Ex Cæſaris domo ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας. Neronis domeſticos intelige. Hoc uerè quid aliud erat quàm Deum in medijs inferis regnare? Vide ſuprà 1. b. 13. Quæ uero de Seneca ſeruntur, ſanè nimium impudenter ſunt conficta.

EPISTOLA PAVLI AD Colossenses.

ἡ πρὸς κολοσσαεῖς ἐπιστολὴ παύλου.

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

CAPVT I.

ΚΕΦΑΛ. α.

PAulus Apostolus Iesu Christi per uoluntatem Dei, & Timotheus frater,

ΠΑΥΛΟΣ ἀπόστολος ἰησοῦ χριστοῦ διὰ θελήματος θεοῦ, καὶ τιμόθεος ὁ ἀδελφὸς,

Iis qui sunt Colossis, sanctis ac fidelibns fratribus in Christo, gratia *sit* uobis & pax à Deo Patre nostro & Domino Iesu Christo.

τοῖς ἐν κολοσσαεῖς ἁγίοις καὶ πιστοῖς ἀδελφοῖς ἐν χριστῷ· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ.

Gratias agimus Deo & Patri Domini nostri Iesu Christi semper pro uobis orantes:

εὐχαριστοῦμεν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, πάντοτε περὶ ὑμῶν προσευχόμενοι

Audita fide uestra in Christo Iesu, & charitate in omnes sanctos:

ἀκούσαντες τὴν πίστιν ὑμῶν ἐν χριστῷ ἰησοῦ, καὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς πάντας τοὺς ἁγίους,

Propter spem sepositam uobis in cœlis: quam prius audistis per sermonem Veritatis, *id est* Euangelij,

διὰ τὴν ἐλπίδα τὴν ἀποκειμένην ὑμῖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἣν προηκούσατε ἐν τῷ λόγῳ τῆς B ἀληθείας τοῦ εὐαγγελίου

Quod peruenit ad uos sicut & in totum mundum, & fructũ profert, sicut apud uos quoq; ex quo die uerè cognouistis Dei gratiam.

τοῦ παρόντος εἰς ὑμᾶς, καθὼς καὶ ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ, καὶ ἐστὶ καρποφορούμενον καθὼς καὶ ἐν ὑμῖν, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἠκούσατε καὶ ἐπέγνωτε τὴν χάριν τοῦ θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ,

Sicut & didicistis ex Epaphra dilecto conseruo nostro, qui est fidus pro uobis minister Christi:

καθὼς καὶ ἐμάθετε ἀπὸ ἐπαφρᾶ τοῦ ἀγαπητοῦ συνδούλου ἡμῶν, ὅς ἐστι πιστὸς ὑπὲρ ὑμῶν διάκονος τοῦ χριστοῦ,

Qui & declarauit nobis uestram per Spiritum charitatem.

ὁ καὶ δηλώσας ἡμῖν τὴν ὑμῶν ἀγάπην ἐν πνεύματι.

Propterea & nos ex quo die *id* audiuimus, non desinimus pro uobis orare, & petere ut impleamini omni agnitione uoluntatis eius, cum omni sapientia, & intelligentia spirituali.

διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς ἀφ' ἧς ἡμέρας ἠκούσαμεν, οὐ παυόμεθα ὑπὲρ ὑμῶν προσευχόμενοι, καὶ αἰτούμενοι ἵνα πληρωθῆτε τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ θελήματος αὐτοῦ ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ συνέσει πνευματικῇ,

Vt incedatis sicut Domino dignum est, ut per omnia placeatis, omni opere bono fructum proferentes & crescentes in agnitionem Dei.

περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ κυρίου εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν, ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ καρποφοροῦντες καὶ αὐξανόμενοι εἰς τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ θεοῦ,

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Per uoluntatẽ *διὰ θελήματος*. Id est, gratuita Dei liberalitate, ut sæpe iã exposuimus. 2 Iis qui sunt Colossis *τοῖς οὖ κολοσσαεῖς*. Colossæ sitæ sunt in Phrygia, nõ procul Hierapoli & Laodicea, qua parte imminet Lyciæ & Pamphyliæ. Refellit aũt hic locus Cyri cuiusdẽ Prodromi & aliorũ opinionẽ, qui hãc epistolã ad Rhodios scriptã putãt, qui à Colosso illo celebri dicti sint Colossenses. Et Domino, &c *καὶ κυρίου* ἰησοῦ χριστοῦ. uel, & Dñi Iesu Christi. Cõstat aũt ex Theophylacto ueteres codices Græcos hãc appendicẽ nõ habuisse. 3 Deo & Patri *τῷ θεῷ καὶ πατρὶ* Vide 1. Cor. 15. c. 24. Neq; uerò aliter à nobis cõsiderari põt Deus in salutẽ, nisi quatenus est Pater Christi in quo sumus adoptati. 4 In Christo *οὖ χριστῷ*. Bene in Christo. Nã extra Christũ nõ est fides, sed opinio, qđ ad salutem quidẽ attinet. 5 Spẽ *τὴν ἐλπίδα*. Id est sperata gloriã *μετωνυμικῶς*, ut Rom. 8. c. 24. & Eph. 1. d. 18. Per sermonem ueritatis. i. Euangelij *ἐν λόγῳ τῆς ἀληθείας τοῦ εὐαγγελίου* Eras. per sermonẽ ueracẽ Euangelij. Ego malo *τὸ εὐαγγέλιον* per epexegesin interpretari, Vide Ephes. 1. c. 13. Meritò autem subtexit Fidei uerbum, & quidem Euangelicum, ut ista sciamus diuelli non posse. 6 Fructũ profert, *καὶ ἐστι καρποφορούμενον*. Vulgata addit *καὶ αὐξανόμενον*, & crescit. quod etiam inuenimus in Complutensi editione, & duobus uetustis codicib. Verè *ἐν ἀληθείᾳ*. אמת ut Phil. 4. d. 19. *ἐν δόξῃ*, in gloria, pro, glorioſe. Vulg. & Eras. ad uerbũ, in ueritate. 8 Per Spiritũ *ἐν πνεύματι*. Id est Spiritua le siue a Spiritu sancto manantẽ, & ex intimis animi penetralib. profectã. Vide Eph. 6. c. 18. 9 Eius *αὐτοῦ*. Eius, s. Dei, ex uers. 6. extremo, Nam uersiculus 7 & 8 quasi sunt interiecti. Et intelligentia *καὶ συνέσει*. Id est *γνώσει*. Vide Corint. 2. a. 5. Eras. & prudentia. Vide Ephes. 1. b. 8. 10 Vt per omnia placeatis *εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν*. Ad uerbũ, cũ omni cõ placentia. Alioquin *ἀρέσκειαν* Aristoteles docet in uitio poni, pro assentatoria quadam affabilitate. Fructũ proferentes. *καρποφοροῦντες*. Coniungendum est hoc participium cum *πληρωθῆτε*, ut & cætera quæ sequuntur.

11 Secun-

ϕ῾ πάσῃ δυνάμει δυναμούμενοι κ῎τ῀ τὸ κράτ῀ς τ῀ δόξης αὐτ῀, εἰς πᾶσαν ὑπομονὴν καὶ μακροθυμίαν μετὰ χαρᾶς,

11 Omni robore corroborati, secundū gloriosam uim ipsius, ad omnem tolerantiā & animi lenitatem cum gaudio:

ϑ῾ χαρισοῦντι ϑ῾ τῷ πατρὶ τῷ ἱκανώσαντι ἡμᾶς εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ϕ῾ τῷ ϕωτί,

12 Gratias agentes Patri, qui idoneos nos fecit ad participandam sortem sanctorum in luce:

ὅς ἐ῾ρ῾ύσατο ἡμᾶς ἐκ τ῀ ἐξουσίας τ῀ σκότους, καὶ μετέστησεν εἰς τὴν βασιλείαν τ῀ υἱ῀ τ῀ ἀγάπης αὐτ῀,

13 Qui *inquam* liberauit nos à potestate tenebrarum, ac transtulit in regnum Filij sibi dilecti. Matth. 3.d.17 & 17.5.a.5 2.petr.1.d.7

ϕ῾ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν δι῀ τ῀ αἵματος αὐτ῀, τὴν ἄφεσιν τ῀ ἁμαρτιῶν,

14 In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, *id est* remissionē peccatorū.

ὅς ἐστιν εἰκὼν τ῀ ϑεοῦ τ῀ ἀοράτου, πρωτότοκος πάσης κτίσεως,

15 Qui est imago Dei inconspicui, primogenitus omnis rei creatæ. Heb.2.a.3

ὅτι ϕ῾ αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ ϕ῾ τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τ῀ γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαί, εἴτε ἐξουσίαι· τὰ πάντα δι᾽ αὐτ῀ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται.

16 Nam per eum omnia quæ in cęlis sunt & quę in terra, uisibilia & inuisibilia, siue Throni, siue Dominia siue Imperia siue Potestates oīa: *inquā* per eū & eius respectu cōdita sunt. Iohan.1.r.3

καὶ αὐτός ἐστιν πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα ϕ῾ αὐτῷ συνέστηκε·

17 Estque ipse ante omnia, & omnia per eū consistunt.

καὶ αὐτός ἐστιν ἡ κεφαλὴ τ῀ σώματος τ῀

Estq; caput, corporis Ecclesię, principiū & 1.Co.15.c.11 apoc.1.b.1

11 Secundum gloriosam ipsius uim κατὰ τὸ κράτος τ῀ς δόξης αὐτοῦ. Vulg. secūdum potentiam claritatis eius. Eras. iuxta potentiam gloriæ illius Dixit autem, Hebræorum more, potentiam gloriæ pro potentia gloriosa. Cum gaudeo κατὰ χαρᾶς. Id est, quæ minime extorqueatur ab inuitis, aut ab ipsa necessitate (cuiusmodi est patientia quā in uernaculo nostro sermone *Lombardicam* uocamus) sed quæ ab animo læto & alacri proficiscatur. Nōnulli tamen Latini codices hoc adiungunt sequenti participio.

12 Patri τῷ πατρὶ. Nonnulli Græci codices habent Θεῷ καὶ πατρὶ, Deo & Patri, & ita etiam legitur in nonnullis exemplaribus uulgatæ editionis. Idoneos fecit ἱκάνωσεν. Verbum hoc, ut etiam ἐχαρίτωσεν, fictū est à Paulo, qua si forma coniugationis hiphil. Vsurpauit autem duobus omnino locis, illo scilicet & 2. Corinth. 3. b. 6. In luce ἐν τῷ ϕωτὶ. Id est in illo regno cælesti & glorioso, quod lux dici solet in Sacris literis: sicut contrā tenebrarum appellatione horrendum illud exitium intelligitur.

14 Per sanguinem ipsius διὰ τ῀ αἵματος αὐτοῦ. Hoc non legit Vetus interpres, & comperimus deesse in sex uetustis exemplaribus. Fortassis irrepsit ex Ephes. 1. b. 7. quanquam id nunquam potest frequentius repeti quàm par sit.

15 Imago εἰκὼν. Id est, is in quo uere nobis sese conspiciendum præbet Deus. Est enim Deus in carne Christi conspicuus factus, ut 1. Tim. 3. d. 16. idq; non per participationem, sed quia corporaliter in eo habitat Diuinitas. Vetustissimi interpretis sententia. De imaginis nomine diximus Philip. 2. a. 7. Primogenitus omnis rei creatæ πρωτότοκος πάσης κτίσεως. Id est antè genitus quàm quicquam conderetur, ideoq; æterni Patris æternus filius. Vulg. & Eras. primogenitus omnis creaturæ. Nam κτίσις uel ipsam condendi seu creandi actionem, uel ipsas res conditas declarat, ut diximus Marc. 13. c. 19. Facilis est autem responsio ad Arrianorum cauillum, qui ex hoc loco asserebant Christum manifestè dici creaturam. Nam hac ratione dicēdus fuisset πρῶτος πλασθὰς. At quum dicitur πρωτότοκος, manifestè distinguitur quod genitū est ab eo quod est conditum, ut rectè omnino & appositè annotauit Ambrosius. Deinde si per ipsum factum est quicquid factum est, Iohan. 1 a 3. genitum ipsum esse oportet, non factum. Postremò qui non est omnibus modis æternus & ἀΐδιος, ne Deus quidem est. Sed est notandus quoque hic locus aduersus impium illū Seruetum, qui Christum contendit humanæ duntaxat naturæ respectu Filium Dei dici, ideoq; æternum Filium esse negabat: adeò quidem ut quum iam esset moriturus, æternū inuocare recusaret: quum Paulus eū clamet ante ullā creationem, id est ab æterno, (cœpit enim tempus cum creatione) non modò extitisse, sed etiam genitum fuisse. sic et apud Dauidem, Ante luciferum, inquit Pater, genui te. Id est, excipiebat Seruetus, genitum ui. Hoc autem si uerum est quomodo Filius quem adhuc non genuerat Pater, mundum condiderit? Sed hæc παρέργως. Affert Erasmus aliam lectionem ex coniectura, puta si legamus πρωτοτόκος accentu in penultimam translato, ut sit sensus, Christum primum omnia produxisse, seu ab eo natam esse omnem creaturam. Sed præterquam quod repugnat perpetuus omnium codicum & interpretum consensus, tollit etiam hæc interpretatio discrimen inter Gignere & Condere: quo non uideo quid solidius dici possit in hunc locum. Itaque hanc coniecturam prorsus repudio. Neque enim aliorum quàm fidelium Pater dicitur Deus in Sacris literis, idque per adoptionē in uno Christo, cuius unius, proprie Pater dicitur. ta in hunc locum sunt commenti.

Siue Throni εἴτε θρόνοι Subdiuidit inuisibilia: quæ etiam exornat ijs nominibus quibus summa quæque inter homines significantur: minimè id quidem ut (Dionysii illius more) de rebus quas nec nouimus, nec scire expedit, curiosè garriamus, sed ut ex spirituum præstantissimorum collatione intelligamus quàm infinita sit Christi præstātia, in quo solo nos, præteritis etiam Angelis, quantumuis eminentem potestatem à Deo acceperint, acquiescere oportet. De istis autem epithetis diximus Rom. 8. g. 38. Eius respectu εἰς αὐτὸν Christus enim is est in quo Dominus acquiescit. Itaque omnia, ipsique adeo Angeli subseruiunt eius gloriæ, ut Heb. 1 d. 14. Alij explicant εἰς αὐτὸν, id est, ut sicut per eum condita sunt omnia, ita ab ipso pendeant.

18 Caput corporis Ecclesię κεφαλὴ τ῀ σώματος τ῀ς ἐκκλησίας Vide 1. Cor 12. b. 12. & d. 27. & Eph. 1. d. 22. & 4. d. 15. & 16. Nūc aūt accedit ad peculiarē Christi dignitatem, qua scilicet caput est Ecclesiæ. Nā quæ dixit, uniuersalia sunt, sine ulla prorsus exceptione. Ista porrò quæ dicturus est, solos electos complectuntur, in quibus uerè eminet Dei bonitas, & uerum Christi regnum. Principiū ἀρχὴ uel primitiæ, id est ἀπαρχὴ, ut sit alluſio ad primitias, quarum

rum oblatio in totam messem sanctificabat, ut 1. Cor. 15. c. 20. utcunque autem accipias principij nomen explicatur A
eo quod statim subijcitur: quia de Christo, ut Ecclesiæ capite, id est Deo & homine, agitur: adeo quidem ut nonnulli coniunctim legerint ἀρχὴ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, principium primogenitum ex mortuis. Malim tamen ego subaudire copulam in epexegesi, uel ob eam causam quòd post ἀρχὴ in omnibus codicibus addatur distinctio.

Primogenitus ex mortuis πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν Id est, is qui primus à mortuis ad uitæ æternæ possessionem resurrexit. quod noua est natiuitas, & perpetui illius regni Christi in Ecclesia reale, ut uulgò loquuntur, initium. Nam tum demum Christi caro (cuius unius respectu dici potest resurrexisse, quanuis qui resurrexit, Deus & homo sit) gloriæ Diuinæ per resurrectionem plene particeps est facta: quum antea Diuinitas, quanuis illi ab ipso momento conceptionis hypostatica unione coniuncta, tamen per gradus, ad dispensandam nostram salutem, uim in illa suam exereret. Dicitur ergo primogenitus ex mortuis, primum quod primus, uti dixi, resurrexit, ut nunquam moreretur: deinde quòd uere sit filius, nos autem per adoptionem fratres: postremo, quod resurrexit ut nos eum sequeremur.

In omnibus ἐν πᾶσιν Potest quidem hoc accipi neutro genere, quum in proximo uersiculo scribat τὰ πάντα. sed meminerimus, quanuis uera etiam hæc sit uniuersalis sententia, Christum inter omnia sine ulla exceptione eminere, tamen de Christi in Ecclesia regno Apostolum cœpisse ab hoc uersiculo differere. quod nemo negabit qui uerba ipsa uel leuissimè considerarit, ac proinde uniuersali particula non aliud comprehendi quam omnes omnium temporum fideles, in unum corpus in Christo capite aggregatos.

ἐκκλησίας, ὃς ἐστιν ἀρχὴ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων.

primogenitus ex mortuis: ut sit in omnibus ipse primas tenens:

19 ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησεν πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι,

Iohan. 1. b. 14 infra 2. 9 Quoniã in eo placuit *Patri* ut omnis plenitudo inhabitaret,

20 καὶ δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτόν, εἰρηνοποιήσας διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ, δι' αὐτοῦ, εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Et per eum reconciliaret omnia sibi, pacificatis per sanguinem crucis eius, tum quæ in terra, tum quæ in cælis.

21 καὶ ὑμᾶς ποτὲ ὄντας ἀπηλοτριωμένους καὶ ἐχθροὺς τῇ διανοίᾳ ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς πονηροῖς, νυνὶ δὲ ἀποκατήλλαξεν. B

Itaque uos quondam abalienatos & hostes, mente operibus malis *intenta*, nunc sanè reconciliauit.

19 Omnis plenitudo πᾶν τὸ πλήρωμα. Hoc nomine nonnulli Ecclesiam ipsam intelligunt, quæ sic uocatur Ephes. 1. d. 23. & quodammodo inhabitat in Christo, ut & Christus in ea, propter summam capitis & corporis coniunctionem. Alij uerò ad diuinitatem hoc referunt. Sic enim infrà loquitur 2. b. 9: adeo quidem ut nonnulli etiam addãt Τῆς θεότητος, id est diuinitatis nomen hoc etiam in loco. Mihi uerò longe simplicissima & appositissima uidetur eorũ expositio, qui hunc locum comparãt cum Iohan. 1. c. 16. & 3. d. 34. & 35. ita scilicet ut plenitudinis nomine significetur cumulatissima omnium diuinarum rerum copia, ex quo tanquam inexhausto fonte, omnes gratiæ in corpus pro cuiusque membri modulo deriuentur. Itaq; additus est articulus, ut de certa quadã plenitudine agi intelligamus, ea scilicet quæ ex capite in corpus diffunditur. Plenitudinem autem dicere malui quàm perfectionem, quãuis in hac significatione non uideatur à Latinis usurpari, partim ne quid innouarem in tam uarijs sententijs interpretũ, partim quòd perfectionis nomen sit ambiguum. Quod autem quidam hunc locum conuertit, Quoniam per eum usum est patri omnem rerum uniuersitatem habitare: sane ita est absurdum, ita ineptum & à Pauli scopo alienum, ut nemini, nisi illi ipsi, in mentem uenire potuisse credam. Quorsum enim hæc Dei inhabitatio? quorsum mentio uniuersitatis rerum? Nam res ipsa clamat Apostolum de sola Ecclesia hic agere, ut etiam 1. Cor. 15. d. 28. Ephes. 1. b. 10. & 4. a. 6. & c. 20. Postremo proferat ipse ullum locum in quo uniuersitas rerũ nomine τοῦ πληρώματος significetur, non expresso aliquo nomine ex quo id possit intelligi. Certe tale quiddam garriunt Libertini, tale quiddam etiam impius Seruetus & Postellus de Dei substantiæ per omnia diffusione somniarunt. Nolim tamen ego hęc dogmata temere isti impingere, sed quid ex hac ipsius interpretatione non absurdè possit elici, ostendo.

20 Omnia τὰ πάντα. Id est uniuersam Ecclesiam, quam & alibi mundum simili dicendi genere appellat, ut 2. Cor. 5. d. 19. De hac enim agitur, ut sæpe iam diximus. Itaque non modò impij, sed etiam ridiculi sunt qui ex hoc loco colligunt, fore ut damnati atque adeò diaboli ipsi tandem seruentur. De beatis autem angelis, quos etiam nõnulli existimant ad Christi pacificatoris officium pertinere, deque toto hoc loco quid mihi uideatur, exposui pluribus Ephes. 1. b. 10. ita tamen ut doctissimorum interpretum sententiæ nihil præiudicatum uelim, quos ego, si quisquam alius, ex animo, sicuti par est nobilissima Dei organa, suspicio & amplector C

Sibi εἰς αὐτὸν. Id est ἑαυτῷ, ut 2. Cor. 5. d. 19. Respondet enim præpositio εἰς literæ Hebræorũ ל, ut aliquoties iam annotauimus. Vulg. in ipso, tdq; perperam: quum præcesserit δι' αὐτοῦ per eum, & in omnib. emendatis libris ueteribus scriptum sit εἰς ἄυτον. Erasmus, erga se. recte quidem, sed mutilatè.

Per sanguinem crucis eius διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ. In uno codice scriptum inuenimus διὰ τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ per crucem eius. Quod autem iterum additum est in nonnullis codicibus δι' αὐτοῦ per eum, uel explicandum est per epanalepsin, uel potius expungendũ. Comperimus enim in ueterib. libris duobus nõ esse adscriptũ. nisi malimus Græca scholia sequi, in quib. εἰρηνοποιήσας conectitur cũ uersiculo 18. & δι' αὐτοῦ legunt pro δι' ἑαυτοῦ, i. per se.

21 Itaq; καὶ. καὶ pro οὖν uel ὥστε, ut alibi sæpe annotauimus, ex Hebræorum idiotismo. Nunc enim Paulus à thesi ad hypothesin descendit, i. generalem doctrinam peculiariter applicat Colossensibus, nonnulla interim permiscẽs quæ pertinẽt ad authoritatẽ doctrinæ suæ conciliandam. Mente operibus malis *intenta*: τῇ διανοίᾳ ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς πονηροῖς. Hanc ueram esse sententiam huius loci puto, siue hostes accipiamus passiuè, quòd Deo essent exosi: siue actiuè, quòd Deum odissent. διάνοιαν igitur uocat præstantissimam animi facultatem, eam scilicet qua cogitamus & ratiocinamur: & ibi ueluti sitam fuisse docet harum inimicitiarum arcem, unde postea omnis generis scelera eruperint, tantum abest ut aliquid in homine rectum fuerit. Non probo igitur Ambrosii & Hieronymi opinionem, qui διάνοιαν ad Deum referunt. Sic enim uertit Ambrosius, & inimicos consiliorum eius in operibus malis. Hieronymus autem in epistola ad Iohannem episcopum Hierosolymitanum, & immici sensus eius. At Paulus nusquam utitur hac loquendi formula, & pronomen αὐτοῦ non addit. Sed multo magis reprehendo aliam interpretationem quam proponit Erasmus in annotationibus, nempe ut τῇ διανοίᾳ conuertamus tertio casu, menti, hoc modo, inimici, sed cui? nempe menti. Etenim qui carni seruit, repugnat rationi. hæc ille, sententia Apostoli non modò non expressa, sed etiam prorsus depraua ta. Statuit enim mentem siue rationem carni resistere etiam in non regeneratis, sicut philosophi in ethicis disputant περὶ τοῦ τῆς ψυχῆς λογικοῦ καὶ τοῦ ἀλόγου, quũ contrà Paulus, totaq; adeo scriptura uix quicquam maiore contentione clamet, quam in ratione ipsa corruptionem illam naturam potissimum regnare, quæ et propterea carnis appellatione in primis cõprehendit, ut exposuimus Ro. 6. b. 12. & apertè dicit Rom. 8. b. 7. Eph. 4. d. 17. & 18. & infrà 2. d. 18. Eph. 2. a. 3 & alijs innumerabilib. locis. Mẽs enim siue Spiritus Deo seruiẽs & carni relu-

A reluctans, donum est gratiæ in solidum, non naturæ, ut Ephes. 1. d. 18. & 4. f. 23. 1. Iohan. 5. d. 20 Itaque hanc interpretationem aperte non tantùm repudio, sed etiam detestor. Vulg. inimici sensu, in operibus malis. Eras. inimici mẽ tem operibus malis. Ego uerò studui perspicuitati. Videtur tamen Terentius hoc ipsum dicendi genus usurpasse, quum apud eum diceret seruulus, Iamdudum est animus in patinis. Nunc sane νῦν δὲ pro δή, ut sæpe apud Platonem. Alioquin hærebit sententia, nisi malimus παρέλκειν. qua de re plurib. doctissimus Bud. in Com. Na superiorẽ uersiculũ id est 21 connectere cum 20, prorsus uidetur uiolentũ. Reconciliauit ἀνακεφαλαίωσιν. Mutat personã. Nũc enim de Filio loquitur, ut appare ex eo quod de corpore & morte subiicitur. Legitur enim ὑμῶν in codicib. emẽdatis.

In corpore illo carnis suæ, per mortẽ: ut sisteret uos sanctos et irreprehensos et inculpatos coram se. 22

ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ διὰ τοῦ θανάτου, παραστῆσαι ὑμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους καὶ ἀνεγκλήτους κατενώπιον αὐτοῦ,

Si quidem permanetis in fide fundati & firmi, nec dimouemini à spe Euangelij quod audistis, *Euangelij inquam* prædicati omni creaturæ quæ sub cælo est: cuius factus ego Paulus minister. 23

εἴγε ἐπιμένετε τῇ πίστει τεθεμελιωμένοι καὶ ἑδραῖοι, καὶ μὴ μετακινούμενοι ἀπὸ τῆς ἐλπίδος τοῦ εὐαγγελίου, οὗ ἠκούσατε, τοῦ κηρυχθέντος ἐν πάσῃ τῇ κτίσει τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανόν, οὗ ἐγενόμην ἐγὼ Παῦλος διάκονος.

Nunc gaudeo de ijs quæ patior pro uobis, & reliquias afflictionum Christi uicissim B expleo in carne mea, pro corpore ipsius, id est Ecclesia. 24

νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ ἐκκλησία,

Cuius *Ecclesiæ* factus sum minister ex dispẽsatione Dei, quæ data est mihi apud uos, ad præstandum sermonem Dei: 25

ἧς ἐγενόμην ἐγὼ διάκονος κατὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ θεοῦ, τὴν δοθεῖσάν μοι εἰς ὑμᾶς, πληρῶσαι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ,

22 In corpore illo carnis ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. id est carneo. Additur autem corpori epitheton, non q̃ aliud aliquod corpus olim habuerit Christus, aut nunc habeat, sed ut hoc corpus sciamus minimè aut fuisse aut esse imaginarium, sed uerè humanum, & nostrorum corporum, quod ad ὅσιον attinet prorsus simile. Quod autem attinet ad infirmitatem, quæ & ipsa significatur carnis appellatione, fuit quidem illi prorsus etiam obnoxium Christi corpus, excepto duntaxat peccato: sed ipsius resurrectione fuit hæc infirmitas terminata: quemadmodum etiam eadem in nobis, qui illius sumus participes, nostra resurrectione terminabitur, ut copiosè expositum Apostolus 1. Cor. 15. Vt sisteret uos παραστῆσαι ὑμᾶς. Hic habemus ueram iustitiæ Dei siue Christi descriptionẽ: cuius imputatione nõ modo abluimur, sed etiã glorificamur. Possumus tamen hoc ad inchoatam in etiam nobis sanctificationẽ referre: sed mihi uidetur illa expositio magis genuina. alioquinsciamus his epithetis ornari nostrã iustitiam, non ut esse per secta significetur coram Deo (stat enim illud quod scriptum est Psal. 143. 2. 2. & Rom. 4. 2. 2.) sed ut à sucata & adulterina distinguatur.

23 Omni creaturæ ἐν πάσῃ τῇ κτίσει. Id est uniuersis hominibus, siue in toto orbe, quacũq; patet, ut Marc. 16. c 15. Simpliciter aũt Apostolus hac formula significat Euangelium non terminari unius Iudææ angustijs, sed fulguris instar, ab Oriente ad Occidentem, denique per totum orbem inter quascũq; Gentes micare. Nam ad Gentium uocationem sensim accedit, cuius fuerit mirificum quoddam præ cæteris organum. Itaque inepti sunt qui percontantur equid eo tempore ad antipodas aut nouum orbem peruenisset Apostolorum prædicatio. Procul certè iam peruenerat Euangelij odor, quũ hæc Paulus ex uinculis scriberet: sed adhuc durat dies ille hodiernus de quo Dauid Psal. 95. b 7. Quæ sub cælo est τὰ ὑπὸ τὸν οὐρανόν. Pleonasmus quidẽ est, ut diximus Act. 4. b. 12. sed cuius maxima sit emphasis. Similem formulam loquendi apud Homerum inuenias, quum inquit,

Αἴ γάρ ἐν' ἁλίῃ τε καὶ οὐρανῷ ἀστερόεντι Ναιετάασι πόλιες εὖ ναιόμεναι ἀνθρώπων, &c.

C 24 Nunc gaudeo Νῦν χαίρω. Omnino coniunctio aliqua deest, quæ connectat sententias: aut fortassis abundat ἐγενόμην in priore uersiculo. Nam animaduerti Paulum tum in hac epistola, tum in ea quam scripsit ad Ephesios, perpetua quadam oratione periodos inter se connectere. quem orationis characterem Græci παρατακτὸν uocant. Itaque nequid supplere cogerer, perinde conuerti acsi pro ἐγενόμην scriptum esset γενόμενος, nulla quidem prorsus sensus iniura.

Pro uobis ὑπὲρ ὑμῶν. Id est, uestro commodo ac fructu. Potest autem hoc coniũgi uel cum uerbo χαίρω gaudeo, uel cum παθήμασι, quasi scriptum sit θλίψεσιν ὑπὲρ ὑμῶν in quam sententiam potius inclino, propter ea quæ in hoc extremo uersiculo subijciuntur.

Reliquias afflictionum Christi τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ χριστοῦ. Id est, quod supereſt afflictionum Christi. Christo autem passo in sese, cuius unius liuore sanati sumus, supereſt ut in suis etiam membris affligatur: non ut Ecclesiam redimat, quam sanguine suo iam sibi acquisiuit, & semel una oblatione in æternum sanctificauit: sed ut uirtutem suam in quotidiana suorum infirmitate exerat: denique pro totius corporis consolatione ac salute, ut mox dicemus. Hoc est igitur quod toties ait Apostolus, nos scilicet Christo συμπάσχειν, id est eum habere ærumnarum nostrarum socium, ac proinde uindicem. Ideo etiam clamabat è cælo, Saule, Saule quid me persequeris? Quam uocem proculdubio probè retinuerat Apostolus. Vulg. ea quæ desunt afflictionum Christi. Eras. quod deerat afflictionum Christi. Eas uerò interpretationes idcirco reieci, quod ex his uideam blasphemos nonnullos occasionem arripuisse, Sanctorum quos uocant merita, atque adeò nostras etiam quas appellant satisfactiones, cum sanguine Christi conungendi: quasi scilicet ad Christi satisfactionem aliquid requiratur ut Deus nobis reconcilietur. Et audent impuri isti canes nomen Christianum usurpare?

Pro corpore ipsius ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ. Quomodo hoc sit accipiendum traditur copiosè 2. Cor. 1. 2. 5. & 6. Item 4. b. 7. & d 15. Quòd si impuri illi canes qui Christo alios adiungunt collegas, ipsi Paulo optimo suiipsius interpreti non credunt, credant saltem Leoni quem ipsi inter Papas suos numerant. Accepere, inquit, iusti, non dederunt coronas: & de fortitudine fidelium nata sunt exempla patientiæ, non dona iustitiæ.

25 Ad præstandum sermonem Dei: πληρῶσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Sermonem Dei uocat promissiones partim de Christo in genere, partim de uocatione Gentium. Eas igitur Dominus præstitit misso ad Gentes Apostolo, qui Christum eis praefaceret. Vulg. ut impleam uerbum Dei. Eras. implendi sermonem Dei. Mihi uerò etsi ne in hac quidem significatione displicet uerbum Implere, tamen putaui obscurius illud uideri posse hoc in loco.

Mysterium Dei revelatum Sanctis
rom.16.d.25
ephes.3.b.9
2.tim.1.c.10
tit.1.a.2
1.petr.1.d.20

Nempe mysterium quod absconditum fuit à seculis & ab ætatibus, nunc autem patefactum est Sanctis eius,

Quibus uoluit Deus notum facere quæ sint diuitiæ glorioſi huius mysterij inter Gentes, i. Christi inter uos, *qui* est spes illa gloriæ:

Quem*que* nos annuntiamus, admonentes omnem hominem, & erudientes omnem hominem omni sapientia: ut præstemus omnem hominem perfectum in Christo Iesu:

Ad quod etiam enitor, decertans secundū efficacitatē ipsius, agente in me potēter.

CAPVT II.

VElim enim uos scire quantum certamen sustineam pro uobis, & ijs q *sunt* Laodiceæ, & quotquot non uiderunt faciē meam in carne:

Hortatur Coloſſ. ne uerbis elegantibus abducantur à fide in Christum.

Vt consolationem accipiant corda eorū, quum fuerint cōpacti charitate, idq; ad omnem opulentiam certò persuasæ intelligentię, ad cognitionem *inquam* mysterij Dei Patrisq; & Christi:

In quo sunt omnes thesauri sapientiæ ac cognitionis absconditi.

Hoc autem dico, nequis uobis imponat probabilitate sermonis.

Etsi enim corpore sim absens, tamen animo uobiscum sum, gaudens ac cernens uestrum ordinem, & soliditatem uestrę in Christum fidei.

2.Cor.5.a.3

Sicut igitur accepistis Christū Iesum Dominum, *ita* in eo incedite:

τὸ μυστήριον τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν, νυνὶ δὲ ἐφανερώθη τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, 26

οἷς ἠθέλησεν ὁ θεὸς γνωρίσαι τί ὁ πλοῦτος τῆς δόξης τοῦ μυστηρίου τούτου ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὅ ἐστι χριστὸς ἐν ὑμῖν, ἡ ἐλπὶς τῆς δόξης, 27

ὃν ἡμεῖς καταγγέλλομεν, νουθετοῦντες πάντα ἄνθρωπον, καὶ διδάσκοντες πάντα ἄνθρωπον ἐν πάσῃ σοφίᾳ, ἵνα παραστήσωμεν πάντα ἄνθρωπον τέλειον ἐν χριστῷ ἰησοῦ. 28

εἰς ὃ καὶ κοπιῶ, ἀγωνιζόμενος κατὰ τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ, τὴν ἐνεργουμένην ἐν ἐμοὶ δυνάμει. 29

ΚΕΦΑΛ. β.

Θέλω γὰρ ὑμᾶς εἰδέναι ἡλίκον ἀγῶνα ἔχω περὶ ὑμῶν καὶ τῶν ἐν λαοδικείᾳ, καὶ ὅσοι οὐχ ἑωράκασι τὸ πρόσωπόν μου ἐν σαρκί, 1

B

ἵνα παρακληθῶσιν αἱ καρδίαι αὐτῶν, συμβιβασθέντων ἐν ἀγάπῃ, καὶ εἰς πάντα πλοῦτον τῆς πληροφορίας τῆς συνέσεως, εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ μυστηρίου τοῦ θεοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ χριστοῦ, 2

ἐν ᾧ εἰσι πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι. 3

τοῦτο δὲ λέγω, ἵνα μή τις ὑμᾶς παραλογίζηται ἐν πιθανολογίᾳ· 4

εἰ γὰρ καὶ τῇ σαρκὶ ἄπειμι, ἀλλὰ τῷ πνεύματι σὺν ὑμῖν εἰμι, χαίρων καὶ βλέπων ὑμῶν τὴν τάξιν καὶ τὸ στερέωμα τῆς εἰς χριστὸν πίστεως ὑμῶν. 5

ὡς οὖν παρελάβετε τὸν χριστὸν ἰησοῦν τὸν κύριον, ἐν αὐτῷ περιπατεῖτε, 6

26 Sanctis eius τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ. Id est, quos ipse in Christo consecrandos sibi selegit. Mysterium autem, id est arcanum redemptionis nostræ, dicit absconditum fuisse à seculis uel ætatibus, id est iampridem & ab omni æuo, paucis admodum exceptis, qui & ipsi extra ordinem hoc didicerunt per gratiam: uel, absconditum omnium seculorum & ætatum hominibus, ut solet construi apud Hebræos uerbum בבחר. 27 Voluit ἠθέλησεν. Ita injicit Paulus frænum audaciæ hominum. Quæ sint diuitiæ τίς ὁ πλοῦτος. id est, quæ sit amplitudo, ex idiotismo Hebræorum. Et hic rursum miror quosdam nos fabricare octauum aliquod sacramentum, quum sacramenti uoce utatur hoc loco Vetus interpres, ut suprà 5.g.32. Id est Christi inter uos ὅ ἐστι χριστὸς ἐν ὑμῖν. Vulgata, quod est Christus in uobis: ut legisse uideatur ὃ ἐστι, Erasmus, qui est Christus in uobis: quum οὐ ἔθνεσι conuertit inter Gentes, & generalē doctrinam accommodet Paulus Philippensibus, ideoq; ἐν ὑμῖν simili prorsus ratione sit explicandū. Diximus aūt de hac constructione relatiui, Ephes. 3.c.13. Annotat Erasm. quosdā codices habere εἰς ὑμᾶς apud uos. 28 Omnem hominem πάντα ἄνθρωπον. Id est quemuis. neque temere est quod Paulus ter hoc ingeminat, ut omne personarum discrimen sublatum ostendat. Omni ἐν παντὶ. Id est integra & absoluta, quæ nimirum & absoluta sit in sese, & suos sectatores tandem perficiat.

29 Potenter ἐν δυνάμει. Ad uerbum, cum potētia, ex Hebræorū idiotismo, Vulgata, in uirtute. Eras. per uirtutē.

IN CAPVT II.

1 Quantū certamen sustineā ἡλίκον ἀγῶνα ἔχω. Vulgata & Erasmus ἀγῶνα uertunt solicitudinem: non satis expresse. Neque enim dubium est quin Satan pias istas Apostoli cogitationes totis uiribus impedierit: quamobrem etiam à re militari sumpta est translatio. Laodiceæ ἐν Λαοδικείᾳ. Multæ sunt hoc nomine ciuitates: hic uerò puto eā significari quæ Hierapoli & Colossis fuit uicina, & Lyco fluminī imposita. Nā ēt in uno uetustō codice additū erat, καὶ τῶν ἐν Ἱεραπόλει, & eorū qui sunt Hierapoli. Faciē meā in carne τὸ πρόσωπόν μου ἐν σαρκὶ. Id est me corpore presentem. 2 Eorum αὐτῶν. Eorū s. quos non uiderat, ac de quib. proinde magis laborabat: inter quos erant etiam ipsi Colossenses, ut potius dicendū fuisse uideatur ὑμῶν uestrā. Sed Hebræis non sunt duræ istæ mutationes personarum. Certò persuasæ intelligentiæ τῆς πληροφορίας τῆς συνέσεως Id est, eius intelligentiæ quæ certā & indubitatā persuasionē in nostris animis gignit. Opponit enim πλοῦτος πληροφορίαν, id est plenā, ut ita dicā, certiorationem, cæteris omnib. hominū iudicijs, qui rationibus humanis edocti, hoc uel illud de Dei natura, uoluntate, & cultu opinātur. Deinde quæ sit illa intelligētia explicat: nimirum mysterij Euangelici cognitio, in quo s. nobis Deus ut Pater in Christo cognoscēdus ꝓponitur. De nomine πληροφορίας diximus Luc.1.a.1. Vulgata, plenitudinis intellectus quasi πλήρωμα & πληροφορία sint synonyma Eras. certe persuasionis intelligētiæ: seruato Hebraismo, cuius exēpla singulis pene pagmis occurrūt. 3 Sapiētiæ & cognitionis τῆς σοφίας καὶ γνώσεως. Articuli additi præstantiam significāt certæ cuiusdā sapientiæ ac cognitionis. Sit ergo hæc aduersus oēs technologias firmissima ratio, extra Christū nullam esse uerā sapientiā. 4 Probabilitate sermonis πιθανολογίᾳ. Id est, oratione ad persuadendū cōparata: quo ēt propriè spectat uerbum παραλογίζεσθαι. Cic. 4. Academ. Certè tam multa non collegisset quæ nos fallerent probabilitate

bilitate magna, nisi uideret his resisti non facilè posse.

5 Corpore σαρκί. Vulgata & Erasmus, carne. & paulò pòst πνεύματι, ideſt animo.

ἐῤῥιζωμένοι καὶ ἐποικοδομούμενοι ἐν αὐτῷ, καὶ βεβαιούμενοι ἐν τῇ πίστει, καθὼς ἐδιδάχθητε, περισσεύοντες ἐν αὐτῇ ἐν εὐχαριστίᾳ.

7 Radicati & superstructi in eo, ac confirmati fide, sicut edocti estis, abundantes ea cũ gratiarum actione.

Βλέπετε μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης, κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου, καὶ οὐ κατὰ Χριστόν.

8 Videte nequis sit qui uos deprædetur per philosophiam & inanem deceptionẽ, *docens* secundum traditionem hominum, secundũ elementa mundi, & non secundum Christum.

ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς,

9 Nã in eo inhabitat omnis plenitudo deitatis corporaliter:

καί ἐστε ἐν αὐτῷ πεπληρωμένοι, ὅς ἐστι κεφαλὴ πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας,

10 Et estis in eo completi, qui est caput omnis Imperij, ac Potestatis.

ἐν ᾧ καὶ περιετμήθητε περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ, ἐν τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκός, ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ,

11 Per quem & circuncisi estis circuncisione quæ fit sine manibus, dum corpus carnis peccato obnoxiæ exuistis per circuncisionem Christi:

συνταφέντες αὐτῷ ἐν τῷ βαπτίσματι, ἐν ᾧ καὶ συνηγέρθητε διὰ τῆς πίστεως τῆς ἐνεργείας τοῦ θεοῦ τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ τῶν νεκρῶν.

12 Consepulti cum eo per baptisimum, per quem etiam cum eo resurrexistis per fidem Dei efficaciter agentis, qui suscitauit eum ex mortuis:

7 Radicati ἐῤῥιζωμένοι. Eraſm. Sic ut radices habeatis in illo fixas. Vtuntur tamen illo uerbo idonei autho res Plinius & Columella. Superstructi ἐποικοδομούμενοι. Participium Græcum præsentis est temporis, ut significe tur nondum perfectam esse structuram, sed in actu esse, quod aiunt. De hoc autem ædificio uide Ephes. 2. d. 21.

8 Qui deprædetur ὁ συλαγωγῶν. Verbum militare, quod significat prædam abigere. Vulg. decipiat: non expressa sententia. Per philosophiam διὰ τῆς φιλοσοφίας. Quod de Lege sæpe iam diximus, & iterum hoc in loco obseruandum est, idipsum est de philosophia existimandum. Neque enim simpliciter damnatur ab Apostolo, qui principijs cum philosophia uera communibus sæpe utitur, & methodum quàm accuratissimè obseruat. sed κατὰ τι, quatenus scilicet sese intra fines suos non continet, nec ad gloriam Dei tertur. sese denique uerbo Dei regi non limit. Cuiusmodi erant illæ Angelorum seu Deorum quorundam mediorum speculationes. quibus referti sunt Platonicorũ præstertim libri, ut pluribus explicat Augustinus libro de Ciuitate Dei octauo. Ex his autem intelligi potest, tum etiam ex ijs quæ sequuntur, istos pseudapostolos cum Lege Mosis cæremoniali & philosophica commenta quædam & patrias etiam traditiones coniunxisse. Secundum elementa mundi κατὰ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου, id est rudimenta, quibus Dominus Ecclesiam suam quasi sub pædagogo erudijt, ut explicatur copiosè cap. 4. epist. ad Galatas. Itaque non satis apposite à nonnullis disputatur in hunc locum de physicis illis quatuor mundi elementis. Est autem necessariò supplendum participium διδάσκων docens post ἀπάτης, ut cohæreat sententia.

9 Omnis plenitudo Deitatis πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος. Attingit scopum ipsum Apostolus, ab hypothesi ad thesin quæstionem reuocans. Neque enim aliam ob causam urgebant illi cæremonias, quam ꝙ Christũ unũ sufficere no arbitrabãtur. Opponẽdus igit fuit illis Christus qualis est re ipsa, nẽpe ita uerus homo ut sit uerus Deus, & ita iuctis naturis ut unus sit Christus. Illustris est igit locus, si quisquã alius, & pauciss. uerbis coplectẽs quicquid de Christi persona nobis sentiendum est. Quum enim inquit ἐν αὐτῷ, in eo, manifestè duas naturas statuit, & quidem distinctas & quum ait κατοίκει: coniunctionem declarat minimè temporariam sed perpetuam, ut diximus Matth. 2. d. 23. Quamobrem etiam non scripsit κατῴκησεν inhabitauit: sed κατοικεῖ, inhabitat, tempore scilicet præsenti. Præterea non dicit θεὸν θεότητα, id est diuinitatem, sed θεὸν θεότητα, id est deitatem, ut magis etiam expresse loquatur. Quãuis enim hoc discrimen non semper obseruetur, quum τὸ θεῖον & ὁ θεὸς sæpe synonyma sint, tamen ἡ θεότης. id est diuinitas, qualitatem quandam uidetur potius quam naturam ipsam declarare: quamobrem etiam usurpare malui parum Latinum nomen, quàm de sententia Apostoli quicquam detrahere. Sed & quanuis Deus non posit aliter quàm integer & in sese perfectus concipi, tamen prospiciens eorum hæreses qui secundarium Deum erant annuntiaturi, nõ scripsit simpliciter θεὸν θεότητα deitatem, sed πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, id est omnem plenitudinem deitatis in Christo habitare: ut iam nulla sit causa cur uel Filius Patre minor censeatur, uel hypostases cum οὐσίᾳ confundantur. Postremò ut plenè iam & apertè explicaret istius habitationis, id est coniunctionis naturarum mysterium, addidit ad uerbum σωματικῶς, quod conuerti ad uerbum corporaliter: ut significet, non ex uirtutis communicatione, aut efficacitatis, sicut in Prophetis & sanctis omnibus dicitur Deus habitare: nec sacramentali unione, aut efficitur fuisse Christus, & Deus in templo & in medio populi sui habitasse: sed substantiali & hypostatica unione, quã uocant, sancitam esse hanc coniunctionem, ut Deus & homo unum Christũ constituant, sicut homo ex anima & corpore constat hypostaticè coniunctis. Sed tamen non prorsus respondet ista similitudo, quia sic coniuncta est hypostatice Filij diuinitas corpori & animæ hominis, ad constituendum perfectum Christum, ut ipsa tamen implere omnia non desinat, nec à Patre aut Spiritu sancto discerpatur. Itaque mihi quidem uidetur non satis expressa eorum sententia qui aduerbium σωματικῶς opponunt duntaxat cæremoniarum umbris. Malui autem ego ad uerbum explicare totum hunc locum, quàm magis Latinas uoces consectando, non omnia exprimere.

11 Corpus carnis peccato obnoxiæ τοῦ σώματος τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκός. Periphrasis est ueteris hominis quem etiam corpus peccati solet uocare, ut Rom. 6. b. 6. ubi pluribus etiam exposuimus quæ de baptismo, sepultura & resurrectione commemorantur in proximis aliquot uersiculis. Erasmus ad uerbum, corpus peccatorum carnis. Notandus est autem hic locus aduersus eos qui sacramentorum sub Lege uirtutem eneruant. Neque enim circuncisionem in genere spoliat uirtute nos in Christo sanctificandi, quam alibi uocat sigillum iustitiæ fidei, sed circuncisionẽ, demum nudam, & à re ipsa, id est à Christo, separatam: cui opponitur circuncisio Christi, id est Christi Spiritu facta, quanuis Colossenses signum non haberent circuncisionis: quia scilicet successerat baptismus, ut postea explicat.

12 Per baptismum ἐν τῷ βαπτίσματι. i. διὰ τοῦ βαπτίσματος. ut loquitur Rom. 6. a. 4. Sed in primis obseruãdum est, hoc non tribui operi operato quod uocant, uerùm integram actionem, id est rem ipsam cum signo, causas

niq; omnes coniungi. Ideo diserte addit Apostolus αὐτῷ, Christum designans, & quidem qui resurrexerit: expressio etiam fidei nomine, & efficacitatis Dei, cui scilicet fidem ipsam, totum denique baptismi fructū in solidum oportet acceptum ferre. Per fidē, &c. *διὰ τῆς πίστεως*, &c. i. quæ à Deo manat per uim suam in cordibus nostris agēte, ut per eā Christum mortuum, sepultū, suscitatū apprehendatis. Vulg. & Erasm. per fidem operationis Dei. A

Ephes. 2. a. 1. Vosq; mortuos in peccatis & præputio carnis uestræ, cum eo uiuificauit, cōdonatis uobis omnibus peccatis,

13 καὶ ὑμᾶς νεκροὺς ὄντας τοῖς παραπτώμασι, καὶ τῇ ἀκροβυστίᾳ τῆς σαρκὸς ὑμῶν, συνεζωοποίησε σὺν αὐτῷ, χαρισάμενος ἡμῖν πάντα τὰ παραπτώματα,

Ephes. 2. c. 15. Ac deleto quod aduersum nos *erat* rituū chirographo: quod *inquam* erat nobis cōtrarium, *ipse* uerò illud sustulit è medio affixum cruci:

14 ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον τοῖς δόγμασιν, ὃ ἦν ὑπεναντίον ἡμῖν, καὶ αὐτὸ ἦρκεν ἐκ τοῦ μέσου, προσηλώσας αὐτὸ τῷ σταυρῷ,

Et expoliata Imperia ac Potestates tradu xit palàm, triumphatis illis per eam.

15 ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισεν ἐν παρρησίᾳ, θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ.

De cibis, festis, & constitutionibus hominum. Ne quis igitur uos damnet ob cibum, aut potum, aut respectu diei festi, aut nouilunij, aut sabbathorum:

16 μὴ οὖν τις ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει, ἢ ἐν πόσει, ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς, ἢ νεομηνίας, ἢ σαββάτων, B

Quæ sunt umbra rerum futurarum, at cor pus *est* Christi.

17 ἅ ἐστι σκιὰ τῶν μελλόντων, τὸ δὲ σῶμα τοῦ Χριστοῦ.

Nullus uoluntarius moderator de uobis statuat ex subiectione & cultu Angelorum: in ea quæ nō uidit *se* ingerens, & temerè turgens sensu carnis suæ:

18 μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω, θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων, ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων, εἰκῇ φυσιούμενος ὑπὸ τοῦ νοὸς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ,

Neq; obtinens caput, ex quo totum corpus per commissuras & compages suppeditatū & compactū augescit augmento Dei.

19 καὶ οὐ κρατῶν τὴν κεφαλήν, ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα διὰ τῶν ἁφῶν καὶ συνδέσμων ἐπιχορηγούμενον καὶ συμβιβαζόμενον, αὔξει τὴν αὔξησιν τοῦ θεοῦ.

13 Mortuos. &c. *νεκροὺς*, &c. Vide Act. 8. d. 23, & Ephes. 2. a. 1 Et præputio *διὰ τῆς ἀκροβυστίας*. Vide Ephes. 2. c. 11.

14 Ac deleto *ἐξαλείψας*.. Omnino subaudienda est copula, quæ duo participia *χαρισάμενος* & *ἐξαλείψας* cū uerbo *συνεζωοποίησε* connectat. Rituum chirographo *τὸ χειρόγραφον τοῖς δόγμασιν*. i. abolitis ritibus, quibus, tanquam aliquo chirographo, ipsi nostra manu reatum nostrum aduersum nos obsignabamus. Ritus enim cæremoniales si per se considerentur: & seorsim ab eo quod adumbrabant, id est à Christo (ut ab ijs sane considerabātur qui per eos nō Christum adumbrari, sed salutem nobis aliqua ex parte præstari contendebāt) quid aliud erant quàm mi seriæ hominum conditionis publica professio? Nam circuncisio ita usurpata, natiuam pollutionem: ablutiones, peccatorum sordes: uictimæ denique capitalem reatum publicè testabantur. Christus igitur quū nos ab ijs omnibus sanguine suo repurgarit, dicatur etiā chirographū deleuisse.. Cur. n. persoluto ad ultimū usq; quadrante ære nostro alieno, maneat chirographū? aut manente integro chirographo, apud bonæ fidei creditorē, qualis Deus est, idq; ex debitoris consensu, imò uerò ipso debitore ita postulante, quis persolutum æs alienum dixerit? Hanc esse germanam huius loci explicationē (ut ipero) fatebitur quisquis contentiosus non erit. Itaq; subaudiēda est præpositio *σὺν*, quæ adscribitur Ephes. 2. c. 15, *τοῖς δόγμασιν* connectendū est cū *τὸ χειρόγραφον* (ut significetur chirographū hoc in ipsis ritibus situm fuisse) nō aūt cū *ὃ ἦν ὑπεναντίον*, ut per traiectionē couertit Eras. quē in eo merito reprehēdit doctissimus interp. *τὰ δόγματα* uerò ea demū uocat quæ Hebr. חקים appellant, & ritus malui, quā decreta, interpretari, ob eas causas quas expoluimus Ephes. 2. c. 15. ut Græci interpretes magnopere à scopo aberrarint, qui chirographi nomē uel ad ea Israelitarum uerba referunt quæ scripta sunt Exod 19. b. 8: uel ad interdictū illud Adamo præscriptū Gen. 2. c. 17. *δόγματα* uerò intelligunt uel fidē in Christū, uel pietatis præcepta: quasi dicatur Christus chirographum quod cōtra nos scriptū erat, deleuisse *τοῖς δόγμασιν*, i. suis decretis, non modò nō explicata cōmode, sed etiā prius depranata Apostoli sententia. Vulg. ad uerbū, delēs quod aduersus nos erat chirographū decretis, quod erat cotrariū nobis. Eras. deleto quod aduersus nos erat chirographo, quod nobis contrarium erat per decreta. *Ipse* uerò illud *καὶ αὐτὸ*. Vulg. & ipsum. Eras. & illud. Ego studendū putaui perspicuitati. C

15 Et expoliata imperia *ἀπεκδυσάμενος τὰς σὰρκας*. Iterū supplēda est copula quæ cōnectat duo uerba *ἤρκεν* & *ἐδειγμάτισεν*, i. sustulit & traduxit. Cæterū mi serē corruptū fuisse hunc locū apparet ex Augustino & Hilario. Sic enim solet Augustinus hunc locū citare, Exuēs se carnē, principatus & potestates exemplauit. Hilarius uero, exutus carnē, & potestates ostēdit secit. Hæc obseruauit Erasmus, & putat eos legisse *ἀπεκδυσάμενος* actiue, pro, quū sese expoliasset, carne nimirū. Atqui Christus carnē nunquā abiecit, & manifestè ostendit Hilarius se pro *τὰς σάρκας*, legisse *τὰς σκήνας*, uel *τὴν σκήνην*. Cæterùm appellatione imperiorum & potestatum significari Satanā cū Angelis suis, res ipsa ostēdit: qua de re diximus Ephes. 6. b. 12. D

Traduxit *ἐδειγμάτισεν*. i. tanquam uictor captiuos ignominiæ causa transuexit, ut expositumus pluribus Matth. 1. c. 19. Eras. ostentauit. At Thomas, traduxit, inquit, sanctos in cœlum. Aut traduxit, hoc est, expulit dæmonas ab homine. Tanti est moueri ex ipsis fontibus haurire. Palàm *ἐν παῤῥησίᾳ*. Vbi est igitur crucis ignominia, quū sibiipsi diabolus crucē fixerit, & tū demū plena uictoria sit potitus Christus, quum plane uictus uideretur? Vulg. cōfidenter palàm, altero procul dubio adscripto ex margine. Ambros. in authoritate. Sic accipitur *παῤῥησία* Iohā. 7. b. 13, & d. 26.

Per eam *ἐν αὐτῷ*. uel in ea scilicet cruce, quæ nimirū fuit instar triumphalis currus, aut circūuecti trophæi. Sic legit & interpretatur Græcus scholiastes. Sic etiam Origenes in Exod. Homil. 4, qui tamē uidetur legisse *ἐν ξύλῳ*. in ligno, quòd eam lectionē annotet Homil. 9. in Iesum Naue, ut Eras. obseruauit. pleriq; Græci codices legunt *ἐν αὐτῷ*, i. in semetipso, ut uertit Vetus interpres, & Eras. sed assentior doctissimo interpreti qui alteram lectionem huic præfert.

16 Aut respectu, &c. *ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς*. *Ἐν μέρει* dixit pro eo quod Rabbini dicunt בזר, ut si dicas in uernaculo nostro sermone, *de la part, ou du costé d'une feste*. *ἑορτῆς* autem uocant fortassis solennes illos dies festos quos Hebræi בזרעזרים appellant: distinguitq; à Neomenijs & Sabbathis. Quòd si libuerit *ἐν μέρει* ad uerbū cum uetere interprete & Eras. interpretari in parte, hoc ego retulerim ad multiplices cæremonias: ut non modo in genere dies festus, sed singulæ etiam partes diei festi essent obseruandæ ex præscripto 17 At corpus, &c. *τὸ δὲ σῶμα τοῦ Χριστοῦ*. Corpus ut rem firmā ac solidā opponit umbræ, rei scilicet per se uanæ & inani. Corpus ergo rerū futurarū dixit esse Christi. i. ad Christū pertinere ac spectare. Is enim est in quo oēs promissiones sunt Etiā & Amen. Siue igitur res futuras interpretemur respectu ipsarū cæremoniarū, nempe redemptionis nostræ mysterium quod sub Lege expectabatur, atq; adeò

nouum

A nouũ ipsũ fœdus: sine nostro respectu, uitã scilicet æternã & bona illa ppetua quæ nos manẽt, omniũ istarũ retũ corpus. i. firma ac solida ueritas & subsitantia, mentò dicetur esse non ceremoniarum, sed unius Christi, ut Iohan. 1. c. 18. Græca ichia & Augustinus quoque in epistola ad Paulinum, ut Erasm annotauit, aliam lectionem afferunt, puta ut ista connectantur cum iis quæ sequuntur, hoc modo, Corpus Christi, id est uos, qui corpus Christi estis, uel (ut Photio placet) qui corpus Christi accepistis, nemo diuertat à præmio quod cepistis circa fundo in illum. Sed hoc plane est detortum.

18 Nullus uoluntarius moderator de uobis statuat *μηδεὶς ὑμᾶς κατα-βραβευέτω θέλων* In hoc loco interpretando usus sum iudicio meo, quòd nescio quomodo mihi non placuerint aliorum interpretationes. Nã *τὸ βραβεύειν*, quod ad me attinet, non legi nisi pro regere ac moderari, atque adeò pro *διαιτᾶσθαι* id est ius dicere, ac cognoscere: qua significatione apud Plutarchum accipitur, sicut apud Aristotelem libro Rhetoricon primo, ut Erasm. citat, *ὁ διαιτητὴς* id est iudex, dicitur *ὁ τῶ δικαίῳ βραβεύων τις*, id est iuris moderator, ut uidelicet inter litigantes decernat. Translatione tamen, ut opinor, sumpta ab iis qui certaminibus præerant, quos Græci Agonothetas & Athlothetas, Brabeutas denique uocant. *παρὰ τὸν ῥάβδον*, ut putant Grammatici, Virgam enim solitos fuisse gestare gymnasiarchas uel ex his Plutarchi in Antonio uerbis apparet, *γυμνασιαρχῶν ἢ ἀθλοθετῶν, ἐκεῖ τὰ τῆς ἡγεμονίας παράσημα κατέλαβεν ὁ νικητὴς μετὰ τῶν γυμνασιαρχικῶν ῥάβδων καὶ φοινικίδος περᾴων.* Inuenio tamen apud Demosthenem *κατα-βραβεύειν* etiam de actore dicta qui reum peragat, id est condemnandum curet. sicut *τὸ δικάζεσθαι καὶ τὸ δικάζειν* interdum ad ipsos litigantes transfertur. Itaque *κατα-βραβεύειν* non possum aliter accipere quam pro *κατα-δικάζειν*, sed ita ut tanquam de iudice dicatur, sicut etiam *τὸ κρίνειν* significare, ab istis pseudapostolis non aliter usurpatatam, quàm si de suo illis licuisset, tanquã agonothetis ac ueluti certaminis moderatoribus, præmia uel tribuere uel eripere. Exempli causa, qui leges audent hodie conscientijs præscribere, & modũ etiam admetiri quo Deus pœnas, ut ipsi loquuntur, indulgeat, nonne isti plane agonothetarum & *βραβευτῶν* officium usurpant, quum unum in cœlis *βραβεύειν* ac moderatorem habeamus? Itaque Paulus adddidit *θέλων*, quod inter pretor *ἐθέλοντης καὶ ἑκουσιαστὴς*, id est uoluntarius, & hoc munus ipsi à nullo tributum ultrò usurpans. Nam, inquit Paulus noster de hac ipsa re differens, id est de iis qui conscientias uolebant suis traditionibus illaqueare, Rom. 14. a 4, Tu quis es qui de alieno seruo iudicas? Domino suo stat aut cadit. Solent autem Hebræi participia pro uerbalibus, quæ uocãt, nomĩbus usurpare, ut sæpe iam annotauimus. Pro me uerò etiam facit Photius qui *κατα-βραβεύετω* interpretatur *καταμαρτυρέτω*, ut & Ambrosius, deuincat, & Augustinus, conuincat: qui duo tamen uidentur quasi ad actorem transtulisse, quod curamus. Vulg. nemo uos seducat. Erasm. ne quis uobis palmam interuertat. Hieronym ad Algasiam quæstione decima, Nec mo aduersum uos brauium accipiat. Putat enim *κατα-βραβεύειν θαι* dici eum qui iniquitate agonethetæ præmiũ amittat, & Græca scholia eorũ etiam sententiam afferunt qui *κατα-βραβεύθαι* tum usurpari dicũt, quum penes alium est uictoria, penes alium uerò præmium. Sed hac significatione, ut ante dixi, non memini hoc uerbum usquam legere: quam tamẽ am plectetur qui uolet. Alijs placet non ad ipsos agonotheras sed ad antagonistas referre, ut apud Virgilium, Nisus in stadio currens Salio præmium intercipit quod Euryalus obtineat: quo modo scilicet dicuntur Pharisæi nec in cœlũ ingredi, nec alios ingredi sinere. Affert etiam aliam declarationem Valla, nempe ut *κατα-βραβεύειν τινὰ* significet aliquem proposito præmio ad certamẽ euocare: cuius etiam dicti exẽplum requiro. Sed nimium certè cõsidenter scripsit Hieronym. hoc uerbum fuisse Ciliciis peculiare, quum sit à Demosthene, Isocrate, Aristotele, Plutarcho usurpatũ. Quod aũt attinet ad participium *θέλων*, Vetus interpres conuertit Volens, hiante sententia: nisi pro libente ac uolũtario accipias, uti nos fecimus: uel pro *ἐμβατεύων* legas *ἐμβατεύειν*, contra omnium codicum fidem. Erasm. dedita opera. Græca uerò scholia supplent necessaria. Quidam etiam *θέλων* accipit pro *ἀβουλῶν*, ut qui conuertent, in modestia & angelorum cultu sibi placens. nam paulo pòst etiam Paulus meminit *τῆς ἐθελοθρησκείας*, sed tamen sensu non nihil diuerso. Suum cuiq; iudicium libertum esto. Ex subiectione *ἐν ταπεινοφροσύνῃ* Neque enim uti angelorum cultores aliud magis urgebant, quàm nimium esse arrogãtes ipsi philosophi præsertim Platonici ignorassent. Denique idipsum docebant quod hodie boni illi & modesti homines iactant, qui non tantùm angelorum, ut illi, sed etiam Diuorum intercessionem urgent. *ἐν ταπεινοφροσύνῃ* id est, stolida demissione animi. quum alioquin inter summas etiam uirtutes numeretur *ταπεινοφροσύνη* Neque enim uti angelorum cultores aliud magis urgebant, quàm nimium esse arrogãtes qui auderent ad Deum itarim perrumpere: ac proinde beatorum spirituum dicebant implorandas intercessiones. quod nec sicium ultrò usurpent, qui simulata modestia ac religione hominibus illudant, qui de ijs quæ non uiderunt quasi rebus sibi abundè cognitis ac tritis, subtilissimè garriant, qui non Spiritu Dei, sed sensu carnis suæ, id est uanitate, toti intumescant: qui denique caput Ecclesiæ Christum non retineant. Nam, ut infinita alia omittam, quale illud est quod contentiosi ma uoce boant, Roga Patrem, iube Natum? Et illud, Iure matris impera? Et illud, Fœlix cœli porta? Et illud, Regina misericordiæ, uita, dulcedo, & spes nostra? Sed hæc omnia scilicet lapidi etiam & ligno dicere, non est Christum pro caput non agnoscere, modo omnes blasphemias termines hac clausula, Per Christum Dominum nostrum. Sed ut ad rem redeam, *ἐμβατεύων* Augustinus interpretatur inculcans: Ambrosius, extollens: quas interpretationes non probo. Vulg. quæ non uidit ambulans, barbare. Erasmus post Hieronymum, fastuosè incedens. Putauit enim ductum uerbum à tragicis cothurnis qui *ἐμβάδες* dicuntur: sed exemplum idonei scriptoris nullum profert. Quod autem subiata negante particula quidam legerunt, ea quæ uidit, manifestè puto depraua tum.

B

C

Temerè *εἰκῆ*. Id est sine ratione. quæ enim tantæ uanitatis ratio constare potest? perinde nimirum ac si cum ratione uelis insanire. Vulg. & Erasm. frustrà, id est sine fructu, pro quo Græcè potius dicitur *μάτην*.

Turgens *φυσιούμενος* Inanis ergo flatus est quicquid à mente corrupta, id est ab officina humani ingenij, profiscitur. Hoc enim est quod sensum carnis uocat, nempe præclarum illud *ἡγεμονικὸν*, quod unum sequuti philosophi non mirum si longissimè à scopo abertrarunt.

19 Obtinens *κρατῶν*. uel, ut Vulgata, tenens. Vide Marc. 7. a 3.

Ex quo *ἐξ οὗ*. Ex quo scilicet Christo. Videtur tamen dicendum fuisse *ἐξ ὅτ.* quum præcesserit *κεφαλή*: sed sententiæ non dictionis habita est ratio: ut in illo Euripidis, *οἶσθα γὰρ σὺ ξένων* item,

Καὶ σὲ χ' Ἀχιλλεὺς πᾶν τρόπον μ' ἐκλίσατο
Ἥρως ὅπου σὺ βουλόμεσθ' πολέμου.

quod annotare placuit, ne quis propter unum & alterum solœcophanes, cum Hieronymo, Paulum faciat prorsus barba-

rum & elinguem. Vide autem in hunc locum ea quæ ſcripta ſunt Epheſ. 4. d. 16. A

Augmento Dei τῆ αὐξήσει τῆ θεῆ. Id eſt augmento Dei quod à Deo proficiſcitur. nimirum à Chriſti capitis Spiritu, cui opponitur inanis ille flatus, quo non creſcunt, ſed turgent homines.

Itaq; ſi mortui cum Chriſto, *liberi* eſtis ab elementis mundi: quid ut uiuentes in mundo, rititibus oneramini.

20 εἰ οὖν ἀπεθάνετε σὺν τῷ χριστῷ, ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου, τί ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ δογματίζεσθε;

Ne attigeris, neque guſtaris, neque contrectaris.

21 μὴ ἅψῃ, μηδὲ γεύσῃ, μηδὲ θίγῃς·

Quæ omnia ipſo uſu pereunt *præſcripta* ex mãdatis & doctrinis hominum:

22 ἅ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει, κατὰ τὰ ἐντεύλματα καὶ διδασκαλίας τῶν ἀνθρώπων,

Quæ opinionem quidem habent ſapientiæ in cultu uoluntario & ſummiſsione animi, & in eo quòd corpori non parcant: non *tamen* ullius ſunt pretij, *quum* ad ea *ſpectent* quibus farcitur caro.

23 ἅτινά ἐστι λόγον μὲν ἔχοντα σοφίας ἐν ἐθελοθρησκείᾳ καὶ ταπεινοφροσύνῃ καὶ ἀφειδίᾳ σώματος, οὐκ ἐν τιμῇ τινι πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός. B

20 Si igitur mortui cum Chriſto, *liberi* eſtis ab elementis mundi εἰ ἀπεθάνετε σὺν τῷ χριστῷ ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου. Τὸ ἀποθνήσκειν hoc in loco accipitur ἀντὶ τοῦ ἀπαλλάττεσθαι, pro liberum & immunem fieri, quemadmodum etiam τὸ δικαιοῦσθαι. Rom. 6. b. 7. idq; duplici reſpectu, primum, quòd morte tollatur perſonalis, quam uocant obligatio, ut etiam explicat Paulus eo in loco: deinde quòd hæc noſtra liberatio à mortis Chriſti participatione pendeat, qui nouum fœdus, abolito priore, ſanxit ſuo ſanguine, ut in epiſtola ad Hebræos copioſe exponit. Ideo addidit Apoſtolus σὺν τῷ χριστῷ, cum Chriſto. Adieci tamẽ aliquid, ut planior eſſet loquutio. Elementa autem mundi quæ ſint, expoſuimus ſupra uer ſu octauo. Vt uiuentes in mundo ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ. i. ut ij qui in iſtis rudimentis hærẽt, adeò ut in illis adhuc uigeat priſca illa pædagogia mundi ſub Legis cæremonijs. Nam cum Chriſto mortuum eſſe, ac proinde liberum à mundi elemẽtis, & uiuere in mundo, opponit ut ex diametro pugnantia. Quid igitur illis fiet qui in apertis blaſphemijs ſummam pietatis collocant? Ritibus oneramini? δογματίζεσθε: Vetus interpres, decernitis, quod non probo. Eſt enim δογματίζεσθαι paſsiuè accipiendum, neque hic ſignificat decernere. Itaque ſuſpicatur Eraſmus eum legiſſe δογματίζεται, ut & Tertullianum, qui conuertit, ſententiam ferris. Sed ne Eraſmi quidem uerſio mihi ſatiſfacit qui interpretatur, decretis tenemini. Neque enim uſquam reprehenduntur Coloſſenſes quòd pſeudapoſtolis eſſent obſequuti, ſed contrà laudatur eorũ conſtantia & politia ſupra uerſu 5. admonentur tamen ut ſibi caueant ab ijs qui iam eos erant aggreſsi. δογματοῦν uerò appellatione traditiones proculdubiò intelligit cum ipſis cæremonijs Legis connunctas, traditiones, inquam, in delectu ciborum & pollutionibus ſitas, quarum ſæpe fit mentio in Euangelio, & quarum pleni ſunt Thalmudici. C

22 Ne attigeris μὴ ἅψῃ. Verba ſunt pſeudapoſtoloum μεμψίπους expreſſa à Paulo. Itaque Ambroſius proculdubio aberrat à ſcopo, (quod & annotauit Eraſmus) hunc locum ita explicans, & paſsim etiam citans, quaſi Paulus iſta in illorum perſona non loquatur, ſed ab omni ſpecie rerum mundanarum deterreat.

22 Quæ omnia ipſo uſu pereunt ἅ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει. Vulgata ad uerbum, Quæ ſunt omnia in interitum ipſo uſu. Eraſmus uerò τῇ ἀποχρήσει conuertit abuſu: rectè quidem, & ex iuriſconſultorum diſtinctione, qui abuſum proprie in ijs conſtituunt quæ uſu conſumuntur, id eſt quorum uſus in ipſa conſumptione poſitus eſt. Sed tamen ut omnem uitarem amphiboliam, uſum dicere malui: quum ſic etiam loquantur ipſi iuriſconſulti. Græca ſcholia mẽtionem faciunt τῶν ἀφειδούντως. ut fortaſsis legerint, τῇ ἀποχρήσει. Colligit autem Paulus ex rerum iſtarum natura, in ijs poſitum non eſſe regnum Dei, ſicut & alibi ſæpe. Vbi igitur quadrageſimalis, & ſextæ feriæ, piſcium eſus, quæ nonnullos iam pridem non pudet ad Apoſtolos referre? Neque nos tamen piſcium eſum, ſed impietatem eorum damnamus qui iſtas tam diſerte damnatas hominum traditiones Chriſti beneficio adiungunt. D

Præſcripta ex mandatis, &c. κατὰ τὰ ἐντάλματα. Quod ſuppleui nemo non uidet prorſus congruere, ac etiam requiri, ut plana ſit ſententia. Alludit autem Paulus ad locum Eſaiæ 29. d. 13, ex cuius collatione intelligi poteſt quàm firmum ſit hoc argumentum.

23 Opinionem λόγον. Id eſt uidentur quidem exquiſita quædem res eſſe: ut quũ dicitur aliquis eſſe præclara exiſtimatione, uel contra nullo numero eſſe. Nam hæc omnia etiam ſignificat λόγος. Eraſm. uerbo tenus ſpeciem interpretatur. putat enim λόγον hoc loco ſonare ſermonem aut uerba, ut opponatur rei.

Sapientiæ σοφίας. i. excellentis cuiuſdam doctrinæ, & è cœlo potius allatæ q̃ cõſilio humano excogitatæ. Sic. n. ſolet ſapientiæ nomen Paulus uſurpare. & quàm hoc uerum ſit quod hic dicitur, mox ab Apoſtoli obitu res ipſa oſtendit, mũdo intra aliquot annorum ſpatium, ita monaſticarum, id eſt diabolicarum quarundem præſcriptionum præſtigijs faſcinato, ut incredibilia uideri poſsint quæ de iſtis nugis ſunt perſcripta, niſi ſuccedens Franciſcus & Dominicus, & nuper etiam Ieſuitæ illa omnia confirmaſſent, adeò quidem ut Franciſcum Ieſum typicũ (proh inſanam blaſphemiam) etiamnum hodie publicè decantẽt. In cultu uolunt. ἐν ἐθελοθρησκείᾳ. Vulg. in ſuperſtitione. Eraſ. per ſuperſtitionem. Ac uerum quidẽ eſt nihil aliud hæc fuiſſe quàm inanem atque adeò impiam ſuperſtitionem: ſed tamen nõ deſcribit his uerbis Paulus qualia hæc reuera fuerint, ſed qualia eſſe uiſa ſint, & quos pietatis colores habuerint: nempe uoluntarij cultus, ſummæ ſummiſſionis, demiq; neglectus corporis. Itaque hic primus eſt color humanæ ſuperſtitionis: quaſi ſcilicet homines ultrò etiã plus præſtent, quàm teneantur, & perfectiorem quandam uiam inſiſtant, non contenti Legem Dei impleuiſſe. Hinc nata ſunt opera ſupererogationis, & redempta quibuſuis operibus merita monachoum. Alludit autem Paulus ad uoluntarias oblationes quas Hebræi נדבות appellant: quarum tamen longè alia ratio fuit, quum nec in doctrinã nec in ritibus quicquã uel mutare, uel addere, uel detrahere licuerit, niſi uiolato Dei uerbo: quod Phariſæis Chriſtus exprobrauit. Et ſummiſſionem ταπεινοφροσύνῃ. Secundus color. quòd iſta uideantur homines ad incredibilem quandam deiectionem & ſummiſſionem aſſuefacere: quum nullum inuenire poſsit nomen quo tam ſuperba iſta ſupererogatio uel potius ſuperarrogantia poſsit explicari. Vulg. & humilitate. Eraſ. & humilitate animi.

Et in eo quòd corpori non parcant καὶ ἀφειδίᾳ σώματος. Sic neceſſariò conuerti ut Pauli ſententiam planius exprimerem. Vulg. & non ad parcendum corpori, addita negante particula, repugnante ſententia & Græcorum codicum fide. Eraſm. Et laſionem corporis. Quis porrò tam eſt hæbes, ut non uideat hoc in loco monachorum regulas & pſeudapoſtolicas traditiones graphicè ab Apoſtolo deſcribi? Non *tamen ſunt* ullius pretijsin ἐν τιμῇ τινι. Vſitatum eſt Hebræis ſubaudire aduerſatiuam particulam, ut Pſal. 119. uer. 141. & 157, & Iohan. 9. f. 30. Liquet autem ex præcedente μὲν omnino ſubaudiendam eſſe aduerſatiuam, in hoc quidem dicendi genere, ubi contraria comparãtur. Contraria autem uoco τὸ ἐν τιμῇ τινι τιμῆς οὐδεμίας εἶναι, id eſt nullius pretij nec dignitatis eſſe, & λόγον ἔχειν σοφίας, id eſt pro ſapientia æſtima ri, ſiue ſapientiæ numero & loco haberi. Antea igitur dixit Paulus quid iudicet mundus de iſtiuſmodi præceptis hominũ propoſita una ſpecie, nempe ciborum delectu: nunc uerò quod ſit rectum de ijs iudicium oſtendit, nempe iſta nullius eſſe pretij, quorum tamen ſplendor maximus eſſe uideatur. Scio tamen hunc locum aliter ſolere explicari: ſed hanc ſententiam mihi uidetur poſtulare tum argumenti ſeries, tum ipſa conſtructionis ratio, & uerborum quoq; proprietas, quam quam nemini præiudicium affero. *Quum* ad ea *ſpectent* quibus farcitur caro. πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός. Id eſt

A id est, quum in cibo & potu sita sint, in quibus non est positum regnum Dei, sed in illis potius quæ ad Spiritus alimentum & ad uitã æternã referuntur, Rom. 14.c.17,1.Cor.6.c.13,8.c.8. Sũt igitur illæ potius sumptuariæ leges, nõ aũt de pietate ac religione 1. Tim. 4.c.7.& 8. Ergo, ut ad uerba ipsius cotextus uenĩã, quũ hoc subijciat, p ratione cur ista nullius sint dignitatis, supplẽdũ est particip. ὄντα, uel συσταύροντα, quæ eclipsis no magis est utiolẽta q̃ si Latine dicas, nihil ad rẽ. sub. grinet. Appellatioe aũt τῆς περιτομῆς nõ intelligit actio. i. expletio seu sartura, sed passiua significatione idipsũ quo sarciẽd' est uẽter, uti sæpe solẽt, præsertim apud Hebræos hæc nomina usurpari. Demq; in nomine carnis tacita est antithesis Spiritus, & præstãtioris illius, nẽpe Spiritualis uitæ, quã illi iactabãt. Ideo malui carnẽ quã corpus interpretari. Hæc igitur est, ut opinor, plana & apposita explicatio huius loci alioquin perobscuri. Sic autem interpretatus est Vetus interpres, non in honore aliquo ad saturitatẽ carnis. Erasm. uerõ, nõ per honorẽ aliquã ad expletionẽ carnis. Quidã deniq; immodica sua licentia usus, hæc insarsit superiori uersiculo, quasi scriptũ sit ἃ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀπο χρήσει, ἐπ ̓ τιμῇ τινι πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός. i. ut ipse interpretatur, quorum omnium is usus est, ut usu pereant, & ad corporis expletionẽ pertineat, nõ ut in aliquo sint honore. Mirabile sane hyperbaton, & quod nulli nisi peruersissimi iudicij homini uenire in mentem potuit. Quomodo uerò cohærebunt sequentia, optime nimirum, si suppleueris quidus ex arbitrio. Ista uerò, inquit, placita sunt (ubi uerò ista in Græco contextu?) ex hominum præceptis atq; doctrinis, quæquidem sunt eiusmodi ut rationẽ habeãt sapiẽtiæ, ob religionis speciẽ, (ἐν ἐθελοθρησκείᾳ) atq; modestiã, & corporis uexationẽ seuerã. Hoc uerò utrum est ex Græco conuertere, an peruertere?

ΚΕΦΑΛ. γ.

CAP. III.

Εἰ οὖν συνηγέρθητε τῷ χριστῷ, τὰ ἄνω ζητεῖτε, 1
ὅπου ὁ χριστός ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ καθήμενος·
τὰ ἄνω φρονεῖτε, μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς.
ἀπεθάνετε γάρ, καὶ ἡ ζωὴ ὑμῶν κέκρυπται σὺν 3
τῷ χριστῷ ἐν τῷ θεῷ.
B ὅταν ὁ χριστὸς φανερωθῇ, ἡ ζωὴ ὑμῶν, τότε καὶ 4
ὑμεῖς σὺν αὐτῷ φανερωθήσεσθε ἐν δόξῃ.
νεκρώσατε οὖν τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, 5
πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακήν,
καὶ τὴν πλεονεξίαν, ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρία,
δι ̓ ἃ ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας, 7
ἐν οἷς καὶ ὑμεῖς περιεπατήσατέ ποτε, ὅτε ἐζῆτε ἐν αὐτοῖς. 6
νυνὶ δὲ ἀπόθεσθε καὶ ὑμεῖς τὰ πάντα, ὀργήν, 8
θυμόν, κακίαν, βλασφημίαν, αἰσχρολογίαν ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν.
μὴ ψεύδεσθε εἰς ἀλλήλους, ἀπεκδυσάμενοι τὸν 9
παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ,
καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν νέον τὸν ἀνακαινούμενον 10
εἰς ἐπίγνωσιν κατ ̓ εἰκόνα τοῦ κτίσαντος αὐτόν,
ὅπου οὐκ ἔνι Ἕλλην καὶ Ἰουδαῖος, περιτομὴ καὶ ἀκρο- 11
C βυστία· βάρβαρος, σκύθης· δοῦλος, ἐλεύθερος·
ἀλλὰ τὰ πάντα καὶ ἐν πᾶσι χριστός.
ἐνδύσασθε οὖν, ὡς ἐκλεκτοὶ τοῦ θεοῦ, ἅγιοι καὶ ἠ- 12
γαπημένοι, σπλάγχνα οἰκτιρμοῦ, χρηστότητα, τα-
πεινοφροσύνην, πραότητα, μακροθυμίαν,

ITaque si resurrexistis cum Christo, superna quærite, ubi Christus est ad dexterã Dei sedẽs: 1
Superna curate, non terrestria. 2
Nam mortui estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo. 3
Quando Christus uita *illa* nostra patefactus fuerit, tum & uos cũ eo declarabimini glorioſi. 4
Mortificate igitur membra uestra terrestria, scortationem, impuritatem, mollitiem, cupiditatem malam, & auaritiam, quæ est idololatria: 5
Ob quæ uenit ira Dei in filios contumaces. 7
Quibus in *uitijs* & uos uersabamini quondã, quum uiueretis in ijs. 6
At nunc deponite & uos ea omnia, iram, excandescentiam, malitiam, maledicentiam, uerborum turpitudinem, ab ore uestro. 8
Ne mẽtiamini alius aduersus aliũ: quũ exueritis ueterem illum hominem cum factis ipsius. 9
Et indueritis nouum illum, qui renouatur ad agnitionem, secundum imaginem eius qui cõdidit ipsum. 10
Vbi non est Græcus & Iudæus, Circuncisiõ & Præputium, Barbarus, Scytha, seruus, liber: sed omnia & in omnibus Christus. 11
Sitis igitur induti (ut electi Dei sancti & dilecti) uisceribus miserationum, benignitate, modestia, mansuetudine, lenitate: 12

IN CAPVT III.

1 Resurrexistis cum Christo συνηγέρθητε τῷ χριστῷ. De nouo fœdere & noua uita loquitur, q̃ Spiritus Christi participes, non amplius sub mundi elementis uersemur, sed quasi translati iam simus in alteram illã uitã, ubi nec cibo nec potu egebimus, sed similes erimus angelis Dei. Laborandũ igitur ut quæ supersunt ueteris hominis reliquiæ, ui Spiritus, pfligẽtur, quẽ nobis largiri nõ potest esca uel potus: nõ aũt quærẽda in istis externis rebus pueras. Cohærẽt uerõ inter se mori & resurgere cum Christo. i. Christi mortis participatione mortificari, peccato, mundo, Legis denique elementis, atq; adeò toti Legi. & resurrectionis Christi participatione uiuificari Deo, ut expositum est pluribus cap. 6. epist. ad Rom.

3 Mortui estis ἀπεθάνετε. Repete cum Christo, ἀπὸ τοῦ λοιποῦ. 4 Glorioſi ὀφθήσεσθε. Vulg. & Erasmus. in gloria, obscurè. Est autem Hebraismus, quem exposuimus 1. Corin. 15. f. 42. 5 Mortificate νεκρώσατε. i. omnem uim ac uigorem extinguite naturæ illius deprauatæ, quæ uos deorsum trahit, & prauos illos motus Spiritui repugnãtes in uobis ciet. Hos autem motus & cupiditates eleganter uocat membra, quibus scilicet uetus homo. i. ratio ac uoluntas hominis depraua ta, perinde utitur ac corpus membris: utpote quæ ipsius etiam corporis membra secum rapiant. Vide Rom. 6. b. 12. Mollitiẽ πάθος. Sic uocat molles & effœminatos, qui & parthici dicti sunt. Horat. Cum grege turpium Morbo uirorum. Quẽ locum perappositè citauit Erasmus. Vulg. libidinẽ. Idololatria εἰδωλολατρία. Vide Ephes. 5. a. 5. 6 Venit ὀργή. Id est uenire solet. Vide Ephes. 5. a. 6. 7 Quibus in *uitijs* ἐν οἷς. Quid sit ambulare seu uersari in peccatis, diximus Ephes. 2. a. 2. distinguuntur autẽ hoc in loco Ambulare & Viuere, ita ut hoc posterius indicet naturæ habitum, illud uerò ὀργὴν ipsam. Vide Act. 8. d. 23. Eras. uero manifestè deprauauit sententiã, quũ οἷς ad homines referret. Vertit enim, inter quos, quũ sententia ipsa minime sit ambigua. 6 Ea omnia τὰ πάντα. Articulus uim habet αὐτοφορικὸν, ideoq; non fuit prætermittendus. Excandescentiã θυμὸν Vulg. & Eras. indignationẽ. Quomodo uerò distinguant ὀργὴν & θυμὸς diximus Eph. 4. c. 31, ita qdẽ ut decrescere uideat oratio: sed hoc cauere nõ fuit Apostolo ꝓpositũ. Veterẽ, &c. τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον. Vide Ro. 6. a. 6. 10 Ad agnitionẽ εἰς ἐπίγνωσιν. Finis, aut si malimus, materia ipsius regenerationis ita significatur. Loquitur. n. de agnitione efficaci, ut definitur 1. Iohã. 2. a. 3. & 4. Secundũ imaginẽ *licet* εἰκόνα. Vide Ephes. 4. f. 24.

12 Sitis induti ἐνδύσασθε. i. ornati estote, ita ut nunquã exuatis. Vide Rom. 13. d. 14, Vt ὡς. Vide 2. Cor. 2. d. 17. Viscer. σπλάγχνα. i. tenerrimis illis affectib. Vide Luc. 1. g, 7. 8. Miserat. οἰκτιρμῶν. i. summæ misericordiæ. Vide 2. Cor. 1. a 3

Tolerantes alij alios, & condonantes uobis mutuò, si quis adūersus aliquē habuerit querelā: sicut & Christus cōdonauit uobis, ita & uos,

13 ἀνεχόμενοι ἀλλήλων, καὶ χαριζόμενοι ἑαυτοῖς A ἐάν τις πρός τινα ἔχῃ μομφήν· καθὼς & ὁ χριστὸς ἐχαρίσατο ὑμῖν, οὕτω καὶ ὑμεῖς.

Super omnia autem hæc *induti sitis* charitate, quæ est compages perfectionis.

14 ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις τὴν ἀγάπην, ἥτις ἐστὶ σύνδεσμος τῆς τελειότητος.

Et pax Dei imperet in cordibus uestris, ad quam & uocati estis in unum corpus: & gratiosi estote.

15 καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ βραβευέτω ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, εἰς ἣν καὶ ἐκλήθητε ἐν ἑνὶ σώματι, καὶ εὐχάριστοι γίνεσθε.

Sermo Christi inhabitet in uobis largè cum omni sapientia, docendo, & commonēdo uos mutuò, psalmis, hymnis & cātionibus spiritualibus, cum grātia canētes in corde uestro Dño.

16 ὁ λόγος τοῦ χριστοῦ ἐνοικείτω ἐν ὑμῖν πλουσίως, ἐν πάσῃ σοφίᾳ, διδάσκοντες καὶ νουθετοῦντες ἑαυτούς, ψαλμοῖς & ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς ἐν χάριτι ᾄδοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ κυρίῳ·

1. Cor. 10. & 31. Et quicquid egeritis sermone, aut facto, in nomine Iesu *facite*, gratias agentes Deo & Patri per eum.

17 καὶ πᾶν ὅ, τι ἂν ποιῆτε ἐν λόγῳ, ἢ ἐν ἔργῳ, πάντα ἐν ὀνόματι κυρίου Ἰησοῦ, εὐχαριστοῦντες τῷ θεῷ καὶ πατρὶ δι' αὐτοῦ.

Ephes. 5. e. 21 Vxores, subiectæ estote proprijs uiris, ut cōuenit in Domino.

18 αἱ γυναῖκες ὑποτάσσεσθε τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν, ὡς ἀνῆκεν ἐν κυρίῳ.

1. Petr. 3. a. 1 Viri, diligite uxores, & ne sitis amaruléti aduersus eas. B

19 οἱ ἄνδρες, ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας, καὶ μὴ πικραίνεσθε πρὸς αὐτάς.

Ephe. 6. a. 1 Filij, auscultate parentibus in omnibus: hoc enim gratum est Domino.

20 τὰ τέκνα, ὑπακούετε τοῖς γονεῦσι κατὰ πάντα· τοῦτο γάρ ἐστιν εὐάρεστον τῷ κυρίῳ.

Patres, ne irritetis liberos uestros: ne despondeant animum.

21 οἱ πατέρες, μὴ ἐρεθίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν, ἵνα μὴ ἀθυμῶσιν.

Ephes. 6. a. 5. tit. 2. c 9. 1. pet. 2. c. 18 Serui, auscultate per oīa iis qui domini sunt secundum carnem, non obsequijs adoculū exhibitis, ut qui hominibus placere studēt, sed cū simplicitate cordis timentes Deum.

22 οἱ δοῦλοι, ὑπακούετε κατὰ πάντα τοῖς κατὰ σάρκα κυρίοις, μὴ ὀφθαλμοδουλείαις, ὡς ἀνθρωπάρεσκοι, ἀλλ' ἐν ἁπλότητι καρδίας, φοβούμενοι τὸν θεόν.

Et quicquid feceritis: ex animo facite, tanquam Domino & non hominibus:

23 καὶ πᾶν ὅ, τι ἐὰν ποιῆτε, ἐκ ψυχῆς ἐργάζεσθε, ὡς τῷ κυρίῳ, καὶ οὐκ ἀνθρώποις,

Sciētes quòd à Domino recipietis mercedē hæreditatis: nam Domino Christo seruitis.

24 εἰδότες ὅτι ἀπὸ κυρίου ἀπολήψεσθε τὴν ἀνταπόδοσιν τῆς κληρονομίας· τῷ γὰρ κυρίῳ χριστῷ δουλεύετε·

Qui uerò iniuriā intulerit, reportabit iniuriā quam intulerit: neque est personarū respectus.

25 ὁ δὲ ἀδικῶν κομιεῖται ὃ ἠδίκησε, & οὐκ ἔστι προσωπολημψία.

13 Vobis mutuò ἑαυτοῖς. Vide Ephes. 4. g. 32. Sic etiam manifestè accipitur infrà uers. 16. 14 Compages perfectionis *σύνδεσμος τῆς τελειότητος*. i. uinculum quo omnia hominum inter se officia continentur ac cohærēt. Ergo, inquit sophista, Charitate iustificamur. Sed quis sani cerebri esse putet eum qui sic argumentetur? 15 Imperet βραβευέτω. i. omnia regat ac moderetur. ut ille apud Virgil. *βραβεύοντας*, -producere longius iras, Et sæuire animis Entellum haud passus acerbis: sed finem imposuit pugnæ. Liceat enim hic nobis sacra cum profanis comparare. quandoquidē Paulum non puduit ab his rebus translationem sumere. Quum igitur in perpetuo quodam certamine uersemur, uult in animis nostris sedentem pacem Dei, tanquam agonotheten seu brabeuten, omnes affectus in officio continere: ut uerè pacem Dei. i. concordiam auspicijs Dei imitam, colamus, ut unanimes tandem ex superata carne palmā referamus. Vulgata, exultet, ut mihi uideatur existimasse τὸ βραβεύειν id esse quod in uernaculo nostro sermone dicimus uerbum è uerbo *brauer*. Erasmus, palmam ferat. Ego uerò, ut dixi supra 2. c. 18, τὸ βραβεύειν nusquam legi, ppriè nisi de ipsis agonothetis dictum: ad quorum munus mihi quidem proximè accedere uidentur ij quos uulgò uocant in singularibus certaminibus, *mareschaux du camp*. In unū corpus. ἐν ἑνὶ σώματι. Id est in unum corpus Dei beneficio coniunctū, ut alij alijs membrorū instar adessetis. Vide 1. Corint. 12. b. 12. & 13. Gratioli *εὐχάριστοι*. uel, ut Vulgata & Erasmus, grati. quanquū illud malo. Videtur enim ad morū suauitatem potius referri, ut ij sint quos Hebræi ברזים uocant. 16 Sermo Christi ὁ λόγος τοῦ χριστοῦ. i. Euangelij doctrina. Largè πλουσίως. Vulg. abundanter. Eras. opulentè. Alibi autem diximus omnem copiam & affluētiam significari. Docendo *διδάσκοντες*. Vulg. docentes. Erasm. Doceteque. Sunt autem hæc participia posita perinde ut apud Hebræos infinitus modus, & apud Latinos gerundi modus: ideoq; nulla est habita casus ratio, ut 2. Cor. 9. c. 11, & d. 13. & Marc. 12. g. 40. ubi de hac formula diximus, apud Homerum etiam usitata & alios scriptores, ut annotat Eustathius lib. Iliad. β & π. Vos mutuò ἑαυτούς. Vulg. uosmetipsos. Vide Ephes. 4. g. 32. Psalmis, hymnis, & cantionibus, ψαλμοῖς, καὶ ὕμνοις, καὶ ᾠδαῖς. Psalmos puto dici quos uocant Hebræi מזמורים & hymnos, quos תהלים at cantica quæ שירים. Psalmos autē uocat quascunq; cationes uariis argumentis scriptas. Nam & querelæ, & narrationes, & postulationes in psalmis referuntur. At hymni solas laudes continent. Cantica uerò dicuntur peculiares quædam & magis attificiosæ cantiones, quæ & ipsæ laudes cōplectebātur, sed angustiore quadam forma quàm psalmi aut hymni, ut licet ex exēplis cognoscere. Cum gratia ἐν χάριτι. Vulg. in Gratia i. quod se utilitate commendet, ut eo nomine gratiā mereatur ab auditorib. ut Ephes. 4. g. 29. In corde uestro. ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν. Vide Ephes. 5. d. 19. 17 In nomine ἐν ὀνόματι. i. in uocato Christi nomine, uel, in Christi laudem ac gloriam. Quod autem addidit δι' αὐτοῦ per eum, diligēter notādum est, ut sciamus Deum frustrà coli, nisi Christus Mediator interueniat. 18 In Domino ἐν κυρίῳ. i. perinde, uel quatenus iubet Dominus, qui hanc σύνταξιν & οἰκονομίαν distribuit. Itaque aberrant omnes mariti & uxores à scopo, quicunq; Deū sibi in Christo non proponūt in amādo: quod non agnuit philosophia. 20 In omnibus κατὰ πάντα. Repete ἀνὸ τῷ λοιπῷ in Domino, ut Ephes. 6. a. 1, quod etiam statuendum est in proximo uersiculo. 22 Secundum carnē κατὰ σάρκα. Hæc exposuimus Ephes. 6. a. 5. & 6. 24 Mercedē, &c. τὴν ἀνταπόδοσιν pro eo quòd dominis rectè parueritis, tempus erit quū ex seruis filios uos esse factos re ipsa cognoscetis, quū scilicet cæleſtis illius hæreditatis eritis participes. Nomē autem *τῆς κληρονομίας*, eōm meriti rationem tollit, quū ex gratuita adoptione pendeat, nec quo iure quæratur hæreditas, sed ad quos spectet differat hoc in loco Apostolus. 25 Qui uerò, &c. ὁ δέ, &c. Hoc ego accipio cum doctissimo

A interprete, ut in iniquos dominos dictum, quorũ iniurias libentius ferẽt serui, si intellexerint se Dominũ habere iniuriarũ suarũ undicem, non minus quàm reges & imperatores. Neq; enim est in Christo dominus aut seruus, quod tamẽ quomodo sit accipiendum, uel ex hoc loco satis apparet, aduersus iurioſos istos qui omnẽ σύγχυσιν perturbant. Vetus interpres ὁ γὰρ qui enim. Iniuriam quam intulerit ὁ ἀδικήσας. i. iniuriæ suæ mercedem, ut Ephes. 6. b. 8.

ΚΕΦ. Δ.

Οἱ κύριοι, τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα τοῖς δούλοις παρέχεσθε, εἰδότες ὅτι καὶ ὑμεῖς ἔχετε κύριον ἐν οὐρανοῖς.

τῇ προσευχῇ προσκαρτερεῖτε, γρηγοροῦντες ἐν αὐτῇ ἐν εὐχαριστίᾳ,

προσευχόμενοι ἅμα καὶ περὶ ἡμῶν, ἵνα ὁ θεὸς ἀνοίξῃ ἡμῖν θύραν τοῦ λόγου, λαλῆσαι τὸ μυστήριον τοῦ χριστοῦ, (δι' ὃ καὶ δέδεμαι,)

ἵνα φανερώσω αὐτό, ὡς δεῖ με λαλῆσαι.

B ἐν σοφίᾳ περιπατεῖτε πρὸς τοὺς ἔξω, τὸν καιρὸν ἐξαγοραζόμενοι.

ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι, ἅλατι ἠρτυσμένος, εἰδέναι πῶς δεῖ ὑμᾶς ἑνὶ ἑκάστῳ ἀποκρίνεσθαι.

τὰ κατ' ἐμὲ πάντα γνωρίσει ὑμῖν Τυχικὸς ὁ ἀγαπητὸς ἀδελφὸς, & πιστὸς διάκονος, καὶ σύνδουλος ἐν κυρίῳ,

ὃν ἔπεμψα πρὸς ὑμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο, ἵνα γνῷ τὰ περὶ ὑμῶν, καὶ παρακαλέσῃ τὰς καρδίας ὑμῶν,

σὺν Ὀνησίμῳ τῷ πιστῷ & ἀγαπητῷ ἀδελφῷ, ὅς ἐστιν ἐξ ὑμῶν· πάντα ὑμῖν γνωρίσουσι τὰ ὧδε.

C ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἀρίσταρχος ὁ συναιχμάλωτός μου, καὶ Μάρκος ὁ ἀνεψιὸς Βαρνάβα (περὶ οὗ ἐλάβετε ἐντολάς· ἐὰν ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς, δέξασθε αὐτόν·)

καὶ Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Ἰοῦστος, οἱ ὄντες ἐκ περιτομῆς, οὗτοι μόνοι συνεργοὶ εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, οἵτινες ἐγενήθησάν μοι παρηγορία.

ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἐπαφρᾶς, ὁ ἐξ ὑμῶν δοῦλος χριστοῦ, πάντοτε ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ ὑμῶν ἐν ταῖς προσευχαῖς, ἵνα στῆτε τέλειοι & πεπληροφορημένοι ἐν παντὶ θελήματι τοῦ θεοῦ.

μαρτυρῶ γὰρ αὐτῷ, ὅτι ἔχει ζῆλον πολὺν ὑπὲρ 13 ὑμῶν, & τῶν ἐν Λαοδικείᾳ, & τῶν ἐν Ἱεραπόλει.

ἀσπάζεται ὑμᾶς Λουκᾶς ὁ ἰατρὸς ὁ ἀγαπητὸς, καὶ Δημᾶς.

D ἀσπάσασθε τοὺς ἐν Λαοδικείᾳ ἀδελφοὺς, καὶ Νυμφᾶν, καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτοῦ ἐκκλησίαν.

& ὅταν ἀναγνωσθῇ παρ' ὑμῖν ἡ ἐπιστολή, ποιήσατε ἵνα καὶ ἐν τῇ Λαοδικέων ἐκκλησίᾳ ἀναγνωσθῇ, & τὴν ἐκ Λαοδικείας ἵνα & ὑμεῖς ἀναγνῶτε.

καὶ εἴπατε Ἀρχίππῳ· Βλέπε τὴν διακονίαν, ἣν παρέλαβες ἐν κυρίῳ, ἵνα αὐτὴν πληροῖς.

CAPVT IIII.

VOs domini, æquitatem & æquabilitatẽ seruis exhibete: sciẽtes quòd & uos habeatis Dominum in cœlis. Deut. 10. c. 17. Iapt. c. b. 8 eccli. 35. b. 26. rom. 2. b. 11. Galat. 2. b. 6. ephe. c. b. 9 Luc. 18. a. 1 thim. 5. c. 17.

2 In precibus perdurate, inuigilantes ijs cum gratiarum actione:

3 Orantes simul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis, ut loquamur mysteriũ Christi, propter quod & uinctus sum.

4 Vt *inquam* illud *ita* patefaciã, ut oportet me loq.

5 Sapiẽter uos gerite erga extraneos, opportunitatem redimentes.

6 Sermo uester semper cum gratia *sit* sale conditus, ut sciatis quomodo oportet uos unicui quẽque respondere. Sermo.

7 Res meas omnes notas uobis faciet Tychicus, dilectus frater, & fidus minister, & cõseruus in Domino.

8 Quem misi ad uos ad hoc ipsum ut cognoscat res uestras, & consoletur corda uestra:

9 Cũ Onesimo fido & dilecto fratre, qui est ex uobis. Oĩa *igitur* uobis exponẽt quę hic agũtur.

C 10 Salutat uos Aristarchus meus in captiuitate socius, & Marcus cõsobrinus Barnabæ (de quo accepistis mãdata, Si uenerit ad uos, excipite eũ:) Aristarchus. Marcus.

11 Et Iesus qui uocatur Iustus: qui sunt ex Circũcisione. hi soli adiutores in regno Dei, fuere mihi solatio.

12 Salutat uos Epaphras, qui ex uobis est, seruus Christi, semper decertans pro uobis in precationibus, ut stetis perfecti & completi in omni uoluntate Dei.

13 Testimoniũ enĩ phibeo, q̃ multo uestri zelo ardeat, & eorũ q̃ sũt Laodiceę, & eorũ q̃ Hierapoli

14 Salutat uos Lucas medicus, & Demas. 2. Tim. 4. c. 11.

D 15 Salutate frates qui sunt Laodiceæ, & Nymphan, & Ecclesiam quæ in domo illius est.

16 Et quũ perlecta fuerit apud uos epistola, facite ut & in Laodicẽsiũ Ecclesia recitet: & eã quę scripta est ex Laodicea, ut uos quoq; legatis.

17 Et dicite Archippo, Vide ut ministeriũ quod accepisti in Domino, impleas. Archippus

IN CAPVT IIII.

3 Ostium serm. τὴν θύραν τοῦ λόγου. i. os apertũ & liberũ ad prædicandũ Euangeliũ. ut Ephes. 6. d. 19. 4 Vt oportet ὡς δεῖ. Quæ sit uis hoc in loco uerbi oportet, ostẽdit ipse Apost. 1. Cor. 9. c. 16. 5 Sapiẽter ἐν σοφίᾳ. i. considerate ac circũspecte. Multæ. n. causæ sunt cur cũ illis potissimũ prudẽter & sapiẽter agere oporteat, qui nondũ accesserũt ad Euange- Opportun. redim. τὸν καιρὸν ἐξαγοραζόμενοι. Vide Ephes. 5. d. 16. Cũ gratia ἐν χάριτι. i. ad cõmodũ, proximi cõparatus, ut diximus suprà 3. c. 16. Sale conditus ἅλατι ἠρτυσμένος. Huic opponitur sermo putris & corruptus, de quo meminimus suprà Ephes. 4. f. 29. 10 De quo περὶ οὗ. Ambiguum est, ad Barnabã, an ad Marcũ hæc oratio referatur. Excipite δέξασθε. Vel, δέξασθαι, ut excipiatis, si cõiungas cũ ἐλάβετε. quod meritò putatur doctissimo interpreti, ut exprimat quæ sint illa mãdata. 11 Hi soli οὗτοι μόνοι. Certe uel magna hic fit Petro iniuria, uel Romę tum nõ erat. Vbi ergo illi 25. anniquibus Romæ sedit? In regno Dei εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. Id est in Euangelio, ut 2. Corint. 8 c. 18, & Philipp. 2. c. 22. Verè enim regnat Deus per Euangelium. 13 Laodiceæ ἐν Λαοδικείᾳ. Vide suprà 2. a. 1. 15 Ecclesiam ἐκκλησίαν. Erasmus, cõgregationem. Vide Rom. 16. a. 5, & 1. Cor. 16. d. 19. 16 Ex Laodicea ἐκ Λαοδικείας. Qui putant significari epistolam ad Timotheum priorem, uel ea ratione hallucinãtur, quòd satis appareat ex ijs quæ scripta sunt suprà 2. a. 1, Paulũ hanc Laodiceam non uisisse. Sed multo fœdius errarunt qui ex hoc loco suspicati sunt quandam fuisse epistolam Pauli ad Laodicenses scriptam: quia nimirũ Vetus interpres conuertit τὴν ἐκ Λαοδικείας, eam quæ est Laodicensium: quũ potius significet Paulus epistolã aliquam ad se missam Laodicea, aut potius qua responsuri essent Laodicenses: Colossenſib.

Salutatio, mea manu Pauli. Memores sitis 18 uinculorũ meorũ. Gratia *sit* uobiscũ. Amen.

Scripta est ad Colossenses Roma per Tychicum, & Onesimum.

18 ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ παύλου. μνημονεύετέ A
μου τῶν δεσμῶν. ἡ χάρις μεθ' ὑμῶν· ἀμήν.
πρὸς κολοσσαεῖς ἐγράφη ἀπὸ ῥώμης, διὰ τυχικοῦ καὶ
ὀνησίμου.

Vetus tamen est hic error & epistola illa ad Laodicenses iampridem fuit ementita, utpote quam citet Epiphanius aduersus Marcionistas. 18 Gratia ἡ χάρις.. Vetus interpres addit, Domini nostri Ἰησοῦ κυρίου ἡμῶν.

EPISTOLA PAVLI AD Thessalonicenses prima.

Παύλου ἀποστόλου πρὸς θεσσαλονικεῖς ἐπιστολὴ πρώτη.

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

CAPVT I.

ΚΕΦΑΛ. α.

PAulus & Siluanus & Timotheus 1 Ecclesiæ Thessalonicensium, *quæ est* in Deo Patre, & Domino Iesu Christo, Gratia *sit* uobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.

ΠΑΥΛΟΣ καὶ σιλουανὸς & τιμόθεος B
τῇ ἐκκλησίᾳ θεσσαλονικέων, ἐν θεῷ
πατρὶ, καὶ κυρίῳ ἰησοῦ χριστῷ· χά-
ρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς
ἡμῶν, καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ.

Gratias agimus Deo semper de omnibus uobis, mẽtionẽ uestri facientes in precibus nostris.

εὐχαριστοῦμεν τῷ θεῷ πάντοτε περὶ πάντων ὑμῶν, 2
μνείαν ὑμῶν ποιούμενοι ἐπὶ τῶν προσευχῶν ἡμῶν,

Indefinenter memoria repetentes efficacẽ uestram fidem & laboriosam charitatẽ, & tolerantem illam spem, in Domino nostro Iesu *sitam*, coram Deo & Patre nostro.

ἀδιαλείπτως μνημονεύοντες ὑμῶν τοῦ ἔργου τῆς 3
πίστεως, καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης, καὶ τῆς ὑπομονῆς τῆς ἐλπίδος τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμῶν,

Vt qui sciamus, fratres dilecti, à Deo *esse* uos electos.

εἰδότες, ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι, ὑπὸ θεοῦ τὴν 4 C
ἐκλογὴν ὑμῶν,

Quoniã Euangeliũ nostrũ cõstitit apud uos non loquutione duntaxat, sed etiãuirtute, cum in Spũ sancto, tũ in certa psuasione multa: sicut nostis quales fuerimus inter uos, uestra causa.

ὅτι τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν οὐκ ἐγενήθη εἰς ὑμᾶς ἐν 5
λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν δυνάμει, καὶ ἐν πνεύματι
ἁγίῳ, καὶ ἐν πληροφορίᾳ πολλῇ, καθὼς οἴδατε οἷοι
ἐγενήθημεν ἐν ὑμῖν δι' ὑμᾶς.

Et uos imitatores nostri facti fuistis & Domini, admisso sermone cum oppressione multa, cum gaudio Spiritus sancti:

καὶ ὑμεῖς μιμηταὶ ἡμῶν ἐγενήθητε, καὶ τοῦ κυ- 6
ρίου, δεξάμενοι τὸν λόγον ἐν θλίψει πολλῇ, μετὰ χα-
ρᾶς πνεύματος ἁγίου,

Adeò ut fueritis quasi exẽplaria omnibus credentibus in Macedonia & Achaia.

ὥστε γενέσθαι ὑμᾶς τύπους πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν 7
ἐν τῇ μακεδονίᾳ καὶ τῇ ἀχαΐᾳ.

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

3 Indefinenter memoria repetentes ἀδιαλείπτως μνημονεύοντες. Nonnulli coniungũt illud aduerbiũ cum præcedentibus, sed contra ueterũ codicũ fidẽ. Efficacẽ uestram fidẽ ὑμῶν τοῦ ἔργου τῆς πίστεως. ἔργον uocat τὸ σπουδαῖον, & ἔργου τῆς πίστεως & τῆς ἐνεργουμένης πίστεως dixit, Hebr. more: licut & τοῦ πόνου τῆς ἀγάπης. Vulg. memores operis fidei uestræ. Nam rectè, meo quidem iudicio, animaduertit in ꝓnomine ὑμῶν nõ modò nodurã & insolentem, sed etiam elegãtem esse traiectionẽ. Maluit tamẽ Eras. ὑμῶν cõnectere cũ μνημονεύοντες, & subaudire σπένδοντες. D
Verrit enim, Memores uestri propter opus fidei, quod mihi uidetur multò durius quam sit illa traiectio. Tolerãtem, &c. τῆς ὑπομονῆς τῆς, &c. Non frustrà geminatus est articulus τῆς. deinde spem Christi passiuè dixit, Hebræorum more, ut fidem Dei pro fide quæ Deo habetur, Mar. 11. c. 22, quod mihi ursum est hoc inloco paulò obscurius. Vulg. sustinẽtiæ spei Domini nostri Iesu Christi. Erasmus uerò paulò longius a uerbis recedẽs, quod permãsistis in spe Dñi nostri Iesu Christi.

Coram Deo ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ. Hoc connecto cum participio μνημονεύοντες. ut sit sensus, Quoties ad Deũ mentẽ attollunt, & quasi in eius conspectu uersantur. id est, quoties precantur, (precantur autẽ sine intermissione) toties illis in mentẽ uenire Thessalonicẽsiũ fidẽ, cęteraſq; sanctas uirtutes. Possimus tñ etiam cõnectere cũ ꝓximis, ut illas uirtutes hoc quoq; argumẽto ueras ac uiuas esse significet. Hæc. n. est huius locutionis uis apud Hebræos, ut quod sincerè ac elegantèr fit, dicatur coram Dño fieri. Vide Luc. 1. a. 6. 4 A Deo *esse* uos electos ὑπὸ θεοῦ τὴν ἐκλογὴν ὑμῶν. i. τὴν ὑπὸ θεοῦ ἐκλογὴν ὑμῶν, subaudi γενομένην, ut sit ad uerbũ, electionẽ uestrã quæ facta est à Deo. Alioqui scripsisset παρὰ τοῦ θεοῦ, ut cõuertit Eras. à Deo electionẽ uestrã: quãuis quod ad sensum attinet, parũ sit discriminis. Vetus aũt interpres ὑπὸ θεοῦ cõiunxit cũ participio ἠγαπημένοι, ut ita conuertas, Scientes, fratres à Deo dilecti, electionẽ uestrã. Miror autẽ quid in mentẽ uenerit Erasmo, ut in participio εἰδότες putarit nõ esse seruatã rationẽ Grãmatices, quũ cõtrà omnia rectè cohæreãt, nẽpe cũ superiorib. participijs ποιούμενοι & μνημονεύοντες, ut omnia ad σὺχαριστοῦμεν referãt. Sed εἰδότες causã declarat huius tum gratiarum actionis, tum perpetuæ ipsorum recordationis, qa scilicet manifesta uidebãt electionis ipsorũ testimonia, ꝙ tam efficax fuisset apud eos prædicatio Euãgelii: quod & ipsum miror Erasmum non cognouisse. 5 Quoniam ὅτι. Vtius huius argumẽti intelligat, cõfer quod scriptũ est Act. 13. g. 48. Simile est argumentũ 1. Cor. 1. a. 6. Euang. εὐαγγέλιον. i. prædicatio Euãgelij, ut sæpe iam annotauimus. Cõstitit apud uos ἐγενήθη εἰς ὑμᾶς. Vul. fuit ad uos. Eras. fuit erga uos. Vtrũq;, ut mihi uidetur, nimium est obscurè dictum. Argumẽtatur aũt Paulus à consequentibus. Est. n. in solis electis Euãgelij efficax ad salutẽ. Itaq; primũ omniũ dicit nõ fuisse nudã & inanẽ prædicationẽ Euãgelij apud Colossẽses, nec mania dũtaxat uerba effusa, sed efficacitatẽ maximã esse consequutã, ut 1. Cor. 4. d. 20. Eã aũt duabus rebus metitur, nẽpe donis illis Spiritus sancti, & certa persuasione quã in illorũ animis insedisse res ipsa ostẽdit, quũ alacribus animis crucẽ Dñi pertulerint. Hæc tñ fides quũ insigne sit Spiritus donũ (adeò quidẽ ut alia illa dona, nisi ex hoc fonte ꝓficiscãt, Deo placere nõ possint: nec ualeat hoc argumentũ ab effectis nisi fundamẽto fidei subſtrato) potest illud ἐν πνεύματι ἁγίῳ, i. in Spiritu sancto, generaliter accipi: cuius tũ unũillud singulare & filijs Dei peculiare effectũ κατ' ἐξοχὴν exprimat, nẽpe πληροφο-

φία

A είαν de qua diximus Luc.1.a.1, & Coloss.2.a.2. Est aũt hoc idoneis etiã scriptoribus familiare, ut quũ in genere aliquid dixerint, certã aliquã speciẽ aut partẽ quasi ex reliquorũ numero eximãt. ut in illo Virgil. Troas reliquias Danaũ atq; immitis Achilli. Tũ in certa persuas. &c. καὶ ὁ πληροφορίᾳ πολλῇ. Vulg. & in plenitudine multa, prius mepte, quod tũ Aquinatẽ fefellit. Eras. perq; certitudinẽ multã. Ego maluì certã persuasionẽ dicere, quod certitudinis nomẽ nõ meminerim usquã legere apud idoneos authores. qua de re uide Luc.1.a.1, & Coloss.2.a.2. Sed & in eo plane dissentio a plerisq; φ πληροφορίαν referunt ad ipsam Pauli & aliorũ prædicationẽ, quæ certa adhibuerit argumẽta. Nã ὁ πληροφορῶσι dicendũ fuisset.

6 Cum gaudio, &c. μετὰ χαρᾶς, &c.1. cum gaudio quod à Spiritu sancto promanat. 7 Exemplaria τύπους. Id est, ut in uernaculo sermone dicimus *dei patrum*. Vtĩ aũt plurali numero, ut significet tot fuisse ueluti cõstantiæ typos quot erant Thessalonicensium capita. Nonrecte igitur Vetus interpres conuertit forma, nec Erasm. exemplo, singulari numero.

ἀφ' ὑμῶν γὰρ ἐξήχηται ὁ λόγος τοῦ κυρίου οὐ μόνον 8 A uobis enim nõ solùm personuit sermo Domini in Macedonia & Achaia, uerũ etiam in omni loco fides uestra quæ est in Deum, dimanauit, ut necesse non habeamus loquiquicquam.

τῇ Μακεδονίᾳ καὶ Ἀχαΐᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ ἡ πίστις ὑμῶν ἡ πρὸς τὸν θεὸν ἐξελήλυθεν, ὥστε μὴ χρείαν ἡμᾶς ἔχειν λαλεῖν τι·

αὐτοὶ γὰρ περὶ ἡμῶν ἀπαγγέλλουσιν ὁποίαν εἴσοδον ἔσχομεν πρὸς ὑμᾶς, καὶ πῶς ἐπεστρέψατε πρὸς τὸν θεὸν ἀπὸ τῶν εἰδώλων, δουλεύειν θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ,

καὶ ἀναμένειν τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐκ τῶν οὐρανῶν, (ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν) Ἰησοῦν τὸν ῥυόμενον ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὀργῆς B τῆς ἐρχομένης.

9 Siquidem ipsi de nobis annũtiant, qualẽ aditum habuerimus ad uos, & quomodo cõuersi fueritis ad Deũ relictis idolis, ut seruiretis Deo uiuo & uero.

10 Et expectaretis Filium eius è cœlis, quem suscitauit à mortuis, *nempe* Iesum qui liberat nos ab ira illa uentura.

ΚΕΦΑΛ. β.

CAP. II.

Αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, ἀδελφοὶ, τὴν εἴσοδον ἡμῶν τὴν πρὸς ὑμᾶς, ὅτι οὐ κενὴ γέγονεν.

1 NAm ipsi nostis, fratres, aditum nostrum ad uos, non fuisse inanem.

ἀλλὰ προπαθόντες καὶ ὑβρισθέντες, καθὼς οἴδατε, ἐν Φιλίπποις, ἐπαρρησιασάμεθα ἐν τῷ θεῷ ἡμῶν λαλῆσαι πρὸς ὑμᾶς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ ἐν πολλῷ ἀγῶνι.

2 Sed nos, quum ante afflicti fuissemus & contumeliis affecti, sicut nostis, Philippis: libertate usos in Deo nostro, ad loquendum apud uos Euangelium Dei, cum multo certamine.

ἡ γὰρ παράκλησις ἡμῶν οὐκ ἐκ πλάνης, οὐδὲ ἐξ ἀκαθαρσίας, οὐδὲ ἐν δόλῳ.

3 Exhortatio enim nostra non fuit ex impostura, neque ex impuritate, neque cum dolo:

ἀλλὰ καθὼς δεδοκιμάσμεθα ὑπὸ τοῦ θεοῦ πιστευθῆναι τὸ εὐαγγέλιον, οὕτω λαλοῦμεν, οὐχ ὡς ἀνθρώποις ἀρέσκοντες, ἀλλὰ τῷ θεῷ τῷ δοκιμάζοντι τὰς καρδίας ἡμῶν.

4 Sed sicut placuimus Deo *quibus* crederetur Euãgelium, ita loquimur nõ ut hominibus placentes, sed Deo qui approbat corda nostra.

οὔτε γάρ ποτε ἐν λόγῳ κολακείας ἐγενήθημεν, 5 Neq; enim unquam sermone assẽtatorio usi sumus, sicut nostis: nec auaritiæ causa quicquã prætexuimus: Deus testis est.

καθὼς οἴδατε, οὔτε ἐν προφάσει πλεονεξίας, (θεὸς μάρτυς·)

οὔτε ζητοῦντες ἐξ ἀνθρώπων δόξαν, οὔτε ἀφ' C ὑμῶν, οὔτε ἀπ' ἄλλων. 6 Neq; quærentes ex hominibus gloriam, nec à uobis, nec ab alijs:

δυνάμενοι ἐν βάρει εἶναι, ὡς Χριστοῦ ἀπόστολοι, ἀλλ' ἐγενήθημεν ἤπιοι ἐν μέσῳ ὑμῶν, ὡς ἂν τροφὸς θάλπῃ τὰ ἑαυτῆς τέκνα.

7 Quũ possemus oneri esse, ut Apostoli Christi: sed fuimus placidi in medio uestri, ut si nutrix foueat suos fœtus.

8 Vt necesse, &c. ὥστε χρεάν, &c.1. etiam tacẽtibus nobis. 9 Ipsi αὐτοὶ. i. omnes credẽtes, ex uers. 7. uel quicũque nsquã sunt. Accipiũtur. n. collectiue regionũ nomina, pro ipsis regionum incolis, ut οἷς norunt. Relictis idolis. Vulg. & Erasmus, à simulachris. Ego studui amphiboliam quantumuis absurdam uitare. Deum autem uiuum idolis mortuis, uerùm idolis quæ nihil sunt nisi phantasmata inania opponit. 10 Ab ira illa uentura. Ne hic quidem frustrà repetitus est articulus. Iram autem accipit pro ultione seu uindicatione, qua Dominus iratus mundum tandem ulciscetur.

IN CAPVT II.

2 In Deo Id est Dei ope ac gratia fretos. 3 Ex impostura Vulg. de errore. sed perperam. De se enim loquuntur, non de Thessalonicensibus, nisi ex mutua relatione. Negãt enim se fuisse impostores, ac proinde deceptos illos fuisse. Ex impuritate ἐξ ἀκαθαρσίας. id est ullo scelere aut maleficio. sicut apud Latinos Impurus, apud Græcos μιαρὸς accipitur pro scelerato. Alioquin ἀκαθαρσίαν ad libidinum spurcitiem solet Apostolus accommodare.

4 Sicut placuimus Deo καθὼς δεδοκιμάσμεθα ὑπὸ τοῦ θεοῦ. Quod in eligendo placuit, hoc dicitur à nobis approbari. itaque δοκιμάζεσθαι nihil aliud declarat hoc in loco quàm ut idoneum & aptum factum sumi. Sed inter Dei & hominum iudicia hoc interest, quòd homines in eligendo spectant earum rerum qualitates quæ proponuntur: Deus uerò in seipso inuenit consilij sui rationem: quo fit ut quum ne ad cogitanda quidem quæ Dei sunt idonei simus, quos ipse primùm ad sanctas illas uocationes eligit, eos non inueniat, sed faciat idoneos. Itaq; hæc approbatio prorsus à Dei misericordia pendet, sicut ipse Apostolus explicat prima Corinthiorum 7.c.25. & δοκιμάζεσθαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ nihil aliud declarat quàm Deo placere, ideoq; gratis eligi. quod ut melius intelligeretur, actiuam locutionẽ usurpauit, quasi scripserit Paulus, καθὼς ἐδοκίμασεν ὁ θεὸς πιστεῦσαι ὑμῖν τὸ εὐαγγέλιον, ut Ro.1.d.27. itaq; τῷ δοκιμάζοντι respondet hoc in loco uerbo Hebræo בחר aut התרצה. Qui approbat τῷ δοκιμάζοντι. Id est qui grata habet & accepta. Significant enim se uocationi suæ syncere respondere. 5 Vsi simus ἐγενήθημεν. Vulgata & Erasmus ad uerbum, fuimus. Atqui dandum aliquid fuit Latinæ linguæ consuetudini, in dicendi formula tam inusitata. Annotauimus autem peculiarem usum, eũq; diuersum uerbi γίγνεσθαι in hac epistola. ut suprà 1.b.5, & 6. & infrà uersu 7.8. & 10.

Nec auaritiæ causa quicquam prætexuimus οὔτε ἐν προφάσει πλεονεξίας. Vulgata & Erasmus ad uerbum, nec in occasionem auaritiæ, ita obscurè ut uix intelligas.

7 Oneri

7 Oneri esse ἐν βάρει εἶναι. Eras. in dignitate esse, id est grauitatē aliquam Apostolicæ præstantiæ seruare, uti nūc faciunt qui hoc obtentu ipsis Cæsaribus & Regibus imperāt. Sed sanè non uideo qui possit hæc interpretatio admitti. A

Ita *inquam* cupidi uestri, auebamus impertire uobis nō modò Euangeliū Dei, sed etiā nostras ipsorū animas, ꝓpterea ꝙ chari nobis essetis.

8 οὕτως ἱμειρόμενοι ὑμῶν, εὐδοκοῦμεν μεταδοῦναι ὑμῖν οὐ μόνον τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ καὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχάς, διότι ἀγαπητοὶ ἡμῖν γεγόνατε.

Meministis enim, fratres, laboris nostri ac ærumnæ: nocte enim ac die operando, ne quem uestrum grauaremus, prædicauimus apud uos Euangelium Dei.

9 μνημονεύετε γάρ, ἀδελφοί, τὸν κόπον ἡμῶν, καὶ τὸν μόχθον· νυκτὸς γὰρ καὶ ἡμέρας ἐργαζόμενοι, πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα ὑμῶν, ἐκηρύξαμεν εἰς ὑμᾶς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ.

Vos testes *estis* & Deus, ꝙ sāctè & iustè, & inculpatè uobis qui creditis uixerimus:

10 ὑμεῖς μάρτυρες, καὶ ὁ θεός, ὡς ὁσίως καὶ δικαίως καὶ ἀμέμπτως ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν ἐγενήθημεν·

Sicut nostis quomodo ununquenq; uestrū, tanquam pater liberos suos,

11 καθάπερ οἴδατε, ὡς ἕνα ἕκαστον ὑμῶν, (ὡς πατὴρ τέκνα ἑαυτοῦ,)

Hortabamur, & consolabamur: obtestabamur ut ambularetis sicut dignum est Deo, qui uocaret uos in suum regnū ac gloriam. B

12 παρακαλοῦντες ὑμᾶς, καὶ παραμυθούμενοι, καὶ μαρτυρόμενοι εἰς τὸ περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ θεοῦ καλοῦντος ὑμᾶς εἰς τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν καὶ δόξαν.

Propterea etiā nos gratias agimus Deo indesinēter, quòd acceptū sermonem quē audistis à nobis de Deo, exceperitis non prosermone, hominū, sed (sicut erat uerè) pro Dei sermone qui etiam agit in uobis qui creditis.

13 διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς εὐχαριστοῦμεν τῷ θεῷ ἀδιαλείπτως, ὅτι παραλαβόντες λόγον ἀκοῆς παρ' ἡμῶν, τοῦ θεοῦ, ἐδέξασθε οὐ λόγον ἀνθρώπων, ἀλλὰ (καθώς ἐστιν ἀληθῶς) λόγον θεοῦ, ὃς καὶ ἐνεργεῖται ἐν ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν.

Vos enim imitatores facti estis, fratres, Ecclesiarum Dei quæ sunt in Iudæa in Christo Iesu, ꝙ eadē passi sitis & uos à proprijs contribulibus, sicut & ipsi à Iudæis:

14 ὑμεῖς γὰρ μιμηταὶ ἐγενήθητε, ἀδελφοί, τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ θεοῦ, τῶν οὐσῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὅτι τὰ αὐτὰ ἐπάθετε καὶ ὑμεῖς ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων,

Iudæi persecutores Christi, & Prophetarum, et Pauli.

Qui & Dominum occiderunt Iesum, & proprios Prophetas & nos exegerūt: neq; Deo placent, & in omnibus hominibus aduersantur: C

15 τῶν καὶ τὸν κύριον ἀποκτεινάντων Ἰησοῦν, καὶ τοὺς ἰδίους προφήτας, καὶ ἡμᾶς ἐκδιωξάντων, καὶ θεῷ μὴ ἀρεσκόντων, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐναντίων,

Vt qui nos Gentibus quò seruentur loqui prohibeant: ut semper expleant peccata sua. oc cupauit enim eos ira ad extremum usq;

16 κωλυόντων ἡμᾶς τοῖς ἔθνεσι λαλῆσαι, ἵνα σωθῶσιν, εἰς τὸ ἀναπληρῶσαι αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας πάντοτε· ἔφθασε δὲ ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος.

10 Vobis *ὑμῖν*. Eras. uobiscū. Atqui hoc pertinet ad *ἀμέμπτως*, ut sit sensus, ꝙ sanctos & iustos, ꝙ deniq; nos uobis ꝙ creditis, inculpatos præstiterimus. Vixerimus *ἐγενήθημεν*. Vide supra uer. 5. 11 Quomodo, &c. *ὡς οἶδατε ἕκαστον ὑμῶν*. Eras. ut erga unūquenq; uestrū *fuerimus affecti*. Duo. n. hic ei offenderūt: primū, repetita particula *ὡς*: deinde ꝙ quū præcesserit *οἶδατε ἕκαστον*, postea iubiciat *ꝓnomē ὑμᾶς*. quāobrē putauit imperfectā esse orationē. Mihi uerò nulla hic apparet ecclipsis, nisi uerbi substātiui *ἐσμεν*. ut mox dicemus. 12 Hortabamur *παρεκαλοῦμεν τες ὑμᾶς*. Vulg. deprecātes uos, duplici errore, ut de ipso uerbo *παρεκαλῶ* nihil dicamus. Nā post participiū *παρακαλοῦντες* subaudiēdū est substātiuū uerbū ex Heb. more, quo circūscribere solēt præteritū impf. uel præsens, ut sæpe iā annotauimus, ut 2. Cor. 5. a. 6, & c. 12. ltē 7. b. 5, & 11. d. 13. Quod aūt attinet ad *ꝓnomē ὑμᾶς*, redūdat etiā ex Heb. idiotismo: qui, quāuis expresso antecedēte, solēt tñ affixa quę uocāt uerbis ac nominib. iubicere, ut obseruauimus multis iā locis, ueluti Ro. 16. d. 27, & 2. Cor. 4. a. 4, & Eph. 3. d. 21 23 Quòd accep. &c. *ὅτι παραλαβόντες*, &c. Vulg. quū accepissetis à nobis uerbū auditus Dei, accepistis: ita obscure ut uix ꝙquā possit percipere. Itaq; Eras. explicuit hoc modo, Quod quū acciperetis sermonē à nobis quo Deū discebatis, accepistis. Nā, inqt, si *παραλαβόντες* cōuertas, quū accepissetis, quomodo accipiebāt quod iā acceperant? Deinde uerbū auditus Dei à nobis, putauit significare uerbū quod uobis Deus p nos loquebat. uel, uerbū p quod Deū ex nobis discebatis. At ego aliter explico. Dico. n. sermonē auditionis Hebraico more significare sermonē auditū siue sermonē aurib. pceptū, ac pinde à Paulo & collegis prædicatum: eūq; Dei, i. de Deo, uel quæ Deus p os ipsorū annūtiabat. Est aūt magnū discrimē inter *παραλαμβάνειν* & *δέχεσθαι*. Illud. n. est interioris sensus ea accipiētis quæ externis sensib. obiiciūtur, & ad iudicij cognitionē transferētis, ut accepta uel probet & amplectat (quod significat uerbo *δέχεσθαι*) uel repudiet ac reiiciat. Ista deniq; nō minus differūt ꝙ pecuniā oblatā accipere, & eā acceptam recōdere. Possumus aūt *παρ' ἡμῶν*, i. à nobis, cōnectere uel cū participio *παραλαβόντες*, uel cum *ἀκοῆς*, ut nos fecimus, eadem ꝓsus manēte sentētia. Non pro sermone hominū, &c. *λόγον ἀνθρώπων*, &c. uel, nō ut sermonē hominū, sed ut sermonē Dei, *οὐκ ὡς λόγον ἀνθρώπων, ἀλλ' ὡς λόγον θεοῦ*, ut Græcos legisse apparet ex scholijs. Neq; uerò causa erat cur Eras. eam lectionē idcirco reiiceret ꝙ particula *ὡς* de ijs dicat quæ uerā sunt: imò potius uel ob eā causam debuerat eam amplecti, quanquā hoc quidem ad rem non ptinet. nā *ὡς* nō ꝓprie cohæret cū *λόγον*, sed cū *ἐδέξασθε*, ut significet Thessalonicēses Apostolicā doctrinā ita excepisse, ut par erat excipere eam doctrinā quā sibi persuasissent non esse hominū (id est ab hominibus quasi authorib. ꝓfectā) sed Dei ipsius, ꝙ scilicet per os Apostolorū loquebatur, uti sanè Dei erat: quod res ipsa ostendit. Verū etiāsi *ὡς* nō addas, ita erit explicanda hæc species appositionis, de qua diximus Luc. 1. c. 41. 14 In Christo Iesu *ἐν χριστῷ ἰησοῦ*. 1. Christi Iesu auspicijs collectæ. ut suprà 1. a. 1, ubi subaudit participiū uerbi substātiui hoc in lōco expressū. Inepte igit quidā cōuertit, quod ad Christū Iesū attinet. A propriis contrib. *ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν*, i. ab ijs ipsis quibuscū gentem ac ciuitatē cōmunē habetis. Intelligit aūt tū Iudęos tū alios ciues Thessalonicēses, qui grauissimā seditionē excitarūt aduersus Ecclesiā uix dū nascentē, ut refert Act. 17

15 Omnib. &c. *πᾶσιν*, &c. Merito sanè hoc dicit, quū Iudæi nec in regnū Dei introire ipsi uellent, nec alios sinerēt ingredi. Neq; n. quisquā est magis capitalis humani generis hostis, ꝙ qui Euangelij cursū impedit. Alij interpretātur toti mūdo exosos, quod mihi uidet nimis dilutū. 16 Vt semper, &c. *εἰς τὸ*, &c. Manifestū est hoc prinere ad Iudęos, quod ut planius esset, ita collocauit participiū *ἁμαρτήσωσι*, ut ꝓxime cohæreret. Est aūt hoc tritū apud Hebræos dicēdi genus, cōplere iniquitates suas, & Patrum mesuram implere, ut Genes. 15. c. 16, & Matt. 23. d. 32. quo significat hæditaria im ꝓbitas: quia nimirum Dñs nō statim ad irā prorumpit, sed expleto demū iniquitatis cumulo, ut re ꝓbi suo ipsorū iudicio millies cōuicti teneātur. Particula uerò *παντοτε* perpetuū illū in scelerib. ꝓgressum declarat. Occupauit, n. *ἔφθασε δὲ*. Vulg. & Eras. peruenit aūt. Mihi uerò uidetur *τὸ φθάνειν* subitum aliquid & inexpectatum declarare. Deinde ꝙ pro γάρ positam puto, quā enallagen sæpe iam annotauimus. Ira *ἡ ὀργή*. Ira scilicet Dei, id est irati Dei iudicium aduersum illos, ut Ro. 4. c. 15.

A Ad extremum usq; εἰς τέλος. Vulg. & Eras. in finem, nimium obscurè. Heb. לנצח. i. in perpetuum. Neq; uerò ista pugnant cum ijs quæ prædixerunt Prophetæ de Israelis instauratione, & explicat noster Apostolus Rom. 11. c. 25. Nam si quis ista propius consideret, mecum, ut spero, fatebitur Apostolum de certis ex ea Gente hominibus agere, ijs scilicet qui tum in Iudæa ac præsertim Hierosolymis erant, ac Christum ipsum non contenti interfecisse, suos etiam prophetas & ministros uerbi peculiariter ipsis destinatos, ipsumq; adeò Paulum crudelissimè persequebatur. Hi sunt nimirum qui ultrò citróq; missis nuntijs sanctos Apostoli conatus frangere conabantur, & quorum rabiem Philippis, Thessalonicæ, Berrhœæ, paulo ante expertus erat quàm hæc scriberet. Meritò igitur illis odiũ Dei inexpiabile & iempiternum exitium imminere dicit. idq; quàm uerè scripserit, non ita multò post apparuit, ipsis ad internecionem deletis, & ita quidem ut quum plurimi etiam ex prouincialibus Iudæis essent eiusdem sceleris conscij, eos omnes in urbe quasi in sagena includeret, quos simul etiam ulciscereturus. Siquidem non sine mirabili Dei prouidentia factum est ut eo tempore urbs obsideretur, quo Iudæi ex uniuerso orbe terrarum eò conuenerant, ut refert Iosephus.

ἡμεῖς δέ, ἀδελφοί, ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν πρὸς καιρὸν ὥρας, προσώπῳ, οὐ καρδίᾳ, περισσοτέρως ἐσπουδάσαμεν τὸ πρόσωπον ὑμῶν ἰδεῖν ἐν πολλῇ ἐπιθυμίᾳ.

17 Nos uerò, fratres, orbati uobis ad tempo ris momentum, conspectu non animo, uehementius studuimus uidere faciem uestram, cum multo desiderio.

διὸ ἠθελήσαμεν ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, (ἐγὼ μὲν Παῦλος καὶ ἅπαξ καὶ δίς,) καὶ ἐνέκοψεν ἡμᾶς ὁ Σατανᾶς.

18 Ideo uoluimus uenire ad uos, (ego quidẽ Paulus,) semel atque iterũ: sed impedijt nos Satanas.

τίς γὰρ ἡμῶν ἐλπὶς, ἢ χαρὰ, ἢ στέφανος καυχήσεως; ἢ οὐχὶ καὶ ὑμεῖς ἔμπροσθεν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ;

19 Nam quæ est nostra spes, aut gaudium, aut corona de qua glorier? annon & uos in conspectu Domini nostri Iesu Christi, in eius aduentu?

B ὑμεῖς γάρ ἐστε ἡ δόξα ἡμῶν, καὶ ἡ χαρά.

20 Certè uos estis gloria nostra & gaudium.

ΚΕΦΑΛ. γ. CAPVT III.

Διὸ μηκέτι στέγοντες εὐδοκήσαμεν καταλειφθῆναι ἐν Ἀθήναις μόνοι,

1 PRoinde non amplius *id desiderium* ferentes, optimum duximus ut Athenis relinqueremur soli.

καὶ ἐπέμψαμεν Τιμόθεον τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν, καὶ διάκονον τοῦ θεοῦ, καὶ συνεργὸν ἡμῶν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ στηρίξαι ὑμᾶς, καὶ παρακαλέσαι ὑμᾶς περὶ τῆς πίστεως ὑμῶν,

2 Misimusq; Timotheum fratrẽ nostrum, ac ministrum Dei, & adiutorẽ nostrum in Euangelio Christi, ad uos stabiliendos & exhortandos super fide uestra.

τὸ μηδένα σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσταύταις· αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, ὅτι εἰς τοῦτο κείμεθα.

3 Ita ut nemo commoueatur in oppressionibus istis. nam ipsi nostis nos ad id esse cõstitutos.

καὶ γὰρ ὅτε πρὸς ὑμᾶς ἦμεν, προελέγομεν ὑμῖν, ὅτι μέλομεν θλίβεσθαι, καθὼς καὶ ἐγένετο, καὶ οἴδατε.

4 Etenim quum apud uos essemus, prædicebamus uobis fore ut affligeremur: quod & euenit, & nostis.

διὰ τοῦτο κἀγὼ μηκέτι στέγων ἔπεμψα εἰς τὸ C γνῶναι τὴν πίστιν ὑμῶν, μήπως ἐπείρασεν ὑμᾶς ὁ πειράζων, καὶ εἰς κενὸν γένηται ὁ κόπος ἡμῶν.

5 Quamobrem etiam ego non amplius ferens *uestri* desiderium, misi *eum* ut cognoscerem fidem uestram: ne quomodo tentasset uos tentator ille, & inanis redditus esset labor noster.

17 Orbati uobis ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν. disiuncti à uobis ac proinde ueluti orphani. Vsus enim est uocabulo quo testaretur quàm inuitus eos reliquisset. Vulg. desolati à uobis. Ad temporis momentum πρὸς καιρὸν ὥρας. Vel, ad momentum horæ: ut in illo Horatij, Horæ momento cita mors uenit aut uictoria læta. Id est, intra breuissimum tempus. Nam utroque hoc nomine significatur certum temporis punctum. Vide Matth. 9. c. 22. Vulgata, ad tempus horæ. Erasmus, ad spatium temporis.

18 Sed impedijt, &c. καὶ ἐνέκοψεν. καὶ pro ἀλλὰ, ut Act. 10. d. 28. 20 Certè γάρ. Heb. כי cuius multiplex est significatio. Hoc quidem res ipsa ostendit non poni hoc in loco αἰτιολογικῶς. Vulg. & Erasm. enim.

IN CAPVT III.

1 Optimum duximus εὐδοκήσαμεν. Sic Ambrosius, ut mihi uidetur, fœliciter expressit uerbum εὐδοκεῖν, ut quidem hoc in loco accipitur. Vulgata, placuit. Erasmus, usum est.

2 Et adiutorem nostrum καὶ συνεργὸν ἡμῶν. Hoc non legit Vetus interpres. In Euangelio ἐν τῷ εὐαγγελίῳ. Id est, in prædicatione Euangelij, ut alibi sæpe. Super fide uestra περὶ τῆς πίστεως ὑμῶν. Sic inuenimus scriptum in omnibus uetustis libris Roberti nostri, uno duntaxat excepto. Quidam tamen malunt legere ἡμῶν, id est nostra, ut significetur missum Timotheum, qui commemorata Pauli fide Thessalonicenses confirmaret. Sed περὶ τῆς πίστεως pro τῇ πίστει mihi non facilè possit probari, nisi quis simile aliquod exemplum proferat. Retineo igitur ueterum cõdicum & Græcorum scholiorum lectionem, quam etiã secutus est Vetus interpres, ita scilicet ut περὶ pro ὑπὲρ hoc quoque loco ponatur, sitq; hoc additũ ut significaretur qua in re potissimùm uersaretur Timothei exhortatio. Hoc enim est quod in uernaculo sermone dicimus *touchant uostre foy*. Erasmus, de fide uestra.

3 Ita ut nemo commoueatur τὸ μηδένα σαίνεσθαι, i. παρέστησθαι, ut Græcus scholiastes interpretatur. Quid si uerò potius σαίνεσθαι media significatione accipiamus pro adblandiri, aduersarijs scilicet Euãgelij. Nam τὸ σαίνειν constat de canibus propriè dici, qui mota cauda blandiuntur. Cæterùm articulus τῷ indicat qua ratione confirmatus esset Thessalonicensium animos Timotheus: ac si diceret, per hoc, ne quis scilicet cõmoueatur, &c. quod non potuit satis commode ad uerbum explicari. Vulg. ut nemo, &c. Erasm. ne quisquam. i. εἰς τὸ μηδένα, &c.

Ad id esse constituros εἰς τοῦτο κείμεθα. Vulg. in hoc positi sumus. Eras. in hunc usum positos esse. Vide Luc. 3. e. 34.

5 Tentator ille ὁ πειράζων. i. ὁ παράγων, Hebræorum more, qui participium pro uerbali nomine usurpant.

§ Nam

Nuper autem quum uenisset Timothe
us ad nos à uobis,& annuntiasset nobis fi
dem ac charitatem uestram,quod & bene
atis memoriam nostri bonam, semper cu
pientes nos uidere, sicut nos quoq; uos:

Propterea consolationem accepimus, 7
fratres,ex uobis,in omni afflictione & ne
cessitate nostra,per uestram fidem:

Nam nũc uiuimus,si uos statis in Dño. 8

Quam enim gratiarum actionem possi 9
mus Deo rependere de uobis,super omni
gaudio quo gaudemus propter uos co
ram Deo nostro?

Orat Paulus ui dere Thessalani censes. Rom.1.b.10, & 15.e.23.

Nocte ac die quàm uehementissimè o- 10
rantes ut uideamus uestrã faciem, & quæ
desunt fidei uestræ compleamus?

Ipse uerò Deus & Pater noster, & Do- 11
minus noster Iesus Christus dirigat uiam
nostram ad uos.

Charitas.

Vos autẽ Dominus abũdantes & exu- 12
berãtes faciat mutua inter uos charitate,
& in oẽs, quemadmodum & nos in uos:

2.Cor.1.a.8. infrà 5.d.23.

Vt corda uestra inculpata stabiliat in 13
sanctimonia coram Deo & Patre nostro,
in aduentum Domini nostri Iesu Christi
cum omnibus sanctis eius.

CAPVT IIII.

QVod superest igitur, fratres, roga- 1
mus uos & precamur per Dominũ
Iesum,ut sicut accepistis à nobis quomo-
do oporteat uos uersari & placere Deo,
magis excellatis.

Placere Deo.

Nostis enim quæ accepta mandata de- 2
derimus uobis per Dominum Iesum.

Voluntas Dei. Rom.12.a.1. ephes.5.f.27.

Enimuero hæc est uoluntas Dei, *nempe* 3
sanctificatio uestra, *id est* ut abstineatis à
scortatione:

ΚΕΦ. Α.

6 ἄρτι δὲ ἐλθόντος Τιμοθέου πρὸς ἡμᾶς ἀφ' ὑ- A
μῶν, καὶ εὐαγγελισαμένου ἡμῖν τὴν πίστιν καὶ τὴν
ἀγάπην ὑμῶν, καὶ ὅτι ἔχετε μνείαν ἡμῶν ἀγα-
θὴν πάντοτε, ἐπιποθοῦντες ἡμᾶς ἰδεῖν, καθάπερ
καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς.

7 διὰ τοῦτο παρεκλήθημεν, ἀδελφοί, ἐφ' ὑμῖν, ἐπὶ
πάσῃ τῇ θλίψει καὶ ἀνάγκῃ ἡμῶν διὰ τῆς ὑμῶν πί-
στεως·

8 ὅτι νῦν ζῶμεν, ἐὰν ὑμεῖς στήκητε ἐν κυρίῳ.

9 τίνα γὰρ εὐχαριστίαν δυνάμεθα τῷ θεῷ ἀνταπο-
δοῦναι περὶ ὑμῶν, ἐπὶ πάσῃ τῇ χαρᾷ, ᾗ χαίρο-
μεν δι' ὑμᾶς ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ ἡμῶν,

10 νυκτὸς καὶ ἡμέρας ὑπερεκπερισσοῦ δεόμενοι
εἰς τὸ ἰδεῖν ὑμῶν τὸ πρόσωπον, καὶ καταρτίσαι
τὰ ὑστερήματα τῆς πίστεως ὑμῶν;

11 αὐτὸς δὲ ὁ θεὸς καὶ πατὴρ ἡμῶν, καὶ ὁ κύριος B
ἡμῶν Ἰησοῦς χριστὸς κατευθύναι τὴν ὁδὸν ἡμῶν
πρὸς ὑμᾶς·

12 ὑμᾶς δὲ ὁ κύριος πλεονάσαι καὶ περισσεύσαι
τῇ ἀγάπῃ εἰς ἀλλήλους καὶ εἰς πάντας καθάπερ
καὶ ἡμεῖς εἰς ὑμᾶς,

13 εἰς τὸ στηρίξαι ὑμῶν τὰς καρδίας ἀμέμπτους ἐν
ἁγιωσύνῃ, ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμῶν,
ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ με-
τὰ πάντων τῶν ἁγίων αὐτοῦ.

ΚΕΦ. Δ.

1 Τὸ λοιπὸν οὖν, ἀδελφοί, ἐρωτῶμεν ὑμᾶς, καὶ
παρακαλοῦμεν ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ, καθὼς παρελά-
βετε παρ' ἡμῶν τὸ πῶς δεῖ ὑμᾶς περιπατεῖν καὶ
ἀρέσκειν θεῷ, ἵνα περισσεύητε μᾶλλον·

2 οἴδατε γὰρ τίνας παραγγελίας ἐδώκαμεν ὑμῖν
διὰ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ.

3 τοῦτο γάρ ἐστι θέλημα τοῦ θεοῦ, ὁ ἁγιασμὸς ὑ-
μῶν, ἀπέχεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ τῆς πορνείας,

8 Nam nunc uiuimus ὅτι νῦν ζῶμεν. Id est, Nam nunc non aliter nobis uidemur salui & incolumes, non aliter in nam uiuere, quàm si pergitis in fide. Particula autem ἐὰν non est dubitantis, sed simplicem ponentis conditionem, ut ab eorum constantia tum pependisse uitæ suæ incolumitatem significet. Statis in Domino στήκετε ἐν κυρίῳ. Stare in Domino, significat in fide perseuerare, quia fides inserit nos Domino.

9 Coram Deo nostro ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ ἡμῶν. Quæ sit uis istius loquutionis diximus Luc.1.a.6. Potest autẽ D
uel cum præcedentibus uel cum sequentibus construi: & repetitum est antecedens pro relatiuo, ex Hebræorũ more.

10 Quàm uehementissime ὑπερεκπερισσοῦ. Vulg. abundantius. Erasm. supra modum. Vide Ephes.3.d.20.

Compleamus? καταρτίσαι. Id est, ut omnibus numeris fidem uestram adhuc imperfectam absoluamus? Nam præterquam quod quotidie nobis proficiendum est (quod tamen mihi non uideturpropriè ad hunc locũ pertinere) coactus fuerat Apostolus aduersariorum importunitate uix inchoatum ædificium relinquere. quã etiam ob causam Silam & Timotheum in Macedonia reliquerat. Act.17.c.14. & quum Timotheus è Macedonia ad ipsum Athenas uenisset, statim eum remisit, qui tamen postea cũ Sila rediẽs ipsum inuenit Corinthi, Act.18.b.5. Itaq; hos eosdẽ sibi comites idcirco adiungit 2.Cor.1.d.19. ut mihi quidẽ omnino uideatur hic Siluanus is esse quũ Lucas Silam uocat, perpetuum in ea peregrinatione collegam Pauli cum Timotheo. Quod autem attinet ad uerbum καταρτίζειν, diximus de eo pluribus Matth.21.b.16. Rom.9.e.22, & 1.Corint.1.b,10.

IN CAPVT IIII.

1 Magis excellatis περισσεύειν μᾶλλον. Id est, ita conemini magis ac magis excellere, ac uosipsos quotidie superare. Nam τὸ περισσεύειν hoc in loco non significat abundare, sed ὑπερβάλλειν καὶ ὑπερέχειν. Vulg. & Erasm. ut abundetis magis. Quod autem apud Veterem interpretem & Ambrosium, post placere Deo, legitur, sicut & ambulatis, καθὼς καὶ περιπατεῖτε, in uno duntaxat exemplari Græco legimus.

2. Accepta mãdata παραγγελίας. Τὸ παραγγέλλειν interdũ quidẽ fateor generaliter accipi, p edicere & interdicere, sed, ut ostendit ipsa uerbi notatio, proprie de eo mandatorum genere dicitur quod per manus traditur & accipitur, ut author quidem ipse mandati dicatur διαγγέλλειν, id est per alium significare: qui uerò nomine alterius aliquid denũtiat quasi per manus acceptũ, παραγγέλλειν. quã significationẽ hoc in loco putaui in primis obseruandã. quũ ita uideat Apost. ipse explicare 1.Cor.11.e.23. Sed & quæ fuerint ista mandata mox ita explicat, ut sine summa imprudentia non possint Ecclesiastici tyranni hoc testimonio ad stabiliendam suam tyrannidem abuti.

3 Sanctificatio ὁ ἁγιασμός. Vide Iohan.17.c.17.

4 Suum

A εἰδέναι ἕκαστον ὑμῶν τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος κτᾶσθαι ἐν ἁγιασμῷ καὶ τιμῇ, 4

μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας καθάπερ καὶ τὰ ἔθνη τὰ μὴ εἰδότα τὸν θεόν, 5

τὸ μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, διότι ἔκδικος ὁ κύριος περὶ πάντων τούτων, καθὼς καὶ προείπαμεν ὑμῖν καὶ διεμαρτυράμεθα. 6

οὐ γὰρ ἐκάλεσεν ἡμᾶς ὁ θεὸς ἐπὶ ἀκαθαρσίᾳ, ἀλλ' ἐν ἁγιασμῷ. 7

τοιγαροῦν ὁ ἀθετῶν οὐκ ἄνθρωπον ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν θεὸν τὸν καὶ δόντα τὸ πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον εἰς ἡμᾶς. 8

Περὶ δὲ τῆς φιλαδελφίας οὐ χρείαν ἔχετε γράφειν ὑμῖν· αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς θεοδίδακτοί ἐστε εἰς τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους. 9

καὶ γὰρ ποιεῖτε αὐτὸ εἰς πάντας τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς ἐν ὅλῃ τῇ Μακεδονίᾳ· παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, περισσεύειν μᾶλλον, 10

B καὶ φιλοτιμεῖσθαι ἡσυχάζειν καὶ πράσσειν τὰ ἴδια, καὶ ἐργάζεσθαι ταῖς ἰδίαις χερσὶν ὑμῶν, καθὼς ὑμῖν παρηγγείλαμεν, 11

ἵνα περιπατῆτε εὐσχημόνως πρὸς τοὺς ἔξω, καὶ μηδενὸς χρείαν ἔχητε. 12

Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, περὶ τῶν κεκοιμημένων, ἵνα μὴ λυπῆσθε, καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. 13

εἰ γὰρ πιστεύομεν, ὅτι Ἰησοῦς ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, οὕτω καὶ ὁ θεὸς τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ, ἄξει σὺν αὐτῷ. 14

Τοῦτο γὰρ ὑμῖν λέγομεν ἐν λόγῳ κυρίου, ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ κυρίου, οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας 15

Et sciat uestrũ unusquisque suum uas possidere cum sanctificatione & honore: 4

Non cum morbo cupiditatis, sicut Gentes quæ non nouerunt Deum. 5

Nequis opprimat aut circumueniat in negotio fratrem suum. nam ultor est Dominus omnium istorum, sicut & antè diximus uobis, ac testificati sumus. 6 1.Cor.6.b.8

Non enim uocauit nos Deus ad impuritatem, sed ad sanctificationem. 7 *Vocatio* 1.Cor.1.a.2

Proinde qui *hæc* reijcit, non reijcit hominem, sed Deum, qui dedit uobis Spiritum suum sanctum. 8

Cæterum de fraterna charitate non necesse habetis ut scribam uobis: ipsi nanque Diuinitus docti estis ut diligatis alij alios. 9 *Dilectio.* Iohan.13.d 34 & 15,b.12 1.Iohan.1.b 8 & 4.d.21.

Nã & facitis hoc erga cunctos fratres qui sunt in tota Macedonia: obsecramus autem uos, fratres, ut magis excellatis. 10

Et contendatis quieti esse, & res uestras agere, ac operari proprijs manibus uestris, sicuti uobis denuntiauimus: 11

Vt uos geratis honestè erga extraneos: & nulla re uobis sit opus. 12

Nolim autem uos in ignorantia uersari, fratres, quod ad eos attinet qui obdormierunt, ut ne doleatis, quemadmodum & cæteri qui spem non habent. 13

Nam si credimus quòd Iesus mortuus est & resurrexit: ita etiam Deus eos qui obdormierint in Iesu, adducet cum eo. 14 1.Cor.15.g.51

Hoc enim uobis dicimus uerbis Domini, quòd nos uiui qui reliqui erimus in aduentu Domini, non præueniemus eos qui obdormierint. 15

4 Suum uas τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος. Id est suum corpus, ut apparet ex ijs quę scripta sunt 1. Corinth. 6. d. 18.

5 Cum morbo cupiditatis ἐν πάθει ἐπιθυμίας. πάθος conuertimus morbum, Ciceronẽ sequuti. Ita enim prò priè accipitur hoc in loco. Vulgata, cum passione desiderij. Erasmus, cum affectu concupiscentiæ.

6 Nequis opprimat aut circunueniat. Τὸ μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν. τὸ ὑπερβαίνειν superborum est hominum & ambitiosorum, qui reliquos quasi superscandunt: τὸ πλεονεκτεῖν uerò auaritiam præterea declarat, quum C aliquis sua sorte non contentus, in aliorum fortunas inuadit: aut ex aliorum incommodis commoda sua comparat. Ideo alicubi uertimus occupare, & expilare. Vulgata, Nequis supergrediatur neque circunueniat. Erasmus, nequis opprimat ac frauder.

8 Qui *hæc* reijcit ὁ ἀθετῶν. Repete τὰς παραγγελίας, &c. id est accepta illa mandata quæ dedi uobis, ex uersu. 2. Diximus autem de uerbo ἀθετῶν Marc. 6. d 26. Vobis εἰς ὑμᾶς. Id est ὑμῖν. Respondẽt enim præpositio εἰς literæ ל, quæ tertio casui proponitur apud Hebræos. Quanquam etiam hæc locutio non caret sua emphasi, ut Spiritus sanctus significetur in sanctis quasi radices agere, & in intimam usque mentem penetrare.

10 Vt magis excellatis περισσεύειν μᾶλλον. Vide supra uersu 1.

13 In ignorantia uersari ἀγνοεῖν Vulgata & Erasmus, ignorare. Vide 1. Corinth. 12. a. 1. Quod ad eos attinet quiobdormierũt περὶ τῶν κεκοιμημένων. Τὸ κοιμᾶσθαι id est obdormiscere, pro reponi in sepulchro, quasi in lecto, ex quo tandem expergiscentes susciremur, Græci dixerunt. Hebræorum more, apud quos sic accipitur uerbum שכב sed ferè cum adiuncta aliqua appendice, ueluti, Cum patribus suis: interdum tamen etiam absolutè, ut Esa. 14. b. 8. et d. 18. Dormientes autem pro mortuis uocant ישנים ut Daniel 12. a. 2.

14 In Iesu διὰ τοῦ Ἰησοῦ. Sic infrà uersu 17, & Apoc. 14. c. 13. ut διὰ pro ἐν ponatur, sicut diximus Rom. 4. b. 11. Dicuntur autem in Domino mori, qui ad extremum usque perseuerant in fide qua sunt Christo insiti. Argumentatur autem Paulus ex duplici hypothesi: una, Christum resurrexisse: altera, à Christo tanquam capite omnem uirtutem in subiecta membra deriuari. Fideles enim alloquitur, quique de istis principijs minimè dubitarent. Vulgata & Erasmus, per Iesum. Adducet ἄξει addicet nimirum è sepulchris euocatos. quod attinet ad corpora quib. animi rursus erunt adiuncti, εἰς ἀφθαρσίαν, ut copiosè dictum est 1. Corinth. 15 Apparituru autem Dominum in iudicio cum Sanctis suis, dixerat etiam suprà 3. d. 13.

15 Verbis Domini ἐν λόγῳ κυρίου. Id est Domini nomine, & quasi eo ipso loquente. Quæ formula Latinis quo que est perusitata. Vtitur autem hac præfatione, quod arcanum quiddam sit dicturus, ut suæ doctrinæ authoritatem

cõciliet, sicut apud Prophetas ubique illud ingeminatur, HAEC DICIT DOMINVS. Nos uiui ὑμεῖς οἱ ζῶντες. A
Sic quoque Paulus 1. Corinth. 15. g. 51 & 52. de his rebus loquitur, quasi unus sit futurus ex eorum numero quos Dominus adueniens sit uiuos deprehensurus: quia nimirum incertum est illud tempus, singulos autem nostrum perin de comparatos esse oportet, ac si singulis momentis Dominus uenturus esset. Itaque prorsus detorsit hunc locum Methodius, qui participium ζῶντες animabus, κοιμηθεῖσι corporibus accommodat.

Matt. 24. c. 31
1. Cor. 15. g. 52

Nam ipse Dominus cum hortationis cla
more & uoce Archangeli ac tuba Dei descé
det de cœlo: & qui mortui fuerint in Chri
sto, resurgent primum.

16 ὅτι αὐτὸς ὁ κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φω
νῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι θεοῦ καταβήσε
ται ἀπ' οὐρανοῦ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐν χριστῷ ἀναστή
σονται πρῶτον·

Deinde nos uiui, qui reliqui erimus, rapie
mur simul cũ eis in nubes, in occursum Do
mini in aera: & ita semper cum Domino e
rimus.

17 ἔπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι
ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις
εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου εἰς ἀέρα, καὶ οὕτω
πάντοτε σὺν κυρίῳ ἐσόμεθα.

Itaque consolemini alij alios istis sermo
nibus.

18 ὥστε παρακαλεῖτε ἀλλήλους ἐν τοῖς λόγοις
τούτοις. B

CAPVT V.

ΚΕΦΑΛ. ε.

Timotheum qua
lis

Orrò de temporibus & opportunitati
bus, fratres, nó est opus ut uobis scribã.

1 Περὶ δὲ τῶν χρόνων καὶ τῶν καιρῶν, ἀδελ
φοί, οὐ χρείαν ἔχετε ὑμῖν γράφεσθαι·

Mat. 24. d. 44
2. petr. 3. a. 3
apoc. 3. a. 3
& 16. c. 15

Ipsi enim penitus scitis quòd dies ille Do
mini, ut fur in nocte, ita uenturus sit.

2 αὐτοὶ γὰρ ἀκριβῶς οἴδατε, ὅτι ἡμέρα κυ
ρίου ὡς κλέπτης ἐν νυκτί, οὕτως ἔρχεται.

Quum enim dixerint, Pax, & tuta omnia:
tunc repentinum eis imminet exitium, sicu
ti dolor partus mulieri uterum ferenti: nec
effugient.

3 ὅταν γὰρ λέγωσιν, εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια,
τότε αἰφνίδιος αὐτοῖς ἐφίσταται ὄλεθρος, ὥσ
περ ἡ ὠδὶν τῇ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, καὶ οὐ μὴ ἐκφύ
γωσιν,

At uos fratres, non estis in tenebris, ut di
es ille uos, tanquam fur, deprehendat.

4 ὑμεῖς δέ, ἀδελφοί, οὐκ ἐστὲ ἐν σκότει, ἵνα ἡ
ἡμέρα ὑμᾶς ὡς κλέπτης καταλάβῃ.

Omnes uos filij lucis estis, ac filij diei: nõ
sumus noctis, neque tenebrarum.

5 πάντες ὑμεῖς υἱοὶ φωτός ἐστε, καὶ υἱοὶ ἡμέ
ρας· οὐκ ἐσμὲν νυκτὸς, οὐδὲ σκότους.

Nempe igitur ne dormiamus ut reliqui,
sed uigilemus & sobrij simus.

6 ἄρα οὖν μὴ καθεύδωμεν, ὡς καὶ οἱ λοιποί,
ἀλλὰ γρηγορῶμεν καὶ νήφωμεν·

Nam qui dormiunt, noctu dormiunt: &
qui inebriantur, noctu sunt ebrij.

7 οἱ γὰρ καθεύδοντες, νυκτὸς καθεύδουσι· καὶ
οἱ μεθυσκόμενοι, νυκτὸς μεθύουσι.

Esa. 59. c. 17
ephes. 6. c. 17

At nos qui sumus diei, sobrij simus, indu
tithorace fidei & charitatis: & pro galea, spe
salutis.

8 ἡμεῖς δὲ ἡμέρας ὄντες, νήφωμεν, ἐνδυσά
μενοι θώρακα πίστεως καὶ ἀγάπης, καὶ περικε
φαλαίαν, ἐλπίδα σωτηρίας·

Nam non cõstituit nos Deus ad iram, sed
ad salutem obtinendam per Dominum no
strum Iesum Christum,

9 ὅτι οὐκ ἔθετο ἡμᾶς ὁ θεὸς εἰς ὀργὴν, ἀλλ' εἰς
περιποίησιν σωτηρίας, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰη- C
σοῦ χριστοῦ,

Qui mortuus est pro nobis, ut siue uigile
mus, siue dormiamus, simul cũ eo uiuamus.

10 τοῦ ἀποθανόντος ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα εἴτε γρηγορῶ
μεν, εἴτε καθεύδωμεν, ἅμα σὺν αὐτῷ ζήσωμεν.

Quapropter adhortemini alij alios, & æ
dificetis singuli singulos, sicut & facitis.

11 διὸ παρακαλεῖτε ἀλλήλους, καὶ οἰκοδομεῖτε
εἷς τὸν ἕνα, καθὼς καὶ ποιεῖτε.

Rogamus autem uos, fratres, ut agnoscatis eos qui laborant inter uos, & præsunt uo
bis in Domino, & admonent uos:

12 ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, εἰδέναι τοὺς κο
πιῶντας ἐν ὑμῖν, καὶ προϊσταμένους ὑμῶν ἐν
κυρίῳ, καὶ νουθετοῦντας ὑμᾶς,

16 Cum hortationis clamore ἐν κελεύσματι, Græci κέλευσμα, id est hortamẽ, appellant quod præcipuè apud nautas est quasi solenne, ut scilicet uno ueluti concentu remos adducant. Apostolus ergo magnificentiam & celebritatem aduentus Domini repræsentat, facta scilicet celeusmatis, uocis Archangeli & tubæ mentione, ut mortui etiam ipsi aduentus Dei sonitum audiant, ut Matth. 24. c. 31. & 25. a. 6. & Iohan. 5. c. 28. Subtilius autem de his rebus nolim quidem ego philosophari. In Christo ἐν Χριστῷ. Vide suprà uerſ. 14.

17 Rapiemur ἁρπαγησόμεθα Repente scilicet & oculi momẽto immutata corporum nostrorum qualitate, idq; absque morte, cuius scilicet in locum illa immutatio succedet, ut 1. Corinth. 15. g. 51 & 52.

IN CAPVT V.

1 Opportunitatibus τῶν καιρῶν. Vulg. momentis. Erat articulis temporum. Vide Act. 1. b. 7. Mirum est autem, quum tam expresse hæc scripta sint, & ante etiam à Christo ipso pronũtiata, repertos semper aliquos fuisse qui in hoc inquirendo arcano sese & alios fatigarent, & quidem prolato nescio quo somnio, quod miror non pudere quosdã Eliæ propheræ tribuere. Apage uero istam non iam ridiculam, sed etiam impiam ac profanam curiositatem. 5 Filij lucis υἱοὶ φωτός. Vide Ephes. 5. b. 6. 8 Induti ἐνδυσάμενοι. Vide Ephes. 6. c. 14. 12 Agnoscatis tales esse quales sunt, dignos uidelicet quos in maximo pretio habeatis. Ita enim Agnoscendi uocabulũ alibi etiam usurpatur, ut Matth.

A Matth.7.d.23.& 1.Cor.5.c.16.Verum qui hunc honorem à suis flagitant, prius circunspiciant ecquid sibi conueniant eæ notæ quas subijcit Apostolus. Neque enim hic ulla bullarum, datarum, dispensationum, totius denique Pontificiæ nundinationis mentio. In Domino ὐν Κυρίῳ. Id est, in ijs quæ ad cultum Dei spectant. Sic Ecclesiasticum munus à ciuili administratione, & ueros pastores à lupis distinguit.

καὶ ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ἐν ἀγάπῃ διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν. ἐιρηνεύετε ἐν ἑαυτοῖς.

13 Et quàm maximè charos ducatis, propter opus ipsorũ: pacem colite inter uos mutuò.

παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους, παραμυθεῖσθε τοὺς ὀλιγοψύχους, ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενῶν, μακροθυμεῖτε πρὸς πάντας.

14 Precamumur autem uos, fratres, monete inordinatos, cõsolamini qui pusillo animo sunt, subleuate infirmos, patientes estote erga omnes.

ὁρᾶτε μή τις κακὸν ἀντὶ κακοῦ τινὶ ἀποδῷ, ἀλλὰ πάντοτε τὸ ἀγαθὸν διώκετε καὶ εἰς ἀλλήλους καὶ εἰς πάντας.

15 Videte nequis malum pro malo cuipiam reddat: semper beneficentiam sectemini, tũ inter uos mutuo, tum erga omnes.

Prouerb.17.b 25.& 20.d.10 matth.5.f.44 rom.12.d.17 1.pet.3.b.9 Eccli.18.c.22 luc.18.a.2

πάντοτε χαίρετε.

16 Semper gaudete.

ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε.

17 Indesinenter orate.

ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε· τοῦτο γὰρ θέλημα θεοῦ ἐν χριστῷ ἰησοῦ εἰς ὑμᾶς,

18 In omnibus gratias agite: hęc enim est uoluntas Dei per Christum Iesum erga uos.

τὸ πνεῦμα μὴ σβέννυτε.

19 Spiritum ne extinguatis.

προφητείας μὴ ἐξουθενεῖτε.

20 Prophetias ne pro nihilo habeatis.

πάντα δοκιμάζετε· τὸ καλὸν κατέχετε.

21 Omnia explorate: quod bonum fuerit retinete.

B

ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε.

22 Ab omni specie mali abstinete.

αὐτὸς δὲ ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης ἁγιάσαι ὑμᾶς ὁλοτελεῖς· καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα ἀμέμπτως ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ τηρηθείη.

23 Ipse autem Deus pacis *author* sanctificet uos totos: & integer uester spiritus, et anima & corpus inculpatè in aduentum Domini nostri Iesu Christi seruentur.

Spiritus. Anima. Corpus.

13 Et quàm maximè charos ducatis Καὶ ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ἐν ἀγάπῃ. Vulgata, ut habeatis illos abundãtius in charitate. quo modo scilicet dicimus in uernaculo sermone, *auoir, enamour*. Erasmus, ut habeatis illos in summo pretio per charitatẽ. At ego non memini legere ἡγεῖσθαι simpliciter positum, pro in pretio habere: idque potius crediderim agnoscendi uerbo significatum in superiore uersiculo. Propter opus ipsorum διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν. Vbi ergo cessat hæc causa, cesset etiã honor, & expellatur lupus è grege. Pacem colite inter uos mutuò εἰρηνεύετε ἐν ἑαυτοῖς. Vetus interpres & Erasmus legunt ἐν αὐτοῖς cum eis, sed omnibus nostris ueteribus libris & Græcis quoque scholijs repugnantibus. Mihi uerò propterea etiam magis placet legere ἐν ἑαυτοῖς, quòd ita etiam comprehenduntur ipsi pastores, quibus cum præcipue debet gregi conuenire. Deinde dicendum potius fuisset εἰρηνεύειν, ut omnia cohærerent.

14 Monete inordinatos νουθετεῖτε ἀτάκτους, Ita solet Liuius hoc nomen usurpare de militibus qui stationem non seruent. eleganter autem transtulit Paulus ad eos non qui sunt intractabiles, ut putauit Erasmus, sed qui tamen aliter quàm per infirmitatem peccant. Neque νουθετῶν significat corripere, ut Græcus etiam scholiastes rectè monet: sed officij admonere, & quasi amissam mentem reponere, ut ipsa uerbi notatio declarat. Indomitis autem alia sunt adhibenda seueriora remedia, de quibus non instituit agere Apostolus hoc in loco: sed de ijs duntaxat officijs, quæ priuata quidem sunt, ad quosuis tamen fideles spectant. Itaque Vetus interpres non rectè conuertit, corripite inquietos, & multo etiam minus apposite quidam interpretatus est, castigate incompositos.

15 Beneficentiam τὸ ἀγαθόν. Vulg. & Eras. quod bonum est. nimium largè, ut apparet ex oppositio membro: quã uis hæc quoque sententia uera sit.

16 Gaudete χαίρετε. Gaudium uocat, suo more, tranquillitatem illam animi in Christo acquiescentis & sibi bene conscij, quæ facit ut in medijs etiam doloribus exultemus, Rom. 5.a.3. & 2. Corinth. 6.c.10.

C

18 Voluntas τὸ θέλημα. Id est, res Deo accepta, & qua in primis delectatur. Vel ista per anthypophoram dicta sunt. Poterat enim excipi, Qui fieri potest ut semper gaudeamus, semper gratias agamus, quum perpetuæ nos tempestates premant; Imò, inquit Apostolus, hoc ipsum est quo uos oportet sollicitari ad gratiarum actionem. Sic enim Deus suam in uos beneuolentiam testatur. Rom. 8.f.29. Philip. 1.d.29. Matth. 5.b.11 & 12. Possumus autem ἐν παντὶ, uel ad res ipsas, uel ad quasuis circunstantias referre.

19 Spiritum τὸ πνεῦμα. Id est, Dei afflatum, ac lumen in mentibus nostris refulgens. At enim, dicet aliquis, Si in electis nunquam extinguitur, frustra hoc præcipitur. Hoc uerò pernego. Imò uero nõ extinguitur in electis, quia perpetuo fouent: ut autem perpetuo foueant, istis exhortationibus adducuntur. Nam qui constituit Spiritum in electis suis nunquam extinguere, simul constituit & patefecit quibus rationibus illum uelit fouere, perpetuò scilicet in pietate progressu.

20 Prophetias προφητείας. Id est, uerbi Dei siue Euangelicę doctrinæ interpretationes, ut 1. Cor. 14.a.3. Quod si ore explicare, certè etiam scriptis interpretari uerbum Domini non modo licet, uerùm etiam utile ac necessarium est, ut qui aliter censent. & hodie clamitant plus satis esse librorum, dignissimi sint quos communi consilio tota Dei Ecclesia pro communibus totius humani generis hostibus execretur. Et tamen hoc obtinuit Satan ut in ipsis Ecclesiæ uisceribus hodie nonnulli uersentur, quos non pudeat & quibus etiam impunè hoc dicere liceat, idque in eos ipsos quorum potissimum laboribus ac uigilijs sunt adiuti: nempe ut sese modis omnibus sceleratos esse prodant. Sed illos nimirum Deus suo tempore tractabit ut par est. Interim det Dominus fidelibus Dei Prophetis, ut contemptis istorum canum latratibus, fortiter pergant.

22 Ab omni specie mali ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ. Id est, quicquid uel ullam mali speciem præ se fert, ab eo abstinete. Fideles autem alloquitur, qui certam illam regulam teneant distinguendi bona à malis. Eant nunc Pseudoni codemitæ, & quiduis inter ἀδιάφορα numerent.

23 Sanctificet ἁγιάσαι. id est, à mundo separatos sibi consecret, suo spiritu in Christo, in quo uno ueram illam

pacem consequemini. Vide Rom.5. a.1. Quod autem sequitur ita explico cum doctissimo interprete, ut quod in genere dictum erat, per partes explicetur. Mentem igitur puto Spiritus appellatione significari, siue illud ἡγεμονικὸν, in quo sæpe iam diximus præcipuam labem inesse: animam uerò reliquas inferiores facultates. non quasi duæ sint animæ, sed quod suo more Paulus functiones unius eiusdemq; animæ distribuat: quum alicubi tres etiam facultates commemoret, ut diximus Ephes. 4. d.17. Corporis uerò nomine satis constat animæ domicilium significari. Tum demum igitur homo integer sanctificatus fuerit quum nihil cogitabit Spiritus, nihil appetet anima, nihil exequetur corpus, quod cum Dei uoluntate non cosentiat. Id uerò quando tandem fiet? In aduentu Domini nostri, ut subijcit Paulus, & postea etiam significauit Rom.7.c.15 & d.24. & Phil.3.c.13 & 14. A

Christum Saluatorem.

Fidelis est qui uocauit uos, qui etiam *id* efficiet. 24 πιστὸς ὁ καλῶν ὑμᾶς, ὃς καὶ ποιήσει.

Fratres, orate pro nobis. 25 ἀδελφοί, προσεύχεσθε περὶ ἡμῶν.

Salutate fratres omnes cũ osculo sancto. 26 ἀσπάσασθε τοὺς ἀδελφοὺς πάντας ἐν φιλήματι ἁγίῳ.

Adiuro uos per Dominum, ut recitetur hæc epistola omnibus sanctis fratribus. 27 ὁρκίζω ὑμᾶς τὸν κύριον, ἀναγνωσθῆναι τὴν ἐπιστολὴν πᾶσι τοῖς ἁγίοις ἀδελφοῖς.

Gratia Domini nostri Iesu Christi *sit* uobiscum. Amen. 28 ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' ὑμῶν. ἀμήν.

Ad Thessalonicenses prima, scripta fuit Athenis. πρὸς Θεσσαλονικεῖς πρώτη ἐγράφη ἀπὸ Ἀθηνῶν.

24 Fidelis πιστός. Heb נאמן, id est, semper idem & sibi constans, quique uerè præstet quod promisit. Est autem uocatio efficax, nihil aliud quàm certa uoluntatis Dei declaratio. Itaque firma est electorum salus. Qui etiam id efficiet ὃς καὶ ποιήσει. Id est, uos totos perficiet. Cohæret enim hoc cũ superiore sententia. Complutensis tamen editio legit ὃς καὶ ποιήσει τὴν ἐλπίδα ὑμῶν βεβαίαν. id est, qui etiam spem uestram firmam efficiet.

26 Cum osculo sancto ἐν φιλήματι ἁγίῳ. Vide Rom.16.c.16.

29 Athenis ἀπὸ Ἀθηνῶν. Hæc extrema palam addita esse ex Græcorum interpretum sententia, non autem ab ipso Paulo, uel ex eo liquet quòd magna sit in plerisque diuersitas, ut de istis minimè sit nefas ambigere. Hanc igitur epistolam cur Corintho non autem Athenis missam esse putem, hoc habeo argumentum quòd in secũdo capite memineritTimothei à quo sustinuerit solus relinqui Athenis, quum eum ad Thessalonicenses mitteret. Itaque Silas tũ non redierat ad Paulum. Subijcit deinde, Timotheum ad se iterum redijsse, ex quo intellexisset quæ Thessalonicensium esset constantia. Liquet aũt ex Actis Apostolorum quum Paulus digressus Athenis, ubi substiterat Silam & Timotheum expectans, Corinthum uenisset, & aliquandiu illic esset uersatus, tum demum ad illos ad eum rediisse: quorũ etiam aduentu sit magnopere confirmatus. Act.17 c.14. & d.16. Itaque mihi prorsus fit uerisimile Siluanum hunc ipsum esse quem Lucas Silam uocet. quumq; illi Corinthum uenissent, & Timotheus Paulo significasset, à quo Athenis rursum (quod Lucas præterijt) Thessalonicã missus fuerat, Ecclesiæ Thessalonicensiũ statũ, hanc epistolã ad illos comuni ipsorũ trium nomine Corintho missam fuisse. Silã aũt, qui & Syluanus dicitur, apparet ex Apostolorũ actis, Beroeæ relictũ cũ Timotheo, tantisper illic mansisse, dũ Timotheus Athenas, & rursus, Pauli mandato, Athenis Thessalonicã, regressus, ipsum tãdẽ in reditu assumeret, ut unà Corinthũ ueniret. Nolui tñ quicquã mutare, ex cõiectura. B

EPISTOLA PAVLI AD Thessalonicenses secunda.

Παῦλος ἀποστόλος ἡ πρὸς Θεσσαλονικεῖς ἐπιστολὴ δευτέρα.

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

CAPVT I.

ΚΕΦΑΛ. α. C

PAulus Et Syluanus ac Timotheus Ecclesiæ Thessalonicensium *quæ est* in Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo: 1 ΠΑΥΛΟΣ καὶ Σιλουανὸς καὶ Τιμόθεος τῇ ἐκκλησίᾳ Θεσσαλονικέων ἐν θεῷ πατρὶ ἡμῶν καὶ κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ.

1.Thess.1.a.2 *Charitas. Fides.* Gratia *sit* uobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. 2 χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Gratias agere debemus Deo semper de uobis fratres, ut par est, quòd uehementer augescat fides uestra, & abundet mutua cuiusque omnium uestrum charitas: 3 εὐχαριστεῖν ὀφείλομεν τῷ θεῷ παντοτε περὶ ὑμῶν, ἀδελφοί, καθὼς ἄξιόν ἐστιν, ὅτι ὑπεραυξάνει ἡ πίστις ὑμῶν, καὶ πλεονάζει ἡ ἀγάπη ἑνὸς ἑκάστου πάντων ὑμῶν εἰς ἀλλήλους.

Adeo ut nos de uobis gloriemur apud Ecclesias Dei, *id est* de tolerãtia uestra & fide in omnibus persecutionibus uestris & oppressionibus quas toleratis. 4 ὥστε ἡμᾶς αὐτοὺς ἐν ὑμῖν καυχᾶσθαι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ θεοῦ, ὑπὲρ τῆς ὑπομονῆς ὑμῶν, καὶ πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς διωγμοῖς ὑμῶν, καὶ ταῖς θλίψεσιν, αἷς ἀνέχεσθε,

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 *Quæ est* in Deo ἐν θεῷ. Subauditur articulus τῇ. Diximus autem quæ uis sit huius formulæ, superiore epistolæ, cap.2.c.14. 3 Vehementer augescat ὑπεραυξάνει. Id est, quod quum antea excreuerit, quotidie etiam ad illud incrementum

A crementum aliquid accedat. Vulgata, supercrescit. Cuiusque omnium uestrum ἑνὸς ἑκάστου πάντων ὑμῶν. Si duntaxat dixissent omnium uestrum, uideri hoc poterat ad Ecclesiam in genere duntaxat pertinere: nūc uerò quum hoc addunt, sigillatim etiam unumquenque Thessalonicensium pulcherrimo testimonio exornant.

ἔνδειγμα τῆς δικαίας κρίσεως τοῦ θεοῦ, 5
εἰς τὸ καταξιωθῆναι ὑμᾶς τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ, ὑπὲρ ἧς καὶ πάσχετε·

Quæ res manifesto est indicio iusti iudicij Dei: ad hoc ut digni habeamini regno Dei, pro quo etiam *ista* patimini: Iudæ. 6

εἴπερ δίκαιον παρὰ θεῷ ἀνταποδοῦναι τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς θλῖψιν, 6

Siquidem iustum est apud Deum, uicissim reddere ijs qui affligunt uos, afflictionem:

καὶ ὑμῖν τοῖς θλιβομένοις ἄνεσιν μεθ' ἡμῶν ἐν τῇ ἀποκαλύψει τοῦ κυρίου ἰησοῦ ἀπ' οὐρανοῦ μετ' ἀγγέλων δυνάμεως αὐτοῦ, 7

Vobis uerò qui affligimini, relaxationem nobiscum, quum patefiet Dominus Iesus de cælo, cum Angelis potentiæ suæ, 1. Thes. 4. d. 16

ἐν πυρὶ φλογὸς, διδόντος ἐκδίκησιν τοῖς μὴ εἰδόσι θεὸν, καὶ τοῖς μὴ ὑπακούουσι τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ· 8

Christum flammeo incendio, infligens ultionem ijs qui non nouerunt Deum, neque auscultant Euangelio Domini nostri Iesu Christi.

οἵτινες δίκην τίσουσιν, ὄλεθρον αἰώνιον, ἀπὸ 9
προσώπου τοῦ κυρίου, καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ,

Qui pœnam pendent æterno exitio, *damnati* à præsente Domino, & potente ipsius gloria:

ὅταν ἔλθῃ ἐνδοξασθῆναι ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, 10
καὶ θαυμασθῆναι ἐν πᾶσι τοῖς πιστεύσασιν, (ὅτι ἐπιστεύθη τὸ μαρτύριον ἡμῶν ἐφ' ὑμᾶς,) ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ.

Quum uenerit ut glorificetur in sanctis suis, & admirandus fiat in fidelibus omnibus, (quòd fides habita sit testimonio nostro apud uos) in die illo.

εἰς ὃ καὶ προσευχόμεθα πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἵνα ὑμᾶς ἀξιώσῃ τῆς κλήσεως ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ πληρώσῃ πᾶσαν εὐδοκίαν ἀγαθωσύνης, καὶ ἔργον πίστεως ἐν δυνάμει, 11

Cuius etiam rei gratia oramus semper pro uobis, ut uos dignetur ista uocatione Deus noster, & compleat omnē *suæ* bonitatis gratuitam beneuolentiam, & opus fidei potenter.

ὅπως ἐνδοξασθῇ τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ ἐν ὑμῖν, καὶ ὑμεῖς ἐν αὐτῷ, κατὰ τὴν χάριν τοῦ θεοῦ ἡμῶν, καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ. 12

Vt glorificetur nomen Domini nostri Iesu Christi in uobis, & uos in eo, ex gratia Dei nostri, & Domini Iesu Christi.

ΚΕΦΑΛ. β.

CAPVT II

Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, ὑπὲρ τῆς 1
παρουσίας τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, καὶ ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐπ' αὐτόν.

ROgamus autem uos, fratres, per aduentum Domini nostri Iesu Christi, et nostri aggregationem in eum.

5 *Quæ res* manifesto est indicio Ἐνδειγμα. Subaudio אשר cum uerbo subsantiuo. nam alioquin durior esset appositio, quum præcedat ὑπομονῆς & πίστεως secundo casu. Cæterum ἐνδειγμα conuerti manifestum indicium, ut nominis ipsius uim explicarem. Est enim σύνδεικνυμι quasi digito indicare. Aperit autem, ut opinor, Apostolus omnis nostræ consolationis fontem in aduersis, quum nos in ijs ærumnis quas pro Christo patimur, iuber, tanquam in claro aliquo speculo, futuri illius iusti iudicij exitum contemplari, quo scilicet nobis quidem regnum Dei & æterna quies adiudicabitur, impij uero iustas scelerum pœnas luent. Alioquin quomodo Deus esset iustus iudex? Ad hoc ut digni habeamini εἰς τὸ καταξιωθῆναι. Huc pertinet quod scriptum est Matth. 5. b. 11 & 12. Vide etiam quod scripsimus Philip. 1. d. 28. 8 Domini τοῦ κυρίου. Repetitio Hebraica antecedentis pro relatiuo.

11 Ista uocatione τῆς κλήσεως. Articulus uim habet ἀναφορικήν. Vocationem autem appellat non ipsam uocandi actionem, (iam enim Dominus Thessalonicenses, & quidem efficaciter, uocarat,) sed illud ipsum ad quod uocati erant, nempe cælestis illius regni gloriam. Similis est metonymiæ species, quum diuersas uitæ functiones uocationum nomine significamus, ad quas scilicet Dominus nos uocarit.

Omnem *suæ* bonitatis gratuitam beneuolentiam πᾶσαν εὐδοκίαν ἀγαθωσύνης. Id est, quod iam olim ipse ex gratuita & in uos propensa bonitate decreuit. Quid sit autem illud, declaratur Matth. 25. c. 34. & fusiciebat quidem unicum εὐδοκίας nomē (de quo sæpe iam multa diximus) ut omnia in solidum à gratia proficisci intelligeremus, sed quum sibi nunquam satisfaciat Apostolus in Dei prædicanda bonitate, adiunxit nomen ἀγαθωσύνης, quo singularis & omnibus numeris absoluta Dei bonitas declaratur. Quidam igitur nuper apostoli sententiam, ut mihi quidem uidetur, deprauauit, quum hunc locum ita conuerteret, Perficiatq; ut bonitatem ac fidei opus & libentissimè & fortiter persequamini & absoluatis, translato scilicet ad Thessalonicenses quod ad Deū potius refert. Vulgata, omnē uoluntatē bonitatis. Eras. omne bonum propositū uoluntatis. Opus fidei ἔργον πίστεως. Est igitur fides insigne Dei opus in nobis: neque hic quicquam Apostolus concurrenti libero arbitrio relinquit, quale quidem imaginantur sophistæ. Potenter ἐν δυνάμει. Vide Coloss. 1. d. 29. Vulg. & Eras. cum potentia.

12 Vt glorificetur ὅπως ἐνδοξασθῇ. Ἐν ὑμῖν malui interpretari in uobis, & ἐν αὐτῷ in eo, quàm per uos & per illum, cum Erasmo: ut summa illa coniunctio & participatio capitis & membrorum expressius declaretur. Pulchrè uero exprimit hic locus omnes illos salutis electorum gradus qui commemorantur Rom. 8. f. 30. Nam σύνδεσις ἀγαθωσύνης, propositum, prædestinationem, uocationem denique complectitur: opus fidei, iustificationem: quam demum sequitur glorificatio, eaque omnia, non partim ex gratia, partim ex libero arbitrio & inhærente iustitia, sed ex mera Dei gratia in Christo, in solidum.

IN CAPVT II.

1 Aggregationem ἐπισυναγωγῆς. Vulgata, congregationis, duplici errore, quum non sit otiosa præpositio ἐπὶ &

ἥκειν repetenda sit ἀπὸ νοὸς. Non potuit autem certius aduersus omnem diffidentiam & leuitatem remedium nobis ostendere, quàm cogitationem immensæ illius gloriæ cuius cum ipso Christo participes erimus in altero illo ipsius aduentu: nempe ne uel huius mundi splendor nos alliciat, uel crucis horridus aspectus terreat. A

Signa præcedentia aduentum Christi.

Ne citò dimoueamini à mente, neque tur- 2 bemini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam, tanquam per nos *scriptam*, quasi instet dies Christi.

εἰς τὸ μὴ ταχέως σαλευθῆναι ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ νοὸς, μήτε θροεῖσθαι, μήτε διὰ πνεύματος, μήτε διὰ λόγου, μήτε δι' ἐπιστολῆς, ὡς δι' ἡμῶν, ὡς ὅτι ἐνέστηκεν ἡ ἡμέρα τοῦ χριστοῦ.

Nequis uos seducat ullo modo. nam *non* 3 *adueniet dies Christi* quin uenerit defectio prius, & retectus fuerit homo ille sceleratus, filius *inquam* ille perditionis.

μή τις ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ κατὰ μηδένα τρόπον, ὅτι ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον, καὶ ἀποκαλυφθῇ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας,

Sese opponens & efferens aduersus quic- 4 quid dicitur Deus, aut numen: adeò ut in templo Dei tanquam Deus sedeat, præse ferens se esse Deum.

ὁ ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον θεὸν, ἢ σέβασμα, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ ὡς θεὸν καθίσαι, ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν ὅτι ἐστὶ θεός.

An non meministis quòd quum adhuc es- 5 sem apud uos, hoc dixerim uobis?

οὐ μνημονεύετε, ὅτι ἔτι ὢν πρὸς ὑμᾶς, ταῦτα ἔλεγον ὑμῖν.

2 A mente ἀπὸ τοῦ νοὸς. Mentis nomen simpliciter accipere malo quam pro sententia interpretari. Ita enim signi ficat Apostolus homines istorum impostorum fraudibus in furorem & insaniam rapi. Neque uerò, ut hoc comprobetur, necesse est ut Carpocratianorum, Valentinianorum, Manichæorum, Circumcellionum incredibilia pene mõ B
stra, ueterum denique exemplorum memoriam repetamus: Oriens crassissimis Mahumedis impostoris deceptus, ar tolatria à Pontifice in occidentem inuecta, Anabaptistarum, Libertinorum, Dauidistarum furiæ satis superq; ostendunt, communi etiam sensu priuari qui à uero Christianismo deficiunt. Neque per Spiritum μήτε διὰ πνεύματος. Id est, per somnia quibus prætexitur Spiritualis reuelationis nomen. Neque per sermonem μήτε διὰ λόγου. Id est, uel uiua uoce uel conscriptis libris. Dicitur enim etiam loqui qui scribit. Per epistolam δι' ἐπιστολῆς. Id est, scriptis uel mentitis, uel falsò expositis: sicut uerisimile est istos ex superiore epistola, ubi de die Domini disseritur, occasionem aliquam confirmandi istius erroris sumpsisse. Cæterum suggerit nobilissimus hic locus luculentissimam methodum tractandi de hæreticis, quorum historiam quisquis nouit, fatebitur nec uerius nec breuius nec planius quic quam de ijs dici potuisse: quum in ea tempora incidimus quibus, non iam sit diuinandum in quem potissimum ista competant, sed aperiendi duntaxat oculi, ut quæ futura prædixit Apostolus, præsentia cernamus. Quasi insister. ὡς ὅτι ἐνέστηκεν. Atqui dicitur dies Domini ἠγγικέναι. Iacob. 5. b. 8. & 1. Petri 4. b. 7. fateor. Sed qui dicit ista re, multo certius aliquid definit, & quasi tempus prætigit. Deinde quomodo hoc sit accipiendum docetur 2. Pet. 3. b. 8 & 9. Error autem istorum quorsum tendebat? nempe ut quum fideles uiderent diem Domini ultra præscriptum tẽ pus differri, uel impatientia deficerent, uel omnia ducerent pro fabulis. Interim uero fictitijs istis reuelationibus mirum ni pseudoprophetæ magnam sibi compararant sapientiæ opinionem, ad alios spargendos errores.

3 Nam *Non aduenit dies Christi* ὅτι. Hoc supplẽdum esse ostendit ipsa constructionis series. Homo ille sceleratus ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας. Vulg. ad uerbum, homo peccati: seruato idiotismo Hebrçorum. Loquitur autem Paulus de Antichristo, tanquam de uno quopiam homine, quum tamen totum Ecclesiasticæ tyrãnidis corpus intelligat: quam quisquis occupat, is est ille sceleratus de quo hic agitur: sed ita tamen ut peculiarem aliquam tyrannidem declaret, cui paulatim subseruierũt hæretici: atq; etiã per imprudẽtiã nõnulli ex sanctis ẽt & orthodoxis patrib. ut nũc res ipsa patefecit. Verũ aũt esse hãc interpretationẽ perspicuũ est ex ijs quæ scribuntur uers. 7. & ex rei euentu. Itaque manifestè sunt hallucinati quicunque de uno quopiam homine putarunt hoc intelligi: nisi dent mihi quempiã qui à Pauli seculo ad diem usque iudicij superstes maneat. Neque uerò aliter Daniel, qui cum hoc in loco mirè consentit Paulus, singularibus ursi, leonis, pardi, nominibus, multos reges intelligit in unum monarchiæ corpus iunctos. Filius *ignaui* ille perditionis ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας. Erasmus. filius perditus. Vide Iohan. 17. b. 12.

4 Sese opponens ὁ ἀντικείμενος. Vulgata, qui aduersatur. Eras. Qui est aduersarius: eodem quidem sensu, sed paulo durius. Alludit autem ad Satanæ nomen, ut Patrem referat Filius.

Aduersus quicquid dicitur Deus ἐπὶ πᾶν τὸ λεγόμενον θεὸν Eras. aduersus omnem qui dicitur Deus. Legit enim ἐπὶ πάντα, ut habere etiam fateor Græca exemplaria. Sed mihi tamen uberius uidetur quod sequutus est Vetus interpres, & Hieronymus quoque in quæstionibus: quanuis sententia ipsa eodem recidat, utrouis modo legas. Dicit C
enim Antichristum ad se translaturum non hominum modo honores omnes, sed etiam quicquid gloriæ cuicunque numini usquam fuit exhibitum. Ecquis enim unquam, præter hunc unum, dixit se pro suo arbitrio cælum reserare uel aperire, quiduis figere uel refigere, denique (ut ipse affirmat c. Si Papa, Distinct. 42) pleno iure currus animarum plenos secum ad tartara detrudere? regna & imperia transferre posse? Aut numen ἢ σέβασμα. Vulg. aut quod colitur. Vis, lector, ueram istius prophetiæ imaginem contemplari? Finge tibi quod abhinc septennium magno omniũ concursu gestum est, nempe, terrestrem illum Deum, quem uocant, circunstantibus suis creaturis, præeunte suo illo furfuraceo numine, crucibus ac reliquijs, quasi de Deo ipso sub his simulachris triumphantem, augusto illo suo habitu & triplici tiara in aurea sella sublimem transuectum: dein aureo malleo Paradisi ualuas (sic enim loquuntur) in lubilæo aperientem, & mox potentissimorum regum ac principum legatos, quosdam etiam præsentes, sublimem illum re ipsa ut alterum Deum adorantes, circunstantem turbam ab eo uitam æternam expectantem ac petẽtẽ, illum ad pedum suorum osculum (quibus ipsam etiam crucem atterit, quam simulat se tanto in pretio habere) miseros & cæcos homines uix admittentem. Nihil ne amplius? nempe hoc unũ, quo uictor iam Satanas, quasi ipsum etiam tædeat tantæ mundi stoliditatis, hominibus apertissimè illusit: illo scilicet in aureo suo throno considente, ex quo cælum & terram concutit, circunstantem primarium ex rubris illis suis cinædis, qui palãm (dicerè fane pudet, sed dicendum est quod palãm illi facere non erubescunt) testes illius contrectans, alta uoce exclamet, TESTICVLOS HABET. O cælum, non sudas quum hæc aspicis? ô terra, non farthiscis sub hoc onere? Ah, Domine, appare as tandem tuis, & sicut promisisti, ita etiam Spiritu oris tui impurum istum confice, ut tibi uni omnis laus, honor, & gloria tribuatur.

Tanquam Deus ὡς θεόν. Hoc etiam additur in Græcis, quod tamen Vetus interpres & Erasmus omittunt. Præse ferens ἀποδεικνύντα Heb. מראה id est ad uerbum, faciens se apparere. Vulg. ostendens se tanquam sit Deus, q^d Græcis non respondet, si uerba ipsa spectes. Erasmus, ostentans seipsum esse Deum.

6 Quid

A νῦν τὸ κατέχον οἴδατε, εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ ἑαυτοῦ καιρῷ. 6

(τὸ γὰρ μυστήριον ἤδη ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας, μόνον ὁ κατέχων ἄρτι ἕως ἐκ μέσου γένηται,) 7

καὶ τότε ἀποκαλυφθήσεται ὁ ἄνομος, ὃν ὁ κύριος Ἰησοῦς ἀναλώσει τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ καταργήσει τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ, 8

οὗ ἐστὶν ἡ παρουσία κατ' ἐνέργειαν τοῦ σατανᾶ ἐν πάσῃ δυνάμει καὶ σημείοις καὶ τέρασιν ψεύδους, 9

καὶ ἐν πάσῃ ἀπάτῃ τῆς ἀδικίας ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις, ἀνθ' ὧν τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας οὐκ ἐδέξαντο εἰς τὸ σωθῆναι αὐτούς. 10

καὶ διὰ τοῦτο πέμψει αὐτοῖς ὁ θεὸς ἐνέργειαν πλάνης, εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς τῷ ψεύδει, 11

ἵνα κριθῶσι πάντες οἱ μὴ πιστεύσαντες τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλ' εὐδοκήσαντες ἐν τῇ ἀδικίᾳ. 12

B ἡμεῖς δὲ ὀφείλομεν εὐχαριστεῖν τῷ θεῷ πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι ὑπὸ κυρίου, ὅτι εἵλετο ὑμᾶς ὁ θεὸς ἀπ' ἀρχῆς εἰς σωτηρίαν ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος καὶ πίστει ἀληθείας, 13

Nunc uerò quid obstet nostis, ut is suo tempore retegatur. 6

Iam enim peragitur mysteriũ iniquitatis: tantùm qui nunc obstat, *obstabit* usquedum è medio sublatus fuerit. 7

Et tunc retegetur impius ille, quem Dominus conficiet Spiritu oris sui, & illustri ad uentu suo abolebit. 8 Esa.11.a.4.

Illum inquam cuius est aduentus ex efficacitate Satanæ, cum omni potentia, & signis, ac prodigijs mendacibus. 9

Et cum omni fraude iniustitiæ in iis qui pereunt: pro eo quòd amorem ueritatis nõ receperunt ut salui fierent. 10

Propterea igitur mittet illis Deus efficacitatem deceptionis, ut credant mendacio. 11

Vt damnentur omnes qui non crediderũt ueritati, sed acquieuerunt in iniustitia. 12

Nos autem debemus gratias agere Deo semper de uobis, fratres dilecti à Domino, quòd elegerit uos Deus ab initio ad salutem per sanctificationem Spiritus ac fidem ueritatis. 13

6 Quid obstet τὸ κατέχον. Id est τί τὸ κατέχον, quid eum remoretur ac retineat, ut suo demum tempore patefiat. Nam τὸ κατέχειν etiam αὐξησιν πολιτείαν καὶ ἐμπολίτευσιν accipitur: & nisi additum esset ἐν τῷ ἑαυτοῦ καιρῷ, id est suo tempore, non dicendum fuisset ἵνα τὸ ἀποκαλυφθῆναι, ut patefiat, sed μὴ ἔχει ἀποκαλυφθῆναι, id est quominus patefiat. Sed & τὸ κατέχον fortassis rectius exposueris τὸ κρατοῦν, id est quod rerum potitur, & similiter paulo post ὁ κατέχων. Omnino enim utrouis modo interpreteris, mihi placet Chrysostomi sententia, qui ad Romanum imperium hoc refert: quo stante, quomodo Pontifex Romanus eò deuenisset, ut Romæ Dominus fieret? Neque enim Romanus imperator meritò dici potest qui Romam ipsam imperij metropolin non obtinet: & quàm uerè id censuerint, Tertullianus, Chrysostomus & post eum etiam Hieronymus ad Algasiam, rei ipsius exitus ostendit, ut hoc quidem uni Romano Pontifici conuenire septem illis montibus insidenti, quorũ sit mentio Apoc.17.c.9, ne ipse quidem possit inficiari. 7 Peragitur ἐνεργεῖται. Vel agit. Iam enim erant multi Antichristi ut 1. Ioh.2.c.18. Tantùm qui nunc obstat, &c. μόνον ὁ κατέχων ἄρτι, ἕως ἐκ μέσου γένηται. Vel, tantùm qui nunc rerum potitur, *potietur* usquedum è medio tollatur: quo demum sublato retegetur impius ille, &c. Ita non modò plana & cohærens erit sententia, sed etiam cum ipso rerum exitu prorsus consentiens. neque ulla uis uerbis afferetur. Nam eiusmodi eclipses repetiti eiusdem uerbi, tæpissime occurrunt, ut 2. Corinth.1.b.6, & 2.b.10, & 5.c.13. Vulgata, tantùm ut qui tenet nunc teneat, dõnec de medio fiat. quæ interpretatio non modò est absurda, sed Græcis etiam nullo modo respondet. Erasmus, tantùm qui tenet, in præsentia teneat, donec è medio tollatur, non multo fœlicius expressa Apostoli sententia.

8 impius ille ὁ ἄνομος. Ad uerbum, exlex, id est qui Legem Dei prorsus conculcabit. Vulgata & Erasmus iniquus ille, non satis expresse.

Conficiet ἀναλώσει. Id est, ad nihilum rediget, quod Hebræi significant uerbo כלה & בלח Spiritu oris sui τῷ πνεύματι τοῦ στόματος. Id est, uerbo suo. Est autem huius periphrasis magnum pondus. quo scilicet significatur ueros Ecclesiæ ministros esse instar oris per quod effiet Dominus potens illud & æternum uerbum, quo, tanquam ferrea & solidissima uirga, omnes aduersarios nostros conteret. Itaque Esa 11.a.4, hoc ipsum uerbum שבט פה ורוח שפתים id est sceptrum oris, & spiritus labiorum uocatur.

9 *Illum inquam* cuius aduentus ὃν ἡ παρουσία. Relatiuum, Hebræorum more, nõ ad proximum, sed ad superius refertur. Itaque nonnihil suppleuimus, perspicuitatis causa. Cum omni potentia σὺν πάσῃ δυνάμει. Διὰ παντὸς suo more, uocat potestatem edendi res prodigiosas. quam & ipsam habent interdum impij à Deo, sed partim fallacem ac prodigiosam, partim etiam qua abutantur ad falsam stabiliandam doctrinam, ita postulante mundi perfidia, ut mox indicat Apostolus. Sed quorsum hæc omnia? minimè certè excurrit Apostolus, sed quum pseudapostoli hoc mendacio illicerent Thessalonicenses, instare diem Domini ac proinde Ecclesiæ redemptionem: Paulus contrà ex Spiritus Dei afflatu longè grauiora esse expectanda quam cuiquam potuerint in mentem uenire: nempe ut illi sese potius ad patientiam quàm ad quietem parent. Mendacibus ψεύδους Id est, partim falsis, cuiusmodi fere sunt omnia, ut res ipsa hodie ipsis etiam cæcis declarat: partim uerò mendacij stabiliendi causa editis. ut Antichristi tyrãnis ex oppositò comparetur cum Christi regno. 11 Efficacitatem deceptionis ἐνέργειαν πλάνης Id est, uim quandam in illis decipiendis efficacissimam, Matth.24.b.24. Eant nunc sophistæ, & Ecclesiæ suæ præscriptionem nobis obiciant.

12 Damnentur κριθῶσι. Id est καταδικασθῶσι, ut alibi sæpe. Acquieuerunt in iniustitia. εὐδοκήσαντες ἐν τῇ ἀδικίᾳ. Sententia est, Ita approbarunt iniustitiam, id est mendacia, (falsam scilicet doctrinã. ut ארן pro שרא accipiat) ut sibi in ea placuerint: qui summus est uesaniæ gradus. Vulg. cõsenserãt iniquitati. Eras. approbarũt iniustitiã nõ satis expresse. 13 Dilecti à Do. ἠγαπημένοι ὑπὸ Κυρίου. Non temerè hoc addit Paulus. Aperit enim electionis fontẽ, ut Deut. 7.b.8. Itaque sanctificatio Spiritus & fides ueritatis non sunt causæ, sed testimonia electionis æternæ, quum hi sint gradus quibus Dominus electos suos ad gloriam æternam euehit, ut Rom. 8. f.30. Ab initio ἀπ' ἀρχῆς. Id est ante iacta mundi fundamenta, Ephes.1.a.4. Vetus interpres legit ἀπαρχὴν primitias. i. ut primitiæ essetis: quo genere dicendi utitur etiam Apostolus Rom.16.a.5. Hinc etiam usus obtinuit ut illorum temporum Ecclesiam appellemus primitiuam.

Quò uocauit uos per Euangelium noſtrũ, ad obtinendam Gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti.

14 εἰς ὃ ἐκάλεσεν ὑμᾶς διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἡμῶν, εἰς περιποίησιν δόξης τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. A

Nempe igitur fratres ſtate, & tenete traditam doctrinam, quã edocti eſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram.

15 ἄρα οὖν, ἀδελφοί, στήκετε, καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις, ἃς ἐδιδάχθητε εἴτε διὰ λόγου, εἴτε δι' ἐπιστολῆς ἡμῶν.

Ipſe uerò Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & Deus ac Pater noſter, qui dilexit nos, & dedit cõſolationem æternã & ſpem bonam per gratiam.

16 αὐτὸς δὲ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ ὁ θεὸς καὶ πατὴρ ἡμῶν ὁ ἀγαπήσας ἡμᾶς, καὶ δοὺς παράκλησιν αἰωνίαν, καὶ ἐλπίδα ἀγαθὴν ἐν χάριτι,

Conſoletur ueſtra corda, & ſtabiliat uos in omni ſermone & opere bono.

17 παρακαλέσαι ὑμῶν τὰς καρδίας, καὶ στηρίξαι ὑμᾶς ἐν παντὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἀγαθῷ.

CAP. III.

ΚΕΦΑΛ. γ

Quod ſupereſt, orate, fratres, pro nobis ut ſermo Domini currat, & glorificetur ſicut & apud uos:

1 Τὸ λοιπὸν προσεύχεσθε, ἀδελφοί, περὶ ἡμῶν, ἵνα ὁ λόγος τοῦ κυρίου τρέχῃ καὶ δοξάζηται, καθὼς καὶ πρὸς ὑμᾶς,

Et ut eripiamur à turpibus ac ſceleratis hominibus. non enim omnium eſt fides.

2 καὶ ἵνα ῥυσθῶμεν ἀπὸ τῶν ἀτόπων καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων· οὐ γὰρ πάντων ἡ πίστις. B

Sed fidelis eſt Dominus, qui ſtabiliet uos & tuebitur à malo.

3 πιστὸς δέ ἐστιν ὁ κύριος, ὃς στηρίξει ὑμᾶς, καὶ φυλάξει ἀπὸ τοῦ πονηροῦ.

Confidimus autem per Dominum de uobis, quòd quæ denuntiamus uobis, & facitis & facturi ſitis.

4 πεποίθαμεν δὲ ἐν κυρίῳ ἐφ' ὑμᾶς, ὅτι ἃ παραγγέλλομεν ὑμῖν, καὶ ποιεῖτε καὶ ποιήσετε.

Porrò Dominus dirigat ueſtra corda ad charitatem Dei, & expectationem Chriſti.

5 ὁ δὲ κύριος κατευθύναι ὑμῶν τὰς καρδίας εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ θεοῦ, καὶ εἰς ὑπομονὴν τοῦ χριστοῦ.

Denuntiamus autem uobis, fratres, per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, ut ſubducatis uos ab omni fratre qui inordinatè ſe gerit, & non extradita doctrina quam accepit à nobis.

6 παραγγέλλομεν δὲ ὑμῖν, ἀδελφοί, ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, στέλλεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος, καὶ μὴ κατὰ τὴν παράδοσιν, ἣν παρέλαβε παρ' ἡμῶν.

Nam ipſi ſcitis quomodo oporteat imitari nos: quoniam nõ inordinatè geſſimus nos inter uos,

7 αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, πῶς δεῖ μιμεῖσθαι ἡμᾶς, ὅτι οὐκ ἠτακτήσαμεν ἐν ὑμῖν.

Per ſanctificationem Spiritus ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος. Id eſt, uos ſibi conſecrando, ut iam non ſecundũ carnem, ſed ſecundum Spiritum incedatis, Rom. 8. a. 1. Ac fidem ueritatis καὶ πίστει ἀληθείας. Id eſt, fide quę non mendacium, ſed ueritatem Dei, Euangeliũ ſcilicet, amplectatur. Itaq; qui ueram fidem conuerterit, non expreſſerit Pauli ſententiã. C

14 Per Euangelium διὰ τοῦ εὐαγγελίου. Id eſt, prædicatione Euangelij, & miniſterio noſtro. Habemus autem hoc in loco utranque uocationis partem diſerte expreſſam & quidem coniunctim, nempe uocantem Dominum, & miniſtrum, uocantis Domini organon.

15 Traditam doctrinam παραδόσεις, Id eſt παραγγελίας, quas diſertè commemorauit in ſuperiore epiſtola, cap. 2. a. 2. quamobrem etiam addidit διʼ ἐπιστολῆς per epiſtolam. Itaque falluntur qui παραδόσεις putant uocari dun taxat externos ritus ad politiam Eccleſiaſticam pertinentes: quum hic agatur de ipſa doctrina in qua ſtare oporteat quicunque ſalutem expectant à Domino. quo modo etiam idem nomen ſinguläri numero accipitur infrà cap. 3. b 6. ubi rurſus quænam fuerint hæc mandata explicat. Sed omnium hominum impudentiſſimi ſunt qui hũc locum citãt ut ſuarum ſuperſtitionum colluuiem imperitis hominibus uenditent. Nam ut taceam quod modò dixi, etiamſi uerum eſſet quod pro uero aſſumunt, cui tandem conceſſerint cuiuis licuiſſe quod Paulo licuit, aut iſtas fœtidas ſuperſtitiones ab eo ſpiritu profectas qui contraria prorſus ſtatuit 11. Cor, 11. b. 13, & 7. f. 30, Coloſſ. 2. c. 16, & 1. Tim. 4. a. 3.

IN CAPVT III.

2 A turpibus ἀπὸ τῶν ἀτόπων. Id eſt, qui ſui officij nullam curant habent. uel, inſolentibus, & qui facilè alios lædant. Vide Act. 28. a. 6. Eraſmus, ab abſurdis, quod mihi quidem abſurdum uidetur.

3 A malo ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Id eſt, à Satanæ inſidijs, ut reſpondeat ſuperiori uerſiculo. quanquam etiam neutro genere accipi poteſt, ut diximus.

4 Denuntiamus παραγγέλλομεν. Id eſt, à Domino accepta ſignificamus. Vide 1. Theſſ. 4. a. 2. Vulg. & Eraſ. præcipimus. 6 Tradita doctrina τῆν παράδοσιν. Vide ſupra 2. d. 15. Poſſumus autem ἐν ὀνόματι interpretari uel per nomen, cum Eraſmo, ut ſit grauiſſima obteſtatio: uel ſimpliciter, nomine, redundante ἐν, id eſt ב Hebræorum: ut ſignificet Paulus ſe non ut αὐτοπρόσωπα, ſed ut Chriſti legatum, tradere iſtas παραδόσεις. Leuiculum eſt aũt quòd Vetus interpres pro παρέλαβεν accepit, legit παρέλαβον acceperunt, conſentientibus codicibus nonnullis.

8 Edimus *acceptum* à quoquam ἐφάγομεν παρά τινος. Quidam legunt, ἐλάβομεν παρά τινος, accepimus à quoquam, idque ſortaſſis rectius.

10 Ia

A οὐδὲ δωρεὰν ἄρτον ἐφάγομεν παρά τινος, ἀλλ' ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ, νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐργαζόμενοι, πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα ὑμῶν. 8

Neq; gratis panem edimus *acceptum* à quo quam: sed cum labore & ærumna nocte dieque operantes, ad hoc nequem uestrum gra uaremus.

In eos qui nõ laborant manib.

οὐχ ὅτι οὐκ ἐχομεν ἐξουσίαν, ἀλλ' ἵνα ἑαυτοὺς τύπον δῶμεν ὑμῖν, εἰς τὸ μιμεῖσθαι ἡμᾶς. 9

Non quòd non habeamus hoc ius, sed ut nosmetipsos pro exemplari exhibeamus uobis, ad imitandum nos.

καὶ γὰρ ὅτε ἦμεν πρὸς ὑμᾶς, τοῦτο παρηγγέλλομεν ὑμῖν, ὅτι εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω. 10

Etenim quum essemus apud uos, hoc denuntiabamus uobis, ut siquis nollet operari, *is* nec ederet.

ἀκούομεν γάρ τινας περιπατοῦντας ἐν ὑμῖν ἀτάκτως, μηδὲν ἐργαζομένους, ἀλλὰ περιεργαζομένους. 11

Audimus enim quosdam uersantes inter uos inordinatè, nihil operis facientes, sed curiosè agentes.

τοῖς δὲ τοιούτοις παραγγέλλομεν καὶ παρακαλοῦμεν ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ, ἵνα μετὰ ἡσυχίας ἐργαζόμενοι, τὸν ἑαυτῶν ἄρτον ἐσθίωσιν. 12

Iis autem qui sunt istiusmodi, denuntiamus, & *eos* obsecramus per Dominum nostrum Iesum Christum, ut cum quiete operãtes, suo pane uescantur.

ὑμεῖς δέ, ἀδελφοί, μὴ ἐγκακήσητε καλοποιοῦντες. 13

Vos autem, fratres, ne segnescatis in bene faciendo.

εἰ δέ τις οὐχ ὑπακούει τῷ λόγῳ ἡμῶν, διὰ τῆς 14
B ἐπιστολῆς τοῦτον σημειοῦσθε, μὴ συναναμίγνυσθαι αὐτῷ, ἵνα ἐντραπῇ,

Quòd si quis non auscultat sermoni nostro, per epistolam hunc significate : & ne commercium habeatis cum eo, ut eum pudeat.

καὶ μὴ ὡς ἐχθρὸν ἡγεῖσθε, ἀλλὰ νουθετεῖτε ὡς ἀδελφόν. 15

Neq; ut inimicum ducatis, sed admonete ut fratrem.

αὐτὸς δὲ ὁ κύριος τῆς εἰρήνης δῴη ὑμῖν τὴν εἰρήνην διὰ παντὸς ἐν παντὶ τρόπῳ. ὁ κύριος μετὰ πάντων ὑμῶν. 16

Ipse autem Dominus pacis *author* det uobis pacem semper omni modo. Dominus sit cum omnibus uobis.

ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου, ὅ ἐστι σημεῖον ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ· οὕτω γράφω, 17

Salutatio, mea manu Pauli, quod est signũ in omni epistola: ita scribo.

ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν. 18

Gratia Domini nostri Iesu Christi, *sit* cum omnibus uobis. Amen.

Ad Thessalonicenses secunda missa fuit Athenis.

10 *Et* nec edat μηδὲ ἐσθιέτω. Vbi igitur Monachorum & sacrificorum ociosi uentres? Monachus (inquit Socrates Tripartitæ historiæ lib. 8) qui manibus non laborat, similis est prædoni.

C 14 Per epistolam διὰ τῆς ἐπιστολῆς. Hoc coniungo cum uerbo σημειοῦσθε significate. Ita enim plana est sententia: & consentiunt uetusti codices. Græci tamen interpretes iungunt cum λόγῳ, ut sit sententia, Siquis sermoni nostro per epistolam, id est nostræ epistolæ non auscultet, eum significate mihi. uel, si ὑμῶν legamus cum Chrysostomo, siquis sermoni uestro per epistolam, id est ijs quæ ex hac nostra epistola ipsi proponetis, non paruerit, &c. Vt eum pudeat ἵνα ἐντραπῇ. Id est, ut pudore uictus, desistat à malo. Vide Matth. 21. d. 37. Hic enim est excommunicationis scopus. Vide 1. Corinth. 5. a. 1, & 2. Corinth. 2. b. 7.

16 Omni modo ἐν παντὶ τρόπῳ. Vulg. in omni loco, ἐν παντὶ τόπῳ, quod certè melius conuenire puto, & amplexus etiam est Chrysostomus.

17 Quod est signum ὅ ἐστι σημεῖον, &c. Hoc signo uult supposititias epistolas à ueris dignosci.

Athenis ἀπὸ Ἀθηνῶν. Hanc quoque epistolam putarim ego, ut & superiorem, Corinthi scriptam, ubi sesquiannum docuit, authore Luca Act. 18. c. 11. Vide 1. Thess. 3. d. 29. Argumentum Græcis exemplaribus præfixum docet Romæ scriptam esse: quod multo etiam uidetur absurdius.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt urn:nbn:de:gbv:3:1-226230-p0705-1

EPISTOLA PAVLI AD Timotheum prima.

Παύλου ἀποστόλου πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολὴ πρώτη.

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

CAPVT I.

ΚΕΦΑΛ. α.

PAulus Apostolus Iesu Christi ex ordinatione Dei seruatoris nostri, & Domini Iesu Christi, qui est spes nostra.

1 ΠΑΥΛΟΣ ἀπόστολος ἰησοῦ χριστοῦ κατ' ἐπιταγὴν θεοῦ σωτῆρος ἡμῶν, καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν,

2 Timotheo germano filio in fide: Gratia *sit tibi*, misericordia, pax à Deo patre nostro, & Christo Iesu Domino nostro.

2 Τιμοθέῳ γνησίῳ τέκνῳ ἐν πίστει, χάρις ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ χριστοῦ ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν.

3 Quemadmodum rogaui te ut permaneres Ephesi, quum proficiscerer in Macedoniam, *permaneto*, ut denunties quibusdam ne diuersam doctrinam doceant.

3 καθὼς παρεκάλουνά σε προσμεῖναι ἐν ἐφέσῳ, πορευόμενον εἰς μακεδονίαν, ἵνα παραγγείλῃς τισὶ μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν,

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Dei seruatoris nostri θεοῦ σωτῆρος ἡμῶν. In Complutensi editione legitur, θεοῦ πατρὸς, καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, Dei patris, & seruatoris nostri Iesu Christi. Rursus in quodam alio codice legitur, τοῦ πατρὸς ἡμῶν θεοῦ, καὶ κυρίου ἰησοῦ, Patris nostri Dei, & Domini Iesu. Orta est autē proculdubio uarietas ista ab ijs qui Seruatoris nomen putarunt unius Christi personæ tribuendum: absurdè id quidem, quum Pater nos in Filio, & Filius nos Patri reconciliatos in carne sua seruarit. Vide Tit. 1. a. 3.

2 In fide ἐν πίστει. Hic erat character ex quo Paulus quasi pater filios legitimos à spurijs discernebat. Vel filio per fidem, id est, quem Domino genui per Euangelicam doctrinam, ut 1. Cor. 4. d. 14 & 15. Cæterùm in collocatione huius epistolæ cōperimus tres uetustos codices à reliquis dissentire, in eo quòd posteriori ad Thessalonicenses subijciunt epistolam ad Hebræos. neque uerò dubito quin id ab ijs factum sit qui quum nihil ambigerent epistolam illam ad Hebræos à Paulo scriptam esse, putarunt eam commodius reliquis epistolis coniungi quæ Ecclesijs inscribuntur: quibus demum subijciantur quæ ad singulares homines perscriptæ sunt. Sed reliqua exemplaria dissentiūt, & ex eo etiam argumento sit mihi uerisimile, ueteres, qui primi epistolas Pauli in ordinem digesserunt, epistolam ad Hebræos Paulo non tribuisse.

Misericordia ἔλεος. Hoc non solet Paulus adiungere, nisi ad Timotheum & Titum scribens. Misericordiam autem à gratia distinguo ut effectum à causa. Gratiæ enim nomine intelligo gratuitam illam & æternam Dei beneuolentiam, qui nos in Christo reconciliandos elegit. Eam igitur misericordia, id est gratuita iustificatio, consequitur: & hanc rursum pax illa fœlicissima quam mundus dare non potest: ut pulchrè hos gradus describit Apostolus Rom. 5. a. 1, & b. 8.

Et Christo Iesu Domino nostro καὶ χριστοῦ ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. Erasmus legit καὶ κυρίου χριστοῦ ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, & Domino Christo Iesu Domino nostro: assentiente, inquit, Theophylacto. Nos in uetustis nostris libris nusquam inuenimus κυρίου repetitum.

3 Rogaui παρεκάλεσα. Blando nocabulo utitur, singulare scilicet modestiæ exemplum relinquens quibusuis in maxima etiam authoritate constitutis. Iam uerò si, quod tamen falsissimum esse puto, Timotheus Ephesi talem egit Episcopum, quales postea Ecclesiam inuaserunt, quodnam hoc erat Pauli priuilegium, Episcopum non consulto domino Papa constituere? Sed has nugas iam rident etiam pueri.

Vt permaneres Ephesi προσμεῖναι. Antea cum Paulo oberrabat: tunc, ita ferente necessitate, uoluit eum Paulus Ephesi subsistere, non ut illi Ecclesiæ, tanquam Episcopus, addictus esset: sed ut Ecclesia constituta, pseudapostolis occurreret: unde etiam postea reuocatus est Romam ab ipso Apostolo. Nam & Ephesi quoque per biennium docuerat Apostolus: qui tamen Ephesinus Episcopus propterea non dicitur: neque constat an Timotheus postea sit Ephesum Roma reuersus, ut qui fuerit Euangelista. de quo munere alibi diximus, ac etiam de Episcopis, Philipp. 1. a. 1. Vulgata & Erasmus ut remaneres, quod non probo. Remanere enim dicitur qui alio discedente retro manet. Atqui neuter Ephesi erat quum hoc peteret Paulus à Timotheo, ut mox dicemus. Quum proficiscerer in Macedoniam πορευόμενος εἰς Μακεδονίαν. Ter omnino uidit Macedoniam Paulus, ut ex historiæ filo apparet. Quanuis enim non omnia perscripserit Lucas, ita tamen contextam historiam esse apparet, ut non plures profectiones in Macedoniam possint constitui. Primam igitur profectionem esse constat eam quæ refertur. Act. 16. cuius comes fuit Timotheus, quem Lystræ tum primum cognitum assumpsit.

Alteta commemoratur Act. 19. & in epistola ad Corinthios posteriore, cuius expeditionis etiam comitem fuisse Timotheum constat ex Act. 19. d. 22. & posterioris ad Corinthios epistolæ inscriptione: quam in Macedonia scriptā fuisse liquet ex cap. 9. a. 2, & 7. b. 5.

Tertia

A Tertia uerò demum ab eo suscepta est nō ex Asia, sed ex Græcia, ut insidias Iudæorum uitaret. Tum uerò ab eo plerosq; ex comitibus fuisse in Asiam dimissos, ac nominatim quidem Timotheum, diserte refertur. Act 20.2.4. Itaque Apostolus eum à se ac plerosque alios dimittens, proculdubio cum eis est de ijs colloquutus quæ ad Ecclesiarū Asiaticarum præsentem necessitatem spectabant, quanuis eos iterum Troade uiderit. Cur autem de Ephesina Ecclesia potissimum laborarer, eamq; idcirco nominatim charissimo suo Timotheo commendaret, multas causas habebat. Nam & primæ dignitatis erat, ut ab eius firma constitutione, salus multorum penderet, & in turbulentissimo statu coactus fuerat eam ueluti deserere. quamobrem etiam eorum potissimum presbyteros Miletū ad se, toti iam Asiæ ualedicens, accersiuit: ut copiosè refertur Act. 20. *Permaneto* ut denunties ἵνα παραγγείλῃς. Repetendum esse idem uerbum in subiectione, res ipsa ostendit: & familiaris etiam est Paulo hæc ellipsis, ut 2. Cor. 1 b. 6, & 2 b. 10, & 5. c. 13, & 2. Thess. 2. b. 7. Ne diuersam doctrinam doc. μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν. Vulg. ne aliter docerent. Ego malo ad ipsam doctrinæ substantiam quam ad docendi modum referre. Ne diuersam sequantur doctrinam. Id uerò potius discipulis quadrat quàm doctorib. Est autem usitatum ἑτεροῦ pro diuerso ac peregrino accipere, ut Act. 2. a. 4, & 1. Cor. 14. d. 21. Sed hoc notandum est, diuersam doctrinam dici, non eam modò quæ penitus alia est, sed etiam quæ ueram doctrinam adulterat. 1. cum uerbo Dei uel tantillum humanarum speculationum admiscetur: adeò ut ipsam quoque docendi formam complectatur hoc Pauli interdictū.

μηδὲ προσέχειν μύθοις καὶ γενεαλογίαις ἀπεράντοις, αἵτινες ἐκζητήσεις παρέχουσι μᾶλλον ἢ οἰκονομίαν θεοῦ τὴν ἐν πίστει.

4 Nec attendant fabulis & genealogijs infinitis, quæ potius quæstiones præbent quàm ædificationem Dei quæ est per fidem.

τὸ δὲ τέλος τῆς παραγγελίας ἐστὶν ἀγάπη ἐκ καθαρᾶς καρδίας καὶ συνειδήσεως ἀγαθῆς καὶ πίστεως ἀνυποκρίτου·

5 Porrò finis mandati, est charitas ex puro corde, & conscientia bona, & fide non simulata.

ὧν τινες ἀστοχήσαντες ἐξετράπησαν εἰς ματαιολογίαν,

6 A quibus quum quidam aberrarent, deflexerunt ad uaniloquentiam:

B θέλοντες εἶναι νομοδιδάσκαλοι, μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται.

7 Quum uelint esse Legis doctores, nec intelligant quæ loquuntur, neq; de quibus asseuerant.

οἴδαμεν δὲ ὅτι καλὸς ὁ νόμος, ἐάν τις αὐτῷ νομίμως χρῆται,

8 Scimus autem quòd bona sit Lex, si quis ea legitimè utatur.

εἰδὼς τοῦτο, ὅτι δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται, ἀνόμοις δὲ καὶ ἀνυποτάκτοις, ἀσεβέσι καὶ ἁμαρτωλοῖς, ἀνοσίοις καὶ βεβήλοις, πατρολῴαις καὶ μητρολῴαις, ἀνδροφόνοις,

9 *Nempe* sciens Legem iusto positā non esse, sed Legis contemptoribus, & iis qui subiici nesciunt, impiis & peccatorib. nefariis & prophanis, patricidis & matricidis, homicidis,

πόρνοις, ἀρσενοκοίταις, ἀνδραποδισταῖς, ψεύσταις, ἐπιόρκοις, καὶ εἴ τι ἕτερον τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ ἀντίκειται,

10 Scortatoribus, masculorum concubitoribus, plagiarijs, mendacib. periuris, & siquid aliud est quod sanæ doctrinæ sit oppositū.

κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τῆς δόξης τοῦ μακαρίου θεοῦ, ὃ ἐπιστεύθην ἐγώ.

11 *Quæ est* secundum gloriosum Euangelium beati Dei, quod concreditum est mihi.

χάριν ἔχω τῷ ἐνδυναμώσαντί με Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ὅτι πιστόν με ἡγήσατο, θέμενος εἰς διακονίαν,

12 Gratiam igitur ei habeo qui mihi has uires indidit, *id est* Christo Iesu Domino nostro: quòd me fidelem duxerit, ut qui *me* in ministerio collocarit:

C 4 Fabulis μύθοις. Id est curiosis ac uanis speculationibus, aut curis quarum unam speciem nominat, nempe genealogias: in quarum scilicet percensione nonnulli modū nullum tenerent: quum alioqui negligendæ non sint quas nobis tradidit uerbum Domini: ita tamen ut hic minimè hæreamus, ac consideremus Spiritus sancti in illis recensendis scopum, potius quàm in hoc ueluti campo nos fatigemus. Extat autem pulcherrimus locus & perappositus ad hoc Pauli dictum explicandum apud Suetonium In Tiberio: quem citauit doctissimus interpres. Maximè, inquit, curauit notitiam historiæ fabularis, usque ad ineptias ac derisum. Nam & Grammaticos, quod genus hominum præcipue, ut dixi, apperebat, eiusmodi ferè quæstionibus experiebatur, Quæ mater Hecubæ, quod Achilli nomen inter uirgines fuisset, quid Sirenes cantare sint solitæ. Eiusmodi igitur quæstiones si in rebus Sacris moueantur, fabulas ac genealogias hic uocari puto. Proponatur denique pro exemplo tota illa scholastica mataeologia, & uiuum habebimus illius uanitatis exemplar. Quæ est per fidem τῶν ἐν πίστει. Id est, solidam ac firmam, ex uerbo Dei, nostræ in Christo salutis & rerum ad eam pertinentium cognitionem ac πληροφορίαν, quam inanibus illis commentis oppo-nit. Cæterum uetusti codices pro οἰκοδομίαν legunt οἰκονομίαν. i. dispensationem quod mihi uiderur obscurius.

Finis mandati τὸ τέλος τῆς παραγγελίας. Id est Legis. Quorsum hoc? quia nimirum quæstionarij illi in suis quæstionibus, summam sapientiæ in suis commentis ponebant. quæ quidem ornabant speciosō Legis nomine.

Charitas ἀγάπη. Nec igitur extra cōscientiam bonam & charitas, nec extra fidem conscientia bona, nec fides extra Dei uerbum. Hæc qui dissoluit, a scopo aberrat, & pro ueritate uanitatem amplectitur.

9 Legem iusto ὅτι δικαίῳ. Id est, sciens Legem latam nō esse aduersus eum qui ad ipsius normam mores suos sponte componat: quales sunt ij soli quos Dominus uera doctrina & Spiritu Sancto imbuit. quod isti minimè omnium curant qui tamen Legis doctores uideri uolunt. Est enim generalis quidem hæc sententia, sed ad id de quo agitur accommodanda. Hoc autem Pauli dictum pulchrè expressit Antiphon, quanuis prophanus poeta, si modo ad Dei Legem transferas quod ille de ciuilibus præceptionibus dixit, ὁ μηδὲν ἀδικεῖν, θεῶν δόσις ἔστω νόμος.

Legis contemptoribus ἀνόμοις. Id est exlegibus, Vulg. & Erasmiuistis, non satis expresse Peccatoribus ἁμαρτωλοῖς. Id est, ueluti aliquam peccandi autem exercentibus, quos Hesiodus uocat πανδώρην ἀνθρώπων. 11 Secundum gloriosum Euang. κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τῆς δόξης. Id est, sicut ea traditur in glorioso Euangelio quod opponit inanib. arguti s. Ergo supplet articulus τῆς, ut sæpe annotauimus aliquoties. Non temerè autem Apostolus ad hanc narrationem descendit. Quum enim Timotheum adhortatus esset ueluti ad certamen cum omnibus hominibus suscipiendum, afferendum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt urn:nbn:de:gbv:3:1-226230-p0707-2 DFG

fuit aliquòd insigne exemplũ, ex quo intelligeret quæ sit uis Spiritus Dei in iis quos ad perferendi Euangelij munus A
delegit: quantumuis alioqui ab eo prorsus alienis. Non poterat autem magis insigne uel ipsi Timotheo magis no-
tum exemplum afferre. Qui mihi has uires indidit ὦ ἐνδυναμώσαντί με. Vulg. qui me confortauit, barbarè. Eraſ. qui
me potentem reddidit, non male expressa sententia. Nam quia hoc in loco differitur de prima illa uocatione, ſicut ap-
paret ex proximo uerſiculo τὸ ἐνδυναμοῦν non significat imbecillas uires augere, uel quaſi collapſas ſubſtinere, ſed
uires ei indere cui ne uoluntas quidem inſit, imò uerò qui in contrariam partem totus feratur. niſi malimus interpre-
tari, qui me hac poteſtate ornauit: ſiue, qui hanc authoritatem mihi tribuit, nempe ut glorioſi ipſius Euãgelij ſim mi-
niſter: quo nihil maius aut magis arduum cuiquam poteſt contingere.

Id eſt Chriſto Χριστῷ. Exponit proculdubio quis ille ſit à quo hanc facultatem acceperit. quod & ipſa uocatio-
nis Pauli hiſtoria manifeſtè probat. itaque redundat particula in, quæ in quibuſdam codicibus additur. neque conue-
niunt interpretationes Eraſmi, qui hoc coniungit cum participio ἐνδυναμώσαντι.

Qui prius eram blaſphemus & perſequu- 13 τὸν πρότερον ὄντα βλάσφημον καὶ διώκτην
tor & iniurioſus. ſed mei miſertus eſt: nam i- καὶ ὑβριστήν· ἀλλ' ἠλεήθην, ὅτι ἀγνοῶν ἐποίησα
gnorans *id* faciebam per incredulitatem. ἐν ἀπιστίᾳ·

Superabũdauit autem gratia Domini no- 14 ὑπερεπλεόνασεν δὲ ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν μετὰ
ſtri cum fide & dilectione quæ eſt in Chri- πίστεως καὶ ἀγάπης τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ,
ſto Ieſu.

Chriſtum Saluatorem. Fidus *hic eſt* ſermo & modis omnibus di- 15 πιστὸς ὁ λόγος, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος,
gnus quem amplectamur, quòd Chriſtus Ie- ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτω-
ſus uenit in mũdum, ut peccatores ſeruaret, λοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ.
quorum primus ſum ego.

Verùm ideo miſertus eſt mei, ut in me pri- 16 ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἠλεήθην, ἵνα ἐν ἐμοὶ πρώτῳ ἐν-
mo oſtenderet Ieſus Chriſtus omnem clemẽ- δείξηται Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν πᾶσαν μακροθυμίαν,
tiam, ut eſſem exẽplar iis qui crediturì eſſent πρὸς ὑποτύπωσιν τῶν μελλόντων πιστεύειν ἐπ'
ipſi in uitam æternam. αὐτῷ εἰς ζωὴν αἰώνιον. B

Porrò Regi æterno, immortali, inuiſibili, 17 τῷ δὲ βασιλεῖ τῶν αἰώνων ἀφθάρτῳ, ἀοράτῳ,
ſoli ſapienti Deo honor *ſit* & gloria in ſecula μόνῳ σοφῷ θεῷ τιμὴ καὶ δόξα εἰς τοὺς αἰῶ-
ſeculorum. Amen. νας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

Hoc mandatum commendo tibi fili Ti- 18 ταύτην τὴν παραγγελίαν παρατίθεμαί σοι,
mothee, *nempe* ut ſecundum prægreſſas de te τέκνον Τιμόθεε, κατὰ τὰς προαγούσας ἐπὶ σοὶ προ-
prophetias, milites per eas bonam illam mi- φητείας, ἵνα στρατεύῃ ἐν αὐταῖς τὴν καλὴν
litiam. στρατείαν,

Retinens fidem & bonam conſcientiam: 19 ἔχων πίστιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν, ἣν τινες
qua repulſa, nonnulli fidei naufragium fe- ἀπωσάμενοι, περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν,
cerunt.

Ex quibus Hymenæus & Alexãder: quos 20 ὧν ἐστιν Ὑμέναιος καὶ Ἀλέξανδρος, οὓς παρέ-
tradidi Satanæ, ut diſcant non blaſphema- δωκα τῷ Σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλα-
re. σφημεῖν.

13 Iniurioſus ὑβριστήν. En merita præparationis quæ profert Apoſtolus. Vulg. contumelioſus. Eraſ. uiolentus.
Mei miſertus eſt ἠλεήθην. Hoc non uideo qui poſſis Latinè, ſeruato paſſiuo uerbo, explicare. nam miſeratus nõ
niſi actiuè dicitur. Vulg. miſericordiam Dei conſecutus ſum. ut uideatur etiam legiſſe ἐτύχ 75 ℞ 15. Eraſ. miſericordiam C
adeptus ſum. Neutra interpretatio mihi ſatis placuit. Dicimur enim ea conſequi & adipiſci quæ captamus. At Paulus
Chriſtum non modò non quærebat, ſed etiam crudeliſſimè perſequebatur.

14 Cum fide μετὰ πίστεως. Effecta gratiæ duo commemorat: fidem ſcilicet, à qua ſit abſorpta incredulitas: &
charitatem, quæ indomitę illi crudelitati ſucceſſit, idque ex gratia in Chriſto Ieſu. Itaque in præpoſitione ἐν ſæpè latere
puto comparationem incredulitatis ipſius & gratiæ Dei.

15 Fidus πιστὸς. Id eſt, dignus cui fides habeatur (ut mox explicat) ut qui fallere non poſſit.

16 Miſertus eſt mei ἠλεήθην. Vide ſuprà uerſ. 13. 17 Sapienti σοφῷ. Hoc non legit Vetus interpres, & alij
ueteres Latini. Reperi tamen in omnibus uetuſtis libris, & Græcis ſcholijs, itemque apud Nazianzenum, περὶ υἱοῦ λόγου
β. Quomodo uerò ſit reſpondendum Arianis hoc teſtimonio abutentibus, pulchrè docet Baſilius epiſt. 161.

18 *Nempe* ut. &c. κατὰ τὰς προαγούσας, &c. Apparet ex hoc loco uocationem Timothei multis inſignibus pro-
phetarum oraculis fuiſſe comprobatam, qui tum in Eccleſijs uigebant, ſicut Paulus & Barnabas ex oraculo ſunt pro-
fecti ad Gentes, Act. 13. a. 2. & Prophetarum prædicationes cõmemorat Paulus Act. 20. c. 23. Milites bonam illam mil.
στρατεύῃ τὴν καλὴν στρατείαν. Id eſt, ſtrenuè te geras in illa militia, ad quam oportet eſſe comparatos quicunque hoc
bellum adminiſtrant. Delectantur autem Hebræi atque etiam Attici ſcriptores iſto genere conſtructionis nec præter
quittendus fuit articulus. Per eas ἐν αὐταῖς. Id eſt, illis fretus. Hinc etiam apparet quorſum illi ſuum exemplum propo
ſuerit. 19 Fidem πίστιν. i. ſanam doctrinam, μεστὴν μισθοῦ, ut infra 3. c. 8. & 4. a. 1. cuius dicuntur naufragium fa
cere quibus eripitur iuſto Dei iudicio: quia nimirum bona conſcientia talentum acceptum non adminiſtrarunt. Nam
(ut uerè & perelegantèr ſcripſit doctiſſimus interpres) ut in portum perueniamus, regendus eſt bona conſcientia na
uigationis noſtræ curſus. Vide infrà 4. a. 1.

20 Quos tradidi Satanæ ὃς παρέδωκα τῷ σατανᾷ. Id eſt, ex Eccleſia eiecto, Satanæ mancipaui. Vide 1. Cor. 5.
b. 5. Vt diſcant ἵνα παιδευθῶσι, &c. Id eſt, ne impunè ferant ſuas blaſphemias: ſiue, ut ſuo malo diſcant quid ſit bla-
ſphemare. Nam ita etiam in uernaculo noſtro ſermone diceremus, *afin qu'ils apprenet a ne blaſphemer plus*. aut fortaſſis re-
ſpexit ad excommunicationis finem illum cuius mentio facta eſt 1. Cor. 5. b. 5, & 2. Theſſ. 3. d. 14, nempe ut pudore ac
triſtitia reuocetur in uiam qui aberrarat. quò pertinet uenuſtum illud Græcorum prouerbium ὁ αὖ ἐναθὴς, ἐμέσθης.

IN CA-

A ΚΕΦΑΛ. Β.

Παρακαλῶ οὖν πρῶτον πάντων ποιεῖσθαι δεήσεις, προσευχάς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων,

CAPVT II.

ADhortor igitur ante omnia, ut fiant deprecationes, orationes, postulatiões, gratiarum actiones pro quibusuis hominibus:

ὑπὲρ βασιλέων, καὶ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων, ἵνα ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι.

2 Pro Regibus quibusuis in eminentia *idcirco* constitutis ut tranquillam ac quietam uitam degamus cum omni pietate & honestate.

τοῦτο γὰρ καλὸν καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ,

3 Nam hoc bonum est & acceptum coram seruatore nostro Deo,

ὃς πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν.

4 Qui quosuis homines uult seruari, & ad agnitionem ueritatis uenire.

IN CAPVT II.

1 Deprecationes, *δεήσεις*. Non temerè uidetur Paulus ista congessisse. itaque mihi non displicet Græci Scholiastæ distinctio, quanuis non ubique obseruetur. *Δέησιν* ergò uocari dicit supplicationem qua petitur liberatio ab ijs quę molestiam afferunt. *προσευχὴν* uerò eam qua beneficium aliquod petimus: *ἔντευξιν* accusationem eorum qui nos iniurijs afficiunt. Ego tamen hoc postremum malim ad mutuas aliorum pro alijs preces referre. de quo diximus Rom. 8. c. 26. Vide Augustinum epistola 59. Pro quibusuis hominibus *ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων*. Particulam uniuersalem pro indefinita positam obseruauimus singulis penè paginis. Sed spectandum est semper de quo agatur, ut quid indefinitè statuatur intelligamus. Veluti Matth. 4. d. 23, dicitur Dominus sanasse omnem morbum, id est quoduis morbi genus: & ibidem dicuntur Christo oblati omnes malè affecti, id est quouis morbi genere laborantes. Itaque in ijs locis indefinitè statuitur de omni morborum genere. At Rom. 1. b. 16, dicitur, Euangelium esse efficax ad salutem
B omni credenti, id est cuiuis. quo uocabulo tolli Gentium & Iudæorum discrimen, manifestè apparet ex ijs quæ subijciuntur. Sic 1. Corinth. 8. c. 12, Omnia, inquit, mihi licent. quibus uerbis tollitur rerum mediarum discrimen. Sic 1. Cor. 10. c. 25. Omne, inquit, quod in macello uenit, edite, tollens scilicet Iudaica ciborum discrimina. Pueriliter ergo hallucinantur qui hanc sententiam & alias eiusmodi, unius particulæ præsidio fulti, æternis Dei decretis opponunt: de quibus agitur Rom. 9. d. 17, & 11. a. 7, & alijs infinitis locis. Hic enim non est propositum Paulo de singulis hominibus agere, sed discrimen tollere graduum ac dignitatum, itemque fidelium & externorum, ut ex sequentibus liquet. Et nequis à me quicquam hic detortum clamitet, non modò ab Hebræis & Græcis, (qua de re satis constare puto) sed etiam a Latinis scriptoribus simili prorsus ratione hanc particulam usurpari affirmo, ita scilicet ut genera singulorum, non singula generum, ut aiunt, complectatur. Sufficiat unum hoc Ciceronis exemplum ex oratione pro Roscio Amerino, Non omnem frugem, neque omnem arborem in omni agro reperire possis.

2 Pro regibus *ὑπὲρ βασιλέων*. Reges & principes nominatim appellat, & quidem addita indefinita particula. Nam quot erant eo tempore magistratus, tot erant Ecclesiæ hostes, & penes Romanos infideles erat summa rerum. Itaque ambigi poterat num potius aduersus illos, quàm pro illis, concipi preces oporteret. Iubet autem Paulus nominatim illos in precibus comprehendi. Sed quid si tum Iulianus apostata imperasset? Nempe hic unus erat ex eorũ numero pro quibus rogandum non erat. Galat. 5. b. 12, & 1. Thess. 2. b. 16, & 2. Timoth. 4. c. 14, & 1. Iohan. 5. d. 16. Distinguendi sunt enim extranei, uel per ignorantiam peccantes aut in moribus aut in doctrina, ab ijs qui planè, & quidem Dei ac Christi odio, à ueritate deficiunt. Ergo tota series argumenti huc nos deducit, ut *τὸ πολύτροπον* interpretemur nõ de singulis, sed de omnibus indefinitè, id est de quibusuis: & hactenus quidem ut tum pro domesticis, tum pro extraneis preces in Ecclesia concipiantur.

Vt tranquillam *ἵνα ἤρεμον*. Omnino hoc pertinet ad participium *ὄντων* constitutis. Argumentatur enim à fine quem spectauit Dominus quum in rebus humanis istos gradus distribueret: cui fini nos subseruire prorsus oporteat, nisi uelimus *θεομαχεῖν*, ac proinde ipsi nobis perniciem accersere. Quum igitur magistratus ideò constituti sint à Domino, ut omnium rerum ipsiusque adeò religionis *σύνταξιν* per eos conseruetur, quid aliud certiore fide ac maiore
C contentione petere debemus à Deo, quàm ut principes, si quidem boni sint ac pij, conseruet: sin uerò mali sint, bonos efficiat, populorum misertus quos illo flagello longè durissimo castigat? Hoc inquam est Pauli longè grauissimum argumentum. Itaque non dubitam particulam causalem inserere, ut ista cõnexa esse intelligeremus. Nam si (ut quidam faciunt) hæc referas ad uerbum *παρακαλῶ* fiant, quasi iubeat Paulus idcirco concipi preces pro Regibus ut nostræ tranquillitati consulamus: uerè quidẽ, sed tamen non aptè colligeret Apostolus. Assumeret enim pro hypothesi ipsum de quo quæritur, nempe an rogare pro principibus qui non modò non norunt, sed etiam persequuntur Ecclesiam, ad publicam Ecclesiæ concordiam spectet. Hoc inquam pro cõfesso Paulus assumeret, si illo modo argumentaretur, ideoque non aptè colligeret. Nam excipere potuisset aduersarius, contraria prorsus ratione, non posse melius consuli paci Ecclesiæ, quàm si Deum aduersus principes interpellet à quibus ipsa opprimitur: uti sub Iuliano factum esse Ecclesiastica historia meritò testatur. Huic uerò obiectioni nullus locus relinquetur, si Paulum dicamus à generali fine constituti magistratus argumentari: ut probata illa hypothesi, nectat argumenti conclusionem, Pro quibusuis igitur principibus orandum esse. Nobilissimus autem est hic locus non modò aduersus Anabaptistas & cæteros omnes fanaticos qui magistratum tollendum censent, sed etiam aduersus crudelissimam illam Academicorũ qui nuper irrepserunt charitatem. Isti enim in ueræ religionis perturbatores nullum ius magistratibus concedunt: quum hic disertè fiat mentio *τῆς εὐσεβείας*. i. iusti ac legitimi cultus cuius unius præ cæteris rebus uindices & assertores magistratus esse oporteat: adeò quidem ut quoties necesse fuerit uel religionem uel pacem ciuilem amittere, quicunq; principes illam isti non anteposuerint grauissimo scelere sese scientes ac prudentes obligent: nedum ut factiosis hæreticis impune liceat Ecclesiasticam disciplinam deridere.

Et honestate *καὶ σεμνότητι*. Complectitur hoc nomen omne officij genus, quod uigere in mutuis hominum commercijs debet, ut nihil turpiter, aut indecore, nihil denique flagitiosè fiat. Cic. In officio colendo, inquit, sita est honestas omnis: & in negligendo: turpitudo. Itaque *τὸ καλὸν* obiectum est *τῆς σεμνότητος*: quum alioquin hoc nomine significetur honesta quædam morum grauitas, quæ reuerentiã conciliat: quæ significatio huic etiam loco non male conuenit. Vulg. castigare, nimium anguste.

4 Qui quosuis ho. &c. *ὃς πάντας ἀνθρώπους*, &c. i. qui sublato discrimine, quosuis etiam alienissimos ab Euãgelio homines uult seruare. siue, qui Ecclesiam suam ex quorumuis hominum genere congregat. Nostrum est igitur pro quibusuis precari, non autem iudicare abiectos à Deo quicunque nondum ad Ecclesiam accesserunt.

Hanc germanam esse huius loci sententiam res ipsa clamat, & experientia etiam conuincit, nempe ista non ad singulos homines, sed ad quæuis hominum genera pertinere. Fit enim ad collusionem accommodanda probatio. Itaque plane aberrant à scopo qui singulis hominibus hoc Apostoli dictum accommodant, & nostræ consolationis fundamentum conuellunt. Non agimus de salutis causa: illam enim constat uno Christo nisi gratuito nobis exhibito, & per gratuitum fidei donum apprehenso. Non agimus etiam de eo cur Deus damnet: neque enim aliunde petendum est exitium hominis quàm ab ipsius hominis corruptione, & corruptionis fructibus. Tota Scriptura hoc clamat, & qui aliter sentit, anathema sit. Sed hoc quæritur, An singulos homines Deus saluti destinarit per fidem seruandos: an uerò etiam aliquos iusto suo iudicio condemnandos. At quorsum hoc quæritur? Quia huc usque nos subuehit Spiritus sanctus, nempe quoties ita facere necesse est, ab inhærentibus causis ad ipsum usque Dei propositum cõscendens, tum in electis, tum in reprobis. Apertæ uerò blasphemiæ fuerit existimare curiosas, ipinosas, inutiles quæstiones à Spiritu sancto nobis explicari. quia frustra prædicatur iustificatio ex fide, nisi fidei substernatur electio certa & constans. electio uerò sine oppositio membro nec constitui potest, nec ita etiam consideran ut par est: quia deinque nisi hæc quæstio explicetur, tota Christiana religio corruat necesse est. Nam qui hoc Pauli dictum ad singulos homines contendunt pertinere, huc delabantur necesse est, ut uel liberum arbitrium hominis, uel uniuersalem, id est ad singulos homines pertinentem gratiam statuant. Liberum arbitrium uoco non quod sit spontaneum (ita enim cõcedo) sed quod in utramuis partem sua sponte ferri possit. Hoc igitur qui constituunt, uel Pelagiani sunt, si naturalẽ faciant gratiam: uel Semipelagiani, si cum natura faciant concurrere primam gratiam, quæ infirmam naturam adiuuet. Cum neutris uerò mihi quicquam negotij esse uolo. Sin uerò gratiam quandam statuas ad singulos pertinentẽ, quæro primùm de qua gratia hoc intelligas. Nam de gratia hic agimus quæ ad Christum ducit, extra quem non est salus: quam sicut negat, alicui concedit Deus, gratiam illam tuam uniuersalem hoc ipso sublatam uides. sin uerò gustũ eius aliquem singulis tribui dicas, primùm omnium ipsa omnium seculorum experientia falsum id esse coarguit. deinde quæro, Paremne primum illum gratiæ gustum facias, an imparem. si imparem facis, iterum uides te ab uniuersali gratia deficere: sin uerò parem, unde tam impar effectus? Ex eo, dices, quod iste oblatam amplectitur, hic uerò repudiat. Ergo inquam uel impar fuit gratia (fuisset enim ex æquo uterque sanatus, & ad amplectendam gratiam pari efficacia impulsus) uel impar erat naturæ corruptio: quod si tu statuis. iam in Pelagianissimum recidis. En uides, lector, quibus laqueis se induat quorundam hominum curiosa modestia: ut alias blasphemias omittam quæ ex hac ipsa doctrina necessariò consequuntur, de quibus alibi dictum est à nobis.

Mediator Christus & saluator.

Vnus enim Deus, unus etiã mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus:

5 εἷς γὰρ θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος χριστὸς ἰησοῦς,

Qui seipsum dedit in redemptionis pretiũ pro quibusuis, *Christus inquam*, testimonium illud suis temporibus destinatum.

6 ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων, τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις,

5 Homo ἄνθρωπος. Homo scilicet factus: alioquin nullus ad eum aditus nobis pateret, nedum ad ipsam Diuinitatem. Assumpsit autem naturam, qua non certo hominum generi, sed quibusuis communicatur. Nullum ergo genus hominum debemus à Christi Ecclesia alienum putare, iam uerò non potes ad singulos homines transferre, quũ ipse Christus diserte testetur se non rogare pro mundo, id est pro ijs quos Deus ipsi non est daturus, ac proinde quorum causa non uenit: alioquin, ut sacerdotis officio plane fungeretur, pro singulis oraret. Hoc tamen interim tenendum est, ideò damnari homines quod tenebras magis dilexerint quàm lucem. Est enim reprobationis propositum, ab ipsius executione, id est damnatione, diligenter distinguendum: quum pro occulta, sed tamen iusta sua uoluntate Deus reprobet: qui tamen damnationi deuotos non nisi propter causas in ipsis hærentes damnat.

6 Qui seipsum dedit ὁ δοὺς ἑαυτὸν Vel potius, qui seipse, siue qui ipse se dedit. Nam inter hæc dicendi genera nonnihil interest. Quum enim dicimus, Christus dedit seipsum, intelligimus Christum non aliam uictimam quàm se se obtulisse. at quum dicimus, Christus ipse se dedit, significamus non modo nullam aliam oblatam uictimam, sed etiam à nullo alio quàm ipso oblatam ut idem fuerit pontifex qui & uictima. Itaque duplici sacrilegio tenentur qui uel alia uictima Deum placari, uel ab alio sacerdote quàm ab eo offerri eam potuisse putant, nedum ut hodie possit. Itaque si una oblatio istis sacrilegis non satisfacit, age, Christum (sicuti se facere gloriantur) e solio Patris detrahant, non qui ipsorum impuris manibus, sed à seipso quotidie offeratur. Nam crucifigendi quidem ipsius partes illis sanè libenter relinquimus. At ista, inquiunt, oblatio est αὐτόματος. Recte sane: ergo expiatoria non est, quum absque sanguinis effusione non fiat remissio, Heb. 9. f. 22.

Christus inquam testimonium illud suis temporibus destinatum. τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις. Vulgata, cuius testimonium suis temporibus cõfirmatum est. Erasmus, ut esset testimonium suis temporibus. quæ interpretationes nec Græcis respondent, nec commodam habent explicationem. Sed magis etiam hunc locum detorsit quidam, qui hæc coniunxit cum sequentibus in hunc modum, quam ad rem suis temporibus testandam ego præco sum & Apostolus constitutus. Inde porrò nata est difficultas, quòd alij, ut ista connecterent cum præcedentibus, subaudiendum putarunt prouocabulum ἦ, & præterea uerbum ἐβεβαιώθη uel ἀπεδείχθη, quo modo uertit Vetus interpres. Alij subaudiendam putarunt propositionem εἰς, ut uertit Erasmus: qui tamen in annotationibus uidit appositionem esse, sed quam non satis apte applicuerit. Alij denique ἰδίοις καιροῖς connectunt cumuerbo sequente, nempe ἐτέθλιν. quæ omnes interpretationes sanè sunt nimium detortæ. Est autem plana constructio, adeò ut ne eclipsi quidem indigeat: cohærens scilicet uel cum Χριστὸς ἰησοῦς (quod ut planius esset, repetij Christi nomen per epanalepsin) uel cum proxima sententia, ut uertas, *quod est* testimonium illud suis temporibus destinatum.

Nam & Christus dicitur etiam μαρτύριον, de quo scilicet testati sint omnes Prophetæ: & quod Christus sese pro quorumuis hominum redemptione obtulerit, illud ipsum est testimonium quod suis temporibus erat destinatum. Est autem καιροῖς ἰδίοις tertio casu positum, ut Consules extremo hoc anno magistratum ineuntes, sequenti anno lectos dixeris. Illud igitur Hebræi exprimerent addito ל, & nos uernaculo sermone diceremus *pour sa saison, ou, pour certaine saison.* quod ut planius esset, addidi participium.

Mihi tamen (ut dicam quod sentio) magis placeret legere τὸ μυστήριον, id est mysterium illud siue arcanum: quam lectionem in uno tantùm uetere codice deprehendimus. Video enim crebrò hanc sententiam totidem penè uerbis repeti, ut Rom. 16. d. 25, Ephes. 3. b. 9, Coloss. 1. d. 26, Tit. 1. a. 2 & 3, & 1. Pet. 1. d. 20. ubi uel mysterij, uel retectionis, uel utriusque fit mentio.

Sed & infrà 3. d. 16, hoc ipsum dicitur μυστήριον. ut mihi quidem hoc magis placeat. Quanquam hoc ipsum μυστήριον dici potest μαρτύριον, tum quatenus plenam Diuinæ erga nos beneuolẽtiæ fidem facit, tum etiam quatenus id testificati sunt Prophetæ.

7 Per

A εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κήρυξ καὶ ἀπόστολος (ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι) διδάσκαλος ἐθνῶν, ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ.

7 Cuius constitutus sum ego præco & Apostolus (ueritatem dico per Christum, non mentior), doctor inquam Gentium, cum fide ac ueritate.

Βούλομαι οὖν προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ, ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ.

8 Velim igitur ut uiri precentur in quouis loco, ita ut puri attollant manus absq; ira & disceptatione.

ὡσαύτως καὶ τὰς γυναῖκας ἐν καταστολῇ κοσμίῳ, μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυτάς, μὴ ἐν πλέγμασιν, ἢ χρυσῷ, ἢ μαργαρίταις ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ,

9 Itidem & mulieres amictu honesto, cum uerecundia & modestia ornare sese, non cincinnis, uel auro, uel margaritis, uel uestitu pretioso:

ἀλλ' ὃ πρέπει γυναιξὶν ἐπαγγελλομέναις θεοσέβειαν, δι' ἔργων ἀγαθῶν.

10 Sed (quod decet mulieres pietatem spondentes) operibus bonis.

γυνὴ ἐν ἡσυχίᾳ μανθανέτω ἐν πάσῃ ὑποταγῇ.

11 Mulier cum silentio discat cum omni subiectione.

γυναικὶ δὲ διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω, οὐδὲ αὐθεντεῖν ἀνδρός, ἀλλ' εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ.

12 Mulieri enim docere non permitto, neq; authoritatem usurpare in uiros, sed esse in silentio.

B Ἀδὰμ γὰρ πρῶτος ἐπλάσθη, εἶτα Εὕα.

13 Adam enim prior formatus est: deinde Eua.

καὶ Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη, ἡ δὲ γυνὴ ἀπαπατηθεῖσα, ἐν παραβάσει γέγονε,

14 Et Adam non fuit seductus: sed mulier seducta, rea transgressionis facta est.

σωθήσεται δὲ διὰ τῆς τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ καὶ ἁγιασμῷ μετὰ σωφροσύνης.

15 Seruabitur tamen liberos gignendo, si manserit in fide ac charitate, & sanctificatione cũ modestia.

7 Per Christum οὐ Χριστῷ. Vetus interpres hoc non legit, & in tribus uetustis libris Græcis non erat additum. Videtur autem additum ex Rom. 9. a. 1, ubi etiam hanc formulam exposuimus. Non mentior ὐ ψεύδομαι. Hebraicũ pleonasmus, de quo diximus Iohan. 1. c. 20. Magna tamen est eius emphasis, ut tum ex hoc loco, tum ex aliis multis omnino appareat, hanc epistolam, quanuis Timotheo sit inscripta, tamen Ephesijs, atque adeo Asiaticis omnibus Ecclesijs potius quàm ipsi Timotheo scriptam: in qua scilicet tum ministri omnes, tum uerò greges ipsi absolutã harberent officiorum suorum descriptionem. Cum fide & ueritate οὐ πίστει καὶ ἀληθείᾳ. Id est, fidelis ac syncerus. Fidem autem ad sanam eamque persuasam doctrinam refero. Veritatem, ad ipsius synceram integramque functionem.

8 In quouis loco οὐ παντὶ τόπῳ. Hæc formula putant alij tolli locorum discrimen: alij uerò æquari Gentes & Iudæos, ut in toto orbe terrarum pura hæc sacrificia Deo offerantur, de quibus apud Malachiam agitur. Mihi uidetur Paulus Legalibus cæremonijs ueram purificationem opponere, eam scilicet quæ faciat ut quocunque loco fuerimus, Deum rite possimus inuocare. Puri ὁσίους. Vel sancti. Ad uerbum, puri attollentes manus. Quanuis enim ὁσίας Artice posit fœmineo genere accipi pro ὁσίας, ut uers. 9. κοσμίῳ pro κοσμίᾳ. & Tit. 2. c. 11 χάρις σωτήριος pro σωτηρία tamen nolim, nisi coactus, huc descendere: sed eadem tamen manet sententia, utrouis modo legas. Cæterum manuum sublationem posuit pro inuocatione, id est signum pro re ipsa: quæ formula sæpe occurrit in Prophetis, ut
C Esa. 1. d. 15 Absque ira & disceptatione χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ. Ira refero ad omnes offensiones animi, quæ prohibeant quominus bona conscientia possimus Deum inuocare, ut Matth. 5. d. 23. sub qua specie etiam comprehendo reliquas iniurias quibus affici potest proximus, de quibus Esaias 1. d. 15. & 16. Διαλογισμὸν autem puto declarare λόγου διάκρισιν, id est dubitationem illam quæ fidei repugnat ex diametro: qua de re lacr. 1. a. 6. Ita enim suis omnibus numeris conflabit ea puritas ac sanctimonia quæ ad rite precandum requiritur.

9 Honesto κοσμίῳ. Id est decenti & conuenienti. Neque enim sordidatas esse uult, nequa rursus meretricio cultu sed eo habitu qui animum optimè compositum testetur. Huc pertinent illi Antiphanis uersiculi, Μὴ ὁμμασιν τὸ σῶμα λαμπρὸν ἐνδύειν. Ἐργοις δ' ἁγαθοῖς καὶ δόξαις ἥλιον λαμπρὸν. Et modestia καὶ σωφροσύνῃ. Vulg. sobrietate. Erasmo matrem familias deceat.

10 Quod decet ὃ πρέπει. Hoc omnino (ut mihi uidetur) parenthesi includendum est, ut ἀλ' ὅργων ἀγαθῶν cohæreat cum κοσμίῳ. Opponit enim bonorum operum ornatum auro & margaritis. Dicemus autem de uerbo ἐπαγγέλλεσθαι infra 6. d. 21.

11 Neque authoritatem usurpare, &c. δ' αὐθεντεῖν, &c. Huc pertinent elegantes hi Philemonis uersiculi,

Ἀγαθὸς γυναικὸς ἐστιν, ὦ Νικοστράτη,
Μὴ πρᾶγος ἔχειν ἀνδρὸς, ἀλλ' ὑπηκόου.
Τῶν δὲ πονηρῶν ἀνδρ' ἐστὶν πικρὸν μέγα.

14 Non fuit seductus οὐκ ἠπατήθη. Seductus certè fuit, sed ipsius mulieris opera, quæ hac in parte fuit Satanæ organon, ideoque meritò hac quoque ratione uiro debet esse obnoxia. qua pœna Deus etiam ipse illam multauit. Rea transgressionis facta est οὐ παραβάσει γέγονε. Vulgata, in prævaricatione fuit: nimium obscurè. Erasmus, obnoxia facta est transgressioni: non expressa Pauli sententia.

15 Liberos gignendo διὰ τῆς τεκνογονίας. Id est, οὐ τῇ τεκνογονίᾳ. Nam διὰ nõ aliud declarat hoc in loco, quàm ἐν, illarum scilicet ipsum in quo sit mulier. ut διὰ ἀκροβυστίας pro ἐν ἀκροβυστίᾳ, Rom. 4. b. 11. neque quicquam est magis usitatum hac significatione, ut διὰ ὑμᾶς, interdiu, διὰ βίου, διὰ αἰῶνος, per totam uitam. qua significatione Homerus cum quarto casu dixit, Ἀμβρόσιλν διὰ νύκτα.

Hoc certe miror plerosque ueteres non considerasse: qui quum existimarent hæc poni κατὰ συνεκδοχὴν, quasi scili-

cet causa aperiretur per quam seruari posit mulier, mirum quàm hic se torserint: quum illis potius explicanda fuerit causa cur potissimum Apostolus fecerit huius conditionis mentionem, non per quam, sed in qua seruari possit mulier. Causa uerò manifesta est, ut rectè annotauit doctissimus interpres. Fecerat enim eius pœnæ mentionem qua multata est mulier propter deceptum hominem. Iam uerò hæc pœna præcipuè matrimonij coniunctionem ac præsertim ferendi, gignendi, educandi fœtus molestias continet. Itaque quum nunc uellet illi pœnæ consolationem aliquâ subijcere, ne in matrimonij molestijs solam pœnam contemplentur mulieres, non potuit aliunde quàm ex ea ipsa pœna commodius consolationis argumentum sumere. quasi dicat, inirì posse rationem qua mulier in eo ipso onere quod peccati pœna est, aliquod mali remedium inueniat: puta si molestias illas ita sustinuerit, ut fides, charitas, sanctimonia, modestia denique omnis in ipsa eluceat. Vulgata & Erasmus, per liberorum generationem. Si manserit ἐν μέσωσιν. Vulgata & Erasmus, si manserint. Nam certè uerbum numero multitudinis positum est, summo codicum omnium consensu. Sed quum agatur de mulierum officijs, per se, non autem de educatione liberorum, neque etiam τέκνων nomen possit commodè repeti ἀπὸ τῶν πενῶν, non dubito quin hallucinati sint qui hoc retulerunt ad liberorum ipsorum fidem & cæteras uirtutes. Nam quid si ij non manserint in his uirtutibus, quanuis sedulò educati? Deinde quis hanc curam non potius existimet maxima ex parte ad patres pertinere? Postremo nomen σωφροσύνης & consolatio ipsa mulieribus propriè destinata, satis ostendunt hoc esse potius de ipsis uxoribus accipiendum. Cur autem ad pluralem numerum repente transiret Apostolus, hæc causa fuit quòd in genere differat de omnium uxorum Christianarum officio.

CAP. III.

Episcopi quales esse debeant.

FIdus est hic sermo, Si quis episcopatum appetit, præclarum opus desiderat.

Oportet igitur episcopum irreprehensum esse, unius uxoris uirum, uigilantem, sobrium, compositum, hospitalem, aptum ad docendum:

Non uinosum, non percussorem, non turpiter lucri cupidum: sed moderatum, alienũ à pugnis, alienum ab auaritia.

Qui suæ domui bene præsit, qui liberos cõtineat in subiectione cum omni honestate.

ΚΕΦΑΛ. γ.

1 Πιστὸς ὁ λόγος· εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ.

2 δεῖ οὖν τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίλημπτον εἶναι, μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα, νηφάλεον, σώφρονα, κόσμιον, φιλόξενον, διδακτικόν,

3 μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην, μὴ αἰσχροκερδῆ· ἀλλ' ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἀφιλάργυρον,

B 4 τοῦ ἰδίου οἴκου καλῶς προϊστάμενον, τέκνα ἔχοντα ἐν ὑποταγῇ μετὰ πάσης σεμνότητος·

IN CAPVT III.

1 Fidus πιστός. Hac præfatione solet aliquoties Paulus sibi audientiam facere. Episcopatum τῆς ἐπισκοπῆς. Sic uocatum docendi tum gubernandi munus in Ecclesia, ut diximus Philipp. 1. a. 1. Appetit ὀρέγεται. De ambitu nõ loquitur, quo uix quicquam magis horrendum est in Ecclesia: sed in genere, de animo & studio adiuuandæ Dei Ecclesiam compatato, quando & ubicunque Domino usum fuerit. Itaque uel hoc unum indicat, no Apostolicam, sed Satanicam esse istam Ecclesiam, in qua non aliter liceat quàm per ambitum, & manifestam non dico petitionem, sed emptionem, gradum ullum adipisci: adeò quidem ut nullum sit hodie lucrosius forensium contentionum genus, dum hoc pene unũ quæritur, quis cæteros anteuertat. Et uos non puder, fœda Satanæ prostibula, Ecclesiæ nomen uobis uendicare? Præclarum καλόν. Id est præclarum, ac proinde arduum, liquod aliud usquam est. Nam hic ualet in primis Græcorum illud prouerbium ἀνὴρ καλὸς τὰ καλά. ut perappositè annotauit doctissimus interpres. Vulgata, bonum. Erasmus, honestum, non expressa Pauli sententia. neque enim conueniret sequens illatio. Omitto ridiculà profanorum hominum distinctionem, qui non modò Græce linguæ rudes, sed omnis & honestatis & religionis hostes, monstra denique potius quàm homines, hunc locum in suis illis impuris, compotationibus cauillantur: quasi scripserit Apostolus, Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Ita scilicet illis sanctissimis ludus est ac iocus sacrosanctum uerbum Domini profanare. Opus ἔργου. Quo pudore igitur episcoporum nomen usurpatis ociosi uentres? Manifestè uerò corrupit hunc locum qui conuertit καλοῦ ἔργου rem bonam, & δεῖ οὖν, debet autem.

2 Oportet igitur δεῖ οὖν. Qui fuerit Pauli successor qui nihil minus curat quam hoc Oportet? Conferantur ad hoc exemplar Pontificum Romanorum uitæ, ita ut ab ipsis perscriptæ sunt: & competes quis eos in illam Apostolicam sedem inuexerit. Vnius uxoris uirum μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα. Ergo qui coniugatos excludit ab Episcopatu quia coniugati sint, Antichristum se prodit. Neque dicit Apostolus, qui fuerit, sed qui sit. quum uerbum εἶναι repetendum sit ἐκ τῶν πενῶν, & ita diserte loquatur Tit. 1, b. 6. Itaque sicut ridiculi sunt qui de una Ecclesia hoc dictum accipiunt, ita etiam non fuerunt satis attenti qui ex hoc loco putarunt excludi ab episcopatu eos qui secundam uxorem post aliam mortuam duxissent: ut interim taceam de ipsis uxoribus postea tradi præcepta. Non excluduntur ergo qui cõtinentiæ donum habent, sed quòd rari essent illi, coniugatorum duntaxat fit mentio, & quidem damnata expressè polygamia, ut rectè hunc locum exposuit Chrysostomus. Fuit enim illa semper in Oriente totaque Græcia adeò usitata, ut etiam aliquando Athenis sancita sit, ut refert Laertius in Socrate. Sed inter bigamos & polygamos, recensendi sunt non modo qui plures uxores unà haberent, uerùm etiam qui repudiata temerè uxore aliam ducebant: eæque sunt bigamiæ antiquis Canonibus seuerè inhibitæ, adeò ut clericis uel istiusmodi conuiuijs interesse non liceret: qua de re infrà dicemus. cap. 5. b. 9. Meritò igitur requirit Apostolus ut quisquis ad functionem Ecclesiasticam deligitur, ab istis omnibus maculis sit purus, nempe uniusduntaxat uxoris uir, quum alioqui primis illis initijs non facilè statim ista lenona cohiberi potuerit, nec satis etiam commodè multa iam intra connubia diremi.

Aptum ad docendum διδακτικόν. Vulgata, doctorem, διδάσκαλον. Sed multi sunt doctores qui aptiores essent ad studium: neque hoc declarat Græca uox: satis enim per se intelligebatur, episcopum uocari ad docendum. Annotat Hieronymus aduersus Pelagianos libro primo, uulgatam editionem, tum habuisse, docilem: pro quo subsituit, qui docere possit. ut Erasmus obseruauit.

3 Vinosum πάροινον. Id est uino quasi assidentem. Vulg. & Eras. uinolentum: non satis rectè. Cæterùm Chrysostomus hoc uocabulo putat potius significari ferocis ac temulenti ingenij homines, quàm qui sint ebriosi. cui nõ assentior, quia mox Apostolus ipse uerbis interpretatur τὸν οἴνῳ πολλῷ προσέχοντα, multo uino deditum. Sed illud quidem unum & alia multa oriri ex temulentia facilè concedo.

Percussorem πλήκτην. Hoc quoque Chrysostomus in iurgatores & eos qui lingua feriũt, dictum esse uult. Ego simpliciter malui interpretari.

4 Honestate σεμνότητος. Vulgata, castitate. Erasmus, reuerentia. Vide suprà 2. a. 2.

• In cri-

A (εἰ δέ τις τοῦ ἰδίου οἴκου προστῆναι οὐκ οἶδε, πῶς ἐκκλησίας θεοῦ ἐπιμελήσεται;)

μὴ νεόφυτον, ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρῖμα ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου.

δεῖ δὲ καὶ μαρτυρίαν καλὴν ἔχειν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, ἵνα μὴ εἰς ὀνειδισμὸν ἐμπέσῃ, καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου.

διακόνους ὡσαύτως σεμνούς, μὴ διλόγους, μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχοντας, μὴ αἰσχροκερδεῖς,

ἔχοντας τὸ μυστήριον τῆς πίστεως ἐν καθαρᾷ συνειδήσει.

καὶ οὗτοι δὲ δοκιμαζέσθωσαν πρῶτον, εἶτα διακονείτωσαν ἀνέγκλητοι ὄντες.

γυναῖκας ὡσαύτως σεμνάς, μὴ διαβόλους, νηφαλίους, πιστὰς ἐν πᾶσι.

διάκονοι ἔστωσαν μιᾶς γυναικὸς ἄνδρες, τέκνων καλῶς προϊσταμένου, καὶ τῶν ἰδίων οἴκων.

B οἱ γὰρ καλῶς διακονήσαντες, βαθμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περιποιοῦνται, καὶ πολλὴν παῤῥησίαν ἐν πίστει τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

ταῦτά σοι γράφω, ἐλπίζων ἐλθεῖν πρός σε τάχιον·

ἐὰν δὲ βραδύνω, ἵνα εἰδῇς πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ θεοῦ ἀναστρέφεσθαι, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία θεοῦ ζῶντος, στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας.

Nam si quis propriæ domui præesse non nouit, quomodo Ecclesiam Dei curabit?

Non nouitium: ne inflatus, in criminationem incidat Diaboli.

Oportet autem eum etiam bonum habere testimonium ab extraneis: ne in probrum incidat & laqueum Diaboli.

Diaconos itidem honestos, nō bilingues, non multo uino deditos, non turpiter lucri cupidos:

Tenentes mysterium fidei cum pura cōscientia.

Atq; hi etiam probentur prius, deinde ministrent, si sint inculpati.

Vxores itidem honestas, non calumniosas, sobrias, fidas in omnibus.

Diaconi sint unius uxoris mariti, qui liberis rectè præsint, & proprijs domibus.

Nam qui bene ministrauerint, gradū sibi bonum acquirunt, & multam libertatē per fidem quæ *est* in Christo Iesu.

Hæc tibi scribo, sperans fore ut ueniam ad te ualde cito.

Quòd si tardius uenero, ut noris quomodo oporteat in domo Dei uersari, quæ est Ecclesia Dei uiui, columna & stabilimētum ueritatis.

Diaconi.

Vxores Diaconorum.

6 In criminationem Diaboli εἰς κρῖμα τοῦ διαβόλου. Vel, in cōdemnationem Diaboli. id est, ne ex eo ipso quòd in eum gradum euectus est, occasionem arripiat superbiæ, quæ ipsum euertat: atque ita in eandem condemnationem ruat atque ipse Diabolus. Erasmus ad calumniatores mauult referre, sed coacta interpretatione, ut annotauimus etiam Ephes. 4. f. 27.

8 Diaconos Διακόνους. Hi sunt qui paupernm curam habebant, de quibus diximus Philipp. 1, & alibi sæpe.

9 Mysterium fidei μυστήριον πίστεως. Id est, Euangelicam doctrinam, quæ uerè sanè dicitur μυστήριον, quod caro & sanguis non reuelet. Diaconorum enim erant nonnullæ etiam in docendo partes quoties necesse fuisset, ut ex Stephano & Philippo apparet. Ridiculum est autem quod affertur à nonnullis, hoc posse ad tacitumitatem referri.

11 Vxores Γυναῖκας. Vxores scilicet episcoporum & diaconorum. Quorsum enim præcepta de alijs repeteret? De uiduis autem paulo pòst ager suo loco. Non rectè igitur Vetus interpres conuertit, mulieres. & liquidò hinc quoque apparet, de episcopis aut diaconis qui uxores habere desijssent, accipiendos non esse uersiculos 2 & 11.

C 13 Gradum βαθμόν. Id est, decus ac dignitatem, ut accipitur etiam nomen מעלה ab Hebræis. Multam libertatem πολλὴν παῤῥησίαν. Rectè omnino fiduciam intrepidam cum bona conscientia coniungit: bonæ uerò conscientiæ fidem in Christo substernit. Quid enim reformider homo eiusmodi? Opponuntur autem ista ijs quæ dixerat de criminatione, probro & laqueo Diaboli: quòd ista quoque diaconis perinde ac episcopis cauenda sint.

14 Valde citò τάχιον. Comparatum absoluti loco positum est. cuius tamen enallages hæc uis est, ut nonnihil adijcere uideatur simplici absoluti significationi. Vide Iohan. 13. c. 27, & Act. 25. c. 10, & 2. Tim. 1. d. 17 & 18.

15 Columna & stabilimentum στῦλος καὶ ἑδραίωμα. Hoc intellige hominum respectu, non autem simpliciter. nam alioquin ipsum hoc firmamentum lapide illo angulari nititur, ut dictum est Ephes. 2. d. 20. Cur igitur, dices, hęc epitheta tribuit Ecclesię? Quia scilicet non alibi habitat Dei ueritas in mundo. Ecclesia enim est quę filios Dei gignit, & educat per uerbi Dei prædicationem, & ueré bonorum operum exempla.

Alibi tenebræ, mendacia, errores, imposturæ, superstitiones, uertiginis & stuporis spiritus, omnes denique corruptelæ omnia late possident: ex quorum collatione intelligi demum potest quid ueritatis nomine significetur. Sūt autem multis modis inepti & impudentes qui ex hoc loco ita amplificant Ecclesiæ authoritatem, quasi ueritatem ipsa gignat, ac instar primi fundamenti sustineat: quum, ut ante dixi, Ecclesia ipsa alio fundamento, id est Christo, nitatur: nec procreatrix, sed testis sit duntaxat: altrix, & conseruatrix ueritatis inter homines: ut ipsa à uerbo, non contrà, uerbum ab ipsa pendeat.

Deinde quum ueritatem à uerbo Dei separent, quis non uidet eos quasi in aere ædificare, & uanitati ac mendacio imponere? Præterea quàm absurdum illud est, Ecclesiam Dei, certo loco certisque personis, more Iudæorum, affigere? quasi scilicet captiuum Spiritum sanctum teneant, ac non disertè Dominus ubique istum externum splendorem iudicarit Ecclesiæ suæ ex diametro repugnare.

Nisi forte uolunt uel Ecclesiæ priuilegia nunc esse amplificata, uel concilium illud Hierosolymitanum in quo damnatus est Christus, columnam fuisse ueritatis: quasi denique Paulus ipse paulo ante non sit testatus, filium illum perditionis in medio ipso Dei templo sessurum. In eo uerò sese quibusuis decendos acuti isti sophistæ propinant, quòd in asserendis suis mendacijs τὸ κρινόμενον assumant pro confessio. Patendum est, inquiunt, his & illis decretis, nam Ecclesia hoc constituit.

Deinde Ecclesiam non ueris modò, sed etiam mentitis titulis exornant. Demum proferunt ius canonicum, cōciliabula, consuetudinem. Denique bona etiam (quod aiunt) intentione quiduis quum libuit commiscuntur, ut

olim in concilio Carthaginiensi Romanus Pontifex factitauit. Ita sibi acurè uidentur omnia concluisse. Atqui, boni patres, hunc laborem uobis effugere licuit. neque enim Ecclesiæ Dei authoritatem detrahimus, in qua una regnare Dei ueritatem dicimus: sed hoc quæritur, in quo uobis laborandum erat, Sitne Ecclesia quæ uno capite non est cõtenta: quæ non uerbo Dei, sed traditionibus hominum & consuetudinibus sæpe etiam falsissimis nititur: quæ uerbi Dei lectionem omnibus interdicit: quæ inauditam omnibus seculis idololatriam omni crudelitatis genere uindicat: quę Ecclesiastica omnia munera publicè quibusuis emptoribus prostituit: quę Christo alios mediatores subordinat: quæ Christo corpus inuisibile & immensum affingit: quæ Christi oblationem, unicam & æternam iterat: quæ liberũ arbitrium gratiæ adiungit: quæ ueteres canonas, uetera concilia, Patres quos se uenerari simulat, palàm tamen imperitis illudens, conculcat: quæ Spiritum sanctum publicis omnium confessione cinædis affigit. Hæc quærimus, boni patres, an sit Ecclesia. nam mores nondum attingimus. Hæc & alia eius generis infinita primùm expedite: deinde tempus fuerit de Ecclesiasticæ authoritatis regundis finibus, id est de ijs quæ ad uos nihil prorsus pertinent, disputare. Quànquam (ut opinor) nihil seriò agitis. Quis enim meretricem crediderit de pudicitia seriò disserere?

A

Et sine controuersia magnum est pietatis mysterium: Deus conspicuus factus est in carne, iustificatus est in Spiritu, conspectus est ab Angelis, prædicatus est Gentibus: fides illi habita est in mũdo, sursum receptus est in gloriam.

16 Ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον. Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, ὤφθη ἀγγέλοις, ἐκηρύχθη ἐν ἔθνεσιν, ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ, ἀνελήφθη ἐν δόξῃ.

16 Mysterium *μυστήριον*. Id est arcanum. Vulgata, sacramẽtum. Hic igitur nouum etiam aliquod sacramentum statuatur, sicut factum est in matrimonio. Quàm meritò uerò arcani nomen sit à Paulo usurpatũ, ex his apparet quæ subijciuntur. nam ea certe non hominum modò, sed etiam Angelorum captum infinitè superant. Deus conspicuus factus est in car. *Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ*. Vix alius locus est in quo omnia redemptionis nostrę mysteria uel magnificentius uel planius explicentur: ut non mirum sit fœdè fuisse à Diabolo depraua tum: cui sanè hac in parte (dicam enim libere quod res est) suam operam, imprudens quidem, ut malo arbitrari, sed suam operam tamen Erasmus cõmodauit: ita scilicet profitens Christi diuinitatem, ut tamen pro uiribus palàm conetur luculentissima & certissima quæque eius testimonia nobis extorquere. Exemplo sit hic locus. Vetus interpres pro *θεὸς* legit ὅ, ut qui conuerterit, quod manifestatus est in carne (quod & ipsum tamen ad Christum commodissimè aptari potest, qui *μεσονυμικῶς* mysterij nomine sit significatus) repugnant tamen perpetuo consensu omnes Græci codices, & (ut mox dicemus) res ipsa postulat ut de ipsa Christi persona hoc accipiamus. Erasmo tamen magis placet ueteris interpretis lectio, & quidem non ad ipsum Christum, sed ad Euangelij prædicationem accommodata. Audiamus ergo quid dicat. Mihi, inquit, subolet Deum additum fuisse aduersus hæreticos Arianos. At mihi non dubium est Deum sublatum fuisse ab ijs qui uel diuinitatem Christi, uel utriusque naturæ unionem iam inde ab ipso conceptionis momento negabant. quæ tamen ipsorũ impudentia manifestè coargui potest ex ijs quę sequunt. Iam, inquit, agit aduersus Iudæos, qui pro gratia Christi conabantur Legem obtrudere. Vnde uerò hoc colligis? Nam certè nusquam hoc exprimitur, nisi quòd in genere meminit fabularum & genealogiarum. Mysterium, inquit, uocat prædicationem Euangelij, prius occultam & ignotam mundo, nunc uerò manifestatam in uniuerso mundo. Atqui non dicit Paulus, *μυστήριον ἦν* uel *ἐγένετο*, id est mysterium erat uel fuit, sed, *μυστήριον ἐστι* mysterium est. Deinde quid hoc rei est? In carne, id est in uniuerso mundo. Quis hanc interpretationem ferat? Itaque mox ad se redit, & in carne interpretatur, per carnem, id est per Christi humanitatem. Atqui nusquam additur Christi nomen.

B

Ergo similis locus aliquis, ratio deniq; aliqua huius dicendi formulæ proferat. Sed tamen hic posterior error multo est tolerabilior superiore. Subijcit deinde, hoc mysterũ fuisse iustificatum in Spiritu, id est hanc prædicationem habuisse uim iustificandi in Christo per fidem, sine Lege Mosaica. Obsecro quid hoc est, iustificatum id dicere quod iustitiam in Christo proponat? Nam non attingo quòd, cum Sophistis, putat Legis duntaxat cæremonias à iustificatione excludi. Alia quæ sequuntur omnino: sunt enim per se tolerabilia, nisi ea obstarent de quibus iam diximus. Venio ad extremum. Quod, inquit, post resurrectionem receptum est in cælum, unde fuerat profectum. Hic uerò ita tenetur ut elabi non possit, ideoque securè hoc prætexit nulla addita explicatione. Quid enim afferre posset? Mysterium dici uoluit Euangelij prædicationem. Cedo uerò quomodo in cælum illa recepta est? Nam si pro *ἀνελήφθη* dixisset *ἀνέβη* ascendit, nempe paratum erat cauillum, dici ascendisse in cælum prouerbiali dicendi genere, quod ualdè gloriosum sit redditum, Gentibus scilicet illud amplexis. Quid ergo? nempe manifestissima sunt hæc cauilla, & utrique

C

manibus pretiosum hoc nostræ salutis testimonium nobis est retinendum. Dicitur ergo Deus, nempe Filius (hoc enim pro confessio assumitur) ex inuisibili factus aspectabilis, assumpta carne, id est hominis uera, eaque omni infirmitati, solo excepto peccato, obnoxia natura, *συνπαθοκτικῶς*. id est uerbum factum esse caro. Ita duæ ponuntur, distinguuntur, uniuntur naturæ, inter quas tamen quantum sit discrimen, nulla mens possit comprehendere: præsertim si Christi humanitas in conditione infirmitatis consideretur. Huius uerò mysterij altitudinem, quis tandem, nisi Deus ipse, ita ut est comprehendet? Superest ut admoneam hunc locum fœdè etiam nuper ab eo esse deprauatum, qui pro *ἐφανερώθη*, id est conspicuus & aspectabilis factus est, conuertit, Deus extitit in carne.

Iustificatus est in Spiritu *ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι*. Iustificari non semper declarat iustum fieri (quod non considerarunt qui hæserunt in huius loci explicatione) sed ex Hebræorum idiotismo, significat debita iustitię laude affici. quum iustus comprobatus fueris (ut Luc. 7. c. 35, dicuntur publicani Deum iustificasse) atque adeò iustum. id est perfectum, & omnibus numeris absolutum declarari & agnosci, quo modo dicuntur mandata Dei iustificata Psal 19. c. 10, id est ad unguem & exquisitè perfecta: adeò quidem ut palàm ita esse appareat.

Sic Psal. 51. a. 6, dicitur Deus iustificari in sermonibus suis, id est laudem iustitiæ ipsius conspicuam reddi. Et Matth. 11. c. 19, iustificata dicitur sapientia à filijs suis, id est agnita & debito honore affecta. Ita igitur hoc in loco opponitur manifestationi carnis, gloriæ Diuinitatis, sese in illa infirma carne ita exerens, ut Christum quanuis hominem infirmum, tamen palàm etiam factum sit uerum esse Deum: quod ex uniuersa historia Euangelica satis liquet. Spiritum igitur uocat quicquid in Christo Diuinum & suprà carnem, id est supra hominem fuit. ut diximus Rom. 1. a. 3: ut ista omnia prorsus apte & erudite obseruauit doctissimus interpres.

Conspectus est ab Angelis *ὤφθη τοῖς ἀγγέλοις* Non potuit magnificentius prædicari augusta huius mysterij maiestas. nam proculdubio in ipsum Christum, id est uisibilem Deum, intueri quàm incredibilem uoluptatem attulerit Angelis, ipsi luculenter declararunt nobili illo cantico quod recitatur Luc. 2. b. 14. Deinde uocatio Gentium, & quidem efficax, nonne opus fuit ipsa mundi creatione maius? postremo uisibilis illa in cœlum carnis nostræ cum Deo substantialiter iunctæ, & illa ad dextram Patris sessio supra omnem cælorum altitudinem, cuius tandem est sub limitatis mysterium? Sursum receptus est *ἀνελήφθη* Vulg. assumptum. Eras. receptus est. Vide Act. 1. a. 2.

IN CA-

A ΚΕΦΑΛ. Δ.

Τὸ δὲ πνεῦμα ῥητῶς λέγει, ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως, προσέχοντες πνεύμασι πλάνοις, καὶ διδασκαλίαις δαιμονίων,

ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων, κεκαυστηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν,

CAPVT IIII.

SPiritus autem disertè dicit quòd postremis temporibus descisscent quidam à fide, spiritibus seductoribus attendentes ac doctrinis dæmoniorum.

2 Per hypocrisin falsiloquorum, quib. cauterio resecta est conscientia.

IN CAPVT IIII.

1 Descisscent à fide ἀποστήσονται τῆς πίστεως. Id est à uera Deidoctrina, ut apparet ex antithesi. quo modo etiã accipi fidei nomen, multis iam locis annotauimus, ut Galat. 1. f. 23, & suprà 1. d. 19. & 3. c. 8, & alibi sæpe. Itaque non est quòd ex hoc loco nonnulli conentur fidei electorũ, ideit ueræ fidei, firmitatem euertere, ac proinde nostram cõsolationem à fundamentis conuellere. Nam si propositum electionis incertum est, aut si a nobis uel tantillum pendet, quæ tandem sunt Dei consilia, aut ubi spes illa nostra est? ubi denique fides, quum ea nihil aliud sit quàm firma nostræ in Christo electionis persuasio? Sin autem certa est electio, fidem etiam perseuerantiæ donum semper comitetur necesse est, quum electos certa salus maneat: extra Christum autem fide apprehensum non sit salus. Sed horrẽdi sunt interdum lapsus etiam eorum qui crediderant. Fateor. sed quis sani iudicij homo dixerit uel unius diei insanitẽ anima rationis participe carere, quòd ea facultates suas nũ exerat? aut quis ebriũ uel furiosum hominẽ idcirco rationem & intelligẽtia priuarit, quod illis facultatib. ad tẽpus non utat? Sed hæc doctrina homines ad licentiã exacuit. Itane uerò? imo nihil æque nos uel serò arcere à sceleribus, uel in tẽtationib. adiuuocationẽ excitare pò. Fidẽ enim à Spiritus Christi effectis, ꝛ. à mortificatione peccati, & unificatione iustitiæ quid uellit, is eo ipso testatur se infidelẽ esse. Itaq; hæc doctrina nihil pertinet ad eos qui falso fidei simulachro seipsos deludũt. Contrà uerò qui uere filij

B Dei sunt, Spiritu Dei agunturᵃ: ideoque quoties labuntur, toties suo tempore eiusdem Spiritus ui fulti resurgunt: neque Dei misericordia abutuntur ad peccandum, sed ad resipiscentiam magis ac magis ipsis etiam peccatis eruditur. At quædã etiam fides temporaria commemoratur. Fateor: sed quæ longe aliter sit definienda. Aliud enim est, credere uetum esse Christi mysterium, aliud uerò per Spiritum Dei persuasum esse id ad te pertinere. Aliud est repentino aliquo motu Euangelicam doctrinam non tantum ueram esse credere, sed etiam aliquo modo suauitatem eius gustare: ut si cibum aliquem suauem non tantum contempleris alienæ mensæ impositum, sed etiam prehendas et mãdas, nec tamen deglutias: aut si deglutieris, non concoquas: aliud uero uidere, prehendere, mandere, deglutire, concoquere: quod postremum in ijs solis accidit in quibus calor ille uitalis Spiritus Dei urget. Aliud est denique re uera Christum amplecti, & sibi applicare (quod quia soli filij Dei faciunt, non nunquam possunt) aliud uerò Christum etiam credere, nimirum ex communi loquendi usu, quod credere utdeantur. Sic enim diserte explicatur à Luca simili loquendi formula, Luc. 8. c. 18. Itaque etiamsi fidei nomen hic non accipias μετωνυμικῶς, non tamen est quod ex hoc loco aut similibus aliis illud unum conentur quidam nobis extorquere, quo sublato, funditus etiam tolli Christianam religionem oporteat. Spiritibus seductoribus πνεύμασι πλάνοις. Seductores malui quàm impostores uerbum Dei (quod unum, rectum iter est) homines abducũt. Spiritũ autem nomine uel Diabolos ipsos, uel extra uerbum Dei (quod unum, rectum iter est) homines abducũt. Spiritũ autem nomine uel Diabolos ipsos, uel pseudoprophetas qui illorum afflatu impelluntur, aut ipsam denique illorum doctrinam, accipere possumus: ut qd' subijcitur, sit ipsius dicti expositio. Vetus interpres legit πλανῶν, id est erroris, eodem sensu: nisi quod error illius est qui decipitur, quum hic agatur de ipsorum impostorum fraudibus. Epiphanius hunc locum citans, aliquoties legit μύθοις fabulis. Attendentes προσέχοντες. Non modo igitur insurgent pseudoprophetæ, sed illis etiam dabitur summa erroris efficacia. quod diserte notandum est. Hic uero mihi Diumitus occurrit, ut spero, quod apud idoneũ scriptorem, id est apud Epiphanium inuenj, cuius authoritatẽ nemo possit hac in re meritò aspernari: quum nemo ex ueteribus Græcis, meo quidem iudicio, parem diligentiam adhibuerit ut Scripturæ locos ab hæreticis depraua-tos restitueret. is igitur κατὰ πολλαχοῦ, in eos acerrimè inuehens non qui Mariæ templa consecrabant: non qui reginam cæli & misericordiæ, Ipem, uitam, aduocatam, portam paradisi, adorantes inuocarent: non qui peterent ab ea ut ipsi nato imperet (quam blasphemiam scribens, totus cohorresco:) non qui proprium illi cultum hyperdu-

C liæ nomine constituerent: sed qui stulta & crassa quadam superstitione libum illi quoddam solemni pompa consecrarent: is, inquam, aduersus eiusmodi quasdam mulierculas meritò fulminans, ut qui iam tum prospiceret quonã ista miseros homines abducerent. diserte hunc etiam locum citat, & ita quidem ut integrum membrum addat, quod nusquam alibi inueniri puto. Quod tamen cur ab eo cõfictum uideri non possit, primum obstat singularis eius pietas in hoc præsertim argumento: deinde quòd hac ipsa de re differens, & hoc Apostoli dicto, ueluti fundamento, nitens, non ita certè uel impudens erat ut aliquid hic confingeret, quod ab omnibus posset sine difficultate coargui: uel ita prosanus, ut quum eum alia testimonia non deficerent, mallet ipse ultro aliquid affingere: uel denique ita imperitus ut aliquid hic supposititi esse non intelligeret, quum præsertim in hoc ipso argumento uersaretur. Is igitur ita citat hũc locum, ut hæc etiam addat, ἴσασι γὰρ νεκροὺς πατρεύοντες, ὡς καὶ ἐν τῷ Ἰσραὴλ ἐσεβάσθησαν. Id est, Mortuos enim colent, ut in Israele culti sunt. quæ uerba repono post ἀποστήσονται τινες τῆς πίστεως descisscent quidam à fide, ut postea sequatur προσέχοντες πνεύμασι, attendentes spiritibus, &c. Deinde cultus illius exempla profert quæ in Israele sua etiam memoria extarent: atque ad id de quo erat instituta quæstio, hanc Pauli prophetiam accommodat. sed frustra, ut rei exitus ostendit. oportuit enim impleri quæ Paulus prædixerat. Expende igitur & considera, lector quisquis es, quàm planè & aperte ista conueniant cum ijs quæ oculis nostris cernimus, ut iam de extremis temporibus & reuelato Antichristo dubitare non possis. Nam, quicquid garriant illius meritoria prostibula, quid est mortuos colere, prohibere nuptias, interdicere certorum ciborum usu, & in his quidem rebus summam pietatis collocare, hæc inquam palam cum omni seueritate uindicare: quum tamen adulteria, periuria, publicam sacrorum nundinationem, blasphemias, lupanaria, omne fraudum genus non modò tacentes spectent, sed etiam approbent: hæc inquam facere, quid aliud est quàm quod hic aperte dicit Dei Spiritus? Sed unum hoc scilicet ad eorum impudentiam reliquum erat, ut in manifesto scelere deprehensi, tamen constantissimè id negarent quod ipsis oculis cernitur. Dæmoniorum δαιμονίων. Notum est quid hoc nomine Platonici præsertim intellexerint: sacri uero scriptores noxios illos spiritus ac Diabolos sic uocant.

2 Per hypocrisin ἐν ὑποκρίσει. Vel, cum hypocrisi. Erasm. per simulationem. Ego Græcum uocabulum potius retinere uolui, quo nimirum significatur istos quasi histrionicam quandam artem factitaturos. ne quis existimet fore

ut in aliquo uelut angulo delitescant, aut pudoris speciem aliquam retineant. Hoc uerò an ad unguem nostris temporibus conueniat, nemo magis possit dubitare quàm de sole, num meridie luceat: si quis multiplices illas & media quidem luce peruolitates Monachorum laruas, si templorum & sacrificorum uersicolores illos et androgynis prorsus conuenientes habitus, si personas idolorum, si denique totam illorum theatricam saltationem cum ueterum histrionum ritibus comparet. quod argumentum nuper non minus eruditè quàm copiosè ac luculenter tractauit P. Ille Viretus, quem honoris causa nomino, huius, quum hæc scriberem, Lausanensis Ecclesiæ uere pius ac uirtutibus summis præditus minister. Falsiloquorum ψευδολόγων. Videtur potius dicendum fuisse ψευδολόγοις, ut cohæret cum συνείμασι, & paulo post etiam, πεπαυτηριασμένοις: sed maior est habita sententiæ quàm constructionis ratio, ut Marc. 12. d. 40. & alibi aliquoties annotauimus. Nisi malimus δεικνύναι emphaseos causa dici homines ipsos à diabolo impulsos, ut Petrus dicitur Satanas Matth. 16. d. 23. & Iudas longe alia cũ efficacia Diabolus uocatur Iohan. 6. g. 70. Quibus cauterio resecta est conscientia πεπαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν. Vel, qui sua ipsorum conscientia sunt cauterio amputati Sed illam interpretationem præstiterit. est enim hæc constructio ita Græcis usitata, ut non aliter loqui soleant. ueluti apud Demosthenem, ὁ παῖς ἀγωνίζεται τὸν πόλεμον, cui claues iuguli sunt confractæ: apud Xenophontem, ὁ ἀποτμηθεὶς τὸν περὶ κεφαλὴν, cui caput est amputatum. Significat autem τὸ πεπυρωμένον cauterio partẽ aliquam, putrem scilicet amputare. Itaque hæc sententia est eiusmodi, Hominum conscientiam ita obduruisse ut callum obduxerit, deinde cancrum illam insanisse, postremo iam esse cauterio amputatam, sicut diximus Ephes. 4. e. 19. Vulgata, cauteriatam habentium suam conscientiam. Erasmus, cauterio notatam habentium conscientiam. quas interpretationes non minus absurdas iudico quàm si quis dicat eum caput habere, cui caput sit ense amputatum. A

Prohibentium contrahere matrimoniũ, *iubentium* abstinere à cibis, quos deus creauit ad participãdum cum gratiarum actione fidelibus, & ijs qui cognouerunt ueritatem.

3 κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων ἃ ὁ θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάλημψιν μετὰ εὐχαριστίας τοῖς πιστοῖς, καὶ ἐπεγνωκόσι τὴν ἀλήθειαν.

Nam quicquid creauit Deus, bonum est: nec quicquam abijciendum *est*, si cum gratiarum actione sumatur.

4 ὅτι πᾶν κτίσμα θεοῦ καλὸν, καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον, μετὰ εὐχαριστίας λαμβανόμενον.

Sanctificatur enim per uerbũ Dei, & precationem.

5 ἁγιάζεται γὰρ διὰ λόγου θεοῦ καὶ ἐντεύξεως.

6 ταῦτα ὑποτιθέμενος τοῖς ἀδελφοῖς, καλὸς ἔσῃ διάκονος Ἰησοῦ χριστοῦ, ἐντρεφόμενος τοῖς λόγοις τῆς πίστεως, καὶ τῆς καλῆς διδασκαλίας, ᾗ παρηκολούθηκας. B

Hoc si subieceris fratribus, bonus eris minister Iesu Christi, innutritus in sermonibus fidei, bonæque doctrinæ, quã assectatus es.

Cæterum prophanas & aniles fabulas reice: sed exerce temetipsum ad pietatem.

7 τοὺς δὲ βεβήλους καὶ γραώδεις μύθους παραιτοῦ. γύμναζε δὲ σεαυτὸν πρὸς εὐσέβειαν·

Nam corporalis exercitatio paululũ habet utilitatis: at pietas ad omnia utilis est, ut quæ promissionem habeat uitę præsentis ac futuræ.

8 ἡ γὰρ σωματικὴ γυμνασία πρὸς ὀλίγον ἐστὶν ὠφέλιμος· ἡ δὲ εὐσέβεια πρὸς πάντα ὠφέλιμός ἐστιν, ἐπαγγελίαν ἔχουσα ζωῆς τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης.

Fidus *est* hic sermo, & dignus qui omnibus modis apprehendatur.

9 πιστὸς ὁ λόγος, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος.

3 *Iubentium* abstinere ἀπέχεσθαι. In Græco sermone primum omnium supplenda est copula in bimembri oratione, ut annotauimus Iohann. 20. c. 16. & alibi sæpe: deinde cognatæ significationis uerbum, nempe κελεύοντων, ut in illo Homeri εἶπεν καὶ οἶνον ἐδόντες. Item in illo uersu, ἄλλον μὲν λίχνοις, ἄλλον ἐπὶ ἔργοις ἐπέεσσι κόμισεν. Similẽ eclipsin annotauimus 1. Cor. 14. g. 34. 5 Sanctificatur ἁγιάζεται. Id est, purum & sanctum fit, nostri scilicet respectu, ut illo uti possimus bona conscientia, tanquam de manu Domini Dei nostri rite accepto. Nam reliqui, ut fures & sacrilegi, bonis usurpatis fruuntur, Deo quidem illis præbente, ipsis uerò partim non rite, sed per malas artes usurpantibus: partim uerò eum uel contemnentibus, uel etiam infectantibus, cuius beneficentiam in sui perniciem conuertunt. Sanctificati igitur cibi dicuntur quibus legitimè & cum bona Dei gratia utimur. Itaque sancta etiam sunt si delium conuiuia, & quoties ad mensam nos accingimus, toties ad unam beneficentiæ Dei nostri concionem accedimus: ut illic multo etiam minus quàm alibi liceat modestiæ fines transilire. Alludit autem ad legales purificationes, & discrimen cibi mundi & immundi. Per uerbum Dei διὰ λόγου Θεοῦ Ex uerbo Dei fide apprehenso duo intelligimus, ac etiam credere nos profitemur: unum, creata esse omnia hominum causa à Domino pro immensa & infinita sua sapientia: alterum, nos ex eorum esse numero qui ius illud iustæ in reliqua animantia dominationis in Adamo deperditum, per gratiam Dei in Christo receperimus, ut hanc utcam tueamur quàm ipsius amplificandæ gloriæ impendamus. Hanc professionem sequitur oratio, ut nobis det Dominus bona conscientia dapibus ab ipsius manu acceptis cum omni timore ac reuerentia frui. Postremo gratiarum actione & repetitis etiam precibus cõuiuia nostra claudimus. Ita nobis sanctificantur cibi. Et precationem καὶ ἐντεύξεως. Id est προσευχῆς, uel etiam εὐχαριστίας. Nã in genere hic ponitur nomen ἐντεύξεως quod alioqui non tam late patet, ut diximus suprà cap. 2. a. 1. 6 Innutritus ἐντρεφόμενος. Præpositio ἐν aliquid ponderis addit huic participio, quasi dicas in sinu pietatis educatum. Vulgata & Erasmus, enutritus, non explicata hac emphasi. Durum est autem quod idem Erasmus notat, hoc participium actiuè quoque conuerti posse, enutriens illos. Fides τῆς πίστεως. Iterum fides pro sana doctrina, ut suprà uers. 1. utex plicat etiam sequens epexegesis. Quam assectatus es, ᾗ παρηκολούθηκας. Id est, quasi à cuius latere nũquam discessisti. Alioquin interdum aliquid amplius declarat, ut diximus Luc. 1. a. 3. Demosth. περὶ στεφ. Ἐπαίνου δ' ἐστὶν οὐκ ἐν ἡμέραις ἐπαινεῖν ὀλίγοις σύνοιδα ἐγὼ πλείστοις ἐνδέουσι ἐπαίνου, ἀλλὰ παρηκολουθηκόσι τοῖς πεπραγμένοις ἐξ ἀρχῆς. Pietatẽ uerò uocat legitimum & spiritualem cultum, cum quo comparat corporis macerationes.

8 Promissionem ἐπαγγελίαν. Eant nunc & merita supererogationis ponant fatui homines in ullis quantum libet duris corporis afflictionibus, sed & ἐπαγγελίας nomine utitur Paulus ut ultronea hæc esse promissio significetur: nequis ullum hic meritum constituat. Nam longè aliud est ex gratuita promissione aliquid liberaliter largiri, quàm quod debeas persoluere. Erasmus legit plurali numero ἐπαγγελίας promissiones, ut postea genus in duas species distribuatur.

10 Qui

A εἰς τοῦτο γὰρ κοπιῶμεν, καὶ ὀνειδιζόμεθα, ὅτι ἠλπικαμεν ἐπὶ θεῷ ζῶντι, ὅς ἐστι σωτὴρ πάντων ἀνθρώπων, μάλιστα πιστῶν.

παράγγελλε ταῦτα, καὶ δίδασκε.

μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω, ἀλλὰ τύπος γίνου τῶν πιστῶν ἐν λόγῳ, ἐν ἀναστροφῇ, ἐν ἀγάπῃ, ἐν πίστει, ἐν ἁγνείᾳ.

ἕως ἔρχομαι πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει, τῇ παρακλήσει, τῇ διδασκαλίᾳ.

μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, ὃ ἐδόθη σοι διὰ προφητείας, μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου.

ταῦτα μελέτα, ἐν τούτοις ἴσθι, ἵνα σου ἡ προκοπὴ φανερὰ ᾖ ἐν πᾶσιν.

ἔπεχε σεαυτῷ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ· ἐπίμενε αὐτοῖς· τοῦτο γὰρ ποιῶν, καὶ σεαυτὸν σώσεις, καὶ τοὺς ἀκούοντάς σου.

B ΚΕΦΑΛ. Ε.

Πρεσβυτέρῳ μὴ ἐπιπλήξῃς, ἀλλὰ παρακάλει ὡς πατέρα· νεωτέρους, ὡς ἀδελφούς· πρεσβυτέρας, ὡς μητέρας· νεωτέρας, ὡς ἀδελφὰς, ἐν πάσῃ ἁγνείᾳ.

χήρας τίμα, τὰς ὄντως χήρας.

εἴ τις χήρα τέκνα ἢ ἔκγονα ἔχει, μανθανέτωσαν πρῶτον τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν, καὶ ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις· τοῦτο

10 Nam idcirco etiam fatigamur, & probris afficimur, quòd ſpem fixam habeamus in Deo uiuo, qui eſt conſeruator omnium hominum, maximè *uero* fidelium.

11 Hæc denuntia & doce.

12 Nemo tuam iuuentutem deſpiciat, ſed eſto exemplar fidelium in ſermone, in conuerſatione, in charitate, in ſpiritu, in fide, in puritate.

13 Vſque dum uenero, attende lectioni, exhortationi, doctrinę.

14 Ne neglexeris quod in tè eſt donũ, quod datum eſt tibi ad prophetandum, cũ impoſitione manuum presbyterij.

15 Hæc exerce, in his eſto: ut tuus profectus manifeſtus ſit inter omnes.

16 Attende tibipſi & doctrinæ: perſiſte in his. id enim ſi feceris, & teipſum ſeruabis, & eos qui te audierint.

CAPVT V.

SEnioré ne increpes, ſed adhortare ut patrem: iuniores, ut fratres: *Senet. Iuuenes.*

Mulieres natu grádiores, ut matres: iunio- *Anus.*
res, ut ſorores, cum omni caſtitate.

Viduas honora quæ uerè uiduæ ſunt.

Quòd ſi qua uidua liberos aut nepotes *Vidua.*
habet, diſcant in primis *in* propriam domum pietatem exercere, & uicem repẽdere

10 Qui eſt conſeruator ὃς ἐστι σωτὴρ. Vulgata, qui eſt ſaluator. Eraſmus, qui eſt ſeruator quod nonnullos torſit, propterea quòd ſeruatoris nomen ſere reſpicit uitam æternam in Chriſto partam. Itaque ut amphiboliam uitaret, malui conſeruatorem dicere. Alludere autem uidetur ad Pſal. 36. b. 6. 11 In Spiritu ἐν πνεύματι. Spiritum, opinor, uocat zelum pietatis, aut certe eximia illa Spiritus dona, quibus ſic uti uult Timotheum, ut omnibus ſit exemplo: quo ſædificentur, quodq; adeò pro ſe quiſque pro doni ſui ratione imitetur.

15 Vſque dum uenero Ἕως ἔρχομαι. Apparet tum ex hoc uerſiculo, tum ex eo quod dixit ſuprà 3. d. 14. Apoſtolum, quum hæc ſcriberet, e Macedonia conſtituiſſe ſtatim trajicere: ſed præter ſpem, ut alias ſæpe, ita tum quoq; fruſtratus eſt uotis illic retentum, adeò ut non niſi poſt Paſcha ſolueret Philippis, quam etiam ob cauſam quum omnino conſtituiſſet ad Pentecoſten Hieroſolymis eſſe, præter expectationem coactus eſt, mutato conſilio, Epheſum prætendere: hic cuius tamen miniſtros ac proti de Timotheum in primis Miletum accerſiuit, nempe uel idcirco ut fidem ſuam liberaret, poſtremum eos uiſuros. 14 Ad prophetandum διὰ προφητείας. Id eſt εἰς προφητείαν, uel ἐν προφητείᾳ, ut Rom. 4. b. 11. Vel, per prophetiam, id eſt, ita iubente per os Prophetarum Spiritu ſancto, ut ſuprà dictum eſt cap. C 1. d. 18. Quia tamen ſit collati chariſmatis mentio, priorem interpretationem præfero. Nam probabilius eſt, quum iã haberet inſigne prophetiæ donum, fuiſſe ex Spiritus ſancti mandato illi impoſitas manus à presbyteris Epheſinis. i. ad prophetandum in illa eccleſia ſumſe delectum, tantiſper ſ. dũm alio uocaretur à Domino: erat enim euangeliſta. quæ impoſitio manuum procul dubio gratiam Dei in ipſo confirmauit, ut 2. Tim. 1. b. 6. De prophetis autem, quod eorum fuerit munus, ſæpe iam dictum eſt à nobis. Presbyterij τὸ πρεσβυτερίου. Id eſt, ordinis presbyterorum, quo rõmine probabile eſt cœtum omnium illorum ſignificari qui in uerbo laborabant in Epheſiorum eccleſia. ut Act. 20. d. 17. & ſ. 28. Sunt enim interdum generalia hæc nomina, epiſcoporum, presbyterorum, atque adeò etiam diaconorum: de Philip. 1. a. 1 Quidam conuertit ſenatum, ut alibi pro Eccleſia rempublicam dixit. 15 Inter omnes ἐν πᾶσι. Vulgata & Eraſmus, in omnibus. quod etiam poſſumus accipere neutro genere, pro omnibus in rebus, uel omnibus modis. quod tamen mihi duriuſculum uidetur, propter traiectionem

16 Seruabis σώσεις Fides eſt ex auditu, auditus uerò ex prædicatione. Hactenus igitur & ſeſe & alios ſeruare dicuntur miniſtri uerbi, in quibus Dominus poſuit reconciliationis ſermonem: quum ſcilicet una cum illis cõmunitur is qui per eos agit. At contra quoties miniſtri cum Domino conferuntur, ualet illud Pauli, Qui plantat & qui rigat, nihil eſt.

IN CAPVT V.

3 Viduas honora Χήρας τίμα. Id eſt, Viduarum curam habe. Videmus enim illas nominatim à Domino commendari, quòd ſcilicet uarijs miſeriis ſint obnoxiæ, ideóque maiore præſidio egeant. Sic autem accipitur honorandi uerbum hoc in loco, ut apud Hebræos כיבד neque hoc ego de illis uiduis accipio quarum miniſterio utebatur Eccleſia. Nam de illis agit poſtea ſigillatim. Quæ uerè uiduæ ſunt τὰς ὄντως χήρας. Quænam illæ ſint definiet uerſ. 5. Itaque non ſimpliciter explico, quæ ſint orbæ liberis (quia potius uidentur præſidio indigere quæ liberorum multitudine grauantur) ſed quæ uerè ſunt præſidio humano deſtitutæ, & dignas etiam ſe præbent Eccleſiæ ſolicitudine. Alioqui cauſa non eſt cur Eccleſia uel illis grauetur, quibus aliunde ſubſidium non deeſt, uel iſtarum improbitatem ſoueat.

4 Quòd ſi qua εἰ δέ τις. Rationem optimam aſſert Paulus qua uiduis ſubueniri poſſit ſine graui Eccleſiæ diſpendio: nempe ut ſi liberos & nepotes grandiores ſcilicet habuerint, ij admoneantur ut, ſi pij ſunt & Dei timentes,

eam

parentibus: hoc enim est honestum & acceptum coram Deo.

γάρ ὄσιον καλόν ἐστι καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. A

Porrò quæ uerè uidua est ac sola, sperat in Deo, & permanet in deprecationibus & orationibus nocte ac die.

5 ἡ δὲ ὄντως χήρα, καὶ μεμονωμένη ἤλπικεν ἐπὶ τὸν θεὸν, καὶ προσμένει ταῖς δεήσεσι καὶ ταῖς προσευχαῖς νυκτὸς καὶ ἡμέρας,

At quę in delicijs uersatur, ea uiuens mortua est.

6 ἡ δὲ σπαταλῶσα, ζῶσα τέθνηκε.

Illa igitur denuntia, ut irreprehensibiles sint.

7 καὶ ταῦτα παράγγελλε, ἵνα ἀνεπίλημπτοι ὦσιν.

Quòd si qua suis, & maximè domesticis non prouidet, fidem abnegauit, & est infideli deterior.

8 εἰ δέ τις τῶν ἰδίων καὶ μάλιστα τῶν οἰκείων οὐ προνοεῖ, τὴν πίστιν ἤρνηται, καὶ ἔστιν ἀπίστου χείρων.

Vidua allegatur nō minor annis sexaginta, quæ fuerit unius uiri uxor.

9 χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα, γεγονυῖα ἑνὸς ἀνδρὸς γυνὴ,

In operibus bonis ideo testimonio ornata: si liberos educauit, si fuit hospitalis, si sanctorum pedes lauit, si afflictis subuenit, si in omni opere bono fuit assidua.

10 ἐν ἔργοις καλοῖς μαρτυρουμένη, εἰ ἐτεκνοτρόφησεν, εἰ ἐξενοδόχησεν, εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψεν, εἰ θλιβομένοις ἐπήρκεσεν, εἰ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπηκολούθησε.

Porrò iuniores uiduas reijce: postquam enim lasciuire cœperint aduersus Christū, nubere uolunt:

11 νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ· ὅταν γὰρ κατὰ B στρηνιάσωσι τοῦ χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσι,

Ex eo damnandæ, quòd primam fidem reiecerint.

12 ἔχουσαι κρίμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν.

eam pietatem in suos parentes in primis exerceant: domi enim ipsos abunde habere in quibus se pios esse ostendant: deinde illis proponat nihil hic ab ipsis peti quod naturæ iure non debeant, quum sine summo scelere non possit officium ἀντιπελαργίας prætermitti. Postremo doceantur quàm grata & accepta sit Deo ista liberorum ac nepotum pietas officiosa. Sed quid si his subsidijs uidua caruerit? De his uero postea disseret. Ita igitur optimè conueniet distributio, nec quicquam detortum apparebit. Quòd si μανθανέτωσαν. i. discāt, ad ipsas uiduas referas, certè coactū erit quod de uice parentibus rependenda commemoratur: ut interim taceam hic agi de subsidijs quæ uiduis præstari debeant, non autem de illarum officio in suos. id enim postea dicetur. Quid si uero μανθανέτωσαν uertamus doceant: nam hoc quoque significat τὸ μανθάνειν. Sensus quidem conueniet, sed, ut modò dixi, nondum mihi uidetur de ipsarum uiduarum officio in suos differi. Non est tamen quod ab hac sententia quenquam deterreat mutatio numeri. Id enim factum erit quòd Apostolus in genere de uiduis agat: & similis enallages exemplum habuimus supra 2. d. 15. Dico quid maxime probem. suum quisque iudicium sequatur in Domino. *In* propriam domum pietatē exercere τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν. Subauditur κατὰ uel εἰς, opponiturq; hæc doctrina Pauli, Pharisaicis traditionibus, de quibus Matth. 15. a. 5. Vulg. domum suam regere, τὸν ἴδιον οἶκον εὐθύνειν. Nā τὸ εὐσεβεῖν constructione οὐκ ἐγκυκλῳ nusquam legi.

5 Porrò quæ uerè, &c. ἡ δὲ ὄντως, &c. Eas uiduas honorandas, id est Ecclesiæ cura ac solicitudine dignas esse dixerat, quæ uere essent uiduæ: nunc quænam illæ sint explicat: nempe quæ sunt suorum præsidio destitutæ, & fideles ac pias se præstant. Ac sola καὶ μεμονωμένη. Terent. Sola sum, habeo hic neminem neque amicum, neque cognatum. Vulgata & Erasmus. desolata: durè. 9 Allegatur καταλεγέσθω. Vulgata, eligatur. Sed rectius Erasmus. Agit enim hoc in loco Apostolus de ijs uiduis quarum opera ad pauperum præsertim ægrotorum curam utebantur, quæ diaconissæ in Ecclesiastica historia uocantur. Itaque καταλέγεσθαι significat in album & numerum referri. Quæ fuerit, &c. γεγονυῖα ἑνὸς, &c. Duo requirit quod ad præteritam conditionem attinet: Vnum, ut non pellex, non concubina, non meretrix, sed uxor fuerit: Alterum, ut δίγαμος non fuerit. Sed hac in re sane non facile uelim assentiri ueteribus præsertim Latinis, quòd δίγαμος dici putarint eum qui prima uxore mortua alteram duxerit, aut contrà. At ego δίγαμος dici uiros censuerim, qui uiuente uxore, eaq; uel adhuc legitimè coniuncta, uel iniusto diuortio separata, alteram ducunt: mulieres uero δίγαμοι, quæ à uiris meritò repudiatæ, alijs postea nuberent. Vt autem ita sentiam, primum eo adducor quòd alioqui periniquum certè fuerit secūdas nuptias damnare, nec causam ullam uideam cur secundæ potius quàm primæ ullam incontinentiæ labem secum trahant. Imo uero quàm multæ profert species possunt, in quibus qui iterum uxorem duxerit, plura ac certiora continentiæ signa ediderit quàm qui unam tantum uxorem habuerit? An non autem ullo modo probabile est, Apostolum, qui iuniores uiduas uult nubere, hoc illis consilium dare, unde postea consequatur ut ad Ecclesiasticū munus ineptæ censeantur? Quanuis enim longè aliud sit ab Ecclesia reijci, quàm ad Ecclesiasticam functionem non censeri idoneum: tamen non leuis est macula, ideo nō admitti quod sanctè & in Domino nupseris, ex Apostoli ipsius consilio. Postremo legatur ca non cōcilij Neocæsariensis tertius, & septimus, itemq; Laodiceni primus. Ibi comperiemus digamos fuisse publicæ pœnitentiæ addictos, & presbytero interdictum ne nuptiali conuiuio eorum interesset: nempe ne uideretur eiusmodi nuptias approbare uel concedere. Quis uerò sanctis illis patribus hoc unquam in mentem uenisse putarit, ut publica ēt pœna dignos censerent qui Spiritus sancti mandato paruissent? Sed & pro me disertè facit Chrysostomus, qui explicans quòd de episcopo unius uxoris marito dictū est, hoc manifestè intelligit de polygamis, i. de ijs qui plures simul uxores haberēt. In epistolā uero ad Titum scribens, diserte hoc scriptūesse dicit εἰς ζῆσ ἀσελγεῖς, quiq; erga mulierē ἀπελθοῦσαν (i quæ discesserit, nimirum inhumaniter tractata, aut immerito repudiata) beneuolētiam, altera s. ducta, nō cōseruarint. Itaq;, ut tandē finē faciā, uiduas Paulus nō uult adscribi diaconissis, nisi quæ sine ullo probro uixerint, uno marito cōtentæ. Vnū aūt maritū habuisse dicit & sine ullo probro uixisse ēt illa quæ priore uiro defuncto, pudicè & castè, ex Spiritus sancti mandato, cum secundo marito uixerit. Quòd si quis Patrum quorundam auctoritatem mihi opposuerit, ad uerbum Dei prouoco, & superiores rationes quas adduxi, refelli postulo.

10 Si sanctorum pedes lauit εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψεν. Hac una specie officij quod tum in illis regionibus usurpari solebat, quum peregre aduenientes uiatores exciperentur, reliqua etiam obsequia significauit Apostolus. nec temere

A mere etiam hoc tanquam utilissimum obsequij genus delegit. 11 Postquã enim lasciuire cœperint aduersus Chr. ὅταν καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ. Reijci non uult iuniores uiduas ab Ecclesia, sed ad numerum diaconissarum no admitti. Causam affert, quod ad hoc munus ineptæ sint quæ matrimonij uinculo sunt obstrictæ: iuniores autem ætas sæpe ad matrimonium sollicitaret. Inde duplex sequebatur incommodũ, aut ẽt triplex. Primũ, quod diaconissarum numerus minuebatur: Alterum, quod hoc non sine aliqua leuitatis & infamiæ nota, demque non sine offendiculo euenebat: Tertium uero longe grauissimum, quòd nonnullæ, quum non ferrent se inter pios aliquam probri ignominiam sustinere, à Christianismo etiam hac occasione deficiebant. Quorsum autem hoc ad monialium uota? Imo cur saltẽ in illis non obseruatur quod in uiduis omnino propter incontinentiæ periculum requirit Apostolus? Cæterum quod Vetus interpres conuertit, quum enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere uolunt: primum in eo reprehendi meretur quod κατὰ Χριστοῦ, id est aduersus Christum, non recte conuerterit, in Christo: deinde nonullis errorẽ obiecit, qui in Christo coniunxerunt cũ uerbo nubere, sententia prorsus deprauata. Quòd enim ista lasciuientes & primã fidẽ uiolates, dicant uelle in Christo nubere? Neq; uero in hoc refellẽdo errore multũ est laborandũ, quũ Apost. nõ scripserit κατὰ τοῦ Χριστοῦ, sed καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, ut τοῦ Χριστοῦ à præcedẽte uerbo diuelli nulla ratione possit.

ἅμα δὲ καὶ ἀργαὶ μανθάνουσι, περιερχόμεναι 13 Simul aũt & otiosæ discunt circumire do
τὰς οἰκίας· οὐ μόνον δὲ ἀργαὶ, ἀλλὰ καὶ φλύαροι mos: imò non solum otiosæ, sed etiam nuga
καὶ περίεργοι, λαλοῦσαι τὰ μὴ δέοντα. ces, & curiosæ, garrientes quæ non decent.

βούλομαι οὖν νεωτέρας γαμεῖν, τεκνογο- 14 Velim igitur iuniores nubere, liberos gi
νεῖν, οἰκοδεσποτεῖν, μηδεμίαν ἀφορμὴν διδόναι gnere, domum administrare, nullã occasio
τῷ ἀντικειμένῳ λοιδορίας χάριν. nẽ dare aduersario ad maledicendum.

ἤδη γάρ τινες ἐξετράπησαν ὀπίσω τοῦ Σατανᾶ. 15 Iã eñ nõnullæ deflexerũt, sequutę satanã.

εἴ τις πιστὸς ἢ πιστὴ ἔχει χήρας, ἐπαρκείτω 16 Quòd si quis fidelis aut si qua fidelis ha
αὐταῖς, καὶ μὴ βαρείσθω ἡ ἐκκλησία, ἵνα ταῖς bet uiduas, subueniat eis: & nõ oneretur Ec
ὄντως χήραις ἐπαρκέσῃ. clesia, ut ijs quæuerè uiduæ sunt subueniat.

B οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι διπλῆς 17 Qui bene præsunt presbyteri, duplici ho- *Presbyteri præ-*
τιμῆς ἀξιούσθωσαν, μάλιστα οἱ κοπιῶντες ἐν nore digni habeãtur: maximè ij qui laborãt *dicantes Euan-*
λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ. in Sermone & doctrina. *gelium.*

λέγει γὰρ ἡ γραφὴ, Βοῦν ἀλοῶντα οὐ φιμώ- 18 Dicit eñ Scriptura, Bouitrituranti nõ obli Deut.25.a.4
σεις. καὶ, ἄξιος ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ. gabis os. Et, Dignus sẽ operarius mercede sua. 1.cor.9.b.9 Matt.10.a.10 luc.10.b.7

τοῦ πρεσβυτέρου κατηγορίαν μὴ παραδέχου, 19 Aduersus presbyterũ accusationẽ ne ad
ἐκτὸς εἰ μὴ ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων, miseris, nisi sub duobus aut tribus testibus.

τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἔλεγχε ἐνώπιον πάντων, 20 Eos qui peccant, coram omnibus argue,
ἵνα καὶ οἱ λοιποὶ φόβον ἔχωσι. ut & reliqui timeant.

διαμαρτύρομαι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ καὶ κυρίου Ἰη- 21 Obtestor in conspectu Dei, & Domini Ie
σοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἐκλεκτῶν ἀγγέλων, ἵνα ταῦτα su Christi, & electorum Angelorum, ut hæc *Infrà 6.c.13*
φυλάξῃς χωρὶς προκρίματος, μηδὲν ποιῶν serues, absq; eo ut unum alteri præferas, nihil
κατὰ πρόσκλισιν. faciens in alteram partem declinando.

13 Simul aũt ἅμα δὲ. Alterũ genus earũ quæ minus quidẽ peccant, sed tamẽ uarijs offendiculis materiã præbẽt. 14 Aduersario τῷ ἀντικειμένῳ. Additus articulus, idq; ẽt quẽ subijcitur, facit ut τὸν ἀντικείμενον dictũ putẽ ipsum Satanã, Hebraica uoce explicata. Is enim ẽ qui linguas hominũ acuit ad detrahendũ Ecclesiæ: & suprà aliquoties reperta ẽ hæc sententia, ubi expresse nominat Diabolus, ut suprà cap. 3. b. 6 & 7. 16 Quæ uerè uiduæ sunt ταῖς ὄντως χήραις. Id est, quæ uerè uiduæ sunt humano præsidio, ac solæ, ut exposuimus suprà uers. 5. 17 Duplici honore διπλῆς τιμῆς id est de quib. magis ẽt q̃ de reliquis simus solliciti. Honoris enim appellatione iã dixi piũ omne officiũ ac subsidiũ, Hebræorum more significari: & numerũ certũ pro incerto posuit, ut minimè opus sit quicquã hic subtilius inquirere. Maxime μάλιστα Duplices igitur presbyteri fuerunt, quũ uni uacarẽt gubernationi, alteri Sermoni et

C orationi. 19 Aduersus presbyterũ κατὰ πρεσβυτέρου. Hoc referũt Græci ad quẽuis ætatis homines. quod mihi perabsurdũ uidet. Etsi enim aliquid tribuendũ ẽ canitiei, tñ causam nõ uideo cur hac in re nõ debeat pariter omnibus cõ dictio. Sed in presbytero loge alia ratio est: quia huic hominũ generi certũ est Satanã potissimũ insidiari, ideoq; nullos æquè omnib. calumnijs & obtrectationibus esse obnoxios. Est igitur in illorum accusationib. audiendis longè maxima cautione opus. At quænam illa est? dices. Hic uero mihi uidentur nonnulli impegisse, dũ putãt nihil hic præscribi à Paulo quod in omnib. iudicijs non sit obseruandũ. Itaq; in hoc nodo explicando sudant multi, & manifesta) totum sequens membrum expunxerint, deinde exposuerint, ne recipias, i. ne facile recipias. Atqui nullam hic opinor subesse difficultatem. Aliud enim est admittere accusationem, aliud uerò accusatum absoluere uel damnare. Est autem hoc iudicis officium ut quosuis accusare uolentes, audiat, quos deinde si reum non peregerint, pro meritis castiget. Sed tamẽ quum presbyter accusatur, peculiare quiddam uult Apostolus obseruari, nempe ut ne ad accusandum quidem admittatur quisquam, nisi prius duobus aut tribus testibus fecerit suam accusationis fidem: ut nõ statim damnetur presbyter, aut absente illo de causa cognoscatur: sed ut, postquã constiterit non fore frustrã accusationem, tum demum uocetur reus, & legitimè de re tota decernatur. Causam uero istius constitutionis Apostolicæ duplicem inuenio, nempe quia, ut modo dixi, nulli sunt æquè omnibus calumnijs obnoxij, atque pij doctores: deinde quia in presbyterum non potest priuatum quodammodo iudicium constitui, quum non possit non esse cũ publico totius Ecclesiæ offendiculo coniunctum: adeo ut etiamsi absoluatur, tamen aliqua inde infamia in totam Ecclesiã redunder, sitque nõ modo, in iudicãdo, sed ẽt in admittẽdo accusatore magna cautione opus. Præterea notandũ est ex hoc loco, Timotheũ in Ephesino presbyterio tum fuisse προεστῶτα (id est antistitem) ut uocat Iustinus non qui pro arbitrio omnia faceret, sed qui pro sua pietate ac prudentia omnia moderaretur, ut in cœtu omnia ritè & ordine fierent. Deinde considerandæ sunt & temporum & causarum circunstantiæ, nequis uel Ecclesiasticam disciplinam illic aboleat ubi Christianus est magistratus: qui nunc error (eheu) nostras pessundat Ecclesias, & proculdubio tandem euertet: uel tyrannicam illam clericorum exemptionem inuehat: quum in iis quæ ad politiam pertinẽt, omnem animam magistratui subiectam esse oporteat.

21 Absque eo ut unum alteri præferas χωρὶς προκρίματος. Dicitur Græcis προκρίνειν qui aliquẽ ut eximium &

A

selectum habet. debet autem iudex in iudicando omnes istas opiniones deponere, ut qui non de personis sed de causa iudicaturus sedeat. Non rectè igitur Vetus interpres conuertit, sine præiudicio. Est enim præiudicium causæ potius quàm personæ: quàuis alioquin hæc interpretatio ferè eodem recidat. Erasmus, sine præcipitatione iudicij. id est, causa non bene ac diligenter cognita: qua significatione nusquam memini legere τὸ προκρίναν, quanuis ita explicet Græcus scholiastes. In alteram partem declinando, διαβάλλειν προσπλασιν. Sic uetus interpres rectè exposuit, seruata metaphora quæ a libripendibus sumpta est. Debet enim iudex quasi in lance iura litigantium expendere, ita ut neutram partem propendeat, recto alioquin iudicio non futuro. In quibusdam codicibus legitur πρόσπλασιν, sed perperam, ut opinor. neque enim προσπάλλω aliud quàm prouocare significat, uel aduocare. nisi ex aduocatione interpretemur, quasi iudex aduocati partibus fungatur. Sed in hac significatione quos Latini aduocatos seu amicitiæ causa deprecatores adhibitos uocant, à Græcis παράκλητος, & rem ipsam παράκλησιν potius dici inuenio. Græcus denique scholiastes uidetur legisse πρόπλασιν, quo nomine intelligit aliquem animi motum qui iudicem ad temere ferè dam sententiam prouocet.

Manus citò necui imponas, neque communices peccatis alienis. Temetipsum purum serua. 22

Ne amplius sis abstemius: sed uino paucu lo utere, propter stomachum tuum, & crebras tuas infirmitates. 23

Quorundam hominum peccata antè manifesta sunt, præeuntia *scilicet* ad damnationem: quosdam uerò subsequuntur: 24

Itidem & bona opera antè manifesta sunt: & ea quæ secus habent, occultari non possunt. 25

χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, μηδὲ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις, σεαυτὸν ἁγνὸν τήρει.

μηκέτι ὑδροπότει, ἀλλ' οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου, καὶ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας.

τινῶν ἀνθρώπων αἱ ἁμαρτίαι πρόδηλοί εἰσι προάγουσαι εἰς κρίσιν, τισὶ δὲ καὶ ἐπακολουθοῦσιν.

ὡσαύτως καὶ τὰ καλὰ ἔργα πρόδηλα ὄντα, καὶ τὰ ἄλλως ἔχοντα κρυβῆναι οὐ δύνανται.

B

CAPVT VI.

QVicunque sub iugo sunt serui, suos dominos omni honore dignos ducant, ne nomen Dei & doctrina blasphemetur.

ΚΕΦΑΛ. ϛ.

ΟΣΟΙ εἰσὶν ὑπὸ ζυγὸν δοῦλοι, τοὺς ἰδίους δεσπότας πάσης τιμῆς ἀξίους ἡγείσθωσαν, ἵνα μὴ τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ καὶ ἡ διδασκαλία βλασφημῆται.

22 Manus cito, &c. χεῖρας ταχέως, &c. id est, ne temere quosuis ad Ecclesiasticam ullam functionem admitte, quantum scilicet in te est. Neque enim penes unum Timotheum residebat omnis authoritas: sed ex Ecclesiæ totius suffragijs facta electione, ut diximus Act. 14. d. 23. & ex Matthiæ ac diaconorum electione liquet, tum demum ὁ πρεσβύτερος nomine presbyterij per manuum impositionem consecrabat electum Domino, ut suprà 4. d. 14. De manuum autem impositione alibi dictum est à nobis.

23 Ne sis amplius abstemius μηκέτι ὑδροπότει. Abstemij quidam sunt natura, uel morbo: quidam uoluntate: ex quibus unus erat Timotheus, minimè id quidem ex uoto, aut crassa illa mentis uel Angelicæ perfectionis opinione: sed ut carnē hac ratione domaret, sibi scilicet cōscius sese hoc remedio indigere. Nihil igitur hoc pertinet ad impiam Monachorum superstitionem: sed aperte potius damnatur Celestinorum & Carthusianorum & omnium istiusmodi Pharisæorum obstinatio: quibus religionem summam esse serunt, uel ubi certum est mortis periculum, carnē gustare. Quanquam quod ad uinum quidem attinet, boni & rigidi isti patres in eo summè consenserunt ut hoc Pauli consilio minimè, quod ad priorem quidem partem, indigerent. Vulg. noli adhuc aquam bibere. Eras. ne posthac bibas aquam. Neutra certè interpretatio conuenit. Neque enim ὑδροπότης dicitur à Græcis qui suis aquam potitat, sed qui aquam ita potat: ut à uino abstineat: quod & ipsa sententia postulat. Pauculo ὀλίγῳ. Hoc addit Paulus, ne calumniæ sit obnoxia hæc constitutio. quasi ad hauriendum uinum mitaret. Nec desunt etiam qui putent hunc uersiculū non esse positum suo loco. Propter stomachum tuum διὰ τὸν στόμαχόν σου. Id est, uentriculum, ciborum scilicet receptaculum, Celso, lib. 4. cap. 1. Nam ueteribus uenter dicitur. Alioqui στόμαχος interdū tota gula dicitur, ut Ciceroni lib. 2. de Natura deorum: interdum uerò, ac, ut mihi quidem uidetur, maximè propriè, ipsius gulæ postremum, ut Plinio lib. 11, cap. 37. qui proculdubio ista acceperunt à Græcis, ut facilè probare possem si noster hic esset scopus. Nam quia cohærēt partes istæ, usus facilè obtinuit ut quod unius partis propriè nomen est, toti postea sit accommodatū. Ipsum autem uentrem siue uentriculum, id est ἔσω κοιλίαν idonei etiam Latini authores passim stomachū uocarunt, Græcorum, opinor, exemplo: quanuis eos Galenus reprehendat. Pertinet uerò ad hunc locum nonnihil quod ait Celsus lib 1. cap. 2. Imbecillis, inquit, stomacho (quo in numero magna pars urbanorum, omnesq; penè cupidi literarum sunt) obseruatio maior necessaria est: ut quod uel corporis, uel loci, uel studij ratio detrahit, cura restituat.

C

24 Quosdam uerò subsequuntur ἄλλοι δὲ καὶ ἐπακολουθοῦσιν. Peccata dicuntur esse πρόδηλα, id est antè manifesta, & sua sponte in publicum prodeuntia, in ijs quorum improbitatē Deus ante detegit quàm Ecclesiam fefellerint: ut in Simone Mago contigit, cui propterea non sunt impositæ manus, Act. 18. c. 17. ideoque dicuntur illis præire ad damnationem, uenusto quodam dicendi genere: quasi scilicet anteambulones quidam fuerint, à quibus admonita sit Ecclesia quis ille sit qui mox sit uenturus: ex quo efficitur ut Ecclesia iam falli non possit. Alios uerò dicuntur peccata ipsa subsequi, quod tum demum appareant quum bonos uiros ad tempus fefellerunt: quasi à tergo illius imminentia: ut in Saule, Iuda, & alijs hypocritis serius detectis accidit. Similis ratio est etiam in bonis, quorum in alijs probitas & integritas statim patefit à Domino, in alijs diu uel negligitur, uel etiam à sceleratis quasi opprimitur. Dominus enim sua & his & illis tempora præfixit. Tantum præstent negligentiæ & malæ conscientiæ culpam fideles ministri.

IN CAPVT VI.

2 Beneficij τῆς εὐεργεσίας, Id est τῆς χάριτος, gratiæ, ut alibi sæpe scripsit. Itaque non sunt appositè interpretati hunc locum qui de seruorum in dominos obsequijs hoc sunt intrepretati. quod ut planius fieret, addidi τῆ θεῖ, id est

A οἱ δὲ πιστοὺς ἔχοντες δεσπότας, μὴ καταφρονείτωσαν, ὅτι ἀδελφοί εἰσιν, ἀλλὰ μᾶλλον δουλευέτωσαν, ὅτι πιστοί εἰσιν καὶ ἀγαπητοὶ οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι. ταῦτα δίδασκε καὶ παρακάλει.

2 Qui uerò fideles habent dominos, ne eos despiciant quòd fratres sint: sed potius inseruiãt, ꝙ fideles sint ac dilecti, qui beneficij *Dei* participes sunt. Hæc doce, & exhortare.

εἴ τις ἑτεροδιδασκαλεῖ, καὶ μὴ προσέρχεται ὑγιαίνουσι λόγοις τοῖς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῇ κατ' εὐσέβειαν διδασκαλίᾳ,

3 Si quis diuersam docet doctrinam, neque accedit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatẽ est doctrinæ:

τετύφωται, μηδὲν ἐπιστάμενος, ἀλλὰ νοσῶν περὶ ζητήσεις καὶ λογομαχίας, ἐξ ὧν γίνεται φθόνος, ἔρις, βλασφημίαι, ὑπόνοιαι πονηραί,

4 *Is* turget nihil sciens, sed insaniẽs circa quæstiones ac uerborum certamina: ex quibus nascitur inuidia, lis, maledicẽtiæ, suspitiones malæ, Supra 1.a.4.

διαπαρατριβαὶ διεφθαρμένων ἀνθρώπων τὸν νοῦν, καὶ ἀπεστερημένων τῆς ἀληθείας, νομιζόντων πορισμὸν εἶναι τὴν εὐσέβειαν, ἀφίστασο ἀπὸ τῶν τοιούτων.

5 Peruersæ exercitationes hominum mẽte corruptorum, & quibus adẽptà est ueritas: qui quæstui habent pietatem. Secede ab ijs qui eiusmodi sunt.

B ἔστι δὲ πορισμὸς μέγας ἡ εὐσέβεια μετὰ αὐταρκείας.

6 Est autem quæstus magnus, pietas cum animo sua sorte contento.

οὐδὲν γὰρ εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον, δῆλον ὅτι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι δυνάμεθα.

7 Nihil enim intulimus in mundum, uideli- Iob.1.d.21. cet nec efferre quicquam possumus.

ἔχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα.

8 Sed habentes aliméta, & quibus tegamur, his contenti erimus. *Victus. Vestitus.*

οἱ δὲ βουλόμενοι πλουτεῖν, ἐμπίπτουσιν εἰς πειρασμὸν καὶ παγίδα, καὶ ἐπιθυμίας πολλὰς ἀνοήτους καὶ βλαβερὰς, αἵτινες βυθίζουσι τοὺς ἀνθρώπους εἰς ὄλεθρον καὶ ἀπώλειαν·

9 Cæterùm qui uolunt ditescere, incidunt in tentatiõnẽ & laqueum & cupiditates multas amentes & damnosas, quæ demergũt homines in exitium & interitum.

ῥίζα γὰρ πάντων τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία, ἧς τινες ὀρεγόμενοι ἀπεπλανήθησαν ἀπὸ τῆς πίστεως, καὶ ἑαυτοὺς περιέπειραν ὀδύναις πολλαῖς.

10 Siquidem radix omnium malorum est studium pecuniæ: quam quidam dum appetũt, aberrarunt à fide, & seipsos transfixerunt doloribus multis. *Auaritia.*

σὺ δέ, ὦ ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ, ταῦτα φεῦγε· δίωκε δὲ δικαιοσύνην, εὐσέβειαν, πίστιν, ἀγάπην, ὑπομονήν, πραότητα.

11 Tu uerò, homo Dei, ista fuge: sectare autẽ iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, tolerantiam, lenitatem.

C est Dei nomen. Est enim hæc sententia, Si qui dominos habent fideles, ne hanc occasionem arripiant non fungẽdi officio suo, quod in Christo sint dominorum suorum fratres: imò eo libentius pareant, ꝙ Deus illos subiecerit dominis fidelibus & ipsi charis, i. qui sint unà cum ipsis serui eiusdem illius Dei beneficentiæ participes. Nam si infidelibus etiam dominis parendũ est, quanto magis requirit à nobis Deus istã subiectionẽ, quũ nos amicis suis subiecit?

3 Diuersam docet doct. ἑτεροδιδασκαλεῖ Vide suprà 1.a.3. 4 Insaniens νοσῶν. Cic. Tusc. 3. Nomen insaniæ significat mentis ægrotationẽ & morbũ. Sic igitur Eras. hunc locũ rectè omnino expressit Vulg. languens.

Verborũ cont. λογομαχίας. Verba opponit rebus. λογομαχίαν ergo uocat inanẽ de uerbis non de rebus concertationem: uerba tamen etiã nominãs quæcũq; res nihil habent solidi, aut ex quibus possit utilitas aliqua comparari.

5 Peruersæ exercitationes παραδιατριβαί. Vetusti nostri codices scriptũ habent, διαπαραττεσθαι, i. assidui attritus. Mutuò enim sese atterũt sophistæ, & sua scabie alij alios inficiunt, ut Græcus scholiastes explicat. Sed mihi potius probatur recepta lectio. Porrò διατριβὰς uocant Græci quas Quintilianus scholarũ exercitationes appellat. Itaq; significat Paulus istis inanibus quæstionib. homines quasi in ludo quodam impudentiæ & improbitatis exerceri. quod dum ingeniũ, confirmandũ iudiciũ, ad ueri deniq; inuestigationẽ cõparatæ. In istis uerò obtũditur animus, peruertitẽ iudiciũ: ueritatis deniq; lux omnis extinguitur. Exemplũ quæris? Propone tibi scholasticæ theologiæ facultates quas gistros nostros uocant: nempe ut ipsis etiam nominibus Pharisæos referãt. Vulg. conflictationes. non expressa præpositione παρά. Eras. Superuacaneæ cõflictationes. quum pestiferas potius dicere debuerit. Secede, &c. ἀφίστασο. Hoc non legit Vetus interpres, reperimus tamẽ in omnibus Græcis exẽplaribus: & sanè prætermitti non debet.

6 Est autẽ quæstus ἔστι δὲ πορισμός. Venustè detorquet quæstus nomẽ, acsi dicat, Metiũtur isti Christianisinũ lucro: & sanè maximũ est lucrũ, sed diuersa prorsus ratione. Veras enim opes suppeditat, animũ scilicet pium & sua sorte contentũ. Cum animo, &c. μετὰ αὐταρκείας. Quod sis, inquit ille, esse uelis, nihilq; malis. Sed hoc quidẽ fuerit hominis prorsus stupidi, nisi ea sit conditione in qua meritò acquiescat. Eam aũt unus demũ Christus suppeditat, in quo sunt oẽs thesauri absc̃oditi ad uitam æternã. Vulg. ad uerbũ, cũ sufficientia. 7 Qui uolũt οἱ βουλόμενοι. i. qui huc ferunt ut q̃ citissimè ditescant. Menander Οὐδεὶς ἔπλουτησε ταχέως, δίκαιος ὤν. 10 Radix, &c. ῥίζα, &c. Huc pertinent duæ nobiles sententiæ, una Bionis, qui φιλαργυρίαν. i. pecuniæ cupiditatem, uocabat ἰατρὸν μητρόπολιν, utitij metropolim: altera Timonis, qui duo esse dicebat malorũ elemẽta, ἀπληστίαν καὶ φιλοδοξίαν. i. inexplebilẽ opũ auiditatem, & gloriæ appetitionẽ. Transfixerũt περιέπειραν. Dolor & cura uidetur animũ quodãmodo perfodere, auaritiæ nimirũ messis, ut loquit Eurip. Est autem περιπείρειν infigere & perforare. Vulg. inseruerunt. Eras. implicuerunt. neuter satis expresse. Nos in uernaculo nostro sermone diceremus, *ils se sont embrochez ou enferrez*.

11 Homo Dei ὦ ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ. Hebr. איש האלהים. i. quem Spiritus Dei regit, ut prophetam & Dei interpretem. Vide 2. Tim. 3. d. 17.

Certa præclarum certamen fidei: apprehẽ de uitam æternam, cuius causa & uocatus es, & professus præclaram professionem coram multis testibus.

12 ἀγωνίζου τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίστεως, ἐπιλαβοῦ τῆς αἰωνίου ζωῆς, εἰς ἣν ἐκλήθης, καὶ ὡμολόγησας τὴν καλὴν ὁμολογίαν ἐνώπιον πολλῶν μαρτύρων. A

Denuntio tibi coram Deo, qui uiuificat omnia, & Iesu Christo, qui testatam fecit corã Pontio Pilato bonam professionem,

13 παραγγέλλω σοι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ τοῦ ζωοποιοῦντος τὰ πάντα, καὶ χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ μαρτυρήσαντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τὴν καλὴν ὁμολογίαν,

Vt serues hæc mandata, maculæ & culpæ omnis expers, usq; ad illustrem illum aduentum Domini nostri Iesu Christi:

14 τηρῆσαί σε τὴν ἐντολὴν ἄσπιλον, ἀνεπίληπτον, μέχρι τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ,

Quem temporibus suis ostendet ille beatus & solus Princeps, Rex regũ, & Dominus dominorum:

15 ἣν καιροῖς ἰδίοις δείξει ὁ μακάριος καὶ μόνος δυνάστης, ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ κύριος τῶν κυριευόντων, B

Qui solus habet immortalitatem, lucem habitans inaccessam, quem uidit nemo hominum, neque uidere potest: cui honor & robur æternum. Amen.

16 ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὐδὲ ἰδεῖν δύναται, ᾧ τιμὴ καὶ κράτος αἰώνιον· ἀμήν.

Ijs qui diuites sunt in hoc seculo denũtia ne efferantur animo, neq; spem ponant in diuitijs incertis, sed in Deo uiuo, (qui præbet nobis omnia copiose ad fruendum)

17 τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, παράγγελλε μὴ ὑψηλοφρονεῖν, μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι, ἀλλ' ἐν τῷ θεῷ τῷ ζῶντι, τῷ παρέχοντι ἡμῖν πλουσίως πάντα εἰς ἀπόλαυσιν,

Vt bene faciant, ut diuites sint operibus bonis, faciles ad impartiendum, facilis conuictus:

18 ἀγαθοεργεῖν, πλουτεῖν ἐν ἔργοις καλοῖς, εὐμεταδότους εἶναι, κοινωνικούς,

Recondentes sibi ipsis fundamentum bonum in posterum: ut apprehendant æternam uitam.

19 ἀποθησαυρίζοντας ἑαυτοῖς θεμέλιον καλὸν εἰς τὸ μέλλον, ἵνα ἐπιλάβωνται τῆς αἰωνίου ζωῆς. C

O Timothee, depositum serua, deuitans prophanos de rebus inanibus clamores, & oppositiones falsò nominatæ scientiæ.

20 ὦ τιμόθεε, τὴν παραθήκην φύλαξον, ἐκτρεπόμενος τὰς βεβήλους κενοφωνίας, καὶ ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως.

12 Certa *ἀγωνίζ.* Iam sæpe admonuimus Hebræos & Atticos etiam scriptores ista constructione delectari.

13 Qui uiuificat *τοῦ ζωοποιοῦντος.* Id est, qui dat uitam omnibus, ac conseruat. Heb. חיית.

Coram Pontio Pilato *ἐπὶ ποντίου πιλάτου.* Vulg. & Eraim. sub Pontio Pilato, i. Pontio Pilato præside. Incidit enim Christi prædicatio & mors in id tempus quo Pilatus iudæam administrauit. Sed *ἐπὶ* malo interpretari coram uel apud, ut respondeat hoc membrum illi quod paulò ante dixerat, *οὕτως ἐπὶ πολλῶν μαρτύρων*, coram multis testibus. Nam *ἐπὶ* etiam ita accipitur Matth. 28. c. 14. & hæc confessio differte describitur Iohan. 18. g. 37.

14 Hæc mandata *τὴν ἐντολήν.* Hebr. את המצוה nos uerò plurali numero mandata dicimus. Porrò quæ sequuntur epithera, etsi illis quoque possunt conuenire, tamen meo iudicio commodius ad Timotheum ipsum referuntur, uel ob eam causam quòd nomine *τῆς ἐντολῆς* indeatur demum significare illam officij rationem quam ei tota hęc epistola præscripsit.

15 Princeps *δυνάστης.* uel dynastes, ut diximus Luc. 1. e. 52. Nolim autem ego curiosius illa distinguere, quia potius hæc tanquã synonymorum congerie uoluit summam & unicam illam Dei potentiam declarare. ut qui non modò reliquis quibusuis sit infinitis partibus potentior, sed etiã illos sibi pleno iure subiectos habeat, denique à seipso solus habeat omnia. Siquis tamen malit distinguere, dicam à certis gradibus ad summa pergere Apostolum. Nam Dynasta est regibus inferior dignitate, Rex uerò Domino, quod ad subiectos quidem suos attinet. Rex regum *ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων* Hebr. מלך מלכים id est summus & potentissimus Rex. *βασιλευόντων* uerò dixit Hebræorum more, pro *βασιλέων*, & *κυριευόντων* pro *κυρίων*, ut nullum hìc quærendum sit mysterium. Sed quorsum hæc Apostolus? nempe ut omnium principum minis opposita Dei potentia, nos in nostra statione fortiter permaneamus. 17 In hoc sæculo *ἐν τῷ νῦν αἰῶνι.* Id est rerum ad hanc uitam pertinentium, quibuscum comparantur qui sunt bonorum operum diuites.

Viuo *ζῶντι* Hebr. אל חי. Id est uerè existenti & æterno. Nam Deo opponit caducam opum naturam.

18 Facilis contictus. *λειτωνικούς.* Comes est diuitiarum arrogantia: quò fit ut ægrè se demittãt diuites ad tenuiorum hominum consuetudinem, quum nulla uirtus eos æquè exornet, atque morum facilitas: quam meritò sum mopere laudat in futuro imperatore Cicero pro Lege Manilia. Hac uirtute qui carent, dicuntur *ἀκοινώνητοι* siue *ἀσύμφατοι*, asperi scilicet & fastuosi. ex quo etiam intelligitur *λειτωνικοὺς* Erasmum non satis expresse interpretari communicantes. Nos *κοινωνικὸν* ad uerbum possimus in uernaculo nostro sermone interpretari *communicatiff.*

19 Fundamentum bonum *θεμέλιον καλόν.* Hoc opponit opum humanarũ incertæ ac fluxæ naturæ. Sed (dicet aliquis,) an ullis operibus spes nostra nititur? Minimè uerò, ut testatur Apostolus Rom. 3. d. 27, & 4. a. 2, & singulis pene uersiculis. sed tamen quatenus sunt nostræ fidei testimonia, ac proinde nostræ in Christo reconciliationis, dicuntur uocationem & electionẽ firmam, nostri scilicet respectu, efficere, 2. Pet. 1. b. 10.

20 Depositum serua *τὴν παρακαταθήκην φύλαξον.* Depositum proculdubio uocat dona quæcunq; ad Ecclesiæ ædificationem, ueluti depositum, Deus cõmiserat Timotheo. Seruat autem depositum qui ita se gerit ut causam non habeat depositarius cur hoc illi eripiat. Est autem diligenter notanda hæc formula, quanuis non omnia respondeant iis regulis quæ de deposito tradunt iurisconsulti. De rebus inanibus clamores *κενοφωνίας.* Hoc titulo exornat Paulus non minus spinosas quàm & clamosas & inanes, atque adeò prosanas tum philosophastrorum, tum sophistarum omnium concertationes. quãmobrem etiam postea meminit *ἀντιθέσεων*, id est, oppositionum, quum perpetuo quæstiones ex quæstionibus apud illos nascantur. Vulgata, uocum nouitates, i. *καινοφωνίας*, quod & ipsum nõ

caret

A caret offendiculo atque etiam plerunque coniunctum est magno cùm solidæ doctrinæ detrimento, & magnā quandam ingenij uanitate arguit: ueluti si pro Angelis genios dicas, pro Baptismo lotionem, pro Fide confidētiam, pro Ecclesia rempublicam uel ciuitatem, pro Presbyterio senatum, & cætera id genus prosane & falsis rationibus innouata: de quibus hodie sibi mirifice placent nonnulli, qui tamen utinam intra uerba peccarent. Alteram nihilominus lectionem huic antepono.

ἥν τινες ἐπαγγελλόμενοι, περὶ τὴν πίστιν ἠστόχησαν. ἡ χάρις μετὰ σοῦ ἀμήν.

πρὸς τιμόθεον πρώτη ἐγράφη ἀπὸ λαοδικείας, ἥτις ἐστὶ μητρόπολις φρυγίας τῆς πακατιανῆς.

21 Quam nonnulli spondentes, circa fidem aberrarunt. Gratia sit tecum, Amen.

Ad Timotheum prima, missa fuit Laodicea, quæ est metropolis Phrygiæ Pacatianæ.

21 Spondentes ἐπαγγελλόμενοι. Ἐπαγγέλλεσθαι hoc loco non tantum refertur ad professionem quæ uerbo fiat, sicut solent ambitiosi homines gloriose uirtutes suas iactare: sed ad totam habitus, gestus, uitæ denique rationē, quam illi ita comparant, ut etiam tacentes, imperitis quidem hominibus, nihil nisi sublime & arduum de se promittant. Suprà 2.c.10, eadem quidem significatione, sed in summa laude ponitur idem uerbum, ubi iubet Paulus Christianas mulieres non cincinnis, non auro, non margaritis, sed honesto habitu & bonis præcipuè operibus ornari. Quod, inquit, decet eas mulieres quæ pietatem spondeant, id est quæ pietatem & sanctimoniam de se promittāt omnibus à quibus conspiciuntur.

22 Laodicea ἐκ Λαοδικείας. Ego potius hanc epistolam ob eas causas quas exposui suprà 1.a.2. & 4.d.13. uel Philippis uel ex alia Macedoniæ urbe scriptam puto: ad stipulāte nobis uno codice Roberti nostri, in quo testor scriptum fuisse ἐγράφη ἀπὸ Μακεδονίας, Scripta est è Macedonia: quod etiam impressit Frobenius in Græco argumēto quod huic epistolæ præfigi solet. Neque obstat quod Lucas Act. 20.a.5. quum Timotheum inter eos numerasset qui rectà in Asiam traiecerant, subijcit, Hi quum præcessissent, expectarunt nos Troade. Neque enim necesse est pronomen ἧτοι ad singulos referre, quum omnia minutè non persequatur Lucas. Itaque tum puto Timotheum rectà Ephesum Apostoli mandato contendisse. Quod autem ad Phrygiam Pacatianam attinet, nusquam hoc epitheton memini apud idoneos authores legere: & in uno codice scriptū inueni κατατιανῆς Capatianæ, quod mihi æquè est ignotū.

B

EPISTOLA PAVLI AD Timotheum secunda.

Παύλου ἀποστόλου ἡ πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολὴ δευτέρα.

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

CAPVT I.

ΚΕΦΑΛ. α.

PAulus Apostolus Iesu Christi 1 per uoluntatem Dei, secundū promissionem uitæ quæ est in Christo Iesu,

Timotheo dilecto filio, gra 2 tia, misericordia, pax à Deo patre & Christo Iesu Domino nostro.

C Gratiam habeo Deo, cui seruio à maiori 3 bus cum pura conscientia, ut assiduam tui memoriam teneo in precationibus meis nocte ac die:

Desiderans te uidere, memor tuarum la- 4 chrymarum: ut gaudio replear.

Reuocans in memoriam eam quæ est in 5 te non simulatam fidem, quæ habitauit prius in auia tua Loide, et matre tua Eunica: persuasus sum autem quòd in te quoque.

ΠΑΥΛΟΣ ἀπόστολος ἰησοῦ χριστοῦ διὰ θελήματος θεοῦ, κατ' ἐπαγγελίαν ζωῆς τῆς ἐν χριστῷ ἰησοῦ, *Vita per Christum.*

τιμοθέῳ ἀγαπητῷ τέκνῳ, χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς, καὶ χριστοῦ ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν.

χάριν ἔχω τῷ θεῷ, ᾧ λατρεύω ἀπὸ προγόνων ἐν καθαρᾷ συνειδήσει, ὡς ἀδιάλειπτον ἔχω τὴν περὶ σοῦ μνείαν ἐν ταῖς δεήσεσί μου νυκτὸς καὶ ἡμέρας, *Act. 22.a.3*

ἐπιποθῶν σε ἰδεῖν, μεμνημένος σου τῶν δακρύων, ἵνα χαρᾶς πληρωθῶ,

ὑπόμνησιν λαμβάνων τῆς ἐν σοὶ ἀνυποκρίτου πίστεως, ἥτις ἐνῴκησε πρῶτον ἐν τῇ μάμμῃ σου λωΐδι, καὶ τῇ μητρὶ σου εὐνείκῃ, πέπεισμαι δὲ ὅτι καὶ ἐν σοί.

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Secundum promissionem, &c. κατ' ἐπαγγελίαν, &c. id est à Deo legatus ut annuntiem uitam quam promisit in Christo Iesu. Ita ostendit nouum non esse Euangeliū, sed illud ipsum quod promisit Deus per Prophetas: deinde præstantiam quoq; muneris Apostolici declarat, quo scilicet exhibeatur quod Deus ante promiserat. Postremo, in quo hæc omnia resideant, & quò ferantur, ostendit. nempe ut in Christo seruentur homines. Itaque lectorem moneo etiam atque etiam ne epistolarum Pauli ἐπιγραφὰς leuiter prætereat, ut quæ soleant inimitabili quadam breuitate totius Euangelici mysterij summā complecti, ut uel saluis illis habeat Ecclesia quod omnib. hæreticis opponat.

2 Misericordia ἔλεος. Vide superioris epistolæ caput 1.a.2.

3 A maioribus ἀπὸ προγόνων. Heb. מאבות. id est maiorum meorum uestigia sequutus, nempe Abrahami, Isaaci, Iacobi, & aliorum deinceps à quibus sum ortus, & quasi per manus ueram religionem accepi, ut Act. 24.b.14. Neque enim de Pharisaismo, sed de Christianismo disserit.

Quam ob causam suggero tibi ut exuscites donum Dei, quod est in te per impositionem manuum mearum,

Non enim dedit nobis Deus spiritum timiditatis, sed roboris, & charitatis, & sanitatis animi.

Ne igit te pudeat testimonij Domini nostri, neq; te pudeat mei, qui sum uinctus ipsius: sed esto particeps afflictionum Euãgelij, ex potentia Dei:

Vocatio. Opera. Salus ante tempora aterna. 1.cor.1.a.1 Rom.16.d.25 ephes.1.a.4 coloss.1.d.26 tit.1.a.2.

Qui seruauit nos: & uocauit uocatione sancta: non ex operibus nostris, sed ex suo proposito, & gratia, quæ data quidem est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia.

Sed patefacta est nunc per illustrem illum aduentum Seruatoris nostri Iesu Christi, qui & mortem aboleuit, & uitam in lucem produxit ac immortalitatem per Euangelium:

Cuius constitutus sum ego præco & Apostolus, ac doctor Gentium.

Quam ob causam & hæc patior, neq; erubesco: noui enim cui crediderim, et mihi persuasum est eum posse depositum meum in illum diem seruare.

6 Διὶ ἣν αἰτίαν ἀναμιμνήσκω σε ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ θεοῦ, ὃ ἔστιν ἐν σοὶ διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν μου. A

7 οὐ γὰρ ἔδωκεν ἡμῖν ὁ θεὸς πνεῦμα δειλίας, ἀλλὰ δυνάμεως καὶ ἀγάπης καὶ σωφρονισμοῦ.

8 μὴ οὖν ἐπαισχυνθῇς τὸ μαρτύριον τοῦ κυρίου ἡμῶν, μηδὲ ἐμὲ τὸν δέσμιον αὐτοῦ, ἀλλὰ συγκακοπάθησον τῷ εὐαγγελίῳ κατὰ δύναμιν θεοῦ.

9 τοῦ σώσαντος ἡμᾶς καὶ καλέσαντος κλήσει ἁγίᾳ, οὐ κατὰ τὰ ἔργα ἡμῶν, ἀλλὰ κατ' ἰδίαν πρόθεσιν καὶ χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν ἐν χριστῷ ἰησοῦ πρὸ χρόνων αἰωνίων.

10 φανερωθεῖσαν δὲ νῦν διὰ τῆς ἐπιφανείας τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, καταργήσαντος μὲν τὸν θάνατον, φωτίσαντος δὲ ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν διὰ τοῦ εὐαγγελίου.

11 εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κῆρυξ καὶ ἀπόστολος καὶ διδάσκαλος ἐθνῶν.

12 δι' ἣν αἰτίαν καὶ ταῦτα πάσχω, ἀλλ' οὐκ ἐπαισχύνομαι. οἶδα γὰρ ᾧ πεπίστευκα, καὶ πέπεισμαι ὅτι δυνατός ἐστι τὴν παραθήκην μου φυλάξαι εἰς ἐκείνην τὴν ἡμέραν. B

6 Vt exuscites ἀναζωπυρεῖν. Est igitur donum Dei uiua quædam flamma in cordibus nostris accensa, quam nituntur caro & Satan suffocare: nos contrà magis ac magis fouere ac sopitam suscitare oportet. Per impositionem manuum mearum διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν μου. Vide 1. Tim. 4. d. 14. & 5. d. 22.

7 Spiritum timiditatis πνεῦμα δειλίας. Id est, afflatum quo percellamur & perterrefiamus, ut quos uult Dominus perdere. Nam in hac formula loquendi dicitur Spiritus metonymicè, ex Hebræorum more, motus in animis nostris ui quadam extrinseca impellente excitatus, nempe uel à Spiritu sancto, uel contrà à spiritu malo, pro doni conditione. ut Spiritus fidei, sapientiæ, constantiæ, & similes: quibus opponuntur Spiritus uertiginis, auaritiæ, furoris, formidinis, & si qui sunt huiusmodi.

Charitatis & sanitatis animi. ἀγάπης καὶ σωφρονισμοῦ. Hæc effecta tacitè opponit totidem prorsus contrariis spiritibus. nam qui spiritu malo rapiuntur, ij coercendi sunt quominus alios offendant, ut qui insaniant. Contrà Spiritus Dei animos nostros componit ut omnibus prodesse studeamus, & uerè simus mentis compotes: quum cæteri mortales uel desipiant, uel insaniant. Itaque σωφρονισμὸν non conuerti sobrietatem (quod ambiguum est, nec satis Latinum) sed animi sanitatem: quod ipsa uerbi notatio declarat. Plato lib. 1. de Rep. τὸ σωφρονεῖν ἐναντίον ἐστὶ τῷ μαίνεσθαι. Quædam frugalitatem conuertit, admodum inepte, ut mihi uidetur.

8 Ipsius αὐτοῦ. Id est ipsius causa. Ephes. 3. a. 1. Sic uocat afflictiones Euangelij quæ pro Euãgelio perferuntur.

9 Proposito & gratia πρόθεσιν καὶ χάριν. Id est proposito, eoq; gratuito. Diximus autẽ de proposito Rom. 8. e. 28. & 29. & in caput primum epistolæ ad Ephesios. Data est δοθεῖσαν. Datam esse dicit nobis gratiam ab æterno ad quam s. ab æterno sumus prædestinati. Sunt enim omnia Deo præsentia sed suo tempore nobis se ipsa exhibetur quod ab æterno nobis Deus dedit. Memineremus autem à tempore colligere nos gratis prædestinatos, ideoq; doctrinam de præuisa fide uel operibus repugnare Dei gratiæ ex diametro. C

In Christo Iesu ἐν χριστῷ ἰησοῦ. Mirum hoc addit: est enim unus Christus is in quem ea gratia, idque propositum Dei ferebantur. Vide Ephes. 1. a. 4 & 5. Ante tempora secularia πρὸ χρόνων αἰωνίων. Id est, inquit Erasmus, ante tẽpora æterna. quomodo etiam conuertit. Ego uerò nihil possum ante æternitatem imaginari. itaque uocari puto tẽpora secularia, annorum seriem qui à seculorum origine fluxerunt: ut idem prorsus significet Ante tempora secularia, atque Ante iacta mundi fundamenta: siquidem tempus cum mundo cœpit. Bis autem omnino utitur Paulus hac formula, nempe hoc loco, & Tit. 1. a. 2. quem locum uide.

10 In lucem produxit φωτίσαντος. Id est fecit ut illucesceret uita. Respondet enim τὸ φωτίσαντος hoc in loco, uerbo Hebræo הֵאִיר in coniugatione hiphil. Nam de uita illa immortali perinde ut de coruisco, lumine loquitur Scripturæ more. Vulgata, illuminauit. Sed notandum est præterea Pauli insigne artificium hoc in loco. Quum enim sole at nomen τῆς ἐπιφανείας tribuere secundo aduentui, hic tamen de primo illo differens, quo nihil abiectius fingi potest, idem nomen usurpauit: ideoq; animos nostros à contemplatione rerum externarum ad efficaciam illius aduentus contemplandam subuehit. Ita enim fit ut in illa tam abiecta serui forma uerè tamen Diuinam maiestatem ipsi etiam diaboli cogantur adorare.

12 Noui enim cui crediderim, &c. οἶδα γὰρ ᾧ πεπίστευκα. &c. Eras. noui enim certus q: sum quòd is cui credidi. &c. ut sit hæc constructio, οἶδα γὰρ καὶ πέπεισμαι ὅτι ᾧ πεπίστευκα, &c. Sed ualde dura est ista traiectio, neque ét ullo modo necessaria: quum plana sint omnia, si post γὰρ subaudias ἐπῶν, ecclipsi admodum usitata. quanuis in eiusmodi subiectione fatear sanè libentius usurpari particulam τίς indefinitam. Quum autem dicit sibi notum esse cum cui credidit, omnia dicit quibus confirmari potest hominis imbecillitas.

Depositum meum παραθήκην μου. Mutua est igitur depositi obligatio inter Deum & Sanctos ipsius: quanquam quod ad illum attinet, prorsus gratuita. Nam is nobis dona sua credidit, ut diximus 1. Tim. 6. d. 20. & mox repetit uersu 14. nos uerò illi uicissim nosipsos cõmittimus, apud illum thesauros nostros retõdimus, 1. Tim. 6. d. 18. & 19. Corona denique nostra apud illum est sepositа, infrà 4. b. 8. Sed meminerimus horum omnium gloriam oportere ipsius

A sius gratuitæ bonitati in solidum acceptam ferre: & ius illud ὑοθεσίας longè alio fundamẽto niti. sicut nimirum qui filius est, si officium fecit, non ideo tamen est paternarum facultatum particeps: sed quia quum filius esset, officium fecit, idcirco pro filio agnoscitur, alioquin à patre ei) ciendus, & tandem abdicandus.

ὑποτύπωσιν ἔχε ὑγιαινόντων λόγων, ὧν παρ' ἐμοῦ ἤκουσας ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ τῇ ἐν χριστῷ ἰησοῦ.

13 Exemplar teneto sanorum sermonum, quos à me audisti cum fide & charitate quæ *est* in Christo Iesu.

τὴν καλὴν παραθήκην φύλαξον διὰ πνεύματος ἁγίου τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν.

14 Præclarum depositum serua per Spiritũ sanctum qui inhabitat in nobis.

οἶδας τοῦτο, ὅτι ἀπεστράφησάν με πάντες οἱ ἐν τῇ ἀσίᾳ, ὧν ἐστὶ φύγελος καὶ ἑρμογένης.

15 Nosti hoc, quòd auersati fuerint me omnes qui sunt in Asia: ex quibus est Phygellus & Hermogenes.

δῴη ἔλεος ὁ κύριος τῷ ὀνησιφόρου οἴκῳ, ὅτι πολλάκις με ἀνέψυξε, καὶ τὴν ἅλυσίν μου οὐκ ἐπῃσχύνθη,

16 Præstet misericordiam Dominus Onesiphori familiæ: quoniam sæpe me recreauit, & catenam meam non erubuit.

ἀλλὰ γενόμενος ἐν ῥώμῃ, σπουδαιότερον ἐζήτησέ με, καὶ εὗρε.

17 Imò quum esset Romę, studiosissimè quę siuit me, & inuenit.

δῴη αὐτῷ ὁ κύριος εὑρεῖν ἔλεος παρὰ κυρίου ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· καὶ ὅσα ἐν ἐφέσῳ διηκόνησε, βέλτιον σὺ γινώσκεις.

18 Det ei Dominus ut inueniat misericordiam apud Dominum in die illo. quam multa etiã Ephesi subministrarit, tu optimè nosti.

B ΚΕΦΑΛ. β.

CAP. II.

Σὺ οὖν τέκνον μου, ἐνδυναμοῦ ἐν τῇ χάριτι τῇ ἐν χριστῷ ἰησοῦ,

1 TVigitur fili mi, corroborare per gratiã quæ est in Christo Iesu.

καὶ ἃ ἤκουσας παρ' ἐμοῦ διὰ πολλῶν μαρτύρων, ταῦτα παράθου πιστοῖς ἀνθρώποις, οἵτινες ἱκανοὶ ἔσονται καὶ ἑτέρους διδάξαι.

2 Et quæ audisti à me inter multos testes, hæc cõmitte fidelibus hominibus, qui erũt idonei ad alios quoque docendos.

σὺ οὖν κακοπάθησον, ὡς καλὸς στρατιώτης ἰησοῦ χριστοῦ.

3 Tu igitur feras afflictionem ut bonus mi *Milet Dei.* les Iesu Christi.

οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ,

4 Nemo qui militat, implicatur uitæ negotijs: ut ei qui se in militiam delegit, placeat.

ἐὰν δὲ καὶ ἀθλῇ τις, οὐ στεφανοῦται ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ.

5 Quòd si certet etiam aliquis, non coronatur nisi legitimè certauerit.

τὸν κοπιῶντα γεωργὸν δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν.

6 Agricolam oportet prius laborando fructus percipere.

νόει ἃ λέγω· δώσει γάρ σοι ὁ κύριος σύνεσιν ἐν πᾶσι.

7 Cõsidera quę dico. enimuero det tibi Dominus in omnibus intelligentiam.

μνημόνευε ἰησοῦν χριστὸν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν, ἐκ σπέρματος δαβὶδ, κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου,

8 Meméto Iesum Christum resurrexisse ex mortuis, *factum* ex semine Dauid, secundum Euangelium meum:

C ἐν ᾧ κακοπαθῶ μέχρι δεσμῶν, ὡς κακοῦργος· ἀλλ' ὁ λόγος τοῦ θεοῦ οὐ δέδεται.

9 In quo malis affligor, quasi facinorosus, *Quare uinctus Paulus.* usq; ad uincula: sed sermo Dei nõ ẽ uinctus.

διὰ τοῦτο πάντα ὑπομένω διὰ τοὺς ἐκλεκτούς, 10 Ideo omnia tolero propter electos, ut &

13 Cũ fide ἐν πίστει. ἐν pro σωῖ, ut sæpe iam obseruauimus, Vulg. in fide & charitate. ut intelligas sanã illã doctrinã in duobus istis capitibus positam esse, nempe in fide & charitate. quæ rursus in uno Christo sitæ sunt. qua ratione fortasis non inepte conuerteris, de fide & charitate: uti solet interdum apud Hebræos usurpari ב pro על.

14 Depositum παραθήκην. uel παραθήκην. hic enim uariãt exemplaria. sed eadẽ sententia manẽte. Vide 1. Tim. 6. d. 20. & suprà uers. 12. 17 Studiosissimè σπουδαιοτέρως. Sic paulo post βέλτιον pro βέλτιστα. Vide 1. Tim. 3. d. 14.

IN CAPVT II.

2 Inter multos testes διὰ πολλῶν μαρτύρων. Id est, præsentib. multis, qui de his rebus possunt testari. *Sic* apud Græcos διὰ ponitur pro μεταξύ. apud Hebræos autem על pro עם unde & διὰ pro μετὰ uel σωῖ, ut 2. Cor. 2. a. 4. & 3. c. 11. Sic & apud Ciceronẽ dicitur Catilina inter falcarios uenisse in M. Leccæ domũ: i. falcarijs circũseptus. 4 Vitæ τοῦ βίου. Id est negotijs ad rẽ familiarẽ. aut occupationes illas cõsuetas pertinentib. ut si miles mercaturã faceret. Itaq; uitã pro uictu nõ satis apposite uidet Eras. interpretari. opponit enim ciuilẽ uitã Apost. militari. Quidã legũt, Nemo militans Deo, implicet se negotijs seculanib, &c. sed repugnante omnium Græcorum codicũ fide. Apparet aũt similitudines esse quarum nõ addat accõmodatio, quòd per se satis sit plana. 6 Prius πρῶτον. Id est, necesse est agricolam, ut fructus percipiat, prius laborare. Refertur enim aduerbium πρῶτον ad participiũ κοπιῶντα. nõ aũt ad μεταλαμβάνειν. quod fefellit Ambrosium, & alios nonnullos. 7 Considera Νόει. i. uersa in animo, & expende. Respondet enim Hebræo uerbo תבין. id uerò quia ne minima quidẽ ex parte præstare nostris uirib. possumus, optat illi σωῖ σύνεσιν. i. intelligentiã à Dño, in qua f. magis ac magis cõfirmetur. Quidã induxerunt inepte cõuertit. 8 Factũ ex semine Dauid, ἐκ σπέρματος δαβίδ. Suppleui quod deerat, ex Rom. 1. a. 3. Filium aũt Dauidis quum Christum uocat, & uerum hominẽ fuisse, & uerum illum Messiam Dauidi promissum, significat. 10 Propter electos διὰ τοὺς ἐκλεκτούς. Vide Coloss. 1. d. 24. & 2. Cor. 1. a. 5. & deinceps.

ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu, cum gloria æterna.

Rom.6.b.5 Fidus *est* sermo. Nam si cum *eo* mortui sumus, cum *eo* etiam uiuemus: 11

Matt.10.d.33. marc.8.d.38 Si toleramus, etiam cum *eo* regnabimus: si abnegamus, & ille abnegabit nos. 12

Rom.3.a.5 & 9.b.6 Si increduli sumus, ille *tamẽ* fidelis manet, negare seipsum non potest. 13

Hæc suggere, obtestans corã Dño, ne uerborum pugnas sequantur: ad nullam utilitatem, *sed* ad subuersionem auditorum. 14

Prædicandum pure. Stude teipsum probatum sistere Deo: operarium qui non erubescat, & recte sermonẽ secet ueritatis. 15

Prophanos aũt de reb. inanib. clamores cohibe: ad maiorẽ eñ proficient impietatẽ. 16

Et sermo eorũ, ut gangræna, pastionẽ habebit: ex quibus est Hymenæus & Philetus, 17

Qui circa ueritatem aberrarunt, dicẽtes resurrectionem iam esse factã: & subuertunt quorundam fidem. 18

Solidum tamen fundamentum Dei stat, habens sigillũ hoc, Nouit Dominus qui sint sui: &, Discedat ab iniustitia omnis qui nominat nomen Christi. 19

Vasa in honorẽ. Vasa in contumeliam. Cæterũ in magna domo nõ tantum sunt uasa aurea & argẽt ea, sed etiã lignea ac testacea: & alia qdẽ ad decus, alia uerò ad dedec⁹. 20

Si quis igit expurgarit seipsum ab his, erit uas ad decus, sanctificatum, & accommodũ usib. Dñi, & ad omne opus bonũ paratum. 21

ἵνα καὶ αὐτοὶ σωτηρίας τύχωσι τῆς ἐν χριστῷ A
Ἰησοῦ, μετὰ δόξης αἰωνίου.

πιστὸς ὁ λόγος· εἰ γὰρ συναπεθάνομεν, καὶ
συζήσομεν.

εἰ ὑπομένομεν, καὶ συμβασιλεύσομεν. εἰ ἀρ-
νούμεθα, κἀκεῖνος ἀρνήσεται ἡμᾶς.

εἰ ἀπιστοῦμεν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει, ἀρνήσα-
σθαι ἑαυτὸν οὐ δύναται.

ταῦτα ὑπομίμνησκε διαμαρτυρόμενος
ἐνώπιον τοῦ κυρίου, μὴ λογομαχεῖν εἰς οὐδὲν χρή-
σιμον ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων.

σπούδασον σεαυτὸν δόκιμον παραστῆσαι
τῷ θεῷ ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον, ὀρθοτομοῦντα τὸν
λόγον τῆς ἀληθείας.

τὰς δὲ βεβήλους κενοφωνίας περιΐστασο· ἐπὶ
πλεῖον γὰρ προκόψουσιν ἀσεβείας,

καὶ ὁ λόγος αὐτῶν ὡς γάγγραινα νομὴν
ἕξει, ὧν ἐστὶν Ὑμέναιος καὶ Φίλητος,

οἵτινες περὶ τὴν ἀλήθειαν ἠστόχησαν, λέγον-
τες τὴν ἀνάστασιν ἤδη γεγονέναι, καὶ ἀνατρέ-
πουσι τινῶν τὴν πίστιν.

ὁ μέντοι στερεὸς θεμέλιος τοῦ θεοῦ ἕστηκεν, ἔ- B
χων τὴν σφραγῖδα ταύτην, ἔγνω κύριος τοὺς
ὄντας αὐτοῦ, καί· ἀποστήτω ἀπὸ ἀδικίας πᾶς ὁ
ὀνομάζων τὸ ὄνομα χριστοῦ.

ἐν μεγάλῃ δὲ οἰκίᾳ οὐκ ἔστι μόνον σκεύη χρυσᾶ
καὶ ἀργυρᾶ, ἀλλὰ καὶ ξύλινα καὶ ὀστράκινα· καὶ
ἃ μὲν εἰς τιμήν, ἃ δὲ εἰς ἀτιμίαν.

ἐὰν οὖν τις ἐκκαθάρῃ ἑαυτὸν ἀπὸ τούτων,
ἔσται σκεῦος εἰς τιμήν, ἡγιασμένον, καὶ εὔχρη-
στον τῷ δεσπότῃ, εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἡτοι-
μασμένον.

11 Cum *eo* mortui sumus *συναπεθάνομεν*. Id est, si una cum Christo & Christi ipsius causa affligimur, ut explicat Apost ipse Rom. 8. c. 17. Itẽ 2. Cor. 1. a. 5. & 4. c. 10. 13 Ille *tamẽ* fidelis manet, *ἐκεῖνος πιστὸς μένει*. Deest cõiunctio aduersatiua, de cuius eclipsi Hebræis familiari alibi diximus. 15 *Et* rectẽ secet *ὀρθοτομοῦντα*. i. q primũ omniũq; ad doctrinã ipsam attinet, nihil prætermittat qđ dicendum sit: nihil ẽt adiiciat de suo, nihil mutilet, discerpat, torqueat: deinde spectet diligẽter qd ferat auditorũ captus, quicqd deniq; ad ædificationẽ cõducit. Est autẽ sumpta trãslatio à nutricib. quæ pueris cibos secant: aut ẽt ab ijs quorum munus ẽ cõuiuium instruere, ut pleriq; tradunt, cum hoc potius ad antiquã illã uictimarũ sectionẽ ac distributionẽ ptinere uideat. Itaq; quib. satis est Euangeliũ uel epistolã quã uocãt cãtillare, idq; peregrina lingua, quã nec ipse recitator nec populus intelligat, nimiũ sunt inepti. Omitto illos q C pro uerbo Domini præsentissima uenena miseris ouibus ita obijciunt, ut etiam sumere cogant. 16 Prophanos de rebus inanibus clamores *τὰς δὲ βεβήλους κενοφωνίας*. Vulg. Profana autem & inaniloquia. Eraſ. Profanas uocum inanitates. Vide 1. Tim. 6. d. 20. Cohibe *περίϊστασο*. Ad uerbum, circunsiste. Ideſt, obserua & uelut obside, ut ſ. prohibeas quominus latius serpant, uti mox explicabimus. Vulg. deuita. Eraſ. prætermittito. 17 Gangræna *γάγγραινα*. Gangrænæ comparat falsas doctrinas ex inanibus ambitiosorum hominum argutijs, quasi ex equo (ut aiunt) Troiano, prodeuntes: Ecclesiam uicissim conserens corpori, cuius si partes aliquas inuaserit gangræna, officium est pastoris, tanquam periti chirurgi, prospicere ne in *νέκρωσιν* degeneret: & contagioni suos quasi fines circunscribere, ne sana membra inuadat. 18 Subuertunt, &c. *ἀνατρέπουσι*, &c. Quomodo sit accipiendum hoc dictum, exposuimus plu ribus 1. Tim. 4. a. 1. 19 Qui nominat, &c. *ὁ ὀνομάζων*, &c. Id est qui colit, & tanquã fidelis ab illo cognominatur. Nã sicut nostra perseuerantia ac salus nititur prouidentia Dei, qua, tanquam sub sigillo includimur & obsignamur, ita inuocatio, i. cultus Dei, prr Spiritum est ueluti illius sigilli character: unde & fit etiã ut ab eo cognomentum sumamus, quum nos illi addictos ac deuotos esse fateamur. Dicit ergo uerè fideles non tantum nomine sed re quoq; esse Christianos: quòd si nonnulli aliter faciant, non esse quòd illorum improbitate perturbemur, aut inde concludamus salutem nostram firmo fundamento non niti. Nunquã enim illi fuerunt quod se esse dicebant. 20 In magnã domo *ἐν μεγάλῃ οἰκίᾳ*. Occurrit obiectioni, fuisse tamen illos in Ecclesia. Fateor, inquit Paulus: sed diuersa sunt uasa in Ecclesia Domini. 21 Expurgarit seipsum *ἐκκαθάρῃ ἑαυτόν*. Non causam propositi, sed execritionẽ declarat. Tum demum enim re ipsa eligimur quum ab illa natiua corruptione per Spiritum Dei repurgamur, in qua magis ac magis alij demerguntur qui sunt iusto exitio destinati. Ideoq; addit Paulus *ἀπὸ τούτων* ab his: quia sanctificatio duo cõplectitur, nempe separationem à reprobis, quibuscum una inuoluuntur electi, donec illos Deus efficaci uocatione discernat: & repurgationẽ à naturali labe. Sed iubet ut repurgemus nosipsos. Ergo aliquid in libero arbitrio positũ est. Nego uero cõsecutionẽ. nisi liberum arbitrium uoces quod per Christum sit liberatum à peccati seruitute. Nã id circo agimur Spiritu Dei, non quod filij Adã, sed q filij Dei simus gratis electi, uocati, iustificati, ac tandẽ glorificandi. Volumus deniq; & efficimus, sed per eum qui gratis & in solidum efficit in nobis & efficacem uoluntatem.

22 Qui

A τὰς δὲ νεωτερικὰς ἐπιθυμίας φεῦγε· δίωκε δὲ δικαιοσύνην, πίστιν, ἀγάπην, εἰρήνην μετὰ τῶν ἐπικαλουμένων τὸν κύριον ἐκ καθαρᾶς καρδίας

τὰς δὲ μωρὰς καὶ ἀπαιδεύτους ζητήσεις παραιτοῦ, εἰδὼς ὅτι γεννῶσι μάχας·

δοῦλον δὲ κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι, ἀλλ' ἤπιον εἶναι πρὸς πάντας, διδακτικόν, ἀνεξίκακον,

ἐν πραΰτητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, μήποτε δῷ αὐτοῖς ὁ θεὸς μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας,

καὶ ἀνανήψωσιν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος, ἐζωγρημένοι ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα.

ΚΕΦΑΛ γ.

Τοῦτο δὲ γίνωσκε, ὅτι ἐν ἐσχάταις ἡμέραις ἐνστήσονται καιροὶ χαλεποί·

ἔσονται γὰρ οἱ ἄνθρωποι φίλαυτοι, φιλάργυροι, ἀλαζόνες, ὑπερήφανοι, βλάσφημοι, γονεῦσιν ἀπειθεῖς, ἀχάριστοι, ἀνόσιοι,

ἄστοργοι, ἄσπονδοι, διάβολοι, ἀκρατεῖς, ἀνήμεροι, ἀφιλάγαθοι,

προδόται, προπετεῖς, τετυφωμένοι, φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι,

ἔχοντες μόρφωσιν εὐσεβείας, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένοι. καὶ τούτους ἀποτρέπου·

ἐκ τούτων γάρ εἰσιν οἱ ἐνδύνοντες εἰς τὰς οἰκίας καὶ αἰχμαλωτίζοντες γυναικάρια σεσωρευμένα ἁμαρτίαις, ἀγόμενα ἐπιθυμίαις ποικίλαις

πάντοτε μανθάνοντα, καὶ μηδέποτε εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν δυνάμενα.

ὃν τρόπον δὲ Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς ἀντέστησαν Μωϋσεῖ, οὕτως καὶ οὗτοι ἀνθίστανται τῇ ἀληθείᾳ, ἄνθρωποι κατεφθαρμένοι τὸν νοῦν, ἀδόκιμοι περὶ τὴν πίστιν.

22 Iuueniles autē cupiditates fuge: sed secta re iustitiā, fidem, charitatem, pacem cum ijs qui inuocant Dominum ex puro corde.

23 Stultas autem & ad eruditionem ineptas quęstiones reijce, sciens eas gigner epugnas.

24 Seruum autem Domini non oportet pugnare, sed placidum esse erga omnes, aptum ad docendum, tolerantem malos.

25 Cum lenitate erudientem eos qui contra riè sunt animo affecti: *experturum* ecquando det eis Deus ut conuersi agnoscant ueritatē.

26 Et *elapsi* ex Diaboli laqueo, à quo captiui tenentur, resipiscant ad illius *præstandam* uoluntatem.

CAPVT III.

ILludautem scito, quòd inextremis diebus instabunt tempora molesta. *Qualia futura sint nouissima tempora.*

Erunt enim homines sui amantes, auari, glorioſi, superbi, maledici, parentibus immorigeri, ingrati, impij:

Charitatis expertes, nescij fœderis, calumniatores, intēperantes, immites, minimè amantes bonorum:

Proditores, præcipites, inflati, uoluptatum amantes potius quàm amantes Dei:

Habentes effigiem pietatis, sed qui uim eius abnegarint. istos igitur auersare.

Ex his enim sunt isti qui irrepunt in familias, & captiuas ducunt mulierculas, oneratas peccatis, actas cupiditatibus uarijs:

Semper discentes, sed quæ nūquam ad cognitionem ueritatis uenire ualeant.

Quemadmodū autem Iannes & Iambres restiterunt Mosi, ita & hi resistunt ueritati: homines mente corrupti, reprobi circa fidem.

C 22 Qui inuocant τῶν ἐπικαλουμένων Vide 1. Cor. 1. a. 2. 23 Ad eruditionem ineptas ἀπαιδεύτους. Eruditionē uocat quæ alibi dicitur ædificatio. Vulg. sine disciplina. Eras. ineruditas, rectè quidē, sed tamen nescio quo modo nō satis expresse. 25 Qui contrarie sunt animo affecti τοὺς ἀντιδιατιθεμένους. Id est τοὺς ἐναντίως φρονοῦντας. Loquitur enim de ijs quibus nondum perspecta est ueritas. Distinguendi sunt igitur isti ab apostatis, ac multo magis ab hæreticis, quos monet fugere: quum isti contrà quærendi sint, ut qui potissimum opus habeant medico: quanquam illi quoque ita sunt uitandi, ut tententur omnia quibus, (si fieri potest) in uiam redeant. sed pro ratione morbi adhibenda sunt remedia. Vulgata, qui resistunt. Erasmus, qui obsistunt, quasi scriptum sit ἀνθεστηκότων, quod multos fefellit interpretes. *Experturum* ecquando, &c. μή ποτε, &c. Similem eclipsin annotauimus Act. 27. c. 12, & Rom. 11. b. 14. Vt conuersi agnoscant ueritatem μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας. Vulgata, & Eras. ad uerbum, pœnitentiam ad cognoscendum ueritatem. Mihi uidetur (ut alibi dixi) pœnitentiæ nomen non exprimere Græcū uocabulum μετάνοιας Idcirco soleo resipiscentiam interpretari. quod tamen hoc in loco seruaui τῷ ἀνανήψειν. quod mox sequitur. Itaque conuersionem sum interpretatus, quòd ab Hebræis uocari soleat תשובה quæ à Græcis μετάνοια dicitur.

26 Resipiscant ad illius *præstandam* uoluntatem ἀνανήψωσιν εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα. Aut ego uehementer fallor, aut ex uicinis relatiuis αὐτῆς & ἐκείνου, illud omnino ad diabolum, istud uerò ad Deum pertinet.

IN CAPVT III.

2 Glorioſi ἀλαζόνες. Vulgata, elati. Erasmus, fastuosi. neuter satis rectè. Vide Rom. 1. d. 29.

3 Charitatis expertes Ἄστοργοι. Vulgata, sine affectione. Erasmus, carentes affectu. Vide. Rom. 1. d. 30.

6 Ex his ἐκ τούτων. Quis tandem Apelles magis graphicè ista hominum monstra depinxerit, qui sese hodie Monachos uocant, quum, quocunque uenias, nulli frequentius occurrant?

8 Iannes & Iambres Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς. Vetus interpres legit Mambres. Cæterum necesse est Paulum hæc nomina accepisse uel ex libris qui intercidernt, uel ex traditione aut cōmentarijs aliquibus Hebræorum. Nam de peculiari aliqua reuelatione Spiritus quid attinet in re tantilli momenti disputare? At nimiū sunt inepti qui prætextū hinc arripiūt ut nobis partim rancidas quasdā traditiones, quas Patrū uocāt, partim hæreticorū aut indoctorū quorundā hominū nō modò ineptissimas, sed etiā planè impias nugas Ecclesiæ Dei obtrudāt, ueluti Testamentū 12 Patriarcharū

Proteuangelium (quasi scilicet Euangelium Marci ἀπόκρυφον habeamus) Euangelium Nicodemi, Librum Pastoris, Abdiæ acta Apostolorum librum planè execrandum, Nicephori Ecclesiasticam historiam, id est ineptiarum & blasphemiarum plaustra, & cætera id genus. Neque enim dubium est quin Diabolus hanc telam non ita pridem exorsus, tandem etiam absoluat, nisi pij magistratus quorundam audaciæ & typographorum etiam nonnullorum κακοπραγίαις obuiam ierint. A

Sed non proficient amplius: nam amentia istorum euidens erit omnibus, ut & illorum fuit. 9 ἀλλ' ὁ προκόψουσιν ἔτι πλεῖον· ἡ γὰρ ἄνοια αὐτῶν ἔκδηλος ἔσται πᾶσιν, ὡς καὶ ἐκείνων ἐγένετο.

Tu verò perspectâ habes doctrinam meâ, uitæ meæ rationem, propositum, fidem, lenitatem, charitatem, tolerantiam. 10 σὺ δὲ παρηκολούθησάς μου τῇ διδασκαλίᾳ, τῇ ἀγωγῇ, τῇ προθέσει, τῇ πίστει, τῇ μακροθυμίᾳ, τῇ ἀγάπῃ, τῇ ὑπομονῇ,

Persecutiones, afflictiones quæ mihi acciderunt Antiochiæ, Iconij, Lystris: quas persecutiones sustinuerim: sed ex omnib. eripuit me Dominus. 11 τοῖς διωγμοῖς, τοῖς παθήμασιν, οἷά μοι ἐγένετο ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἐν Ἰκονίῳ, ἐν Λύστροις. οἵους δὲ διωγμοὺς ὑπήνεγκα, καὶ ἐκ πάντων με ἐρρύσατο ὁ κύριος.

Persecutiones sequentibus Christum. Sed & omnes qui uolũt piè uiuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. 12 καὶ πάντες δὲ οἱ θέλοντες εὐσεβῶς ζῆν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, διωχθήσονται·

Improbi autem homines & impostores proficient in peius, tum seducẽtes *alios*, tum seducti *ipsi*. 13 πονηροὶ δὲ ἄνθρωποι καὶ γόητες προκόψουσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον, πλανῶντες καὶ πλανώμενοι.

At tu mane in ijs quæ didicisti & quæ tibi concredita sunt, sciens à quo didiceris: 14 σὺ δὲ μένε ἐν οἷς ἐμαθες καὶ ἐπιστώθης, εἰδὼς παρὰ τίνος ἔμαθες, B

Et quòd à puero Sacras literas noueris, quæ te possunt peritum reddere quod ad salutem *attinet*, per fidem quæ est in Christo Iesu. 15 καὶ ὅτι ἀπὸ βρέφους τὰ ἱερὰ γράμματα οἶδας, τὰ δυνάμενά σε σοφίσαι εἰς σωτηρίαν διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

Laus Scripturæ Tota Scriptura Diuinitus *est* inspirata, & utilis ad docendum, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem quæ *est* in iustitia: 16 πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος καὶ ὠφέλιμος πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς ἔλεγχον, πρὸς ἐπανόρθωσιν, πρὸς παιδείαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ,

Vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum perfectè instructus. 17 ἵνα ἄρτιος ᾖ ὁ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος, πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτισμένος.

9 Amplius ἐπὶ τὸ πλεῖον. Vide infrà uers. 13. 10 Perspectam habes παρηκολούθησας. Vulg. assequutus es. Eras. assectatus es. Facit autem hic locus manifestè contra Erasmum, qui τὸ παρακολουθεῖν nihil aliud putauit significare quam assectari, uti solet qui indiuiduus est comes. Quærit igitur quid sit assequi, id est adipisci alterius persecutiones & afflictiones. At ego quæro quid sit assectari alicuius doctrinam & uitæ rationem. deinde quomodo dici possit Timotheus assectatus persecutiones illas quas Paulus Antiochiæ, Iconij, Lystris sustinuit: quũ eo tempore Timotheus adhuc ignotus esset Paulo, & in Macedonia degeret. Neque enim dubito quin Paulus de iis agat quæ commemorantur Act. 13 & 14. Quòd si quis contrà obniti uelit, certè nihil præter uanas & inanes coniecturas afferet. Itaque παρακολουθεῖν proprie quidem fateor de assectatore dici (ut suprà 4. b. 6) trãslatitiè tamen etiam de animi intelligentia, ut pereruditè obseruauit Budæus. unde ἀνεπαρακολούθητα uocantur: quæ non facilè quispiam intelligentia possit assequi. Neque tamen semper conuenit assequendi aut consequendi uerbum, ut hoc loco Timotheus dicitur ijs omnib. quæ partim præsens spectarat, partim iampridem gesta ex ipsius Pauli & aliorum sermonibus audierat, παρηκολουθηκόσι id est ita ea cognouisse ut singulorum rationem teneret, & omnia bene cognita ac perspecta haberet. Ideo per C ipiciendi uocabulo sum usus, quod & ipsum à Latinis ad animum transfertur: quasi scilicet Timotheus uestigia rerũ ipsarum sequens, omnia etiã quibus non interfuerat, animo tamen dicatur perspexisse. Vitæ meæ rationem τῇ ἀγωγῇ. Hoc est omnino quod in uernaculo sermone dicimus, *ma conduite, ou ma maniere de faire*. Itaque nullo modo assentior ueteri interpreti, nec Eras. qui institutionẽ interpretantur. Propositum τῇ προθέσει. Id est τῇ προαιρέσει. acsi dicat, tu non modò quid docuerim, quid egerim, sed etiam quæ mea mens ac uoluntas fuerit, prorsus nosti. 11 Antiochiæ ἐγένετο Ἰκονίῳ. Antiochiam Pisidiæ intelligit, Iconio & Lystris uicinam, ut apparet ex Act. 13. & 14, ubi istæ historiæ commemorantur. 13 Proficient προκόψουσιν. Atqui nõ est hoc proprie proficere, nec progredi, sed magis ac magis regredi. Simpliciter igitur hoc accipiendũ est, quo significatur fore ut illorũ improbitas quotidie augeatur, ita tamẽ ut certi sint illi limites constituti, quos non possit præterire: ut prædixit se pseudapostolis qui tum Ecclesiã turbabant, eos ad metam suam peruenisse: suprà uers. 9. Ista igitur non pugnant, de certis enim hominibus illic agit: hic uerò in genere de hostibus Ecclesiæ, qui, usquedum aduenerit nostra redemptio, nunquã deerunt, & quotidie euadent seipsis deteriores. 17 Homo Dei ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος. Heb. איש האלהים, id est homo Dei, propriè ac peculiariter dicit Prophetam & uoluntatis Dei interpres, quo nomine etiam Timotheum ut ministrũ cõpellauit, 1. Tim. 6. c. 11. Itaq; hæc Sacrarum literarũ dignitatis prædicatio propriè ad ministros pertinet, quos testatur plenã in illis sapientiã inuenturos: quod & nomina illa doctrinæ, redargutionis, correctionis, & institutionis, manifestè declarant. Iam uerò si ita est ut non aliunde petere debeant Pastores quicquid pabuli præbendum est gregi, aut ostendant impuri Sophistæ & uerbi Dei caupones, gregem non oportere in ea doctrina quæ à Pastoribus proponitur, acquiescere: aut miserè decipi tum Pastores tum greges qui in uerbo Domini scripto non acquiescant. Agnoscat etiam blasphemiã suam bonus ille uir, quem non ita pridem scribere non puduit, Paulum reconditiorem aliquam doctrinam habuisse quam non scripserit, & solos quosdam perfectos docuerit: neque Verbum decidendis religionis controuersijs sufficere, quocunque modo explicetur, sed ampliorem aliquam reuelationem expectandam. Diximus autem. περὶ τῶν αὐτῶν

Matth.

A ΚΕΦΑΛ. Δ.

Διαμαρτύρομαι οὖν ἐγὼ ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, τοῦ μέλλοντος κρίνειν ζῶντας καὶ νεκροὺς κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ, καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ,

κήρυξον τὸν λόγον, ἐπίστηθι εὐκαίρως ἀκαίρως· ἔλεγξον, ἐπιτίμησον, παρακάλεσον ἐν πάσῃ μακροθυμίᾳ καὶ διδαχῇ.

ἔσται γὰρ καιρὸς ὅτε τῆς ὑγιαινούσης διδασκαλίας οὐκ ἀνέξονται, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας ἑαυτοῖς ἐπισωρεύσουσι διδασκάλους κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν,

καὶ ἀπὸ μὲν τῆς ἀληθείας τὴν ἀκοὴν ἀποστρέψουσιν, ἐπὶ δὲ τοὺς μύθους ἐκτραπήσονται.

σὺ δὲ νῆφε ἐν πᾶσι, κακοπάθησον, ἔργον ποίησον εὐαγγελιστοῦ, τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον.

ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς B ἀναλύσεως ἐφέστηκε.

τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα·

λοιπόν, ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, ὃν ἀποδώσει μοι ὁ κύριος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ὁ δίκαιος κριτής· οὐ μόνον δὲ ἐμοί, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ.

σπούδασον ἐλθεῖν πρός με ταχέως·

Δημᾶς γάρ με ἐγκατέλιπεν, ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα, καὶ ἐπορεύθη εἰς Θεσσαλονίκην· Κρήσκης εἰς Γαλατίαν, Τίτος εἰς Δαλματίαν·

Λουκᾶς ἐστι μόνος μετ' ἐμοῦ. μάρκον ἀναλαβὼν ἄγε μετὰ σεαυτοῦ· ἔστι γάρ μοι εὔχρηστος εἰς διακονίαν·

Τυχικὸν δὲ ἀπέστειλα εἰς Ἔφεσον.

τὸν φαιλόνην ὃν ἀπέλιπον ἐν Τρῳάδι παρὰ C Κάρπῳ, ἐρχόμενος φέρε, καὶ τὰ βιβλία, μάλιστα τὰς μεμβράνας.

CAP. IIII.

OBtestor igitur ego coram Deo & Domino Iesu Christo, qui iudicaturus est uiuos & mortuos in illustri illo suo aduentu, & regno suo:

Prædica sermonem, insta tempestiuè, intempestiuè: argue, obiurga: exhortare cum omni lenitate & doctrina.

Nam erit tempus quum sanam doctrinam non tolerabunt: sed auribus prurientes, ipsi sibi pro suis cupiditatibus coaceruabunt doctores:

Et à ueritate quidem aures auertent, ad fabulas uerò conuertentur.

At tu uigila in omnibus, perfer: opus perage Euangelistæ, ministerij tui plenam fidem facito.

Nam ego iam libor, & tempus meæ resolutionis instat.

Certamen illud præclarum decertaui, cursum consummaui, fidem seruaui.

Quod superest, reposita est mihi iustitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illo die, iustus ille iudex: non solùm autem mihi, sed & omnibus qui expetierint illustrem illum ipsius aduentum.

Stude uenire ad me citò.

Nam Demas me dereliquit, amplexus præsens seculum, & profectus est Thessaloni cam: Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam.

Lucas mecum est solus. Marcum assumptum adduc tecum: est enim mihi perutilis ad ministerium.

Porrò Tychicum misi Ephesum.

Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, affer quum uenies, & libros, maximè membranas.

Matth. 21. b. 16, quem bonus ille uir compositum duntaxat conuertit, id est nimirum ad perfectam illam sapientiam audiendam accommodatum, cuius ueluti elementa complectantur quæcunque ab ipso euâ Paulo scripta sunt. Obonitatem & modestiam omnium execratione dignam.

IN CAPVT IIII.

3 Ipsi sibi ἑαυτοῖς. Vulgata & Eras. sibi. At ego amplius aliquid significari censeo, istos scilicet scientes ac prudentes sibi suæ pernitiei ac exitij fieri instrumenta ut (quemadmodum inquit ille) ne ipsa quidem salus illos possit uersati. 4 Ad fabulas πρὸς μύθους. Id est falsas ac inutiles doctrinas, quibus ita nunc fascinatus est mundus, ut ueritatis apertam lucem malit modis omnibus extinctam, quàm è tenebris emergere. 5 Perfer κακοπάθησον. Hic τὸ πάσχειν nō significat affligi duntaxat, sed quæuis perferre. Vulg. labora: non expressa Apostoli sententia. Eras. obdura in afflictionibus: ambigue. Ministerij tui plenam fidem facito τὴν διακονίαν σὺ πληροφόρησον. Id est ueris argumentis comproba te germanum esse Dei ministrum. Vide Luc. 1 a. 1. Vulgata, ministerium tuum imple. ignorauit enim quid sit πληροφορεῖν. Eras. ministeriū tuum ad plenum probatum reddito: nō inepte. Neq; enim hic agit de πληροφορεῖν illa quæ propria est filiorum Dei: quum multi etiam reprobi potuerint πληροφορεῖσθαι. Timotheū esse uerum Dei ministrū 6 Libor σπένδομαι. Id est pro libamēto offeror. Vulg. delibor: inepte. Eras. immolor. Vide Philipp. 2. c. 17. 8 Qui expetierint τοῖς ἠγαπηκόσι. Τὸ ἠγαπᾶν hoc in loco respondet uerbo Hebræo חשק quod & pro desiderare accipitur, ut 1. Reg. 9 c. 19 uel ידד, Vulg. & Eras. qui diligunt. 10 In Galatiā εἰς Γαλατίαν. Epiphanius κατὰ Τῶν αἱρέσεων legit εἰς Γαλλίαν in Galliam: & hanc etiam lectionem reprehendit. 13 Penulam φελόνην. In hoc uocabulo scribendo non conuenit librarijs. Nam in nonnullis codicibus legimus φαιλόνην, in alijs etiam φελώνην Sed & quid sit φελόνη uariè tradunt. Volunt enim quidam esse nō penulam, sed scrimolum: quidam uerò uolumen. Ego non modò existimo penulam esse, qua pro pallio utebantur uetteres, sed etiam suspicor φελόνην Romanum esse uocabulum, metathesi literarum corruptum. cuiusmodi alterum annotauimus, Marc. 14. a. 3. & alterum quod ex Hebræo putamus deriuatum Act. 8. f. 32, sed ex nuda tantùm coniectura.

14 Multa

Alexander faber ærarius multa mala mihi exhibuit: reddat illi Dominus secundum facta ipsius.

14 ἀλέξανδρος ὁ χαλκεὺς πολλά μοι κακὰ ἐνεδείξατο· ἀποδώη αὐτῷ ὁ κύριος κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, A

Quem & tu caue: uehementer enim restitit sermonibus nostris.

15 ὃν καὶ σὺ φυλάσσου· λίαν γὰρ ἀνθέστηκε τοῖς ἡμετέροις λόγοις.

In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me deseruerunt: ne illis imputetur:

16 ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ οὐδείς μοι συμπαρεγένετο, ἀλλὰ πάντες με ἐγκατέλιπον· μὴ αὐτοῖς λογισθείη·

Sed Dominus mihi adfuit, & corroborauit me: ut per me fieret fides præconij quod audirent omnes Gētes, & ereptus fui ex ore leonis.

17 ὁ δὲ κύριός μοι παρέστη, καὶ ἐνεδυνάμωσέ με, ἵνα δι' ἐμοῦ τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ, καὶ ἀκούσωσι πάντα τὰ ἔθνη· καὶ ἐρρύσθην ἐκ στόματος λέοντος,

Et eripiet me Dominus ab omni facto malo, seruabitq; in regnū suum cæleste: cui gloria in secula seculorum. Amen.

18 καὶ ῥύσεταί με ὁ κύριος ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ, καὶ σώσει εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

Saluta Priscam & Aquilam, & Onesipho ri familiam.

19 Ἄσπασαι Πρίσκαν καὶ Ἀκύλαν, καὶ τὸν Ὀνησιφόρου οἶκον.

Erastus mansit Corinthi: Trophimum autem reliqui in Mileto ægrotantem.

20 Ἔραστος ἔμεινεν ἐν Κορίνθῳ· Τρόφιμον δὲ ἀπέλιπον ἐν Μιλήτῳ ἀσθενοῦντα. B

Stude uenire ante hyemē. Salutat te Eubulus & Pudens & Linus & Claudia, & fratres omnes.

21 σπούδασον πρὸ χειμῶνος ἐλθεῖν. ἀσπάζεταί σε Εὔβουλος, καὶ Πούδης, καὶ Λῖνος, καὶ Κλαυδία, καὶ οἱ ἀδελφοὶ πάντες.

Dominus Iesus Christus *sit* cum spiritu tuo: gratia *eius sit* uobiscum. Amen.

22 ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς μετὰ τοῦ πνεύματός σου. ἡ χάρις μεθ' ὑμῶν. ἀμήν.

Scripta est Roma secunda ad Timotheum, qui primus Ephesi ordinatus fuit Episcopus, quū Paulus iterum sisteretur Cæsari Neroni.

23 πρὸς Τιμόθεον δευτέρα, ἡ ἐφεσίων ἐκκλησίας πρῶτον ἐπίσκοπον χειροτονηθέντα, ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης, ὅτε ἐκ δευτέρου ἀπῆλθε Παῦλος τῷ Καίσαρι Νέρωνι.

14 Multa mala mihi exhibuit πολλά μοι κακὰ ἐνεδείξατο. Heb. הראה עבך קשה id est, ostendisti populo tuo dura, Psal. 60. a. 5, pro, fecisti ut uideret & experiret dura. Non dissimili genere loquendi puto Latinos uti, quū dicunt, Curam, molestiam, dolorem alicui exhibere. Vulgata, multa mala mihi ostendit. Erasmus, multis malis me affecit. Quòd autem attinet ad uerbum ἀποδώῃ, quod nonnulli per futurum exposuerunt, ne sit imprecatio, id uerò frustrà nonnullos torsit, ut alibi diximus, quum is manifesta suæ reprobationis signa edidisset. quanquam imitandum esset hoc exemplum non sine magna consideratione. Spectandum enim etiam est quis loquatur.

16 Omnes πάντες. Vbi tum Petrus, si Romæ erat?

17 Fieret fides præconij τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ. De uerbo πληροφορεῖν diximus supràuerss. τὸ κήρυγμα, id est præconium, κατ' ἐξοχὴν uocat Euangelij prædicationem. Vulgata, prædicatio impleretur: non expressa Apostoli sententia. Erasmus, præconium expleretur: nihilo certè fœlicius, nisi quòd in annotationibus rectius explicat. Quod audirent καὶ ἀκούσωσι. Ad uerbum, & audirent, sub. illud. quòd dicendi genus alibi exposuimus. Leonis λέοντος. Sic Neronem uocat, formula dicendi multis locis apud Dauidem præsertim usitata.

18 In regnum suum εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. Id est, ut regni sui participem faciat. Nam εἰς hoc in loco causam finalem quam uocant, declarat. Ab omni facto malo ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ. Id est, purum me conseruabit nequid admittam Apostolo indignum. C

23 Qui primus, &c. πρῶτον, &c. Hoc membrum non extat in quibusdam uetustis codicibus, & sanè suppositum fuisse puto.

A EPISTOLA PAVLI AD Titum.

Παύλου ἀποστόλου κ πῶς Τίτον ἐπιστολή.

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

CAPVT I.

ΠΑΥΛΟΣ δοῦλος θεοῦ, ἀπόστολος δὲ ἰησοῦ χριστοῦ κατὰ πίστιν ἐκλεκτῶν θεοῦ, καὶ ἐπίγνωσιν ἀληθείας τῆς κατ' εὐσέβειαν.

B ἐπ' ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου, ἣν ἐπηγγείλατο ὁ ἀψευδὴς θεὸς πρὸ χρόνων αἰωνίων,

ἐφανέρωσε δὲ καιροῖς ἰδίοις τὸν λόγον αὐτοῦ, ἐν κηρύγματι ὃ ἐπιστεύθην ἐγὼ κατ' ἐπιταγὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ,

τίτῳ γνησίῳ τέκνῳ κατὰ κοινὴν πίστιν· χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς, καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν.

ΚΕΦΑΛ. α.

1 PAulus seruus Dei, Apostolus autem Iesu Christi secundum fidem electorum Dei, & agnitionem ueritatis quæ pietatem respicit:

2 Ad spem uitæ æternæ quã promisit Deus ille mentiri nescius, ante tempora secularia:

3 Patefecit autem temporibus suis sermonẽ illum suum per prædicationem quæ concredita est mihi secundum ordinationem seruatoris nostri Dei:

4 Tito germano filio in communi fide, gratia *sit tibi*, misericordia, & pax à Deo Patre, et domino Iesu Christo, seruatore nostro.

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

Seruus δοῦλος. Id est, minister. qua ratione etiam Christus ipse, quatenus fuit minister, & quidem Prophetarum caput, seruus dicitur, Esaiæ 42. b. 19, & alibi sæpe: ut Chrysostomus hac appellatione Christo attributa imminutè deputet. Illam tamen ut simpliciorem prætero, quòd uideatur Paulus in eo uerlari ut ostendat Apostolatus sui cosentaneum cum Prophetarum & reliquorum Apostolorum doctrina, acsi illum diceret cum fide electorũ consentire qui fuerunt à mundi origine. Electorum Dei ἐκλεκτῶν θεοῦ. i. eorum quos Deus elegit. quasi electitios dicas.

Veritatis ἀληθείας. Explicat quid fidem uocarit, nimirum agnitionem ueræ religionis quæ alibi solet ἀλήθεια uocari ἰδιαιτάτ' ἐξοχήν, ut Iohan. 17. c. 17. Gal. 3. a. 1. Colossen. 1. a. 5 & alibi sæpe. hic tamen explicatur, ut de qua ueritate agatur ambigi no possit, de ea scilicet quæ ad pietatẽ pertinet. Obseruari aũt debet, ppria significatio τῆς ἐπιγνώσεως, i. agnitionis. Neque enim cognitione duntaxat, sed etiam agnitione ueritatis constat electorum fides. quanquam hoc discrimen non sit perpetuum, quod interdum τὸ γνῶναι accipiatur ἀντὶ τοῦ ἐπιγνῶναι. ut 1. Iohan. 2. a. 3. & 4, & alibi C aliquoties. 2 Ad spem ἐπ' ἐλπίδι. Id est ἐφ' ἐλπίδι, ut (meo quidem iudicio) rectè coniecit Vetus interpres. Finis enim hic est Apostolici muneris, ipsius denique fidei, nos adducere ad uitæ æternæ spem: quæ fallere nos non possit, quum nitatur promissione Dei qui est ipsa ueritas. Ideo tradit Apostolus 1. Corinth. 13, fore ut prophetia & instructio aboleatur, quum scilicet nullus iam fidei aut spei locus erit, nobis reipsa fruentibus Dei conspectu. Erasmus, in spe, quidam, cum spe: quod mihi non placet.

Quam promisit ἣν ἐπηγγείλατο, id est, quam ultrò & gratuita liberalitate ꝓmisit. Hæc enim uis est uerbi ἐπαγγέλλεσθαι, ut alibi diximus: ne quis præuisam fidem uel merita, faciat promissionis causam, cũ Pelagianis aut alijs sophistis. Ante tempora secularia πρὸ χρόνων αἰωνίων. Erasm. ante tempora æterna, quam interpretationem cur reiiciam, diximus 2. Tim. 1. c. 9. Omnino enim coactum est æterna interpretari, non quæ initium non habuerint, sed ante quæ nulla fuerint. Deinde non dicit Apostolus, à temporibus æternis, si ita libeat interpretari: sed ante tempora æterna: ut mihi quidem uideatur referri non posse uerbum ἐπαγγέλλεσθαι ne ad primam quidem illam & antiquissimam promissionem quæ Adamo facta est Genes. 3. c. 15. nedum ad promissionem eandem Abrahamo renouatã. Quid igitur? nempe ante tempora secularia, idem declarat atque ante omnem seculorum seriem, siue, priusquam hic mundus esset, ut Iohan. 17. a. 5. i. ab æterno. Nam quia Deo sunt omnia præsentia, & certò omnino futurum est quod Deus elegisse ante iacta mundi fundamenta, Ephes. 1. a. 4, id est eligere proposuisse. Sic dicitur nobis ante tempora secularia uitam æternam dedisse in Christo, id est dare proposuisse, 2. Tim. 1. c. 9. Hoc modo plures similes locos putarim explicandos. 3 Sermonem illum suum τὸν λόγον αὐτοῦ. Id est promissionem illam suam. Nam articulus uim habet ἀνταφορικὴν. & λόγος idipsum declarat quod Deus loquutus erat, id est quod promiserat, ut explicatur Luc. 1. c. 55. Sic enim accipitur apud Hebræos nomen דבר pro sponsione. & hac etiam ratione uideri possit probabile Filiũ Dei à Iohanne uocari τὸν λόγον μετωνυμικῶς, ut diximus Iohan. 1. a. 1. Neque uerò uideo cur ista uel per epanalepsin explicare, uel quicquam supplere cogamur. Nam si ἐφανέρωσε cum præcedente uersiculo cohæreret, scripsisset procul dubio Apostolus ἐπηγγείλατο μὲν, promisit quidem: & post ἰδίοις adscripta esset distinctio.

Seruatoris σωτῆρος. Id est, qui nobis uitam dedit, non autem duntaxat conseruauit, aut periclitãtem liberauit. iam enim eramus in morte. & uocabulum σωτῆρος ita exposuit Cicero ipse lib. 4. in Verrem, fatuus ita magnũ esse hoc nomen ut Latino uno uerbo exprimi non possit. Vide 1. Tim. 1. a. 1.

4 In communi fide, κατὰ κοινὴν πίστιν. Id est fidei respectu, quæquidem & Patri & Filio cõmunis est, ut hac ratione sint fratres: sicut ministeri respectu ille genitus, hic genitus est in fide.

Gratia *sit tibi* χάρις. Cur ista adiecerim, exposuimus Rom. 1. a. 7.

Misericordia ἔλεος. Vide 2. Timot. 1. a. 1. Origenes hoc non legit hoc in loco.

Huius rei gratia reliqui te in Creta, ut quæ reliqua sunt corrigas, & constituas oppidatim Presbyteros, sicut ego tibi iniunxi:

5 Τούτου χάριν κατέλιπόν σε ἐν Κρήτῃ, ἵνα τὰ λείποντα ἐπιδιορθώσῃ, καὶ καταστήσῃς κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους, ὡς ἐγώ σοι διεταξάμην· A

Si quis est inculpatus, unius uxoris uir, liberos habens fideles, non obnoxios crimini luxus, ut qui non sint contumaces.

6 εἴ τίς ἐστιν ἀνέγκλητος, μιᾶς γυναικὸς ἀνήρ, τέκνα ἔχων πιστά, μὴ ἐν κατηγορίᾳ ἀσωτίας, ἢ ἀνυπότακτα.

Oportet enim Episcopum inculpatum esse, tanquam Dei dispensatorem: nõ sibi pertinaciter placentem, non iracundum, non uinosum, non percussorem, non turpiter lucri cupidum:

7 δεῖ γὰρ τὸν ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι, ὡς θεοῦ οἰκονόμον, μὴ αὐθάδη, μὴ ὀργίλον, μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην, μὴ αἰσχροκερδῆ·

Sed hospitalem, bonorum amantem, consultum, iustum, pium, temperantem:

8 ἀλλὰ φιλόξενον, φιλάγαθον, σώφρονα, δίκαιον, ὅσιον, ἐγκρατῆ,

Tenacem fidelis illius sermonis qui ad doctrinã facit, ut possit etiam exhortari per doctrinam sanam, & cõtradicentes cõuincere.

9 ἀντεχόμενον τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου, ἵνα δυνατὸς ᾖ καὶ παρακαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαινούσῃ, καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν.

Sunt enim multi contumaces, & uaniloqui, & mentiũ seductores, maximè ij qui sunt ex Circuncisione:

10 εἰσὶ γὰρ πολλοὶ καὶ ἀνυπότακτοι, ματαιολόγοι καὶ φρεναπάται, μάλιστα οἱ ἐκ περιτομῆς. B

Quibus oportet os obturare: qui totas domos subuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia.

11 οὓς δεῖ ἐπιστομίζειν, οἵτινες ὅλους οἴκους ἀνατρέπουσι, διδάσκοντες ἃ μὴ δεῖ, αἰσχροῦ κέρδους χάριν.

Dixit quidam ex ipsis, proprius ipsorum propheta, Cretenses semper mendaces, malæ feræ, uentres pigri.

12 εἶπέ τις ἐξ αὐτῶν ἴδιος αὐτῶν προφήτης, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

Testimonium hoc est uerum, quã ob cau

13 ἡ μαρτυρία αὕτη ἐστὶν ἀληθής. δι' ἣν αἰτίαν

5 Corrigas *ἐπιδιορθώσῃ*. Pergas corrigere. Ita conuertit ex Chrysostomo Erasmus, propter additam præpositionem *ἐπί*, quæ scilicet indicat Titum in eo opere Paulo successisse. Constituas *καταστήσῃς*. Vide Act. 14. d. 23. ex quo etiam loco intelliges cur addiderit Paulus *ὡς ἐγώ σοι διεταξάμην*, ut ego tibi iniunxi. Vide etiã 1. Tim. 5. d. 22.

6 Vnius uxoris uir, *μιᾶς γυναικὸς ἀνήρ*. Vide 1. Tim. 3. a. 1, & 5. b. 9.

7 Dispensatorem Dei: *θεοῦ οἰκονόμον*. Id est, quem Dominus donorum suorum dispensatorem constituit.

Non sibi pertinaciter placentem *μὴ αὐθάδη*. Vel, nõ asperis moribus, & difficili quadam natura, qualis fuit Cecilius ille Pomponij Attici auunculus. Oritur autem hoc uitium ex eo quòd cuipiam cæteri præ seipso displiceant, ut hoc uitium meritò sit à Græcis *αὐθάδειαν* uocatum, quam meritò dixit Plato *τῆς ἐγκρατείας ξυμπορον*, ut annotauit doctissimus interpres. Ab eo autem uitio alienissimos esse oportet Christi ministros, quibus contra nihil esse debet *πεφυτευκότερον*. Vulgata, superbum. Erasmus, præfractum.

Non uinolum, *μὴ πάροινον*. Vulg. uinolentum. quod meritò mutauit Erasmus. Vide 1. Tim. 3. a. 3. C

8 Bonorum amantem, *φιλάγαθον*. Vulg. benignum, impropriè, Erasm. bonarum rerum studiosum. Ego malo ad personas quàm ad res referre. Dixisset enim potius *φιλάνθρωπον*. quanquam illud ex hoc consequitur.

Consultum *σώφρονα*. id est circunspectum & sani iudicij, & singulare moderationis exemplar. Id enim significari nomine *σωφροσύνης* sæpe iam diximus, quanuis interdum minus latè pateat. Vulg. & Eras. sobrium, ambigue: nec satis expressè hoc in loco. Hieronym. castum, uel pudicum: eo nomine etiam ueterem interpretẽ reprehẽdens quòd pro pudico prudentem uerterit, inepte profectò, ut rectè annotauit Erasmus. Nam, inquit Erasmus) tuendæ uirginitatis studio, quicquid potest ad suas pertrahit copias. Quasi uerò *σωφροσύνη* ab uxoribus non requisierit Apostolus, 1. Tim. 2. d. 15. quasi denique uerbum Dei prudentem ac scientem torquere, non arguat hominis profani ingenium.

Iustum, pium, *δίκαιον. ὅσιον*. Ista non sunt synonyma, sed illud quidem ad posteriorem tabulam Legis, hoc uerò ad priorem spectat: quod non uidit Hieronymus.

9 Fidelis illius sermonis *τοῦ κατὰ τὸν λόγον*. Fidelem seu fidum sermonem uocat suo more, cui meritò credi possit, siue qui nunquam fallat. quamobrem etiam ueritatis nomine significatur, Iohan. 17. c. 17, & alibi sæpe. Vetus interpres & Erasmus articulum omiserunt, qui tamen sua emphasi non caret. Qui ad doctrinam facit *τῇ κατ' εὐσέβειαν διδασκαλίᾳ*: id est, qui uere sit accommodatus ad erudiendos, siue (ut loqui solet Paulus) ædificandos auditores. nam id demum meretur doctrinæ nomen. Vulg. & Erasm. qui secundum doctrinam est: admodum obscurè.

10 Ex circuncisione *ἐκ περιτομῆς*. Id est ex Iudæis, *μετωνυμικῶς*. quanquã non simpliciter puto Iudæos hoc nomine significari, sed eos qui cum Christo Legem coniungebant, quales fuerunt Hebionitæ & Cerinthiani.

21 Ex ipsis *ἐξ αὐτῶν*. Ex ipsis, inquit, Cretenses alloquens uel Iudæos, uel certè Iudæorum placitis addictos.

Propheta *προφήτης*. Cur Epimenidem uocet non philosophum sed Prophetam Cretensiũ, liquere potest ex istis quæ de eo scribit Laertius, *λέγουσι δέ τινες ὅτι Κρῆτες αὐτῷ θύσειν ὡς θεῷ, φασὶ γὰρ καὶ γνωφιλώτατον γεγονέναι*. Ferunt, inquit, Cretenses ipsi tanquam Deo sacrificare, ut qui affirment eum singulari quadam ui res futuras intelligendi præditum fuisse. Subijcit deinde aliquot ipsius oracula idem Laertius. & ab Athenienſibus etiam perhonorificè accersitum dicit, lustrandæ urbis causa: unde prodierunt aræ illæ Dei ignoti, quarum unius fit mentio Act. 17. e. 23. Et Cicero quoque libro de Diuinatrone primo, Cretensem Epimenidem numerat inter eos qui per furorem sunt uaticinati. Alioquin etiam communi nomine notum est poetas dici Vates. Cretenses, &c. *Κρῆτες*, &c. Hoc potius ad Epimenidem Cretensem quàm ad Callimachũ esse referẽdum apparet ex ijs quæ diximus. Non dissimilis prorsus uersiculus legitur apud Hesiodum in Theogonia, translata scilicet ad pastores sententia, qui iampridem & ipsi propter otium malè audiunt, *κοιμώδες ἀγρωῶται, κάκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον*, ut potuerit Callimachus quoque ad uersiculum Epimenidis alludere in simili argumento. Illud autem *κακὰ θηρία* omnino interpretari licet in uernaculo nostro sermone ad uerbum *maunaisés beêtes*.

13 Præcisè

A ἔλεγχε αὐτοὺς ἀποτόμως, ἵνα ὑγιαίνωσιν ἐν τῇ πίστει,

sam redarguito præcise ut sani sint in fide,

μὴ προσέχοντες Ἰουδαϊκοῖς μύθοις, καὶ ἐντολαῖς ἀνθρώπων ἀποστρεφομένων τὴν ἀλήθειαν. 14

Non attendendo Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auersantium ueritatem. 2. Tim. 1. a. 4

πάντα μὲν καθαρὰ τοῖς καθαροῖς, τοῖς δὲ μεμιασμένοις καὶ ἀπίστοις οὐδὲν καθαρόν, ἀλλὰ μεμίανται αὐτῶν καὶ ὁ νοῦς καὶ ἡ συνείδησις. 15

Omnia quidem pura puris: sed & pollutis & infidelibus nihil *est* purum, sed polluta est eorum & mens & conscientia. Rom. 14 d. 20

θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται, βδελυκτοὶ ὄντες καὶ ἀπειθεῖς, καὶ πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἀδόκιμοι. 16

Deum profitentur se scire: sed factis negant: quum sit abominandi, & immorigeri, & ad omne opus bonum reprobi.

ΚΕΦΑΛ. β.

CAP. II.

Σὺ δὲ λάλει ἃ πρέπει τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ. 1

AT tu loquere quæ decent sanam doctrinam.

πρεσβύτας νηφαλίους εἶναι, σεμνούς, σώφρονας, ὑγιαίνοντας τῇ πίστει, τῇ ἀγάπῃ, τῇ ὑπομονῇ. 2

Vt senes sobrij sint, graues, consulti, sani fide, charitate, tolerantia. *Senes.*

πρεσβύτιδας ὡσαύτως ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς, μὴ διαβόλους, μὴ οἴνῳ πολλῷ δεδουλωμένας, καλοδιδασκάλους, 3

Anus itidẽ, ut in statu qui sanctimoniam deceat, non calumniatrices, non uino multo seruientes, quæ honesta doceant, *Anus.*

ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας, φιλάνδρους εἶναι, φιλοτέκνους, 4

Vt posint instruere adolescentulas ut maritos suos diligant, ut liberos ament,

σώφρονας, ἁγνάς, οἰκουρούς, ἀγαθάς, ὑποτασσομένας τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν, ἵνα μὴ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ βλασφημῆται. 5

Vt honestæ sint, puræ, domi manentes, bonæ, subiectæ suis uiris: ne sermo Dei blasphemetur. Ephes. 5. e 23.

τοὺς νεωτέρους ὡσαύτως παρακάλει σωφρονεῖν, 6

Adolescentes itidem adhortare ut sint moderati:

περὶ πάντα σεαυτὸν παρεχόμενος τύπον καλῶν ἔργων, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ ἀδιαφθορίαν, σεμνότητα, ἀφθαρσίαν, 7

Per omnia temetipsum præbens exemplar bonorum operum, in doctrina integritatem, grauitatem,

λόγον ὑγιῆ, ἀκατάγνωστον, ἵνα ὁ ἐξ ἐναντίας ἐντραπῇ, μηδὲν ἔχων περὶ ἡμῶν λέγειν φαῦλον. 8

Sermonem sanum, qui damnari non possit: ut qui se ex aduerso opponit, erubescat, nihil habens quod de uobis dicat mali.

δούλους ἰδίοις δεσπόταις ὑποτάσσεσθαι, ἐν πᾶσιν εὐαρέστους εἶναι, μὴ ἀντιλέγοντας, 9

Seruos *hortare* ut suis dominis subijciãt se, *ut* in omnibus sint *eis* accepti, non responsatores: *Serui.*

μὴ νοσφιζομένους, ἀλλὰ πίστιν πᾶσαν ἐνδεικνυμένους ἀγαθήν, ἵνα τὴν διδασκαλίαν τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ κοσμῶσιν ἐν πᾶσιν. 10

Nihil interuertẽtes, sed omnem bonam fidem ostẽdentes: ut doctrinam seruatoris nostri Dei ornent in omnibus.

Præcise ἀποτόμως. Id est durè ac sine ullis ambagibus. Itaque Vetus interpres rectè conuertit durè: & Erasmus seueriter, sed expressa duntaxat sententia, non autem ipso uocabulo. Vt sani sint ἵνα ὑγιαίνωσιν. ὑγιεῖς, id est sanum, Græcis dicitur quicquid meritò probandum est, & quale esse debet, id est integrum & sine uitio.

15 Mens & conscientia νοῦς καὶ συνείδησις. Mentis nomine declarat intelligentiam θεωρητικὴν, in qua collocatur συντήρησις, eam scilicet quæ propositiones suppeditat. συνείδησις uerò, id est conscientia, collocatur in intelligentia πρακτικῇ, & assumptiones promit. Quòd si utraque illa facultas est deprauata, quæ tandem erit conclusio τῆς πρακτικῆς.

16 Reprobi. ἀδόκιμοι. Vide 1. Cor. 9. d. 27.

IN CAPVT II.

5 Domi manentes οἰκουροὺς. Id est, quæ huc & illuc non oberrent. quod reprehendit 1. Tim. 5. b. 13. Huc pertinet quod de Plistia memoratur, ipsum scilicet Elienses Venerem fecisse quæ testudinem pedibus calcaret, symbolum scilicet σιωπῆς & silentij. Non rectè igitur conuertit Vetus interpres, domus curam habentes: quanuis hoc ex illo consequatur. Erasmus, domus custodes.

Grauitatem σεμνότητα, Grauitatem inquit, non quæ homines arceat à ministri aditu, sed quæ ad omnem reuerentiam honestam cõponat adeuntes. Quod autem in ueteribus Græcis codicibus additur ἀφθαρσίαν, mihi uidetur redundare, & ex margine irrepsisse, quum illic esset annotatum, pro ἀδιαφθορίαν.

9 Vt in omnibus ἐν πᾶσι. Hoc nonnulli ad prius membrum, nonnulli ad posterius referunt. Ego ad posterius malo. Sed utrouis modo hæc distinguas, particulam uniuersalem ita nos oportet circunscribere, ut ea semper excipiantur quæ sine Dei offensione præstari à seruis non possint.

Sint *eis* accepti εὐαρέστους εἶναι id est, ita se gerant ut dominis placeant illorum obsequia, Vulg. placentes. Eras. illis placeant, sententia rectè expressa. Hieronymus autem εὐαρέστους interpretatur eos qui sibi non displiceant, & suam fortunam, qualiscunque est, boni consulant. quam interpretationem Erasmus meritò coactam ac uiolentam indicauit. Ambrosius legit ἀρίστους optimos, sed corruptè.

10 Nihil interuertentes. Μὴ νοσφιζομένους, Vulg. Non fraudantes. Eras. Non suffurantes. Vide Act. 5. a. 2. Fidem

Christus redemptor noster secundum promissiones venit. 1. Cor. 1. a. 1. colos. 1. c. 22.

Illuxit enim gratia illa Dei salutifera om- 11
nibus hominibus,

Erudiēs nos, ut abnegata impietate & mū 12
danis cupiditatib. moderatè & iustè & piè
uiuamus in præsenti seculo:

Expectantes beatam illam spem & illu- 13
strem illum aduentum gloriæ magni illius
Dei ac seruatoris nostri, *nempe* Iesu Christi,

Qui dedit semetipsum ꝓ nobis, ut redime 14
ret nos ab oī iniqtate, & purificaret sibi ipsi po
pulū peculiarē, studiosum bonorū operū.

Hæc loquere & exhortare, & argue cum
omni imperio. nemo te despiciat. 15

ἐπεφάνη γὰρ ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἡ σωτήρι-
ος πᾶσιν ἀνθρώποις,
παιδεύουσα ἡμᾶς, ἵνα ἀρνησάμενοι τὴν ἀσε-
βειαν καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, σωφρόνως
καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶ
νι, προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, (νι,
καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σω
τῆρος ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ,
ὃς ἔδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα λυτρώ
σηται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας, καὶ καθαρίσῃ
ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον, ζηλωτὴν καλῶν ἔργων.
ταῦτα λάλει, καὶ παρακάλει, καὶ ἔλεγχε μετὰ
πάσης ἐπιταγῆς. μηδείς σε περιφρονείτω.

CAP. III.

Rom. 13. a. 1

Vggere ipsis ut Principatibus ac Potesta 1
tibus subiecti sint, ut obtemperēt, ut ad
omne opus bonum sunt parati:

ΚΕΦΑΛ γ.

Ὑπομίμνησκε αὐτοὺς ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις
ὑποτάσσεσθαι, πειθαρχεῖν, πρὸς πᾶν ἔρ-
γον ἀγαθὸν ἑτοίμους εἶναι,

wigyw. Fides hoc in loco pro fidelitate ponitur. Itaq; Fidem omnem ostendere significat fideliter & absque ulla fraude res dñi sui tractare. 12 Mūdanas cupiditates *τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας.* i. cupiditates oēs carnis, ut alibi loquit. quæq; ad præsentis uitæ ac mūdi istius rōes referuntur. 13 Et illustrē illū aduentū *καὶ ἐπιφάνειαν.* Sic placuit cō B
uertere nomē *ἐπιφανείας*, quod usurpauit Paulus de industria, ut eius posterioris aduētus tubar illud maximē illustre oculis nostris repræsētaret. Dicunt enim *ἐπιφαίνεσθαι*, quæ repētè cōspecta oculos omniū in se cōuertūt: quēadmodū quoda emicēt. Vetus igit interpres hoc nō expressit quū passim coueriteret aduētū, i. *παρουσίαν*, quē quū aliis aliquot locis sequutus sit Eras. mirari posset quispiā cur hoc in loco maluerit (absurdē profectō) interpretari illustratione, quū præsertim quæ sit uis *τῆς ἐπιφανείας* optimē in suis annotationib. exposuerit. Sed hoc quid rei sit, mox dicā. Gloriæ magni illius Dei ac seruatoris nostri, *nempe* Iesu Christi, *τῆ μεγάλη θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ.* Nobis quidē nō desunt plurima apertissima Deitatis Christi (sic enim loqui nos cogunt impuri & ingrati homines qui ex Deo Christo, Diuinū hominē faciūt) testimonia. sed quæcūque se nobis obtulerūt eiusmodi, ut sine manifesta calumnia nō possint aliō torqueri, cur, obsecro, nō utriusq; manib. imō manib ac pedibus, imō uiui ac mortui totis uiribus nō potius retineamus, quām uel tantillū hæreticis cōcedamus? Itaque Erasmū sanē nolim in eo imitari, quōd nobilissimos quosuis locos ad eā rē pertinentes, nō modò nobis sciēs ac prudēs finat è manibus elabi. sed ēt totis uiribus extorquere conēt. Neque uerò reformido nequis æquus iudex ullū hic in me candorē requirat, quasi cū mortuis uelim luctari. Dico quod res ē, nec dissimulari debet in quoquā, quod ipsum nostræ religionis caput petit. Iure aūt an iniuria hoc dicā, iudicēt qui ea legerint quæ in superioribus epistolis passim in hoc argumēto sunt à me ad uersus illius opinionē explicata. illis uerò hæc ēt adiūgere licebit. Nō affero eorū interpretū & Græcorū & Latinorū authoritatē qui summo cōsensu hūc locū aduersus Arianos, tāquā apertissimū citarūt: (quib. ipse unicus Ambrosius opponit, cuius tamē cōmentarijs multa passim adulterina & barbara insarta esse cū alibi conquerat, hic sanē manifestè ex stilo ipso ita esse factū apparet) sed ueritatē ipsam affero. Primū s. nomē *ἐπιφανείας* nusquā tribui in Nouo testamēto nisi Filio, imò ne *παρουσίας* quidē. Deinde, postulare Græci sermonis constructionē, ut ad unū idemque subiectum. i. ad unum Iesum Christum, referatur utrunque prædicatū. Quod igitur ad prius attinet, uideamus quō Eras. respōdeat. Non hic, inquit, simpliciter nominatur aduentus Patris, sed aduentus gloriæ, quā interim expectamus in humilitate cōstituti. Tūc apparebit maiestas nostra, quū aperietur gloria magni Dei Patris & seruatoris nostri Iesu. Quæso uero lector, attentus mecū hāc rationem expende. Quia adiungitur nomē gloriæ, idcirco *ἐπιφάνειαν* nō significabit quod reliquis omnibus locis, i. splendentē illā & coruscā Domini apparitionē, sed *φωτισμὸν*, i. illustrationē? idque nō Dei ipsius respectu, cuius gloriæ in sese nihil detrahi nec accedere pōt. sed nostri habita rōe, qui s. tū illustrabimur, quū gloria illa Dei aperietur. ut quodammodo ēt tum in nobis Dei gloria illustretur. Imo uero quis tam est cæcus & hebes ut ista non uideat manifestè esse detorta? quis inquā nō uidet *ἐπιφανείας* significationem ex C
aliis locis potius petendam? quis ista non intelligit cohærere, & augustam aduentus Dei maiestatem his titulis declarari, qui non ad nos sed ad Deum ipsum referantur? Et tamen hæc causa fuit cur *ἐπιφάνειαν* hoc loco conuerterit illustrationem: sententia Apostoli minimè certè expressa. Quod autem ad alterum attinet, quum scriptum sit *ἐπιφάνεια αὐτοῦ μεγάλη θεὸς καὶ σωτὴρ ἡμῶν ἰησοῦ χριστός*, no aūt *τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος*, dico nō magis ꝓbabiliter ista posse ad duas distinctas personas referri, quām illam locutionem, *ὁ θεὸς καὶ πατὴρ ἰησοῦ χριστοῦ*. Nam id certè postulat Græci sermonis usus, quum unus tantum sit articulus, duobus istis nempe *θεὸς καὶ σωτὴρ θεὸς, καὶ πατὴρ* communis: quum præsertim, ut antè dixi, nunquam *ἐπιφάνεια* aut *παρουσία* nisi uni Filio tribuatur. Itaque sic concludo Christum Iesum hic apertè Magnum Deum dici, qui & beata illa spes nostra metonymicè uocatur. Illi igitur ut uerè magno & æterno Deo sit gloria & laus omnis in sæcula sæculorū. 14 Peculiarem *περιούσιον* Heb. סגלה quasi charissimas & pretiosissimas opes, quas uulgo dicimus *le cabinet*. *περιούσιον* enim uocat Græci qđ quū supersit, recondit. ut Geta ille Teren. peculiū suū desinit, qđ unciatim uix de demenso suo suū defraudās genū cōparsit miser. Eiusmodi uerò facultates maximē omniū ꝓprias nobis putamus, & charissimas: adeo ut uix extremis necessitatib. quicquā ex illis desumat. Gallicè possis uocare *l'espargne*. Hoc aūt uocabulū finxerūt Græci interpretes, ut ēt *ἐπούσιον*. de quo diximus Mat. 6. b. 11. qđ postea usurpare nō dubitarūt disertissimi ēt theologi, ut Chrys. Nazianz. 15 Imperio *ἐπιταγῆς*. i. cū authoritate summa, tāquā Dei legatus s. neq; suo sed illius noīe agēs omnia. Itaq; adiecit: Nemo te despiciet: quib. uerbis grex potius uidet à Paulo quām pastor ipse officij admoneri. Eras. cū omni præcipiēdi studio: nō expressa Pauli sententia. Despiciat *περιφρονείτω*. Hoc Græcū uerbum Latino illi ꝓprius respondet. itaq; *τὸ περιφρονεῖν* nihil aliud hic declarat q̄ *τὸ καταφρονεῖν*, quo mō Græcus scholiastes rectè exposuit. neque in hoc uerbo dūtaxat, sed & in aliis *περὶ* ita accipitur. ut in *περιυβρίζω, περιελαύνω*, & alijs aliquot. Interdū tamē *τὸ περιφρονεῖν* significat circūspicere, & in aliquo cōtēplādo occupatū esse: ut in illo Aristoph. uersiculo ex Nebulis, *Ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἀέρα*, id est ꝓ aerē gradior, & circunspicio solē, siue, in cōtēplando solē occupor. At Hieron. hunc eundē Aristoph. locū citās, lōgē aliter explicat, nēpe, Scādo per aerē, & pluris me nouī esse q̄ solē. At ista certè Hyeronymi nō sunt. nā ersi illic pro despicere accipias *τὸ περιφρονεῖν*, tamē despicere nō aliud declarabit quām ex superioreloco aspicere. quā hæc quoque declaratio ualde est uiolenta.

IN CAPVT IIII.

5 Operib. iustis *ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ*. Ad uerbum, ex operibus quæ (fiunt) in iustitia, i. iustè, ex Hebræorū

A μηδένα βλασφημεῖν, ἀμάχους εἶναι, ἐπιεικεῖς, πᾶσαν ἐνδεικνυμένους πραότητα πρὸς πάντας ἀνθρώπους.

Ne de quoquam maledicant, ne sint pugnaces, sed moderati omnem exhibentes lenitatem erga omnes homines.

ἦμεν γάρ ποτε καὶ ἡμεῖς ἀνόητοι, ἀπειθεῖς, πλανώμενοι, δουλεύοντες ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις, ἐν κακίᾳ καὶ φθόνῳ διάγοντες, στυγητοί, μισοῦντες ἀλλήλους.

Nam eramus quondã & nos amentes, immorigeri, errantes, seruiẽtes cupiditatib. ac uoluptatibus uarijs, in malitia & inuidia degentes, odiosi, alij alios odio prosequentes. 1. Cor. 6. b. 11.

ὅτε δὲ ἡ χρηστότης καὶ ἡ φιλανθρωπία ἐπεφάνη τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ,

Sed postquam bonitas & erga homines amor apparuit seruatoris nostri Dei:

οὐκ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸ αὐτοῦ ἔλεος ἔσωσεν ἡμᾶς, διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας καὶ ἀνακαινώσεως πνεύματος ἁγίου,

Non ex operib. iustis quæ fecerimus nos, sed ex sua misericordia seruauit nos per lauacrum regenerationis & renouationem Spiritus sancti, *Peccatores saluati per misericordiã Dei, non ex operibus* 2. Tim. 1. c. 9

οὗ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν,

Quem effudit in nos copiose per Iesum Christum seruatorem nostrum:

ἵνα δικαιωθέντες τῇ ἐκείνου χάριτι, κληρονόμοι γενώμεθα κατ' ἐλπίδα ζωῆς αἰωνίου.

Vt iustificati ipsius gratia, hæredes efficeremur secundum spem uitæ æternæ.

πιστὸς ὁ λόγος. καὶ περὶ τούτων βούλομαί σε

Fidus *est* hic sermo, & de his uolo te asseuerare,

B διαβεβαιοῦσθαι, ἵνα φροντίζωσι καλῶν ἔργων προΐστασθαι οἱ πεπιστευκότες θεῷ. ταῦτά ἐστι τὰ καλὰ καὶ ὠφέλιμα τοῖς ἀνθρώποις.

ut studeant bona opera tueri qui crediderunt Deo. hæc illa sunt quæ *sunt* honesta & utilia hominibus.

μωρὰς δὲ ζητήσεις καὶ γενεαλογίας καὶ ἔριδας καὶ μάχας νομικὰς παραιτοῦ. εἰσὶ γὰρ ἀνωφελεῖς καὶ μάταιοι.

Stultas autem quæstiones & genealogias & cõtẽtiones ac pugnas legales cohibe: sunt enim inutiles & uanæ. 1. Tim. 1. b. 4 & 4. b. 7. 2. tim. 2. d. 23. *Stultæ quæstiones.*

αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ,

Hæreticum hominem, post unam & alteram admonitionem reijce: *Hæreticus.*

εἰδὼς ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος, καὶ ἁμαρτάνει ὢν αὐτοκατάκριτος.

Sciens quòd euersus sit qui eiusmodi est, & peccet, utq suopte iudicio sit cõdẽnatus.

ὅταν πέμψω Ἀρτεμᾶν πρός σε, ἢ Τυχικόν, σπούδασον ἐλθεῖν πρός με εἰς Νικόπολιν· ἐκεῖ γὰρ κέκρικα παραχειμάσαι.

Quum misero Arteman ad te aut Tychicum, studе uenire ad me Nicopolim: nam illic decreui hybernare.

Ζηνᾶν τὸν νομικὸν καὶ Ἀπολλὼ σπουδαίως πρόπεμψον, ἵνα μηδὲν αὐτοῖς λείπῃ.

Zenam legisperitum & Apollo sedulòde ducito, ne quid illis desit.

μανθανέτωσαν δὲ καὶ οἱ ἡμέτεροι καλῶν ἔργων προΐστασθαι εἰς τὰς ἀναγκαίους χρείας, ἵνα μὴ ὦσιν ἄκαρποι.

Discant autem & nostri bona operatueri ad necessarios usus, ut non sint infrugiferi.

C ἀσπάζονταί σε οἱ μετ' ἐμοῦ πάντες. ἄσπασαι τοὺς φιλοῦντας ἡμᾶς ἐν πίστει. ἡ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν.

Salutant te qui mecum sunt omnes. Salua eos qui diligunt nos in fide. Gratia *Dei sit* cum omnibus uobis. Amen.

πρὸς Τίτον πρώτης ἐπίσκοπον χειροτονηθέντα ἐγγραφὴ ἀπὸ Νικοπόλεως τῆς Μακεδονίας.

Ad Titum, qui primus Cretensium Ecclesiæ ordinatus fuit episcopus, scripta ex Nicopoli Macedoniæ.

idiotismo quem sæpissimè iam annotauimus. Quòd aũt nõnulli de operibus Legis Mosis, id est cæremonijs dunta xat hoc accipiunt, copiosè refutauimus non uno loco. Certè non ualeret antithesis misericordiæ, nisi omnia opera semel excluderentur, uti fatebitur quisquis non erit nimium cõtentiosus. Sed hoc intelligitur, inquiunt, de operib. fidem præcedentibus. Ergò primum omnium excludantur opera præparatoria. Deinde explicetur quid sit seruare, an s hoc nihil aliud sit quàm merendi facultatem tribuere. hoc uerò qui dicit, nonne aperte uerbum Dei detorquet? Per lauacrum διὰ λουτροῦ. Vel argumentatur à Baptismi sacramento, ut alibi solet, sicut exposuimus Gal. 3. d. 27. & Col. 2. b. 12. re sicum signo cõiuncta: aut simpliciter de nostri per Spiritum sanctum cum Christo coniunctione & isti us effectis loquitur. Nam & alibi de hac eadem re loquens, aquam cum Spiritu coniungit, neque baptismi tamen meminit, sed Spiritum sanctum ab ipsius in nobis effectu, aquam uocat, nempe Iohan. 3. a. 1. sicut & alibi contrà com paratur ignis, Matth. 3. c. 11. Et renouationem καὶ ἀνακαινώσεως. Vel, & renouationis. Sed illud malo, ut plenior sit epexegesis. Sic enim Spiritus sanctus explicabit lauacri nomen, renouatio uerò regenerationem declarabit. Spiritus sancti πνεύματος ἁγίου. Id est, quam præstat & efficit uis spiritus sancti. Quid sit aũt renasci & regenerari, alibi dictum est. 7 Vt iustificati, &c ἵνα δικαιωθέντες. Iustificationis nomen large accipio, ita ut cõplectatur quicquid à Christo consequimur tum per imputationem, tum per Spiritus in nobis sanctificandis efficacia, ut simus ἁγιοι, i. perfecti & integri in eo. Sic quoque accipitur Iustificandi uerbum Rom. 8. f. 30. 8 Bona opera tueri καλῶν ἔργων προΐστασθαι. Id est bonis operibus sedulò uacare. Sic Latinè quoque dicitur aliquis officium ac munus suum tueri, pro quo uulgò dicimus, *maintenir, ou entretenir.* nec possum dubitare quin uera hæc sit huius loci explicatio. Vulg. bõ

nis operibus præsint. quod non intelligo. nam si Bonis operibus accipiunt pro Per bona opera, dicendum erat καλοῖς ἔργοις, præesse uero bonis operibus, sicut dicitur aliquis præesse annonæ aut militiæ, sanè durum fuerit, ut mihi uidetur. Sin uero pro extollere accipias, uel anteponere, seu primas partes dare, scribendum erat καλὰ ἔργα.

9 Genealogias γενεαλογίας. Vide 1. Timoth. 1. a. 4. Cohibe περίϊσασο. Vide 2. Timoth. 2. c. 16.

10 Hæreticum αἱρετικὸν Vide Act. 5. c. 17. Reijce. παραιτοῦ. Non dicit, occide, inquiunt nonnulli: quasi uero hic præscribat officium magistratui. Noluit diuidere Christus hæreditatem: nullus sit igitur familiæ herciscundæ iudex. Non condemnauit adulteram: ergo nulla de adulteriis quæstio habeatur. Denique non est ministrorum supplicio afficere fures, homicidas, blasphemos, cinædos, incestuosos, sed duntaxat nō resipiscentes, ex legitimo Ecclesiæ iudicio, Satanæ tradere: an illi propterea impunè abibunt? Sed hoc age Bellio & Academicis liceat afferre. Causam enim suam agunt isti boni uiri. Quidam, cui dicitur hæreticus quicunque pertinax est, αἱρετικὸν pertinacem conuertit.

EPISTOLA PAVLI AD Philemonem.

Παῦλος ἀποστόλος ὁ πρὸς Φιλήμονα ἐπιστολή

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

CAPVT I. ΚΕΦΑΛ. α.

PAulus Vinctus Christi Iesu, & 1 Timotheus frater, Philemoni dilecto & collegæ nostro,

Et Apphiæ dilectæ, & Ar- 2 chippo commilitoni nostro, & quæ domi tuæ est, Ecclesiæ:

1. Thes. 2. a. 2 2. Thess. 1. a 3 *Charitas Fides* Gratia *sit* uobis & pax à Deo Patre nostro, 3 & Domino Iesu Christo.

Gratias ago Deo meo, semper mentionē 4 tui faciens in precibus meis,

Quum audiam tuam charitatem ac fidē 5 quam habes erga Dominum Iesum & erga omnes Sanctos:

Vt communicatio fidei tuæ efficax fiat, 6 ut agnoscatur quicquid boni est in uobis per Christum Iesum.

Gaudium enim habemus multum, & cō- 7 solationem in dilectione tua, quòd uiscera sanctorum refocillata sunt per te, frater.

Quapropter quanuis multam in Christo 8 libertatem imperandi habeam tibi id quod officij tui est:

Tamen propter charitatem potius pre- 9 cor, quum talis sim, nēpe Paulus senex, nunc autem etiam uinctus Iesu Christi.

Coloss. 4. b. 9 *Onesimus dolens à Paulo Christum.* Precor autem pro filio meo quem genui 10 in uinculis meis, Onesimo:

Quondam tibi inutili, nunc uerò tibi & 11 mihi perutili.

Quem remisi: tu autem eū, id est uiscera 12 mea, suscipe.

ΠΑΥΛΟΣ δέσμιος χριστοῦ ἰησοῦ, καὶ τιμόθεος ὁ ἀδελφὸς, φιλήμονι τῷ ἀγαπητῷ καὶ συνεργῷ ἡμῶν B ἀφφίᾳ τῇ ἀγαπητῇ καὶ ἀρχίππῳ τῷ συστρατιώτῃ ἡμῶν, καὶ τῇ κατ' οἶκον σου ἐκκλησίᾳ.

χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ.

εὐχαριστῶ τῷ θεῷ μου, πάντοτε μνείαν σου ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου,

ἀκούων σου τὴν ἀγάπην, καὶ τὴν πίστιν ἣν ἔχεις πρὸς τὸν κύριον ἰησοῦν καὶ εἰς πάντας τοὺς ἁγίους.

ὅπως ἡ κοινωνία τῆς πίστεως σου ἐνεργὴς γένηται ἐν ἐπιγνώσει παντὸς ἀγαθοῦ τοῦ ἐν ὑμῖν εἰς χριστὸν ἰησοῦν.

χάριν γὰρ ἔσχομεν πολλὴν καὶ παράκλησιν ἐπὶ τῇ ἀγάπῃ σου, ὅτι τὰ σπλάγχνα τῶν ἁγίων ἀναπέπαυται διὰ σοῦ, ἀδελφέ.

διὸ πολλὴν ἐν χριστῷ παρρησίαν ἔχων ἐπιτάσσειν σοι τὸ ἀνῆκον, C

διὰ τὴν ἀγάπην μᾶλλον παρακαλῶ, τοιοῦτος ὢν πρεσβύτης, νυνὶ δὲ καὶ δέσμιος ἰησοῦ χριστοῦ.

παρακαλῶ σε περὶ τοῦ ἐμοῦ τέκνου, ὃν ἐγέννησα ἐν τοῖς δεσμοῖς μου, ὀνήσιμον,

ὃν πρός σε ἀπέπεμψα. σὺ δὲ αὐτὸν, (τοῦτ' ἔστι τὰ ἐμὰ σπλάγχνα,) προσλαβοῦ,

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

6 Vt communicatio, &c. Ὅπως ἡ κοινωνία, &c. Hoc cohæret cum uersiculo quarto. Communicationem autem fidei uocat officia benignitatis in sanctos, promanantia ex fide efficaci. Vt agnoscatur, &c. ἐν ἐπιγνώσει. Id est εἰς ἐπίγνωσιν, ad agnitionem. Sensus est, ut hac ratione omnes experiantur quàm diuites sitis in Christo, nempe fide, charitate & omni beneficentia. Nam uirtus Spiritus habitantis in nobis hac ratione se prodit.

7 Gaudium χάριν. id est χαρὰν, quo modo etiam Græci interpretes explicant, non tantum hoc in loco, sed etiam 2. Cor. 1. c. 15. Quod uiscera sanctorum ὅτι τὰ σπλάγχνα τῶν ἁγίων. Id est, quod ita officiose & prompte refocillaris sanctos, ut incredibili quadam uoluptate sint intus perfusi. Nam uiscerum nomine simul & intimas necessitates & consolationem ad ipsa usque animi penetralia descendentē declarat, quasi cor ipsum sit refectum ac recreatū.

9 Precor παρακαλῶ. opponitur ἀγάπην τῇ παῤῥησίᾳ, id est blandus quidam amor, liberæ authoritati, & τὸ παρακαλεῖν τῷ ἐπιτάττειν. id est imperare & precari. 12 Id est uiscera mea τουτέστι τὰ ἐμὰ σπλάγχνα. Id est, ut filium meum,

A ὃν ἐγὼ ἐβουλόμην πρὸς ἐμαυτὸν κατέχειν, 13 ἵνα ὑπὲρ σοῦ μοι διακονῇ ἐν τοῖς δεσμοῖς τοῦ εὐαγγελίου.

χωρὶς δὲ τῆς σῆς γνώμης οὐδὲν ἠθέλησα ποιῆ- 14 σαι, ἵνα μὴ ὡς κατὰ ἀνάγκην τὸ ἀγαθόν σου ᾖ, ἀλλὰ κατὰ ἑκούσιον.

τάχα γὰρ διὰ τοῦτο ἐχωρίσθη πρὸς ὥραν, ἵνα 15 αἰώνιον αὐτὸν ἀπέχῃς,

οὐκέτι ὡς δοῦλον, ἀλλ' ὑπὲρ δοῦλον, ἀδελ- 16 φὸν ἀγαπητὸν, μάλιστα ἐμοί, πόσῳ δὲ μᾶλλον σοὶ καὶ ἐν σαρκὶ καὶ ἐν κυρίῳ;

εἰ οὖν ἐμὲ ἔχεις κοινωνὸν, προσλαβοῦ αὐτὸν 17 ὡς ἐμέ,

εἴ δέ τι ἠδίκησέ σε ἢ ὀφείλει, τοῦτο ἐμοὶ ἐλλό- 18 γει.

ἐγὼ Παῦλος ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρί, ἐγὼ ἀ- 19 ποτίσω. ἵνα μὴ λέγω σοι, ὅτι καὶ σεαυτόν μοι

B προσοφείλεις.

ναὶ, ἀδελφὲ, ἐγώ σου ὀναίμην ἐν κυρίῳ. ἀνάπα- 20 υσόν μου τὰ σπλάγχνα ἐν κυρίῳ,

πεποιθὼς τῇ ὑπακοῇ σου ἔγραψά σοι, εἰ- 21 δὼς ὅτι καὶ ὑπὲρ ὃ λέγω, ποιήσεις.

ἅμα δὲ καὶ ἑτοίμαζέ μοι ξενίαν· ἐλπίζω γὰρ, ὅτι 22 διὰ τῶν προσευχῶν ὑμῶν χαρισθήσομαι ὑμῖν.

ἀσπάζονταί σε Ἐπαφρᾶς ὁ συναιχμάλωτός 23 μου ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ,

Μᾶρκος, Ἀρίσταρχος, Δημᾶς, Λουκᾶς, οἱ συν- 24 εργοί μου.

ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ τοῦ 25 πνεύματος ὑμῶν. ἀμήν.

πρὸς Φιλήμονα ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης, διὰ Ὀ- νησίμου οἰκέτου.

Quem ego cupiebam apud me retinere, ut pro te ministraret mihi in uinculis Euangelij:

Sed absque tua sententia nihil uolui facere: ne uelut ex necessitate sit beneficium tuum, sed spontaneum.

Nam mirum ni successit ad tẽpus, ut perpetuum eum reciperes:

Non iam ut seruum, sed præstantiori conditione quàm seruum, *nempe* fratrẽ dilectũ, maxime mihi, quanto autem magis tibi & in carne & in Domino?

Itaque si putas nostra esse communia, accipe eum tanquam me.

Quòd siquid læsit te, aut debet, hoc mihi imputato.

Ego Paulus scripsi mea manu, ego dependam: ut ne dicam tibi quòd etiam teipsum mihi insuper debes.

Etiam, frater, hunc ego fructum abs te cõsequar, refocilla mea uiscera in Domino.

Scripsi tibi, confisus fore ut auscultes, ut qui norim quòd etiã amplius quàm dico, facturus sis.

Simul autem etiam para mihi hospitium: spero enim quòd per preces uestras donabor uobis.

Salutant te, Epaphras meus in captiuitate propter Christum Iesum socius,

Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas, adiutores mei.

Gratia Domini nostri Iesu Christi *sit* cum spiritu uestro. Amen.

Ad Philemonem missa fuit Roma per Onesimum seruum.

C meum, quem ego genui. Videntur enim filii quodammodo pars esse uiscerum matris. Nam τῶν σπλάγχνων appellatio (quæ Hebræi רחמים uocãt) proprie de matre dicitur, quod in se transfert Paulus, ut teneerrimum affectum suum exprimat.

14 Ne uelut. &c. ἵνα μὴ ὡς. Id est, ut non coactus, sed sponte hanc serui tui operam nobis commodatis.

Beneficium tuum τὸ ἀγαθόν σου Id est ἡ συνεργεσία σου. Heb. טובך, Vulgata & Erasmus ad uerbum, bonum tuum.

15 Mirum ni τάχα. Sic affirmat hoc Paulus, ut tamen omnem Philemoni occasionem præcidat existimandi ingenium illius non esse satis ipsi perspectum, minimè id quidem quasi Paulus ambigeret de Onesimi resipiscentia, sed Philemonis ipsius causa: cui blanda quadam ratione persuasum cupit suum de illo iudicium. Id autem est, opinor, quod Latini particulis illis exprimunt, ita scilicet ut maximè affirment quod tamen uideantur in incerto relinquere. Vulgata & Erasm. forsitan. Secessit ἐχωρίσθη. Vide ut fugæ nomen emolliat, ut si Gallicè dicas *il s'est retiré*.

Ad tempus πρὸς ὥραν. Id est πρὸς καιρὸν, ad temporis momentum, Vide Matth. 9. c. 22.

16 Præstantiori conditione quàm seruum ὑπὲρ δοῦλον. Vulgata, pro seruo: non expressa ullo modo sententia, ut potius legisse uideatur ὑπὲρ δόξαν, pro παρὰ δόξαν. Erasmus, supra seruum: nimis obscurè, ideò quæsiui periphrasin.

Et in carne & in Domino καὶ σαρκὶ καὶ ἐν Κυρίῳ Ideest, & quia mancipium tuum est, cæterorum seruorum more, siue, ut homines hominibus seruiunt: & quia Domini seruus est, ut illum & tuo & Domini nomine tibi charum esse oporteat.

17 Si putas nostra esse communia εἰ οὖν ἐμὲ ἔχεις κοινωνόν. Vulgata, si me habes socium. Erasmus, si me habes cõsortem. quod quia mihi usum est obscurissimè dictum, putaui studendum perspicuitati.

20 Etiam, frater, hunc ego fructum abs te consequar ναὶ ἀδελφὲ, ἐγώ σου ὀναίμην. Ὀναίμην est in optandi modo positum: ideo sensus est, Certè frater, sine ut abs te hoc beneficium impetrem. Vulgata, Ita, frater, ego te fruar. Eras. Etiam, frater, ego te fruar, admodum obscurè. Mea uiscera ἀνάπαυσόν μου τὰ σπλάγχνα μου. Hoc perinde est ac si diceret, refice me & recrea hoc beneficio, quo nihil erit mihi iucundius.

In Domino ἐν Κυρίῳ. Ita significat se non æquum modò ac iustum petere, sed quod etiam ipsi Deo gratum sit futurum. Quinetiam uidetur hoc aliquam habere obtestationis speciem.

23 Propter Christum Iesum ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Sic accipitur ב apud Hebræos interdum, ut alibi sæpe annotauimus. Vulg. & Eras. in Christo Iesu.

EPISTOLA PAVLI AD Hebræos.

Παύλου ἀποστόλου πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολή.

Epistola Pauli ἐπιστολὴ Παύλου. Ita scriptum inuenimus in omnibus nostris codicibus, unò tantũ excepto, in quo duntaxat scriptum erat πρὸς Ἑβραίους, ad Hebræos. Hoc quidem constat nunquam satis conuenisse à quo scripta sit hæc epistola: quanuis Græci Theologi certatim Paulo uendicent, à quo scilicet scripta quidem fuerit, sed Hebraice, id est lingua tum in Iudæa familiari: quàm deinde Lucas in Græcum sermonem conuerterit. Certè mira est styli dissimilitudo, & aliæ probabiles coniecturæ non desunt ex quibus nec Pauli esse, nec Hebraice unquam fuisse scriptam appareat: quas suo loco attingemus. Verum quid attinet de scriptoris nomine contendere quod scriptor ipse celatum uoluit? Sufficiat hoc nosse, uerè esse dictatam à Spiritu sancto, quæ luculentissimam ac planè Apostolicam Veteris fœderis cum Nouo collationem atque adeò Noui fœderis usuti singularem quandam promulgationem ac sanctionem cõplectatur. Ad Hebræos πρὸς Ἑβραίους. Id est ad Ecclesias Iudææ, ac præsertim ad Hierosolymitanam. Nam Iudæorum nomen omnes eius gentis homines in genere tum designabat. Itaque speciali appellatione prouinciales, id est qui per orbem terrarum, ac præsertim in Occidente & Asiæ minoris regionibus erant dispersi, ab ijs distinguebantur qui aliquas sedes obtinebant. Illi ἑλληνισταί, isti antiqua gentis appellatione Hebræi dicebantur, ut apparet ex Act. 6. a. 1. ex quo tamen loco satis liquet Palæstinæ Ecclesias ex duobus istis Iudæorum generibus fuisse coactas. neque tamen mirum est tum à situ, tum à maiore multitudine, utrosque communi Hebræorum nomine significari.

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

CAPVT I.

ΚΕΦΑΛ. α.

Deus multis uicibus multisq; modis olim loquutus Patrib. per Prophetas. 1

Vltimis diebus hisce loquutus est nobis per Filium, quem constituit hæredem omnium, per quem etiam mundum condidit. 2

Qui quum sit splendor gloriæ, & character personæ illius, sustineatq; omnia uerbo 3

ΟΛΥΜΕΡΩΣ καὶ πολυτρόπως Β
πάλαι ὁ θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις,
ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ, ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν.

ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, φέρων τε τὰ πάντα τῷ

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Multis uicibus multisq; modis olim πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι Vel, multipliciter quondam ac diuerse. Sensus est, Eundem semper Deum ac sibi constantem fuisse, eandem semper doctrinam gratuitæ in Messia reconciliationis: Deum uerò non semel olim omnia, sed particulatim, deinde etiam diuersis modis suam illam perpetuam uoluntatem declarasse per Prophetas, quo propius dies imminebat, eo etiam clarius de Luce uaticinantes: nunc uerò postremum per ipsum Filium nobis omnem ueritatem plenissimè patefecisse. Aequum esse igitur ut ministri Domino, Prophetæ Filio (quem unum & ipsi respexerint) umbræ solido ipsi corpori cedant. Vulg. & Eras. Multifariam multisq; modis. Loquutus λαλήσας. Vulg. loquens: deprauata Apostoli sententia. Per Prophetas ἐν προφήταις. Id est διὰ προφητῶν. Vulg. in Prophetis: seruato Hebraismo. 2 Vltimis ἐσχάτου. Ergo nec plena fuit superior illa per Prophetas declaratio, nec ad hanc postremam quicquam est adiiciendum. Diebus ἡμερῶν. Heb. בימים pro temporibus. Per filium ἐν υἱῷ. Totum Christum intellige, qui & Deus & homo, unus est Filius. Constituit ἔθηκε. Quatenus quidem Deus est factus homo. Ioh. 5. e. 27. Matth. 28. d. 18. Philipp. 2. b. 9. Hæredem κληρονόμον. id est, possessorem & ex æquo consortem omnium cum Patre, Ioh. 16. b. 15. Omnium παντῶν. Omnia igitur in eo uno quærenda sunt, et omnia illi subijciantur necesse est. nam παντῶν accipiendum est neutro genere. Moses autem in ipso statim initio noluit intempestiuè nominare. Hactenus generalis propositio epistolæ Per quem δι' οὗ. Distributio propositionis in duo capita, ad quæ reuocãda sunt singula confirmationis membra. Vnũ est, persona ipsa Filij, ita Dei ut sit uerus homo, ita ueri hominis ut sit Dei æterni Filius æternus, quum per eum sint condita omnia, qua de re uide Iohan. 1. a. 3. Est igitur summus Rex, summus Doctor, summus Pontifex. Alterum est, ipsius Christi officij ac muneris ratio. Ita utriusque, id est tum personæ tum officii ratione Christum euehet supra omnia. & aptè quidem priore loco de ipsius personæ præstantia disserit, quum eo fundamento nitatur posterior tractatio. Denique, uis epitomen huius epistolæ una breuissima conclusione comprehendere? ea erit eiusmodi, Christus uerus est Messias. id est, summus & æternus & unicus Rex, Propheta, & Pontifex. ita in eum unum pacificatorem discamus per fidem, omnium sanctorũ exemplo, recumbere, & ab eo uno nos sanctificari, doceri ac regi patiamur. Mundum τοὺς αἰῶνας. Vulg. & Eras. secula id est, quæcunque usquam unquam extiterunt, extant, aut extabunt, μετωνυμικῶς, & per enallagen numeri, sicut infrà 11. a. 3. ut positũ sit עולמים pro חבראים ורחגעשים. 3 Quũ sit splendor gloriæ ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης. i. is in quo resplendet gloria illa ac maiestas Patris, alioqui infiniti & inconspicui. siue is in quo uno splendorem suum conspiciendum præbet Pater. Neque enim Patrem nisi in Filio possumus uerè contemplari, Filio inquam carne induto. Nam alioquin uel Patrem, uel Filium in Diuinitatis abysso contemplari, non inutile modò, sed etiam absurdum, atque adeò periculosum iudico: idque non multorum modò philosophorum, sed etiam quorundam theologorũ infœlici audacia deterritus, quos hæc contemplatio absorpsit. Filius igitur idcirco homo factus, ne nuda Dei speculatione absorberemur, nobis est speculi instar, in quo non ex aliqua radiorum reflexione appareat inane obiectæ rei simulachrum: sed in cuius intimo & substantiali splendore, quem nos ex ipsius effectis in uisibili illa carne percipimus, Pater ipse nobis suam illam infinitam & omnipotentem maiestatem, immensam illam & incomprehensam φιλανθρωπίαν contemplandam & spectandã atque adeò palpandam præbet. Ipsam autem ὑπόστασιν & mutuas trium personarum relationes intus & in sese considerare, nolim quidem ego, sed tacendo potius & quasi stupescendo adorare. Et character καὶ χαρακτὴρ. Vetus interpres, pro charactere figurã nõ satis expresse couertit. Eras. expressam imaginẽ interpretat. Ego insculpta formã dicere maluissem, nisi Græcũ uocabulũ mihi usum esset plenius. Sic igitur uocat insculptã formã χαραχτὸ χαράσσειν, ut ab omni adumbrata uel inani imagine distinguat. Ea uero non in Filij Diuinitate p se, ut mõ dixi, ut quæ sit & ipsa per se inscrutabilis, sed quatenus in carne sese cõspiciẽdã præbet, cõsidero.

A Nam simul atque à uerbo quod caro factum est, cogitationem abduco, uideo quidem tenues aliquas Dei scintillas in singulis rebus creatis emicantes, sed in quibus statim euanescam, & quarum etiam fulgorem non possim sustinere: at in Christo Deo conspicuo, uiuum, expressum, insculptum Dei illius Opt. Maximi, non iam formidabilis iudicis, sed supra omnium quoque Angelorum fidem benignissimi ac beneficentissimi Patris uultum contemplor, deosculor, amplector. Denique fruatur sua quisque gratia in Domino quod ad me attinet, nec de Patre extra Filium, nec de uerbo extra carnem noui philosophari. Personæ illius ὑποστάσεως αὐτῦ. Illius, scilicet Dei Patris nequis perinde hæc accipiat acsi ἐκείνης scriptum esset. Vulg. & Eras. substantiæ illius. ac fateor quidem substantiæ nomen sic passim ab Hilario usurpari pro eo quod Latini personam, Græci etiam postea (quum antea ὑποστάσεως nomine essent contenti ab οὐσία distincto) πρόσωπον uocarunt, sed quominus substantiam interpretarer, eo iure adductus, quòd uideam plerosque ὑπόστασιν hoc loco pro οὐσία esse interpretatos, perinde acsi inter essentiam (sic enim libentius dicimus quàm naturam) & substantiam nihil interesset. Atqui, ut rectè omnino obseruauit doctissimus interpres, absurdè diceretur essentiam Patris impressam esse in Christo, quum eadem sit & quidem simplex utriusque essentia. sed uere apteque dicitur, quicquid Pater proprium habet, in Christo esse expressum, ut qui Christum uidet, uideat & Patrem, Iohan. 14. a 9. Deinde hoc etiam commodi habet ista interpretatio quòd hypostases aduersus Sabellium apertè distinguit, & τὸ ὁμοούσιον confirmat aduersus Arianos.

Sustineatque φέρων τε. Heb. נושא quod ualde est expressum. Significat enim sustentare, tueri, alere. Denique hoc respondet alteri membro quod de illa rerum omnium effectrice potentia dixerat. Idem enim qui dixit & facta sunt, nunc quoque eodem uerbo omnia tuetur. Verbum itaque hoc in loco, nutum, uoluntatem, & ordinationem declarat. Loquitur enim Scriptura de Deo ut potentissimo aliquo principe, cui satis sit os aperuisse, ut hoc uel illud fiat, ut Psal. 33. a 6. Adiunctum autem nomen δυνάμεως, Hebræorum more pro epitheto ponitur. Eras. agat, moderetur. non expressa sententia, quam tamen in annotationibus satis commodè exposuit.

καθαρισμὸν τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς,

illo suo potente, purgatione peccatorũ nostrorum per seipsum facta, sedit ad dextram maiestatis illius excelsissimæ:

τοσούτῳ κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων, ὅσῳ διαφορώτερον παρ' αὐτοὺς κεκληρονόμηκεν ὄνομα.

Tanto præstantior factus Angelis, quanto excellentius præ illis sortitus est nomen.

B τίνι γὰρ εἶπέ ποτε τῶν ἀγγέλων· υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε; καὶ πάλιν· ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν;

Nam cui dixit unquam Angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te? Ac rursũ Ego ero ei pater, & ipse erit mihi filius?

ὅταν δὲ πάλιν εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει· καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι θεοῦ.

Rursum autem quum inducit primogenitum in orbem terrarum, dicit, Etadorent eũ omnes Angeli Dei.

Purgatione καθαρισμὸν. Nunc alterum caput propositionis attingit, nempe Christi officium, quòd quidem ab altero, id est à personæ præstantia, dependet, ideoque posteriore loco positum est. Per seipsum δι' ἑαυτοῦ. Quanto igitur hic Pontifex præstantior ac nostri amantior quàm ij qui seipsos non offerunt? quanto præstantior hęc uictima quàm reliquæ omnes, quum is ipse sit cæli & terræ creator ac conseruator?

Sedit ἐκάθισεν. Hoc indicat non modò gratissimum Patri, sed etiam perennem esse illius sacrificij odorem: & quanto præstet æternus iste Pontifex cæteris qui peccatorum expiatione non minus indigent quàm nos, suntque ipsi mortales, nedum ut à morte nos liberent.

Ad dextram ἐν δεξιᾷ. Vides ut paulatim ad prius caput, id est ad præstantiam personæ Christi explicandam, accedat: Christi inquam non modò in cælos recepti & immortalis, sed etiam ad dextram ipsius Dei patris euecti, id est Deo patri prorsus æqualis facti. Nam illud semper tenendum est, Christum hic nobis integrum, id est Deum simul & hominem, proponi. Dixit autem ἐν δεξιᾷ pro ἐν δεξιῷ Heb. לימין.

Excelsissimæ ἐν ὑψίστοις. Sub. τῆς, ut cohæreat cum proximo. Quanquam hoc quoque potest, eodem manente sensu, referri ad uerbum ἐκάθισεν sedit, ut τῆς μεγαλωσύνης dictum sit absolutè κατ' ἐξοχήν, sicut τῆς δυνάμεως, 26. f. 64. & dicatur ipse excelsissimo loco sedisse. Sed altera illa explicatio minus est coacta, quum ita soleat sæpe sub audiri articulus, ut plurimis locis annotauimus apud Paulum. Est autem ἐν ὑψίστοις positum præcisè pro in locis altissimis, Hebræorum more, quem exposuimus Ephes. 1. a 3.

C 4 Factus γενόμενος. Vides rursus Filium Deum non considerari seorsim, sed hominem factum, deoque μετὰ τοῦ, & Ecclesiæ caput. Angelis ἀγγέλων. Ergo omnibus rebus creatis. Quomodo non excluderet omnes qui multo sunt Angelis inferiores? ut postea explicabit capite secundo. Vetus interpres πρᾶγμα meliorem ualde absurdè conuertit Nomen ὄνομα. id est dignitatem ac præstantiam. Vide Philip. 2. b. 9. quanquam hic etiam ad Filij appellationem respexit.

5 Nam cui τίνι γάρ. Nunc aggreditur confirmationem prioris capitis. Si Filius, ergo Deus: quanto igitur Angelis præstantior? Filius meus es tu υἱός μου εἶ σύ. Filij Dei uocantur etiam Angeli, ut Iob. 1. a. 6: & principes, ut psal. 82. 6. Israel denique primogenitus dicitur Ierem. 31. b. 9. Sed illud εἶ σύ. peculiarem quandam Filij rationem ostendit. deinde quod sequitur, omnem adimit dubitationem: nam ne in Dauidem quidem conuenit, nisi admodum impropriè. Ego hodie genui te ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Non est igitur Filius uel adoptione, uel amoris respectu, uel similia ratione, sed quia uerè ex Patre est genitus ante res ullas conditas, Coloss. 1. b. 15. Sed si ita est, cur additur aduerbium σήμερον, hodie? Nempequia æterna quidem est ista generatio, sed suo tempore mundo repræsentata, quum æternus ille filius conspicuus factus est in carne. Nam (ut antè dixi) ista ad Christum integrum pertinent, quomodo etiam conspecta fuit eius gloria, quasi unigeniti, Iohan. 1. b. 14. Potest autem hic dies accipi uel in genere utriusque naturæ in unam personam coalitione, ut Luc. 1. c. 31, & deinceps: uel ad resurrectionem & ascensionem referri. nam tum demum sese hic homo uerum & æternum Dei filium esse re ipsa plenè ostendit, quum antea ipsius Diuinitas uelut delitesceret in carnis infirmitate, nonnisi per uices, & certis gradibus sese prodens: adeò ut nostri quidem respectu, tum demum quodammodo genitus à Patre uideatur, Act. 13. e. 33, & 17. g. 31, & Rom. 1. a. 4. Augustinus aliter respondet, & diem quendam hodiernum, æternum & continuum uult intelligi. Sed illa multo sunt soliditora, & magis ad Apostoli argumentum apposita, qui non agit simpliciter de Filio, sed de Filio in carne conspicuo facto. Ego ero, &c. ἐγὼ ἔσομαι. Si Iudæus hæc torqueat ad Solomonem, ita ut ad Christum propriè non pertineant, addè quæ sequũtur de totius mundi imperio & imperij perpetuitate. Nam hæc planè in eum competunt qui ita est homo ut uerus Deus sit reipsa declaratus, ad dextram Dei Patris sedens, Matth. 28. d. 18. Luc. 1. c. 32 & 33.

6 Inducit εἰσάγει. Primùm notanda est traiectio particulæ πάλιν. neque enim significatur bis introductus. A Filius in mundum, sed hac particula Apostolus testimonia coniunxit, acsi diceret, πάλιν δὲ ὅταν, &c. id est, rursus autem, siue præterea autem Dominus non contentus hoc dixisse toties, etiam alibi declarauit Filij sui præstantiam. Vtitur autem hac præfatione Apostolus ut doceat quod mysterium explicetur in eo psalmo unde hoc testimonium petit: nempe mysterium regni Christi Dei & hominis in Ecclesia. Id autem ita esse, tota Psalmi series ita indicat ut nemo, nisi prorsus contentiosus, possit inficiari, hoc ueluti diplomate Christum mitti in totius orbis terrarum possessionem. Primogenitum τὸν πρωτότοκον Primogenitū rursus intellige nō simpliciter quatenus Deus est æternus, sed quatenus inter fratres, non proprie, sed per adoptionem genitos, excellit. Alioquin etiam quomodo dici possit primogenitus, solius Diuinitatis respectu, exposuimus Coloss. 1. b. 15. Adorent προσκυνησάτωσαν. Hic est uis argumenti: ita enim declaratur præstantia supra Angelos, atque adeò Diuinitas. quem enim adorent Angeli, præter Deum? Deinde nomen primogeniti, hæredem ac familiæ caput declarat. Omnes Angeli Dei πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. Heb. בל אלהים. i. Angeli. Sed Elohim uocantur etiam Reges ac principes. Fateor. sed uicissim Angeli ita uocantur. utra autē quæso expositio uberior est?? Sed in altera parte sit mentio idolorum, quæ etiam hoc uocabulo significantur. Esto: sed quis non uidet opponi אלילים & אלהים, ut crescat oratio? Id enim uoluit noster Græcus interpres addito Dei nomine indicare. nam quæ hæc esset laus, idolis anteponi? Certè nō memini legere similem locum, ubi scilicet idola mortua compellantur ad Dei uiui adorationē. Deinde quod subijcitur, Nam tu Domine celsior es super omnem terram, exaltatus es super omnes deos, nullum dubitationi locum relinquit, quantum quidem iudicare possum.

Et de Angelis quidem dicit, Qui nuntios suos facit spiritus, & ministros suos, ignis flammam:

7 καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἀγγέλους λέγει· ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα.

Ad Filium autem, Thronus tuus', Deus, in seculum seculi: uirga recta, uirga regni tui.

8 πρὸς δὲ τὸν υἱόν· ὁ θρόνος σου, ὁ θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου.

Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis, ultra consortes tuos.

9 ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν, διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεὸς, ὁ θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. B

Et, Tu in initio Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cæli:

10 καί, σὺ κατ' ἀρχὰς, κύριε, τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σού εἰσιν οἱ οὐρανοί·

Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes ut uestimentum ueterascent:

11 αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις· καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται.

7 De Angelis πρὸς ἀγγέλους. Heb. אל pro על. Vulg. & Eras. ad Angelos. Qui nūtios suos facit spiritus. ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα. Id est qui spiritibus utitur pro nuntijs ac ministris. Itaque Vulgata & Erasmus ἀγγέλους non recte conuerterunt Angelos: quòd eo nomine non utantur Latini theologi nisi ad beatos illos Spiritus significandos: hic autem ἀγγέλους simpliciter nuntios uocet, ut ex sequēti membro apparet: ita ut πνεύματα pro subiecto, ἀγγέλους pro prædicato accipere oporteat. Vnde etiam consequitur participium ποιῶν nihil ad creationem Angelorum pertinere, sed usum declarare cuius causa sunt à Deo creati.

Spiritus πνεύματα. Hoc quidem fateor solere de uentis, & sequens etiam membrum de fulgoribus explicari: sed ego quidem non quærierim meliorem interpretem Apostolo. ac mihi prorsus uidetur illic Propheta Dei maiestatem Angelis suis cinctam repræsentare. Nam quod in uersiculo 3. eiusdem Psalmi dixit רוכב על כנפי רוח id est deambulat super pennas uenti, disertè de Cherub, Psal. 18. b. 11.

Ignis flammam πυρὸς φλόγα. Heb. אש להט. id est ignem flammantem. Asludit autem proculdubio ad nomen שרף quo uocantur Angeli ab Esaia 6. a. 2, quasi ignitos dicas.

8 Thronus tuus ὁ θρόνος σου. Non conuenit thronus nec sceptrum ministro, sed ipsi Principi. Deus ὁ Θεός. Hoc calumniantur Iudæi quasi de Solomone proprie dictum. Atqui non possunt ostendere usquam de uno solo simpliciter dictum, nisi de uero Deo. Deinde quod de huius regni æternitate subijcitur, quomodo Solomoni conueniet? Fruſtra igitur ad suas eclipses fugiunt.

In seculum seculi εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Heb. עולם ועד in seculum & seculum. i. perpetuò. Hic rursus calumniantur Iudæi nomine עולם interdum non significari perpetuitatem, sed diuturnum duntaxat spatium. Atqui non simpliciter dictum est עולם, sed additur עד, quæ synonymia in immensum auget orationis pondus, adeò quidem ut sit orationis uniuersalis loco: & Solomoni tribui non possit, qui XL duntaxat annos regnauit. Quòd si posteros ipsius uelis comprehendi, repugnabit quod sequitur, quum Solomonem exceperit, iniquissimi filij regnum, nec meliores sint nepotes, si paucos aliquot excipias. Denique quid tergiuersamur? explicetur hic locus ex 2. Samu. 7. b. 14. & 1. Paral. 22. b. 10, & cauillum ipsorum manifestum apparebit. C

Virga recta ῥάβδος εὐθύτητος. Id est administratio regni tui iusta. Qui autem hoc conueniet Solomoni, nisi ad tempus, ut qui tam turpiter à Deo defecerit? Deinde, ut semel transigam, non sit mihi uerisimile in illo Psalmo contineri epithalamion nuptiarum Solomonis & filiæ Pharaonis. Quomodo enim Spiritus sanctus illud matrimoniū approbaret, quod tam sæpe in Lege interdicitur? Sed fuit hoc peculiare factum, ex Dei fortassis reuelatione. imò diserte hoc ipsum matrimonium cum filia Pharaonis reprehenditur 1. Sam. 11. a. 1 & 2.

9 Et odisti καὶ ἐμίσησας Repetitio Hebraica per antithesin, cuius maximum est pondus. Vide Iohan. 1. c. 20. Vnxit ἔχρισε. Inde Christus dictus est. Hoc autem intellige quatenus Verbum Caro factum est, effuso in eum Spiritu sine mensura, Iohan. 3. d. 34. siquidem omnis in eo Diuinitas corporaliter habitauit, Colos. 2. b. 8.

Consortes τοὺς μετόχους. Rectè hoc quoque Propheta. Est enim ille primogenitus inter fratres, de cuius plenitudine omnes accepimus, uerus & naturalis hæres. nos uerò Reges quidem & cohæredes, sed adoptione in illo facta. Denique tantum inter illum & omnes interest, quantum inter caput & membra.

10 Tu in initio Σὺ κατ' ἀρχάς. Heb. מקדם pro iampridem. Hunc autem Psalmum manifestè ad Christi regnum pertinere, liquet ex uers. 14. 16 & 23. ut ista quoque omnia ad eum referenda sint qui sit rex Ecclesiæ suæ sempiternus: nisi placeat Psalmum disterpere

Terram fundasti τὴν γῆν ἐθεμελίωσας. Id est, terram firmam ac stabilem creasti. Erasmus, terræ fundamenta iecisti. nimium diluta interpretatione.

12 Cir-

A καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτούς, καὶ ἀλλαγήσονται· σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι.

12 Ac uelut amictum circunuolues eos, & mutabuntur: tu autem idem es, & anni tui non deficient.

πρὸς τίνα δὲ τῶν ἀγγέλων εἴρηκέ ποτε· κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου;

13 Ad quem autem Angelorum dixit unquam, Sede ad dexteram meam, usquedum posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum? *Angeli Dei ministri.*

οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν;

14 Nõne omnes sunt ministratores spiritus, qui ministerij causa mittuntur propter eos qui hæredes erunt salutis?

ΚΕΦΑΛ. β.

CAP. II.

Διὰ τοῦτο δεῖ περισσοτέρως ἡμᾶς προσέχειν τοῖς ἀκουσθεῖσι, μήποτε παραῤῥυῶμεν.

1 PRopterea oportet nos maxime attendere ijs quæ audiuimus: nequando perfluamus.

εἰ γὰρ ὁ δι' ἀγγέλων λαληθεὶς λόγος ἐγένετο βέβαιος, καὶ πᾶσα παράβασις καὶ παρακοὴ ἔλαβεν ἔνδικον μισθαποδοσίαν,

2 Etenim si per Angelos dictus sermo, fuit firmus: omnisq; transgressio & contumacia iustam mercedis retributionem retulit:

πῶς ἡμεῖς ἐκφευξόμεθα τηλικαύτης ἀμελήσαντες σωτηρίας; ἥτις ἀρχὴν λαβοῦσα λαλεῖσθαι διὰ τοῦ κυρίου, ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων εἰς ἡμᾶς ἐβεβαιώθη,

3 Quomodo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem? quæ quum primùm enarrari cœperit per ipsum Dominum, ab ijs qui ipsum audierant, fuit nobis confirmata.

12 Circunuolues ἑλίξεις. Heb. תחליפם, id est mutabis: ut mihi quidem uidetur legendum esse ἀλλάξεις, sicut Erasmus rectè coniecit. Nam ita etiam legitur in recepta illa Psalmorum editione, & in nonnullis ueteris interpretationis exemplaribus hoc in looc. Græcum autem interpretem apparet formam ipsam mutationis uoluisse exprimere, id scilicet quod ait Esa. 34. d. 4. fore ut complicentur cæli, tanquam liber aliquis. Comparantur ei in tentorio, quod quoties mutandus est locus, complicatum tollitur.

13 Posuero θῶ. Vide Matth. 22. d. 44. Pertinere autem hunc Psalmum propriè non ad Dauidem, sed ad Messiã, apparet ex tanta sublimitate solij, quæ ne Angelis quidem tribuitur: deinde quòd idem rex & sacerdos appellatur: postremò quòd æternus Sacerdos, & quidem alia ratione quàm Aaron dicitur. Aptè uerò prorsus hoc testimonium postremum collocauit, ut os illis occludatur qui ubi sint illa magnifica regni Christi elogia requirunt, quum nihil contrà uideatur Ecclesia calamitosius. nec uident, miseri, se ex ijs ipsis hostibus esse qui tadem sint illi pro scabello subijciendi. Postremò quomodo sit accipiendum illud ἕως ἄν, id est Vsquedum, siue donec, quære. 1. Cor. 15. c. 25, & deinceps.

14 Nonne οὐχί. Eiusmodi interrogationes apud Hebræos uehementius affirmant. Λειτουργικὰ uerò, id est ministratores, uocat, ut uulgo solemus officiarios uocare principum apparitores.

IN CAPVT II.

1 Maximè περισσοτέρως. Id est ἀφθονώτερον. Act. 25. c. 10. nisi uelis ita explere aeti dictum sit, magis quàm antehac Vulg. abundantius. Erasmus, uehementius. Cæterùm istã quasi παρέγγυσιν interiecta adhortatione, nonnemo dò respirare quodammodo siuit Hebræos, multitudine oraculorum uelut obrutos, sed etiam paulatim sibi aditum facit ad conclusionem: quanuis nondum expresso Legis aut Mosis nomine. Deinde etiam ad noua argumenta sese accingit, quæ ueluti assumptiones sunt præcedentium: liquidem ex ijs quæ dicturus est comprobabit ea omnia in Christo esse completa quæ de Messiæ futura præstantia disseruerat. Quanuis enim Hebræi isti Christum essent amplexi, tamen quum a suo Mose peregrè discederent, satis ostendebant se nunquam satis seriò de Messiæ præstantia cogitasse. Itaque ipso statim initio cum grauissima futuri iudicij Dei denuntiatione obtestatur ut non noua quædam dicturum, sed ea tantùm cum illis repetentem quæ ipsi iam antea unà audierant, attentissimis animis auscultẽt. Postremò, quod diligenter etiam atque etiam notandum esse monẽo, sicut nec Patrem extra Filium, nec Filium carne spoliatũ dixim nobis ad salutem esse contemplandum: ita meminerimus Christi præstantiam sic cõtemplari ut nos cum illo tanquam membra coniungamus. Nam hoc ipsum est quod nunc aggreditur Apostolus.

Iis quæ audiuimus τοῖς ἀκουσθεῖσι. Vides ut se facit auditorem? Nam id quoque planius etiam dicet uers. 3. Non potest igitur Paulo satis commodè tribui hæc epistola, etiamsi una hæc esset ratio. Erasmus, ijs quę dicta sunt nobis, sermonem non continet: ut Terentianus ille Parmeno se plenum esse rumarum dicit, qui hac & illac perfluat. Opponitur ergo τῷ προσέχειν. Neque enim attendere possumus auditis, si secure sinamus illa nobis effluere. Vulgata, perfluamus: fortasis librariorum culpa. Chrysostomus accipit pro diffluamus. siue dilabamur. id est pereamus, instar scilicet aquæ dilabentis, ut Psal. 58. b. 8. sed altera interpretatio magis uidetur huic loco apposita. quanquam & istam non reijcio propter particulam πότε.

2 Per Angelos διʼ ἀγγέλων. Legem intelligit, quæ transgressoribus pœnas præscripsit. Datam autem fuisse per ministerium Angelorum Legem, & Mosi in manus traditam dicit differtè Paulus Galatas tertio c, decimonono. & Stephanus Act. 7. g. 53.

3 Ab iis qui audierant ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων. Id est ab Apostolis. Hic igitur non est Paulus ille qui ex reuelatione ipsius Christi didicit Euangelium, sed ex Apostolorum discipulis quispiam, isque ex Circuncisione: ut ista ne Lucæ quidem possint ut authori conuenire, si uera sunt quæ de eo feruntur. Neque uerò id dico ut de fide huius epistolæ uel tantillum detraham, quam ego non dubito secundam ab epistola ad Romanos, dignitate ac fructu numerare: sed ut ijs respondeatur qui statim clamant hæreticos quicunq; hanc epistolã Paulo non tribuunt. Quidli uerò Ab ijs interpreteris pro Post eos: quia postremo designatus est Paulus Apostolus? Hoc uerò nõ potest ullo modo cõuenire, duabus necessarijs de causis. Primùm qa in hoc dicẽdi genere nunquã inuenies ὑπὸ sed ἀπὸ usurpari: deinde

quia

quia quum dicat ὑπὲρ ἡμῶν, id est nobis, pro ἡμῖν: non loquitur de se uno, sicuti interdum moris est: sed inter eos sese recenset qui & prædicatione Apostolorū & prodigijs per eos editis ad Christi cognitionē accesserant, ut ex sequētib. liquet. At nonne Paulus potuit Apostolos audire, & prodigia ab ipsis edita spectare? Fateor. sed hac certè ratione nec uocatus est, nec in uocatione confirmatus ab Apostolis, ut pluribus explicat in Epistola Galatis inscripta: neq; is sese discipulum, sed Apostolum solet uocare, quoties præsertim agitur de asserenda doctrinæ authoritate, ut hoc loco. A

Attestante Deo & signis & prodigijs, uarijsq; uirtutibus, & Spiritus sancti distributionibus pro ipsius uoluntate.

4 σωνεπιμαρτυροῦντος τοῦ θεοῦ σημείοις τε καὶ τέρασι, καὶ ποικίλαις δυνάμεσι, καὶ πνεύματος ἁγίου μερισμοῖς, κατὰ τὸ αὐτοῦ θέλημα.

Non enim Angelis subiecit mundum illū futurum, de quo loquimur.

ου γὰρ ἀγγέλοις ὑπέταξε τὴν οἰκουμένην τὴν μέλλουσαν, περὶ ἧς λαλοῦμεν.

Testatus est autem quidā alicubi, dicens, Quid est homo, ut memor sis eius: aut filius hominis, ut eum respicias?

6 διεμαρτύρατο δέ πού τις, λέγων· τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ, ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν;

Fecisti eum paulisper inferiorem Angelis: gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.

7 ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους· δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτόν, καὶ κατέστησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου.

4 Signis σημείοις. Miraculorum uerus finis ostenditur. Ea uerò signa dicuntur quòd aliud repræsentent quàm quod cernitur, ut quæ nihil aliud sint quàm ueræ doctrinæ sigilla. Prodigia, quòd nouum & insuetum aliquid exhibeant. Virtutes, quod excellentis illius diuinæ uirtutis extraordinarium specimen edant, ut recte annotauit Vetus interpres. neq; ista coniectura curiosius tanquam diuersas species distinguere. Sit ergo primum hoc argumentum præstantiæ Christi crucifixi, quòd e cælo misserit quandam tum sit largitus suis, quibus scilicet nihil ἀδύνατον fuisse uideatur, etiamsi naturæ ipsius leges repugnarent. quæ res manifestè declarat, ipsum non modò non mortuum, sed etiam in cælis regnare, sicut prædictum erat & ita quidem ut non sibi soli, sed nobis regnet.

5 Non enim ἄγγελοις. Recte addit causalem particulam, ab effectis scilicet ad efficientem causam ascendens. Nam qui hæc dona largitur, is non est ὑποτεταγμένος: simul autem ad sequens argumentum transit. Mundum illum futurū τὴν οἰκουμένην τὴν μέλλουσαν Vulg. & Erasm. orbem terræ futurum, obscurè. Mundum enim futurum, uocat futurū seculum, illud cuius pater est Christus, Esa. 9. b. 5, caput scilicet membrorum, quæ in summæ illius suæ dignitatis partem ac consortium admittet, sicut explicatur 1. Cor. 15. c. 25. Videtur autem alludere ad Psal. 102. c. 19. & apertius etiā Esa. 65. c. 17, ubi fit mentio nouorum cælorum & terræ nouæ. B

6 Quid est homo τί ἐστιν ἄνθρωπος. Id est, quid tandem est in homine, cur tantam ipsius curam habeas, & tāto honore is eum dignatus? Ac ut dixi, nihil omnia ista tuæ sunt singularis bonitatis dona. Hoc autem testimonij quomodo applicandum sit, facilè fuerit intelligere, si scopum Apostoli consideremus. Quæ de donis illis mirificis à Christo profectis dixerat, ad singulos non pertinebant, & alio etiam respiciebant, nimirum ad mundi illius futuri ciues cogendos. itaque nunc in eo uersatur ut Christo iam regnanti omnia membra coniungat. Nam ita demum nobis est fructuosa regnum ipsius Christi consideratio, si ad nos aliquid peruenire præstantiam ipsius cognouerimus. Ad hoc probandum assumit aptissimum testimonium ex Psalmo octauo, ubi de hominis excellentia disserit Propheta. Hanc uerò necesse est ut uel in prima illa conditione hominis ante lapsum, uel in ea in qua nunc sunt omnes homines extra Christum consideremus, uel in tertia aliqua in Christo consideremus. De prima illa minime ambiguum est non agere Prophetam: de secunda quæri meritò potest. Videtur enim Dauid uniuersaliter proponere homines ut nunc sunt, nēpe insignia quædam bonitatis Diuinæ specula, quòd res ipsa ostendat hominem cæteris animantibus præstare, & in mundo dominium obtinere. Quorsum igitur hoc Paulus? Respondeo, aduersus eum qui de excellentia hominis ita iudicaret, ut esset ὑπερήφανος posse ad ipsos etiam philosophos prouocari, qui quàm misera esset hominum conditio perscrutati naturam in illos quodammodo nouercam esse dixerunt, & optimum esse homini uel non nasci, uel statim mori: imò id quidem philosophi, sed ita ut ex eiusmodi ipsorum dictis facilè appareat in præsentem humanæ Gentis cōditionem nonnisi cadere quæ Dauid in eo Psalmo narrat. Nam contrà quid homine miserius in sese, siue animum siue corpus spectes? Prædictus quidem est intelligentia, sed quam obscura, imò uerò quàm nulla in ijs quæ præcipua sunt, ad salutem, in diuinis rebus intelligendis? Taceo prauitatem illam singulis ingenitam: taceo fœcundam illam morborum officinam quam circumferimus. Quid uerò in singulis, non dico imperijs, regnis, rebuspublicis, ciuitatibus, familijs, domibus, sed in singulis hominibus quanta rerum omnium perturbatio, quæ feritas, quæ inconstantia & uanitas? Frumur quidem animalium esu, sed ita demum si alia subegerimus, alia fraude illexerimus. nam quę sponte se subijciant, uel nulla uel paucissima sunt. Imò si spectentur hominum mores, crudelissimum quendam tyrannum esse hominem dixeris, quem animantia reliqua metuant, oderint, fugiant. C

Vbi igitur ista sublimitas, Omnia subiecisti pedibus ipsius? Relinquitur ergo, ad tertiam aliquam conditionem hominum, nempe eorum qui in Christo sunt, & cum Christo tandem in futuro illo regno perficientur, pertinere hanc descriptionem. Itaque non censuerim Apostolum istā soli Christo tribuere, sed etiam simul cum illo principe omnibus futuri mundi ciuibus, eadem prorsus sententia qua hæc olim à Dauide scripta sunt. Sed hoc quidem uerū est, docere Apostolum, istam descriptionem in Christo tam impletam esse, ut in nobis quoque suo tempore perficiatur. Verùm hoc Dauidis dictum ad Christum applicat demum à uersiculo nono, ut mihi quidem uidetur. Ita enim hæc affero, non ut aliquid noui excogitasse uidear, sed ut symbolum & ipse conferam ad obscurissimi loci interpretationem.

Respicias ἐπισκέπτῃ. Vulgata, uisitas. Erasmus, inuisis. Loquitur Propheta de Deo ἀνθρωποπαθῶς. Nam quæ digimus, non facile solemus ex mente & oculis deponere. Hominem autem & filium hominis appellat in genere, omnes cælestis illius regni ciues, quales sunt in sese antequam Dominus eos iure ciuitatis cælestis donet in Christo.

7 Fecisti eum paulisper inferiorem Angelis ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρὰ ἀγγέλους. Hæc prima est futuri mundi ciuium dignitas, quòd proxime ad Angelos accedunt, tantisper dum supra ipsos Angelos euehantur. Id autem uerum esse tota Scriptura clamat, & res ipsa ostendit. Neque enim ex mundi iudicio, sed ex re ipsa æstimatur sanctorum dignitas. qua de re pulchrè commemorantur multa infrà capite undecimo & passim in Scripturis, quoties fides & inuocationis uis explicatur. Cæterùm βραχύ τι, pro quo Hebraica ueritas habet מְעַט possumus etiam ad rem ipsam referre, ut significet aliquantulum: quo modo uideo plerosque in Dauide explicare. nec multùm diuersa erit sententia si ita accipias.

Malo

A Malo tamen de tempore interpretari, propter applicationem quæ mox subijcietur: nec uideo quid repugnet huic interpretationi apud Prophetam. Sic quidem accipitur eadem formula Act. 5. f. 34. & ita particula בין ad uerbū erit referenda, nō autem ad מעט. De uerbo ἐλάττω mox dicemus uers. 9. אלהים uerò non possum dubitare quin rectè interpres de Angelis sit interpretatus.

Gloria δόξῃ. Iam sequitur altera dignitas, quæ illam excipiet, quòd uidelicet in summo quodam gradu eminebunt, facti nimirum ipsius regni Christi cohæredes. quod coronæ appellatione designatur. Loquitur autem Dauid de certò futuris rebus, Prophetarum more, quasi iam sint completæ.

πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ. ἐν γὰρ τῷ ὑποτάξαι αὐτῷ τὰ πάντα, οὐδὲν ἀφῆκεν αὐτῷ ἀνυπότακτον· νῦν δὲ οὔπω ὁρῶμεν αὐτῷ τὰ πάντα ὑποτεταγμένα.

8 Omnia subiecisti sub pedibus eius. Enim uero per hoc quòd ei subiecit omnia, nihil emisit quod non esset ei subiectum. At nunc nondum uidemus ei omnia esse subiecta.

τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον, ὅπως χάριτι θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γεύσηται θανάτου.

9 Sed Iesum illum cernimus gloria & honore coronatum: qui paulisper fuit inferior Angelis factus, propter mortis perpessionem: ut beneficio Dei pro omnibus mortē gustaret.

8 Omnia πάντα. Videtur uis afferri Dauidis uerbis. Nam subijcitur, ὄιες & boues, &c. quæ uerba uidentur il lam uniuersitatem definire. Respondeo enumerari quidem à Dauide has species, sed minimè id tamen ut in illis con sistat. Iam enim antè ostendimus non præsentē sed futurum mundū illic describi, cuius tamen typū aliquem, imò ue rò primordia iam ante diximus in hac uita in sanctis apparere, in eo quòd uelut alteri sint Angeli. Elucet autem hæc dignitas in quotidiano etiam uictu. siquidem hoc proprium est sanctorum quòd rebus creatis pro suo iure utuntur.

B Sunt enim futuri mundi ciues, quorum hæc est prærogatiua. Nam ad futurum mundum pertinent, ubi hæc est homi nis prærogatiua, ut omnia, nedum ea quæ ad hanc temporariam uitam pertinent, illi tanquam iusto possessori subiecta sint. Atqui, dicet aliquis, hoc quoque conuenit infidelibus. Id uerò pernego. Nam quicquid isti habent, id è manu principis huius mūdi, id est Satanæ, accipiunt. Itaque sicut ille tyrannus est & malæ fidei possessor, ita ipsi quoque quod ad se non pertinet, per rapinam & sacrilegium usurpant.

At nūc νῦν δὲ. Accedit nunc ad applicationem, quam aggreditur ab obiectionis specie. Est autem oppositio eiusmodi: Mira hic prædicas de hominibus futuri mundi ciuibus. Atqui nondum hæc cernimus, omnia scilicet illis esse subiecta. Fateor, inquit Apostolus: sed in Christo completa ista omnia cernimus. qui quidem est istius regni ἀρχηγὸς, id est primus ductor, ut nos ipsius uestigiis ad eandem gloriam perueniamus. Atenim, dices, ne Christo quidem ipsi adhuc sunt omnia subiecta. Imò uerò necesse est uerū esse fateamur quod ipse pronuntiauit, in cælum iam iam ascensurus, Datam esse sibi omnem in cælo & in terra potestatem. & quod paulo antè dixit Apostolus, Eum esse constitutum omnium hæredem. Quod igitur Diaboli cum suis adhuc reluctantur, hoc nō impedit quin iamsint arbitrio suo frænat: sed hoc idcirco fit, quòd nondum in illos plena sua potestate uti uelit. idque tamen in electorū quò & in illis per misericordiam seruandis, & istis sua potentia confringendis illustrior ipsius gloria appareat. Primùm autem notemus particulam ὅπω, nondum. Docet enim futurum illum mundumnondum apparuisse, quem etiam suspirans rerum uniuersitas expectat, Rom. 8. d. 19. & deinceps. Deinde obseruemus obiectionem nō ferri aduersus illud Dauidis dictum, Fecisti eum paulisper inferiorem Angelis, (eius enim personam inducit qui hanc dignitatem in sanctis iam agnoscit) sed aduersus illud extremum quod nondum apparuit, nec prius apparebit quàm unà cum Christo regnemus. Postremò relatiuum ᾧ non refero ad Christum, sed ad hominem, id est ad futuri illius regni ciues, quos complectitur uno speciei uocabulo. ueluti quum dicimus, Hominem esse ratione præditum. Nam reliquos Dauid pro non hominibus censet, ad quos illa amplissima humanæ gentis dignitas nō pertineat. Id autem ita intelligendum esse, ex responsione apparet. neque enim dicendum fuisset τὸν δὲ Ἰησοῦν, Iesum autem, sed ᾧ τοῦτο δὲ id est, sed ipsum, &c. Fateor tamen hoc posse Hebræorum idiotismo excusari, qui antecedens exprimunt loco relatiui. sed si ad hanc rationem alias superiores adiunxeris, & totam argumenti seriem perspexeris qualem tradidimus, comperies, ut spero, nostram expositionem multo minus esse uiolentam, & magis etiam cum Apostoli scopo consentire.

9 Sed Iesum illum cernimus τὸν δὲ Ἰησοῦν βλέπομεν &c. Ne quis miretur mutatam esse à me uerborum collo

C cationem, notandum est duplicem esse synchysin in Græco contextu, qui ita sit construendus, βλέπομεν δὲ δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον τὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, ὅπως χάριτι θεοῦ, &c. quod ita planum esse putamus, ut probatione non indigeat. Quanquam etiam potest διὰ τὸ πάθημα &c. coniungi cum ἐστεφανωμένον. sicut alibi dicitur, oportuisse Christum pati, & ita introire in gloriam. sed illa collocatio in idem recidit, & multo planior est, nulla etiam distinctione repugnante.

Cernimus βλέπομεν Cernimus scilicet ex ipsius uirtute in Ecclesia manifestissimè apparente. ut dixit suprà uers. 4. Hic enim est prodigiorum & donorū Spiritus sancti finis. Deinde ex ipsius in singulis fidelibus efficacitate: ut qui firmat. Legantur eorum uitæ, quos uetustas propter magnam singularis uirtutis opinionem heroas & semideos uocauit, imò etiam ut numina est uenerata, & comperiemus illorum excellentissimos, (nam de ijs non loquor quos uel adulatio, uel fraus, uel metus dūs adiunxit) tantum absfuisse absimili cuiusuis sancti præstantia, quantum abest cælum à terra. Ex his ergo cernimus, in Christo capite nostro iam impleta quæ certo pignore accepto, adhuc expectamus.

Qui paulisper fuit inferior Angelis factus τὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον, id est, quiad tempus sese exinaniuit forma serui accepta, nimirum hac nostra carne & mortalitate, ut paulò post explicabit. Cæterum nequis miretur me ista prorsus aliter quàm paulo antè explicare, ut qui uerbis illis dignitatem membrorum dixerim describi, quum nunc è contrario, isdem uerbis humiliationem capitis significari dicam: respondeo Prophetam Diuina prorsus inspiratione usurpasse uerbū חסיר quod significat, facere ut quippiam inops & egenum uideatur. neq; propriè de eo dicitur qui talis ab initio fuerit, sed de eo potius qui ex altiore gradu in inferiorem recidert. quo modo Græcè non dicetur ἐλαττῶσθαι, nec Latinè imminui: nisi qui deteriore sit conditione quàm anteà. Itaque sic statuendum est, Prophetam de industria uerbum illud usurpasse quo æterni uerbi humiliatio propriè significaretur: unde tamen futuri mundi excellentia penitus penderet: quod & paulo pòst exponet Apostolus.

Itaque

Itaque non mirum est aliter unum idemq; uerbum membris, aliter capiti tribui, quum tamen res ea sit eadem: nempe proximo ab Angelis loco esse, quod neque illi sine imminutione, nec nobis sine magna dignitatis accessione contingere potuit. Sed unus tamen superest scrupulus, quem Erasmus mouet, Quomodo duntaxat dicatur Angelis inferior factus, qui in morte sese non hominem, seduermem quodammodo fuisse dicat. Psal. 22. b. 7. Iterum respondeo, Christum hic nobis neque ut Deum per se (hactenus enim nihil de eo potuit imminui) neque ut hominem per se, (hactenus enim fuit ad tempus non modò infra Angelos, sed infra abiectissimos etiam homines nostri causa detrusus,) sed ut Deum & hominem coniunctim proponi. quia nimirum in hac etiam ipsa infirmitate uult Apostolus ut Christi præ cæteris Pontificibus præstantiam consideremus, quicum sit nostræ illius præstantissimæ futuræ gloriæ spes omnis coniuncta. Hac igitur ratione meritò dictus erit Christus, tum imminutus, quia idem ille qui Deus est, homo est natus, crucifixus, mortuus ac sepultus: tum ita imminutus ut in proximo tamen ab Angelis gradu steterit, quia idem ille homo ita miser est, ut tamen Deus esse non desinat: quod in ipso etiam sepulchro, anima spoliatus ostendit, quum eum corruptio attingere nõ auderet, ui sua intrinseca mox resurrecturum. Dicã amplius, etiam quatenus homo fuit, proximum Angelis fuisse, quum ἀναμάρτητος fuerit & δυνάμει & σὺν δρ γείᾳ, ac ipso etiam Adamo in finitis partibus perfectior. ut qui proxime coniunctæ & unitæ Diuinitatis præsidio sustineretur, illis tamen, quod ad perpessionem & mortem attinet, inferior. Miserrimus autem fuit omnium hominum, fateor, sed id tamen, non simpliciter, quatenus naturæ nostræ particeps est, uerùm quatenus naturæ nostræ uitiositatem cum eius fructibus per imputationem uerè sustinebat, idque ad tempus, ut qui nunc totus supra omnes cælos euectus sit, ut aliquando simus eiusdem gloriæ toti etiam participes.

Propter mortis perpessionem διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου. Id est, ut mori posset. Nam διὰ causam finalem hic declarat. alioqui si per ipsam mortem diceretur capite quodammodo diminutus, id est si hæc diminutio in morte consideraretur, ac non potius in naturæ humanæ assumptione, sicut Pilipp. 2. a. 7. dicendum erat διὰ τοῦ παθήματος τοῦ θανάτου.

Vt beneficio ὅπως χάριτι. Rectè hoc addidit, nam in eo uersatur ut doceat nos tum in ipsa Christi morte præstantiam ipsius considerare, tum eius præstantiæ considerationem ad usum nostrum accommodare. Eum enim ad nos descendisse, ut nos secum eueheret. Nam ὑπὲρ παντὸς pro ὑπὲρ παντῶν dixit. ubi rursus annotandum particulã uniuersalem non complecti singulos homines, sed omnia Christi membra in unum corpus coniungere. Admonet Græcus scholiastes. Nestorianos olim hunc locum ausos fuisse deprauare, & pro χάριτι Θεοῦ scribere χωρὶς Θεοῦ, absque Deo, nempe utà patiente homine Deum separarent.

Mortem gustaret γεύσηται θανάτου. Id est, mortem sentiret. metaphora sumpta à propinato calice, ex Scripturæ more. quem etiam seruauit Christus in triplici illa sua oratione, quum iam ad mortem properaret. Vide Iohan. 8. f. 51. Quibusdam etiam placet huc referre, quòd uerè quidem mortuus sit, sed tamen mortem quasi degustarit duntaxat, ut qui mox resurrexerit: qua ratione dicuntur etiam nonnulli bonum Dei donum gustare, quod scilicet mox euomant, infrà 6. 4.

Decebat enimut ipse propter quem sunt omnia, & per quem sunt omnia, multos filios in gloriam adducendo, principem salutis ipsorum per afflictiones consecraret.

10 ἔπρεπε γὰρ αὐτῷ, δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγαγόντα, τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν διὰ παθημάτων τελειῶσαι.

Nam & qui sanctificat & qui sanctificantur, ex uno sunt omnes. quam obcausam nó erubescit fratres ipsos uocare.

11 ὅ τε γὰρ ἁγιάζων καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι, ἐξ ἑνὸς πάντες. δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἐπαισχύνεται ἀδελφοὺς αὐτοὺς καλεῖν,

Psal. 22. e. 23 Dicens, Annuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ tibi hymnos canam.

12 λέγων· ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε.

Et rursum, Ego fretus ero ipso. Et iterum, Ecce ego & pueri quos mihi dedit Deus.

13 καὶ πάλιν· ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ. καὶ πάλιν· ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία, ἃ μοι ἔδωκεν ὁ θεός.

10 Vt ipse propter quem, &c αὐτῷ δι' ὃν, &c. Repetendum est Θεῷ à fine superioris uersiculi. Est enim Dei Patris Periphrasis ad id de quo agitur accommodata. & ex hoc locoetiam licebit Arianos refellere, qui ex præpositione διὰ colligebant Filium esse Patre minorem, quum hic tribuatur ipsi Patri. Adducendo ἀγαγόντα. Id est ἀγοῦντα. Sunt enim sancti omnes electi in Christo, ut tandem sit Deus omnia in omnibus. Principem ἀρχηγὸν. Id est antesignanum. & qui sicut primus est dignitate, ita est primogenitus ex mortuis inter multos fratres.

Consecrare τελειῶσαι. Rectè omnino ita conuertit doctissimus interpres: quod etiam indicat proximum sanctificandi uerbum, & quod de Pontifice subijcitur. Omnes igitur Christi ærumnas dicit quasi solennia quædã sacra fuisse quibus initiaretur, & suo pontificatu inauguraretur salutis nostræ princeps, nedum ut illa infirmitas fuerit abiectum quippiam, quod de Christi dignitate aliquid detrahat. quamobrem etiam Apostolus testatur nos per afflictiones fieri Filio Dei conformes. Sic Græci Theologi τελειώσεως nomen tum ad Baptismum, tum ad martyrium simili prorsus ratione accommodant. Vulgata consummare. Erasmus, perficere: quod non ita expressum uidetur. quamuis ista quoque interpretatio non sit repudianda, ut perfectio opponatur diminutioni.

11 Nam & qui sanctificat ὁ τε γὰρ ἁγιάζων. Cohæret particula causalis cum participio ἀγαγόντα. ut adduceret: item cum extremo uersiculo nono. Qui enim ualet cõsecutio hæc, Christus coronatus est gloria, &c. ergo & nos exaltabimur? Quia mortuus est pro omnibus. illum enim ita consecrauit Deus, ut multos filios adduceret in gloriã. Sed qui fieri hoc potest? quia unius naturæ sunt caput & membra, is qui sanctificat, & qui sanctificantur. Sanctificationem autem appellat separationem, purificationem, consecrationem denique electorum. utiturque præsenti tempore ut significet nos adhuc in huius sanctificationis progressu uersari.

Ex uno ἐξ ἑνός Id est, eiusdem naturæ, humanæ uidelicet, ita ut ἑνὸς positum sit neutro genere. qua ratione uolunt nonnulli Christum passim filium hominis dici. Vel ἐξ ἑνὸς, scilicet Adamo. quę interpretatio in idem recidit, ac minus etiam coacta uidetur: quum Lucas idcirco quoque uideatur ad Adamum usque deducere Christi genealogiã. Quidam ex uno Deo interpretantur, uerè id quidem, quum Christus sit primogenitus inter multos fratres, quos etiam uers. superiore υἱοὺς, id est filios, uocauit: sed tamen non tam apposite ad nectendam consecutionem.

Non

A Non erubescit ὐκ ἐπαισχύνεται. Recte nam quantum aliquin inter nos & ipsum interest?

12 Annuntiabo ἀπαγγελῶ. Hunc Psalmum recte Christo tribui apparet ex eo quòd ad uiuum totam passionis illius historiam describit.

13 Ego fretus ero ipso ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ. Vel, ego ero fretus ipso. Significat enim Hebræis חסה (quo uerbo utitur propheta Psal. 18, unde desumptus est hic locus) recipere se in fidem ac præsidium alicuius, unde factum ut ad fiduciam transferretur. Itaque hoc ipsum est quod Latine dicitur fretum esse. Q. Cic. de petit. Consul. Quanquam partis & fundatis amicitiis fretum ac munitum esse oporteret. Sic autem in illo Psalmo Dauidem de se loqui, ut multa Christo ipsi magis propriè conueniant, apparet ex uers. 44, & 45. & aptè argumentatur Apostolus ad probandam filij Dei diminutionem.

Ecce ego, &c. ἰδοὺ ἐγὼ, &c. Hæc loquitur de se & discipulis suis Esaias capite 8, sed omnes ministros adumbrans: ut illius discipuli uicissim Ecclesiam totam designant. Quum igitur Propheta rum ac ministrorum caput sit Christus, meliore etiam iure hæc illi tribuuntur quàm ipsi Esaiæ. Dedit ἔδωκεν. Hoc explicatur Iohan. 6. d. 37, & 10. e 28.

ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία κεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ 14
αἵματος, καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν,
ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος
ἔχοντα τοῦ θανάτου, τοῦτέστι τὸν διάβολον,

καὶ ἀπαλλάξῃ τούτους ὅσοι φόβῳ θανάτου 15
διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας.

οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ 16
σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται.

B ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιω- 17
θῆναι, ἵνα ἐλεήμων γένηται καὶ πιστὸς ἀρχιερεὺς
τὰ πρὸς τὸν θεὸν, εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρ-
τίας τοῦ λαοῦ.

ἐν ᾧ γὰρ πέπονθεν αὐτὸς πειρασθείς, δύνα- 18
ται τοῖς πειραζομένοις βοηθῆσαι.

Quoniam igitur pueri participes sunt carnis & sanguinis, ipse quoq; consimiliter participeps factus est eorundem, ut per mortem aboleret eum qui mortis habebat imperiũ, hoc est Diabolum:

Et liberos redderet quotquot metu mortis, per omnem uitam obnoxij erant seruituti.

Non enim uidelicet Angelos assumpsit: sed semen Abrahæ assumpsit.

Vnde debuit per omnia fratribus assimilari, ut misericors esset & fidelis pontifex in his quæ apud Deum *forent agenda*, ad expiandum peccata populi. *Pontifex Christus.*

Nam ex eo quod perpessus est quum tentaretur, potest & ijs qui tentantur succurrere.

14 Participes sunt carnis & sanguinis κεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος. Id est, cõstant carne & sanguine, fragili scilicet & caduca natura. Nũc igitur explicat apte quod dixerat Ex uno esse omnes, & quæ fuerit illa perpessio mortis, quibus afflictionibus conflictatus sit Christus, quomodo nos illius fratres, quomodo simus illi dati a Deo: quæ omnia in præstanti illa Christi infirmitate, summa cum nostra consolatione apparent. Hoc nobis eripit sceleratus Schurnkfeldius, & quicunque corpus Christi etiam glorioſi spoliant naturalis corporis facultatibus. Vulg. communi caterum carne & sanguine obscure, uel ob eam causam, quod seruauit præteritum tempus. Erat enim pueri commercũ habent cum carne & sanguine: aliquanto etiam obscurius, ut mihi uidetur. Consimiliter παραπλησίως. In hoc uerbo interdum παρὰ detrahit de significatione, ut quum significat propemodũ. hic uerò contrà, proximè & prorsus respondentem conditionem declarat, imò uerò eandem prorsus, quod ad speciem ipsam attinet, nempe ut sic lapsi similè dicitur. Qui mortis, &c. τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου. Mortis Imperium habere dicitur Diabolus, à quo scilicet exortum est peccatum, quod mors est consequuta: quique nos quotidie ad peccandum sollicitat, ut in æternæ mortis exitium nos secum pertrahat. Tota igitur mortis administratio penes eum est. Nobis tamen dicitur extinctus quòd omnes ipsius conatus aduersum filios Dei cadant inanes & irriti, imò uerò etiam nostro commodo cedant. Et notandum etiam quòd mortis imperium dicit per mortem abolitum. i. hostem suis ipsius armis confectum Diabolum τὸν διάβολον. De uno loquitur, tanquam omnium principe, ut alibi sæpe Scriptura: cui tacitè adiunguntur reliqui ipsius angeli, ut Matth. 25. d. 41.

15 Mortis θανάτου. Mortem intellige cum ira Dei coniunctam, qualem necesse est extra Christum apparere, cuius metus, aut horroris potius perpetua seruitute nihil fingi potest miserius.

C 16 Angelos ἀγγέλους. Id est, Angelicam naturam. Vbi sunt igitur qui spirituale, id est Angelicæ uel cœlestis substantiæ, corpus Christo tribuunt? Nam spirituale quidem nunc esse fateor. sed longè alio sensu, ut diximus 1. Cor. 15. f. 44. Assumpsit ἐπιλαμβάνεται. Paulo antè ἐκοινώνησε dixit pro πέπονθε, ita nunc contrà præsenti utitur pro præterito: quæ permutationes temporum passim apud Hebræos occurrunt. Semen Abrahæ σπέρματος Ἀβραὰμ. Id est, ueram hominis naturam. Voluit autem hoc ambitu Apostolus illã designare, ut promissiones Messiæ, factas Abrahamo, in memoriam Hebræis reduceret. quæ ad hoc argumentum magnopere pertinent. Ideò etiã disserte Christus dicitur filius Abrahami. ut quidem exposuimus Matth. 1. a. 1. Est autem insignis hic locus ad probandã ueræ humanæ naturæ cum Diuina coniunctionem ad unum constituendum Christum, ideoque à ueteribus, præsertim Græcis, diligenter annotatus, quo magis est execranda illius audacia qui ἐπιλαμβάνεσθαι conuertit opitulatur, no modò falsa sed etiam inepta interpretatione. quum ἐπιλαμβάνεσθαι nunquam hoc declaret apud Græcos. Sed eum scilicet offendit quòd ἐπιλάβετο non scripserit Apostolus. Quasi uerò in narrationibus rerum gestarum non soleat frequentissimè usurpari hac enallage, cum aliqua etiam uenustate, ut res non acta perscribi. sed adhuc geri uideatur. Denig; in sententia tam manifesta tantillum momenti hoc erat ut nouam & inauditam & ad scopum Apostoli non satis pertinentem uerbi ἐπιλαμβάνεσθαι significationem commiscereturᵉ 17 Per omnia κατὰ πάντα. Per omnia, id est non solùm quo ad naturam, sed etiam quod ad omnes qualitates attinet, sed à peccato tamen immunes. Misericors ἐλεήμων. Id est, qui nostrarum æruminarum uero sensu tangeretur, ut Luc. 19. f. 41. ubi etiam super perturis lacryma tur. Paulatim autem ad alteram Christi qualitatem, id est ad Sacerdotium ipsius transit, cui adiungit Propheticum munus. Fidelis πιστὸς. Id est, sincere & integre munus suum peragens uel cui merito fideremus.

18 Quum tentaretur πειρασθείς. Id est, quum explorareturᵉ uel etiam quum tentaretur. i. ad malum sollicitaretur, à Diabolo scilicet, & omnibus ipsius instrumentis, quibus tamen fortissimè & constantissimè, sed non sine acerbissimis & inexplicabilibus doloribus, restitit. Nam quod intrinsecas tentationes attinet, à carnis uitiositate exortes, nullæ in eo esse potuerunt, qui ex Spiritu sancto conceptus est.

Quidam conuertit, periclitando, quàm rectè, ipse uiderit. Eras. ex hoc quòd ipsi contigit tentari, nam conflu- A
xit hæc duo ἔπαθεν & πειρασθεὶς ut participium positum sit loco infinitiui. Sed quis ita loquitur ἔπαθεν πειρα-
σθῆναι, uel πειρασθεὶς, pro σωθῆναι αὐτὸν πειρασθέντα? Potest λυθῆναι? Vide infrà 5.a.2.

CAP. III.

VNde, fratres sancti, uocationis cælestis participes, considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ Christum Iesum,

1 Ὅθεν, ἀδελφοὶ ἅγιοι κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι, κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Χριστὸν Ἰησοῦν,

Fidelem ei qui ipsum constituit: ut & Moses *fidelis fuit* in tota domo ipsius.

2 πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν, ὡς καὶ Μωσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ.

Tanto nanque ampliore gloria præ Mose hic dignus est habitus, quanto maiorem habet honorem, is qui construxit domũ quàm domus ipsa.

3 πλείονος γὰρ δόξης οὗτος παρὰ Μωσῆν ἠξίωται, καθ' ὅσον πλείονα τιμὴν ἔχει τοῦ οἴκου ὁ κατασκευάσας αὐτόν.

Omnis enim domus construitur ab aliquo: porrò qui condidit omnia hæc, Deus est.

4 πᾶς γὰρ οἶκος κατασκευάζεται ὑπό τινος. ὁ δὲ τὰ πάντα κατασκευάσας, θεός.

Et Moses quidem fidelis fuit in tota domo ipsius, ut famulus, ad testificanda quæ pòst dicenda erant:

5 καὶ Μωσῆς μὲν πιστὸς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ὡς θεράπων, εἰς μαρτύριον τῶν λαληθησομένων.

At Christus, ut filius qui domui suæ præest: cuius domus sumus nos, si fiduciam & spem illam de qua gloriamur, ad finem usq; firmam tenuerimus.

6 χριστὸς δὲ ὡς υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς, ἐὰν τὴν παρρησίαν καὶ τὸ καύχημα τῆς ἐλπίδος μέχρι τέλους βεβαίαν κατάσχωμεν. B

IN CAPVT III.

1 Vnde ὅθεν. Orditur collationem Christi cum Mose, apertè iam hunc nominans, postquam illius præstantiã luculentissimè probauit. Apostolum ἀπόστολον. Id est, legatum & nuntium, sicut διάκονος πρεσβευτὴς dicitur. i. minister Circumcisionis, Rom. 15. b. 8. Obiter autem, ubi ipsum ostendit omni potestate eminentiorem, nunc attingit Propheticum munus qua ratione cum Mose conferatur, sicut sacerdotij respectu cum Aarone. obiter etiam de Iosue aliquid propter regnum attingens, ut omnibus modis sit nobis Christus factus omnia. Istorum autem omnium fundamenta substrauit, explicata utraque Christi natura coniunctim: & nunc alteram distributionem nectit. Vult enim à nobis istam Christi præstantiam considerari, tum ut Prophetæ sua authoritate docentis, ut qui Dominus sit, tum ut Pontificis maximi & unici. Primùm igitur de Apostolatu dicet usque ad capitis 4 uersiculum 14. Inde ad Pontificatum transibit. Confessionis τῆς ὁμολογίας. Id est, eius doctrinæ quam profitemur, Euangelicæ nimirum.

2 Ei qui ipsum constituit τῷ ποιήσαντι αὐτόν. Repete ἀπὸ τῶν πατρῶν Apostolum & Pontificem. Vt & Moses ὡς καὶ Μωσῆς. Vide ut exæquet quos postea longè impares esse ostendet. Qui enim sint paris dignitatis seruus & Filius? Fidelis tamen est uterque. sic igitur posthabetur Moses Christo, ut nihil illi detrahatur, nihil isti præter meritũ adiiciatur, utrique gradus suus conseruetur. Offensio enim quorundam inde nascitur quòd neque seruum fuisse Mosen, neque filium esse Christum norant, sed utrunque habebant pro seruo. Quamobrem constituta iam Christi Dei & hominis præstantia, intrepidè loquitur Apostolus.

3 *Tanto* nanq; ampliore πλείονος γάρ, &c, Eras. uoculã illam rectè addidit, ut magis perspicuus esset hic locus. Cauſalis aũt particula nò cohæret cum proximis, sed cum præcipuo totius periodi uerbo κατανοήσατε cõsiderate. ac si diceret Apostolus. Meritò magni facitis Mosen. Fuit enim fidelis in domo Domini: sed excellentia Christi, qui & ipse fidelis fuit tum Apostolus tum Pontifex, longè etiã dignior est quàm consideretis. Est enim ipsius tãto amplior gloria, &c. Quã domus ipsa τὸν οἶκον. Quanto præstantior est architectus ipsa domo quã est architectatus, tanto Christus C
præstat Mosi. Quomodo uerò cõstabit illa similitudo? nẽpe quia Moses ipse pars est domus à Christo extructa: nedũ ut illam sit molitus. Vsitatum enim est Ecclesiam domui comparare, cuius & uiui lapides & uasa dicuntur tum pastores, tum greges, ut 1. Tim. 3. d. 15, & 2. Tim. 2. d. 10, & 1. Pet. 2. a. 5. Hæc igitur prior erit collatio Christi cum Mose. Verus interpres conuertit honorem domus, id est qui ex domo redit ad architectum multo amplior, quàm ad ipsius ministros qui per se nihil præstiterunt, sed fuerunt duntaxat architecti organa: acsi Gallicè dicas, *D'autant que le plus grand honneur de la maison retient à celuy qui l'a faicte*. Sententia quidem bellè conuenit, sed constructio Græca mihi duriuscula uidetur.

4 Omnia hæc τὰ πάντα. Non erat omittendus articulus. Nam generalis alioqui sententia accommodanda est ad ædificium de quo agitur. Apparet autem omnino ex connexione argumenti, Christum Dei nomine significari. Est enim in his uerbis assumptio argumenti, cuius præcesserit propositio, & in utraque Christus est subiectum. Ita enim est huius Ecclesiæ fundamentum ut simul præsideat: ita frater, ut sit Dominus: ita formatus à Domino, ut sit Deus propria uirtute omnia efficiens: sicut egregiè scripsit doctissimus interpres.

5 Et Moses Καὶ Μωσῆς. Altera collatio, in conditæ domus administratione. Nam hic quoque præfuit Filius ut Dominus, Moses ut minister. Filius ergo id proprium habet quòd solus propriè dici potest architectus, utpote Deus qui omnia effecerit. In altero usus est Mosis opera, sed nulla coactus necessitate. tantùm ut famulo qui significaret quod habebat in mandatis, & Domino loquuturo audientiam faceret.

Vt famulus ὡς θεράπων. Honestius uocabulũ est θεράπων quàm δοῦλος, ut apparet ex uerbo θεραπεύειν, quod de ingenuis dicitur, prompta quadam uoluntate operam suam alicui accommodantibus.

6 At Christus ut filius qui domui suæ præest Χριστὸς δὲ ὡς υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ. Vulgata, Christus uerò tanquam filius in domo sua. Eras. At Christus tanquam filius administrauit domum ipsius. Neuter cognouit discrimen quod obseruandum erat inter οὗ & ἐπὶ hoc in loco. Dicitur enim fuisse Moses fidelis in domo, Christus uerò suprà domum, ut is scilicet qui domui præest tanquam dominus. Eras. uero (cuius uestigia quidem alter sequutus est, sed

errore

A errore duplicato) præterea in eo aberrauit ab Apostoli scopo, quòd uertit αὐτῆ ipsius, quũ emendati codices legãt αὐτῆ, & quomodocunque legas, dicendum sit omnino Filius domui suæ non alienæ præfuisse. Nam, ut cæteras cauſas omittam, quò referes relatiuum αὐτῆ ipsius? num ad proximum, id est ad Mosen? id uerò nimis esset absurdum. Num ad Deum? atqui is ipse Filius Deus ille est architectus. Cuius domus ὃ εἶμεν. Cuius scilicet Christi domus nos sumus. Sed rectius fortasse legeris ἧς οἶκός ἐσμεν ὑμεῖς, quæ domus sumus nos. quod in uno ex uetustis nostris codicibus scriptum inuenimus, & sequutus est uetus interpres. Fiduciam τὴν παῤῥησίαν. Fiduciam uocat fidei nobile effectum, quo fit ut clamemus Abba Pater. cui subiungitur spes illa de qua gloriamur, quia nondum apparuit quod sumus, & tamen spes illa fallere nos non potest, ac proinde ut de re præsenti gloriamur in Domino, ut Rom. 5. a. 2.

διὸ καθὼς λέγει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, 7

Quapropter sicut dicit Spiritus ille sanctus, Hodie si uocem eius audieritis,

μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ, κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ, 8

Ne obduretis corda uestra, sicut in exacerbatione, in die tentationis illius in deserto.

οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν, ἐδοκίμασάν με, καὶ εἶδον τὰ ἔργα μου τεσσαράκοντα ἔτη. 9

Vbi tentauerunt me patres uestri: probauerunt me, & uiderunt opera mea quadraginta annis.

διὸ προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ, καὶ εἶπον, ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ· αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου. 10

Quapropter infensus fui nationi isti: & dixi, Semper errant corde neque cognouerũt uias meas.

ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου. 11

Itaq; iuraui in ira mea, Si introibunt in requiem meam.

Βλέπετε, ἀδελφοί, μήποτε ἔσται ἐν τινι ὑμῶν καρδία πονηρὰ ἀπιστίας, ἐν τῷ ἀποστῆναι ἀπὸ θεοῦ ζῶντος, 12

B Videte, fratres, nequando sit in ullo uestrum cor improbum & infidele, ad deficiẽdum à Deo uiuo:

ἀλλὰ παρακαλεῖτε ἑαυτοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται, ἵνα μὴ σκληρυνθῇ τις ἐξ ὑμῶν ἀπάτῃ τῆς ἁμαρτίας. 13

Sed exhortamini alij alios quotidie, quoad appellatur dies hodiernus: nequis ex uobis indueretur seductione peccati.

μέτοχοι γὰρ γεγόναμεν τοῦ Χριστοῦ, ἐὰν τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως μέχρι τέλους βεβαίαν κατάσχωμεν, 14

Christi enim participes facti sumus, si sanè primordium illud quo sustentamur, firmum tenuerimus ad finem usq;

8 In exacerbatione ἐν τῷ παραπικρασμῷ. Heb. מריבה *ribah*. i. in die contentionis. Nam repetendum est ירם sequente membro. Loquitur autem Propheta de nobili illa historia quæ perscripta est Exo. 17. b. 7. à qua etiã locus ipse in quo hæc gesta sunt, dictus est Massa, id est tentatio, & Meriba, ip est iurgium seu contentio, quòd Israelitæ illic cum Mose iurgando, Deum ad iram prouocarint. Quorsum hæc autem Apostolus? ut patrum authoritatem desinant obtendere. Deinde ut si impune contemni non potuit famulus Moses, considerent multo maiores pœnas daturos qui filium contempserint, ad quem Moses ipse inuitat. Postremò singulari quodam aut potius Diuino prorsus iudicio hunc locum delegit Apostolus, mentione finis iniecta. Finis enim externus quo populum deducebat Moses, & introduxit Iosue, fuit requies terræ Chanaan: finis quò nos deducit Deus per Christum, est æterna ipsius requies quam terra Chanaan & sabbathi quies adumbrauit, quod postea explicatur. Pulchrè ergo cohærent omnia.

9 Quadraginta annis τεσσαράκοντα ἔτη. Quia sequitur particula διὸ. Græci codices ista adiunxerunt præcedentibus, quum tamen in Hebræis illa connectantur sequentibus, nec ulla causalis particula interiiciatur. Sed & unũ codicem uetustum inuenimus cum Hebraica ueritate prorsus cõsentientem. quomodo etiam legitur in recepta Græci psalterij editione. Deinde etiam idipsum ita repetitur infrà uers. 17. Nolui tamen quicquã mutare in re tantilli momenti, quum eadem maneat sententia, utrouis modo legas.

C

10 Errant corde πλανῶνται τῇ καρδίᾳ. Id est, uecordes sunt & insani.

Itaque ὡς. Id est ὅτι. Heb. אשר, id est *ὅτι*, quibus, ut etiam legit & interpretatus est Vetus interpres. Idem autem declarat in ira mea. atque iratus ego. Si introibũt εἰ εἰσελεύσονται. Vide Marc. 8. b. 12.

13 Quoad appellatur dies hodiernus ἄχρις ἐπικαλεῖται, &c. Id est, quandiu durat dies hodiernus. Docet enim aduerbium hodie, non debere ad Dauidis seculum restringi, sed totum illud tempus complecti quo nos Deus cõpellat, ut rectè scribit doctissimus interpres. Neque enim assentior Erasmo qui totum uitę tempus putat hoc nomine designari. Nam multos adhuc uiuentes nox opprimit, ut frustra requirant: quia sine fide clamant, quæ non est omnium: aut ne requirere quidem audeant quod sunt aspernati. Ergo quandiu nos Deus uocat, tandiu durat dies ille, non amplius: quum non sit uolentis nec currentis, sed miserentis Dei. Statim ergo pareamus. quis enim nouit quando desiturus sit Dominus loqui?

14 Primordium illud quo sustentamur, τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως. Vel, principium illud fiduciæ. nam ita etiam accipi nomen τῆς ὑποστάσεως diximus 2. Cor. 9. a. 4 & 11. d. 17. & in quibusdã codicibus legimus τὴν ἄνωθεν ἀρχὴν id est primitias. Vulg & Eras. initium substantiæ: admodum obscurè. Ego uerò ἀρχὴν accipio pro eo quod primarium est, id est pro basi ac fundamento: ὑπόστασιν autem pro בטחון, id est pro eo quo fulcimur & innitimur. Sic enim ab Hebræis dicitur ראשית quod in unaquaque re præcipuum est, ut quum scribitur Timorem Domini esse ראשית חכמות. principium sapientiæ, quòd scilicet primas teneat in sapientia, & quo absente nulla sit in hominibus sapientia: a quo denique sapientem oporteat auspicari. Sed & apud Latinos quicquid in quaque re primum est, principium uocatur. & apud Platonem in epistolis ἀρχὴν ἐκάλεσθαι pro fundamenta iacere usurpatur. Verùm quodnam est illud fundamentum? Nempe sana illa doctrina de Christo, eaque fide apprehensa. Quidam ea libertate usus qua in plerisque aliis, totum hunc locum ita conuertit, Etenim Christi consortes facti sumus, si modò hoc argumentum ab initio ad finem usque firmum tenemus, in quo dicitur, &c. Hoc uerò annon est summam & sacrilegam etiam audaciam ad uerbum Domini interpretandum afferre?

Interim dum dicitur, Hodie si uocem eius audieritis, ne obduretis corda uestra, ut in exacerbatione.

15 ἐν τῷ λέγεσθαι· σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ.

Nam quidam quum audissent, exacerbarunt *Dominum*: non omnes tamen ij qui exierant ex AEgypto per Mosen.

16 τινὲς γὰρ ἀκούσαντες παρεπίκραναν, ἀλλ' οὐ πάντες οἱ ἐξελθόντες ἐξ Αἰγύπτου διὰ Μωσέως.

Quibus autem infensus fuit quadraginta annis? nonne ijs qui peccauerãt, quorũ corpora conciderunt in deserto?

17 τίσι δὲ προσώχθισε τεσσαράκοντα ἔτη; οὐχὶ τοῖς ἁμαρτήσασιν, ὧν τὰ κῶλα ἔπεσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ;

Quibus autem iurauit non ingressurosin requiem suam, nisi ijs qui non obedierant?

18 τίσι δὲ ὤμοσεν μὴ εἰσελεύσεσθαι εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, εἰ μὴ τοῖς ἀπειθήσασι;

Et uidemus non potuisse ingredi propter incredulitatem.

19 καὶ βλέπομεν ὅτι οὐκ ἠδυνήθησαν εἰσελθεῖν δι' ἀπιστίαν.

CAP. IIII.

KEΦAA Δ.

MEtuamus igitur nequando derelicta promissione introeundi in requiem eius, uideatur aliquis ex uobis fuisse frustratus.

1 Φοβηθῶμεν οὖν μήποτε καταλειπομένης ἐπαγγελίας εἰσελθεῖν εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, δοκῇ τις ἐξ ὑμῶν ὑστερηκέναι.

Fides in uerbum Dei.

Etenim nobis euangelizatum est, sicut & illis: at nõ profuit illis auditus sermo, ut qui fidei mixtus non fuerit ipsis qui audierant.

2 καὶ γάρ ἐσμεν εὐηγγελισμένοι, καθάπερ κἀκεῖνοι. ἀλλ' οὐκ ὠφέλησεν ὁ λόγος τῆς ἀκοῆς ἐκείνους, μὴ συγκεκραμένους τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασιν.

Introimus enim in requiẽnos qui credidimus, sicut dixit, Itaque iuraui in ira mea, si ingressuri sint in requiem meam: licet operibus à iactis fundamentis mundi perfectis.

3 εἰσερχόμεθα γὰρ εἰς τὴν κατάπαυσιν οἱ πιστεύσαντες, καθὼς εἴρηκεν· ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου. καίτοι τῶν ἔργων ἀπὸ καταβολῆς κόσμου γενηθέντων.

15 *Interim* dum dicitur ἐν τῷ λέγεσθαι. Id est, quandiu hæc uox personat. Hæc enim est, opinor, germana & minime detorta huius loci explicatio: quam etiam amplexus Vetus interpres conuertit, dum dicitur. Ego uerò addidi aduerbium interim, ut melius exprimerem præpositionem ἐν, quæ pro inter accipitur hoc in loco, ut in ἐν τούτῳ, ἐν ᾧ, ἐν τῷ μεταξὺ & similibus. Eras. In hoc quod dicitur: quæ interpretatio non potest Græcis ullo modo accommodari. Cæterum nobilis est hæc sententia, ex qua scilicet intelligimus uerba illa Propheratum non ad unum tempus pertinuisse, sed etiamnum hodie à Deo pronuntiari, quotidie nos ad se & precibus, & minis, & exemplis inuitare. 17 Corpora τὰ κῶλα. Sic tribus locis conuerterunt Græci interpres Hebraicum uocabulum פגרים, id est cadauera, Num. 14. e. 29. s. 32 & 33.

IN CAPVT IIII.

1 Videatur aliquis ex uobis frust. δοκῇ τις ἐξ ὑμῶν ὑστερηκέναι. Respicit superiorem historiam. Nam existimarunt Israelitæ se fuisse à Domino delusos, quum ipsi re uera contempsissent oblatam possessionem terræ Chanaan. Sic solet hominum improbitas, quum suæ perfidiæ dat pœnas, culpam in Deum regerere. Græca scholia additũ esse censent uerbum δοκῇ id est uideatur, ut asperius dictum leniret.

2 Nobis Euangelizatum est, ἐσμὲν εὐηγγελισμένοι. Vulgata & Erasmus, nobis annuntiatum est. Atqui nõ de omni nuntiatione dicitur τὸ εὐαγγελίζεσθαι. itaque libenter Euangelizandi uerbum retinui, ut sciamus Dominum in illo Dauidis loco uocem suam appellare, illud ipsum Euangeliũ quod posteà nobis re ipsa exhibuit in Filio. Christus enim fuit heri & hodie, nec alius unquam fuit *mediator*.

Vt qui fidei mixtus non fuerit ipsis qui audierant. μὴ συγκεκραμένους τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασιν. Prædicationem Euãgelicam ueluti uino comparat, quod ut nobis hausturn, id est auditum & perceptum prosit, oporteat fide quasi temperari. Est igitur elegans translatio qua significatur Hebræis causam non esse cur glorientur, quòd peculiariter eos sit allocutus Dominus & per Prophetas & per Filium, quum multi etiam audierint Mosen in deserto, quibus id nõ modò non profuit, sed mortiferæ etiam potionis instar fuit, ipsorum quidem uitio qui oblatum poculum non temperarunt fide, id enim requiritur ut nobis sit salutare. Vulg. non admissus fidei ex ijs quæ audierunt. Purauit enim Vetus interpres τοῖς ἀκούσασιν positum pro τοῖς ἀκουσθεῖσι. Quidam uerò multo etiam durius conuertit τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασιν pro τῇ πίστει τῶν ἀκουσάντων, cum eorum fide qui audierant. Eras. quòd non esset cum fide coniunctus is qui audierant: ne sic quidem expressa Apostoli sententia, ut mihi uidetur. Græcus scholiastes legit συγκεκραμένους, assentiente Photio & Theophylacto, quos etiam Complutensis editio sequitur, & quinque ex ueteribus nostris codicibus. Est autem hæc sententia, Auditum sermonem nihil illos iuuisse qui sese non coniunxerunt per fidem iis quibus audierant, id est Iosue & Caleb fidelibus qui Deo auscultarunt. Sed hoc mihi quidem non placet, uel ob eam causam quòd manifeste distinguat τοὺς ἀκούσαντας & τοὺς πιστεύσαντας, id est eos qui audierunt & eos qui auditis crediderunt.

3 Introimus εἰσερχόμεθα. Vulg. ingredimur: non expressa Apostoli sententia, ut qui significet nos per fidem iam in illam requiem ingredi, ut apparet ex uers. 10.

Sicut, &c. καθὼς, &c. An uerò ex hoc testimonio efficitur nos per fidem ingredi in Dei requietem? Minimè id quidem per se: sed si omnia connectas tum præcedentia, tum sequentia. Nam si infidelitas arcet ab aditu, fides certe introducit. Licet ἀλλά τοι. Vulg. & quidem. quam uersionem tolerari quidem posse fateor, sed ramen non amplector. Est autem locus hic perobscurus, quem ego sic exponendum puto. Probarat Apostolus infidelitatem illud esse quod à Dei requiete arceret: fidem contrà, quasi ostium per quod ingrederemur. Ad hæc uerò poterant Hebræorum aliqui obijcere, ista nihil ad regnum cæleste pertinere, quum illic requietis appellatione terra Chanaan intelligatur, in qua essent ipsi: ac proinde se illa exhortatione minimè indigere, ut qui Dei requietem infidelibus negatam possiderent.

Oportuit

A Oportuit igitur eos ab ista contemplatione terræ Chanaan auocatos, ad alterius requietis cognitionem traduce-re, eius scilicet cuius illa typus erat. quod ut faciat, aggreditur explicare quid sit in requietem Dei ingredi: ac fatetur quidem duplicem requietem Dei commemorari in Scripturis, unam æternam, cuius statim fit mentio post conditum mundum: alteram quæ in hoc Dauidis loco tribuatur terræ Chanaan. sed ita ut Deus (exemplo eorum proposito qui ab altera ista typica sunt excluſi per infidelitatem) nos ad priorem illam ueram & suam uocet. quod ita esse probat Apostolus duobus argumentis: uno, quòd Deus addat aduerbiũ hodie, quod non conuenit rei iampridem præteritæ altero, quòd eos alloquatur qui in terram Chanaan iampridem erant ingressi. ex quibus coniunctis necessario efficitur quod modo dixi, nos scilicet ad aliam requiem proposito illo exemplo inuitari. Sed quænam illa est? nẽpe quum duæ tantùm commemorentur, & de posteriore non agi dixerimus nisi quatenus illius mentio adhortationis causa inducitur relinquitur, Dauidem de priore uerba facere, quemadmodum Apostolus proponit uers. 4, explicat uersiculis 9. & 10. Deinde conclusionem nectit. Ergo, ut ad contextum redeam, coniunctio καίτοι omnino conuertenda est per quanuis: ut sit sensus, Quanuis requietis Dei nomine alicubi significetur cessatio à condendo mundo, Deum tamen de terra Chanaan loquentem, requietis nomen illi tribuisse in illo suo iureiurando. Non argumentatur autem Apostolus. sed proponit de quo dicturus est, quod & mox explicat, docens duarum requietum fieri mentionem, ut postea Psalmi contextum ad utranque accommodet, illa scilicet uerba, Si ingressuri sunt in requiem meã, ad terram Chanaan: adhortationem autem totam, ad priorem illam & ueram Dei quietem, cuius illa typus erat. Sed nulla hic fit, dices, terræ Chanaan mentio. Respondeo, non necesse fuisse hoc exprimi quod manifestè liquet ex historia illa quadraginta annorum, quam unam illic Deus commemorat. deinde etiam hoc diserte explicari uers. 8.

εἴρηκε γάρ που περὶ τῆς ἑβδόμης οὕτω· καὶ κατέπαυσεν ὁ θεὸς τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ. 4

Dixit enim quodam in loco de septimo die ita, Et requieuit Deus die septimo ab omnibus operibus suis.

καὶ ἐν τούτῳ πάλιν· εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου. 5

Et hic rursum, Si introibunt in requiem meam

ἐπεὶ οὖν ἀπολείπεται τινας εἰσελθεῖν εἰς αὐτὴν, καὶ οἱ πρότερον εὐαγγελισθέντες οὐκ εἰσῆλθον δι' ἀπείθειαν, 6

Quia igitur reliquum est ut aliqui introeant in eam: & quibus prius annuntiatũ fuit, non introierunt propter incredulitatem:

πάλιν τινὰ ὁρίζει ἡμέραν, σήμερον, ἐν Δαβὶδ λέγων, μετὰ τοσοῦτον χρόνον. καθὼς εἴρηται· σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν. 7

Rursum quendam præfinit diem Hodie, apud Dauidem dicens tanto pòst tempore (prout dictum est) Hodie si uocem eius audieritis, ne obduretis corda uestra,

εἰ γὰρ αὐτοὺς Ἰησοῦς κατέπαυσεν, οὐκ ἂν περὶ ἄλλης ἐλάλει μετὰ ταῦτα ἡμέρας. 8

Nam si eos Iesus in requie collocasset, ne quaquã de alio posthac die loquutus fuisset

ἄρα ἀπολείπεται σαββατισμὸς τῷ λαῷ τοῦ θεοῦ. 9

Itaq; reliquus est aliquis sabbatismus populo Dei.

ὁ γὰρ εἰσελθὼν εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς κατέπαυσεν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὥσπερ ἀπὸ τῶν ἰδίων ὁ θεός. 10

Nam qui ingressus est in requiem ipsius, requieuit & ipse ab operibus suis, quemadmodum à suis Deus.

σπουδάσωμεν οὖν εἰσελθεῖν εἰς ἐκείνην τὴν κατάπαυσιν, ἵνα μὴ ἐν τῷ αὐτῷ τις ὑποδείγματι πέσῃ τῆς ἀπειθείας. 11

Studeamus igitur ingredi in illam requiem: nequis in idem incidat contumaciæ exemplum.

C 6 Quia igitur ἐπεὶ οὖν. Nunc illam Dei adhortationem applicat ad priorem requiem. Itaque οὖν non declarat conclusionem ex prioribus nascentem, sed ingressum argumentationis: nisi malimus eum à conclusione exordiri, quam postea confirmet.

7 Rursum πάλιν. Prius argumentũ ab aduerbio præsentis temporis, quod declarat alios inuitari. οὐ Δαβὶδ autem posimus interpretari In Dauide, id est apud Dauidem, in libro scilicet Dauidis, uel per Dauidem.

8 Nam si Iesus εἰ γὰρ Ἰησοῦς. Iosue intelligit qui à Græcis dictus est Iesus. ut planè sint ridiculi qui Iesu nomen, quum Christo tribuitur, uolunt ad nomen Iehouah detorquere. Quis enim non uidet, sicut terra Chanaan ueræ quietis fuit typus, ita etiam Iosue sub eodem nomine deportare. Cæterùm fuit adiungendum priori, ut esset necessaria conclusio. Quid enim? an non potest nos Deus hodie ad eam ipsam quietem inuitare quam alij multis antè seculis sint aspernati? Sanè ita est. sed quum ij quos ad se inuitat Dominus apud Dauidem eam quietem iampridem adepti sint, quam alij neglexerant, relinquitur aliam esse præparatam quietem, ad quam proposito aliorum exemplo inuitentur: quæ conclusio nectitur uersiculo 9.

9 Aliquis sabbatismus σαββατισμός. Vtitur Hebræo uocabulo quum antea dixisset κατάπαυσιν, eodem sensu, duabus de causis: Primum ut distinguat ipsa nomina. Nam Psal. 95. requies uocatur מנוחה. ubi aũt agitur de die septimo dicitur, שׁבת à uerbo שׁבת, ut in ipso etiam nomine discrimen annotetur. deinde ut cõcludat collationem typicæ quietis terræ Chanaan, cum uera illa & æterna, ad quam nos Deus per uerum illum Iosuam deducit, atque adeo in qua iam alterum pedem habemus, si credidimus.

10 Nam qui ingressus est ὁ γὰρ εἰσελθών. Similitudinem declarat beatæ illius quietis Dei & nostræ, quam iam inchoarunt qui Deo uocanti responderunt. Quemadmodum enim Deus perfecto mundo tese ueluti recepit in æternam illam suã beatitatem: sic crediderunt, cessant ab operib. tuis, id est, mortui peccato, iam uiuunt iustitiæ ac Deo: atque ita beatam illam quietem ingressi, pleno tandem aliquando sabbatismo in cælis perfruentur.

11 Studeamus σπουδάσωμεν. Conclusio superioris tractationis totius de officio Christi Regio ac Prophetico.

Nequis ἵνα μήτις. Id est, nequis fiat simile exemplum infidelitatis. Nam ἐν pro εἰς ponitur, & ὑποδείγμα pro παραδείγμα, ut diximus Matth. 3. b. 7. Erasmus, Ne quis eodem concidat incredulitatis exemplo.

12 Vtilis enim est ζῶν γάρ. Vtilem uocat ab eius effectis in ijs quibus annuntiatur. Cohæret autem causalis particula cum superiore conclusione, quæ & fideles consolatur, & contumaces coram Dei tribunali citat.

Viuus *est* enim sermo Dei & efficax, & penetrantior quouis gladio ancipiti: ac pertingit usq; ad diuisionem animæ simul ac spiritus, conpagum q; & medullarum: & discretor cogitationum & intentionum cordis.

12 ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, καὶ διϊκνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς τε καὶ πνεύματος ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, καὶ κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας.

Nec est ulla res creata quę non manifesta sit in conspectu ipsius: sed omnia *sunt* nuda & patentia oculis eius quicum nobis est negotium.

13 καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ, πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, πρὸς ὃν, ἡμῖν ὁ λόγος.

Habentes igitur Pontificem magnũ, qui penetrauit cælos, Iesum filiũ Dei, teneamus *hanc* professionem.

14 ἔχοντες οὖν ἀρχιερέα μέγαν διεληλυθότα τοὺς οὐρανούς, Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας.

Non enim habemus Pontificem qui non possit affici sensu infirmitatũ: nostrarũ sed tẽtatum in omnibus similiter, absq; peccato.

15 οὐ γὰρ ἔχομεν ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, πεπειρασμένον δὲ κατὰ πάντα καθ' ὁμοιότητα χωρὶς ἁμαρτίας.

Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiæ, ut consequamur misericordiã, & gratiam inueniamus ad opportunum auxilium.

16 προσερχώμεθα οὖν μετὰ παῤῥησίας τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος, ἵνα λάβωμεν ἔλεον, καὶ χάριν εὕρωμεν εἰς βοήθειαν εὔκαιρον.

CAP. V.

ENimuero omnis Pontifex ex hominibus assumitur, & pro hominibus constituitur in his quæ apud Deũ *agenda sunt*: ut offerat donaria & uictimas pro peccatis:

ΚΕΦΑΛ. ε.

1 Πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος, ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται τὰ πρὸς τὸν θεὸν, ἵνα προσφέρῃ δῶρά τε καὶ θυσίας ὑπὲρ ἁμαρτιῶν,

Sermo Dei ὁ λόγος τοῦ θεοῦ. Id est, doctrina Dei annuntiata tum in Lege tum in Euangelio. Ancipiti *δίστομον* Vide Luc. 21. e. 24. Et pertingit *καὶ διϊκνούμενος*. Id est, ad intima usque animi penetralia descendit, nempe ut mortiferũ uulnus infligat contumacibus electos autem contrà, uetere homine cęso, penitus uiuificet Deo. Animam autem facultatem in qua resident affectus, Spiritum τὸ ἡγεμονικὸν uocat. quod aliquoties in Paulo annotauimus, & statim explicat. Per compages & medullas similiter accipio penitissimas quasque hominis partes.

13 Ipsius *αὐτοῦ*. Ipsius scilicet Dei, de cuius uerbo disserit. Sunt hæc aduersus hypocritas dicta, ne quicquid fidei nomine uestierimus, putemus à Deo recipi pro fide.

Patentia τετραχηλισμένα. Τραχηλίζειν Varinus ex aliquo proculdubio uetustiore grammatico, tradit etiam significare τὸ διχοτομῶν ἤγουν τὸ διὰ τῆς ῥάχεως σχίζειν. id est medium secare, siue per spinam dorsi findere, quæ significatio mihi usitata est conuenientior: ut omnia Domino etiam intima patere significetur. Semota etiam superiore translatione à gladio sumpta. Vulgata, aperta. Erasmus, resupinata. Græcus scholiastes quasi excoriata interpretatur, translatione (inquit) à pecudibus sumpta, quibus ex colo suspensis detrahitur pellis, quæ omnes interpretationes sunt uiolentæ.

Quicum nobis est negotium πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος. Vel, de quo nobis est sermo. ut πρὸς ὃν ponatur pro περὶ οὗ, ut supra 1. b. 7. Sed illa explicatio multo est uberior, ut recte obseruauit doctissimus interpres. Vulgata & Erasmus, ad quem nobis est sermo.

14 Habentes, &c. Ἔχοντες, &c. Nunc aggreditur applicationem Sacerdotij Christi, & hac etiam ratione docet quanto Aaroni & omnibus Pontificibus Leuiticis præstet. Itaque hinc potius oportuerat quartam sectionem auspicari. Teneamus *κρατῶμεν*. Id est, retineamus, nec finamus nobis è manibus elabi. ut diximus Marc. 7. a. 3.

15 Non enim *οὐ γὰρ*. Vides ut ad Sacerdotium applicet sua illa principia, nempe hominẽ Deum, superiore uersiculo, nunc uerò Deum hominem, & quidem semper coniunctim. Affici sensu *συμπαθῆσαι*. Vulgata, compati. Atqui in Christum nunc glorioſum iſtę perpessiones non cadunt. Ego uerò curiosis ista relinquo. Sed hoc quidem certum est, hoc uocabulo summum illum consensum membrorũ & capitis, id est Ecclesiæ & Christi, significari, de quo toties Paulus disserit. Deinde ut quum de Deo loquitur, Ita etiam de Christo glorioso differens Scriptura, ad nostrum captum se demittit. Glorioſum ad dextram Patris Christum sedere credimus: ibi dicitur nostris malis affici, quòd talem se nobis ostendat. Ideò etiam clamat è cælis, Saul cur me persequeris? Altiores speculationes scrutari nec utile nec tutum existimo.

Tentatum, &c. *πεπειρασμένον*, &c. Id est, omnia hæc nostra similiter atque nos expertum. Neque enim nudam corporis & animæ substantiam assumpsit, sed omnibus nostris ærumnis, omnibus denique peccatorum nostrorum pœnis obnoxiam: ita tamen ut recta & integra in eo fuerint omnia.

Similiter *καθ' ὁμοιότητα*. Hebraicè כמוהו pro *ὁμοίως*, siue (ut antè dixit, 2. d 14) *παραπλησίως*, id est prorsus similiter. Nam ut plenissimam similitudinem significent Hebræi, particulas eiusdem significationis congerunt, ut hic in *καθ' ὁμοιότητα* & in *παραπλησίως* factum est. Deinde ex proximo petitum affixum pronomen adiungũt. Vulgata pro similitudine. Erasmus, iuxta similitudinẽ, quę interpretatio non modò est ambigua, sed etiã periculosa.

IN CAPVT V.

1 Enimuero omnis, &c. *πᾶς γὰρ* &c. Nunc aggreditur præstantiora omnia in Christo Pontifice ostendere quàm in reliquis omnibus: ut Aaronis Sacerdotium isti cedere tandem aliquando intelligant Hebræi. Itaque *γὰρ* non tam est causalis quàm inchoatiua, ut loquuntur grammatici. Sunt autem hæc capita collationis. Alij à Deo quidem uocãtur, sed per homines & ex hominibus. Christus homo & ipse, sed una etiam Dei filius, ipsa Patris uoce est Pontifex declaratus. Illos oportet, ut infirmos & misericordes, pro se & pro alijs offerre donaria & uictimas: iste insigniter afflictus & insigniter misericors non obtulit pro suis peccatis, sed rogauit pro suo metu quod impetrauit, & consecratus sua obedientia omnes seruauit. illis mortalib. quęrẽdi sunt successores: iste perpetuus est declaratus pontifex, & quidem cũ iureiurãdo, neq; ut successor Aaronis, sed ut alterius sacerdotij Põt. nẽpe secundũ ordinẽ Melchisedec, multò excellẽtiorẽ. Hæc sunt inquã collationis cap. sed quia cõtrario ordine propositioni similitudinis respõdet accomo-

A datio: sciēdū ē uersiculo quarto respōdere uersiculos 5 & 6. uersiculo secūdo & tertio, uersiculos 7 & 8. uersiculo de mū primo, uersiculos 9 & 10. Donaria δῶρα. Hoc nomine intelligit omnes oblationes rerum uitæ expertium: θυσίας autē reliqua sacrificia uocat animalium scilicet quæ iugulabantur.

μετριοπαθεῖν δυναμένοις τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ πλανωμένοις, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς περίκειται ἀσθένειαν. 2

Qui quantū satis est possit miserari uicē ignorantium & aberrantium: quòd & ipse circundatus sit infirmitate:

καὶ διὰ ταύτην ὀφείλει καθὼς περὶ λαοῦ, οὕτω καὶ περὶ ἑαυτοῦ προσφέρειν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν. 3

Et propter hanc debeat, sicut pro populo, ita & ꝓ seipso offerre *uictimā* ꝓ peccatis.

καὶ οὐχ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, ἀλλὰ καλούμενος ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καθάπερ καὶ Ἀαρών. 4

Neq; sibi pīpū quisquā sumit hūc honorē, sed qui uocatur à Deo, sicut & Aaron.

οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασε γενηθῆναι ἀρχιερέα, ἀλλ' ὁ λαλήσας πρὸς αὐτόν· υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. 5

Ita & Christus nō sibi hunc honorem tribuit ut fieret Pontifex, sed is qui dixerat ei, filius meus es tu, ego hodie genui te.

καθὼς καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει· σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. 6

Sicut & a ibi dicit, Tu es Sacerdos in ęternum secundū ordinem Melchisedec.

ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον σῴζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου, μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσενέγκας, καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, 7

B Qui in diebus carnis suæ, quum deprecationes & supplicationes apud eum qui poterat seruare ipsum à morte, cū clamore ualido & lachrymis obtulisset, & exauditus est set ex metu.

2 Qui quantum sat est miserari possit μετριοπαθεῖν δυνάμενος. Δυνάμενος est significat τὸν ἱκανὸν, i. eū qui aptus sit & idoneus. Μετριοπαθεῖν uerò declarat indolē quæ ad cōmiserationē sit prona, quanta quidē opus est. Quū enim preces nō nisi ex fide & intimo corde profectas Deus admittat, quò aptus fuerit ad communes pro uniuerso populo preces cōcipiendas, qui uel arroganter alios despiciat, neque illorū ēr de salute sua nō cogitantium periculo quantū par est afficiatur: uel præ nimio dolore animū despondēs, cōcidat? qua de re pulcherrime ac uerissime profectō disputauit (quod ad ipsam quidē affectuū naturā attinet) Aristot. lib. Rhethoricorū 2. cap. 8. Sed si cōsideretur Christi in primis, ut undequaq; absolutissimi exemplaris, deinde Mosis, Dauidis & Pauli uita, tum demū quid μετριοπαθεῖν nomine hoc loco significetur, facilè fuerit intelligere. Vulgata, qui condolere possit. Eras. qui placabilis esse possit: nimiū anguste. Quid si enim eum nemo offenderit? Deinde nō est placandus ipse, sed ad placandū Deum constitutus. Obsecro uerò, lector, conferistos ad hanc regulā, quos (ut sunt communi senio ac roe a Deo spoliati) nō pudet hunc locū proferre ut hoc ipsum stabiliāt quod hic euertitur. quæso inquā lector, illos ut conferas ad hanc regulam & comperies, etiamsi, (quod absit) cætera omnia illis cōcederemus, tamen non magis aptos esse ad illud faciendū de quo gloriantur, quàm boues ad uolandum. Vicem ignorantiū & aberrantiū: τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ πλανωμένοις. Id est, eorū qui in peccatis sunt cōstituti. Nā apud Hebræos שגיאות & שגיאה, i. errores de quouis peccati genere dicūtur. Circundatus sit περίκειται. Id est, quòd & ipse naturā ipsā incōmodis ac uitijs obnoxiā circūferat. 3 Propter hanc διὰ ταύτην. Vulg. propterea διὰ ταῦτα, & sic quoque fateor ex Hebræorū idiotismo illud posse explicari. sed multo præstat seruare fœmininū genus, ut cū proximè præcedente cohæreat. 4 Sumit λαμβάνει. Disputat nō quales sint Pontifices (tum enim certum est fuisse uanalē Potificatum, qui re uera nullus erat quū per Christū esset abolitus) sed agit de eorū officio. Interim statuendū est, fures fuisse ac latrones quicunq; per hoc ostiū no ingrediebant. Vbi igitur successio qua hodie nituntur nonnulli? 5 Filius meus υἱός μου. Quorsum hoc ad Sacerdotū, dices? Respondeo, in altera eiusdem uersiculi parte fieri Sacerdotij mentionem, quū dicit se annuntiaturū illud Patris decretū. Deinde, cū hoc testimonio connectendū esse illud quod subijcitur, quū ad eandē personā utrunque referatur, & illud quidē de Regno, hoc de Sacerdotio testetur, ut planè respondeat ueritas figuræ, id est Christus Melchisedeco.

6 Secundum ordinē κατὰ τὴν τάξιν. Heb. דברת *Kedibrath* i. ad instar, siue secundū rationē ac similitudinem, ut explicatur infrà 7. c. 15. 7 In diebus carnis suæ, οὐ ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. Id est quū adhuc nob. scū infirma & imbecilla nostra natura præditus degeret. Nam ita est accipiendum uocabulum Carnis. ne quis enim existimet nunc carnem nostram exuisse. Seruare ipsum σῴζειν αὐτὸν. Id est, eximere morti. Ostendit aūt hæc circunstantia hic agi de triplicata illa uehementissima deprecatione qua usus est in horto Dominus noster, ut tres Euangelistæ diligēter commemorant adeò quidē anxius, adeò saucius dolore ut grumos ēt sanguinis sudaret. Ideo scriptor hic noster δεήσεις dixit plurali numero, & præterea adiunxit ἱκετηρίας. neque eo cōtentus, mentionē quoque fecit clamoris et lachrymarū. Ex metu: ἀπὸ τῆς εὐλαβείας Veram ac genuinam huius loci explicationem primus, ut opinor, doctissimus interpres ostendit, quo nomine sicut à pijs & eruditis omnibus magnā gratiā inijt, ita paucis quibusdā non fastidiendi genus attinet, si pro reuerentia, ut omnibus adhuc placuisse uideo: uel pro pietate, quod Eras. annotauit, interpreteris: nō aliud declarabit Pro, quam Propter uel secūdum, uel aliquid denique eiusmodi quod significet quo respectu sit exauditus. Atqui non facile mihi persuaserim proferri posse ullum exemplum in quo ἀπὸ ita usurpetur. Hic enim potius locus est præpositioni διὰ cum quarto casu, uel κατὰ, uel etiam ὑπὲρ, ut Phil. 2. b. 13. Deinde quod ad uocabulum εὐλαβείας attinet, fateor accipi pro reuerentia, i. religioso quodā honore, ut infrà 12. g. 28. & ꝓ pietate, unde εὐλαβὴς, pius ac religiosus, Luc. 2. d. 25. Act. 2. a. 5. & 8. a. 2. atque etiam pro honesta cautione, quàm λόγῳ ἐυλαβεῖσθαι τὰ βλάπτοντα definiunt Philosophi sed & pro metu usurpari facile fuerit comprobare. Nunc uideamus quæ significatio magis congruat. ac de cautione quidem, non est, opinor, cur disceptemus. Sin uerò reuerentiā interpretemur, ea profectò uel Patri uel Filio tribuetur. Patri tribuit Chrysost. quasi scilicet. Christi dignitatem quodammodo reueritus fuerit Pater. Sed primum omnium quis id non uideat nimium dure & præter Scripturæ morem dici? Deinde quis tandem hoc suspicari possit de Patre dici, nisi addatur pronomen αὐτοῦ & certè non iomeritò censuerimus illos commentarios Chrysostomi non esse, sed rapsodiam potius ab aliquo collectam. Nam & titulus ipse testatur, fuisse Chrysostomi nomine post ipsius mortem editos. Restat ergo ut de Filij reuerētia intelligamus quæ ita fuerit Patri iucunda, ut propterea ipsius preces exaudierit. ac pia quidem est hæc sententia: sed cui omnino, ut ante dixi, repugnet præpositio ἀπό. idē de pietate sentiendum. Relinquitur ergo ut pro metu accipiamus. nam ita hoc quoq; significare τὴν εὐλάβειαν nemini uel mediocriter in literis Græcis uersato dubiū ē. Pericles, inquit Plut. περὶ τῶν λόγων ὑπ εὐλαβὴς, timidè ad dicendū accedebat. quod de se quoque Cicero testatur εὐλαβοῦμαι πεσεῖν, inquit ille apud Sophoclem, timeo ne cadam. Sed & Aristot. alicubi in Rhetoricis τοὺς δειλοὺς καὶ τοὺς εὐλαβεῖς cōfingit.

Quid plura? Sic accipitur Act. 23. c. 10. εὐλαβηθὲις pro φοβηθὲις: Denique ut non dubium sit quin hunc locum ita et A
interpretati sint nonnulli ueteres, Nazianzenus diserte concione de filio secunda, inter Christi hominis imbecillitates τὸ εὐλαβὲς numerat. Postremo hoc etiam prorsus addendum fuisse dico ut ambigua non esset oratio. Nã quia dixerat Christũ suas preces illi obtulisse, qui ipsum à morte seruare, id est (ut ex ipsius Christi oratione liquet) ista moriendi necessitate ipsum liberare posset, si simpliciter dixisset fuisse exauditum, parata erat calumnia, non fuisse exauditum, ut qui mox crudelissime sit interfectus. Itaque additum est, Exauditum quidem fuisse, sed ex metu, id est ita fuisse confirmatum ut omnem pauorem mortis deposuerit. quamobrem etiam Angelus illi apparuisse diserte commemoratur qui ipsum corroboraret, Luc. 22. e. 43. Neque tamen dici potest filius à Patre non penitus exauditus, ut qui liberationem à morte non nisi addita conditione petierit, si ita ipsi uideretur. Hæc est igitur germana huius loci explicatio. Nunc ad eos ueniamus quibus hoc non placet. Primum inquiunt, non additur pronomen suo. Atqui Vetus etiam interpres conuertit, pro reuerentia sua, &, nisi reciprocum addideris, necessariò tamen erit supplendum quod etiam ex communi loquendi usu fere prætermitti solet. Quid uerò quod non modò reciproca, sed etiã, quod multo durius est, simplicia interdum relatiua prætermittuntur? ut in hac eadem epistola 2. 2. 3. & 4. d. 16. Sed & non desunt qui clamitent actum esse de Christi Diuinitate, si hæc interpretatio admittitur. Timuisse Christum ne malis obrutus succumberet, uel morte absorberetur. At ego quæro an non Christus non modò naturam, sed etiam omnes quantumlibet abiectas & infirmas hominis affectiones, uno duntaxat peccato excepto, assumpserit. Certe qui hoc negat, Christianus non est. Sin uerò ita est, quæro quomodo Christus à metu, pauore, atque adeo à perculsione alienus fuerit, qui sibipsi etiam, quatenus homo est, ignorationem arcanorum Dei consiliorum adscribere non ueretur. Mar. 13. d. 32. Et uerò, nisi hoc etiam modo tentatus est excepto peccato, Pontifex noster, quomodo nos ab hoc malo quod unum est ex præcipuis, id est à penitissimo illo iræ Dei sensu, à pauore & perculsione animi de iudicio Dei seuerissimo cogitantis, liberauerit? Vnde enim illa inuicta Martyrum constantia, nisi ex eo quod Christus, qui hos terrores sensit, ex illis ex auditus, illos uicissim miseratur? Id enim diserte in hac eadē epistola multis locis inculcatur. Sed hic multa uidentur quosdam fefellisse. Primum, quod non distinxerunt quid toti Christo, id est Deo & homini coniunctim: quid Deo, quid item homini seorsim sit tribuendum. Deinde non consideraruntpeculiarem habẽdam esse illius temporis rationem, quo planè oportuit hominem ueluti à Deo deseri, ut ipse in cruce exclamat: minime id quidem quasi separatus fuerit Deus ab homine (neque enim, si ita id esset, seruator esset in morte) sed quòd uim illam suam in homine ad tempus non exereret: plena alioqui satisfactione non futura, nisi homo Deum re uera infensissimum, non ipsi proprie, sed nostris peccatis, sensisset. Postremo illos fefellit quòd pauoris & istius consternationis affectũ, quo metuit ne malis obrutus succumberet, uel morte absorberetur, putarunt nõ aliunde posse quàm à diffidentia exoriri, ac proinde in Christum non cadere. At ego ex illis quæro quid igitur putent Christũ formidasse? Num corporis cruciatus? Certè hoc aliquid est. nam homo erat, & à dolore, natura abhorrens. Sed puderet nos B
(opinor) eam constantiam in Christo requirere quæ in tam multis Martyrum millibus emineat. Nam hominum ψ-
sanorum φάντασμα uel hypocrisin, uel insaniam non commemoro. Aliquid ergo aliud fuisse, oportet quod Christum non dico affecerit, sed ita perculerit ut nullum usquam unquam extiterit talis commotionis exemplum. Neque enim duntaxat dicitur ἐκθαμβεῖσθαι, atque ἀδημονεῖσθαι (quod significat perplexum & inopem consilij hærere, Mar. 14. d. 33) sed etiam. Nunc, inquit, anima mea turbata est: & quid dicam? Pater seruato me ex hac hora. Quid autem illud ter repetitum? Pater, discedat à me calix iste. Quid, quòd grumos sanguinis ad terram usque procidentes sudat? Quid quod se contentissimo clamore derelictum uociferatur? Quod tandem simile consternationis exemplum reperiemus? Ergo aliud est quod illum urget tantopere. Nempe horrendum illud & plusquam infinitis modis terrificum irati Dei iudicium intuetur. Peccata non unius hominis aliqua, sed omnium electorum omnia homo unus ipse fragilis, caducus, imbecillis sustinet. Et miramur eũ expauescere, cõsternari, turbari, lachrymari, clamare, repugnãtia quodãmodo petere, sanguinẽ sudare, se derelictum uociferari? Sed tamẽ nunquã diffidit. Sanè. cui enim hoc dubiũ est? Ergo non ueritus est succumbere & absorberi à morte. Hoc uero pernego. quo iure id faciam, facile fuerit ex his cognoscere. Si uerba spectes, non petit confirmationem animi, sed liberationem à periculo. Pater, inquit, serua me. ex hac hora. Pater, discedat à me calix iste, tu hoc mihi præstare potes. Et tandem, non dicit. Mi Deus ne me dereliquas (oportebat enim ad tempus aliquatenus derelinqui ut nos reciperemur) sed, Deus, Deus meus cur dereliquisti me? An non illa quidem uerba sunt hominis cogitantis de se actum esse, nisi ex præsenti periculo eripiatur? ista uerò, homunis in ipso iam gurgite sese perisse uociferantis? Certè hoc non possimus meritò inficiari quin res ipsa coarguat. Quid igitur? an despondit animum, an desperauit spei nostræ author? Absit, sed hic nimirum habemus perfectissimam nostræ consolationis descriptionem. Nam quo humiliorem & abiectiorem cernimus nostra causa factũ æternum Dei Filium (excepto tamen peccato) eo minus uel de Patris beneuolentia, uel de nostra per Filium expiatione facta dubitare possumus. Ita uero se res habet in omni uehementi commotione, cuiusmodi hæc sane fuit, si ulla unquam in quoquam homine alia, ita totus occupatur animus, ut uelox illa facultatum animi progressio multum impediatur. quod singulæ facultates diutius rem totã suspendant. Exempli causa, si liberis animis ab omni alia cogitatione quippiam quod moderate nos afficiat, tetigerimus, uno temporis momento externus sensus affectus ad C
communem sensum, hic uero ad iudicium rem totam detulerit: iudicium denique statim statuerit hoc uel illud esse quod tetigerimus, neque ullus celerior motus à nobis animo comprehendi potest. Sin uero uehementer calidũ aut frigidum aliquid attigerimus, ita in dolore totus animus occupatur, ut uel interdum quid illud sit non requiramus, uel cogamur ex aliis sciscitari, aut alios etiam sensus consulere. idque non modo imparatis, sed etiam bene ac diligẽter meditatis accidit: tum propter naturæ nostræ imbecillitatem, tum propter facultatum omnium summam inter se συμπάθειαν, quæ quidem facit ut sui proprij muneris oblitæ, repente ad opem inter se ferendam accurrant. Hinc ille in subitis motibus perturbationes, quarum ita postea nos pœnitet, quum sedato animo singulæ facultates officium faciunt, ut nos ipsos miremur eo deuenire potuisse. Hunc uero naturalem progressum necesse est ut in Christo consideremus, si quidem ipsum uerum hominem fuisse fateri uolumus, non qualis nunc est (quod ad carnis infirmitates attinet, quas nunc omnes deposuit) sed qualis tum erat præcipuè quum ad extremam illam sacrificij functionem uẽtum est. Tantum hoc intererit, quod omnes ipsius affectiones omni uitio uacarunt, quum in nostris aliquid semper iuste uitij. Quum igitur inquit, Pater quid dicam? cogitemus animum in illam iræ infinitæ sustinendæ cogitationem ita defixum, ut singulæ facultates per se nihil decernerent, sed toto interrupto progressu, fluctuarẽt. Deinde quum petit liberari ex hac hora, quum rogat ut discedat calix iste, sciamus animum loqui, in illa eadem cogitatione ita occupatum, ut in unam partem totus uergens, penè sibi persuadeat de se actum esse, nec fieri posse ut tantum pondus sustineat. Postremo quum iam se derelictum uociferatur, cogitemus animum non iam in cogitatione & metu impendentis mali prorsus occupatum, sed in profundo summæ calamitatis gurgite sepultum qui ad emergẽdum maxima cum difficultate luctetur. Verum in his omnibus hæc duo teneamus: ista l. non à diffidentia ulla, sed à propositi mali uehementissimo sensu profecisci: deinde sic considerandas esse singulas huius actionis partes, ut ex sine de re tota statuamus. Neque enim in illa cogitatione (quę tamẽ & ipsa, ut dixi, fuit omnis peccati & uitij expers) ita hæsit, quin mox inuicta spes illum erigeret. Idem enim qui perculsus, Quid dicã? inqt, libera me ex hac hora: eodem tenore subiicit, Sed propterea ueni in horã hãc. Qui ter petit, Pater transfer à me hũc calicẽ: addit, Fiat quod tu uis. Qui uociferat se derelictũ, tñ Deũ, Deũ suũ copellat. Quorsum aũt hæc? qa quo uerius ista cognoscimus, eo certiores de saluteno stra sumus. Quod si quis hęc curiosa esse dicat, Euãgelistas accuset q tã copiose ista descripserũt, sine quib. fieri nõ põt. ut uel peccatorũ nostrorũ magnitudinẽ, uel paternã Dei nostri beneuolẽtiã intelligamus. Sed de his hactenus.

A καὶπερ ὢν υἱὸς, ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοήν,

καὶ τελειωθεὶς ἐγένετο τοῖς ὑπακούουσιν αὐτῷ πᾶσιν αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου,

προσαγορευθεὶς ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἀρχιερεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ.

περὶ οὗ πολὺς ἡμῖν ὁ λόγος καὶ δυσερμήνευτος λέγειν, ἐπεὶ νωθροὶ γεγόνατε ταῖς ἀκοαῖς.

καὶ γὰρ ὀφείλοντες εἶναι διδάσκαλοι, διὰ τὸν χρόνον, πάλιν χρείαν ἔχετε τοῦ διδάσκειν ὑμᾶς τίνα τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ θεοῦ, καὶ γεγόνατε χρείαν ἔχοντες γάλακτος, καὶ οὐ στερεᾶς τροφῆς.

πᾶς γὰρ ὁ μετέχων γάλακτος, ἄπειρος λόγου δικαιοσύνης, νήπιος γάρ ἐστι.

B τελείων δέ ἐστιν ἡ στερεὰ τροφή, τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐχόντων πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ.

ΚΕΦΑΛ. ϛ.

Διὸ ἀφέντες τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ χριστοῦ λόγον, ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα, μὴ πάλιν θεμέλιον καταβαλλόμενοι μετανοίας ἀπὸ νεκρῶν ἔργων καὶ πίστεως ἐπὶ θεόν,

βαπτισμῶν διδαχῆς, ἐπιθέσεώς τε χειρῶν, ἀναστάσεώς τε νεκρῶν, καὶ κρίματος αἰωνίου.

καὶ τοῦτο ποιήσομεν, ἐὰν περ ἐπιτρέπῃ ὁ θεός.

ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, γευσαμένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου, καὶ μετόχους γενηθέντας πνεύματος ἁγίου,

καὶ καλὸν γευσαμένους θεοῦ ῥῆμα, δυνάμεις τε μέλλοντος αἰῶνος,

8 Quanuis filius esset, tamen didicit ex ijs quæ passus est obedientiam.

9 Et consecratus, factus est author salutis æternæ omnibus qui ipsi auscultant. *Salus Christus obedientib.*

10 Cognominatus à Deo Pontifex secundū ordinem Melchisedec.

11 De quo nobis multa forent dicenda, eaq; difficilia explicatu: quandoquidem segnes facti estis auribus.

12 Etenim *uobis*, qui deberetis pro temporis ratione doctores esse, rursum opus est doceri quę sint elementa initij eloquiorum Dei: factiq; estis ij quibus lacte sit opus & non solido cibo.

13 Enimuero cui cum lacte res est, is rudis est sermonis iustitiæ: infans enim est.

14 Sed adultorum est solidus cibus, eorum *scilicet* qui propter habitum, sensus habent exercitatos ad discretionem boni ac mali. *Solidus cibus.*

CAP. VI.

1 QVapropter omisso qui in Christo rudes inchoat sermone, ad perfectionē feramur: non rursum fundamentum iacientes resipiscentiæ ab operibus mortuis, & fidei in Deum,

2 Baptismatum doctrinæ ac manuum impositionis, & resurrectionis mortuorum, & iudicij æterni.

3 Atque id faciemus, si quidem permiserit Deus.

4 Nam fieri non potest ut qui semel fuerint illuminati, gustauerintq; donum cœleste, et participes facti fuerint Spiritus sancti.

5 Gustauerintq; bonum Dei uerbum, ac uirtutes futuri seculi:

8 Didicit ἔμαθεν. Id est re ipsa expertus est quid sit patrem habere cui parendum sit. expertus est autem non in uitus, sed tū sese subijciēs, quū alioqui Filius esset Patri per oīa æqualis. Nonulli ἀπὸ τῆς ὑπακοῆς coniungūt cū hoc uerbo, non autem cū participio ἀναπνεύσεις sed coactē. 9 Cōsecratus τελειωθεὶς. Vulg. cōsummatus. Eras. perfectus redditus. Vide suprà 2. c. 10. 11 De quo, &c. περὶ οὗ. Digressio usque ad septimū capitis initium, minimē tamē ab eo de quo agitur aliena, sed quasi Hebræos retinēs tū in attēta eorū quæ dixit cōsideratione, antequā ulterius progrediat, tū ēt ad eorū arcanorū magnitudinē intelligēdā de quib. dicturus est, eorū animos parās. Difficilia explicatu δυσερμήνευτος. Vulg. ininterpretabilis. Nā quod in quibusdā codicib. legit interpretabilis, factū est librariorū culpa. 13 Sermonis iustitiæ, λόγου δικαιοσύνης. Id est sermonis quo docetur iustitia, nempe Euangelij, ut Rom. 1. b 17 & 18. 14 Adultorū τελείων. Vulg. & Eras. perfectorū. Vide 1. Cor. 14. d. 20. Propter habitū, διὰ τὴν ἕξιν. Vulg. pro cōsuetudine. Eras. propter assuetudinē: nō satis expressē. Nam habitus comparatur assuetudine, à qua proinde distingui debet. Notum est aūt διαθέσεως & ἕξεως discrimē inscholis tritū. Sēsus τὰ αἰσθητήρια id est αἰσθητικὰ σώματος, & quidē generali significatione, ita ut oēs, ac præsertim intelligendi ac iudicandi, facultates cōprehēdant. alioq; τὰ αἰσθητήρια quæ uulgō sensoria cōuertunt, Græci appellant ipsa sensuū organa, ut aures, oculos, linguam, & alia eiusmodi.

IN CAPVT VI.

1 Qui in Christo rudes inchoat sermone: τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ χριστοῦ λόγον. i. primis Christianismi principijs, quæ catechismū uocāt. Vulg. ad uerbū, inchoationis Christi sermonē. Resipiscētiæ, &c. μετανοίας &c. Quinq; capita catechismi numerat, nēpe professionē emēdationis uitæ: fidei summā de Deo: doctrinæ explicationē cōpendiariā quæ in baptismis & impositione manuū tradi rudib. præsertim solebat (i quū ad baptizandos infantes uel adultos, item quū ad imponendas aliquibus manus conueniebatur:) caput resurrectionis mortuorū, & futuri iudicij. Tradebantur ergo ista catechismi initio, breuib. & paucis, tanquā præcipua religionis nostræ capita, ut sanē sunt: sed accedebat postea Scripturarū luculenta tractatio cum quotidianis exhortationibus: deniq; eadē quidē illa, sed multis arcanis copiosius explicatis tradebantur. 4 Nam fieri nō potest Ἀδύνατον γάρ. De apostasia uniuersali loquitur, nonau temede peccatis humana infirmitate aduersus primam uel secundam tabulam admissis: itaque causa non erat cur uereres, Latini præsertim, hanc epistolā tanquā pro Nouatianis facientē repudiarēr, ut pluribus ostendit doctissimus interpres. nā quæ affert Eras. planē detorta sunt. 5 Gustauerint γευσαμένους. Vide 1. Tim. 4. a. 1. Est aūt in primis notanda emphasis huius uerbi. Nam aliud est uere credere, uti Lydia illa cuius cor aperuit Dominus, Act. 16. c. 14. aliud uerò gustum aliquem habere. quanuis ne hoc quidem nisi ex Spiritus sancti gratia fieri possit. uerum quæ fructum non ferant, quòd eam reprobi statim euomant.

Si prolabantur, ut denuo renouentur per resipiscentiam, ut qui rursum crucifigant sibimetipsis Filium Dei, & ludibrio exponãt. 6

Nam terra quæ imbrem sæpius in se ueni entem combiberit, & progenuerit herbam accommodam eis per quos excolitur, recipit benedictionem à Deo: 7

At quæ profert spinas & tribulos, reproba *est*, & maledictioni affinis: cuius exitus *tendit* ad exustionem. 8

Sed persuasimus nobis de uobis, dilecti, his meliora & cum salute coniuncta, etiamsi ita loquamur. 9

Non enim iniustus est Deus, ut obliuiscatur operis uestri, & laboriosæ charitatis quã exhibuistis ipsius nomini: *ut* qui ministrastis sanctis & ministratis. 10

Cupimus autem ut unusquisque uestrũ idem ostendat studium ad plenam spei persuasionem ad finem usque. 11

Vt ne sitis segnes, sed imitatores eorũ qui per fidem ac patientiam obtinent promissam hæreditatem. 12

Deus enim pollicitus Abrahæ, quum nõ posset per quenquam maiorem iurare, iurauit per seipsum, 13

Gen. 12. a. 2. & 17. a. 4. & 22. c 17. *Iuramento promisit Deus salutẽt simus certi.*

Dicens, Certè benedicens benedicam tibi, & multiplicans multiplicabo te. 14

Atque ita quum patienter expectasset, assequutus est promissum. 15

Nam homines quidem per eum iurãt qui sit maior: atque ijsdem omnis controuersię finis, est iusiurandum ad confirmationem *adhibitum*. 16

Qua in re uolens ex abundanti Deus hæredibus promissionis ostendere immutabilitatem consilij sui, fideiussit iureiurando: 17

Vt perduas res immutabiles, in quib. fieri non potest ut mentitus sit Deus, ualidam consolationem habeamus *nos* qui *huc* confugimus ut obtineamus propositam spem, 18

ἐκ παραπεσόντας, πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν, ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ παραδειγματίζοντας· A

γῆ γὰρ ἡ πιοῦσα τὸν ἐπ' αὐτῆς πολλάκις ἐρχόμενον ὑετὸν, καὶ τίκτουσα βοτάνην εὔθετον ἐκείνοις, δι' οὓς καὶ γεωργεῖται, μεταλαμβάνει εὐλογίας ἀπὸ τοῦ θεοῦ.

ἐκφέρουσα δὲ ἀκάνθας καὶ τριβόλους, ἀδόκιμος καὶ κατάρας ἐγγὺς, ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν.

πεπείσμεθα δὲ περὶ ὑμῶν, ἀγαπητοὶ, τὰ κρείττονα καὶ ἐχόμενα σωτηρίας, εἰ καὶ οὕτω λαλοῦμεν.

οὐ γὰρ ἄδικος ὁ θεὸς ἐπιλαθέσθαι τοῦ ἔργου ὑμῶν, καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης ἧς ἐνεδείξασθε εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, διακονήσαντες τοῖς ἁγίοις καὶ διακονοῦντες.

ἐπιθυμοῦμεν δὲ ἕκαστον ὑμῶν τὴν αὐτὴν ἐνδείκνυσθαι σπουδὴν πρὸς τὴν πληροφορίαν τῆς ἐλπίδος ἄχρι τέλους, B

ἵνα μὴ νωθροὶ γένησθε, μιμηταὶ δὲ τῶν διὰ πίστεως καὶ μακροθυμίας κληρονομούντων τὰς ἐπαγγελίας.

τῷ γὰρ ἀβραὰμ ἐπαγγειλάμενος ὁ θεὸς, ἐπεὶ κατ' οὐδενὸς εἶχε μείζονος ὀμόσαι, ὤμοσε καθ' ἑαυτοῦ,

λέγων· ἦ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε, καὶ πληθύνων πληθυνῶ σε.

καὶ οὕτω μακροθυμήσας ἐπέτυχε τῆς ἐπαγγελίας.

ἄνθρωποι μὲν γὰρ κατὰ τοῦ μείζονος ὀμνύουσι, καὶ πάσης αὐτοῖς ἀντιλογίας πέρας εἰς βεβαίωσιν ὁ ὅρκος.

ἐν ᾧ περισσότερον βουλόμενος ὁ θεὸς ἐπιδεῖξαι τοῖς κληρονόμοις τῆς ἐπαγγελίας τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς αὐτοῦ, ἐμεσίτευσεν ὅρκῳ.

ἵνα διὰ δύο πραγμάτων ἀμεταθέτων, (ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι θεὸν,) ἰσχυρὰν παράκλησιν ἔχωμεν οἱ καταφυγόντες κρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος. C

6 Vt qui rursum crucifigant sibiipsis ἀνασταυροῦντες ἑαυτοῖς. Id est, ut qui odio ferantur in Christum, &, quasi eum rursus crucifigant, omnium ludibrio exponant: idque in suum ipsorum exitium. Alij interpretantur ἑαυτοῖς, quantum in se est. Huius sceleris exemplum insigne fuit Iulianus apostata: quod plerique hodie Epicurei strenuè imitantur. Diximus autem de uerbo παραδειγματίζειν Matth. 1. c. 19.

8 Reproba ἀδόκιμος. Vide 1. Corinth. 9. d. 27.

11 Plenam persuasionem πληροφορίαν. Vide Luc. 1. a. 1. Col. 2. a. 2. Cæterum paulatim accedit ad explicationem ordinis Melchisedeci, proposita mentione Abrahę primùm, ut eius exemplo doceat ipsos perseuerare: deinde ut doceat qua in re possint sese germanos Abrahæ filios declarare, tacitè præposterum in ea re ipsorũ iudicium reprehendens: præterea sibi molliorem aditum patefaciens ad sequentẽ historiam, in qua Melchisedecum Abrahæ cogetur anteponere,

14 Certè ἦ μὴν. Hebraicè כי Vulgata & Erasmus Nisi: ut sit aposiopesis, quæ tamen hoc in loco non est necessaria, quum ἦ μὴν aliud sit quàm εἰμὴ. Benedicẽs benedicam εὐλογῶν εὐλογήσω. Id est, cumulatissimè te beneficijs cumulabo. Hæc enim est emphasis istius Hebraismi, qui mox etiam repetitur.

17 Ex abundanti περισσότερον. Id est, amplius etiam quàm necesse esset. nisi hoc flagitaret hominum improbitas, qui ne iurato quidem Deo credunt. Hæc enim, opinor, uis est τοῦ περισσοῦ hoc in loco, ut idem declaret περισσότερον hoc loco atque ἐκ περιουσίας. Vulgata. abundantius. Erasmus, eximiè. Fideiussit iureiurando ἐμεσίτευσεν ὅρκῳ. Sic puto hunc locum explicandum, ut propius à Græcis absimus. alioqui dicendũ erat, interuenit per iusiurandũ, ꝑ διηγγύησε, ut opinor. sicut Vlp. interuentorẽ uocat eũ qui fideiubet. Græcus scholiastes putat uerbo μεσιτεύειν designari illã promissionẽ iã tũ interuẽtore Christo cõceptã. quod sane u erũ est. Hãc igitur expositionẽ si admittamus, interpretabimur ἐμεσίτευσεν ὅρκῳ, interposuit se cũ iureiurando. Vulg. & Eras. interposuit iusiurandum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt urn:nbn:de:gbv:3:1-226230-p0754-3 DFG

A ὡς ἄγκυραν ἔχομεν τὴν ψυχὴν ἀσφαλῆ τε καὶ βεβαίαν, καὶ εἰσερχομένην εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος,

19 Quam uelut animæ anchoram habemus tutam ac firmam, & introeuntem usque ad ea quæ sunt intra uelum.

ὅπου πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθεν Ἰησοῦς, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ἀρχιερεὺς γενόμενος εἰς τὸν αἰῶνα.

20 Quò præcursor pro nobis ingressus est Iesus, secundum ordinem Melchisedec, Pontifex factus in æternum.

ΚΕΦΑΛ. ζ. CAP. VII.

Οὗτος γὰρ ὁ Μελχισεδὲκ, βασιλεὺς Σαλήμ, ἱερεὺς τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου, ὁ συναντήσας Ἀβραὰμ ὑποστρέφοντι ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν βασιλέων, καὶ εὐλογήσας αὐτὸν, 1 Gen. 14. d 18

Enimuero hic Melchisedec rex erat Salē, Pontifex Dei altissimi, qui occurrit Abrahę reuertenti à cæde regum, & benedixit ei.

ᾧ καὶ δεκάτην ἀπὸ πάντων ἐμέρισεν Ἀβραάμ, πρῶτον μὲν ἑρμηνευόμενος βασιλεὺς δικαιοσύνης, ἔπειτα δὲ καὶ βασιλεὺς Σαλήμ, ὅ ἐστι βασιλεὺς εἰρήνης, 2

Cui & decimas ex omnibus impartitus est Abraham. qui primum quidem exinterpretatione dicitur rex iustitiæ: deinde uerò etiam rex Salem, quod est rex pacis.

ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων, ἀφωμοιωμένος δὲ τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ, μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές. 3

Sine patre, sine matre, sine genere: nec initium dierum, neque uitæ finem habens: sed assimilatus filio Dei, manet Sacerdos in perpetuum.

B

19 Et introeuntem καὶ εἰσερχομένην. Translatio ab eo sumpta est, quod eo certius est ac firmius anchoræ præfidium, quo altius fixa penetrauit. Deinde ad ritum Pontificum alludit, qui in Sancta sanctorum semel quotannis ingrediebantur. qua de re infrà 9.a.3.b.7. & hac occasione ad intermissam Pontificis Christi cum Leuiticis Pontificibus comparationem redit.

IN CAPVT VII.

1 Enimuerò hic Melchisedec Οὗτος γὰρ ὁ Μελχισεδὲκ. Ex tribus collationis capitibus quæ expositurus sum suprà 5.a.1. tertiū supererat, quo scilicet ostenditur Christum eo in primis excellere quòd Pontifex sit æternus. Deinde etiā obijci poterat, Pontificem esse non posse qui ex Leuitico genere non esset. Nunc igitur de hoc utroque disserit, explicans quis sit ordo ille Melchisedec, nempe æternus & Leuitico superior. quod ex singulis historiæ Melchisedeci circunstantijs probat, typum etiam illum Christi fuisse demonstrans. Est autem typi & ueritatis hæc collatio. Ille fuit Rex & Sacerdos: ita etiam Christus. Ille Rex fuit iustitiæ & pacis uocatus: uere talis est Christus. Sic ille proponitur quasi & principio carens & fine, cuius scilicet nec pater nec mater nec maiores, nec mors explicatur. talis re uera est Filius Dei. In his capitibus posita est collatio, quæ ad duo reuocari potest, nimirum ad duplex officium, & æternitatis speciem: cuius ueritas in uno Christo fuit. De oblatione nulla certè mentio. nam ne hoc quidem ferre potest historiæ contextus. Vtitur enim Moses uerbo תרצא quod omnes norunt non posse aliud declarare quàm facere egredi, id est depromere seu proferre. Deinde cui tandem hæc prolata sunt? ipsi certè Abrahamo. Hoc enim ostēdit historiæ contextus: & eo subsidio ualde recreatus est Abraham cum suis, defessus rediens è pugna. Sit ergo hæc allegoria, una ex iis quas Patres per se excogitarunt, quibus tamen Missaticum illud sacrilegium nunquam in mentem uenit. Sed omnem plane omnium impudentiam ij superant quos non pudet ad uicariam suam ac repetitā oblationē stabiliendam idipsum usurpare, quod Spiritus sanctus hoc in loco idcirco citauit, ut una, semel facta, & nunquam ut la ratione iteranda, æterni & uiuentis Pontificis unici oblatione omnes electos in æternum perfectè sanctificatos doceret. Ad hæc accedit altera impudentia, quod non iam Melchisedecum, sed panem & uinum, uolunt Christi figuram esse, quem ipsi scilicet impuris suis manibus iterum crucifigant, aut semel crucifixum iterum offerant. Ita fiet ut Melchisedecus non Christum sed istos sacrilegos repræsentet. Quid amplius? Nempe tertia hæc impudentissima impietas accedit, quòd de pane & uino non pudet hoc in loco eos garrire, apud quos tamen summa sit impietas dicere panem & uinum ab ipsis Deo offerri, sed eorum sanè uentres oportuerat tamprimdem suis illis sine subiecto accidē-
C tibus pasci: ut tandem discerent quid sit Deo & hominibus mentiri. Tandem igitur, ut finem faciam, uel (quod abest) insigniter lapsus est Spiritus sanctus qui hoc prætermiserit quod isti pro salutis suæ fundamento arripiunt: uel potius (quod certum est) sese non modò insigniter impudentes, sed etiam planè indoctos iuxtà & impios in hoc argumento produnt. quibus tamen hoc unum libenter concesserim, ita prorsus flagitante Hebraicæ linguæ analogia, ut sitam illam pretiosam oblationem quæ uerbo תרצא nititur, deinceps uero nomine צאן sas sit omnibus nuncupare. Obseruandum est autem ex hoc loco quàm religiosè sit nobis tractandum Dei uerbum. Quod enim quispiam in Mose reprehenderet, nempe quòd de tanto uiro tam paucis egerit, & iis quidem prætermissis quæ præcipuè uidebantur historiæ leges requirere, ecce quantum mysterium adumbrat? Itaque à Spiritus sancti scopo aberrant qui curiosè inquirunt Melchisedeci genus. ac magis etiam ij qui perinde ac rem certam, affirmant illam fuisse primum ex filijs Noah, qui & Sem dictus fuerit. sed errant apertè fanatici, & totam hanc tractationem impiè euertebāt Melchisedeciani, qui hunc fuisse filium ipsum Dei tradebant, qui Abrahamo apparuisset. ac proinde pro historia nobis imaginarium quoddam usum constituebant. Eorum uero portenta auxit etiam impurum illud & uere omnibus modis execrandum caput, omniam inquam quantumlibet absurdarum hæreseon consarcinator Postellus, unus ex nobili illa Iesuitarum societate aut conspiratione potius, quæ nunc Bauariam inuasit.

Et benedixit καὶ εὐλόγησεν. Nempe solenni ac Sacerdotali benedictione. Erant enim Sacerdotes sicut ad sacrificandum, ita etiam ad benedicendum, à Deo constituti. Num. 6. d. 26. Denique benedictio significatur non priuata sed solennis, & ab eo profecta per quem Dominus benediceret, ut apparet ex uersiculo septimo.

3 Sine patre, ἀπάτωρ. Erasmus, ignoti patris: non modo non expresso sed etiam deprauato sensu, ut de ambiguitate taceam. Nam etsi non erat natus Melchisedec sine patre aut matre, & proculdubio sit etiam mortuus, tamen hoc nihil ad rem. Dicitur enim ἀπάτωρ, habita ratione descriptionis Mosis, qui perinde nobis eum proponit ac si repentè è cœlis delapsus esset, & mox eo se recepisset, nulla scilicet ipsius maiorum nec mortis mentione facta. Ita enim oportuit illum nobis describi, ut æterni Pontificis nostri typus esset. Itaque si patris ignoti, pro sine patre substitueris, uides æternitatis typum tolli. Idem est de alijs iudicium quæ sequuntur. Christus porro uere dicitur patrem in terris non habuisse, ac proinde ne matrem quidem nec maiores, consuetо cæterorum hominum more, quū Diuinitus sit conceptus.

Dierum, ἡμερῶν. Hebraicè ימים pro æui.

Spectate uerò quantus hic fuerit, cui etiam decimas dederit Abraham patriarcha de spolijs.

4 Θεωρεῖτε δὲ πηλίκος ὅτος, ᾧ καὶ δεκάτην A ἀβραὰμ ὁ ἐπίσημος ἐκ τῶν ἀκροθινίων ὁ πατριάρχης.

Et ij quidem qui sunt ex filijs Leui, Sacerdotio fungentes, præceptum habent ut decimas accipiant à populo secundum Legē, hoc est à fratribus suis: licet egressis ex lumbis Abrahæ.

5 Καὶ οἱ μὲν ἐκ τῶν υἱῶν λευὶ τὴν ἱερατείαν λαμβάνοντες ἐντολὴν ἔχουσιν ἀποδεκατοῦν τὸν λαὸν κατὰ τὸν νόμον, τοῦτ' ἔστι τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν, καίπερ ἐξεληλυθότας ἐκ τῆς ὀσφύος ἀβραάμ.

At is cuius genus non recensetur ex illis, decimas accepit ab Abraham, & habenti promissiones benedixit.

6 ὁ δὲ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν, δεδεκάτωκε τὸν ἀβραάμ, καὶ τὸν ἔχοντα τὰς ἐπαγγελίας εὐλόγηκε,

Porrò sine ulla controuersia, id quod minus est, ab eo quod maius est benedicitur.

7 χωρὶς δὲ πάσης ἀντιλογίας, τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται.

Atque hic quidem homines qui moriuntur, decimas accipiunt: illic autem is de quo testatum est quòd uiuat.

8 καὶ ὧδε μὲν δεκάτας ἀποθνήσκοντες ἄνθρωποι λαμβάνουσιν, ἐκεῖ δὲ, μαρτυρούμενος ὅτι ζῇ.

Et, ut ita loquar, in Abraham decimatus est etiam ipse Leui, qui decimas solet accipere.

9 καὶ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, διὰ ἀβραὰμ καὶ λευὶ ὁ δεκάτας λαμβάνων δεδεκάτωται. B

Nam is adhuc in lumbis patris erat, quũ occurreret Abrahæ Melchisedec.

10 ἔτι γὰρ ἐν τῇ ὀσφύι τοῦ πατρὸς ἦν, ὅτε συνήντησεν αὐτῷ ὁ μελχισεδέκ.

Porrò si consummatio per Leuiticum Sacerdotium erat, (nam sub hoc lancita Lex est populo) quid amplius erat opus alium exoriri Sacerdotem, secundum ordinẽ Melchisedec, nec secundum ordinem Aaron dici?

εἰ μὲν οὖν τελείωσις διὰ τῆς λευϊτικῆς ἱερωσύνης ἦν, (ὁ λαὸς γὰρ ἐπ' αὐτῇ νενομοθέτηται) τίς ἔτι χρεία, κατὰ τὴν τάξιν μελχισεδὲκ ἕτερον ἀνίστασθαι ἱερέα, καὶ οὐ κατὰ τὴν τάξιν ἀαρὼν λέγεσθαι;

Enimuero mutato Sacerdotio, necesse est ut Legis quoque mutatio fiat.

12 μετατιθεμένης γὰρ τῆς ἱερωσύνης, ἐξ ἀνάγκης καὶ νόμου μετάθεσις γίνεται.

4 Spectate uerò, &c. Θεωρεῖτε δὲ, &c, Si excelluit Melchisedec Abrahamo, quanto præstantior Christus, cuius ipse Melchisedec dũtaxat typus fuit? Duobus autem argumentis hæc præstantia Melchisedeci probatur, ipsius Abrahami confessione: nempe quia decimas persoluere, idque ut Dei altissimi Sacerdoti: & benedici quoque ut à Dei Sacerdote certa sunt symbola eius subiectionis qua nullam maiorem homines hominibus debent.

5 Qui sunt ex filijs Leui οἱ ἐκ τῶν υἱῶν Λευί. Erasmus, quòd sunt de numero filiorum Leui, cuius interpretationis causam non uideo. Probat autem Apostolus, hanc decimarum oblationem subiectionis signum esse, ab exemplo Leuitarum, qui cæteris tribubus hoc ueluti tributum ex mandato Dei accipiant, quòd ultrò Abraham Melchisedeco obtulerit. Egressis ex lumbis ἐξελαλυθότας ἐκ τῆς ὀσφύος. Id est progenitis, ex Hebræorum idiotismo. 6 At is Ὁ δὲ. A comparatis. Leuitæ tantùm à fratribus decimas accipiunt: iste ab ipso Abrahamo Patriarcha, quicum Deus fœdus lancierat. Ergo & ipso Leuitico Sacerdotio præstantius est Melchisedeci Sacerdotium.

8 Atque hic quidem Καὶ ὧδε μὲν. Alterum argumentum præstantiæ supra Leuitas, Quòd hi sunt mortales, Melchisedec ut æternus proponitur. Quod uiuat ὅτι ζῇ. Silẽtium de morte, accipit pro uitæ testimonio. Respicit enim, ut ante dixi, non ipsam Melchisedeci personam in se se, sed quatenus proponitur à Mose in illius historiæ descripto C ne ordo ille Melchisedeci cuius sit apud Dauidem mentio.

9 In Abraham διὰ Ἀβραάμ. Hic manifestè ponitur διὰ pro ὑπὲρ, sicut annotauimus Rom. 4. b. 11. Est autem tertium argumentum collationis Melchisedeci & Leuitarum, quòd ab ipsis Leuitis in Abrahamo decimas acceperit, nedum ut nullum aliud fuerit Sacerdotium quam Leuiticum, aut ut Leuiticum excellat.

11 Porro si consummatio Εἰ μὲν οὖν τελείωσις. Id est, Si præstare quic quam perfectum poterat Leuiticum Sacerdotium. Hic uerò oportuerat nouæ sectionis initium facere. nam nunc primum absolutis omnibus quæ ad explicãdam personæ Christi Regis, Prophetæ, & Pontificis præstantiam pertinebant, incipit de ipsius officij ratione differere. ut omnes ueteris fœderis umbras doceat soli cedere oportere. Id autem facit retrogrado prorsus ordine, ut scilicet tractatio de Sacerdotio perpetua esset. Nã in priore tractatione auspicatus à Regno, desitit in Sacerdotio: in ista uero posteriore, exordius à Sacerdotio, desinit in Regno. Ac de Sacerdotio quidem, in quo rota penè uersabatur cõtrouersia, differit, ab hoc loco usque ad cap. 12. c. 18. De Prophetia tractat à cap. 12. e. 18. usque ad eiusdem capitis uersiculum 23. De Regno, usque ad ultimi capitis initium. Inde demum ad particularia præcepta descẽdit. Sed age ad rẽ redeamus. Dicturus igitur de Sacerdotij Leuitici abrogatione, cuius fundamenta iacta sunt in tractatione superiore, paulatim progreditur. nec statim aperte dicit abrogatũ, sed primũ omniũ euincit imperfectũ fuisse, idq; per interrogationem, ut illi ipsi quos compellat conclusionem nectant. Nec secundũ ordinẽ Aarõ καὶ οὐ κατὰ τάξιν Ἀαρών. Bene hoc addidit. nam aliquis non ualeret consecutio, si nouus tantum esset Pontifex, non autem noua Sacerdotij ratio.

12 Enimuero mutato Sacerdotio, Μετατιθεμένης γὰρ τῆς ἱερωσύνης. Vulg. & Eras. Translato enim Sacerdotio. Ego uero puto γὰρ non poni proprie αἰτιολογικῶς. Est enim in priore uersiculo perfecta argumentatio, si responsionem subijcias. Hic uerò nouam conclusionem nectit, nempe non modo imperfectum fuisse Leuiticum Sacerdotiũ, sed etiam nunc esse mutatum. Quia cum non potuit sine abrogatione Legis, quæ prius illud stabilierat, posterius istud inuehi: quæ cõsecutio postea probabitur. Hinc uero ẽt apparet μετατιθεμένης hoc in loco non satis expresse conuerti Translato, nec μετάθεσις translatio. Ita enim uideret unũ manere Sacerdotiũ, qd' dũtaxat traductũ esset à tribu Leui ad tribũ Iuda. Sed quũ dicitur mutatum Sacerdotiũ, bene consequit mutata Legẽ quæ prius Sacerdotiũ erexerat.

13 Nam

ἐφ' ὃν γὰρ λέγεται ταῦτα, φυλῆς ἑτέρας μετέσχηκεν, ἀφ' ἧς οὐδεὶς προσέσχηκε τῷ θυσιαστηρίῳ.

13 Nam *is* de quo dicuntur hæc, ad aliam tribum pertinet, de qua nullus attẽdit altari.

πρόδηλον γάρ, ὅτι ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ κύριος ἡμῶν, εἰς ἣν φυλὴν οὐδὲν περὶ ἱερωσύνης Μωσῆς ἐλάλησε.

14 Palàm est enim quòd è tribu Iuda exortus sit Dominus noster: cuius tribus respectu nihil de Sacerdotio locutus est Moses.

καὶ περισσότερόν ἐστι κατάδηλον, εἰ κατὰ τὴν ὁμοιότητα Μελχισεδὲκ ἀνίσταται ἱερεὺς ἕτερος,

15 *Idque* magis etiam apertũ est *ex eo* quod ad instar Melchisedec exoritur Sacerdos alius,

ὃς οὐ νόμου ἐντολῆς σαρκίνης γέγονεν, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτου.

16 Qui non ex Lege, cuius mandatum sit carnale, factus est *Sacerdos*, sed ex uirtute indissolubilis uitæ:

μαρτυρεῖται γὰρ ὅτι Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ.

17 Testificatur enim ad hunc modum, Tu es Sacerdos in æternum secũdum ordinem Melchisedec. Psal.110.c.4 suprà 5.b.6.

ἀθέτησις μὲν γὰρ γίνεται προαγούσης ἐντολῆς διὰ τὸ αὐτῆς ἀσθενὲς καὶ ἀνωφελές·

18 Nam mandatum præcedens abrogatur, quòd nullis uiribus sit præditum, & inutile.

οὐδὲν γὰρ ἐτελείωσεν ὁ νόμος, ἐπεισαγωγὴ δὲ κρείττονος ἐλπίδος, δι' ἧς ἐγγίζομεν τῷ θεῷ.

19 Nihil enim sanctificauit Lex: sed adscita spes melior, per quam appropinquamus Deo.

13 Nam, &c. Ἐφ' ὃν γάρ. Confirmat superioris argumenti consequutionem. Potuisset enim aliquis excipere, duo simul posse extare Sacerdotia diuersa, ita ut unum ab altero non abrogetur, sed perficiatur. quamobrem etiam dixi uersiculo undecimo, nondum probari abrogationem, sed imperfectionẽ duntaxat. Nunc ergo hæc duo Sacerdotiorum generatim simul costare non posse docet Apostolus, ex eo quòd Lex uni Leui Sacerdotiũ adiudicans, ipsum Iuda illi subiectum arcebat à Sacerdotio. Non potuit ergo sine Legis abrogatione nouũ Sacerdotium erigi in Iuda.

15 *Idq;* magis etiã, &c. Καὶ περισσότερόν ἐστι, &c. Aliæ cõfirmationes eiusdem cõsequutionis, A modo consecrationis. sunt enim in Aarone omnia externa & caduca: in ordine Melchisedec omnia spiritualia & æterna. A iure iurando, quod in illo nullum est, in isto adhibetur. Denique à præstantia infinita personæ Christi, quæ summa non esset si constitueretur duntaxat pro Aaronis adminiculo. Vt autem ex his probationibus quædam sunt ἄτεχνοι, tamen omnes simul iunctæ demonstrationem prorsus necessariam efficiunt. *Exeo* quòd *ei*. Vulgata, *ei* minimum obscurè. Ponitur autem *ei* pro ὅτι, ut apud Aeschinem, ἐπιτιμᾷς δέ μοι εἰ μὴ σωφρόνως ἀλλὰ διαλέγομαι πρὸς τὸν δῆμον προσέρχομαι. pro ὅτι μή. Ad instar κατ' ὁμοιότητα. Hic declarat quid antea uocarit τάξιν.

16 Non ex Lege cuius mandatum sit carnale, ὃς οὐ κατὰ νόμον ἐντολῆς σαρκίνης. Id est, non ex ordinatione quæ infirma & caduca omnia præcipiat, sicuti in Aaronis consecratione, totoq; illius præscripto munere factum est. hoc enim suo more carnale uocat, quod epitheton libẽter seruauimus etiam in Pauli epistolis. Legis autem uocabulum quomodo accipiendum: sit in hac tota disputatione, dicemus infrà uersiculo 28. At enim, dicet aliquis, nonne ipsius Dei mandato consecratus est Aaron? Fateor. sed ritus in consecratione adhibiti ostendunt non fuisse illud Sacerdotium à Deo institutum ut æternum esset. Contrà uerò in Christo & typo illo Melchisedeci, Deus nihil eiusmodi adhibet, sed uitæ æternitatis imago elucet. Non est ergo spectandus Deus loquens (utrobique enim loquitur: qua in re paria sunt aliquatenus duo ista sacerdotia) sed ex ijs quæ loquitur, æstimandum qualem utriusque Sacerdotij naturam Deus esse uoluerit.

17 In æternum εἰς τὸν αἰῶνα. Hic uis est argumenti, ut carnali mandato uis æternitatis opponatur. Sed duo opponet Iudæus: unum, לעולם non semper declarare tempus æternum. alterum, eandem formulam Aaronis Sacerdotio plurimis locis tribui. Ego uerò priori obiectioni oppono quæ de Christi æterno regno sunt initio huius epistolæ manifestissimè demonstrata, ut omnibus istis argumentis illa basis substerneretur. Posteriori autem oppono superiora & sequentia argumenta, ex quibus satis apparet לעולם in Sacerdotio Leuitico aliter accipiendũ quàm in ordinatione Melchisedeci. quod & Deus ipse ostendit ex ijs ritibus quibus Aaronem uoluit consecrari.

18 Mandatum σὐτολῆς. Mandati nomine Legem cæremonialem intellige, ut dicemus infrà uersu 28.

Quod nullis uiribus sit præditum διὰ τὸ αὐτῆς ἀσθενὲς. 1. Διὰ τὸ ἀδύνατον, ut diximus Rom. 5.a.6, & 8.a.3. & infra 9.c, 9.& 10. Vulgata, propter infirmitatem. Erasmus, propter imbecillitatem, non satis expresse.

19 Nihil enim οὐδὲν γάρ. Explicat quod de inutilitate Legis, id est Leuitici Sacerdotij, dixerat. quia scilicet nos puros & sanctos, aptos denique ad regnum Dei reddere non potuerit: ideòque opus fuerit aliunde inuehi quippiam, quo possemus meliore iure confidere, utpote quod nobis ad Deum usque patefaceret aditum. Cæterùm, ne quis miretur quòd ἐτελείωσεν non uerterim perfecit, uel ad perfectionem adduxit, de eo dicam infrà 9.c.9.

Sed adscita spes melior, ἐπεισαγωγὴ δὲ κρείττονος ἐλπίδος. Vulgata, introductio uerò melioris spei: duplici errore. nam particula ἡ hoc in loco plane idem declarat atque ἀλλά. ut quod Legi admittur, melioris spei ascitæ tribuatur, sicut mox dicemus. Deinde introductio nõ declarat ἐπεισαγωγὴν, sed εἰσαγωγὴν, ut mox etiam declarabimus. Erasmus, uerùm *erat* introductio ad spem potiorem. perinde scilicet atque usus hic fuisse Legis significetur, non ut perficeret. sed iter aliquod ad Christum ostenderet. qua de re pluribus disseritur Galat. 3.d.24. At ego collegæ meo Iohanni Ribitto, uiro & docto & pio sane, assentior, qui multis, ut arbitror, iustissimis de causis hanc interpretationem refutauit. Primùm enim sententia illa non cohæret cum ijs quæ præcedunt & sequuntur. Adiuc enim in eo uersatur author huius epistolæ, ut doceat Leuiticum sacerdotium posteriore abrogatum: neque de prioris usu uel ullũ adhuc uerbum fecit, aut etiam facturus est ante sequentis capitis uersiculum quintum. Deinde poscit omnino ratio Grammatices, ut ἡ accipiatur pro ἀλλά, & uerbum ἐτελείωσεν repetatur ἀπὸ τοῦ προτέρου, non autem ut uerbum aliquod extrinsecus assumatur. idque ita esse non modò perspicuum facit ratio constructionis, sed etiam exemplis ex hac ipsa epistola petitis manifestè probatur. Sic enim prorsus hoc eodem capite, uersu 28. uerbum διαθήκης, & infrà cap. 10.e.27 uerbum ἀφωμολόγηται repetendum est: & simili prorsus ratione particula ἡ usurpatur. Præterea non sine causa scriptum est ἐπεισαγωγὴ potius quam εἰσαγωγή. ἐπείσακτον enim uocant Græci quod aliunde est inuectum, ut quum dicuntur Athenienses à Demosthene uti ἐπισάκτῳ σίτῳ, id est frumento ex alijs regionibus importato. Et Plutarchus in dialogo πότερα τῶν ζώων, &c. τὸ ἐπείσακτον opponit τῷ συνεθισμόνῳ. Sic apud ueteres ἐπεισόδιον dicebatur extrinsecus assumptum acroama, ut Ribittus noster obseruauit, prolatis etiã ex Hermogene & Platone exemplis, quibus istius uocabuli declaratio confirmatur. quod quum ita sit, sanè non uideo qui possit ἐπεισαγωγὴν nomen Legi tribui. Optimè uerò Christi sacerdotio conuenit, quòd scilicet non sit tanquam Leuitici illius

appendix, sed aliunde ascitum quo illud aboleretur. Quid si uerò Legem dicamus ἐπεισαγωγὴν uocatam, quòd ad figuram Melchisedeci adiuncta fuerit? Primùm repugnant rationes quas priore loco expositi, nempe series argumenti, & constructionis ratio: deinde res ipsa clamat, ni fallor, Sacerdotium Christi cum Leuitico, non autem Melchisedeci & Legis figura uel inter se uel coniunctim cum Christi ueritate comparari. Ad hæc accedit quod scriptum non est κρεῖττόν ἐλπὶδα δρᾶτῶ, ad spem meliorem: sed ἐπεισαγωγὴ κρείττονος ἐλπίδος adiunctio spei melioris, nempe ex manifesto Hebræorum idiotismo, pro ἐπεισαχθεῖσα δρᾶτῶν ἐλπὶς, id est ascita spes melior, ut ego etiam conuerti, quo planior esset oratio. Neque etiam aliter Græcus Scholiastes interpretatur, ut qui manifestè hoc referat ad posterius Sacerdotium quo prius abrogetur: quanuis ἀπὸ τοῦ πρώτου non repetat στηλώσῶν, sed γίνεται, quod plane est detortum. A

Et quatenus non absque iureiurando, (nam illi quidem citra iusiurandum Sacerdotes facti sunt: 20 καὶ καθ' ὅσον ὁ χωρὶς ὁρκωμοσίας, (οἱ μὲν γὰρ χωρὶς ὁρκωμοσίας εἰσὶν ἱερεῖς γεγονότες.

Psal.110.b.4. Hic uerò cum iureiurando, per eum qui dixit ei, Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, Tues Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec.) 21 ὁ δὲ μετὰ ὁρκωμοσίας, διὰ τοῦ λέγοντος πρὸς αὐτὸν ὤμοσε κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται, σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα, κατὰ τὴν τάξιν μελχισεδέκ)

Tanto potioris fœderis sponsor factus est Iesus. 22 κατὰ τοσοῦτον κρείττονος διαθήκης γέγονεν ἔγγυος ἰησοῦς.

Et illi quidem plures facti sunt Sacerdotes, propterea quòd mors prohiberet eos permanere: 23 καὶ οἱ μὲν πλείονές εἰσι γεγονότες ἱερεῖς, διὰ τὸ θανάτῳ κωλύεσθαι παραμένειν·

At iste, propterea quòd in æternum manet, perpetuum habet Sacerdotium. 24 ὁ δὲ, διὰ τὸ μένειν αὐτὸν εἰς τὸν αἰῶνα, ἀπαράβατον ἔχει τὴν ἱερωσύνην, B

Vnde & seruare perfectè potest eos qui peripsum accedunt ad Deum, semper uiuens, *ad hoc* ut interpellet pro eis. 25 ὅθεν καὶ σώζειν εἰς τὸ παντελὲς δύναται τοὺς προσερχομένους δι' αὐτοῦ τῷ θεῷ, πάντοτε ζῶν εἰς τὸ ἐντυγχάνειν ὑπὲρ αὐτῶν.

Talis enim decebat ut esset nobis Pontifex, pius, innocēs, impollutus, segregatus à Leuit.16.b.11. peccatoribus, & sublimior cœlis factus: 26 τοιοῦτος γὰρ ἦμῖν ἔπρεπεν ἀρχιερεύς, ὅσιος, ἄκακος, ἀμίαντος, κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν γενόμενος.

Cui non sit quotidie necesse, quēadmodum illis Pontificibus, prius pro peccatis proprijs uictimas offerre, deinde *pro peccatis* populi: nam id fecit semel quum semetipsū obtulit. 27 ὃς οὐκ ἔχει καθ' ἡμέραν ἀνάγκην, ὥσπερ οἱ ἀρχιερεῖς, πρότερον ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν θυσίας ἀναφέρειν, ἔπειτα τῶν τοῦ λαοῦ· τοῦτο γὰρ ἐποίησεν ἐφάπαξ ἑαυτὸν ἀνενέγκας.

Lex enim homines constituit Pontifices infirmos: at sermo iurisiurandi post Legem *concepti* Filium *constituit* qui in æternum est sanctificatus. 28 ὁ νόμος γὰρ ἀνθρώπους καθίστησιν ἀρχιερεῖς, ἔχοντας ἀσθένειαν· ὁ λόγος δὲ τῆς ὁρκωμοσίας τῆς μετὰ τὸν νόμον, υἱὸν εἰς τὸν αἰῶνα τετελειωμένον. C

20 Et quatenus καὶ καθ' ὅσον. Vulgata, & quantum est prorsus absurde. Erasmus, atque hoc potiorem: coactè, & deforta etiam constructione. Neque enim animaduertit ista non cum præcedentibus, ita ut fecit, sed cum uersu uicesimo secundo esse connectenda, ut καθ' ὅσον & κατὰ τοσοῦτον mutuò respondeant. Nam quæ interijciuntur ab εἰ μὲν γὰρ, cum toto uersu 21. includenda sunt parenthesi.

22 Fœderis διαθήκης. Vulgata & Erasmus, testamenti: quod non conuenit huic loco. Neque enim in Testamentis adhibetur fideiussor. Deinde etiamsi adhiberetur, quomodo idem esset testator & fideiussor? Infrà uerò, ubi ad testamenti significationem alluditur, Christus manifestè sustinet testatoris personam.

24 Perpetuum ἀπαράβατον. Id est, quod præterire non potest. Alioqui τὸ παραβαίνειν accipi ferè solet pro transgredi. 25 Potest δύναται. Id est, idoneus est. Vide supra cap. 5.a.2. Posita autē est uis argumenti in Perfectionis uerbo. Nam si per se perfectus est, non suppletur, sed tollit quod imperfectum est.

27 Semel ἐφάπαξ. Magna est hoc in loco & alijs deinceps plurimis huius aduerbij emphasis. Significat enim, quod semel factum est, ita absolutū fuisse, ut repetere minimè sit necesse, imò uerò sit nefas. Neq; n. id fieri possit, quin quod semel factū est, omni ex parte perfectū fuisse negetur. Est igitur sacrilega, impia, blasphema opinio Antichristianorum, qui se dicunt quotidie Christum Patri offerre pro uiuorum & mortuorum peccatis: quum nulla amplius nisi una gratiarum actionis oblatione, indigeamus.

28 Lex enim ὁ νόμος γὰρ. Legis nomen ad id de quo agitur accommodandum est. Itaque in hac disputatione ad cæremonialem Legem restringitur, quam abolitam esse docet. Suppeditat interim hæc doctrina firmam Sophisticæ doctrinæ refutationem. nam si abolitæ sunt umbræ quas Deus ipse in Ecclesia extare uoluerat, quo iure ipsi nō cessant umbras umbris cumulare? nempe quia tenebræ tenebras amant. Deinde si iustificandi iis penitus detrahitur Leuiticis cæremonijs seorsim à Christo consideratis, etiam tum quum in Ecclesia, ex ipsius Dei mandato, urgebant, quo iure ipsi in suis ἐθελοθρησκείαις summam pietatis collocabunt?

Sermo iurisiurandi ὁ λόγος τῆς ὁρκωμοσίας. Id est, mandatum Domini cui additum est iusiurandum.

Post Legem *conceptι* τῆς μετὰ νόμον. Vulg. qui post Legem est: ut uideatur legisse ὁ μετὰ νόμον. Cæterùm quòd hoc iusiurandum dicitur Legem sequutum, non respicit tempus illud quo Dauid illud perscripsit: (neque enim tūc conceptum fuit, sed ab æterno, ut 1. Petr. 1.d 20, & alibi sæpe explicat) sed ipsam potius æterni illius iurisiurandi exhibitionem. qua ratione diximus etiam intelligendum esse dictum illud, Ego hodie genui te. Interim notandum est, Apostolum, istius declarationis respectu, à temporis ordine argumentari, Siquidem posteriore fœdere æquum est ut prius abrogetur, si modò sunt eiusmodi, ut simul consistere non possint.

A ΚΕΦ. η.

Κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, τοιοῦτον ἔχομεν ἀρχιερέα, ὃς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς οὐρανοῖς,

τῶν ἁγίων λειτουργὸν, καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς, ἣν ἔπηξεν ὁ κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος.

πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς εἰς τὸ προσφέρειν δῶρά τε καὶ θυσίας καθίσταται· ὅθεν ἀναγκαῖον ἔχειν τι καὶ τοῦτον ὃ προσενέγκῃ.

εἰ μὲν γὰρ ἦν ἐπὶ γῆς, οὐδ' ἂν ἦν ἱερεὺς, ὄντων τῶν ἱερέων τῶν προσφερόντων κατὰ τὸν νόμον τὰ δῶρα,

οἵτινες ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ λατρεύουσι τῶν ἐπουρανίων, καθὼς κεχρημάτισται Μωσῆς μέλλων ἐπιτελεῖν τὴν σκηνή· ὅρα, γάρ φησι, ποιήσεις πάντα κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει.

B νυνὶ δὲ διαφορωτέρας τέτυχε λειτουργίας, ὅσῳ καὶ κρείττονός ἐστι διαθήκης μεσίτης, ἥτις ἐπὶ κρείττοσιν ἐπαγγελίαις νενομοθέτηται.

εἰ γὰρ ἡ πρώτη ἐκείνη ἦν ἄμεμπτος, οὐκ ἂν δευτέρας ἐζητεῖτο τόπος.

CAPVT VIII.

1 CAeterum eorum quæ dicimus *hæc* ſumma *eſt*, Talem *nos* habere Pontificẽ, qui conſedit ad dexteram throni maieſtatis illius cœleſtis,

2 Sanctuarij miniſter, ac ueri illius tabernaculi quod fixit Dominus, & non homo.

3 Omnis enim Pontifex ad offerenda dona & uictimas conſtituitur: unde neceſſe fuit hunc quoque habere quod offerret. *Pontificis officiũ.*

4 Nam ſi eſſet in terra, ne Sacerdos quidẽ eſſet, manentibus illis Sacerdotibus qui ſecundum Legem offerunt dona,

5 Vt qui exemplari & umbræ deſeruiunt rerum cœleſtium, ſicut diuinitus dictũ eſt Moſi, quum eſſet abſoluturus tabernaculum, Enimuero uide, inquit, *ut* facias omnia ad exemplar quod oſtenſum eſt tibi in monte. Exo. 25. d. 40 act 7. f. 44.

6 At nunc *noſter ille Pontifex eo* excellentius ſortitus eſt miniſterium, quo præſtantioris eſt fœderis interceſſor, quod in præſtantioribus promiſsis ſancitum eſt.

7 Nam ſi prius illud tale fuiſſet ut nihil in eo poſſet requiri, haudquaquam fuiſſet ſecundò quæſitus locus.

IN CAPVT VIII.

1 Hec ſumma *eſt* Κεφάλαιον. In hoc dicendi genere uel nunquam, uel certe rarò adijciunt uerbum Græci, ſed ſubaudiunt, ut in σημεῖόν ἐστι, τεκμήριόν ἐστι, & ſimilibus. Κεφάλαιον autẽ poſſumus conuertere uel caput. i. ſcopum & præcipuum illud quo omnia referuntur uel ſummam & compendium, quod mihi aptius uſum eſt. Vtquis autẽ modo accipiamus, eadem erit ſententia. paucis enim repetitur illud ad quod referenda ſunt omnia, ut attẽtius & maiore cum fructu legantur ſequentia. 2 Sanctuarij τῶν ἁγίων. Vulg. & Eraſm. Sanctorum: ambiguè, ſicut & Græca uox ambigua eſt. Sed ex his quæ ſequuntur, ac præſertim 9. c, 11, ſatis apparet nomine Sãctorum deſignari cœlos: ſicut per Tabernaculum intelligitur corpus ipſum Domini. quod cur dicatur à Deo fixum, non ab hominibus, ibi explicabimus. Cæterùm uerſatur adhuc in eodem argumento noſter hic author: ſed nunc per partes explicabit qua ratione dicatur abolitum uetus Sacerdotium, nempe ut figuræ, quum apparet ipſa ueritas, nullus iam eſt uſus: Præparat tamen Hebræorum animos duplici argumento. Vno ex ipſa Sacerdotij natura ſumpto, ut nihil craſſum & terrenũ de Chriſti Sacerdotio cõcipiãt. Altero ex Ieremia petito, qui diſertè diſcrimẽ duorũ fœderũ explicat, & prioris quoq; abrogationẽ, ac proinde etiã Tabernaculi & Sacerdotij ueteris. Sũt. n. iſta inter ſe mutua relatione cõnexa. 3 Omnis. n. &c. πᾶς γάρ, &c. Hoc cõnecto cũ poſteriore ſuperioris uerſiculi parte, in qua mẽtio facta fuit ueri Tabernaculi: quo nomine diximus nõn cœlũ, ſed corpus ipſum declarari, ex 9. c. 11. Affert ergo cauſam cur oportuerit eum hominẽ fieri. nẽpe ut haberet quod offerret. nullus. n. ſine oblatione Sacerdos. Ita hunc locũ explicat Græcus ſcholiaſtes, cui aſſentior. Dona δῶρα. Vide ſupra 5. a. 1. Neceſſe fuit, &c. ἀναγκαῖον ἔχειν, &c. Hoc dici de Chriſto cui applicetur definitio Pontificis à fine ſumpta, liquet tum ex addita particula καί, tum ex eo quòd non τοῦτον ſcriptum eſt, ſed τι τοῦτον. Sed in ſuppleẽdo uerbo poſt ἀναγκαῖον nõ cõuenit inter oẽs interpretes. Nam Vetus interp. & Eraſ. ſupplẽt ἐστὶ præſenti tẽpore: uertũt. n. neceſſe eſt ut hic etiã habeat aliquid quod offerat. Eam uerò interpretationẽ idcirco repudiaui, quòd Chriſti iam peractã eſſe oblationẽ dixerit ſuprà 7. d. 28. quanuis eius efficacitatẽ perẽnem eſſe certum ſit. Verùm de ipſa offerendi actione hic agitur. Itaq; præteriti tẽporis uerbũ ſupplendũ fuit ut nos ſecimus. Non deſũt tñ qui perinde explicẽt hũc locũ acſi ſcriptũ eſſet ἀναγκαῖον αὖ ἦν, neceſſe eſſet, ut ſit hęc ſentẽtia. Quũ omnis Põtifex terrenus offerre debeat, Chriſtũ quoq; oporteret habere quòd offerret ſi terrenus eſſet Põtifex. Atqui nullã habet eiuſmodi hoſtiã. Ergo terrenus nõ eſt, ſed cœleſtis. Sed dura eſt illa eclipſis αὖ ἦν, & hac ratione nõ deberet ſequi μοῦ γάρ. i. etenim, in proxime ſequẽti uerſ. ſed μοῦ οὖν igitur. eſſet. n. cõcluſio ex ſuperiore argumẽto pẽdẽs. Deinde uera eſt & uniuerſalis, ut mihi uidetur, illa definitio Põtificis, à qua etiã Chriſtus nec potuerit, nec debuerit eximi, cuiq; adeo ita ſatiſfecerit, ut & lõgè ſuperiorẽ uictimã obtulerit, & perfectiore etiã genere offerendi ſit ſemel in æternũ defunctus. 4 Nam ſi eſſet εἰ μοῦ γὰρ ἦν. Verſiculũ 2. diximus duo habere membra, nẽpe τὰ ἅγια & τὰν σκηνὰν, quæ nos diſtinximus ex cap. 9. c. 11, ita ſcilicet ut illo nomine cœlum ſignificetur, ut infrà 9. f. 24. iſto uerò ipſum Chriſti corpus. Sicut ergo ad Tabernaculum retuli priorẽ uerſiculũ, ita ad Sanctuariũ. i. ad cœlũ, putarim iſtũ pertinere, cui terra opponatur hoc modo, Dixi noſtrũ unicũ miniſtrũ ſiue Sacerdotẽ eſſe cœleſtẽ. nam ſi in terra eſſet, Sacerdos nõ eſſet, manentibus Leuiticis Sacerdotib. Quinã id uerò? Quia Leuitarũ dona ſecundũ Legem oblata, res cœleſtes adũbrãt, non terreſtres: ut apparet ex oraculo Moſi reddito. Cœleſte igitur Chriſti Sacerdotis Sacrariũ, cœleſte Tabernaculũ, & omnib. modis excellẽtius officiũ eſſe oportet. quod declarat uerſ. 6. Atenim dices, nõnne Chriſtus manente Leuitico Sacerdotio uerſatus eſt nihilominus in terris uerus Sacerdos? Fateor ſanè, ſed nondum peracta oblatione qua conſecratus oportuit eum in cœlũ introire, ut illic perpetui Pontificis partibus fungatur pro nobis. Exhibita autem ueritate quorſum umbræ? Sic igitur hunc locum explico, quod tamen ſine cuiuſquam præiudicio dictum uelim.

Manentibus illis Sacerdotibus ὄντων τῶν ἱερέων. Vulgata, quum eſſent. Nam uel non legit τῶν ἱερέων, uel neglexit. Eraſm. ubi ſunt Sacerdotes. quæ interpretatio nec mihi uidetur Græcis reſpondere, nec ſententiam Apoſtoli exprimere. Nam ὄντων hoc in loco declarat urgere, & quaſi ſuum (ut ita dicam) eſſe conſeruare.

7 Nam *si ἀγχ.* Præparat Hebræorum animos proposito Hieremiæ uaticinio, ut dixi uersu secundo. Vocat autem fœdus ἁμάρτημα, non in quo nihil sceleris esset, sed in quo nihil meritò posset requiri. A

Ierem.31.f.31. 32.33.34 rom.11.d.27 infrà 10.c.16

Nam incusans eos, inquit, Ecce dies uenient, dicit Dominus, quum pangam cum domo Israel & cũ domo Iuda fœdus nouũ.

8 μεμφόμενος γὰρ αὐτοῖς λέγει· ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει κύριος, καὶ συντελέσω τῷ οἴκῳ ἰσραὴλ, καὶ τῷ οἴκῳ ἰούδα διαθήκην καινήν,

Non secũdum fœdus quod feci cum Patribus ipsorum, quo die prehendi manum ipsorum ut educerem eos ex Aegypto: nam ipsi non perstiterunt in illo meo fœdere, & ego despexi eos, dicit Dominus.

9 οὐ κατὰ τὴν διαθήκην ἣν ἐποιησάμην τοῖς πατράσιν αὐτῶν ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς αἰγύπτου, ὅτι αὐτοὶ οὐκ ἐνέμειναν ἐν τῇ διαθήκῃ μου, κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν, λέγει κύριος.

Nam hoc est fœdus quod paciscar domui Israel post dies illos, dicit Dominus: inditas Leges meas in mentẽ eorum & in cor eorum inscribam: & ero ipsis Deus, & ipsi erunt mihi populus.

10 ὅτι αὕτη ἡ διαθήκη ἣν διαθήσομαι τῷ οἴκῳ ἰσραὴλ μετὰ τὰς ἡμέρας ἐκείνας, λέγει κύριος, διδοὺς νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ καρδίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς· καὶ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς θεόν, καὶ αὐτοί ἐσονταί μοι εἰς λαόν.

Neq; docebũt singuli proximum suum, & singuli fratrem suum, dicẽtes, Cognosce Dominum: nam omnes cognoscent me, ab eo qui pusillus fuerit inter eos, usq; ad eum qui magnus est inter eos.

11 καὶ οὐ μὴ διδάξωσιν ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, λέγων, γνῶθι τὸν κύριον· ὅτι πάντες εἰδήσουσί με, ἀπὸ μικροῦ αὐτῶν ἕως μεγάλου αὐτῶν,

Ero enim propitius iniquitatibus eorũ, & peccatis eorum, & iniquitatum ipsorum non recordabor amplius. B

12 ὅτι ἵλεως ἔσομαι ταῖς ἀδικίαις αὐτῶν, καὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν οὐ μὴ μνησθῶ ἔτι.

Dum nouum dicit, antiquauit prius: porrò quod antiquatur ac senescit, prope est ut euanescat.

13 ἐν τῷ λέγειν καινὴν, πεπαλαίωκε τὴν πρώτην· τὸ δὲ παλαιούμενον καὶ γηράσκον, ἐγγὺς ἀφανισμοῦ.

CAP. IX.

ΚΕΦΑΛ. θ.

Tabernacula duo. Exod.26.a.1 & 36.a.1

IGitur habebat quidem etiam prius *fœdus* constitutos religionis ritus, & sanctuariũ mundanum.

Ε ἶχε μὲν οὖν καὶ ἡ πρώτη σκηνὴ δικαιώματα τῆς λατρείας, τό, τε ἅγιον κοσμικόν.

Tabernaculum enim constructum fuit, prius *quidem* in quo *erant* lucernæ, & mensa, & propositi panes, quod Sancta uocant.

2 σκηνὴ γὰρ κατεσκευάσθη ἡ πρώτη, ἐν ᾗ ἥ τε λυχνία καὶ ἡ τράπεζα, καὶ ἡ πρόθεσις τῶν ἄρτων, ἥτις λέγεται ἁγία.

8 Pangam *συντελέσω* Hebr. וכרתי, id est percutiam. Nam Græca et am editio qua nunc utimur, habet *διαθήσομαι*. Qui conuerti *συντελέσω*, id est consummabo, huc respexit opinor, quòd fœdera tum demũ rata habẽtur, quum solemni pactione sancta sunt. Cum domo Israel. *ἐπὶ τὸν οἶκον Ισραὴλ*. Hebr. את בית ישראל, id est cum domo Israel. Si *ἐπὶ* libuerit seruare, conuertemus erga domum. Vocat autem domum, totius regni quasi unam familiam. Erat uerò tum (ut omnes norunt) in duas factiones scissum Dauidis regnum, quas significat Propheta nouum fœderis auspicijs rursus coniunctum iri. C

9 Et ego despexi eos, *ἐγὼ ἠμέλησα αὐτῶν*. Hebr. ואנכי בעלתי בם, id est quum ego uobis essem Dominus. Sequimur est ergo Græcorum editionem, multò sanè religiosius quàm uel Euangelistæ uel Paulus: ut hinc quoque probabilis sit coniectura, uersam non fuisse ex Hebræo. Cæterùm in re ipsa nihil est discriminis, neque enim hic uertitur cardo controuersiæ.

INCAPVT IX.

1 Prius *fœdus* πρώτη. Erasmus, prius tabernaculum, ἡ πρώτη σκηνή. & fateor Græca exemplaria iampridem ità habere: sed apparet ex Photio (omnium Græcorum interpretum, quos ego quidẽ uiderim, acutissimo, cuius uerba in Græcis scholijs citantur) irrepsisse Tabernaculi nomen, idq; perperam: quum ex argumenti serie, & ultimo superioris capitis uersiculo, facile appareat subaudiendum esse διαθήκης nomen. Itaq; non dubitauimus *σκηνὴ* expũgere, Photij & ueteris editionis, atq; adeò doctissimi interpretis authoritatem, aut ueritatem potius ipsam sequuti.

Constitutos religionis ritus, *δικαιώματα λατρείας*. Vel, ritualem cultum. nam coniunctim hæc legenda sunt ex omnium ueterum librorum fide. Quid autem *δικαιωμάτων* appellatione soleat intelligi, diximus Luc.1.a.6. Vulg. iustificationes culturæ. quod nemo intelligat. Erat. iustificationes cultus. Et sanctuarium mundanũ. *τόπος ἅγιον κοσμικόν*. Hebraicè מקדש quod *ἅγιασμὸν* id est mundanum uocat, terrenum scilicet & caducum, ut cœleste & æternum opponat. Quidam de atrio populi accipiunt, quorum opinionem his de causis non amplector. Primùm, quia nusquam sic uocatur. & certe *κοσμικὸν* pro eo quòd populo pareat, coacte explicatur. Deinde sequens particula causalis ostendit distributorum quiddam in suas partes proximouerí. Postremò nusquam fit mentio in hac collatione, nisi duarum partium Tabernaculi, nempe prioris & posterioris: quum tamen ex illa distributione tres partes numerari oporteant. Neq; enim huic nostro proposito est integram Tabernaculi descriptionem persequi, sed ea duntaxat quæ ad Sacerdotalem functionem pertinebant, adque quatenus Christus per eam adumbrabatur.

2 Tabernaculum. n. constructum fuit. *σκηνὴ γὰρ κατεσκευάσθη*. Obseruandum est in primis, hanc descriptionem non ad templum, sed ad tabernaculum accommodari: quia nimirum noster hic scriptor, ea propriè quæ Moses secundum exemplar ipsi in monte propositum fabricauit, cum rebus ipsis cœlestibus comparat. Hinc fit ut duorum uelorum faciat mentionem, quæ describũtur Exod. 26.g.33. & 36. quum in templo unicum tantùm esset, cuius fit etiam apud Euangelistas mentio. Item unius tantùm mẽsæ, quum decem in templo essent positæ. ex quo illud quoq; intelligitur, nomine *τῶν λυχνιῶν* unicum duntaxat illud candelabrum significari quod multas habebat lucernas: quum in Templo decem candelabra essent collocata. Nam quòd Mannam & uirgam Aaron uidetur arca includere

cum

A μετὰ δὲ τὸ δεύτερον καταπέτασμα σκηνὴ ἡ λεγομένη ἁγία ἁγίων,

χρυσοῦν ἔχουσα θυμιατήριον, καὶ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης περικεκαλυμμένην πάντοθεν χρυσίῳ, ἐν ᾗ στάμνος χρυσοῦν ἔχουσα τὸ μάννα, καὶ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν ἡ βλαστήσασα, καὶ αἱ πλάκες τῆς διαθήκης.

ὑπεράνω δὲ αὐτῆς χερουβὶμ δόξης κατασκιάζοντα τὸ ἱλαστήριον· περὶ ὧν οὐκ ἔστι νῦν λέγειν κατὰ μέρος.

Τούτων δὲ οὕτω κατεσκευασμένων, εἰς μὲν τὴν πρώτην σκηνὴν διαπαντὸς εἰσίασιν οἱ ἱερεῖς τὰς λατρείας ἐπιτελοῦντες,

B εἰς δὲ τὴν δευτέραν ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ μόνος ὁ ἀρχιερεύς, οὐχωρὶς αἵματος, ὃ προσφέρει ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων·

τοῦτο δηλοῦντος τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, μήπω πεφανερῶσθαι τὴν τῶν ἁγίων ὁδὸν, ἔτι τῆς πρώτης σκηνῆς ἐχούσης στάσιν,

B ἥτις παραβολὴ εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα, καθ' ὃν δῶρά τε καὶ θυσίαι προσφέρονται μὴ δυάμεναι κατὰ συνείδησιν τελειῶσαι τὸν λατρεύοντα,

μόνον ἐπὶ βρώμασι, καὶ πόμασι, καὶ διαφόροις βαπτισμοῖς, καὶ δικαιώμασι σαρκὸς, μέχρι καιροῦ διορθώσεως ἐπικείμενα.

3 Post medium autem uelum *erat* Tabernaculum quod uocant Sancta sanctorum.

4 Aureum habens thuribulum, & arcam fœderis undique circũtectam auro: in qua, urna aurea habens Manna, & uirga Aaron quæ germinauit, & tabulæ fœderis. Num. 17. c.10 1.Reg.8.a.9 2.paral. 5.c.10

Supra hãc autem Cherubim gloriosi obumbrantes Propitiatorium: de quibus non est nunc dicendum singulatim. Exod.25. b.12

9 His autem ita ordinatis, in priusquidem Tabernaculum quouis *tempore* ingrediuntur Sacerdotes qui ritus obeunt.

7 In secundum autem, semel quotannis solus Pontifex, nõ sine sanguine quem offert pro seipso & *pro* erratis:

8 Hoc declarante Spiritu sancto, nondum patefactam esse uiam ad Sacrarium, priore Tabernaculo adhuc consistente.

9 Quod *erat* exemplar pro tẽpore præsenti, quo dona sacrificiáque offeruntur, quæ non possunt conscientia sanctificare cultorem,

10 In cibis duntaxat & potionibus, & diuersis ablutionibus ac ritibus carnalibus, usq; ad tempus correctionis impositæ:

cum tabulis lapideis, commodè interpretandum est. Neque enim Manna & uirga intra arcam ipsam erant, sed proxime arcam, ipsiq; adeò commoda aliqua ratione adiunctæ, quum non legatur Dñs iussisse ut in arca includerẽtur, sed ut corã se. i. cora Arca fœderis, collocarentur, Exod. 16. g. 34. Num. 17. b. 10, & 1. Reg. 8. a. 9. Quod sancta uocant. ἥτις λέγεται ἁγία Prouocabulum ἥτις ad σκηνὴν pertinet, non autem ad proximè præcedentia. & ἁγία. scribẽdum est numero plurali, emphaseos causã, ex Hebræorum more, non autem ἁγία, ut quidam codices habent deprauatè. Itaque non rectè Vetus interp. conuertit, quæ dicitur Sancta. 3 Medium μετὰ δὲ τὸ δεύτερον Ad uerbum secundũ. Vertimus autem medium, uitandæ ambiguitatis causa. Velum secundum nominat Apostolus, non quòd duo fuerint uela: sed quia posterius erat Sancto uel priore Tabernaculo. Sancta sanctorum Ἁγιαἁγίων. Hebr. קודש הקדשים pro, sacrario sacratissimo, ut frustrà hic sese torserit Augustinus. Sciendum est tamen infrà non obseruari hoc discri-

C men, sed simplici appellatione τῶν ἁγίων, i. Sanctorum, significari hoc adytum: prius autem generali nomine Tabernaculum dici, ut uers. 11. 12. 21. 24. 25. Thuribulum θυμιατήριον. Quidã conuertunt aram suffitus. Atqui illam constat fuisse in atrio Sacerdotum, proxime uelum, eregione arcæ fœderis. alioquin quomodo adoleuissent singulis diebus suffitum, si semel duntaxat quotannis fas erat in Sancta sanctorum ingredi, idq; soli Pontifici maximo?

5 Propitiatorium τὸ ἱλαστήριον Hebr. כפורת. Sic enim uocant Hebræi Arcæ fœderis operculum, quod Græci habita ratione uerbi כיפר à quo deducitur, ἱλαστήριον conuerterunt.

7 Pro seipso ὑπὲρ ἑαυτοῦ Hoc annuum & solenne sacrificiũ tum pro sui tũ pro populi recõciliatione obibat Pontifex maximus die decima septimi mensis, ut scribitur copiosè Leuit. 16. Notandũ est aũt diligenter quòd disertè dicitur Pontifex pro seipso orare. Erratis τῶν ἀγνοημάτων. Heb. שגיאות quo uocabulo omne genus peccati significant. Nam etiãsi quis uoluntarie peccet, inest tamen aliqua error conscientiæ quam Satanas fascinauit. Vulg. & Er. ignorantijs, obscurè, & nimium etiam anguste. 8 Hoc declarante τοῦτο δηλοῦντος Bene colligit. nam si sacrificia quæ in Tabernaculo Sacerdotum quotidie fiebant, ha buissent uim recõciliãdi, quorsum oportuisset semel in anno solum Pontificem maximum, manente foris toto populo, in Sanctũ sanctorũ ingredi, & solẽni sanguinis aspersione sese ac totum populũ expiare? Sic igitur adũbrabat Spiritus S. nondũ aperta esse uiam in Sacrariũ, ũdiu priore Tabernaculo, in quo scilicet sacrificia peragebantur. i. prioris Tabernaculi sacrificijs nondũ patefieri nobis cœlum, quod per sacratium illud intimũ repræsentabatur. Nam Sancta dicit quæ paulò ante Sancta sanctorũ uocarat. quo modo etiam Moses ipse loquitur, Leuit. 16. a. 2 9 Quod *erat* exemplar ἥτις παραβολή. Vulg. quæ parabola est: quod nemo facilè intelligat. Eras. Quæ erat similitudo: ne sic quidẽ satis rectè. Nam ἥτις referendũ est ad σκηνὴν. i. ad tabernaculũ. Deinde παραβολὴν hoc loco nihil aliud quam typum & exemplar declarat, i. משל. Pro tempore præsenti εἰς τὸν παρόν τὸν ἐνεστηκότα. ἐνεστῶτα, ut mihi quidẽ uideatur Eras. rectè cõuertisse. Præsens uerò tẽpus accipe, ipsius Tabernaculi respectu, acsi diceret, pro eo tempore quo uigere illud exemplar oportuit. Vulg. temporis instantis.

Quo κατ' ὃν. i, ἐν ᾧ. In quibusdã tñ exẽplarib. & Græcis etiã scholijs legitur, κατ' ὧν, ita ut suppleri possit σκηνῶν tabernaculũ, uel παραβολὴν, exẽplar, ut conuertas, in quo Tabernaculo, uel secundum quod exemplar. Quòd si alteram ex his duabus interpretationibus sequamur, tum licebit cõuertere, εἰς τὸν ἐνεστῶτα καιρὸν τὸν ἐνεστῶτα, ad instans usq; tempus, quo scilicet futurum erat ut ipsa ueritas apparens, tolleret illud exemplar. Offeruntur προσφέρονται. Videbatur potius dicendum, προσεφέροντο offerebantur. quo modo etiam Græcus scholiastes interpretatur. sed appareret usurpatum fuisse tempus præsens, quòd de re ipsa loquatur, nulla habita circunstantiæ temporis ratione.

Sanctificare τελειῶσαι. i. ἁγιάσαι. Nam τελειοῦν supra annotauimus, 2. b. 10, de rebus sacris dici: ut plane nihil aliud sit quam purum, sanctum, talẽ demiq; reddere ut nihil impediat quominus approbemur à Deo. Etsi autem qui talis est, idem etiam est suo quodam modo perfectus: ut si rem ipsam spectes, τελειοῦν possis Perficere meritò interpretari, uel Perfectũ reddere: tñ abhorrui ab hac interpretatione propter ambiguitatem. Videri enim posset, Legi hactenus umperficiendi detrahi, ut inchoare quidem possit, absoluere uerò non item. Inde consequeretur Christum pro supplemento duntaxat accessisse, sicut etiam hodie sophistæ tradunt, quum nihil æquè repugnare possit argumento quod hic tractatur.

10 Ritibus carnalibus δικαιώμασι σαρκὸς. Vulg. iustitijs carnis. Eras. iustificationibus carnis uterq; nimis obscurè. Quidam conuerterunt, institutis humanis: non modo falsa & inepta, sed etiam periculosa interpretatione. Dixi mus autem aliquoties δικαιώματα dici quæ à Latinis ritus, externæ scilicet quædam cæremoniæ, dicuntur. Additur carnis epitheton Sacris scriptoribus peculiare, quod repudiare minime uoluimus. Id autem ut intelligatur, sciendum est in primis, hic non agi de hominum traditionibus, sed de cæremonijs à Deo institutis ut rerum spiritualium tesseræ essent ac symbola, quæ generali uocabulo dicta sunt à Latinis Theologis Sacramenta. Sed ea duplici ratione con siderantur, interdum scilicet cum rebus illis coniuncta, quibus efficaciter repræsentandis instituta sunt à Domino: quo respectu maxima quæq; passim illis tribuuntur. Interdum uerò per se ac seorsim à rebus ipsis considerata, ueluti in tota hac disputatione, in qua scilicet non coniungitur, sed comparatur cum illis Christus. quo respectu carnalia di cuntur. i. in rebus crassis & terrenis posita, quæque ad animam usque non perueniant. A

Imposita ἐπικείμενα. Recte fuerunt. n. oneris instar, quo nos Christus liberauit. Cæterùm hic uariat lectio. legit enim Vetus interp. ἐπικειμένοις, impositis: ut cohæreat cum διαφέρουσι. Habent tamẽ codices oẽs ἐπικείμενα: sed quod parùm uideatur cohærere. Pendent enim hæc à præcedenti uersiculo, ubi διωρθωμένα scriptum est, non διωρθωμένα. Itaq; in uno uetusto codice pro δικαιώμασι scriptum inuenimus δικαιώματα, ut sit constructio, διάφερε δὲ διὰ θυσίαν προσφερομένας μὴ διωρθωμένα, &c. διὰ δικαιώματα ἐπικείμενα, &c. Ego malim in priore uersic. legere διορθωμένα, uel in isto ἐπιδιδόμενα. Sed hæc, quod ad sententiam ipsam attinet, nullius sunt momenti.

At Christus accedens Pontifex futurorum bonorum, per maius & perfectius Tabernaculum non manufactum, hoc est non huius structuræ:

11 χριστὸς δὲ παραγενόμενος ἀρχιερεὺς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, διὰ τῆς μείζονος καὶ τελειοτέρας σκηνῆς, οὐ χειροποιήτου, τοῦτ' ἔστιν, οὐ ταύτης τῆς κτίσεως,

Neque per sanguinem hircorum & uitulorum: sed per proprium sanguinem ingressus est semel in Sacrarium, æternam redemptionem nactus.

12 οὐδὲ δι' αἵματος τράγων καὶ μόσχων, διὰ δὲ τοῦ ἰδίου αἵματος εἰσῆλθεν ἐφάπαξ εἰς τὰ ἅγια, αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος. B

Leuit. 16. c. 14 num. 19. a. 4

Nam si sanguis taurorum & hircorum, & cinis iuuencæ aspergens inquinatos, sanctificat ad carnis puritatem:

13 εἰ γὰρ τὸ αἷμα ταύρων καὶ τράγων, καὶ σποδὸς δαμάλεως ῥαντιζομένη τοὺς κεκοινωμένους, ἁγιάζει πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα.

11 At Christus χριστὸς δὲ. Hactenus structura tabernaculi, cum breui præparatione. nunc collationem aggredi tur Christi cũ Leuitico Pontifice, cum tabernaculo priore, cũ ipsis deniq; sacrificijs ac uictimis: (hæc enim omnia illa adũbrarunt) & Sanctorũ. i. posterioris Tabernaculi, cum cœlo, in quo noster nunc est Pontifex æternus. Per maius διὰ τῆς μείζονος. i. præstantius & excellentius. quod & statim explicat, quũ addit καὶ τελειοτέρας & perfectius. Cæterũ quum hic manifestè distinguat Tabernaculũ a Sacrario, ut qui dicat Christũ per Tabernaculũ ingressum esse in Sacrariũ: Sacrariũ aũt manifestè interpretetur cœlũ, infrà uers. 24. non potest cõsistere eorũ interpretatio qui taberna culi perfectioris & non manufacti nomine cœlos intelligunt: quia perabsurdè diceretur Per cœlũ ingressus est in cœlum. quod & ipsum suprà annotauimus, 8. a. 2. Itaq; prorsus assentior doctissimo interpreti, qui Tabernaculi appella tione intelligit humanam Christi æterni Dei naturã: eadem prorsus ratione qua cõparat etiam uelo, infrà 10. d. 20. Sicut enim oportuit Pontificẽ Leuiticũ ingredi in Tabernaculũ prius, quod Sacerdotũ dicebat, & ibi in altari fusilibus destinato quotannis solennẽ uictimã mactare: ac ita demum in Sacrarium, ubi erat ipsius maiestatis Dei symbolũ, introire: ita Filium illũ Dei æternũ oportuit (ut ueri Pontificis partibus fungeret) in humanã naturã ingredi, in qua non ut hospes, sed ut ciuis: nec uirtute sola, sed corporaliter habitans, postquã seipsum sanctificasset, sacrificium illud perageret, ac tandem cœlos ingrederetur. Itaque per corpus suum Christus sanctificatus & passus, in cœlũ iter fecit, & per illud ipsum nunc in cœlo pro nobis intercedit. unde etiam ipse sese templum uocat Iohan. 2. c. 19. & 21. in quo scilicet tota Diuinitatis plenitudo corporaliter habitauit, Colos. 2. b. 9, ut nihil hic habeat Nestorius quod oggannitat. Videtur aũt interpretes pleroſq; fefellisse q̃ non considerarint unũ Christũ multis exẽplaribꝰ. respõdere, nempe & ipsi Pontifici, ut qui seipsum obtulerit: & Tabernaculo, per quod iter fecerit ad sacrificium, & à sacrificio in cœlũ: & uictimis quoq; ut mox subijcitur. Deinde quòd hęc eadẽ de cœlo dicantur infrà uers. 24. Sed hæc ratio nihil efficit. Nam oportuit, ut Tabernaculo, sic etiã Sacrario aliquid non manu factum opponi, ut cœlestis ueritas terrenis exemplaribus per omnia respõderet. Verũ, dicet aliquis, Quomodo dicitur Christi corpus nec manu factũ nec huius structuræ? Nempe ut opponat structuræ Tabernaculi quòd ex rebus mortuis, puta auro, ære, argento, ligno, pellibus, & cæteris id genus, non fabrica naturali sed artificiosa structum erat. Deinde ut suprà dixit 8. a. 2, optimus fuit interpres, quia nõ homo quispiam sed Deus unum illud tabernaculum fiaxit. i. Christi humanitatem cõdidit, aptauit, sanctificauit, ut nobis esset uiuifica. Fuit. n. uiuũ quidẽ corpus, sed ut unius Spiritus sancti conceptũ: anima quidẽ uera, sed singulare & excellentissimũ unius Dei opificiũ. Deus ipse deniq; à seipso caro factus est. An nõ mirum hic tabernaculum habemus? 12 Per sanguinem δι' αἵματος. Nunc comparatur Christus cũ Pontifice & cũ uictimis. Fuit n. idem etiam uictima qui & Tabernaculũ & Pontifex. Peculiariter aũt fit sanguinis mẽtio, qui Deo sci licet peculiariter fundebat, ut eo uesci non liceret: & cuius etiam in hoc solẽni sacrificio peculiaris erat usus, ut mox explicat. Hircorũ & uitulorũ τράγων καὶ μόσχων. Recte omnino. Adhibebat. n. in hoc recõciliationis anniuersario sacrificio duplex uictima, iuuencus & hircus, ut Leuit 16. cap. copiosẽ explicatur: quia tũ pro se, tũ pro populo sacrificabat Pontifex. Vtiturq; plurali numero quia anniuersariũ sacrificiũ erat. Sunt igitur hæc collationis capita. Pontifex Leuiticus alienũ, eumq; pecuniũ sanguine offerebat: Christus uerus & æternus Pontifex suũ sanctissimũ & purissimum obtulit. Ille quotannis offerebat, ac proinde nõ sanctificabat, sed uerã sanctificationẽ dũtaxat repræsentabat: Christus semel una oblatione oẽs credẽtes in æternũ cõsecrauit. Deinceps uerò copiosius omnia per partes explicat.

Nactus εὑράμενος. i. meritò suo adeptus, nobis scilicet, non sibi. Qui. n. redemptione indigeret qui peccatum non habebat, sed oẽm iustitiam? Itaq; non pro se, sed pro nobis seipsum obtulit. Vulg. inuenta. Eras. reperta. neutrũ mihi placuit: puto. n. εὑρέσησθαι propria significatione hic accipi, de qua diximus Rom. 4. a. 1. 13 Et cinis iuuẽcæ καὶ σποδὸς δαμάλεως. Designat alteram cæremoniã quæ & ipsa peculiariter adũbrabat æternũ Christi sacrificiũ, de qua uide Num. 19. Conser etiã lector, si libuerit, horrendã blasphemiã qua nititur aquę illius lustralis cæremonia apud illos usurpatæ qui soli uolunt Christiani uideri. De consecrat. distinct. 3. c. aquam. & manifestè cernes quo euaserit Antichristi impudentia. Ad carnis, &c. πρὸς τὴν, &c. Symbola (ut antè dixi) à re separata seorsim considerat, & ab ijs ita argumentatur, Si sanguis pecuinus & iuuencæ cinis, hanc uim habuerunt, ut qui eis esset forinsecus asper sus, purus censeretur, (hæc enim uis est symbolorum, ut quod intus sit, foris repræsentent) res ipsa non præstiterit quod illa foris adumbrarunt? quod, si re ipsa præstitum est, quorsum nunc id signum quod rei futuræ expectationem tantisper sustinebat dum præsens aduenire?

14 Per

A πόσῳ μᾶλλον τὸ αἷμα τοῦ χριστοῦ, ὃς διὰ πνεύματος αἰωνίου ἑαυτὸν προσήνεγκεν ἄμωμον τῷ θεῷ, καθαριεῖ τὴν συνείδησιν ὑμῶν ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, εἰς τὸ λατρεύειν θεῷ ζῶντι;

14 Quãtomagis sanguis Christi qui per Spiritum æternum seipsum obtulit inculpatum Deo, purgabit conscientiam uestram à mortuis operibus, ad seruiendum Deo uiuo? 1.Pet.2.e.14 1.Iohan.1.c.7 apoc.1.b.6 Luc 1.g.75 Luc.5,g.74

καὶ διὰ τοῦτο διαθήκης καινῆς μεσίτης ἐστίν, ὅπως θανάτου γενομένου, εἰς ἀπολύτρωσιν τῶν ἐπὶ τῇ πρώτῃ διαθήκῃ παραβάσεων, τὴν ἐπαγγελίαν λάβωσιν οἱ κεκλημένοι τῆς αἰωνίου κληρονομίας.

15 Itaque ob id noui fœderis mediator est, ut morte intercedente, ad redemptionem earum præuaricationum quæ fuerant sub priori Testaméto, ij qui uocati sunt promissionem accipiant æternæ hæreditatis. Rom.5.a.6 1.petr.3.c.18

ὅπου γὰρ διαθήκη, θάνατον ἀνάγκη φέρεσθαι τοῦ διαθεμένου.

16 Nam ubi testamentum est, mors intercedat necesse est testatoris. *Testamentum.*

διαθήκη γὰρ ἐπὶ νεκροῖς βεβαία, ἐπεὶ μή ποτε ἰσχύει ὅτε ζῇ ὁ διαθέμενος.

17 Testamétum enim in mortuis ratum est: quandoquidem nondumualet quum uiuit testator: Galat.3.c.15

ὅθεν οὐδὲ ἡ πρώτη χωρὶς αἵματος ἐγκεκαίνισται.

18 Vnde ne prius quidem illud absque sanguine dedicatum fuit.

λαληθείσης γὰρ πάσης ἐντολῆς κατὰ νόμον B ὑπὸ μωϋσέως παντὶ τῷ λαῷ, λαβὼν τὸ αἷμα τῶν μόσχων καὶ τράγων μετὰ ὕδατος καὶ ἐρίου κοκκίνου καὶ ὑσσώπου, αὐτό τε τὸ βιβλίον καὶ πάντα τὸν λαὸν ἐράντισε,

19 Quum enim Moses omne præceptũ iuxta Legẽ expositisset omni populo, sumpto sanguine uitulorum & hircorũ, cum aqua & lana coecina & hyssopo, simul & ipsum librum & totum populum aspersit,

λέγων· τοῦτο τὸ αἷμα τῆς διαθήκης, ἧς ἐνετείλατο πρὸς ὑμᾶς ὁ θεός.

20 Dicens, Hic est sanguis Testaméti quod mandauit uobis Deus.

14 Per Spiritum æternum *διὰ πνεύματος αἰωνίου.* Opponit pecudum sanguini, sanguinem eius qui non homo duntaxat quales cæteri, sed Deus etiam fuerit. Nam Spiritus æterni appellatione, Diuinitatis cum humanitate cõiunctæ efficacitatem infinitam intelligo, quæ totum hoc sacrificium gubernauit, ut sanguinem istum, quia sanguis erat eius hominis qui etiam Deus erat, uiuifica planè illa uirtute præditum esse oporteat, quæ nos una condidit, ac proinde unà possit instaurare. Huc respexit Dominus, Iohan.6.g.63, quum diceret carnem suam nihil prodesse, Spiritum eum esse qui uiuificet. Et Paulus, Act.20.f.28, quum Deum dicit sibi acquisisse Ecclesiam sanguine suo.

A mort. operib. *ἀπὸ νεκρῶν ἔργων.* I. à peccatis, quæ & à morte proficiscuntur, & nihil aliud quàm morte generãt. Sed in primis obseruandũ est quid sit *διαθεσπίσαι*, ut intelligatur uis argumẽti quod explicatur infrà 10.a.1. & 2. Duæ sunt enim purificationis partes, eæq; seorsim considerandæ. Vna, qua delentur priora peccata: altera, qua radix ipsa C peccati amputatur cum fructibus. Itaq; quod ad priorem attinet, primum quidem illam uindicauit Christo, collata ipsius sanguinis dignitate cum taurorum ac uitulorum sanguine, qui usque ad animã penetrare non possit. Nunc uerò, id est in proximo uesticulo & deinceps, nequis exciperet, Quid igitur sit illis factum qui sub priore fœdere uixerunt? ostendet Christum etiam pro illis sanguinem fudisse, ut qui per ueteres ritus fuerit adumbratus: alioquin nisi ad illius futurum aduentum repræsentandum prorsus inutiles. De altera uerò parte differet proximo capite.

15 Itaque ob id, &c. *διὰ τοῦτο*, &c. Rectè colligit ex præcedentibus ea quæ explanaturus est. Nam si pecuinus sanguis in Vetere fœdere non expiabat: uel nouum fœdus & nouus sanguis requirebatur, cuius uis ad illos usq; pertineret: uel superest ut illi seruati non fuerint, quam partem posteriorem, ut nimis absurdam præterit. Hinc consequitur, unum fœdus semper fuisse quod ad rem ipsam. 1. quod ad expiationem attinet, quæ suo demum tempore fuerit peracta: sed ipsius uenturi umbram aliquam ad tempus extitisse. Vetus igitur fœdus plenum non fuit, sed futuri fœderis promissio, & adumbratio per quod æterna contingit hæreditas.

16 Nam ubi testamentum est *ὅπου γὰρ διαθήκη.* Manifestè ostendit h.c locus (ut meritò indicauit doctissimus interpres) hanc epistolam Hebraicè scriptam non esse. Siquidem apud Hebræos בְּרִית nihil aliud significat quàm pactum inter uiuos initum: pro quo tamen fœdus dicere propter factam reconciliationem malumus, quod & ipsum species est pacti inter uiuos initi. Itaq; non potuit noster hic author quisquis tandem fuit, idem nomen Hebraicum & fœderi & testamento applicare, quod illi facere in Græco idiomate licuit, quia scilicet unum *διαθήκης* nomen apud Græcos & pro fœdere & pro Testamento accipitur. Græce igitur scriptam fuisse hanc epistolam apparet: neque id mirum cuiquam uideri debet, quum Græcam linguam eo tempore in toto Oriente multis familiarem fuisse constet. Sed ad rem. Quæritur quomodo conueniat quod de testamento commemoratur hoc in loco: quum passim fiat non testamenti, sed fœderis mentio. Respondeo, nouum quæstum esse argumentum partim à fœderis huius natura, quod commune quiddam habet cum testamento, & a reliquis fœderum speciebus alienum: partim à duplici significatione *τῆς διαθήκης*, quæquidem duplici illi fœderis respectui optimè quadrat. Nam quum in cæteris fœderib. nihil minus requiratur quàm mors eorum qui fœdus ineunt: hic contrà quia persoluenda fuit pœna, quæ non aliaratione quàm morte lui poterat: ex ijs autem de quibus reconciliandis agebatur, unus quidem 1. Deus, mortis pœnã meritò ab alio requirebat, alioqui nunquam reconciliandus: alter uerò, id est homo, pœnam eam luere non poterat, quin à pœna ipsa maneret absorptus, ita ut tam ne superesset quidem quicum Deus pacisceretur: Filius Dei sesè interposuit qui uerus homo factus, pœna in se recepta, homines Patri reconciliaret. Habet ergo in manu Christus id de quo pacisci cum hominibus constituit Deus, æternam scilicet hæreditatem. Quoniam autem is nonnisi moriendo nobis ius illud acquirit, idcirco quod ad Christum ipsum attinet, pactum illud inter Deum & homines initum, speciem quandam testamenti refert, quasi ipse moriens, æterni regni nos fecerit hæredes. Aptè igitur conuenit hæc similitudo. Sed quorsum illa quæsita est? Nempe ut hoc argumentum necteretur. Testamenta nonnisi morte testatoris sanciuntur. Testator est Christus. Christi igitur, non hircorum aut uitulorum sanguine sanctum est testamentum. Et ea quidem causa est cur in uetere fœdere omnia purificarẽtur sanguine, nempe ut significaretur omnia testatoris illius mortem futuram respicere.

Insuper autem & Tabernaculum, & omnia uasa sacrorum, sanguine similiter aspergebat.

καὶ τὴν σκηνὴν δὲ καὶ πάντα τὰ σκεύη τῆς λειτουργίας ὡσαύτως αἵματι ὁμοίως ἐρραύτισε. A

Et omnia ferè secundum Legem sanguine purificantur: & absque sanguinis effusione non fit remissio.

καὶ σχεδὸν ἐν αἵματι πάντα καθαρίζεται κατὰ τὸν νόμον, καὶ χωρὶς αἱματεκχυσίας οὐ γίνεται ἄφεσις.

Itaque necesse fuit exemplaria quidem eorum quæ sunt in cœlis, hisce rebus purificari, ipsa uerò cœlestia potioribus quàm hęc sunt uictimis:

ἀνάγκη οὖν τὰ μὲν ὑποδείγματα τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς τούτοις καθαρίζεσθαι· αὐτὰ δὲ τὰ ἐπουράνια κρείττοσι θυσίαις παρὰ ταύτας.

Non enim in manufactum Sacrarium ingressus est Christus, quod sit exemplar uero *sacrario* respondens: sed in ipsum cœlum, ut appareat nunc in conspectu Dei pro nobis.

οὐ γὰρ εἰς χειροποίητα ἅγια εἰσῆλθεν ὁ χριστός, ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανόν, νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν·

Neque ut sæpe offerat semetipsum, sicut Pontifex ingreditur in sacrarium quotannis cum sanguine alieno:

οὐδ' ἵνα πολλάκις προσφέρῃ ἑαυτόν, ὥσπερ ὁ ἀρχιερεὺς εἰσέρχεται εἰς τὰ ἅγια κατ' ἐνιαυτὸν ἐν αἵματι ἀλλοτρίῳ· B

(Alioquin oportuisset eum sæpe passum fuisse à condito mundo:) sed nunc semel in consummatione seculorum, ad abolẽdum peccatum, per immolationem suiipsius patefactus est.

ἐπεὶ ἔδει αὐτὸν πολλάκις παθεῖν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. νυνὶ δὲ ἅπαξ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων, εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας, διὰ τῆς θυσίας αὐτοῦ πεφανέρωται.

Moriendũ semel Et sicut illud manet homines ut semel moriantur, postea uerò iudicium *superest*:

καθ' ὅσον ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν, μετὰ δὲ τοῦτο κρίσις,

Ita & Christus semel oblatus ut multorũ peccata tolleret, altera uice absq; peccato conspicietur ijs qui ipsum expectant ad salutem.

οὕτως ὁ χριστὸς ἅπαξ προσενεχθεὶς εἰς τὸ πολλῶν ἀνενεγκεῖν ἁμαρτίας, ἐκ δευτέρου χωρὶς ἁμαρτίας ὀφθήσεται τοῖς αὐτὸν ἀπεκδεχομένοις εἰς σωτηρίαν.

Rom. 5. a. 6. 8 1. pet. 3. c. 18 *Christus pro nobis mortuus.*

C

23 Ipsa uerò cœlestia *αὐτὰ δὲ τὰ ἐπουράνια*. Analogiam, inquit, esse oportet inter ea quæ purificant, & quæ purificantur. Sub Mose typi illi omnes terreni fuerũt, puta Tabernaculum, Liber, uasa, uictimæ, cæteraq; omnia: sed tamen rerum cœlestium typi. oportuit igitur typica & eiusdem naturæ materia ac ritu, nempe pecudum sanguine, aqua, lana, hyssopo lustrari. Sub Christo uerò cœlestia omnia, cœleste tabernaculum, cælestis uictima, cælestis populus, cælestis doctrina, cœlum denique ipsum pro mansione proponitur. Itaq; hæc omnia simili ratione, nimirum ui unici illius sanguinis Christi æterna oblatione, sanctificari oportuit. Potioribus uictimis *κρείττοσι θυσίαις*. Quorsum hoc? quũ una sit unius uictimæ oblatio? nempe quia una uera & æterna omnibus typicis opponitur. ideo pluralẽ numerũ usurpauit, quòd una omniũ sit instar, qua una tũ uetus ille tum nouus populus fuerit sanctificatus.

24 Non enim, &c. *οὐ γάρ*, &c. Aliæ collationes. Pontifex Leuiticus in sacrarium illud ingrediebatur, Dei quidem mandato, sed tamen hominum manu ex terrena materia fabricatum, ut esset alterius excellentioris nempe cœlestis regiæ exemplar: Christus uerò in cœlos ipsos, id est in beatæ illius & incomprehensæ beatitatis æternam sedem penetrauit. Ille eorum arca, Christus coram Deo ipso comparet.

25 Neque ut sæpe, &c. *οὐδ' ἵνα πολλάκις*, &c. Aliæ duæ collationes. Pontifex alienum, Christus suum sanguinẽ obtulit. Ille quotannis repetebat oblationem, Christus semel tantùm sese offerẽs, peccatum in genere aboleuit tum præteritorum tum uenturorum seculorum. 26 Alioquin *ἐπεί*. Argumentum non repetendæ Christi oblationis, quia quum à condito mundo fuerint expianda peccata, dixerimus autem solo Christi sanguine exptari, oporteret sæpe tam ipsum mortuum esse à condito mundo. Atqui homo semel tantũ mori potest. Ergo Christi oblatio no uisimis temporibus peracta, repeti non potuit, nec potest. Quod si ita est, nempe uis ipsius & ad præterita & ad consequuta omnia peccata porrigitur. Sunt ergo ista connexa, sanguinis fusio, & expiatio peccati: offerri & mori. Quãobrem manifestos Antichristianos esse oportet qui ad Christi sanguinem alias satisfactiones adiungunt, quique sæpius illum offerri, uel (ut quidam nuper somniarunt) noua oblatione applicari contendunt. Distinctio, inquam, illa quotidianæ pro uiuis ac mortuis oblationis incruentæ, blasphema est, sacrilega, & impia. Semel *ἅπαξ*. Vide suprà 7. d. 27. In consummatione seculorum, *ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων*. Id est diebus nouissimis. Neque enim alia unquam oblatio expectãda, sed iudiciũ unum superest. Paulus alicubi plenitudinẽ, ut Galat. 4. a. 4: alibi fines seculorũ uocat, 1. Cor. 10. c. 11. Ad abolendum peccatum, *εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας*, Bene dicit peccatum, totam ipsam ueluti speciem ac radicẽ intelligens ut exposuimus 6. Rom. Sed & alibi diximus *ἀθετεῖσθαι* dici Leges quũ abrogatæ tollun tur. quod huic loco optimè conuenit, ut Legem ipsam peccandi per Christum scimus abrogatam, quæ in Adamo lata fuerat. Nam & fructus præteriti ac futuri remittuntur sanguine Christi expiati: & cor ipsum eodem sanguine rigatum, peccato moritur, ut fructus edat iustitiæ.

27 Vt semel moriantur *ἅπαξ ἀποθανεῖν*. De consueta & naturali hominũ conditione loquitur. Nam quòd Lazarus & alij aliquot, bis mortui sunt, extraordinarium fuit. In ijs uerò qui repentè immutabuntur, immutatio illa species mortis erit, 1. Cor. 15. g. 51. 28 Multorum *πολλῶν*. Ita restringendæ sunt omnes uniuersales promissiones ad solos electos, quũ *εἰς* non declaret duntaxat euentum, sed scopum ac consilium. Quærendum est autem electionis testimonii non in arcano Dei consilio, sed ex fidei effectis, ut ab imo gradu ad summum progrediamur, ibi demum certam & immobilẽ cõsolationẽ inuenturi. Quanquam hoc quidem propriè non est huius loci. Cæterùm quod de iudicio subijcitur, quasi *παρέργως* dictum est, partim ad terrendos eos qui una Christi oblatione non sunt contenti, partim ut fideles in officio contineat, ne resiliant. Absq; peccato *χωρὶς ἁμαρτίας*. Id est absque uictima pro peccato, ut diximus 2. Cor. 5. d. 21. uel, absq; peccato, i. abolito iam & abrogato peccato. Ad salutẽ, *εἰς σωτηρίαν*. Potest hoc construi cum proximo participio, ut sit periphrasis credentium, qui soli expectãt Christũ ad salutẽ:

A uel cum uerbo conspicietur, quia solis illis ad salutem conspicietur qui ipsum expectant. Nam ex impijs alij rident utrūq; aduentū, quibus sufficet Christus est pro fabula: alij proprie no dicunt expectare, qui optarēt nunquā uenire.

ΚΕΦ. ι.

Σκιὰν γὰρ ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων, κατ' ἐνιαυτὸν τοῖς αὐτοῖς θυσίαις, ἃς προσφέρουσιν εἰς τὸ διηνεκὲς, οὐδένα τελειῶσαι τοὺς προσερχομένους.

ἐπεὶ οὐκ ἂν ἐπαύσαντο προσφερόμεναι, διὰ τὸ μηδεμίαν ἔχειν ἔτι συνείδησιν ἁμαρτιῶν τοὺς λατρεύοντας, ἅπαξ κεκαθαρμένους.

ἀλλ' ἐν αὐταῖς ἀνάμνησις ἁμαρτιῶν κατ' ἐνιαυτόν.

ἀδύνατον γὰρ αἷμα ταύρων καὶ τράγων ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας.

διὸ εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον, λέγει· θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι·

B ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ εὐδόκησας.

τότε εἶπον· ἰδοὺ ἥκω, (ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπταί μοι,) τοῦ ποιῆσαι, ὁ θεός, τὸ θέλημά σου.

CAPVT X.

1 NAm Lex umbram obtinēs futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerū, his hostijs quas singulis annis easdem assiduè offerunt, nunquam potest antecedentes sanctificare.

Pōtificis officiū.

2 Alioqui nonne desijssent offerri, propterea quòd nullam iam habuissent conscientiam peccatorum qui sacrificāllent, ac semel purgati essent?

3 Atqui in istis repetita mentio fit peccatorum quotannis.

4 Non enim potest sanguis taurorū & hircorum auferre peccata.

Exo 25. d.40 act 7.f.44.

5 Quapropter ingrediens mundum dicit, Sacrificium & oblationem noluisti: corpus autem aptasti mihi.

6 Holocautomata & hostiam pro peccato non comprobasti:

7 Tunc dixi, Ecce adsum: (in capite libri scriptum est de me) ut faciam, Deus, uolūtatem tuam.

IN CAPVT VIII.

1 Nam Lex umbr. &c. *σκιὰν γὰρ*. In anniuersario illo sacrificio quod peculiariter hic spectatur, publica & solennis peccatorum *Israelis*, non eorum tantum quæ ab anno præcedente, sed omnium etiam superiorum confessio fiebat. non qualem inuexit postea Satan in Ecclesiam, sed qua oēs & singuli tanquā reos sese coram Deo istebant, peterentur? Valet consequutio, non modò quia semel abolita peccata, frustrà commemorarentur, & pro semel expiatis frustrà repeteretur expiatio: sed quia ut sit perfecta purificatio, necesse est ipsum peccatū semel extirpari, quòd alioqui pura non possit dici conscientia, ut exposuimus suprà 9.d.14. Hoc autem utrunque unius Christi sanguini tribuitur: quo quisquis est irrigatus, & à preteritis & à futuris peccatis liberatus est in æternum, atq; adeò sanctificatus, ut peccato mortuus, uiuat iustitiæ. Ideò nec pluribus hic uictimis, nec unius uictimæ repetita oblatione opus est. Ergo quòd uetera illa sacrificia differrè dicuntur populum expiare, Leuit. 16.g.30, non ad ipsa symbola, sed ad futuram illam Christi oblationem unicam pertinet, quæ per illa quotannis atque adeò singulis diebus per omnes cæ-
C remonias adumbrabatur. Cæterum per imaginem alij intelligunt Euangelium, in quo nobis expresse effigies summi illius beneficij exhibetur (cuius duntaxat *σκιαγραφία* & rudis quædā delineatio fuerit in Lege, 1. in cæremonijs) alij Christum, ut rem ipsam & solidū corpus, uolunt cum umbris. i. figuris Legis, conferri. quæ expositio mihi quidē uidetur melius quadrare Apostoli argumento. Nam *εἰκόνος*, i. imaginis, nomine, essentiale, ut ita loquar, speculum significari ostendimus suprà Philip. 2.a.7. Vide suprà 1.a.3. Futurorum bonorum *τῶν μελλόντων ἀγαθῶν*. Id est æternorum, quæ Patribus promissa sunt in Christo, suo tempore exhibita: sed ita tamen ut alibi nos maneant

3 Repetita mentio *ἀνάμνησις*. Sic conuerti duabus de causis: primùm quia publica erat ea professio: deinde quia quantumuis antiqua & uetusta peccata repetebātur. i. reū sese ac maiores suos omnes populus agnoscebat. quod requiritur ad consequutionem argumenti, & declarat etiam præpositio *κατὰ*. Nam alioquin potuisset obiici, ideo fuisse repetitū hoc sacrificiū non q̄ peccata nō tolleret, sed q̄ superioris tantū anni peccata eluerit. hanc *ἀνάμνησιν* Vetus interp. & Erasm. non satis expresse conuertunt commemorationem. 5 Ingrediens mundum *εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον*. Nouum argumentum à testimonio Dauidis, quo differre significatur, nonnisi sublato priore, posterius poni. Cæterùm ingressus esse mundum dicitur Filius Dei, quum homo factus est, ut descendisse è cœlo, Iohan. 6.f.41. Significat autem his uerbis Apostolus, Christum apud Dauidē eo lóco induci quasi recens hominē factum, de suo munere differentem. Erasmus maluit uertere per futurum, quū ingressurus esset mundū, habita scilicet eius temporis ratione quo hęc scripsit Dauid, quasi Filius adhuc in cœlo manens, de futuro suo officio loquens inducatur. Sententia igitur eadem est, sed illud uidetur melius conuenire. Et oblationem *καὶ προσφορὰν* Iterū diuidit sacrificandi cultus in duas species, ut exposuimus suprà 5.a.1. Reliquas cæremonias præterit. Erant enim dumtaxat tanquam sacrificiorum appendices. Noluisti *οὐκ ἠθέλησας*. Hoc uerò non potest Dauidi conuenire, quæcunque subterfugia quærantur. Nam, ut rectè prorsus obseruat doctissimus interpres, habuit commune cum cæteris sacrificandi mādatum. itaque præterire quod illi Deus mandarat non potuit. Proprie hæc igitur Christi regno tribuuntur. Nam id quoque quod uersiculo 13. eiusdem psalmi dicitur de miquitatibus: de Christo meliore etiam iure quam de Dauide dicitur, quum ille unus omnium iniquitates portarit. Corpus, &c. *σῶμα*, &c. Hebr. אזנים כריתה לי, id est, aures perforasti mihi, id est docilem & obsequentem ad audiendum me reddidisti. ita enim describitur in capitis nostri persona quæ sit fœderis noui ratio, nempe fide percipere Euangelium: quod ab his unis præstatur quibus Dominus aures cordis aperuit, ut Act. 16.c.14. quum natura omnes cæci simus. Ergo quod ad sententiam attinet, Græca interpretatio nihil uariat. Nam quòd quidam de corporis humani assumptione hoc explicant, nihil est: quanuis uerissimum quidem sit, Christum hac ratione factū esse Ecclesiæ, id est audientium & credentium, caput. Sed hæc pars non fuisset prætermissa in applicatione, si esset ita accipienda.

6 Et hostiam pro peccato *καὶ περὶ ἁμαρτίας*. Hebr. חטאת id est & peccatum. Diximus enim *μετωνυμίαν* sic uocari uictimam pacificam, quam uocant.

7 In capite libri *ἐν κεφαλίδι βιβλίου*. Hebr. במגילת ספר Id est in uolumine libri. Complicabant enim antiquitus libros in Cylindri morem, ut nunc quoque Iudæi Legem habent descriptā in suis synagogis. Sed hoc discrimen nihil detrahit de sententia. Accepit quidem interpres במגילה in significatione גלגלת. est enim utrunque eiusdem radicis.

Quum superius dixisset, Sacrificium & oblationem & holocautomata, & hostiam pro peccato noluisti, neque comprobasti: (quæ iuxta Legem offeruntur)

Tũc dixit, Ecce adsum, ut faciam, Deus, uoluntatem tuam. tollit prius, ut posterius statuat.

Per quam uolũtatem sanctificati sumus, per oblationem corporis Iesu Christi semel *factam.*

Omnis igitur Sacerdos astat quotidie, operans, & easdem sæpius offerens hostias, quæ nunquam possint auferre peccata.

Hic uerò una pro peccatis oblata uictima, in perpetuum sedet ad dexteram Dei:

Suprà 1.d.13

Id quod supereſt expectãs, donec inimici ipsius scabellum pedum eius fiant.

Psal.110.a.2
1.cor 15.d.25
suprà 1.d.13

Vnica enim oblatione cõsecrauit in perpetuum eos qui sanctificantur.

Oblatio Christi sola pro peccatis.

Testificatur autem nobis & ipse Spiritus sanctus. nam posteaquam prædixit,

Ierem.31. f.33
rom 11.d.27
suprà 8.c.8

Hoc est fœdus quod paciscar cum eis post dies illos, dicit Dominus, Inditas Leges meas in corda eorum & in mentes eorum inscribam.

Et peccatorum atq; iniquitatum ipsorũ non recordabor amplius.

Porrò ubi horum est remissio, non *est* amplius oblatio pro peccato.

Quum igitur, fratres, habeamus libertatẽ ingrediẽdi Sacrarium, per sanguinem Iesu.

8 ἀνώτερον λέγων· ὅτι θυσίαν καὶ προσφορὰν καὶ ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ἠθέλησας, οὐδὲ εὐδόκησας, (αἵτινες κατὰ νόμον προσφέρονται,) A

9 τότε εἴρηκα· ἰδοὺ ἥκω τοῦ ποιῆσαι, ὁ θεός, τὸ θέλημά σου. ἀναιρεῖ τὸ πρῶτον, ἵνα τὸ δεύτερον στήσῃ.

10 ἐν ᾧ θελήματι ἡγιασμένοι ἐσμὲν, οἱ διὰ τῆς προσφορᾶς τοῦ σώματος τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐφάπαξ.

11 Καὶ πᾶς μὲν ἱερεὺς ἕστηκε καθ' ἡμέραν λειτουργῶν, καὶ τὰς αὐτὰς πολλάκις προσφέρων θυσίας, αἵτινες οὐδέποτε δύνανται περιελεῖν ἁμαρτίας·

12 αὐτὸς δὲ μίαν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν προσενέγκας θυσίαν, εἰς τὸ διηνεκὲς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ,

13 τὸ λοιπὸν ἐκδεχόμενος ἕως τεθῶσιν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ. B

14 μιᾷ γὰρ προσφορᾷ τετελείωκεν εἰς τὸ διηνεκὲς τοὺς ἁγιαζομένους.

15 μαρτυρεῖ δὲ ἡμῖν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· μετὰ γὰρ τὸ προειρηκέναι·

16 αὕτη ἡ διαθήκη, ἣν διαθήσομαι πρὸς αὐτοὺς μετὰ τὰς ἡμέρας ἐκείνας, λέγει κύριος, διδοὺς νόμους μου ἐπὶ καρδίας αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τῶν διανοιῶν αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς,

17 καὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν οὐ μὴ μνησθῶ ἔτι.

18 ὅπου δὲ ἄφεσις τούτων, οὐκέτι προσφορὰ περὶ ἁμαρτίας.

19 ἔχοντες οὖν, ἀδελφοὶ, παῤῥησίαν εἰς τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων ἐν τῷ αἵματι Ἰησοῦ,

9 Dixit, εἴρηκον. Vulg. dixi, εἶπον, nisi librariorum culpa hoc factum est. occasionem autem errori præbuit, quod in ipso Psalmi contextu legitur τότε εἶπον tum dixi. Sed hæc uerba sunt Apostoli, locum Dauidis ad scopum suum accommodantis, ut hoc cohæreat cum superioris uersiculi initio. Prius, τὸ πρῶτον id est sacrificia. ut posterius statuat, nempe uoluntatem Dei. Ea igitur alibi quàm in sacrificijs illis consistit. Poterat enim obijci Apostolo, C Cur nunc non liceat per sacrificia repræsentare Christi factam oblationem ut olim futuram licuit?

10 Per oblationem διὰ τῆς προσφορᾶς. In plerisque codicibus legitur οἱ διὰ προσφορᾶς. quam lectionem si libuerit sequi, repetendum erit ἡγιάσμεθα.

11 Adstat ἕστηκε. Sub. על המזבח id est aram. Hebræis autem עמד adstare, accipitur pro λειτουργῶν, id est, pro ministerij causa, ante Regem: scilicet aut Dominum stare. quod Latini apparere dicunt.

12 Sedet ἐκάθισεν. Semel quidem fuit λειτουργὸς, nunc uerò ita est Pontifex, ut simul tanquam rex æternus sedeat. Philip. 2. b. 9. 16 Dicit Dominus: λέγει κύριος Nonum argumentum. Sublata causa tollitur effectus. Nulla supereſt peccatorum remissio Ergo nec sacrificium. Quid igitur dices? nulla indigemus peccatorum remissione? Imò uerò hunc pendet omnis nostra beatitas. sed quum peracta sit, supereſt non ut de noua oblatione faciendo, sed de ea quæ facta est, per fidem amplectenda cogitemus. Itaque non temerè Apostolus hanc Ieremiæ prophetiam repetit, quum diuersum inde argumentum eliciat. Cæterùm quia hæc eadem uerba sunt apud Prophetam, deceptus est Erasmus, qui prophetæ uerba esse putauit, quum Apostoli sint potius, ut hoc cohæreat cum μετὰ τὸ προειρηκέναι. ut sit hæc sententia, Posteaquam primo loco dixit, Hoc est fœdus, &c. tum postea subijcit Dñs, Inditas Leges, &c. Hoc qui non perpenderũt, inferuerunt post διαθήσομαι. αὐτοῖς, inscribam illas, ὕστερον λέγει, id est iterum dicit. Sed & in uno codice inuenimus eodem loco insertum, τότε εἶπεν, tum dixit.

18 Oblatio pro peccato. προσφορὰ περὶ ἁμαρτίας Rectè addidit pro peccato. nã supereſt alia oblatio. nempe gratiarũ actionis. & iubet Apostolus, ut nosipsos Deo totos consecremus. Sed & mutua charitatis officia translata solent à Paulo uocari oblationes Deo gratæ, sed non pro peccato, quum iam reconciliatis pareat aditus in cœlũ. Hoc sensu conflat etiam ex ipso, quem uocant, Canone, sacrificij & Liturgiæ nomen ueteres accepisse, ubi dicitur HAEC DONA, HAEC MVNERA, HAEC SANCTA SACRIFICIA. Sunt ergo hæc paris impietatis, Christo subordinare alios mediatores uel redemptionis uel intercessionis, idẽ; in cœlo: oblationes alias pro peccato adiungere Christi sacrificio: Christũ iterum uelle offerre: uel alio sacrificio sibi applicare: Christum è cœlis in terram illicere, & Christum è solio suo uelle deturbare. 19 Libertatem τὴν παῤῥησίαν. Iam sequitur epilogus superioris doctrinæ. Quum autem hæc uerissima sint, quæso cur alios patronos quæramus? aut quo iure potest certa de salute sua in uno Iesu Christo persuasio uocari arrogantia? 20 Et uiuam, ζῶσαν. Non conuenit quidẽ epitheton translationi. sed rei ipsi. opponitur enim Christi sanguis uiuificus sanguini pecudum. Alludit etiam ad Tabernaculum per quod Pontifex in sacrarium ingrediebatur. quæ suprà sunt explicata. Sed noua hic allegoria instituitur, uelì scilicet illius quod operiebat sacrarii arcana, & tamẽ aditũ illuc referabat. Sic, inquit, Christi caro diuinitatem nobis quasi sub uelo ostendit, cuius alioqui fulgorem non possemus sustinere. per hanc igitur uiam ad Deum accedamus. 22 Vero

A ἣν ἐνεκαίνισεν ἡμῖν ὁδὸν πρόσφατον, καὶ ζῶσαν διὰ τοῦ καταπετάσματος, τοῦτέστι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ,

καὶ ἱερέα μέγαν ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ,

20 Ea uia quam dedicauit nobis recentem & uiuam, per uelum, hoc est per carnem suam:

21 *Quumque habeamus* Sacerdotem magnum præfectum domui Dei:

προσερχώμεθα μετὰ ἀληθινῆς καρδίας ἐν πληροφορίᾳ πίστεως, ἐῤῥαντισμένοι τὰς καρδίας ἀπὸ συνειδήσεως πονηρᾶς, καὶ λελουμένοι τὸ σῶμα ὕδατι καθαρῷ.

22 Accedamus cum uero corde, & certa persuasione fidei, puris cordibus à cõscientia mala, & abluto corpore aqua pura,

κατέχωμεν τὴν ὁμολογίαν τῆς ἐλπίδος ἀκλινῆ, (πιστὸς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος)

23 Teneamus confessionem spei, nõ uacillantem: (fidelis enim qui promisit) *Confessio fidei.*

καὶ κατανοῶμεν ἀλλήλους εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης καὶ καλῶν ἔργων.

24 Et obseruemus alij aliosad imitationem charitatis & bonorum operum,

μὴ ἐγκαταλείποντες τὴν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτῶν, καθὼς ἔθος τισίν, ἀλλὰ παρακαλοῦντες· καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ βλέπετε ἐγγίζουσαν τὴν ἡμέραν.

25 Non deserentes aggregationẽ nostri mutuam, sicuti mos *est* quibusdam, sed adhortantes *alij alios*: idq; eo magis quòd uidetis diem illum appropinquare.

ἑκουσίως γὰρ ἁμαρτανόντων ἡμῶν μετὰ τὸ B λαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, οὐκέτι περὶ ἁμαρτιῶν ἀπολείπεται θυσία,

Suprà 5.a.4

26 Nam si ultrò peccauerimus post acceptã cognitionem ueritatis, nõ ultrà pro peccatis reliqua est hostia,

φοβερὰ δέ τις ἐκδοχὴ κρίσεως, καὶ πυρὸς ζῆλος, ἐσθίειν μέλοντος τοὺς ὑπεναντίους.

27 Sed horrenda quædam expectatio iudicij, & ignis feruor, qui deuoraturus est aduersarios.

ἀθετήσας τις νόμον Μωσέως, χωρὶς οἰκτιρμῶν ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει·

28 Qui abiecerit Mosis Legem, absque misericordia ex duorũ aut trium testimonio moritur: Deut.17.d.15 matt.18.c.16 iohan.8.b.17 1.cor.13.a.1

πόσῳ δοκεῖτε χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας ὁ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καταπατήσας, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος ἐν ᾧ ἡγιάσθη, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσας;

29 Quanto putatis acerbiore supplicio dignus censebitur, qui Filium Dei conculcarit, & sanguinem fœderis per quem fuerat sanctificatus, prophanum duxerit, & Spiritum gratiæ contumelia affecerit?

C οἴδαμεν γὰρ τὸν εἰπόντα· ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει κύριος. καὶ πάλιν, κύριος κρινεῖ τὸν λαὸν αὐτοῦ.

30 Nouimus enim eum qui dixit, Meum est ulcisci, ego rependã, dicit Dominus. Et rursum, Dominus iudicabit populum suum. Deut.32.e.35 rom.12.d.19

φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας θεοῦ ζῶντος.

31 Horrendum est incidere in manus Dei uiui.

ἀναμιμνήσκεσθε δὲ τὰς πρότερον ἡμέρας, ἐν αἷς φωτισθέντες πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων·

32 Reuocetis autem in memoriam superiores dies, quibus illuminati, ingens certamẽ sustinuistis afflictionum:

22 Vero ἀληθινῆς. Id est minimè subdolo uel fucato, sed quod uerè sit addictum Deo Hebr. באמת.

Puris cordibus ἐῤῥαντισμένοι τὰς καρδίας. Hoc est quod inquit Dominus, Sancti estote, quandoquidem & ego sanctus sum. Nam certè mendax est qui iudem iactat, nec eius fructus, id est sanctificationẽ animi ac corporis proferre potest, ut 2. Corint. 7. a. 1. Vulg. & Erasm. aspersi corda uel cordibus, rectè quidem. est enim ad aspersiones illas sanguinis manifesta allusio: sed certum est uicissim ex antecedente colligi consequens, ut diximus Luc. 3. b. 7.

Aqua pura ὕδατι καθαρῷ. Id est, Spiritus sancti gratia, quæ ab effectu uel ex antithesi externarum purificationum Legis, comparatur aquæ.

26 Vltrò ἑκουσίως. Hebr. מזיד quod de ijs dicitur qui sine ulla causa aut etiam causæ specie aliquid faciunt. Itaque ijs conuenit non qui simpliciter scientes peccant: alioquin actum fuisset de Dauide & Petro. Et quis tandem centies millies non esset hac ratione æternæ mortis mancipatus? sed ijs demum qui ex professo resilientes in uniuersum à Christo, delectantur impietate, & bellum indicunt ueritati. uti fecit Saul, Iulianus Apostata, Arius, & alij quorum execranda est memoria. Sic etiam sæpe diximus ἁμαρτάνειν dici quos Hebræi חטאים uocant, qui scilicet uelut peccandi quandam artem factitent, non autem eos qui quamuis ex consensu, tamen ex infirmitate & particulari lapsu peccent. Idq; ita esse liquet ex uers. 29. ut nihil prorsus adituet Nouati hæresin hic locus.

27 Aduersarios ὑπεναντίους. Præpositio ὑπὸ nihil hic detrahit de significatione. Vide Col. 2. c. 14. Aliud est certè humanitus peccare quàm Deo bellum indicere.

29 Spiritum gratiæ τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος. Id est Spiritum illum sanctum qui quodammodo Dei gratiam incipiebat sanctificationis opus in ipsis obsignare. Ostendit autem hic locus de quo peccati genere hic agatur.

30 Meũ est ulcisci, ἐμοὶ ἐκδίκησις, Bene colligit. nam si Deus populum suum eo consolatur, quòd testatur se non passurum ut impunè lædatur, consequitur, domini quasi proprium esse munus pœnas de impijs sumere.

Dominus iudicabit κύριος κρινεῖ. Id est, gubernabit, uti sæpe iam annotauimus positum iudicandi uerbum ex Hebræorũ idiotismo. Iam uerò si Deus præest Ecclesiæ suæ, proculdubiò seuerè punit & hypocritas, & apostatas.

Est

Est enim officium hoc iudicis, bonos defendere ac subleuare, malos iustis supplicijs afficere. Aptè igitur citatus est etiam hic locus, ut animos istorum ab apostasia deterreat. A

Partim quidem dum & probris & oppressionibus in theatrum estis producti: partim uerò socij facti estis eorum quæ in eo statu uersabantur.

33 τοῦτο μὲν, ὀνειδισμοῖς τε καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι· τοῦτο δ', κοινωνοὶ τῶν οὕτως ἀναστρεφομένων γενηθέντες.

Nam & de uinculis meis mecum doluistis, & direptionem facultatum uestrarum cum gaudio accepistis, ut qui sciretis *uos* habere apud uos potiorem substantiam, *quæ est* in cælis & quæ permanet.

34 καὶ γὰρ τοῖς δεσμοῖς μου συνεπαθήσατε, καὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς προσεδέξασθε, γινώσκοντες ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς κρείττονα ὕπαρξιν ἐν οὐρανοῖς, καὶ μένουσαν.

Ne abieceritis igitur fiduciam uestram, quæ magnam habet præmij retributionem.

35 μὴ ἀποβάλητε οὖν τὴν παῤῥησίαν ὑμῶν, ἥτις ἔχει μισθαποδοσίαν μεγάλην.

Nam patientia uobis est opus, ut ubi uoluntatem Dei feceritis, reportetis promissionem.

36 ὑπομονῆς γὰρ ἔχετε χρείαν, ἵνα τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ ποιήσαντες, κομίσησθε τὴν ἐπαγγελίαν.

B

Adhuc enim tantillum, tantillum *inquam*: & qui uenturus est, ueniet, neque tardabit.

37 ἔτι γὰρ μικρὸν ὅσον ὅσον, ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ.

Iustus autem ex fide uicturus est: at si *quis* se subduxerit, non probat eum animus meus.

38 ὁ δὲ δίκαιός μου ἐκ πίστεως ζήσεται· καὶ ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ.

At nos non ij sumus qui nos subducamus in perditionem: sed qui credamus ad animæ salutem.

39 ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς εἰς ἀπώλειαν, ἀλλὰ πίστεως εἰς περιποίησιν ψυχῆς.

33 In theatrum estis producti: θεατριζόμενοι. ἐ θέατρον ἐγενήθητε, ut loquitur Paulus 1. Corinthior. 4. b. 9. quod & uerbo παραδειγματίζεσθαι declaratur. Dicitur enim hoc de ijs qui ignominiæ causa palàm in plenum theatrum producebantur. Vulgata, spectaculo facti. Erasmus, spectaculo fuistis omnibus. Ita accipitur apud Salustium Ostentui esse, & apud Tacitum ostentui mittere. Socij facti estis κοινωνοὶ γενηθέντες. Id est eorum ærumnas uobiscum communes esse duxistis. quod de Philippensibus & Thessalonicensibus præsertim testatur Paulus.

Eorum qui in eo statu uersabantur τῶν οὕτως ἀναστρεφομένων. uel eorum qui ita agitabatur. ut ἀναστρέφεσθαι accipiatur pro sursum & deorsum uerti. Vulg. & Erasm. ita conuersantium, nimium obscurè.

34 De uinculis meis τοῖς δεσμοῖς μου. Qui ex hoc loco colligunt hanc epistolam Paulo tribuendam esse, nituntur argumento admodum infirmo.

Cum gaudio μετὰ χαρᾶς. Id est, non modò æquis animis, sed etiam lætis, ut Infrà Iacob. 1. a. 2.

Substantiam ὕπαρξιν. id est, bona ac facultates. Sic usurpauit hoc uocabulum Quintilianus.

Quæ est in cœlis ἐν οὐρανοῖς. Sic Dominus Matth. 5. b. 12. Deest igitur articulus, nec redundat ἐν ἑαυτοῖς, id est apud uos, & quasi intra uos. quum fide possideamus quod in cælis est. Nonnulli tamen codices legere maluerunt ἐαυτοῖς, id est uobiscum, ut sit datiuus communis quem uocant Grammatici: alij ἑαυτούς, ut ita conuertas. γινώσκοντες ἔχειν ἑαυτούς, ut qui sciatis uos habere. quam posteriorem lectionem non improbo, quanuis duorum tantùm codicum authoritate nitatur. C

35 Ne abieceritis, &c. Μὴ ἀποβάλητε, &c. Hîc ego existimarim initium sequentis sectionis faciendum fuisse. Nunc enim Apostolus superiorem doctrinam incipit ad hæc capita accommodare. Primùm, quicquid propositum fuit Patribus ad obtinendam salutem, id omne in uno Christo positum fuisse. Alterum, illud omne fuisse ab ipsis sola fide eaq; ad finem usque constanti ac perpetua apprehensum. Quorsum autem hæc? nempe ut quum plurimum tribuerent Patribus, eorum qui ueri erant Patres, germanos se filios esse ostenderent.

37 Adhuc enim tantillum, tantillum *inquam*, ἔτι γὰρ μικρὸν ὅσον ὅσον. Plena locutio est, paululum admodũ temporis adhuc supereſt, dum ueniat, &c. Sic Esaiæ 10. f. 25 בזעם בזעם ponitur, & alibi sæpe.

38 Iustus autem, &c. ὁ δὲ δίκαιος, &c. Vide Rom. 1. b. 17. At *si quis* se subduxerit, ἐὰν ὑποστείληται. Vulg. quòd si se subtraxerit. Eras. & si se subduxerit. Ego non dubito quin ἐὰν posita sit pro ἀλλὰ, ut sæpe iam annotauimus. quod ex Propheta apparet, apud quem fidelis opponitur impio. Quod ad rem autem ipsam attinet, ita citat hunc locum Apostolus, ut membrorum collationem, seruata tamen eadem sententia, inuerterit. Deinde unum Hebraicum uerbum שרמלי Græci conuerterunt ἐὰν ὑποστείληται. ea ratione nimirum quòd illud proprie significet sese in arcem aliquam quasi tutiorem locum recipere, aut in ea se tueri. quod uidetur facere quisquis, deserto Deo, alibi se tutiorem fore existimat. Itaque quod ad sententiam attinet, nihil hîc est uariatum.

Non probat eum animus meus. οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ. Hebr. לא ישרה נפשי בו quæ uerba ita explicarunt, ut prius affixum ad Deum retulerint, posterius uerò ad impium: & quia Deum loquentem inducunt, tertiam personam in primam mutarint. nisi malimus εος נפשי pro נפשי legisse, quasi ad uerbum conuertas, non erit recta anima mea erga eum, id est, non conuenit animæ meæ cum eo. sicuti solent inuersa phrasi uulgò dicere Hebræi, non est rectum in oculis meis. pro, non est mihi gratum. Itaque ne hæc quidem uarietas in sententia quicquam uariat. Nam si anima impij in ipso recta non sit, consequitur illam Deo minimè gratam esse.

39 Non ἡ sumus qui nos subducamus οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς. Vulg ad uerbum, non sumus subtractionis. subaudiendum autem uidetur ὑοὶ, filij. ut sit integer Hebraismus. quem utcunque expressit Erasmus, adhibito modo potentiali quem uocant. Dicitur enim filius subductionis, qui quodam impetu in eam partem fertur. quum è cõtrario sint filij Dei, quos efficax Dei gratia ad fidem adduxit. Illi igitur ad primum obiecti periculi terrorem statim uacillare incipiunt, donec palàm deficiãt, undè certum exitium sequitur: isti contrà per media pericula seruata fide, ad certam immortalitatem contendunt. Ad animæ salutem εἰς περιποίησιν ψυχῆς. Vulg. & Eras. in acquisitionem animæ: quod mihi usum est obscurius, alioqui plana est sententia ex antitheti.

IN CA

ΚΕΦΑΛ. ια.

Ἐστι δὲ πίστις, ἐλπιζομένων ὑπόστασις, 1
πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων.

ΣΥ ταύτῃ γὰρ ἐμαρτυρήθησαν οἱ πρεσβύτεροι. 2

Πίστει νοοῦμεν κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι θεοῦ, εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι.

Πίστει πλείονα θυσίαν Ἄβελ προσήνεγκε τῷ θεῷ, δι' ἧς ἐμαρτυρήθη εἶναι δίκαιος, μαρτυροῦντος ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ δι' αὐτῆς ἀποθανὼν ἔτι λαλεῖται.

Πίστει ἐνὼχ μετετέθη τοῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον, καὶ οὐχ ηὑρίσκετο, διότι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ θεός. πρὸ γὰρ τῆς μεταθέσεως αὐτοῦ μεμαρτύρηται εὐηρεστηκέναι τῷ θεῷ.

B χωρὶς δὲ πίστεως ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι. πιστεύσαι γὰρ δεῖ τὸν προσερχόμενον τῷ θεῷ, ὅτι ἔστι, καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται.

Πίστει χρηματισθεὶς Νῶε περὶ τῶν μηδέπω βλεπομένων, εὐλαβηθεὶς κατεσκεύασε κιβωτὸν εἰς σωτηρίαν τοῦ οἴκου αὐτοῦ, δι' ἧς κατέκρινε τὸν κόσμον, καὶ τῆς κατὰ πίστιν δικαιοσύνης ἐγένετο κληρονόμος.

CAPVT XI.

Est autem fides, illud quod facit ut extẽt quæ sperantur, & demonstrat quæ nõ uidentur. 1

Ob eam enim testimonio sunt ornati maiores. 2

Per fidem intelligimus constructum fuisse mundum uerbo Dei, ita ut non sint ex apparentibus facta quæ cernimus. 3 Gen 1.a.1 Iohan.1.a 10.

Per fidẽ amplius sacrificiũ Abel obtulit Deo q̃ Cain: p̃ quã testimoniũ obtinuit, p̃ esset iustus, testimoniũ perhibẽte deo dedonis eius: & per hanc mortuus adhuc loquit. 4 Gen.4.a.4 Matth.23.d.35

Per fidem Enoch fuit translatus, ne uideret mortem: nec fuit inuentus, propterea p̃ transtulerat eum Deus. priusquã enim transferretur, testimonium obtinuerat quòd placuisset Deo. 5 Gen.5.e.24 eccli.44.c. 15 & 49.d.16.

Atqui sine fide fieri non potest ut quis illi placeat: nam qui accedit ad Deum, hunc credere oportet esse *Deum*, et esse prẽmijlargitorem ijs qui exquirunt eum. 6

Per fidem Diuinitus admonitus Noe de ijs quæ nondum uidebantur, reuerentia ductus apparauit arcam ad salutem domus suæ: per quã arcã condemnauit mundũ, & eius quæ ex fide est iustitiæ factus est hæres. 7 Gen.6.c.13. eccli.44.c.17.

IN CAPVT XI.

Illud quod facit ut extent, &c. ὑπόστασις. &c. In hunc locum multi uaria scripserunt. quorum multiplices sententias referre non placet. Tantum dicam Græcum scholiasten mihi paucis uideri rem omnem fœlicissimè expositisse. Sunt autem hæc ipsius uerba, λείπεται δηλῶσαί τι ἐστι πίστις, καὶ φησι, Πίστις ἐστὶν αὐτὴ ἡ ὑπόστασις καὶ οὐσία τῶν ἐλπιζομένων πραγμάτων. ἐπειδὴ γὰρ τὰ εἰς ὑπόστασιν ἀνυπόστατά ἐστιν ὡς τὸ μὴ παρόντα, ἡ πίστις θεία οὖσα αὐτῶν καὶ ὑπόστασις γίνεται, ἵνα καὶ τὰ καὶ παρόντα τρόπον τινὰ παρασπονδήσασα, διὰ τὸ πίστον εἶναι. ἔστι δὲ ἡ πίστις ἕλεγχος καὶ ἀπόδειξις τῶν βλεπομένων. ἀποδείκνυσι δὲ ὁρατὰ τὰ ἀόρατα ἡ πίστις· ὡς τῷ νῷ καὶ ταῦτα ἐλαίσιν ὁρᾶσθαι τὰ μὴ φαινόμενα. Id est, Deinde explicat quid sit Fides, aitque, Fides est ipsa substantia & essentia rerum quæ sperantur. Quoniam enim quæ sunt in expectatione posita, essentiæ sunt expertia, utpote quæ nondum adsint, Fides est quædam ipsorum substantia & essentia. quod quadantenus efficiat, ut existant, atque adeò ut sint præsentia, eo quòd illa esse credat. Est etiam fides argumentum & demonstratio eorum quæ non cernuntur. Nã quæ inaspectabiliatunt, ea ut aspectabilia demõstrat Fides. quõ? Mente s. & spe cernẽs quæ uideri nõ possunt. Hæc ille. cui φ. prius assentiar, malui periphrasin quærere quam infignẽ hũc locum nimium obscurè interpretari. Neque enim mihi satisfecit substãtiæ & argumenti nomen, imò ne fulcimenti quidem aut basis, aut materiæ. Quidam subiectionem interpretatus est, quàm rectè ipse uiderit. certè nimium ambigue. Sed hoc etiam addam, non meptè fortasis, ea quæ non uidentur, C ab ijs quæ sperantur, ita distingui posse, ut hæc quidem pertineant ad res futuras, ueluti ad futurũ Dei auxilium in omnibus aduersis, corporis resurrectionem, iudicium uenturum, uitam æternam, & si qua sunt alia eiusmodi: illa uero de rebus dicantur quæ superioribus temporibus gestæ sunt, & in genere quæ re ipsa extent. quamuis à nobis certi non possint, ut de ijs quæ de natura Dei commemorant Sacræ literæ, de Angelis, de mundi creatione, de tota Christi historia, quam olim Patres quorum hic exempla proponuntur, futuram, nos peractam credimus, deq; cæteris eiusmodi rebus. Neque uero quum hoc dico, nudas res ipsas intelligo, sed quas ipsi nobis ad salutem pro diuersi illarum natura applicemus. 2 Maiores οἱ πρεσβύτεροι. Heb. הקדמונים antecessores, id est ueteres illi patres à quibus stirpes orti sumus, & quorum authoritate ac exemplo nos plurimum commoueri par est. Vulg. senes: nimiũ dilute. Eras. seniores, quod nomen consueuimus alia significatione in his libris usurpare.

3 Mundum αἰῶνας. Vide supra 1.a.2. Vulg. & Eras. secula: ego seculum dicere maluissem. Ita ut non sint ex apparentibus, facta quæ cernimus. εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι. Id est, ita ut mundus iste quem cernimus, non sit ex aliqua apparente ac subsistente materia, sed ex nihilo conditus. Hoc est uerò quod nullis unquam philosophis uenire potuit in mentem, in ijs quidem qui mundum à Deo conditum scripserunt. itaque totum hoc fidei est, quum alioquin naturæ ipsius testimonio liceat conditum esse mundum cognoscere, imò uero qui hoc non credit, uix dignus sit qui homo appelletur. Vulg. ut ex inuisibilibus fierent uisibilia: perperã ac falso etiam, nisi quis commoda interpretatione leniat. Ideo maluit Eras. interpretari, ut ex his quæ non apparebant, ea quæ uiderentur fierent: in eo certè peccans cum Vetere interprete, quod perinde conuertit, ac si scriptum esset ὥστε ἐκ μὴ φαινομένων, quod multum detrahit de sententiæ pondere.

5 Ne uideret mortẽ: μὴ ἰδεῖν θάνατον: Id est, de moreretur. fuit enim hic raptus, extraordinaria quædam ac repẽtina immutatio in Enocho & Elia, cuiusmodi nimirum fuit illa quæ commemoratur 1. Cor. 15. g. 51. & 1. Thes. 4. d. 15. aut etiam alterius generis. Est enim temerarium de his statuere, & curiosum inuestigare. Vide Ioh. 8. f 51.

6 Præmij largitorem μισθαποδότης. Mutuam relationem inter μισθὸν & ἐπαγγελίαν, id est præmium & ultroneam promissionem, non autem inter mercedem & merita, significari hoc nomine, apertius docet Apostolus Rom. 4. a. 4 & 5. idque in ipso credentium patre, quàm ut merito quispiam possit de eo dubitare. Ideo malui præmij largitorem, quàm remuneratorem dicere: quanquam hoc quoq; uocabulum meritis repugnat. Neque enim munus di-

Per fidem uocatus Abraham, auscultauit Deo, ut abiret in locum quē accepturus erat pro hæreditate: & exiuit, nesciens quò esset uenturus.

Per fidem commoratus est in terra promissionis ut aliena, ut qui habitarit in tabernaculis cum Isaac & Iacob cohæredibus eiusdem promissionis:

Expectabat enim habentem fundamenta ciuitatē, cuius artifex & conditor est Deus.

Ciuitas Dei.

Per fidem & ipsa Sarra uim ad concipiendum semen accepit: ac præter ætatis rationē peperit, quòd fidelem iudicarit eum qui promiserat.

Quapropter & ex uno, eoq; iā emortuo, nati sunt *posteri*, quanta est astrorū cæli multitudo, & quasi arena illa innumerabilis quę est ad oram maris.

Secūdum fidem mortui sunt isti omnes. quum non essent adepti promissa, sed eminus ea uidissent, & credidissent, ac cum gratiarum actione excepissent, professiq; fuissent se hospites & aduenas esse in terra.

Nam hæc qui dicunt, palàm ostendunt se patriam inquirere.

Quòd si illius memores fuissent ex qua exierant, habebant opportunitatem reuertendi:

8 πίστει καλούμενος Ἀβραὰμ ὑπήκουσεν ἐξελθεῖν εἰς τόπον ὃν ἤμελλε λαμβάνειν εἰς κληρονομίαν, καὶ ἐξῆλθε, μὴ ἐπισταμενος ποῦ ἔρχεται. A

9 πίστει παῴκησεν εἰς γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ὡς ἀλλοτρίαν, ἐν σκηναῖς κατοικήσας μετὰ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ τῶν συγκληρονόμων τῆς ἐπαγγελίας τῆς αὐτῆς.

10 ἐξεδέχετο γὰρ τοὺς θεμελίους ἔχουσαν πόλιν, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ θεός.

11 πίστει καὶ αὐτὴ Σάρρα δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος ἔλαβε, καὶ παρὰ καιρὸν ἡλικίας ἔτεκεν, ἐπεὶ πιστὸν ἡγήσατο τὸν ἐπαγγειλάμενον.

12 διὸ καὶ ἀφ' ἑνὸς ἐγεννήθησαν, καὶ ταῦτα νενεκρωμένου, καθὼς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει, καὶ ὡσεὶ ἄμμος ἡ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης ἀναρίθμητος.

13 κατὰ πίστιν ἀπέθανον οὗτοι πάντες, μὴ λαβόντες τὰς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ πόρρωθεν αὐτὰς ἰδόντες, καὶ πεισθέντες, καὶ ἀσπασάμενοι, καὶ ὁμολογήσαντες ὅτι ξένοι καὶ παρεπίδημοί εἰσιν ἐπὶ τῆς γῆς, B

14 οἱ γὰρ τοιαῦτα λέγοντες ἐμφανίζουσιν ὅτι πατρίδα ἐπιζητοῦσι.

15 καὶ εἰ μὲν ἐκείνης ἐμνημόνευον ἀφ' ἧς ἐξῆλθον, εἶχον ἂν καιρὸν ἀνακάμψαι.

ci potest quod debiti nomine persoluitur, sed quod gratuito donatur. Iis qui exquirunt eum. τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτόν. Vt Deum uere quærere dicamur, hæc requiruntur, Primū ut minimè sit fucatus animus: sed uero Dei amore ferò inflammatus. Deinde ut non quæratur extra uiam, sed in Christo, Christus autem in uerbo. Postremò ut fidem asseramus, id est certam, quoad eius fieri poterit, persuasionem de gratuita ipsius in nos in Christo reconciliatione. Hæc uero nemo nisi uiua Dei gratia fretus asseret. At enim, dices, hoc eorum non est qui quærunt, sed qui iam inuenerūt. Respondeo, prius oportere nos à Deo inueniri quàm ipsum quæramus. deinde in illis quos descripsi gradibus, certos quotidie fieri progressus, donec eum uideamus qualis est in regno suo. nam tum demum uere inuenerimus quē quotidie magis ac magis inuestigamus.

9 Commoratus est παῴκησεν Eras. commigrauit, id est μετῴκησεν. Vide Mat. 2. d. 23

10 Habentem fundamenta ciuitatem, τὸν τοὺς θεμελίους ἔχουσαν πόλιν. Videntur adhibiti articuli, ut sciamus de certa ciuitate certisque fundamentis agi. Deinde comparatur hac ratione ciuitas cum tabernaculis, quod hæc fundamentis nitantur. Itaque ἧς σκηνάς Vetus interpres non satis expresse casulas est interpretatus.

11 Sarra Σάρρα Vetus interpres addit, sterilis: & in Complutenti editione, ac alio quodam exemplari, additum inuenimus στεῖρα οὖσα, sterilis quum esset. Ad concipiendum semen εἰς καταβολὴν σπέρματος Vel, ad emittendum. neque enim desunt qui ex matris etiam semine uelint fœtus concipi. Sed meo iudicio, præstat ex antecedente intelligere consequens, sicuti solent Hebræi: ut καταβολὴ ad uirum referatur. Eras. ad concipiendum ac retinendum semen. C

12 Emortuo. νενεκρωμένου Eras. annis effœto: rectè quidem, sed non seruata Graci uocabuli emphasi, quo non temere usus est Apostolus, ut etiam Paulus Rom. 4. d. 19. Ita enim significatur nō simpliciter effœtum fuisse corpus, sed non magis ad generandum habile, quàm si prorsus mortuum fuisset. Atqui postea ex alia uxore Abraham plurimos filios sustulit. Hæc igitur causa est cur nonnulli uelint Abrahamum uxoris respectu effœtum dici, quod mihi plane coactum esse uidetur, & Apostoli sententiam eneruare. Malo igitur existimare in promissionis apprehensæ ita fuisse confirmatam Abrahami senectutem, ut Sarra etiam mortua, non modo uirumque habilis ad generandum, sed etiam ualde fœcundus fuerit. 13 Secundum fidem Κατὰ πίστιν Ideſt fide quam uiui habuerāt, eos ad sepulchrū usque comitante. Isti omnes οὗτοι πάντες Conuenit quidem hoc omnibus quos commemorauit, quod fides eorū ad extremum perduraret: sed tamen de Abrahamo, Isaaco & Iacobo proprie hoc esse intelligendum, apparet ex uers. 15. & 16.

Quum non essent adepti promissa μὴ λαβόντες τὰς ἐπαγγελίας uocat metonymicè rem ipsam promissam. idque multitudinis numero, propter crebro repetitam pollicitationem. Sed quodnam illud promissum sunt? Side Christo accipias, quem certum est illos tanquam scopum sibi proposuisse, dicendum erit eos non esse Christum adeptos, præterea quod scilicet dilatus est in nostra tempora ipsius aduentus, quanuis ex fidei descriptione, quæ tradita est suprà uers. 1. fuerit illis uisibilis: ac proinde per eum non aliter ex hac uita migrantes sint adepti immortalem hæreditatem, quàm nos qui ipsius aduentum sumus cōsecuti: ut multis iam locis est explicatum. Nam limborum, quos uocant, somnium iis relinquimus qui supra uerbum Dei sapere uolunt. Possumus tamen, ut mihi uidetur, minus coactè hoc referre ad Teræ Chanaan promissiones, qua nunquam ipsi potiti sunt. Erat autem illis hæc regio paternæ Dei beneuolentiæ, cælestisq; hæreditatis, nascituræ denique ex ipsis Ecclesiæ typus ac figura. ut inuictam eorum fidem esse oportuerit, qui de rebus ipsis non dubitarint, quarum tamen promissa pignora nunquam sint adepti. Quid igi ur

A νυνὶ δὲ κρείττονος ὀρέγονται, τοῦτ' ἔστιν ἐπουρανίου. διὸ οὐκ ἐπαισχύνεται αὐτοὺς ὁ θεὸς, θεὸς ἐπικαλεῖσθαι αὐτῶν. ἡτοίμασε γὰρ αὐτοῖς πόλιν.

16 Nunc autē meliorem expetūt, hoc est cœleſtem. quapropter nō erubeſcit ipſe Deus, uocari Deus eorum. parauerat enim eis ciuitatem.

πίστει προσενήνοχεν Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαὰκ πειραζόμενος, καὶ τὸν μονογενῆ προσέφερεν ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος.

17 Per fidem Abraham quum tētaretur, obtulit Iſaacum, unigenitum in quam illum obtulit, is qui promiſsiones exceperat, Gen.12.b.10 eccl.44.d.15.

(πρὸς ὃν ἐλαλήθη ὅτι ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα,)

18 Ad quem dictum fuerat, in Iſaac uocabitur tibi ſemen. Gen.21.b.12 rom.9.b.7.

λογισάμενος ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγεῖραι δυνατὸς ὁ θεὸς, ὅθεν αὐτὸν καὶ ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο.

19 Quum illud ſecum perpendiſſet, Deum uel à mortuis excitare poſſe: unde illum etiam ſimilitudine quadam recepit.

πίστει περὶ μελλόντων εὐλόγησεν Ἰσαὰκ τὸν Ἰακὼβ καὶ τὸν Ἠσαῦ.

20 Per fidem de futuris benedixit Iſaac *filio* Iacob & Eſau. Gene.27.d.27 & f.36.

πίστει Ἰακὼβ ἀποθνήσκων ἑκάστου τῶν υἱῶν Ἰωσὴφ εὐλόγησε, καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ.

21 Per fidem Iacob moriens ſingulis filijs Ioſeph benedixit: & adorauit baculo innixus. Gen.41.c.13 Geneſ.47.g31.

πίστει Ἰωσὴφ τελευτῶν περὶ τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐμνημόνευσε, καὶ περὶ τῶν ὀστέων αὐτοῦ ἐνετείλατο.

22 Per fidem Ioſeph moriens, de egreſsione filiorum Iſrael meminit: deq; oſsibus ſuis mandauit. Gen.10.d.24

B tur illis fiet qui, poſtquā Deus omnia illa quæ Abrahamo promiſerat, imò infinitis partibus plura, Chriſtumq; adeo ipſum exhibuit: tamen uel credere recuſant, uel infide non perſeuerant? Vulg. non acceptis repromiſſionibus. Eraſ. quum non accepiſſent promiſsiones: uterq; nimium ambigue. Nam ſi promiſsiones non acceperant, dicere poſsit aliquis, quomodo crediderunt? Ac cum gratiarum actione excepiſſent καὶ ἀσπασάμενοι uel amplexi fuiſſent. Vulg. ſalutantes. Eraſ. ſalutaſſent. Sed ego uti circunlocutione malui. ac ſi ſcriptum ſit Hebraicè משיתחוה. Nā hoc notabilo deſignari puto quod plurimis locis commemoratur apud Moſen, Patriarchas uidelicet acceptis à Domino promiſſionibus mox adoraſſe, & aras etiam ſæpe extruxiſſe. quibus nimirum ſignis uiuam ſuam fidem mūdo etiam ſunt teſtati: & Chriſtum, quem omnis ſide cernebant uenturum, quaſi iam præſentem adorarunt.

16 Nunc autē *Νυνὶ δὲ* Nunc hoc in loco non eſt Tēporis aduerbiū, ſed coniunctio *συναπτικὴ*, ut alibi ſæpe dixi mus. Vtitur autem præſenti tempore, hiſtoricorum more. 17 Quum tentaretur, *πειραζόμενος*, id eſt, quum explo raret eum Dominus: minime id quidem quaſi ſibi incognitum. ſed ut uirtus Dei, quem ille ſide apprehenderat, cum illi ipſi, tum uenturis etiam ſeculis melius eſſet perſpecta. Vnigenitus autem dicitur Iſaac, quòd Iſmael non cenſeretur in familia. Is qui promiſsiones exceperat, *ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος*. Quam multa dicit uno uerbo! Obtuit filium Pater: ubi paternus ille affectus? obtulit unigenitum illum, quo amiſſo uidebatur omnis ſpes promiſsionis amiſſa. obtulit non is qui ex aliorum ſermone, ſed qui ſuis auribus promittentem Dominum audiſſet. obtulit is ipſe ad quem promiſſa pertinebant: obtulit qui non modò audierat, ſed etiam audita per fidem exceperat. Audiebat ex eodem ore interficiendi mandatum, ex quo naſcendi promiſsionem acceperat. In ſpem igitur contra ſpem credidiſſe oportuit, qui res mutuo ſeſe collidentes, i. uitam eiuſdem hominis ac mortem ſimul conciliari poſſe non dubitarit: quia Deus erat qui loquebatur. Vulg. in quo ſuſcepetat promiſsiones, repugnante Græcorum codicum fide, & eneruata Apoſtoli ſententia. 19 Vnde *ὅθεν* id eſt ex qua morte. Neque enim idem declarat atque *διὸτι*, id eſt quāobrē, ſed refertur ad *ἐκ νεκρῶν*, à mortuis. quod multos interpretes ſefellit, ac præſertim Græcos, à quibus ſane infeliciter explicatus eſt hic locus. Similitudine quadam *κατ' παραβολὴν*. Id eſt quodammodo, ſiue ſpecie tenus. quod ramē non pertinet ad uerbum *ἐκομίσατο*, (eum enim re uera recepit) ſed ad *ὅθεν*. Neque enim recepit eum ex uera morte, quum non ſit interfectus. ſed tamen quum Dei mandato tam neci addictus, incolumis ſit patri reſtitutus, uidetur ipſius liberatio, quædā reſurrectionis ſpecies. quo mō ēt dicūtur reuixiſſe qui ex certiſſimo aliquo periculo præter omC nem ſpem ſunt ſeruati. Hanc huius loci germanam ſentētiam doctiſſimus interpres, primus, ut opinor, patefecit: cui prorſus aſſentior. Nam quæ de ariete & Chriſti typo commemorari ſolent in hunc locum, ut uera ſint, tamen nō uidētur huc pertinere. Vulg. Vnde eum & in parabolam accepit. Eraſ. unde illum etiam *reſurrectionis* typo reduxit. id eſt, ut inquit in annotationibus, in typo Chriſti immolandi. 20 De futuris *περὶ μελλόντων*. Hic uerò uiuum habemus exemplar illius hypoſtaſis quæ ſuprà eſt commemorata uerſ. 1. ſiquidem Iacob hoſpes in Aegypto moriens non aliter ſuis diſtribuit Chananæorum regna, quàm ſi pacificus in Hieruſalem regnū ſuum inter duodecim liberos partiret. Quàm aūt uera ac ſolida fuerit hęc hypoſtaſis, uel ex eo apparet quòd tā multis poſt annis, re tota ſorti cōmiſſa, qua nihil magis ſortuitum uidetur exitus teſtamentum Iacobi confirmauit. Quid enim eſt uerbo Dei certius?

21 Et adorauit baculo innixus *καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ*. Quo plures exercuit hic locus, eò magis ſtudui perſpicuè illum explicare. Sic igitur Vetus interpres conuertit, & adorauit faſtigium uirgæ eius, quaſi otioſa ſit præpoſitio *ἐπὶ*. quem errorem annotauit quidem Eraſmus, ſed neque in contextu mutauit, neque in annotationibus recte emendauit, ut qui putarit *ἐπὶ τὸ ἄκρον* ſignificare ad ſummum, quum potius oportuerit totum hūc locum ita ad uerbum interpretari, Et adorauit ſuper extremo baculi ſui. Ex hoc errore alij poſtea promanarunt, primum quod putarunt Ioſephum à Iacobo fuiſſe adoratum: deinde quod faſtigij nomine exiſtimarunt eminentem Ioſephi dignitatem ſignificari, quem errorem auxit etiam tertius, quod uirgam meminerant pro regio ſceptro interdū uſurpari, & tale etiam quiddam referatur Eſther. 5.a.2. In ſummā igitur cenſuerunt his uerbis ſignificari, Ioſephum ut principem fuiſſe à Iacobo adoratum. de quo ut nemo iam poſſet dubitare, auſus etiam eſt quidam nuper hunc locum ita interpretari, Et Ioſephi uirgæ caput ueneratus eſt. Atqui primùm omnium, ut demus Ioſephum hoc paſſurū fuiſſe (qui tamen e contrario commemoratur in proximè ſequenti capite, i. Gen. 48.b.12. patrem humi prouolūtus adoraſſe) quorſum hoc ad prædicandam Iacobi fidem? Deinde quo iure debet excludi præpoſitio *ἐπὶ*? Nam quod ad מטה attinet, fateor ambiguum nomen eſſe, ut etiam *τὸ ἄκρον* quo uſus eſt Græcus interpres. Ergo hæc ſententia cō ſiſtere non poteſt, quod multo etiam magis ex Hebræis ipſis intelligitur: quæ ſic habent וישתחו על ראש המטה Id eſt, & adorauit ad caput lecti. ut nunc in libris Hebraicis legitur. Hic uero nulla dignitatis Ioſephi mentio: nec dubium quin Iacob certus ex filij iureiurando, fore ut cum maioribus ſuis ſepeliretur, memor promiſsionum, oculos

ad Deum sustulisset, &, ut imbecilli erat corpusculo, gestu ad fulcrum lecti conuersus, Deo gratias egisse istis uerbis significetur. At istâ, inquies Græcis non respondent. Ego uerò fateor Græcos unum idemq; uocabulũ alijs punctis uocalibus expressisse, ut pote qui מתתיה MATTHE legerint non MITTHA, uti scriptum habemus. Sed quod ad rem attinet, dico nullum esse in ipsa sententia discrimen, nec minus quadrare eam lectionem quam secuti sunt Græci. nam utrobique dicitur Iacob adorare, Deum scilicet, uti postulat sententia, quum neque in Hebræis, neque in Græcis quicquam subijciatur, unde aliud elici possit. Deinde pro על uerterunt ἐπὶ pro ראש τὸ ἄκρον, in quibus nihil est quod possit reprehendi. Sed in eo decepti sunt ueteres plerique interpretes Latini, quod ἐπὶ prætermiserint. Eras. uerò in eo quòd ἐπὶ τὸ ἄκρον in annotationibus uertit ad summum: & Hieronymus contra, summitatem: quum ἐπὶ nihil aliud hic declaret quàm Super, ut sit hic sensus, Iacobum adorasse super extremo baculo, id est baculo innixũ. quod unus ex ueteribus Augustinus uidetur si in uernaculo sermone nostro dicas, *sur le bout de son baston*. Nam quod ad relatiuum αὐτὸς attinet, nemo ignorat quàm sæpe soleat etiam cum spiritu tenui pro reciproco, usurpari. ῥάβδος autem pro baculo quo innitamur, id est pro scipione, qui uere senibus conuenit, nihil etiam impedit quominus pro tuis hoc in loco accipiamus quàm pro sceptro. Neque uero minus conuenit hæc sententia quam altera. ac uiderur et nescio quomodo melius ita exprimi imbecilli senis gestus. Ad hæc diligenter consideranti mihi totam historiam, nõ minus probabile uidetur Iacobum tũ nondũ decubuisse, sed aliquãto post. quamobrem et ani repente ad lectum accurrit nuntius, qui patrem illi ægrotare cœpisse significaret. Denique sufficiar ostendisse cauillam nõ esse cur hoc loco Hieronymus Græcos interpretes exagitaret. atque etiam multo minuscur putetur Apostolus communi errori aliquid dedisse, qui certe à Spiritu sancto impulsus, & ad Hebræos scribens, sicut initio huius epistolæ diximus, nun quam hoc commisisset.

Per fidem, quum natus esset Moses occul- 23
tatus est mẽses tres à parentibus suis, propterea quòd uiderent elegantem puellum: nec timuerunt edictum Regis.

πίστει μωσῆς γεννηθεὶς ἐκρύβη τρίμηνον ὑπὸ τῶν πατέρων αὐτοῦ, διότι εἶδον ἀστεῖον τὸ παιδίον, καὶ οὐκ ἐφοβήθησαν τὸ διάταγμα τοῦ βασιλέως. B

Per fidem Moses iamgrandis renuit uoca- 24
ri filius filiæ Pharaonis:

πίστει μωσῆς μέγας γενόμενος ἠρνήσατο λέγεσθαι υἱὸς θυγατρὸς φαραώ,

Potius eligens simul malis affici cum po- 25
pulo Dei, quàm temporarijs cõmodis peccati frui:

μᾶλλον ἑλόμενος συγκακουχεῖσθαι τῷ λαῷ τοῦ θεοῦ, ἢ πρόσκαιρον ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν,

Maiores arbitratus diuitias, probrũ Chri- 26
sti, quàm Aegyptiorum thesauros: intuebatur enim in præmij largitionem.

μείζονα πλοῦτον ἡγησάμενος τῶν τοῦ αἰγύπτου θησαυρῶν τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ χριστοῦ. ἀπέβλεπε γὰρ εἰς τὴν μισθαποδοσίαν.

Per fidem reliquit Aegyptũ, nihil timẽs 27
iram Regis. nam ut qui uidisset eum qui est inuisibilis, *ita* forti animo fuit.

πίστει κατέλιπεν αἴγυπτον, μὴ φοβηθεὶς τὸν θυμὸν τοῦ βασιλέως· τὸν γὰρ ἀόρατον ὡς ὁρῶν ἐκαρτέρησε.

Per fidem peregit pascha & effusionem il- 28
lam sanguinis: ne is qui perimebat primogenita, tangeret ipsos.

πίστει πεποίηκε τὸ πάσχα καὶ τὴν πρόσχυσιν τοῦ αἵματος, ἵνα μὴ ὁ ὀλοθρεύων τὰ πρωτότοκα θίγῃ αὐτῶν.

Per fidem transierunt Rubrum mare ue- 29
luti per siccam *terram:* cuius facto periculo Aegyptij absorpti sunt.

πίστει διέβησαν τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν ὡς διὰ ξηρᾶς, ἧς πεῖραν λαβόντες οἱ αἰγύπτιοι κατεπόθησαν.

Per fidem mœnia Iericho conciderũt cir- 30
cundata ad dies septem.

πίστει τὰ τείχη ἰερειχὼ ἔπεσε, κυκλωθέντα ἐπὶ ἡμέρας ἑπτά.

Per fidem Rahab meretrix illa non perijt 31
unà cum iis qui non obedierant, quum excepisset hospitio exploratores pacifice.

πίστει ῥαὰβ ἡ πόρνη οὐ συναπώλετο τοῖς ἀπειθήσασι, δεξαμένη τοὺς κατασκόπους μετ' εἰρήνης. C

Et quid præterea loquor? deficiet eñ me 32
tempus, commemorantem de Gedeone, de Barac, & Sampsone, & Iephte, nec nõ Dauid & Samuele ac prophetis:

καὶ τί ἔτι λέγω; ἐπιλείψει γάρ με διηγούμενον ὁ χρόνος περὶ γεδεών, βαρὰκ τε, καὶ σαμψών, καὶ ἰεφθάε, δαβίδ τε, καὶ σαμουήλ, καὶ τῶν προφητῶν,

Qui per fidem expugnauerunt regna, ex- 33
ercuerunt iustitiam, assequuti sunt promissiones, occluserunt ora leonum.

οἳ διὰ πίστεως κατηγωνίσαντο βασιλείας, εἰργάσαντο δικαιοσύνην, ἐπέτυχον ἐπαγγελιῶν, ἔφραξαν στόματα λεόντων,

Extinxerunt uim ignis, effugerunt acies 34
gladij, ualidi facti sunt ex imbecillitate, effecti sunt robusti in bello, exercitus exterorũ in fugam uerterunt.

ἔσβεσαν δύναμιν πυρός, ἔφυγον στόματα μαχαίρας, ἐνεδυναμώθησαν ἀπὸ ἀσθενείας, ἐγενήθησαν ἰσχυροὶ ἐν πολέμῳ, παρεμβολὰς ἔκλιναν ἀλλοτρίων.

23 Nec tumuerunt διὰ τὸ ἰδεῖν ἀστεῖον ἐφοβήθησαν Sub. magnopere: uel, ita ut uererentur alere. Nam hoc certè quamuis simpliciter dictum, tamen intelligendum est κατά τι, ut alia multa passim annotauimus, ueluti quũ dicitur Iohannes uenisse nec edens nec bibens. 25 Commodis peccati ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν. Id est commoda quib. frui non poterat quin iram Dei in se prouocaret. 27 Vt qui uidisset. ὡς ἑωρῶν. Vulg. tanquã uidisset. Eras. perinde quasi uidisset. Neuter sensum est assecutus. Respondet enim כמו אבותרת quod uocant Hebræi, de quo diximus 2. Cor. 2. d. 17.

13 Me-

A 31 Meretrix illa, ἡ πόρνη. Heb. הזונה etiam ה præposito, ut sciamus nobile scortum fuisse, quod unũ tamẽ ex illa urbe seruarit Dominus, cuius inscrutabilis est bonitas. Hebræi à זנה deriuant, & hospitam interpretantur, i. quæ in diuersorio soleret hospites excipere. Sed propriam esse significationem illam minimẽ dubiũ est. Pacifice. μεθ' εἰρήνης Id est benigne, & beneuole, ita ut non modò nihil eos læserit, sed etiam tutos præstiterit. 33 Promissionis ἐπαγγελιῶν. Id est promissionũ fructum. 34 Exercitus παρεμβολάς. Vel castra. Hæc enim est propria huius nominis significatio. Eras. impressiones. In fugam uerterunt. ἐκλιναν. uel, ut Vulg. eleganter uertit, castra uerterunt. Hoc enim est quod Græci elegantius significat uerbo τρέπειν.

λαβον γυναῖκες ἐξ ἀναστάσεως τοὺς νεκροὺς 35
αὐτῶν· ἄλλοι δὲ ἐτυμπανίσθησαν, οὐ προσδεξάμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν, ἵνα κρείττονος ἀναστάσεως τύχωσιν.

ἕτεροι δὲ ἐμπαιγμῶν καὶ μάστιγων πεῖραν 36
ἔλαβον, ἔτι δὲ δεσμῶν καὶ φυλακῆς.

ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐπειράσθησαν, ἐν 37
φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον, περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι,

ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος, ἐν ἐρημίαις πλα- 38
νώμενοι, καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς.

καὶ οὗτοι πάντες μαρτυρηθέντες διὰ τῆς πί- 39
στεως οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν,

τοῦ θεοῦ περὶ ἡμῶν κρεῖττόν τι προβλεψαμέ- 40
B νου, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι.

Mulieres acceperũt ex resurrectione mortuos suos: alij uerò distenti sunt, neglecta liberatione, ut potiorem resurrectionem nanscisc erentur.

Alij rursus ludibria & flagella sunt experti, insuper & uincula & carcerem:

Lapidati sunt, dissecti sunt, tẽtati sunt, gladio cæsi occubuerũt, oberrauerunt cum ouillis & caprinis pellibus destituti, oppressi, malè habiti.

Quibus indignus erat mundus: in desertis errantes, & montibus ac speluncis, & cauernis terræ.

Atque omnes hi testimonium adepti per fidem, non obtinuerunt promissum:

Quòd Deus de nobis melius quiddam prouiderat, ne absq; nobis cõsecrarentur.

CAP. XII.

ΚΕΦΑΛ ιβ.

Τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς τοσοῦτον ἔχοντες περι- 1
κείμενον ἡμῖν νέφος μαρτύρων, ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν, διὰ ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα,

ἀφορῶντες εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τε- 2
λειωτὴν Ἰησοῦν, ὃς ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς ὑπέμεινε σταυρόν, αἰσχύνης καταφρονήσας, ἐν δεξιᾷ τε τοῦ θρόνου τοῦ θεοῦ κεκάθικεν.

ἀναλογίσασθε γὰρ τὸν τοιαύτην ὑπομεμε- 3
νηκότα ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς αὐτὸν ἀντιλογίαν, ἵνα μὴ κάμητε, ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐκλυόμενοι.

PRoinde nos quoque, quum tanta nos circunstet nubes testium, abiecto omni pondere, & peccato ad nos circuncingendos procliui constanter propositum nobis stadium curramus:

Intuentes in fidei ducem ac perfectorem Iesum, qui uice sibi propositi gaudij pertulit crucem, ignominia contempta, & ad dexteram throni Dei consedit.

Enimuero reputate quis ille sit qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus se cõtradictionem: ne animis deficientes, fatiscatis.

35 Mulieres γυναῖκες. Videtur historiam innuere Sareptanæ illius cuius filium Elias suscitauit. & Sunamitidis cuius item filium Elisæus matri restituit. Distenti sunt, ἐτυμπανίσθησαν. Quidam interpretantur. διὰ ῥοπάλων ἀναιθέντων, fustibus contusi sunt. Alij ad uerbera referunt, aliis de ijs hoc dici putant quibus corium diripiatur. Mihi uisa est simplicissima expositio Veteris interpretis. Non dubium est autem quin eam designet persecutionem quam Antiochus exercuit. 37 Tentati sunt, ἐπειράσθησαν. Ita in omnibus Græcis exemplaribus nostris scriptum erat, nec tamen possum aliter statuere quàm ex margine irrepsisse in contextũ, ubi quispiã pro ἐπειράσθησαν, perperã annotarit ἐπερράσθησαν. uel legendũ ἐπάρθησαν, id est transfixi sunt. uel uerubus infixi, a uerbo πείρω, cuius participio passiuo utitur Hom. Cum ouillis pellibus σὺν μηλωταῖς. Vulg. in mellotis, nempe quòd non intelligeret quid hocsibi uel ſet, quod multis ẽt postea imposuit Græce linguæ imperitis. Significatur autẽ his uilib. & asperis amictibus, sanctos ad extremam inopiam redactos, penè ferarum instar coactos in asperrimis locis uiuere. Sic Iohannes Baptista narratur pro uestе exuuias cameli gestasse, pellicea zona cinctum.

39 Non obtinuerunt promissum. οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν. Fructũ quidẽ promissionũ obtinuerunt, ut dictũ est supra uersu 33. sed tamen eminus tantum uiderunt uenturum Christum, qui nobis singulari beneficio fuit exhibitus: ut & nos & illi una sanctificaremur. Vide suprà uersu. 13. 40 Melius quiddam κρεῖττόν τι. Id est præstanti us quiddam. Nam certè eo excellimus quòd nobis re ipsa exhibitus est Christus, & longè plenius quàm unquam antèa nobis patefacta sunt Dei arcana. Hoc igitur ad præsentis uitæ conditionem refert in genere, cuius respectu multò sanè maioribus beneficijs cumulati sumus quàm illi. Ne absque nobis sanctificarentur. ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσιν. Quid ergo non sunt illi uiui per fidẽ sanctificati, & post mortẽ adepti quod speramus? Certe sunt: sed ita tamẽ ut ab eo qd nostris demũ tẽporibus exhibendũ ac præstandũ erat, salus ipsorũ pẽderet. & sanè crediderim, Christo in cælũ recepto, quũ ia re ipsa Caput priorũ animis adiunctũ esset, aliquẽ ẽt gradũ illorũ beatitati accessisse. quò pertinet aliquatenus illud Pauli, apparuisse Christũ ut pacificaret omnia, tũ quæ in cælis tũ quæ in terra Eph. 1. b 10. & Coloss. 1. c. 16. & 20. De uerbo τελειοῦσθαι diximus supra 2. c. 10.

IN CAPTT XII.

1. Abiecto omni pondere. ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα. Tota hæc oratio trãslatitia est. quasi nobis in stadionõ sine magnis difficultatib. sit currẽdũ. qua trãslatione sæpe ẽt gaudet Paulus. In primis igit monet ut ὄγκον abijciam⁹. quo uocabulo crassa omnis & tarda moles significat. Erat enim athletis certa in primis necessitas quædã ciborũ & exercitationũ, ut inquit Fabius lib 10. cap. 5. ut firmo, agili, bene cõpacto corpore essent, p uariis certaminũ speciebus. Cursorib. aũt scimus in primis nihil æque atq; crassam corporis habitudinẽ obstare. Hoc ẽ igit qd Paulus ὄγκον uocat: ego cũ uetere interprete pondus. Eras. onus interpretatur: opes nimirũ, curas, cæteraq; id genus impedimẽta quib. retar-

damur. Denique hoc est quod ait Dñs, Qui uolet meus esse discipulus, abneget semetipsum, & tollat crucē suā, & sequatur me. Et peccato ad nos circūcingendos procliui καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν. ἁμαρτίαν non dubium est quin naturæ nostræ prauitatem uocet, & quidē addito perelegāti epitheto. εὐπερίστατον enim ab effectu dici credo quo nihil æquē aptū sit ad nos circunsistendos, ac prōde ad cursum nostrum impediendum. Neque enim satis est agili esse corpore, sed ēt mēbra expedita & in procinctu habere cursorē oportet: quū nos interim illa prauitas quasi cōclusos & irretitos teneat. Vulg. & circunstās nos peccatū, no expressa Apostoli sentētia. Eras. & tenaciter inhærente peccato: qua significatione nusquā memini legere τὸ περίστατον. Constanter δὶ ὑπομονῆς. Periphrasin aduerbij esse apparet. itaque sic malui conuertere, ut perspicuitati studerem, q̄ Per tolerantiā, uel per patientia. Propositum nobis stadium curramus. δρέξωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα. Vulg. ad uerbū, curramus propositū nobis certamē. Eras. curramus in proposito nobis certamine, quasi scilicet subaudiatur κατά. quum potius ἀγῶν hic locum ipsum declaret in quo curritur, qui alio nomine stadium à Græcis uocatur. 2 Intuentes ἀφορῶντες. Intuentes i. tanquam propositam metam. Vulg. aspicientes. Eras. respicientes.

Nondum usque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum decertantes.

4 οὔπω μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι,

Et obliti estis exhortationis quæ uobis tā quam filiis loquitur, Fili mi, ne neglexeris castigationem Domini, neque deficias animo, quum ab eo argueris.

5 καὶ ἐκλέλησθε τῆς παρακλήσεως, ἥτις ὑμῖν ὡς υἱοῖς διαλέγεται. υἱέ μου, μὴ ὀλιγώρει παιδείας κυρίου, μηδὲ ἐκλύου, ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος.

Quem enim diligit Dominus castigat, & flagellat omnem filium quem recipit.

6 ὃν γὰρ ἀγαπᾷ κύριος, παιδεύει· μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται.

Si castigationem sustinetis, ut filiis *ita* uobis offert se Deus: quis enim est filiis quem non castiget pater?

7 εἰ παιδείαν ὑπομένετε, ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ θεός. τίς γάρ ἐστιν υἱὸς, ὃν οὐ παιδεύει πατήρ;

Quòd si estis absque castigatione, cuius participes sunt omnes, nempe spurij estis, & non filij.

8 εἰ δὲ χωρίς ἐστε παιδείας, ἧς μέτοχοι γεγόναμεν πάντες, ἄρα νόθοι ἐστὲ, καὶ οὐχ υἱοί. B

Deinde corporū nostrorū patres habuimus castigatores, ac reueriti sumus: annon multo magis subijciemur Patri spirituum, & uiuemus?

9 εἶτα τοὺς μὲν τῆς σαρκὸς ἡμῶν πατέρας εἴχομεν παιδευτὰς, καὶ ἐνετρεπόμεθα· οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑποταγησόμεθα τῷ πατρὶ τῶν πνευμάτων, καὶ ζήσομεν;

Nam illi ad paucos dies, prout ipsis uidebatur, nos castigabant: hic autem ad commodum nostrū: ad hoc ut participes simus sanctimoniæ ipsius.

10 οἱ μὲν γὰρ πρὸς ὀλίγας ἡμέρας, κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς, ἐπαίδευον· ὁ δὲ ἐπὶ τὸ συμφέρον, εἰς τὸ μεταλαβεῖν τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ.

Omnis autem castigatio in præsens quidem non uidetur esse gaudij, sed tristitiæ: at postea fructum tranquillum iustitiæ reddit iis qui per illam fuerint exercitati.

11 πᾶσα δὲ παιδεία πρὸς μὲν τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης. ὕστερον δὲ καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι' αὐτῆς γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσι δικαιοσύνης.

Quapropter manus remissas & genua soluta surrigite:

12 διὸ τὰς παρειμένας χεῖρας καὶ τὰ παραλελυμένα γόνατα ἀνορθώσατε,

Et rectas orbitas facite pedib. uestrisne, quod claudū *est* abducatur à uia, sed sanetur potius.

13 καὶ τροχιὰς ὀρθὰς ποιήσατε τοῖς ποσὶν ὑμῶν, ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ, ἰαθῇ δὲ μᾶλλον. C

Pacē sectemini cū omnib. & sanctimoniam, sine qua nemo uidebit Dominum:

14 εἰρήνην διώκετε μετὰ πάντων, καὶ τὸν ἁγιασμὸν, οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν κύριον,

Prospiciētes nequis deficiat à gratia Dei: ne qua radix amara suppullulans obturbet, & per hanc inquinentur multi.

15 ἐπισκοποῦντες μή τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ, μή τις ῥίζα πικρίας ἀνω φύουσα ἐνοχλῇ, καὶ διὰ ταύτης μιανθῶσι πολλοί.

Nequis scortator aut ꝓfanus, uelut Esau, q unico edulio uēdidit suū ius primogeniti.

16 μή τις πόρνος ἢ βέβηλος· ὡς Ἠσαῦ, ὃς ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ.

Vice sibi propositi gaudij ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς. Id est, qui suū omne beatitatis genus in manuac potestate haberet. 7 Si castigationem sustinetis, εἰ παιδείαν ὑπομένετε, Vulg. In disciplina perseuerate. Neq; enim legit εἰ & ὑπομένετε, putauit positū imperandi modo. sed repugnāte Græcorū codicū fide, nec satis ēt cohærenti huius quæ sequuntur. 12 Manus remissas παρειμένας χεῖρας. Descriptio hominis inertis, & desponden tis animū. 13 Rectas orbitas, τροχιὰς ὀρθὰς. Id est rectū cursum tenete, & ita quidē ut honestæ uitæ uestræ uestigia appareant, quæ numerū alij ingrediuntur. Hæc enim uis esse uidetur illius periphrasis. Vulg. gressus rectos facite. Eras. facite ut recti sint gressus. Ne quod claudū est, abducatur à uia, ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ. Claudicatio partim declarat tarditatē, partim ēt inconstantiā in doctrina. quod nōnihil adhuc propenderēt in Circuncisionē uel negligētia uel me

A ἴστε γὰρ ὅτι καὶ μετέπειτα θέλων κληρονομῆσαι τὴν εὐλογίαν, ἀπεδοκιμάσθη· μετανοίας γὰρ τόπον οὐχ εὗρε, καίπερ μετὰ δακρύων ἐκζητήσας αὐτήν.

17 Scitis enim quòd & postea, quum uellet hæreditario iure benedictionem assequi, reprobatus sit. non enim reperit pœnitentiæ locum, quanuis cum lachrymis *benedictionẽ* illam exquisisset.

οὐ γὰρ προσεληλύθατε ψηλαφωμένῳ ὄρει, καὶ κεκαυμένῳ πυρὶ, καὶ γνόφῳ, καὶ σκότῳ, καὶ θυέλλῃ,

18 Non enim accessistis ad tractabilem montem, & incensum ignem, ac turbinem & caliginem & procellam.

καὶ σάλπιγγος ἤχῳ, καὶ φωνῇ ῥημάτων, ἧς οἱ ἀκούσαντες παρῃτήσαντο μὴ προστεθῆναι αὐτοῖς λόγον.

19 Tubæq; sonitum & uocem uerborum: quam qui audierant, deprecati sunt ne amplius sibi fieret sermo:

(οὐκ ἔφερον γὰρ τὸ διαστελλόμενον· κἂν θηρίον θίγῃ τοῦ ὄρους, λιθοβοληθήσεται, ἢ βολίδι ληστηρίῳ βληθήσεται.

20 (Non enim ferebant quod imperabatur, Si uel bestia tetigerit montem, lapidabitur, aut iaculo configetur.

καὶ οὕτω φοβερὸν ἦν τὸ φανταζόμενον, Μωσῆς εἶπεν· ἔκφοβός εἰμι καὶ ἔντρομος.)

21 Et Moses, adeo terribile erat uisum quod apparebat, dixit, Expauefactus sum actremebundus).

B ἀλλὰ προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει,

22 Sed accessistis ad montem Sion, & ciuitatem Dei uiui, Hierusalem cælestẽ, & innumerabilium Angelorum conuentum,

C ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένων, καὶ κριτῇ θεῷ πάντων, καὶ πνεύμασι δικαίων τετελειωμένων,

23 Et concionem primogenitorum qui conscripti sunt in cælis, & iudicem uniuersorũ Deum, & spiritus iustorum perfectorum:

17 Scitis *ἴστε*. Vulg. Scitote. quod rectè emendauit Erasmus. Reprobatus sit *ἀπεδοκιμάσθη*. Heb. נִדְחָה id est reiectus, repulsus denique repulsam tulit. Neque enim benedictionem obtinuit, sed Iacob. Sunt autẽ ridiculi qui ex hoc loco æternã Dei prædestinationem eludut: quasi scilicet tum demũ fuerit reprobatus Esau, quũ tam multo ante tempore dixisset Dominus. Maior seruiet minori: & ea quidem seruitute quæ cum odio est cõiuncta, ut exponit Paulus Rom. 9, ex Malachia. Distinguẽdum igitur decretum quod æternum est, ab executione, quæ suo tempore exitum sortitur: & eum quidem per causas intercedentes & in ipsis reprobis hærentes, ut tota exitij reproborum culpa penes ipsos resideat. Exempli causa, Si quæras cur Deus ab æterno decreuerit Esau reprobare, respondebo, cum Paulo, quia illi libuit hoc uas iræ condere in cuius iusta condemnatione iustitiam ac potentiam suam patefaceret. Sin uerò quæras quamobrem sit reprobatus, respondebo, quia profanus quum esset, pluris fecit offulam, quàm Dei promissionẽ. Vehementer enim fallũtur qui hoc ius primogeniti putant nihil ad salutem pertinuisse. Non enim reperit pœnitentiæ locum *μετανοίας γὰρ τόπον οὐχ εὗρεν*. Id est, nullus locus relictus est ipsius pœnitentiæ: siue, serò pœnitendo, nihil profecit, ut qui clamabunt, Domine Domine aperi nobis, clauso iam ostio. Itaq; *μετανοίας* hoc in loco accipitur *αὐτὶ τῆς μεταμελείας*, id est pro dolore quem aliquis ex re præterita concipit, non autem pro resipiscentia. Vellent enim sceleratissimi quique, quum ad iudicium uentum est, infecta esse flagitia quæ patrarunt, sed pœnæ horrore adacti, non autem Dei aut iustitiæ amore. Filios uerò Dei ita pœnitet anteactæ uitæ, ut simul resipiscant, quia datur illis Spiritus sanctus à quo impulsi in uiam redeunt. Qualis porrò fuerit hæc pœnitentia Esau, satis declarauit, quum mentiretur sibi per fraudem præreptum fuisse ius primogeniti: & ex Patris conspectu discederis fratri mortem minaretur, Gen. 27. c. 36, & f. 41. *Benedictionem* illam exquisisset *ἐπεζήτησας αὐτήν*. Quia nonnullos uideo hallucinatos fuisse in eo quòd *αὐτὴν* putarint ad *μετάνοιαν* referri, quasi Esau cum lachrymis requisierit locum sibi dari resipiscentiæ, ideo antecedens ipsum expressi. Illud uerò præterquam quod absurdum est, falsum etiam esse conuincitur ex ipsius Esau uerbis quæ paulo antè citaui. quum etiam teneatur ibidem Moses eum cum eiulatu petijsse benedictionem à patre. Gen. 17. c. 34, ut minimè dubium sit ueram hanc esse huius loci explicationem.

18 Non enim *οὐ γάρ*. Nunc ad eandem adhortationem accommodat Propheticum Christi officium: & quanta sit Euangelicæ doctrinæ maiestas supra Legem, ex circunstantijs eorum ostendit quæ in Legis promulgatione apparuerunt: ut tandem hoc argumentum nectat, Si tanta fuit Legis maiestas, quantam esse putatis Euangelij? quòd si infinitis partibus & omnibus modis excellit Euangelium, quanto minus euadent qui Euangelium eiurant aspernati quàm qui Legem uiolarunt? Tractabilem *ψηλαφωμένῳ* Participia ista, ex Hebræorum more, ponuntur participialiũ nominum loco, ut diximus Galat. 2. c. 11. Montem igitur *ψηλαφώμενον*, id est qui manibus palpari possit, crassè uidelicet ac terrenæ materiæ, cælesti ac Spirituali monti Sion opponit, ut rectè annotauit doctissimus interpres. Erasmus igitur quod bene ac Latinè conuersum erat, non satis considerate mutauit. Quia enim ratione contactus mons dicetur, quem tangere non licebat? aut uerbum *ψηλαφᾶσθαι* quomodo accommodabitur tantæ tempestati?

19 Ne amplius sibi fieret sermo *μὴ προστεθῆναι αὐτοῖς λόγον*. Sic sæpe inuenias in Sacris literis ex Hebræorũ more dictum, Et adiecit loqui, pro, præterea etiam dixit. Ita igitur Israelitæ quum maiestatem Dei loquentis non amplius possent sustinere, rogarunt ne amplius ille loqueretur, sed ut per Mosen interpretem ageret omnia, ut scribitur Deut. 5. d. 25. ad quem locum allusit Apostolus. Non rectè igitur conuertit Vetus interpres, ne eis fieret uerbum: omissa præpositione *πρὸς*. Erasmus autem sententiam manifestè deprauauit, quum interpretaretur, ne his adiungeretur oratio.

21 Et Moses, &c *Καὶ* &c. Hæc uerba *οὕτω φοβερὸν ἦν τὸ φανταζόμενον*, utrinque includenda sunt distinctione. quod quia nonnullos fefellit, nomen Mosis statim subiecit copulæ, ut nemo iam falli possit. Sed unde hæc petita sunt? Certè nusquam illa legimus. sicut etiam Iannes & Mambres nusquam legitur. Neque tamen idcirco repudiatur authoritas alterius ad Timotheum epistolæ. Simili igitur ratione explicetur hic nodus. Vide 2. Timoth. 3. b. 8. Visum quod apparebat *τὸ φανταζόμενον*. Id est, oblatia species & imago, minimè quidẽ fictitia, sed uera: nequis *φανταζεσθαι* putet dici duntaxat de uanis simulachris rerum quæ nusquam sunt.

Et ad Noui testamenti mediatorẽ Iesum: & ad sanguinem aspersionis præstantiora loquentem quàm loqueretur sanguis Abel.

Videte ne aspernemini eum qui loquitur. nam si illi non effugerunt qui auersabantur eum qui loquebat in terra: multo magis nos si eum qui de cælis est auersemur.

Cuius uox concussit terram: at nunc denũ tiauit, dicens, Adhuc semel ego concutiam non solùm terram, sed etiam cælum.

Porrò illud Adhuc semel, declarat instabilium rerũ, utputa factitiarum, amotionem: ut maneant quæ sunt stabilia.

Quapropter regnum assumentes quod concuti non possit, teneamus gratiã, perquã ita seruiamus Deo, ut ei placeamus cum reuerentia & religione.

Etenim Deus noster, cõsumens ignis est.

CAP. XIII.

FRaterna charitas maneat.

Hospitalitatis ne sitis immemores. per hanc enim quidam inscij exceperunt angelos hospitio.

24 καὶ διαθήκης νέας μεσίτῃ Ἰησοῦ, καὶ αἵματι ῥαντισμοῦ κρεῖττονα λαλοῦντι παρὰ τὸν Ἄβελ. A

25 Βλέπετε μὴ παραιτήσησθε τὸν λαλοῦντα· εἰ γὰρ ἐκεῖνοι οὐκ ἐξέφυγον, τὸν ἐπὶ γῆς παραιτησάμενοι χρηματίζοντα, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς οἱ τὸν ἀπ' οὐρανῶν ἀποστρεφόμενοι,

26 οὗ ἡ φωνὴ τὴν γῆν ἐσάλευσε τότε, νῦν δὲ ἐπήγγελται, λέγων· ἔτι ἅπαξ ἐγὼ σείω οὐ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανόν.

27 τὸ δέ, ἔτι ἅπαξ, δηλοῖ τῶν σαλευομένων ὡς πεποιημένων, ἵνα μείνῃ τὰ μὴ σαλευόμενα.

28 διὸ βασιλείαν ἀσάλευτον παραλαμβάνοντες, ἔχωμεν χάριν, δι' ἧς λατρεύωμεν εὐαρέστως τῷ θεῷ μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας·

29 καὶ γὰρ ὁ θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκων.

ΚΕΦΑΛ. ιγ.

1 Ἡ φιλαδελφία μενέτω.

2 τῆς φιλοξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε· διὰ ταύτης γὰρ ἔλαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους. B

25 Videte, &c. βλέπετε. Nunc cum Prophetio munere regium illud aut potius ἀρχιερατικὸν munus cõiungi.

26 Adhuc semel ἔτι ἅπαξ. Hebræa sic habent עוד אחת בעוד חיא Id est, adhuc una uice, quod breui futurũ est, ego concutio, &c. Nam posit אחת suppleo מעט, & בעוד accipio pro בקרוב quæ eclipses minimè sunt uiolentæ aut inusitatæ. Hoc autem de regno Christi prædici, uel ex eo apparet quod de Gentium uocatione subijcit Propheta. Deinde quod Græci interpretes præterierunt בעוד חיא id est, quod breui futurum est, non facit ut hic noster propterea uideri possit hunc locum non satis aptè citasse: quum ex iis quæ adducit, uerum ac firmum eliciat argumentum, nempe ex ἔτι adhuc, quod indicat instabilem rerum mutandarum conditionem: & ἅπαξ semel, quo firmus quidam status futurus promittitur. Porrò cæli & terræ succussio, futurum illud perenne regnum declarat, quod etiam uocat Esaias cælum nouum & terram nouam. & incredibili desiderio ab ipsa rerũ machina expectari significat. Paulus Ro. 8. d. 19, & deinceps. 2. Pet. 3. c. 10, & deinceps. Deinde etiam ἀλληγορικῶς terræ quidem commotio totius orbis homines per Euangelium in spem futuri illius sæculi innouandos. cælorum autem concussio, tum profanas idololatrias, tum ipsius fœderis cæremonias abrogandas significat. ut hac quoque ratione mundus instauretur. quam allegoriã Apostolus, Prophetæ uestigia sequutus, ad scopum suum apte prorsus & appositè accommodat. Neque enim dubiũ est quin ad hanc allegoricam expositionem pertineat quod illic Propheta de omnium populorum concursu & posterioris domus gloria subijcit: posterioris inquam, id est illius quę concussionem illam cæli fuit consecutura: quã futuram prædixerat, non uerò qui in fines sæculorum deuenimus, oculis nostris præsentem cernimus.

27 Instabilium rerum, ut puta factitiarum, amotionem: τῶν σαλευομένων ὡς πεποιημένων, τὰ σαλευόμενα uocat (ex Hebræorum more, quem exposuimus Gal 2. b. 11) ea quæ sicuti concutienda sunt, ita etiã re ipsa sint instabili quadam naturę conditione, utpote πεποιημένα, id est factitia. Respicit enim tabernaculum χειροποίητον, & cętera id genus, de quibus copiosè suprà disseruit. Deinde μετάθεσιν non interpretor translationem, sed amotionem & depositionem, id est ἀθέτησιν. quod nomen usurpatum est suprà 7. c. 18. Sed de hac re uide plura 7, b. 12. Vulg. mobilium translationem, tanquam factorum: quæ interpretatio multo sanè uerior est quàm hæc Eras. C eorum quæ concutiuntur translationem, ut eorum quæ facta sunt.

28 Teneamus ἔχωμεν, Vulgata habemus, ἔχομεν, quod in duobus codicibus scriptum inuenimus. Sed præterquam quod in plerisque codicibus legitur ἔχωμεν, longè melius conueniet proximus uersiculum, si hæc legas hortandi modo.

Seruitamus λατρεύωμεν. In Complutensi editione & ueteribus aliquot libris legitur λατρεύομεν seruimus, eadem manente sententia. Diximus autem de uerbo λατρεύειν. Matth. 4. b. 10. quod & uetus interpres & Eraimus seruire conuertunt, infrà 12. b. 10.

Cum reuerentia μετὰ αἰδοῦς Vulgata, cum metu: impropriè, significat enim αἰδὼς hoc in loco pudorem illum honestum qui homines in officio continet. Hom. Iliad α, Αἰδέσθαι θ' ἱερῆα. Et religione: καὶ εὐλαβείας. Id est religioso metu. Vide suprà quinto c. septimo.

IN CAPVT XIII.

2 Inscij hospitio exceperunt Angelos ἔλαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους. Vulgata, latuerunt quidam Angelis hospitio exceptis. Neque enim uidetur uetus interpres Græcam phrasin, satis alioqui frequentem, cognouisse, quã etiam alicubi seruat Tertullianus. Quod autem in nonnullis ueteris editionis codicibus legitur, placuerunt, ineptius est quàm ut refutatione indigeat.

3 Ac ipsi quoque corpore *affluth* essetis. ὡς καὶ αὐτοὶ ὄντες ἐν σώματι. Apparet, opinor, ex præcedentis membri collatione simplicissimam hanc esse huius loci explicationem. Sicut enim monuit ut fratrum captiuitate non aliter commoueamur quàm si ipsi cum illis unà captiui teneremur, ita nũc in genere postulat ut si quis fratrum aliquid mali sustineat, nos perinde afficiamur acsi nos ipsos illa calamitas attingeret.

Neque enim satis serio tangemur aliorum malis, quandiu aliena esse cogitabimus. Itaque ἐν σώματι prorsus uidetur illud declarare quod in uernaculo sermone dicimus *en persone*. quo modo etiam solet à iurisconsultis accipi corporis nomen, ac si Hebraicè scriptum esset את עצמכם

Vulg

A Vulg. tanquam & ipsi in corpore morantes. id est, ut qui situs & ipsi ijsdem calamitatibus obnoxij, quum eiusdem conditionis corpus habeatis. Erasmus, uelut ipsi quoque uersantes in corpore. Valla subaudiendum putat pronomen ipsorum, ut sit sensus, ac si in corpore afflictorū sitis. Doctissimus interpres ad Ecclesiæ corpus refert, ut sit sensus, Quandoquidem estis eiusdem corporis membra, communiter uos afflici decet alios aliorum malis. Eam uerò interpretationem minimè repudio, utpote quæ maximè conueniat, & uniuersæ huius doctrinæ fontem aperiat. Illa uerò quam sum sequutus, non alio fundamento nititur: uisa autem est mihi simplicissima, propter superioris membri collationem: & quia nullus est additus articulus.

μιμνήσκεσθε τῶν δεσμίων, ὡς συνδεδεμένοι· τῶν κακουχουμένων, ὡς καὶ αὐτοὶ ὄντες ἐν σώματι.

Memores estote uinctorum, tāquam unà cum illis uincti: eorum qui afflīguntur, actiipsi quoq; corpore afflicti esletis.

τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος· πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ θεός. 4

Honorabile est inter quosuis coniugium, & cubile impollutum: scortatores autem & adulteros damnabit Deus.

ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος· ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν. αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν· οὐ μή σε ἀνῶ, οὐδ' οὐ μή σε ἐγκαταλίπω. 5

Sint mores alieni ab auaritia: *sitis* contenti præsentibus. dixit enim ipse, Non te deseram, neq; te derelinquam.

ὥστε θαῤῥοῦντας ἡμᾶς λέγειν· κύριος ἐμοὶ βοηθός, καὶ οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος. 6

Adeo ut confidenti animo dicamus, Dominus mihi auxiliator: nec timebo quid faciat mihi homo.

B μνημονεύετε τῶν ἡγουμένων ὑμῶν, οἵτινες ἐλάλησαν ὑμῖν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, ὧν ἀναθεωροῦντες τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστροφῆς, μιμεῖσθε τὴν πίστιν. 7

Memores estote ducum uestrorum, qui locuti sunt uobis sermonem Dei: quorū imitamini fidem, considerantes qui fuerit exitus conuersationis ipsorum.

Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτός, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. 8

Iesus Christus heri & hodie, idem est etiā in secula.

διδαχαῖς ποικίλαις καὶ ξέναις μὴ παραφέρεσθε. καλὸν γὰρ χάριτι βεβαιοῦσθαι τὴν καρδίαν, οὐ βρώμασιν ἐν οἷς οὐκ ὠφελήθησαν οἱ περιπατήσαντες. 9

Doctrinis uarijs & peregrinis ne circumferamini. bonum est enim gratia constabiliri cor, non cibis, *quibus* non sunt adiuti qui in ipsis uersati sunt.

ἔχομεν θυσιαστήριον, ἐξ οὗ φαγεῖν οὐκ ἔχουσιν οἱ τῇ σκηνῇ λατρεύοντες. 10

Habemus altare, ex quo non habentius edendi qui Tabernaculo deseruiunt.

4 Honorabile est coniugium Τίμιος ὁ γάμος. Erasmus annotationibus magis placet subaudire ἐστω, sit, quasi moneat Apostolus maritos & uxores ut sanctè uiuant. At qui non conueniet sequens membrum nisi δὲ pro γὰρ accipias. Deinde res ipsa ostendit. Apostolum, ut Hebraeos deterreret ab omni scortatione & adulterio, de matrimonio præfari, tanquam scilicet honesto ac sancto aduersus scortationis ac adulterii turpitudinē remedio. tacite etiam monens ut matrimonium maiore religione colant. Notum enim est quæ fuerit apud eos in diuortijs licentia. Porrò quū disserte Apostolus coniugium honoratum esse dicat, quid sentiendum est de illa Hieronymi sententia, qui matrimonium non inter bona, sed inter minus mala numerat? Omitto horrendam illam blasphemiam inter iuris Canonici stercora repositam, quæ matrimonium uocat Carnis immunditiem, in qua nullus Deo placere potest. Sant nunc igitur, & negent isti, ut se uocant, Catholici, se comprehendi in eorū numero de quibus egit Paulus 1 Tim. 4. inter quosuis ἐν πᾶσι. Id est, inter cuiusuis ordinis homines. Nam sicut communis est morbus ijs omnibus quibus non datum est ut se posśint cōtinere, ita commune remedium esse par est. Alij aliter explicant, nempe omnibus modis, omnibus ætatibus, omni tempore. Sed facile est uidere quid magis conueniat: & quocunque se uertant isti, nusquam hunc locum ita poterunt torquere, ut non appareat legis cælibatus, diabolica tyrannis. Quanquam hoc sane subit mirari, quo iure audeant ista prostibula Sodomitica de uirginitate disserere.

5 Ipse αὐτὸς. Ipse scilicet Dominus. Cur enim Christianis non liceat quod Pythagoreis omnes concesserunt? Sed nusquam tamen alibi in Nouo testamento hanc formulam inueni.

6 Homo ἄνθρωπος Antithesis Dei & hominis seruanda est.

9 Ne circumferamini: μὴ παραφέρεσθε. Vulg. nolite abduci. μὴ παραφέρεσθε. quod & ipsum non male conuenit: quanquā illud tamē malo, ut opponatur τῷ βεβαιοῦσθαι. Non cibis, οὐ βρώμασι. Ex una specie, id est mūdorū & immundorum ciborum discrimine, σωτηριολογικῶς intellige omnem illum cæremonialem cultum, qui quidem gratias. i. Spirituali cultui & regenerationi, opponitur. Itaque perabsurdè mihi uidetur quidam χάριτι interpretatus gratiarum actione. Qui in ipsis sunt uersati, &c. οἱ περιπατήσαντες, Versati in cibis dicuntur qui eorum discrimen superstitiosè retinuerunt. 10 Altare θυσιαστήριον. Altare ponit pro oblationibus sicut & alibi quum dicitur Ex altari seruire qui altari seruit. Est autem hæc allegoria instituta ad euertendum legale ciborum & dierum discrimen: ut plane impudentes esse oporteat qui, quum ista dicantur tam perspicue, tamen non desinunt traditiones illas urgere, quasi in his posita sit religionis summa, quum Euangelicæ doctrinæ repugnent ex diametro. Atqui inquiunt aduersus Mosaicos ritus ista dicta sunt, utpote Christi aduentu abolitos. Egregiè sane: quasi uerò hæc argumenta ab ipsa Euangelici cultus natura desumpta, non multo maiorem etiam uim habeant ad euertēda quæcunque homines sunt commenti. Nam cui tandem sano homini persuadebunt, idcirco nobis ademptum Moſis iugum, ut isti multo iniquius aliud nostris ceruicibus imponerent? Neque uerò causa est cur nos calumnientur pro uentre contendere, quem illis sanè totū libenter relinquimus. De Christi officio disseritur, quod isti funditus euertunt, dum Christi sanguini suas ἐθελοθρησκείας adiungunt. Hęc est caro, hic sanguis, de quo aduersus illos contendimus. Corporales exercitationes & uera ieiunia quàm non damnemus, & scriptis & factis. Dei beneficio, si non quantum decet, certè quantum licet declaramus. Qui tabernaculo deseruiunt ἐν τῇ σκηνῇ λατρεύοντες. Id est, cuius participes esse non possunt qui Legis ritus obstinatè retinent. Quid ergo illis fiet q suas ἐθελοθρησκείας innocentū hominū carnificina unducāt?

11 Quorum

Quorum enim animaliũ sanguis infertur pro peccato in Sacrarium per Pontificem, horum corpora exuruntur extra castra.

ὧν γὰρ εἰσφέρεται ζώων τὸ αἷμα περὶ ἁμαρτίας εἰς τὰ ἅγια διὰ τοῦ ἀρχιερέως, τούτων τὰ σώματα κατακαίεται ἔξω τῆς παρεμβολῆς.

Quapropter & Iesus, ut sanctificaret per proprium sanguinem populum, extra portã passus est.

διὸ καὶ Ἰησοῦς, ἵνα ἁγιάσῃ διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος τὸν λαόν, ἔξω τῆς πύλης ἔπαθε.

Afflictiones. Exeamus igitur ad eũ extra castra, opprobrium eius portantes.

τοίνυν ἐξερχώμεθα πρὸς αὐτὸν ἔξω τῆς παρεμβολῆς, τὸν ὀνειδισμὸν αὐτοῦ φέροντες.

Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.

οὐ γὰρ ἔχομεν ὧδε μένουσαν πόλιν, ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν ἐπιζητοῦμεν.

Hostia laudis fructus labiorũ. Per ipsum igitur assiduè offeramus Deo sacrificium laudis, hoc est fructum labiorũ confitentium nomini eius.

δι' αὐτοῦ οὖν ἀναφέρωμεν θυσίαν αἰνέσεως διὰ παντὸς τῷ θεῷ, τουτέστι καρπὸν χειλέων ὁμολογούντων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.

Hostiæ Deo placentes. Beneficentiæ uerò & communicationis ne obliuiscamini: talibus enim uictimis delectatur Deus.

τῆς δὲ εὐποιΐας καὶ κοινωνίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε· τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ θεός.

Obedite ijs qui præsunt uobis, & obsecũ date: uigilãt enim ipsi pro animabus uestris, tanquam rationem reddituri: ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes: nam id est uobis inutile.

πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν καὶ ὑπείκετε· αὐτοὶ γὰρ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς λόγον ἀποδώσοντες· ἵνα μετὰ χαρᾶς τοῦτο ποιῶσι, καὶ μὴ στενάζοντες· ἀλυσιτελὲς γὰρ ὑμῖν τοῦτο.

Oratio. Orate pro nobis: confidimus enim quòd bonam habemus conscientiam, in omnibus cupientes honestè conuersari.

προσεύχεσθε περὶ ἡμῶν· πειθόμεθα γὰρ, ὅτι καλὴν συνείδησιν ἔχομεν, ἐν πᾶσι καλῶς θέλοντες ἀναστρέφεσθαι·

Amplius autem obsecro uos ut id faciatis, ut cælerius restituar uobis.

περισσοτέρως δὲ παρακαλῶ τοῦτο ποιῆσαι, ἵνα τάχιον ἀποκατασταθῶ ὑμῖν.

Deus uerò pacis *author*, qui magnum illũ ouium per sanguinem fœderis æterni pastorem Dominum nostrum Iesum à mortuis reduxit,

ὁ δὲ θεὸς τῆς εἰρήνης ὁ ἀναγαγὼν ἐκ νεκρῶν τὸν ποιμένα τῶν προβάτων τὸν μέγαν, ἐν αἵματι διαθήκης αἰωνίου, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν,

Absolutos uos reddat in omni opere bono, ad faciendum uoluntatem ipsius,

καταρτίσαι ὑμᾶς ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ, εἰς τὸ ποιῆσαι τὸ θέλημα αὐτοῦ·

11 Quorum enim, &c. ὧν γάρ, &c. De hoc ritu uide Leuit. 4. c. 11. Item 6. d. 30. Item 16. f. 27. Est autem hæc anagoge, Quorum animalium sanguis pro peccato inferebatur in Sacrarium per Pontificem, eorum corpora extra castra penitus exurebantur, ut ne tantillum quidem Sacerdotibus cederet. Ita Christus, uictima illa unica expiatrix, extra portam passus est: cuius corporis particeps esse non possit quisquis adhuc uetus sacerdotium retinet. Retinet autem quisquis discrimina dierum, ciborum, purificationum, cæteraſque id genus umbras sectatur, quæ solis exortu præterierunt.

15 Sacrificium laudis, &c. θυσίαν αἰνέσεως, &c. Duo genera sacrificiorum nobis inquit esse relicta, nempe gratiarum actionis & beneficentiæ. Vbi igitur oblatio illa αἱματικὴ, ubi illa applicatoria? Confitentiũ nomini eius ὁμολογούντων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, id est concelebrantium ipsius nomen. ut alibi exposuimus.

16 Delectatur εὐαρεστεῖται. Vulg. promeretur: primùm barbara, deinde etiam falsa interpretatione. Quisenim non uideat ita euerti quicquid in superioribus capitibus de unici nostri Pontificis unica oblatione semel facta & nũquam repetenda commemorattum est? Sic igitur statuendum est, Deum istis sanctorum sacrificijs, nempe gratiarum actione ac beneficentia, delectari, utpote qui ueros ac germanos fructus sui Christi in nobis per fidem habitantis agnoscat. Exempli causa, bonis Adami ante lapsum operibus Deus εὐηρεστεῖτο. Quis enim hoc possit inficiari, quũ bonæ arboris boni fructus essent? Item non dubium est quin fideles uerè sint uoluntatem Dei facturi quando capiti suo coniuncti in cælis regnabunt. Deus ergo uicissim illorum laudibus totaq; adeò conditione εὐαρεστήσεται. Quis tamen ita sit ineptus, ut hac ratione dixerit Adamum Deo reconciliatum quem nondum offenderat? aut fideles uitã æternam promereri, cuius hæreditatem crederent? Itaque tantum abest ut hac ratione iustificemur, ut contrà, nisi prius simus gratis in Christo per fidem iustificati, non possint ista sacrificia à nobis proficisci: qualia quidem illa esse oportet ut Deo sint εὐάρεστα, id est grata & accepta. Stat enim illud quod scriptum est Heb. 11. a. 6, impossibile esse absq; fide εὐαρεστῆσαι, id est placere Deo. At enim (inquiũt nõnulli) nõ tollimus fidem, sed bona opera adiũgimus. Respondeo, ne nos quidem fidem docere bonorum operum expertem, imò hac ratione ueram fidem à falsa distinguere: sed quum agitur quo iure uitam æternam adipiscamur, tum demum nos uni Dei gratiæ per unam Christi oblationẽ fide à nobis apprehensam, omnia in solidum uti par est tribuere. Bona enim opera (quod Augustinus inquit) non præcedunt iustificandum, sed iustificatum sequuntur.

20 Per sanguinem, &c. ἐν αἵματι, &c. Ostendit quo iure Christus dicatur magnus ille ouium pastor: quia nimirũ sanguine suo eas acquisiuit in æternum, Act. 20. e. 28, & animam suam posuit pro ouibus suis, Iohan, 10. b. 11. itaque hæc uerba non pertinent ad participium ἀναγαγὼν, qui reduxit à mortuis. quod in Græcis perspicuum est propter articulos, in Latinis uerò non item. Itaque ut hoc planius fieret, non dubitaui uerborum collocationem mutare.

21 Absolutos uos reddat Καταρτίσαι ὑμᾶς, &c. Vel, aptos & idoneos uos reddat.

Efficien

A ποιῶν ἐν ὑμῖν τὸ εὐάρεστον ἐνώπιον αὐτοῦ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

efficiens in uobis quod acceptum sit in conspectu suo per Iesum Christum, cui *sit* gloria in secula seculorum. Amen.

παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς ἀδελφοί, ἀνέχεσθε τοῦ λόγου τῆς παρακλήσεως· καὶ γὰρ διὰ βραχέων ἐπέστειλα ὑμῖν. 22

Precor autem uos, fratres, sufferte sermonem exhortationis: etenim breuibus scripsi uobis.

γινώσκετε τὸν ἀδελφὸν Τιμόθεον ἀπολελυμένον, μεθ' οὗ ἐὰν ταχέως ἔρχηται, ὄψομαι ὑμᾶς. 23

Nostis fratrem *nostrum* Timotheum solutum esse: cum quo (si celerius uenerit) uisam uos.

ἀσπάσασθε πάντας τοὺς ἡγουμένους ὑμῶν, καὶ πάντας τοὺς ἁγίους· ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας. 24

Salutate omnes duces uestros, & omnes sanctos. Salutant uos Itali:

ἡ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν· ἀμήν. 25

Gratia sit cum omnibus uobis, Amen.

πρὸς Ἑβραίους ἐγράφη ἀπὸ τῆς Ἰταλίας, διὰ Τιμοθέου. 26

Ad Hebræos scripta est ex Italia per Timotheū.

Efficiens in uobis quod acceptum sit ποιῶν ἐν ὑμῖν, &c. Hinc illa Patrum sententia, Deum in nobis coronare opera sua. Ipse enim est qui gratuito præstat nobis ut & uelimus, & efficiamus. Philipp. 2. b. 13. Erasm. efficiens ut quod agitis acceptum sit, &c. non expressa Apostoli sententia.

22 Breuibus διὰ βραχέων. De exhortatione loquitur, quam sufficeret paucis absoluit. Nam penè totam epistolam in docendo & argumentando consumpsit.

23 Nostis γινώσκετε. Vel, Scitote. Quisnam autem fuerit hic Timotheus, non possimus certò affirmare. Mihi
B sit probabile, hunc ipsum esse perpetuum Pauli comitem. Et hic rursum apparet ex pluribus probabilibus argumentis hanc epistolam Pauli non esse. Nam quo tempore uinctus erat Romæ Paulus, liquet ex epistolis Romæ scriptis, Timotheum partim Ephesi fuisse, partim Romæ cum ipso Apostolo. neque tamen usquam sit mentio uinculorum ipsius. quod ille certè nunquam prætermisisset, quin Ecclesijs nominatim significaret. Deinde quæ de Timothei liberatione hoc in loco referuntur, ita scripta sunt quasi alibi uinctus fuerit quam unde hic noster scribebat: siquidem mentionē facit ipsius aduentus. Postremò q addit, ὄψομαι ὑμᾶς, uisam uos, nulla addita exceptione, ostendit eū q hāc epistolā scripsit, tū minimè fuisse in uinculis. & quæ supra 10. g. 34, de captiuitate sua cōmemorauit, ad aliud tēpus esse referenda. 24 Itali. οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας. Si hic Paulus est, cur no potius Romanos uocat? captiuus enim erat Romæ. Et quæ commemorantur de ipsius liberatione ac peregrinatione repetita, probari non possunt, imò etiam probabiliter ex ipsius epistolis & temporum serie refutari. Liquet igitur etiam ex hoc argumento hanc epistolam à quopiam egregio ac germano Apostolorum discipulo, post Pauli obitum, & plerisque etiam Apostolis uel morte sublatis, uel ab urbe Hierosolymorum absentibus, scriptam esse ex Italia, cuius regionis Ecclesias peragrabat. Non dubitauimus tamen passim eum Apostolum uocare, quòd Spiritu uere Apostolico prædītus fuerit. 26 Ex Italia ἀπὸ τῆς Ἰταλίας. Primùm suspecta est mihi fides huius subscriptionis, quia subijci solet epistolis, non ex qua regione, sed ex qua urbe potius scriptæ sint. Deinde quod adijcitur, missam fuisse per Timotheū. omni fide careret: nisi duos faciamus Timotheos. Nam quæso cur illis significaret eius liberationem per quem ipse scriberet? Præterea, Si uenerit, inquit, celerius, uisam uos. Atqui si per hunc scribebat, dicendum potius fuerat, si celerius redierit. aut Si celerius eum remiseritis. Puto igitur hanc subscriptionem non satis considerate adscriptam fuisse à quopiam, qui occasionem ex eo arripuerit quòd Timothei & Italorum mentio facta fuerat.

EPISTOLA CATHOLICA
Iacobi Apostoli.

C

Ἰακώβου ἐπιστολὴ καθολική.

Catholica καθολική, Id est uniuersalis, q uidelicet uni alicui uel homini, uel ciuitati, uel regioni non sit inscripta. Eadem est ratio sequentiū epistolarū Petri, & primæ Iohan. & illius quæ Iudæ inscribitur, quaobrem communi nomine Catholicæ dicuntur, ut rectè annotauit Græcus scholiastes. Itaq; errore factū puto ut Canonicę dicerent. Nam si hoc epitheto dicamus distinctas esse ab alijs quarū legitima nō esset authoritas, causā nō uideo cur Pauli epistolas min⁹ oportuerit eo nomine coprehēdi. Deinde nusquā à Græcis ita inscribunt. Postremò quū de ista⁹ quæ Iac. tribuit, atq; etia de posteriorꝰ à Pet. scriptæ authoritate diu à Latinis præsertim sit dubitatū, nō est ꝓbabile Canonicas peculiari appellatione dictas fuisse.

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

ΚΕΦΑΛ. α.

CAPVT I.



ΙΑκωβος θεοῦ καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ δοῦλος, ταῖς δώδεκα φυλαῖς ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ, χαίρειν. 1



Acobus Dei ac Domini Iesu Christi seruus, duodecim tribubus dispersis salutem.

Πᾶσαν χαρὰν ἡγήσασθε, ἀδελφοί μου, ὅταν πειρασμοῖς ποικίλοις περιπέσητε, 2

Pro summo gaudio ducite, fratres mei, quoties ī tētatiōes icideritis uarias:

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Dispersis ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ. Id est fidelibus omnibus Iudæis, cuiuscunque tribus sint, per orbem terrarum dispersis, Non autem est ex historijs prima illa decem tribuum, deinde reliquarum etiam duarum multiplex dispersio. Quum igitur Apostoli, quocunque loco essent, Iudæos omnium primos compellarent, non immeritò Iacobus communem duodecim tribubus epistolam inscribit.

2 Pro summo, &c. πᾶσαν χαρὰν. &c. Rectè hinc auspicatur, quum & dispersos & fideles, id est tum ab exteris

cum

Tentationes. *Illud* scientes, quòd probatio fidei uestræ parit patientiam.

3 γινώσκοντες ὅτι τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως κατεργάζεται ὑπομονήν.

Cæterùm patientia opus perfectum habeat, ut sitis perfecti & integri, ita ut nihil *uobis* desit.

4 ἡ δὲ ὑπομονὴ ἔργον τέλειον ἐχέτω, ἵνα ἦτε τέλειοι καὶ ὁλόκληροι ἐν μηδενὶ λειπόμενοι.

Quòd si cui uestrum deest sapientia, postulet ab eo qui dat, *nempe* Deo, *qui dat inquam* omnibus benignè, nec exprobrat: ac dabitur ei.

5 εἰ δέ τις ὑμῶν λείπεται σοφίας, αἰτείσθω παρὰ τοῦ διδόντος θεοῦ πᾶσιν ἁπλῶς, καὶ μὴ ὀνειδίζοντος· καὶ δοθήσεται αὐτῷ.

Sed postulet cum fide, nihil disceptans. nam qui disceptat, similis est fluctui maris, qui uentis agitur, & iactatur.

6 αἰτείτω δὲ ἐν πίστει, μηδὲν διακρινόμενος· ὁ γὰρ διακρινόμενος ἔοικε κλύδωνι θαλάσσης ἀνεμιζομένῳ καὶ ῥιπιζομένῳ.

Nequeenim existimet homo ille, se quicquam accepturum à Domino.

7 μὴ γὰρ οἰέσθω ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος, ὅτι λήψεταί τι παρὰ τοῦ κυρίου·

Vir animo duplici, inconstans *est* cum omnibus uijs suis.

8 ἀνὴρ δίψυχος, ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ.

Porrò frater qui est abiectus, glorietur in sublimitate sua:

9 καυχάσθω δὲ ὁ ἀδελφὸς ὁ ταπεινὸς ἐν τῷ ὕψει αὐτοῦ· B

Diues. Cótrà, qui diues est, in abiectione sui: quoniam ueluti flos herbæ præteribit.

10 ὁ δὲ πλούσιος ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ, ὅτι ὡς ἄνθος χόρτου παρελεύσεται·

Nam *ueluti quum* exortus est sol cum æstu, tum exaruit herba, & flos illius decidit, & spectabilis decor ipsius perijt: ita & diues cũ uijs suis marcescet.

11 ἀνέτειλε γὰρ ὁ ἥλιος σὺν τῷ καύσωνι, καὶ ἐξήρανε τὸν χόρτον, καὶ τὸ ἄνθος αὐτοῦ ἐξέπεσε, καὶ ἀπώλετο τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπώλετο· οὕτως καὶ ὁ πλούσιος ἐν ταῖς πορείαις αὐτοῦ μαρανθήσεται.

Tentatio. Beatus uir qui tolerat tentationem: quoniam quum probatus erit, accipiet coronã uitæ, quam promisit Dominus ijs à quibus diligitur.

12 μακάριος ἀνὴρ ὃς ὑπομένει πειρασμόν, ὅτι δόκιμος γενόμενος λήψεται τὸν στέφανον τῆς ζωῆς, ὃν ἐπηγγείλατο ὁ κύριος τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.

Nemo, quum tentatur, dicat se à Deo tentari: nam Deus malis tentari non potest, nec quenquam tentat.

15 μηδεὶς πειραζόμενος λεγέτω, ὅτι ἀπὸ τοῦ θεοῦ πειράζομαι· ὁ γὰρ θεὸς ἀπείραστός ἐστι κακῶν, πειράζει δὲ αὐτὸς οὐδένα.

Sed unusquisq; tentatur, dũ à propria cupiditate abstrahitur & inescatur.

16 ἕκαστος δὲ πειράζεται, ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος·

cum à suis uexatos alloquatur. Deinde obseruandum est quòd non modò æquo animo ferenda docet quæ Christi nomine uulnera imponuntur, sed etiam testatur incredibilis cuiusdam uoluptatis argumentum ab illis suppeditari itaque gaudio affici non aliud declarat quam infrà uers. 9. Rom. 5. a. 3, τὸ καυχᾶσθαι, id est gloriari.

3 Probatio τὸ δοκίμιον id est illud quo exploratur fides uestra, nempe multiplex illa tentatio. Ita enim accipitur tentationis nomen hoc in loco, & infrà uers. 12. Distingue igitur τῆς δοκιμῆς & τὸ δοκίμιον, ut effectum à causa. sicut diximus Rom. 5. a. 4. 4 Opus perfectum habeat ἔργον τέλειον ἐχέτω. Crux, ueluti instrumentum est quo C nos Deus expolit. Opus igitur & effectus afflictionum est nostri in Christo consummatio.

5 Sapientia σοφίαν. Sapientiam uocat doctrinæ illius cuius mentio facta facta est cognitionem, nempe quorsum affligamur à Deo, & quis fructus ex afflictione sit capiendus, quam afflictionem non modò non docet, sed etiam oppugnat caro: ut necessario sit à Deo petenda, Cognitionem autem intelligo quam consequatur etiam res ipsa, quum opus fuerit. Benigne ἁπλῶς Vide 2. Corinth. 8. a. 2. Vulg. affluenter πλουσίως. Eras. simpliciter.

6 Nihil discepta. μηδὲν διακρινόμενος. Si hoc ita est, quorsum alij mediatores subordinantur? aut cur Fidẽ uolunt nonnulli cum dubitatione conciliare? Vide Matth. 21. b. 21.

8 In omnibus uijs suis ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ. Heb. בכל דרכיו, id est cogitatis & factis suis omnibus. Virũ autem δίψυχον uocat eum qui de doctrina aut Dei uoluntate ambigit, id est Academicum seu Bellianum.

9 Qui est abiectus ὁ ταπεινός. Id est qui affligitur, ut paupertate, contemptu, ullo denique calamitatis genere. Cui opponitur ὁ πλούσιος diues. id est cui omnia quæ ad hanc uitam transigendam pertinent, fœliciter succedunt. Est enim hæc humilitas & abundantia ad id de quo agitur accommodanda. Ideo abiectum quàm humilẽ dicere maluit.

11 Nam *ueluti quum* exortus est sol, &c. ἀνέτειλε γὰρ ὁ ἥλιος, &c. Suppleuimus quod explendæ sententiæ deerat. Sunt autẽ eiusmodi eclipses petitæ e medio, quales alibi annotauimus, ut Matth. 25. a. 14, & Marc. 13. d. 34. Cum uijs suis ἐν ταῖς πορείαις αὐτοῦ. Heb. בכל דרכיו. i. ita ut diues est ac iudicio suo beatus, marcescet cum suo illo splendore, quo Hebraismo mihi frequentius occurrit, ut uiæ nomine significetur quicquid aliquis uel animo designat, uel facit. Eras. suspicatur legendum potius πορίαις. id est (inquit) in abundantia. Ego neque usquam inueni ita scriptũ, neque memini Græcum illud uocabulum usquã legere. Dicunt enim Græci potis σύνοιαν, cui opponitur ἀνοία.

12 Tentationem πειρασμὸν. Id est afflictionem, per quam exploratur a Domino, ut supra uers. 2.

13 Quum tentatur, πειραζόμενος. Id est ad male agendum solicitatur. Nam de alio tentationis genere differit. neque quum id facit, à scopo aberrat. Ea enim est naturæ nostræ prauitas, ut per id potissimum ad male agendum seipsam soliciter, unde confirmationem petere debuerat: nempe ex afflictionibus, quibus irritata caro non desinit nos ad desperandũ instigare: quasi certa sint odij Dei testimonia: nẽpe contrariũ prorsus afflictionũ finẽ sibi proponens. quippe quum hæ sint confirmandæ in nobis fidei ac gignendæ patientiæ instrumenta, ut dictum est supra, & Ro. 5.

A ἔπειτα ἡ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν, ἡ δὲ ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα ἀποκύει θάνατον. 15 Deinde cupiditas, posteaquam concepit, parit peccatum: peccatum uerò peractũ progignit mortem.

μὴ πλανᾶσθε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοί· 16 Ne erretis fratres mei dilecti.

πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι, καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων, παρ' ᾧ οὐκ ἔνι παραλλαγὴ, ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα. 17 Omnis donatio bona & omne donũ perfectum supernè est, descendens à Patre luminum, apud quem non est transmutatio, aut conuersionis obumbratio.

βουληθεὶς ἀπεκύησεν ἡμᾶς λόγῳ ἀληθείας, εἰς τὸ εἶναί ἡμᾶς ἀπαρχήν τινα τῶν αὐτοῦ κτισμάτων, 18 *Is* quia uoluit progenuit nos sermone ueritatis, ut essemus primitiæ quædam suarum creaturarum.

ὥστε ἀδελφοί μου ἀγαπητοί, ἔστω πᾶς ἄνθρωπος ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι, βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι, βραδὺς εἰς ὀργήν· 19 Itaq; fratres mei dilecti, sit omnis homo uelox ad audiendum, tardus ad loquẽdum, tardus ad iram.

ὀργὴ γὰρ ἀνδρὸς δικαιοσύνην θεοῦ οὐκ ἐργάζεται. 20 Nam ira uiri, iustitiam Dei nó exequitur.

διὸ ἀποθέμενοι πᾶσαν ῥυπαρίαν καὶ περισσείαν κακίας, ἐν πραΰτητι δέξασθε τὸν ἔμφυτον λόγον, τὸν δυνάμενον σῶσαι τὰς ψυχὰς ὑμῶν. 21 Quapropter abiecta omni sorditie, & excremento malitiæ, cum lenitate admittite insitum sermonem, qui possit seruare animas uestras.

B γίνεσθε δὲ ποιηταὶ λόγου, καὶ μὴ μόνον ἀκροαταὶ, παραλογιζόμενοι ἑαυτούς· 21 Re ipsa uerò præstate sermonem. nec sitis auditores solùm, fallentes uosmetipsos.

ὅτι εἴ τις ἀκροατὴς λόγου ἐστὶ, καὶ οὐ ποιητὴς, οὗτος ἔοικεν ἀνδρὶ κατανοοῦντι τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως αὐτοῦ ἐν ἐσόπτρῳ. 22 Nam si quis audiat sermonẽ, nec eum præstet, is similis est uiro cõsideranti faciem suã natiuam in speculo.

κατενόησε γὰρ ἑαυτὸν, καὶ ἀπελήλυθε, καὶ εὐθέως ἐπελάθετο ὁποῖος ἦν. 23 Consideravit enim seipsum, & abijt, & statim oblitus est qualis esset.

ὁ δὲ παρακύψας εἰς νόμον τέλειον τὸν τῆς ἐλευθερίας, καὶ παραμείνας, οὗτος οὐκ ἀκροατὴς ἐπιλησμονῆς γενόμενος, ἀλλὰ ποιητὴς ἔργου, οὗτος μακάριος ἐν τῇ ποιήσει αὐτοῦ ἔσται. 24 At qui introspexerit in perfectã illam Legem libertatis, & permanserit *in ea*, *is*, quum non sit auditor obliuiosus, sed effector operis, beatus erit in opere suo.

εἴ τις δοκεῖ θρησκὸς εἶναι ἐν ὑμῖν, μὴ χαλινα- 25 Siquis uidet religiosus esse inter uos, qui

15 Peccatum ἁμαρτίαν. Peccatum intellige quod actuale uocant, quod quum à radice. i. à cupiditate, prodeat necesse sit aũt fructũ & arborẽ eiusdẽ esse indolis ac naturæ, consequitur & ipsos primos motus, peccati nomine generalius accepto censeri, sicut copiosè expositum est Rom. capite quinto, & alijs multis locis.

17 Omnis donatio, &c. πᾶσα δόσις, &c. Δόσις & δώρημα idem declarãt. Est igitur repetitio synonymi emphaseos causa, uti apud Heb. sæpe. A Patre luminum ἄνωθεν τοῦ πατρὸς τῶν φώτων. Id est, ab eo qui fons est & author omnium bonorum. Sic enim Patris nomen Hebræi generaliter accipiunt interdum pro authore, ut Gen. 4. c. 20, & alibi sæpe. & Luminis appellatione, omnis bonorum species in Sacris literis intelligitur: sicut contrà tenebræ calamitates designant. Aut conuersionis obumbratio, ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα. Pergit in metaphora. Sol quippe pro uaria ac multiplici conuersione, nunc apparet, nunc disparet: nunc clarus & limpidus collucet, nunc obscurus ueluti delitescit: nunc accedit, nunc recedit. Inde uariæ non tantùm mensium, sed etiam dierum ac horarum intemperies. At Dei beneficentia semper sui similis est, & quòd quædam nobis in malum cedant, non Dei sed nostro fit uitio.

18 Quia uoluit βουληθεὶς Hoc est quod Paulus solet εὐδοκίαν dicere, id est gratuitam beneuolentiam. hic igitur fons est nostræ salutis, Nunc autem incipit de officio Christiani hominis differere, ad hunc scopum omnia referens, ut ad uerbi Dei præscriptum, per quod regenerati sumus, omnem nostram uitam accommodemus. Progenuit ἀπεκύησεν. Alludit ad nostram adoptionem, cuius facti sumus per fidem participes, ut Iohan. 1. b. 12 & 13. Fides aute ex auditu uerbi, Rom. 10. c. 17. Ideo etiam dicuntur Ministri filios gignere, sed quatenus Dei instrumenta, ut 1. Cor. 4. c. 15, & Gal. 4. c. 19, & Philem. b. 10. Primitiæ quædam, &c. ἀπαρχήν τινα, &c. Id est sacræ cuiusdam oblationis instar, ex reliquorum hominum aceruo selectæ. Alludit igitur ad Legis ritum. 19 Itaque ὥστε. Vulg, Scitis. Legit enim Ἴστε. sed mendosè. 20 Iustitiam Dei δικαιοσύνην Θεοῦ. Id est, quod præscribit Deus. Alioqui sæpe apud Paulũ iustitia Dei longè alia significatione accipitur, ut dixi mus Ro. 1. b. 17. 21 Et excremento καὶ περισσείας. Vulg. & abundantiam, non expressa Iacobi sententia. Eras. redũdantiam, ne sic quidem satis expresè. Insitum ἔμφυτον. Id est qui inseritur & plantatur, Ministrorum scilicet opera. Similis metaphora occurrit 1. Cor. 3. b. 6. Lenitatem uerò appellat modestiam, & quicquid ferociæ altisque illis spiritibus opponitur. ut Esa. 57. c. 15. Sic Paulus ille ferox Pharisæus humi prosternitur, ac demum cicuratus respondet, Quis es Domine? Cæterum quo instrumento recipitur Sermo? nempe fide: cui indiuidio uinculo connexus est amor Dei ac proximi, ut tota Scriptura docet. Hęc igitur, unà cõnectit Apostolus in sequenti disputatione. 22 Re ipsa uerò præstate sermonem Γίνεσθε δὲ ποιηταὶ λόγου. Vulg. Estote autem factores uerbi. Eras. sitis autem effectores sermonis. Ego studui magis perspicue loqui. Solùm μόνον. Hoc non legit Eras. ego in omnibus nostris uetustis libris inueni.

23 Natiuam τῆς γενέσεως αὐτοῦ. Hoc additum puto ut intelligamus sumptam esse translationem ab ijs qui eternam suam faciem in speculis contemplantur.

25 Introspexerit ὁ παρακύψας. Translatio sumpta est ab ijs qui non obiter aliquid aspiciunt, sed prono etiã

corpore oculos admouent, ut rem omnem propius cognoscant. Vulg. perspexerit. Eras. prospexerit. Vide Luc. 24. A b. 12. In perfectam illam Legem libertatis, εἰς νόμον τέλειον τῆς ἐλευθερίας. Legem contingit cum regenerationis gratia, qua demùm ratione dicitur Lex libertatis ac fiduciæ, non autem seruitutis ac terroris. Lex, inquam, perfecta, id est perfectionis iter nobis efficaciter ostendens: quum hanc uiam tenere oporteat quotquot ad cælestē regnum contendunt. Iam uerò quum sanctificemur unius Dei gratia, in Christo per fidem apprehenso, quis non uidet fidem coniunctim, cum operibus, ut arborem cum fructibus considerari? Sed & simpliciter in sese dici potest Lex Dei, Lex libertatis, quod mihi seruile præscribat, imò uerò ea omnia in quibus posita est præstantia hominis, omnia Diuina, perfecta excellentia. ut quo magis quispiam est illi addictus, eo sit liberior. Nam, ut quidam recte dixit, Seruire Deo, regnare est. In opere suo. ἐν τῇ ποιήσει αὐτοῦ d est. ita se gerens. Nam ex effectis demum agnoscitur fides. ut arbor ex fructibus. Arguunt igitur fidem operatis: fides una Christum apprehendit: unus Christus factus est nobis sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio à Patre, qui nos gratis in ipso elegit ab æterno.

non frænet linguam suam, sed cor suū seducat, huius uana est religio.

Religio pura & immaculata apud Deum & Patrem, hæc est, inuisere orphanos & uiduas in afflictione sua: & immacularum seipsum seruare à mundo.

Leuit. 19. c. 15. deut. 1. c. 17, & 16. d. 19 *Respectus personarum non habēdus.*

CAP. II.

FRatres mei, ne cum respectu personarū habeatis fidem Domini nostri Iesu Christi glorioſi.

Nam si ingrediatur in cœtum uestrum uir aureum gestans annulum, uestē splendida, ingrediatur autem & pauper cum sordida uestē:

Et respexeritis ad eum qui uestem gestat splendidam, & dixeritis ei, Tu sede hic pulchrè: Et pauperi dicatis, Tu sta illic, aut sede hic subter scabellum meum:

Nonne discrimen feciſtis apud uos, & facti estis iudices peruerse deliberantes,

γογγὺν γλῶσσαν αὐτοῦ, ἀλλ' ἀπατῶν καρδίαν αὐτοῦ, τούτου μάταιος ἡ θρησκεία.

27 Θρησκεία καθαρὰ καὶ ἀμίαντος παρὰ τῷ θεῷ καὶ πατρί, αὕτη ἐστίν, ἐπισκέπτεσθαι ὀρφανοὺς καὶ χήρας ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν, ἄσπιλον ἑαυτὸν τηρεῖν ἀπὸ τοῦ κόσμου.

ΚΕΦΑΛ. β.

1 Ἀδελφοί μου, μὴ ἐν προσωποληψίαις ἔχετε τὴν πίστιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς δόξης.

2 ἐὰν γὰρ εἰσέλθῃ εἰς τὴν συναγωγὴν ὑμῶν ἀνὴρ χρυσοδακτύλιος ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ, εἰσέλθῃ δὲ καὶ πτωχὸς ἐν ῥυπαρᾷ ἐσθῆτι,

B

3 καὶ ἐπιβλέψητε ἐπὶ τὸν φοροῦντα τὴν ἐσθῆτα τὴν λαμπρὰν, καὶ εἴπητε αὐτῷ, σὺ κάθου ὧδε καλῶς· καὶ τῷ πτωχῷ εἴπητε, σὺ στῆθι ἐκεῖ, ἢ κάθου ὧδε ὑπὸκάτω τοῦ ὑποποδίου μου·

4 καὶ οὐ διεκρίθητε ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἐγένεσθε κριταὶ διαλογισμῶν πονηρῶν;

26 Cor suum seducat ἀπατῶν καρδίαν αὐτοῦ. Garrulitatis, maledicentiæ, petulantiæ, ac cæterorum uitiorum in loquendo fons est, seipsum non nosse. itaque deceptionem sui ipsius uocat siniſtrum de se iudicium eorum qui φλαυτίᾳ laborant. Eras. aberrare sinit cor suum, non expressa Apostoli sententia.

27 Religio Θρησκεία. Non enumerat omnia ueræ & synceræ charitatis officia, sed duo tantùm commemorat in quibus resulget gratuita liberalitas: quia scilicet ab afflictis nulla expectatur merces. Quid si uerò Iacobus hodie illos cerneret qui ementito ipsius nomine Iacobiperæ uocātur? Non eos procul à se ad familias suas alendas, ad pupillos, ad uiduas ablegaret? Apud deum & patrem παρὰ τῷ Θεῷ καὶ πατρί. Id est, apud Deū, qui & Pater noster est. Inuisere, ἐπισκέπτεσθαι. Id est, curare & pro uiribi subleuare. Ita enim accipitur uerbum פקד apud hebræos.

IN CAPVT II.

1 Cum respectu personarum ἐν προσωποληψίαις. Quid uocetur προσωποληψία & quatenus damnetur, dixi mus Marc. 12. b. 14. Fidem Domini τὴν πίστιν τοῦ Κυρίου. Id est, ne fidem quæ Christo Iesu habetur, putetis cum personarum respectu posse conciliari. Sunt enim hæc prorsus repugnantia. Quorsum ergo cathedram Petri, sine Petri Spiritu? Glorioſi τῆς δόξης. Hoc coniungit cum Κυρίου. neque uerò temere hoc est additum. Vnde enim iste personarum respectus? nempe quia non cogitamus quæ sit Christi gloria. Neminem enim aspernaremur, imo uenaremur omnes eos in quibus Christus habitat: nec nos sineremus stultis carnis iudicijs transuersos rapi. Vulgata ad uerbum, gloriæ, seruato Hebraismo. Eras. ex opinione. quod non uideo qui possit Græcis conuenire: quanuis δόξαν fatear interdum pro opinione poni. C

3 Pulchre καλῶς. Id est, honesto & honorifico loco.

4 Nonne discrimen, &c, Καὶ οὐ διεκρίθητε οὐ ἑαυτοῖς. Id est, Nonne, quod minimè oportuit, hoc modo apud uos unum alteri præferendum iudicastis? hoc enim declarat τὸ διακρίνεσθαι, & καὶ coniunctio ex Hebræorum idiotismo redundat. Vulg. Nonne iudicastis apud uosmetipsos? multo sanè rectius quàm Erasmus, qui conuertit, Et non diiudicati estis in uobisipsis. Quid si uerò accipias τὸ διακρίνεσθαι pro κατακρίνεσθαι. i. damnari? ut sit sententia, Istos sua ipsorum conscientia damnari? Ad me quidem quod attinet, τὸ διακρίνεσθαι in ea significatione nunquam legi, & nostrum interpretationem eo etiam confirmari puto, quod infrà tertio d. decimo septimo, cæleſtem sapientiam ἀδιάκριτον uocat.

Peruerse deliberantes διαλογισμῶν πονηρῶν. Ante reprehēderat quòd unum alteri prætulissent. Arquì hoc per se non uidetur uitiosum. neque sanè uitiosum est, quum Deus ita gradus distinxerit ut satis appareat non parem esse omnium dignitatem. Ideo proposuit hypothesin in qua prorsus eluceat quænam προσωποληψία damnetur, ea scilicet quæ fallum pro uero discrimen sequatur, deinde in quo non seruetur modus, postremò cuius no sit rectus finis. Verbi gratia, si diuitem, quia diues est, pauperi aliquis anteponat, peruersum est in eo iudicio quòd diuitias accipiat pro discriminis canone, qui planè falsus est. Neque enim ex diuitijs æstimandum est quis cui sit anteponendus.

Quòd si etiam ita præponatur diues ille pauperi, ut pauper à me ignominioſe tractetur, tam error altero errore cumulatur. Hæc uerò peccata satis ostendunt quò tandem spectent omnia: nempe ut ineatur diuitis gratia. Interim tacet pauper quantumuis pius, doctus, egens: diues, impius, indoctus, omnibus copijs redundans splendide accipitur. Itaque à peruersæ cogitationis iudice peruersum fit iudicium. Ergo, ut ad rem redeam,

A deum, iudex peruersarum cogitationum, ex Hebræorum idiotismo, significat iudicem nō rectè affectum, sed qui ini qua moliatur. quem Hebraismum quanuis ambiguum Vetus interpres & Erasmus seruarunt.

ἀκόσατε ἀδελφοί μου ἀγαπητοί, οὐχ ὁ θεὸς ἐξελέξατο τοὺς πτωχοὺς τῷ κόσμῳ τούτῳ, πλουσίους ἐν πίστει, καὶ κληρονόμους τῆς βασιλείας, ἧς ἐπηγγείλατο τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν;

Audite, fratres mei dilecti, nonne Deus elegit pauperes mundi huius, *ut fierent* diuites fide, & hæredes regni quod promisit ijs à quibus diligitur?

ὑμεῖς δὲ ἠτιμάσατε τὸν πτωχόν. οὐχ οἱ πλούσιοι καταδυναστεύουσιν ὑμῶν, καὶ αὐτοὶ ἕλκουσιν ὑμᾶς εἰς κριτήρια;

At uos contumelia affecistis pauperem. Nónne diuites per tyrannidem opprimunt uos, & trahunt uos ad tribunalia?

οὐκ αὐτοὶ βλασφημοῦσι τὸ καλὸν ὄνομα τὸ ἐπικληθὲν ἐφ' ὑμᾶς;

Nónne blasphemant præclarũ illud nomen à quo estis cognominati?

εἰ μέντοι νόμον τελεῖτε βασιλικόν, κατὰ τὴν γραφήν, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν, καλῶς ποιεῖτε·

Attamen si Legem regiam præstatis secũdum Scripturam, Diliges proximum tuum ut teipsum, bene facitis:

εἰ δὲ προσωπολημπτεῖτε, ἁμαρτίαν ἐργάζεσθε, ἐλεγχόμενοι ὑπὸ τοῦ νόμου ὡς παραβάται.

Sin uerò personam respicitis, peccatum committitis, & redarguimini à Lege ueluti transgressores.

B ὅστις γὰρ ὅλον τὸν νόμον τηρήσῃ, πταίσῃ δὲ ἐν ἑνί, γέγονε πάντων ἔνοχος.

Quisquis enim totam Legem seruauerit, offenderit autem in uno, omnibus tenetur.

ὁ γὰρ εἰπών, μὴ μοιχεύσῃς· εἶπε καί, μὴ φονεύσῃς. εἰ δὲ οὐ μοιχεύσεις, φονεύσεις δέ, γέγονας παραβάτης νόμου.

Nam qui dixit, Ne mœcheris: dixit etiam, Ne occidas. Quòd si non fueris mœchatus, occideris autem, factus es transgressor Legis.

οὕτω λαλεῖτε, καὶ οὕτω ποιεῖτε, ὡς διὰ νόμου ἐλευθερίας μέλλοντες κρίνεσθαι.

Ita loquamini & ita faciatis, ut per Legem libertatis iudicandi.

ἡ γὰρ κρίσις ἀνίλεως τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος· κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως.

Nam damnatio absq; misericordia erit ei qui non præstiterit misericordiam: & gloriatur misericordia aduersus damnationem.

5 Pauperes mundi huius τοὺς πτωχοὺς τῷ κόσμῳ τούτῳ. Id est, tenues, inopes, &, si mundi iudicium spectes, omnium hominum abiectissimos. Ita ostenditur iudicij illius peruersitas. *ut fierent* diuites πλουσίους. Sub. להיות id est τοὺς εἶναι, uel τοὺς γενέσθαι. Rectè uerò præponit dilectioni fidem, & fidei electionem.

6 Per tyrannidem oppr. καταδυναστεύουσιν. Vide Act. 10. f. 38. Ostendit autem Apostolus his uerbis, omni quoque iudicio carere qui suos carnifices tanto in pretio habeant, ut præ ijs pauperes Domini etiam despiciant.

7 A quo estis cogn. τὸ ἐπικληθὲν ἐφ' ὑμᾶς: Vulg. & Erasmus ad uerbum, quod inuocatum est super uos. Est autem Hebraica prorsus dicendi formula. ut quum dicitur Patris nomen super filios inuocari, Gen. 48. c. 16, & marito super uxorem, ut Esa. 4. a. 1.

8 Attamen si εἰ μέντοι. Vicus attingit. poterant enim isti prætexere se hoc officij præstare quantumuis indi-
C gnis. Atqui, inquit Iacobus, Lex est regia. i. sine ullis diuerticulis, & quasi uiæ regiæ instar omnibus patens, omnes proximi nomine comprehendens quos officio tuo iuuare possis. Qui fit ergo ut diuitem ita excipias, pauperem asperneris? Nam hic certe melior etiam ratione posit proximus uideri, nedum ut illi diuitem anteponas. Hoccine uerò est uia regia incedere? Attentior igitur doctissimo interpreti, qui Legem regiam perinde ac uiam regiam dici existimat, prouerbiali quadã loquendi formula. Viam autem regiam dicit Moses. Num. 21. c. 22. דרך המלך quam uulgo etiam uocamus *le grand chemin*, quæ obliquis uiarum diuerticulis opponitur.

10 Omnibus παντων. Quid igitur? an peccata paria sunt, aut æquè reus est qui unum caput uiolauit, atque is qui singula? Minime uerò. sed etiamsi unum apicem Legis transgrediaris, reus es uiolatæ Legis totius, in genere, uiolata scilicet Legislatoris maiestate. quanuis non pari crimine teneantur omnes qui Legem uiolant. Vbi igitur partialis illa iustitia quam stabilire uolunt sophistæ? Sed quorsum hæc Iacobus? nempe ut illorum detegat hypocrisin, qui ex Legis præceptis seligebant quod libuisset, & præclarè sibi uidebantur hoc modo Legem præstare. ut si iudex ex tribus conuictis adulterij duos puniens, unũ absoluens, aut adulterum quidem puniens, sed homicidæ parcens, putaret se officio suo egregiè defunctum. 12 Per Legem liber. *Διὰ νόμου ἐλευθερίας*. De lege libertatis diximus supra 1. d. 25. Additum autem est hoc epitheton admodum apposite. Quum enim per filium liberati simus, multo meliore iure a nobis requiret Dominus iustitiæ fructus quam ab ijs qui sub Legis ac peccati tyrannide manserunt. quanuis & isti meritò per Legem damnabuntur, ut dictum est Rom. 2. b. 12. Id autem ita futurum apparet etiam ex iudicij formula quæ pericripta est Matth. 25, & ex eo quod sæpe repetitur. fore ut unusquisque ex operibus suis iudicetur. minimè id quidẽ quasi bonis sanctorũ operib. salus rependat, quæ uni in Christo gratiæ per fidẽ apprehensæ accepta fertur: sed quia ex fide adiudicabit̃ salus, de fide iudicabit̃ ex ipsius effectis. Itaq; ex causa est cur nũc Iacobus in hac disputatione ingrediat̃ ut uerã fidem à falsa distinguat. 13 Misericordiam ἔλεος. Id est, qui durus & asper aduersus proximum fuerit, aut etiam qui non eum iuuerit, is durũ quoque ac præfractum iudicem Deum experietur, ut Matth. 25. d. 42. & deinceps. Item 6. b. 15. Et gloriatur misericordia aduersus damnationem καὶ κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως. Posit, opinor, oppositio superioris membri, ut misericordiam hic quoque consideremus. Sicut ergo dixit foreut absque misericordia damnentur qui misericordes non fuerint, ita nunc dicit misericordes non modò non reformidaturos damnationem, sed etiam illi quodammodo insultaturos.

Quinam id uerò? quia nimirum erga misericordes erit Deus misericors, ut Matth. 5. a. 7, & 25. c. 37. Id autem etiam ostendit ipsa antithesis. nam si absq; misericordia damnabuntur non misericordes, ex misericordia absoluentur misericordes. Hinc consequitur non aduersus ipsum iudicē habituros misericordes de quo glorientur, sed de quo gratias agant, ut Matth. 25. c. 37. Rom. 4. a. 2. uerum aduersus mortem, peccatū: diabolum. Haec enim est damnatio cui insultabunt ij quorum fides ex charitatis officijs coram Deo emicabit, ut Rom. 8. f. 31. 33. 34, & 1. Cor. 15. g. 55. A

Quæ utilitas, fratres mei, si fidem dicat aliquis habere se, opera uerò non habeat? num potest fides illa eum seruare?

14 τί τὸ ὄφελος, ἀδελφοί μου, ἐὰν πίστιν λέγῃ τις ἔχειν, ἔργα δὲ μὴ ἔχῃ; μὴ δύναται ἡ πίστις σῶσαι αὐτόν;

14 Quæ utilitas Τί τὸ ὄφελος, Quia non alium locum fortius urgent sophistæ, ut gratiam Dei euertant, adeò quidem ut à nonnullis ob eam causam haec epistola prorsus repudietur, tāquam sanae doctrinae repugnet: conabor & ego paucis hunc locum illustrare, ut eum neque pro sophistis facere, neque quicquam à sana ac uera gratuitae iustificationis doctrina alienum continere liquidò appareat. Spectandus est igitur in primis Apostoli scopus. Differuerat aduersus eos qui uideri uolunt sanctè uiuere, quum tamen sint προσωποληπται: & falsam sanctimoniae laruam ijs detraxit. Nunc aliud hominum genus aggreditur, eorum nimirum qui nouitiam doctrinae Euangelicae induentes, fidei nomine, ita in ea re acquiescunt acsi propterea essent omnium hominum iustissimi: quum interim tota ipsorum uita sceleribus scateat, nedum ut charitatem exerceant. Hunc inquam esse Apostoli scopum ita manifestum est ut ne sophistas quidem ipsos hoc inficiaturos existimem. Nunc consideremus quomodo aduersus istiusmodi homines fuerit disputandum Paulus ad Romanos praesertim & ad Galatas scribens, in eo totius est ut nos doceat fide absq; operibus, siue in Christo, gratis iustificari. Quamobrem? quia nimirum cum ijs contendebat, qui merita sua uel pro gratia substituebant, uel cum gratia coniungebant. Oportuit ergo in primis disputare de iustificationis ratione, quum ipsi falsas causas pro uera substituerent. Aduersus istos autem sicut contraria prorsus est controuersia, ita etiam contrario prorsus ordine disputandum fuisse res ipsa ostendit. Nam illi operum iustificationē stabiliebant, isti non operum modò iustificationem, sed ipsa etiam opera tollebant. Sicut ergo aduersus illos ita defenditur gratuita iustificatio ex fide, ut opera ipsa bona non tollantur, sed iustificandis illis detrahatur: ita hoc in loco quis non uidet cōtraria prorsus ratione opera ita stabilienda fuisse, non ut iustificandis illis tribueretur, sed ut uera iustificatio ex illis tanquam effectis colligeretur? Dicam planius. Illic de causa quaestio est, hic uerò de effectis. Illic a causis ad effecta descenditur, hic ab effectis ascēditur ad causam. Illic quaeritur quomodo iustificemur, hic quomodo iustificati fuisse intelligamur. Illic excluduntur opera, tanquam iustificationis causa, hic stabiliuntur tanquam iustificationis effecta. Illic negantur opera praecedere iustificandos, hic dicuntur iustificatos consequi. Quorsum enim aduersum istos probares nos non iustificari operibus, qui opera ne ut testimonia quidem iustitiae requirebāt, nedum ut plus illis quam par esset tribuerent? Quae quum ita se habeant, quis non uidet quam misere hallucinentur sophistae, quū perinde Iacobum cōnantur cum Paulo conciliare acsi uterque de causis iustificationis quaereret? Hinc peruersa illa distinctio operum moralium & caeremonialium: quasi haec duntaxat excludantur apud Paulum, quam tamen explicationem Augustinus diserte refutauit. Hinc ergo ad aliam distinctionem peruentum est, operum praecedentium fidem, & consequentium, quasi illa tantùm excludat Paulus. & quidem non simpliciter, sed certo duntaxat respectu, quum & ipsa sint (ut aiūt) praeparatoria merita ex congruo. Hinc deformis illa distinctio fidei formatae & informis. in quo etiam produnt quam acuti sint dialectici, qui qualitatis faciant alterius qualitatis formam. Hinc illa non modò falsa, sed etiam ridicula explicatio uerbi iustificari, quasi fide iustificari sine operibus, idem declarat atque fide absque operū praecedentium meritis, aptum fieri ad merendum uitam aeternam, ex gratiae & liberi arbitrij concursu. Neque uerò id mirum est accidisse, quum disputationis scopum non tenerent. Hactenus igitur de scopo: nunc de tractatione dicamus. in qua & ipsi non minus foeliciter sunt uersati. Ac primùm quidem ipsorum errores indicabimus, deinde germanam explicationem aperiemus. Possunt autem hi errores ad tria praecipua capita reuocari. Nam neque quid sit fides hoc in loco, neque quid sit iustificari, neque etiam quomodo aestimandum sit operum nomen intelligunt: quia quid illud sit de quo quaeritur ignorant. Fidem igitur utrobique, id est tum apud Paulum tum apud Iacobum, putant eandem designari, nempe qua credimus Deum esse, addo etiam, Christum esse Dei filium. & uera esse quae in utroque scripta sunt praescripta. Atqui si hoc illud est quod Paulus fidem uocat, quid impedit quominus diabolus possit fidelis dici? Neque enim potest fidelis nomen illi detrahi qui fidem habeat, praesertim quum illi affirment fidē sine charitate esse posse. B

Quid uerò? quo iure infideles dicentur quicunque hanc fidem habuerint, etiamsi omnibus sceleribus sint coperti? Praeterea fidem esse Spiritus sancti donum aduentitium an audebunt inficiari? Tribuatur ergo Spiritus sancti gratia ipsis etiam diabolis: aut quum ista falsissima sint ac blasphema, multo aliam esse fidem fateamur, à qua soli filij Dei fideles nominantur (quam supra 1, a. 6 requiri dixit idem noster Iacobus in ijs qui rite precantur. & cui unicēditur. Venio ad alterum errorem. Iustificari putant idem declarare atque inhaerente qualitate aliqua iustum fieri ideoque iustificationem uolunt ab operibus manare. Atqui nos paulo ante manifestis argumentis probauimus non quaeri hoc in loco quomodo iustificemur, (hoc enim non Iacobus tractat, sed Paulus) sed quis uerè se possit iustificarum dicere, isne qui nudam illam fidē iactat, an uerò qui ex operibus fidem suam potest demonstrare. Deinde ut de imputata iustitia dicamus hoc loco, quis unquam existimasset ita posse ineptire homines, ut dicerent bonos fructus efficere ut bona sit arbor, ac non potius bonam prius arborem fieri oportere quàm bonos fructus edat? Hoc enim certè non minus absurdum est ac ineptum, quàm siquis causam ab effectis gigni existimaret. Supereſt tertius error in operum uocabulo explicando, qui quidem est ex primò procreatus. Nam quia fidem illam de qua Paulus disserit, putarūt hoc in loco comparari cum operibus, huc etiam sunt impulsi, ut opera per se considerari existimarent. Atqui si ita esset, id est si fides illa quae iustificamur, posset à charitate separari, nemo non uidet quàm infirmum esset argumentum à fide ad charitatem probandam, uel à regnante peccato adtollendam fidem sumptum, quum tamen hoc utroq; nihil frequentius passim occurrat. Stat enim illud firmum, Mendacem esse eum qui dicat se Deum nosse, nec seruat ipsius praecepta, 1. Iohan. 2. a. 4. Deinde refutato primo errore, cōcidat etiam iste necesse est. Quòd si neque quid sit in hoc argumento fides, neque quid sit iustificari, neque quomodo considerentur opera istī norūt. quomodo, quaeso de re tota iudicabunt qui nullam ipsius partem tenent? Age igitur tandem ad germanam huius loci explicationem ueniamus: quam quidem nos perspicuitatis causa κατὰ φραστικὸν explicabimus. Nitebantur isti falsa illa fidei specie, id est notitia Dei. C

Hanc illis oportuit ostendi ueram fidem non esse, sed mortuum simulachrum. Sed illam tamen Iacobus per cōcessionem (ne de uerbis litigare uideretur) fidem uocat.

Esto, inquit, fidem illam habeatis, quam uos habere dicitis: quid aliud hoc est quàm res inutilis? Hoc illustrat adhibita comparatione, Siquis famelico dixerit, Satur esto: nec interim quicquam illi suppeditarit: quis ueram esse hanc liberalitatem dixerit?

Iacobi

A Ita si Dei notitiam uos habere gloriemini (quam fidem uocatis) nec interim eam ad usum accommodetis, nō erit hæc fides proprie, sed fidei simulachrum: ut si corpus inanime hominem dicas. Quid ergo? nempe fides ea demū est quam ex operibus possis ostendere. Deinde ad argumenta accedit. Si illud quod fidem uocas, fides esset, quid impediret Diabolum quominus & ipse fidelis esset? Atqui credit Diabolus quod tu credis, illud habet quod tu fidem uocas: nec tamen confidit, sed contremiscit. Ergo fides quam iactas, uera fides non est, nec qua secure niti possis. Vis autem hoc amplius etiam cognoscere? Confer fidem illam quam iactas cum Abrahami exemplari. Neque enim dubium est quin hic ueram fidem habuerit. Quid igitur ille? nonne Isaacum obtulit? Itaque non habuit fidem quam opera non consequerentur: sed illum uere per fidem iustificatum fuisse res ipsa ostendit: quum opus ederet iustitiæ. Ex eo igitur quòd factis ostendit fidem, liquidò apparuit non mortuam, sed uiuam & suis numeris absolutam fidem ipsius fuisse. Tumque plenè patefactum est quam meritò scriptum esset de eo, quòd Deo credidisset, idque ei imputatum esset ad iustitiam. Inde efficitur, uere iustificatum esse non eum qui fidem illam habeat quam iactatis, sed eam quæ ex effectis ostendi possit. Aliud exemplum quæritis? nam istud forsasse uos deterret. Sumamus meretricem illam Rhaab, qui uos pudebit impares fieri. Illa nonne re ipsa ostendit se longe aliam fidem habere, quàm mortuam illam, cum Diabolis ipsis communem? Nam Dei gloriam & proximi charitatem uitæ suæ anteposuit, seruatis & emissis Dei speculatoribus.

Concludamus igitur fidem illam uestram quasi cadaueris instar esse: itaque non esse quòd uos illius titulo superbiatis, quasi per eam iustificati. Viua enim est, non mortua fides illa quæ in iustificatorum factis elucet. Hæc est, amice lector, huius loci minimè coacta, ut uides, sed syncera, & cum reliquis Prophetarum & Apostolorum scriptis consentiens explicatio. Arbor bona, inquit Dominus, fructus bonos facit. Qui filij Dei sunt, inquit Paulus, Spiritu Dei aguntur. Iustus est qui facit iustitiam, inquit Iohannes. Item, Ex hoc cognoscimus quòd eum nouimus, si iussa illius obseruamus. Item, Qui dicit se in luce esse, & fratrem odit, in tenebris est usque adhuc. Ex his ausim efficitur, fidem, aduersus quam contendit Iacobus, per concessionem duntaxat hoc nomine uestiri, utpote quæ Diabolis etiam sit communis. Item iustificari, non significare iustum fieri, sed iustificatum declarari. de qua significatione diximus Rom. 3. a. 4, &c. 20, & 1. Timoth. 3. d. decimo sexto. Postremò, opera non considerari per se, sed cum uera illa fide coniuncta, ex qua tanquam bonæ arboris boni fructus exoriuntur. Quamobrem tantum abest ut hac epistola Pauli doctrinæ repugnet, ut contrà nec meliore nec certiore argumento possit confirmari.

15 ἐὰν ᾖ ἀδελφὸς ἢ ἀδελφὴ γυμνοὶ ὑπάρχωσι, καὶ λειπόμενοι ὦσι τῆς ἐφημέρου τροφῆς,

B 16 εἴπῃ δέ τις αὐτοῖς ἐξ ὑμῶν, ὑπάγετε ἐν εἰρήνῃ, θερμαίνεσθε, καὶ χορτάζεσθε· μὴ δῶτε δὲ αὐτοῖς τὰ ἐπιτήδεια τοῦ σώματος, τί τὸ ὄφελος;

17 οὕτω καὶ ἡ πίστις, ἐὰν μὴ ἔργα ἔχῃ, νεκρά ἐστι καθ' ἑαυτήν.

18 ἀλλ' ἐρεῖ τις· σὺ πίστιν ἔχεις, κἀγὼ ἔργα ἔχω. δεῖξόν μοι τὴν πίστιν σου ἐκ τῶν ἔργων σου, κἀγώ σοι δείξω ἐκ τῶν ἔργων μου τὴν πίστιν μου.

19 σὺ πιστεύεις ὅτι ὁ θεὸς εἷς ἐστι; καλῶς ποιεῖς· καὶ τὰ δαιμόνια πιστεύουσι, καὶ φρίσσουσι.

20 θέλεις δὲ γνῶναι, ὦ ἄνθρωπε κενέ, ὅτι ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστιν;

C 21 Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ἡμῶν οὐκ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἀνενέγκας Ἰσαὰκ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον;

Quòd si frater aut soror nudi fuerint, & egentes quotidiano uictu:

16 Dicat autem eis aliquis uestrum, Abite cum pace, calescite & saturamini: non tamē dederitis eis quæ sunt apta corpori: quę *erit* utilitas?

Ita quoq; fides, si opera non habeat, mortua est per se.

18 Quinimodicet aliquis, Tu fidem habes, & ego operahabeo: ostende mihi fidem tuam ex operibus tuis, & ego ostendam tibi ex operibus meis fidem meam.

19 Tu credis quòd Deus unus est: rectè facis: & dæmonia credunt, & horrescunt.

20 Vis uerò nosse, ô tu inanis, quòd fides illa *quæ est* absque operibus, mortua sit?

21 Abraham pater ille noster nónne ex operibus iustificatus est, quum obtulisset Isaac filium suum super altare?

18 Quinimo dicet aliquis ἀλλ' ἐρεῖ τις. Id est, Imò etiam sic cuiuis licebit tuam arrogantiam retundere. Deinde quod sequitur, Σὺ πίστιν ἔχεις, Tu fidem habes, ironicè dictum est. neque enim fidei nomen huic notitiæ nisi per concessionem tribuitur. Vulgata, Sed dicet quis. Erasmus, Sed dicet aliquis: quasi uidelicet quædam sit obiectio, sed hoc non potest quadrare.

Ostende δεῖξον. Vides considerari opera cum fide coniuncta, non autem seorsim comparari? Opera, inquam, cum uera fide coniuncta, illi cadaueri uiuæ fidei opponi?

19 Quid Deus unus est ὅτι ὁ θεὸς εἷς ἐστι. Quid amplius credit qui uerè est fidelis? Vide Rom. 1. b. 17.

20 Fides illa ἡ πίστις: Articulus um habet ἀθρόως, quæ omnino est exprimenda. Declarat enim non agi de ea fide quæ possit ex operibus ostendi, sed de illa quam superiore uersiculo definit. Itaque planior erit locus si subaudias ἡ, ut alibi sæpe suppletur. quanquam eadem manet sententia etiamsi non suppleueris.

21 Iustificatus est, ἐδικαιώθη. Id est, compertus est fuisse iustificatus, ut Rom. 3. a. 4, & c. 20, & 1. Timoth. 3. d. 16. copiosius exposuimus. Semper enim tenendus est ille scopus, non hic quæri de iustificationis causis, sed ex quib. effectis rectè possit colligi. id est quinam intelligi possint uerè fuisse iustificati, non autem qua ratione sint iustificati. Idque ita esse apparet etiam tum ex historiæ serie, tum ex ipsis Angeli uerbis.

Fidem enim Abrahamo imputatam fuisse ad iustitiam, triginta minimum annis antequam offerretur Isaac, diserte commemoratur Genes. decimoquinto. a. sexto. Quum autem Isaacum obtulisset, quid inquit Dominus? num eum ita esse iustificatum? Minimè, quum triginta ante annis esset, iustificatus, idque ex imputatione, non ex operibus, ex quibus non iustificabitur ullus uiuens. sed, inquit Angelus Domini, Iam cognoui quòd

tu timeas Deum, quia non pepercisti filio tuo unigenito propter me. Sic ergo liquet hoc opus non fuisse iustifica A
tionis Abrahami causam, sed testimonium ac declarationem.

Vides quòd fides administra fuerit operum ipsius, & ex operibus fides perfecta fuerit?

22 βλέπεις ὅτι ἡ πίστις συνήργει τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν ἔργων ἡ πίστις ἐτελειώθη;

Et impleta est Scriptura quæ dicit. Credidit Abraham Deo, & imputatum est ei ad iustitiam, & amicus Dei uocatus est.

καὶ ἐπληρώθη ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα· ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, καὶ φίλος θεοῦ ἐκλήθη.

Videtis igitur quod ex operibus iustificetur homo, & non ex fide tantùm?

24 ὁρᾶτε τοίνυν, ὅτι ἐξ ἔργων δικαιοῦται ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἐκ πίστεως μόνον;

Similiter autem & Rahab illa meretrix an non ex operibus iustificata est, quum excepisset nuntios, & alia uia emisisset?

24 ὁμοίως δὲ καὶ Ῥαὰβ ἡ πόρνη οὐκ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ὑποδεξαμένη τοὺς ἀγγέλους, καὶ ἑτέρᾳ ὁδῷ ἐκβαλοῦσα;

Nam ueluti corpus absq; spiritu mortuũ est, ita & fides illa, *quæ est* absq; operib. mortua est.

25 ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα χωρὶς πνεύματος νεκρόν ἐστιν, οὕτω καὶ ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστι.

CAP. III.

ΚΕΦΑΛ γ.

Lingua uitium describitur.

NE fitis multi magistri, fratres mei, scientes quòd grauius iudicium auferemus.

1 Μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε, ἀδελφοί μου, εἰδότες ὅτι μεῖζον κρῖμα λημψόμεθα. B

In multis enim labimur omnes: si quis in sermone nõ labitur, hic perfectus est uir, qui possit fræno moderari totum etiam corpus.

2 πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες. εἴ τις ἐν λόγῳ οὐ πταίει, οὗτος τέλειος ἀνήρ, δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι καὶ ὅλον τὸ σῶμα.

Ecce, equis fræna in ora immittimus, ut obediant nobis, & totum corpus eorum circumagimus:

3 ἰδοὺ τῶν ἵππων τοὺς χαλινοὺς εἰς τὰ στόματα βάλλομεν πρὸς τὸ πείθεσθαι αὐτοὺς ἡμῖν, καὶ ὅλον τὸ σῶμα αὐτῶν μετάγομεν.

Ecce, naues quoq;, quũ tantæ sint, & à uẽ

4 ἰδοὺ καὶ τὰ πλοῖα τηλικαῦτα ὄντα, καὶ

22 Administra fuerit operum ipsius, *συνήργει τοῖς ἔργοις αὐτοῦ*. Id est, efficax & fœcunda fuerit bonorum operum. Vnde enim illa tanta obedientia nisi ex fide? Heb. 11. d. 17. Vulgata, cooperabatur operibus illius. Erasmus. adiumento fuerit factis illius: nimium obscurè.

Et ex operibus fides perfecta fuerit *καὶ ἐκ τῶν ἔργων ἡ πίστις ἐτελειώθη*. Hic uerò triumphant sophistæ. Videtis enim, inquiunt, fidem ab operibus perfici? itaque iustificatio, aliqua etiam ex parte ab operibus fidem consequentibus dependet. Atqui, boni uiri, si hoc uerum est, quomodo tam multis antè annis pronuntiatus fuerit iustus Abrahã non ex mercede, sed ex imputatione? Nempe dicetis, Sicut fides erat imperfecta, ita fuit illa iustificatio imperfecta. Sed quid Paulo facietis, qui iustificationem illam Abrahami pro perfecto iustificationis exemplari proponit? Quid quòd etiam diserte adscribit, Si Abraham ex operibus iustificatus est, eum habere de quo glorietur apud homines, at non apud Deum, Rom. 4. a. 2? Quid quòd non in eo se iustificatum dicit quòd nullius sibi sit cõscius, 1. Corinthi. 4. a. 4. ut alios pene innumerabiles locos omittam. Quid ergo? nempe si perfectam fidem intelligas, cui nihil desit, eam sanè nusquam inuenias. Quandiu enim uixit Abraham, circuntulit carnem, ac proinde indiguit illa oratione, Domine adauge mihi fidem. Hoc igitur ad declarationem quoque pertinet. Fides enim eo perfectior dicitur, quo C
plenius perspecta est ac cognita. & quo efficacius uires suas exerit, quæ prius non ita apparebant: ut si dicatur alicuius arboris bonitas tum fuisse perfecta quum optimum aliquem fructum edidit. Nam quia de causa iudicamus ex effectis. uidetur quodammodo causæ uis uel minui uel augeri ex effectorum proportione. Sed hoc quidem ex effectis intelligitur & æstimatur, non autem emanat.

23 Et impleta est *Καὶ ἐπληρώθη*. Imò uerò impleta est eo ipso momento quo credidit in præputio, ut diserte colligit Paulus Rom. 4. b. 10. Quid igitur? an secum dissidet Spiritus sanctus? Ablit: imò (ut antè pluribus ostendi,) de re ipsa & illius causis agit Paulus: de rei declaratione & approbatione Iacobus. Tum ergo dicitur impleta Scriptura, quum plane perspectum est quam uerè illud fuerit de Abrahamo scriptum.

24 Iustificetur *δικαιοῦται*. Id est iustus esse comprobetur. Vide suprà uers. 21. Ex fide *ἐκ πίστεως*. Ex illa scilicet mortua & euanida, quam uos iactatis.

25 Illa meretrix *ἡ πόρνη*. Vide Heb. 11. f. 31. Iustificata est, *ἐδικαιώθη*. Vide suprà uers. 21.

26 Fides illa *ἡ πίστις*. Vide suprà uers. 20.

IN CAPVT III.

1 Multi magistri *πολλοὶ διδάσκαλοι*, Id est multi censores. Reprehendit enim uitium illud inter homines nimium peruulgatum, quò fit ut quisque feuerè alios condemnet, sibi uerò indulgeat.

Grauius iudicium auferemus. *μεῖζον κρῖμα λημψόμεθα*. Sub. nisi ab ista censoria & arrogantiæ plena reprehensione aliorum desiterimus. tanto enim grauius puniemur, quanto seueriores & arrogantiores censores fuerimus, Matthei septimo. a. secundo. Quod autem sese inter illos recenset qui hoc uitio laborant, facit docentium more, ne uideatur illis legem indicere cui non sit ipse obstrictus. Nam etiam quis est ab hoc uitio prorsus immunis? Vulg. maius iudicium sumitis. Legit enim *λαμβάνετε*, contra nostrorum omnium codicum fidem. Erasmus, maius iudicium sumpturi sumus. Vide Matth. 23. b. 14.

3 Ecce *ἰδού*. Vulgata, Si autem, *εἰ δέ*, mendosè pro *ἰδέ*.

4 Libido

A ὑπὸ σκληρῶν ἀνέμων ἐλαυνόμεθα, μετάγεται ὑπὸ ἐλαχίστου πηδαλίου ὅπου ἂν ἡ ὁρμὴ τοῦ εὐθύνοντος βούληται.

ὅτω καὶ ἡ γλῶσσα μικρὸν μέλος ἐστί, καὶ μεγαλαυχεῖ. ἰδοὺ ὀλίγον πῦρ ἡλίκην ὕλην ἀνάπτει.

καὶ ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας. οὕτως ἡ γλῶσσα καθίσταται ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, ἡ σπιλοῦσα ὅλον τὸ σῶμα, καὶ φλογίζουσα τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως, καὶ φλογιζομένη ὑπὸ τῆς γεέννης.

πᾶσα γὰρ φύσις θηρίων τε καὶ πετεινῶν, ἑρπετῶν τε καὶ ἐναλίων δαμάζεται καὶ δεδάμασται τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ.

τὴν δὲ γλῶσσαν οὐδεὶς δύναται ἀνθρώπων δαμάσαι, ἀκατάσχετον κακόν, μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου.

B ἐν αὐτῇ εὐλογοῦμεν τὸν θεὸν καὶ πατέρα, καὶ ἐν αὐτῇ καταρώμεθα τοὺς ἀνθρώπους, τοὺς καθ' ὁμοίωσιν θεοῦ γεγονότας.

ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος ἐξέρχεται εὐλογία καὶ κατάρα. οὐ χρή, ἀδελφοί μου, ταῦτα οὕτω γίνεσθαι.

μήτι ἡ πηγὴ ἐκ τῆς αὐτῆς ὀπῆς βρύει τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρόν;

μὴ δύναται, ἀδελφοί μου, συκῆ ἐλαίας ποιῆσαι, ἢ ἄμπελος σῦκα; οὕτως οὐδεμία πηγὴ ἁλυκὸν καὶ γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ.

τίς σοφὸς καὶ ἐπιστήμων ἐν ὑμῖν; δειξάτω ἐκ τῆς καλῆς ἀναστροφῆς τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν πραΰτητι σοφίας.

εἰ δὲ ζῆλον πικρὸν ἔχετε καὶ ἐριθείαν ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν, μὴ κατακαυχᾶσθε καὶ ψεύδεσθε κατὰ τῆς ἀληθείας.

ἐκεῖνη οὐκ ἔστιν ἡ σοφία ἄνωθεν κατερχομένη, ἀλλ' ἐπίγειος, ψυχική, δαιμονιώδης.

ὅπου γὰρ ζῆλος καὶ ἐριθεία, ἐκεῖ ἀκαταστασία καὶ πᾶν φαῦλον πρᾶγμα.

ἡ δὲ ἄνωθεν σοφία πρῶτον μὲν ἁγνή ἐστιν, ἔπειτα εἰρηνική, ἐπιεικής, εὐπειθής, μεστὴ ἐλέους καὶ καρπῶν ἀγαθῶν, ἀδιάκριτος καὶ ἀνυπόκριτος.

tis sæuis agantur, circumaguntur à minimo gubernaculo, quocunque libido gubernatoris uoluerit:

Ita & lingua pusillum membrum est, & magna iactat: ecce, exiguus ignis quantam materiam incendit.

Lingua etiam flamma est, & mundus iniquitatis: ita *inquam* lingua cóstituta est inter membra nostra, maculans totum corpus, inflammans orbem conditum, & inflammatũ à gehenna.

Omnis enim natura & ferarũ & uolucrũ, serpentiumq; & marinorum domatur & domita est à natura humana:

Linguam autem nullus hominum domare potest, malum quod coercerenon possis, plena *est* ueneno mortifero.

Per ipsam benedicimus Deo & Patri, & per ipsam maledicimus hominibus qui ad similitudinem Dei conditi sunt.

Ex eodẽ ore procedit benedictio & maledictio, non oportet fratres mei, hæc ita fieri.

Nũquid fons ex eodem foramine manat dulcem & amaram *aquam*?

Nunquid potest, fratres mei, ficus oleas edere, aut uitis ficus? ita nullus fons salsam ac dulcem aquam potest edere.

Quis sapiens & scientia præditus *est* inter uos? iudicet ex bona conuersatione opera sua cum mansuetudine sapientiæ.

Quòd si inuidiam amaram habetis, & irritationem in corde uestro, nolite gloriari, & mendaces esse aduersus ueritatem.

Non est *enim* ista sapientia supernè descendens, sed terrena, animalis, dæmoniaca.

Vbi enim inuidia *est* & irritatio, ibi seditio & omne opus prauum.

Quę autem superne *est* sapientia, primum quidem casta est, deindepacifica, moderata, tractabilis, plena misericordia & fructibus bonis, absque diiudicatione, sine simulatione.

Aemulationes & contentiones uitande.

4 Libido gubernatoris ἡ ὁρμὴ τοῦ εὐθύνοντος. Vulg. & Eras. impetus dirigẽtis: quod nõ ita propriũ uidetur.

6 Mundus iniquitatis ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας, Id est congeries & cumulus quidam omnium scelerum. Græcus scholiastes alias etiam interpretationes affert sed prorsus uiolentas. Orbem cõditũ, τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως Vulg. & Eras. rotã natiuitatis. Accipiũt autẽ rotã pro reuolutione, & γένεσιν pro uita: quã interpretationẽ si liceret sequi, mallem τρόχον, id est curriculum legere. Sed mihi uidetur minus dura explicatio si τὸν τροχὸν accipiamus αὐτὸ τὸ κύκλον, & τῆς γενέσεως pro τῆς κτίσεως, ut significetur linguam posse uel totum orbem conditum accendere, & quidem quasi tartareo igne inflammatam: sicut fingunt furias poetæ accensis ex Phlegethonte facibus orbem terrarum inflammare 15 Et scientia prædirus καὶ ἐπιστήμων Vulg. & disciplinatus barbare. Quidam codices pro τίς σοφὸς, legunt ἔστις σοφός, siquis sapiens. Cum mansuetudine sapientiæ. ἐν πραΰτητι σοφίας. Hoc opponit arrogantibus illis & temerarijs iudicijs. 15 Animalis ψυχικὴ. Vide 1. Cor. d 14.

16 Inuidia ζῆλος id est φθόνος. Vulg. zelus: minium obscurè. Eras. æmulatio: non satis expresse. Seditio ἀκαταστασία id est τάραχή tumultus. Vulg. inconstantia: non satis apposite. 17 Misericordia & fructibus bonis. ἐλέους καὶ καρπῶν ἀγαθῶν. Misericordiam opponit inhumano & fero ingenio. Fructus autem bonos tribuit cælesti sapientiæ: quod qui facit imburus, omnia referat ad Dei gloriã & proximi, cõmodũ, qui uere sunt boni fructus. Absque diiudicatione, ἀδιάκριτος. Reprehendit προσωποληψίαν, de qua diximus supra 2. a. 4. Alioqui discernendi sunt Spiritus 1. Cor. 12. b. 10. & sensus habere nos oportet ad boni & mali discrimẽ exercitatos, Heb. 5. d. 14 Sed & Ministros in primis oportet sermonem Dei ὀρθοτομῆν. quod sine discretionis Spiritu fieri non potest.

Fructus autem iustitiæ cum pace seritur pacificis. 18 καρπὸς δὲ τῆς δικαιοσύνης, ἐν εἰρήνῃ σπείρεται τοῖς ποιοῦσιν εἰρήνην. A

CAP. IIII.

VNde bella & lites inter uos? nõne hinc, *nimirum* ex uoluptatibus uestris, quæ militant in membris uestris? 1 Πόθεν πόλεμοι καὶ μάχαι ἐν ὑμῖν; οὐκ ἐντεῦθεν, ἐκ τῶν ἡδονῶν ὑμῶν τῶν στρατευομένων ἐν τοῖς μέλεσιν ὑμῶν;

Concupiscitis, & non habetis: inuidetis & studiose affectatis, nec potestis assequi: pugnatis & bellatis, non tamen obtinetis, propterea quòd non petitis. 2 ἐπιθυμεῖτε, καὶ οὐκ ἔχετε· φονεύετε καὶ ζηλοῦτε, καὶ οὐ δύνασθε ἐπιτυχεῖν· μάχεσθε καὶ πολεμεῖτε, οὐκ ἔχετε διὰ τὸ μὴ αἰτεῖσθαι ὑμᾶς.

Petitis, & non accipitis, eo quòd male petatis, ut in uoluptates uestras insumatis. 3 αἰτεῖτε, καὶ οὐ λαμβάνετε, διότι κακῶς αἰτεῖσθε, ἵνα ἐν ταῖς ἡδοναῖς ὑμῶν δαπανήσητε.

Adulteri & adulteræ, nescitis quòd amicitia mundi, inimicitia est cum Deo? Quicũque ergo uoluerit amicus esse mundi, inimicus Dei constituitur. 4 μοιχοὶ καὶ μοιχαλίδες, οὐκ οἴδατε, ὅτι ἡ φιλία τοῦ κόσμου ἔχθρα τοῦ θεοῦ ἐστιν; ὃς ἂν οὖν βουληθῇ φίλος εἶναι τοῦ κόσμου, ἐχθρὸς τοῦ θεοῦ καθίσταται.

An putatis quòd inaniter Scriptura dicat, An inuidiam fertur spiritus qui habitat in nobis? 5 ἢ δοκεῖτε, ὅτι κενῶς ἡ γραφὴ λέγει, πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα ὃ κατῴκισεν ἐν ἡμῖν;

Sed maiorem offert gratiam *in eo* quod dicit, Deus superbis resistit, modestis autẽ dat gratiam. Subijcite uos Deo, resistite diabolo, & fugiet à uobis. 6 μείζονα δὲ δίδωσι χάριν. διὸ λέγει· ὁ θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. B
7 ὑποτάγητε οὖν τῷ θεῷ, ἀντίστητε δὲ τῷ διαβόλῳ, καὶ φεύξεται ἀφ' ὑμῶν.

Appropinquate Deo, & appropinquabit uobis: emundate manus, ò peccatores: et purificate corda, duplices animo. 8 ἐγγίσατε τῷ θεῷ, καὶ ἐγγιεῖ ὑμῖν. καθαρίσατε χεῖρας ἁμαρτωλοί, καὶ ἁγνίσατε καρδίας δίψυχοι.

Affligimini, & lugete, & flete: risus uester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem. 9 ταλαιπωρήσατε, καὶ πενθήσατε, καὶ κλαύσατε· ὁ γέλως ὑμῶν εἰς πένθος μετατραφήτω, καὶ ἡ χαρὰ εἰς κατήφειαν.

Summitite uos in cõspectu Domini, & eriget uos. 10 ταπεινώθητε ἐνώπιον τοῦ κυρίου, καὶ ὑψώσει ὑμᾶς.

18 Fructus autem iustitiæ Καρπὸς δὲ τῆς δικαιοσύνης. Hoc ego existimo accipiendum ut promissionem, qua omnes ad cæleste illam sapientiam pacis ac ædificationis genitricem ac gubernatricem exhortetur. Illos enim, dum pacem colunt, ferere tibijpsis fructum iustitiæ, id est syncera ac honesta uita dignum. quem cum pace, id est felices ac beati, metant. Matth. 5. a. 9.

IN CAPVT IIII.

1 Militãt τῶν στρατευομένων Rectè. perpetua enim est pugna legis membrorũ aduersus legem mentis, Rom. 7. d. 23. tum etiam cupiditates animi acerrimas inter se pugnas cient. Quàm latè uerò pateat membrorum appellatio, diximus Rom. 6 c. 13. C

2 Inuidetis. φθονεῖτε Scio in Græcis codicibus legi φονεύετε, sed sanè non uideo qui hoc conueniat, ne si ad animum quidem referas: quia nimium decresceret oratio. Græcus scholiastes legit φονᾶτε, quod ego existimo depravate scriptum fuisse à librarijs pro φθονᾶτε. cuius loco scriptum est φονεύετε, quod illud non sit usitatum. Et studiosè affectatis καὶ ζηλοῦτε. ζηλοῦν declarat hoc in loco aliquid amplius quàm inuidere, nempe ambitiosam affectationem rei expetitæ. Vulg. zelatis. Eras. æmulamini.

4 Adulteri & adulteræ, Μοιχοὶ καὶ μοιχαλίδες Græca scholia hoc attexunt præcedenti uersiculo, idque rectè, ut opinor. Vtcunque sit autem, adulteros intelligit, Scripturæ more, quicunque Dei amori mundum & suas uoluptates anteponunt.

5 Ad inuidiam fertur πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ. Hunc locum simpliciter conuerti ut in Græcis habetur. Nam ἐπιποθεῖν non aliud declarat quàm ἐρασθαι hoc in loco & in uno contextu illa leguntur, ita ut hæc non sint Apostoli uerba, sed testimonium ex Scripturis sumptum. Respicit autem (ut mihi uidetur) quod scriptum est Gen. 8. d. 21 nempe יצר לב האדם רע id est imaginatio cordis humani mala. Versatur enim in eo ut causam ostendat cur inter Deum & mundum, id est homines non regeneratos, nunquam conueniat, quia nimirum toto animi impetu feruntẽ homines ad malum. Sed peculiariter meminit inuidiæ Apostolus, ad scopum suum respiciens. Deinde pro corde hominis, dixit cor quod habitat in nobis: nimirum ut minus sit acerba reprehensio, quum sese in eodem albo recenseat. Græcus scholiastes nouam distinctionem ostendit, sed mendosam, ut mihi quidem uidetur.

6 Sed maiorem offert gratiam *in eo* quòd dicit, Μείζονα δὲ δίδωσι χάριν· διὸ λέγει. Hanc, inquit, humani ingenij conditionem non frustra dicit Scriptura: sed uoluisse maioris cuiusdam boni nobis spem facit, quum inquit scilicet, Deum superbis quidem resistere, modestis autem gratia sua opitulari. Frobenius hæc omnia non excudit, διὸ λέγει, ὁ θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. in eo quod dicit, Deus superbis resistit: modestis autem dat gratiam. Sed omnino addenda sunt, & in omnibus Græcis exemplaribus nostris inueniuntur.

Mode-

Ne alij aduersus alios loquamini, fratres. qui loquitur contra fratrem, quiq; damnat fratrem suum, loquitur contra Legem, & damnat Legem: quod si damnas Legem, nō es obseruator Legis, sed iudex.

11 μὴ καταλαλεῖτε ἀλλήλων, ἀδελφοί. ὁ καταλαλῶν ἀδελφοῦ, καὶ κρίνων τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καταλαλεῖ νόμου, καὶ κρίνει νόμον· εἰ δὲ νόμον κρίνεις, οὐκ εἶ ποιητὴς νόμου, ἀλλὰ κριτής.

Vnus est Legislator qui potest seruare & perdere. Tu quis es qui iudicas alium?

12 εἷς ἐστιν ὁ νομοθέτης ὁ δυνάμενος σῶσαι καὶ ἀπολέσαι. σὺ τίς εἶ, ὃς κρίνεις τὸν ἕτερον;

Age nunc qui dicitis, Hodie uel cras ibimus in illam urbem, & transigemus ibi annū unum, & mercabimur, & lucrabimur.

13 Ἄγε νῦν οἱ λέγοντες· σήμερον καὶ αὔριον πορευσόμεθα εἰς τήνδε τὴν πόλιν, καὶ ποιήσομεν ἐκεῖ ἐνιαυτὸν ἕνα, καὶ ἐμπορευσόμεθα, καὶ κερδήσομεν·

(Qui ignoratis quid *futurum sit* postero die. quæ est enim uita uestra? uapor enim est qui ad exiguum *tempus* apparet, & deinde euanescit)

14 (οἵτινες οὐκ ἐπίστασθε τὸ τῆς αὔριον. ποία γὰρ ἡ ζωὴ ὑμῶν; ἀτμὶς γάρ ἐστιν ἡ πρὸς ὀλίγον φαινομένη, ἔπειτα δὲ ἀφανιζομένη.)

Pro eo quod dicere debueritis, Si Dominus uoluerit, & uiuamus, faciemus hoc aut illud.

15 ἀντὶ τοῦ λέγειν ὑμᾶς· ἐὰν ὁ κύριος θελήσῃ, καὶ ζήσωμεν, καὶ ποιήσωμεν τοῦτο ἢ ἐκεῖνο.

B Nunc autem gloriamini de arrogantiaue stra. omnis eiusmodi gloriatio, mala est.

16 νῦν δὲ καυχᾶσθε ἐν ταῖς ἀλαζονείαις ὑμῶν. πᾶσα καύχησις τοιαύτη πονηρά ἐστιν.

Igitur qui nouerit recte facere, nec facit: hic peccato tenetur.

17 εἰδότι οὖν καλὸν ποιεῖν, καὶ μὴ ποιοῦντι, ἁμαρτία αὐτῷ ἐστιν.

CAP. V.

ΚΕΦΑΛ. ε.

Agite nunc diuites, flete, ululantes super miserijs uestris quæ superuenient.

1 Ἄγε νῦν οἱ πλούσιοι, κλαύσατε ὀλολύζοντες ἐπὶ ταῖς ταλαιπωρίαις ὑμῶν ταῖς ἐπερχομέναις.

Diuitiæ uestræ putrefactæ sunt, uestimenta uestra tineis obnoxia facta sunt:

2 ὁ πλοῦτος ὑμῶν σέσηπεν, καὶ τὰ ἱμάτια ὑμῶν σητόβρωτα γέγονεν·

Aurum & argentum uestrum ærugine uitiatum est, & ærugo eorum testabitur aduersum uos, & exedet carnes uestras uelut ignis. Thesaurum congessistis ultimis diebus.

3 ὁ χρυσὸς ὑμῶν καὶ ὁ ἄργυρος κατίωται, καὶ ὁ ἰὸς αὐτῶν εἰς μαρτύριον ὑμῖν ἔσται, καὶ φάγεται τὰς σάρκας ὑμῶν ὡς πῦρ. ἐθησαυρίσατε ἐν ἐσχάταις ἡμέραις.

Ecce, merces operariorum qui messuerunt regiones uestras, à uobis intercepta, clamat: & clamores eorum qui messuerant, in aures Domini Sabaoth introierunt.

C 4 ἰδοὺ ὁ μισθὸς τῶν ἐργατῶν τῶν ἀμησάντων τὰς χώρας ὑμῶν, ὁ ἀπεστερημένος ἀφ' ὑμῶν, κράζει· καὶ αἱ βοαὶ τῶν θερισάντων εἰς τὰ ὦτα κυρίου σαβαὼθ εἰσεληλύθασιν.

Modestis, ταπεινοῖς Heb. עניים id est calamitosis, pro quo uidentur legisse Græci עניים quanquam hæc inter se non multum differunt quum superbia fere sit diuitiarum comes, calamitas uerò spiritus illos altos frangat. Vulg. & Eras. humilibus. Ergo modestos dicere malui, propter antithesin.

9 In mœrorem εἰς πατάφθειαν Hoc uocabulo declarant Græci tristitiam cum pudore quodam coniunctam, quæ in uultu demisso & humi quasi affixo apparet.

12 Legisla.or ὁ νομοθέτης. In quatuor ueteribus libris additum inuenimus καὶ κριτὴς & iudex, ut etiam legit Vetus interpres

13 Vel cras ἢ αὔριον Ita legit Vetus interpres, idque rectius, ut opinor quàm si legas καὶ αὔριον, & cras. Itaque sic restituimus, consentientibus cum uetere interprete duobus ueteribus Græcis exemplaribus. Ibimus πορευσόμεθα Hic quoque ueterem interpretem & unius uetusti exemplaris fidem sequuti illa omnia potius indicatiuo modo quàm subiunctiuo legimus. quòd ita uidetur ipsa sententia postulare.

15 Faciemus καὶ ποιήσομεν Puto additam esse copulam ab ijs qui ποιήσωμεν scripserunt. Sed hic quoque Vetus interpres germanam lectionem est sequutus, quicum consentiebat unum ex uetustis nostris exemplaribus.

IN CAPVT V.

3 Velut ignis ὡς πῦρ. Hæc in quibusdam codicibus cōnectuntur cum sequenti uerbo ἐθησαυρίσατε, hoc modo, Recondidistis uobis uelut ignem in ultimos dies.

4 A uobis intercepta, ἀπεστερημένος ἀφ' ὑμῶν. Ἀπὸ pro ὑπὸ, ut diximus Matth. 11. c 19. Vulg. quæ fraudata est à uobis. Eras. quæ fraude non reddita est à uobis.

In aures Domini Sabaoth introierunt, εἰς τὰ ὦτα Κυρίου Σαβαὼθ εἰσεληλύθασιν. Id est exauditi sunt à Domino, multo etiam potentiore quàm uos sitis. Sic enim loquuntur Hebræi, apud quos etiā Deus dicitur Deus צבאות id est exercituum, ad infinitas ipsius uires ac copias explicandas, quod epitheton Hebræum retinuerunt Iudæi inter Græcos degentes. A Iudæis uerò ad exteros transijt, quum in idem Ecclesiæ corpus coaluissent, & à Græcis demum ad Latinos, ut alia nonnulla.

In delicijs uixistis super terram, & lasciui stis: enutristis corda uestra, ut in die mactationis.

5 ἐτρυφήσατε ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐσπαταλήσατε· ἐθρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς,

Condemnastis & occidistis iustum, *qui* non resistit uobis.

6 κατεδικάσατε, ἐφονεύσατε τὸν δίκαιον· οὐκ ἀντιτάσσεται ὑμῖν.

Patientes igitur estote fratres usque ad aduentum Domini. Ecce, agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter expectans eum dum accipiat pluuiam matutinam & serotinam.

7 μακροθυμήσατε οὖν, ἀδελφοί, ἕως τῆς παρουσίας τοῦ κυρίου. ἰδοὺ ὁ γεωργὸς ἐκδέχεται τὸν τίμιον καρπὸν τῆς γῆς, μακροθυμῶν ἐπ' αὐτῷ, ἕως ἂν λάβῃ ὑετὸν πρώϊμον καὶ ὄψιμον.

Patientes igitur estote & uos, & confirmate corda uestra: quoniam aduentus Domini appropinquat.

8 μακροθυμήσατε καὶ ὑμεῖς, στηρίξατε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὅτι ἡ παρουσία τοῦ κυρίου ἤγγικε.

Ne ingemiscatis alius aduersus alium, fratres: ut ne condemnemini: ecce, iudex ante ianuam adstat.

9 μὴ στενάζετε κατ' ἀλλήλων, ἀδελφοί, ἵνα μὴ κατακριθῆτε· ἰδοὺ κριτὴς πρὸ τῶν θυρῶν ἕστηκεν.

Sumite, fratres mei, pro exemplari afflictionis ac patientiæ, Prophetas, qui loquuti sunt in nomine Domini.

10 ὑπόδειγμα λάβετε, ἀδελφοί μου, τῆς κακοπαθείας, καὶ τῆς μακροθυμίας, τοὺς προφήτας, οἳ ἐλάλησαν τῷ ὀνόματι κυρίου.

Ecce, beatos ducimus eos qui *afflictionem* sustinent. Tolerantiam Iob audistis, & finem Domini uidistis. nam ualde misericors est Dominus ac commiserans.

11 ἰδοὺ μακαρίζομεν τοὺς ὑπομείναντας. τὴν ὑπομονὴν Ἰὼβ ἠκούσατε, καὶ τὸ τέλος κυρίου εἴδετε, ὅτι πολύσπλαγχνός ἐστιν ὁ κύριος, καὶ οἰκτίρμων.

Ante omnia autem fratres mei, ne iuretis neque per cælum, neque per terram, neque aliud ullum iusiurandum: sit autem uestrum est, est, & non, non: ut ne in condemnationem incidatis.

12 πρὸ πάντων δέ, ἀδελφοί μου, μὴ ὀμνύετε μήτε τὸν οὐρανὸν, μήτε τὴν γῆν, μήτε ἄλλον τινὰ ὅρκον. ἤτω δὲ ὑμῶν τὸ ναὶ ναί, καὶ τὸ οὒ οὔ, ἵνα μὴ εἰς ὑπόκρισιν πέσητε.

Affligitur aliquis inter uos? oret. Aequo animo est aliquis? psallat.

13 κακοπαθεῖ τις ἐν ὑμῖν; προσευχέσθω. εὐθυμεῖ τις; ψαλλέτω.

Infirmatur quis inter uos? accersat presbyteros ecclesiæ, & orent pro eo, ungentes eum oleo in nomine Domini:

14 ἀσθενεῖ τις ἐν ὑμῖν; προσκαλεσάσθω τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας, καὶ προσευξάσθωσαν ἐπ' αὐτὸν, ἀλείψαντες αὐτὸν ἐλαίῳ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου.

5 Enutristis corda uestra ἐθρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν Id est indulsistis uobis. Vt in die mactationis ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς Diem מטבח id est sacrificij uel conuiuij uocant Hebræi, diem solenni epulo destinatum. Vetus interpres, non legit ὡς, & sane uidetur expungi debere. 6 Condemnastis κατεδικάσατε. Vulg. addixistis, fortasis respiciens ad creditorum sæuitiem, quibus addicebantur debitorum corpora qui soluendo non essent. *Qui* non resistit ὃς οὐκ ἀντιτάσσεται Subaudi אשר ex Hebræorum idiotismo.

7 Maturinam & serotinam πρώϊμον καὶ ὄψιμον Heb. יורה ומלקוש ex quibus epithetis, prius declarat pluuiam quæ paulo post sementem decidit: posterius eamqua matureſcant mox metendæ segetes. Puto enim totum illud tẽpus quo in sinu terræ continentur semina, uni diei comparari, cuius ueluti aurora sit ipse seminum exortus: uesperа uerò, messis, quum scilicet in horrea reconduntur. 9 Ne ingemiscatis μὴ στενάζετε. Gemitum uocat intestinam quandam querimoniam, quæ impatientiam declarat. 11 Finem Domini τὸ τέλος κυρίου Id est quem exitũ dederit Dominus.

12 Sit autem uestrum est, est. ἤτω ὑμῶν τὸ ναὶ ναί. Id est, quod affirmandum fuerit, simpliciter & sine iureiurãdo affirmate: quod negandum, simpliciter negate. Alij huc referunt, quasi iubeat Iacobus ut ueri & constantes simus tum in affirmando, tum in negando. Sed hoc mihi quidem uidetur à Iacobi scopo alienum, ut diximus copiosius Matth. 5. f. 37. Prome facit Basilius Concione in Psal. 14. ut numerant Græci: ita scribens, ἃ γέγονε τὸ παράγμα: ἀρνοῦ εἰς ἑαυτὸν τὸν ἀληθῆ τὸν παράγοντα. γέγονε τὸ παράγμα, συγκατάθεσις ἐβεβαιώθη, χωρὶς τῆς πρὸς ἕτερον ἐπιπλοκῆς, αὐτὸν καθ' ἑαυτὸν ἀκολουθήσατε. γέγονε τὸ παράγμα, συγκατάθεσις ἐβεβαιώθη, χωρὶς τῆς πρὸς ἕτερον ἐπιπλοκῆς, αὐτὸν καθ' ἑαυτὸν ἀκολουθήσατε· τὸν ἀληθῆ τὸν παράγοντα. φιλῶ τὸν ἀληθῆ τὸν παράγοντα. φιλῶ τὰς διαθέσεις τὰς ἀπλεβλαβεῖς τὰς χρωμένους. Vt ne in condemnationem incidatis. ἵνα μὴ ὑπὸ κρίσιν πέσητε. Ita legit Vetus interpres, consentiente uno ex uerustioribus Græcis nostris codicibus. ne que dubitare possum quin ea sit germana lectio. sicut suprà uers. 9. dixit, ἵνα μὴ ὑπὸ κρίσιν πέσητε. Ita legit Vetus Interpres, consentiente uno ex uetustioribus Græcis nostris codicibus. neque dubitare possum quin ea sit germana lectio. sicut suprà uers. 9. dixit, ἵνα μὴ κατακριθῆτε, ut ne condemnemini. ut interim taceam Iacobum manifestè alludere ad uerba illa Domini, Exod. 20. b. 7, fore ut Dominus non habeat pro innocente, id est fore ut condemnet eum qui temere ipsius nomen usurparit. Suspicor autem in de ortum errorem, quod quum scripsisset aliquis mendose ὑπόκρισιν. usum est addendam εἰς præpositionem, ne hiaret constructio. Hinc factum ut in plerisque exemplaribus legatur ἵνα μὴ εἰς ὑπόκρισιν πέσητε, ne in simulationem incidatis, ut Erasmus coũertit. Fateor tamen hãc quoque ueram sententiam esse, quum nulli magis fallant quàm qui temere iurare consueuerunt: sed spectandum tamẽ quod magis apposite dicat. 14 Pro eo ἐπ' αὐτὸν, Heb. עליו, ꝓ ὑπὲρ αὐτοῦ. nisi fortasis respexit ad ritũ in positionis manũ, qui in sanãdo ẽt adhibebatur, ut Mar. 16. d. 18. Oleo ἐλαίῳ. Fuit hoc symbolũ doni sanationis. Quorsum igit̃ symbolũ, si nusquã extat donũ? In noie Domini ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου. Id est, inuocato noie Dñi

καὶ σὺν τῇ πίστεως σώσῃ τὸν κάμνοντα, καὶ ἐγερεῖ αὐτὸν ὁ κύριος· κἂν ἁμαρτίας ᾖ πεποιηκώς, ἀφεθήσεται αὐτῷ.

15 Et oratio fidei seruabit laborantem, erigetq; eum Dominus. quod si peccata commiserit, remittenter ei.

ὁμολογεῖτε οὖν ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα, καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ ἀλλήλων, ὅπως ἰαθῆτε. πολὺ ἰσχύει δέησις δικαίου ἐνεργουμένη.

16 Confitemini alius alij offensas, & orate alij pro alijs, ut sani sitis: multum enim ualet deprecatio iusti efficax.

Ἠλίας ἄνθρωπος ἦν ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν, καὶ προσευχῇ προσηύξατο τοῦ μὴ βρέξαι· καὶ οὐκ ἔβρεξεν ἐπὶ τῆς γῆς ἐνιαυτοὺς τρεῖς καὶ μῆνας ἕξ.

17 Elias homo erat ijsdem quibus nos obnoxius: & precatione precatus est ne plueret: & non pluit super terram annos tres & menses sex.

3. Reg. 17. a. 1 & 18. g. 45 luc. 4. d. 25

καὶ πάλιν προσηύξατο, καὶ ὁ οὐρανὸς ὑετὸν ἔδωκε, καὶ ἡ γῆ ἐβλάστησε τὸν καρπὸν αὐτῆς.

18 Et rursum orauit, & cælum dedit pluuiã. & terra protulit fructum suum.

ἀδελφοί, ἐάν τις ἐν ὑμῖν πλανηθῇ ἀπὸ τῆς ἀληθείας, καὶ ἐπιστρέψῃ τις αὐτόν,

19 Fratres, si quis inter uos aberrarit à ueritate, & conuerterit eum quispiam,

Matth. 18. b. 15

γινωσκέτω ὅτι ὁ ἐπιστρέψας ἁμαρτωλὸν ἐκ πλάνης ὁδοῦ αὐτοῦ, σώσει ψυχὴν ἐκ θανάτου, καὶ καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν.

20 Sciat quòd qui auerterit peccatorem ab errore uiæ suæ, seruabit animam à morte, & obteget multitudinem peccatorum.

15 Quod si peccata commiserit, κἂν ἁμαρτίας ᾖ πεποιηκώς, Rectè meminit peccatorum, propter quæ nimirum plerunque immittuntur morbi. ut Matth. 9. a. 6. quanuis hoc non sit perpetuum, ut liquet Ioh. 9. a. 2. Ideo addita est coniunctio ἐκὰν, Si.

16 Alius alij. ἀλλήλοις Vulg. alterutrum. id est, Sacerdoti enumerate peccata uestra quæ nihil ad eum pertinent. dignum certè commentum illorum cerebrò à quibus est excogitatum. Et orate πρὸς σὺν χεσθε Papæ, nulla Sacerdotalis absolutionis mentio est. Imò oportuerit laicum atque adeò mulierculam uicissim orare pro Sacerdote.

17 Precatione precatus est, προσευχῇ προσηύξατο Repetitio Hebraica, cui usitatissimi multas alias annotauimus: ac si diceret religiosè precatus est. 19 Conuerterit, ἐπιστρέψῃ. Id est in uiam reuocarit. Hinc apud Hebræos pœnitentia uocatur תשובה, id est conuersio.

EPISTOLA CATHOLICA
Petri Apostoli prior.

Πέτρου ἀποστόλου καθολικὴ ἐπιστολὴ πρώτη.

ΚΕΦΑΛ. α.

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.
CAPVT I.

ΠΕΤΡΟΣ ἀπόστολος ἰησοῦ χριστοῦ, ἐκλεκτοῖς παρεπιδήμοις διασπορᾶς πόντου, γαλατίας, καππαδοκίας, ἀσίας, καὶ βιθυνίας,

1 Petrus Apostolus Iesu Christi, aduenis dispersis per Pontũ, Galatiam, Cappadociam, Asiam, & Bithyniam:

κατὰ πρόγνωσιν θεοῦ πατρὸς ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος, εἰς ὑπακοὴν καὶ ῥαντισμὸν αἵματος ἰησοῦ χριστοῦ. χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη πληθυνθείη.

2 Delectis ex prænotione Dei Patris ad sanctificationem Spiritus, per obedientiam et aspersionem sanguinis Iesu Christi: gratia uobis & pax multiplicetur.

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

Pontum, Galatiam, Πόντου Γαλατίας, Has duas regiones perperam coniunxit Theodoritus in Græco argumento huius epistolæ, quod illi tribuitur. Sunt enim duæ distinctæ regiones, quum Ponti regio maritima fuerit, Galatiæ & Cappadociæ mediterraneis incumbens, ut ex Strabone liquet. 2 Ex prænotione Dei, κατὰ πρόγνωσιν θεοῦ, ex proposito Dei: nihil uariante sententia.

Ad sanctificationem Spiritus, ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος, Id est εἰς ἁγιασμόν, nimirum ut Spiritu segregati, Deo cõsecrarentur, ut Ephes. 1. a. 5. Est enim hic electi onis finis, quod ad ipsos quidem attinet, non tamen ultimus. Nã hæc sanctificatio ad uitam æternam eos deducit, ut omnia in Dei gloriam redundent: ut Eph. 1. b. 12. Eras. per sanctificationem Spiritus: non satis apposite. Per obedientiam, εἰς ὑπακοὴν, Id est διὰ ὑπακοῆς, &c. Nam hæc omnia declarat ב Hebræorum, cuius loco usurpatur לְ id est, εἰς. Vulg, & Eras. in obedientiam & aspersionẽ, &c. ita scilicet ut sanctificatio, id est segregatio illa & consecratio generaliter accepta, in duas partes distribuatur, nempe in regenerationẽ, & peccatorum remissionem. Ego malo designari nostræ sanctificationis materiam, nempe Christum Iesum qui Patri fuit obediens ad mortem usque, mortem autem crucis, ut Rom. 5. d. 19. & 3. c. 24. & d. 25. Ita complexus fuerit Petrus omnes proprias salutis nostræ causas, quæ scilicet à Deo manant, nempe Efficientem causam, Dei prænotionem: Formalem, uocationem efficacem, quam electionis nomine intelligit: (nam, ut alibi diximus, tum demum re ipsa eligimur, quum Deus æternum suum decretum in nobis per uocationem exequitur) Finem, sanctificationem electorum. Materiam, Christi obedientiam.

Et

Et aspersionem sanguinis καὶ ῥαντισμὸν αἵματος Explicat quæ illa sit obedientia Christi, & quomodo à nobis consideranda. nempe nō simpliciter & per se, sed nostri respectu, nempe ut aspersio. simulq; ad illam sanguinis aspersionem respicit quæ sub Lege usurpabatur, de qua copiosè, Heb. 9 e 18. & deinceps. quamobrem etiam sanctificationem Spiritus commemorauit, non carnis.

Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui ex multa sua misericordia regenuit nos in spem uiuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis,

3 Εὐλογητὸς ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, ὁ κατὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος ἀναγεννήσας ἡμᾶς εἰς ἐλπίδα ζῶσαν διὰ ἀναστάσεως ἰησοῦ χριστοῦ ἐκ νεκρῶν,

Id est, in hæreditatem quæ nec perire pōt, nec contaminari, nec marcescere, *nempe* in cælis seruatam nobis,

4 εἰς κληρονομίαν ἄφθαρτον καὶ ἀμίαντον καὶ ἀμάραντον, τετηρημένην ἐν οὐρανοῖς εἰς ἡμᾶς.

Qui uirtute Dei custodimur per fidē ad salutem, quæ parata est patefieri tempore ultimo.

5 τοὺς ἐν δυνάμει θεοῦ φρουρουμένους διὰ πίστεως, εἰς σωτηρίαν ἑτοίμην ἀποκαλυφθῆναι ἐν καιρῷ ἐσχάτῳ,

Qua in re exultatis, tristitia paululū nunc (si opus est) per uarias tentationes affecti:

6 ἐν ᾧ ἀγαλλιᾶσθε ὀλίγον ἄρτι, εἰ δέον ἐστὶν, λυπηθέντες ἐν ποικίλοις πειρασμοῖς,

Vt exploratio fidei uestræ multo pretiosior *exploratione* auri quod perit, & tamē per ignem exploratur, comperiatur *uobis esse* laudi & gloriæ & honori, quum patefiet Iesus Christus.

7 ἵνα τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως πολὺ τιμιώτερον χρυσίου τοῦ ἀπολλυμένου, διὰ πυρὸς δὲ δοκιμαζομένου, εὑρεθῇ εἰς ἔπαινον καὶ τιμὴν καὶ δόξαν, ἐν ἀποκαλύψει ἰησοῦ χριστοῦ.

Quem quum non uideritis, diligitis: quē quum nunc non cernatis, *et* tamen credentes exultatis gaudio ineffabili & glorioso:

8 ὃν οὐκ ἰδόντες ἀγαπᾶτε, εἰς ὃν ἄρτι μὴ ὁρῶντες, πιστεύοντες δὲ ἀγαλλιᾶσθε χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ καὶ δεδοξασμένῃ.

Reportantes mercedem fidei uestræ, salutem animarum.

9 κομιζόμενοι τὸ τέλος τῆς πίστεως ὑμῶν, σωτηρίαν ψυχῶν.

De qua salute inquisierunt & *quam* scrutati sunt Prophetæ, qui de *uentura* in uos gratia prophetarunt:

10 περὶ ἧς σωτηρίας ἐξεζήτησαν καὶ ἐξηραύνησαν προφῆται οἱ περὶ τῆς εἰς ὑμᾶς χάριτος προφητεύσαντες,

Scrutantes in quem aut cuiusmodi temporis articulum prænuntius ille qui in ipsis *erat* Spiritus Christi, declararet *uenturas* in Christum perpessiones, & gloriam illas cōsecuturam.

11 ἐραυνῶντες εἰς τίνα ἢ ποῖον καιρὸν ἐδήλου τὸ ἐν αὐτοῖς πνεῦμα χριστοῦ, προμαρτυρόμενον τὰ εἰς χριστὸν παθήματα, καὶ τὰς μετὰ ταῦτα δόξας.

3 Deus & pater ὁ θεὸς καὶ πατὴρ Vide 1. Cor. 15. c. 24. In spem uiuam. εἰς ἐλπίδα ζῶσαν Id est perennem, sicut explicat proximo uersiculo. Spem enim accipio μετωνυμικῶς pro re sperata, ut Ro. 8 d. 24. & alibi sæpe.

4 In cælis ἐν οὐρανοῖς Tacitè reprehendit crassas Iudæorum opiniones de Messia. Nobis εἰς ὑμᾶς. Id est ἡμῖν. respondet enim εἰς literæ Hebræorum ל, quæ tertio casui præponitur, ut sæpe annotauimus. Vulg. in uobis. Eras. ergā uos nimium obscurē, ut taceam melius multo conuenire ἡμᾶς nos, quàm ὑμᾶς uos.

5 Tempore ultimo ἐν καιρῷ ἐσχάτῳ. Hoc est quod Daniel עתקץ id est, tempus finis uocat, quo scilicet futura est summa illa instauratio, quam rerum uniuersitas expectat, Rom. 8. d. 19. & deinceps.

6 Qua in re Ἐν ᾧ. Hoc ego refero ad eorum superioris orationis complexum, ut ᾧ neutrius sit generis. possit tamen aliquis etiam Θεὸν repetere ἀπὸ τῆς προτέρας, ut significetur fideles in Deo exultare, quantumuis uariæ ac multiplices tentationes urgeant, ut paulò post uers. 8.

7 Exploratio τὸ δοκίμιον. Vide Iac. 1. a. 3. *Exploratione* auri χρυσίου. Vel, quàm auri, scilicet exploratio. Omnino enim subaudiendus est articulus τῷ, cuius eclipsis simile prorsus exemplum annotauimus Joh. 5. f. 36. Posset enim ratio antithesis, ut exploratio cum exploratione id est afflictiones cum igne: & res ipsæ id est fides cum auro, comparētur. Comperiantur *uobis esse* laudi εὑρεθῇ εἰς ἔπαινον. Vulg. inueniatur in laudem. Eras. reperiatur in laudem. Ego nonnihil suppleui, non modò ut obscurum Hebraismum illustrarem, sed etiam ut ostenderem hic agi de ipsorum electorum laude & honore & gloria: quibus nimirum synonymis uoluit Petrus tentationum dedecus & ignominiam obtegere. Sic tribuuntur eadem electis æternam uitam adeptis Rom. 2. a. 7. Quum patefiet ἐν ἀποκαλύψει. De secundo Christi aduentu loquitur.

9 Mercedem τὸ τέλος Heb. אחריתו quod declarat & finem & mercedem, eo quòd merces sit operis finis. Vulg. & Eras. finem: quod non uiderur satis quadrare uerbo κομίζεσθαι.

Salutem anim. σωτηρίαν ψυχῶν. Id est uestram. Ponitur enim anima pro homine σωσεῖ δὲ χριστὸς, &, quocunq; modo interpreteris subauditur pronomen uestrarum, ac si uernaculo nostro sermone dicas, *de uos personnes*, ut 2. Cor. 12 c. 15.

11 Prænuntius προμαρτυρόμενος participium ex Hebræorum idiotismo, pro nomine uerbali quod uocant. Vulg. prænuntians. Eras. qui priusquam accideret testabatur. Sed in eo grauiter peccatum puto ab interpretibus quòd hoc participium coniunxerint cum παθήματα, hiante prorsus constructione uerbi ἐδήλου, & εἰς præpositionis illi subiectæ. quod incommodum ut in Latino sermone uitarem, necesse fuit uerborum collocationem nonnihil immutare. Gloriam δόξας. Vsus est plurali numero, emphaseos causa, ex Hebræorum more.

12 Non

A οἷς ἀπεκαλύφθη, ὅτι ἑαυτοῖς, ὑμῖν δὲ διηκόνουν αὐτά, ἃ νῦν ἀνηγγέλη ὑμῖν διὰ τῶν εὐαγγελισαμένων ὑμᾶς πνεύματι ἁγίῳ ἀποσταλέντι ἀπ' οὐρανοῦ, εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι.

12 Quibus & *illud* reuelatum est quòd non sibi, sed nobis ea administrarent quæ nunc annũtiata sunt uobis per eos qui uobis prędicarunt: Euangelium per emissum è cœlo Spiritum sanctum in quæ desiderant Angeli introspicere.

διὸ ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας τῆς διανοίας ὑμῶν, νήφοντες, τελείως ἐλπίσατε ἐπὶ τὴν φερομένην ὑμῖν χάριν ἐν ἀποκαλύψει Ἰησοῦ χριστοῦ,

13 Quapropter præcincti lumbis mẽtis uestræ, sobrij: perfectè sperate in eam quæ ad uos defertur gratiam, dum patefiat Iesus Christus:

ὡς τέκνα ὑπακοῆς, μὴ συσχηματιζόμενοι ταῖς πρότερον ἐν τῇ ἀγνοίᾳ ὑμῶν ἐπιθυμίαις,

14 Tanquam filij obedientes, qui non conformetis uos pristinis in ignorantia uestra cupiditatibus:

ἀλλὰ κατὰ τὸν καλέσαντα ὑμᾶς ἅγιον, καὶ αὐτοὶ ἅγιοι ἐν πάσῃ ἀναστροφῇ γενήθητε.

15 Sed sicut is qui uos uocauit, sanctus est, ipsi quoque sancti in omni conuersatione reddamini.

διότι γέγραπται· ἅγιοι γένεσθε, ὅτι ἐγὼ ἅγιός εἰμι.

16 Propterea scriptum est, Sãcti estote, nam ego sanctus sum.

B καὶ εἰ πατέρα ἐπικαλεῖσθε τὸν ἀπροσωπολήπτως κρίνοντα κατὰ τὸ ἑκάστου ἔργον, ἐν φόβῳ τὸν τῆς παροικίας ὑμῶν χρόνον ἀναστράφητε,

17 Et, si patrem cognominatis eum qui citra personarum respectum, iudicat ex cuiusq; opere, uidete ut cum timore incedentes, cõmorationis uestræ tempus trãsigatis:

εἰδότες ὅτι οὐ φθαρτοῖς ἀργυρίῳ ἢ χρυσίῳ ἐλυτρώθητε ἐκ τῆς ματαίας ὑμῶν ἀναστροφῆς πατροπαραδότου,

18 Quum sciatis uos nõ caducis *rebus* argẽto aut auro fuisse redemptos ex uana uestra cõuersatione, ex Patrũ traditionib. accepta.

ἀλλὰ τιμίῳ αἵματι ὡς ἀμνοῦ ἀμώμου καὶ ἀσπίλου χριστοῦ,

19 Sed pretioso sanguine, utpote agni immaculati & incontaminati, *nempe* Christi:

προεγνωσμένου μὲν πρὸ καταβολῆς κόσμου, φανερωθέντος δὲ ἐπ' ἐσχάτου τῶν χρόνων δι' ὑμᾶς

20 Præordinati quidẽ ante iacta mundi fundamenta, patefacti uerò ultimis temporib. propter uos:

τοὺς δι' αὐτοῦ πιστεύοντας εἰς θεὸν τὸν ἐγείραντα αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ δόξαν αὐτῷ δόντα, ὥστε τὴν πίστιν ὑμῶν καὶ ἐλπίδα εἶναι εἰς θεόν.

C 21 Qui per eum creditis Deo, qui excitauit eum à mortuis, & gloriam ei dedit, ut fides ac spes uestra in Deo esset.

τὰς ψυχὰς ὑμῶν ἡγνικότες ἐν τῇ ὑπακοῇ τῆς ἀληθείας διὰ πνεύματος εἰς φιλαδελφίαν ἀνυπόκριτον, ἐκ καθαρᾶς καρδίας ἀλλήλους ἀγαπήσατε ἐκτενῶς.

22 Animabus uestris purificatis obediẽdo ueritati per Spiritum, cum charitate fraterna simulationis experte, ex puro corde alij alios diligite impensé:

12 Non sibi ἑαυτοῖς Quomodo hoc intelligẽdum sit diximus Hebr.11.c.13.f.33.g.39. Cæterùm qui uidere uoleret quàm diligens interdum fuerit interpres Hieronymus, a quo nonnulli nefas esse putant dissentire, conferat hunc locum cum Græcis, ita ut ab eo conuersus est quum librum secundum Didymi de Spiritu S. interpretaretur.

Per Spiritum sanctum ἐν πνεύματι ἁγίῳ. Alludit ad prophetiam Ioelis in Apostolis tãquam Spiritus S. primitijs exhibita die Pentecostes, quam idẽ noster Petrus explicit Act.2.c.5, & deinceps. Introspicere. παρακύψαι Vul. & Eras. prospicere. Vide Iac.1.d.25 13 Præcincti, &c. ἀναζωσάμενοι, &c. Redit ad id quod dixerat ipem nostram esse in cœlis repositam. Eò igitur docet esse nobis per puram & sanctam uitam, quasi iter aliquod, peruenìendum. Sumpta est autem translatio ex uetusto more quum enim prælongis uestibus uterentur, non poterant nisi succincti iter facere. Hinc illud Christi dictum, Sint lumbi uestri præcincti, Luc.12.c.35. sed Petrus metaphoram duplicat, quũ lumbos menti tribuit. Iubet igitur, sublatis omnibus impedimentis, præparatos esse animos ad hoc iter ingrediendum. Ideo requirit in primis sobrietatem, ne uidelicet uel cibo & potu reliquisue carnis illecebris, uel mundi curis, uel falsis & uanis opinionibus sint ebrij. Nam in eiusmodi hominibus, nec manus, nec pes, ut inquit ille, officium facit: imò ne animus quidem. Dum patefiat, &c. ἐν ἀποκαλύψει &c. ἐν ἀποκαλύψει. Sic enim solet secundum aduentum Christi significare, ut supra uers.5. & 7, quo demum exhibebitur nobis gratia quæ nũc nobis offertur. Vulg. in reuelatione Iesu Christi. Eras. dum nobis patefit Iesus Christus. Putauit enim hoc ad Euangelij prædicationẽ pertinere, quod & ipsum non malè quadrat. 14 In ignorantia uestra ἐν τῇ ἀγνοίᾳ ὑμῶν. Ignorantiam uocat cæcitatem illam Iudæorum, cuius fit mentio Iohan.9.g.39, & deinceps. Nam extra Christum, nihil præter densissimam caliginem. 17 Si patrem cognominatis εἰ πατέρα ἐπικαλεῖσθε. i. si eius patris filij uultis nũcupari. Vide Iac.2. b.7. Commorationis τῆς παροικίας. Vulg. & Eras. incolatus. Vide Matt.2.d.23, & 2.Cor 5.a.6.

18 Fuisse redemptos ὅτι ἐλυτρώθητε. Illa ipsa igitur in quibus, ante Christũ cognitũ, collocabant salutis suæ summam, non modò Deum non placabant, sed etiam mortifera erãt peccata: quæ unius Christi sanguine expiari potuerunt. Quid illis igitur fier qui Patrum traditionibus nituntur? Ex Patrũ trad. πατροπαραδότου. De ijs patribus loquitur quorum fit mentio Ezech.20.c.18, & alibi sæpe. 19 Vtpote ὡς. Vulg. quasi. Eras. uelut. Neuter satis expresse. neque enim ὡς similitudinem sed ueritatem declarat, ut diximus 2.Cor.2.d.17. Alludit autem his epithetis ad mandatum illud de Agno Paschæ seligendo, Exod.12.a.5. 20 Præordinati προεγνωσμένου. i. προεσιτεθέντος, ut Act.10.g.42, & 17.g.31. Inepti sunt igitur qui prouidentiã à decreto separant. Quomodo uerò & quo gradu præ-

Renasci. Renati non ex semine mortali, sed ex immortali, per sermonem Dei uiui, & manentis in æternum.

23 ἀναγεγεννημένοι οὐκ ἐκ σπορᾶς φθαρτῆς, ἀλλὰ ἀφθάρτου, διὰ λόγου ζῶντος θεοῦ καὶ μένοντος εἰς τὸν αἰῶνα. A

Caro. Nam omnis caro *est* ut gramen, & omnis gloria hominis ut flos graminis. exaruit gramen, & flos eius decidit:

24 διότι πᾶσα σὰρξ ὡς χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου. ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος αὐτοῦ ἐξέπεσε.

Verbum Dei. At uerbum Domini manet in æternum. hoc autem est uerbum illud quod euangelizatum est uobis.

25 τὸ δὲ ῥῆμα κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα. τοῦτο δέ ἐστι τὸ ῥῆμα τὸ εὐαγγελισθὲν εἰς ὑμᾶς.

CAPVT II. ΚΕΦΑΛ. β.

Opera. PRoinde deposita omni malitia & omni dolo & simulationibus, & inuidentijs, & omnibus obtrectationibus,

1 Ἀποθέμενοι οὖν πᾶσαν κακίαν, καὶ πάντα δόλον, καὶ ὑποκρίσεις, καὶ φθόνους, καὶ πάσας καταλαλιάς,

Infantes. Vt modò nati infantes, lac illud sermonis syncerum expetite, ut per illud adolescatis.

2 ὡς ἀρτιγέννητα βρέφη, τὸ λογικὸν, ἄδολον γάλα ἐπιποθήσατε, ἵνα ἐν αὐτῷ αὐξηθῆτε,

Siquidé gustastis quòd benignus sit Dominus.

3 εἰ ἐγεύσασθε, ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος.

Lapis uiuus. Ad quem accedentes, qui est lapis uiuus, ab hominibus quidem reprobatus, apud Deum uerò electus, *ac* pretiosus,

4 πρὸς ὃν προσερχόμενοι, λίθον ζῶντα, ὑπὸ μὲν ἀνθρώπων ἀποδεδοκιμασμένον, παρὰ δὲ θεῷ ἐκλεκτὸν, ἔντιμον, B

Ipsi quoque, ueluti uiui lapides, ædificemini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, ad offerendum spirituales hostias, acceptas Deo per Iesum Christum.

5 καὶ αὐτοὶ ὡς λίθοι ζῶντες οἰκοδομεῖσθε, οἶκος πνευματικὸς, ἱεράτευμα ἅγιον, ἀνενέγκαι πνευματικὰς θυσίας, εὐπροσδέκτους τῷ θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Hostia.

Quapropter etiam cõtinetur in Scriptura, Ecce pono in Sion lapidem in imo ponẽdum angulo, electum, pretiosum: cui qui credit, non pudefiet.

6 διὸ καὶ περιέχει ἐν τῇ γραφῇ· ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον ἀκρογωνιαῖον, ἐκλεκτὸν, ἔντιμον· καὶ ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ μὴ καταισχυνθῇ.

ordinatus sit Christus diximus Ephes.1.a.5 Ante iacta, &c. πρὸ καταβολῆς, &c.1.ab æterno. Tempus enim cum mũdo cœpit. sed hoc non impedit quominus causarũ ordine, remedij ordinatio lapsui.1 morbo, subordinetur, ac prin de creadi proposito, ut exposuimus Ephes.1.a.5. Propter uos: δι' ὑμᾶς. Vide Heb.11.g.40. Per Spir διὰ πνεύματος. Hoc non legit Vetus interp. quod tñ minimẽ redundat, & in Græcis exemplaribus legitur summo consensu.

24 Omnis caro πᾶσα σὰρξ. Carnis nomen imbecillitatẽ naturæ declarat, quæquidem in animo præcipuè considerandum est.

IN CAPVT II.

2 Vtmodò nati infantes, ὡς ἀρτιγέννητα βρέφη.1 ut noui homines facti, & nouum uitæ genus ingressi.

Lac illud sermonis syncerum τὸ λογικὸν ἄδολον γάλα. Pergit in metaphora.illud igitur quo tanquam lacte nutritur nouus homo ut adolescat, nimirum est Sermo ille uite, qui simili prorsus ratione, panis, cibus, aqua, mel, passim uocatur. Dicimur enim pro regenerationis incremẽto adolescere in Christo, illud autem ipsum per quod cœpta est regeneratio, nimirum Sermo Dei.i. uerbum Dei annuntiatum, illam quoq; perficiat oportet. Additur deinde aliud epitheton, quo significatur lactis qualitas, sicut priore declarata est eius substantia. Dicitur enim ἄδολον.i. syncerum, non modò quòd Euangelium sit res omnium purissima, sed multò magis, ut uerum lac ab adulterino distinguatur. Multi enim sunt qui uerbum Dei cauponentur, ut 2. Cor.2.d.17, & huic alioqui purissimo lacti uenenum misceant: quos totis uiribus fugere nos oportet, nedum ut alimentũ eiusmodi experamur. Hæc est, opinor, huius loci germana & simplicissima expositio, quæq; cum superioribus optime cohæreat. Vulgata, rationabile, pro rationali. Nam quod in quibusdam codicibus legitur rationabiles, eorum culpa factum est, qui quum Græca nõ nossent, hunc locũ corruperunt: quum in ueteribus codicibus integra lectio manserit. Hãc uerò interpretationem minimè reicio, ut sit hæc sententia, Oportere quidem nos esse pueros, sed malitia non sensibus: & lacte quidem nos nutriri, sed recta intelligentia condito: ita tamen ut omnis dolus & uafricies procul absit, sed temperata sit simplici prudentia, Matthæi 10.c.c. ut pererudite tradit doctissimus interpres. Erasmus putauit lac dici λογικὸν, ut à corporeo lacte discernatur. Ideo conuertit, lac non corporis, sed animi, quod dolum nescit. quæ explicatio mihi quidẽ non probatur. Superest ut admoneam, Paulum pueritiæ & lactis mentionem facere diuerso sensu, nempe 1. Cornith.3.a.1, & Ephes.4.c.13. Infantiam enim opponit adultæ ætati, ideoq; lactis nomine prima Christianæ religionis tyrocinia significat. Hic uerò Petrus infantiam priori illi corruptissimæ uitæ opponit, & perpetuum lactis, id est ueræ ac synceræ doctrinæ Euãgelicæ usum cõmendat. 3 Gustastis ἐγεύσασθε Alludit ad Psal.34.b.9. 4 Qui est lapis uiuus, λίθον ζῶντα Ecclesiam templo cõparat, cuius lapides sint singuli fideles. Alludit ergo ad ueteris templi structuram. quo etiã pertinet quod de sacerdotibus sanctis & spiritualibus hostijs cõmemorat. Hic enim uiua & spiritualia sunt omnia: at hic mortua & carnalia, simodò signa à rei ueritate separaris, sicuti facere necesse est quoties seorsim considerantur.

6 Continetur περιέχει.i. περιέχεται, passiuè. nisi malimus legere ἡ γραφὴ, scriptura, sicut legit Vetus interpres, consentiente uno ex ueruſtis nostris codicibus: uel Dei nomen repetere ἀπὸ τοῦ θεοῦ, ut sit sententia, Deum cõplecti in Scriptura, Ecce pono in Sion, &c. Aliæ duæ expositiones mihi non placent. Quidnia enim repetunt Christi nomen, qui dicatur in Scripturis περιέχειν.i. cõtinere, totum scilicet ædificium: uel περιέχειν.i. excellere in Scripturis, hoc scilicet Scripturæ testimonio. In imo ponendum angulo, ἀκρογωνιαῖον. Vulg summum angulare. Erat in summo ponendũ angulo. Vide Ephes.2.d.20. Cæterùm ita citat Petrus hunc locum, ut uerba non annumeret, & unum etiam uocabulum transpositum sit. Ita enim plenè citatus fuisset hic Esaiæ locus, ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον, λίθον ἐκλεκτὸν, ἀκρογωνιαῖον, ἔντιμον. Deinde sequitur ברסד ברסד i. θεμέλιον περιούσιον, fundamẽtũ solidũ. quæ uerba Petrus non attigit. Quinetiam quod ἀκρογωνιαῖον scriptum est, respicit potius Dauidis dictum Psal.118.c.27, quũ

A ὑμῖν οὖν ἡ τιμὴ τοῖς πιστεύουσιν· ἀπειθοῦσι δὲ, λίθος ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας,

8 καὶ λίθος προσκόμματος, καὶ πέτρα σκανδάλου. οἳ προσκόπτουσι τῷ λόγῳ, ἀπειθοῦντες εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν·

9 ὑμεῖς δὲ γένος ἐκλεκτὸν, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν, ὅπως τὰς ἀρετὰς ἐξαγγείλητε τοῦ ἐκ σκότους ὑμᾶς καλέσαντος εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς·

10 οἵ ποτε οὐ λαὸς, νῦν δὲ λαὸς θεοῦ· οἱ οὐκ ἠλεη-

7 Vobis igitur honor est, qui creditis: immorigeris uerò, lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est caput anguli:

8 Et lapis offendiculi, & petra offentionis, *nempe* ijs qui offendunt ad sermonem, immorigeri, ad quod etiam conditi fuerunt.

9 Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gés sancta, populus quem *sibi Deus* ut proprium uindicat: ut uirtutes prædicetis illius qui è tenebris uos uocauit in admirabilem suam lucem.

10 Qui quondam eratis non populus, nunc *estis* populus Dei: qui quondam non conse

in Esaia duntaxat legatur מגת יקרת, id est angulum præciosum. Sed hæc uarietas nihil immutat, nec sententiæ quic quam detrahit. Non pudefiet *οὐ μὴ καταισχυνθῇ*. Vide Rom. 10. b. 11.

8 Immorigeri, ad quod etiam conditi fuerunt *εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν*. Id est *ἐξογδρθησαν*, ut Rom. 9. d. 17, uel *κατηρτίσθησαν*, ut Rom 9. d. 22. nisi malimus constitutos, id est ordinatos, dicere, ut idem uerbum sumus interpretati Iohan. 15. c. 16, Act. 13. g. 47, & alijs locis. Sed à quo tandem positi, uel excitati, uel coagmentati seu efficti, uel denique conditi & ordinati sunt? num à seipsis? Hoc uerò absurdius est quàm ut refutatione indigeat, ut diximus Ro 9. d. 22. & nullum dubitationi locum relinquit aliorum locorum collatio. Ego, inquit, excitaui te ut ostendam in te potentiam meam, Rom. 9. d. 17. Deus, inquit Solomon, fecit omnia propter se, etiam impium ad diem malum, Prou. 16. a. 4. Iste (inquit Symeon Luc. 2. f. 34) *κεῖται* positus est in ruinam & resurrectionem multorū. Cedò uerò à quo positus? Ab eo scilicet qui de hac ipsa re loquens, Rom. 9. g. 33, Ego pono in Sion, inquit, lapidē offendiculi, &c. neq; .n. melior erit Esaiæ interpres quærendus quàm sit Paulus, qui pro eo quod dixerat Esaias, Et erit, *ἰδοὺ τίθημι*, ecce pono. Quo modo etiā Esaias, 49. b. 6, posui te, inquit, pro luce Gentiū. ut iam nopossimus dubitare quin uerbum *τιθέναι*, siue electos siue reprobos consideres, Dei conditoris consilium respiciat. Ecce enim Iohan. 15. c. 16, quum dixisset *ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς* ego elegi uos, statim subijcit, *καὶ ἔθηκα ὑμᾶς* & posui uos. Hæc ergo est huius loci sententia, Duo esse Iudæorum genera: (Iudæis enim scribit Petrus) unum eorum qui Christum sunt amplexi, quibus Christus est honori: alterum eorum qui sunt immorigeri, quibus Christus est offendiculum. prout etiam ad hoc ipsum à Deo sunt conditi. Ergo, dices, crudelis est Deus. Imò infinitè misericors qui uel unum seruet. quis uerò illū adstrinxit ad seruandos omnes? Imo iustissimus qui nullos condemnet nisi in quibus causam ipsam condemnationis hærentem inuenerit. Nam (ut sæpe dixi) inter decretum Dei & ipsius decreti executionem, causa damnationis intercedit, eorum scilicet improbitas qui iusto Dei iudicio damnantur, ita ut nullos nisi seipsos possint accusare. Sed ad rem redeo. Nonnulli conati sunt huius loci testimonium eludere noua quadam eclipsi, perinde nimirum acsi scriptū esset, *ἀπειθοῦσι εἰς ἐκεῖνο εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν* sic enim uertit Erasmus, neque credunt in id ad quod & instituti fuerāt. Atqui non est scriptum *ἀπιστοῦντες*, sed *ἀπειθοῦντες*. & utrouis modo legas, absurda fuerit ista constructio. neque *ἐτέθησαν* significare potest, instituti fuerant. Itaque nouus quidā interpres maluit conuertere, ei diffidētes ad quod erant destinati, quam interpretationem prorsus reijcio. Primùm enim ostendimus, eam causam quæ istos adduxit ut uellent hunc locum emollire, nempe nè Deum uiderentur crudelem facere, nullius est momenti, quasi scilicet corruitura sit Dei iustitia, nisi nostro patrocinio sulciatur: aut quasi nimium durè & impropriè loquutus sit Spiritus sanctus. Deinde hoc dico, Petrum non loqui de Iudæis in genere, sed de ijs, qui monenti Deo parere pro sua perpetua contumacia noluerunt. ut iam nullus hic locus pateat illi subterfugio, Gentem Iudæorum in genere dici saluti destinatam. Tertia ratio hæc est, Non modò nouam & insolentem esse hanc eclipsin, sed etiam absurdum sensum gignere. Nam si de Christo, si de Euangelio, si de fide exponas, quid illud erit, positum esse ad Christum, ad Euangelium, ad fidem? Sin uerò de salute interpreteris, quid significabit, morem non gerere saluti ad quam conditus fueris? Et quæso, quis non uidet Petrū planius ac magis peripicue fuisse scripturum, si quippiā eiusmodi significare uoluisset sicut infra 3. a. 1, *τὸν λόγον* expressit? Præterea particula *καὶ* adiuncta, & quod mox subijcit, Vos autem genus electū, nónne manifestam antithesin ostendit electorum & eorum qui ad contumaciam conditi sunt: sicut credentes & immorigeros antè opposuerat? Quinto, quid illic fiet ubi nullus locus est istiusmodi ecclipsi? ueluti 1. Thess. 5. b. 9, ubi in simili prorsus argumēto Paulus electos opponēs reprobis, Deus, inquit, *οὐκ ἔθετο ὑμᾶς εἰς ὀργὴν, ἀλλ' εἰς περιποίησιν σωτηρίας*. Id est, non condidit nos ad iram, sed ad salutis consequutionem per Dominum nostrum Iesum Christum. Nam certè si nullos Deus ad iram condidit, frustrà hoc dictum erit. Quid uerò Iudas uersu 4, de his ipsis loquens de quibus Petrus, ijs scilicet qui Euangelij cursum impediebant? Subierunt quidam homines, inquit, *οἱ πάλαι προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρίμα*, iam olim ad hanc condemnationem descripti, &c. Ex quorum testimoniorum comparatione satis puto omnibus liquere quo modo hic locus sit explicandus, etiam si nulla alia ratio afferatur. Postremò peto ab ijs qui hac ratione putant sese Dei iustitiæ optimè patrocinari, ut etiam atque etiam considerent uter Dei naturæ maiorem blasphemiam inurat, isne qui dicit Deum gloriæ suæ consulentē, ex occulta & inscrutabili, sed iusta tamen sua uoluntate ac proposito, certos homines quos ipse solus perfectè nouit iustæ condemnationi ab æterno destinasse: an uerò is qui dicat Deum omnes quidem ac singulos saluti destinasse sed incerta & instabili cōditione, utpote quæ ab hominum uoluntate pendeat: uel singulos quidē saluti destinasse, & saluos fieri uelle, sed homines sua perfidia efficere ut Deus uel quod cogitauit perficere non possit, uel consilium postea commutet. Illud prius ego ingenuè affirmo, sine quo nec gratiæ nec iustificationis, nec consolationis nostræbasin stare posse dico. Istud posterius, ut planè impium ac blasphemū, execrari me profiteor. & tamē non uideo quo modo ex eorū placitis necessariò non consequatur, qui singulos uolunt saluti esse destinatos. Non ita Christus, qui quum sciret sese certis hominibus ad salutem destinatum, Non pro mundo rogo, inquit, sed pro ijs quos dedisti mihi, quia tui sunt. Iohan. decimoseptimo capite, b. 9.

9 Regale sacerdotium, *βασίλειον ἱεράτευμα*. Venusta est inuersio uerborum Mosis, Exod. 19. a. 6. Et hoc rursus indicat, promissiones, quanuis indefinitè offerantur quibusuis, ad solos tamen electos pertinere. Neque tamen Deus quenquam iudificatur. Vitium enim in ipsis reprobis hæret, quoipsi oblatam gratiam sponte repudiantes, iusto Dei iudicio aditum patefaciunt.

Quem *sibi Deus* ut proprium uindicat *εἰς περιποίησιν*. Id est *περιποιητὸν*. ita uerò coactus fui longo ambitu explicare uocabulum *περιποίησις*. Iam hoc illud est pro quo Hebræi dicunt סגלה, Græci interpretes *περιούσιον* interpretantur. Vide Ephes. 1. c. 14, & Tit. 2. d. 14. Positis tamen etiam simpliciter interpretari, ad acquisitionem, scilicet salutis, ut scribit Paulus 1. Thess. 5. b. 9. Sed illam interpretationem malo, quia Petrus manifestè alludit ad Exod. 2. 5. Vulgata, populus acquisitionis. Erasmus, populus qui in lucrum accesit.

quuti misericordiam, nunc estis misericordiam consequuti.

μᾶλλον, νῦν δὲ ἐλεηθέντες. A

Dilecti, obsecro, tanquam aduenæ ac peregrini, abstinete à carnis cupiditatibus, quæ militant aduersus animam:

11 ἀγαπητοί, παρακαλῶ ὡς παροίκους καὶ παρεπιδήμους, ἀπέχεσθαι τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν, αἵτινες στρατεύονται κατὰ τῆς ψυχῆς,

Et conuersationē uestram habete honestam inter Gentes: ut in eo quod loquuntur aduersum uos uelut maleficos, ex bonis operibus *quæ* spectarint, glorificēt Deum, in die quo uisitabuntur.

12 τὴν ἀναστροφὴν ὑμῶν ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἔχοντες καλήν, ἵνα ἐν ᾧ καταλαλοῦσιν ὑμῶν ὡς κακοποιῶν, ἐκ τῶν καλῶν ἔργων ἐποπτεύοντες δοξάσωσι τὸν θεὸν ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς.

Proinde subiecti estote cuiuis humanæ ordinationi propter Dominum: siue Regi, ut qui præsit:

13 ὑποτάγητε οὖν πάσῃ ἀνθρωπίνῃ κτίσει, διὰ τὸν κύριον, εἴτε βασιλεῖ, ὡς ὑπερέχοντι·

Siue Præsidibus, ut qui per eum mittantur tum ad ultionem maleficorum, tum ad laudem rectè agentium.

14 εἴτε ἡγεμόσιν, ὡς δι' αὐτοῦ πεμπομένοις εἰς ἐκδίκησιν μὲν κακοποιῶν, ἔπαινον δὲ ἀγαθοποιῶν.

Quoniam ita est uoluntas Dei, ut bene agendo, capistretis amentium hominum ignorantiam:

15 ὅτι οὕτως ἐστὶ τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, ἀγαθοποιοῦντας φιμοῦν τὴν τῶν ἀφρόνων ἀνθρώπων ἀγνωσίαν·

Vt liberi, ac non ueluti uelamen habentes malitiæ, libertatem, sed ut serui Dei. B

16 ὡς ἐλεύθεροι, καὶ μὴ ὡς ἐπικάλυμμα ἔχοντες τῆς κακίας τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλ' ὡς δοῦλοι θεοῦ.

Omnes honorate. Fraternitatem diligite. Deum timete. Regem honorate.

17 πάντας τιμήσατε. τὴν ἀδελφότητα ἀγαπᾶτε. τὸν θεὸν φοβεῖσθε. τὸν βασιλέα τιμᾶτε.

Famuli subditi sint cum omni timore dominis, non solùm bonis ac humanis, sed etiam iniquis.

18 οἱ οἰκέται, ὑποτασσόμενοι ἐν παντὶ φόβῳ τοῖς δεσπόταις, οὐ μόνον τοῖς ἀγαθοῖς καὶ ἐπιεικέσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς σκολιοῖς·

Hoc enim gratum est, si quis propter cōscientiam Dei, suffert molestias, immeritò afflictus.

19 τοῦτο γὰρ χάρις, εἰ διὰ συνείδησιν θεοῦ ὑποφέρει τις λύπας, πάσχων ἀδίκως·

Quæ enim est laus, si quum peccantes colaphis cædimini, toleratis? sed si quum benefacitis, tamen afflicti toleratis, hoc est gratum apud Deum.

20 ποῖον γὰρ κλέος, εἰ ἁμαρτάνοντες καὶ κολαφιζόμενοι ὑπομενεῖτε; ἀλλ' εἰ ἀγαθοποιοῦντες, καὶ πάσχοντες ὑπομενεῖτε, τοῦτο χάρις παρὰ θεῷ·

Nam ad hoc uocati estis, quoniam & Christus passus est pro nobis: relinquens nobis præscriptum, ut insequeremini uestigia ipsius. C

21 εἰς τοῦτο γὰρ ἐκλήθητε, ὅτι καὶ χριστὸς ἔπαθεν ὑπὲρ ὑμῶν, ὑμῖν ὑπολιμπάνων ὑπογραμμόν, ἵνα ἐπακολουθήσητε τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ,

Qui peccatum non fecerat, nec inuētus est dolus in ore ipsius:

22 ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ·

Qui conuitijs affectus, non uicissim conuitiabatur: quum malis afficeretur, non minabatur: sed commisit uindictam ei qui iudicat iustè.

23 ὃς λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει, πάσχων οὐκ ἠπείλει, παρεδίδου δὲ τῷ κρίνοντι δικαίως·

Viuere iustitiæ. Qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum: ut peccatis mortui, iustitiæ uiueremus: cuius uibice sanati fuistis.

24 ὃς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αὐτὸς ἀνήνεγκεν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ξύλον, ἵνα ταῖς ἁμαρτίαις ἀπογενόμενοι, τῇ δικαιοσύνῃ ζήσωμεν· οὗ τῷ μώλωπι ἰάθητε.

11 Quæ militant ἀστινες στρατεύονται. Vide Iac. 4. a. 1. 12 In die quo uisitabuntur. ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς. Id est, quando illorum quoq; Deus miserebitur. Vide Luc. 19. g. 44. 13 Ordinationi κτίσει. i. τάξει καὶ πολιτείᾳ Neq; enim aliud declarat ἡ κτίσις hoc in loco quam illam ciuilis gubernationis dispositionem, ut rectè exponit Græcus scholiastes. humanam aiūt uocat non quòd humanitus sit excogitata, (est enim hæc quoq; donum Dei præclarū, ut Demosthenes etiam ipse testatur) sed q̄ hominum sit propria: ut rectè obseruat doctissimus interpres. Vulg. omni humanæ creaturæ. Eras. mus: cuiuis humanæ creaturæ. 17 Honorate τιμήσατε. Id est charitate & officijs prosequamini. Latè enim patet honoris uocabulum, ex Hebræorum idiotismo, ut alibi obseruauimus.

Fraternitatem τὴν ἀδελφότητα. Hebr. אחוה pro fratrum cœtu, & coniunctione, ut Zach. 11. d. 14.

18 Iniquis, σκολιοῖς. i. asperis & sæuis. Nam si quid imperent quod à nobis bona conscientia non possit præstari, ualere sine exceptione debet illud, Præstat obedire Deo quàm hominibus. Vulg. dyscolis: sentētia quidem rectè expressa, sed altero Græco uocabulo. Eras. prauis. 19 Hoc enim gratum est τοῦτο γὰρ χάρις. Vulg. & Eras. Hæc enim est gratia. Mihi uidetur χάρις p̄ χάρισμα, Hebr. more posita, ut diximus 2. Cor. 3. c. 9. & 7. d. 14. Propter conscientiam Dei, διὰ συνείδησιν θεοῦ. i. q̄ ei sit religio Deum offendere, cuius uoluntate intelligit hoc onus sibi imponi.

A ἦτε γὰρ ὡς πρόβατα πλανώμενοι, ἀλλ' ἐπε- 25
στράφητε νῦν ἐπὶ τὸν ποιμένα καὶ ἐπίσκοπον
τῶν ψυχῶν ὑμῶν.

Nam eratis uelut oues errantes: sed conuersi estis nunc ad pastorem & curatorem animarum uestrarum.

ΚΕΦ. γ.

CAP. III.

Ὁμοίως αἱ γυναῖκες, ὑποτασσόμεναι τοῖς 1
ἰδίοις ἀνδράσιν, ἵνα καὶ εἴ τινες ἀπει-
θοῦσι τῷ λόγῳ, διὰ τῆς τῶν γυναικῶν ἀναστροφῆς
ἄνευ λόγου κερδηθήσονται,

Similiter uxores subiectæ sint suis uiris: ut etiam si qui non obediunt sermoni, per uxorum conuersationem, absq; sermone lucrifiant:

ἐποπτεύσαντες τὴν ἐν φόβῳ ἁγνὴν ἀνα- 2
στροφὴν ὑμῶν.

Vbi spectarint cum reuerétia *coniunctam* castam conuersationem uestram.

ὧν ἔστω οὐχ ὁ ἔξωθεν ἐμπλοκῆς τριχῶν, καὶ πε- 3
ριθέσεως χρυσίων, ἢ ἐνδύσεως ἱματίων κόσ-
μος,

Quarum ornatus non sit externus ille in nodis capillorum, & circúposito auro, uel palliorum amictu:

ἀλλ' ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρωπος, ἐν 4
τῷ ἀφθάρτῳ τοῦ πραέως καὶ ἡσυχίου πνεύμα-
τος, ὅ ἐστιν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ πολυτελές.

Sed occultus ille, *id est* cordis homo, *situs* in incorrupto *ornatu* lenis ac quieti Spiritꝰ, qui est coram Deo pretiosus.

οὕτω γάρ ποτε καὶ αἱ ἅγιαι γυναῖκες αἱ ἐλ- 5
πίζουσαι εἰς τὸν θεὸν, ἐκόσμουν ἑαυτὰς, ὑποτασ-
σόμεναι τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν,

Ita enim olim & sanctæ illæ mulieres sperantes in Deo, ornabant sese, subiectæ suis uiris.

B ὡς Σάρρα ὑπήκουσε τῷ Ἀβραάμ, κύριον αὐ- 6
τὸν καλοῦσα, ἧς ἐγενήθητε τέκνα, ἀγαθοποιοῦ-
σαι, καὶ μὴ φοβούμεναι μηδεμίαν πτόησιν.

Sicut Sara obediuit Abrahæ, dominum eum uocans: cuius factæ estis filiæ, dum benefacitis, etiam quum non terremini ullo pauore.

οἱ ἄνδρες ὁμοίως, συνοικοῦντες κατὰ γνῶσιν, 7
ὡς ἀσθενεστέρῳ σκεύει τῷ γυναικείῳ ἀπονέμον-
τες τιμὴν, ὡς καὶ συγκληρονόμοι

Viri similiter unà uersẽt, ut scientes decet, uasi muliebri ut infirmiori tribuentes honorem, utpote quum unà etiam hęredes

24 Peccatis mortui τοῖς ἁμαρτίαις ἀποθανόντες. Id est ἀποθανόντες Vide Rom. 6. a. 2. Ambrosius uertit separati. quod & ipsum rectè conuenit. Videtur enim ἀποχίγνεσθαι nihil aliud declarare, quàm extra fieri, id est seiũctum ac separatum esse. Liuore μώλωπι. Hebr. חברורת intelligitur autem ex consequente antecedens, nempe contusio ac uerbera. Deinde redundat αὐτοῦ eius. pro quo Erasmus conuertit eiusdem, ex Hebræorum consuetudine, ut Rom. 16. d. 27, & Ephes. 3. d. 21. 25 Animarum uestrarum. τῶν ψυχῶν ὑμῶν. Vide suprà 1. b. 9.

IN CAPVT III.

1 Absque sermone. De animi præparatione loquitur ad audiendum Dei uerbum, à quo quum prosani, acerbi, superstitiosi homines abhorreant, morum honestate conuicti, paulatim cicurantur.

C 3 In nodis capillorum, & circumposito auro. Vetus interpres totum hunc locum obscurissimè conuertit, neglecto articulo qui est ante ἔξωθεν. Erasmus, qui sit in plicatura capillorum & additione auri.

4 Occultus ille, &c. λανθάνον., id est occultum, uocat qui in mente sedem fixam habeat: quum alioqui externis etiam signis sese conspiciendum præbeat. Opponitur ergo hic occultus homo externo corporis ornatui. *Situs* in incorrupto *ornatu* ἐν ἀφθάρτῳ. Sub. ὥρ. τὸ ἄφθαρτον uerò, quod uno uerbo non potuimus exprimere, id est spiritus item illam & præstantiam quæ minimè fluxæ, sed perennis & constantis est naturę, opponit capillis, auro uestibus, cæteris deniq; fluxis & caducis rebus. Huc pertinet egregium illud Cratetis dictum, πόσμος ὅδε τὸ κοσμοῦν κοσμεῖ δὲ τὸ κοσμιον ἦθος γυναῖκα πρέπει δ' οὐ τετράτολον ὄντε χρυσὸς, ὄντε σμάραγδος, ὄντε κόσμος, ἀλλ' ὅσα σεμνότητος, σὺν ἁγνείᾳ, πάλους ἐμφασιν παρίσθμια. Hæc ille, rectè omnino, si uerum illarum uirtutum canona tenuisset. Erasmus uerò longo, nec satis etiam commodo uerborum ambitu ita hunc locum conuertit, Verùm occultus qui est in corde homo, si is careat omni corruptela, ita ut spiritus sit placidus ac quietus.

Qui est coram Deo pretiosus. Id est ueré pretiosus, & quidem ipsius Dei iudicio. Possumus autem hoc ad totum etiam orationis complexum referre: ut conuertamus, quod est, coram Deo pretiosum. acsi diceret, Requiritis rarum ac magni pretij ornatum? en uobis illum quem Deus ipse maximi faciat.

6 Etiam quum non terremini ullo pauore. Coniunctim legenda sunt duo participia, ita ut una res significetur, non duæ: sicuti adhuc explicatus est hic locus. Quorsum enim Petrus uellet mulieribus natiuum illum metũ eximere, in quo potius illas contineri oportuit, tanquam optimo pudoris magistro? Nam certè si quid hic peccatur, in alteram partem potius peccatur. Deinde addit Petrus μηδεμίαν, uniuersè negantem particulam, cui nullus hic locus fuerit satis opportunus, si mulieres dixerimus ad animi præsidentiam à Petro institui. Quid ergo? Nempe ostendit Petrus, ueré pias mulieres & Saræ filias etiam, quum nullus illas metus constringit, i sponte & ultrò officium sanecére. Differit enim de domestico uxoris officio, sicuti à uiris requiritur alibi: non ut præsentes oculos Domini reueriti, sed ut uero timore Dei præditi officium faciant. Vulgata, & non pertimentes ullam perturbationem. Erasmus, Et non terremini ullo pauore. ac certum quidẽ est φοβεῖσθαι passiuum esse, sed quod commodius hoc in loco actiuè explicetur. 7 Vnà uersentur ut scientes decet, συνοικοῦντες κατὰ γνῶσιν. Sub. ἐχωσιν. quæ eclipsis ad sequẽtes etiam uersiculos porrigitur. Notum est autem, nomine ζυγὸς συνοικεσίου, id est contubernij, omnia matrimonij officia significari. Deinde κατὰ γνῶσιν nolui ad uerbum interpretari, secundum scientiam: neque etiam aduerbio, scienter. illud enim fuisset nonnihil obscurius quàm in Græco sermone, istud uerò minimè expressisset Apostoli sententiam. Neque enim moneт duntaxat ut in contubernio peritè se ac dextrè gerat maritus sed hoc requirit ut cogitet maritus, quo excellentiore præditus est intelligendi facultate, quo maiore rerum bonarum cognitione & usu polleт, eo magis oportere ut circunspectè, considerate, constanter se gerat in perferendis plurimis incommodis, quibus imbecillitas muliebris & sibi & marito sæpenumero molesta est. Vulgata, cohabitantes secũdum scientiam. Erasm. cohabitent secundum scientiam.

Vasi muliebri σκεύει τῷ γυναικείῳ. Alibi diximus apud Hebræos כלי latissimè patere, adeò ut de quibus-

uis dicatur quorum opera utamur. Est igitur fœmina uas, id est comes & adiutrix uiro ad fideliter coram Deo transigendam uitam adiuncta. Alludit enim ad Mosis uerba Gen 2.c.18, ubi dicitur quòd non expediret hominem relinqui solum. Vt infirmiori ὡς ἀσθενεστέρῳ. Mirificum argumentum. Nam quæ nos proxime attingunt, quo infirmiora sunt, eo maiore cura dignamur, tacito quodam naturæ instinctu, 1. Cor. 12. c. 23. Itaq; si uxorem putamus nostrum uas esse, imò corpus nostrum esse, infirmitas illa non modo non efficiet ut contemnamus, sed etiam in causa erit cur multò maiorem illius rationem habeamus. Tribuentes honorem, ἀπονέμοντες τιμὴν. Id est honestam curam ac solicitudinem. Hoc enim declarat honoris nomen ex Hebræorũ idiotismo, ut iæpe iam annotauimus. & nominatim hoc in loco obseruandum est, ne quis, quoties hoc uocabulum occurrerit, existimet eam reuerẽtiam significari quam inferior quispiam superiori dignitate debeat. Stat enim illud, oportere subiectas esse uxores uiro, quum uir sit mulieris caput, & uxor natura sit imbecilliore. Sed uir cogitet uicissim hoc tuũ uas esse, nec ut infirmius aspernetur, sed honestè tueatur. Quod autem ista Hieronymus ad congressum refert à quo ubeantur uiri abstinere, laudè est eiusmodi ut etiam commemorare pudeat. Sanctè quidem & temperanter, fateor, matrimonium coli debet: sed absit ut in legitimo thoro talem mquinationem hærere existimemus qualem ille non in uno loco somniauit.

Vtpote quum etiam, &c. Triplex quodammodo hic latet argumentum, unum in καί, alterum in συνὼ, tertiũ in re ipsa. Etiamsi, inquit, cum uxoribus communem duntaxat habeatis præsentis uitæ usum, uel id unũ uos debet huc adducere, ut magnam illarum curam habeatis: sed aliquid etiam longe maius superest. Nam quum in humis uitæ societate uxor secundas ferat, tanquam uas infirmius, aliud quiddam est multò præstantius in quo pares sunt uir & uxor, nempe in ea gratia per quam Deus hæreditatem æternæ uitæ tum masculis tum fœminis communicauit. Quomodo igitur uxorẽ uir aspernet, qua Deus pari fœlicitatis æternæ munere sit dignatus? imo potius coniunctis animis ambo ad cõmunem hæreditatẽ contendãt. Vetus interpres legit συγκληρονόμοις, cohæredib. eadem manẽte sententia.

sitis gratiæ uitæ, ne interrumpantur preces uestræ.

χάριτος ζωῆς, εἰς τὸ μὴ ἐγκόπτεσθαι τὰς προσευχὰς ὑμῶν.

Denique omnes *sitis* concordes, Quiq; mutuo molestiarum sensu tãgamini, Fraterna præditi charitate, Misericordes, Comes:

8 τὸ δὲ τέλος πάντες ὁμόφρονες, συμπαθεῖς, φιλάδελφοι, εὔσπλαγχνοι, φιλόφρονες,

Non reddentes malum pro malo, aut cõuitium pro conuitio, sed contrà, benedicentes: ut q sciatis uos ad hoc uocatos esse, ut benedictionem hæreditate possideatis.

9 μὴ ἀποδιδόντες κακὸν ἀντὶ κακοῦ, ἢ λοιδορίαν ἀντὶ λοιδορίας· τοὐναντίον δὲ εὐλογοῦντες, εἰδότες ὅτι εἰς τοῦτο ἐκλήθητε, ἵνα εὐλογίαν κληρονομήσητε.

Nam qui uult uitam diligere, & uidere dies bonos, coerceat linguam suam à malo, & labia sua, ne loquantur dolum.

10 ὁ γὰρ θέλων ζωὴν ἀγαπᾶν, καὶ ἰδεῖν ἡμέρας ἀγαθὰς, παυσάτω τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ ἀπὸ κακοῦ, καὶ χείλη τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον.

Declinet à malo, & faciat bonum, Quærat pacem, & persequatur eam.

11 ἐκκλινάτω ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποιησάτω ἀγαθόν· ζητησάτω εἰρήνην, καὶ διωξάτω αὐτήν.

Nam oculi Domini *sunt intenti* in iustos, & aures eius in deprecationẽ illorum: uultus uerò Domini aduersum eos qui faciunt mala.

12 ὅτι οἱ ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν· πρόσωπον δὲ κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακά.

Gratiæ uitæ χάριτος ζωῆς. Id est gratuiti illius beneficij quo donatur uita, nimirum æterna, κατ' ἐξοχήν. Hæc est, opinor, uera lectio. Alioquin nonnulli codices uariant. Nam in quibusdam legitur χάριτος ζωῆς. uiuę gratiæ: in quibusdam ποικίλης χάριτος ζωῆς, multiplicis gratiæ uitæ. Alicubi etiã χάριτος ποικίλης καὶ ζωῆς, multiplicis gratiæ & uitæ. Ne interrumpantur. Vel hæc una ratio omnia iurgia ac odia debet componere. sunt enim uir & uxor coniuncti ut mutuò sese ad hanc uitam sanctè ac piè transigendam iuuent. Consistit autem hæc sanctitas potissimũ in pura inuocatione, cui inter iurgia & odia nullus est locus. Itaque hunc locum interpretatus est etiam Lyranus, immeritò quidem propterea exagitatus ab Erasmo.

8 Denique τὸ δὲ τέλος. Vulg. ad uerbum, in fine autem. nam librariorum errore plusquam manifesto factũ est ut in quibusdam codicibus legeretur, In fide: quod multos Græcæ linguæ prorsus imperitos fefellit. Erasmus, in summa, τὸ δὲ φιλάκριον. Sunt autem ista quæ sequuntur, omnibus hominum ordinibus scripta.

Quique mutuò molestiarum sensu tangamini, συμπαθεῖς. Hoc non potui paucioribus uerbis satis commodè explicare. Vulgata, compatientes. Erasmus, similiter affecti. Comes. φιλόφρονες. Vulgata, modesti, humiles. neutrum rectè, sed alterum tamen ex margine irrepsit in contextum. Erasmus, affabiles.

9 Benedicentes εὐλογοῦντες. Id est bene precantes, & pro uiribus benefacientes ijs à quibus lædimini. Vult enim pater cœlestis ut offensas uere condonemus. Vos ad hoc uocatos esse, &c. ὅτι, &c. Infinita quædam uis est huius argumenti ad mitigandam omnem odij acerbitatem. Memineritis, inquit, uos (quosnam? Dei scilicet & hostes & inimicos capitales) uocatos esse, id est sponte & gratis, ab eo quem toties & tam multis modis in uos prouocastis, quem contemnebatis, quem totis uiribus fugiebatis, adscitos quorsum? ut inaudita & inexplicabili prorsus benignitate uobiscum infinitas illas hæreditatis æternæ diuitias communicaret. Et nos ita erimus feroces ut iniurias nobis illatas non condonemus, ita inquam ad ulciscendum præcipites, ut tantum bonũ ultrò malimus abijcere, quàm iniurias nostras non persequi? Pendet autem hoc à propria significatione uerbi קרא id est uocauit, & ברכה id est benedictio tanti est momenti quod à plurimis contemnitur, nempe Grammatica uocabulorum explicatio.

10 Qui uult uitam diligere, ὁ θέλων ζωὴν ἀγαπᾶν. Hebræa ueritas habet מי האהב חיים id est, quis cupidus est uitæ? Deinde sequitur אוהב ימים id est qui amicus est dierum. Itaque participium אוהב Græcus interpres cum præcedentibus coniunxit, mutauitque in uerbum infiniti modi: sed eadem manet sententia. Vitam autem expetere, declarat uitam cupere diuturnam. Pendent enim omnia tum præsentis tum futuræ uitæ beneficia à Domini timore. Ateuim dices, plerique Dei timentes contraria omnia experiuntur. Imo iustus semper habet quantum satis est, si tenrationis exitum spectes, & in medijs afflictionibus fœlix ac beatus exultat, Iacob. 1. a. 2. Cõtrà uerò qui stolidus est, nihil sentit: qui uerò mala conscientia torquetur, nihil inuenit in quo possit acquiescere.

Et uidere dies bonos ἰδεῖν ἡμέρας, &c. i. beatam ac fœlicem uitã transigere: sicut contrà dies malos uocant Hebræi asperam & calamitosam uitam, Genes. 47. b. 9. Cæterum Hebræa ueritas habet ימים לראות טוב id est dies ut uide at bonum: sed hoc quoque nihil immutat in sententia. 12 Vultus πρόσωπον. Hebr. פנים id est facies, idq; plurali tantùm numero. Accipitur autem hic Hebræorum more pro ira.

13 Et

A καὶ τίς ὁ κακώσων ὑμᾶς, ἐὰν τοῦ ἀγαθοῦ μιμηταὶ γένησθε;

13 Et quis est qui affligat uos, si bonitatis æmulatores fueritis?

ἀλλ' εἰ καὶ πάσχοιτε διὰ δικαιοσύνην, μακάριοι. τὸν δὲ φόβον αὐτῶν μὴ φοβηθῆτε, μηδὲ ταραχθῆτε·

14 Sed & si quid perpetiamini propter iustitiam, beati *tamen estis*: cæterùm terrore illorum ne terreamini, neque turbemini:

κύριον δὲ τὸν θεὸν ἁγιάσατε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. ἕτοιμοι ἀεὶ πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ αἰτοῦντι ὑμᾶς λόγον περὶ ἐν ὑμῖν ἐλπίδος,

15 Sed Dominum Deum sanctificate in cordibus uestris. Sitis autem parati semper ad respondendum cuilibet petenti rationem eius spei quæ in uobis est,

μετὰ πραΰτητος καὶ φόβου, συνείδησιν ἔχοντες ἀγαθήν, ἵνα ἐν ᾧ καταλαλεῖσθε ὑμῶν ὡς κακοποιῶν, καταισχυνθῶσιν οἱ ἐπηρεάζοντες ὑμῶν τὴν ἀγαθὴν ἐν χριστῷ ἀναστροφήν.

16 Cum lenitate & reuerentia, cóscientiam habentes bonam: ut in eo quod loquuntur aduersum uos tanquam maleficos, pudefiant qui incessunt uestram bonam in Christo conuersationem.

κρεῖττον γὰρ ἀγαθοποιοῦντας, εἰ θέλοι τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, πάσχειν, ἢ κακοποιοῦντας.

17 Melius enim *est* ut bene agentes, si ita uelit Dei uolũtas, malis afficiamini, quàm malefacientes.

ὅτι καὶ χριστὸς ἅπαξ περὶ ἁμαρτιῶν ἔπαθε, B δίκαιος ὑπὲρ ἀδίκων, ἵνα ὑμᾶς προσαγάγῃ τῷ θεῷ, θανατωθεὶς μὲν σαρκί, ζωοποιηθεὶς δὲ πνεύματι.

18 Nam & Christus semel pro peccatis passus fuit, iustus pro iniustis: ut nos adduceret Deo, mortificatus quidem carne, uiuificatus autem Spiritu.

ἐν ᾧ καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξεν,

19 Per quem etiam spiritibus qui *sunt* in carcere profectus prædicauit,

13 Et quis, &c. καὶ τίς, &c. Particula καὶ nihil connectit hoc in loco., sed ita usurpari solet in subiectione. Virgil. Et quisquam numen Iunonis adoret Præterea? 15 Sanctificate ἁγιάσατε. Id est omnem ei laudem & gloriam tribuite, & ab ipso solo pendete. Monet enim ut omnibus terriculamentis opponamus Dei promissiones: cui tum demum gloriam iustam tribuimus quum in illum ut fidelem, sanctum, omnipotentem, recumbimus per fidem, Iohan. 3. d. 33. Rom. 4. d. 20. Sunt autem hæc petita ex Esaia, 8. c. 12. & 13. Rationem spei λόγον περὶ ἐλπίδος. περὶ ἐλπίδος noue dictum pro ἐλπιδος, quam formulam loquendi inuenies ter tepetitam, Iohan. 16. a 8. Eraim. ut loquamini de spe. 18 Mortificatus quidem carne, Id est quod ad carnem quidem attinet, interfectus. Caius autem appellatione totum hominem, id est corpus & animum declarat, synecdoche Hebræis perusitata, ut Rom. 1. a. 3. & 1. Tim. 3. d. 16. & infrà 4 a. 1. Quid ergo, dicet aliquis, animam dicis interfectam? Minime uero, sed dolores mortis communes fuisse dico & corpori & animæ, adeò quidem ut anima etiam propriè perpessa dicatur, sicut corpus propriè mortuum dicitur, anima ex ipso egressa. Viuificatus autem Spiritu. ζωοποιηθεὶς δὲ πνεύματι. Id est per diuinitatem in ipso corporaliter habitantem, uitę restiturus. Potestatem enim habuit à semetipso deponendi animã, & rursus sumendi eam, Iohan. 10. d. 18. Spiritus autem nomine in Christo significari diuinæ naturæ hominì coniunctæ potentiam, quando carni, id est alteri naturæ imbecillæ opponitur, ostendimus Rom. 1. a 3. & totum hunc locum cum quasi ex professo ita explicat Paulus 2. Corinth. 13. a. 4, his uerbis, ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζᾷ ἐκ δυνάμεως θεοῦ, id est crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit ex Dei potentia. Itaque hunc locum sicde quidam nuper corrupit quum sic eum interpretaretur, Corpore necatus, animo in uitam reuocatus.

19 Per quem etiam, &c. οὐ καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ. In uno codice scriptũ erat τοῖς ἐν φυλακῇ πεπλανημένοις, in carcere inclusis. Cæterùm quia non alius locus in Nouo testamento obscurior habetur, conabor & ego illum aliquantulum illustrare. Sic igitur Vetus interpres, In quo & ijs qui in carcere *erant* spiritibus ueniens prædicauit. Qui incredulì fuerant aliquando. Sic autem Erasmus, In quo etiam abijt, & spiritibus qui *erant* in carcere prædicauit. Qui inobedientes fuerant quondam. Nunc ad uarias interpretationes accedamus, quarum tamen aliquot commemorasse cõtentus ero. Primum igitur qui ex hoc testimonio Lymbum quem uocant, constituunt, quasi ad Patrum Spiritus illic tanquam in carcere quodã inclusos peruenerit Christi anima ut eos liberaret, & Christi ad inferos descensum ita explicant, manifestis rationibus possunt refelli. Sit ista opinio quantumlibet uetus, & maximorum uirorum authorita te nitatur: tamen non posse huc applicari quod hîc commemorat Petrus, istis argumentis ostendo.
Primum, nulla hîc mentio fit animæ Christi, sed Spiritus, id est diuinæ potentiæ. Neque enim per Spiritum intelligere possis animam Christi, quin simul dicas eum per animam fuisse reuocatum in uitam. Atqui quamuis non aliter fuerit uita restiturus quàm anima rursus corpori cõiuncta, tamen ipsam animam non minus ineptè dixeris illum ad uitam reuocasse, quàm si Lazari corpus dicas per animam fuisse in uitam reuocatum. Neque uerò melior quærendus interpres quàm Paulus, qui quod hîc Petrus Spiritum uocat, uirtutem Dei appellat, 2. Corin. 13. a. 4. Secundo, tantum abest ut de priorum animis hoc possit intelligi, ut contrà non nisi de ijs agatur qui ante mortem obierunt. Tertiò, non dicitur Christus in Spiritu istos liberasse, sed illis prædicasse, & rursus infrà 4. b. 6, dicitur Euangelium prædicatum fuisse mortuis. Aliud autem est prædicare & Euangelizare, quàm simpliciter dicere, Adsum quem expectabatis. Denique ut hoc non sit satis firmum, tamen hoc constat, nullam factam hîc esse liberationis mentionẽ, nec fieri etiam potuisse, quum tantùm dicatur prædicatum fuisse τοῖς πνεύμασι καὶ ἀπιθήσασι spiritibus qui prædicationi non sunt obsequuti. Quarò, ostendant quo iure interpretentur τοῖς ἐν φυλακῇ, ijs qui *erant* in carcere, potius quã ijs qui *sunt* in carcere: & πορευθεὶς profectus, è corpore uel ex hoc mundo, repugnante uetere interprete qui ueniens interpretatur, & quidem non ineptè ut suo loco dicemus. Quinto, proferatur testimonium aliquod ex Scripturis ex cuius collatione intelligamus carceris nomine locum aliquem designari, in quo beati Spiritus conclusi fuerint. Hoc certè nusquam muenietur, sed è contrario, fideles ex hac uita demigrantes, fide idipsum adeptos quod nos speramus, ut exposuimus Ephes. 1. b. 10.
Secunda expositio est eorum qui hoc accipiunt de Apostolorum prædicatione, qui per Spiritus instinctum prædicarint spiritibus in carcere, id est peccati uinculo constrictis, & antea immorigeris hominibus qui & mortui dicuntur. quam interpretationem meritò reijcit his argumentis doctissimus interpres. Primò: cur uiuis hominibus

spiritum nomen tribueret? Nam certè noua & inaudita est ista synecdoche, præsertim quũ de ijs agitur qui non sunt regenerati. Neque enim Spiritum, sed animam solent Hebræi συνεκδοχικῶς pro eo accipere quod Personam in uer A
naculo nostro sermone uocamus, ut infrà uers. 20, octo animæ, pro octo hominibus. Secundò, quũ mortuos aper
tè non nominet, coactam esse allegoricam istam interpretationem apparet. Tertio, qua de causa tam repentè Petrus
ad dies Noe à temporibus Apostolorum regrederetur? Quartum argumentum addo, quod hæc interpretatio ad sco
pum Apostoli nihil prorsus pertineat. Tertia explicatio quorundam est fanaticorum, qui putant animabus incredu
lorum ante Christi aduentum mortuorum, oportuisse prædicari Euangelium, ut & ipsæ, si uellent illud amplecti,
saluæ fierent. Hoc uerò delirium nulla refutatione indiget, quum tota scriptura clamet, statim à morte consequi iu
dicium. Deinde quorsum hoc commemoraret Apostolus? quorsum etiam ad Noe tempora restringeret? Quarta sen
tentia eorum est qui de quibusdam agi putant, quitempore Noe diu quidem fuerint incredeli, sed tamen paulò ante
diluuium resipuerint. Illos igitur pœnas quidẽ corpore dedisse, sed seruatos fuisse illorũ spiritus, ex beneficio Chri
sti, cuius mortis uirtus ad eos emanarit. His uerò aliter ita sit respondeo. Primùm, multa dici in hac expositione quæ
nusquam apparent in contextu. Secundò, Spiritus nomine nõ posse significari mortis Christi efficaciam, quin simul
dicatur eadem efficatia uiuificatus. Neque enim aliter uiurpari potest Spiritus nomen in hoc uersiculo quàm in su
periore. Illud uerò dicere nimium fuerit absurdum. Tertiò, pugnare etiam hanc sententiam cum ipso cotextu, quum
aperte dicantur isti Spiritus infideles periisse, & solæ octo animæ seruatæ. Quartò, ne hoc quidem ad Apostoli scopũ
pertinere. Tandem uerò dicam & ipse quid mihi uideatur, ita tamen ut doctorum interpretum sententijs minimè ue
lim præiudicium afferre, &, si quis rectiora docuerit, non inuitus de sententia mea sim decessurus. Spectandum puto
in primis Apostoli scopum: is autem est, ut fideles ad sanctè & iustè uiuendum hortetur. Ingressus enim est hoc argu
mentum à uersu 8. Iam uerò quia nullis alijs maiores imminent ærumnæ, fuerunt afferendæ rationes quibus aduer
sus omnes calamitates confirmentur, ne studium iustitiæ remittant. Hæc causa est cur à uersu 14 usque ad finem hu
ius capitis hanc partem tractet, & rursus à sequentis capitis uers. duodecimo, ad quintum usq; caput. quod spero mi
hi concessuros quicunq; seriem orationis propius considerarint. Iam uerò uideamus quæ adhibeat argumenta. Pri
mum sumptum est à prouidentia Dei suos respicẽtis, & omnibus impijs irati, ut Dauid testatur. Monet igitur ut hãc
Dei omnipotentis prouidentiam omnibus terriculamentis opponentes, fortiter perseueremus, adeò ut ij ipsi à qui B
bus oppugnamur, non sine rubore suæ impietatis conuincantur. Secundũ argumẽtum est à Dei uoluntate sumptũ,
qui hac uia constituerit suos ad uitam æternam adducere. Est autem duplex hoc argumentum, quia ostẽdit afflictio
nes pro iustitia non temere, nec Deo nos deserente, sed contrà Deo ita constituente, & regnum suum moderante no
bis euenire: deinde proposito scelicissimo omnium ærumnarum exitu, nos solatur. Sed hoc fuit probandum: Cui
enim facilè persuaseris, Deum illos noluisse affligi quos charissimos habeat? Hoc illud est igitur in quo nunc uersa
tur, ac in ipsa quidem frote primum omnium nobis Christum proponit, perfectissimum nimirum exemplar in quo
consilium Dei intueamur. Eandem enim par est membrorum & capitis naturam ac conditionem esse. Præterea in
dicandum etiam fuit in primis, non modò quod exemplum nobis proponeremus: sed etiam ex quo fonte uires illas
infractas hauriremus, quibus fulciri nos oporteat. Christum igitur proponit, qui iustissimus quum esset, pro nobis
eò usque afflictus est, ut mortem crudelitatis & ignominiæ plenam ultro subierit. sed hoc, inquit, quod ad carnem
attinet, illi contigit. nam mox diuina uirtute uictor euasit. Et quorsum hoc Christus? Nempe ut nos per eandem uiã
ad Deum adduceret. Quid est igitur tam asperum quod reformidemus, tam arduum quod non speremus? Hæc igi
tur Petrus in uersiculo superiore. Nunc uero quia uno tantùm uerbo nobilissimi huius exẽpli usum attigerat, opor
tuit copiosius explicari quænam sit Ecclesiæ cum Christo capite tum in afflictionibus tum in gloria coniunctio: de
inde etiam quænam nunc sit illa capitis nostri gloria, cuius & uirtute confirmemur, & spe sustentemur. Deligit autẽ
exemplum, quo nullum certe magis expressum potuit inueniri: primùm scilicet antiquissimã, ut & perpetuam hanc
fuisse Ecclesiæ conditionem, & Christi capitis nostri uirtutem iam tum eluxisse nouerimus: deinde in quo non unus
aliquis, sed totum Ecclesiæ corpus: non leuis aliqua calamitas, sed mors ipsa potius quàm mortis periculum: non
uulgare aliquod aduersus impios iudicium, sed quo nullum unquam magis insigne editũ fuerit: no simplex aliqua,
sed miraculi plena liberatio spectanda proponatur: quod denique insigne etiamnum nostræ salutis antitypum com
plectatur. Hoc ergo ijdemus quomodo explicet. Christus, inquit, quem dixi uirtute uiuificatum, iam olim in diebus
Noe, quum appararetur arca, profectus siue aduenies, e cœlo uidelicet, ne nunc primum putemus illum Eccle
siæ curam & administrationem suscepisse, aduenies inquam, non corpore quod nondum assumpserat, sed ea ipsa
uirtute per quam postea resurrexit, prædicauit spiritibus illis qui nunc in carcere meritas dant pœnas, utpote qui re
cta nonenti Noe, & arcam suam construenti parere olim recusarint, in qua etiam octo duntaxat animę seruatæ sunt.
Hæc est, opinor, plana & simplex huius loci explicatio, cum præcedentibus & sequentibus optimè cohærens, & ita C
quidem ut neque ulli uerbo uis fiat, neque quicquam adijciatur, uel detrahatur, quod ex ista contextus declaratio
ne planius etiam intelligetur.

Per quem ὃ ᾧ. Sub. πνεύματι, per quem Spiritum, i. per quam uirtutem, eam ipsam scilicet qua fuit uiuifi
catus: ut nemo uel mortis corporalem præsentiam, uel animam Christi, uel efficaciam possit intelligere: quum non
possit aliter in hoc uersiculo explicari Spiritus quàm in superiore. Vulg. & Eras. in quo, paulò obscurius, quanuis
possit hoc quidem toleratì, ut idem declaret atque καθ' ὃ, cuius scilicet Spiritus respectu.

Spiritibus qui sunt in carcere, τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι. Sub. οὖσι, quod participium propriè temporis est præ
sentis: illis autem imposuit qui per præteritum imperfectum interpretati sunt τοῖς ὖσι, qui erant, quasi scilicet prædi
cat omni tempore iam essent in carcere, quum Petrus minimè tempus illud respiciat quo prædicatum est illis, id est,
tempus Noe, per quem Spiritus Christi totos centum & uiginti annos tam diligenter illis prædicauit respiscentiam:
sed suum seculum consideret, quo illorum incredulorum cadauera pridem quidem computruerant, spiritus uerò
in carcere inclusi, ultimam nimirum iudicis sententiam cum fletu & stridore dentium expectantes, in tenebris il
lis exteretionibus tenebantur, ubi & nunc retinentur. Neque uerò quicquam in hac interpretatione detorsimus, siue
formulam ipsam loquẽdi, siue singula uerba spectes. Ita enim sæpissimè fit, ut tum loquendo, tum scribendo consi
deremus quid nostris temporibus conueniat, non autem illis de quibus agimus. quam figuram παρόλψιν uocant:
cuius infinita passim apud omnes scriptores exempla occurrunt. Participium autem ὖσι, ut antè monui, magis etiã
propriè de tempore præsenti dicitur, quàm de præterito imperfecto. πνεύμα passim de altera hominis parte dicitur.
φυλακή, si paucos locos excipias in quibus quartam noctis partem declarat, pro carcere ubiq; accipitur, & commo
dissime ita potest explicari ut nos fecimus, eadem ratione qua dicũtur catenis tenebrarum uincti diaboli seruari ad
iudicium, 2. Petr. 2. 2. 4. & ἐν φυλακῇ, id est in carcere positus dicitur Satan, Apoc. 20. 6. 7.

Profectus πορευθεὶς. Vel ueniens. ut rectè conuertit Vetus interpres, sicuti mox dicemus. Erasmus, abijt,
multò obscurius. Cæterùm illud constat, apud Hebræos sæpe eiusmodi participia redundare: ut si dicat, surgens
abijt, respondens dixit, & similia. Sed mihi tamen uidetur magnum esse huius participij pondus hoc loco, quòd
nimirum restetur Christum iam tum per Spiritum suum in difficillimis illis temporibus Ecclesiæ præfuisse, à quo e
tiamnum hodie gubernamur. Est autem hæc consuetudo Scripturæ, ut quo melius summa illa Dei prouidentia
declaretur, è cœlis ipsis dicatur Deus descendere. quod & aliquoties factum est, Christo uisibili aliqua specie appa
rente, ut ex 18. cap. Genesis manifestè liquet: ubi disertè dicit se descendisse is ipse qui יהוה proprio scilicet Dei nomi
ne dicitur. Item Exod. 3, ubi is qui in rubo apparet Mosi, Christus proculdubio unicus hominum & Dei mediator,
se descendisse, inquit: ac de nomine interrogatus, proprium illud nomen sibi uendicat, quod certum est nullum

Angelum

A ἀπειθήσασί ποτε, ὅτε ἅπαξ ἐξεδέχετο ἡ τοῦ θεοῦ μακροθυμία, ἐν ἡμέραις Νῶε κατασκευαζομένης κιβωτοῦ, εἰς ἣν ὀλίγαι, τοῦτ' ἔστιν ὀκτὼ ψυχαὶ διεσώθησαν δι' ὕδατος.

20 Olim immorigeris, quum semel expectabat Dei patiētia, in diebus Noe, quum appararetur arca: in qua paucæ, hoc est octo, animæ seruatæ sunt in aqua.

ὃ καὶ ὑμᾶς ἀντίτυπον νῦν σώζει βάπτισμα, (οὐ σαρκὸς ἀπόθεσις ῥύπου, ἀλλὰ συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς θεόν,) δι' ἀναστάσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ,

21 Cui nunc correspondēs exemplar Baptismi nos quoq; seruat: nō quo carnis sordes abiiciuntur, sed quo fit ut bona conscientia Deum interroget per resurrectionem Iesu Christi.

ὃς ἐστιν ἐν δεξιᾷ θεοῦ, πορευθεὶς εἰς οὐρανόν, ὑποταγέντων αὐτῷ ἀγγέλων καὶ ἐξουσιῶν καὶ δυνάμεων.

22 Qui est ad dexterā Dei, profectus in cœlum, subiectis ipsi Angelis & potestatibus ac uirtutibus.

Angelum sibi sine sacrilegio usurpaturū fuisse. Quid igitur? Nempe quum de Spiritu, i. diuina illa uirtute Filij Dei agatur, non possum dubitare quin hoc participio per anthropopathiam declaretur illius præsentia qua Noe & Ecclesiam suam seruauit: impios uerò funditus perdidit, Noe inquam præconem iustitiæ. per cuius os, sicut per reliquos etiam prophetas, orbem terrarum ad resipiscentiam muitauit, ut Ierem. 7. c. 24. & Zachar. 7. d. 12. scribitur. Itaq; προσνθεὶς nec dure nec insolenter explicamus, profectus, è cœlis uidelicet, ubi Scriptura collocat beatam diuinæ illius uirtutis sedem: non autem è corpore uel è mundo, quod planè coactum esse ostēdimus, & ab Apostoli scopo alienum. sed & προσνθεὶς possumus interpretari παρελθών, aduenies, ex Hebræorum consuetudine, quam exposuimus Matthæi 4. a 5, Mar. 8. b. 11, & alijs multis locis: quum præsertim ita prorsus usurpetur hoc idē participium Luc. 14. b. 10.

B Prædicauit ἐκήρυξεν. Hoc quoque confirmat nostram interpretationem. neque enim dubitari potest quin hoc cohæreat cum ijs quæ sequuntur. i. ad illud tēpus quo Spiritus per os Noe arcam construentis, tam Dei imminentem prædicabat. Nam cui fuerunt immorigeri? Certe illi qui prædicabat. Non potest ergo prædicatio ista ad posterius aliquod tempus referri. Sed de hoc mox etiam dicemus, 4. b. 6.

20 Olim immorigeris ἀπειθήσασί ποτε Hoc ita cohæret cum ζωὴν πνεύμασι, ut non magis diuelli possit quā adiectiuum à substantiuo quod uocant, nec ulla prorsus alia ratione explicari potest. Deinde aduerbium ποτὲ tempus illius prædicationis indicat, ac proinde per antithesin ostendit ita explicandum esse ζωὴν ἐν φυλακῇ πνεύμασι. ut nos fecimus: perinde scilicet ac si scriptum esset ζωὴν νῦν οὖσι φυλακῇ πνεύμασι, ut ποτὲ & νῦν. i. olim & nunc, opponantur. Sed non fuit necesse ut νῦν adderetur: propterea quod ὄντι ex communi usu subauditum, præsentis est temporis. Contrarius autem error in hoc participio inoleuit quām in superiore. Nam illud conuerterūt per imperfectum, qui erant, pro qui sunt: hoc uerò per pluisquamperfectum, qui fuerant increduli, id est ἀπιστήσασι. Et Eras. qui inobedientes fuerant, pro quo dicendum erat, qui inobedientes fuerunt, seruata propria Aoristi significatione.

Semel ἅπαξ Hoc aduerbio declaratur tempus ultimò præfixum ac definitum fuisse. quo elapso nulla reliqua spes supereſſet: quod & historia & exitus ipse rei declarauit. Vetus interpres. pro ἅπαξ ἐξεδέχετο legit ἀπεξεδέχετο, sed mendose, ut mihi uidetur: quanuis ita legerimus in Complutensi editione & uetustis codicibus quatuor.

Expectabat Dei patientia in diebus Noe, &c. ἐξεδέχετο, &c. Ita rectè legit Augustinus epist. 99. Et sænè cogor hoc in loco maiorem in Erasmo attentionem desiderare, qui quum hunc Augustini locum legisset, non dubitauit tamen cōuertere, expectabatur Dei lenitas. Nam inquit, τὸ ἐκδέχεσθαι uerbum est medium. Hoc uerò cui unquam in mentem uenit ut diceret? Deinde à quo tandem expectabatur Dei lenitas hoc tempore? Num à Noe? expectabat is certè Dei misericordiam, sed de patientia illa differitur qua Deus usus fuerat quum 120. annos mundo constituisset

C ad resipiscendum. Noe igitur arcam ædificans, non Dei lenitatem, sed Dei iudicium imminens expectabat. Quid uerò impij? nempe Dei lenitatem non modò non expectabant, sed etiam deridebant. Sed Deus is est qui patienter expectabat tantisper dum præteriret tempus illud 120 annorum constitutum, & arca esset extructa. Vulg. quando expectabant Dei patientiam. Paucæ ὀλίγαι Vulg. pauci, ὀλίγοι, eodem sensu. quam lectionem inuenimus in duobus uetustis libris. Octo animæ ὀκτὼ ψυχαί. i. octo homines, Hebraica synecdoche. In aqua δι' ὕδατος. i. ἐν ὕδατι, ut Rom. 4. b. 11. Hoc enim est quod in uernaculo sermone dicimus *parmi l'eaue*. Vulg. & Eras. per aquam. quod planum fuisset si additum esset epitheton, ut si per medias aquas scriptum esset. Neq; enim διὰ uidetur pro causa instrumentali accipi posse, quum aqua non seruarit Noe, sed ex aqua sit seruatus: sicut in Baptismo, illa emersio ex aqua declarat emersionem ex morte in nouam uitam.

21 Cui ὃ. Ita restitue ex Complutensi codice: nam mendosè in alijs legitur ὃ. Correspondens exemplar ἀντίτυπον. τύπος in his libris passim dici solet illud in quo tanquam exemplari quippiam nobis repræsentatur, ut 1. Cor. 10. b. 8, & c. 11, & Heb. 6. b. 5. Comparantur autem typi interdum cum ueritate ipsa, cuius sunt exēplaria, ut Heb 9. f. 24, sacrarium Tabernaculi dicitur cœlorum ἀντίτυπον. Interdum uerò cum alijs secundarijs eiusdem rei exemplaribus conferuntur: ut hoc in loco Baptismus dicitur ἀντίτυπον eius liberationis quæ contigit Ecclesiæ in diluuio. Nam & hæc liberatio & Baptismus adumbrant Ecclesiæ sanctificationē & emersionem à peccati & mortis gurgite. Sunt igitur duo typi: sed liberationis è diluuio præcedens typus sequētem Baptismi typum illi correspondentē adumbrauit, qua ratione etiam potest Baptismus & nubi & traiectioni maris rubri tanquam ἀντίτυπον opponi.

Quo fit, &c. σωζόμεθα, &c. Vel, Deum interpellet, aut inquirat, aut consulat. Nam ἐπερώτημα uocat ἅτινα οὖσαν εἴτε αἴτησιν postulationem & interpellationem, quæ ab Hebræis שְׁאֵלָה dicitur. Additur autem εἰς θεόν. i, apud Deum, ex ratione constructionis apud Hebræos usitatæ. Sic enim dicunt שְׁאַל בְּאֱלֹהִים i. postulauit apud Deū, pro postulauit à Deo, siue, quæsiuit ex Deo. In summa igitur Petrus Baptismum illum salutis nostræ typum efficacem describit à sanctificationis effectu. quo fit nimirū ut sanctificata cōscientia ab uno Deo pendeat, illum inuocet, nihil nisi eo consultò, ut loquuntur Hebræi, ore ipsius interrogato, aggrediatur. Vulg. conscientiæ bonæ interrogatio in Deum: minium obscurè profectò, sed tamen ad uerbum. Erasmus uerò mihi uidetur sentētiam non expressisse, quā interpretaretur, Quo fit ut bona cōscientia bene respondeat apud Deum. Nam ἐπερώτημα pro respondere & testificari uix putem usurpari satis commodè posse. alioqui simile quiddam uidetur Paulus describere Rom. 2 c. 15.

22 Ad dexteram Dei ἐν δεξιᾷ θεοῦ. Vide Heb. 1. b. 3. Cæterum quod addit Vetus interpres, nusquam in codicibus Græcis inuenimus, quanuis minimè uideatur otiosum. addit autem hæc, deglutiens mortem, ut uitæ æternæ hæredes efficeremur. Profectus, &c. προσνθεὶς, &c. Hanc Christi in cœlū profectionem opponit duplici aduentui: uni per Spiritus sui uirtutem, quæ in illa Ecclesiæ liberatione insignis apparuit: alteri qua re uera manifestatus est in carne. Dicit autem ad dexteram Dei sedere, subiectis illi omnibus, ut quum eius uirtute multò etiam magis quam antea nos regi & gubernari nouerimus, nullo periculo deiiciamur, sed bona illa cōscientia ipsum inuocemus: deinde ut tantæ istius gloriæ, cuius participes sumus, assidua contemplatione nos cōsolemur. Ascendit enim per crucem, ut per crucem nos ad Deum adduceret, ad cuius dextram sedet.

IN CA-

CAP. IIII.

QVũ igitur Christus passus sit pro nobis carne, uos quoque eadem cogitatione armemini, *nempe* quòd qui passus est in carne, destitit à peccato:

Adhoc ut nõ amplius cupiditatibus hominum, sed uoluntati Dei, quod reliquum est temporis in carne uiuat.

Sat enim est nobis quòd anteacto uitæ tempore libidinem Gẽtium patrauerimus, quum incederemus in proteruijs, cupiditatibus. uinolentijs, comessationibus, copotationib. & nefarijs simulachrorũ cultibus.

Quamobrem *illi* non cõcurrentibus uobis ad eandem luxus profusionem, peregrinari sibi uidentur, blasphemantes:

Qui reddituri sunt rationem ei qui paratus est ad iudicandum uiuos & mortuos.

Nam idcirco mortuis quoque prædica-

ΚΕΦ. Α.

A

1 Χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, καὶ ὑμεῖς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ὁπλίζεσθε, ὅτι ὁ παθὼν ἐν σαρκὶ, πέπαυται ἁμαρτίας,

2 εἰς τὸ μηκέτι ἀνθρώπων ἐπιθυμίας, ἀλλὰ θελήματι θεοῦ τὸν ἐπίλοιπον ἐν σαρκὶ βιῶσαι χρόνον.

3 ἀρκετὸς γὰρ ἡμῖν ὁ παρεληλυθὼς χρόνος τὸ βούλημα τῶν ἐθνῶν κατεργάσασθαι, πεπορευμένους ἐν ἀσελγείαις, ἐπιθυμίαις, οἰνοφλυγίαις, κώμοις, πότοις, καὶ ἀθεμίτοις εἰδώλων λατρείαις.

4 ἐν ᾧ ξενίζονται, μὴ συντρεχόντων ὑμῶν εἰς τὴν αὐτὴν τῆς ἀσωτίας ἀνάχυσιν, βλασφημοῦντες,

B

5 οἳ ἀποδώσουσι λόγον τῷ ἑτοίμως ἔχοντι κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς.

6 εἰς τοῦτο γὰρ καὶ νεκροῖς εὐηγγελίσθη,

IN CAPVT IIII.

1 Quum, &c. Nunc redit ad exhortationẽ ut sanctè uitã instituamus, & nostræ sanctificationis fontẽ aperit, nempe, Christi mortẽ, cuius ui nos morimur peccato: sicut eiusdẽ resurrectione in nouã & perennẽ uitã resurgimus, ut plurib. expositum est cap. 6. epist. ad Rom. ab initio capitis usq; ad uers. 12. Aptissimè uerò cohærent ista, quũ in Baptismo peculiare quodda habeamus nostræ tũ mortificationis tũ uiuificationis exẽplar, ut illic quoq; Paulus luculẽter exponit. *Nempe* quòd, &c. Id est, quòd is demum in ueteri homine, (id est, ut loquitur Paulus, Rom. 6. b. 7.) carni ac peccato, mortuus est, Christi exẽplo, ac uirtute, in quo peccatũ amplius no uiget. Hæc.n. est sanctificationis nostræ definitio, quæ partem illius utranq; coplectitur, si sequentẽ uersiculũ adiunxeris. Sed pro ὁ παθὼν σὰρκὶ, qui mortuus est, maluit dicere ὁ παθὼν ἐν σαρκὶ, qui passus est in carne, ut nos ad Christum, nostrũ scilicet Archetypũ, reuocaret. qua rõne etiã dicitur uetus homo in nobis esse crucifixus, & caro crucifixa cũ cupiditatib. suis, & mundus nobis crucifixus, ac nos uicissim crucifixi mundo, apud Paulũ. Eratm. igitur manifestè deprauauit Pauli sententiã, quũ ὁ παθὼν σὰρκὶ interpretaretur, qui patiebatur in carne: quasi de Christo ipso hæc dicantur: quum ex iis quæ subijciuntur, satis appareat Christo capiti non conuenire, sed mẽbris in eo sanctificatis. Carnis igitur nomen, ubi de Christo agitur, humanam naturam, eamq; integram & omni labe carentem, hoc autem posteriore loco, qualem illam habemus, id est uitiosa ac corruptã, declarat. ut passio in carne nihil aliud quàm nostræ uitiositatis abolitionẽ declaret.

2 Quod reliquum &c. Id est, quod præsenti uitæ in hoc corpore transigẽdæ superest. Caro igitur tertia etiam significatione hic accipitur, nempe pro præsentis & infirmæ huius uitæ conditione, ut Heb. 5. c. 7. Gal. 2. d. 20.

3 Libidinem &c. Id est profanè ac libidinosè, Gentium instar, uixerimus. Comparat enim flagitiosos Iudæos cum Gentibus, id est cum profanis populis & à cognitione Dei alienis, qua ratione etiam Dauid impios suos aduersarios Gentes uocat, Psal. 59. b. 7. & Propheta Iudæos populum Sodomæ & Gomorrhæ, Esa. 1. c. 10.

4 Peregrinari &c. Hoc est quod in uernaculo sermone dicimus, *ils se trouuent estranges, ou ils se trouuent tous nouueaux & comme en un autre monde.* Vulg. peregrinantur, Latine profectò, sed paulo obscurius. Cic. pro Rabirio perduell. reo, Adeóne es ignarus disciplinæ cõsuetudinisq; nostræ, ut hæc nescias? ut peregrinari in aliena ciuitate, non in tua magistratum gerere uidearis? Idem Acad. Nos in nostra urbe peregrinantes, errantesq;, tanquam hospites, libri tui domum deduxerunt. Sic etiamnũ hodie quasi in lucem reuocato Euangelio, quid aliud clamitant homines, quàm hæreticis istis nouum mundum esse fabricandum? Atqui non oportuit mundum, sed hominum ingenium mutari: quibus uetus esse debuerat quod nouum est, & è contrario nouum esse quod nimium est uetus. Eraſmus, atque id absurdum illis uidetur non satis expressè.

C

6 Nam idcirco εἰς τοῦτο γὰρ Dictum est fore ut Christus iudicet uiuos & mortuos. hîc uerò nemo fuit qui existimaret fore ut coram Dei tribunali aliqui mortui comparerent: sed omnes antè mortuos dici, qui quùm ante diem Domini sint mortui, postea fuscitabuntur, nemo ignorauit. Non possum igitur satis mirari qui factum sit ut interpretes aliquid eiusmodi in hoc quoque dicto non obseruauerint, quod præsertim illius rationem complectitur. Nam certè non minus, imò etiã magis absurdum est dicere, Dominum prædicare mortuis, quàm mortuos iudicare. In eo tãtùm est discrimen, quòd quũ dicitur Deus iudicaturus mortuos, intelligimus eos qui mortui fuerint, & esse desierint: quũ uerò dicimus prædicatũ esse mortuis, intelligimus eos qui tũ quidem uiui erant, nunc uerò sunt mortui. Alioquin, si de animabus hoc accipias, quænã erit hæc interpretatio, mortuis, id est mortuorũ hominũ spiritibus? si de corporibus, quorsum annuntietur putrefactis cadaueribus Euangelũ? Et tamen sola propriè cadauera, mortua dicuntur. Iam uerò si dicas, euangelizatũ est, idem declarare atque patefacta est mortis Christi efficacia, primùm ualde coacta fuerit interpretatio, deinde semper huc redeũdũ erit, quinam sint isti mortui quibus illa patefacta dicatur. Deniq; sufficiat hæc una ratio pro omnibus: quũ hoc attexatur superiori dicto, nõ posse mortuorũ nomẽ aliter hîc accipi quàm in superiore uersiculo, ubi dixit, Deum iudicaturum uiuos ac mortuos, homines scilicet, non autẽ spiritus corporibus exutos: neque corpora spiritibus spoliata. Nõnulli tamen mortuos interpretãtur infideles, & mortuos in peccato. Sed ut taceam quod modò dixi, redundaret etiam particula *kai*. Eos omitto qui lymbum nobis fabricant, item qui mortuis infidelibus relictũ fuisse putant aliquod pœnitentiæ spatiũ, ac proinde prædicatũ illis fuisse Euangelium. Sunt enim ista nimium absurda, quanuis nõnullos magni nominis interpretes in aliquid eiusmodi nescio quis impetus abripuerit. Quid igitur? Nempe quũ dicit Petrus euangelizatum fuisse mortuis, nũquã illi uenit in mentem ut putaret spiritibus mortuorũ prædicatũ fuisse Euangelũ. sed fuit temporis respectu mortuos uocauit quibus uiuis prædicatum est Euangelium. ac si diceret. non esse nouam hanc doctrinam, sed superiorum etiam temporum hominibus pridem mortuis fuisse annunciatam, nec frustra ab illis contẽptam. Id autem ita esse, præter iam commemoratas rationes, liquidò etiam apparet tum ex Apostoli scopo tum ex iis quæ sequuntur. Mirarus est infidelibus qui suis ludibriis & contumelijs non desinunt sanctos uexare, fore ut reddant rationem iusto iudici, qui, inquit, iudicaturus est uiuos & mortuos. Quorsum hoc? Nempe utscirent excipiendum neminem. Sed respondeti

poterat,

A poterat, patres illos qui mortui fuerunt ante Christi aduentũ (considerãdum enim quo tẽpore & ad quos scripserit Petrus) idoneam aliquam excusationem habituros. Hoc negat Petrus. Nam, inquit, mortuis quoque idem hoc Euangelium annuntiatum est, quod etiam docetur 1. Corinth. 10, & integro capite undecimo epistolæ ad Hebræos. Et Dominus, Vidit, inquit, Abraham diem meum, & gauisus est. Denique nulla unquam fuit extra Christũ Ecclesia: ex quo etiam consequitur, idem Euangelium, quanuis non pari dispensatione, tamen ab initio mundi semper patribus annuntiatum. Non habebunt igitur filiorum scelestorum (iudæis autem Petrus scribit) scelesti patres quod pœtexant, quo minus & ipsi ad iusti iudicis tribunal sistantur, secundum Euangelium iudicandi. Deinde si libuerit, ad consolationem sanctorum possis hoc quoq; pijs patribus per fidem Euangelium Christi uenturi amplexis applicare. Sequentia uerò sic explico.

ἵνα κριθῶσι μὲν κατὰ ἀνθρώπους σαρκὶ, ζῶσι δὲ κατὰ θεὸν πνεύματι,

tum est Euangelium, ut damnaretur quidẽ secũdum homines, *id est* carne: uiuerent autem secundum Deum, *id est* Spiritu.

πάντων δὲ τὸ τέλος ἤγγικε. σωφρονήσατε οὖν, καὶ νήψατε εἰς τὰς προσευχάς,

7 Omnium autem finis imminet. Sitis igitur sobrii & uigilantes ad orandum.

πρὸ πάντων τὴν εἰς ἑαυτοὺς ἀγάπην ἐκτενῆ ἔχοντες, ὅτι ἀγάπη καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν·

8 Ante omnia uerò charitatem alij in alios propensam habentes: nam charitas operiet multitudinem peccatorum.

φιλόξενοι εἰς ἀλλήλους, ἄνευ γογγυσμοῦ.

9 Hospitales estote alij erga alios, sine murmurationibus.

ἕκαστος καθὼς ἔλαβε χάρισμα, εἰς ἑαυτοὺς αὐτὸ διακονοῦντες, ὡς καλοὶ οἰκονόμοι ποικίλης χάριτος θεοῦ.

10 Vt quisq; accepit donũ, *ita* alius in alium illud administrantes, ut boni dispensatores uariæ gratiæ Dei.

B εἴ τις λαλεῖ, ὡς λόγια θεοῦ· εἴ τις διακονεῖ, ὡς ἐξ ἰσχύος ἧς χορηγεῖ ὁ θεός, ἵνα ἐν πᾶσι δοξάζηται ὁ θεὸς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἐστὶν ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων·

11 Si quis loquitur, *loquatur* ut eloquia Dei: si quis ministrat, *ministret* tanquã ex uiribus quas suppeditat Deus: ut in oĩbus glorificetur Deus per Iesum Christum, cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

ἀγαπητοί, μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει πρὸς πειρασμὸν ὑμῖν γινομένῃ, ὡς ξένου ὑμῖν συμβαίνοντος,

12 Charissimi, ne tanquam hospites, exploratione illa per ignẽ quæ fit in uobis ad uestri experimentum, percellamini, ut si peregrinum aliquid uobis accideret.

ἀλλὰ καθὸ κοινωνεῖτε τοῖς τοῦ χριστοῦ παθήμασι, χάιρετε, ἵνα καὶ ἐν τῇ ἀποκαλύψει τῆς δόξης αὐτοῦ χαρῆτε ἀγαλλιώμενοι.

13 Imò in hoc quòd cõsortes estis afflictionum Christi, gaudete: ut & quum patefiet eius gloria, gaudeatis exultantes.

C εἰ ὀνειδίζεσθε ἐν ὀνόματι χριστοῦ, μακάριοι, ὅτι τὸ τῆς δόξης καὶ τὸ τοῦ θεοῦ πνεῦμα ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται, κατὰ μὲν αὐτοὺς βλασφημεῖται,

14 Si probris afficimini in nomine Christi, beati *estis*: quoniam & gloriæ & Dei Spiritus sup uos requiescit: *qui* quod ad illos quidẽ

Vt damnarẽtur, &c. ἵνα κριθῶσι. Quum de re præterita Petrum differre modò ostenderimus, & supra etiam 3. d. 19, simul liquet seruandam esse aoristi significationem: ac proinde nec ueterem interpretem recte conuertisse, iudicentur, nec Erasmum, damnentur, id est κρίνωνται. quanuis sequatur ζῶσι. Sed & puto satis esse responsum iis qui hæc accipiunt de Euangelio uel apud Lymbum, uel alibi post Christi mortem spiritibus mortuorum annuntiato. dicam igitur quomodo planè hunc locum explicari posse putem. Non contentus dixisse Petrus Euangelium etiam superioribus seculis fuisse annuntiatum, uoluit quoque ostendere eius Euangelij summam, partim ut unum & idem Euangelium semper fuisse doceret, partim ut ad institutum redeat. Nam quæ de iudicandis uiuis & mortuis dixit, nõ temere quidem nec parùm apposite. sed tamen παρέργως dixit, quum in impiorum mentionem incidisset. Cœperat autem de sanctificatione differere: cuius duas partes esse dixerat, nempe passum esse in carne, seu mori peccato, & uoluntati Dei uiuere. Hoc ipsum est igitur quod nunc dicit fuisse superioribus etiam seculis annuntiatum. Nam damnari catne, pati in carne, mortuum esse peccato, non esse in carne, idem declarant. Dicitur enim damnatus in carne is in cuius carne damnatum id est abolitum & extinctum est peccatum. quæ pars est prior sanctificationis, ut diserte loquitur Paulus Rom. 8. a. 3. adeo quidem ut hæc uerba Petri ἵνα κριθῶσι σαρκὶ, non possint planius explicari quàm ex prima ad Corinthios capite secundo b. uersiculo quinto. εἰς ἐλευθερίαν τῆς σαρκὸς, ad interitum carnis. Idque ita esse præterea etiam apparet ex antithesi. Nam damnari & uiuere contraria non erunt, nisi damnari pro interire & mori accipias: sicut mortificatio & uiuificatio mutuò inter se respondent. Sed quum dixisset Petrus κατὰ ἀνθρώπους, secũdum homines, declarans nimirum huius uitij quod in nobis extinguendum est, fontem ac originem in ipsa hominum natura hærere, addidit σαρκὶ per epexegesin, ut alterum altero explicaretur.

Viuerent autem. &c. ζῶσι δὲ. &c. Alteram partem sanctificationis explicat priori cohærentem. Idcirco enim morimur carne, ut uiuamus Spiritu: sicut copiosè expositum est sexto & nono capitibus epistolæ ad Romanos. quãobrem etiam duo ista ubique solent connecti. Quemadmodum autem quum dixisset, κατὰ ἀνθρώπους, addidit σαρκὶ, ita etiam post κατὰ θεὸν secundum Deum, addidit πνεύματι Spiritu: ut uicissim ostenderet unde uis ista integræ & sanctæ, atque adeo perennis uitæ, quæ in nobis inchoata est, emanaret: nempe à Dei Spiritu. unde etiam factum ut Spiritus diceretur.

8 Alij in alios εἰς ἑαυτοὺς Vulg. in uosmetipsos, quæ interpretatio multis imposuit, qui non considerarunt, Apostolum non singulos sed multos coniunctim alloqui, quos uelit mutuo charitatis uinculo esse coniunctos. Vide Ephes. 4. g. 32. 12 Ne, tanquam hospites, percellamini μὴ ξενίζεσθε Id est, ne perinde sitis attoniti ut qui in rem aliquam nouam incidunt, & de qua nunquam cogitarint. Vide supra uersu 4. Vulgata, nolite peregrinari. Erasmus, ne miremini. Exploratione illa per ignem quæ fit in uobis ad uestri experimentum τῇ εἰς ὑμῖν πυρώσει πρὸς πειρασμὸν ὑμῖν γινομένῃ. Vulg. in feruore qui ad tentationem uobis fit. Eras. dum per ignem explorantur, quæ res ad experimentum uestri fit. Sententia ipsa per se plana est.

attinet, blasphematur: quod ad uos autem, glorificatur.

Enimuerò ne quis uestrum affligatur ut homicida, aut fur, aut maleficus, aut alienarum rerum inspector.

Sed si ut Christianus, ne pudefiat, imò glorificet Deum hac in parte.

Nam tempus est quo incipiat iudicium à domo Dei. quòd si primùm *incipit* à nobis, quis erit finis eorum qui non parent Dei Euangelio?

Et, si iustus uix seruatur, impius & peccator ubi comparebit?

Itaque qui affliguntur ex uoluntate Dei, tanquam fideli conditori commẽdent animas suas benefaciendo.

CAP. V.

PResbyteros qui inter uos sunt, precor qui sum & ipse presbyter, ac testis afflictionum Christi, atque idem gloriæ patefaciendæ consors,

Pascite gregem qui penes uos est, curam illius agentes non coactè, sed libenter: non turpiter affectantes lucrũ, sed ꝓmpto aĩo.

Neque ut dominantes cleris, sed ut quisitis exemplaria gregis.

Et quum apparuerit ille Pastorum princeps, reportabitis immarcesibilem illam gloriæ coronam.

ἢ βλ ὑμᾶς λοιδόρεται. A

15 μὴ γάρ τις ὑμῶν πασχέτω ὡς φονεὺς, ἢ κλέπτης, ἢ κακοποιὸς, ἢ ὡς ἀλλοτριεπίσκοπος·

16 εἰ δὲ ὡς χριστιανὸς, μὴ αἰσχυνέσθω, δοξαζέτω δὲ τὸν θεὸν ἐν τῷ μέρει τούτῳ,

17 ὅτι ὁ καιρὸς τοῦ ἄρξασθαι τὸ κρῖμα ἀπὸ τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ. εἰ δὲ πρῶτον ἀφ' ἡμῶν, τί τὸ τέλος τῶν ἀπειθούντων τῷ τοῦ θεοῦ εὐαγγελίῳ;

18 καὶ εἰ ὁ δίκαιος μόλις σώζεται, ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται;

19 ὥστε καὶ οἱ πάσχοντες κατὰ τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, ὡς πιστῷ κτίστῃ παρατιθέσθωσαν τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐν ἀγαθοποιΐᾳ.

ΚΕΦ. ε. B

Πρεσβυτέρους οὖν ἐν ὑμῖν παρακαλῶ ὁ συμπρεσβύτερος καὶ μάρτυς τῶν τοῦ χριστοῦ παθημάτων, ὁ καὶ τῆς μελλούσης ἀποκαλύπτεσθαι δόξης κοινωνός,

2 ποιμάνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ θεοῦ, ἐπισκοποῦντες μὴ ἀναγκαστῶς, ἀλλ' ἑκουσίως· μηδὲ αἰσχροκερδῶς, ἀλλὰ προθύμως·

3 μηδ' ὡς κατακυριεύοντες τῶν κλήρων, ἀλλὰ τύποι γινόμενοι τοῦ ποιμνίου·

4 καὶ φανερωθέντος τοῦ ἀρχιποίμενος, κομιεῖσθε τὸν ἀμαράντινον τῆς δόξης στέφανον. C

14 Quoniam & gloriæ & Dei Spiritus super uos requiescit *ὅτι τὸ τῆς δόξης καὶ τὸ τοῦ θεοῦ πνεῦμα ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται*. Ita ut in Græcis quidem omnibus codicibus legantur, necesse est ut ex duobus diuersis spiritibus accipiamus, quia duo adscribuntur articuli. Itaque Spiritus appellatione non ipsum spiritum sanctum, qui unus est, sed ex Scripturæ more, quem alibi exposuimus, illius dona, quæ diuersa sunt, intelligo. Spiritum igitur gloriæ uocat Petrus gloriam qua Spiritus sanctus fideles exornat, sicut Spiritus intelligentiæ, consilij, fortitudinis, & alij quoq; cõmemorantur, Esa 11 a 2. Ad quem locum uidetur Paulus alludere. Spiritum autẽ Dei in genere pro Spiritu adoptionis accipio, qui in nobis per eas afflictiones obsignatur quibus conformes imagini fratris nostri primogeniti reddimur. Cæterùm uulgatæ editionis codices in hoc loco non consentiunt. plerique enim legunt, Quoniã quod est honoris, gloriæ, & uirtutis Dei, & qui est eius Spiritus, super uos requiescet. quæ interpretatio prorsus à Græcis dissentit. Veteres autem codices emẽdatiores habent, Quoniam gloria & Spiritus Dei in uobis requiescit. quasi pro *τὸ τῆς δόξης* scriptum sit *ἡ δόξα*. Suspicor enim nonnullos, qui de ipso Spiritu sancto istud dictum acciperẽt, non autem de ipsius effectis, gemino articulo fuisse offensos: deinde etiam quædam ex margine in contextum irrepsisse: unde illa uarietas lectionis orta est. Nam Cyprianus lib. 4. epist. 6, ut Eras. obseruauit, aliam etiam lectionem prorsus diuersam affert, hanc scilicet, quia maiestatis & uirtutis Domini nomen super uos requiescit. quasi scilicet scriptum sit *ὅτι τὸ τῆς δόξης καὶ δυνάμεως τοῦ θεοῦ ὄνομα ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται*, quam lectionem nusquam inuenio. Erasmus, quoniam gloria & Spiritus Dei, &c. desciscens & ipse à Græcis.]

Qui quod ad illos quidem attinet, &c. *κατὰ μὲν αὐτοὺς*, &c. Supplendum est אשר, id est ὅ, ex Hebræorum idiotismo. Vetus autem interpres totum hoc membrum non habet, sed statim subiicit, nemo autem uestrum, &c. Legitur tamen in omnibus Græcis nostris codicibus.

IN CAPVT V.

1 Presbyteros *πρεσβυτέρους* Generale nomen est presbyteri, eos omnes comprehendens qui sunt ex Ecclesia stico, ut ita loquar, Senatu. Vulg. Seniores: quod mirum ni Sophistæ ad ætatem detorqueant, quòd hic locus manifestè primatum illum Petri euertat: cuius obtentu quid tandem filio illi perditionis in templo Dei sedenti non licuit? Atqui si Petri successor est, cur ex professo hanc Petri doctrinam oppugnat?

2 Pascite *ποιμάνατε* Non dicit, offerte pro uiuis & mortuis, & peregrina lingua centones male cõsutos canillate, deinde pingues & obesi uosipsos pascite. Instruit enim non Antichristi sed Christi presbyteros.

Qui penes uos est *τὸ ἐν ὑμῖν*. Vel, qui à uobis pender, uti apud Sophoclẽ, *ὃν σοὶ ἑσμὸν*, pro, abs te pendemus. In summa, proponit illis eius gregis curam qui illorum fidei est commissus. Vulg: ad uerbum quidem sed fideliter conuertit, qui in uobis est. Erasm. quantum in uobis est non modò nõ expressa sed etiam eneruata Apostoli sententia: quasi scriptum sit *τὸ παθ' ὑμᾶς* & *τὸ* non pertineat ad *ποιμνίου*.

3 Neque ut dominantes cleris, *μηδ' ὡς κατακυριεύοντες κλήρων* Non regnũ, sed curam presbyteris cõmissam esse docet. Clerum autem sortem & hæreditatem Domini, id est Ecclesiam, uocat: sicut apud Hebræos גורל dicitur Israeliticus populus. Sed & quia hoc corpus uarijs ijsq; dispersis membris constat, & Christus in solidum singularũ partium caput est, ideo singulis etiam partibus nihil obstat quominus idem nomen atq; toti ipsi corpori tribuatur. Veteres patres cleri nomen postea ad collegium Ecclesiasticorum ministrorum transtulerunt, parùm certè auspicatò, ut euentus ostendit. Cæterùm si Pastoribus non licet regum more gregi dominari, ubi tandem Patrimonium Petri, unde duplex ille gladius? ubi illa potestas trahendi omnes ad inferos impune?

5 Seniori

ὁμοίως νεώτεροι ὑποτάγητε πρεσβυτέροις 5
πάντες δὲ ἀλλήλοις ὑποτάσσεσθε, τὴν τα-
πεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε, ὅτι ὁ θεὸς ὑπερη-
φάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.

ταπεινώθητε οὖν ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα 6
τοῦ θεοῦ, ἵνα ὑμᾶς ὑψώσῃ ἐν καιρῷ.

πᾶσαν τὴν μέριμναν ὑμῶν ἐπιῤῥίψαντες 7
ἐπ' αὐτόν, ὅτι αὐτῷ μέλει περὶ ὑμῶν.

νήψατε, γρηγορήσατε, ὅτι ὁ ἀντίδικος ὑ- 8
μῶν διάβολος, ὡς λέων ὠρυόμενος περιπα-
τεῖ, ζητῶν τινα καταπιεῖν.

ὡ ἀντίστητε στερεοὶ τῇ πίστει, εἰδότες τὰ αὐ- 9
τὰ τῶν παθημάτων τῇ ἐν κόσμῳ ὑμῶν ἀδελ-
φότητι ἐπιτελεῖσθαι.

ὁ δὲ θεὸς πάσης χάριτος, ὁ καλέσας ὑμᾶς εἰς 10
τὸν αἰώνιον αὐτοῦ δόξαν ἐν χριστῷ ἰησοῦ, ὀλί-
γον παθόντας, αὐτὸς καταρτίσαι ὑμᾶς, στηρί-
ξαι, σθενώσαι, θεμελιώσαι.

B αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας 11
τῶν αἰώνων· ἀμήν.

διὰ σιλουανοῦ ὑμῖν τοῦ πιστοῦ ἀδελφοῦ, ὡς λο- 12
γίζομαι, δι' ὀλίγων ἔγραψα, παρακαλῶν καὶ ἐπι-
μαρτυρῶν ταύτην εἶναι ἀληθῆ χάριν τοῦ θεοῦ, εἰς
ἣν ἕστητε.

ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἐν βαβυλῶνι συνεκλε- 13
κτὴ, καὶ μάρκος ὁ υἱός μου.

ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἀγά-
πης. εἰρήνη ὑμῖν πᾶσιν τοῖς ἐν χριστῷ ἰησοῦ. ἀμήν. 14

Similiter iuniores subiecti estote ita se- Iacob. 4.b.6
nioribus ut oēs alius alij uicissim subijciami
ni. Modestia sitis intus ornati. nam Deus su-
perbis resistit, humilibus autem dat gratiā.

Submittamini igitur sub potenti manu Iacobt4.c.10
Dei, ut uos in tempore extollat:

Omni cura uestra coniecta in illum: nam Psal.55.d.23
illi cura est de uobis. sap.12.b 13
matth. 6.c. 23

Sobrij estote, uigilate: nā aduersarius ue- luc.13.c.24.
ster diabolus, tanquam leo rugiēs, obambu- Luc.21.d 11
lat, quærens quem deuoret.

Cui resistite firmi per fidem: scientes eas-
dem afflictiones, à uestra quæ in mundo est
fraternitate impleri.

Sed Deus omnis gratiæ *author*, qui uo ca-
uit nos ad æternam suam gloriam in Chri-
sto Iesu, paulisper afflictos, is *inquam* absolu-
tos uos reddat, stabiliat, roboret, fundet.

Ipsi gloria & imperium in secula seculo-
rum: Amen.

Per Syluanū uobis fidelem fratrem, ut ar-
bitror, paucis scripsi, adhortans *uos*, & te-
stificans hāc esse ueram gratiam Dei in qua
statis.

Salutat uos ea qua est Babylone uobiscū Rom.16.c.16
electa Ecclesia, & Marcus filius meus. 1.Cor.16.d.20
2.Cor.13.d.18

Salutate alij alios, charitatis osculo. Pax
uobis omnibus qui estis in Christo Iesu.
Amen.

5 Senioribus πρεσβυτέροις Hic poscit ratio antithesis ut hoc nomen de ætate accipiamus, non de dignitate quā uis hoc quoque certum sit, iuniores non temere ad functiones illas Ecclesiasticas fuisse accitos. Modestia sitis intus ornati: τὴν ταπεινὸ φροσύνην ἐγκομβώσασθε Complut. codex legit ἐγκομπώσασθαι, eadem sententia. nam & κόμβωμα inuenio dici τὸν κόσμον, ornatum, & κομβώσασθαι Hesychius interpretatur στολίσασθαι. quæ significatio pulchrè conuenit ijs quæ sequuntur. Vulg. omnes autem inuicem humilitatem insinuate. Neque enim legit ὑποτάσσεσθε. sed præterea multis modis mendosa est ista interpretatio. Eras. Humilitatem animi uobis infixam habete. Sentit enim (inquit) humilitatē in animo arctè retinendā, ueluti nodis illigatā. Nā ἐγκομβώσασθε uertit innodate: quæ significatio translatitia est. neque huic loco conuenit. In tempore ἐν καιρῷ Vetus interpres addit uisitationis, C ἐπισκοπῆς, quod & in duobus Græcis codicibus inuenimus, sed irrepsisse puto ex cap. 2. c. 12.

9 Fraternitate ἀδελφότητι Id est fratrum cœtui per orbem terrarum dispersо. Vide suprā 2. c. 17

Impleri ἐπιτελεῖσθαι Vtitur Paulus uerbo ἀνταναπληροῦν eodem sensu, Coloss. 1. c. 24.

10 Qui uocauit ὁ καλέσας Vide Gal. 1. a. 6. Paulisper ὀλίγον Vulg. suo more, modicum. Eras. parum. Ego ma lo ad tempus referre, ut idem hoc sit atque illud quod scripsit Paulus 2. Cor. 4. d. 17. Is *inquam* αὐτὸς. Eras. idē, id est. ὁ αὐτὸς. Abundat autem, ex Hebræorum consuetudine, sed ita ut sit tamen magna eius emphasis hoc in loco.

Absolutos uos reddat καταρτίσαι. Vulg. perficiet. legit enim καταρτίσαι, στηρίξαι, θεμελιώσαι. sed omnes nostri codices, tribus tantum exceptis, scriptum habebant, καταρτίσαι στηρίξαι, &c. non in modo infinito (ut mirum est Erasmum scribere potuisse) sed tertia persona optatiui modi, ut uel ipsi pueri norunt. Idem conuertit, instauret: nō satis appositè, ut mihi uidetur. Vide Matth. 21. b. 16. Roboret σθενώσαι Hoc nō legit Vetus interpres. nisi uelimus legisse στερώσει, quod interpretetur, solidabit. atque ita fiet ut sequens uerbum θεμελιώσαι non legerit.

13 Babylone ἐν βαβυλῶνι Babylona propriè accipio pro celebri illa Assyriæ urbe, in qua tum esset Petrus Circuncisionis Apostolus. Cur enim Romæ non subticeret? Et quod traditum est de X X V illis annis quibus Petrus Romæ sederit, partim ex Pauli epistolis Roma scriptis probabiliter refellitur, partim etiam necessarijs argumentis demonstratur ex temporum supputatione, sicut diximus Act. 12. c. 17.

EPISTOLA CATHOLICA Petri posterior.

Ἐπιστολὴ Πέτρου ἀποστόλου καθολικὴ δευτέρα.

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

CAPVT I.

ΚΕΦΑΛ. α.

SImeon Petrus, seruus & Apostolus Iesu Christi, ijs qui æquè pretiosam nobiscum sortiti sunt fidem per iustitiã Dei nostri & seruatoris Iesu Christi: 1

Gratia uobis & pax multiplicetur per agnitionem Dei, & Iesu Domini nostri: 2

Vtpote quum Diuina uis ipsius omnia nobis donarit quæ ad uitam & pietatẽ *pertinent* per agnitionẽ illius qui uocauit nos in gloriam ac uirtutem: 3

Ex eo quòd maxima nobis ac pretiosa promissa donata sint, ut per hæc efficeremini Diuinæ consortes naturæ elapsi ex corruptione quæ est in mundo per cupiditatem. 4

ΣΥΜΕΩΝ πέτρος δοῦλος καὶ ἀπόστολος ἰησοῦ χριστοῦ, τοῖς ἰσότιμον ἡμῖν λαχοῦσι πίστιν ἐν δικαιοσύνῃ τοῦ θεοῦ ἡμῶν καὶ σωτῆρος ἰησοῦ χριστοῦ.

χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη πληθυνθείη ἐν ἐπιγνώσει τοῦ θεοῦ, καὶ ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν,

ὡς πάντα ἡμῖν τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ τὰ πρὸς ζωὴν καὶ εὐσέβειαν δεδωρημένης, διὰ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς,

δι' ὧν τὰ μέγιστα ἡμῖν καὶ τίμια ἐπαγγέλματα δεδώρηται, ἵνα διὰ τούτων γένησθε θείας B κοινωνοὶ φύσεως, ἀποφυγόντες τῆς ἐν κόσμῳ ἐν ἐπιθυμίᾳ φθορᾶς.

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Simeon Συμεὼν Complutensis codex & tres alij legunt Σίμων. Vide Act. 15. c. 14. Per iustitiam *ἐν δικαιοσύνῃ*. Id est ex eo quod Deus, ut staret promissis, fidelem se & proinde iustum nobis exhibuit. Consideratur enim hic ea iustitia ex qua in nos promanauit fides donum. ut Rom. 3. d. 25 & 26. Dei nostri & seruatoris, &c. *τοῦ θεοῦ ἡμῶν καὶ σωτῆρος*, &c. Ista necesse est coniunctim legamus, quia unicus est articulus, ut copiosius diximus Tit. 2. d. 13. Itaq; continet etiam hic locus manifestum Diuinitatis Christi testimonium.

3 Vtpote quum, &c. *Ως*, &c. Vulg. & Eras. sicut. Itaque perinde hoc accipiunt ac si pro *δεδωρημένης* scriptum esset *δεδωρημέναι*: quanuis quod ad sensum attinet, non multum interfit, si Erasmi interpretationem sequamur, modo nouerimus particulam *ὡς* non inchoare nouam periodum, sed à superioribus pendere. Diuina uis ipsius *τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ*: De Christo loquitur, quem rursus Deum facit, & quidem seruatorem unicum. Vulg. omnia nobis Diuinæ uirtutis suæ quæ ad uitam & pietatem donata est: prorsus absurdè, quod & ipsa constructio tota declarat, quum *πάντα* id est omnia, necessario regatur à *δεδωρημένης*, secundo casu absolute posito. Itaque ut hoc uitium emendaretur, scriptum est in nonnullis codicibus, quo modo omnia nobis Diuinæ uirtutis suæ quæ ad uitam & pietatem donata sunt: ut sit hæc sententia, quicquid est in Christi Diuina uirtute pertinens ad uitam ac pietatem, nobis esse donatum. Sed neque tota distinctio huius loci ut est in Græcis, neque etiam participium *δεδωρημένης* iustam interpretationem ferre ullo modo possunt. Quæ ad uitam *τὰ πρὸς ζωήν* Id est quæ ad salutem. Ergo Christus sua ui Diuina gratuito nobis dat uitam æternam. Et pietatem *καὶ εὐσέβειαν* Hoc iter est per quod Christus ad uitam nos deducit, quia s. per Spiritum suum gratis donatum nos ad ueram religionem formar. Per agnitionem illius qui uocauit nos, *διὰ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς* Hæc est summa & uitæ & religionis quarum mentio facta est, nempe ut à Christo manu ducamur ad Patrem qui nos in filio uocat, Ioh 17. a. 3. ut neque breuius neque diuinius potuerit Christi officium, omnisque nostra salus per partes explicari. Vetus interpres pro agnitione dixit, cognitionem: non satis expresse, quanuis hoc discrimen non semper obseruetur. Nam cognoscunt etiam impij multi, atque adeo cognitum etiam Deum utcunque gustant. sed soli fideles Deum Patrem suum agnoscunt in Christo. Est enim agnitio Dei nos uocantis, nobilissimus fidei effectus. Iã uerò si hæc in nobis efficit Diuina uis Christi, & quidem ex mera liberalitate, ubi liberum arbitrium? & quo iure ab alijs hunc Spiritum flagitamus quàm ab eo in quo uno sunt omnes thesauri, & de cuius beneuolentia quisquis dubitat, indignus est qui accipiat? Iac. 1. a. 6. & c. 17. In gloriam ac uirtutem, *διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς*. Vulg. propria gloria & uirtute, *ἰδίᾳ δόξῃ καὶ ἀρετῇ*, quæ lectio in paucis admodum codicibus, ijsq; dubiæ fidei, à nobis est inuenta, neque mihi sanè probari potest. Neque enim usquam (quod sciam) dicitur Deus nos uocasse sua gloria, sed in suam gloriam, Ro. 9. e. 23. & 15. b. 7. & 1. Corinth. 2. b. 7. & 1. Thes. 2. c. 12. & alibi sæpe. nisi malimus gloriæ nomine intelligere Christum ipsum *μετωνυμικῶς*. Patris scilicet gloriam, uel Euangelium, quod & ipsum gloria Dei dicitur Rom. 1. b. 16. & 1. Tim. 1. b. 11. Sed utraque hæc interpretatio est uiolenta, quum nihil adijciatur ex quo id possit intelligi. Deinde *τῆς ἀρετῆς*, id est uirtutis nomen, nemo non uidet quanto melius conueniat hominibus quàm Deo cui potius tribuitur *δυνάμεως* id est potentia seu potestas, uel *κράτους*. robur: quanuis idem noster Petrus in superiore epistola 2. b. 9. Deo *τὰς ἀρετὰς* 1. uirtutes tribuerit. Sed nomen *ἀρετῆς* de nobis potius quàm de Deo dici, liquet etiam ex ijs quæ sequuntur uers. 5. Itaque quum tota hæc formula loquẽdi noua sit, ut dicatur Deus nos uocare gloria & uirtute, siue (ut conuertit Eras.) per gloriam & uirtutem: sitne hæc persitata qua dicitur Deus nos ad gloriam & iustitiam, seu sanctimoniam uocare: mihi quidem multo probabilius uidetur *διὰ* præpositionem pro *εἰς* usurpatã, sicut et annotauimus Rom. 6. a. 4. & *ἀρετὴν* idem atque *ἀγιασμὸν* declarare, quo potius utitur Paulus, ut Rom. 6. d. 22. & 1. Thes. 4. b. 7. & alibi sæpe. Pulchrè aũt ista cum superioribus cohærebunt: respondebit enim uitæ, gloria: pietati seu ueræ religioni, uirtus. Quorsum enim ad uitam æternã ducimur? ut illic gloria Dei in nobis eluceat. quorsum omnis pietatis cognitione imbuimur? ut in sanctitate & iustitia Deo seruiamus. Sed cur illic uitam, hic uerò gloriam priore loco commemorauit? Quæ quanuis nondum apparuerit uita nostra & gloria, tamen ex illa emanant pietas ac uirtus. Prius enim oportet nos filios Dei fieri quàm Spiritu

A ritu Dei agamur, ut ab adoptione necesse sit auspicari. Iam uerò qui adoptatus est, æternæ uitæ gloriam est nactus, quanuis nondum apparuerit quod erimus. 1. Iohan. 3.a.2. 4 Ex eo quod ἀὶ ὧν Ad uerbum, per id quod ut si uer naculo nostro sermone dicas. *Parceque* incipit enim Apostoli superiora duo, 1. quæ ad uitã & gloriam, ité quæ ad pietatem & uirtutem nostram pertinent, explicare, quo modo, per quem, & quorsum nobis sint data: estque phrasis illa apud Græcos satis usitata, sicut etiam αὐθ' ὧν, ἀφ' ὧν, ἐξ ὧν, ἐν οἷς frequenter usurpant, ut copiose docet Budæus in Commentariis. Itaque causa nulla erat cur nonnulli pro ἀὶ ὧν scriberent ἀὶ ὃν propter quem Vulg. & Eras. Per quæ prorsus absurdè, ut mihi quidem uidetur. Sed Erasmum nimirum abduxit Græcus scholiastes qui totum hunc contextum lacerat, nec tamen sese potuit expedire. Diuinæ naturæ θείας φύσεως. Naturam non uocat ipsam οὐσίαν, sed certas, ut ita loquar, qualitates quas Dei uirtus in nobis efficit, ut hactenus Dei imago simus: ueluti quum nos cælesti sapientia, boni amore, uitij odio, & ueris uirtutibus imbuit. Nam & hoc ipsum postea indicat, quum desinit naturæ Diuinæ participem fieri, idem esse atque mundi corruptionem effugisse, siue (ut loquitur Paulus) mortuum esse peccato, nec amplius esse in carne. Itaque non modo impij, sed planè etiam ridiculi sunt qui ex hoc loco Diuinæ essentiæ in nos transfusionem imaginantur: ut impius ille Seruetus præfracte ad mortem usque defendit. Et tamen sunt qui magnam bono uiro scilicet iniuriam factam putent. in mundo ἐν κόσμῳ, id est in hominibus: nam de his agitur. Per cupiditatem. ἐν ἐπιθυμίᾳ. Sedes igitur corruptionis mundi in uisceribus nostris collocata. Nisi animum purget Deus per gratiam in Christo, quocunque ueneris, mundum tecum circumfers, etiamsi in penitissimum Thebaidos desertum te contuleris. Vetus interpres legit τῆς ἐν κόσμῳ ἐπιθυμίας φθορᾶς, eius quæ in mundo est concupiscentiæ corruptionem eodem manente sensu. & sane τὸ ἀπροσφύγαν usitatius est quarto casui coniungere.

Ad hoc ipsum uerò *uos* omni præterea collato studio adijcite cum fide uestra uirtutem, cum uirtute uerò scientiam,

5 καὶ αὐτὸ τοῦτο δὲ πᾶσαν παρεισενέγκαντες, ἐπιχορηγήσατε ἐν τῇ πίστει ὑμῶν τὴν ἀρετήν, ἐν δὲ τῇ ἀρετῇ τὴν γνῶσιν,

Cum scientia uerò temperantiam, cum temperantia uerò tolerantiam, rursus cum
B tolerantia pietatem:

6 ἐν δὲ τῇ γνώσει τὴν ἐγκράτειαν, ἐν δὲ τῇ ἐγκρατείᾳ τὴν ὑπομονήν, ἐν δὲ τῇ ὑπομονῇ τὴν εὐσέβειαν,

Cum pietate uerò animum in fratres propensum, cum animo uerò in fratres propenso charitatem.

ἐν δὲ τῇ εὐσεβείᾳ τὴν φιλαδελφίαν, ἐν δὲ τῇ φιλαδελφίᾳ τὴν ἀγάπην.

Hæc enim quum uobis adsint & exuberent, haud otiosos, nec infructuosos efficiũt ad Domini nostri Iesu Christi cognitionem.

8 ταῦτα γὰρ ὑμῖν ὑπάρχοντα, καὶ πλεονάζοντα οὐκ ἀργοὺς, οὐδὲ ἀκάρπους καθίστησιν εἰς τὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπίγνωσιν.

Nam cui non adsunt hæc, is cęcus est, qui eminus nihil cernat, oblitus sese à ueteribus peccatis suis fuisse purgatum.

9 ᾧ γὰρ μὴ πάρεστι ταῦτα, τυφλός ἐστι, μυωπάζων, λήθην λαβὼν τοῦ καθαρισμοῦ τῶν πάλαι αὐτοῦ ἁμαρτιῶν.

Quapropter, fratres, potius studete uocationem & electionem uestrã firmam efficere: hæc enim si feceritis, nõ labemini unquã.

διὸ μᾶλλον, ἀδελφοί, σπουδάσατε βεβαίαν
10 ὑμῶν τὴν κλῆσιν καὶ ἐκλογὴν ποιεῖσθαι. ταῦτα γὰρ ποιοῦντες, οὐ μὴ πταίσητέ ποτε.

Siquidem ad hunc modum copiosè subministrabitur uobis introitus in æternũ regnũ Domini nostri & seruatoris Iesu Christi.

11 οὕτω γὰρ πλουσίως ἐπιχορηγηθήσεται ὑμῖν ἡ εἴσοδος εἰς τὴν αἰώνιον βασιλείαν τοῦ κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ.

5 Ad hoc ipsum nerò *nos* Καὶ αὐτὸ τοῦτο δὲ, Aut supplenda est præpositio εἰς uel κατὰ quæ tamen eclipsis planè dura est: aut potius legendum Καθ' αὐτὸ τοῦτο δὲ. Cæterum sententia ipsa plana est. monet enim Petrus ne Dei gratię desimus, neque enim trunci aut stipites sumus, sed oportet nos uicissim omnem diligentiam afferre, & nos inquam qui liberum, id est, à seruitute peccati per gratiam manumissum arbitrium habemus: Nam alioqui ad malum præcipites ferimur, ad bonum uerò non modo tardi & imbecilli, ut tradunt sophistæ Semipelagiani, sed omni etiam bonæ uoluntatis principio prorsus destituti sumus. Quid enim habes (inquit Apostolus, de gratia, non de natura loC quẽs) quod nõ acceperis? Sic ergo accipiendum est τὸ παρασφέρειν, nõ quasi de nostro aliquid afferamus, nisi prius effecerit Deus in nobis ut & uelimus & faciamus, idq; etiam ita ut semper exclamare cogamur, Nõ facio bonũ quod uolo, & facio malum quod nolo. ac proinde ne tantillum quidem nostra iustitia, sed Christo prorsus innitamur.

Adijcite ἐπιχορηγήσατε, id est præterea sufficite & suggerite. Vulg. ministrate. Erasmus subministrate: nimium obscurè, neque expressa præpositione ἐπί. Virtutem, ἀρετὴν, Id est sanctos & honestos mores, quorum fons est fides: sicut cum utrisque coheret, γνῶσις, id est uoluntatis Dei cognitio. nam ita in tota ista descriptione ἐν pro σὺν accipio: neque enim philosophicas sed Christianas uirtutes describit Apostolus. Vnde igitur fidei implicita: cõmentum nisi ex inferorum gurgitibus emersit? 6 Cum scientia uerò Ἐν δὲ τῇ γνώσει Mutuo uinculo cohærent cognitio & sanctificatio, adeo quidem ut mutuo se foueant, ac ueluti altera alteram in dies gignat. Ideo quum antea γνῶσιν subiecisset uirtuti, nunc priore loco constituit, & aliquot uirtutum species enumerat præcipuas.

7 Charitatem τὴν ἀγάπην. Latius patet Charitatis quàm τῆς φιλαδελφίας nomen. Deinde fortassis illo uocabulo significat animi affectum: isto uerò, officia quæ ex illo affectu proficiscuntur: is enim uerè diligit qui re ipsa iuuat quos diligit Luc. 1.c.15. & 16. 9 Qui eminus nihil cernat μυωπάζων Non assentior Gellio qui μύωπας luscitosum interpretatur, quum luscitosus potius νυκτάλωπ dicatur. Sic enim Varro, Vesperi non uident quos appellãt luscitosos. quomodo νυκτάλωπας definit Aristot. author maximè idoneus. Idem uerò, μυωπάζειν, φησὶ, λέγονται οἱ ἐν γρυπότητι τὰ μὲν ἐγγὺς βλέποντες, τὰ δὲ ἐξ ἀποστάσεως οὐ χορῶντες. i. Budæo interprete. Myopes dicuntur qui ab ortu primo proxima quidẽ uident, remota uerò non uidẽt. Hoc est igitur quod significat Petrus, eum in quo cognitio Dei nõ efficax est, hũc esse, quod ad regnũ Dei attinet, ut qui nõ cernat cælestia, fugias s. & extra mũdũ remota sed terrestria dũtaxat. quæ proxima sunt: ut hac in parte planè sit μύωψ. Nã si cerneret, daret sese proculdubio in uiã qua in cælũ peruenit. Alioqui nulli magis se putãt perspicaces quã qui hominũ cõsortia fugiunt, & sese contemplantes uocãt, ij scilicet quibus innumera illa somniorũ portẽta debemus. quũ uita Christiana in actione nũc quidẽ cõsistat. Vulg. & manu tentans. Eras. & manu uiam tentans: allata etiam quadam huius translationis ratione, quam ego planè absurdam iudico. Neque enim μύωπες à muribus dicti sunt: ut existimauit, sed παρὰ τὸ μύειν τὸν ὄπα, quod perpetuò nictẽt

oculis. 10. Firmam efficere βεβαίαν ποιεῖσθαι. Atqui ea nititur Dei proposito, ut nunquam possit labascere. Firma est igitur in sese electio, sed in nobis quotidie confirmanda est. Confirmatur autem ex effectis fidei, id est Spiritus fructibus in nobis. Nam iustus est qui facit iustitiam. Qui iustificatus est, idem uocatus est: quum iustificatio sit per fidem, fides ex auditu. Qui porrò uocatus est, electus est ex Dei Proposito. Vides quomodo in nobis uocatio & uocationis basis, id est electio, quotidie magis ac magis confirmetur? quanuis uno Dei proposito: certo & æterno fulciatur? Inepti sunt igitur qui hoc loco abutuntur ad euertendam consolationis nostræ basin: & manifesti sycophantæ, quos non pudet dicere electionis æternæ doctrinam iter ad Epicureissimum patefacere: quum indiuiduo nexu cohæreant, propositum, electio, uocatio, sanctificatio & iustificatio. Ideo in nonnullis codicibus additum inuenimus, διὰ τῶν καλῶν ἔργων, per bona opera. A

Quapropter haud negligam uos semper commonere de his, tametsi periti & confirmati sitis in præsenti ueritate.

12 διὸ οὐκ ἀμελήσω ὑμᾶς ἀεὶ ὑπομιμνήσκειν περὶ τούτων, καίπερ εἰδότας, καὶ ἐστηριγμένους ἐν τῇ παρούσῃ ἀληθείᾳ.

Iustum enim arbitror, quandiu sum in hoc tabernaculo, excitare uos per commonitionem:

13 δίκαιον δὲ ἡγοῦμαι, ἐφ' ὅσον εἰμὶ ἐν τούτῳ τῷ σκηνώματι, διεγείρειν ὑμᾶς ἐν ὑπομνήσει,

Quum sciam breui futurum ut deponam hoc tabernaculum meum, sicut & Dominus noster Iesus Christus declarauit mihi.

14 εἰδὼς ὅτι ταχινή ἐστιν ἡ ἀπόθεσις τοῦ σκηνώματός μου, καθὼς καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐδήλωσέ μοι.

Sed & studebo ut uos, post exitum meũ, horum mentionem facere possitis.

15 σπουδάσω δὲ καὶ ἑκάστοτε ἔχειν ὑμᾶς μετὰ τὴν ἐμὴν ἔξοδον, τὴν τούτων μνήμην ποιεῖσθαι.

Non enim arte compositas fabulas sequuti, notam uobis fecimus Domini nostri Iesu Christi uirtutem & aduentum: sed qui oculis nostris aspeximus illius maiestatem.

16 οὐ γὰρ σεσοφισμένοις μύθοις ἐξακολουθήσαντες ἐγνωρίσαμεν ὑμῖν τὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δύναμιν καὶ παρουσίαν, ἀλλ' ἐπόπται γενηθέντες τῆς ἐκείνου μεγαλειότητος. B

Acceperat enim à Deo patre honorem et gloriam, uoce ad eum delata huiusmodi à magnifica gloria, Hic est ille filius meus dilectus, in quo acquiesco.

17 λαβὼν γὰρ παρὰ θεοῦ πατρὸς τιμὴν καὶ δόξαν, φωνῆς ἐνεχθείσης αὐτῷ τοιᾶσδε ὑπὸ τῆς μεγαλοπρεποῦς δόξης· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, εἰς ὃν ἐγὼ εὐδόκησα.

Et hanc uocem nos audiuimus è cœlo delatam, quum essemus unà cum eo in monte sancto.

18 καὶ ταύτην τὴν φωνὴν ἡμεῖς ἠκούσαμεν ἐξ οὐρανοῦ ἐνεχθεῖσαν, σὺν αὐτῷ ὄντες ἐν τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ.

Et habemus firmissimum sermonem Propheticum: cui rectè facitis quòd attendatis, uelut lucernæ splendenti in obscuro loco, usq; dum dies illucescat, & luciser exoriatur in cordibus uestris.

19 καὶ ἔχομεν βεβαιότερον τὸν προφητικὸν λόγον, ᾧ καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες, ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ, ἕως οὗ ἡμέρα διαυγάσῃ, καὶ φωσφόρος ἀνατείλῃ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν.

Si illud primum noueritis, quod nulla prophetia Scripturæ, sit proprij impulsus.

20 τοῦτο πρῶτον γινώσκοντες, ὅτι πᾶσα προφητεία γραφῆς, ἰδίας ἐπιλύσεως οὐ γίνεται.

Non enim libidine hominis allata est olim Prophetia, sed acti à Spiritu sancto locuti sunt sancti Dei homines.

21 οὐ γὰρ θελήματι ἀνθρώπου ἠνέχθη ποτὲ προφητεία, ἀλλ' ὑπὸ πνεύματος ἁγίου φερόμενοι ἐλάλησαν οἱ ἅγιοι θεοῦ ἄνθρωποι.

12 Haud negligam οὐκ ἀμελήσω. Vulg. incipiam: prorsus absurdè. 13. Tabernaculo τῷ σκηνώματι. Id est corpore, ut 2. Cor. 5 a. 1. 18 Quum essemus in monte ὄντες σὺν τῷ ὄρει. Quum tres duntaxat in monte fuerint transformationis Domini testes, Iohannes, Iacobus Ioannis frater, & Petrus: Iacobus autem pridem esset interfectus ab Herode antequam hæc scriberentur Act. 11. a. 2. superest ut uel Iohanni uel Petro tribuatur hæc epistola: in qua certè nihil est quod Petri Apostolicam maiestatem non recipiat.

19 Firmissimũ βεβαιότερον. Cõparatiuus pro superlatiuo, ut diximus Act. 25, c. 10. Vulgata & Eras. firmiorẽ: quam esset in reprehensionẽ minimè repudio. Sic enim accipi potest, ut dicatur Petrus habuisse eorũ rationẽ ad quos scribebat, apud quos s. doctrina Prophetarum maior erat omni exceptione. Erasmo magis placet uocem ipsam Patris uocari Propheticum sermonem: quam explicationem ut coactam repudio, quum præsertim ex ijs quæ sequuntur apertè refellatur. Dies ἡμέρα. id est, plenior & apertior cognitio, quam sub Legis umbris fuerit. Luciser φωσφόρος. id est clarior illa Euãgelij doctrina, ipso uidelicet lucifero iam exorto, quum antea ueluti in nocte delitescerẽt homines. C

20 Nulla Prophetia Scrip. πᾶσα προφητεία γραφῆς. Prophetiam in scriptura, i. Sacris libris, comprehensam, ab alijs pseudoprophetarum & profanorum uatum scriptis distinguit: de quibus proximo capite differet. Ideo malui Prophetiam Scripturæ interpretari ad uerbum, quàm cum Erasmo, Propheticam Scripturã. Deinde πᾶσα ὁ, omnis non, conuertere placuit per negantem nniuersalem particulam, nulla. qua de re diximus Matth. 24. b. 22. & Luc. 2. d. 37. Proprij imp. &c. ἰδίας ἐπ. &c. Id est, motus humani, qui fuerit αὐτόματος, ut ipse statim explicat. Significat enim, Prophetas non ex sese, sed Spiritu Domini animos ipsorum afflante & linguam ac calamum moderante, Prophetias suas edidisse. γίνεσθαι uerò idem declarat atq; ἐστὶ est, ut alibi annotauimus, uel ponitur pro ἐγένετο facta est Vulgata, propria interpretatione non sit. Eras. non sit priuatæ interpretationis, ut sit ἐπιλύσεως quod ab ἐπιλύω deriuetur, quod significat nodos soluere & explicare. Ac uerum quidem est, eius demum Spiritus esse interpretari Scripturam a quo sit profecta, sed nimiũ sunt insulsi qui Spiritum sanctum successioni, mitris, pulpitis, cathedris, bullis, apertæ denique nundinationi suggerunt: ij inquam quos constat omnium hominum esse impurissimos, & ab eo

Spiritu

Spiritu alienissimos: & ita quidem ut isti nihil nisi ex Spiritu loqui possint. quod quàm falsum sit, & cælum & terra testantur. Deinde non in eo uersatur Petrus ut doceat quomodo instructos esse oporteat qui Scripturas uolunt interpretari, sed totam Ecclesiam ipsos q; adeo infimos discipulos alloquitur, docetq; quanta cum reuerentia debeant Prophetarum libros audire ac legere: nempe ne ut iudices accedant, sed ut Dei discipulos par est: quum non ipsi Prophetæ sed Deus per os Prophetarum loquatur. 21 Acti φερόμενοι. Dextrè hoc intelligendum est nequis Diuini Spiritus compositos & uere Diuinos afflatus comparet cum profanorum uatum furoribus, quales describuntur in ipsis etiam Syllabarum libris, quos nonnulli libenter Prophetarum libris æquarent. Dei homines θεῖ ἄνθρωποι Id est, diuini interpretes ac nuncij, ex Hebræorum more. Vide 1. Tim. 6. c. 11.

ΚΕΦΑΛ ϛ

Ἐγένοντο δὲ καὶ ψευδοπροφῆται ἐν τῷ λαῷ, ὡς καὶ ἐν ὑμῖν ἔσονται ψευδοδιδάσκαλοι, οἵτινες παρεισάξουσιν αἱρέσεις ἀπωλείας, καὶ τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς δεσπότην ἀρνούμενοι, ἐπάγοντες ἑαυτοῖς ταχινὴν ἀπώλειαν,

καὶ πολλοὶ ἐξακολουθήσουσιν αὐτῶν ταῖς ἀπωλείαις, δι' οὓς ἡ ὁδὸς τῆς ἀληθείας βλασφημηθήσεται

καὶ ἐν πλεονεξίᾳ πλαστοῖς λόγοις ὑμᾶς ἐμ(τ)πορεύσονται. οἷς τὸ κρῖμα ἔκπαλαι οὐκ ἀργεῖ, καὶ ἡ ἀπώλεια αὐτῶν οὐνυστάζει.

εἰ γὰρ ὁ θεὸς ἀγγέλων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ σειραῖς ζόφου ταρταρώσας παρέδωκεν εἰς κρῖσιν τετηρημένους.

καὶ ἀρχαίου κόσμου οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὄγδοον Νῶε δικαιοσύνης κήρυκα ἐφύλαξε, κατακλυσμὸν κόσμῳ ἀσεβῶν ἐπάξας.

καὶ πόλεις Σοδόμων καὶ Γομόρρας τεφρώσας κατεστροφῇ κατέκρινεν, ὑπόδειγμα μελλόντων ἀσεβεῖν τεθεικώς.

καὶ δίκαιον Λὼτ καταπονούμενον ὑπὸ τὴν τῶν ἀθέσμων ἐν ἀσελγείᾳ ἀναστροφὴν ἐῤῥύσατο.

βλέμματι γὰρ καὶ ἀκοῇ ὁ δίκαιος ἐγκατοικῶν ἐν αὐτοῖς, ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ψυχὴν δικαίαν ἀνόμοις ἔργοις ἐβασάνιζεν.

CAP. II.

FVerunt autē & pseudoprophetæ in populo: ut etiam inter uos erunt falsi doctores, qui subintroducēt hæreses exitiales, etiā Dominum qui illos mercatus est, abnegantes: accersentes sibijpsis celerem interitum.

Et multi sequentur eorū exitia: per quos uia ueritatis blasphemabitur.

Et per auaritiam fictis sermonibus uos nē gotiabuntur. quibus damnatio iam olim nō tardat, & quorum exitium non dormitat.

Nam si Deus Angelis qui peccauerāt non pepercit: sed catenis caliginis in tartarū detrusos, tradidit ad damnationem seruatos:

Et prisco mundo non pepercit, sed octauum Noe, iustitiæ præconem seruauit. diluuio in mundum impiorum inducto.

Et ciuitates Sodomorum ac Gomorrhæ in cinerem redactas, subuersione damnauit, fecitq; ut essent exemplar eorum qui impiè sunt uicturi:

Et iustum Lot libidinosa nefariorum conuersatione fatigatum eripuit.

(Iustus enim ille, quū habitaret inter eos, quotidi i animam iustam iniquis *illorum* factis & u dendo & audiendo excruciabat.)

IN CAPVT II:

1 In populo ἐν τῷ λαῷ. Populum intelligit stante Israelis rep. & postea regno florentem, sub Lege.

2 Exitia ταῖς ἀπωλείαις. Vulgata, lasciuias, ἀσελγείαις. quæ lectio confirmatur Complutensis editionis & sex præterea codicum authoritate ac mihi quidem magis uidetur conuenire sequenti descriptioni.

3 Vos negotiabuntur ὑμᾶς ἐμπορεύσονται id est, uobis tanquam pecoribus ad nundinationem aburentur. quo modo dixit imperitos medicos Plinius animas negotiari. Quæso uerò an Simonis Petri successor est qui hac fraude non contentus regna in nassata suam illexisse, non aliunde etiamnum hodie quàm ex hac nundinatione uiuit? Et tamen hoc est patrimonium Petri, hæc Ecclesia quæ nunquā errauit; hic Spiritus sanctus longa temporis præscriptione cathedræ Petri fictitiæ deuinctus. 4 Angelis ἀγγέλων. Hic mirum quanto ludibrio Satan ipse homines habuerit, dum illos à negotio salutis auocatos in hac speculatione reinuit. At nos sobriè philosophari discamus, & hoc uno contenti simus quod nobis aperuit Spiritus sanctus. Reperio autem tribus omnino locis factam Angelorum lapsus mentionem. Ioh. 8. f. 44. Iud. a. 0. & hoc loco. Sed generalis hæc ratio quibusuis non profanis ingenijs abunde sufficit, oportere necessario ut quicquid malum est, ab origine sua defecerit, quum à Deo nihil nisi bonum condi potuerit. Catenis caliginis σειραῖς ζόφου. id est, caligine quasi catenis constrinxit. Caliginem autem uocat miserrimam & terribilis horroris plenam uitæ conditionem & translationem sumit à damnatis facinorosis, qui in carceris pedore retinentur constricti, dum ad ultimum supplicium perrahantur. In tartarum detrusos ταρταρώσας. Sic uocarunt Græci infima terræ loca, quæ puniendis nocentium animis essent destinata. Itaque quod ad uocabulum ipsum attiner, non dubitauit Petrus illud tanquam uulgo tritū usurpare. quo modo etiam Matthæus & Lucas ᾅδλιν uocarunt. Sed non est tamen quod aliquis idcirco putet poetarum deliria, nel quæ postea Theologi cōtemplantes quos uocāt de inferis disserutūt, à Petro comprobari. E cælo in infimas istas regiones detrusos esse diabolos res ipsa ostendit, quum nimium multi inter nos uersentur. Princeps aeris dicit Diabolus Ephes. 2. a. 2. Spiritualium malitiarum quæ sunt in sublimi, nostri scilicet respectu, mentio fit Ephes. 6. b. 12. Sed abyssum illis aliquam esse constitutam quam reformident, liquet ex Luc. 8. e. 31. Amplius de istis inquirere non expedit. Quæramus potius quomodo illius leonis rugientis ungues uitare & in cælum peruenire possumus.

5 Et prisco mundo καὶ ἀρχαίῳ κόσμῳ. Vulgata. Et originali mundo. Ergo mundus ille diluuium præcedens cōparatur cum eo in quo nunc sumus: non quasi nouam rerum uniuersitatem condiderit Dominus, sed quia suo diluuio tanta fuit rerum omnium euersio, ut sequens mundi instauratio ueluti pro noua quadam creatione habeatur. Sed quid si priscum mundum pro pristis illis primæ ætatis hominibus, cæterisq; animantibus subuersis accipias?

Octauum Noe, ὄγδοον Νῶε. Eras. octauum iustitiæ præconem Noe: ambigue posset enim uideri Noe dici octauus præco iustitiæ, quod inter Adami posteros octauus numeretur: quum longe aliud dicatur, nempe quod Noe octauus. i. cum alijs septē, sit seruatus. Dicitur autem præco iustitiæ, propterea quòd totos illos annos 120 non desierit impios illos & dictis & factis commonefacere quanta illis ira Dei immineret. 8. Et uidendo & audiendo βλέμματι καὶ ἀκοῇ. Id est, quocunque uel oculos uel aures applicuisset, quicquid cerneret, uel audiret, hoc illum miserrimē

torquebat. Vulgata, Aspectu enim & auditu iustus erat. quasi post δίκαιος subaudiatur ἦν. Fras. Is enim oculis & auribus iustus, &c. Hæc enim coniunxerunt cū ὁ δίκαιος, quasi si dicatur Lot iustus fuisse & oculis & auribus, i. (ut Eras. in annotationibus explicat) oculos & aures habuisse ab omni turpitudine abhorrentes. Sed ut taceam quod Vetus interpres constructionem neglexit, nec potuit subaudire ἦν propter articulum adiectū, qui indicat δίκαιος rationē habere non prædicati, sed subiecti, quos errores Erasmus emendauit: ut inquam hæc omittam: primùm quæri posset cur non manuum quoque mentionem fecisset deinde ipsa constructio hanc interpretationem aperte refellit, ostenditque βλέμματι καὶ ἀκοῇ cum uerbo ἐβασάνιζεν ita construi oportere ut nos fecimus, à doctissimo interprete admoniti. Omnino enim scribendum fuisset, ὁ γὰρ βλέμματι καὶ ἀκοῇ δίκαιος, ut spero mihi concessuros quicunque uel mediocriter in Græcis literis sunt uersati. Excruciabat, ἐβασάνιζεν. Id est, anxiam ac doloribus confectam trahebat, non minus laborans quam si equleo fuisset impositus. quomodo in uernaculo sermone, si uelim extremum tæ diuum significare, dicam *te. fuis en une gehenne*. Vetus interpres mendose legit ἐβασάνιζον excruciabant. A

Nouit Dominus pios è tentatione eripere: iniustos autem in diem iudicij puniendos seruare.

9 οἶδε κύριος εὐσεβεῖς ἐκ πειρασμοῦ ῥύεσθαι, ἀδίκους δὲ εἰς ἡμέραν κρίσεως κολαζομένους τηρεῖν.

Maximè uerò illos qui carnem sequentes, in impura cupiditate incedunt, & dominatum despiciunt, *qui, inquam, ut sunt* audaces & sibi placentes, non horrent dignitates conuitijs incessere:

10 μάλιστα δὲ τοὺς ὀπίσω σαρκὸς ἐν ἐπιθυμίᾳ μιασμοῦ πορευομένους, καὶ κυριότητος κατα φρονοῦντας. τολμηταὶ, αὐθάδεις, δόξας οὐ τρέμουσι βλασφημοῦντες.

Quum ipsi Angeli qui sunt robore ac potestate maiores, non ferant aduersus eas apud Dominum maledicum iudicium.

11 ὅπου ἄγγελοι ἰσχύϊ καὶ δυνάμει μείζονες ὄντες οὐ φέρουσι κατ' αὐτῶν παρὰ κυρίῳ βλάσφημον κρίσιν.

At isti, ueluti bruta animantia, quæ naturali impetu feruntur, facta ad eum finem ut capta intereant, ea uituperantes, quæ ignorant, sua ipsorum corruptela interibunt:

12 οὗτοι δὲ, ὡς ἄλογα ζῶα φυσικὰ γεγενημένα εἰς ἅλωσιν καὶ φθοράν, ἐν οἷς ἀγνοοῦσι βλασφημοῦντες ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν καὶ φθαρήσονται, B

9 Nouit οἶδε Heb. ידע, id est, longo usu exercitatus in liberandis & eripiendis iustis. Est autem hæc conclusio inductionis. 10 Qui carnem sequentes, τοὺς ὀπίσω σαρκὸς Vulgata ad uerbum, qui post carnem, id est, præeunte carne: quem Hebraismū alibi exposuimus. Et dominatum despiciunt, καὶ κυριότητος κατα φρονοῦντας. Id est, eos quorum potestati subiecti sunt, aspernantur. Nam κυριότητας uocat Senatorum aut aliorum Magistratuum collegium, ut paulò antè ἀδελφότητα, id est, fraternitatem dixit, pro fratrum cœtu, eadem prorsus ratione qua dicimus in uernaculo nostro sermone, *la seigneurie*. Quàm autem hoc conueniat clericis, quos nunc uocant, uel illud testatur quòd sceleratissimus quisque palàm hodie non erubescit clericalis, quam uocant, tonsuræ priuilegio, quorumuis magistratuum imperium aspernari. Quod si quis reclamet, actum est de Ecclesia s. Et tamen hi omnes à Petri successore pendent. *Qui inquam ut sunt* audaces τολμηταί. Necessario supplendum fuit aliquid propter mutatam constructionem. Et sibi placentes αὐθάδεις. Erasmus, præfracti. Vide Tit. 1. b. 7. Dignitates δόξας. Id est principes, & quantumuis augusta magistratum prædirus. Exemplo sit Iulius quartus, Romanus quum hæc scriberem Pontifex. non modo cōuitijs, sed etiam atrocissimo bello uicinum Regem petens, & funestissimis cladibus orbem terrarum paululum iam respirantem, contuibans. Quidni enim id faciat Hildebrandi successor, qui Cæsaris Henrici collum pede conculcans, hunc etiam uerbum Domini detorquere palàm est ausus, ut hoc pacto sese germanam Satanæ progeniem esse comprobaret? Super aspidem, inquit, & basiliscum ambulabis. Et adhuc ambigunt homines an iste sit Petri successor?

11 Aduersus eas κατ' αὐτῶν. Aduersus eas scilicet dignitates. Reuerenter enim Angeli ipsi σύστημα à Domino constituram, & regnis etiam impiorum custodiendis tanquam ministri Dei præsunt, ut liquet ex Daniel. 10 & 11. neque in conspectu Domini aduersus Achab quantumuis impium Regem, conuitium ullum ab ipsis profertur, 1. Reg. 22. c. 20. sed solus ille spiritus mendax reperitur qui sese sponte ad malas artes offerat, 1. Reg. 22. c. 21. quique ipsos etiam seruos Dei calumnietur, Iob. 1. c. 9 & 10. Similis est Prophetarum ratio qui quum Spiritu Dei regerentur, fortiter quidem & constanter munus reprehensionis sibi à Deo impositum obierunt, sed Reges tamen ac principes quos arguebant, sicuti par erat, in honore habuerunt. Cæterum Vetus interpres aliter prorsus hunc locum interpretatus est, perinde nimirum ac si diceretur Angelos suos Dominus nunquam execrari. sic enim conuertit, non portant aduersum se à Domino execrabile iudicium. Atqui ut nihil aliud obijciam, Græcis non respondet ista interpretatio. Neque enim scriptum est παρ' αὐτῶν sed παρ' ἀυτῶν, neque παρὰ Κυρίῳ sed παρὰ Κυρίου. Eras. uerò sic conuertit, non ferant aduersus sese apud Dominum maledicum conuitium, id est, mutuò sibi non conuitientur apud Dominum, nec alij de alijs detrahant, sed stationem suam quisque conseruet: quum alij alijs subsint, ut apparet ex Dan. 10. c. 13 & 12. a. 1, & Apoc. 12. b. 7. Hanc nerò interpretationem si amplectamur, uidebitur Petrus alluisse ad Psal. 103. d 20. Nam etiam in uno exemplari scriptum erat παρ' ἑαυτῶν. 12. Bruta animantia, quæ naturali, &c. ἄλογα ζῶα φυσικά, &c. Vulgata, irrationabilia pecora, naturaliter in captionem, &c. in qua interpretatione nihil est quod probes. primùm enim irrationabilia, barbarum est: ζῶα uerò non uocant Græci pecora sed animantia. Sed tertius error fœdior est, nempe quòd φυσικὰ coniunxit cum sequentibus: ideoque γεγενημένα quasi redundans expunxit. In eodem hoc errore uersatus est etiam Erasmus, adeo ut putarit participium γεγενημένα in margine irrepsisse in contextum. Nam, inquit, naturalia ad captionem dixit quemadmodum dicimus natus ad discendum, pro eo quod est natura compositus. At qui præterquam quod Græci codices summo consensu addunt γεγενημένα, unde tandem esset petitū tam obscurū ramō; inusitatū dicendi genus? Quid igitur? nempe epitheto uoluit Petrus explicare qua in re isti brutis animātibus sint similes, in eo uidelicet quod nec cōsilio, nec ratione, nedū Spiritu Dei, sed cæco naturæ rationis expertis impetu ad beluinas cupiditates ferantur. Naturę enim nomine de brutis loquens, sensualitatē (quā uocāt) intelligit. Germanā autem esse hanc expositionē liquet etiam ex epistolæ Indæ uers. 10. ex quo loco φυσικὰ positis optimè interpretari τὰ φθαρέμενα ἐν τοῖς φυσικῶς ὡς τὰ ἄλογα ζῶα ἐπίστανται, i. eos qui in ijs sese corrumpunt quæ brutorum instar naturaliter norunt. Facta ad eum finē ut capta intereant, γεγενημένα εἰς ἅλωσιν καὶ φθοράν. Id est, idcirco condita ut alijs cedāt in prædā, à quibus consumpta pereant. Ita enim isti spōte sese in Diaboli ac mortis laqueos induunt, uasa nimirū ad interitū coagmētata, ut dicit Paulus Rom. 9. d. 22. & pridē ad hoc iudicium descripta. Iudæ 4. Vulg. in captionē & in pernicię. quod nemo intelligat. Eras. genita in capturam & pernicię: nihilo melius. Ea uituperantes quæ ignorant, ἐν οἷς ἀγνοοῦσι βλασφημοῦντες. Heb. חגך בזרים באשר לא ידעינו. Nam uerbum דבר cum ב construstum, in malam partem accipitur. Vulg. in ijs quæ ignorant blasphemantes. Eras. in ijs quæ non intelligunt maledicentes.

Sunt

A κομιούμενοι μισθὸν ἀδικίας, ἡδονὴν ἡγούμενοι τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφὴν, σπίλοι καὶ μῶμοι, ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς ἀπάταις αὐτῶν, συνευωχούμενοι ὑμῖν,

13 Reportaturi mercedem iniustitiæ, ut qui pro uoluptate ducãt quotidianas delicias labes ac maculæ, qui fraudibus suis se oblectant dum uobiscum epulantur.

ὀφθαλμοὺς ἔχοντες μεστοὺς μοιχαλίδος, καὶ ἀκατάπαυστους ἁμαρτίας, δελεάζοντες ψυχὰς ἀστηρίκτους, καρδίαν γεγυμνασμένην πλεονεξίας ἔχοντες, κατάρας τέκνα.

14 Oculos habentes plenos adulterij, & qui à peccando cessare nesciant, inescantes animas instabiles, cor habentes ad extorquendum exercitatũ, execrandi homines.

καταλιπόντες τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν, ἐπλανήθησαν, ἐξακολουθήσαντες τῇ ὁδῷ τοῦ Βαλαὰμ τοῦ Βοσὸρ, μισθὸν ἀδικίας ἠγάπησεν,

15 Qui relicta recta uia, aberrarunt, sequuti uiam Bałaam, filij Bosor, qui mercedem iniquitatis amauit:

ἔλεγξιν δὲ ἔσχεν ἰδίας παρανομίας· ὑποζύγιον ἄφωνον, φωνῇ ἀνθρώπου φθεγξάμενον, ἐκώλυσε τὴν τοῦ προφήτου παραφρονίαν.

16 Sed redargutionem suæ transgressionis sustinuit: nam subiugis asina muta, humana uoce loquens, prohibuit Prophetæ dementiam.

οὗτοί εἰσι πηγαὶ ἄνυδροι, νεφέλαι ὑπὸ λαίλαπος ἐλαυνόμενοι, οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς

B αἰῶνα τετήρηται.

17 Isti sunt fontes aqua carentes, nebulæ à turbine agitatæ: quibus caligo tenebrarum in æternum seruata est.

Sua ipsorum corruptela interib. ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν καταφθαρήσονται. Id est eo exitio peribunt quod ipsi sibi suis illis perditis & corruptis moribus accersunt. Vulg. in corruptione sua peribunt. Eras. in perditione sua peribunt. quas interpretationes miror à quoquam intelligi potuisse. non enim animaduerterunt φθορὰν paulò ante accipi pro interitu, ita ut respondeat uerbo καταφθαρήσονται, in accommodatione similitudinis: posteriore autem hoc loco poni pro morum corruptela, in qua quisquis sibi placet, planè omnem usum rationis ac iudicij amisit: ut qui sponte sua in mortem æternam præcipitet.

13 Reportaturi κομιούμενοι. Vulg. & Eras. reportantes, κομιζόμενοι. Quotidianas delicias. τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφὴν. Vulg. dici delicias. Eras. si in diem delicijs fruantur. Atqui ἐν ἡμέρᾳ non aliud declarat quàm Exo. 29. f. 36, pro κατ' ἡμέραν. Qui fraudibus suis, &c. ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς ἀπάταις αὐτῶν συνευωχούμενοι ὑμῖν. Fœdè profectò corruptus fuit hic locus tum à Vetere interprete, tum etiam ab Erasmo, ut facilè cuius potent liquere. Sic enim ille, Delicijs affluentes, in conuiuijs suis luxuriantes uobiscum: acsi scribendum sit, ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς ἀγάπαις αὐτῶν, &c. Atqui falsa est ista distinctio, neq; ἀγάπαις legi potest sequente reciproco, quin istis impijs uendicetur quod erat totius Ecclesiæ. Neq: enim agapæ certorum hominum erant, sed Ecclesiæ totius. quod si considerasset Erasmus, non putasset hunc locum fuisse corruptum ab ijs qui ἀπάταις scripserunt, quum contrà sit ab ijs deprauatus qui pro ἀπάταις substituerunt ἀγάπαις. Præterea quid illud est, luxuriãtes uobiscum? ita enim reprehendrentur omnes tanquã eiusdem luxus socij: quod minimè existimandũ est, Erasmus uerò sic maluit hunc locum interpretari, qui conuiuantes in erroribus suis insultant uobis. in qua interpretatione multa cogor desiderare. Nam ἀπάταις pro erroribus nunquã certè memini legere, & ut ita accipi possit, detrahetur sanè multum de sentẽtiæ pondere, si ita interpreteris: quũ de ijs potius agatur qui per summam improbitatem alios illiciant, quàm de ijs qui aliorũ fraude decepti, in aliquo errore uersentur. Deinde nemo non uidet quàm dura sit traiectio si ὑμῖν connectas cum ἐντρυφῶντες. quum præsertim tam propinqua sit præpositio συν. Itaq; hanc etiam interpretationem ut manifestè detortam repudio. Quomodo uerò sit explicandus hic locus, aperte liquet ex epistolæ Iudæ uers. 12. ubi ita scribit, οὗτοί εἰσιν ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν, σπιλάδες, συνευωχούμενοι. Hi sunt in uestris agapis quasi maculæ, dum uobiscum epulantur. Est ergo hæc sententia, istos in sacris Ecclesiæ conuiuijs uersantes, quum hoc pacto uideri uellent uera esse Ecclesiæ membra, nihil aliud esse quàm labes ac maculas Ecclesiæ, utpote quos etiam, inquit, non pudeat illic uobiscum epulantes & sacro conuiuio adhibitos, sese uobis fallendis uel fraudum suarum commemoratione suauiter oblectare, deniq; to-

C tam Ecclesiam ludibrio habere. Itaq; συνευωχούμενοι ὑπὲρ hoc in loco, idem declarat atq; συνευωχούμενοι ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν apud Iudam. Quòd autem ἀγάπαις nonnulli accipiunt non pro conuiuijs, sed pro collatis in pauperũ subsidium donis, ita ut συνευωχούμενοι ὑμῖν idem declaret atque uestris sumptibus eleemosynis sua conuiuia agitantes: mihi quoque non probatur. Nam uerum quidem est illa conuiuia sic uocata quòd ex collatis donis instruerentur: sed conuiuia fuisse Ecclesiastico cœtui communia, ex Actis Apostolorum, & 1 Cor. 11. Iustino, Tertulliano, & alijs ueteribus apparet. Itaque de conuiuijs ipsis præstat accipere, quàm de conuiuiorum dapibus.

14 Oculos ὀφθαλμοὺς. Rectè. Hic enim apparet potissimum libido. Oculi (inquit obscænus ille) sunt in amore duces. Adulterij μοιχαλίδος. Eras. ad uerbum, adulteræ: quod est admodum obscurum. Sciendum est igitur ex Hebræorum idiotismo poni epitheton pro substantiuo quod uocant cuius enallages manifestum mihi exemplum utidetur extare Dan. 9. f. 24, ubi ponitur בריאה pro בריאת quo etiam fortasis pertinet illud Deut. 29. c. decimo nono: לטרעון ספות חרוח את הצמאה. i. ut addat ebriam sitienti: pro eo quod est, ut addat ebrietatem siti. Quidã hoc connectunt cum ἁμαρτίας, & pro ἀκαταπαύστους legunt ἀκαταπαύστου quod Græcis nonnullis placuisse apparet ex Scholiaste: ut & ille qui hunc locum conuertit his uerbis, Oculos habentes degeneris perpetuiq; peccati plenos. Sed præterquam quòd Græca exemplaria summo consensu legunt ἀκαταπαύστους, nusquam inuenio illud epitheton peccato attributum. Apparet igitur ita conaros fuisse hunc locum expedire nonnullos ex Græcis Hebraicæ linguæ imperitos. Execrandi hom. κατάρας τέκνα. Vulg. ad uerbum maledictionis filij. Eras. execrabiles filij. Vide Ephes. 2. a. 2.

15 Mercedem iniquitatis μισθὸν ἀδικίας. Id est, lucrum ex scelere quæsitum. Retinui autem Hebraismum, quia si uel mercedem iniquam, uel lucrum iniquum dixeris, quippiam multò minus significaris.

16 Subiugis asina ὑποζύγιον. Vulg. & Eras. subiugale, de quo diximus Matth. 21. a. 5. Est autem hoc exemplum ualde appositum ad id quod ante dixit, quum istiusmodi homines cum bestijs compararet.

17 Fontes aqua caren. πηγαὶ ἄνυδροι. Id est, qui scientiam quidem iactant, sed intus nihil minus habent. Eosdem comparat nubibus à turbine agitatis: quòd nimirum spem aliquam faciant cælestis alicuius pluuiæ, sed solo uento turgeant: Caligo tenebrarum ὁ ζόφος τοῦ σκότους. Id est, densissimæ tenebræ. Ex Hebræorum idiotismo: ut quum terram pulueris, cœnum luti dicunt.

Nam prætumidam uanitatem loquẽdo, per carnis cupiditates & lasciuias, eos qui uerè aufugerant ab ijs qui in errore conuersantur, inescant:

Libertas. Iohan.8.d.34 rom.2.d.20. Libertatem illis pollicendo, quum ipsi serui sint corruptionis, siquidé à quo quis superatus est, huic etiam in seruitutem est abdictus.

Enimuero si elapsi ab inquinamentis mũdi, per agnitionem Domini & seruatoris Iesu Christi, his rursum implicati superentur, facta est ultima eorum conditio deterior priore.

Satius enim fuisset illis, non cognouisse uiã iustitię, quàm cognita *illa*, regredi à sancta doctrina ipsis tradita.

Sed accidit eis quod uero prouerbio dici solet, Canis reuersus est ad suum ipsius uomitum: &, Sus lota, ad uolutabrum cœni.

ὑπέρογκα γὰρ ματαιότητος φθεγγόμενοι δελεάζουσιν ἐν ἐπιθυμίαις σαρκὸς, ἀσελγείαις τοὺς ὀλίγως ἀναστρεφομένους,

ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἐπαγγελλόμενοι, αὐτοὶ δοῦλοι ὑπάρχοντες τῆς φθορᾶς· ᾧ γάρ τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται.

εἰ γὰρ ἀποφυγόντες τὰ μιάσματα τοῦ κόσμου ἐν ἐπιγνώσει τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τούτοις δὲ πάλιν ἐμπλακέντες ἡττῶνται, γέγονεν αὐτοῖς τὰ ἔσχατα χείρονα τῶν πρώτων.

κρεῖττον γὰρ ἦν αὐτοῖς μὴ ἐπεγνωκέναι τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσύνης, ἢ ἐπιγνοῦσιν ὑπιρρέψαι ἐκ τῆς παραδοθείσης αὐτοῖς ἁγίας ἐντολῆς.

συμβέβηκε δὲ αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας, κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα. καὶ, ὗς λουσαμένη εἰς κυλισμὸν βορβόρου.

CAP. III.

HAsce iã alteras uobis literas scribo, dilecti, in quibus syncera mentẽ uestrã per commonefactionem excito.

Vt memores sitis uerborum quę prędicta sunt à sanctis Prophetis, & doctrinæ nostrę qui sumus Apostoli Domini & Seruatoris.

Illud primùm scientes, uẽturos extremis diebus irrisores, qui in suis ipsorum cupiditatibus incedant.

ΚΕΦΑΛ. γ.

Ταύτην ἤδη, ἀγαπητοί, δευτέραν ὑμῖν γράφω ἐπιστολήν, ἐν αἷς διεγείρω ὑμῶν ἐν ὑπομνήσει τὴν εἰλικρινῆ διάνοιαν,

μνησθῆναι τῶν προειρημένων ῥημάτων ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν, καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ὑμῶν ἐντολῆς, τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος·

τοῦτο πρῶτον γινώσκοντες, ὅτι ἐλεύσονται ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν ἐμπαῖκται ἐν ἐμπαιγμονῇ κατὰ τὰς ἰδίας αὐτῶν ἐπιθυμίας πορευόμενοι,

18 Prætumidã uanit. ὑπέρογκα ματαιότητος. Sic infrà 3,2.3. ἔσχατον τῶν ἡμερῶν, pro ἔσχατοι ἡμέραι. Vulg. superba uanitatis. Erasmus uehementer fastuosa uanitatis uerba. Sententia ipsa plana est, istos uimirum uanis qui busdam & inanibus uerborum ampullis incautos decipere. Et lasciuias, ἀσελγείαις. Deest copula, ex Hebræorum idiotismo, ut suprà uers.10. πολεμηταὶ αὐθάδεις pro καὶ αὐθάδεις. quam eclipsin apud Paulum etiam sæpe annotauimus. Vere ὀλίγως. Id est re ipsa, non autem simulatè, ut illi. Complutensis editio legit ὀλίγον, & in duobus alijs codicibus scriptum legimus ὀλίγως, id est penè uel propemodum. Vetus quoque interpres legit ὀλίγον paululum. Fuit autem hoc in loco nonnihil immutanda uerborum collocatio, ut uitaretur amphibolia, quæ nusquam est in Græco sermone.

Inescant δελεάζουσιν. Id est, quasi pisces hamo captant. Sed aliud est captare, aliud capere. Nam qui uerè credũt, illos certum est uel nunquam uel ad tempus tantùm capi. Deinde certi sunt uerè id est non simulatæ cognitionis gradus. Vide Heb.6.1.5.

20 Vltima conditio τὰ ἔσχατα. Vide Matth.12.d.45.

21 Regredi ἐπιστρέψαι. Id est εἰς τὸ ὀπίσω ἀναχωρῆσαι. ut in uno uetusto codice scriptum inuenimus. Vulg. retrorsum conuerti, ἀναστρέψαι εἰς τὸ ὀπίσω. cõsentiente uno ex uetustis nostris codicib. Eras. conuerti ab eo præcepto &c. gambitue, & nimium obscure. Doctrina ἐντολῆς. Heb. מצוה Eras. præcepto. Vulgata, mandato. quo modo & nos ubique fere sumus interpretati. Sed spectandum quid cui loco conueniat.

IN CAPVT III.

1 Hasce iam alteras Ταύτην ἤδη δευτέραν, Hic etiam locus, & quod statim subijcitur de Apostolica functione, si coniungantur cum eo quod scriptum est suprà 1.d.18, manifestè ostendunt hanc epistolam nulli alij quàm Petro esse tribuendam. Alioquin obsecro cuius esset spiritus ita impudenter mentiri? Certè impium esse uidetur tale quicquam de eo suspicari cuius tam pura tamque sancta sit doctrina: & qnòd allatum à Hieronymo confirmat Eras. de styli dissimilitudine, ego nondum potui perspicere. In quibus ἐν αἷς. Hoc pertinet ad utranque epistolam: alioqui dicendum fuisset ἐν ᾗ.

2 Quæ prædicta sunt à sanctis Proph. τῶν προειρημένων ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν. Vulg. quæ prædixit à sanctis Prophetis. quam interpretationem nemo nõ uidet meritò esse ab Erasmo reprehensam.

Et doctrinæ nostræ qui sumus Apost. καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ὑμῶν ἐντολῆς. Ἐντολὴν rursus interpretor doctrinam, ut suprà 2.d.22. Rectè uerò Prophetis adiungit Apostolos, ut Paulus Ephes.2.d.20. & utrisque demũ angularem illum lapidem substernit. Quamobrem ualde etiam insignis est locus, & artificiosè illi breuitati Petri cum summa quadam maiestate coniunctæ mirè cõueniens. Vulg. & Apostolorum uestrorum præceptorum. Legit enim ὑμῶν quod non uidetur cum ijs quæ sequuntur posse cohærere. Nam quod affert Græcus scholiastes de præpositione ὑπὸ repetenda ἀπὸ τοῦ κυρίου. quasi scriptum sit καὶ ὑπὸ τοῦ Κυρίου, & à Domino, planè est absurdum.

3 Irrisores, ἐμπαῖκται. Hos uocant Hebræi לצים de quibus Dauid Psalmo 1, monstra hominum scilicet qui Dei contẽptu, & sacrilega audacia uolunt ingenioso apparere. Cætetum in Vulg. editione legitur, in deceptione illusores.

cuius

A tuius rationem nullam inuenio. Nam quòd in quibusdam uetustis Græcis codicibus legitur ἐμπαιγμονῇ pro ἐμπαικτῇ, mendosè scriptum esse apparet. Qui in suis ipsi πατρὰς τὰς ἰδίας αὐτῶν. Hoc uerò est iconice istos Epicureos depingeret quibus si Moses, si Prophetas, si APostolos, si denique Filium ipsum Dei obijcias, solent cum Sardonio nescio quo risu quærere quinam illi fuerit. interim uerò ut germanam se prolem Epicuri esse ostendant, quicquid illis insana sua libido suggesserit, firmum, certum, constans esse uolunt. & quum omnes à se doceri posse putent, nihil magis reformidant, quam ne quicquam à quoquam didicisse uideantur. At tu Domine cæli & terræ, ueni, ueni tandem ut hæc monstra potenti illa tua uirtute confecta, & ubi & tuis iucundum iustitiæ tuæ spectaculum præbeant.

ἐν λέγοντες· ποῦ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία τῆς παρουσίας αὐτοῦ; ἀφ' οὗ γὰρ οἱ πατέρες ἐκοιμήθησαν, πάντα οὕτω διαμένει ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως.

4 Et dicant, ubi est pollicitatio aduentus eius? Nam ex quo *die* Patres obdormierunt, omnia ita permanent ab initio creationis.

λανθάνει γὰρ αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας, ὅτι οὐρανοὶ ἦσαν ἔκπαλαι, καὶ γῆ ἐξ ὕδατος συνεστῶσα, τῷ τοῦ θεοῦ λόγῳ·

5 Illud enim sponte ipsos latet, quòd cæli iam olim extiterint per Dei sermonem, & terra ex aqua & in aqua consistens,

δι' ὧν ὁ τότε κόσμος ὕδατι κατακλυσθεὶς ἀπώλετο·

6 Quamobrem is qui tum erat mundus, aqua inundatus periit.

οἱ δὲ νῦν οὐρανοὶ καὶ ἡ γῆ αὐτῷ λόγῳ τεθησαυρισμένοι εἰσὶ, πυρὶ τηρούμενοι εἰς ἡμέραν κρίσεως καὶ ἀπωλείας τῶν ἀσεβῶν ἀνθρώπων.

7 Qui uerò nunc sunt cœli ac terra, eodem sermone repositi seruantur igni in diem damnationis & exitij impiorum hominum.

B ἓν δὲ τοῦτο μὴ λανθανέτω ὑμᾶς, ἀγαπητοί. ὅτι μία ἡμέρα παρὰ κυρίῳ ὡς χίλια ἔτη, καὶ χίλια ἔτη ὡς ἡμέρα μία.

8 Vnum autem hoc ne uos lateat, dilecti, quòd unus dies apud Dominum *perinde est* ut mille anni & mille anni ut dies unus.

4 Obdormierunt, ἐκοιμήθησαν. Iterum exprimitur hoc uerbo blasphema illorum derisio, acsi dicerent, iam pridem oportuisse illos excitatos, quos non tam mortuos quàm in sepulchro quiescere uere dicimus.

5 Sponte θέλοντας. Id est, qui à nescire uolunt. Quis enim est ita amens & insanus qui non fateri cogatur, si conscientiæ suæ iudicium sequi uelit, Deum omnia hæc condidisse? Sed alloquitur Apostolus homines religionem Christianam aliquando professos, qui à sana doctrina deficiunt. quorum utinam non esset hodie tanta, præsertim in aulis principum, multitudo. Et terra ex aqua, &c. καὶ γῆ ἐξ ὕδατος συνεστῶσα. Participiũ συνεστῶσα. consistens. quod ad solam terram refertur, duo manifestè ostendit quæ plerosque interpretes fefellerunt. nempe quod de aqua commemoratur, nihil ad cælos pertinere: & hæc uerba, per Dei sermonem, coniungenda esse cum uerbo ἦσαν extiterint ita scilicet in cælum & terra dicantur per Dei sermonem tampridem extitisse, nempe ex quo esse cœperunt: terræ uerò addatur aliqua descriptio, propter iniectam diluuij mentionem. quod & ipsum diluuium cælos non attingit. Hinc uerò etiam liquet quid appellatione aquæ intelligatur: nempe non illud chaos, initio condirum, sed aquæ elementare, & suo quodam ultu exornari, quum antea quodammodo nusquam esset. Deinde quod δι' ὕδατος dicitur consistere, ad id refero quod scriptum est. Psal. 24. a. 2, Super maria fundauit eam, & super flumina firmauit eam: minimè id quidem quasi, ut nonnulli uidentur existimare, subterraneis quibusdam aquis terra suleiatur: (certum enim est Dauidem de mari & fluminibus illis quæ oculis cernimus, illic agere: & certis demonstrationibus constat aquarum molem supra terram omnium elementorum grauissimam & infimam eminere) sed partim quia Dominus ita digessit aquas, ut tamen, si littora duntaxat consideres, editior tellus & quodammodo aquis imposita uideatur, partim quòd Oceano circumsepta, & tot fluminibus passim scaturientibus irrigua, uere in ipsis aquis fundata ac stabilita dicatur. Itaque δι' ὕδατος, impropriè conuerterunt per aquam, quum potius illud sit quod in uernaculo sermone dicimus, *en l'eau ou parmi l'eau*. sicut etiam Noe dicitur seruatus δι' ὕδατος. i in aqua, siue per medias aquas, ut exponendum esse diximus prioris epistolæ 3. d. 20. Ita planus est hic locus, qui non laris à quibusdam expensus, fecit ut nonnullis huius epistolæ fides esset immeritò suspecta. Vulg. quòd cæli erant prius & terra, de aqua & per aquam cõsistens Dei uerbo. Ita enim solet mendosè distingui: quum ita oportuerit interpungere, quòd cæli erant prius, & terra, de aqua & per aquam consistens Dei uerbo. Erasmus uerò & ipse perperam hunc locum in Græco etiam Frobenij exemplari distinxit, nempe hoc modo. ὅτι συνεφανοὶ ἦσαν ἔκπαλαι καὶ γῆ, ἐξ ὕδατος καὶ δι' ὕδατος συνεστῶσα τῷ τοῦ θεοῦ λόγῳ. i. ut ipse quoque suam interpretationem distinxit, quòd cæli iam olim fuerint ac terra, ex aqua & per aquã consistens Dei sermone. Mendosam autem esse illam interpunctionem, quæ tam multos fefellit, partim res ipsa clamat (ut pluribus exposuimus) partim ex uetustis libris deprehendimus, in quibus summo consensu ita distinguitur hic locus ὅτι οὐρανοὶ ἦσαν ἔκπαλαι, καὶ γῆ ἐξ ὕδατος καὶ δι' ὕδατος συνεστῶσα, τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ. i. quòd cæli extiterint iam pridem, & terra ex aqua, & in aqua consistens, per Dei sermonem. Itaque, ut nemo deinceps falli posset, τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ, quòd ad utrunque membrum pertinet, medio loco constitui. Affert Eras. aliam ex Beda lectionem, cæli erant olim de aqua & per aquam constituti. quæ sanè lectio, inquit ille in annotationibus, congruit cum Græcis exemplaribus. Iudicet nunc lector an temere maiorem in Erasmo attentionem sæpe requisierim, curius reprehensionem libenter sanè defugerim. 6 Quamobrem δι' ὧν. Id est διὰ, ut sensus ipse ostendit, & διὰ pro propter cum quarto ἕνεκα τοῦ ὑπάρξαι, pro δι' ὑμᾶς, ut contra accus. pro genit. Hes. Οὔτε διὰ θρέξοι αὔησεν ὀμῶς οὔτε φράξοιτε φλοῖτε. Sic apud Demost. διὰ τοὺς πολλούς, διὰ τῶν πολλῶν, ut Budæus annotauit. Itaque hæc particula multos interpretes frustrà hic torsit, neque à Vetere interprete & Erasmo rectè est expressa, ut qui couerterint, per quæ: manifesto cerrè errore, quũ mox sequatur ὕδατι. Cohærent igitur ista cum eo quod dixerat de terra, illam scilicet ex aqua & in aqua consistere: unde etiam factum, inquit, ut aquis obruta fuerit in Diluuio, antiquas nimirum sedes repetentibus, eo ipso mandante cuius imperio recesserantur.

Mundus ὁ κόσμος. Id est aspectabilis istæ terræ decor, & quæcunque animantia in terra degebant, ijs duntaxat exceptis quæ in arca erant inclusa. Neque enim aquæ in cælos redundarunt, imo ne ipsa quidem terræ substantia perijt. Sed futuræ conflagrationis longè alia erit ratio. ideò cælum & terram, id est rerum uniuersitatem, distincte nominauit in proximo uersiculo.

7 Eodem sermone τῷ αὐτῷ λόγῳ. Ita lego partim ex ueteris interpretis, partim ex duorum uetustorum codicum authoritate, Multò enim uberior est lectio, quàm si legas αὐτῷ λόγῳ eius sermone. Erasmus.

eiusdem

Non tardat Dominus qui promisit (ut 9
nonnulli tarditatem *hanc esse* ducunt) sed patiens est erga nos, nolens ullos perire, sed omnes ad resipiscentiam tendere,

Veniet autem uoctu, sicut fur, dies ille 10
Domini: quo cęli cum stridore pręteribunt, elementa uerò æstuantia soluentur, terraq; & quæ in ea sunt opera exurentur.

Quum igitur hæc omnia soluantur, qua- 11
les oportet esse uos in sanctis conuersationibus & pietatis officijs,

Expectantes & properantes ad aduen- 12
tum diei Dei, in quo cæli conflagrantes soluentur, & elementa æstuantia liquescent?

Sed cælos nouos ac terram nouam secun- 13
dum promissum expectamus, in quibus iustitia inhabitat.

Quapropter, dilecti, hæc expectantes, stu- 14
dete ut immaculati & incontaminati ab eo reperiamini cum pace:

Dominiq; nostri patientiam, salutem ar- 15
bitremini: sicut & charus frater noster Paulus pro sibi data sapientia scripsit uobis:

Vt qui in omnib. fere epistolis loquatur de 16

A ὃ βραδύνει ὁ κύριος τῆς ἐπαγγελίας, ὡς τινὲς βραδύτητα ἡγοῦνται. ἀλλὰ μακροθυμεῖ εἰς ἡμᾶς, μὴ βουλόμενός τινας ἀπολέσθαι, ἀλλὰ πάντας εἰς μετάνοιαν χωρῆσαι.

ἥξει δὲ ἡμέρα κυρίου ὡς κλέπτης ἐν νυκτί, ἐν ᾗ οἱ οὐρανοὶ ῥοιζηδὸν παρελεύσονται, στοιχεῖα δὲ καυσούμενα λυθήσονται, καὶ γῆ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα κατακαήσεται.

Τούτων οὖν πάντων λυομένων, ποταπὸς δεῖ ὑπάρχειν ὑμᾶς ἐν ἁγίαις ἀναστροφαῖς καὶ εὐσεβείαις,

προσδοκῶντας καὶ σπεύδοντας τὴν παρουσίαν τῆς τοῦ θεοῦ ἡμέρας, δι' ἣν οὐρανοὶ πυρούμενοι λυθήσονται, καὶ στοιχεῖα καυσούμενα τήκεται;

καινοὺς δὲ οὐρανοὺς καὶ γῆν καινὴν κατὰ τὸ B
ἐπάγγελμα αὐτοῦ προσδοκῶμεν, ἐν οἷς δικαιοσύνη κατοικεῖ.

διὸ ἀγαπητοί, ταῦτα προσδοκῶντες, σπουδάσατε ἄσπιλοι καὶ ἀμώμητοι αὐτῷ εὑρεθῆναι ἐν εἰρήνῃ,

καὶ τὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν μακροθυμίαν, σωτηρίαν ἡγεῖσθε, καθὼς καὶ ὁ ἀγαπητὸς ἡμῶν ἀδελφὸς παῦλος κατὰ τὴν αὐτῷ δοθεῖσαν σοφίαν ἔγραψεν ὑμῖν·

ὡς καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἐπιστολαῖς, λαλῶν ἐν

eiusdem sermone, ἐν πάσῃ λόγῳ.

9 Nolens ullos perire, &c. μὴ βουλόμενός τινας ἀπολέσθαι, &c. Hunc etiam locum nonnulli deprauant, ut æternæ electionis & reprobationis discrimen tollant: nec interim considerant seſe in Charybdin incidere, dum Syllam uolunt effugere. Nam si ita res est, ut ipsi uolunt, certè inuito Deo perimus. adeo ut eum omnipotentem esse negent. Nam permissio otiosa & separata à decreto, Epicureorum est potius quam Christianorum. Mutari autem reuera Dei uoluntatem qui dixerit, magis etiam impie de Deo loquatur quàm Epicurus. Quid igitur? nempe spectandum est quos alloquatur Apostolus. Dilecti, inquit (uel, ut in duobus ueteribus libris legimus, ἀδελφοὶ, fratres) hoc non lateat uos. Et paulo pôst. Non tardat, inquit, Dominus qui promisit, ut nõ nulli existimant: sed patiens est erga nos. Quis uerò uon uideat Apostolum diserte his uerbis secernere electos ab istis irrisoribus quorum antè facta est mentio? neque impios dignatur responso, sed electos cõfirmat: quibus & ipse seſe adiungit, quum inquit μακροθυμεῖ εἰς ἡμᾶς Patiens est erga nos. Perinde est igitur acsi diceret, Nonulli misere falluntur, quibus cessare uidetur Dominus, & quasi redemptionem suorum negligere. Nam contrà idcirco aduentum suum differt, ut nullus ex suis electis pereat, sed omnes illos ad salutem aggreget. Tantisper igitur cunctatur dum qui uocati sunt electi, uocanti respondeant: & qui uocandi supersunt, uocentur, id est, tantisper dũ electorũ numerus expleatur: tantũ abest ut Ecclesiã suam despiciat. Hæc est, opinor, simplex & cum superioribus cõsentiens huius loci explicatio, ut differtè etiam liquet ex Matth. 24. c. 31, Mar. 13. d. 27, etiam apertius ex Apoc. 6. c. 11.

10 Cum stridore, ῥοιζηδὸν, Ῥοῖζος impetum ueluti sibilantis procellæ declarat: ideo Eras. conuertit in morent procellę. 11 Et pietatis officijs, καὶ εὐσεβείαις. Vsurpauit numerum multitudinis ex Hæbræorum more. ut pietas significetur omnibus suis numeris ac partibus constans, quam pro uiribus sectari nos oporteat. Vulgata, & Erasmus ad uerbum, & pietatibus.

12 Et properantes ad aduentum, καὶ σπεύδοντας τὴν παρουσίαν. Sic malo interpretari cum uetere interprete quàm cum Erasmo, accelerantes aduentum. Vsitatum enim est Græcis in hoc dicendi genere supplere præpositionem πρὸς uel εἰς, ut apud Thucydidem aliquoties inuenitur. In summa, postulat à nobis Apostolus patientiam, in qua minimè torpeamus, sed excubemus potius, diem illum nostræ redemptionis felicem ac beatum auidè expectantes.

13 In quibus, ἐν οἷς In quibus, scilicet cælis nouis & terra noua, habitat iustitia, quum hic mundus instaurationem expectans, omni scelerum specie sit inquinatus. uel, in quibus habitat iustitia. id est, qui iustorum domicilium existunt: ut explicat Dauid Psalmo decimoquinto. uel denique supplendum est ἡμεῖς, ut ita conuertas, Sed cælos nouos & terram nouam expectamus nos in quibus habitet iustitia, nimirum Christi, ut explicat Paulus Philipp. tertio b. nono.

14 Cum pace ἐν εἰρήνῃ, Id est uestro bono, clementem illum scilicet ac pacificum experturi. Nisi malimus coniungere cum participio σπουδάσατε, ut iubeat Apostolus à nobis iustificatis & sanctificatis placida ac tranquilla conscientia diem Domini expectari.

15 Vobis ὑμῶν. Rectè. Quamuis enim certis Ecclesijs inscriptæ sint Pauli epistolæ, uniuersalem tamen doctrinam complectuntur. Fit autem istorum mentio præcipuè, Rom. 8. d. 19, & deinceps, 1. Cor. 15. capite integro, 1. Thes. 4. c. 13. & deinceps ad finem usque capitis. Item 2. Thess. 2. capite penè integro. Pseudoprophetas uerò passim depingit non aliter quam Petrus hoc in loco.

15 Inter quæ ἐν οἷς. Relatiuum οἷς, ut rectè obseruat doctissimus interpres, non cohæret cum ἐπιστολαῖς, sed cum πάσῃ. Itaque non satis appositè citatus est hic locus, perinde acsi Pauli epistolas difficiles & obscuras esse significaret Petrus. Neque enim de Pauli epistolarum obscuritate mentionem ullam facit: non inquam, disputat, perspicuè an obscurè, scripserit Paulus: sed in ijs de quibus tum Paulus, tum ipse in utraque epistola disseruit, quædam esse dicit quæ non ita facilè possint à quibusuis comprehendi, ac proinde à quibusdam torqueantur ad suum ipsorum exitium: sicut etiam inquit, cæteras scripturas ad suum ipsorum exitium detorquent.

A οὐ ταῖς πρὸ τούτων, ἐν οἷς ἐστι δυσνόητά τινα, ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλοῦσιν, ὡς καὶ τὰς λοιπὰς γραφάς, πρὸς ἰδίαν αὐτῶν ἀπώλειαν.

ὑμεῖς οὖν, ἀγαπητοί, προγινώσκοντες φυ- 17
λάσσεσθε, ἵνα μὴ τῇ τῶν ἀθέσμων πλάνῃ συναπαχθέντες ἐκπέσητε τοῦ ἰδίου στηριγμοῦ·

αὐξάνετε δὲ ἐν χάριτι καὶ γνώσει τοῦ κυ- 18
ρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ. αὐτῷ ἡ δόξα καὶ νῦν καὶ εἰς ἡμέραν αἰῶνος, ἀμήν.

istis, inter quæ sunt nonnulla difficilia intellectu, quæ indocti parumq; stabiles detorquent, ut reliquas Scripturas ad suum ipsorum exitium.

Vos igitur dilecti qui *hæc* præscitis, cauete ne illorum nefariorum errore abducti, excidatis à propria stabilitate.

Sed crescite in gratia & agnitione Domini nostri & seruatoris Iesu Christi. cui gloria & nunc & ad tempus sempiternum. Amen.

Ex his uerò ista consequuntur: Primùm de ipso Pauli charactere, imò ne de epistolis quidem proprie, sed de rebus ipsis hæc dici, quæ tum à Paulo tum ab alijs Sacris scriptoribus explicantur. Deinde ista rerum obscuritatem minime proponi ut ab illarum cognitione absterreamur: quas necesse est ut ad salutem requiri fateamur, nisi Apostolos malimus (quod absit) existimare in curiosis quibusdam speculationibus explicandis operam posuisse: sed idcirco potius ut ista quę non in rebus ipsis, sed in nostris ingenijs difficultas inest, nostram diligentiam exacuat, quo possimus à pseudoprophetarum impostoris cauere. Id aũt ita esse accipiendum, liquet ex ipsis Petri uerbis. Primùm enim, non dicit ulla esse eiusmodi ut cognosci uel non possint uel non debeant, sed quædam inquit esse *δυσνόητα*, id est quæ non quibuluis pateant. Quamobrem id uerò? Quia scilicet caro & sanguis ista non reuelat: nostrumque adeò ingenium non modo obtusum est & hebes, sed etiã ab istis abhorret quæ maxime nos consectari oportuerat. Sed quæ 10 an ideo solis claritatem reprehendemus, uel occludẽdos omnium oculos putabimus, quòd illius fulgorem non possimus sustinere? Sed nihil tamen hic dici potest eiusmodi. nam quæcunque precipua sunt, & sine quibus nullum nobis iter ad cætera patebat, illa ita plane ac perspicue tradita sunt, ut ijs unis sint obscura qui quod norunt, uolunt tamen ignorare, ut paulo ante dixit Petrus, & apertè testatur Paulus, 1. Cor. 4. a. 3. Ad cætera uero quod attinet, sunt
B quidem *δυσνόητα*, sed modò lux illa cælestis nobis præeat (præit autem omnibus qui Spiritu Dei aguntur) quid tandem erit in istis tam obscurum ut nobis non sit perspicuum? Accepistis enim (inquit Paulus 1. Cor. 2. c. 10) Spiritum qui omnia scrutatur, etiam profunditates Dei. Sed has profunditates primùm meminerimus non nostro, quicunque tandem simus, sed Dei Spiritu præeunte concipi: quo fit ut illa piscator Petrus, & humilis Paulus, non autem uel Plato ille, quem diuinum profani homines appellant, uel acutus Aristoteles cognouerint. Deinde non segnes, non pigros, non præsidentes nos à Dei Spiritu, sed ad inuocãdum solicitos, ad arripiendam oblatam gratiam promptos, ad retinendam fortes ac constantes effici: eiusmodi denique qui Spiritum sanctum in nobis habitantem noua & assidua alacritate quodammodo recreemus. Denique meminerimus istarum profunditatum limites uerbo Dei circunscribi, ut quicunque hos fines fuerit transgressus, illum nouerimus, quo longius progreditur, eo magis à scopo aberrare. Impius ergo & apertè blasphemus est optimus ille uir scilicet, quem haud ita pridem scribere nõ puduit. Verbũ Dei ita esse obscurum ut, quocunque modo illud accipias, controuersijs religionis decidendis non sufficiat. impius est inquam & blasphemus qui Paulum aperte scripsit, sola religionis Christianæ rudimenta in epistolis suis tradidisse ac multo perfectiora quædam suos quosdam perfectos auditores docuisse. Neque uerò quisquam me calumniari putet: Item meam non ago, quæ mihi cum quoquam nulla est: extant scripta quæ utinam scripta nunquam essent. Det illi Dominus ut resipiscat, & nostri in dies magis ac magis misereatur.

Vt & reliquas, &c. *ὡς καὶ τὰς λοιπάς*, &c. Vides hominum esse, non Scripturarum uitium?

17 Cauete *φυλάσσεσθε* Non dicit, ab istis obscuris scriptis abstinete, quædam tantùm capita seligite, reliqua doctioribus uel magis curiosis relinquite, nouas reuelationes expectate, & sinite interim crescere zizania: quis enim es qui iudicas? non denique dicit, fide implicita matris nostræ Ecclesiæ contenti estote, hæc inquam non dicit, sed Quum ista nunc præsciatis, cauete inquit, ne uos illi secum abripiant. Illæ igitur sunt Antichristianorum uoces. Nos Apostoli Christi uocem audiamus, & à fide primùm omnium inchoemus, id est à ueræ doctrinæ firma, solida, integra, quoad eius fieri potest, cognitione inchoemus. Qui fidem se habere dicit, neque charitatem habet, illum ut mendacem execremur: sed uicissim quicunque falsam doctrinam edit, etiamsi, Eliæ instar, cælum claudat & aperiat, pro falso & impio pseudopropheta habeamus. Cedò prius arborem, deinde fructus.

C 18 In gratia & agnitione *οὐ χάριτι καὶ γνώσει*. Vides iterum ista coniungi? Anathema sit igitur qui separat quæ Deus uere indiuiduo uinculo coniunxit. Neque enim nos sensibus, sed malitia pueros esse oportet.

Ad tempus sempiternum *εἰς ἡμέραν αἰῶνος* Diem pro tempore, & appelletiua quæ uocant, pro adiectiuis Hebræorum more usurpari, sæpissime est à nobis annotatum.

EPISTOLA CATHOLICA Iohannis prima.

Επιστολὴ Ιωάνου ἀποστόλου καθολικὴ πρώτη:

Prima πρώτη. Ita quidem legimus in omnibus uetustis codicibus, sed perinde hoc accipiendum est, acsi scriptum esset, Iohannis epistola prima, quæ quidem catholica est. Vel mēdosa est inscriptio, quum reliquæ duæ, etiamsi Iohannis esse concesserimus, tamen Catholicę non sunt, sed una quidem Gaio, altera Electæ cuidam sit inscripta. Potest tamen ita etiam ratione utcunque excusari inscriptio, quòd reliquæ duæ sint in unum ueluti corpus cum Catholicis epistolis coniunctæ nempe quia breuiores erant, quàmut seorsim peculiarem haberent inscriptionem.

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

CAPVT I.

ΚΕΦΑΛ. α.

QVOD Erat à principio, quod audiuimus, quod uidimus oculis nostris, quod spectauimus, & manus nostræ contrectarunt, de Sermone uitæ.

Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ὃ ἐθεασάμεθα, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς. 1 B

(Nam uita patefacta est, & uidimus, & testamur, & annuntiamus uobis uitam illam æternam quæ erat apud patrem, & patefacta est nobis.)

(Καὶ ἡ ζωὴ ἐφανερώθη, καὶ ἑωράκαμεν, καὶ μαρτυροῦμεν, καὶ ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, ἥτις ἦν πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἐφανερώθη ἡμῖν·) 2

Quod *inquam* uidimus, & audiuim⁹ id annuntiamus uobis: ut & uos communionem habeatis nobiscum: & communio nostra sit cum Patre & cum Filio eius Iesu Christo.

ὃ ἑωράκαμεν καὶ ἀκηκόαμεν, ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν, ἵνα καὶ ὑμεῖς κοινωνίαν ἔχητε μεθ' ἡμῶν, καὶ ἡ κοινωνία δὲ ἡ ἡμετέρα μετὰ τοῦ πατρὸς καὶ μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ. 3

Et hæc scribimus uobis, ut gaudium uestrum sit plenum.

καὶ ταῦτα γράφομεν ὑμῖν, ἵνα ἡ χαρὰ ἡμῶν ᾖ πεπληρωμένη. 4

Hoc est igitur nuntium quod audiuimus ex ipso, & renuntiamus uobis, Deum lucem esse, nec tenebras in eo esse ullas.

Lux Deus. Ibhan. 8. b. 12.

καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἀπαγγελία, ἣν ἀκηκόαμεν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἀναγγέλλομεν ὑμῖν, ὅτι ὁ θεὸς φῶς ἐστι, καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν οὐδεμία. 5

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

IN CAPVT I.

1 Quod erat à principio, Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς. Incipit primum omniū à Christi personæ descriptione, id est à Christianæ doctrinæ basi, ut etiam in Euangelio fecit, & Paulus initio epistolæ ad Romanos. Hunc igitur primùm omniū proponit ut Deum, ut qui sit æternus. Nam quum dicit, Erat à principio, significat iamextitisse ante quàm rerum creatarum ullum esset initium, ut exposuimus Ioh. 1. a. 1. Non rectè igitur conuertit Vetus interpres. Quod fuit ab initio Quod audiuimus ὃ ἀκηκόαμεν. Iam ut hominem proponit eum ipsum de quo dixit quòd ab initio erat. ita ex duabus non confusis sed coniunctis naturis una Christi persona statuitur. Verbum autem ἀκήκοεν nō significat hoc in loco ex aliorum narratione aliquid accipere, sed suis auribus aliquid audire. Audiui, inquit, loquentem, uidi ipse meis oculis, contrectaui meis manibus, uerum Deum uerum hominem factum: nec ego solus, sed alij prętereaqui mecum fuerunt. Quorsum hæc autem Iohannes? nempe iam insurrexerant tum qui naturam Diuinam, tum qui naturam humanam Christi negarent. Non est igitur quod miremur hodie existere qui uel hæc ipsa, uel alia eiusmodi errorū portenta audeant reuehere, quum adhuc superstite eo ipso qui præsens omnia spectarat, ea fuerit quorundam impudentia, ut quod superstitibus oculatis restibus probari poterat, auderent tamen inficiari. Quod spectauimus ὃ ἐθεασάμεθα. Nō est ταυτολογία, sed amplius aliquid significat τὸ θεᾶσθαι, id est spectare, quàm uidere: acsi diceret: Quod ego his oculis uidi, idque non semel neque obiter, sed quod ego uerè & penitus sum contemplatus: ne præstigias aliquas fuisse existimetis. De Sermone uitæ, περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς. Id est, ipsum illum Sermonem æternum per quem omnia facta sunt, & in quouno est uita, ut Ioh. 1. a. 2.

2 Nam uita Καὶ ἡ ζωὴ. Καὶ pro γὰρ accipio, sicut apud Hebræos ו pro כי sæpe usurpatur. Fuit enim explicandum uitæ nomen, & Christi officium, quod facit quasi ad tacitam obiectionem respondens, quo modo scilicet uideri æterna illa & inuisibilis uita potuerit, Itaque hunc uersiculum includo parentheſi, ut magis perspicua sit oratio.

3 Quod *inquam* uidimus Ὃ ἑωράκαμεν. Propter interiectum secundum uersiculum, quū adhuc sententia penderet, aliquot uerba ex initio periodi repetit per epanalepsin: quam qui non considerant, multum & quidem frustrà in istis connectendis laborant, ut ex Erasmi annotationibus facilè perspici potest.

Annuntiamus ἀπαγγέλλομεν. Nempe ut ab eo missi. rectè autem dixit annuntiamus: nam fides est ex auditu. Itaque Euangelium dicitur hæc doctrina, quòd nullus ne suspicari quidem de ea posit, nisi cui fuerit prædicata.

Vt &

A ἐὰν εἴπωμεν ὅτι κοινωνίαν ἔχομεν μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ σκότει περιπατῶμεν, ψευδόμεθα, καὶ οὐ ποιοῦμεν τὴν ἀλήθειαν· 6

Si dixerimus nos societatem habere cum eo, & in tenebris incedimus, mentimur, nec syncerè agimus.

ἐὰν δὲ ἐν τῷ φωτὶ περιπατῶμεν, ὡς αὐτός ἐστιν ἐν τῷ φωτί, κοινωνίαν ἔχομεν μετ' ἀλλήλων, καὶ τὸ αἷμα Ἰησοῦ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ καθαρίζει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας. 7

Quòd si in luce incedimus, sicut ipse est in luce, communionem habemus cum illo mutuã, & sanguis Iesu Christi filij eius purgat nos ab omni peccato.

ἐὰν εἴπωμεν ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς πλανῶμεν, καὶ ἡ ἀλήθεια οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν· 8

Si dixerimus nos peccatum non habere: nosipsos fallimus, & ueritas in nobis non est.

ἐὰν ὁμολογῶμεν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, πιστός ἐστι καὶ δίκαιος, ἵνα ἀφῇ ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας, καὶ καθαρίσῃ ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀδικίας· 9

Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, ut remittat nobis peccata nostra, & purget nos ab omni iniquitate.

ἐὰν εἴπωμεν ὅτι οὐχ ἡμαρτήκαμεν, ψεύστην ποιοῦμεν αὐτόν, καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν. 01

Si dixerimus nos non peccasse: mendacem facimus eum, & sermo eius non est in nobis.

ΚΕΦΑΛ. β'. CAP. II.

B Τεκνία μου, ταῦτα γράφω ὑμῖν, ἵνα μὴ ἁμάρτητε· καὶ ἐάν τις ἁμάρτῃ, παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν πατέρα, Ἰησοῦν Χριστὸν δίκαιον· 1

Filioli mei, hæc scribo uobis, ut ne peccetis. Quòd si quis peccarit, aduocatum apud Patrem habemus, Iesum Christũ iustum.

Vt & uos ἵνα καὶ ὑμεῖς. Scopus Euangelij, ut omnes unà coniuncti in Christo per fidem, filij Dei simus, Ioh. 1. b. 12. 4 Et hæc Καὶ ταῦτα Conclusio procemij. 5 Hoc est igitur Καὶ αὐτοῦ ἐστιν. Καὶ pro ὅτι, ut alibi sæpe ex Hebræorũ idiotismo. Hinc enim inchoat argumenti tractationem, cuius hæc summa est, Quum Deus sit ipsa puritas, mendaces ac blasphemos esse qui se dicunt cum Deo cõmune aliquid habere: quum interim in densissimis peccatorum tenebris uersentur. Auspicatur ergo à fidei fructibus, ut ab effectis ad causam ascendat. Nuntium ἡ ἐπαγγελία. Vel, ut Vulg. annuntiatio. Eras. promissio: quæ declaratio non conuenit huic loco. Lucem φῶς. Hoc est ἐμφανὲς καὶ τηλαυγέστερον quam ti lucidum, purum, syncerum dixisset. Nec tenebras καὶ σκοτία. Repetitio Hebraica, de qua diximus Ioh. 1. c. 20. Est autem Iohanni ualde familiare hoc dicendi genus, ut, quod affirmauit, contraria negatione illustret.

6 Nec syncerè agimus. καὶ οὐ ποιοῦμεν τὴν ἀλήθειαν. Vulg. & Eras. & ueritatem non facimus: seruato Hebraismo. Vide Iohan. 3. c. 21.

7 Communionem hab. &c. κοινωνίαν ἔχομεν μετ' ἀλλήλων. Vulg. societatem habemus ad inuicem. Eras. societatem habemus inter nos mutuam. Ego primùm omnium malui κοινωνίαν communionem dicere quàm societatem, quòd κοινωνία uideatur pleniorem & arctiorem quandam coniunctionem declarare, qualis nimirum est Patris & filiorum. Deinde μετ' ἀλλήλων interpretor cum illo mutuam. Agitur enim nunc de communione non sanctorum inter se, sed Dei & sanctorum. Recte autem omnino colligit Apostolus. nam sicut nulla est luci cum tenebris coniunctio, ita luci cum luce optime conuenit. Sed meminerimus oportere prius nostras pelli tenebras, neque causam nostræ cum Deo comunionis, sed consequens ita explicari. Deinde de nobis non dici quòd lux simus, uel in luce simus, sed nos in luce incedere. quanuis interdum etiam lucis nomen sanctis tribuatur, sed ex participatione. hic C autem dicitur Deus lux esse ex sua natura, atque in luce esse. i. in æterna illa & infinita beatitate: nos uerò in luce incedere, quatenus scilicet nobis ipsius radii præluceant in uerbo, ad illam ipsius lucem ac beatitatem contendentibus.

Et sanguis καὶ τὸ αἷμα. Viden' quo uinculo coaluerit nostra illa communio? nempe quòd in Christo simus qui nos suo sanguine gratis purgatos etiam sanctificauit. 8 Si dixerimus, &c. Ἐὰν εἴπωμεν, &c. Consideremus quis loquatur, nempe fidelis ille & Christo præ cæteris charus Apostolus, & quidem iam ueteranus. neque dicit, Si dixerimus nos non habuisse peccatum (quod ipsum tamen mox subijciet) sed, si dixerimus nos non habere. Itaque nostra iustitia arguit nos cum Deo communionem habere. Sed ô nos miseros, si uel tãtillum nostra salus basi tam infirma nitetur. Quid igitur illis fiet quos non pudet de ipsa quoque perfectione atq; adeo supererogatione gloriari? Et ueritas, &c. καὶ ἡ ἀλήθεια, &c. Non igitur modestiæ causa docemur ita loqui, sed quia ita se res habet.

9 Si confiteamur, &c. Ἐὰν ὁμολογῶμεν, &c. Id est, si nos seriò & palàm non pudeat coram Deo nos miseros peccatores agnoscere, ut Matth. 3. b. 6. Nimium enim sunt ridiculi qui ex istiusmodi testimonijs nituntur suam illam auricularem carnificinam, quam confessionem uocant, stabilire. Fidelis est ac iustus, πιστὸς ἐστι καὶ δίκαιος. Pendet ergo salus nostra à gratuita Dei promissione, quæ quidem fallere nos non potest, quum idem sit summe fidelis & iustus, id est re ipsa præstans quod promisit. Vt remittat ἵνα ἀφῇ. Hæc uerò nostra est fœlicitas, ut definit Dauid Psal. 32. a. 1. & 2. Vbi igitur merita quæ coram Deo afferamus? quasi uerò ad illum accedamus tanquam aliquid daturi, ac non potius tanquam accepturi.

Et purget καὶ καθαρίσῃ. Hoc alterum est beneficium Christi, ut qui filij Dei sunt facti, Spiritu Dei agantur. Sed alibi tamen ipsem nostram esse collocandam meminerimus cum Paulo Philipp. 3. b. 9.

10 Mendacem, &c. ψεύστην, &c. Non modò, inquit, seipsos fallunt, & mentiuntur, sed etiam in Deum sunt blasphemi, qui sibi puritatem arrogant: contrà uerò Dei ueritatem obsignat quisquis Dei misericordiam in Christo oblatam, fide amplectitur, Iohan. 3. d. 33. Et sermo, &c. καὶ ὁ λόγος, &c. id est, doctrina eius nullum in nobis locum habet. Neque enim qui sani sunt, opus habent medico. Bene autem dixit, οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν, in nobis. Neq; enim in labris uult sedere Dei uerbum, sed ut nobis sit frugiferum, oportet ut in cordis penetralibus radices agat.

IN CAPVT II.

1 Aduocatum παράκλητον. Christum quum nominat, cæteros omnes excludit. Quid igitur illis fiet qui sanctissimæ Virgini hanc faciunt iniuriam, ut Christi spolijs uelint illam exornari, imò etiam contentiosissima uoce Christum illi tanquam matri infantulum subijciunt? Cæterùm quum aduocatum esse Christum audimus, statim ad unicam illam oblationem respiciamus. Nam qui deprecandi munus à Sacerdotio diuellunt, ii planè nesciunt neque quis sit Deus, neque quid Christus: denique nihil minus quam seipsos norunt. Ideò statim subijcitur, Christum esse

propitiationem nostram, ut intelligamus non alium nos aduocatum quàm eum ipsum habere qui solus noster est Pontifex. Apud Patrem πρὸς τὸν πατέρα. Recte. Nam qui Deum pro Patre suo non agnoscit, extra Christum est ideoque nec deprecatorem nec pacificatorem habet. A

Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris: nec pro nostris solùm, sed etiã pro totius mundi *peccatis*,

2 καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· οὐ περὶ τῶν ἡμετέρων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ ὅλου τοῦ κόσμου.

Et per hoc scimus quòd cognouimus eũ, si mandata ipsius obseruamus.

3 καὶ ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐγνώκαμεν αὐτόν, ἐὰν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηρῶμεν.

Qui dicit, noui eum, & mandata eius nõ seruat, mendax est, & in eo ueritas non est:

4 ὁ λέγων, ἔγνωκα αὐτόν, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ μὴ τηρῶν, ψεύστης ἐστί, καὶ ἐν τούτῳ ἡ ἀλήθεια οὐκ ἔστιν·

Qui autem seruat sermonem eius, uerè in hoc charitas Dei expleta est, per hoc scimus quòd in ipso sumus.

5 ὃς δ' ἂν τηρῇ αὐτοῦ τὸν λόγον, ἀληθῶς ἐν τούτῳ ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ τετελείωται. ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι ἐν αὐτῷ ἐσμεν.

Qui dicit se in eo habitare, debet, sicut ille ambulauit, *ita* & ipse ambulare.

6 ὁ λέγων ἐν αὐτῷ μένειν, ὀφείλει, καθὼς ἐκεῖνος περιεπάτησε, καὶ αὐτὸς οὕτως περιπατεῖν.

Fratres, nouam doctrinam non scribo uobis, sed doctrinam ueterem, quam, *scilicet* habuistis *iam inde* à principio. Vetus hæc doctrina, sermo ille est quẽ audistis *iam inde* à principio.

8 ἀδελφοί, οὐκ ἐντολὴν καινὴν γράφω ὑμῖν, ἀλλ' ἐντολὴν παλαιὰν ἣν εἴχετε ἀπ' ἀρχῆς, ἡ ἐντολὴ ἡ παλαιά ἐστιν ὁ λόγος ὃν ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς. B

2 Pro totius mundi *peccatis*. περὶ ὅλου τοῦ κόσμου. Subauditur articulus τῶν, ut legas, περὶ τῶν, &c. pro ὑπὲρ τῶν, &c. quæ eclipsis etiam extat Ioh. 5. f. 36. Mundi uerò appellatione omnes omnium ætatum, ordinum, locorum fideles intelliguntur: ut nouerimus nusquam esse salutem extra Christũ, & sancti illius sacrificij pretiosus odor quàm late porrigatur. Nam quum ἡμετέρων diceret, solos Iudæos uidebatur significasse, nisi hoc addidisset. Iudæis enim ipsum peculiariter scribere, quamuis uniuersalis sit hæc doctrina, liquet ex uers. 7. Cæterum qui ex hoc etiam loco uolunt æternæ electionis & reprobationis discrimen tollere, si non ex fidelibus uerbi Dei interpretibus, saltem ex Christi ipsius ore discant quomodo hic accipiendum sit mundi nomen. Neque enim quæ sit Patris uoluntas, quòd ue Filij officium melius quàm ex ipsius Filij solenni illa oratione intellexerint, qua, tanquam æternus Pontifex, usus est quum ad unicam illam oblationem properaret, Iohan. 17. b. 9, & c. 20.

3 Quòd cognouimus ὅτι ἐγνώκαμεν. De fidei cognitione loquitur, quod alijs etiam sequentibus locis obseruandum est. Neque enim ex tribulis aliquis petat ficus. & ubi fides non est, non est uera cognitio, sed mortuum dumtaxat illius simulachrum. Deinde non dicit, per hoc sumus in eo, uel eum agnoscimus, sed per hoc scimus nos illum agnouisse. Bona igitur opera nos non inserunt Deo, sed insitos & per hoc gratis iustificatos consequuntur.

Si mandata ipsius, &c. ἐὰν τὰς ἐντολὰς, &c. Hæc est regula omnium bonorum operum. Quòd si nos ista non seruant, sed salutem in Christo tam adepros consequuntur, quis tandem locus erit omnibus quantumuis speciosis hominum ἐθελοθρησκείαις? Nempe ad illam Dei uocem omnes isti fumi euanescent, Quis hæc requisiuit à manibus uestris? 4 Qui dicit, ὁ λέγων. Gratuita igitur iustificatio ex una fide in Christo, non excludit bona opera, ut Sophistæ Euangelicam doctrinam calumniari non cessant (quibus tamen cum bonis operibus nihil est commune:) sed fontem bonorum operum, id est ueram Dei cognitionem, aperit. Imo uerò ex suis illis speculationibus, quæstionibus, distinctionibus, realitatibus, quidditatibus ostendant quomodo tandem homines apti & idonei ad bene agendum reddantur.

5 Charitas Dei ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ. Id est, charitas qua Deus diligitur. In eo uersatur ut doceat quis uerè dicatur Deum nosse, is nimirum qui Deum amat. Ecquis autem uerè amat? is qui mandata ipsius obseruat. Ergo hæc necessa C
nò cohærent, Deum nosse, Deum amare, Dei mandata seruare: quibus totidem contraria opponuntur.

Expleta est τετελείωται. Vulgata, & Erasmus, perfecta est. Atqui, ut mihi uidetur, non quæritur hoc in loco quis perfectè Deum diligat, sed quisnam uerè illum diligat. id est, quis non uerbo tantùm, sed re ipsa dici possit illũ diligere. is nimirum qui obseruat eius mandata. Itaque τελεῖν hoc in loco non declarat perfectè aliquid præstare, sed mendacio & simulationi, inani, denique speciei opponitur: ut hoc planè sit quod dicimus in uulgato sermone, *mettre en execution*. Sed hoc quoque notandum est, Iohannem non scripsisse οὗτος τῷ ἀγάπην τοῦ θεοῦ ἐτελείωσεν, hic uerè charitatem Dei præstitit, neque τούτῳ ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ τέτελείωται, charitas Dei ab isto præstita est: minimè id quidem quasi stipites simus aut trunci, sed quia Deus is est qui pro gratuita sua beneuolentia efficit in nobis ut uelimus & possimus. Hoc neglexit ille qui hunc locum ita conuertit, Qui uerò eius dictis paret, isuerè Dei amore perfecto præditus est. in qua interpretatione quàm multa sint manifesta errata licet intelligere ex ijs quæ attigimus.

Quòd in ipso sumus ὅτι ἐν αὐτῷ ἐσμεν. Nulla est παυτολογία, eo tãtùm excepto quòd familiare est Iohanni, ut suprà admonui 1. a. 5. ex Hebræorum consuetudine, quod semel dictum est amplificare ex contrarij collatione. ut siquis superiorem uersiculum cum priore huius parte comparet, & infrà uers. 9. 10 & 11. Verùm hæc appẽdix minimè est otiosa. Assurgit enim uno gradu altius: nempe ad nostram in Christum insitionem.

6 Habitare, μένειν. Id est διατριβῆν. Ita enim accipitur τὸ μένειν hoc in loco uti apud Hebræos ישב, quomodo etiam Iohan. 6. f. 56. interpretandum est, ut in Christo esse & in Christo habitare, idem declarent. nisi subtilius mauimus distinguere, quod alicubi faciendum est. Multi enim specie tenus insiti dicuntur, qui postea resecãtur, quia fructum non ferunt, ut Iohan. 15. a. 2. quibus diximus 1. Tim. 4. a. 1.

8 Nouam doctrinam ἐντολὴν καινὴν. Vel, mandatum nouum. sed doctrinam malo interpretari, sicut ab Hebræis quoque accipitur מצוה pro omni eo quod ab aliquo exigitur. Sed quorsum in hunc sermonem ingreditur Apostolus & quodnam istud doctrinæ seu mandati genus est, quod & uetus & nouum esse dicit? Nempe quòd dixerat oportere eos instãr Christi ambulare qui se in Christo habitare dicerent, id in causa fuit cur hac præfatione uteretur, antequam apertè explicaret quænam illa sint Christi uestigia quæ nos consectari oporteat. At quænam illa est doctrina? Ista scilicet, ut fratrem amemus.

Han

A Hanc igitur negat per se nouam esse, quum hoc iam inde à Legis initio præscriptum fuerit. Sed nouam posteà, quasi sese reuocans, appellat. idque (quod sine cuiusquam præiudicio dictũ sit) dupliciter respectu. Primùm enim in Lege scriptum fuit, DILIGES PROXIMVM TVVM SICVT TEIPSVM. in Euangelio uerò Dominus, hac ipsa de re loquens, Iohan. 13. d. 34, Præceptum nouum, inquit, do uobis, VT DILIGATIS VOS MVTVO. Hic uerò quid tandem est noui? Nihil profecto. Sed audiamus cur nouum uocarit, SICVT DILEXI VOS, VT ET VOS DILIGATIS VOS MVTVO. Hic igitur non ipsam præcepti naturam, sed formam uidemus immutatam. si quidẽ longe rectior ac certior charitatis canon nobis hic proponitur quam antea. Sed nunquid Euãgelium noua quædam Lex est? minimè: quum ad ipsius exortum una pars Legis disparuerit, ab alterius uerò execratione simus per illud liberati: ne dum ut Legis uinculum adstrinxerit. Quid igitur? consideremus noui fœderis formulam, sicut describitur Ierem. 31. f. 33. Legem meam, inquit, ipsorum cordi inscribam. Hæc igitur est altera illa ratio cur nouum hoc præceptum dicatur. quòd nimirum non in tabulis lapideis, ut antea sub Legis tenebris, sed in corde sit inscriptũ, cui uetus ille sol il luxerit. Itaque nihil mirum est perfectiora nunc ab ijs qui in Christo habitant, non dico exigi, sed re ipsa præstari, quàm ab iis qui olim sub Lege uixerunt, exigua quadam. Spiritus particula prę nobis donati. Meritò igitur hoc man datum & uetus per se, & aliquatenus etiam nouum Iohannes uocauit, ueluti dictum illud Domini nostri explicans quod paulo ante citauit, ut mihi quidem uidetur. Nam diuersis interpretationibus nullum præiudicium afferre uelim. Huc etiam spectat, opinor, exacta illa Decalogi explicatio quæ commemoratur Matthei. quinto & sexto capitibus.

Iam indeà principio. ἀπ' ἀρχῆς. Addidi iam inde, nequis in principij uocabulo philosopharetur: quod aliquoties factum est admodum intempestiuè. Sermo ille ὁ λόγος. Exprimendi fuerunt articuli, ab Erasmo & Vetere interprete neglecti. Explicat autem Apostolus apertius quid illud sit quod dixerat, ἣν εἴχετε ἀπ' ἀρχῆς. quam habui iam inde à principio. Itaque principij nomen omnino uidetur utrobique simili ratione explicandum, ita scilicet ut tempus datæ Legis respiciat. At enim cur tempus illud uocauit principium? nempe quia tum demum Israel cœpit esse populus ab alijs distinctus, qui suis Legibus regeretur: quum antea uel unica tantùm esset familia, uti sub Abrahamo, Isaaco, & Iacobo: uel gens, ut quum inter Aegyptios, tanquam inquilini & mercenarij degerent. Iudæis autem peculiariter scribit. quanuis uniuersalis sit hæc doctrina, ut etiam liquet ex uers. 5.

πάλιν γράφω ὑμῖν, ὅ ἐστιν ἀληθὲς ἐν αὐτῷ καὶ ἐν ὑμῖν, ὅτι ἡ σκοτία παράγεται, καὶ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ἤδη φαίνει. 8

E contrario doctrinam nouam scribo uobis, quod uerum est in ipso, & in uobis: quia tenebræ prætereũt, & uera illa lux iam lucet.

ὁ λέγων ἐν τῷ φωτὶ εἶναι, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μισῶν, ἐν τῇ σκοτίᾳ ἐστὶν ἕως ἄρτι. 9

Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc:

ὁ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῷ φωτὶ μένει, καὶ σκάνδαλον ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν. 10

Qui diligit fratrem suum, in luce manet, & offendiculum in eo non est.

ὁ δὲ μισῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῇ σκοτίᾳ ἐστὶ καὶ ἐν τῇ σκοτίᾳ περιπατεῖ, καὶ οὐκ οἶδεν ποῦ ὑπάγει, ὅτι ἡ σκοτία ἐτύφλωσε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ. 11

Qui autẽ odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat: & nescit quòcat, quia tenebræ obcæcarunt oculos ipsius.

γράφω ὑμῖν, τεκνία, ὅτι ἀφέωνται ὑμῖν αἱ ἁμαρτίαι διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ. 12

Scribo uobis, filioli, quoniã remissa sunt uobis peccata propter nomen eius.

γράφω ὑμῖν, πατέρες, ὅτι ἐγνώκατε τὸν ἀπ' ἀρχῆς. γράφω ὑμῖν, νεανίσκοι, ὅτι νενικήκατε τὸν πονηρόν. 13

Scribo uobis, patres, quoniam nostis eũ qui à principio est. Scribo uobis, adolescẽtes, quoniam Malum illum uicistis.

8 E contrario πάλιν. Vel rursum, ut Erasmus. Sed illud est planius. Vulgata. Iterum, quod non conuenit.

C Est enim hic non repetitio, sed contrarij declaratio.

Quod uerum est in ipso & in uobis ὃ ἐστιν ἀληθὲς ἐν αὐτῷ καὶ ἐν ὑμῖν. Id est, quæ res, nempe nouam esse doctrinam quam uobis scribo, uera est in illo & in uobis. Vel, *id scilicet* quod uerum est in ipso & in uobis. ut sit appositio, huic Apostolo in primis, tum in Euangelio, tum in hac epistola ualde familiaris. Vtrouis autẽ modo interpretemur, hæc doctrina illius primùm respectu noua est, qui est Ecclesiæ caput & canon: deinde etiam nostri, qui Spiritu ipsius regimur. Eras. quod uerum est in ipso, *idem uerum est* &c in nobis, perinde nimirum ac si noua hæc esset periodus: repugnante omnium Græcorum codicum fide.

Quia tenebræ, &c. ὅτι ἡ σκοτία, &c. Ὅτι accipiendum est κατὰ τὸ λογικόν. Aperit enim fontem istius nouitatis non in ipsa, ut modò dixi, substantia, sed forma præcepti positæ: quia nimirum nobis nunc plena lux solis resplendet, ut superà copiosius exposuimus. Quidà perabsurdè cõuertit, uidelicet tenebras præterire, quasi ὅτι ponatur εἰδητικῶς.

9 Qui dicit, &c. Ὁ λέγων, &c. Nunc, absoluta præfatione, ad secundà tabulam descendit, id est ad proximi charitatem & simili ratione ab hoc effecto ad causam argumentatur. Coniuncta enim hæc esse, Deum nosse, siue in luce esse & habitare, & fratrem diligere.

12 Scribo uobis, filioli, Γράφω ὑμῖν, τεκνία. Meritò, superiori de charitate tractationi subijcit ipsius basin, nostri nimirum cum Deo reconciliationem. ac primùm quidem in genere fideles omnes compellat filiorum nomine, tanquam spiritualis illorum Pater: deinde in tres ætatum classes multitudinem diuidit. quarum singulis tribuit quod illis maximè proprium est ac peculiare. senibus enim scientia & cognitio rerum maximarum, ætatis uigentis hominibus uires conueniunt. inferiori demum ætati hoc quadrat ut eos agnoscant ac reuereantur à quibus tenera ipsorum ætas regitur.

Quod igitur inquit γράφω, ad præsentem epistolam est accommodandum, ut apparet ex uers. 26 acsi diceret, Hæc uobis scribo, filioli: quia estis ex eorum numero quos Deus sibi reconciliauit, & sic deinceps in ijs quæ sequuntur. Τεκνίων autem appellatio blandior est, quàm si Τέκνα eos uocasset. qua ratione etiam mox παιδία maluit quam παῖδας uocare eos qui sunt infra adolescentiã. Sed in eo post alios nonnullos deceptus est Erasmus, quod Τεκνία & παιδία non distinxerit: quod illud ad totam Ecclesiam, cuius ipse sit ueluti communis pater: istud uerò ad infimæ ætatis fideles referatur: ut rectè omnino obseruauit Vetus interpres.

Remissa sunt ἀφέωνται. Vulg. & Eras. remittuntur: non satis rectè. est enim hoc in loco magna præteriti temporis energia. Vide Marc. 1. 2. 5. Propter nomen eius. διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Id est, propter eum, ex Hebræorum idiotismo. Christum autem nominans, cæteros omnes excludit, siue in cælo sint, siue in terra, ut Act. 4 b. 12. A

Scribo uobis, pueruli, quoniam nostis Patrem. Scripsi uobis, patres, quoniam nostis eum qui est à principio. Scripsi uobis, adolescentes, quia fortes estis, & uerbum Dei habitat in uobis, & illum Malum uicistis.

14 γράφω ὑμῖν παιδία, ὅτι ἐγνώκατε τὸν πατέρα. ἔγραψα ὑμῖν, πατέρες, ὅτι ἐγνώκατε τὸν ἀπ' ἀρχῆς. ἔγραψα ὑμῖν, νεανίσκοι, ὅτι ἰσχυροί ἐστε, καὶ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ μένει ἐν ὑμῖν, καὶ νενικήκατε τὸν πονηρόν.

Ne diligatis mundũ, neq; ea quæ in mundo sunt. si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo.

15 μὴ ἀγαπᾶτε τὸν κόσμον, μηδὲ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ. ἐάν τις ἀγαπᾷ τὸν κόσμον, οὐκ ἔστιν ἡ ἀγάπη τοῦ πατρὸς ἐν αὐτῷ.

Quoniam omne quod est in mundo, cupiditas carnis, & libido oculorũ, & fastus uitæ, non est ex Patre, sed ex mundo est.

16 ὅτι πᾶν τὸ ἐν τῷ κόσμῳ, ἡ ἐπιθυμία τῆς σαρκὸς, καὶ ἡ ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἡ ἀλαζονεία τοῦ βίου οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ πατρὸς, ἀλλ' ἐκ τοῦ κόσμου ἐστί.

Porrò mundus præterit, & cupiditas ipsius. qui uerò facit uolũtatem Dei, manet in æternum.

17 καὶ ὁ κόσμος παράγεται, καὶ ἡ ἐπιθυμία αὐτοῦ· ὁ δὲ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, μένει εἰς τὸν αἰῶνα.

Pueruli, ultimum tempus adest: & sicut audistis quòd antichristus uenturus sit, etiã nunc antichristi multi cœperunt esse: unde scimus ultimum tempus adesse. B

18 παιδία, ἐσχάτη ὥρα ἐστί· καὶ καθὼς ἠκούσατε, ὅτι ὁ ἀντίχριστος ἔρχεται, καὶ νῦν ἀντίχριστοι πολλοὶ γεγόνασιν, ὁθεν γινώσκομεν ὅτι ἐσχάτη ὥρα ἐστίν.

E nobis egressi sunt: sed non erant ex nobis. nam si fuissent ex nobis, permansissent utiq; nobiscum. sed *hoc factum est* ut patefieret quòd non sint omnes ex nobis.

19 ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον, ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐξ ἡμῶν· εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἡμῶν, μεμενήκεισαν ἂν μεθ' ἡμῶν· ἀλλ' ἵνα φανερωθῶσιν, ὅτι οὐκ εἰσὶ πάντες ἐξ ἡμῶν.

At uos unctionem habetis à Sancto illo *profectam*: & nostis omnia.

20 καὶ ὑμεῖς χρίσμα ἔχετε ἀπὸ τοῦ ἁγίου, καὶ οἴδατε πάντα.

14 Scripsi uobis, patres, ἔγραψα ὑμῖν, πατέρες. Vide instã uers. 21. Cæterùm uideri quidem potest superuacanea ista repetitio, sed tamen duæ causæ faciunt ut minimè putem redundare. Vna, quòd in omnibus nostris codicibus uetustis inuenitur: altera, quòd causam non uideo cur potius repetenda fuerint illa quę sequuntur. Vetus tamen interpres non legit hoc membrum, nec habet Complutensis editio. Atenim quorsum hæc repeteret, dices? Afferam quod conijcio, nec tamen uelim affirmare. Sicut Christi beneficiũ singulis ætatib. applicauit, ita nunc cõstituit singulis proprias exhortationes applicare. Quia igitur interiecta fuerat apostrophe ad pueros, id est adolescentib. inferiores, redit ad id quod de senibus & adolescentibus dixerat, aliquid etiam adijciens quod ad adolescentes attinet. Deinde subijcit exhortationem & adolescentibus & adolescentum patribus propriam, à uers. 15, usque ad initiũ uersiculi 18. Nam si diligenter consideremus quænam ista sit adhortatio, comperiemus illarum ætatum hominibus multo magis quàm inferiori ætati esse accõmodatam: quanuis doctrinæ ipsius usum non negem omnibus ætatibus nõ utilem modò, sed etiam necessarium esse. C

15 Ne diligatis Μὴ ἀγαπᾶτε. Mundum considerat quatenus cum Dei uoluntate nõ consentit, & eum amorem damnat qui nos à Deo abducit: alioquin dicitur Deus ipse mundum infinito quodam amore dilexisse, Iohan. 3. b. 16, id est eos quos ex mundo elegit. Charitas Patris ἡ ἀγάπη τοῦ πατρός. Patrem intelligit cælestem κατ' ἐξοχὴν, addito articulo, ut in superiore uersiculo. & charitas Patris dicitur, qua diligitur Pater, ut diximus supra uers. 5. Qui enim potest Deum diligere qui Dei aduersarium amplectitur?

18 Pueruli, παιδία. Nunc pueros quoque seorsim compellat, sicut antea adolescẽtes & illorum patres fuerat exhortatus: utiturque diminutiuo nomine, ut antè dixi, non quasi infantulos alloquatur, sed blandioris appellationis causa. Est autem rursus obseruandũ q̃ diximus uers. 14, nempe quanuis omnibus omniũ ætatum hominibus necessaria sit hæc doctrina, tamen admonitionem istam ijs potissimũ conuenire qui adhuc in catechisino instituuntur. Nam alios iam firmiore cognitione instructos, oportuit ista religionis rudimenta prorsus tenere. Rudimenta autem appello non quòd uulgarem aliquam & puerilem doctrinam contineãt, quum hæc sint eiusmodi re ipsa ut quoque cælorum altitudinem superent: sed quia hæc prima sunt religionis Christianę fundamenta. Qui enim Christi officiũ intelligas nisi prius quis sit Christus cognoueris? Itaque non sine pudore ueteris Ecclesiæ tandiu de iis disputatum est quæ Christianorum pueros penè unà cum lacte sugere oportuerat. Sed uicissim nunquam satis poterit cõmendari inuicta bonorum patrum pietas ac constantia, qui ne tantillum quidem cesserunt hæreticorum impudentiæ, ijs in rebus quibus uel minima ex parte labefactatis, necesse sit totum ædificium corruere. Quid igitur illis fiet quos hodie non pudet partim eosdem illos errores reuocare, partim etiam ista ut curiosa & inutilia reijcere?

Vltimum tempus adest ἐσχάτη ὥρα ἐστί. Quàm bene hoc pueris præcipuè conuenit? Scimus enim huic ætati præ cæteris familiarem esse socordiam, quasi nondum maturuerint, & satis adhuc illis ad discendum temporis superfit. Audistis ἠκούσατε. Non alloquitur prorsus rudes, sed qui iam Patrem cognouissent, ut dixit suprà uers. 14, & repetet uers. 21, denique cũ confirmatione potius egerent quàm doctrina. Erant enim tum in hoc ordine plerique etiam proculdubio iam adulti & firmioris iudicii homines: sed pudoris causa quasi sola παιδία compellauit. 19 Si fuissent ex nobis, εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἡμῶν. Quomodo nectent hoc argumentum, qui dicunt electos posse à fide excidere?

20 At uos Καὶ ὑμεῖς. Id est ἀλλὰ ὑμεῖς. Ponitur enim καὶ pro aduersatiua cõiunctione, ut Act. 10. d. 28, & alibi sæpe. ex Hebræorum idiotismo. Vnctionem χρίσμα. Id est, gratiam Spiritus sancti. translatione sumpta à consuetudine unctionum quę in Lege usurpabantur, quod monere uolui ne quis ineptus impurum illum adipem pseudepiscoporum hoc loco significari putet.

A Sancto

A A sancto illo *profectam*, ἀπὸ τοῦ ἁγίου. Id est à Christo, qui Sanctus peculiariter dicitur, ut Luc. 1. d. 35. imo uerò peculiariter Sanctus sanctorum, id est Sanctus sanctissimus, Dan. 9. g 24. Sed & Deo Patri hoc tribui potest, qui nos ungat in Filio: & peculiariter etiam dicitur ab Hebræis קדוש. uel etiam Spiritui sancto, qui sanctus propriè dicitur ab hoc effectu. Est enim Dei uirtus essentialis, ut qui & ipse sit Patri ac Filio ὁμοούσιος & æqualis per omnia, qua nos Pater ungit in Filio.

οὐκ ἔγραψα ὑμῖν, ὅτι οὐκ οἴδατε τὴν ἀλήθειαν 21
ἀλλ' ὅτι οἴδατε αὐτήν, καὶ ὅτι πᾶν ψεῦδος ἐκ τῆς
ἀληθείας οὐκ ἔστι.

Non scripsi uobis *idcirco* quòd ueritatẽ ignoretis: sed quia eam nostis, quod q̃ nullum mendacium ex ueritate sit.

τίς ἐστὶν ὁ ψεύστης, εἰ μὴ ὁ ἀρνούμενος, ὅτι Ἰησοῦς 22
οὐκ ἔστιν ὁ χριστός; οὗτός ἐστιν ὁ ἀντίχριστος, ὁ ἀρνού-
μενος τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱόν.

Qui est mẽdax, nisi is qui negat Iesum esse Christum? hic est Antichristus, negãs Patrem & Filium.

πᾶς ὁ ἀρνούμενος τὸν υἱόν, οὐδὲ τὸν πατέρα ἔ- 23
χει.

Quisquis negat Filium, is ne Patrem quidem habet.

ὑμεῖς οὖν ὃ ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς, ἐν ὑμῖν μενέ- 24
τω· ἐὰν ἐν ὑμῖν μείνῃ ὃ ἀπ' ἀρχῆς ἠκούσατε, καὶ
ὑμεῖς ἐν τῷ υἱῷ καὶ ἐν τῷ πατρὶ μενεῖτε.

Quod igitur audistis *iam inde* à principio, *id* in uobis maneat: si in uobis mãserit quod audistis *iam inde* à principio, uos quoque in Filio & Patre manebitis.

καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐπαγγελία, ἣν αὐτὸς ἐπηγ- 25
γείλατο ἡμῖν, τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον.

Hæc autem illa est promissio quam ipse pollicitus est nobis, *nempe* uita illa æterna.

ταῦτα ἔγραψα ὑμῖν περὶ τῶν πλανώντων ὑ- 26
μᾶς.

Hæc scripsi uobis de ijs qui abducunt uos.

καὶ ὑμεῖς τὸ χρῖσμα ὃ ἐλάβετε ἀπ' αὐτοῦ, ἐν 27
ὑμῖν μένει. καὶ οὐ χρείαν ἔχετε ἵνα τις διδάσκῃ
ὑμᾶς· ἀλλ' ὡς τὸ αὐτὸ χρίσμα διδάσκει ὑμᾶς
περὶ πάντων, καὶ ἀληθές ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι ψεῦδος.
καὶ καθὼς ἐδίδαξεν ὑμᾶς, μενεῖτε ἐν αὐτῷ.

Sed unctio quam *uos* accepistis ab eo, manet in uobis: nec necesse habetis ut quisquam doceat uos: uerùm sicut eadem unctio docet uos de omnibus, *quæ* & uerax est, & non mendax: & sicut docuit uos, manebitis in eo.

Nostis omnia. οἴδατε πάντα. Sic uers. 14. dixit eos Patrem nosse. Nam qui Patrem nouit, omnia certè nouit, quum Pater in filio agnoscatur, in quo sunt omnes absconditi thesauri. Sed si norunt omnia, quorsum eos docet? Quærere sponsum 2. Pet. 1. c. 12. & deinceps.

21 Scripsi ἔγραψα. Loquitur de hac ipsa epistola, imò de hoc ipso quod scribit: sed utitur præterito tempore quòd rationem habeat eius temporis quo epistola perlegetur: quem morem etiam Latini seruant, ut si dicas. Has litteras ad te dedi, uel ad te scribere non dubitaui, minimè id quidem quod te existimarem mea cohortatione indigere, sed ut meam in te beneuolentiam agnosceres. Sic inquit Paulus. Non scripsi uobis idcirco quòd ueritatem ignoretis, sed contrà idcirco scripsi quòd eam noueritis, & ita quidem ut à mendatio noueritis distinguere. Sed quorsum hoc? Nempe ut commemoratione præclaræ huius opinionis quam de ipsis conceperat, non modò ad perseuerandum in ijs quæ didicerant, sed etiam ad proficiendum, ipsorum animos accendat. Est autem operæpretium cõsiderare etiam atque etiam, quousque sese fidelis Apostolus Domini demittat, & quàm paternè infimis etiam docendis sese accommodet. Hoc tamen certum est, ad totam Ecclesiam pertinere hanc doctrinam quæ uel præcipua erat. sed non temerè est quòd quasi infimos compellans, hæc omnia commemoret: nempe ne se putent illa suspicione grauari. deinde ut illos pudeat ea ignorare, uel de ijs dubitare quæ infimis etiam ipsis abundè nota esse oporteat.

C 22 Christum? Χριστόν. Id est uerum illum Messiam. Negat autem Iesum esse Messiam, qui uel alteram illi naturam uel penitus uel aliqua ex parte adimit, uel naturas confundit aut separat, qui Filij hypostasin non distinguit, qui in eo uno per unicam eius oblationem semel factam non confidit, sese à Deo Patre gratis per fidem iustificatum, ac proinde corpore & animo tandem glorificandum.

23 Quisquis, &c. Πᾶς, &c. Falluntur ergo, & alios etiam fallunt qui Turcas aliosue infideles tradunt eundẽ illum Deum adorare quem adoramus.

24 Audistis ἠκούσατε. Iterum audiendi uerbum conuenit discipulis, sed qui multũ iam promouerint. Ideò addit ἀπ' ἀρχῆς *iam inde* à principio, id est ex quo instituti cœpistis in primis Christianæ religionis rudimentis.

25 *Nempe* uita illa æterna. τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον. Repetitio articuli magnum addit pondus orationi, ideoque omitti non debuit. Positum est autem antecedens in relatiui casu, Hebræorum more de quo alibi diximus.

26 Hæc scripsi ταῦτα ἔγραψα. Nequis miretur tam sollicitè hoc inculcari ab Apostolo, & quidem infimos allo quente, obseruet quod ante dixi, totam Ecclesiam in infimorum persona, sancta quadam calliditate compellari.

27 Unctio τὸ χρίσμα. Id est, Spiritus quem à Christo accepistis, quique uos in omnem ueritatem induxit. Nec necesse habetis λαὶ ὑμᾶς χρείαν ἔχετε. Ego, inquit, spero uos ita in his rebus esse fœliciter ac sanctè institutos ut doctore non egeatis. Quid igitur (dicet aliquis) cur tu illos doces? Respondeo, uel summos doctores posse ac debere etiam quotidie aliquid in Domini schola discere. quum omnes ex parte cognoscamus, nedum ut hi quos Apostolus allocquitur nullo præceptore indigerent. Deinde hoc esse dextrè accipiendum, hactenus scilicet ut significentur harum rerum minimè rudes esse quas illis non tanquam ignotas proponat, sed tanquam cognitas inculcet. Præterea causam etiam aliam fuisse arbitror cur hoc adderet Apostolus, nempe ut ostenderet sese minimè proponere diuersam doctrinam ab ea quam ex suis doctoribus iam antea non audissent modò, sed etiam didicissent. Ita enim fit ut & doctrinã suam, & illorum diligentiam laudet, quo magis ac magis confirmentur. Eadem unctio τὸ αὐτὸ χρίσμα. Non potuit luculentiore testimonio pastores & doctores ornare à quibus isti instituti fuerant, & quotidie adhuc instituebatur, quam quum ipsos diceret ab ipso Spiritu sancto doceri, & iam antea esse edoctos: adeò ne nihil ominus ita facit artificiosè, ut simul & doctrinam ipsam, ut cœlestem, & doctorum diligentiam, pietatem, fidem, auditorum denique alacritatem sine ulla adulationis suspitione, non minus uerè quàm magnificè prædicet.

Et non mendax, καὶ οὐκ ἔστι ψεῦδος. Eiusmodi repetitiones à contrarijs sūptas sæpe iam admonuimus Iohanni præcipuè esse familiares. Non contentus igitur dixisse unctionem illam ueracem esse, addit mendacem non esse. Nam ψεῦδος pro ψεῦδες ponitur: cuius enallages exempla passim anno tauimus, ut 2. Cor. 3. c. 9. & 7. d. Sed & Homerus Iliad. 6, hoc ipsum nomen similiter prorsus usurpauit in his uerſiculis. Γεῖρ Ἄγγος δ' ἐστὶ κακὸν, κεῖρ καὶ ἀνὴρ. Γνώσομαι, εἴτε ψεῦδος ὑπόσχεσις, εἴτε καὶ οὐκί. Non satis rectè igitur conuertit Vetus interpres. Et non est mendacium quem tamen sequutus est Erasmus. Manebitis μενεῖτε. Vulg. & Eras. manete. Sæpe enim apud Hebræos futura indica tiui pro imperandi modo usurpantur. Sed mihi quidem hic uidetur omnino seruanda futuri propria significatio, ut sic bene omnantis, & ista prorsus cohæreant cum eo quod dixerat, ipsos nullo iam in his rebus alio doctore indigere. In eo. ἐν αὐτῷ. In eo scilicet Christo, siue in Filio. de eo enim agitur. Et unctionem distinxit ab eo à quo illam acceperant: in quo etiam uult ut per eandem unctionem maneant. Eras. in ea scilicet unctione.

Nunc igitur filioli, manete in eo: ut quū patefactus fuerit, habeamus fiduciam, neque pudefiamus coram eo in ipsius aduentu.

28 νῦν, τεκνία, μένετε ἐν αὐτῷ, ἵνα ὅταν φανερωθῇ, ἔχωμεν παῤῥησίαν, καὶ μὴ αἰσχυνθῶμεν ἀπ' αὐτοῦ, ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ.

Si scitis quòd iustus est, nostis quòd quisquis exercet iustitiam, ex ipso natus est.

29 ἐὰν εἰδῆτε ὅτι δίκαιός ἐστι, γινώσκετε ὅτι πᾶς ὁ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην, ἐξ αὐτοῦ γεγέννηται.

CAP. III.

ΚΕΦΑΛ. γ.

Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, *nempe* ut filij Dei uocemur: propterea mundus non nouit nos, quia nec nouit eum.

1 Ἴδετε ποταπὴν ἀγάπην δέδωκεν ἡμῖν ὁ πατὴρ, ἵνα τέκνα θεοῦ κληθῶμεν· διὰ τοῦτο ὁ κόσμος οὐ γινώσκει ἡμᾶς, ὅτι οὐκ ἔγνω αὐτόν.

Charissimi, nunc filij Dei sumus, sed nondum apparuit quod erimus: scimus autem quòd quum *ipse* patefactus fuerit, similes ei erimus: quoniam uidebimus eum sicuti est.

2 ἀγαπητοί, νῦν τέκνα θεοῦ ἐσμεν, καὶ οὔπω ἐφανερώθη τί ἐσόμεθα. οἴδαμεν δέ, ὅτι ἐὰν φανερωθῇ, ὅμοιοι αὐτῷ ἐσόμεθα, ὅτι ὀψόμεθα αὐτὸν καθώς ἐστι.

Et quisquis habet hanc spem in eo *sitam* purificat se, sicut & ille purus est.

3 Καὶ πᾶς ὁ ἔχων τὴν ἐλπίδα ταύτην ἐπ' αὐτῷ, ἁγνίζει ἑαυτὸν, καθὼς ἐκεῖνος ἁγνός ἐστι.

Quisquis committit peccatum, etiā Legem transgreditur: nam peccatum est Legis transgressio.

4 Πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὴν ἀνομίαν ποιεῖ· καὶ ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία.

28 Nunc igitur filioli, Καὶ νῦν, τεκνία. Iam manifestè uidemus ad uniuersalem illam exhortationem regredi Apostolum. itaque καὶ pro οὖν iterum ponitur ut suprà 1. a. 5. Et τεκνίον, id est filiorum appellatio toti Ecclesiæ cōmunis est, ut suprà expositum, uers. 12. Coram eo ἀπ' αὐτοῦ. Sic loquitur Hebræi, apud quos pudefieri nō ab aliquo, sed ex aliquod dicitur qui pudoris occasionē ex conspectu alicuius arripiat, quē ferre non possit. Distinguenda sunt igitur ἀπ' αὐτοῦ & ὑπ' αὐτοῦ. Pudor enim hic à nobis, non à Deo manat. Neque rectè Vetus interpres & Eras. conuerterunt, ab eo. Et quod addidit Erasmus sensum esse posse, ut illuni non pudeat nostri: nulde est absurdum.

29 Nostis γινώσκετε. Vulgata & Eras. scitote. quòd non admodum quadrat. Vbique enim solet Apostolus ita temperare doctrinam quasi non doceat imperitos. Tantum igitur ostendit quæ sint connexa, nempe Patris & Filij natura. Ergo quos Deus iustus genuit ex Filio suo iusto, necesse etiam est ut iusti sint. Inde ingreditur descriptionem eius similitudinis quæ est inter caput & membra.

IN CAPVT III.

2 Qualem charitatem ποταπὴν ἀγάπην. Id est, cuius charitatis munus. Malui autem hoc exprimere ad uerbum, quàm quicquam immutare: quòd nescio quomodo uideatur illud magis expressum, quasi charitatem ipsam, eamque summam nobis largitus sit Dominus. Cæterum de capitis ac membrorum conuenientia dicturus Apostolus, contrario prorsus ordine quam antea, id est non ab effectis ad causam ascensurus, sed à causa descensurus ad effecta, uerisimili ab ipso fonte auspicatur, nempe à Dei charitate, quam solet, Paulus σοφίαν nocare. Scopus autem huius charitatis est, ut filij Dei simus in Christo. Hinc demum descendit Apostolus ad filiorum Dei qualitates considerandas, ut germanos filios à spuriis distinguamus. Sed in primis nequis hac dignitatem, carnis indicio metiatur, duo nobis præmonitum, eiusmodi esse hanc prærogatiuam, ut tamen à mundo cognosci non possit. quomodo enim notum esse illius dignitatis gloriam, quamuis iam simus filij Dei: sed in eius aduentum differri, quo nos ille redimet in Christo conuenientia explicare. in eo scilicet quòd puri sumus, sicut & ille purus est. Vocemur κληθῶμεν. Id est simus, & ita quidem ut tales nos esse constet. neque apud Hebræos duntaxat ita accipitur uerbū קרא, sed & apud Græcos uerbum καλεῖσθαι. Hom. Iliad. ἀ, ἵνα δύνηαι σὺ παρήκοιτις κέκλησαι. Vbi Eustathius, diligentissimus interpres, τὸ κέκλησαι, φησὶ, δι' οὐ δεικνύομεν ἀπλῶς, ἀλλ' αὐτὸ τὸ εἶναι κέκλησαι, ἵνα λέγῃ οὐχὶ ψευδῶς εἶναι σὺ, ἀλλ' ὑπὸ παντὸς ὅτου καλεῖσθαι. Vulg. nominemur & simus: non inepte profectò, si sensum spectes.

2 Sed nondū ἀλλ' οὔπω. Καὶ pro ἀλλὰ, ut suprà 2. c. 20, & d. 27. Quum *ipse* patefactus fuerit, ἐὰν φανερωθῇ. Ἐὰν pro ἐπειδὴ ponitur, sicut ὅτι sæpe pro ἐπειδὴ i. si pro quia. Deinde supplendum est relatiuū αὐτὸν ipse, scilicet Christus: ut ex eo apparet quod statim subijcitur, & ex Coloss. 3. a. 3. sicut rectè omnino annotauit doctissimus interpres. Similis atque adeò multo durior est eclipsis Psal. 87. a. 2. Similes ὅμοιοι. Similes intellige, non pares, ut describitur 1. Cor. 15. f. 42 & 43, & Philip. 3. d. 21 Nam inter caput & membra semper erit discrimen: atque utinam hic potius studeamus uiam tenere qua ad gloriam illam perueniatur, quàm curiosè de eo inuestigemus quod omnem captum nostrū, qualis quidem nunc est, exuperat. Sicuti est. καθώς ἐστι. Nunc igitur etiam illū uidemus, sed per ænigma, in fide & per quā de re 1. Cor. 13. d. 12. 3 Sicut καθὼς. Similitudinem iterum significat, non autem paritatem. Quis enim ita purus est ut Deus, in cuius conspectu ipsi etiam Angeli sordent si cum ipso cōparentur? Iob. 4. d. 18. Ideo non dicit ἁγνὰ σον purificauit, sed ἁγνίζει purificat: ut puritatis studium, non autem perfectam aliquam puritatis ἕξιν significare intelligamus: ad quam tamen totis uiribus contendere nos oportet, tum demum metam adepturos quum Deus erit omnino in omnibus.

4 Quisquis

A 4 Quisquis committit pecc. Πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν Committere peccatum & purificare se, opponuntur. itaque non dicitur committere peccatum quisquis labitur, sed quisquis sanctitati non studet, id est in quo regnat peccatum idque ita esse, non modò liquet ex antitheſi, sed etiam ex eo quod suprà commemorauit 1.d.8. & 2.a.1. ex tota denique Scriptura & rei experientia perpetua. Itaque non homines, sed monstra hominum sunt Pelagiani, Cathari, Cælestiani, Donatistæ, Anabaptistæ, Libertini, qui ex hoc loco perfectionem illam somniant à qua absunt ipsi omnium hominum longissimè. Quorsum autem hoc tam ut studium sanctimoniæ damnemus? an ut homines doceamus quotidie non progredi? Minimè profectò, quum perpetuum sanctificationis progressum, doceamus certum ac perpetuum esse fidei effectum. Quorum ergo? Nempe ne Satan nobis hanc consolationem nostram eripiat. Nam si tũ demum nos in Christo esse colligemus quum non amplius indigebimus illa precatione ET REMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA, quis non uidet, quis non sentit, quis non millies quotidie experitur, frustra nobis hanc consolationem proponi? Etiam legem transgreditur καὶ τὴν ἀνομίαν ποιεῖ. Vulgata. & iniquitatem facit. uterque nimium obscurè. Definit autem Apostolus peccatum, esse ἀνομίαν. id est Legis transgressionem: ex qua demum definitione intelligitur quàm horrendum sit & alienum à natura filiorum Dei, peccatorem esse, quum longè aliter soleat mundus iudicare. Nam peccatum καὶ ἡ ἁμαρτία. Καὶ pro γάρ ex Hebræorum idiotismo.

καὶ οἴδατε ὅτι ἐκεῖνος ἐφανερώθη, ἵνα τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἄρῃ, καὶ ἁμαρτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστι. 5
Et scitis quòd ille patefactus est ut peccata nostra tolleret, & peccatum in eo nõ est. Esa.53.b.6.c.9 d.11. 1.petr.2.d.22. 24

πᾶς ὁ ἐν αὐτῷ μένων, οὐχ ἁμαρτάνει, πᾶς ὁ ἁμαρτάνων, οὐχ ἑώρακεν αὐτὸν, οὐδὲ ἔγνωκεν αὐτόν. 6
Quisquis in eo manet, non peccat: quisquis peccat, non uidit eum, nec nouit eum.

τεκνία, μηδεὶς πλανάτω ὑμᾶς. ὁ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην, δίκαιός ἐστι, καθὼς ἐκεῖνος δίκαιός ἐστιν. 7
Filioli, nemo uos seducat: qui exercet iustitiam, iustus est, sicut ille iustus est.

ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστίν, ὅτι ἀπ' ἀρχῆς ὁ διάβολος ἁμαρτάνει. εἰς τοῦτο ἐφανερώθη ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ἵνα λύσῃ τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου. 8
Qui committit peccatum, ex Diabolo ẽ: quoniam *iam inde* à principio Diabolus peccat. ad hoc patefactus est filius Dei, ut dissoluat opera Diaboli. *Filij Diaboli.* Iohan.8.f.44

B πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ θεοῦ, ἁμαρτίαν οὐ ποιεῖ, ὅτι σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ μένει· καὶ οὐ δύναται ἁμαρτάνειν, ὅτι ἐκ τοῦ θεοῦ γεγέννηται. 9
Quisquis natus est ex Deo, peccatum nõ committit: quoniam semen ipsius in eo manet, nec potest peccare, eo quòd ex Deo natus est. *Filij Dei.*

ἐν τούτῳ φανερά ἐστι τὰ τέκνα τοῦ θεοῦ, καὶ τὰ τέκνα τοῦ διαβόλου. πᾶς ὁ μὴ ποιῶν δικαιοσύνην οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ θεοῦ, καὶ ὁ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. 10
Per hoc manifesti sunt filij Dei & filij Diaboli: quisquis non exercet iustitiam, non ẽ ex Deo, & qui non diligit fratrem suum.

ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ ἀγγελία ἣν ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς, ἵνα ἀγαπῶμεν ἀλλήλους· 11
Quoniam hoc est nũtium quod audistis *iam inde* à principio, ut diligamus alij alios. Ioh̃.13.d.34 & 15.b.12.

οὐ καθὼς Κάϊν ἐκ τοῦ πονηροῦ ἦν, καὶ ἔσφαξε τὸν C ἀδελφὸν αὐτοῦ. καὶ χάριν τίνος ἔσφαξεν αὐτόν; ὅτι τὰ ἔργα αὐτοῦ πονηρὰ ἦν, τὰ δὲ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ δίκαια. 12
Non sicut Cain *qui* ex illo Malo erat, & occidit fratrem suum, cuius autem rei gratia occidit eum? quia opera eius mala erant, fratris autem eius iusta. Gen.4.b.8

μὴ θαυμάζετε, ἀδελφοί μου, εἰ μισεῖ ὑμᾶς ὁ κόσμος. 13
Ne miremini, fratres mei, si odit uos mundus.

5 Et scitis Καὶ οἴδατε. Reuocat filios ad archetypon illius ex quo sunt geniti, siue in quo sunt adoptati.

6 Non peccat: οὐχ ἁμαρτάνει. Conclusio ex contrarij collatione (uti facere solet) amplificata. Quid sit autem nõ peccare, diximus uers. 4. nempe non purificare se.

7 Qui exercet, &c. ὁ ποιῶν, &c. Nulla est ταυτολογία, sed definit quid sit non peccare, nempe non modo abstinere à peccato, sed etiam exercere iustitiam.

8 Qui committit pecc. Ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν. Vide suprà uers. 4. Aperit autem fontem collationum quæ sequũtur, Christi & Diaboli, filiorum Dei & filiorum Satanæ: ex qua dissidentia oritur mundi odium perpetuum aduersus Dei filios. Ex Diabolo est: ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστίν. Id est, Diabolum refert ut filius patrem, & eius spiritu regitur: non aliter quasi ex traduce Diaboli gignantur qui ipsius filij dicantur, ut somniarunt Manichæi. *Iam inde* à principio ἀπ' ἀρχῆς Id est, iam inde à conditi mundi initio, ut in Adamo declarabit. Vide Ioh.8 f.44. Peccat ἁμαρτάνει. Non dicit, peccauit, sed, peccat. Nam in eo assiduè perseuerat, sicut & ipsius filij. Huic opponitur qui non modò non peccat, sed etiã uenit ut peccata dissolueret.

9 Semen ipsius σπέρμα αὐτοῦ Sic uocatur Spiritus sanctus ab effectu, quòd eius uirtute, tanquam ex semine quodam, noui homines efficiamur, id est corruptæ nostræ qualitates instaurentur per Christum, cui per fidem sumus cõiuncti, ut peccato mortui, uiuamus Deo. Itaque hic quoque mire se ridiculos præbent fanatici illi qui Diuinæ essentiæ traducem imaginantur. Quid sit autem peccare, diximus suprà uers. 4.

10 Et qui non diligit καὶ ὁ μὴ ἀγαπῶν. Nunc quoque ut antea in superiore tractatione quũ ab effectis ad causam argumentaretur, 2.b.9. à prima tabula ad secundam descendit.

11 *Iam inde* à principio ἀπ' ἀρχῆς. Vide suprà 2.a.7

12 Non sicut Cain à Καθὼς Κάϊν. Exemplum & antiquissimum & aptissimum proponit, in quo contemplemur tũ filiorum Dei, tum filiorum Diaboli naturam: quæ nos maneat conditio in hoc mundo, & quis demum sit utrorum; futurus exitus. Subaudimus autem ὢν ex Hebræorum more.

Nos scimus quòd translati sumus ex mor 14
te ad uitam, quia diligimus fratres: qui non
diligit fratrem, manet in morte.

Suprà 2.b.19. Ieuit.19. d.17 Quisquis odit fratrem suum, homicida est: 15
& nostis quòd omnis homicida non habet
uitam æternam in se manentem.

Iohan.15.b.13 ephes.5.a.2. Per hoc cognouimus charitatem, quòd 16
ille animam suam pro nobis posuit: nos igi-
tur debemus pro fratribus animas ponere.

Luc.3.c.11 Qui uerò habuerit mundanas facultates, 17
& uiderit fratrem suum egentem, & clause-
rit uiscera sua coram eo, quomodo charitas
Dei manet in eo?

Filioli mei, ne diligamus uerbo neque lin 18
gua *solum*, sed opere & ueritate:

Et per hoc cognoscimus quòd ex uerita- 19
te sumus, & coràm ipso secura reddemus cor-
da nostra.

Nam si condemnet nos cor nostrum, po- 20
tentior est Deus corde nostro, & nouit om
nia.

Charissimi, si cor nostrum non condem- 21
net, nos fiduciam habemus apud Deum.

Matth.21.b.22 Ioh.15.b.7 & 16.c.23. infrà 5.c.14 & infrà 5.c.24 Et quicqd petierimus, accipimus ab eo, 22
quoniam præcepta eius custodimus: & ea
quæ sunt placita coram eo, facimus.

Iohan.6.c.29 & 17.a.3 Hæc est igitur doctrina eius, ut credamus 23
nomini filij eius Iesu Christi, & diligamus a-
lij alios sicut mandauit nobis.

Ioh.13.d.34. & 15.d.34. Nam qui seruat præcepta eius, in eo habi 24
tat, & ipse in eo: & per hos nouimus quòd
habitat in nobis, *nempe* ex Spiritu quem no-
bis dedit.

ἡμεῖς οἴδαμεν, ὅτι μεταβεβήκαμεν ἐκ τοῦ θα- A
νάτου εἰς τὴν ζωήν, ὅτι ἀγαπῶμεν τοὺς ἀδελφούς.
ὁ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν, μένει ἐν τῷ θανάτῳ.

πᾶς ὁ μισῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἀνθρωποκτόνος ἐστί. καὶ οἴδατε ὅτι πᾶς ἀνθρωποκτόνος οὐκ ἔχει ζωὴν αἰώνιον ἐν αὐτῷ μένουσαν.

ἐν τούτῳ ἐγνώκαμεν τὴν ἀγάπην, ὅτι ἐκεῖνος τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἔθηκεν ὑπὲρ ἡμῶν· καὶ ἡμεῖς ὀφείλομεν ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν τὰς ψυχὰς θεῖναι.

ὃς δ' ἂν ἔχῃ τὸν βίον τοῦ κόσμου, καὶ θεωρῇ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ χρείαν ἔχοντα, καὶ κλείσῃ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ, πῶς ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ μένει ἐν αὐτῷ.

τεκνία μου, μὴ ἀγαπῶμεν λόγῳ, μηδὲ γλώσσῃ, ἀλλ' ἔργῳ καὶ ἀληθείᾳ.

καὶ ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐκ τῆς ἀληθείας ἐσμέν, καὶ ἔμπροσθεν αὐτοῦ πείσομεν τὰς καρδίας ἡμῶν.

ὅτι ἐὰν καταγινώσκῃ ἡμῶν ἡ καρδία, ὅτι μείζων ἐστὶν ὁ θεὸς τῆς καρδίας ἡμῶν, καὶ γινώσκει πάντα. B

ἀγαπητοί, ἐὰν ἡ καρδία ἡμῶν μὴ καταγινώσκῃ ἡμῶν, παῤῥησίαν ἔχομεν πρὸς τὸν θεόν.

καὶ ὃ ἐὰν αἰτῶμεν, λαμβάνομεν παʼ αὐτοῦ, ὅτι τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηροῦμεν, καὶ τὰ ἀρεστὰ ἐνώπιον αὐτοῦ ποιοῦμεν.

καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ, ἵνα πιστεύσωμεν τῷ ὀνόματι τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ χριστοῦ, καὶ ἀγαπῶμεν ἀλλήλους, καθὼς ἔδωκεν ἐντολὴν ἡμῖν.

καὶ ὁ τηρῶν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἐν αὐτῷ μένει, καὶ αὐτὸς ἐν αὐτῷ, καὶ ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι μένει ἐν ἡμῖν ἐκ τοῦ πνεύματος οὗ ἡμῖν ἔδωκεν.

14 Scimus οἴδαμεν. Hæc uerò consolatio nostra est certissima, cuius præsidio in quibusuis calamitatibus tantum abest ut despondeamus animum, ut contrà etiam exultemus. Sinamus mundum opinari nos esse miseros: nos uerò discamus ex eo ipso nos non modo non miseros, sed etiam immortalitati beatitate donatos, ex quo illi nos calamitosos esse iudicant. Deinde obseruemus Apostolum hoc non dicere, nos per id quòd fratres diligimus, translatos esse ex morte aduitã. (est enim uita æterna donũ Dei per Christum, Rom. 6. d. 23.) sed nos ex eo quòd fratres diligamus, scire nos esse ex morte translatos ad uitam. Prius enim uiuere nos oportet, quàm uitæ fructus edamus, ex quibus demum uita nostra tum à nobis tum ab alijs perspiciatur. Charitas igitur signum est, non causa. C

16 Per hoc cogn. &c. Ἐν τούτῳ ἐγνώκαμεν, &c. Nunc ueræ charitatis descriptionem aggreditur ab effectis, id est ex efficijs quæ ab ea ducuntur. ac primum quidem omnium absolutissimum eius exemplar nobis in Christo proponit, ut in primis statuatur qualem intus animum esse oporteat: deinde ab animo ad manus descendet.

17 Mundanas facultates, τὸν βίον τοῦ κόσμου. Heb חיית עולם חזה ידיאת, idest, unde hæc uita sustentatur. Vulg. & Eras. substantiam mundi: minimum profecto obscurè. Nos in uernaculo sermone dicimus, *Dei biens de ce monde*. Et clauserit uiscera sua coram eo, καὶ κλείσῃ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ. Id est, non aperuerit illi ueluti suum pectus, necprompto animo illi succurrerit. Huic formulæ dicendi uidetur affinis Terentiana illa, Nuncubi meam benignitatem sensisti in te claudier?

18 Neque lingua *solum*, μηδὲ γλώσσῃ. Sub μόνον, quod nos expressimus. Vide Rom. 2. d. 28.

19 Ex ueritate ἐκ τῆς ἀληθείας. Id est, uerè Dei filij. Loquitur autem de signo, non de causa. Secura red. πείσομεν. Vulg. suadebimus corda nostra. Eras. suadebimus cordibus nostris. Neuter intellexit quid sibi uelit Apostolus. neq; enim de suasione, sed de persuasione animi loquitur, id est de πληροφορίᾳ illa quæ facit ut nos filios Dei esse in Christo gratis per fidem apprehenso, certo statuamus: ut πείθειν illud plane sit quod Hebræi declarant uerbo תבטיח. Neque uerò charitas fidem illam gignit: sed contrà, ex illa gignitur, per quam tamen illa magis ac magis confirmatur, propterea quòd ex effectis causam colligimus. Vide 2. Pet. 1. b. 10.

20 Potentior μείζων. Μέγας, id est magnum uocat qui ab Hebræis רב dicitur. Est enim hic sensus, Si nos coarguat mala conscientia, multo magis ualere ad nos condemnandos Dei iudicium, qui melius etiam corda nostra norit quàm nos ipsi.

21 Nomini ὀνόματι. Nomen ad prædicationem uerbi respicit. Nam fides ex uerbi auditu, Rom. 10. b. 8. & c. 17.

24 Nam qui seruat καὶ ὁ τηρῶν. Iterum καὶ pro γάρ, ut apud Hebræos ו pro כי. Habitat, μένει. Vide suprà 2. a. 6. Ex spiritu ἐκ τοῦ πνεύματος. Spiritum sanctificationis intelligit, id est quo regenerati uiuimus Deo.

ΚΕΦΑΛ. Δ.

Ἀγαπητοί, μὴ παντὶ πνεύματι πιστεύετε, ἀλλὰ δοκιμάζετε τὰ πνεύματα, εἰ ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστιν· ὅτι πολλοὶ ψευδοπροφῆται ἐξεληλύθασιν εἰς τὸν κόσμον.

ἐν τούτῳ γινώσκετε τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ. πᾶν πνεῦμα ὃ ὁμολογεῖ Ἰησοῦν χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστι.

Καὶ πᾶν πνεῦμα ὃ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Ἰησοῦν χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, ἐκ τοῦ θεοῦ οὐκ ἔστι. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ τοῦ ἀντιχρίστου, ὃ ἀκηκόατε ὅτι ἔρχεται, καὶ νῦν ἐν τῷ κόσμῳ ἐστὶν ἤδη.

ὑμεῖς ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστε, τεκνία, καὶ νενικήκατε αὐτούς, ὅτι μείζων ἐστὶν ὁ ἐν ὑμῖν, ἢ ὁ ἐν τῷ κόσμῳ.

αὐτοὶ ἐκ τοῦ κόσμου εἰσί, διὰ τοῦτο ἐκ τοῦ κόσμου λαλοῦσι, καὶ ὁ κόσμος αὐτῶν ἀκούει.

B

ἡμεῖς ἐκ τοῦ θεοῦ ἐσμέν· ὁ γινώσκων τὸν θεὸν, ἀκούει ἡμῶν, ὃς οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ θεοῦ, οὐκ ἀκούει ἡμῶν. ἐκ τούτου γινώσκομεν τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς πλάνης.

ἀγαπητοί ἀγαπῶμεν ἀλλήλους, ὅτι ἡ ἀγάπη ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστι, καὶ πᾶς ὁ ἀγαπῶν, ἐκ τοῦ θεοῦ γεγέννηται, καὶ γινώσκει τὸν θεόν.

ὁ μὴ ἀγαπῶν, οὐκ ἔγνω τὸν θεόν, ὅτι ὁ θεὸς ἀγάπη ἐστίν.

ἐν τούτῳ ἐφανερώθη ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ ἐν ἡμῖν, ὅτι τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἀπέσταλκεν ὁ θεὸς εἰς τὸν κόσμον, ἵνα ζήσωμεν διʼ αὐτοῦ.

ἐν τούτῳ ἐστὶν ἡ ἀγάπη, οὐχ ὅτι ἡμεῖς ἠγαπήκαμεν τὸν θεόν, ἀλλ᾽ ὅτι αὐτὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ ἀπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἱλασμὸν περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν.

C

ἀγαπητοί, εἰ οὕτως ὁ θεὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ ἡμᾶς ὀφείλομεν ἀλλήλους ἀγαπᾶν.

CAP. IIII.

Dilecti, ne cuiuis spiritui credatis: sed probate spiritus an ex Deo sint: nam multi pseudoprophetæ exierunt in mundum.

1 Per hoc cognoscite Spiritum Dei: omnis spiritus qui confitetur Iesum Christũ in carnem uenisse, ex Deo est:

2 3 At quicunque spiritus non confitetur Iesum Christum in carnem uenisse, is ex Deo non est, sed hic est ille *spiritus* Antichristi, de quo audistis quòd uenturus sit, & *qui* iã nũc in mundo est.

4 Vos ex Deo estis, filioli, & uicistis eos: quoniam potentior est qui in uobis est, quàm qui in mundo.

5 Ipsi è mundo sunt, ideò mundana loquũtur, & mundus eos audit.

6 Nos ex Deo sumus: qui nouit Deum, audit nos: qui non est ex Deo, non audit nos. ex hoc cognoscimus spiritum ueritatis & spiritum erroris.

7 Dilecti diligamus alij alios: nam charitas ex Deo est: quisquis diligit, ex Deo natus est, & cognouit Deum.

8 Qui non diligit, non nouit Deum: nam Deus est charitas.

9 Per hoc patefacta est charitas Dei in nobis, quòd Filium illum suum unigenitum misit Deus in mundum, ut uiuamus per eum.

10 In hoc est charitas, non quòd nos dilexerimus Deum, sed quòd ipse dilexerit nos, & miserit Filium suum ut esset propitiatio pro peccatis nostris.

11 Dilecti, si nos ita Deus dilexit, debemus et nos alij alios diligere.

IN CAPVT IIII.

1 Spiritui *πνεύματι*. Spiritum accipio *μεταφορικῶς* cum doctissimo interprete, pro eo qui Spiritus dono se præditũ dicat ad obeundũ Prophetæ munus. Redit aũt Apostol. ad id quod attigerat de pseudoprophetis, secundo cap.

2 Qui confitetur, &c. *ὁ ὁμολογεῖ*. &c. De doctrina simpliciter loquitur, non de persona. Nam fieri potest ut quis syncere doceat qui tñ ipsius doctrinæ non est particeps cuius est nuntius. Antea docuit quomodo homines probarentur: nunc de doctrina disserit, quanuis mox ad charitatem regredietur, nempe à uers. 7. Iesum Christum *Ἰησοῦν Χριστόν*. Ergo Messiam, & redemptorem unicum, eumq; unum, non duplicem. In carnem *ἐν σαρκί*. Ergo uerum hominem. hoc enim designat carnis nomen, ut diximus Rom. 1. a. 3. Venisse, *ἐληλυθέναι*. Ergo uerum Deum, qui nimirũ à Patre exierit, apud quem erat in principio.

3 Qui non confitebitur Iesum Christum in carnem uenisse *ὁ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι*. Sic legitur in omnibus Græcis exemplaribus quæ quidem mihi inspicere licuit: & familiaris est hæc formula Iohanni, ut (quod sæpe iam aliquoties) eandem sententiam ex collatione contrariorum amplificet. Vetus tamen interpres habet, Et omnis Spiritus qui soluit Iesum, ex Deo non est, *Καὶ πᾶν πνεῦμα ὃ λύει τὸν Ἰησοῦν Χριστόν*, &c. quam lectionem confirmat Socrates in Ecclesiastica historia. Ego tamen alteram anteposuerim. Satis enim intelligitur una eadem persona ex eo quòd unum Iesum Christum nominat qui in carnẽ uenerit. Ille *spiritus* Antichristi, *τὸ τοῦ ἀντιχρίστου* Vulg. Antichristus, *ἀντίχριστος*, repugnante Græcorum codicum fide. Oportet autem tritum in Ecclesia fuisse de Antichristi regno sermonem eum qui à Paulo explicatur 2. Thess. 2. a. 3. & deinceps. 4 Potentior *μείζων*. Vulg. & Eras. maior. Vide suprà 3. d. 20.

5 Mundana *ἐκ τοῦ κόσμου*. Vulg. & Eras. ad uerbum, è mundo. Similis est formula, Iohan. 3. d. 31 & 6. d. 32.

6 Spiritum ueritatis, &c. *Τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας*, &c. Id est ueridicos Prophetas: quibus opponuntur spiritus erroris, id est errantes, & alios in errorem abducentes. Neque uero *ἐκ τούτου* ex hoc, ad proximam tantum sententiam refero, sed ad ea omnia quæ iam inde à capitis initio dixit. Videtur enim esse repetitio propositionis, sicuti in conclusionibus facere necesse est.

8 Deus est charitas. *Ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστίν*. Multo *ἐμφατικώτερον* loquitur quàm si Deum diceret summopere atque adeò infinitè nos amare, quum Deum dicit erga nos ipsam charitatem esse, cuius certissimum *τεκμήριον* profert.

11 Exple-

Deum nemo spectauit unquam. si diligamus 12
alij alios, Deus in uobis habitat, & charitas
eius expleta est in nobis.

Per hoc cognoscimus in eo nos habitare, 13
& ipsum in nobis, quòd de Spiritu suo dedit
nobis.

Nos uerò spectauimus & testamur quòd 14
Pater misit filium ut esset seruator mundi.

Quisquis confessus fuerit quòd. esus est 15
Filius Dei, Deus in eo habitat, & ipse in Deo.

Et nos cognouimus & credidimus chari 16
tatem quam habet Deus in nobis. Deus cha
ritas est: & qui manet in charitate, in Deo ma
net, & Deus in eo.

Per hoc expleta est charitas in nobis, ut fi 17
duciam habeamus in die iudicij, quòd qua
lis ille est, *tales* & nos sumus in hoc mundo.

Timor non est in charitate: expleta chari 18
tas foras eijcit timorem: quoniã timor cru
ciatum habet. qui autem timet, non est abso
lutus in charitate.

Nos diligimus eum, quoniam ipse prior 19
dilexit nos.

Si quis dixerit, Diligo Deum: & fratrem su 20
um oderit, mendax est. qui enim non diligit
fratrem suum quem uidit, Deum quem non
uidit, quomodo potest diligere?

Et hoc mandatum habemus ab eo, ut qui 21
diligit Deum, diligat & fratrem suum.

CAPVT V.

QVisquis credit Iesum esse Christum, ex 1
Deo natus est: & quisquis diligit geni
torem, diligit etiam eum qui ex eo genitus
est.

Per hoc cognoscimus quòd diligamus fi 2
lios Dei, quum Deum diligimus, & mandata
eius seruamus.

θεὸν οὐδεὶς πώποτε τεθέαται. ἐὰν ἀγαπῶμεν A
ἀλλήλους, ὁ θεὸς ἐν ἡμῖν μένει, καὶ ἡ ἀγάπη
αὐτοῦ τετελειωμένη ἐστὶν ἐν ἡμῖν.

ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐν αὐτῷ μένομεν,
καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ
δέδωκεν ἡμῖν.

καὶ ἡμεῖς τεθεάμεθα, καὶ μαρτυροῦμεν, ὅτι ὁ πα
τὴρ ἀπέσταλκε τὸν υἱὸν σωτῆρα τοῦ κόσμου.

ὃς ἂν ὁμολογήσῃ, ὅτι ἰησοῦς ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ,
ὁ θεὸς ἐν αὐτῷ μένει, καὶ αὐτὸς ἐν τῷ θεῷ.

καὶ ἡμεῖς ἐγνώκαμεν καὶ πεπιστεύκαμεν τὴν
ἀγάπην, ἣν ἔχει ὁ θεὸς ἐν ἡμῖν. ὁ θεὸς ἀγάπη
ἐστί, καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ θεῷ μένει,
καὶ ὁ θεὸς ἐν αὐτῷ.

ἐν τούτῳ τετελείωται ἡ ἀγάπη μεθ' ἡμῶν, ἵνα παῤ
ῥησίαν ἔχωμεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, ὅτι κα
θὼς ἐκεῖνός ἐστι, καὶ ἡμεῖς ἐσμεν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ.

φόβος οὐκ ἔστιν ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἀλλ' ἡ τελεία ἀ
γάπη ἔξω βάλλει τὸν φόβον, ὅτι ὁ φόβος κόλα- B
σιν ἔχει. ὁ δὲ φοβούμενος οὐ τετελείωται ἐν τῇ ἀ
γάπῃ.

ἡμεῖς ἀγαπῶμεν αὐτόν, ὅτι αὐτὸς πρῶτος
ἠγάπησεν ἡμᾶς.

ἐάν τις εἴπῃ, ὅτι ἀγαπῶ τὸν θεόν, καὶ τὸν ἀδελ
φὸν αὐτοῦ μισῇ, ψεύστης ἐστίν· ὁ γὰρ μὴ ἀγαπῶν
τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ὃν ἑώρακε, τὸν θεὸν ὃν οὐχ
ἑώρακε, πῶς δύναται ἀγαπᾶν;

καὶ ταύτην τὴν ἐντολὴν ἔχομεν ἀπ' αὐτοῦ, ἵνα ὁ
ἀγαπῶν τὸν θεὸν, ἀγαπᾷ καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.

ΚΕΦΑΛ. ε.

Πᾶς ὁ πιστεύων, ὅτι ἰησοῦς ἐστὶν ὁ χριστός, ἐκ 1
τοῦ θεοῦ γεγέννηται. καὶ πᾶς ὁ ἀγαπῶν τὸν
γεννήσαντα, ἀγαπᾷ καὶ τὸν γεγεννημένον ἐξ αὐ
τοῦ. C

ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἀγαπῶμεν τὰ τέκ 2
να τοῦ θεοῦ, ὅταν τὸν θεὸν ἀγαπῶμεν, καὶ τὰς ἐν
τολὰς αὐτοῦ τηρῶμεν.

12 Expleta est τετελειωμένη ἐστίν. Id est uerè ac reipsa comprobata. Vulg. & Eras. perfecta est. Vide suprà 2. a. 5.

15 Confessus fuerit ὁμολογήσῃ. Confessionẽ intellige ex uera fide manantem, & quam charitas consequatur, ut omnia cohæreant. Nam alioqui hoc etiam uociferantur Diaboli, sed contremiscunt: nos aũt in ea una re cõfidimus.

17 Expleta est τετελείωται. Vide suprà uers. 12. Qualis ille est, καθὼς ἐκεῖνός ἐστι. Similitudinem, non paritatem intellige. quæ sit autem hæc similitudo expositi suprà 3. a. 3. 18 Timor non est, &c. Φόβος οὐκ ἔστιν. &c. Si ex charitate intelligimus nos esse in Deo, & Deum in nobis, nos filios esse, nos Deum nosse, uitam æternã esse in nobis, rectè colligit pacem ac tranquillitatem animi necessario consequi charitatem. Quid enim reformidet qui Deum habet à suis partibus? Ro 8. f. 31. & deinceps. Doctrina igitur illa sophistarũ de dubitatione, Christianissimũ à fundamẽtis cõuellit.

19 Nos diligimus, &c. ἡμεῖς ἀγαπῶμεν, &c. Vides ut ad fontem recurrat? nempe nequis pacem illam de qua disseruerat, existimaret charitate nostra tanquam causa promanare.

IN CAPVT V.

1 Christus ὁ Χριστός Id est uerus Messias, ut exposuimus suprà 2. d. 22. Ex Deo natus ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγέννηται. Idcirco igitur credimus quia adoptati sumus: ex quo consequitur, fidem gratuitum Dei donum esse. & quidem solis filijs peculiare. Quod enim credunt etiam Diaboli, & ex impijs nõnulli, fides nõ est, nisi per catachresin, ut ex hoc locoma nifestissimè liquet. Postremò si natus est ex Deo quisquis credit, quomodo conciliabitur dubitatio cum fide? Pretiosus est ergo hic locus, qui uel unus ad euertendam omnem falsam religionem sufficit. Quid autem sit ex Deo natum esse, diximus alibi, nempe per fidem coniunctum esse cum Christo, uero Dei filio, in quo etiam gratis habemur pro filijs eiusdem regni cohæredibus. Etiam eum qui ex eo genitus est καὶ τὸν γεγεννημένον ἐξ αὐτοῦ. Id est fratres suos q busdam scilicet communem parentem habet. Nam quod singulari numero usus est, totam fidelium ueluti speciem reputat in unum corpus coniunctam: aut etiam docet, non satis esse si in genere diligamus Ecclesiam, sed ueram charitatem singula membra complecti.

2 Per hoc, &c. ἐν τούτῳ. Notandus hic locus diligenter, aduersus eos qui charitatis obtentu quasuis hæreses obtrudunt: quum charitas nulla sit, ubi sana doctrina non extat. Itaque nihil est illis ineptius qui salutem nolunt à Charitate auspicari, quoties quidem de causarum salutis ordine differitur. Nam alioquin effecta cum causis coniuncta esse confitemur.

3 Hæc

A αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ, ἵνα τὰς ἐντολὰς 3
αὐτοῦ τηρῶμεν. Καὶ αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ βαρεῖαι οὐκ εἰ-
σίν. ὅτι πᾶν τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ θεοῦ, νικᾷ (σὺ. 4
κῶ τὸν κόσμον· καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ νίκη ἡ νικήσασα
τὸν κόσμον, ἡ πίστις ἡμῶν.

Τίς ἐστιν ὁ νικῶν τὸν κόσμον, εἰ μὴ ὁ πιστεύων 5
ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ.

Οὗτός ἐστιν ὁ ἐλθὼν δι' ὕδατος καὶ αἵματος, Ἰη- 6
σοῦς ὁ χριστός, οὐκ ἐν τῷ ὕδατι μόνον, ἀλλ' ἐν τῷ
ὕδατι καὶ τῷ αἵματι. Καὶ τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ μαρ-
τυροῦν, ὅτι τὸ πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια.

Hęc est enim charitas Dei, ut mãdata eius seruemus: & mandata eius grauia non sunt.

Quoniam omne quod natum est ex Deo, uincit mũdum: & hæc est uictoria quæ uicit mundum *nempe* fides nostra.

Quis est qui uincit mundum, nisi qui credit quòd Iesus est filius Dei?

Hic ille est qui uenit per aquam & sanguinem, *nempe* Iesus Christus: non per aquam solum, sed per aquam & sanguinem. & spiritus is est q testificatur quòd Spiritus ẽ ueritas.

Hæc est enim, &c. Αὕτη γάρ. Id est, Is enim demum Deum diligit qui mãdatis ipsius paret. Grauia non sunt. Ἐκφέρει ἐν ἑαυτῷ. Lex per se considerata, nec grauis nec leuis dici potest, sed comparatè duntaxat pro uaria eorum conditione quorum respectus habetur. Grauis est igitur eorum respectu qui in carne sunt. Sunt autem in carne omnes homines qui non sunt renati ex Spiritu: adeò quidem ut eos non modò nihil alleuet, sed etiam opprimat Legis pondus, non suo tamen, sed illorum uitio, ut declaratum est copiosè, septimo epistolæ ad Romanos capite. Econtrario uerò leuis est illis qui nouas uires cælitus acceperunt, qui Spiritu Dei aguntur, quia filij Dei sunt: qui denique peccato mortui sunt. adeò quidem ut nulla re æquè ac Lege Dei delectentur: nedum ut illis sit grauis & onerosa. Supereſt tamen, fateor, difficillimum & asperrimum certamen Spiritus tum carne: sed ne hac quidẽ ratione ullum Legis pondus sentiB unt, tum quia Spiritus tandem uictor euadit: tum uerò quia quicunque credit, liberatus est ab illo longè grauissimo Legis pondere, id est ab eius execratione. Hanc germanam esse huius loci explicationem apparet ex ijs quæ præcedũt ac sequuntur. Itaque stupidam esse oportet eorum conscientiã, & ualde ineptum iudicium, qui hunc locum citant ut liberum (quod uocant) arbitrium statuant, ut & illi qui perfectionem aliquam putant fidelibus in hac uita contingere. Eos uerò meminisse oportuerat quid scriptum sit Rom. 7. d. 22. & deinceps, Phil. 3. b. 9. & suprà 1. d. 8. denique saltem conscientiam suam diligenter scrutari, nisi iampridem illius sensum amisissent.

4 Mundum τὸν κόσμον. Vides aduersarias esse uires, nimirum à gratuita adoptione profectas; ex quibus mundus expugnatur, i. quicquid uel in nobis uel extra nos, à Dei Lege nos abducit? Quæ uicit ἡ νικήσασα. Antea usus est præsenti tempore, nunc usurpat præteritum: quia certatur quidem adhuc, sed tam certa est uictoria quàm si bellum iam esset confectum. Fides nostra. ἡ πίστις ἡμῶν. Instrumentum causam nominat, id est uiuam Christi apprehensionem. Nam alioqui fides hoc non præstat, sed is quẽ fide apprehendimus; nimirum Iesus Christus, in quo omnia possumus, Philip. 4. c. 13. Ideò mox subijcit fidei definitionem à materiali causa sumptam.

6 Hic ille est, &c. Οὗτός ἐστι, &c. Hunc locum sic explico: Quia fidei miram præstantiam esse dixerat, cuius obiectũ atque adeò materia esset Christus, meritò ad asserendã Christi dignitatẽ transit. Eius igitur tres testes laudat omni exceptione maiores: deinde tandẽ in nobis profert testimonia, quæ omnia in eo consentiant quòd ab uno Christo per fidem apprehenso salus sit expectanda. Hæc autem omnia, id est tres illos testes cælestes, & totidem in nobis testimonia, comprehendit uers. 6. deinde seorsim de illis agit uers. 7. de istis uers. 8. postea quod sit illorum pondus declarat. Itaque in uerbo uenit, Pater includitur à quo missus est qui uenit: Christus ipse nominatur, itemque Spiritus: ita tres illos testes cælestes habemus. Sed & aqua, & sanguis. & spiritus qui in nobis est, tres alij testes in terra diserte exprimuntur, quæ postea dilucidius etiam explicat. Dicamus igitur primum de cælestibus tribus testibus. Pater quàm sæpe & quàm apertè & uoce & factis Christum Filium suum esse testatus est? & (ne uetera reperamus) non id quotidie in Ecclesiæ, id est regni Filij tam mirifica conseruatione testatur? De Christo quid aliud ipse clamat & operibus confirmat in Euangelio, & quid aliud in Ecclesia sua patefacit quotidie? At Spiritus sanctus nonne apertè tum ante illius mortem, tum post eiusdem resurrectionem apparuit, ut Iesum Christum uerum esse Messiam testaretur? Quantum denique abfuit quominus Pater quoque & Spiritus humanam carnem & ipsi assumerent, ut uisibili & aspectabili modo testimonium nobis de Christo perhiberent? Sed illa, dicet aliquis, obscuriora sunt, nec ita facilia ut cognosci, nec ita omnibus nota ut de illis ambigi non possit. Veniamus ergo ad ea testimonia quæ nobis sunt magis familiaria, atque adeò intra nosipsos insculpta, si modò filij Dei sumus: hæc sunt, Aqua, Sanguis, & Spiritus. Postulat aũt argumenti series, ipsaq; adeò horum testimoniorum descriptio, nempe quòd in terra atque adeo in unoquoque sanC ctorum esse dicuntur, ut ad hæc capita reuocemus omnia Christi in nobis habitantis effecta: quæ expositio non minus cohærens quàm plana ac perspicua fuerit. Audiamus ergo Paulum cum Iohanne prorsus consentientem. Factus est, inquit, nobis Christus Iesus, sapientia à Deo, iustitia, sanctificatio. & redemptio. Hæc dico pro luculentissimo huius loci commentario à nobis accipi iure posse. Duo tamen interfunt, unum quod Paulus quartũ addidit, quod adhuc expectamus, plenam scilicet redemptionem ex hac corruptione ut Deum uideamus sicuti est, Luc. 21. f. 18. Rom. 8. e. 23. Ephes. 4. g. 30. alterum, quòd à sapientia auspicatus, in sanctificatione definit. Iohannes uerò contrarium, prius ordinem tenet, suo nimirum more, ab inferioribus ad summa contendens. Aquæ igitur appellatione sanctificationem nostram, id est regenerationẽ, intelligo: cuius symbola erant purificationes illæ sub Lege usurpatæ: & cuius quoque peculiaris nunc est tessera baptismus, sicut copiosè explicatur capitibus epistolæ ad Romanos sexto & octauo. quanquam mihi idem uidetur quod doctissimo interpreti, Iohannem scilicet ad Legis purificationes potius quàm ad Baptismum respexisse, quum aquæ nomine sanctificationem significaret. Nam alioqui sanguinis nomen simili ratione ad cœnam Domini applicandum esset: quod planè fuerit uiolentum. Veniamus ad secundum testimonium, nẽpe ad Iustitiam. Ea in duabus partibus consistit, nempe peccatorum expiatione, & obedientiæ Christi imputatione. Illa facit ut peccata nostra nobis non imputentur. illa, ut iusti etiam habeamur. Vtraque uerò in unicum illud sacrificium respicit. ideoque sanguinis appellatione optimè significatur, habito scilicet ueterum sacrificiorum ac præsertim aspersionis illius solennis respectu, cuius sit mentio capite epistolæ ad Hebræos nono. Supereſt tertium quod à Paulo Sapientia, à Iohanne Spiritus dicitur. Spiritum igitur uocat Iohannes animum nostrum quem cælesti illa sapientia Spiritus sanctus imbuit, ut Christum uerum esse Messiam in quo ipse sit adoptatus, certò sciat: cuius etiam effectorum sibi est conscius, iustitiæ s. ac sanctificationis, de quibus modo diximus. quæ omnia quum inter se prorsus consentiant, & ad unum Christum tanquam scopum ferantur, uidemus nimirum quàm firma sit doctrina quæ salutem iubet ab uno Christo cum summa fiducia sperare. Per aquam & sanguinem. διὰ ὕδατος καὶ αἵματος. In tribus cordibus additum erat καὶ πνεύματος, & Spiritus: quo modo etiam uidetur legisse Græcus scholiastes. Mihi tamẽ nullo modo probatur hæc lectio, quia suo loco post aquam & sanguinem sit Spiritus mentio.

Et sanguinem, καὶ τῷ αἵματι. Rectè prorsus aquam & sanguinem, id est sanctificationem & iustitiam, monet

ut seorsim cõsideremus. Neque enim illa nitimur, quum sit in nobis duntaxat inchoata: & salutis nostræ signum sit, non causa. A Ia uero quum perfecta sit, utpote quæ Christi sit, & tamen nostra per imputationem: pacis nostræ materia est & argumentum. Rursus autem quod in duobus codicibus additur καὶ ἐν τῷ πνεύματι & in Spiritu, mihi nõ placet, ob eam causam quam dixi in superiore annotatione. Et spiritus, &c. καὶ τὸ πνεῦμα, &c. Quinetiam, inquit, spiritus noster, tertius testis, nobis testificatur Spiritum sanctum esse ueritatem, id est, uerum esse quod hic nobis dictat nempe nos esse filios Dei. Quis enim docet? Vnctio illa scilicet quæ in nobis est. Quem docet? Spiritum illum quem regenerauit in nobis Pater. Quid autem nobis dictat spiritus iste noster à Spiritu sancto unctus, id est edoctus? Nempe uerùm est quod à Spiritu sancto didicit, nos scilicet factos esse filios Dei. Mirè igitur duo isti spiritus consentiunt. Hoc enim est quod ait Paulus Rom. 8. c. 16, de Spiritu adoptionis loquens, id est per quem noster spiritus sit nostræ adoptionis certior, ut nos rursum à nostro spiritu. Ipse, inquit, Spiritus unà cum spiritu nostro testatur quòd filij Dei simus. Ex his autem consequitur comunctioni ὅτι positam esse εἰδικῶς, non autem αἰτιολογικῶς, nec rectè explicatam esse per quoniam à Vetere interprete & Erasmo.

Nam tres sunt qui testificantur in cælo, 7
Pater, Sermo, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt.

ὅτι τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῷ οὐρανῷ, ὁ πατὴρ, ὁ λόγος, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ οὗτοι οἱ τρεῖς ἓν εἰσι.

Et tres sunt qui testificantur in terra, Spi 8
ritus, & aqua, & sanguis: & hi tres in unum consentiunt.

καὶ τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῇ γῇ, τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα· καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἓν εἰσι.

Si testimonium hominum accipimus, te 9
stimoniũ Dei maius est: nã hoc est testimonium Dei quod testificatus est de Filio suo.

εἰ τὴν μαρτυρίαν τῶν ἀνθρώπων λαμβάνομεν, ἡ μαρτυρία τοῦ θεοῦ μείζων ἐστίν· ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία τοῦ θεοῦ, ὃ μεμαρτύρηκε περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.

Qui credit in filium Dei, habet testimo- 10
nium in seipso. qui non credit Deo, mendacem fecit eum: quia non credidit testimonio quod testificatus est Deus de filio suo. B

ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, ἔχει τὴν μαρτυρίαν ἐν ἑαυτῷ· ὁ μὴ πιστεύων τῷ θεῷ, ψεύστην πεποίηκεν αὐτόν, ὅτι οὐ πεπίστευκεν εἰς τὴν μαρτυρίαν, ἣν μεμαρτύρηκεν ὁ θεὸς περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.

Est autem hoc testimonium, *nempe* quòd 11
uitam æternam dedit nobis Deus: & hæc uita, in Filio eius est.

Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία, ὅτι ζωὴν αἰώνιον ἔδωκεν ἡμῖν ὁ θεὸς, καὶ αὕτη ἡ ζωὴ ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ ἐστιν. ὁ ἔχων τὸν υἱὸν, ἔχει τὴν ζωήν·

Qui habet Filium, habet uitam: qui non 12
habet filium Dei, uitam non habet.

ὁ μὴ ἔχων τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τὴν ζωὴν οὐκ ἔχει.

Hæc scripsi uobis qui creditis in nomen 13
filij Dei: ut sciatis quòd uitam habetis æternam, & ut credatis in nomen filij Dei.

ταῦτα ἔγραψα ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, ἵνα εἰδῆτε ὅτι ζωὴν ἔχετε αἰώνιον, καὶ ἵνα πιστεύητε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ.

Et hæc est fiducia quam habemus apud 14
Deum, quòd siquid petierimus secundum uoluntatem eius, audit nos.

Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ παρρησία ἣν ἔχομεν πρὸς αὐτὸν, ὅτι ἐάν τι αἰτώμεθα κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ, ἀκούει ἡμῶν.

7 Nam tres sunt, &c. ὅτι τρεῖς εἰσιν, &c. Hic uersiculus omnino mihi retinendus uidetur. Explicat enim manifestè quod de sex testibus dixerat, tres seorsim cælo, tres terræ tribuens. Non legit tamen Vetus interpres, nec Cyrillus, nec Augustinus, nec Beda: sed legit Hieronymus, legit Erasmus in Britannico codice, & in Complutensi editione. Legimus & nos in nonnullis Roberti nostri ueteribus libris. Non conuenit tamen in omnibus inter istos codices. Nam Britannicus legit sine articulis πατὴρ, λόγος, καὶ πνεῦμα. In nostris uerò legebantur articuli, & præterea etiam additum erat Sancti epitheton Spiritui, ut ab eo distingueretur cuius fit mentio in sequenti uersiculo, quique in terra collocatur. In cælo ἐν τῷ οὐρανῷ. Hoc deerat in septem uetustis codicibus, sed tamen omnino uiderur retinendum. C

Sermo, ὁ λόγος. Cur Filius Dei dicatur λόγος exposuimus Iohan. 1. a. 1. Atenim, dices, nemo in sua causa idoneus est testis. Hunc nodum ipse explicat Iohan. 8. b. 13, & deinceps, qui locus istum mire illustrat, ut & alij multi apud hũc nostrum Euangelistam, in quibus sæpe fit istius testificationis mentio.

Et hi tres unum sunt, καὶ οἱ τρεῖς ἓν εἰσι. Id est ita prorsus consentiunt acsi unus testis essent, uti re uera unum sunt si θείαν spectes: sed de illa (ut mihi quidem uidetur) non agitur hoc in loco, quod & Glossa ipsa interlinearis quam uocant agnoscit. Sed & Complutensis editio legit εἰς τὸ ἓν εἰσι, ad unum sunt. id est in unum conueniunt, uti legitur in sequenti membro.

8 Et hi tres in unum consentiunt καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἓν εἰσιν. Cõplutensis editio hæc non legit hoc in loco: quæ tamen mihi uidentur prorsus retinenda, ut intelligamus hæc omnia testimonia penitus consentire.

9 Si testimonium, &c. εἰς τὴν μαρτυρίαν, &c. Argumentum à comparatis sumptum. Refertur autem hoc ad uersiculum septimum.

Nam hoc est testimonium, &c. ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία, &c. Merito (inquit Apostolus) ita colligo: nam illud testimonium quod dixi in cælo perhiberi, à Deo manat, Filium suum ornante.

10 Qui credit, &c. Ὁ πιστεύων, &c. Sicut superior uersiculus cum septimo, ita iste cum octauo cohæret. Triũ, inquit, illorum testimonium quod dixi in terra esse, unum est testimonium quod penes se atque adeo intus habet unusquisque qui credit. itaque mutuò inter se consentiunt cæli & terræ testes.

11 Est autem hoc, &c. Καὶ αὕτη ἐστὶν, &c. Tandem explicat hoc testimonium quod & Deus è cælo & fidelibus sua conscientia à Spiritu sancto edocta, iustificata, & sanctificata dictat, nempe datam esse nobis uitam æternam à Deo in Filio suo.

13 In nomen, &c. εἰς τὸ ὄνομα, Vide suprà 3. d 23.

A καὶ ἐὰν οἴδαμεν ὅτι ἀκούει ἡμῶν, ὃ ἐὰν αἰτώμεθα, οἴδαμεν ὅτι ἔχομεν τὰ αἰτήματα ἃ ἠτήκαμεν ἀπ' αὐτοῦ.

ἐάν τις ἴδῃ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἁμαρτάνοντα ἁμαρτίαν μὴ πρὸς θάνατον,

5 Et si scimus quòd audit nos, quicquid petierimus: scimus quòd habemus petitiones quas petijmus ab eo.

6 Si quis uiderit fratrem suum peccare peccato *quod* non *est* ad mortem:

16. Peccato, &c. Si uolent Sophistæ uenialia quæ uocant peccata à mortalibus ex hoc loco distinguere, simul concedant oportet, extra omnem ueniæ spem esse quotquot mortali peccato sunt obnoxii. quum pro illis preces concipi nolit Apostolus. Id uerò quum nimium sit absurdum, consequitur eam doctrinam & falsam & ineptam esse. Res igitur ita se habet: Peccata omnia hactenus paria sunt ut uel minima minimi peccati cogitatio mortem æternam millies mereatur. quod ita esse non modò ex innumerabilibus Scripturæ locis apparet, sed ipsa etiam tum diuinæ naturæ tum peccati consideratio aperte conuincit. Dei infinitam maiestatem quomodo tandem uiolabis, quin infimæ pœnæ sis obstrictus? Dei infinita illa puritas quomodo tandem uel minimam in peccatore labeculam feret? Peccata sane alia aliis sunt grauiora. sed fallitur qui coram Deo ullum esse existimat quod æternæ iræ pondus secum nò trahat. Hoc qui non cogitant Deum illum uerum non cogitant, sed idolum imaginantur quod illos eludit.

Hinc fit ut illis persuaderi non possit originalis peccati grauitas, utpote quam ipsi uelint leuicula aquæ aspersione ablui, ex opere operato, quod aiunt. Hinc inuectæ satisfactiones, quasi Deus puerulorum mstar, pomis ac nucibus placari possit. Hinc uidentur crudeles qui totam hominis non regenerati naturam iam inde à primo conceptu ream æternæ mortis peragunt: crudeles qui pro minimis, ut uocant, peccatis commouentur. quum potius mirari oporteret tantam esse Dei bonitatem, ut uel ob unum unius peccatum, totum orbem terrarum funditus millies non perderet. Misericors est, fateor: imò ipsa clemẽtia, bonitas, misericordia. alioquin quid nobis fieret? Sed quis putat Deum ita esse misericordem ut possit uenialiter, ut aiunt, offendi, ita inquam esse misericordem ut iustitiæ suæ ad ultimum usque quadrantem satisfieri nolit, idolum amplectitur pro Deo.

Patet, fateor, nobis ad Dei gratiam aditus, siquando peccauimus, sed per Christum. Huius sanguinem & plenam satisfactionem, plenam iustitiam, plenam sanctitatem, plenam obedientiam qui non attulerit, frustrà ueniam sperarit. Vbi igitur misericordia, dices? Respice te, miser: tum intelliges quomodo summe seuerus & summe misericors sit Deus. Quòd nonnisi pleno sacrificio placatur, nonnisi plena obedientia delectatur, in eo uere diuinam naturam agnoscis ab omni impuritate summè, sicuti par est abhorrentem: quòd tibi Christus & tu Christo ab æterno destinatus: quòd gratis uocatus, gratis donatus fide, gratis illa Christi unigeniti filij puritate impurata, pro puro: gratis unica illius oblatione imputata, pro expiato: gratis imputata illius iustitia, pro iusto sis habitus: gratis demum illi insitus: mortificatus quidem peccato, iustitiæ uerò sis uiuificatus. quod denique peccata suapte natura lethalia non modò tibi non noceant, sed etiam tuo commodo cedant, in his planè stupidus es, si summam, immẽsam, infinitam, incomprehensibilem Dei bonitatem non agnoscis. Ergo sic statuamus: omnia per se lethalia esse peccata, adeò quidem ut nonnisi unius Christi pretiosa oblatione eluti possint, eluti autem in ijs omnibus qui per fidem Christum apprehendunt. Ex hoc cõsequitur, nullà electis mortalia, nulla reprobis uenialia esse peccata: ac proinde pro reproborum peccatis minime concipiendas esse preces. At quomodo reprobos ab electis dignoscam? Videamus quàm considerate & circunspectè nobis sit agendum. Multa sunt peccata electis & reprobis communia: imò uerò, si unum duntaxat excipias, nullum est cui non sint utrique, quanuis non simili ratione, obnoxij. Ex his igitur non uult iudicium fieri Apostolus, sed monet in genere ut pro quouis fratre solicitè rogemus. Nostrum hoc officium est: Deo arcana sua relinquamus. Sed additur exceptio, ex qua scilicet intelligimus aliquod esse peccati genus ita lethiferum ut sine ulla ueniæ spe mors æterna illud consequatur. illud scilicet quod in Spiritum sanctum committitur, quod neq; in præsenti neque in futuro seculo remittatur. At quodnam illud est? Hic uerò non pigebit, quod multis locis feci, doctissimi interpretis sententiam, plenam & doctrinæ & consolationis, paulò plenius explicare. Primum omnium igitur hoc statuamus, Spiritus sancti nomine non intelligi ipsam Spiritus personam. Neq; enim maior est Spiritus sancti dignitas, quàm uel Patris uel Filij, quum in Deo nihil impar aut inæquale concipi debeat: neque etiam offendi una Trinitatis persona possit, quin peccati iniuria in diuinitatem ipsam redundet. Quid igitur? nempe quia Spiritus sanctus, is est qui peculiariter nos illuminat & in ueritatis lucem introducit, is est qui & Patrem & Filium & seipsum nobis patefacit. ideo qui ab eo hactenus illuminatus est, ut Dei ueritatem ignorare ne si uelit quidem possit, & tamẽ destinata malitia sciens ac prudens Deo ipsi bellum indicit, is in Spiritum sanctum peccare dicitur: pro quo preces concipi non oporteat. Exempli causa, Diabolus à Dei cõditoris uirtute, quæ Spiritus sanctus est, hoc adeptus ut insigni quadam intelligendi facultate præditus esset, Iesum nouit uerum illum esse Messiam, à quo tãdem etiam sit iudicandus. Id enim ipse passim in Euangelio nò dicit modo, sed etiam uociferatur: & in ijs locis in quibus solebat miseros homines suis oraculis eludere, sæpe hoc est conquestus: ut passim apud idoneos scriptores legitur. Nouit etiam fideles Dei seruos, ut testatur Actor. 16. d 17. & 19. c. 15, & tamen à condito mundo non desiit Dei maiestatem & regnum totis uiribus sciens ac prudens oppugnare. In hominibus diuersum est nonnihil. Nam in ijs magna semper est cæcitas, sed ita tamen ut in ijs de quibus hic agimus, improbitas supra cæcitatem emineat. Exempli causa, fumantur illi ipsi aduersum quos Dominus de hoc peccati genere disseruit, Matth. 12. Mar. 3, & Luc. 12, illi certè Christũ norant nò modò esse à Deo, ut Iohan. 3. a. 2, sed etiam quis esset, Iohan. 7. d. 28: & tñ, quod illis exprobrat Stephanus Act. 7. f. 51, non desinebant scientes ac prudentes, repugnante conscientia, operibus illius diuinis detrahere, insidiari, ueritatem obscurare, donec illum ex proditore mercati, per inuidiam subornatis testibus, reluctante ipso iudice, crucifixum, corruptis pecunia militibus non resurrexisse mentirẽtur. De certis hominibus loquor, quorum nomina nò edit Scriptura. nam multos ex illis alia simpliciore ignorantia peccasse ostendit ipsorum conuersio, Act. 3. c. 17, & 1. Timoth. 1. c. 13. Hic igitur tanquam in speculo licet horrendam huius peccati ueluti faciem spectare. quod tamen rursum per partes explicabimus, ut in re tanti momenti securæ sint sanctorum conscientiæ. Ex ijs igitur quæ posuimus, ista consequuntur. Primùm in eos solos cadere hoc peccatum quibus Spiritus sancti lux ita affulserit, ut bonum Dei donum gustarint, sicut diximus Hebr. 6. Ideo condonata est Paulo blasphemia, prima ad Timotheum capite primo c. uersiculo decimo tertio. Deinde, non secundam sed primam tabulam directè respicere hoc peccatum: quamobrem etiam blasphemia in Spiritum sanctũ uocatur. Tertiò, non esse particularem lapsum, aduersus primam tabulam, cuiusmodi sunt etiam, dubitatio aliqua de Deo, de ueritate Scripturę, de Christo, deque alijs ad Dei cultum proprie pertinentibus. Supersunt enim eorum uitiorum semina etiam in regeneratis. adeò ut interdũ horrificos fructus edant in ipso tentationis æstu. sicut in Iobo, in Mose, Aarone: in Dauide denique, qui tamen erat secundum cor Domini, ut ex Psalmo septuagesimo tertio, itemque ex centesimo & decimo sexto b. 11. liquidò apparet.

Quartò, peccatum hoc uniuersalem esse apostasiam, id est defectionem à Deo: qua Dei ipsius maiestas ex certa ac destinata malitia petitur, cuiusmodi in illis exemplis apparet quæ citauimus. Itaque Petri abnegatio non fuit peccatum in Spiritum sanctum. Quanuis enim ore negaret, & quidem cum execratione, addo etiam, quanuis intus æstuaret ipsius conscientia, dum Christum ita abiectum cerneret, tamen non consentiebat mentis iudicium cum lingua, sed hoc expressit partim illa præcipitatio, quæ Petro erat ueluti familiaris in utranque partem (ut solẽt uitia sub uirtutis specie blandiri) partim uerò periculi circunstantis horror. Interim tamen Spiritus ille ex quo didicerat Christũ esse Filium Dei uiui, & ita quidem ut, sicuti paulo pòst patefecit, nihil haberet præcepto suo charius: is, inquam, Spi-

ritus in corde manens, linguam reprehendebat: fides illa pro qua rogarat Dominus ut non deficeret, intus æstuabat. A
Alioquin sese adiunxisset Iudæis, & sese ab illo diu deceptum conquestus foret, denique se ostendisset non Petrum, sed Simonem illium esse Ionæ filium. quum è contrario fiens sese foras præripuerit, & nulli magis quàm sibi hoc fa cinus displicuisse, re ipsa sit omnibus modis testatus. Nequeuerò hæc à me dic untur ut Petri peccatum eleuem, quod sanè mortem æternam mille modis merebatur: sed ut si qui, Petri exemplo, ex infirmitate peccarint, (nihil autem ui detur, uno excepto Spiritus sancti peccato, grauius committi à quoquam posse) animum tamen non abijciant, sed aliquem sibi ad salutem aditum relictum norint: si modò Petri fidem ac resipiscentiam imitentur. Quintò, nullos e lectos huic peccato non esse obnoxios. Quum enimnũquam remittatur, non possit autem irritum esse Dei consiliũ, efficitur ita prospicere Dei gratiam electis suis, ut nunquam eousque illos deserat ut in id præcipitium abripiantur. Itaque quisquis certum electionis testimonium in sese sentit, (dictum est autem suprà de tribus testibus quos in sese habent quicunque uerè credunt) non est quod unquam desperet. Interim uerò num hoc prætextu sese adquiduis au dendum accendet? Minimè uerò id facturus est quicunque Dei Spiritum habet, sed magis ac magis nitetur bonis ope ribus in semetipso uocationem & electionem suam cõfirmare, sicuti Petrus monet: quòd si in certamine uulnus ali quod acceperit, tamen non despondebit animum, neque cum aduersario fœdus feriet: sed suijpsius ita eumpudebit, ut uirtutis illius conscius quàm à Domino accepit, eo alterius in hostem feratur. Sextò, hoc peccatum non extare necessari o inomnibus reprobis, quum uel ipsum solum peccatũ origi: is illis meritò cõdemnandis sufficiat. Omnia enim (ut antè dixi) peccata reprobis lethalia sunt: ipsaque adeo natura illos reddit æternæ iræ Dei obnoxios: sicuti è contrario, in electis omnia, sine ulla prorsus exceptione, per Christi sanguinem eluuntur. Vacant enim eo quod unũ est insanabile, ut modò dixi. Septimò, quũ uera resipiscentia manet à Dei Spiritu. Spiritũ aũt Dei in uno Christo per fidem gratis apprehenso nanciscamur: nunquam posse resipiscere qui in Spiritum sanctum peccarint, ac proinde nun quam remitti hoc peccatum. Nam si resipiscerent, certè ueniam cõsequerentur, quum Deus eum qui seriò resipiscit, non magis possit quàm Spiritum suum despicere. Non est ergo causa cur accusetur Deus tanquam crudelis quòd pec catum hoc non remittat: sed, ut reliquas rationes præteream, profani sunt qui a Deo petunt ut tam execrandum scelus etiam non resipiscentibus condonet. Postremò hoc quoque adijcimus: quũ id peccatum magis intuslateatquam foris se prodat, nihil æquenobis cauendum atque hoc unum, ne de quoquam temerè hac in parte iudicemus. Olim quidem quum eximia illa Spiritus sancti dona, quibus confirmari nascentem Ecclesiam oportuit, in nonnullis uige rent, peculiatis quædam reuelatio uidetur id patefecisse: sed rarò tamen, ut Galat. 5. b. 12, a. 1. Timoth. 4. c. 14. quum i psi Simoni. Mago non omnis spes præripiatur, Act. 8. d. 21. & 22. Nunc uerò multo etiam quam antea confideratius est nobis incedendum. Vitia quidem ipsa acerrimè damnanda sunt: peccatores uerò pro ingenij & ipsa peccatorum circunstantia tractandi. Quo propius uidebitur ab extremo periculo quispiam abesse, eo magis solicitè conemur o mnibus modis illum in uiam reuocare, ac præsertim precibus illum Domino commendemus. Siquem tamen Domi nus tanquam digito nobis commonstrarit ad mortem peccare (quod tamen sibi plerunque integrum seruare con sueuit) quid nobis faciendum sit aperte docet Apostolus. & significauit etiam Dominus Samueli cum graui reprehen sione, 1. Samuel. 16. a. 1.

petet, & dabit ei uitam: peccantibus *dico* nõ ad mortem. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico ut roges.

αἰτήσει, καὶ δώσει αὐτῷ ζωὴν, τοῖς ἁμαρτάνου σιν μὴ πρὸς θάνατον. ἔστιν ἁμαρτία πρὸς θανά τον, οὐ περὶ ἐκείνης λέγω, ἵνα ἐρωτήσῃ,

Omnis iniquitas peccatũ est: sed est pec catum *quod* non *est* ad mortem. 17

πᾶσα ἀδικία ἁμαρτία ἐστὶ, καί ἔστιν ἁμαρτία οὐ πρὸς θάνατον.

Scimus quòd quisquis natus est ex Deo, non peccat: sed qui genitus est ex Deo, cõ seruat seipsum, & Malus ille nõ tangit eum. 18

οἴδαμεν ὅτι πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ θεοῦ, οὐχ ἁμαρτάνει· ἀλλ' ὁ γεννηθεὶς ἐκ τοῦ θεοῦ, τηρεῖ ἑαυτὸν, καὶ ὁ πονηρὸς οὐχ ἅπτεται αὐτοῦ.

Scimus quòd ex Deo sumus, & mundus totus in malo iacet. 19

οἴδαμεν ὅτι ἐκ τοῦ θεοῦ ἐσμὲν, καὶ ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται.

Sed scimus quòd Filius Dei uenit, & de dit nobis mentẽ ut cognoscamus illum qui uerax est: & sumus in uerace illo, *id est* in Fi lio eius Iesu Christo. 20 C

οἴδαμεν δὲ ὅτι (ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἥκει, καὶ δέδω κεν ἡμῖν διανοιαν, ἵνα γινώσκωμεν τὸν ἀληθι νὸν, καὶ ἐσμὲν ἐν τῷ ἀληθινῷ, ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ιη σοῦ Χριστῷ.

Petet, αἰτήσει. Præcisum dicendi genus. Perinde enim est acsi diceret, petet à Domino ut illi condonet: qui roga tus dabit illi uitam. Neque enim nisi coacta interpretatione, uerbum δώσει potest ad aliũ quàm ad ipsum Deum re ferri. Deinde notandum est quòd non dixit, dabit ei ueniam, sed dabit ei uitam. Ita enim intelligimus, quòd peccatũ aliquod non sit mortiferum, id non ex ipsa peccati natura (alioqui enim admodum improprie loquutus esset Apo stolus) sed ex Domini benignitate proficisci qui dare uitam dicitur, quum gratis remittit peccata, quæ mortem per se afferunt. Stipendium enim peccati, mors: Donum autem Dei, uita æterna per Christum, Rom. 6. d. 23.

17 Sed est καὶ ἔστιν. Καὶ pro ἀλλὰ, ut aliquoties in hac epistola annotauimus. Vide annotationẽ superiorem.

18 Non peccat οὐχ ἁμαρτάνει. Non peccat, scilicet ad mortem, ac proinde pro eo rogandum est. Conseruat se ipsum, τηρεῖ ἑαυτὸν. Id est cauet sibi à peccato. Neque enim utitur uerbo. σώζειν, sed τηρεῖν quæ non minus differunt apud Græcos quàm apud Gallos *se garder & se sauuer*. Inepti sunt igitur ac etiam ridiculi qui hunc locum citant quasi à libero arbitrio & bonis operibus salus, tanquam à causa, pendeat. Sed demus scriptum esse σώζει (quia sic loquitur Paulus 1. Timoth. 4. d. 16) dico seruare seipsum, & purificare seipsum, esse prorsus coniuncta, ut suprà 3. a. 3. Purifica re autem seipsum dicitur qui Deum & fratrem diligit. At Deum diligimus & fratres, quia Deus prior nos dilexit, suprà 4. d. 19. Iustificati sunt autem in quibus Deus amorem suum patefecit in Christo. Ergo ista purificatio iustificatum se quitur non autem præcedit iustificandum: estque hæc sanctificatio non causa salutis, sed inter quod sequuntur qui ia ex morte translati sunt ad uitam. suprà 3. c. 14. Agimus tamen, fateor, sed quia filij sumus: agimus, inquam, non natu rali arbitrio quod adtuuet Gratia, sed arbitrio quod gratia ex peccati corruptione, cui totum seruiebat, manumissum, cœpit ex malo bonum facere, ac quotidie magis ac magis perficit.

Non tangit οὐχ ἅπτεται. Non tangit scilicet uulnere lethali intus enim pet fidem habet eum qui Mundum, Mor tem, Peccatum, Satanam uicit.

19 Mundus totus in malo iacet. ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται. Id est, omnes homines in genere: quales sunt in sese, iacent in malo ueluti sepulti. Nisi ἐν τῷ πονηρῷ interpretemur, penes Malum, id est in Satanæ potestate positus est. uti paulò antè τὸν πονηρὸν illum uocauit, addito articulo.

Αὕτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς θεὸς, καὶ ζωὴ αἰώνιος. hic est uerus Deus, & uita æterna.

τεκνία φυλάξατε ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν εἰδώλων. ἀμήν. 21 Filioli, cauete uobis ab idolis. Amen.

20 Hic οὗτος. Postulat pronominis istius propria significatio, ut ad Christum hoc referatur. Deinde peculiare ubique est Iohanni per uitam æternam Christum significare μετωνυμικῶς. Continet igitur etiam hic locus expressum Diuinitatis Christi testimonium. 21 Ab Idolis, ἀπὸ τῶν εἰδώλων id est à simulachris, ut Vetus interpres & Erasmus rectè conuerterunt. ut ipsis etiam pueris in Græca lingua uel minimum uersat is abundè notum est. Non desunt tamen etiamnum hodie qui idolorum nomine ea duntaxat simulachra significari putent quæ Pagani suis fictitijs dijs statuerunt: quasi uerò simulachra quæ nonnulli hodie tam pertinaciter defendunt, non ea etiam ratione magis sint execranda, quòd Dei nomen & Sanctorum honorem multo manifestius polluant: quasi denique non & ipsi fictitios suos sanctos habeant. Sed age, quando ipsis semel decretum est reijcere quicquid à nobis dicitur, audiat saltem Hieronymum, cui se tantum tribuere gloriantur. Is enim Epiphanij illius acerrimi hæreticorum hostis epistolam ad Iohannem episcopum Hierosolymitanum scriptam tanti fecit, ut è Græco etiam in Latinum conuerterit: in qua hæc scripta sunt totidem uerbis, Quum uenissem ad uillam quæ Anablatha dicitur, uidissemque ibi præteriens lucernam ardentem, & interrogassem quis locus esset, didicissemque esse Ecclesiam, & intrassem ut orarem: inueni ibi uelum pendens in foribus eius Ecclesiæ tinctum atque depictum, habens imaginem QVASI CHRISTI, VEL SANCTI CVIVSDAM. Non enim satis memini cuius imago fuerit. Quum ergo hoc uidissem, IN ECCLESIA CHRISTI, CONTRA AVTHORITATEM SCRIPTVRARVM, hominis pendere imaginem, scidi illud, & magis dedi consilium custodibus eiusdem loci, ut pauperem mortuum eo obuoluerent, & efferrent. Et paulo post addit, Precor ut iubeas presbyteros eiusdē loci deinceps præcipere, in Ecclesia Christi istiusmodi uela; quæ contra religionem nostrā ueniunt, non appendi. Hæc scripsit Epiphanius, ita cōprobauit Hieronymus. Citatur authoritas Scripturarū, profert consuetudo Ecclesiæ. Quo igit iure hæretici illi appellent qui cū Iohan. monent cauendū à simulachris.

B

EPISTOLA IOHANNIS secunda.

Ἐπιστολὴ Ἰωάννου δευτέρα.

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

ΚΕΦΑΛ. α. CAPVT I.

Πρεσβύτερος ἐκλεκτῇ κυρίᾳ, καὶ τοῖς τέκνοις αὐτῆς, οὓς ἐγὼ ἀγαπῶ ἐν ἀληθείᾳ, καὶ οὐκ ἐγὼ μόνος, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ ἐγνωκότες τὴν ἀλήθειαν 2 διὰ τὴν ἀλήθειαν τὴν μένουσαν ἐν ἡμῖν, καὶ μεθ' ἡμῶν ἔσται εἰς τὸν αἰῶνα.

ἔσται μεθ' ἡμῶν χάρις, ἔλεος, εἰρήνη παρὰ θεοῦ 3 πατρὸς, καὶ παρὰ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ πατρὸς, ἐν ἀληθείᾳ καὶ ἀγάπῃ.

Ἐχάρην λίαν, ὅτι εὕρηκα ἐκ τῶν τέκνων σου 4 περιπατοῦντας ἐν ἀληθείᾳ, καθὼς ἐντολὴν ἐλάβομεν παρὰ τοῦ πατρός.

C

Presbyter electę dominę & liberis eius, quos ego uerè diligo, nec egosolus, sed & omnes qui cognouerunt ueritatem:

Propter ueritatem quæ permanet in nobis, & nobiscum erit in æternum.

Sit uobiscum gratia, misericordia, pax à Deo patre, & à Domino Iesu Christo filio Patris cum ueritate & charitate.

Gauisus sum ualde quòd inuenerim ex filiis tuis qui incedant in ueritate, sicut mandatum accepimus à Patre.

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Presbyter ὁ πρεσβύτερος. Vulg. & Eras. Senior. Ego officij nomen esse putarim. cur autem nomen non adscripserit non facile dixerim: nisi quod uidetur hoc fuisse Iohanni familiare, cuius etiam prima epistola sit αὐτεπίγραφος. Sunt tamen qui putent hoc nomine alium quendam Iohannem significari qui presbyter fuerit uulgo cognominatus, a quo etiam nonnulli editam Apocalypsin putant: ut narrat Eusebius lib. Ecclesiasticæ hystoriæ 3. cap. 39. Ego putarim familiarem esse epistolam ab Apostolo ipso Iohanne scriptam. Nam quod ad doctrinam ipsam attinet, ualde pia & sancta est, atque adeo cum superiore prorsus consentiens. Phrasis autem Hebraismis scatet, & germanum Iohannis stilum prorsus refert, quantum quidem possum iudicare. Electæ dominæ ἐκλεκτῇ κυρίᾳ. Nonnulli electæ nomen proprium esse uolunt: quod non probo. Dicendum enim fuisset κυρίᾳ ἐκλεκτῇ Dominæ electæ. Alij hoc nomine uolunt Ecclesiam Christi: nam in genere significari. quibus repugnat primùm quòd hoc dicēdi genus sit prorsus inusitatum, deinde quòd in extremis duobus uersiculis discrte pollicetur se ad eam & filios ipsius uenturum: additque filiorum sororis salutem: quam & ipsam electam uocat. Puto igitur inscriptam esse epistolam præstanti alicui fœminæ, quales nonnullæ Ecclesias suis opibus passim sustentabant: & electam quidem illam uocari, id est נבחרת exiniam, addita dominæ appellatione, ex Hebræorum more, apud quos etiam mulier גבירת præstantis alicuius dignitatis ratione dicitur. quo modo & nos hodie in uernaculo sermone loquimur. ut Gen. 16. a. 4. b. 8, & c. 9. sicuc Lucas Theophilum, & Paulus Festum, κράτιστον, id est potentissimum uel præstantissimum, compellant. Neque enim ab eiusmodi honestis titulis Christiana religio abhorret, quatenus quidem iustūac fas est. Perinde est igitur acsi scriptū esset, Eximiæ ac præstanti dignitate fœminæ. At enim cur nomen proprium non addidit? nempe satis inter se noti ac familiares erant: quamobrem etiam ne nomen quidem suum exprimendum putauit. Quos ἐν. Hoc pertinet tum ad matrem tum ad liberos. Habita est autem ratio sententiæ potius quam uerborum. perinde nimirum acsi præcelsissimet τοῖς ὑιοῖς. Sic apud Græcos interdum reperias τέκνον φίλε. Item apud Anacreontem, ἕρεφος, φέρουσα τέρεμν. ubi tamen Henricus Stephanus noster legendum notat ἕρεφος, φέρον ἢ τέρεμν. Cui facilè assentior: quod præcedat μοῦ. Hebræis autem æquè familiare est relatiua ad sensum quàm ad uerba ipsa referre. Verè οὐκ ἀληθείᾳ. Heb. באמת Vulg. & Eras. ad uerbum, in ueritate. Veritatem: τὴν ἀλήθειαν id est Christum, uel Euangelium. quæ phrasis sæpe apud Iohannem præsertim occurrit. idem etiam eiusmodi unius uerbi geminatione gaudet, sicut singulis penè paginis licet obseruare tum in Euangelio tum in epistola superiore.

3 Sit uobiscum *ἔσται μεθ' ὑμῶν*. Sic legit Vetus interpres, & ita etiam in Græcorum scholiorum contextu legi A
tur. Fateor tamen Græcos codices habere *ἔσται μεθ' ὑμῶν*, Erit uobiscum. sed nouum est certe hoc salutationis genus
& potuit etiam erroris occasionem librario præbere superior uersiculus. Ponitur autem *ἔσται* pro *ἔστω*, ex Hebræorũ
more. M. sententia *ἔλεος*, Vide 1. Tim. 1. a. 2. Cum ueritate, &c. *ἐν ἀληθείᾳ*. Ideſt, cum uera cognitione quam charitas
comitetur. *ἀλήθειαν* igitur uocat quam Paulus sæpe *ἐπίγνωσιν*, Id est agnitionem, appellat.

Et nunc rogo te domina, non ut mandatum nouum scribens tibi, sed quod habuimus *iam inde* à principio, ut diligamus alij alios. 5 *καὶ νῦν ἐρωτῶ σε κυρία, οὐχ ὡς γράφων σοι καινὴν, ἀλλὰ ἣν εἴχομεν ἀπ' ἀρχῆς, ἵνα ἀγαπῶμεν ἀλλήλους.*

Hæc autem est charitas, ut incedamus secundum doctrinam eius. Hęc est doctrina, ut sicut *iam inde* à principio, *ita* in eo ambuletis. 6 *καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἀγάπη, ἵνα περιπατῶμεν κατὰ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ. αὕτη ἐστὶν ἡ ἐντολὴ, καθὼς ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς, ἵνα ἐν αὐτῇ περιπατῆτε,*

Nam multi impostores ingressi sunt in mundum, qui non confitentur Iesum Christum uenisse in carne. Qui est eiusmodi, impostor est & Antichristus. 7 *ὅτι πολλοὶ πλάνοι ἐξῆλθον εἰς τὸν κόσμον, οἱ μὴ ὁμολογοῦντες Ἰησοῦν Χριστὸν ἐρχόμενον ἐν σαρκί, οὗτός ἐστιν ὁ πλάνος καὶ ὁ ἀντίχριστος.*

Antichristus. Attendite uobisipsis, ne perdamus quæ operati sumus, sed ut mercedem plenam recipiamus. 8 *βλέπετε ἑαυτοὺς μὴ ἀπολέσωμεν ἃ εἰργασάμεθα, ἀλλὰ μισθὸν πλήρη ἀπολάβωμεν.*

Quisquis transgreditur, nec manet in doctrina Christi, Deum non habet: qui manet in doctrina Christi, hic & Patrem & Filium habet. 9 *πᾶς ὁ προάγων καὶ μὴ μένων ἐν τῇ διδαχῇ τοῦ Χριστοῦ, θεὸν οὐκ ἔχει. ὁ μένων ἐν τῇ διδαχῇ τοῦ Χριστοῦ, οὗτος καὶ τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν ἔχει.* B

Siquis uenit ad uos, & hanc doctrinam non affert, ne recipiatis eum domum, nec Aue ei dixeritis. 10 *εἴ τις ἔρχεται πρὸς ὑμᾶς, καὶ ταύτην τὴν διδαχὴν οὐ φέρει, μὴ λαμβάνετε αὐτὸν εἰς οἰκίαν, καὶ χαίρειν αὐτῷ μὴ λέγετε.*

Qui enim dicit illi Aue, cómunicat operibus eius malis. 11 *ὁ γὰρ λέγων αὐτῷ χαίρειν, κοινωνεῖ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ τοῖς πονηροῖς.*

Quum multa haberem uobis scribenda, nolui per chartam & atramentum: sed spero *me* uenturum ad uos, & præsentem præsentibus loquuturum: ut gaudium nostrũ sit completum. 12 *πολλὰ ἔχων ὑμῖν γράφειν, οὐκ ἠβουλήθην διὰ χάρτου καὶ μέλανος· ἀλλὰ ἐλπίζω ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ στόμα πρὸς στόμα λαλῆσαι, ἵνα ἡ χαρὰ ἡμῶν ᾖ πεπληρωμένη.*

Salutãt te filij sororis tuæ electæ. Amen. 13 *ἀσπάζεταί σε τὰ τέκνα τῆς ἀδελφῆς σου τῆς ἐκλεκτῆς. ἀμήν.*

5 Scribens *γράφων*. Sic lego, consentientibus cum Vetere interprete tribus codicibus uetustis, & Græcis etiã scholijs. Erat, scribo *γράφω. iam inde* à principio *ἀπ' ἀρχῆς*. Vide 1. Iohan. 2. a. 7 & 8, ubi habetur hæc eadem sententia.

6 *Iam inde* à principio *ἀπ' ἀρχῆς*. Vide 1. Iohan. 2. d. 24, ubi hæc quoque scripta sunt. Cur autem hęc exscripsisset aliquis alius? nempe ut Iohannis nomen ementiretur. At quorsum hoc in tam breui epistolio, unde nulla amplitudo nominis posset accedere, & ubi nihil est sanè quòd pium ac sanctum non sit? Est aũt traiectio particulæ *ἵνα*, quam recte uitauit Vetus interpres, Græcis codicibus tribus consentientibus. Deinde ex Hebræorum more omissa est particula *ὅτως* ita, in similitudinis *ἀποδόσει*. 7 Nam *ὅτι*. Non est hæc particula *αἰτιολογικὴ* propriè: sed occurrit tacitæ obiectionis: acsi diceret, Hoc autem nõ temere à uobis postulo. Nam multi impostores, &c. Vide 1. Iohan. 2. d. 22. & 4. a. 3. Qui est eiusmodi *οὗτος*. Heb. הוּא pro *τοιοῦτος*. Est autem in mutatione numeri aliqua etiam emphasis, ac si C
diceret, quicunque hoc negat, is planè impostor est ac Antichristus. Veniſſe *ἐρχόμενον*. Sic rectè Vetus interpres. Est enim hoc participium non modò *τῷ ὄντως*, sed etiam *τῷ παρατατικῷ*, qui quidem infinitis locis pro aoristo usurpatur. Sic in proxima epistola, a. 3. *ἐρχομένων* pro *ἐλθόντων* ponitur. Erasm. uenturum. ita scilicet ut ad futurum iudicium referatur. quam formulam dicendi non puto usquam extare. quum potius dicatur uenturus *οὐ λόξῃ*, 1. cum gloria. 8 Attendite *βλέπετε*. Heb. התבוננו pro *προσέχετε*, circunspicite & considerate diligenter. Perdamus *ἀπωλέσαμεν*. Sic Paulus Gal. 3. a 4, Quidam codices hæc legunt in secunda persona plurali, eadem manente sententia. 9 Nec manet *καὶ μὴ μένων*. Duo diuersæ constructionis uerba coniuncta, Hebræorum more. Qui manet *ὁ μένων* Explicatio superioris dicti, ex contrarij collatione, quod dicendi genus singulis penè uersiculis apud Iohannem recurrit.

13 Præsentem præsentibus *στόμα πρὸς στόμα*. Vulg. ad uerbum, os ad os. Paulus 1. Cor. 13. d. 12, *πρόσωπον πρὸς πρόσωπον* dixit, id est, ut Hebræi dicunt, מה אל פה.

14 Electæ. *ἐκλεκτῆς*. Id est eximiæ, ut diximus suprà uers. 1.

A

EPISTOLA CATHOLICA Iohannis tertia.

Επιστολὴ Ιωαννου ἀποστόλου καθολικὴ τρίτη:

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

ΚΕΦΑΛ. α.

CAPVT I.



πρεσβύτερος γαΐῳ τῷ ἀγαπητῷ, ὃν ἐγὼ ἀγαπῶ ἐν ἀληθείᾳ. 1

Enior Gaio dilecto, quẽ ego uerè diligo.

ἀγαπητέ, περὶ πάντων εὐχομαί σε εὐοδοῦσθαι καὶ ὑγιαίνειν, καθὼς εὐοδοῦταί σου ἡ ψυχή. 2

Dilecte, in primis opto ut prosperè agas & ualeas, sicut prosperè agit anima tua.

ἐχάρην γὰρ λίαν ἐρχομένων ἀδελφῶν, καὶ μαρτυρούντων σου τῇ ἀληθείᾳ, καθὼς σὺ ἐν ἀληθείᾳ περιπατεῖς. 3

Gauisus sum enim ualde quum uenissent fratres, & testimonio suo ornassent integritatem tuam prout tu integrè incedis.

B μειζοτέραν τούτων οὐκ ἔχω χαράν, ἵνα ἀκούω τὰ ἐμὰ τέκνα ἐν ἀληθείᾳ περιπατοῦντα. 4

Maius istis gaudium non habeo, quũ *scilicet* audio filios meos integrè incedere.

ἀγαπητέ, πιστὸν ποιεῖς ὃ ἐὰν ἐργάσῃ εἰς τοὺς ἀδελφοὺς καὶ εἰς τοὺς ξένους, 5

Dilectè, fideliter agis quicquid facis erga fratres & erga peregrinos:

οἳ ἐμαρτύρησάν σου τῇ ἀγάπῃ ἐνώπιον ἐκκλησίας· οὓς καλῶς ποιήσεις, προπέμψας ἀξίως τοῦ θεοῦ, 6

Qui testimonio suo ornarũt charitatem tuam in conspectu Ecclesiæ: quos rectè facies si prosecutus fueris ut Deo dignũ est.

ὑπὲρ γὰρ τοῦ ὀνόματος ἐξῆλθον, μηδὲν λαμβάνοντες ἀπὸ τῶν ἐθνικῶν. 7

Nam pro nomine eius profecti sunt, nihil accipientes à Gentibus.

ἡμεῖς οὖν ὀφείλομεν ἀπολαμβάνειν τοὺς τοιούτους, ἵνα συνεργοὶ γινώμεθα τῇ ἀληθείᾳ. 8

Nos ergo debemus recipere huiusmodi, ut administri simus ueritati.

ἔγραψα τῇ ἐκκλησίᾳ· ἀλλ' ὁ φιλοπρωτεύων αὐτῶν Διοτρεφὴς οὐκ ἐπιδέχεται ἡμᾶς. 9

Scripsi Ecclesiæ: sed qui primatum inter eos ambit Diotrephes, non recipit nos.

C διὰ τοῦτο ἐὰν ἔλθω, ὑπομνήσω αὐτοῦ τὰ ἔργα ἃ ποιεῖ, λόγοις πονηροῖς φλυαρῶν ἡμᾶς· καὶ μὴ ἀρκούμενος ἐπὶ τούτοις, οὔτε αὐτὸς ἐπιδέχεται τοὺς ἀδελφούς, καὶ τοὺς βουλομένους κωλύει, καὶ ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἐκβάλλει. 10

Propterea, si uenero, suggeram ipsius facinora quæ facit, uerbis improbis garriens in nos: quicq; etiam his non contentus, neq; ipse recipit fratres, & qui uolũt recipere prohibet, & ex Ecclesia eijcit.

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

2 In primis περὶ πάντων. Ad uerbum, suprà omnia. Ponitur enim περὶ pro ὑπὲρ, ut in illo Homeri uersu, Αλλ' ὅ γε κῦμ' ἐθέλει περὶ πάντων ἔμμεναι ἄλλων. Sensus est igitur, Opto in primis ut sicut animo rectè habes, ita etiam prosperè agas & ualeas. Erasmus, de omnibus opto ut prosperè agant & rectè ualeant: omisso pronomine σε, & depraua ta Apostoli sententia. Nam in hac quoque epistola nihil agnosco quod Iohanni Apostolo familiariter ad amicum scribenti non optimè conueniat. De uerbo εὐοδοῦσθαι diximus 1. Cor. 16. a. 2.

3 Quum uenissent ἐρχομένων. Ἐλθόντων, ut in superiore epistola, uersu 7, ἐρχόμενον pro ἐλθόντα. Integritatem tuam. Vulg. & Eras. ueritati tuæ. Ego malui planius. Certum enim est Veritatis nomine, Hebræorum more, significari interdum uitam integram, & (ut inquit ille) sceleris puram: sicut docuimus Iohan. 3. c. 21. neque quisquam est ex Euangelicis scriptoribus qui Veritatis uocabulo æque delectetur ac Iohannes, passim illud multiplici significatione inculcans. 4 Istis. Istis scilicet gaudijs. Vtitur enim plurali numero, emphaseos causa, ex Hebræorum more. Sunt tamen qui legant ταύτης, isto. Quum *scilicet* audio Vel hæc una phrasis Iohanni Apostolo hanc epistolam uendicat. Est enim ille peculiare ἵνα usurpare pro ὅτε, ex Hebræorum idiotismo, ut annotauimus Iohan. 15. b. 8, & 13 similiter etiam præcedente comparatiuo μείζονα. Item apud eũdem, 16. a. 2, & d. 32. Vulg. & Eras. quam ut. 5 Fideliter agis πιστὸν ποιεῖς. Agis ut fidelem decet. Altera interpretatio quam affert Erasmus, quasi πιστὸν ποιεῖν significet rursum reddere, siue in tuto collocare, certè est perabsurda. Erga peregrinos. Ad uerbum, erga hospites: sed illud planius est. Gaium enim commendat ut φιλόξενον, sine personarum respectu. Vetus interpres, καὶ τοῦτο ὑπὲρ ξένους ἐοῦσι, idque erga peregrinos. Hoc enim addit magnum pondus sententiæ.

Si prosequutus fueris. Vulg. deducens Erasm. si deduxeris. quod mihi non uidetur satis expressum. Commendat autem Gaio uel eos ipsos quos iam ante exceperat, rursum ad eum redeuntes ad procuranda Ecclesiæ negotia: uel alios quorum eadem erat conditio. Vt Deo dignum est. Rectè. nam (inquit Dominus) qui uos excipit, me excipit. Vulgata & Erasmus ad uerbum, dignè Deo.

8 Vt administri simus ueritati, id est, ut & ipsi aliquid conferamus ad ueritatis prædicationem.

9 Scripsi ἔγραψα. Vulg. scripsissem forsitan ἔγραψα ἄν. In uno uerò codice scriptum inuenimus ἔγραψά τι τῇ ἐκκλησίᾳ, Scripsi nonnihil Ecclesiæ.

Dilecte, ne imiteris quod malum est, sed quod bonum est: qui benefacit, ex Deo est: qui autem malefacit, non uidit Deum.

11 ἀγαπητέ, μὴ μιμοῦ τὸ κακόν, ἀλλὰ τὸ ἀγαθόν. ὁ ἀγαθοποιῶν ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστιν· ὁ δὲ κακοποιῶν οὐχ ἑώρακε τὸν θεόν.

Demetrio testimonium redditum est ab omnibus, & ab ipsa ueritate: sed & nos testimonium perhibemus: & nostis quòd testimonium nostrum uerum est.

12 Δημητρίῳ μεμαρτύρηται ὑπὸ πάντων, καὶ ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας· καὶ ἡμεῖς δὲ μαρτυροῦμεν, καὶ οἴδατε ὅτι ἡ μαρτυρία ἡμῶν ἀληθής ἐστι.

Multa habebam quæ scriberem, sed nolo per atramentum & calamum tibi scribere.

13 πολλὰ εἶχον γράφειν, ἀλλ' οὐ θέλω διὰ μέλανος καὶ καλάμου σοι γράψαι·

Spero autem fore ut statim te uideam, utque coràm loquamur.

14 ἐλπίζω δὲ εὐθέως ἰδεῖν σε, καὶ στόμα πρὸς στόμα λαλήσομεν.

Pax tibi. Salutant te amici. Saluta amicos nominatim.

15 εἰρήνη σοι. ἀσπάζονταί σε οἱ φίλοι. ἀσπάζου τοὺς φίλους κατ' ὄνομα.

11 Qui autem malefacit ὁ δὲ κακοποιῶν. Hæc est phrasis quam sæpe iam annotauimus passim apud Paulum occurrere. Non uidit οὐχ ἑώρακε. Id est non nouit.

14 Coram στόμα πρὸς στόμα. Vide superioris epistolæ uersum decimum tertium.

EPISTOLA CATHOLICA Iudæ Apostoli.

ἐπιστολὴ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου καθολική

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

CAPVT I. ΚΕΦΑΛ. α.

IVdas Iesu Christi seruus, frater autẽ Iacobi, uocatis, qui à Deo Patre sanctificati sunt, & Iesu Christo reseruati:

1 Ἰούδας Ἰησοῦ Χριστοῦ δοῦλος, ἀδελφὸς δὲ Ἰακώβου, τοῖς ἐν θεῷ πατρὶ ἡγιασμένοις, καὶ Ἰησοῦ Χριστῷ τετηρημένοις κλητοῖς·

Misericordia uobis & pax, & charitas multiplicetur.

2 ἔλεος ὑμῖν καὶ εἰρήνη καὶ ἀγάπη πληθυνθείη.

Dilecti, quum omne studium adhibeam

3 ἀγαπητοί, πᾶσαν σπουδὴν ποιούμενος

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Frater autem Iacobi, ἀδελφὸς δὲ Ἰακώβου. Constat sic appellatum fuisse hunc Iudam, ut ab altero illo Iuda Iscariote distingueretur: idque non tantùm uiuo illo proditore, ut passim in Euangelio: sed etiam illo iam sublato, ut Act. 1. c. 13: uel quia iam inualuerat consuetudo ut sic uocaretur (sicut & ipsi Apostoli, nondum electo in locum proditoris Matthia, duodecim uocantur, 1. Cor. 15. a. 5:) uel ut nomen illud proditoris memoria infame factum, aliquo modo leniret. Magis tũ in illam sententiam quàm in istã inclino. Sed & illud obseruandũ est, quũ Iacobi meminerit simpliciter, nullo ꝺ; addito epitheto, omnino eum intelligi, cuius nomẽ celeberrimũ tum erat inter Iudæos præsertim, illum scilicet Alphæi filium, qui & frater, id est cognatus, Domini dicitur: & in Hierosolymitana Ecclesia eminebat, ut apparet ex celebris illius synodi actione, quæ descripta est Act. 21. c. 18, contrà quã traditerunt Veteres qui tres fecerunt Iacobos. Neque uerò quanuis reliquis hinc & inde peregrinantibus ipse Hierosolymis maneret, idcirco Apostolus esse desinebat. Satis enim constat, ea tempestate solitos fuisse ex toto terrarum orbe in eam ciuitatem cõuenire innumerabiles Iudæos, ac nonnullos etiam ex profanis gentibus religiosos homines, Act. 2. a. 5, & 8. e. 27, adeò ut omnino oportuerit aliquem illic ex Apostolis permanere, qui ex una urbe Iudæos per uniuersum orbem terrarum dispersos doceret. Nam illis etiam idcirco nostet hic Iacobus epistolam inscribit, idque nullo usquam addito discriminis epitheto: quod tamen faciendum fuisse uidebatur, si plures tum erant Iacobi, quorum insignis esset inter Apostolos authoritas. Quanquam de his quidem nolim ego cum quoquam contendere.

A Deo Patre ἐν θεῷ πατρί. Id est per Deum Patrem. Vulg. & Erasm. in Deo Patre. Mihi uidetur magis usitatum esse in Scriptura, ut dicantur fideles à Deo Patre in Filio per Spiritum sanctum sanctificari.

Sanctificati sunt, ἡγιασμένοις. Vulg. dilectis. quæ loquutio mihi uidetur inusitata, quum potius dicamur à Patre diligi in Filio. Itaque siue ἡγιασμένοις legas, siue ἠγαπημένοις, ut in duobus Græcis codicibus scriptum inuenimus, ἐν θεῷ πατρί dictum erat pro ὑπὸ θεοῦ πατρός. Reseruati τετηρημένοις. Id est sepositi æterno Dei consilio, qui Christo traderentur custodiendi, ut Iohan. 17. b. 6, & c. 12, & d. 24. Est autem fateor uni huic epistolæ peculiaris hæc salutatio, si uerba ipsa spectes: sed eximiæ consolationis plena, & quæ spiritum Apostolicum plenè testetur. Vulg. cõ seruatis. Erasm. seructis: ambiguè.

3 Quum omne studium adhibeam πᾶσαν σπουδὴν ποιούμενος. Vulgata, omnem solicitudinem faciens, barbarè. Erasm. tantum mihi studium fuit: eneruata Apostoli sententia, ut mox dicemus.

De

A φησὶν ὑμῖν πόδι περὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας, ἀνάγκην ἔσχον γράψαι ὑμῖν, παρακαλῶν ἐπαγωνίζεσθαι τῇ ἅπαξ παραδοθείσῃ τοῖς ἁγίοις πίστει·

παρεισέδυσαν γάρ τινες ἄνθρωποι οἱ πάλαι προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρίμα, ἀσεβεῖς, τὴν τοῦ θεοῦ ἡμῶν χάριν μετατιθέντες εἰς ἀσέλγειαν, καὶ τὸν μόνον δεσπότην θεὸν, καὶ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀρνούμενοι.

ὑπομνῆσαι δὲ ὑμᾶς βούλομαι, εἰδότας ὑμᾶς ἅπαξ τοῦτο, ὅτι ὁ κύριος λαὸν ἐκ γῆς Αἰγύπτου σώσας, τὸ δεύτερον τοὺς μὴ πιστεύσαντας ἀπώλεσεν·

ut scribam ad uos de communi salute, necesse habui uobis scribere, ad uos hortandos ut decertetis pro fide quæ semel tradita est sanctis.

4 Nam subrepserunt quidam homines, prius iam olim descripti ad hãc damnationem, impij, qui Dei nostri gratiam transferunt ad lasciuiam, ac Deum, qui solus est herus, ac Dominum nostrum Iesum Christum, negant.

5 Volo autem uos *istorum* commonefacere, ut qui semel hoc sciatis, Dominũ *scilicet*, quũ populum ex Aegypto liberasset, rursus eos qui non credebant perdidisse.

De communi salute περὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας. Id est de ijs quæ ad nostram omnium salutem spectãt. Est enim in his uerbis κοινωνία quam Rhetores uocãt, id est communicatio. ueluti si dux aliquis suos imitetur, commilitones uocet. quæ res loquenti solet magnam beneuolentiam conciliare. Nolim igitur pronomen ὑμῶν, id est uestra, addere, ut legit Vetus interpres, quanuis id quoque in uetustis duobus codicibus inuenerimus, sed mendose, ni fallor, pro ἡμῶν nostra, ut in alijs itidem uetustis duobus scriptum legimus.

B Necesse habui uobis scribere. Sic rectè conuertit Vetus interpres, pro quo tamen Erasmus substituit, ut nõ potuerim no scribere uobis: primùm repugnãtibus Græcis, deinde eneruata Apostoli sententia, ut rectè obseruauit doctissimus interpres. Neque enim is dicit se ad scribendũ eò esse adductum, quòd sedulò id facere soleat, sed potius, quum alioqui ad salutem illorum frequentibus literis procurandam sit propensus, sese nunc ipsa necessitate ad ductum ut ad eos scriberet. quam explicationem quum annotarit Erasmus, miror illum maluisse eam ampletti quæ à Græcis discedit, & multùm detrahit de sententiæ pondere.

Ad uos hortandos, παρακαλῶν. Vulgata, deprecans, Erasmus, obsecrans. Neuter, ut opinor, satis commode. Vt decertetis pro fide ἐπαγωνίσασθαι τῇ πίστει, id est ἐπαμύνασθαι. id est pro uiribus tueamini fidem. nam ἐπὶ hoc declarat. Vulgata, supercertare, barbarè. Erasmus, ut uestris laboribus adiumento sitis fidei, periphrasi minimè necessaria. Cæterũ Fidei appellatione suam doctrinã intelligi res ipsa satis ostendit, ut 1. Tim. 4. a. 1, & alibi sæpe. & quum certare ipsos iubet Apostolus, minimè intelligit ut gladijs & ensibus rem gerant (neque enim magistratum qui rem impius erat, sed Ecclesiam alloquitur) sed ut sana doctrina & honestæ uitæ exemplis, ea denique panoplia quam Paulus describit Ephes. 6. c. 13, hæreticis obsistant. quanuis nisi suam hic etiam operam ciuilis magistratus accommodet, minimè officium faciat, ut diximus 1. Tim. 2. a. 2. Erasmus in Annotationibus τοῖς ἁγίοις refert ad ἐπαγωνίσασθαι ac si diceret Apostolus se scribere ut per fidem semel datam sint sanctis auxilio. quæ interpretatio mihi prorsus uidetur coacta. Quanuis enim fide certandum sit, tamen apparet Apostolum potius hoc inloco declarare pro quo certare debeant, nempe pro sana doctrina.

Semel ἅπαξ. Magna est emphasis huius aduerbij, ut alibi sæpe annotauimus. Semel enim traditam esse doctrinam dicit, quæ nunquam sit posthac immutanda, & qua semel amissa, non sit quod alrunde salutem expectent.

C 4 Prius iam olim descripti ad hanc damnationem, οἱ πάλαι προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρῖμα. Vulgata, qui olim præscripti sunt ad hoc iudicium. Erasmus, qui prius descripti fuerunt ad hoc iudicium, neglecta paruula πάλαι, quæ tamen minimè est otiosa. Cæterùm non dubium est quin hoc addiderit Apostolus ut aduersus apostasiæ offendiculum animos sanctorum confirmaret: quum scilicet intelligerent nihil hîc temere, sed æterno ac certo Dei consilio euenire. Nam ex eo consequitur istos nunquam fuisse ex sanctorum grege, licet pietatem ad tempus simularint: ac proinde causam non esse cur illorum importunitate stupefiamus, imò uerò potius quòd Deo gratias agamus, qui nos alio Spiritu donarit, & istorum simulatum animum patefecerit. Deinde optimum esse istarum tentationum exitum nobis expectandum, quum Dei nostri consilio ac sapientia futurum sciamus ut omnia ista Ecclesiæ commodo cedant. Hoc, inquam, est consilium Spiritus sancti hoc in loco, sicut & alibi sæpe, ueluti Exodi capite septimo a. uersiculo tertio. item secunda ad Timotheum capite secundo c. uersiculo decimonono. Item prima Iohannis capite secundo c. uersiculo decimo nono & uigesimo. Sunt tamen qui ad nudam præscientiam hoc referant, quasi dicatur Deus hoc futurum cognouisse ab æterno: quod sanè uerum est. sed si nuda hæc fuerit præscientia rerũ futurarũ, quam tandẽ consolationẽ inde concipiemus? Leue profectò ac frigidum erit hoc argumentum. Deinde etiã propius considerandum est quomodo loquatur Apostolus, ut illam interpretationem prorsus absurdam esse intelligamus. Qui descriptos esse dicit, num uidetur inanem præscientiam statuere? Quorsum uerò non tantùm descriptos, sed ante & quidem iam olim descriptos esse narrat? num ut æternam esse præscientiam Dei significet? Atqui nemo de hoc dubitare possit, ne Epicurus quidem. Quorsum igitur? Nempe ut ab æterno hæc esse decreta intelligamus: de quo semper dubitarunt qui ad hæc scrutanda Dei mysteria, non discipulorũ, sed iudicum animũ attulerunt. aduersum quos nominatim disserit Apostolus ad Romanos capite nono d. uersiculo decimonono & uigesimo. Sed & illud obseruandum est, non dixisse Apostolum in illo æternorum Dei consiliorum libro descriptam, id est decretam ac sancitam esse illorum condemnationem (quod tamen uerum est) sed illos ad hanc dãnationem esse descriptos, id est æterno Dei consilio huic damnationi destinatos: nempe ut sciamus hoc æternum Dei decretum nõ modò euentum rerum (ut nonnulli uolunt) sed ipsas in primis personas comprehendere. Aeternum autem quum dico, non tempore duntaxat æternum intelligo, de qua re (ut antè dixi) nemo unquam communi sensu præditus dubitauit: sed quod omnes causas ordine antegrediatur. Nam alioqui si peccatorum præscientia, ordine causarum præcedit decretum, quid necesse erat Paulum ita assurgere, quum uno uerbo posset omnia explicare? Vt alia planè absurda atque adeò impia omittam, quæ necessariò ex illa doctrina consequi pluribus expostuimus 1. Tim. 2. a. 4, & alijs locis. In summa, exitij causam nusquam alibi quàm in homine hærere uniuersa scriptura declarat. æterno autem decreto Dei, quo gloriam suam patefacere certò & irreuocabiliter decreuit, tum in seruandis per misericordiam nonnullis, tum in damnãdis iusto iudicio quoscunque habuerit, nihil neque tempore antiquius, neq; ordine prius inuento, neque inueniri posse dico, quin Deus diuinitate sua spolietur.

Negant ἀρνούμενοι. Hoc totidem uerbis scriptum est 2. Pet. 2, ut tota ferè hac epistola neq; ramen idonea hęc causa est cur eam tanquam fictitiam repudiemus: quum passim etiam posteriores Prophetæ ex prioribus multa penè ad uerbum describant: proinde nihil prohibeat, ludam qui Petro superuixerit, ad eosdẽ illos nefarios homines graphicè describendos, ex Petri epistola descripsisse quæ appositissima uidebantur.

Et angelos qui non seruarant suam origi- 6
nem sed reliquerant suum domicilium, ad
judicium magni illius diei uinculis æternis
sub caligine reseruasse,

Sicut Sodoma & Gomorrha, & his finiti- 7
mæ ciuitates, simili modo atque illæ fornicatæ, & carnem alienam sectatæ, propositæ
sunt exemplo ignis æterni pœna sustinentes.

Similiter tamen & isti somniantes, carnem quidem polluunt: dominatum uerò reijciunt, 8
& dignitates conuitijs incessunt.

At Michael Archangelus, quum aduersus Diabolum certaret, disceptaret de corpore Mosis, nó ausus est illi impingere notam maledicti, sed dixit, Increpet te Dominus. 9

At isti quæ non nouerunt, ea conuicijs 10
incessunt: quæ uerò naturaliter, ut animantia rationis expertia, sciũt, in ijs corrũpunt.

Væ ipsis: nam uiam Cain ingressi sunt, & 11
deceptione mercedis, qua deceptus fuit Balaam, effusi sunt, & contradictione Core perierunt.

Hi sunt maculæ in agapis uestris, dum uobiscum conuiuantur, absque 12
ullius metu seipsos pascentes, nubes aqua carentes, uentis circumactæ, arbores emarcidæ, infrugiferæ, bis emortuæ & eradicatæ:

Vndæ efferæ maris, despumantes suas ipso- 13
rum dedecora: stellæ erraticæ: quibus caligo tenebrarum in æternum seruata est.

6 ἀγγέλους τοὺς μὴ τηρήσαντας τὴν ἑαυτῶν A
ἀρχὴν, ἀλλὰ ἀπολιπόντας τὸ ἴδιον οἰκητήριον,
εἰς κρίσιν μεγάλης ἡμέρας, δεσμοῖς ἀϊδίοις ὑπὸ ζόφον τετήρηκεν·

7 ὡς Σόδομα καὶ Γόμορρα, καὶ αἱ περὶ αὐτὰς πόλεις τὸν ὅμοιον τούτοις τρόπον ἐκπορνεύσασαι, καὶ ἀπελθοῦσαι ὀπίσω σαρκὸς ἑτέρας, πρόκεινται δεῖγμα, πυρὸς αἰωνίου δίκην ὑπέχουσαι.

8 ὁμοίως μέντοι καὶ οὗτοι ἐνυπνιαζόμενοι σάρκα μὲν μιαίνουσι, κυριότητα δὲ ἀθετοῦσι, δόξας δὲ βλασφημοῦσιν.

9 ὁ δὲ Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος ὅτε τῷ διαβόλῳ διακρινόμενος διελέγετο περὶ τοῦ Μωσέως σώματος, οὐκ ἐτόλμησε κρίσιν ἐπενεγκεῖν βλασφημίας, ἀλλ' εἶπεν· ἐπιτιμήσαι σοι κύριος.

10 οὗτοι δὲ ὅσα μὲν οὐκ οἴδασι, βλασφημοῦσιν· ὅσα B
δὲ φυσικῶς ὡς τὰ ἄλογα ζῶα ἐπίστανται, ἐν τούτοις φθείρονται.

11 οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι τῇ ὁδῷ τοῦ Κάϊν ἐπορεύθησαν, καὶ τῇ πλάνῃ τοῦ Βαλαὰμ μισθοῦ ἐξεχύθησαν, καὶ τῇ ἀντιλογίᾳ τοῦ Κορὲ ἀπώλοντο.

12 οὗτοί εἰσιν ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν σπιλάδες, συνευωχούμενοι, ἀφόβως ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες· νεφέλαι ἄνυδροι, ὑπὸ ἀνέμων παραφερόμεναι, δένδρα φθινοπωρινὰ, ἄκαρπα, δὶς ἀποθανόντα, ἐκριζωθέντα·

13 κύματα ἄγρια θαλάσσης, ἐπαφρίζοντα τὰς ἑαυτῶν αἰσχύνας, ἀστέρες πλανῆται, οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς τὸν αἰῶνα τετήρηται.

7 Simili modo atque illæ Id est, Sodomæ & Gomorrhæ uestigia sequutæ. Neque nos offendere debet numeri inutatio. Vbium enim nomine incolas comprehendit.

Carnem alienam sectatæ Sic adumbrat prodigiosas libidines, de quibus Paulus ad Romanos 1.d.26.& 27.

Vulgata, & abeuntes post carnem: seruato Hebraismo. 8 Tamen μέντοι. Vulgata hanc particulam omisit. Fr. Iuane: non satis apposite. Sopiti ἐνυπνιαζόμενοι. Id est perinde stolidi & rationis expertes acsi altissimo æterno sensus oẽs haberent sopitos. Iunc ille ררח הדרבת i. deest spiritus soporis, aut ueterni potius, cuius sit mentio Esa. 29.c.10. & alibi sæpe. Vetus interpres hoc non legit, aut certè prætermisit, quum in Græcis omnibus legatur. C
Erasmus, delusos insomnijs: non satis apposite interpretatur. Dominatum κυριότητα. Maior est istius dicti emphasis quàm si Dominus dixisset. Potest enim dominum suum, eum qui sit in magistratu, aspernari, qui tamen ipsum munus magistratus approbet. At isti ordinem ipsum à Deo constitutum conuicijs incessebant: ut hodie faciunt anabaptistæ, Libertini, Dauidistæ, Academici, & cæteræ id genus pestes.

9 De corpore Mosis. Hoc exemplum proculdubiò hausit Iudas uel ex aliquo libro qui nunc interciderit, uel ex traditione: ut illud quod refert de Ianne & Mambre Paulus 2. Tim. 3.b.8. Itaque nõ magis ob eam causam potest hæc Iudæ epistola quàm illa Pauli repudiari, quum nihil hic à ueritate absonum narretur. Neq; enim temere est quòd diserte commemoratur Dominus sepelisse Mosen, nec uoluisse Israelitas intelligere ubinam esset eius sepulchrum: nempe ne illis contingeret quòd nobis, qui ex Martyrum corporibus (demus enim Martyrum esse corpora) abominanda idola fecimus. Quid mirum est igitur Satanam contrà laborasse ut in apertum proferretur, cui fele Michael Archangelus Domini opposuerit? Et hunc quidem librũ unde hæc petierit Iudas citat Origen. lib. περὶ ἀρχῶν 3. capite 2. sub titulo Ascensionis Mosis. Qui uerò ex hoc loco & aliquot alijs effici uolunt, quod nunc extat uerbum Dei scriptum, non sufficere decidendis religionis controuersijs: item qui sub traditionũ nomine quæuis errorum portenta uolunt in Ecclesiam inuehere. ij magis ineptè, ne dicam impiè, argumẽtantur quàm ut refutatione indigeant. Increpet ἐπιτιμήσαι. Hæc eadem scripta sunt Zachar. 3.a.2, sed in uisione quadam, in qua non Michael, sed Iehoua ipse ista loquitur.

11 οὐαὶ αὐτοῖς Id est, maledictio ipsis imminet. Neque enim tam imprecatur, quàm prædicit quid illis impendeat. In agapis uestris. Vulgata, in epulis suis: mendose, & meritò repugnantibus Græcis codicibus. Neque enim agapæ priuatæ erant, sed fraterna Ecclesiastici cœtus conuiuia, quæ pulchre describit Tertullianus in Apologetico, cap. 39. Seruauimus autem Græcum nomen quod Latini etiam Theologi, ut peculiariter fraternis istis Ecclesiarum conuiuijs dicarum, retinuerunt. Erasmus, mercharitates uestras, uide 2. Petr. 2.c.c.13, ubi hunc locum exposuimus. Absque ullius metu: id est impudenter, & absque ulla uel Dei uel Ecclesiæ reuerentia. Quid enim is metuat cui summæ perfectionis gradus est, nihil ducere pro peccato?

Seipsos pascentes ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες, id est luxui & ingurgitationi pro arbitrio suo uacantes. pro quo dixit Petrus ἐν τρυφῇ ὄντες. Erasmus suo ductu & arbitrio uiuentes. Emarcidæ, φθινοπωρινά. Id est qui nullum fructum nisi marcidum ferant, ut ex ijs nulla decerpi possit utilitas, sicut mox subijcit. Vulg. ad uerbum, autũnales. Sed puto Apostolum potius ad etymologiam huius epitheti quàm ad Autumnũ respexisse. φθινοπωρινά igitur uocauit παρὰ τὸ φθινεσθαι καὶ φθείρεσθαι αὐτῶν ἑκάστην ὥραν, quod nihil nisi corruptum & marcidum edant. Bis δίς. Numerus certus pro incerto, emphaseos causa. Caligo teneb..i. denssissimæ tenebræ, ut diximus 2. Pet. 2.d.17. Sic apud Aeschylũ alicubi inuenias χθονὸς πέλαγος, σκάφη νεὼς, συμφορὰ πάθους, & similia.

14 Enoch

προεφήτευε δὲ καὶ τούτοις ἕβδομος ἀπὸ Ἀδὰμ Ἐνὼχ, λέγων. ἰδοὺ ἦλθε κύριος ἐν ἁγίαις μυριάσιν αὐτοῦ, 14

ποιῆσαι κρίσιν κατὰ πάντων, καὶ ἐλέγξαι πάντας τοὺς ἀσεβεῖς ἐκ πάντων τῶν ἔργων ἀσεβείας αὐτῶν, ὧν ἠσέβησαν, καὶ περὶ πάντων τῶν σκληρῶν, ὧν ἐλάλησαν κατ' αὐτοῦ ἁμαρτωλοὶ ἀσεβεῖς. 15

Prophetauit autem etiã de iſtis ſeptimus ab Adam Enoch, dicens, Ecce uenit Dominus cum ſanctis millibus ſuis,

Vt ferat iudicium aduerſus omnes, & redarguat quicunque ex ipſis ſunt impij, de factis omnibus quæ impiè patrarint, decꝫ omnibus duris quæ loquuti fuerint aduerſus ipſum peccatores impij.

οὗτοί εἰσι γογγυσταί, μεμψίμοιροι, κατὰ τὰς ἐπιθυμίας αὐτῶν πορευόμενοι, καὶ τὸ στόμα αὐτῶν λαλεῖ ὑπερογκα, θαυμάζοντες πρόσωπα, ὠφελείας χάριν. 16

Hi ſunt murmuratores, queruli, in cupiditatibus ſuis incedentes: & quorum os loquitur prætumida, admirantes perſonas utilitatis gratia.

ὑμεῖς δὲ ἀγαπητοί, μνήσθητε τῶν ῥημάτων τῶν προειρημένων ὑπὸ τῶν ἀποστόλων τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. 17

Vos autem, dilecti, memores eſtote uerborum quæ prædicta fuerunt ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti.

ὅτι ἔλεγον ὑμῖν, ὅτι ἐπ' ἐσχάτου χρόνου ἔσονται 18 ἐμπαῖκται, κατὰ τὰς ἑαυτῶν ἐπιθυμίας πορευόμενοι τῶν ἀσεβειῶν.

Quòd *ſcilicet* dixerunt uobis, in extremo tempore futuros irriſores qui in impijs ſuis cupiditatibus incedant.

οὗτοί εἰσιν οἱ ἀποδιορίζοντες, ψυχικοί, πνεῦμα μὴ ἔχοντες. 19

Hi ſunt qui ſeipſos ſegregãt, animales, Spiritum non habentes.

ὑμεῖς δὲ ἀγαπητοί, τῇ ἁγιωτάτῃ ὑμῶν πίστει ἐποικοδομοῦντες ἑαυτοὺς ἐν πνεύματι ἁγίῳ προσευχόμενοι, 20

Vos autem, dilecti, ſanctiſsimæ ueſtræ fidei ſuperſtruentes uoſipſos, per Spiritũ ſanctum orantes,

ἑαυτοὺς ἐν ἀγάπῃ θεοῦ τηρήσατε, προσδεχόμενοι τὸ ἔλεος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς ζωὴν αἰώνιον. 21

Alij alios in charitate Dei conſeruate, expectantes miſericordiam Domini noſtri Ieſu Chriſti in uitam æternam.

καὶ οὓς μὲν ἐλεᾶτε διακρινόμενοι, 22

Et alios quidem habito delectu commiſeramini:

οὓς δὲ ἐν φόβῳ σώζετε, ἐκ πυρὸς ἁρπάζοντες, μισοῦντες καὶ τὸν ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἐσπιλωμένον χιτῶνα. 23

Alios uero terrore ſeruate, ex flamma rapientes: odio habentes uel eam tunicam quæ à carnis contactu ſit maculata.

τῷ δὲ δυναμένῳ φυλάξαι αὐτοὺς ἀπταίστους, καὶ στῆσαι κατενώπιον τῆς δόξης αὐτοῦ ἀμώμους ἐν ἀγαλλιάσει, 24

Cæterum ei qui poteſt uos ſeruare à peccato immunes, & ſtatuere in conſpectu gloriæ ſuæ inculpatos cum exultatione,

14 Enoch, Ἐνώχ. Mihi quidẽ ſit ueriſimile hoc Enochi dictũ uel ἄγραφον fuiſſe, & tũ apud oẽs poſteros celebre: uel in aliquo libro de Enocho cõmemoratũ. utcũq; ſit, uera & perpulchra ẽ ſententia. & Enochum inter cæteros pietate excelluiſſe res ipſa oſtẽdit. Multos aũt ſacros libros intercidiſſe nemini dubiũ eſſe põt q Vetus teſtamẽtum legerit, quales iſti ſunt: Liber bellorũ Dñi, quẽ citat Moſes Num. cap. 21. c. 14. Liber Iuſti Ioſ. 10. c. 13. Lib. Nath. Liber Gad, Li. Semeiæ, Liber Haddo, Liber Ahiæ, Liber Iehu filij Hannani, q in Paralippomenon libris citãtur. Sed hoc quidẽ certũ ẽ, eos q ſuperſunt libros, & in Canone recitantur, ſine cõtrouerſia fuiſſe ab Eccleſia receptos. & qđ ad ſtabiliendã ueram religionẽ attinet, nihil eſſe q̃ qcquã amplius deſideremus. Venit ἦλθεν. Præteritũ pro futuro, Prophetarũ more.

17 Ab Apoſtolis ὑπὸ τῶν ἀποστόλων. Ne hinc quidem conſequitur hunc ludam ex Apoſtolorum numero non fuiſſe, ſed colligitur ſerò fuiſſe ſcriptam hanc epiſtolam, pleriſque iam mortuis Apoſtolis, quorum ſcripta terebantur in Eccleſia. quamobrem etiam uidemus Petrum in altera epiſtola meminiſſe ſcriptorum Pauli.

19 Qui ſeipſos ſegregant, οἱ ἀποδιορίζοντες ἑαυτούς. Addidimus ἑαυτοὺς ex Veteris interpretis & trium uetuſtorũ codicum fide. quanquam etiam poſſimus non inepte hoc referre ad alios quos iſti à ueræ Eccleſiæ cœtu abducant. Hi ſunt nimirum quos Paulus ἑτεροδιδασκαλοῦντας & αἱρετικοὺς uocat, id eſt qui peculiarem doctrinam docent, & ſectas inſtituunt. Animales ψυχικοί. Vide 1. Cor. 2. d. 14.

22 Alios quidem habito, &c. οὓς μὲν ἐλεᾶτε διακρινόμενοι. Hæc expoſitio plana eſt, & cum Græcis conſentiens. Duo enim facit Apoſtolus fratrum genera qui ſanari poſſint, quorum unum ab altero diſcerni oporteat. Alios enim lenius tractandos & commiſeratione, alios, qui iam in ipſa ueluti flamma uerſẽtur, periculi denuntiatione in uiam eſſe reuocandos. Eraſmus maluit interpretari διακρινόμενοι dum iudicamini, quod meriro diſplicuit doctiſsimo interpreti. Vulg. hos quidem argute dijudicandos, οὓς μὲν ἐλέγχετε διακρινομένους, quam lectionem inuenimus in tribus Græcis codicibus. quæ tamen mihi non ita probatur.

23 Terrore ἐν φόβῳ, id eſt abſterrentes illos & ſancta ſeueritate reuocantes. Vetus interpres hoc nonlegit: neque etiam inuenimus in illis Græcis codicibus quos modò commemoraui. Vel eam tunicam κατὰ ὑπερβολὴν λεπρωτάτην. Hyperbole ab interdictis pollutionum Legalium ſumpta. acſi diceret, uolo, quod ad illos ſceleratos attinet, uos ab illorum cõgreſſu abſtinere, imò quodammodo quicquid illi uel contigerunt, tanquam pollurum execrari. Ideò ἀπὸ σαρκὸς conuerti, à carnis contactu. Vulg. odientes & eam quæ carnalis eſt maculatam tunicam. Eraſ. odio proſequentes & eã quæ in carne eſt maculatam tunicam. 24 Vos ὑμᾶς. Ita lego ex Veteris Interpretis & quatuor ueterum codicum authoritate. Quod ſi malimus legere αὐτοὺς, dicemus pro ἑαυτοὺς poſitũ, ita ut eodẽ recidat ſententia. Neque enim uidetur ſatis commodè accipi poſſe pro ipſos uel eos, ut conuertit Eraſmus. Gloriæ ſuæ τῆς δόξης αὐτοῦ. Id eſt ſuo. ut gloria Dei pro Deo ipſo paſſim uſurpatur, minimè tamen otioſa periphraſi. 25 Ser

Id est soli sapienti Deo, Seruatori nostro, et gloria & magnificentia & imperium & potestas, & nunc & in omnia secula. Amen.

μόνῳ σοφῷ θεῷ σωτῆρι ἡμῶν, δόξα & μεγαλωσύνη, κράτος & ἐξουσία, νῦν & εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας. Αμήν. A

25 Seruatori nostro, σωτῆρι ἡμῶν. In duobus codicibus additur διὰ Κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ, per Iesum Christum Dominum nostrum, ut legit Vetus interpres. Et potestas, καὶ ἐξουσία Vetus Interpres addit, ante omne seculum, πρὸ παντὸς αἰῶνος: quam lectionem in duobus quoque uetustis codicibus Græcis comperimus.

APOCALYPSIS IOHANnis Theologi.

Ἀποκάλυψις Ἰωάννου τοῦ θεολόγου.

PROLEGOMENA.

QVIA de huius libri authoritate iampridem nonnulli dubitarunt, paucis diluam argumenta quæ in hanc partem afferri solent: deinde quid mihi uideatur exponam. Argumenta uerò citabo uti sunt ab Erasmo studiosè ac diligèter collecta, cuius quidem adeo uarium mihi uidetur in hoc argumento (ut in multis alijs) iudicium fuisse, ut quid statuerit, non facile iudicare possis: nisi quod eò tandem uidetur inclinare, ut existimet aliquam esse quidem huius libri authoritatem, sed non ea tamè quæ sit reliquorum qui sine controuersia sunt recepti. Audiamus ergo quid dicat. Testatur, inquit Diuus Hieron. Apocalypsin ætate sua non fuisse receptam à Græcis. Dorotheus Tyri episcopus ac martyr, in compendio uitarũ tradit Iohannẽ in Patmo insula Euangeliũ suũ scripsisse, huius aũt libri nõ meminit. Athanasius Græcus in suo catalogo nõ affirmat hoc opus esse Iohannis. Dion. Alexan. cuius uerba citat Eusebius lib. 7. Ecclesiasticæ historiæ, librũ existimat ab alio quopiã Iohanne uiro sancto scriptũ. Eusebius ipse ita citat hunc librũ alijs quot locis ut Iohanni non sine exceptione tribuat. Idẽ Caiũ quendã orthodoxum citat libro tertio, qui à Cerintho B hæretico scriptum dicat. Hoc sit primum argumentum. ad quod ita respondeo. Si spectetur quibus rationibus permoti sint nonnulli ad hunc librum repudiandum, tum demum facile appariturum quam immerito hoc fecerint. Deinde sicut à quibusdam suit repudiatus, ita fuisse à plerisque receptum, adeo quidem ut Epiphanius illos aquibus reiiciebatur, aperte inter hæreticos recenserit. ut interim omittam antiquissimos scriptores, Iustinum philosophum, & Irenæum Lugdunensem episcopum, martyrem utrunque, non modo illum comprobasse, sed etiam commentarijs illustrasse. De Dorotheo quod affertur, nihil habet momenti, qui suo tantum silentio hũc librum uideatur reiecisse. De Athanasio, suspectum esse titulum Erasmus ipse annotauit. De Dionysio mox uidemus, quũ ipsius rationem expendemus. Caium (quicunque tandem is fuerit) uel ipsius Dionysii uerbis refuto, quæ scripta sunt libro Ecclesiasticæ historiæ tertio. Eusebium autem sanè nihil moror, in quo docti omnes iudicium requirunt. Nunc ad alterum argumentum ueniamus. Scribit, inquit, Hieronymus quosdam eruditissimos uiros totum hoc argumentum multis conuicijs fuisse infectatos, quasi nihil haberet Apostolicæ grauitatis, sed uulgatam tantum rerum historiam, figurarum inuolucris adumbratam. Deinde nec in sententijs esse quicquam Apostolica grauitate dignum. Ad hoc ita respõdeo, Quicunque tandem illi eruditissimi uiri fuerint, magnam eos reprehensionem mereri in eo quòd conuicijs aut si sint eum librum exagitare qui sanè sit breuissimus si ea demas quæ ad uerbum ex Prophetis excripsit. Longè aliter Basilius, Gregorius, Cyrillus, Epiphanius, Irenæus, Hippolytus, ut Arethas testatur, qui hunc librum non modò ut Dionysius Alexandrinus, putarunt à sancto uiro scriptum esse, sed aperte etiam Iohanni Apostolo uendicarunt. nunquam id certè facturi, si Apostolicæ grauitatis nulla in eo uestigia animaduertissent. Vtros uerò pro eruditionibus habebimus, an istos quorum & singularis pietas & summa eruditio testata est plurimis ipsorum monimẽtis: an illos potius quorum ne nomina quidem apparent: argumenta uerò satis indicant quam merito eruditissimi appellentur? Negant in hoc scriptore ullam apparere grauitatem, quum tamen penè omnia ex Prophetis ad uerbum descripserit. Dicunt eum complecti uulgatam rerum historiam. Id uerò qui potest in eo uerum esse qui (si admodum pauca excipias) res præteritas non narret, sed futuras prænuntiet? Ista igitur non modo uera non sunt, sed ne uerisimilia quidẽ. Ad tertium argumentum accedamus. Hic inquit, sollicitè suum nomen inculcat, perinde quasi syngraphum scriberet, non librum. idque non solum præter morem Apostolorum, uerum multo magis præter suum morem, qui in Euangelio multo modestiora narrans, non exprimit tamen usquam suum uocabulum, sed notulis indicat, Discipulus ille C quem diligebat Iesus. Et Paulus coactus referre de uisionibus suis, rem sub alterius exponit persona. At hic tam arcana cum Angelis colloquia describens, quot locis inculcat, Ego Iohannes? Hæc est ratio quæ Dionysium Alexandrinum impulit ut ab alio aliquo Ioanne scriptum hunc librum arbitraretur. at Deus bone, quàm infirma & imbecilla? Non animaduertertũt, boni uiri aliud esse historiam, aliud Prophetiam scribere. Nam historiæ ueritas aliunde pendet à scriptore quam à scriptore pendeat in Prophetia, quia res futuræ prædicuntur, nulla nisi reuelantis & annũtiantis authoritate innixæ, quis non uidet hoc requiri in primis, ut unde tandem illarum prædictio emanet, quis patefecerit, quis scripserit intelligamus? Ideo uidemus nõ modo in primis Prophetiarũ initijs, sed ẽt in singulis penè uisis, nihil æquè sollicitè adscribi atque Dei dictantis & Prophetæ scribentis nomen. Exemplo sit uel unus Ieremias, qui minimũ Centies uicies nomen suum inculcat. Ita enim omnino faciendum erat ne latebras quærere uideretur, ut pseudoprophetæ solet. Quid uerò apud Danielem à capite septimo non pene singulis uersiculis repetitur אני דניאל, Ego Daniel? Esaias autem quoties, Esaiã filiũ Amos inculcat? Atqui Iohannes hoc non consueuit. Fateor nam historia scribebat in qua illi accidit quod nulli ex alijs discipulis, ut ipse de se multa dicere cogeretur. At Paulus etiam ipse hoc non fecit. Certè non fecit eo in loco in quo suas uisiones ex professo non tractabat: sed quoties sui muneris præstantiam asserit, ꝙ alte, ꝙ magnifice sese Paulum illũ esse dicit nõ ab hominib. neque per homines, sed à Iesu Christo designatũ Apostolũ? Quid quũ sua illa certamina prædicat, personã alienã assumit? Sed aliquid ẽt amplius consideremus, quoniam sæpe interdum præiudicata opinio homines abripiat. Si centies inculcatũ esset in hoc opere Ego Iohannes, nõ potuit hoc reprehendi quòd in Esaia, Ieremia, Daniele, nemini unquam pio in mentem uenit ut reprehenderet. Atqui Iohannis nomen in toto hoc opere, nisi me calculus fefellit, quinquies tantum repetitur: & illud Ego Iohannes, tribus tantũ locis. nempe cap. 1. b. 9. addita tũ explicatione quæ una ad omnẽ amoliendã arrogãtiæ suspicionẽ satis superq; sufficit. Itẽ 21. a. 2. & 22. b. 8: quibus locis simpliciter tantũ cõmemorat quid uiderit, ut de uisionis fide dubitari non possit. Ergo ut pauci, hoc argumentũ absolnã, hæc ratio nõ mõ futilis est, sed ẽt imperitiã arguit, atq; adeò plena ẽ calumniæ imò uerò (quod ingenuè & sine ulla maleuolẽtia à me dici Deus testis ẽ) nimiũ inconsiderata est uox ista, hunc scriptorẽ perinde suũ illud Ego Iohannes inculcare, ac si syngraphã, nõ librũ scriberet. Accedo ad quartũ argumentũ. In Græcis, inquit, quos uiderim exemplarib. non erat titulus Iohannis Euangelistæ, sed Iohannis Theologi. Atqui uel hic titulus eã Iohanni Euangelistæ uendicat, quẽ nemo ignorat κατ' ἐξοχὴν fuisse Theologũ à ueteribus appellatum, quòd de Christi Diuinitate nemo unquã hominũ apertius aut Diuinius scripserit. Alter aũt ille Iohannes quem ego sanè supposititicium esse suspicor, non Theologus (quo cognomento nihil dici potest augustius) sed presbyter dicebatur. Venio tandem ad illyli dissimilitudinem, quam Dionysius ille Alexandrinus tribus argumẽ

A tis confirmat, ut refert Nicephorus Ecclesiast. historiæ lib. 6. cap. 23. Primum tota orationis indole ac ductu. Deinde quòd quum Euangelio & epistolæ Iohannis catholicæ multa sint communia, hic liberaliꝰ stylus ab eam quidam ullam habeat cum eis communem. Postremò, quòd quum sermonis etiam dono excelluerit Iohannes, alicubi hic noster rusticis barbarissimis & solœcissimis utatur. At ego primum omnium respondeo, istam styli dissimilitudinem, minimè esse admirandam in tam dissimili argumento. Nam in Euangelij historia, & in epistolis, quanuis impulsu Spiritus sancti, tamen ex suo sensu loquitur: hic audita & dictata excipit. Illic partim narrat rem gestam, partim docet: hic de rebus futuris agit, & quidem præscriptis uerbis, de quibus mirabimur eum non ijsdem uti sententijs? imo quis unquam hanc legem cui quam scriptori præscripsit? Quid quòd pleraq; ipsis superiorum Prophetarum, puta Ezechielis, Danielis, Zachariæ, Esaiæ & aliorum uerbis illi dictantur, ab eodem illo Spiritu nimirum qui quondam per illos hæc eadem erat loquutus? Itaque mirum nemini uideri debet quòd non ita culto sermone utatur, ut qui à Prophetarum, qui Hebraice scripserunt, ne uerbis quidem nedum charactere discedere uoluerit. quo minus sane suspicari par est quicquam hic commentitium Ecclesiæ obtrudi. Superest ultimum argumentum, quòd uideatur Chiliastarũ hæresi fauere: quo nomine nonnulli adducti sunt ut hoc opus à Cerintho editum sub Apostoli nomine putarint. Ego uerò, ut concedã Chiliastas nonnullis ex hoc libro testimonijs esse abusos, idcirco tamen hæretico tam impuro hunc librum esse tribuendum abit ut concedam, nisi locos illos aliter accipi commode non posse quispiam ostenderit: alioquin quem tandem librum admittemus? Aliter autem accipiendos esse doctissimi uiri iampridem indicarunt: ut huic libro idẽ plane acciderit atque epistolæ ad Hebræos, quam nonnulli pertinacissimè repudiarunt, quòd facere pro Nouatianis uideretur, quum ipsi potius suam ignorantiam debuerint accusare. Deinde, obsecro, quum alia præterea fuerint Cerinthi deliria, ut qui Deum mundi esse conditorem negarit, Christum ex Maria ac Iosepho cæterorum hominũ more genitum docuerit: Christum & Iesum ut distinctas personas separarit: cur non ẽt hæc sua dogmata huic libro asperget? Atqui tantũ abest ut hoc faciat, ut contrario aduersus illos errores certa ex hoc libro testimonia peti possint, ut à Cerintho ista proficisci non potuisse, uel ex una ista ratione satis appareat. Quid uerò quod ubi de mille annis loquitur, nihil eorum narrat de quibus Cerinthus tam impiè garriebat? ubi enim luxus ille? ubi cibus & potus? ubi nuptiæ & ioci? ubi sacrificia & dies festi Hierosolymis celebrandi? Ergo uanum etiam ac futile est hoc argumentũ. Quæ quum ita se habeant, quanuis non centuerim quidem ego pertinacius de scriptoris nomine litigandum, tamẽ Iohanni Apostolo potius quàm cuiquam alij hunc librum tribuerim. Nam præterquam quòd uetustissimum esse constat, & ex ueteribus doctissimi & religiosissimi quique, Iohannis Apostoli esse non dubitarint, his etiam coniecturis ductor, quòd illis temporibus non uideam cui tandem alij tantæ maiestatis plenæ Prophetiæ, tamque augustum Theologi nomen tribui potuerint. deinde, quòd planè Apostolicæ sit dignitatis non uni alicui Ecclesiæ, sed Asiaticis Ecclesijs scribere: postremo, quòd quæ de insula Patmo commemorat, cum ijs prorsus conueniat quæ de Iohannis exilio ueteres summo consensu tradunt. Quòd si tamen liceret ex stylo coniecturam facere, nemini certè potius quàm Marco tribuerim, qui & ipse Iohannes dictus est: adeò non in uerbis tantum, sed etiam in formulis dicendi plerisque similis ac penè idem est Euangelij Marci & huius libri character. Ad ipsum autem librum quod attinet, quanuis eum esse me agnoscam cui hæc mysteria ualde adhuc obscura uideantur, tamen quum ubique uideam Spiritus Prophetici numen eminere, & ueterum Prophetarum non tantum uestigia, sed sententias ipsaque adeo uerba in hoc libro agnoscam: quum manifesta & magnificentissima ubique tũ diuinitatis Christi, tum nostræ redemptionis testimonia in eo extare uideam: quum denique ex ijs quæ prædicta sunt, nonnulla manifestè iam apparuerint, ueluti quæ de Asiaticarum Ecclesiarum excidijs, & sorte illius septem montibus insidentis regno prædixit: uenio in eam sententiam ut existimem Spiritum sanctum in hunc pretiosissimum librum congerere uoluisse quæ ex superiorum Prophetarũ prædictionibus implenda post Christi aduentum superessent: ac nonnulla etiam addidisse, quatenus nostra interesse cognouit. Obscuritas in his, fateor, magna est: sed ea minimè noua in Prophetarum, ac præsertim Ezechielis, scriptis.
B Deinde nostrum hoc ultimum est, qui singula diligentius non annotamus, & quotidiana illa Dei prouidentiæ iudicia in Ecclesiæ suæ administratione, rebus nostris priuatis intenti, non consideramus. Postremo, nouit Dominus quid quatenus nosse expediat, ideoque Prophetarum lucem pro sua infinita sapientia non aliter iam olim temperauit q̃ Ecclesiæ utile fore præsciuit. Superest igitur ut hæc mysteria sancti Dei homines cum timore ac religione, quatenus fas & utile est, scrutentur: omnes uerò, siue quæ nouerint, siue quæ nouerint, in hoc libro comprehensa Dei mysteria uenerentur potius quàm (nonnullorum more) uel derideant, uel fanaticis suis commentis polluant.

NOVA EX GRAECO TRANSLATIO.

ΚΕΦΑΛ. α. CAPVT I.

C Ἀποκάλυψις Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἣν ἔδωκεν αὐτῷ ὁ θεός, δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει, καὶ ἐσήμανεν ἀποστείλας διὰ τοῦ ἀγγέλου αὐτοῦ τῷ δούλῳ αὐτοῦ Ἰωάννῃ. 1

1 Apocalypsis Iesu Christi, quam dedit ipsi Deus, ut indicaret seruis suis quæ oporteat fieri cito: is uerò missam per Angelum suũ seruo suo Iohanni significauit.

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Apocalypsis Ἀποκάλυψις Græcũ nomẽ seruaui tãquã ipsi ẽt uulgo magis usitatũ in hoc quidẽ libro designando. Significat aũt rerũ ante occultarũ patefactionẽ: & quanuis singulari numero ponat, uniuersalis tũ ẽ totius libri inscriptio ex Prophetarũ more. Iesu Christi Ἰησοῦ Χριστοῦ Hãc doctrinã intellige Apocalypsin dici: nõ, quasi occultũ aliqd fuerit Christo ad dextra Patris sedẽti, qđ illi patefecerit Pater: sed nostri, respectu, nẽpe q̃ Filius illã ex sinu Patris no ut alienã, sed ut suã acceptã, Iohanni per Augelorũ ministerũ patefecerit, ad Ecclesiæ ædificationẽ. Habemus ergo ex hoc loco insignẽ gradũ descriptionẽ qui in Prophetijs tradẽdis obseruatus ẽ à Deo. Primum enim collocatur Pater, deinde Filius, nõ; nõ ut inæquales, sed ut unus Deus: neq; separati, sed ut distincti, & ita quidẽ ut Filius tanquã mediator Ecclesiæ perpetuus & æternus cõsideret: in quo uno uidelicet Pater sese Ecclesiæ suæ patefaciat. Visus ẽ aũt Filius tũ antequã caro fieret, tũ ex quo sese in cælũ recepit, Angelorũ ministerio, sicuti & hodie: sed agẽte ac moderãte ois Spiritu sancto, q̃ & Patris & Filij uirtus ẽ essentialis, & à Patre ac Filio separari nec debet nec potest. Angeli igit, ut nobilia Dei instrumẽta, Prophetis significarũt quæ in mãdatis habebãt, & quidẽ multis modis, put Dño uisum ẽ. Homines demũ q̃ Spiritus sancti afflatu ex Angelis pceperat, tũ uoce tũ scriptis annũtiarũt, put idẽ Spiritus illorum animis, linguæ, calamo denique est moderatus. Seruis suis τοῖς δούλοις αὐτοῦ. Vides asseri Diuinitatẽ Filij, q dũs sit Ecclesiæ & Angelis ut ministris utatur? Nã αὐτοῦ referendũ ẽ ad Christũ. tuitõ; hoc explicandũ, nequis putaret Patrẽ Filio ut inferiori hæc tradidisse. quũ ista traditio nihil aliud q̃ Christi officiũ declaret, quatenus sit Dei & hominũ est mediator, in quo uno acquiescit Pater. Quæ oporteat fieri cito: ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει. Dio. Alex. hæc uerba citãs apud Nicephorũ Ecclesiasticæ historiæ lib. 6. cap. 22. legit δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἐν τάχει, ut citò patefaceret seruis suis. Suspicor aũt particula illã ἃ δεῖ γενέσθαι q̃ oportet fieri ab aliquo expunctã esse, cui mirũ uideretur ista citò facienda dici, q̃ tã multo post tẽpore facta no fuerint. Sed facile ad hoc respõderi põt. ex ijs q̃ scribũtur 2. Pet. 3. b. 8 & 9. Deinde quũ perpetuã uenturorũ seculorũ historiã describat Iohannes, ũgnificat nimirũ fore ut eorũ quæ hic patefiunt, executio statim inchoetur, nõ aũt ut uno momẽto omnia perficiãtur. Postremo hæc formula dicendi nõ huic tantũ libro, sed omnib. quoq; Prophetis & Euãgelistis ẽ usitata, tũ ẽt quũ de supremo illo die differũt quem adhuc expectamus.

Qui testificatus est sermonem Dei, & testimonium Iesu Christi, & quæcunque uidit.

2 ὃς ἐμαρτύρησε τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν μαρτυρίαν ἰησοῦ χριστοῦ, ὅσα τε εἶδε. A

Beatus qui legit, & *beati* qui audiunt uerba Prophetiæ huius, & seruant ea quæ in ea scripta sunt. tempus enim prope est.

3 μακάριος ὁ ἀναγινώσκων, καὶ οἱ ἀκούοντες τοὺς λόγους τῆς προφητείας, καὶ τηροῦντες τὰ ἐν αὐτῇ γεγραμμένα· ὁ γὰρ καιρὸς ἐγγύς.

Iohannes septem Ecclesijs quæ sunt in Asia. Gratia *sit* uobis & pax ab eo qui Est, & qui Erat, & qui Venturus est: & à septé spiritibus qui in conspectu Throni eius sunt:

4 Ἰωάννης ταῖς ἑπτὰ ἐκκλησίαις ταῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος· καὶ ἀπὸ τῶν ἑπτὰ πνευμάτων, ἃ ἐνώπιον τοῦ θρόνου αὐτοῦ·

Et à Iesu Christo, *qui est* fidus ille testis primogenitus ille ex mortuis, ac princeps Regum terræ: Ei qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris per sanguinem suum,

5 καὶ ἀπὸ ἰησοῦ χριστοῦ, ὁ μάρτυς ὁ πιστός, ὁ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ὁ ἄρχων τῶν βασιλέων τῆς γῆς· τῷ ἀγαπήσαντι ἡμᾶς, καὶ λύσαντι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ.

Quique fecit nos Reges & Sacerdotes Deo & Patri suo: ei *inquam* gloria & robur in secula seculorum. Amen.

6 καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλείαν καὶ ἱερεῖς τῷ θεῷ καὶ πατρὶ αὐτοῦ, αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. B

Ecce uenit cum nubibus, & uidebit eum omnis oculus, etiam qui eum transfixerũt: & plangent coram eo omnes tribus terræ, etiam, Amen.

7 ἰδοὺ ἔρχεται μετὰ τῶν νεφελῶν, καὶ ὄψεται αὐτὸν πᾶς ὀφθαλμὸς, καὶ οἵτινες αὐτὸν ἐξεκέντησαν. καὶ κόψονται πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, ναὶ, ἀμήν.

2 Testimonium Iesu Christi. Vides iterum eundem ordinem graduum seruari? Loquitur enim de Filio, sed ita ut suo loco diximus. Filius per Angelos testificatur. Videt Iohannes quæ demonstrant Angeli, & uisa describit.

Et quæcunque uidit. ὅσα τε εἶδε. In quibusdam eodicibus testatur Arethas hæc addi, καὶ ὅσα ἤκουσε, καὶ ἅτινα ἐστί, καὶ ἅτινα δεῖ γενέσθαι μετὰ ταῦτα. & quæcunque uidit, tum ea quæ sunt, tum ea quæ posthac futura sunt. Sed hęc suspicor irrepsisse ex uersu 19. 3 Et *beati* qui audiunt. Mutatio numeri ex Hebræorum idiotismo.

4 Ab eo qui est, &c. ἀπὸ τοῦ ὢν, &c. Ne quis miretur non respondere constructionem, sciendum est Apostolum ita uoluisse exprimere quod scriptum est Exod. 3. c. 14, ubi loquens Dominus Mosi ipsius nomen percontanti, Dic, inquit, Israelitis אהיה שלחני אליכם quorum ipsique adeo Thalmudistæ uerbum ERIE tria tempora complecti, præsens, præteritum, & futurum: eoque perfectam & omnibus numeris absolutam Dei stabilitatem significari. Hoc uerò qui tandem potuit unico uocabulo exprimi? Sed nondum uidetur expeditus nodus. Cur enim non dixit, τὸ ὄντος? Respondeo, uoluisse Iohannem sacrũ illud nomen יהוה explicare, cuius etymologia est in illo Exodi loco tradita, quòd si ὢν & ἐρχόμενος usus esset tam quam participijs, & uerbo ὢν tanquam uerbo, nomen illud certè non expressisset, sed eius notationem duntaxat: ne pe si dixisset ὁ θεὸς ὄντος, καὶ ὁ κύριος θεοῦ ἐρχομένου. Itaque ὢν, ἦν & ἐρχόμενος, non ut participia, sed ut propria nomina accipienda sunt. quasi dicas ad uerbum, Gratia uobis & pax ab ens, & Erat, & Venturus. quod ut in Græco sermone intelligeretur, necesse fuit addi articulum præpositiuum, & quidem masculinum, ipsi etiam uerbo ἦν, quasi ἦν sit nomen proprium: ac si dicas ὁ ἰωάννης uel ὁ Πέτρος, ex quo etiam intelligitur quod antè dixi, nempe articulum ὁ in ὢν & ὁ ἐρχόμενος non tanquam participijs, neque tanquam nominibus ἰδιοκτήτως siue materialiter acceptis. sed tãquam propriis nominibus esse adiunctum. Supereſt adhuc unus scrupulus. nam quum propria etiam nomina inflectantur, cur non dixit, τοῦ ὄντος, καὶ τοῦ Ἦν, καὶ τοῦ ἐρχομένου? Nempe huc quoque respexit Iohannes, quod apud Hebræos nomen illud יהוה semper est uniforme, quanuis subiecta puncta mutentur, quæ nimirum non sunt ipsius nominis propria, sed alunde adscita. ideoq; ne articulũ quidẽ uoluit inflectere, quasi & ipse sit proprij nominis pars. Nam si τοῦ ὄντος uel τοῦ ἐρχομένου dixisset, tunc essent participia non nomina. quòd si τοῦ ἦν scripsisset, tunc esset articulus, neutrius generis, quasi τὸ ἦν materialiter quod aiunt, acciperetur. Supereſt ut ὁ ἦν annotemus melius conuerti Erat quam Fuit, ut perpetuitas declaretur cum æternitate coniuncta. i. quæ principium non habuerit, & sit aliena ab omni intermissione, sicut diximus Iohan. 1. a 1. Et qui uenturus est. Cur non potius ὁ ἔσται sicut ὁ ἦν? nempe duas ob causas: Primùm quia uideretur quodammodo nouum aliquod principium essentiæ introducere: Deinde quia Deum ut iudicẽ ubique statuit nobis proponere. Scimus aũt fore ut Pater in Filio mundũ iudicet, Act. 17. g. 31.

A septem spiritibus. Dei maiestati adiungit suos stipatores, non quasi illos ulla in parte uel Deo exequet uel cum Christo conferat: sicut etiam Paulus testes unà citat Deum, Christum, & Angelos, 1. Timoth. 5. d. 21. Nam quòd septem hos spiritus nonnulli pro spiritu sancto acceperunt. cuius septiformis, ut loquuntur, sit gratia, manifestè refelli potest uel ex eo quòd scribitur infrà 5. b. 6. Ac ne quis hoc loco offendatur, quasi ad istos Spiritus aliquid transferatur quod ad diuinitatem tantùm pertineat, uel quasi Christus istis spiritibus subijciatur, considerentur diuina elogia quæ paulo post tribuuntur Christo. Vnius enim Dei est, & quidem qui homo sit factus, sanguine suo abluere mundi peccata. neque usquam Angelis gloria & robur æternum tribuitur, sed hoc ipsum est quod Angeli Deo acclamant. Christus ergo ut Deus hìc describitur, septem autem illi Spiritus ut ministri ante thronum collocantur. ergo etiam coram Christo, ut qui Deo patri assideat. Denique ut nemo de hoc possit ambigere, ijdem isti septem Spiritus infrà 5. b. 6. Agni cornua & oculi, id est ministri dicuntur. 5 *Qui est* fidus ille testis ὁ μάρτυς ὁ πιστός. Sub. ὁς ἐστιν, uti apud Hebræos subintelligi solet אשר. 6 *Quique*: fecit. Iterum subaudit ὃς, ex eodem Hebræorum idiotismo.

7 Omnis oculus. Id est omnes homines, siue omnium oculi eum uidebunt.

Etiam qui eum transfixerunt. *Ixi* non est copula hoc in loco. quos enim homines copularet, qui omnes homines semel dixit? sed respondet particulæ Hebræorũ גם, ac si in uernaculo sermone dicas *me finement, eu voire meſmes ceux qui l'ont perſé*. Deinde τὸ ἐκκεντήσαν respondet Hebræo uerbo דקר, Zachar. 12. c. 10, quod non significat duntaxat pungere aut compungere, sed per perfodere ac transfigere. Vulgata, & qui eum pupugerunt. Eras. & qui compunxerunt eum. Coram eo. Hebr. עליו, ut Psal. 9. d. 20. uel, propter eum, quia scilicet tum demum agnoscent quem autè contempserint, & crudelissimè fuerint persequuti. Vulg. & Eras. super eum. Tribus terræ. De uniuersa terra hoc accipio. de qua tamen loquitur tanquam de terra Chanaan: quòd singulis Gentibus Dominus suam sortem distribuerit. Etiam Amen. Sic apud Dauidem & alios. Amen, amen, emphaseos causa. Quid si uerò Græcè unum, Hebreicè alterum expressit, ut tum Iudæos tum Græcos confirmaret illi iudicio fore obnoxios?

8 A&

A ἐγώ εἰμι τὸ α. ☙ τὸ. ω. ἀρχὴ ☙ τέλος, λέγει 8
ὁ κύριος. ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος ὁ παντο-
κράτωρ.

ἐγὼ ἰωάννης ὁ καὶ ἀδελφὸς ὑμῶν καὶ συγκοι 9
νωνὸς ἐν τῇ θλίψει καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ καὶ ὑπο-
μονῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐγενόμην ἐν τῇ νήσῳ τῇ κα-
λουμένῃ Πάτμῳ διὰ τὸν λόγον τοῦ θεοῦ καὶ τὴν μαρτυρί
αν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

ἐγενόμην ἐν πνεύματι ἐν τῇ κυριακῇ ἡμέ 10
ρᾳ, ☙ ἤκουσα ὀπίσω μου φωνὴν μεγάλην ὡς
σάλπιγγος,

λεγούσης· Ἐγώ εἰμι τὸ. α, καὶ τὸ. ω, ὁ πρῶτος 11
καὶ ὁ ἔσχατος, καί· ὃ βλέπεις γράψον εἰς βιβλίον,
καὶ πέμψον ταῖς ἐκκλησίαις, ταῖς οὔσαις, εἰς
Ἔφεσον, καὶ εἰς Σμύρνην, καὶ εἰς Πέργαμον, ☙ εἰς
Θυατείρας, ☙ εἰς Σάρδεις, καὶ εἰς Φιλαδελφί-
αν, τὸ εἰς Λαοδικείαν,

B καὶ ἐπέστρεψα βλέπειν τὴν φωνὴν, ἥτις ἐ 12
λάλησε μετ' ἐμοῦ· καὶ ἐπιστρέψας εἶδον ἑπτὰ
λυχνίας χρυσᾶς.

καὶ ἐν μέσῳ τῶν λυχνιῶν ὅμοιον υἱὸν ἀνθρώπου, 13
ἐνδεδυμένον ποδήρη, ☙ περιεζωσμένον πρὸς
τοῖς μαστοῖς ζώνην χρυσῆν.

ἡ δὲ κεφαλὴ αὐτοῦ, καὶ αἱ τρίχες λευκαὶ, ὡσεὶ 14
ἔριον λευκὸν, ὡς χιών, ☙ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς
φλὸξ πυρός.

καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὅμοιοι χαλκολιβάνῳ, ὡς 15
ἐν καμίνῳ πεπυρωμένοι. καὶ ἡ φωνὴ αὐτοῦ ὡς
φωνὴ ὑδάτων πολλῶν.

☙ ἔχων ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ χειρὶ ἀστέρας ἑπτὰ, καὶ 16
ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ῥομφαία δίστομος ὀξεῖα
ἐκπορευομένη. ☙ ἡ ὄψις αὐτοῦ, ὡς ὁ ἥλιος φαί
νει ἐν δυνάμει αὐτοῦ.

καὶ ὅτε εἶδον αὐτὸν, ἔπεσα πρὸς τοὺς πόδας 17
αὐτοῦ, ὡς νεκρός. καὶ ἐπέθηκεν τὴν δεξιὰν αὐτοῦ
χεῖρα ἐπ' ἐμὲ, λέγων μοι, μὴ φοβοῦ, ἐγώ εἰμὶ ὁ

Ego ſum A & Ω, *id eſt* principium & finis, dicit Dominus, Qui eſt, & Qui erat, & Qui uenturus eſt, ille inquam omnipotens.

Ego Iohannes, *qui* & frater ueſter *ſum* & ſocius in afflictione & regno & tolerãtia Chriſti Ieſu, fui in inſula quæ uocatur Patmos, propter ſermonem Dei & teſtimonium Ieſu Chriſti.

Fui autem correptus Spiritu die Dominico, & audiui à tergo uocẽ magnam tanquã tubæ.

Dicentis, Ego ſum A & Ω, primus ille & ultimus. &, qđ uides ſcribe in Libro, & mitte ſeptem Eccleſiis quæ ſunt in Aſia, Epheſi & Smyrnæ, & Pergami, & Thyatiræ, & Sardibus, & Philadelphiæ, & Laodiceæ.

Conuerſus ſum igitur ut uiderem uocem quæ loquuta erat mecum. Conuerſus autem uidi ſeptem candelabra aurea.

Et in medio ſeptem cãdelabrorum aureorum *quendam* ſimilẽ Filio hominis, indutũ talari *ueſte*, & præcinctũ ad mamillas zona aurea.

Caput autem eius & capilli *erant* candidi, ut lana alba, tanquam nix: & oculi eius ut flamma ignis.

Pedes autem eius ſimiles chalcolibano, ueluti in fornace ardentes. & uox illius tanquam uox aquarum multarum.

Habebat autem in dextra ſua ſtellas ſeptẽ: & ex ore eius anceps gladius prodibat: & facies eius qualis ſol in ſuo uigore lucet.

Quum autem uidiſſem eum, cecidi ad pedes eius ueluti mortuus. tum impoſuit mihi dexteram ſuam, dicens mihi, Ne timeas,

8 A & Ω, Α καὶ Ω. Hoc quidem Latinè explicari non poteſt. quid autem ſignificet fortaſsis non eſt omnibus C notum. Nam quod refert Eraſmus eum qui in re quapiam ſit primus. id eſt præſtantiſsimus, Græco prouerbio dici Alpha (ut ſcurra ille Martialis Alpha penulatorum quendam uocauit) Chriſto quidem optime conuenit, ut qui nomen acceperit quod eſt ſupra omne nomen: ſed quomodo quadrabit alterum? Nam ſi Alpha dicitur qui cæteris ante it, Omega ſanè dicetur qui omnium eſt poſtremus. ut illud quidem ſummæ ſit dignitatis, illud uero eius conditionis quod nulla ſit inferior. Chriſtum igitur ſciendum eſt hic loqui ut eum qui Deus eſt æternus. ac ſi diceret, Ego is ſum ante quem nihil eſt, imò per quem factum eſt quicquid factum eſt, quique ut omnia intereant, ſuperſtes illis omnibus maneam. Denique ſicut Alpha ſeſe uocat quod omnium rerum principio ſit antiquior, ita accipiemus Omega pro eo qui ſit omni fine poſterior, ut uere ſua illi conſtet æternitas. *Id eſt* principium & finis, ἀρχὴ καὶ τέλος. Hoc nonlegit Complutenſis editio, neque etiam Arethas. Legitur tamen ſine controuerſia, infra 21 lib. 6. & 22. c. 13.

10 Fui autem correptus Spiritu Ἐγενόμην ἐν πνεύματι. i. a ſignificai ſanctum illum ἐνθουσιασμὸν, quo Prophetæ correpti, extra mundum petegrinabantur cum Domino: mirum ſanè id quidem ut inſani illi uates, ſed ab ea maieſtate ad tempus abſorpti quam capere huius corporis anguſtiæ non poterant, ut mentem quodammodo à corpore abduci oporteret. ita ſæpe ſcribit Ezechiel ſe translatum fuiſſe à Domini Spiritu, & Spiritũ Domini in ſe incidiſſe. Eademlocutione utitur Marcus 1. c. 23. & 5. a. 2. ſed de impuro Spiritu loquens. Die Dominico ἐν τῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ. Loci & diei circunſtantia pertinent etiam ad fidem narrationi faciendam. itaque diligenter iſta ſolent Prophetæ explicare, ac præſertim Ezechiel: ut 1. a 1. & 8. a. 1. & alijs locis. Diem autem Dominicum uocat qui à Paulo dicitur μία σαββάτων. 1. Cor. 11. a. 2. Act. 20. b, 7. quo die apparet iam tum ſolitos fuiſſe Sanctos conuenire.

11 Ego ſum A & Ω primus ille & ultimus & ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, καί, &c. Hæc non legit Arethas, neque in Cõplutenſi editione extant, neque etiã in alio quodam Veruſto codice ex noſtris: ut nihil mirum ſit à uetere interprete non fuiſſe conuerſa. Mihi tamen iſta repetitio uidetur iohannis ſtylo conuenire. 12 Vt uiderem uocem, ἐλάλησε μετ' ἐμοῦ φωνὴν. Vocem appellat eum quẽ nondũ uiderat, ſed duntaxat loquentem audierat ac ſi diceret, conuerſus ſum ut eum uiderem cuius uocem audieram. 13 Filio hominis υἱὸν ἀνθρώπου. id eſt homini, ſiue qui hominem referebat: ex Hebræorum idiotiſmo, quem alibi expoſuimus. Quanuis enim hic Chriſtus erat, tamen in genere hoc accipiendũ eſſe de hominis figura, uel ex eo apparet quòd non additur articulus: itẽ ex Dan. 10. a. 5, ubi ſimile prorſus uiſum deſcribitur. 15 Chalcolibano, χαλκολιβάνῳ. Vulg. orichalco: rectè, ut ego conijcio. Nam orichalcum

ego sum primus & ultimus,

Et qui uiuo, sed fui mortuus, & ecce ui- 18
uo in secula seculorum: Amen. & habeo cla-

Scribe quæ ui- (ues inferorum & mortis. 19
disti & quę sunt, & quę post hęc sunt futura.

Mysteriũ septẽ stellarũ quas uidisti in de- 20
xtra mea, & septẽ cãdelabra aurea. Septẽ stel
læ, Angeli sunt septẽ Ecclesiarũ: & candela
bra septem quæ uidisti, septẽ Ecclesiæ sunt.

CAP. II.

ANgelo Ephesinæ Ecclesiæ scribe Hæc 1
dicit qui tenet septem stellas in dextra
sua, q ambulat inter septẽ candelabra aurea:

Noui opera tua, & laborem & toleranti- 2
am tuam, & quòd non possis ferre malos: &
exploraris eos qui se dicunt Apostolos esse,
nec sunt, & comperies eos *esse* mendaces.

Et onere pressum fuisse, sed tolerare: & pro 3
pter nomen meum laborasse, neque labori
succubuisse.

Sed habeo *aliquid* aduersum te, quòd cha- 4
ritatem tuam primam omiseris.

Memor esto itaque unde excideris, & resi
pisce, & priora opera facito: sin minus, ueni-
am aduersum te citò, & mouebo cãdelabrũ
tuum è loco suo, nisi resipueris.

Sed hoc habes, quòd odisti facta Nicolai 6
tarum, quæ & ego odi.

Qui habet aurem, audiat quid Spiritus di 7
cat Ecclesiis, Victori dabo edere ex arbore
uitæ quæ est in medio paradisi Dei.

Angelo uerò Smyrnæorum Ecclesiæ scri 8
be, Hæc dicit primus ille & ultimus, qui fuit
mortuus & uiuit.

Noui opera tua & afflictionẽ & pauperta 9
tẽ, (sed diues es) & blasphemiã eorũ q se di-
cunt Iudęos esse, nec sunt, sed *sunt* synagoga
Satanæ.

Nihil *horum* timeas quæ passurus es: ecce, 10
futurum est ut mittat Diabolus aliquos ex
uobis in carcerem, ut exploremini: & habe-
bitis afflictionem dierum decem. esto fidelis
usque ad mortem, & dabo tibi coronã uitę.

Qui habet aurẽ, audiat quid Spiritus dicat 11
Ecclesijs, Victor nõ lędetur à morte secũda.

πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος,

καὶ ὁ ζῶν, καὶ ἐγενόμην νεκρός, καὶ ἰδοὺ ζῶν εἰμὶ εἰς
τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, καὶ ἔχω τὰς κλεῖς τοῦ θανάτου καὶ
τοῦ ᾅδου.

γράψον οὖν ἃ εἶδες, καὶ ἃ εἰσὶν, καὶ ἃ μέλλει (τὸ θανάτου,
μέλλει γίνεσθαι μετὰ ταῦτα.

τὸ μυστήριον τῶν ἑπτὰ ἀστέρων, οὓς εἶδες ἐπὶ τῆς δε-
ξιᾶς μου, καὶ τὰς ἑπτὰ λυχνίας τὰς χρυσᾶς. οἱ ἑπτὰ
ἀστέρες, ἄγγελοι τῶν ἑπτὰ ἐκκλησιῶν εἰσι. καὶ ἑπτὰ
λυχνίαι α. εἶδες, ἑπτὰ ἐκκλησίαι εἰσί.

ΚΕΦΑΛ. β.

Τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐφεσίνης ἐκκλησίας γράψον.
Τάδε λέγει ὁ κρατῶν τοὺς ἑπτὰ ἀστέρας ἐν τῇ δε-
ξιᾷ αὐτοῦ, ὁ περιπατῶν ἐν μέσῳ τῶν ἑπτὰ λυχνιῶν τῶν
οἶδά σου τὰ ἔργα καὶ τὸν κόπον σου, καὶ τὴν ὑπο-
μονήν σου, καὶ ὅτι οὐ δύνῃ βαστάσαι κακούς, καὶ ἐ-
πειράσω τοὺς φάσκοντας ἑαυτοὺς ἀποστόλους, καὶ οὐκ εἰ-
σί, καὶ εὗρες αὐτοὺς ψευδεῖς.

καὶ ὑπέμονὴν ἔχεις, καὶ ἐβάστασας, καὶ διὰ τὸ ὄνο-
μά μου κεκοπίακας, καὶ οὐ κέκμηκας.

ἀλλ' ἔχω κατὰ σοῦ, ὅτι τὴν ἀγάπην σου τὴν πρώ-
τὴν ἀφῆκας. B

μνημόνευε οὖν πόθεν ἐκπέπτωκας, καὶ μετανό-
ησον, καὶ τὰ πρῶτα ἔργα ποίησον. εἰ δὲ μή, ἔρχο-
μαί σοι τάχυ, καὶ κινήσω τὴν λυχνίαν σου ἐκ τοῦ τό-
που αὐτῆς, ἐὰν μὴ μετανοήσῃς.

ἀλλὰ τοῦτο ἔχεις, ὅτι μισεῖς τὰ ἔργα τῶν νικο-
λαϊτῶν, ἃ κἀγὼ μισῶ.

ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ πνεῦμα λέγει τοῖς
ἐκκλησίαις. τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ φαγεῖν ἐκ τοῦ
ξύλου τῆς ζωῆς, ὅ ἐστιν ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου τοῦ θεοῦ.

καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐκκλησίας σμυρναίων γράψον·
τάδε λέγει ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, ὃς ἐγένετο
νεκρὸς, καὶ ἔζησεν.

οἶδά σου τὰ ἔργα, καὶ τὴν θλῖψιν, καὶ τὴν πτωχεί-
αν, (πλούσιος δὲ εἶ) καὶ τὴν βλασφημίαν τῶν λεγόν-
των ἰουδαίους εἶναι ἑαυτοὺς, καὶ οὐκ εἰσίν, ἀλλὰ συναγω-
γὴ τοῦ σατανᾶ.

μηδὲν φόβου ἃ μέλλεις πάσχειν (ἰδοὺ μέλλει βα- C
λεῖν ὁ διάβολος ἐξ ὑμῶν εἰς φυλακὴν, ἵνα πειρα-
σθῆτε, καὶ ἕξετε θλῖψιν ἡμερῶν δέκα.) γίνου πιστὸς
ἄχρι θανάτου, καὶ δώσω σοι τὸν στέφανον τῆς ζωῆς.

ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ πνεῦμα λέγει τοῖς
ἐκκλησίαις. ὁ νικῶν οὐ μὴ ἀδικηθῇ ἐκ τοῦ θανάτου
τοῦ δευτέρου.

uocarũt ueteres præstantissimũ æris fossilis genus quod ob præcipuã bonitatẽ, inquit Plinius, admirationẽ diu ob-
tinuit: nec reperitur longo iã tẽpore effœta tellure. Apparet igitur χαλκὸν uocatum fuisse παρὰ τὸ οὐ ὁρᾶσθαι μεταλ-
λεύεσθαι, ut admodum imperitè à nonnullis aurichalcum scribatur, quasi ex auro & ære mistum. Valde quidem fulgi-
dum fuisse uel ex Hesiodo apparet, qui φαεινὸν uocat in Herculis scuto: atque adeò speciem quandam fulgentis auri
habuisse inquit ét ex quoda Cic. loco, libro Off. 3. Denique hoc est quod Dan. 10. a 6 & Eze. 1 b. 7. חשמל dicitur, id est re
fulgens, à consequenti s. quũ proprie politũ ac tersum declaret. Sed qua tandem ratione Chalcolibanum uocauit? an
(ut Arethas existimat) quòd in Libano effoderetur? Ego uerò nusquã legi in Libano fuisse ærisodinas, sed potius in
montibus quæ Palæstinã ab Arabia Petræa dirimunt. Nihil tamen aptius inuenio quod dicã. Nam quod ex Suida refert
Eratosthenã fuisse electri genus, & quod cõmemorat ét Arethas, significari posse quasi thuris genus quod æris specie
referret: harũ rerũ peritionibus æstimandũ relinquo. Mihi quidẽ ex Danielis collatione omnino uidetur erichalcũ si-
gnificari: quanuis Græcam uocẽ integrã relinquere, maluerim, q̃ cuiquã præiudiciũ afferre. IN CAP. II.

4 Habeo *inquit* aduersum te ἔχω κατὰ σοῦ. Sub. τι. ac si dicat, habeo de quo tecum expostulẽ. Vide Mar. 6. c 19.

7 Ex arbore ἐκ τοῦ ξύλου Duplex Hebraismus, tum quòd lignum pro arbore, tum quòd arborem pro fructu ar-
sdixit. Vitæ τῆς ζωῆς, id est uitalis ex Hebræorum idiotismo sæpe iam à nobis annotatio.

A In medio paradisi Dei, *ἐν μέσῳ τῦ παραδείσου τῦ Θεῦ.* Arethas & quidam ex uetustis nostris libris habent *ἐν παρα-δείσῳ τοῦ Θεοῦ μου*, in paradiso Dei mei, ut uertit Vetus interpres. Neque est quod quisquam hac locutione offendat, quum post resurrectionem etiam sic loquatur Dominus, tanquam mediator scilicet, Iohan. 20. d. 17.

12 Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Περγάμῳ ἐκκλησίας γράψον· τάδε λέγει ὁ ἔχων τὴν ῥομφαίαν τὴν δίστομον τὴν ὀξεῖαν.

Angelo uerò Pergamensis Ecclesiæ scribe, Hæc dicit qui habet rhomphæam illam utrinque acutam:

13 οἶδα τὰ ἔργα σου, καὶ ποῦ κατοικεῖς, ὅπου ὁ θρόνος τοῦ Σατανᾶ, καὶ κρατεῖς τὸ ὄνομά μου, καὶ οὐκ ἠρνήσω τὴν πίστιν μου, καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις, ἐν αἷς Ἀντίπας ὁ μάρτυς μου ὁ πιστός, ὃς ἀπεκτάνθη παρ' ὑμῖν, ὅπου κατοικεῖ ὁ Σατανᾶς.

Noui opera tua, & ubi habites, *nempe* ubi thronus est Satanæ, & *quod* teneas nomẽ meum, neque negasti fidem meam, etiam ijs diebus quibus Antipas martyr ille meus fidelis, trucidatus est apud uos, ubi Satanas habitat.

14 ἀλλ' ἔχω κατὰ σοῦ ὀλίγα, ὅτι ἔχεις ἐκεῖ κρατοῦντας τὴν διδαχὴν Βαλαάμ, ὃς ἐδίδασκεν τῷ Βαλὰκ βαλεῖν σκάνδαλον ἐνώπιον τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, φαγεῖν εἰδωλόθυτα, καὶ πορνεῦσαι.

Sed habeo aduersum te pauca, quòd habeas istic qui teneant doctrinam Balaã, qui docebat Balac obijcere offendiculum corã filijs Israel, ut ederent ex ijs quæ simulachris immolantur, & scortarentur.

15 οὕτως ἔχεις καὶ σὺ κρατοῦντας τὴν διδαχὴν τῶν Νικολαϊτῶν, ὃ μισῶ.

Ita habes etiam qui teneant doctrinam Nicolaitarum, quod odi.

B 16 μετανόησον· εἰ δὲ μή, ἔρχομαί σοι ταχύ, καὶ πολεμήσω μετ' αὐτῶν ἐν τῇ ῥομφαίᾳ τοῦ στόματός μου.

Resipisce: sin minus, ueniam aduersum te citò, & pugnabo cũ illis gladio oris mei.

17 ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις· τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ φαγεῖν ἀπὸ τοῦ μάννα τοῦ κεκρυμμένου, καὶ δώσω αὐτῷ ψῆφον λευκήν, καὶ ἐπὶ τὴν ψῆφον ὄνομα καινὸν γεγραμμένον, ὃ οὐδεὶς οἶδεν εἰ μὴ ὁ λαμβάνων.

Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesijs, Victori dabo edere ex Manna illo abscondito: & dabo illi calculũ alb, ũet in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo nouit nisi qui accipit.

18 καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Θυατείροις ἐκκλησίας γράψον· τάδε λέγει ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὁ ἔχων τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ὡς φλόγα πυρός, καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὅμοιοι χαλκολιβάνῳ·

Angelo uerò Thyatirensis Ecclesiæ scribe, Hæc dicit filius Dei qui habet oculos tãquam flammam ignis, & cuius pedes *sunt* similes chalcolibano:

19 οἶδά σου τὰ ἔργα, καὶ τὴν ἀγάπην, καὶ τὴν διακονίαν, καὶ τὴν πίστιν, καὶ τὴν ὑπομονήν σου, καὶ τὰ ἔργα σου, καὶ τὰ ἔσχατα πλείονα τῶν πρώτων.

Noui opera tua & charitatem, & submini strationem, & fidem, & tolerantiam tuam, et opera tua, & ultima plura prioribus.

20 ἀλλ' ἔχω κατὰ σοῦ ὀλίγα, ὅτι ἐᾷς τὴν γυναῖκα Ἰεζάβελ τὴν λέγουσαν ἑαυτὴν προφῆτιν, διδάσκειν καὶ πλανᾶσθαι τοὺς ἐμοὺς δούλους, πορνεῦσαι, καὶ εἰδωλόθυτα φαγεῖν.

Sed habeo aduersus te pauca: quòd permittis mulierẽ Iezabel, quæ se dicit prophetissam, docere, & seducere seruos meos, ut scortẽtur & edãt ex ijs quæ simulachris im-

21 καὶ ἔδωκα αὐτῇ χρόνον, ἵνα μετανοήσῃ, καὶ οὐ θέλει μετανοῆσαι ἐκ τῆς

C πορνείας αὐτῆς, καὶ οὐ μετενόησεν.

Et dedi illi tẽpus ut resipisceret (molant. à scortatione sua: nec resipuit.

22 ἰδοὺ ἐγὼ βάλλω αὐτὴν εἰς κλίνην, καὶ τοὺς μοιχεύοντας μετ' αὐτῆς, εἰς θλῖψιν μεγάλην ἐὰν μὴ μετανοήσωσιν ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν.

Ecce ego abijciam eam in lectum: & eos qui adulteriũ cõmittunt cum ea, in afflictio nẽ maximã, nisi resipuerint ab operibus suis:

23 καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς ἀποκτενῶ ἐν θανάτῳ, καὶ γνώσονται πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ ἐρευνῶν νεφροὺς καὶ καρδίας· καὶ δώσω ὑμῖν ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα ὑμῶν.

Et filios eius interficiam morte: scientq; omnes Ecclesiæ quòd ego is sim qui scrutor renes & corda: & dabo unicuique uestrum secundum opera sua.

13 Etiam ijs diebus quibus Antipas, &c. *καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐν αἷς Ἀντίπας Καὶ* iterum respondet particulæ ☐, id est etiã. Amplificatur enim Pergamensium fides, quòd in ipso persecutionis æstu constantes fuerint. Vetus interpres omisit relatiuum, quod ta-men necessario fuit exprimendum. Eras. & in diebus meis Antipas, &c. repugnante omnium emendatorum codicum fide, ipsáque adeò sententia. Mendosum enim est quod excudit Frobenius *ἡμεῖς* pro *ἐν αἷς*, quod illic etiam est ad marginem annotatum. Trucidatus ast *ἀπεκτάνθη*. Vulg. & Eras. qui occisus est. Atquire dundat prouocabulum *ὅς* eo pleonasmo quem exposuimus Rom. 16. d, 27.

4 Balac *τῷ βαλάκ*. Sic legit Arethas, quem sequitur Complutensis editio, & alius uetustus codex, & Vetus etiã interpres. Alij codices legunt *ἐν τῷ βαλάκ*, i. in Balac, ut conuertit Eras. quod mihi non probatur. Quod autem de idolothytis hic refertur, ad eam speciem accommodandum est de qua pluribus agit Paulus 1. Cor. 17 Manna illo abscondito, *ἀπὸ τοῦ Μάννα τοῦ κεκρυμμένου*. Alludit opinor ad concionem illam Domini quæ scripta est Iohan. sexto capite. Item ad locum Dauidis Psal. 105. d. 40. Calculum album. *ψῆφον λευκήν*. Eiusmodi calculũ refert Arethas consueuisse dari athletis in Theatro decertantibus. 19 Subministrationem, *διακονίαν*. Sic uocat officia sanctis præstita, ut Paulus passim usurpat. Vulg. & Eras. ministerium.

22 Qui adulterium committunt, τὸς μοιχεύοντας. Visitatum esse Prophetis omnes norunt adulterii nomine A
idolo latriam significare, in ijs qui uerò Deo fuerunt quasi coniugij fœdere coniuncti. 23 Interficiam morte, ἀποκτενῶ ἐν θανάτῳ. Hebraicus pleonasmus: cuius tamen maxima est emphasis, ac si diceret, internecione delebo.

ὑμῖν δὲ λέγω, καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς ἐν Θυατείροις, 24
ὅσοι οὐκ ἔχουσι τὴν διδαχὴν ταύτην, οἵτινες
οὐκ ἔγνωσαν τὰ βάθη τοῦ Σατανᾶ, ὡς λέγουσιν.
οὐ βάλλω ἐφ' ὑμᾶς ἄλλο βάρος,

πλὴν ὃ ἔχετε, κρατήσατε ἄχρις οὗ ἂν ἥξω. 25

καὶ ὁ νικῶν καὶ ὁ τηρῶν ἄχρι τέλους τὰ ἔργα 26
μου, δώσω αὐτῷ ἐξουσίαν ἐπὶ τῶν ἐθνῶν,

καὶ ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, ὡς τὰ 27
σκεύη τὰ κεραμικὰ συντρίβεται,
ὡς κἀγὼ εἴληφα παρὰ τοῦ πατρός μου, καὶ δώ- 28
σω αὐτῷ τὸν ἀστέρα τὸν πρωϊνόν.

ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ πνεῦμα λέγει ταῖς 29
ἐκκλησίαις.

Vobis autem dico reliquis Thyatirensibus, Quicunque non habent doctrinā hāc, neque cognouerunt profunditates Satanæ, quemadmodum dicunt: non imponam uobis aliud onus.

Tamē id quod habetis, tenete, usque quo ueniam.

Nam si quis uicerit, & custodierit ad finē usque opera mea, dabo illi potestatē super Gentes:

Et reget eas uirga ferrea: & tanquam uasa fictilia conterentur:

Sicut & ego accepi à Patre meo: & dabo illi stellam matutinam.

Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesijs.

ΚΕΦΑΛ. γ.

Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Σάρδεσιν ἐκκλησίας 1
γράψον· τάδε λέγει ὁ ἔχων τὰ πνεύματα
τοῦ θεοῦ, καὶ τοὺς ἑπτὰ ἀστέρας· οἶδά σου τὰ ἔργα,
ὅτι ὄνομα ἔχεις ὅτι ζῇς, καὶ νεκρὸς εἶ.

γίνου γρηγορῶν, καὶ στήριξον τὰ λοιπὰ, ἃ μέλ- 2
λει ἀποθανεῖν· οὐ γὰρ εὕρηκά σου τὰ ἔργα πεπλη-
ρωμένα ἐνώπιον τοῦ θεοῦ.

μνημόνευε οὖν πῶς εἴληφας καὶ ἤκουσας, καὶ 3
τήρει, καὶ μετανόησον· ἐὰν οὖν μὴ γρηγορήσῃς,
ἥξω ἐπί σε ὡς κλέπτης, καὶ οὐ μὴ γνῷς, ποίαν ὥραν
ἥξω ἐπί σε,

ἔχεις ὀλίγα ὀνόματα καὶ ἐν Σάρδεσιν, ἃ οὐκ 4
ἐμόλυναν τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ περιπατήσουσι
μετ' ἐμοῦ ἐν λευκοῖς, ὅτι ἄξιοί εἰσιν.

ὁ νικῶν οὕτω περιβαλεῖται ἐν ἱματίοις λευ- 5
κοῖς, καὶ οὐ μὴ ἐξαλείψω τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκ τῆς βί-
βλου τῆς ζωῆς, καὶ ὁμολογήσω τὸ ὄνομα αὐτοῦ
ἐνώπιον τοῦ πατρός μου, καὶ ἐνώπιον τῶν ἀγγέ-
λων αὐτοῦ.

CAP. III.

ANgelo autem Ecclesiæ quæ est Sardib. scribe, Hæc dicit qui habet septem spiritus Dei, & septem stellas, Noui opera tua, B
nempe quòd dicaris uiuere, sed mortuus sis.

Esto uigilans, & confirma reliqua moribū da: non enim inueni opera tua plena coram Deo.

Memento igitur quæ acceperis & audieris, obserua igitur & resipisce. Quòd si non uigilaueris, ueniam ad te tanquā fur, neque intelliges qua hora ueniam ad te.

Habes *tamen* aliquot nomina etiam Sardi bus quæ non inquinarunt uestimenta sua, ideoq; incedent mecū albati: digni em̄ sunt.

Qui uicerit, is amicietur uestimentis albis: neque delebo nomen eius de libro uitæ, sed profitebor nomen eius coram Patre meo & coram Angelis eius.

C

24 Vobis autem dico reliquis Thyatirensibus. ὑμῖν δὲ λέγω τοῖς λοιποῖς τοῖς ἐν Θυατείροις. Sic lego non tantum ex ueteris interpretis, sed etiam ex Complutensis editionis & duorum aliorum codicum authoritate, quum in alijs legatur καὶ τοῖς λοιποῖς, & reliquis. Neque enim uideo quis locus esse possit copulæ, nisi per epexegesin explicetur. Profunditates τὰ βάθη. Sic nimirum illi sua portenta solebant uocare, quasi summam ac profundissimam rerum Diuinarum cognitionem complecterentur: uti hodie faciunt præ cæteris Libertini & Anabaptistæ, Spiritum perpetuò in ore habentes: & is qui nuper scripsit, Pauli epistolas nihil nisi quædam rudimenta continere. Sic inquam illos non pudebat sua illa portenta appellare. Sed Iohannes addit Satanæ nomen, agnoscens quidem illa pro abstrusissima quadam scientia, sed quæ ex imis tenebrarum abyssis hausta esset. Itaque illud ὡς λέγουσι, ut loquuntur, refero non ad Satanæ nomen sed ad βάθη. ita ut ad Iezabelis illius sectatores pertineat. Sunt tamen qui ad reliquos Thyatirenses referant, qui nimirum dicerent se esse impares istis uersutijs Satanæ cognoscendis, quibus proinde Dominus hoc onus nō imponat aduersus illos disputandi: sed hoctantū præcipiat ut in sana doctrina perseuerēt. Sed hoc mihi uidetur uiolentū, necsatis etiam conueniens cumuers. 20. Nam si succensēt Dominus Thyatirēsibus quòd sinant Iezabelē docere, requirit ab illis, peculdubio ut eam omnibus modis compescant. Aliud onus. ἄλλο βάρος. Id est, aduersum uos nihil grauius denuntiabo, contentus uidelicet uobis significasse quid in uobis requiram. Vsitatum enim est Prophetis, quoties calamitatem aliquam prædicebant משא, id est onus, id uocare. quod quum frequenter Prophetæ facerent, cœpit prophanus populus omnes Prophetas inuidioso oneris uocabulo appellare, ut grauissimè expostulat Dominus Ierem. 23. f. 33. & deinceps.

IN CAPVT III.

1 Quod dicaris uiuere, ὅτι ζῇς ὄνομα ἔχεις ὅτι ζῇς. Id est, quòd celebreris quidem quasi uiuas, quū re uera sis mortuus. Viuere autem dicitur Ecclesia, quum bonæ at boris instar bonos fructus edit. Vulg. & Eras. quia nomen habes quod uiuas. 2 Reliqua moribunda, τὰ λοιπὰ ἃ μέλλει ἀποθανεῖν. Id est cætera, quorū ea est conditio ut iā laborent, mox nisi confirmentur, interitura. Similis occurrit locutio Luc. 7. a. 2. Complutensis codex & alij duo scripturn habent ἃ ἤμελλες ἀποθέλλειν, quæ futurum erat ut amitteres, nisi te scilicet commonefecissem.

3 Quæ πῶς, Id est ποῖα. Terent. Ita est homo, pro talis est.

4 Habes *tamen* aliquot nomina ἀλλ' ἔχεις ὀλίγα ὀνόματα. Sic legit Arethas, & Vetus interpres. Consentiunt

A ὁ ἰχων ὠς, ἀκουσάτω τί τὸ πνῦμα λέγει 6
ταῖς ἐκκλησίαις.

Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς φιλαδελφείας ἐκκλη- 7
σίας γράψον. τάδε λέγει ὁ ἅγιος, ὁ ἀληθινός,
ὁ ἔχων τὴν κλεῖδα τοῦ Δαβίδ, ὁ ἀνοίγων, καὶ
οὐδεὶς κλείει· καὶ κλείων καὶ οὐδεὶς ἀνοίγει.

οἶδά σου τὰ ἔργα. ἰδοὺ δέδωκα ἐνώπιόν 8
σου θύραν ἀνεῳγμένην, καὶ οὐδεὶς δύναται κλεῖ-
σαι αὐτήν· ὅτι μικρὰν ἔχεις δύναμιν, καὶ ἐτή-
ρησάς μου τὸν λόγον, καὶ οὐκ ἠρνήσω τὸ ὄνομά
μου.

ἰδοὺ δίδωμι ἐκ τῆς συναγωγῆς τοῦ σατανᾶ 9
τῶν λεγόντων ἑαυτοὺς ἰουδαίους εἶναι, καὶ οὐκ εἰσίν,
ἀλλὰ ψεύδονται. ἰδοὺ ποιήσω αὐτοὺς, ἵνα ἥξω-
σι, καὶ προσκυνήσωσιν ἐνώπιον τῶν ποδῶν
σου, καὶ γνῶσιν ὅτι ἐγὼ ἠγάπησά σε, 10
ὅτι ἐτήρησας τὸν λόγον τῆς ὑπομονῆς μου, κἀγώ
B σε τηρήσω ἐκ τῆς ὥρας τοῦ πειρασμοῦ τῆς μελ-
λούσης ἔρχεσθαι ἐπὶ τῆς οἰκουμένης ὅλης, πειράσαι
τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς.

ἰδοὺ ἔρχομαι ταχύ· κράτει ὃ ἔχεις, ἵνα μη- 11
δεὶς λάβῃ τὸν στέφανόν σου.

ὁ νικῶν ποιήσω αὐτὸν στῦλον ἐν τῷ ναῷ τοῦ 12
θεοῦ μου, καὶ ἐξω οὐ μὴ ἐξέλθῃ ἔτι, καὶ γράψω ἐπ'
αὐτὸν τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ μου, καὶ τὸ ὄνομα τῆς πό-
λεως τοῦ θεοῦ μου τῆς καινῆς ἱερουσαλὴμ, ἡ κατα-
βαίνουσα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ θεοῦ μου, καὶ τὸ
ὄνομά μου τὸ καινόν.

ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ πνῦμα λέγει 13
ταῖς ἐκκλησίαις.

καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐκκλησίας Λαοδικέων 14
γράψον. τάδε λέγει ὁ ἀμήν, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς
καὶ ἀληθινός, ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως τοῦ θεοῦ.

οἶδά σου τὰ ἔργα, ὅτι οὔτε ψυχρὸς εἶ, οὔτε 15
ζεστός. ὄφελον ψυχρὸς ἦς, ἢ ζεστός.

C οὕτως ὅτι χλιαρὸς εἶ, καὶ οὔτε ψυχρὸς, οὔτε ζε- 16
στός, μέλλω σε ἐμέσαι ἐκ τοῦ στόματός μου.

ὅτι λέγεις, ὅτι πλούσιός εἰμι, καὶ πεπλούτηκα,
καὶ οὐδενὸς χρείαν ἔχω. καὶ οὐκ οἶδας, ὅτι σὺ εἶ ὁ τα- 17
λαίπωρος, καὶ ἐλεεινὸς, καὶ πτωχὸς, καὶ τυφλὸς, καὶ
γυμνός.

Qui habet aurem, audiat quid Spiritus di- 6
cat Ecclesijs,

Angelo uero Philadelphiensis Ecclesiæ 7
scribe, Hæc dicit Sanctus & Verax ille, qui
habet clauem Dauidis, qui aperit, & nemo
claudit: claudit, & nemo aperit.

Noui opera tua: ecce, proposui tibi ostiũ 8
apertũ: nec quisquã pót claudere illud: quia
nonnullam habes uirtutem, & seruasti ser-
monem meum: neque abnegasti nomen me
um.

Ecce, præbebo eos qui sunt ex synagoga 9
Satanæ, *id est* eorum qui dicunt se Iudæos es-
se, nec sunt, sed mẽtiuntur: ecce *unquam* adi-
gam eos ut ueniant, & adorent ante pedes
tuos, & sciant quòd ego dilexi te.

Quoniam seruasti sermonem tolerantiæ 10
meæ. ego quoque te liberabo ex tempore tẽ
tationis, quod uenturum est in orbem uni
uersum, ad explorandum incolas terræ.

Ecce, uenio citò: tene quod habes, ut ne- 11
mo accipiat coronam tuam.

Si quis uicerit, faciam ut sit columna in tẽ 12
plo Dei mei: nec foras egredietur amplius:
& scribam ei nomen Dei mei & nomen Ci-
uitatis Dei mei, *id est* nouæ Hierusalem, quæ
descendit è cælo à Deo meo: & nomen meũ
nouum.

Qui habet aurem audiat quid Spiritus di 13
cat Ecclesijs.

Angelo uerò Laodicensium Ecclesiæ scri 14
be. Hæc dicit Amen, testis ille fidelis & ue-
rax, principium opificij Dei.

Noui opera tua, *nempe* quòd neque frigi- 15
dus sis, neq; feruidus. utinam frigidus esses,
aut feruidus.

Itaq; qm̃ tepidus es, nec frigidus nec fer- 16
uidus, futurum est ut te euomã exore meo.

Nam dicis, Diues sum & ditatus sum, & 17
nullius egeo. neque nosti te esse ærumno-
sum, & miserabilem, & pauperem, & cæcũ,
& nudum.

Complutensis editio & alij codices duo. In aliis deest aduersatiua particula: quæ tamen ex Hebraicæ linguæ usu inter dum suppletur, ut diximus Matth. 9. a. 6. & Ioh. 9. f. 30. Nomina autem dixit pro capitibus, ut diximus Act. 1. c. 15. qd̃ tamen ab usu Græcæ linguæ alienum esse docet Arethas. Albati γὰρ ἀνίκητοι. Vide Ioh. 20. c. 12. Est autem hoc dictum ex Hebræorum consuetudine, qui & substantiua & adiectiua interdum subiucent: quòd ex loci circunstantia nemo sit qui non facile possit ea intelligere. Digni enim sunt, *ὅτι ἄξιοί εἰσιν*. Dignos, id est idoneos, intellige, quia in Christo iustificati fuerunt, sicut re ipsa comprobarunt. Iustus enim est qui iustitiam facit, sed ita ut arbor fructum gignat, non fructus arborem. Vide Rom. 8. d. 18. 7 Qui habet clauem Dauidis *ὁ ἔχων τὴν κλεῖδα τοῦ Δαβίδ*. Suspicor legendum *ὁ ἔχων τὴν κλεῖδα οἴκου Δαβίδ* qui habet clauem domus Dauid, ut scriptum est Es. 22. f. 22. qui locus non dubium est quin allegorice explicetur hoc in loco. Est autem domus Dauid Ecclesia, cuius omnis potestas est penes unum Christũ Regem sempiternũ, Luc. 1. c. 32. & 33. ut quos uelit uel admittat uel excludat. 9 Præbebo *δίδωμι*, i. *δώσω*, ut paulo post *ποιήσω*. quanquam etiam aliqua est emphasis in hac temporis enallage, quæ passim apud Prophetas occurrit. Accipitur aũt *τὸ δίδομαι* hoc in loco, pro redigere in eũ statũ & conditionẽ, ut hoc uel illud faciant sicut apud Hebræos accipitur uerbum נתן. & supplendus est articulus *τὸν* potius quàm *τινάς*. 10 Sermonem tolerantiæ meæ, *τὸν λόγον τῆς ὑπομονῆς μου*, Id est, quia patientiam illam ac constantiam præstitisti quam à meis requiro. 12 Dei mei, *τοῦ θεοῦ μου*, Vide supra 2. b. 7. 14 Amen. *ὁ ἀμήν*. Hebraismus, quem mox explicat. Nam אמן Hebræis significat uere siue ueritatem ipsam. Principium opificij Dei. *ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως τοῦ θεοῦ*. Id est à quo principiũ

Cósulo tibi emere à me aurũ igni exploratũ, ut diues fias: et uestimẽta alba, ut induaris, nec appareat dedecus nuditatis tuæ: & collyrio inungas oculos tuos, ut uideas.

Ego quoscunque amo, arguo & castigo: æmulare igitur ac resipisce.

Ecce, sto ad ostiũ, & pulso: si quis audierit uocẽ meã, & aperuerit ostiũ, igrediar ad eũ, & cœnabo cũ eo, & ipse mecũ.

Si quis uicerit, dabo ei sedere mecũ in Throno meo, ut & ego uici, & sedeo cum Patre meo, in Throno eius.

Qui habet aurẽ, audiat qd Spiritus dicat Ecclesiis.

CAP. IIII.

POst hæc uidi, & ecce, ostium apertum in cœlo: & uox prima quam audiui tanquã tubæ loquentis mecũ, dicebat, Ascende huc, & ostendam tibi quæ oporteat fieri post hæc.

Statim igitur fui correptus à Spiritu: & ecce, Thronus positus erat in cælo: & Throno *quidam* insidebat.

Porrò q sedebat, aspectu similis erat lapidi iaspidi & sardio: & circuitu Throni erat iris aspectu similis smaragdo.

Et in circuitu sedis, sedilia uigiti quatuor: & sup sedilia uidi uigiti quatuor Senes sedẽtes, amictos uestib. albis: & habẽtes sup capita sua coronas aureas.

Prodibant autem è Throno fulgura & tonitrua & uoces: & septem lampades igneæ ardentes ante Thronum, quę sunt septẽ spiritus Dei.

Erat et ante Thronũ mare uitreũ simile crystallo: & in medio Throni, quatuor animalia plena oculis antè & retro.

Animal aũt primũ erat simile leoni: & secundum animal simile uitulo, & tertiũ aĩal habẽs faciem uelut homo: & quartum animal simile aquilę uolanti.

Et quatuor aĩalia singula per se habebãt alas senas in circuitu, & intus plena erant oculis, die ac nocte sine intermissióe dicẽtia, Sãct⁹, sanct⁹, sanct⁹ Dñs Deus omnipotẽs, Erat, Est, Vẽturus ẽ.

Et quũ tribuebãt illa aĩlia gloriã & honorẽ & gratiarũ actionẽ ei q Throno ſidebat, illi *inquã* uiuẽtiſ ſecula ſeculorũ,

18 συμβουλεύω σοι ἀγοράσαι παρ' ἐμοῦ χρυσίον πεπυρωμένον ἐκ πυρός, ἵνα πλουτήσῃς. καὶ ἱμάτια λευκά, ἵνα περιβάλῃ, καὶ μὴ φανερωθῇ ἡ αἰσχύνη τῆς γυμνότητός σου. καὶ κολλύριον ἐγχρίσαι τοὺς ὀφθαλμούς σου, ἵνα βλέπῃς. A

19 ἐγὼ ὅσους ἐὰν φιλῶ, ἐλέγχω καὶ παιδεύω· ζήλωσον οὖν, καὶ μετανόησον.

20 ἰδοὺ ἕστηκα ἐπὶ τὴν θύραν, καὶ κρούω· ἐάν τις ἀκούσῃ τῆς φωνῆς μου, καὶ ἀνοίξῃ τὴν θύραν, εἰσελεύσομαι πρὸς αὐτόν, καὶ δειπνήσω μετ' αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς μετ' ἐμοῦ.

21 ὁ νικῶν δώσω αὐτῷ καθίσαι μετ' ἐμοῦ ἐπὶ τοῦ θρόνου μου, ὡς κἀγὼ ἐνίκησα, καὶ ἐκάθισα μετὰ τοῦ πατρός μου ἐν τῷ θρόνῳ αὐτοῦ.

22 ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις. ΚΕΦΑΛ. Δ.

Μετὰ ταῦτα εἶδον, καὶ ἰδοὺ θύρα ἠνεῳγμένη ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἡ φωνὴ ἡ πρώτη ἣν ἤκουσα, ὡσεὶ σάλπιγγος λαλούσης μετ' ἐμοῦ, λέγουσα· ἀνάβα ὧδε, καὶ δείξω σοι ἃ δεῖ γενέσθαι μετὰ ταῦτα.

1

B

2 καὶ εὐθέως ἐγενόμην ἐν πνεύματι. καὶ ἰδοὺ θρόνος ἔκειτο ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τὸν θρόνον καθήμενος.

3 καὶ ὁ καθήμενος ὅμοιος ὁράσει λίθῳ ἰάσπιδι, καὶ σαρδίνῳ· καὶ ἶρις κυκλόθεν τοῦ θρόνου ὅμοιος ὁράσει σμαραγδίνῳ.

4 καὶ κυκλόθεν τοῦ θρόνου θρόνοι εἴκοσι τέσσαρες. καὶ ἐπὶ τοὺς θρόνους εἴδον τοὺς εἴκοσι καὶ τέσσαρας πρεσβυτέρους καθημένους, περιβεβλημένους ἐν ἱματίοις λευκοῖς· καὶ ἔχον ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν στεφάνους χρυσοῦς.

5 καὶ ἐκ τοῦ θρόνου ἐκπορεύονται ἀστραπαὶ καὶ βρονταὶ καὶ φωναί· καὶ ἑπτὰ λαμπάδες πυρὸς καόμεναι ἐνώπιον τοῦ θρόνου, αἵτινές εἰσι τὰ ἑπτὰ πνεύματα τοῦ θεοῦ.

6 καὶ ἐνώπιον τοῦ θρόνου θάλασσα ὑαλίνη, ὁμοία κρυστάλλῳ. καὶ ἐν μέσῳ τοῦ θρόνου καὶ κυκλόθεν τοῦ θρόνου, τέσσαρα ζῶα γέμοντα ὀφθαλμῶν ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν.

7 καὶ τὸ ζῶον τὸ πρῶτον ὅμοιον λέοντι, καὶ τὸ δεύτερον ζῶον ὅμοιον μόσχῳ, καὶ τὸ τρίτον ζῶον ἔχον τὸ πρόσωπον ὡς ἀνθρώπου, καὶ τὸ τέταρτον ζῶον ὅμοιον ἀετῷ πετωμένῳ. C

8 καὶ τέσσαρα ζῶα, ἓν καθ' ἓν αὐτῶν εἶχον ἀνὰ πτέρυγας ἓξ κυκλόθεν, καὶ ἔσωθεν γέμοντα ὀφθαλμῶν. καὶ ἀνάπαυσιν οὐκ ἔχουσιν ἡμέρας καὶ νυκτὸς λέγοντα· ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ ἦν καὶ ὁ ὢν καὶ ὁ ἐρχόμενος.

9 καὶ ὅταν δώσουσι τὰ ζῶα δόξαν καὶ τιμὴν καὶ εὐχαριστίαν τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου, τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων,

ducunt omnes res conditæ. Omnia enim à Deo per ipsum facta sunt, ut expositum est Iohann. 1. a. 3. Vide Col. 1. b. 15. & deinceps. 18 Exploratũ igni, *πεπυρωμένον ἐκ πυρός*. Vulg. aurũ ignitũ probatũ. Erasm. igniti ex igni. Atqui certum est *τὸ πυροῦσθαι* passim in editione Græca respondere Hebræo uerbo צרף quod significat peringẽ explorare. Additũ est autem *πρὸς* ex pleonasmo Hebræis familiari, pro *διὰ πυρός* siue *ἐν πυρί*, ut merit Erasmũ hoc loco hæsitasse. 19 Æmulare *ζήλωσον*. Huic opponitur quòd ante dixerat, nec frigidum, nec feruidum esse.

IN CAPVT IIII.

2 Fui correptus à Spiritu *ἐγενόμην ἐν πνεύματι*. Vide suprà 1. c. 10.

A 3 Smaragdo.σμαραγδίνῳ. Sub.λίθῳ. Itaque causa non erat cur Erasmus conuerteret, aspectu smaragdino.
4 Et habentes καὶ ἐσχον. Sub.εἰσὶ, ut sit οἱ ἐσχον pro ἔχοντες. Vide suprà 1.a.6.

πρεσβύτεροι οἱ εἴκοσι καὶ τέσσαρες προσπίπτουσι τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ προσκυνοῦσι τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, καὶ βάλλουσι τοὺς στεφάνους αὐτῶν ἐνώπιον τοῦ θρόνου.

ἄξιος εἶ κύριε λαβεῖν τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν καὶ τὴν δύναμιν, ὅτι σὺ ἔκτισας τὰ πάντα, καὶ διὰ τὸ θέλημά σου εἰσὶ, καὶ ἐκτίσθησαν.

Procidebant uigintiquatuor Senes ante illum insidentem Throno, & adorabant illũ uiuentem in secula seculorum, & abijciebãt coronas suas ante Thronum, dicentes,

11 Dignus es Domine qui accipias gloriam & honorem & uirtutem: quia tu creasti omnia, & propter uoluntatẽ tuã sunt, & creata sũt.

ΚΕΦΑΛ. ε.

CAP. V.

Καὶ εἶδον ἐπὶ τὴν δεξιὰν τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου βιβλίον γεγραμμένον ἔσωθεν καὶ ὄπισθεν, κατασφραγισμένον σφραγῖσιν ἑπτά.

1 Deinde uidi ad dextram eius qui insidebat Throno, librum scriptum intus & in tergo, obsignatum sigillis septem.

καὶ εἶδον ἄγγελον ἰσχυρὸν κηρύσσοντα φωνῇ μεγάλῃ, τίς ἐστὶν ἄξιος ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, καὶ λῦσαι τὰς σφραγῖδας αὐτοῦ;

2 Et uidi Angelum fortem, prædicãtem uoce magna, Quis est dignus qui aperiat Librũ, & soluat eius sigilla?

καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο ἐν τῷ οὐρανῷ, οὐδὲ ἐπὶ τῆς γῆς, οὐδὲ ὑποκάτω τῆς γῆς, ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, οὐδὲ βλέπειν αὐτό.

3 Nemo autem poterat neq; in cælo, neq; in terra, neq; subter terram aperire Librum, neq; eum inspicere.

καὶ ἐγὼ ἔκλαιον πολλὰ, ὅτι οὐδεὶς ἄξιος εὑρέθη ἀνοῖξαι καὶ ἀναγνῶναι τὸ βιβλίον, οὔτε βλέπων αὐτό.

4 Flebam igitur ego multũ, quód nemo dignus inuẽtus esset qui aperiret & legeret Librum, nec qui eum inspiceret.

B καὶ εἷς ἐκ τῶν πρεσβυτέρων λέγει μοι, μὴ κλαῖε· ἰδοὺ ἐνίκησεν ὁ λέων ὁ ὢν ἐκ τῆς φυλῆς Ἰούδα, ἡ ῥίζα Δαβὶδ, ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, καὶ λῦσαι τὰς ἑπτὰ σφραγῖδας αὐτοῦ.

5 Tum unus ex Senib. dicit mihi, Ne fleas: ecce obtinuit Leo ille ex tribu Iuda, stirps Dauidis, ut aperiat Librum, & soluat septem eius sigilla.

καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἐν μέσῳ τοῦ θρόνου καὶ τῶν τεσσάρων ζώων, καὶ ἐν μέσῳ τῶν πρεσβυτέρων, ἀρνίον ἑστηκὸς ὡς ἐσφαγμένον, ἔχον κέρατα ἑπτὰ, καὶ ὀφθαλμοὺς ἑπτὰ, οἵ εἰσι τὰ ἑπτὰ τοῦ θεοῦ πνεύματα τὰ ἀπεσταλμένα εἰς πᾶσαν τὴν γῆν·

6 Aspexi igitur, & ecce iter Thronũ & quatuor animalia, & inter Senes, Agnus stans tãquam mactatus, habẽs cornua septem, & oculos septem, qui sunt septem Spiritus Dei missi in omnem terram.

καὶ ἦλθε, καὶ εἴληφε τὸ βιβλίον ἐκ τῆς δεξιᾶς τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου.

7 Is uenit & accepit Librum ex dextera eius qui Throno insidet.

καὶ ὅτε ἔλαβε τὸ βιβλίον, τὰ τέσσαρα ζῶα καὶ οἱ εἴκοσι πρεσβύτεροι ἔπεσον ἐνώπιον τοῦ ἀρνίου, ἔχοντες ἕκαστος κιθάρας, καὶ φιάλας χρυσᾶς γεμούσας θυμιαμάτων, αἵ εἰσιν αἱ προσευχαὶ τῶν ἁγίων.

8 Quumq; accepisset Librum, quatuor illa animalia, & uiginti quatuor illi senes cecidere coram Agno: habẽtes singuli citharas, & phialas aureas, plenas suffitus, quę sũt preces sanctorum.

C καὶ ᾄδουσιν ᾠδὴν καινὴν, λέγοντες· ἄξιος εἶ λαβεῖν τὸ βιβλίον, καὶ ἀνοῖξαι τὰς σφραγῖδας αὐτοῦ, ὅτι ἐσφάγης, καὶ ἠγόρασας τῷ θεῷ ἡμᾶς ἐν τῷ αἵματί σου, ἐκ πάσης φυλῆς καὶ γλώσσης καὶ λαοῦ καὶ ἔθνους·

9 Et cecinerunt canticum nouũ, dicentes, Dignus es qui accipias Librum, & aperias eius sigilla: quoniam mactatus es, & redemisti nos Deo per sanguinem tuũ, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione.

καὶ ἐποίησας ἡμᾶς τῷ θεῷ ἡμῶν βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς, καὶ βασιλεύσομεν ἐπὶ τῆς γῆς.

10 Et fecisti nos Deo nostro Reges & Sacerdotes: & regnabimus super terram.

καὶ εἶδον, καὶ ἤκουσα φωνὴν ἀγγέλων πολλῶν κυκλόθεν τοῦ θρόνου καὶ τῶν ζώων καὶ τῶν πρεσβυτέρων· καὶ ἦν ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν μυριάδες μυριάδων,

11 Tũ aspexi, & audiui circuitu Throni & animaliũ & Senũ, uocẽ Angelorũ multorũ numero millies cẽties mille, & decies cẽties mille:

8 Erat, Est, & Venturus ὁ ἦν. Vide suprà 1.a.4. Vulg. & Eras. qui erat, qui est, & qui uenturus est quam interpretationem coactus sum alicubi amplecti, ut nouitatem fugerem. Alioqui satis liquet ἦν, ὢν, & ὁ ἐρχόμενος proni proprij Dei nominis loco. 11 Domine, Κύριε. Arethas addit, καὶ ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ ἅγιος, & sancte Deus noster. Consentit Complutensis editio, cum duobus alijs codicibus.

IN CAPVT V.

5 Obtinuit ἐνίκησεν. uel, ut Vulg. & Erasm. uicit: nimiũ obscurè. Stirps ἡ ῥίζα, Heb. שרש pro quo solet Homerus ἔρσαι, id est ramum, dicere. Vulg. & Eras. ad uerbum, radix: nimium id quoque obscure. 8 Preces sanctorum αἱ προσευχαὶ τῶν ἁγίων. Quomodo hoc sit accipiendum, discе ex Act. 10.a.4, & e.31. Vide infrà 8.a.3. 9 Nouum καινὸν. Heb. חדש id est non uulgare, nec triuiale, sed eximium. 10 Nos ἡμᾶς In Complutensi codice & alio quodam legimus αὐτοὺς, ipsos, scilicet sanctos qui adhuc sunt in terris. Item pro βασιλεύσομεν regnabimus, ibidem legitur βασιλεύσουσιν, regnabunt.

Dicentes uoce magna, Dignus est Agnus ille mactatus qui accipiat uirtutem, & diuitias, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.

12 λέγοντες φωνῇ μεγάλῃ· ἄξιόν ἐστι τὸ ἀρνίον A
τὸ ἐσφαγμένον λαβεῖν τὴν δύναμιν καὶ πλοῦτον
καὶ σοφίαν καὶ ἰσχὺν καὶ τιμὴν καὶ δόξαν καὶ
εὐλογίαν.

Sed & omnem creaturam quę in cęlo est, & quæ super terram & sub terra & in mari, & quæ in eis sunt omnia, audiui dicētia, Sessori Throni & Agno benedictio, & honor, & gloria, & robur, in secula seculorum:

13 καὶ πᾶν κτίσμα, ὃ ἐστιν ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ
τῆς γῆς, καὶ ὑποκάτω τῆς γῆς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς θαλάσσης
ἅ ἐστι, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα, ἤκουσα λέγοντας·
τῷ καθημένῳ ἐπὶ τῷ θρόνῳ, καὶ τῷ ἀρνίῳ, ἡ εὐ
λογία καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς
τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Quatuor autē animalia dicebant, Amen: & uigintiquatuor Senes ceciderūt in facies suas, & adorarunt eum qui uiuit in secula seculorum.

14 καὶ τὰ τέσσαρα ζῶα ἔλεγον· ἀμήν. καὶ οἱ εἴκο
σι τέσσαρες πρεσβύτεροι ἔπεσαν, καὶ προσε
κύνησαν τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

CAP. VI.

ΚΕΦΑΛ. ϛ.

POstea aspexi, quū aperuisset Agnus primum ex sigillis, & audiui unum ex quatuor animalibus, dicens, tanquā uocem tonitrui, Veni, & uide.

1 Καὶ εἶδον ὅτι ἤνοιξε τὸ ἀρνίον μίαν ἐκ τῶν
σφραγίδων, καὶ ἤκουσα ἑνὸς ἐκ τῶν τεσσά
ρων ζώων λέγοντος, ὡς φωνῆς βροντῆς· ἔρχου, καὶ
βλέπε.

Aspexi igitur, & ecce *aderat* equus albus: & qui insidebat ei, habebat arcum: & data est ei corona, & prodijt uincens, & ut uinceret.

2 καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἵππος λευκός, καὶ ὁ καθή
μενος ἐπ' αὐτῷ, ἔχων τόξον, καὶ ἐδόθη αὐτῷ στέ
φανος, καὶ ἐξῆλθε νικῶν, καὶ ἵνα νικήσῃ. B

Quumq; aperuisset sigillum secundum, audiui secundum animal dicens, Veni, & uide.

3 Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν δευτέραν σφραγῖδα, ἤ
κουσα τοῦ δευτέρου ζώου λέγοντος· ἔρχου, καὶ βλέ
πε.

Et prodijt alius equus rufus: & ei qui insidebat super eum, datum est ut tollat pacem è terra, ut alij alios mactent: datúsque est ei gladius magnus.

4 καὶ ἐξῆλθεν ἄλλος ἵππος πυρρός, καὶ τῷ κα
θημένῳ ἐπ' αὐτῷ ἐδόθη αὐτῷ λαβεῖν τὴν εἰρή
νην ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἵνα ἀλλήλους σφάξωσι, καὶ ἐδό
θη αὐτῷ μάχαιρα μεγάλη.

Et quum aperuisset sigillum tertium, audiui tertiū animal dicens, Veni, & uide. Aspexi igitur, & ecce equus niger *aderat*: & qui insidebat ei, habebat stateram in manu sua.

5 καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν τρίτην σφραγῖδα, ἤκουσα
τοῦ τρίτου ζώου λέγοντος· ἔρχου, καὶ βλέπε. καὶ εἶδον,
καὶ ἰδοὺ ἵππος μέλας, καὶ ὁ καθήμενος ἐπ' αὐτῷ,
ἔχων ζυγὸν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ,

Et audiui uocē in medio quatuor animalium, dicentē, Chœnix tritici denario, & tres chœnices hordei denario: & uinum & oleū ne læseris.

6 καὶ ἤκουσα φωνὴν ἐν μέσῳ τῶν τεσσάρων ζώων
λέγουσαν· χοῖνιξ σίτου δηναρίου, καὶ τρεῖς χοίνικες
κριθῆς δηναρίου· καὶ τὸ ἔλαιον καὶ τὸν οἶνον μὴ C
ἀδικήσῃς.

Quumq; aperuisset sigillum quartum, audiui uocem quarti animalis, dicētem, Veni, & uide.

7 καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν τετάρτην,
ἤκουσα φωνὴν τοῦ τετάρτου ζώου λέγοντος. ἔρχου,
καὶ βλέπε.

Tum aspexi, & ecce *aderat* equus pallidus: & eius quæ insidebat super eum, nomē erat Mors: & Infernus sequebatur eā: datáq; est eis in quadrantē terræ potestas trucidandi gladio, & fame, & morte, perq; terrestres feras.

8 καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἵππος χλωρός, καὶ ὁ κα
θήμενος ἐπάνω αὐτοῦ, ὄνομα αὐτῷ ὁ θάνατος
καὶ ὁ ἅδης ἀκολουθεῖ μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐδόθη αὐτοῖς
ἐξουσία ἀποκτεῖναι ἐπὶ τὸ τέταρτον τῆς γῆς, ἐν
ῥομφαίᾳ καὶ ἐν λιμῷ καὶ ἐν θανάτῳ, καὶ ὑπὸ τῶν θη
ρίων τῆς γῆς.

11 Numero milliescenties mille & decies centies mille, καὶ ἦν ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν μυριάδες μυριάδων, καὶ χιλιάδες χιλιάδων. Ita lego ex Aretha, Complutensi editione, & alijs duobus uetustis codicibus. Melius enim ista respondent ijs quæ scribuntur Dan. 7. d. 10, ubi hæc eadē descriptio inuenitur. 12 Dicentes, λέγοντες. Heb. לאמרים uidetur autem dicendum fuisse λεγόντων, uel λέγουσι. Sed aliquoties annotauimus apud Paulum & alios hæc participia, apud idoneos etiam scriptores interdum non cohærere cum præcedentibus, nec aliter accipi quàm gerundi modum apud Latinos. Qui accipiat λαβεῖν. Id est, cui deferatur laus omnis, tanquam potentissimo, ditissimo, sapientissimo, &c.

IN CAPVT VI.

1 Primum μίαν. Id est πρώτην, ex hebræorum more. Vulg. & Erasmus, unum. 4 Datum est ἐδόθη αὐτῷ.

Redundat

A καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν πέμπτην σφραγῖδα, 9 Quumuerò aperuisset sigillum quintum,
εἶδον ὑποκάτω τοῦ θυσιαστηρίου τὰς ψυχὰς τῶν uidi subter altare animas eorũ qui mactati
ἐσφαγμένων διὰ τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, καὶ διὰ τὴν fuerant propter uerbum Dei & propter te-
μαρτυρίαν ἣν εἶχον. stimonium quod tuebantur.

καὶ ἔκραζον φωνῇ μεγάλῃ, λέγοντες· ἕως 10 Clamabant autẽ uoce magna, dicentes,
πότε ὁ δεσπότης ὁ ἅγιος καὶ ἀληθινός, οὐ κρί- Vsquequo Domine, qui sãctus es & uerax,
νεις καὶ ἐκδικεῖς τὸ αἷμα ἡμῶν, ἀπὸ τῶν κατοικού- non iudicas ac uindicas sanguinem nostrũ
ντων ἐπὶ τῆς γῆς; de ijs qui habitant in terra?

καὶ ἐδόθησαν ἑκάστοις στολαὶ λευκαὶ, καὶ ἐρ- 11 Tum datæ sunt singulis stolæ albæ, & dic-
ρέθη αὐτοῖς, ἵνα ἀναπαύσωνται ἔτι χρόνον μι- tum est eis ut requiescerent adhuc paulu-
κρὸν, ἕως οὗ πληρώσωνται καὶ οἱ σύνδουλοι αὐ- lum temporis, usq; quo compleãtur etiam
τῶν, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτῶν, οἱ μέλλοντες ἀποκτέ- conserui eorum & fratres eorum qui truci
νεσθαι ὡς καὶ αὐτοί. dandi sunt sicut & ipsi.

καὶ εἶδον ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν ἕκ- 12 Deinde aspexi quum aperuisset sigillum
την, καὶ ἰδοὺ σεισμὸς μέγας ἐγένετο, καὶ ὁ ἥ- sextum, & ecce terræmotus magnus factus
λιος ἐγένετο μέλας ὡς σάκκος τρίχινος, καὶ ἡ est: & sol factus est niger tanquam saccus
σελήνη ἐγένετο ὡς αἷμα, cilicinus, & luna tota facta est sicut san-
guis.

B οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ ἔπεσαν εἰς τὴν γῆν, ὡς 13 Et stellæ è cælo ceciderunt in terram: sic-
συκῆ βάλλει τοὺς ὀλύνθους αὐτῆς, ὑπὸ μεγάλου ut ficus abijcit grossos suos quum à uẽto
ἀνέμου σειομένη· magno concutitur.

ὁ οὐρανὸς ἀπεχωρίσθη ὡς βιβλίον ἑλισσόμε- 14 Et cælum recessit sicut liber qui conuol
νον, καὶ πᾶν ὄρος καὶ νῆσος ἐκ τῶν τόπων αὐτῶν uitur: & omnis mons & insulæ è suis locis
ἐκινήθησαν, translatæ sunt.

καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ μεγιστᾶνες, 15 Et reges terræ, proceres, & diuites, & tri
καὶ οἱ πλούσιοι, καὶ οἱ χιλίαρχοι, καὶ οἱ δυνατοὶ, buni, & potentes, omnesq; tũ serui tum in-
καὶ πᾶς δοῦλος, καὶ πᾶς ἐλεύθερος ἔκρυ- genui absconderunt se in speluncis & in pe
ψαν ἑαυτοὺς εἰς τὰ σπήλαια, καὶ εἰς τὰς πέτρας tris montium:
τῶν ὀρέων,

καὶ λέγουσι τοῖς ὄρεσι καὶ ταῖς πέτραις· 16 Et dixerunt montibus & petris, Caditẽ
πέσετε ἐφ' ἡμᾶς, καὶ κρύψατε ἡμᾶς ἀπὸ προ- super nos, absconditenos à conspectu eius
σώπου τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ ἀπὸ τῆς qui insidet Throno, & ab ira Agni:
ὀργῆς τοῦ ἀρνίου,

ὅτι ἦλθεν ἡ ἡμέρα ἡ μεγάλη τῆς ὀργῆς αὐτῶν· 17 Nam uenit dies ille magnus iræ illius: &
καὶ τίς δύναται σταθῆναι; quis poterit stare?

ΚΕΦΑΛ. ζ. CAP. VII.

C ΚΑΙ μετὰ τοῦτο εἶδον τέσσαρας ἀγγέλους 1 POstea uidi quatuor Angelos stantes su
ἑστῶτας ἐπὶ τοὺς τέσσαρας γωνίας τῆς γῆς, per quatuor angulos terræ, tenentes
κρατοῦντας τοὺς τέσσαρας ἀνέμους τῆς γῆς, ἵνα quatuor uentos terræ, ne flaret uentus su-
μὴ πνέῃ ἄνεμος ἐπὶ τῆς γῆς, μήτε ἐπὶ τῆς θαλάσ- per terram, neq; super mare, neq; in ullam
σης, μήτε ἐπί τινα τῶν δένδρων. arborem.

καὶ εἶδον ἄλλον ἄγγελον ἀναβαίνοντα ἀπὸ ἀνατολῆς 2 Et uidi alterum Angelum ascendentem
ἡλίου, ἔχοντα σφραγῖδα θεοῦ ζῶντος· καὶ ἔκραξε ab ortu solis, habentem sigillum Dei uiui:
φωνῇ μεγάλῃ τοῖς τέσσαρσιν ἀγγέλοις, οἷς ἐδόθη qui clamauit uoce magna quatuor Ange-
αὐτοῖς ἀδικῆσαι τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, lis quibus datum est nocere terræ & mari,

Redundat αὐτῶ ex Hebræorum idiotismo. 8 Quæ insidebat ὁ κεθήμενος. Hoc dicendi genus, quod iam aliquo ties occurrit, prorsus inusitatum est in Græca & Latina lingua, quum dicendum fuerit καὶ τῷ καθημένῳ ne hiaret cõ structio. Quod autem genus masculinum fœmineo expressimus, coacti fecimus, eo quod Græcis ὁ θάνατος, generis est masculini, Mors uerò fœminei apud Latinos. Infernus ὁ ἅδης. Heb. שְׁאוֹל id est sepulchrum. Nolui tamen quicquam immutare. 9 Quod tuebantur διὰ εἶχον. Hoc est quod in uernaculo sermone dicimus. *qu'il maintenoyent*. Vulg. & Eras. quod habebant. Cõplutensis editio legit. καὶ διὰ τὴν μαρτυρίαν τῶ ἀρνίου, & propter testimonium Agni. 10 De ijs qui habitant, &c. ἀπὸ τῶν κατοικούντων, &c. Cic. pro Deiotaro, Præsertim quum is unus esset qui posset de absente se uindicare.

11 Compleantur etiam conserui πληρώσονται καὶ οἱ σύνδουλοι. Id est usque dum compleatur numerus eorum qui. &c. Malim autem legere πληρωθῶσι, ut habet editio Complutensis.

IN CAPVT VII.

1 Angulos γωνίας. Heb מַרְבְּעוֹת id est extrema quæ plagas & cardines uocamus.

Dicens, Ne noceatis terræ, neq; mari, neq; arbotibus, quoadusq; obsignem seruos Dei nostri in frontibus suis.

3 μὴ ἀδικήσητε τὴν γῆν, μήτε τὴν θάλασσαν, μήτε τὰ δένδρα, ἄχρις οὗ σφραγίσωμεν τοὺς δούλους τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν. A

Et audiui numerum obsignatorum: centum quadraginta quatuormillia *erant* obsignata ex omnibus tribubus filiorum Israel.

4 Καὶ ἤκουσα τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐσφραγισμένων, ἑκατὸν τεσσαρακοντατέσσαρες χιλιάδες ἐσφραγισμένοι, ἐκ πάσης φυλῆς υἱῶν Ἰσραήλ.

Ex tribu Iuda, duodecies mille obsignata. Ex tribu Ruben, duodecies mille obsignata. Ex tribu Gad duodecies mille obsignata.

5 ἐκ φυλῆς Ἰούδα δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι, ἐκ φυλῆς Ῥουβὴν δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι, ἐκ φυλῆς Γὰδ δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι,

Ex tribu Aser, duodecies mille obsignata. Ex tribu Nephthali, duodecies mille obsignata. Ex tribu Manasse, duodecies mille obsignata.

6 ἐκ φυλῆς Ἀσὴρ δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι, ἐκ φυλῆς Νεφθαλεὶμ δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι, ἐκ φυλῆς Μανασσῆ δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι,

Ex tribu Simeon, duodecies mille obsignata. Ex tribu Leui, duodecies mille obsignata. Ex tribu Isachar duodecies mille obsignata.

7 ἐκ φυλῆς Συμεὼν δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι, ἐκ φυλῆς Λευὶ δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι, ἐκ φυλῆς Ἰσσαχὰρ δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι, B

Ex tribu Zabulon, duodecies mille obsignata. Ex tribu Ioseph, duodecies mille obsignata. Ex tribu Beniamin, duodecies mille obsignata.

8 ἐκ φυλῆς Ζαβουλὼν δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι, ἐκ φυλῆς Ἰωσὴφ δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι, ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν, δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι.

Postea aspexi, & ecce *aderat* turba multa, quam numerare nemo posset, ex omnibus gentibus & tribubus & populis & linguis: stabant que ante Thronum & in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum.

9 Μετὰ ταῦτα εἶδον, καὶ ἰδοὺ, ὄχλος πολὺς, ὃν ἀριθμῆσαι αὐτὸν οὐδεὶς ἠδύνατο, ἐκ παντὸς ἔθνους καὶ φυλῶν καὶ λαῶν καὶ γλωσσῶν. ἑστῶτες ἐνώπιον τοῦ θρόνου καὶ ἐνώπιον τοῦ ἀρνίου, περιβεβλημένοι στολὰς λευκὰς, καὶ φοίνικες ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν,

Et clamabant uoce magna, dicentes, Salus à Deo nostro *est*, qui sedes super Thronũ & *ab* Agno.

10 καὶ κράζουσι φωνῇ μεγάλῃ, λέγοντες· ἡ σωτηρία τῷ καθημένῳ ἐπὶ τῷ θρόνου τοῦ θεοῦ ἡμῶν, καὶ τῷ ἀρνίῳ.

Omnes autem Angeli stabant in circuitu Throni & Senum & quatuor animalium: & procubuerunt in cõspectu Throni in facies suas, & adorarunt Deum,

11 καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι εἱστήκεισαν κύκλῳ τοῦ θρόνου καὶ τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν τεσσάρων ζώων, καὶ ἔπεσον ἐνώπιον τοῦ θρόνου ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν, καὶ προσεκύνησαν τῷ θεῷ.

Dicentes, Amen: benedictio, & gloria, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & uirtus, & robur Deo nostro in secula seculorũ. Amen.

12 λέγοντες, ἀμήν· ἡ εὐλογία καὶ ἡ δόξα καὶ ἡ σοφία καὶ ἡ εὐχαριστία καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ ἰσχὺς τῷ θεῷ ἡμῶν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν. C

Tum *me* compellauit unus ex Senibus, dicens mihi, Isti qui amicti sunt stolis albis, quinam sunt, & unde uenerunt?

13 Καὶ ἀπεκρίθη εἷς ἐκ τῶν πρεσβυτέρων, λέγων μοι· οὗτοι οἱ περιβεβλημένοι τὰς στολὰς τὰς λευκὰς, τίνες εἰσὶ, καὶ πόθεν ἦλθον;

Et dixi ei, Domine, tu nosti. Et dixit mihi, Hi sunt qui uenerunt ex afflictione magna: & lauerunt stolas suas, ac dealbarunt in sanguine Agni.

14 Καὶ εἴρηκα αὐτῷ· κύριε, σὺ οἶδας. Καὶ εἶπέ μοι· οὗτοί εἰσιν οἱ ἐρχόμενοι ἐκ τῆς θλίψεως τῆς μεγάλης, καὶ ἔπλυναν τὰς στολὰς αὐτῶν, καὶ ἐλεύκαναν στολὰς αὐτὰ ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἀρνίου.

7 Ex tribu Leui, ἐκ φυλῆς Λευί. Omisit Dan, & recenset Leui 8 Ioseph. Ἰωσήφ. Intellige tribum Ephraim, alterius ex filijs Ioseph. 10 Salus à Deo nostro ἐστὶ ἡ σωτηρία τῷ θεῷ ἡμῶν. Sic legit Arethas, sic quoque Vetus interpres & Complutensis editio, consentiente etiam uno ex ueteribus nostris codicibus. Addidi autem præpositionẽ à, necui scrupulus obijciatur quasi salutem Deo precentur, qui è contrario illum unum agnoscunt salutis quam cõsecuti sunt authorem. Sic autem usurpatur hoc in loco tertius casus, uti apud Hebræos cum ל possessiuo, ut Psal. 3. b. 9. ליהוה הישועה Domino ipsa salus, id est Dominus proprie salutis author. sicut ubique לדוד מזמור לדוד Psal. Dauidi, id est cuius author est Dauid. Super thronum ἐπὶ τῷ θρόνῳ in plerisque codicibus. Græcis, non ijs tamen quos modò citaui. legitur, ἐνώπιον τοῦ θρόνου τοῦ θεοῦ ἡμῶν, super thronum. Dei nostri mendosè, ut mihi uidetur. 13 Compellauit *me* ἀπεκρίθη μοι. Sic apud Euangelistas sæpenumero dicitur ἀποκρίνεσθαι qui sermonem inchoat, ut alibi annotaui mus, Vulg. & Eras. Et respondit. 14 Lauerunt ἔπλυναν Erasmus mendosè legit, ἐπλάτυναν dilatarunt.

15 Die

A διὰ τοῦτό εἰσιν ἐνώπιον τοῦ θρόνου τοῦ θεοῦ, 15
καὶ λατρεύουσιν αὐτῷ ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ, καὶ ὁ καθήμενος ἐπὶ τοῦ θρόνου, σκηνώσει ἐπ' αὐτούς.

Ideo sunt ante Thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui insidet Throno, habitabit cum eis.

οὐ πεινάσουσιν ἔτι, οὐδὲ διψήσουσιν ἔτι, 16
οὐδὲ μὴ πέσῃ ἐπ' αὐτοὺς ὁ ἥλιος, οὐδὲ πᾶν καῦμα·

Non esurient amplius, neque sitient amplius, nec in eos incidet sol, neque ullus æstus.

ὅτι τὸ ἀρνίον τὸ ἀνὰ μέσον τοῦ θρόνου ποιμανεῖ 17
αὐτούς, καὶ ὁδηγήσει αὐτοὺς ἐπὶ ζωῆς πηγὰς ὑδάτων· καὶ ἐξαλείψει ὁ θεὸς πᾶν δάκρυον ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν.

Quoniã Agnus qui in medio Throni est, pascet eos, & deducet ad uiuos fontes aquarum: & abstersurus est Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

ΚΕΦΑΛ. ϛ.

CAP. VIII.

Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν ἑβδόμην 1
ἐγένετο σιγὴ ἐν τῷ οὐρανῷ ὡς ἡμιώριον.

POrrò quum aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in cælo, media ferme hora.

καὶ εἶδον τοὺς ἑπτὰ ἀγγέλους. οἱ ἐνώπιον τοῦ 2
θεοῦ ἑστήκασι, καὶ ἐδόθησαν αὐτοῖς ἑπτὰ σάλπιγγες.

Et uidi septem illos Angelos qui adstant coram Deo, quibus datæ sunt septem tubæ.

καὶ ἄλλος ἄγγελος ἦλθε, καὶ ἐστάθη ἐπὶ 3
τὸ θυσιαστήριον, ἔχων λιβανωτὸν χρυσοῦν, καὶ ἐδόθη αὐτῷ θυμιάματα πολλά, ἵνα δώσει
B ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων πάντων ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τὸ χρυσοῦν τὸ ἐνώπιον τοῦ θρόνου.

Tum alius Angelus uenit, & stetit ante aram, habens thuribulum aureũ: & dati sunt ei suffitus multi, ut offerret cum precibus Sanctorum omnium superaltare aureum, quod est ante Thronum.

καὶ ἀνέβη ὁ καπνὸς τῶν θυμιαμάτων ταῖς 4
προσευχαῖς τῶν ἁγίων ἐκ χειρὸς τοῦ ἀγγέλου, ἐνώπιον τοῦ θεοῦ,

Ascendit autem fumus suffituũ, cum precibus Sanctorum, è manu Angeli ad conspectum Dei.

καὶ εἴληφεν ὁ ἄγγελος τὸν λιβανωτόν, καὶ 5
ἐγέμισεν αὐτὸν ἐκ τοῦ πυρὸς τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν γῆν· καὶ ἐγένοντο φωναὶ καὶ βρονταὶ καὶ ἀστραπαὶ καὶ σεισμός.

Deinde accepit Angelus thuribulum, & impleuit illud igne altaris, abiecitq; in terrã: & facta sunt tonitrua & uoces & fulgura & terræ motus.

καὶ οἱ ἑπτὰ ἄγγελοι οἱ ἔχοντες τὰς ἑπτὰ σάλ- 6
πιγγας, ἡτοίμασαν ἑαυτοὺς, ἵνα σαλπίσωσι.

Et septem Angeli qui habebãt septem tubas, præparauerunt se ut clangerent.

καὶ ὁ πρῶτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ἐγένετο 7
χάλαζα καὶ πῦρ μεμιγμένα αἵματι, καὶ

Primus igit Angelus cãxit, & facta est grando & ignis mista sanguine: proiectaq; sũt in

15 Die ac nocte ἡμέρας καὶ νυκτός. Alludit ad diurnę ac nocturnæ Leuitarum ministeria, alioqui nulla nox est in cælo. Cum eis. ἐπ' αὐτούς. Heb. עליהם ita ut על pro עם ponatur: nisi malimus accipere, habitabit super eos, pro, præerit ipsis.

IN CAPVT VIII.

C 2 Qui adstant οἱ ἑστήκασι. Id est qui coram eo apparent, ut ministri uidelicet. Hæc enim uis est uerbi עבר.

3 Thuribulũ λιβανωτόν. Rectè, ut apparet ex uers. 5. Alioquihoc uocabulo non thuribulũ, sed thus ipsum declaratur. Cum precibus sanctorum ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων. Quinã sunt hi sanctorũ an qui in cælis sunt? at illi in toto hoc libro nihil aliud quàm gratias agunt, & Deum extoliunt, eo tantùm loco excepto ubi sanguinis sui uindicatione flagitat Martyres. Deinde quorsum Angelus preces ipsorum offerret? Certe magna illi fieret iniuria quã non satis est nonnullis plusquã seruiliter colere, & reginam misericordiæ, dominam Angelorum, refugium miserorum, spem, uitam, paradisi portam uocare, nisi etiam flagitent ut matris iure, (proh extrandam blasphemiam) Filio suo imperet. Magna, inquam, illi & omnibus triumphantis Ecclesiæ sanctis fit iniuria, si Angeli alicuius ministerio illic etiamnum indigent, qui ipsorum preces Deo offerat. Sed age absurda ista semel omittamus. Scimus Angelorum ministeriũ Sanctis in hac uita degentib. esse destinatũ, Heb. 2. d. 14. idq; nõut pro diis colanẽ, sed cõtra ut probonaDei uolũtate suo ministerio nos adiuuẽt, ad Deũ cõtendentes, sicut ex uarijs Scripturæ exẽplis licet intelligere. Hæc causa est cur Iohãnes hæc uisione (quæ Leuiticorũ Sacerdotũ cõsuetudine adũbratur, ut pleræque etiam aliæ antiquorũ Prophetarum) didicerit Sanctorum orationes, in hoc mundo scilicet pura illa precum & beneficentię sacrificia Deo quotidie offerentium, per Angelorum ministerium Deo offerri. Qui subtilius hic uolent contemplari, mirum nisi etiam Angelicam nobis aliquam Missam in cælo fabricent. Quorsum etiam aram absque sacrificio? Sed ut ad rem redeam, Vetus interpres simpliciter conuertit, ut daret de orationibus Sanctorum omnium super altare aureum, &c. quæ interpretatio non modò est ambigua, sed prorsus etiam absurda. Erasmus, ut daret de precationibus omnium Sanctorum, &c. quod mihi magis etiam absurdum uidetur, uel ob eam causam quòd in Græcis nullam præpositionem supplere possis quæ isti interpretationi conueniat. Itaque suppleui præpositionem σύν, cuius eclipsis nõ modò dura non est, sed etiam elegans. Deinde manifeste uidemus Angelu seorsim dici multa illa thymiamata accipere quę cum precibus Sanctorum offerat. Vnum igitur ab altero non separandum quidem, sed distinguendum est. Quorsum enim nostræ preces, quorsum quicquid à nobis potest proficisci, nisi adsit in primis unicæ illius oblationis uere gratus odor? nisi, inquam, ptius in Filio per fidem iustificati placeamus? Sed de his non constituimus hoc in loco copiosius disserere.

7 Et

terram: & tertia pars arborum exusta est, & omne fœnum uiride exustum.

Deinde secundus Angelus clanxit, & 8 quasi mons magnus igne ardens, proiectus est in mare: factaq; est tertia pars maris, sanguis.

Et mortua est tertia pars creaturarũ quæ 9 erant in mari, animãtia *dico*, & tertia pars nauium perierunt.

Tũ Angelus tertius clanxit, & cecidit è cæ 10 lo stella magna, ardens uelut fax, cecidit q; in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum.

Nomen autem stellæ dicitur Absinthiũ: 11 uersa est igitur tertia pars aquarum in absinthium: & multi homines mortui sunt ex aquis, quòd amaræ factæ essent.

Deinde quartus Angelus clanxit, & per 12 cussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarum: ita ut obscuraretur tertia pars eorũ, & diei non luceret pars tertia, & noctis similiter.

Et uidi, & audiui Angelum uolantem per 13 medium cæli, dicẽtem uoce magna, Væ, uæ, uæ incolis terræ, à reliquis sonis tubæ trium illorum Angelorum qui clangent,

ἐβλήθη εἰς τὴν γῆν· καὶ τὸ τρίτον τῶν δένδρων A
κατεκάη, καὶ πᾶς χόρτος χλωρὸς κατεκάη.

καὶ ὁ δεύτερος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ
ὡς ὄρος μέγα πυρὶ καιόμενον ἐβλήθη εἰς τὴν θά
λασσαν· καὶ ἐγένετο τὸ τρίτον τῆς θαλάσσης αἷ
μα,

καὶ ἀπέθανε τὸ τρίτον τῶν κτισμάτων τῶν ἐν 9
τῇ θαλάσσῃ, τὰ ἔχοντα ψυχάς, καὶ τὸ τρίτον τῶν
πλοίων διεφθάρη.

καὶ ὁ τρίτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ἔπεσεν 10
ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀστὴρ μέγας, καιόμενος ὡς λαμ-
πὰς, καὶ ἔπεσεν ἐπὶ τὸ τρίτον τῶν ποταμῶν, καὶ
ἐπὶ τὰς πηγὰς ὑδάτων·

καὶ τὸ ὄνομα τοῦ ἀστέρος λέγεται Ἄψινθος· 11
καὶ γίνεται τὸ τρίτον εἰς ἄψινθον, καὶ πολλοὶ
ἀνθρώπων ἀπέθανον ἐκ τῶν ὑδάτων, ὅτι ἐπικρά-
νθησαν.

καὶ ὁ τέταρτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ἐπλή- 12
γη τὸ τρίτον τοῦ ἡλίου, καὶ τὸ τρίτον τῆς σελήνης, B
καὶ τὸ τρίτον τῶν ἀστέρων, ἵνα σκοτισθῇ τὸ τρίτ)
αὐτῶν, καὶ ἡ ἡμέρα μὴ φαίνῃ τὸ τρίτον αὐτῆς, καὶ ἡ
νὺξ ὁμοίως.

καὶ εἶδον, καὶ ἤκουσα ἑνὸς ἀγγέλου πετομένου 13
ἐν μεσουρανήματι, λέγοντος φωνῇ μεγάλῃ· οὐαὶ
οὐαὶ οὐαὶ τοῖς κατοικοῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς, ἐκ τῶν λοι-
πῶν φωνῶν τῆς σάλπιγγος τῶν τριῶν ἀγγέλων
τῶν μελλόντων σαλπίζειν.

CAP. IX.

ΚΕΦΑΛ θ.

TVm quintus Angelus clanxit, & uidi 1 stellam è cælo cecidisse in terrã: cui data est clauis putei abyssi.

Καὶ ὁ πέμπτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ εἶ
δον ἀστέρα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεπτωκότα εἰς
τὴν γῆν, καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἡ κλεὶς τοῦ φρέατος
τῆς ἀβύσσου,

Aperuit igitur puteum abyssi: & ascẽdit 2 fumus putei, ut fumus fornacis magnæ: & obscuratus est sol & aer à fumo putei.

καὶ ἤνοιξε τὸ φρέαρ τῆς ἀβύσσου, καὶ ἀνέβη
καπνὸς ἐκ τοῦ φρέατος, ὡς καπνὸς καμίνου με- C
γάλης, καὶ ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος, καὶ ὁ ἀὴρ ἐκ τοῦ κα-
πνοῦ τοῦ φρέατος.

Ex fumo autem exierunt locustæ in terrã: 3 dataq; est illis potestas qualem habent potestatem terrestres scorpij.

καὶ ἐκ τοῦ καπνοῦ ἐξῆλθον ἀκρίδες εἰς τὴν γῆν,
καὶ ἐδόθη αὐταῖς ἐξουσία, ὡς ἔχουσιν ἐξουσίαν οἱ
σκορπίοι τῆς γῆς.

Et ipsis est interdictum ne læderent gra- 4 men terræ, neq; uiride quicquam, neq; ullã arborem: sed tantùm homines qui non habent signum Dei in frontibus suis.

καὶ ἐρρέθη αὐταῖς, ἵνα μὴ ἀδικήσωσι τὸν
χόρτον τῆς γῆς, οὐδὲ πᾶν χλωρὸν, οὐδὲ πᾶν δέν
δρον, εἰμὴ τοὺς ἀνθρώπους μόνους, οἵτινες οὐκ ἔχ
σι τὴν σφραγῖδα τοῦ θεοῦ ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτ
τῶν·

Datum aũt est eis, non ut occidant eos, 5 sed ut crucientur *illi* menses quinq;, *sit* que cruciatus eorum ut cruciatus scorpij quum percusserit hominem:

καὶ ἐδόθη αὐταῖς, ἵνα μὴ ἀποκτείνωσιν αὐτούς,
ἀλλ' ἵνα βασανισθῶσι μῆνας πέντε· καὶ ὁ βα
σανισμὸς αὐτῶν ὡς βασανισμὸς σκορπίου, ὅταν
πλήσῃ ἄνθρωπον.

7 Et tertia pars arborum, &c. καὶ τὸ τρίτον τῶν δένδρων, &c. Arethas, quem sequitur uetus interpres legit, καὶ τὸ τρίτον τῆς γῆς κατεκάη, καὶ τὸ τρίτον τῶν δένδρων κατεκάη, καὶ πᾶς χόρτος χλωρὸς, κατεκάη, id est, & tertia pars terræ exusta est, & tertia pars arborum, &c. 11 Tertia pars aquarum τὸ τρίτον τῶν ὑδάτων. Erasmus non legit τῶν ὑδάτων, quod ego addidi ex Arethæ, Cõplutensis editionis, unius uetusti codicis, Veteris denique interpretis authoritate. 13 Angelum οὐὸς ἀγγέλου. Arethas legit οὐὸς ἀετοῦ, id est (ut suppleuit Vetus interpres) sonum unius aquilæ. Complutensis codex hic quoque cum Aretha consentit.

IN CAPVT IX.

1 Putei abyssi. τῆς φρέατος ἀβύσσου. Abyssum uocat profundissimi tartari tenebras, de quibus Luc. 8. d. 31, & 2. Pet. 2. a. 4. 4 Sed ἀλλ' ἵνα. Notandus est usus harum particularũ pro ἀλλὰ, ut etiã infrà 22. d. 17, aduersus ineptos quosdam

A καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ζητήσουσιν οἱ ἄνθρωποι τὸν θάνατον, καὶ οὐχ εὑρήσουσιν αὐτόν· καὶ ἐπιθυμήσουσιν ἀποθανεῖν, καὶ φεύξεται ὁ θάνατος ἀπ' αὐτῶν. 6

Itaq; per eos dies quęrent homines mortem, sed non inuenient eam: & desiderabũt mori, sed fugiet mors ab eis.

καὶ τὰ ὁμοιώματα τῶν ἀκρίδων ὅμοια ἵπποις ἡτοιμασμένοις εἰς πόλεμον, καὶ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ὡς στέφανοι ὅμοιοι χρυσῷ, καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν ὡς πρόσωπα ἀνθρώπων, 7

Figuræ autem locustarum similes *erant* equis paratis ad prælium: erantq; super capita earum tanquã coronæ similes auro, & facies earum ut facies cies hominum.

καὶ εἶχον τρίχας ὡς τρίχας γυναικῶν, καὶ οἱ ὀδόντες αὐτῶν ὡς λεόντων ἦσαν, 8

Et habebant capillos ut capillos mulierũ: & dentes earum, ut leonum erant:

καὶ εἶχον θώρακας ὡς θώρακας σιδηροῦς, καὶ φωνὴ τῶν πτερύγων αὐτῶν ὡς φωνὴ ἁρμάτων ἵππων πολλῶν τρεχόντων εἰς πόλεμον, 9

Habebant etiã loricas ut loricas ferreas: & sonitus alarũ ipsarum ut sonitus curruũ, equis multis currentibus ad bellum.

καὶ ἔχουσιν οὐρὰς ὁμοίας σκορπίοις, καὶ κέντρα ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν· καὶ ἡ ἐξουσία αὐτῶν, ἀδικῆσαι τοὺς ἀνθρώπους μῆνας πέντε· 10

Sed & habebant caudas similes scorpionum, erantq; aculei in caudis earum: & earũ potestas *erat* nocere hominib. menses quinque.

B καὶ ἔχουσιν ἐπ' αὐτῶν βασιλέα τὸν ἄγγελον τῆς ἀβύσσου, ὄνομα αὐτῷ ἑβραϊστὶ Ἀβαδδών, καὶ ἐν τῇ ἑλληνικῇ ὄνομα ἔχει Ἀπολλύων. 11

Habent autem sibi impositum regem, Angelum abysi, cui nomen Hebraicè Abaddõ, Græcè autem Apollyon, *id est perdens.*

ἡ οὐαὶ ἡ μία ἀπῆλθεν, ἰδοὺ ἔρχονται ἔτι δύο οὐαὶ μετὰ ταῦτα. 12

Væ unũ abijt, & ecce ueniunt adhuc duo uæ postea.

καὶ ὁ ἕκτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ἤκουσα φωνὴν μίαν ἐκ τῶν τεσσάρων κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ χρυσοῦ τοῦ ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, 13

Tum sextus Angelus clãxit, & audiui uocem unã ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos Dei,

λέγουσαν τῷ ἕκτῳ ἀγγέλῳ, ὃς ἔχει τὴν σάλπιγγα· λῦσον τοὺς τέσσαρας ἀγγέλους τοὺς δεδεμένους ἐπὶ τῷ ποταμῷ τῷ μεγάλῳ Εὐφράτῃ. 14 15

Dicentem sexto Angelo qui habebat tubam, Solue quatuor illos Angelos uinctos ad magnum Euphratis flumen.

καὶ ἐλύθησαν οἱ τέσσαρες ἄγγελοι οἱ ἡτοιμασμένοι εἰς τὴν ὥραν καὶ ἡμέραν καὶ μῆνα καὶ ἐνιαυτόν, ἵνα ἀποκτείνωσι τὸ τρίτον τῶν ἀνθρώπων· 15

Soluti sunt igitur quatuor illi Angeli, parati ad horam & diem & mensem & annum, ut occidant tertiam partem hominum.

καὶ ὁ ἀριθμὸς στρατευμάτων τοῦ ἱππικοῦ, δύο μυριάδες μυριάδων· καὶ ἤκουσα τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν. 16

Eratq; numerus equestris exercitus bis millies cẽtena millia: nam audiui numerum eorum.

C καὶ οὕτως εἶδον τοὺς ἵππους ἐν τῇ ὁράσει, καὶ τοὺς καθημένους ἐπ' αὐτῶν, ἔχοντας θώρακας πυρίνους καὶ ὑακινθίνους καὶ θειώδεις· καὶ αἱ κεφαλαὶ τῶν ἵππων ὡς κεφαλαὶ λεόντων, καὶ ἐκ τῶν στομάτων αὐτῶν ἐκπορεύεται πῦρ καὶ καπνὸς καὶ θεῖον. 17

Item q; uidi equos per uisionem: & ipsorũ sessores habentes thoraces igneos & hyacinthinos & sulphureos: erant autem capita equorum, ut capita leonum: & ex ore ipsorum prodibat ignis, & fumus, & sulphur.

ὑπὸ τῶν τριῶν τούτων ἀπεκτάνθη τὸ τρίτον τῶν ἀνθρώπων, ἐκ τοῦ πυρὸς καὶ ἐκ τοῦ καπνοῦ καὶ ἐκ τοῦ θείου, τοῦ ἐκπορευομένου ἐκ τῶν στομάτων αὐτῶν· 18

Ab his tribus occisa est tertia pars hominum, *nempe* ab igne, & fumo & sulphure, quę prodibant ex ore ipsorum.

quosdam qui quasi Aiacis clypeum opponunt gratuitæ per unam fidem iustificationi excerptam Pauli sententiam ex Galat. 2. c. 16, quasi tradat Apostolus non iustificari hominem ex operibus Legis nisi per fidem. Ita enim illi non tantum imperiti, sed etiam summè impudentes, locum illum detorquent, & quidem quasi meras demonstrationes afferant, quum ne grammaticam quidem uocum declarationem norint, nedum ut ipsum argumentum possint explicare.

13 Cornibus κεράτων. Rursus alludit ad aram suffitus. collocatam in atrio Sacerdotum eregione Arcæ fœderis, interposito tamen uelo. Exod. 30. a. 6.

16 Bis millies centena millia δύο μυριάδες μυριάδων. Vel, si recentiorum more libeat numerare, ducenties millena millia. Vulgata, & Erasmus, uicies millies dene millia, quo modo nemo neque ex priscis neque ex recentioribus loquitur.

Potestas enim eorum in ore eorum est, & in 19
caudis earum: nam caudæ eorum similes sunt
serpentib. habentes capita, per quæ nocent.

Porrò reliqui homines qui non sunt occisi 20
his plagis, non resipuerunt ab operibus manuum suarum, ut ne adorarent dæmonia & simulachra aurea & argentea & ærea & lapidea & lignea, quæ neque uidere possunt, neq; audire, neq; ambulare:

Neq; resipuerunt ab homicidijs suis, neq; à 21
ueneficijs suis, neq; à scortatione sua, neque à furtis suis.

CAP. X.

TVm uidi alium Angelum fortem descen 1
dentem de cælo, amictum nube, in cuius capite erat iris: facies autem eius erat ut sol, & pedes eius ut columnæ igneæ.

Habebatq; in manu sua libellum apertum: 2
& posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram.

Clamauitq; uoce magna, sicut leo rugit: & 3
quum clamasset, locuta sunt septem tonitrua uoces suas.

Et quum locuta fuissent septem tonitrua 4
uoces suas, ego scripturus eram: sed audiui uocem de cælo, dicentem mihi, Obsigna quæ locuta sunt septem tonitrua, & ne ea scribas.

Et Angelus quem uidi stantem super ma- 5
re & super terram, sustulit manum suam ad cælum.

Et iurauit per eum qui uiuit in secula secu- 6
lorum, qui creauit cælum & ea quę sunt in eo, & terram & ea quæ in ea sunt, & mare & ea quæ in eo sunt, tempus non fore amplius.

Sed in diebus uocis septimi Angeli, quum 7
cœperit clangere, consummandum esse mysterium Dei, sicut annuntiauit seruis suis Prophetis.

Et uox quam audieram è cælo, rursum lo 8
cuta est mecum, & dixit, Abi, & accipe libellum illum apertum *qui est* in manu Angeli stantis super mare & super terram.

αἱ γὰρ ἐξουσίαι αὐτῶν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν εἰσιν· A
αἱ γὰρ οὐραὶ αὐτῶν ὅμοιαι ὄφεσιν, ἔχουσαι κεφαλὰς, καὶ ἐν αὐταῖς ἀδικοῦσι.

καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, οἱ οὐκ ἀπεκτάνθησαν ἐν ταῖς πληγαῖς ταύταις, οὐ μετενόησαν ἐκ τῶν ἔργων τῶν χειρῶν αὐτῶν, ἵνα μὴ προσκυνήσουσι τὰ δαιμόνια, καὶ εἴδωλα τὰ χρυσᾶ καὶ τὰ ἀργυρᾶ καὶ τὰ χαλκᾶ καὶ τὰ λίθινα καὶ τὰ ξύλινα, ἃ οὔτε βλέπειν δύναται, οὔτε ἀκούειν, οὔτε περιπατεῖν,

καὶ οὐ μετενόησαν ἐκ τῶν φόνων αὐτῶν, οὔτε ἐκ τῶν φαρμακειῶν αὐτῶν, οὔτε ἐκ τῆς πορνείας αὐτῶν, οὔτε ἐκ τῶν κλεμμάτων αὐτῶν.

ΚΕΦΑΛ. ι.

ΚΑὶ εἶδον ἄλλον ἄγγελον ἰσχυρὸν καταβαίνοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, περιβεβλημένον νεφέλην, καὶ ἡ ἶρις ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος, καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὡς στῦλοι πυρὸς, B

καὶ ἔχων ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ βιβλαρίδιον ἀνεῳγμένον, καὶ ἔθηκε τὸν πόδα αὐτοῦ τὸν δεξιὸν ἐπὶ τῆς θαλάσσης, τὸν δὲ εὐώνυμον ἐπὶ τῆς γῆς,

καὶ ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ, ὡσπερ λέων μυκᾶται· καὶ ὅτε ἔκραξεν, ἐλάλησαν αἱ ἑπτὰ βρονταὶ τὰς ἑαυτῶν φωνάς.

καὶ ὅτε ἐλάλησαν αἱ ἑπτὰ βρονταὶ τὰς φωνὰς ἑαυτῶν, ἔμελλον γράφειν. καὶ ἤκουσα φωνῆς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λεγούσης μοι· σφράγισον ἃ ἐλάλησαν αἱ ἑπτὰ βρονταὶ, καὶ μὴ ταῦτα γράψῃς.

καὶ ὁ ἄγγελος ὃν εἶδον ἑστῶτα ἐπὶ τῆς θαλάσσης καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, ἦρε τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν,

καὶ ὤμοσεν ἐν τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, C
καὶ τὴν γῆν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ τὴν θάλασσαν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, ὅτι χρόνος οὐκ ἔσται ἔτι,

ἀλλὰ ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς φωνῆς τοῦ ἑβδόμου ἀγγέλου, ὅταν μέλλῃ σαλπίζειν, καὶ τελεσθῇ τὸ μυστήριον τοῦ θεοῦ, ὡς εὐηγγέλισε τοὺς ἑαυτοῦ δούλους τοὺς προφήτας.

καὶ ἡ φωνὴ ἣν ἤκουσα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, πάλιν λαλοῦσα μετ' ἐμοῦ, καὶ λέγουσα· ὕπαγε, λάβε τὸ βιβλαρίδιον τὸ ἠνεῳγμένον ἐν τῇ χειρὶ τοῦ ἀγγέλου τοῦ ἑστῶτος ἐπὶ τῆς θαλάσσης καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.

1 Et in caudis earum: καὶ ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν. Hoc in plerisque codicibus deest, legitur tamen apud Arethã, & in Vetere editione, quibuscum consentiunt Complutensis codex & alij duo ex nostris.

IN CAPVT X.

5 Sustulit manum ἦρε τὴν χεῖρα. Hic erat gestus iurantium, ut etiamnum hodie. 7 Seruis suis, &c. τοῖς ἑαυτοῦ δούλοις, &c. Vulg. per seruos suos, perinde nimirum ac si causa instrumentalis significetur. Hoc etiam sit mihi nerti similius quàm quod annotat Erasmus, nempe additam fuisse particulam Per, quum scripsisset Vetus interpres, euangelizauit per seruos suos. Legit enim Complutensis editio τοῖς ἑαυτοῦ δούλοις.

8 Et uox, &c. Καὶ ἡ φωνὴ, &c. Vulg. Et audiui uocem è cælo iterum loquentem mecum, & dicentem mihi, Καὶ ἤκουσα φωνὴν ἐξ οὐρανοῦ πάλιν λαλοῦσαν μετ' ἐμοῦ καὶ λέγουσαν. Hoc ego uerò nusquam inuenio, quanquam quòd ad sensum attinet, nihil interest.

11 Coram

A καὶ ἀπῆλθον πρὸς τὸν ἄγγελον, λέγων αὐτῷ· δός μοι τὸ βιβλαρίδιον. καὶ λέγει μοι· λάβε, καὶ κατάφαγε αὐτό· καὶ πικρανεῖ σου τὴν κοιλίαν, ἀλλ' ἐν τῷ στόματί σου ἔσται γλυκὺ ὡς μέλι. 9

καὶ ἔλαβον τὸ βιβλαρίδιον ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ ἀγγέλου, καὶ κατέφαγον αὐτό· καὶ ἦν ἐν τῷ στόματί μου ὡς μέλι γλυκύ, καὶ ὅτε ἔφαγον αὐτὸ ἐπικράνθη ἡ κοιλία μου. 10

καὶ λέγει μοι· δεῖ σε πάλιν προφητεῦσαι ἐπὶ λαοῖς καὶ ἔθνεσι καὶ γλώσσαις καὶ βασιλεῦσι πολλοῖς. 11

ΚΕΦΑΛ. ια'.

Καὶ ἐδόθη μοι κάλαμος ὅμοιος ῥάβδῳ, λέγων· ἔγειραι, καὶ μέτρησον τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας ἐν αὐτῷ· 1

καὶ τὴν αὐλὴν τὴν ἔσωθεν τοῦ ναοῦ ἔκβαλε ἔξω, καὶ μὴ αὐτὴν μετρήσῃς, ὅτι ἐδόθη τοῖς ἔθνεσι· καὶ τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν πατήσουσι μῆνας 2

B τεσσαράκοντα δύο·

καὶ δώσω τοῖς δυσὶ μάρτυσί μου, καὶ προφητεύσουσιν ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἑξήκοντα, περιβεβλημένοι σάκκους· 3

οὗτοί εἰσιν αἱ δύο ἐλαῖαι καὶ αἱ δύο λυχνίαι, αἱ ἐνώπιον τοῦ θεοῦ τῆς γῆς ἑστῶσαι· 4

καὶ εἴ τις αὐτοὺς θέλει ἀδικῆσαι, πῦρ ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ στόματος αὐτῶν, καὶ κατεσθίει τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν· καὶ εἴ τις αὐτοὺς θέλει ἀδικῆσαι, οὕτω δεῖ αὐτὸν ἀποκτανθῆναι. 5

οὗτοι ἐξουσίαν ἔχουσι κλεῖσαι τὸν οὐρανόν, ἵνα ὑετὸς μὴ βρέχῃ τὰς ἡμέρας τῆς προφητείας αὐτῶν, καὶ ἐξουσίαν ἔχουσιν ἐπὶ τῶν ὑδάτων, στρέφειν αὐτὰ εἰς αἷμα, καὶ πατάξαι τὴν γῆν πάσῃ πληγῇ, ὁσάκις ἐὰν θελήσωσι, 6

καὶ ὅταν τελέσωσι τὴν μαρτυρίαν αὐτῶν, 7

C τὸ θηρίον τὸ ἀναβαῖνον ἐκ τῆς ἀβύσσου, ποιήσει πόλεμον μετ' αὐτῶν, καὶ νικήσει αὐτοὺς, καὶ ἀποκτενεῖ αὐτούς,

καὶ τὸ πτῶμα αὐτῶν ἐπὶ τῆς πλατείας πόλεως 8

τῆς μεγάλης, ἥτις καλεῖται πνευματικῶς Σόδομα καὶ Αἴγυπτος, ὅπου καὶ ὁ κύριος ἡμῶν ἐσταυρώθη.

Abij igitur ad Angelum, dicens ei ut daret mihi libellum. Et dixit mihi, Accipe, & deuora eum: & amaritudinem afferet uētri tuo: sed in ore tuo erit dulcis tanquam mel.

Accepi igitur libellum è manu Angeli, & deuorauí eum: eratq; in ore meo dulcis tanquam mel. sed quum deuorassem eum, amaruit uenter meus.

Tum dixit mihi, Oportet te iterum prophetare coram populis, Gentibus, & linguis, & Regibus multis.

CAPVT XI.

DAtus est autem mihi calamus similis uirgæ, adstititq; Angelus, dicens, Surge, & metire templum Dei & altare, & eos qui adorant in eo.

Sed atrium quod extra templum est ejice foras, & ne metiaris illud: nam datum est Gētibus: & Vrbem sanctam calcabunt mensib. quadraginta duobus.

Sed dabo illā duobus testibus meis, qui prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis.

Hi sunt duæ illæ oleæ & duo candelabra in conspectu Domini terræ posita.

Quod siquis uelit eis nocere, ignis prodit ex ore ipsorum qui deuorat inimicos eorū: nam siquis uelit eis nocere, ita oportet eum occidi.

Hi habent potestatem claudendi cælum, ne pluat diebus Prophetiæ ipsorum: & potestatem habent super aquas, conuertendi eas in sanguinem. & percutiendi terram omni plaga quotiescunque uoluerint.

Porrò quum finierint suum testimoniū, bestia ascendens ex abysso, geret aduersus eos bellum, & uincet eos, & occidet eos.

Et cadauera eorum iacebunt in plateis urbis magnæ, quæ uocatur spiritualiter Sodoma & Aegyptus, ubi & Dominus noster crucifixus est.

11 Coram populis, &c. ἐπὶ λαοῖς, &c. Sic usurpatur præpositio ἐπὶ, Matth. 28. c. 14, & 1. Tim. 6. c. 13.

IN CAPVT XXI.

1 Adstititque Angelus, dicens καὶ ὁ ἄγγελος εἱστήκει, λέγων. Ita restituo hunc locum ex Complutensi codice, quum in reliquis scribatur duntaxat λέγων dicens, quasi calamus ipse hoc sit loquutus. quod mihi nimium uidetur absurdum uel per uisionem cogitare. Vetus interpres legit, καὶ ἐλέχθη μοι, & dictum est mihi, eadem manente sententia. Sed etiamsi simpliciter ponatur λέγων, respondebit Hebræo infinito לאמיר, dicendo, & ad eum referetur à à quo datus est calamus. 2 Quod extra templum est τὸ ἔξωθεν τοῦ ναοῦ. Hæc est uera lectio quæ extat apud Aretham, & in Complutensi codice. Loquitur enim de atrioillo exteriore, quod Atrium populi dicebatur, quoniam omnibus patebat. Eijce foras ἔκβαλε ἔξω. Atqui intus non erat. Fateor id quidem aliquatenus. Nam Sancta & Sancta sanctorum ab hoc atrio erant seiuncta, sed tamen totum ipsum ædificium Templi nomine significabatur. Nunc uerò quodammodo foras ejici dicitur quod tanquam profanum negligatur in metiendo Templo. Hoc qui nō considerarunt, putarunt legendum τὴν αὐλὴν τὴν ἔσωθεν τοῦ ναοῦ, atrium quod intra templum est: mendosè id quidem. quorsum enim hoc adderetur?

7 Suum testimonium τὴν μαρτυρίαν αὐτῶν. i. quū legationē suā obierint.

Et uidebunt *homines* ex tribubus,& popu 9
lis,& linguis,& gentibus cadauera eorũ per
tres dies & dimidium, & cadauera eorũ nõ
sinent poni in monumentis.

Et incolæ terræ gaudebunt super illis, & 10
lætabuntur: & munera mittent alij alijs: q̃
hi duo Prophetæ cruciarũt terræ incolas.

Sed post dies tres & dimidium, spiritus
uitæ à Deo, *prodiens* ingredietur in illos: sta- 11
buntque *erecti* in pedes suos, & timor ma-
gnus cadet super eos qui ipsos spectarunt.

Deinde audierunt uocem magnam de cę 12
lo, dicentem ipsis, Ascendite huc. Ascende-
runtq̃ in cælum per nubem: & uiderunt il-
los inimici eorum.

Factusq̃ est in illa hora terræmotus ma- 13
gnus: & decima pars Vrbis cecidit, & occisa
sunt in terræmotu nomina hominũ septies
mille: & reliqui territi sunt, & dederunt glo
riam Deo cæli.

Væ secundum abijt, & ecce uæ tertiũ ue- 14
niet cito.

Septimus igitur Angelus clanxit, & factę 15
sunt uoces magnæ in cælo, dicentes, Facta
sunt regna mũdi, facta sunt *regna* Domini no
stri, & Christi eius, qui regnabit in secula se-
culorum.

Tum uigintiquatuor illi Senes qui in con 16
spectu Dei sedent in sedilibus suis, ceciderũt
in facies suas, & adorarunt Deum,

Dicentes, Gratias agimus tibi Domine 17
Deus omnipotẽs: Qui es, & Qui eras, & qui
uenturus es: quia adeptus es potestatem tuã
magnam, & regnum iniuisti.

Et iratæ sunt Gentes, & aduenit ira tua, & 18
tempus mortuorum ut iudicentur, & des
præmium seruis tuis Prophetis & Sanctis,
& timentibus nomen tuũ, paruis & magnis
& perdas eos qui perdunt terram.

Tunc apertum est templum Dei in cælo, 19
& uisa est Arca fœderis eius in templo eius:
& facta sunt fulgura & uoces, & tonitrua, &
terræmotus, & grando magna.

CAP. XII.

VIsum est autem signum magnum in cæ 1
lo. Mulier amicta sole, sub cuius pedi-
bus erat luna, & in capite corona stellarum
duodecim:

καὶ βλέψουσιν ἐκ τῶν λαῶν καὶ φυλῶν καὶ γλωσ A
σῶν καὶ ἐθνῶν τὰ πτώματα αὐτῶν ἡμέρας τρεῖς
καὶ ἥμισυ, καὶ τὰ πτώματα αὐτῶν οὐκ ἀφήσουσι τε
θῆναι εἰς μνήματα.

καὶ οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς χαροῦσιν ἐπ' 10
αὐτοῖς, καὶ εὐφρανθήσονται, καὶ δῶρα πέμψου-
σιν ἀλλήλοις, ὅτι οὗτοι οἱ δύο προφῆται ἐβασά
νισαν τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς.

καὶ μετὰ τὰς τρεῖς ἡμέρας καὶ ἥμισυ, πνεῦ 11
μα ζωῆς ἐκ τοῦ θεοῦ εἰσῆλθεν ἐπ' αὐτούς, καὶ ἔστη
σαν ἐπὶ τοὺς πόδας αὐτῶν, καὶ φόβος μέγας ἐ
πέπεσεν ἐπὶ τοὺς θεωροῦντας αὐτούς.

καὶ ἤκουσαν φωνῆς μεγάλης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, 12
λέγουσαν αὐτοῖς· ἀνάβητε ὧδε, καὶ ἀνέβησαν εἰς
τὸν οὐρανὸν ἐν τῇ νεφέλῃ καὶ ἐθεώρησαν αὐτοὺς οἱ
ἐχθροὶ αὐτῶν.

Καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ ἐγένετο σεισμὸς μέγας, 13
καὶ τὸ δέκατον τῆς πόλεως ἔπεσε, καὶ ἀπεκτα-
νθησαν ἐν τῷ σεισμῷ ὀνόματα ἀνθρώπων χιλιά
δες ἑπτά, καὶ οἱ λοιποὶ ἔμφοβοι ἐγένοντο, καὶ ἔδω B
καν δόξαν τῷ θεῷ τοῦ οὐρανοῦ.

ἡ οὐαὶ ἡ δευτέρα ἀπῆλθεν, ἰδοὺ ἡ οὐαὶ ἡ τρί 14
τη ἔρχεται ταχύ.

καὶ ὁ ἕβδομος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ἐγένον 15
το φωναὶ μεγάλαι ἐν τῷ οὐρανῷ, λέγουσαι· ἐγέ-
νοντο αἱ βασιλεῖαι τοῦ κόσμου τοῦ κυρίου ἡμῶν, καὶ
τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει εἰς τοὺς αἰῶνας
τῶν αἰώνων.

καὶ οἱ εἴκοσι καὶ τέσσαρες πρεσβύτεροι οἱ 16
ἐνώπιον τοῦ θεοῦ καθήμενοι ἐπὶ τοὺς θρόνους αὐ-
τῶν, ἔπεσαν ἐπὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν, καὶ προσε
κύνησαν τῷ θεῷ,

λέγοντες· εὐχαριστοῦμέν σοι, κύριε ὁ θεὸς ὁ 17
παντοκράτωρ, ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, ὅτι
εἴληφας τὴν δύναμίν σου τὴν μεγάλην, καὶ ἐβα
σίλευσας·

καὶ τὰ ἔθνη ὠργίσθησαν, καὶ ἦλθεν ἡ ὀργή σου, C
καὶ ὁ καιρὸς τῶν νεκρῶν κριθῆναι, καὶ δοῦναι τὸν
μισθὸν τοῖς δούλοις σου τοῖς προφήταις καὶ τοῖς ἁ
γίοις καὶ τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά σου, τοῖς μι-
κροῖς καὶ τοῖς μεγάλοις καὶ διαφθεῖραι τοὺς διαφ-
θείροντας τὴν γῆν.

καὶ ἠνοίγη ὁ ναὸς τοῦ θεοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ὤφ-
θη ἡ κιβωτὸς τῆς διαθήκης αὐτοῦ ἐν τῷ ναῷ αὐ
τοῦ, καὶ ἐγένοντο ἀστραπαὶ καὶ φωναὶ καὶ βρονταὶ,
καὶ σεισμὸς καὶ χάλαζα μεγάλη.

ΚΕΦΑΛ. ιβ.

ΚΑὶ σημεῖον μέγα ὤφθη ἐν τῷ οὐρανῷ, γυνὴ 1
περιβεβλημένη τὸν ἥλιον, καὶ ἡ σελήνη
ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτῆς, καὶ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς
αὐτῆς στέφανος ἀστέρων δώδεκα,

11 Spiritus uitæ πνεῦμα ζωῆς. Heb. רוח חיים pro anima uitali. 13 Dederunt gloriam Deo ἔδωκαν δόξαν τῷ θεῷ Vide Iohan. 9. d. 24.

IN CA-

A καὶ ϛν γαστρὶ ἔχουσα κραζει ὠδίνουσα καὶ βασανιζομένη τεκεῖν,

1 Vterum ferens, clamabat parturiens, & cruciabatur ut pareret.

καὶ ὤφθη ἄλλο σημεῖον ϛν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἰδοὺ δράκων μέγας πυρρός, ἔχων κεφαλὰς ἑπτὰ, καὶ κέρατα δέκα· καὶ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτοῦ διαδήματα ἑπτὰ,

3 Visum est autem aliud signum in cœlo, & ecce, *assimit* draco magnus rufus, habens capita septem & cornua decem: & in capitibus suis diademata septem.

καὶ ἡ οὐρὰ αὐτοῦ σύρει τὸ τρίτον τῶν ἀστέρων τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἔβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν· καὶ ὁ δράκων ἕστηκεν ἐνώπιον τῆς γυναικὸς τῆς μελλούσης τεκεῖν, ἵνα ὅταν τέκῃ τὸ τέκνον αὐτῆς, κατα φάγῃ.

4 Cuius cauda trahebat tertiã partem stellarum cæli, quas abiecit in terram. stetit autem is draco ante mulierem quæ erat paritura: ut quum peperisset, filium eius deuoraret.

καὶ ἔτεκεν υἱὸν ἄρρενα, ὃς μέλλει ποιμαίνειν πάντα τὰ ἔθνη ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ· καὶ ἡρπάσθη τὸ τέκνον αὐτῆς πρὸς τὸν θεὸν, καὶ πρὸς τὸν θρόνον αὐτοῦ,

5 Peperit autem filium masculum, qui recturus erat omnes Gentes in uirga ferrea: & raptus est Filius eius ad Deũ & ad Thronum eius.

καὶ ἡ γυνὴ ἔφυγεν εἰς τὴν ἔρημον, ὅπου ἔχει ἑτοίμασμένον ἀπὸ τοῦ θεοῦ, ἵνα ἐκεῖ τρέφωσιν αὐτὴν ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἑξήκοντα,

6 Mulier uerò fugit in solitudinem, ubi habet locum paratum à Deo: ut illic pascant eam diebus mille ducentis sexaginta.

καὶ ἐγένετο πόλεμος ἐν τῷ οὐρανῷ· ὁ μιχαὴλ καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ ἐπολέμησαι μετὰ τοῦ δρά-

7 Et factum est prælium in cælo: Michael & angeli eius præliabãtur cum dracone, &

B κοντος, καὶ ὁ δράκων ἐπολέμησε, καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ·

draco pugnabat & angeli eius:

καὶ οὐκ ἴσχυσαν, οὐδὲ τόπος εὑρέθη αὐτῶν ἔτι ἐν τῷ οὐρανῷ·

8 Sed non obtinuerunt, neq; locus eorum amplius inuentus est in cælo.

καὶ ἐβλήθη ὁ δράκων ὁ μέγας, ὁ ὄφις ὁ ἀρχαῖος, ὁ καλούμενος διάβολος καὶ ὁ Σατανᾶς, ὁ πλανῶν τὴν οἰκουμένην ὅλην, ἐβλήθη εἰς τὴν γῆν, καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ ἐβλήθησαν.

9 Et proiectus est draco ille magnus, serpens ille antiquus, qui uocatur Diabolus & Satanas, qui seducit totum terrarum orbem. proiectus *inquam* est in terram, & Angeli eius cum eo proiecti sunt.

καὶ ἤκουσα φωνὴν μεγάλην λέγουσαν ἐν τῷ οὐρανῷ· ἄρτι ἐγένετο ἡ σωτηρία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ ἡμῶν, καὶ ἡ ἐξουσία τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ, ὅτι κατεβλήθη ὁ κατήγορος τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, ὁ κατηγορῶν αὐτῶν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἡμέρας καὶ νυκτός.

10 Et audiui uocem magnã dicentem in cælo, Nunc factae est salus, & uirtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius: quia deiectus est accusator fratrum nostrorũ, qui accusabat eos ante conspectum Dei nostri die ac nocte.

καὶ αὐτοὶ ἐνίκησαν αὐτὸν διὰ τὸ αἷμα τοῦ ἀρνίου, καὶ διὰ τὸν λόγον τῆς μαρτυρίας αὐτῶν, καὶ οὐκ ἠγάπησαν τὴν ψυχὴν αὐτῶν ἄχρι θανάτου.

C

11 Sed ipsi uicerunt eum propter sanguinem Agni, & propter sermonem testimonij sui, & animæ suæ prodigi fuerunt usque ad mortem.

διὰ τοῦτο εὐφραίνεσθε οἱ οὐρανοὶ, καὶ οἱ ἐν αὐτοῖς σκηνοῦντες. οὐαὶ τοῖς κατοικοῦσι τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, ὅτι κατέβη ὁ διάβολος πρὸς ὑμᾶς, ἔχων θυμὸν μέγαν, εἰδὼς ὅτι ὀλίγον καιρὸν ἔχει.

12 Propterea lætamini cæli, & qui habitatis in eis. Væ incolis terræ & maris: nam descendit Diabolus ad uos, iræ magnæ plenus, ut qui sciat se paululum temporis habere,

καὶ ὅτε εἶδεν ὁ δράκων, ὅτι ἐβλήθη εἰς τὴν γῆν, ἐδίωξε τὴν γυναῖκα, ἥτις ἔτεκε τὸν ἄρρενα.

13 Quum igitur uidisset draco quòd proiectus esset in terram, persequutus est mulierem quæ pepererat masculum.

IN CAPVT XII.

8 Obtinuerunt ἴσχυσαν. Sic accipitur apud Hebræos uerbum יכל. Neque locus eorum amplius inuẽtus est ὅτε τόπος αὐτῶν εὑρέθη αὐτῶν ἔτι. Id est, eiecti sunt, ita ut nusquam postea apparuerint in cælo. Sic loquitur Daniel. 2. c. 35.

11 Animæ suæ prodigi fuerunt καὶ οὐκ ἠγάπησαν τὴν ψυχὴν αὐτῶν. Vulg. & Eras. ad uerbum, & non dilexerũt animam suam. Est autem in hac formula loquendi liptote quam uocãt, Hebræis familiaris, quũ minus dicitur quàm intelligatur. Is enim dicitur animam, id est uitam, diligere, qui nihil habet hac uita charius: & è contrario, non diligere animam suam, qui non dubitat illam periculis exponere, quoties ita facto opus est.

Sed datæ sunt mulieri alæ duæ, aquilę magnæ, ut uolet à conspectu serpentis in desertum in locum suum, ubi alitur per tempus & tempora, & dimidium temporis à facie serpentis.

Eiecit autem serpens ex ore suo post mulierem, aquam tanquam flumen: ut eam faceret rapi à flumine:

Sed succurrit terra mulieri, aperuitq; terra os suum, & absorbuit flumẽ quod eiecerat draco ex ore suo.

Iratus est igitur draco aduersus mulierem: & abijt ut gereret bellũ cum reliquis ex semine eius, custodientibus mandata Dei, & habentibus testimonium IESV Christi.

Stetitq; super arenam maris.

CAP. XIII.

TVm uidi bestiam è mari ascendentẽ, quæ habebat capita septem & cornua decem: & super cornua eius *erant* decem diademata: & supercapita eius nomen blasphemiæ.

Eratq; hæc bestia quam uidi, similis pardo, & pedes eius ut *pedes* ursi, & os eius ut os leonis: dedit autem ei draco uirtutem suam, & Thronum suum, & potestatem magnam.

Et uidi unum ex capitibus eius quasi lethaliter cæsum: sed ipsius plaga lethalis curata est: & admirans uniuersa terra, sequuta est bestiam.

Et adorarunt draconem qui dedit potestatem bestiæ: & adorarunt bestiam, dicentes, Quis similis bestiæ? quis poterit pugnare cum ea?

Datumq; est ei os loquens magna & blasphemias: & data est ei potestas agendi menses quadraginta duos.

Aperuit igitur os suum ad blasphemiam aduersus Deum, ut conuicijs afficeret nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in cælo habitant.

Sed & datum est ei bellũ gerere cum Sanctis, & uincere eos: & data est ei potestas in omnem tribum, & linguam, & gentem.

Itaq; adorabunt eam omnes incolæ terræ, quorum non sunt scripta nomina in Libro uitæ Agni illius mactati *iam inde* à iactis mundi fundamentis.

14 καὶ ἐδόθησαν τῇ γυναικὶ δύο πτέρυγες τοῦ A
ἀετοῦ τοῦ μεγάλου, ἵνα πέτηται εἰς τὴν ἔρημον,
εἰς τὸν τόπον αὐτῆς, ὅπου τρέφεται ἐκεῖ καιρὸν
καὶ καιροὺς καὶ ἥμισυ καιροῦ, ἀπὸ προσώπου τοῦ
ὄφεως.

15 Καὶ ἔβαλεν ὁ ὄφις ὀπίσω τῆς γυναικὸς, ἐκ τοῦ
στόματος αὐτοῦ ὕδωρ ὡς ποταμὸν, ἵνα τὴν αὐτὴν
ποταμοφόρητον ποιήσῃ.

16 Καὶ ἐβοήθησεν ἡ γῆ τῇ γυναικὶ, καὶ ἤνοιξεν ἡ γῆ
τὸ στόμα αὐτῆς, καὶ κατέπιεν τὸν ποταμὸν, ὃν ἔβαλεν
ὁ δράκων ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ.

17 καὶ ὠργίσθη ὁ δράκων ἐπὶ τῇ γυναικὶ, καὶ ἀ-
πῆλθε ποιῆσαι πόλεμον μετὰ τῶν λοιπῶν τοῦ
σπέρματος αὐτῆς, τῶν τηρούντων τὰς ἐντολὰς
τοῦ θεοῦ, καὶ ἐχόντων τὴν μαρτυρίαν τοῦ ἰησοῦ
χριστοῦ.

18 Καὶ ἐστάθη ἐπὶ τὴν ἄμμον τῆς θαλάσσης.

ΚΕΦΑΛ. ιγ.

1 Καὶ εἶδον ἐκ τῆς θαλάσσης θηρίον ἀναβαῖνον,
ἔχον κεφαλὰς ἑπτὰ, καὶ κέρατα δέκα, καὶ
ἐπὶ τῶν κεράτων αὐτοῦ δέκα διαδήματα, καὶ ἐπὶ B
τὰς κεφαλὰς αὐτοῦ ὄνομα βλασφημίας.

2 Καὶ τὸ θηρίον ὃ εἶδον, ἦν ὅμοιον πάρδαλει, καὶ οἱ
πόδες αὐτοῦ ὡς ἄρκου, καὶ τὸ στόμα αὐτοῦ ὡς στό-
μα λέοντος. Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ ὁ δράκων τὴν δύνα
μιν αὐτοῦ, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ, καὶ ἐξουσίαν μεγά
λην.

3 καὶ ἓν ἐκ τῶν κεφαλῶν αὐτοῦ ὡς ἐσφαγμέ
νην εἰς θάνατον· καὶ ἡ πληγὴ τοῦ θανάτου αὐτοῦ ἐθε
ραπεύθη, καὶ ἐθαυμάσθη ὅλη ἡ γῆ ὀπίσω τοῦ
θηρίου,

4 καὶ προσεκύνησαν τὸν δράκοντα, ὃς ἔδωκεν
ἐξουσίαν τῷ θηρίῳ, καὶ προσεκύνησαν τὸ θηρίον,
λέγοντες· τίς ὅμοιος τῷ θηρίῳ; τίς δύναται πο-
λεμῆσαι μετ' αὐτοῦ;

5 καὶ ἐδόθη αὐτῷ στόμα λαλοῦν μεγάλα καὶ βλασ
φημίας, καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία ποιῆσαι μῆνας C
τεσσεράκοντα δύο.

6 καὶ ἤνοιξε τὸ στόμα αὐτοῦ εἰς βλασφημίαν πρὸς
τὸν θεὸν, βλασφημῆσαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ τὴν
σκηνὴν αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἐν τῷ οὐρανῷ σκηνοῦν-
τας.

7 καὶ ἐδόθη αὐτῷ πόλεμον ποιῆσαι μετὰ τῶν ἁγίων,
καὶ νικῆσαι αὐτούς· καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία ἐπὶ πᾶ
σαν φυλὴν καὶ γλῶσσαν καὶ ἔθνος,

8 καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ κατοι-
κοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς, οὗ οὐ γέγραπται τὰ ὀνόματα
ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς τοῦ ἀρνίου τοῦ ἐσφαγμένου, ἀπὸ
καταβολῆς κόσμου.

14 In locum suum, *εἰς τὸν τόπον αὐτῆς*. Id est in eum locum qui est ipsi à Domino destinatus, ut Act. 1. d. 25, quanuis in specie prorsus dissimili.

IN CAPVT XIII.

3 Plaga lethalis *ἡ πληγὴ τοῦ θανάτου*. Vulg. & Eras. ad uerbum, plaga mortis, seruato Hebraismo.

A εἴτις ἔχει οὖς, ἀκουσάτω. εἴτις εἰς αἰχμαλωσίαν, εἰς αἰχμαλωσίαν ὑπάγει. 9

εἴτις ἐν μαχαίρᾳ ἀποκτενεῖ, δεῖ αὐτὸν ἐν μαχαίρᾳ ἀποκτανθῆναι. ὧδε ἐστὶν ἡ ὑπομονὴ καὶ ἡ πίστις τῶν ἁγίων. 10

Si quis habet aurem, audiat.

Siquis in captiuitatem ducit, in captiuitatem abibit: siquis gladio occiderit, oportet eum gladio occidi, hic est patientia & fides Sanctorum.

Καὶ εἶδον ἄλλο θηρίον ἀναβαῖνον ἐκ τῆς γῆς, καὶ εἶχε κέρατα δύο ὅμοια ἀρνίῳ, καὶ ἐλάλει ὡς δράκων, 11

καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ πρώτου θηρίου πᾶσαν ποιεῖ ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ ποιεῖ τὴν γῆν, καὶ τοὺς κατοικοῦντας ἐν αὐτῇ, ἵνα προσκυνήσουσι τὸ θηρίον τὸ πρῶτον, οὗ ἐθεραπεύθη ἡ πληγὴ τοῦ θανάτου αὐτοῦ. 12

καὶ ποιεῖ σημεῖα μεγάλα, ἵνα καὶ πῦρ ποιῇ καταβαίνειν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ εἰς τὴν γῆν ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, 13

καὶ πλανᾷ τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς, διὰ τὰ σημεῖα ἃ ἐδόθη αὐτῷ ποιῆσαι ἐνώπιον τοῦ θηρίου, λέγων τοῖς κατοικοῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς, ποιῆσαι εἰκόνα τῷ θηρίῳ, ὃ ἔχει τὴν πληγὴν τῆς μαχαίρας, καὶ ἔζησε. 14

καὶ ἐδόθη αὐτῷ δοῦναι πνεῦμα τῇ εἰκόνι τοῦ θηρίου, ἵνα καὶ λαλήσῃ ἡ εἰκὼν τοῦ θηρίου, καὶ ποιήσῃ, ὅσοι ἂν μὴ προσκυνήσωσι τῇ εἰκόνι τοῦ θηρίου, ἵνα ἀποκτανθῶσι. 15

καὶ ποιεῖ πάντας, τοὺς μικροὺς καὶ τοὺς μεγάλους καὶ τοὺς πλουσίους καὶ τοὺς πτωχούς, καὶ τοὺς ἐλευθέρους καὶ τοὺς δούλους, ἵνα δώσιν αὐτοῖς χάραγμα ἐπὶ τῆς χειρὸς αὐτῶν τῆς δεξιᾶς, ἢ ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν. 16

καὶ ἵνα μή τις δύνηται ἀγοράσαι ἢ πωλῆσαι, εἰ μὴ ὁ ἔχων τὸ χάραγμα, ἢ τὸ ὄνομα τοῦ θηρίου, ἢ τὸν ἀριθμὸν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. 17

ὧδε ἡ σοφία ἐστίν. ὁ ἔχων νοῦν, ψηφισάτω τὸν ἀριθμὸν τοῦ θηρίου. ἀριθμὸς γὰρ ἀνθρώπου ἐστί, καὶ ὁ ἀριθμὸς αὐτοῦ χξς. 18

Deinde uidi aliam bestiam ascendentem è terra, quæ habebat cornua duo similia Agni, sed loquebatur ut draco.

Ea uerò potestatē prioris bestiæ omnem exercet in conspectu eius, & facit ut terra & ipsius incolæ adorent bestiam illam primā, cuius curata fuerat plaga lethalis.

Editq; signa magna, adeo ut etiam ignem faciat è cælo descendere in terram in conspectu hominum.

Et seducit incolas terræ, ppter signa quæ datum est ei ut faciat in cóspectu bestiæ, dicens incolis terræ ut faciant imaginem bestiæ quæ gladio uulnerata fuit, sed reuixit.

Datumq; est ei ut animaret imaginem bestiæ, ut etiam loquatur imago bestiæ: & faciat ut quicunque nó adorarint imaginem bestiæ, occidantur.

Sed & facit ut omnes, parui & magni, diuites & pauperes, liberi & serui accipiant characterem in manu sua dextra, aut in frontibus suis.

Et nequis possit emere aut uendere, nisi q̄ habeat characterem aut nomen bestiæ, aut numerum nominis eius.

Hic sapientia est. Qui intelligentia præditus est, computet numerum bestiæ: numerus enim hominis est. & numerus eius, sexcenta sexagintasex.

ΚΕΦΑΛ. ιδ.

C Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἀρνίον ἑστηκὸς ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Σιών, καὶ μετ' αὐτοῦ ἑκατὸν τεσσαράκοντα τέσσαρες χιλιάδες, ἔχουσαι τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ γεγραμμένον ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν. 1

καὶ ἤκουσα φωνὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ὡς φωνὴν ὑδάτων πολλῶν, καὶ ὡς φωνὴν βροντῆς μεγάλης. καὶ φωνὴ ἣν ἤκουσα κιθαρῳδῶν κιθαριζόντων ταῖς κιθάραις αὐτῶν. 2

CAP. XIIII.

TVm aspexi, & ecce *aderat* Agnus stans super montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentia nomē Patris eius scriptum in frontibus suis.

Et audiui uocem è cælo tanquam uocem aquarum multarum, & tanquam sonum tonitrui magni: & uocem audiui citharœdorum pulsantium citharas suas,

13 Ad: ὁ ut ἵνα ἵνα pro ὥς τε, quod & alibi semel annotauimus. Complutensis tamen editio legit, consentiente Aretha & duobus ex nostris ueteribus libris, καὶ πῦρ, ἵνα καταβαίνῃ, & ut ignis descendat. Ita enim hoc explicandū puto per traiectionem, cuius meminimus Rom. 11. d. 32. & alia passim exempla occurrunt ut 1. Cor. 9. c. 15. & Gal. 2. b. 20. 14 Reuixit. ἔζησε. Hoc dicit, quia plaga per se lethalis erat, ex qua quum illa conualuerit, consequitur illampenes se habere uitam, ac proinde tanquam Deum adorandam.

15 Vt animaret δοῦναι πνεῦμα. Id est uitam inderet, nempe sicut Iannes & Mambres Mosis prodigia imitabantur. Vulg. & Eras. ad uerbum, ut daret spiritum.

IN CAPVT XIIII.

3 Et canentium καὶ ᾄδουσιν. Plena constructio est, καὶ οἱ ᾄδουσιν, & qui canebant, ut diximus suprà.

Et canentium quasi canticum nouum ante thronum, & ante quatuor animalia, & Senes: nec quisquam poterat discere canticum illud nisi illa centum quadraginta quatuor millia, ij *scilicet* qui empti sunt de terra: 3

Hi sunt qui cum mulieribus non sunt inquinati: uirgines enim sunt, hi sequuntur Agnum quocunque ierit: hi empti sunt ex hominibus, primitiæ Deo & Agno *sacræ*. 4

Et in quorum ore non est inuentus dolus: sunt enim inculpati ante thronum Dei. 5

Deinde uidi alium Angelum uolãtem per medium cœli, habentem Euãgelium æternũ, ut euangelizaret incolis terræ, & omni genti, & tribui, & linguæ, & populo: 6

Dicẽtem magna uoce, Timete Deum, & ei tribuite gloriam. nam uenit hora iudicij eius: & adorate eum qui fecit cælum & terram & mare & fontes aquarum. 7

Et alius Angelus sequutus est, dicens, Cecidit Babylõ urbs illa magna, quia uinum iræ scortationis suæ potandum præbuit omnibus gentibus. 8

Et tertius Angelus sequutus est illos, dicens uoce magna, Siquis adorauerit bestiam & imaginem eius & acceperit characterem in fronte sua aut in manu sua, 9

Bibet hic quoque ex uino iræ Dei, ex mero *inquam* infuso in poculũ iræ ipsius: & cruciabitur igne & sulphure in conspectu Angelorũ sanctorum, & ante conspectũ Agni. 10

Et fumus cruciatus eorũ ascẽdet in secula seculorum: nec habebunt requiem die nec nocte, qui adorant bestiam & imaginẽ eius, & siquis acceperit characterem nominis eius. 11

Hic tolerantia Sanctorum est: hic qui obseruant mandata Dei, & fidem Iesu. 12

Tunc audiui uocem è cælo, dicentem mihi, Scribe, Beati posthac mortui, ij *inquam* qui Domini causa moriuntur. Etiam dicit Spiritus quoniam requiescunt à laboribus suis: & opera eorum sequuntur eos. 13

Aspexi autem, & ecce *aderat* nubes candida: & super nubem sedebat *quidam* similis homini, habens in capite suo coronam aureã, & in manu sua falcem acutam. 14

Et alius Angelus prodijt è templo clamãs uoce magna ad eum qui insidebat nubi, Mitte falcem tuam, & mete: quia uenit tibi hora ut metas: nam aruit messis terræ. 15

καὶ ᾄδουσιν ὡς ᾠδὴν καινὴν ἐνώπιον τοῦ θρόνου, καὶ ἐνώπιον τῶν τεσσάρων ζώων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων. καὶ οὐδεὶς ἐδύνατο μαθεῖν τὴν ᾠδὴν, εἰ μὴ αἱ ἑκατὸν τεσσαράκοντα τέσσαρες χιλιάδες, οἱ ἠγορασμένοι ἀπὸ τῆς γῆς. A

οὗτοί εἰσιν οἱ μετὰ γυναικῶν οὐκ ἐμολύνθησαν. παρθένοι γάρ εἰσιν. οὗτοί εἰσιν οἱ ἀκολουθοῦντες τῷ ἀρνίῳ, ὅπου ἂν ὑπάγῃ. οὗτοι ἠγοράσθησαν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, ἀπαρχὴ τῷ θεῷ καὶ τῷ ἀρνίῳ,

καὶ ἐν τῷ στόματι αὐτῶν οὐχ εὑρέθη ψεῦδος· ἄμωμοί εἰσιν ἐνώπιον τοῦ θρόνου τοῦ θεοῦ.

καὶ εἶδον ἄλλον ἄγγελον πετόμενον ἐν μεσουρανήματι, ἔχοντα εὐαγγέλιον αἰώνιον, εὐαγγελίσαι ἐπὶ τοὺς καθημένους ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ πᾶν ἔθνος καὶ φυλὴν καὶ γλῶσσαν καὶ λαόν,

λέγοντα ἐν φωνῇ μεγάλῃ· φοβήθητε τὸν θεὸν, καὶ δότε αὐτῷ δόξαν, ὅτι ἦλθεν ἡ ὥρα τῆς κρίσεως αὐτοῦ· καὶ προσκυνήσατε τῷ ποιήσαντι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ θάλασσαν καὶ πηγὰς ὑδάτων. B

καὶ ἄλλος ἄγγελος ἠκολούθησε, λέγων· ἔπεσεν ἔπεσε Βαβυλὼν ἡ πόλις ἡ μεγάλη, ὅτι ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς πορνείας αὐτῆς πεπότικε πάντα τὰ ἔθνη.

καὶ τρίτος ἄγγελος ἠκολούθησεν αὐτοῖς, λέγων ἐν φωνῇ μεγάλῃ· εἴ τις προσκυνεῖ τὸ θηρίον καὶ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ λαμβάνει χάραγμα ἐπὶ τοῦ μετώπου αὐτοῦ, ἢ ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ.

καὶ αὐτὸς πίεται ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τοῦ θεοῦ τοῦ κεκερασμένου ἀκράτου ἐν τῷ ποτηρίῳ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, καὶ βασανισθήσεται ἐν πυρὶ καὶ θείῳ ἐνώπιον τῶν ἁγίων ἀγγέλων, καὶ ἐνώπιον τοῦ ἀρνίου,

καὶ ὁ καπνὸς τοῦ βασανισμοῦ αὐτῶν ἀναβαίνει εἰς αἰῶνας αἰώνων, καὶ οὐκ ἔχουσιν ἀνάπαυσιν ἡμέρας καὶ νυκτὸς οἱ προσκυνοῦντες τὸ θηρίον καὶ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ εἴ τις λαμβάνει τὸ χάραγμα τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. C

ὧδε ὑπομονὴ τῶν ἁγίων ἐστίν· ὧδε οἱ τηροῦντες τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν πίστιν Ἰησοῦ.

καὶ ἤκουσα φωνῆς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λεγούσης μοι· γράψον, μακάριοι οἱ νεκροὶ οἱ ἐν κυρίῳ ἀποθνήσκοντες ἀπ' ἄρτι. ναὶ, λέγει τὸ πνεῦμα, ἵνα ἀναπαύσωνται ἐκ τῶν κόπων αὐτῶν· τὰ δὲ ἔργα αὐτῶν ἀκολουθεῖ μετ' αὐτῶν.

καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ νεφέλη λευκὴ, καὶ ἐπὶ τὴν νεφέλην καθήμενον ὅμοιον υἱὸν ἀνθρώπου, ἔχων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ στέφανον χρυσοῦν, καὶ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ δρέπανον ὀξύ.

καὶ ἄλλος ἄγγελος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ναοῦ, κράζων ἐν μεγάλῃ φωνῇ τῷ καθημένῳ ἐπὶ τῆς νεφέλης· πέμψον τὸ δρέπανόν σου, καὶ θέρισον, ὅτι ἦλθεν ἡ ὥρα τοῦ θερίσαι, ὅτι ἐξηράνθη ὁ θερισμὸς τῆς γῆς

8 Iræ scortationis suæ τῆς θυμοῦ τῆς πορνείας αὐτῆς eld est scortationis suæ qua Deus ad iram est inflammatus. uel uinum iræ scortationis uocat, quòd iram Dei in se prouocent quicunque sese illius scortatione quasi uino inebriant.

10 Ex mero *inquam* infuso in poculum &c. τῆς κεκερασμένου ἀκράτου τῷ ποτηρίῳ Vulg. quod mistum est mero in calice, &c. quæ interpretatio prorsus eneruat sententiam. Dicitur aũt Græcis κεράννυσθαι quod infunditur bibituro, etiãsi nõ diluat aqua aut alio potus genere, sicut rectè ob seruauit Eras. Et ita etiã apud Heb. מסך pro גסך usurpat.

A καὶ ἔβαλεν ὁ καθήμενος ἐπὶ τὴν νεφέλην τὸ 16
δρέπανον αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἐθερίσθη ἡ γῆ.
καὶ ἄλλος ἄγγελος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ 17
ἐν τῷ οὐρανῷ, ἔχων καὶ αὐτὸς δρέπανον ὀξύ.
Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ θυσιαστη- 18
ρίου, ἔχων ἐξουσίαν ἐπὶ τοῦ πυρός, καὶ ἐφώνησε
κραυγῇ μεγάλῃ τῷ ἔχοντι τὸ δρέπανον τὸ ὀξύ,
λέγων· πέμψον σου τὸ δρέπανον τὸ ὀξύ, καὶ τρύ
γησον τοὺς βότρυας τῆς γῆς, ὅτι ἤκμασαν αἱ σα
φυλαὶ αὐτῆς.
Καὶ ἔβαλεν ὁ ἄγγελος τὸ δρέπανον αὐτοῦ εἰς τὴν 19
γῆν, καὶ ἐτρύγησε τὴν ἄμπελον τῆς γῆς, καὶ ἔβαλεν
εἰς τὸν λῆνον τοῦ θυμοῦ τοῦ θεοῦ τὸν μέγαν,
Καὶ ἐπατήθη ὁ λῆνος ἔξω τῆς πόλεως, καὶ ἐξῆλ- 20
θεν αἷμα ἐκ τοῦ λῆνου ἄχρι τῶν χαλινῶν τῶν ἵππων
ἀπὸ σταδίων χιλίων ἑξακοσίων.

ΚΕΦΑΛ. ιε.

B Καὶ εἶδον σημεῖον ἄλλο ἐν τῷ οὐρανῷ μέγα 1
θαυμαστόν, ἀγγέλους ἑπτὰ ἔχοντας πληγὰς
ἑπτὰ τὰς ἐσχάτας, ὅτι ἐν αὐταῖς ἐτελέσθη ὁ θυ
μὸς τοῦ θεοῦ.
Καὶ εἶδον ὡς θάλασσαν ὑαλίνην μεμιγμένην 2
πυρί, καὶ τοὺς νικῶντας ἐκ τοῦ θηρίου καὶ ἐκ τῆς εἰκό
νος αὐτοῦ, καὶ ἐκ τοῦ χαράγματος αὐτοῦ, καὶ ἐκ τοῦ ἀρι
θμοῦ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, ἑστῶτας ἐπὶ τὴν θά
λασσαν τὴν ὑαλίνην, ἔχοντας κιθάρας τοῦ θεοῦ,
καὶ ᾄδουσι τὴν ᾠδὴν μωσέως τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ, 3
καὶ τὴν ᾠδὴν τοῦ ἀρνίου, λέγοντες· μεγάλα καὶ
θαυμαστὰ τὰ ἔργα σου, κύριε ὁ θεὸς ὁ παντοκρά
τωρ, δίκαιαι καὶ ἀληθιναὶ αἱ ὁδοί σου, ὁ βασι-
λεὺς τῶν ἁγίων.
τίς οὐ μὴ φοβηθῇ σε, κύριε, καὶ δοξάσῃ τὸ ὄνο 4
μά σου; ὅτι μόνος ὅσιος, ὅτι πάντα τὰ ἔθνη ἥ
ξουσι, καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου, ὅτι τὰ
δικαιώματά σου ἐφανερώθησαν.
Καὶ μετὰ ταῦτα εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἠνοίγη ὁ ναὸς 5
τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου ἐν τῷ οὐρανῷ,
C καὶ ἐξῆλθον οἱ ἑπτὰ ἄγγελοι, ἔχοντες τὰς ἑπτὰ 6
τὰς πληγὰς, ἐκ τοῦ ναοῦ, ἐνδεδυμένοι λίνον κα-
θαρὸν καὶ λαμπρὸν, καὶ περιεζωσμένοι περὶ τὰ
στήθη ζώνας χρυσᾶς.
Καὶ ἓν ἐκ τῶν τεσσάρων ζώων ἔδωκε τοῖς ἑπτὰ 7
ἀγγέλοις ἑπτὰ φιάλας χρυσᾶς, γεμούσας τοῦ
θυμοῦ τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Misit igitur is qui insidebat nubi falcem suam in terram, & demessa est terra.

Tum alius Angelus prodijt è templo quod est in cælo, habens & ipse falcem acutam.

Et alius Angelus prodijt ab altari, qui habebat potestatem supra ignem, & clamauit uoce magna ad eum qui habebat falcẽ acutam, dicens, Mitte falcem tuam acutã, & uindemia botros uineæ Terræ: nã maturæ sunt uuæ eius.

Misit igitur Angelus falcem suam acutam in terram, & uindemiauit uineã terræ, & misit in lacum iræ Dei magnum.

Et calcatus est lacus extra ciuitatem: exiuitq; sanguis è lacu usque ad frenos equorũ, per stadia mille sexcenta.

CAP. XV.

DEinde uidi aliud signum in cælo magnũ & admirabile, Angelos septẽ habentes plagas septem ultimas, quoniam per illas expleta est ira Dei.

Et uidi tanquam mare uitreum mixtum igni: & eos qui uictoriam reportarant ex bestia & imagine eius & charactere eius, & numero nominis eius, stantes apud mare uitreum, & habentes citharas Dei.

Qui etiam cantabant canticum Mosis serui Dei. & canticum Agni, dicentes, Magna & mirabilia sunt opera tua Domine Deꝰ omnipotens: iustæ & ueræ sunt uiæ tuæ, Rex Sanctorum.

Quis non timebit te Domine, & glorificabit nomen tuum? nam solus sanctus es. Nam omnes gentes uenient, & adorabunt corã te. nam iudicia tua patefacta sunt.

Et post hæc aspexi, & ecce, apertum est templum Tabernaculi testimonij in cælo:

Et prodierunt septem Angeli habentes septem plagas, è templo, induti lino puro & cãdido, & præcincti circa pectora zonis aureis.

Et unum ex quatuor animalibus dedit septem phialas aureas, plenas iræ Dei uiuentis in secula seculorum.

13 Domini causa ὁ κύριος. Heb. ברוח יהוה. id est propter Dominum. Hoc enim est quod alibi dicitur propter iustitiam. Vulg. & Erasm. ad uerbum in Domino: admodum obscure. Quoniam requiescunt ἵνα ἀναπαύσωνται uel, ut requiescant, si referamus ad participium ἀναπαυσόντων. Sed (ut opinor) præstat ἵνα accipere αἰτιολογικῶς, ex Hebræorum idiotismo, apud quos בי accipitur tum pro אשר id est ἵνα, tum pro למען id est διότι, unde factum ut ἵνα pro διότι uel ἐπειδὴ acciperetur. quæ enallage à quibusdam annotatur etiam in Græcorum Epigrammaton libro.
Et opera τὰ δὲ ἔργα Vel, opera enim, ut Vetus interpres conuertit: ita ut δὲ pro γὰρ accipiatur. quod sæpe annotauimus. Sin minus, copulatiuam esse oportet. Nam pro aduersatiua non uidetur satis commode posse explicari. ἔργα uerò i. opera, uocat præmium quod bona ipsa opera consequitur, Hebræorũ more. 14 Homini, ὑῶ ἀνθρώπου Hûc Hebraismum alibi expositimus. Nolui autem filium hominis ad uerbum interpretari, quòd, hoc uno loco excepto, nusquam in his libris quisquam filius hominis nisi unus Christus dicatur: hic uerò Christum ipsum non significari, sed Angeli speciem ac formam, liquet ex proximo uersiculo. Itaque uitanda fuit amphibolia. 18 Botros uineæ terræ τοὺς βότρυας τῆς ἀμπέλου τῆς γῆς Sic legunt Arethas, Cõplutẽsis codex, cũ alijs duobus ex nostris, ac Vetere & interprete, ac ita certe melius cohæret quod sequitur.

IN CAP. XV.

3 Serui Dei. δοῦλος τοῦ Θεοῦ. Sic uocatur Moses κατ' ἐξοχὴν. sicut describitur Deut. 34 c. 10. Viæ ὁδοί. Id est gesta tua, ex idiotismo Hebræorum.

Et impletum est templum fumo *prodeunte* 8
à maiestate Dei,& à uirtute eius:nec quisquã
poterat ingredi in templum, donec expleré
tur septem plagæ septem Angelorum:

CAP. XVI.

TVnc audiui uocem magnam è templo, 1
dicentem septem Angelis,Ite, effundi-
te septem phialas iræ Dei in terram.

Abijt igit primus *Angelus*,& effudit phia 2
lam suam in terram,factumq; est uulnus ma-
lum ac noxiũ in homines qui habebant cha
racterem bestiæ,& in eos qui adorabant ima
ginem eius.

Deinde secundus Angelus effudit phialã 3
suam in mare,factumq; est quasi sanguis ca-
daueris, & quodcunque animal uiuebat in
mari,mortuum est.

Tum tertius Angelus effudit phialam su-4
am in flumina,& in fontes aquarum,& facte
sunt sanguis.

Et audiui Angelum aquarum dicentem, 5
Iustus es Domine,Qui es,& Qui eras,& san-
ctus,quia hæc iudicasti?

Quia *inquam* sanguinem Sanctorũ & Pro-6
phetarum effuderunt,& sanguinem eis dedi
sti ad bibendum:digni enim sunt.

Et audiui alium è Sanctuario dicentem, 7
Etiã Domine Deus omnipotens,uera & iu-
sta iudicia tua.

Postea quartus Angelus effudit phialam 8
suam in solem, & datum est ei æstu affligere
homines per ignem.

Et æstuaueruut homines æstu magno, & 9
& blasphemarunt nomen Dei habentis po-
testatem in has plagas:neque resipuerunt ut
darent ei gloriam.

Tum quintus Angelus effuditphialam su 10
am super Thronum bestiæ, & factum est re-
gnũ eius tenebrosum,& mandebant linguas
suas præ dolore:

Et blasphemarunt Deum cæli præ dolori 11
bus suis,& ulceribus suis, nec resipuerũt ab
operibus suis.

Tum sextus Angelus effudit phialam su 12
am in flumen illud magnum,*nempe* Euphra-
tem,& siccata est aqua eius,ut pararetur uia
Regum ab Ortu solis *aduentantium*.

Et uidi ex ore draconis & ex ore bestiæ,& 13
ex ore pseudoprophetæ illius tres impuros
spiritus similes ranis prodeuntes.

καὶ ἐγεμίσθη ὁ ναὸς καπνοῦ ἐκ τ δόξης τ A
θεοῦ,καὶ ἐκ τ δυνάμεως αὐτ,καὶ οὐδεὶς ἠδυνάτο
εἰσελθεῖν εἰς τὸν ναὸν, ἄχρι τελεσθῶσιν αἱ ἑπτὰ
πληγαὶ τ ἑπτὰ ἀγγέλων.

ΚΕΦΑΛ ιϛ.

Καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης ἐκ τ ναοῦ,λε-
γούσης τοῖς ἑπτὰ ἀγγέλοις·ὑπάγετε, &
ἐκχέατε τὰς φιάλας τ θυμοῦ τ θεοῦ εἰς τ γῆν.
& ἀπελθὼν ὁ πρῶτος,ἐξέχεε τ φιάλην
αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν. & ἐγένετο ἕλκος κακὸν καὶ
πονηρὸν εἰς τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἔχοντας τὸ χάρα
γμα τοῦ θηρίου,καὶ τοὺς τῇ εἰκόνι αὐτοῦ προσκυ-
νοῦντας.

& ὁ δεύτερος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην
αὐτοῦ εἰς τ θάλασσαν· & ἐγένετο αἷμα ὡς νε
κροῦ, & πᾶσα ψυχὴ ζωσα ἀπέθανεν ἃ τῇ θα-
λάσσῃ.

& ὁ τρίτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐ
τοῦ εἰς τοὺς ποταμοὺς & εἰς τὰς πηγὰς τ ὑδάτων· & ἐγένετο αἷμα.

καὶ ἤκουσα τ ἀγγέλου τῶν ὑδάτων λέγοντος.
δίκαιος, κύριε, εἶ,ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν,καὶ ὁ ὅσιος, ὅτι B
ταῦτα ἔκρινας.

ὅτι αἷμα ἁγίων & προφητῶν ἐξέχεαν,καὶ αἷ
μα αὐτοῖς ἔδωκας πιεῖν· ἄξιοι γάρ εἰσι.

καὶ ἤκουσα ἄλλου ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου λέγον-
τος· ναὶ κύριε ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ἀληθιναὶ
καὶ δίκαιαι αἱ κρίσεις σου.

& ὁ τέταρτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην
αὐτοῦ ἐπὶ τ ἥλιον. καὶ ἐδόθη αὐτῷ καυματίσαι
τοὺς ἀνθρώπους ἐν πυρί.

καὶ ἐκαυματίσθησαν οἱ ἄνθρωποι καῦμα
μέγα, & ἐβλασφήμησαν τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ τοῦ
ἔχοντος ἐξουσίαν ἐπὶ τὰς πληγὰς τούτας, &
οὐ μετενόησαν δοῦναι αὐτῷ δόξαν.

& ὁ πέμπτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην
αὐτοῦ ἐπὶ τ θρόνον τοῦ θηρίου· καὶ ἐγένετο ἡ Βα
σιλεία αὐτοῦ ἐσκοτωμένη, καὶ ἐμασῶντο τὰς C
γλώσσας αὐτῶν ἐκ τοῦ πόνου,

καὶ ἐβλασφήμησαν τ θεὸν τοῦ οὐρανοῦ ἐκ τ
πόνων αὐτῶν,καὶ ἐκ τ ἑλκῶν αὐτῶν,καὶ οὐ με-
τενόησαν ἐκ τ ἔργων αὐτῶν.

& ὁ ἕκτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐ-
τ ἐπὶ τ ποταμὸν τ μέγαν τ Εὐφράτην· καὶ ἐξη
ράνθη τὸ ὕδωρ αὐτοῦ,ἵνα ἑτοιμασθῇ ἡ ὁδὸς τῶν
βασιλέων τ ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου.

καὶ εἶδον ἐκ τοῦ στόματος τοῦ δράκοντος,καὶ
ἐκ τοῦ στόματος τοῦ θηρίου,καὶ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ
ψευδοπροφήτου πνεύματα τρία ἀκάθαρτα,
ὅμοια βατράχοις.

IN CAPVT XVI.

3 Factumque est καὶ ἐγένετο. Id est uersum est in sanguinem,& eum quidem putrem ac sanios um, qualis est in ca daueribus mortuorum. Quodcunque animal πᾶσα ψυχή. Heb. כל נפש Id est omnis anima, pro omni amante. qui Hebraismus hoc in loco mihi uisus est obscurior. 9 Vt darent, &c. δοῦναι, &c. Vide suprà 11. c. 13.

14 Quique abeunt ἃ ἐκπορεύονται. Sic legit Arethas, Complutensis codex, cum aliis duobus ex nostris: & legendum esse res ipsa ostendit. Erat ut procedant, ἐκπορεύεσθαι.

A εἰσὶ γὰρ πνεύματα δαιμόνων ποιοῦντα σημεῖα
ἃ ἐκπορεύεται ἐπὶ τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ τῆς οἰκουμένης ὅλης, συναγαγεῖν αὐτοὺς εἰς τὸν
πόλεμον τῆς ἡμέρας ἐκείνης τῆς μεγάλης τοῦ θεοῦ τοῦ παντοκράτορος.
ἰδοὺ ἔρχομαι ὡς κλέπτης, μακάριος ὁ γρηγορῶν καὶ τηρῶν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ἵνα μὴ γυμνὸς περιπατῇ, καὶ βλέπωσι τὴν ἀσχημοσύνην αὐτοῦ.
καὶ συνήγαγεν αὐτοὺς εἰς τὸν τόπον τὸν καλούμενον ἑβραϊστὶ ἁρμαγεδών.
καὶ ὁ ἕβδομος ἐξέχεεν τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὸν ἀέρα. καὶ ἐξῆλθεν φωνὴ μεγάλη ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ οὐρανοῦ, ἀπὸ τοῦ θρόνου, λέγουσα· γέγονε.
καὶ ἐγένοντο φωναὶ καὶ βρονταὶ καὶ ἀστραπαί, καὶ σεισμὸς ἐγένετο μέγας, οἷος οὐκ ἐγένετο ἀφ' οὗ οἱ ἄνθρωποι ἐγένοντο ἐπὶ τῆς γῆς, τηλικοῦτος σεισμὸς οὕτω μέγας.
B καὶ ἐγένετο ἡ πόλις ἡ μεγάλη εἰς τρία μέρη, καὶ αἱ πόλεις τῶν ἐθνῶν ἔπεσον· καὶ Βαβυλὼν ἡ μεγάλη ἐμνήσθη ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, δοῦναι αὐτῇ τὸ ποτήριον τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ.
καὶ πᾶσα νῆσος ἔφυγε, καὶ ὄρη οὐχ εὑρέθησαν.
καὶ χάλαζα μεγάλη ὡς ταλαντιαία καταβαίνει ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους· καὶ ἐβλασφήμησαν οἱ ἄνθρωποι τὸν θεὸν ἐκ τῆς πληγῆς τῆς χαλάζης, ὅτι μεγάλη ἐστὶν ἡ πληγὴ αὐτῆς σφόδρα.

14 Sunt enim spiritus dæmoniorum ij qui edunt signa, quiq; abeunt ad Reges terræ & totius mundi, ut congregent eos ad prelium magni illius diei Dei omnipotentis.
15 Ecce uenio ut fur. Beatus qui uigilat & custodit uestimenta sua, ne nudus ambulet, & uideantur uerenda ipsius.
16 Congregarunt igitur eos in locum qui uocatur Hebraice Arma-gedon.
17 Tum septimus Angelus effudit phialam suam in aërem: & prodijt uox magna è templo cæli à throno, dicens, Factum est.
18 Factiq; sunt sonitus, & fulgura, & tonitrua & terræmotus factus est magnus, qualis nunquam fuit ex quo homines fuerunt super terram, terræmotus *inquam* adeo magnus.
19 Et dirupta est urbs illa magna in tres partes, & ciuitates Gentium ceciderunt, & Babylon magna uenit in memoriã ante Deũ, ut ꝓberet ei poculũ uini indignationis iræ suæ.
20 Et oĩs insula fugit, & mõtes nõ sunt inuenĩti.
21 Et grando magna, quasi talentaria, descẽdit è cælo in homines: & blasphemarunt Deum homines: propter plagam grandinis: quoniã magna fuit plaga eius uehementer.

ΚΕΦΑΛ. ιζ.

Καὶ ἦλθεν εἷς ἐκ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων τῶν ἐχόντων τὰς ἑπτὰ φιάλας, καὶ ἐλάλησε μετ' ἐμοῦ, λέγων μοι· δεῦρο, δείξω σοι τὸ κρίμα τῆς πόρνης τῆς μεγάλης, τῆς καθημένης ἐπὶ τῶν ὑδάτων τῶν πολλῶν,
μεθ' ἧς ἐπόρνευσαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ ἐμεθύσθησαν οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν ἐκ τοῦ οἴνου τῆς πορνείας αὐτῆς.

CAP. XVII.

1 VNum uenit unus ex septem Angelis, qui habebant septem phialas, & loquutus est mecum, dicens mihi, Heus tu, ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quę sedet super aquas multas:
2 Cum qua scortati sunt Reges terræ, & cuius scortationis uino inebriati sunt incolæ terræ.

15 Ecce uenio, &c. ἰδοὺ ἔρχομαι. Hic ingenue fateor uidere me nõ posse qui cõueniat totus hic uersiculus huic loco. Etsi enim in Prophetis interdũ soleãt nõ prsus dissimilia occurrere, mõ t. Propheta, mõ Deo ipso interloquẽte. tñ nihil eiusmodi in hoc libro occurrit, nisi addita præfatione. Deinde nusquam adhuc introductus est loquens Christus ipse, ad quẽ tñ omnino ista referẽda sunt: nisi in prima illa uisione quæ septẽ epistolas cõtinet. Postremõ, si uersiculũ .xv. imũ. i. 16. cõiunxeris cũ superiore nẽpe cũ 14. uidebis perpetuã esse narrationẽ, quæ interiectione istius abrũpatur. Absit tñ ut ego quicquã hic audeã ex nuda cõiectura. Tantum dico, mihi omnino uideri hunc uersiculũ inserendũ capiti tertio post uersiculũ 18. q uerò sit factũ ut in hũc locũ irrepserit, cõcere nõdum potui. Sed & similem alterã trãspositionẽ obseruauimus infrà 18. e. 14. 16 Arma-gedon Αρμαγεδών. Heb. ערבות גערון pro quo cor rupte legitur Αρμαγεδδών, & apud Arethan Ερμαγεδών. Dici enim nõ pot ꝙ corruptè scripta sint Hebræa pleraque uocabula in Græcis exẽplaribus: ut in hoc quidẽ explicando mihi planè diumandũ fuerit. Est igitur, ut opinor, ita legendum ut nos scripsimus. quod ẽt indicat Arethæ interpretatio. sed admodũ obscurè, ab ערבות q. d. aſſtutiã declarat, & גדרון ficto nomine à גדע quod excidere significat, quasi aſſtutiam excidij dicas, fraude s. dæmonũ Regib. & principibus ad eũ locũ adductis, ubi futurũ est ut excidio pereãt, uti explicatur infrà 19. d. 21. Vsitatũ enim ẽ Hebræis ab eiusmodi euentibus locos cognominare. & quod attinet ad γεδδών quod Hebraicè diximus scribi גדעון, constat Græcos nõ posse ulla sua litera exprimere gutturalẽ ע quã idcirco prætermiserũt, sola nominis terminatione seruata, sicut à חשבון fit חשבון. 19 Et dirupta est καὶ ἐγένετο. Heb. ויהי & facta est, ut Vetus interpres & Erasmus conuerterunt ad uerbum. Nam ויהי uerbũ Græci solẽt exprimere per γίνομαι. sed spectandũ quid cui loco conueniat. Indignationis iræ τῆ θυμῆ τῆς ὀργῆς Hebraica geminatio quàm alias sæpe annotauimus. 20 Non sunt inuenti οὐχ εὑρέθησαν i. disparuerint. Sic enim Græci solent explicare formulã illam Hebræis familiarem ויאבד i. & non ipsi, ut Gen. 5. c. 4. 21 Quasi talentaria, ὡς ταλαντιαία. Id est, quasi talenti pondo, uti apud Suidam ταλαντιαῖος λίθος uocant lapides talenti pondo. & Nonius ex Sisenna balistas talentarias uocat, quæ nimirum lapides talenti pondo iaculabantur. Duplex enim erat talentum, unum nummarium, alterum ponderale, de quo hic agimus: utrunque sexaginta minarum, id est sexcentarum drachmarum pondo: ut ostendit harum rerũ, meo quidem iudicio, peritissimus ac eruditissimus scriptor Georgius Agricola. quanquã hoc in loco minimè uidentur ista exquisitè expendenda: quũ ingens duntaxat & in auditum grandinis pondus significetur. Sed apud Hebræos כבר interdum declarat talentum. interdum uero quod in uernaculo sermone dicimus *une miche de pain*. ut fortasis ταλαντιαία grando dicatur non à pondere, sed à magnitudine, quæ solidum panem æquaret.

IN CAPVT XVII.

Quumq; me per ſpiritum in deſertum trā ſtulillet.uidi mulierem inſidentē beſtiæ coccinæ. plenæ nominibus blaſphemię,habenti capita ſeptem,& cornua decem.

Erat autem mulier illa amicta purpura & cocco,& inaurata auro & lapidibus pretioſis & margaritis, habens poculū aureum in manu ſua plenum abominationibus & immunditia ſcortationis ſuæ.

Et in fronte ſuo nomen ſcriptum,Myſterium,Babylon magna,mater ſcortationum & abominationum terræ.

Et uidi mulierem illam ebriam ſanguine Sanctorum & ſanguine martyrū Ieſu:& miratus ſum,quum uiderem illam, admiratione magna.

Tunc dixit mihi Angelus,Quare miraris? ego dicam tibi myſterium mulieris,& beſtię quæ portat eam,quæ habet capita ſeptem & cornua decem.

Beſtia quam uidiſti,fuit,& non eſt: & aſcēſura eſt ex abyſſo,& in exitiū abitura:& mirabuntur incolæ terræ,(quorum nomina ſcripta non ſunt in Libro uitæ à iactismundi fundamentis)uidentes beſtiam quæ erat,& non eſt,& tamen eſt.

Hic eſt mens quæ habet ſapientiam, Septem capitā, ſeptem montes ſunt ſuper quos mulier ſedet,& Reges ſeptem ſunt.

Quinq; ceciderunt:unus eſt, & alius nō dum uenit: & quum uenerit,oportet illum breue tempus manere.

Beſtia autem quæ erat,& non eſt, is octauus eſt,& è ſeptem eſt,& in exitium abit:

Decem autem cornua quæ uidiſti,decem Reges ſunt,qui regnum nondum acceperūt, ſed poteſtatem tāquam Reges una horaaccipient cum beſtia.

Hi unum conſilium habent,& uires ac poteſtatem ſuam beſtiæ tradent.

Hi cum Agno pugnabunt,& Agnus uincet eos: quoniam Dominus dominorū eſt, & Rex regum:& qui cum eo ſunt, uocati, & electi,& fideles.

3 καὶ ἀπήνεγκέμε εἰς ἔρημον ἐν πνεύματι· καὶ A
εἶδον γυναῖκα καθημένην ἐπὶ θηρίον κόκκινον,
γέμον ὀνομάτων βλασφημίας ἔχον κεφαλὰς ἑπτὰ,
& κέρατα δέκα.

4 καὶ ἡ γυνὴ ἦν περιβεβλημένη πορφύρᾳ & κοκκίνῳ, καὶ κεχρυσωμένη χρυσῷ & λίθῳ τιμίῳ καὶ
μαργαρίταις, ἔχουσα χρυσοῦν ποτήριον ἐν τῇ
χειρὶ αὐτῆς, γέμον βδελυγμάτων & ἀκαθάρτητος πορνείας αὐτῆς.

5 καὶ ἐπὶ τὸ μέτωπον αὐτῆς ὄνομα γεγραμμένον. μυστήριον, Βαβυλὼν ἡ μεγάλη ἡ μήτηρ τῶν
πορνῶν καὶ τῶν βδελυγμάτων τῆς γῆς.

6 καὶ εἶδον τὴν γυναῖκα μεθύουσαν ἐκ τοῦ αἵματος τῶν ἁγίων, καὶ ἐκ τοῦ αἵματος τῶν μαρτύρων
Ἰησοῦ· & ἐθαύμασα ἰδὼν αὐτὴν θαῦμα μέγα.

7 καὶ εἶπέ μοι ὁ ἄγγελος, διατί ἐθαύμασας; ἐγώ σοι ἐρῶ τὸ μυστήριον τῆς γυναικὸς, καὶ τοῦ θηρίου
τοῦ βαστάζοντος αὐτὴν, τοῦ ἔχοντος τὰς ἑπτὰ κεφα B
λὰς καὶ τὰ δέκα κέρατα.

8 Θηρίον ὃ εἶδες, ἦν, καὶ οὐκ ἔστι, & μέλλει ἀναβαίνειν ἐκ τῆς ἀβύσσου, & εἰς ἀπώλειαν ὑπάγειν· &
θαυμάζονται οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς, (ὧν οὐ
γέγραπται τὰ ὀνόματα ἐπὶ τὸ βιβλίον τῆς ζωῆς,
ἀπὸ καταβολῆς κόσμου,) βλεπόντων τὸ θηρίον,
ὅτι ἦν, καὶ οὐκ ἔστι, καὶ παρέσται.

9 Ὧδε ὁ νοῦς ὁ ἔχων σοφίαν. αἱ ἑπτὰ κεφαλαί,
ὄρη εἰσὶν ἑπτὰ, ὅπου ἡ γυνὴ κάθηται ἐπ' αὐτῶν,
καὶ βασιλεῖς ἑπτά εἰσιν.

10 οἱ πέντε ἔπεσαν, καὶ ὁ εἷς ἐστιν, ὁ ἄλλος οὔπω
ἦλθε· & ὅταν ἔλθῃ, ὀλίγον αὐτὸν δεῖ μεῖναι.

11 καὶ τὸ θηρίον ὃ ἦν, καὶ οὐκ ἔστι, καὶ αὐτὸς ὄγδοός ἐστι, καὶ ἐκ τῶν ἑπτά ἐστι, καὶ εἰς ἀπώλειαν ὑπάγει. C

12 καὶ τὰ δέκα κέρατα ἃ εἶδες, δέκα βασιλεῖς εἰσιν, οἵτινες βασιλείαν οὔπω ἔλαβον, ἀλλ' ἐξουσίαν ὡς βασιλεῖς μίαν ὥραν λαμβάνουσι μετὰ
τοῦ θηρίου.

13 οὗτοι μίαν γνώμην ἔχουσι, & τὴν δύναμιν, καὶ
τὴν ἐξουσίαν ἑαυτῶν τῷ θηρίῳ διδόασι.

14 οὗτοι μετὰ τοῦ ἀρνίου πολεμήσουσι, καὶ τὸ ἀρνίον νικήσει αὐτοὺς, ὅτι κύριος κυρίων ἐστὶ, & βασιλεὺς βασιλέων, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ κλητοὶ καὶ ἐκλεκτοὶ καὶ πιστοί.

3 Coccinnæ κόκκινον. Id eſt coccino colore. Nec temerè ſanè factum eſt ut hic potiſſimum color Romanæ curiæ placuerit: qua de re non pigebit etiam noſtrum quoddam epigramma ſubnectere.

Semiuiros quicunque Patres radiante galero
Conſpicis, & rubræ fyrmata longa togæ:
Crede mihi, nullo ſaturatas murice ueſtes,
Diuite nec cocco pallia tincta uides.
Sed quæ rubra uides, ſanctorum cæde uirorum,
Et merſa infonti tota cruore madent.
Aut memor iſtorum quæ celet crimina ueſtis
Pro dominis iuſto tacta pudore rubet.

8 Et tamen eſt. καὶ πάρεσται. Hanc lectionem maximè probo. Vetus tamen interpres hoc non legit. Arethas uerò, Complutenſis codex, & alij duo uetuſti ſcriptum habent καὶ παρέσται, & aderit.

Septem

A Καὶ λέγει μοι· τὰ ὕδατα ἃ εἶδες, οὗ ἡ πόρνη κάθηται, λαοὶ καὶ ὄχλοι εἰσὶ, καὶ ἔθνη καὶ γλῶσσαι,

καὶ τὰ κέρατα ἃ εἶδες ἐπὶ τὸ θηρίον, οὗτοι μισήσουσι τὴν πόρνην, καὶ ἠρημωμένην ποιήσουσιν αὐτὴν, καὶ γυμνὴν, καὶ τὰς σάρκας αὐτῆς φάγονται, καὶ αὐτὴν κατακαύσουσιν ἐν πυρί.

ὁ γὰρ θεὸς ἔδωκεν εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν ποιῆσαι τὴν γνώμην αὐτοῦ, καὶ ποιῆσαι μίαν γνώμην, καὶ δοῦναι τὴν βασιλείαν αὐτῶν τῷ θηρίῳ, ἄχρις τελεσθῶσιν τὰ ῥήματα τοῦ θεοῦ.

καὶ ἡ γυνὴ ἣν εἶδες, ἔστιν ἡ πόλις ἡ μεγάλη ἡ ἔχουσα βασιλείαν ἐπὶ τῶν βασιλέων τῆς γῆς.

ΚΕΦΑΛ. ιη.

Καὶ μετὰ τοῦτο εἶδον ἄγγελον καταβαίνοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἔχοντα ἐξουσίαν μεγάλην, καὶ ἡ γῆ ἐφωτίσθη ἐκ τῆς δόξης αὐτοῦ,

καὶ ἔκραξεν ἐν ἰσχυρᾷ φωνῇ μεγάλῃ λέγων· ἔπεσεν ἔπεσε Βαβυλὼν ἡ μεγάλη, καὶ ἐγένετο B κατοικητήριον δαιμόνων, καὶ φυλακὴ παντὸς πνεύματος ἀκαθάρτου, καὶ φυλακὴ παντὸς ὀρνέου ἀκαθάρτου καὶ μεμισημένου.

ὅτι ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς πορνείας αὐτῆς πέπωκαν πάντα τὰ ἔθνη, καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς μετ' αὐτῆς ἐπόρνευσαν, καὶ οἱ ἔμποροι τῆς γῆς ἐκ τῆς δυνάμεως τοῦ στρήνους αὐτῆς ἐπλούτησαν.

καὶ ἤκουσα ἄλλην φωνὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λέγουσαν· ἐξέλθετε ὁ λαός μου ἐξ αὐτῆς, ἵνα μὴ συγκοινωνήσητε ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῆς, καὶ ἵνα μὴ λάβητε ἐκ τῶν πληγῶν αὐτῆς,

ὅτι ἐκολλήθησαν αὐτῆς αἱ ἁμαρτίαι ἄχρι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐμνημόνευσεν ὁ θεὸς τὰ ἀδικήματα αὐτῆς.

ἀπόδοτε αὐτῇ ὡς καὶ αὐτὴ ἀπέδωκεν ὑμῖν, C καὶ διπλώσατε αὐτῇ διπλᾶ κατὰ τὰ ἔργα αὐτῆς· ἐν τῷ ποτηρίῳ ᾧ ἐκέρασε, κεράσατε αὐτῇ διπλοῦν.

ὅσα ἐδόξασεν ἑαυτὴν καὶ ἐστρηνίασε, τοσοῦτον 7 δότε αὐτῇ βασανισμὸν καὶ πένθος· ὅτι ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς λέγει· κάθημαι βασίλισσα, καὶ χήρα οὐκ εἰμὶ, καὶ πένθος οὐ μὴ ἴδω,

15 Deinde dixit mihi, Aquæ quas uidisti, ubi meretrix sedet, populi sunt, & turbæ, & gentes, & linguæ.

16 Et decem cornua quæ uidisti in bestia, hi odio persequentur meretricem, & solã redent illam & nudam, & carnes eius comedent, & ipsam igne exurent.

17 Deus enim dedit in corda eorum ut faciant quod placitũ est ei, & ut consentiant, dentq; regnum suum bestiæ, donec cõpleãtur uerba Dei.

18 Et mulier quam uidisti, est urbs illa magna quæ habet regnum super Reges terræ.

CAP. XVIII.

1 ET posthæc uidi alium Angelum descẽdentem è cælo, habentem potestatem magnam: adeòut terra resplenduerit gloria eius.

2 Exclamauit autem uehemẽteruoce magna, dicens, Cecidit, cecidit Babylon illa magna, & facta est domicilium dæmoniorum, & custodia omnis spiritus impuri, & custodia omnis uolucris immundæ & inuisæ:

3 Quia ex uino iræ scortationis eius biberunt omnes gentes, & Reges terræ cum ea scortati sunt: & mercatores terræopibus deliciarum eius diuites facti sunt.

4 Et audiui aliam uocem è cælo dicẽtem, Exite ex ea populemi, ne participes sitis peccatorum eius, & de plagis eius ne participetis.

5 Nam accumulata peccata eius pertigerant usq; in cælum: & recordatus est Deus scelerum eius.

6 Reddite ei sicut & ipsa reddidit uobis: & duplicate ei duplum secundum opera eius: in poculo quod propinauit, propinate ei duplum.

7 Quantum glorificauit sese & luxuriata est, tantum date ei cruciatum & luctũ: quia in corde suo dicit, Sedeo regina, nec sum uidua, nec luctum uidebo.

9 Septem montes ἑπτὰ ὄρη. Notum est etiam pueris de qua urbe scripserit Vergilius, Septemque una sibi muro circundedit arces. Illa scilicet quæ quum hæc scriberet Iohannes, habebat regnum super Reges terræ: erat & non est, & tamen adhuc est, sed ad exitium tendit.

IN CAPVT XVIII.

2 Vehementer ἐν ἰσχυρᾷ. Heb. בחזקה ut nos in uernaculo dicimus *de force*. Vulg. in fortitudine. Erasmus nihilo melius, per fortitudinem.

3 Vino iræ, &c. ἐκ τοῦ οἴνου, &c. Vide suprà 14. b. 7. Operibus ἐκ τῆς δυνάμεως. Siue opulentia. Δύναμις enim hoc in loco idem declarat atque חיל apud Hebræos.

5 Accumulata pertigerunt ἐκολλήθησαν. Vulgata, & Erasmus peruenerunt: non satis expresse. Vsus enim est uerbo ἀκολουθεῖν quo significatur peccata mutuò sese consequentia, & alia nascentia ex alijs, in eum tandem cumulũ excreuisse, ut ad cœlum usque pertigerint.

7 In corde suo ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς Heb. בלבה. pro secum, siue apud se. Nec sum uidua, καὶ χήρα οὐκ εἰμί. i. potulosa sum ac potens. Est enim liptote Hebræis familiaris, ut dixiuius suprà 12. 11. Videbo ὃ μὴ ἴδω. i. sentiam & experiar, ut alibi exposuimus ex Hebræorum idiotismo.

Ideo una die uenient plagæ eius, mors & luctus, & fames: & igne exuretur: quia ualidus est Dominus Deus, qui damnabit eam.

Tum flebunt eam & plangent super ea 9 Reges terræ, qui cum illa scortati & luxuriati sunt, quum uiderint fumum incendij eius,

Eminus stantes propter timorem cru- 10 ciatus eius & dicentes, Vah, uah, Magna illa urbs Babylon, urbs illa ualida cuius una hora uenit iudicium.

Sed & mercatores terræ flebunt & luge 11 bunt super ea: quoniam merces eorum nemo emit amplius.

Merces auri, & argenti, & lapidis pretio 12 si, margaritarum, byssi, purpuræ, serici & cocci, & omne lignum thyinũ, & omne uas eburneum, & omne uas ex ligno pretiosissimo, & ære, & ferro, & marmore:

Et cinnamomum, & suffitus, & unguen 13 tum, & thus: & uinum, & oleum, & similã, & triticum, & iumenta, & oues, & equorũ *merces*, & rhedarum, & mãcipiorum, & animas hominum.

Et fructus desiderij animæ tuæ abierunt 14 à te: & omnia pinguia & præclara abierunt à te: nec amplius ea inuenies.

Harum *inquam* rerum mercatores diuites 15 facti, procul ab ea stabunt, propter timorẽ cruciatus eius, flentes ac lugentes,

Et dicentes, Vah, uah, Ciuitas illa magna, 16 quæ amicta erat bysso, & purpura, & cocco, & deaurata erat auro, & lapidibus pretiosis, & margaritis:

Quinam una hora destitutæ sunt tantæ 17 diuitiæ? Sed & omnes gubernatores, & omnis in nauibus uersantium turba, & nautæ, & quotquot ex mari quæstum faciunt, longè stabunt:

8 ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ. Id est breui, & uno eodemque tempore.

12 Thyinum, θύϊνον, Ita Vulgata editio conuertit lignum quod ab Hebræis אלמגים uocatur, 1. Reg. 10. b. 11. ex Græca interpretatione, ut opinor. quanuis ea quæ nũc extat sub septuaginta interpretum nomine, non θύϊνα, sed ἀσπάλαθα, id est non dolata, conuerterit. Dioscorides thyini ligni meminit libro primo: sed quid illud sit, planè ignoro. 13 Rhedarum, ῥεδῶν. Id est lecticarum, quibus Romæ etiamnum hodie uehuntur nobilia præsertim scorta. Est autem Gallicum uocabulum, quod postea usurpatum est à Romanis, & tandem ad Græcos etiam transiit, ut alia pleraque à nobis annotata Math. 5. d. 26. Animas hominum. ψυχὰς ἀνθρώπων. Hæc uerò est apud illos uilissimi pretij merces, quam tamen Filius Dei suo sanguine redimendam putauit. Vide 2. Pet. 2. a. 3.

14 Et fructus Καὶ ἡ ὀπώρα. Id est fructus illi suauissimi quos toto animo expetebas. Cæterùm idem hic accidisse puto, quod suprà 16. c. 15, ut transpositus sit iste uersiculus. Nam prorsus cohæret uersiculus proximus. id est 15 cum superioribus, adeò ut prorsus sit interruptanarratio. Quòd si hunc uersiculum subieceris uersiculo 23. tum demum uidebis quàm bene omnia cohærebunt: nempe hoc modo, Et fructus desiderij animæ tuæ, &c. & amplius illa non inuenies. Sed in ea sanguis Prophetarum & Sanctorum inuentus est, &c. Mihi tamen religio fuit quicquam mutare, ex nuda coniectura. Hoc quidem certum est, ualde negligenter habitum hunc librum à plerisque, quòd de eius authoritate dubitarent, astutia nimirum Satanæ singulari, ne hæc mysteria suo tempore patefierent.

15 Harum *inquam* rerum mercatores Οἱ ἔμποροι τούτων. Manifesta est epanalepsis, propter longum interiectum catalogum.

17 Qui

8 διὰ τοῦτο ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἥξουσιν αἱ πληγαὶ αὐτῆς, θάνατος καὶ πένθος καὶ λιμός, καὶ ἐν πυρὶ κατακαυθήσεται, ὅτι ἰσχυρὸς κύριος ὁ θεὸς ὁ κρίνας αὐτήν.

καὶ κλαύσονται αὐτὴν, καὶ κόψονται ἐπ' αὐτὴν οἱ βασιλῆς τῆς γῆς οἱ μετ' αὐτῆς πορνεύσαντες καὶ στρηνιάσαντες, ὅταν βλέπωσι τὸν καπνὸν τῆς πυρώσεως αὐτῆς,

ἀπὸ μακρόθεν ἑστηκότες διὰ τὸν φόβον τοῦ βασανισμοῦ αὐτῆς, λέγοντες· οὐαὶ οὐαὶ ἡ πόλις ἡ μεγάλη Βαβυλὼν, ἡ πόλις ἡ ἰσχυρά, ὅτι ἐν μιᾷ ὥρᾳ ἦλθεν ἡ κρίσις σου.

καὶ οἱ ἔμποροι τῆς γῆς κλαίουσι καὶ πενθοῦσιν ἐπ' αὐτῇ, ὅτι τὸν γόμον αὐτῶν οὐδεὶς ἀγοράζει οὐκέτι.

γόμον χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ λίθου τιμίου, καὶ μαργαρίτου καὶ βύσσου καὶ πορφύρας καὶ σηρικοῦ καὶ κοκκίνου καὶ πᾶν ξύλον θύϊνον, καὶ πᾶν σκεῦος ἐλεφάντινον, καὶ πᾶν σκεῦος ἐκ ξύλου τιμιωτάτου καὶ χαλκοῦ καὶ σιδήρου καὶ μαρμάρου,

καὶ κινάμωμον καὶ θυμιάματα καὶ μύρον καὶ λίβανον καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον καὶ σεμίδαλιν καὶ σῖτον καὶ κτήνη καὶ πρόβατα, καὶ ἵππων καὶ ῥεδῶν, καὶ σωμάτων, καὶ ψυχὰς ἀνθρώπων.

καὶ ἡ ὀπώρα τῆς ἐπιθυμίας τῆς ψυχῆς σου ἀπῆλθεν ἀπὸ σοῦ, καὶ πάντα τὰ λιπαρὰ καὶ τὰ λαμπρὰ ἀπῆλθεν ἀπὸ σοῦ, καὶ οὐκέτι οὐ μὴ εὑρήσουσιν αὐτά.

οἱ ἔμποροι τούτων οἱ πλουτήσαντες ἀπ' αὐτῆς ἀπὸ μακρόθεν στήσονται διὰ τὸν φόβον τοῦ βασανισμοῦ αὐτῆς, κλαίοντες καὶ πενθοῦντες,

καὶ λέγοντες· οὐαὶ οὐαὶ ἡ πόλις ἡ μεγάλη ἡ περιβεβλημένη βύσσινον καὶ πορφυροῦν καὶ κόκκινον, καὶ κεχρυσωμένη χρυσῷ καὶ λίθῳ τιμίῳ καὶ μαργαρίτῃ,

ὅτι μιᾷ ὥρᾳ ἠρημώθη ὁ τοσοῦτος πλοῦτος. καὶ πᾶς κυβερνήτης, καὶ πᾶς ὁ τόπος τὸ πλοῖον ὁ ὅμιλος, καὶ ναῦται, καὶ ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργάζονται, ἀπὸ μακρόθεν ἔστησαν,

A καὶ ἔκραζον, ὁρῶντες τὸν καπνὸν τῆς πυρώσεως αὐτῆς, λέγοντες· τίς ὁμοία τῇ πόλει τῇ μεγάλῃ;

18 Et clamabunt, uidentes fumum incẽdij eius, & dicent, Quæ similis *erat* urbi isti magnæ?

καὶ ἔβαλον χοῦν ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ ἔκραζον κλαίοντες καὶ πενθοῦντες, λέγουσαι· οὐαὶ οὐαὶ ἡ πόλις ἡ μεγάλη, ἐν ᾗ ἐπλούτησαν πάντες οἱ ἔχοντες πλοῖα ἐν τῇ θαλάσσῃ, ἐκ τῆς τιμιότητος αὐτῆς, ὅτι μιᾷ ὥρᾳ ἠρημώθη.

19 Et iniecto capitibus puluere, clamabũt flentes ac lugentes, & dicentes, Vah, uah, urbs illa magna, in qua diuites facti sunt omnes qui habebãt naues in mari, pretijs eius, quæ una hora desolata est.

εὐφραίνου ἐπ' αὐτῇ οὐρανὲ, καὶ οἱ ἅγιοι καὶ οἱ ἀπόστολοι, καὶ οἱ προφῆται, ὅτι ἔκρινεν ὁ θεὸς τὸ κρῖμα ὑμῶν ἐξ αὐτῆς.

20 Exulta super eam cælum, & sancti Apostoli & Prophetæ, quoniam sumpsit pœnas Deus, uestræ ultionis causa, de illa.

καὶ ἦρεν εἷς ἄγγελος ἰσχυρὸς λίθον ὡς μύλον μέγαν, καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν θάλασσαν, λέγων· οὕτως ὁρμήματι βληθήσεται Βαβυλὼν ἡ μεγάλη πόλις, καὶ οὐ μὴ εὑρεθῇ ἔτι.

21 Tum sustulit quidam Angelus fortis lapidẽ instar molæ magnæ, & proiecit in mare, dicens, Ita cum impetu proijcietur Babylõ urbs illa magna, nec amplius inuenietur.

καὶ φωνὴ κιθαρῳδῶν καὶ μουσικῶν καὶ αὐλητῶν καὶ

B σαλπιστῶν οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι· καὶ πᾶς τεχνίτης πάσης τέχνης οὐ μὴ εὑρεθῇ ἐν σοὶ ἔτι· καὶ φωνὴ μύλου οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι·

22 Et uox citharœdorum & musicorum & tibicinum & tubarum non audietur in te amplius: nec ullus artifex cuiuscunq; artis inuenietur in te amplius: & sonitꝰ molæ nõ audietur in te amplius:

καὶ φῶς λύχνου οὐ μὴ φανῇ ἐν σοὶ ἔτι· καὶ φωνὴ νυμφίου καὶ νύμφης οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι· ὅτι οἱ ἔμποροί σου ἦσαν οἱ μεγιστᾶνες τῆς γῆς, ὅτι ἐν τῇ φαρμακείᾳ σου ἐπλανήθησαν πάντα τὰ ἔθνη,

23 Et lux lucernæ nõ lucebit in te amplius, & uox sponsi & sponsæ non audietur amplius in te, cuius mercatores erant proceres terræ, & cuius ueneficijs seductæ sunt omnes gentes.

καὶ ἐν αὐτῇ αἷμα προφητῶν καὶ ἁγίων εὑρέθη, καὶ πάντων τῶν ἐσφαγμένων ἐπὶ τῆς γῆς.

24 Sed in ea sanguis Prophetarum & Sanctorum inuentus est, & omnium qui mactati sunt in terra.

ΚΕΦΑΛ. ιθ.

CAP. XIX.

Καὶ μετὰ ταῦτα ἤκουσα φωνὴν ὄχλου πολλοῦ μεγάλην ἐν τῷ οὐρανῷ, λεγόντων· ἀλληλουϊα· ἡ σωτηρία καὶ ἡ δόξα καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ δύναμις κυρίῳ τῷ θεῷ ἡμῶν,

1 Post hæc audiui uocem magnam turbæ multæ in cælo dicentis Halleluia: salus, & honor, & gloria, & uirtus Domino Deo nostro *est*:

C ὅτι ἀληθιναὶ καὶ δίκαιαι αἱ κρίσεις αὐτοῦ, ὅτι ἔκρινε τὴν πόρνην τὴν μεγάλην, ἥτις ἔφθειρε τὴν γῆν ἐν τῇ πορνείᾳ αὐτῆς, καὶ ἐξεδίκησε τὸ αἷμα τῶν δούλων αὐτοῦ ἐκ χειρὸς αὐτῆς.

2 Quia uera & iusta iudicia eius, & meretricem illam magnam quæ corrupit terram scortatione sua, damnauit, & uindicauit sãguinem seruorum suorum ex manu eius.

καὶ δεύτερον εἴρηκαν· ἀλληλουϊα. καὶ ὁ καπνὸς αὐτῆς ἀναβαίνει εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

3 Deinde secundo dixerunt, Halleluia: & fumus eius ascendit in secula seculorum.

καὶ ἔπεσαν οἱ πρεσβύτεροι οἱ εἴκοσι καὶ τέσσαρες, καὶ τὰ τέσσαρα ζῶα, καὶ προσεκύνησαν τῷ θεῷ τῷ καθημένῳ ἐπὶ τῷ θρόνῳ, λέγοντες· ἀμὴν· ἀλληλουϊα.

4 Et prociderunt uigintiquatuor Senes & quatuor animalia, & adorauerũt Deum insidentem Throno, dicentes, Amen, Halleluia.

17 Qui ex mari quæstũ faciunt, *διὰ ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργάζονται.* Ἐργάζεσθαι accipiunt Græci pro eo quod Latini dicunt, facere, ut præconium facere, Argentariam facere, Medicinam facere, & similia. Stabunt, *ἔστησαν.* Præteritum pro futuro, Prophetarum more.

20 Sumpsit pœnas uestræ ultionis causa, *ἔκρινεν τὸ κρῖμα ὑμῶν.* Vulg. & Eras. ad uerbum, iudicauit uestrum iudicium, seruato Hebraismo.

21 Nec amplius inuenietur, *διὰ τὸ μὴ εὑρεθῆναι ἔτι*, Id est disparebit. Vide suprà 12. b. 8.

23 Omnes gentes, &c. *πάντα τὰ ἔθνη* &c. Vide suprà uers. 14.

IN CAPVT XIX.

1 Halleluia: *Ἀλληλούϊα.* Id est Laudate Dominum. Est autem hoc quoque unum ex ijs quæ ab ijs qui ex Circũcisione crediderant, ad Græcos manarunt, & à Græcis demum ad Latinos, ut alia nonnulla. Salus *ἡ σωτηρία* Vide suprà 7. c. 10.

3 Et fumus eius, &c. *καὶ ὁ καπνὸς αὐτῆς*, &c. Mihi uidetur hæc particula superiori uerficulo commodius posse attexi, post *ἐκ χειρὸς αὐτῆς*, ex manu eius.

Tum uox è Throno prodijt, dicens, Laudate Deum noſtrũ omnes ſerui eius, & qui timetis eum parui & magni.

Et audiui tanquam ſonitum turbæ multæ, & tanquam ſonitum aquarum multarũ, & tanquam ſonitum tonitruorum magnorum, dicentium, Halleluia: quoniam regnauit Dominus Deus ille noſter omnipotẽs,

Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei: quia uenerũt nuptiæ Agni, & uxor eius parauit ſe.

Et datum eſt ei ut amiciatur byſſo puro, & ſplendido: byſſus enim iuſtificationes ſunt Sanctorum.

Tum dixit mihi, Scribe, Beati qui ad cœnam nuptiarum uocati ſunt. Et dixit mihi, Hæc uerba Dei uera ſunt.

Et cecidi ante pedes eius, ut adorarem eum. ſed dixit mihi, Vide ne feceris: conſeruus tuus ſum *unus* ex fratrib. tuis qui habẽt teſtimonium Ieſu. Deum adora: teſtimoniũ enim Ieſu eſt Spiritus prophetiæ.

Deinde uidi cælum apertum, & ecce *aſſuit* equus albus: & qui ſedebat ſuper eum, uocabatur Fidelis & uerax, & *qui* iuſtè iudicat & pugnat.

Oculi autem eius *erant* tanquam flamma ignis: & in capite eius diademata multa: *habebát* que nomen ſcriptũ quod nemo nouit niſi ipſe.

Et amictus erat ueſte tincta ſanguine: uocaturq; nomen eius Sermo Dei.

Exercitus autem qui ſunt in cælo, ſequebantur eum equis albis, ueſtiti byſſo albo & puro.

Et ex ore eius prodibat gladius acutus, ut eo percutiat gentes. ipſe enim reget eas uirga ferrea, ipſe enim eſt qui calcat lacum uini furoris & iræ Dei omnipotentis.

Habebatq; in ueſtimento & in femore ſuo nomen ſcriptum, Rex regum, & Dominus dominantium.

Tũc uidi *quendam* Angelũ ſtantẽ in ſole q clamauit uoce magna, dicens ónib. auib.

5 καὶ φωνὴ ἐκ τοῦ θρόνου ἐξῆλθε, λέγουσα· αἰνεῖτε τὸν θεὸν ἡμῶν, πάντες οἱ δοῦλοι αὐτοῦ, καὶ οἱ φοβούμενοι αὐτόν, καὶ οἱ μικροὶ καὶ οἱ μεγάλοι. A

6 Καὶ ἤκουσα ὡς φωνὴν ὄχλου πολλοῦ, καὶ ὡς φωνὴν ὑδάτων πολλῶν, καὶ ὡς φωνὴν βροντῶν ἰσχυρῶν, λεγόντων· ἀλληλουϊα, ὅτι ἐβασίλευσεν κύριος ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ.

7 χαίρωμεν καὶ ἀγαλλιῶμεν, καὶ δῶμεν τὴν δόξαν αὐτῷ, ὅτι ἦλθεν ὁ γάμος τοῦ ἀρνίου, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἡτοίμασεν ἑαυτήν·

8 καὶ ἐδόθη αὐτῇ, ἵνα περιβάληται βύσσινον καθαρὸν καὶ λαμπρόν· τὸ γὰρ βύσσινον τὰ δικαιώματα τῶν ἁγίων.

καὶ λέγει μοι· γράψον, μακάριοι οἱ εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ γάμου τοῦ ἀρνίου κεκλημένοι. καὶ λέγει μοι· οὗτοι οἱ λόγοι ἀληθινοί εἰσι τοῦ θεοῦ,

9 καὶ ἔπεσον ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν αὐτοῦ, προσκυνῆσαι αὐτῷ. καὶ λέγει μοι· ὅρα μή· σύνδουλός σου εἰμί, καὶ τῶν ἀδελφῶν σου τῶν ἐχόντων τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ· τῷ θεῷ προσκύνησον· ἡ γὰρ μαρτυρία τοῦ Ἰησοῦ ἐστὶν τὸ πνεῦμα τῆς προφητείας. B

10 Καὶ εἶδον τὸν οὐρανὸν ἠνεῳγμένον, καὶ ἰδοὺ ἵππος λευκός, καὶ ὁ καθήμενος ἐπ' αὐτῷ, καλούμενος πιστὸς καὶ ἀληθινός, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ κρίνει καὶ πολεμεῖ.

11 οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς φλὸξ πυρός, καὶ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ διαδήματα πολλά· ἔχων ὄνομα γεγραμμένον, ὃ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ αὐτός.

12 καὶ περιβεβλημένος ἱμάτιον βεβαμμένον αἵματι· καὶ κέκληται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ὁ λόγος τοῦ θεοῦ.

13 Καὶ τὰ στρατεύματα τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ ἠκολούθει αὐτῷ ἐφ' ἵπποις λευκοῖς, ἐνδεδυμένοι βύσσινον λευκὸν καὶ καθαρόν.

14 Καὶ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ἐκπορεύεται ῥομφαία ὀξεῖα, ἵνα ἐν αὐτῇ πατάξῃ τὰ ἔθνη· καὶ αὐτὸς ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ. καὶ αὐτὸς πατεῖ τὴν ληνὸν τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ὀργῆς τοῦ θεοῦ τοῦ παντοκράτορος· C

καὶ ἔχει ἐπὶ τὸ ἱμάτιον καὶ ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτοῦ τὸ ὄνομα γεγραμμένον, Βασιλεὺς βασιλέων, καὶ κύριος κυρίων.

15 Καὶ εἶδον ἕνα ἄγγελον ἑστῶτα ἐν τῷ ἡλίῳ. καὶ ἔκραξεν φωνῇ μεγάλῃ, λέγων πᾶσι τοῖς ὀρνέοις

8 Iuſtificationes τὰ δικαιώματα. Id eſt bona illa opera, quæ ſunt uitæ fidei teſtimonia. 9 Tum dixit mihi καὶ λέγει μοι. Dixit mihi, ſcilicet Angelus ille cuius mẽtio facta eſt ſuperiore capite. Redit enim ad narrationem quæ intermiſſa fuerat ab huius capitis initio. 10 Teſtimonium Ieſu Τῷ μαρτυρίαν τοῦ Ἰησοῦ. Id eſt quibus mandatum eſt ut de Ieſu teſtificentur, ſicut paulo pòſt explicat. Significat enim ſe ex eorum numero eſſe quibus utatur Deus ad ſignificanda Prophetis arcana Dei, quæ ipſi deinde cæteris hominibus explicent, ut diximus ſuprà 1.2.1. Teſtimoniũ enim Ieſu ἡ γὰρ μαντεία Ἰησοῦ. Rectè omnino. huc enim tanquã ad unũ eumque certiſsimum ſcopum feruntur omnes Prophetiæ. ex quo efficitur, eũ demũ eſſe uerũ Spiritũ Prophetiæ, & à nobis audiendũ, qui ad Ieſum nos adducit.

11 Et qui iuſtè iudicat καὶ ἐν δικαιοσύνῃ κρίνει. Subaudio particulam אשר ut hoc quoque ad nomen uel potius ad nominis explicationem pertineat.

15 Ipſe enim, &c. καὶ αὐτὸς, &c. Id eſt αὐτὸς γάρ. Nam mirè uarius eſt uſus particulæ καὶ in hoc ſcripto, nimirũ ex Hebræorum conſuetudine, qui ſuum illud ו pro omnibus penè particulis uſurpant.

IN CA-

A τοῖς πετομένοις ἐν μεσουρανήματι· δεῦτε, καὶ συνάχθητε εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ μεγάλου θεοῦ,

ἵνα φάγητε σάρκας βασιλέων, & σάρκας χιλιάρχων, & σάρκας ἰσχυρῶν, καὶ σάρκας ἵππων & τῶν καθημένων ἐπ' αὐτοῖς, καὶ σάρκας πάντων ἐλευθέρων καὶ δούλων, & μικρῶν & μεγάλων.

& εἶδον τὸ θηρίον, & τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς, & τὰ στρατεύματα αὐτῶν συνηγμένα ποιῆσαι τὸν πόλεμον μετὰ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ ἵππου, & μετὰ τοῦ στρατεύματος αὐτοῦ.

καὶ ἐπιάσθη τὸ θηρίον, καὶ μετ' αὐτοῦ ὁ ψευδοπροφήτης ὁ ποιήσας τὰ σημεῖα ἐνώπιον αὐτοῦ, ἐν οἷς ἐπλάνησε τοὺς λαβόντας τὸ χάραγμα τοῦ θηρίου, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας τῇ εἰκόνι αὐτοῦ· ζῶντες ἐβλήθησαν οἱ δύο εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς τὴν καιομένην ἐν τῷ θείῳ·

B καὶ οἱ λοιποὶ ἀπεκτάνθησαν ἐν τῇ ῥομφαίᾳ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ ἵππου, τῇ ἐκπορευομένῃ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ· καὶ πάντα τὰ ὄρνια ἐχορτάσθησαν ἐκ τῶν σαρκῶν αὐτῶν.

CAP. XX.

DEinde uidi Angelum descendentem è cælo, qui habebat clauē abyssi, & catenam magnam in manu sua.

Et apprehendit draconem, serpentem in quam illum antiquum, qui est Diabolus & Satanas, & uinxit eum ad annos mille.

Coniecitq; eum in abyssum, & clausit eū, & obsignauit super eum, ut nō seducat amplius gentes, donec compleantur anni mille: nampostea oportet eum solui *ad* exiguū tempus.

Deinde uidi sedes, & sederunt super eas, & iudicium datum est eis: & animas eorū qui securi percussi sunt propter testimonium IESV, & propter sermonem Dei, quiq; non adorarunt bestiam, neq; imaginem eius, nec acceperunt characterem eius in frontibus suis, aut in manib. suis, uiuētq; & regnabunt cum Christo mille annis.

quæ uolabant per medium cæli, Adeste & congregamini ad cœnam magni Dei:

Vt edatis carnes Regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & eorum qui ipsis insident, & carnes omnium liberorum ac seruorum, paruorū ac magnorum.

Deinde uidi bestiam illam, & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad gerendum bellū cum eo qui insidebat equo, & cum exercitu eius,

Sed apprehēsa est bestia, & cum ea pseudopropheta ille qui ediderat signa coram ea, quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestiæ, & qui adorarunt imaginē eius. Viui coniecti sunt hi duo in stagnum ignis, ardens sulphure:

Et reliqui occisi sunt gladio eius qui insidet equo, prodeunte ex ore ipsius: & omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum.

ΚΕΦΑΛ. κ.

1 Καὶ εἶδον ἄγγελον καταβαίνοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἔχοντα τὴν κλεῖδα τῆς ἀβύσσου, καὶ ἅλυσιν μεγάλην ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ.

2 & ἐκράτησε τὸν δράκοντα, ὃν ὄφιν ὃς ἀρχαῖος, ὅς ἐστι διάβολος & Σατανᾶς· καὶ ἔδησεν αὐτὸν χίλια ἔτη,

3 καὶ ἔβαλεν αὐτὸν εἰς τὴν ἄβυσσον, καὶ ἔκλεισεν αὐτόν, καὶ ἐσφράγισεν ἐπάνω αὐτοῦ, ἵνα μὴ πλανήσῃ τὰ ἔθνη ἔτι, ἄχρι τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη· καὶ μετὰ ταῦτα δεῖ αὐτὸν λυθῆναι μικρὸν χρόνον.

4 καὶ εἶδον θρόνους, καὶ ἐκάθισαν ἐπ' αὐτούς, καὶ κρῖμα ἐδόθη αὐτοῖς· & τὰς ψυχὰς τῶν πεπελεκισμένων διὰ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ, καὶ διὰ τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, & οἵτινες οὐ προσεκύνησαν τῷ θηC ρίῳ, οὔτε τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔλαβον τὸ χάραγμα ἐπὶ τὸ μέτωπον αὐτῶν, & ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτῶν· καὶ ἔζησαν, & ἐβασίλευσαν μετὰ Χριστοῦ τὰ χίλια ἔτη.

IN CAPVT XX.

3 Super eum, ἐπάνω αὐτοῦ. Heb. עליו sicut in uernaculo sermone dicimus, *il ferma l'huys sur luy* ut Gen. 7. c. 16. Ad annos mille χίλια ἔτη. Ad uerbum, annis mille, uel per annos mille, ut in sequenti uersiculo, μικρὸν χρόνον. i. exiguo tempore, ponitur pro ad exiguum tempus. quæ formula loquendi petita est e medio.

4 Et animas καὶ τὰς ψυχὰς &c. Hi sunt nimirum quibus positæ sunt illæ sedes, & quibus datum est iudiciū, quatenus scilicet membra capiti coniuncta sunt; non autem quasi Christi officium ad eos transferatur. Posita sunt igitur relatiua αὐτούς & αὐτοῖς ante expressum antecedēs. Hebræorum more. ácsi scriptum esset, Deinde uidi animas eorum qui securi percussi sunt propter testimonium Christi & propter sermonem Dei; quique non adorarunt bestiam neque imaginem eius, nec acceperunt eius characterem in frontibus suis & manibus suis: & *uidi* sedes quibus insederunt, datumque est eis iudicium, & uiuent ac regnabunt id est ut uiuant & regnent, cum Christo mille annis. Est tamen, fateor, hic Hebraismus à Græcæ & Latinæ linguæ more remotissimus, sed in Hebraicis scriptis frequentior quàm ut de eo ambigi possit. ueluti Prou. 13. a. 15. Num. 24. c. 17, & alibi passim. Nolui tamen quicquam mutare, ne audaculus uiderer.

Viuentque καὶ ἔζησαν. Connectitur hoc uerbum non cum proximo uerbo ἐλάβον acceperunt, sed cum ἐκάθισαν sederunt, & ἐδόθη datum est, sicut paulo ante dictum fuit. Deinde obseruandum est, etiam positum esse præteritum pro futuro, ex Prophetarum more: quod ex uersiculo sexto liquet.

Reliqui uerò ex mortuis nō reuiuiſcent, donec expleti fuerint mille anni. Hęc eſt reſurrectio prima.

5 οἱ δὲ λοιποὶ τῶν νεκρῶν οὐκ ἀνέζησαν, ἕως τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη. αὕτη ἡ ἀνάστασις ἡ πρώτη.

Beatus & ſanctus qui habet partem in reſurrectione prima: in hos *enim* ſecūda mors non habet poteſtatem: ſed erunt Sacerdotes Dei & Chriſti, & regnabunt cum eo mille annis.

6 μακάριος καὶ ἅγιος ὁ ἔχων μέρος ἐν τῇ ἀναστάσει τῇ πρώτῃ· ἐπὶ τούτων ὁ θάνατος ὁ δεύτερος οὐκ ἔχει ἐξουσίαν, ἀλλ' ἔσονται ἱερεῖς τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦ χριστοῦ, καὶ βασιλεύσουσι μετ' αὐτοῦ χίλια ἔτη.

Quum uerò expleti fuerint mille anni, ſoluetur Satanas è carcere ſuo.

7 καὶ ὅταν τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη, λυθήσεται ὁ Σατανᾶς ἐκ τῆς φυλακῆς αὐτοῦ,

Et exibit ut ſeducat gentes quæ ſunt in quatuor angulis terræ, Gog & Magog, ut congreget eos in prælium: quorum numerus eſt ſicut arena maris.

8 καὶ ἐξελεύσεται πλανῆσαι τὰ ἔθνη τὰ ἐν ταῖς τέσσαρσι γωνίαις τῆς γῆς, τὸν Γὼγ καὶ τὸν Μαγώγ, συναγαγεῖν αὐτοὺς εἰς πόλεμον, ὧν ὁ ἀριθμὸς ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης,

Aſcenderunt igitur ſuper latitudinē terræ, & circumierunt caſtra Sanctorum, & urbem dilectam: ſed deſcendit ignis à Deo è cælo, qui deuorauit eos.

9 καὶ ἀνέβησαν ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς γῆς, καὶ ἐκύκλωσαν τὴν παρεμβολὴν τῶν ἁγίων, καὶ τὴν πόλιν τὴν ἠγαπημένην· καὶ κατέβη πῦρ ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατέφαγεν αὐτούς.

Et Diabolus qui ſeducebat eos, cōiectus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris, ubi & beſtia & pſeudopropheta cruciabuntur die ac nocte in ſecula ſeculorum.

10 καὶ ὁ διάβολος ὁ πλανῶν αὐτοὺς, ἐβλήθη εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς καὶ θείου, ὅπου καὶ τὸ θηρίον καὶ ὁ ψευδοπροφήτης, καὶ βασανισθήσονται ἡμέρας καὶ νυκτὸς εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Tum uidi Thronum magnum candidū, & quendam ei inſidentem, à cuius conſpectu fugit terra & cælum, quorum locus nō eſt inuentus.

11 καὶ εἶδον θρόνον λευκὸν μέγαν, καὶ τὸν καθήμενον ἐπ' αὐτόν, ἀπὸ οὗ ἔφυγεν ἡ γῆ καὶ ὁ οὐρανός, καὶ τόπος οὐχ εὑρέθη αὐτοῖς.

Et uidi mortuos magnos & puſillos ſtantes in conſpectu Dei: & libri aperti ſunt: & alius Liber apertus eſt, qui eſt *liber* uitę: iudicatiq; ſunt mortui ex iis quæ ſcripta erant in libris, ſecundum opera ipſorum.

12 καὶ εἶδον τοὺς νεκροὺς μικροὺς καὶ μεγάλους ἑστῶτας ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, καὶ βιβλία ἠνοίχθησαν· καὶ βιβλίον ἄλλο ἠνοίχθη, ὅ ἐστι τῆς ζωῆς, καὶ ἐκρίθησαν οἱ νεκροὶ ἐκ τῶν γεγραμμένων ἐν τοῖς βιβλίοις, κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν.

Et reddidit mare mortuos quos habebat: Mors quoq; & Infernus reddiderunt mortuos quos habebāt: & iudicatum eſt de ſingulis ſecundum opera ipſorum.

13 καὶ ἔδωκεν ἡ θάλασσα τοὺς ἐν αὐτῇ νεκροὺς, καὶ ὁ θάνατος καὶ ὁ ᾅδης ἔδωκαν τοὺς ἐν αὐτοῖς νεκροὺς, καὶ ἐκρίθησαν ἕκαστος κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν.

Infernus autem ac mors coniecti ſunt in ſtagnum ignis: quæ eſt mors ſecunda.

14 καὶ ὁ θάνατος καὶ ὁ ᾅδης ἐβλήθησαν εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρός. (οὗτος ὁ θάνατος ὁ δεύτερος ὁ θάνατος.)

Et qui nō inuentus eſt in Libro uitæ ſcriptus, coniectus eſt in ſtagnum ignis.

15 καὶ εἴ τις οὐχ εὑρέθη ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς γεγραμμένος, ἐβλήθη εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρός.

CAP. XXI. ΚΕΦΑΛ. κά.

Deinde uidi cælum nouum & terram nouam: primum enim cælum & prima terra abierat: & mare non amplius extabat.

1 Καὶ εἶδον οὐρανὸν καινὸν, καὶ γῆν καινήν· (ὁ γὰρ πρῶτος οὐρανὸς καὶ ἡ πρώτη γῆ ἀπῆλθε) καὶ ἡ θάλασσα οὐκ ἔστιν ἔτι.

Et ego Iohannes uidi ſanctam urbem Ieruſalem nouam, deſcendentem è cælo, à Deo paratam, ut ſponſam ornatam uiro ſuo.

2 Καὶ ἐγὼ Ἰωάννης εἶδον τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν Ἰερουσαλὴμ καινὴν, καταβαίνουσαν ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἡτοιμασμένην ὡς νύμφην κεκοσμημένην τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς.

8 Angulis γωνίαις, Id eſt plagis & cardinibus. Vide ſuprà 7. a. 1.

9 Latitudinem terræ τὸ πλάτος τῆς γῆς. Heb. רוחב הארץ acſi diceret, ita ut terræ ſuperficiem quantacunque eſt compleuerint.

11 Quorum locus, &c. καὶ τόπος οὐχ εὑρέθη αὐτοῖς. Id eſt, ita ut diſparuerint. Vide ſuprà 12. b. 8.

καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λεγούσης, ἰδοὺ ἡ σκηνὴ τοῦ θεοῦ, μετὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ σκηνώσει μετ' αὐτῶν, καὶ αὐτοὶ λαοὶ αὐτοῦ ἔσονται καὶ αὐτὸς ὁ θεὸς ἔσται μετ' αὐτῶν θεὸς αὐτῶν,

3 Et audiui uocem magnam è cælo, dicentem, Ecce tabernaculum Dei *est* cum hominibus, & habitabit cũ eis: & ipsi populi eius erunt, & ipse Deus cũ eis erit eorum Deus.

καὶ ἐξαλείψει ὁ θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, καὶ ὁ θάνατος οὐκ ἔσται ἔτι, οὔτε πένθος, οὔτε κραυγὴ, οὔτε πόνος οὐκ ἔσται ἔτι, ὅτι τὰ πρῶτα ἀπῆλθαν.

4 Et absterſurus eſt Deus omnem lachrymã ab oculis eorum: & mors amplius non extabit: neque luctus, neque clamor, neque dolor extabit amplius: quia prima abierunt.

Supra. 7. d. 17. Iſai. 25. c. 8

καὶ εἶπεν ὁ καθήμενος ἐπὶ τῷ θρόνῳ, ἰδοὺ καινὰ ποιῶ πάντα. καὶ λέγει μοι, γράψον, ὅτι οὗτοι οἱ λόγοι πιστοὶ καὶ ἀληθινοί εἰσι.

5 Et dixit is qui inſidebat Throno, Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi, Scribe: nã hæc uerba fidelia ſunt & uera.

Iſai. 43. c. 19. 2. cor. 5. d. 17.

καὶ εἶπέ μοι, γέγονε. ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος. ἐγὼ τῷ διψῶντι δώσω ἐκ τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος τῆς ζωῆς δωρεάν.

6 Et dixit mihi, Actum eſt: ego ſum A & Ω, initium & finis. Ego ſitienti dabo ex fonte aquæ uitæ gratis.

Supra. 1. b. 8. infrà. 22. a. 13.

ὁ νικῶν κληρονομήσει πάντα, καὶ ἔσομαι αὐτῷ θεὸς, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι υἱός.

7 Qui uicerit, poſſidebit omnia: & ero ei Deus, & ipſe erit mihi filius.

τοῖς δὲ δειλοῖς καὶ ἀπίστοις καὶ ἐβδελυγμένοις καὶ φονεῦσι καὶ πόρνοις καὶ φαρμακοῖς καὶ εἰδωλολάτραις καὶ πᾶσι τοῖς ψευδέσι, τὸ μέρος αὐτῶν ἐν τῇ λίμνῃ τῇ καιομένῃ πυρὶ καὶ θείῳ, ὅ ἐστιν ὁ θάνατος ὁ

B δεύτερος.

8 Timidis autem, & incredulis, & execrabilibus, & homicidis, & ſcortatoribus, & uenefics, & idololatris, & omnibus mendacibus pars *aſſignata* eſt in ſtagno ardenti igne & ſulphure: quod eſt mors ſecunda.

ἦλθε πρός με εἷς τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων τῶν ἐχόντων τὰς ἑπτὰ φιάλας τὰς γεμούσας τῶν ἑπτὰ πληγῶν τῶν ὑστάτων, καὶ ἐλάλησε μετ' ἐμοῦ, λέγων. δεῦρο, δείξω σοι τὴν νύμφην τὴν γυναῖκα.

9 Tum uenit ad me unus ex ſeptemillis Angelis qui habuerant ſeptem illas phialas plenas ſeptem plagis nouiſsimis: & loquutus é mecum, dicens, Veni, oſtendam tibi ſpõſam uxorem Agni.

καὶ ἀπήνεγκέ με ἐν πνεύματι ἐπ' ὄρος μέγα καὶ ὑψηλόν, καὶ ἔδειξέ μοι τὴν πόλιν τὴν μεγάλην τὴν ἁγίαν Ἱερουσαλὴμ καταβαίνουσαν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ θεοῦ,

10 Et ſuſtulit me per ſpiritum in montem magnum & ſublimem, & oſtendit mihi Vrbem magnam, ſanctam inquam illam Hieruſalẽ, deſcendentem è cælo à Deo:

ἔχουσαν τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ. ὁ φωστὴρ αὐτῆς ὅμοιος λίθῳ τιμιωτάτῳ ὡς λίθῳ ἰάσπιδι κρυσταλλίζοντι.

11 Habentem gloriam Dei: & cuius lumen *erat* ſimile lapidi pretioſiſsimo, tanquam lapidi iaſpidi cryſtallizanti.

ἔχουσά τε τεῖχος μέγα καὶ ὑψηλόν, ἔχουσα πυλῶνας δώδεκα καὶ ἐπὶ τοῖς πυλῶσιν ἀγγέλους δώδεκα, καὶ ὀνόματα ἐπιγεγραμμένα, ἅ ἐστι τὰ δώδεκα φυλῶν τῶν υἱῶν Ἰσραήλ.

12 Habebat autem murum magnum & ſublimem, habentẽ portas duodecim, & in portis Angelos duodecim, & nomina inſcripta, quæ ſunt nomina duodecim tribuum filiorum Iſrael.

C

ἀπὸ ἀνατολῆς πυλῶνες τρεῖς, καὶ ἀπὸ βορρᾶ πυλῶνες τρεῖς, καὶ ἀπὸ νότου πυλῶνες τρεῖς, καὶ ἀπὸ δυσμῶν πυλῶνες τρεῖς.

13 Ab Oriẽte *erant* portæ tres: ab Aquilone, portæ tres: ab Auſtro, portæ tres: ab Occaſu, portæ tres.

καὶ τὸ τεῖχος τῆς πόλεως ἔχων θεμελίους δώδεκα, καὶ ἐπ' αὐτοῖς ὀνόματα τῶν δώδεκα ἀποστόλων τοῦ ἀρνίου.

14 Et murus urbis habebat fundamenta duodecim: in quib. *erant* duodecim nomina Apoſtolorum Agni.

καὶ ὁ λαλῶν μετ' ἐμοῦ, εἶχε κάλαμον χρυσοῦν, ἵνα μετρήσῃ τὴν πόλιν καὶ τοὺς πυλῶνας αὐτῆς, καὶ τὸ τεῖχος αὐτῆς.

15 Porrò is qui loquebatur mecum, habebat calamum aureum, ut metiretur urbem, & portas eius, & murum eius.

καὶ ἡ πόλις τετράγωνος κεῖται, καὶ τὸ μῆκος αὐτῆς τοσοῦτόν ἐστιν, ὅσον καὶ τὸ πλάτος. καὶ ἐμέτρησε τὴν πόλιν τῷ καλάμῳ ἐπὶ σταδίων δώδεκα χιλιάδων. τὸ μῆκος καὶ τὸ πλάτος καὶ τὸ ὕψος αὐτῆς ἴσα ἐστί.

16 Vrbs ipſa uerò quadrangularis eſt: cuius longitudo tanta eſt quanta & latitudo. menſus eſt urbem calamo, ad ſtadiorum duodecim millia: ſuntq; lõgitudo & latitudo & altitudo eius æquales.

8 Execrabilibus *ἐβδελυγμένοις*. Vulg. & Eraſ. ad uerbum, execratis. Vide Gal. 2. c. 11. Pars *τὸ μέρος*. Heb. חלק, id eſt ors & tanquam hæreditas. Redundat autem relatiuum *αὐτοῖς*, ex Hebræorum idiotiſmo.

11 Cryſtallizanti *κρυσταλλίζοντι*. Id eſt, cryſtalli fulgorem referenti.

Et mensus est murum eius, centum quadra- 17
ginta quatuor cubitorum, mésura hominis,
quæ est Angeli.

Erat autem structura murieius ex iaspide: 18
ipsa uerò urbs aurum purum, & similis ui-
tro puro.

Et fundamenta muri urbis omni lapide 19
pretioso ornata: fundamentum primum, erat
iaspis: secundum, sapphirus: tertium, chalce
donius: quartum smaragdus:

Quintum, sardonyx: sextum, sardius: septi 20
mum, chrysolithus: octauum, beryllus: no-
num, topazius: decimum, chrysoprasus: un-
decimum, hyacinthus: duodecimum, ame-
thystus.

Duodecim autem portæ, duodecim mar 21
garitæ sunt: & singulæ portæ ex singulis mar
garitis sunt: & forum urbis, aurum purum,
tanquam uitrum perlucidum.

Nec Templum uidi in ea: Dominus enim 22
Deus omnipotens Templum illius est, id est
Agnus.

Esa. 60. d 19. Neque urbs ista eget sole uel luna, ut lu- 23
ceant in ea: nam gloria Dei illustrauit eam,
& lucerna eius est Agnus.

Esa. 60. a 3. Et gentes quæ seruatæ fuerunt, ambula- 24
bunt ad lucem eius: & Reges terræ gloriam
suam & honorem ad eam afferent.

Esa. 60. c 11. Nec portæ eius claudentur interdiu: nox 25
enim non erit illic.

Et afferetur gloria & honor Gentium ad 26
eam.

Non intrabit in eam quicquam quod in- 27
quinat, aut abominādum quippiam patrat,
uel mendacium *loquitur*: sed qui scripti sunt
in Libro uitæ Agni.

CAP. XXII.

Phil. 4. a 3 supra 3. a 5 & 20. d 12. DEinde ostēdit mihi purum fluuium a- 1
quæ uitæ, splendidum tanquam cry-
stallum, procedentem ex Throno Dei & A-
gni.

In medio *autem* foro eius, & ex utraq; par 2
te fluminis, erat arbor uitæ afferens fructus
duodecim, per menses singulos edens fructū
suum, & folia sua, ad sanitatem Gentium.

Ⓒ ἐμέτρησε τὸ τεῖχος αὐτῆς ἑκατὸν τεσσα- A
ράκοντα τεσσάρων πηχῶν μέτρον ἀνθρώπου,
ὅ ἐστιν ἀγγέλου.

καὶ ἦν ἡ ἐνδόμησις τοῦ τείχους αὐτῆς ἴασπις, Ⓒ
ἡ δὲ πόλις χρυσίον καθαρόν, ὁμοία ὑάλῳ καθαρῷ.

καὶ οἱ θεμέλιοι τοῦ τείχους τῆς πόλεως παντὶ
λίθῳ τιμίῳ κεκοσμημένοι. ὁ θεμέλιος ὁ πρῶ-
τος, ἴασπις· ὁ δεύτερος, σάπφειρος· ὁ τρίτος,
χαλκηδών· ὁ τέταρτος, σμάραγδος·

ὁ πέμπτος, σαρδόνυξ· ὁ ἕκτος, σάρδιος· ὁ
ἕβδομος, χρυσόλιθος· ὁ ὄγδοος, βήρυλλος· ὁ
ἔνατος, τοπάζιον· ὁ δέκατος, χρυσόπρασος·
ὁ ἑνδέκατος, ὑάκινθος· ὁ δωδέκατος, ἀμέθυ-
στος.

Ⓒ οἱ δώδεκα πυλῶνες, δώδεκα μαργαρῖ-
ται, ἀνὰ εἷς ἕκαστος τῶν πυλώνων ἦν ἐξ ἑνὸς μαρ-
γαρίτου. καὶ ἡ πλατεῖα τῆς πόλεως χρυσίον κα-
θαρόν, ὡς ὕαλος διαφανής.

Ⓒ ναὸν οὐκ εἶδον ἐν αὐτῇ, ὁ γὰρ κύριος ὁ θεὸς B 3
ὁ παντοκράτωρ, ναὸς αὐτῆς ἐστι, Ⓒ τὸ ἀρνίον.

Ⓒ ἡ πόλις οὐ χρείαν ἔχει τοῦ ἡλίου, οὐδὲ τῆς σελή-
νης, ἵνα φαίνωσιν ἐν αὐτῇ· ἡ γὰρ δόξα τοῦ θεοῦ ἐ-
φώτισεν αὐτήν, Ⓒ ὁ λύχνος αὐτῆς τὸ ἀρνίον.

καὶ τὰ ἔθνη τῶν σωζομένων ἐν τῷ φωτὶ αὐτῆς
περιπατήσουσι· Ⓒ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς φέρουσι
τὴν δόξαν Ⓒ τὴν τιμὴν αὐτῶν εἰς αὐτήν.

(Ⓒ οἱ πυλῶνες αὐτῆς οὐ μὴ κλεισθῶσιν ἡμέ-
ρας· νὺξ γὰρ οὐκ ἔσται ἐκεῖ)

Ⓒ οἴσουσι τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν τῶν ἐθνῶν
εἰς αὐτήν.

καὶ οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτὴν πᾶν κοινὸν καὶ ποι-
οῦν βδέλυγμα καὶ ψεῦδος, εἰ μὴ οἱ γεγραμ-
μένοι ἐν τῷ βιβλίῳ τῆς ζωῆς τοῦ ἀρνίου.

ΚΕΦΑΛ. κβ. C

Καὶ ἔδειξέ μοι ποταμὸν ὕδατος
ζωῆς, λαμπρὸν ὡς κρύσταλλον, ἐκπορευό
μενον ἐκ τοῦ θρόνου τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ ἀρνίου.

ἐν μέσῳ τῆς πλατείας αὐτῆς καὶ τοῦ ποταμοῦ ἐν
τεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν ξύλον ζωῆς, ποιοῦν καρποὺς
δώδεκα, κατὰ μῆνα ἕνα ἕκαστον ἀποδιδοῦν τὸν
καρπὸν αὐτοῦ· καὶ τὰ φύλλα τοῦ ξύλου εἰς θεραπείαν
τῶν ἐθνῶν.

17 Quæ est Angeli ὃ ἐστιν ἀγγέλου. Hoc addidit, propterea quòd Angelus iste hominis speciem referebat.

21. Forum ἡ πλατεῖα. Sic uocat urbis locum magis patentem, qui à Græcis ἀγορά, à Latinis forum dicitur, ut ap paret infrà 22. a 2. Vulg. & Erasm. platea, quod uocabulum latius patet.

27 Sed εἰ μή. Id est ἀλλά. Vide supra 9. a. 4.

IN CAPVT XXII.

2 In medio *autem* foro Ἐν μέσῳ τῆς πλατείας. Vide supra 21. f. 21. Deinde lignum pro arbore positum ē Hebræo rum more.

3 Erit amplius: ἐσται ἔτι. ἐν αὐτῇ in ea repetendum est ex posteriore membro, ex Hebræorum idiotismo.

9 Vide

A καὶ πᾶν κατάθεμα οὐκ ἔσται ἔτι. ☪ ὁ θρόνος τοῦ θεοῦ ☪ τοῦ ἀρνίου ἐν αὐτῇ ἔσται, ☪ οἱ δοῦλοι αὐτοῦ λατρεύσουσιν αὐτῷ,

☪ ὄψονται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν.

☪ νὺξ οὐκ ἔσται ἐκεῖ, ☪ χρείαν οὐκ ἔχουσι λύχνου ☪ φωτὸς ἡλίου, ὅτι κύριος ὁ θεὸς φωτίζει αὐτούς. καὶ βασιλεύσουσιν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

☪ Καὶ εἶπέ μοι· οὗτοι οἱ λόγοι πιστοὶ ☪ ἀληθινοί. ☪ καὶ κύριος ὁ θεὸς τῶν ἁγίων προφητῶν ἀπέστειλε τὸν ἄγγελον αὐτοῦ, δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει.

ἰδοὺ ἔρχομαι ταχύ. μακάριος ὁ τηρῶν τοὺς λόγους τῆς προφητείας βιβλίου τούτου.

καὶ ἐγὼ ἰωάννης, ὁ βλέπων ταῦτα, ☪ ἀκούων. ☪ ὅτε ἤκουσα ☪ ἔβλεψα, ἔπεσα προσκυνῆσαι ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν τοῦ ἀγγέλου τοῦ δείκνυ-
B όντός μοι ταῦτα.

καὶ λέγει μοι· ὅρα μή· σύνδουλός σού εἰμι, καὶ τῶν ἀδελφῶν σου τῶν προφητῶν, καὶ τῶν τηρούντων τοὺς λόγους τοῦ βιβλίου τούτου· τῷ θεῷ προσκύνησον.

καὶ λέγει μοι· μὴ σφραγίσῃς τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου, ὁ καιρὸς γὰρ ἐγγύς ἐστιν.

ὁ ἀδικῶν ἀδικησάτω ἔτι, ☪ ὁ ῥυπῶν ῥυπωσάτω ἔτι. ☪ ὁ δίκαιος δικαιωθήτω ἔτι, καὶ ὁ ἅγιος ἁγιασθήτω ἔτι.

καὶ ἰδοὺ ἔρχομαι ταχύ, καὶ ὁ μισθός μου μετ' ἐμοῦ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ, ὡς τὸ ἔργον αὐτοῦ ἐστίν.

ἐγώ εἰμι τὸ Α ☪ τὸ Ω, ἀρχὴ καὶ τέλος, ὁ πρῶτος ☪ ὁ ἔσχατος.

μακάριοι οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἵνα ἔσται ἡ ἐξουσία αὐτῶν ἐπὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς. ☪ τοῖς πυλῶσιν εἰσέλθωσιν εἰς τὴν πόλιν.

ἔξω οἱ κύνες ☪ οἱ φαρμακοὶ καὶ οἱ πόρνοι ☪ οἱ φονεῖς ☪ οἱ εἰδωλολάτραι, καὶ πᾶς ὁ φιλῶν καὶ ποιῶν ψεῦδος.

ἐγὼ Ἰησοῦς ἔπεμψα τὸν ἄγγελόν μου μαρτυρῆ-
C σαι ὑμῖν ταῦτα ἐπὶ ταῖς ἐκκλησίαις. ἐγώ εἰμι ἡ ῥίζα καὶ τὸ γένος τοῦ Δαβίδ, ὁ ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς καὶ ὀρθρινός.

καὶ τὸ πνεῦμα ☪ καὶ ἡ νύμφη λέγουσιν· ἐλθέ. καὶ ὁ ἀκούων εἰπάτω· ἐλθέ. καὶ ὁ διψῶν ἐλθέτω, καὶ ὁ θέλων λαμβανέτω τὸ ὕδωρ ζωῆς δωρεάν.

συμμαρτυροῦμαι γὰρ παντὶ ἀκούοντι τοὺς λό-
γους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου, ἐάν τις ἐπιτιθῇ πρὸς ταῦτα, ἐπιθήσει ὁ θεὸς ἐπ' αὐτὸν τὰς πληγὰς τὰς γεγραμμένας ἐν βιβλίῳ τούτῳ.

καὶ ἐάν τις ἀφαιρῇ ἀπὸ τῶν λόγων βίβλου τῆς προφητείας ταύτης, ἀφαιρήσει ὁ θεὸς τὸ μέρος αὐτοῦ ἀπὸ βίβλου τῆς ζωῆς, καὶ ἐκ τῆς πόλεως τῶν ἁγίας, καὶ τῶν γεγραμμένων ἐν βιβλίῳ τούτῳ.

Nec ullum maledictum erit amplius: sed sedes Dei & Agni in ea erit, & serui eius seruient ei. 3

Et uidebunt faciem eius, & nomen eius in frontibus ipsorum erit. 4

Et nox illic non erit, neque opus est eis lumine lucernæ, neq; lumine solis: quia Dñs Deus illustrat eos: & regnabũt in secula seculorũ. 5

Tum dixit mihi, Hæc uerba fidelia sunt & uera: & Dominus Deus sanctorum Prophetarum misit Angelum suum ut indicet seruis suis quæ oporteat fieri citó. 6

Ecce uenio citó, beatus qui obseruat uerba Prophetiæ libri huius. 7

Ego uerò Iohannes *is sum* qui audiui & uidi hæc. Et quum audissem & uidissem, cecidi ut adorarem ante pedes Angeli, qui mihi hæc ostendebat. 8

Is uerò dixit mihi, Vide ne: conseruus eũ tuus sum, & fratrũ tuorũ Prophetarũ, & eorũ qui seruant uerba libri huius: Deum adora. 9

Deinde dixit mihi, Ne obsignes uerba Prophetiæ libri huius: tempus enim propè est. 10

Qui nocet, noceat adhuc: & qui sordidus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus sanctificetur adhuc. 11

Ecce uenio citò: & merces mea mecũ est, ut reddam uni cuique prout opus ipsius erit. 12

Ego sum A & Ω, principiũ & finis, primus & ultimus. 13

Beati qui seruant mandata eius: ut sit eis ius in arbore uitæ, & per portas ingrediantur in Vrbem. 14

Foris autẽ *erunt* canes, & uenefici, & scortatores, & homicidæ & idololatræ, & quisquis amat ac committit mendacium. 15

Ego Iesus misi Angelum meũ, ut testificaretur uobis hæc in Ecclesiis. Ego sum stirps & progenies illa Dauidis, stella splendida & matutina. 16

Et Spirirus & Sponsa dicunt, Veni. & qui audit, dicat, Veni. & qui sitit, ueniat: & qui uult, accipiat aquam uitæ gratis. 17

Enimuero contestor cuiuis audienti uerba Prophetiæ libri huius, si quis adiecerit ad hęc, imponet ei Deus plagas scriptas in libro isto. 18

Et si quis abstulerit *aliquid* ex uerbis libri Prophetiæ huius, auferet Deus partem eius è libro uitę, & ex urbe sancta, & ex ijs quę scripta sunt in libro isto. 19

9 Vide ne: ὅρα μή. Aposiopesis, quam ego ut maximè conuenientem retinui. Vulg. & Erasm. uide ne feceris.

10 Deinde dixit mihi, Καὶ λέγει μοι. Eiusmodi formala non uruntur Græci aut Latini in medijs cõcionibus, sed in exordijs duntaxat. Reperies autem in Deuteronomio præsertim plurima eiusmodi exempla & apud Prophetas, perinde ac si diuersæ essent conciones: quum sæpenumero unica tantum recitetur. Sed & inter Euangelistas apud

Dicit qui teſtatur ita: etiam uenio cito. Amen. Etiam ueni Domine Ieſu.

Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cũ omnibus uobis. Amen.

λέγει ὁ μαρτυρῶν ταῦτα. ναὶ ἔρχομαι ταχύ. ἀμήν, ναὶ ἔρχου κύριε Ἰησοῦ. A

ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν.

Marcum penè unum hoc inuenias: cui præ cæteris ẽt familiaris eſt multiplex ille uſus particulæ καὶ. & enallage illa tẽporum à conſuetudine Græci & Latini ſermonis aliena. Denique, ſi quid in rebus mihi iudicij eſt, perſimilis eſt huius libri & Euangelij Marci character. Marcus autem & ipſe dictus eſt Iohannes, adeò ut niſi me conſenſus doctorũ & rationes illæ quas anté ſuo loco adduxi, aliò pertraherent, nulli potius quàm Iohanni Marco fuerim hoc ſcriptum uendicaturus.

FINIS.

Pagina 682. linea tertia addo.

Nam ſi de moderata grauitate accipias, non eſt ueriſimile inſignes iſtos Apoſtolos unquam fuiſſe ſui muneris oblitos. Quòd ſi quando ſeſe ad infima quæq; ipſius Chriſti exemplo, ſummiſerunt, aliter ſanè facere ipſis nõ licuit pro muneris ſui ratione, quæ poſtulabat, ut omnia ad ædificationem Eccleſiæ referrent. Sin uerò de immoderata grauitate, id eſt arrogantia Phariſaica accipias, abſit, ut illam exiſtimemus Apoſtolis Chriſti uſurpare unquã licuiſſe. Cauſa uerò quæ affertur, ut ἐν βάρει ſumatur pro pondere & authoritate, non ita magni eſt momenti, quia ſcilicet inſuperiore uerſiculò dixerunt ſe non ambitioſe hominum gloriam: & ſequitur, fuimus placidi. Nam priore loco mentionem fecit non tantum ambitionis, ſed etiam auaritiæ: Id autem quod ſequitur, ad utrunq; referri commodè poteſt. Itaq; ἐν βάρει huc refero, quod quũ ſuo iure potuiſſent, ſicut in epiſtola utraque ad Corinthios Paulus teſtatur Eccleſiarum ſumptu uiuere, tamen ſuis manibus uictum quæſiſſent, manifeſto ſanè argumento, ſe ab omni tum auaritia, tum ambitione maximè eſſe alienos. Placidi ἤπιοι. Id eſt minimè aſperis moribus, ſed faciles ac benigni, qua uirtute nihil magis eſt repugnans tum auaritiæ, tũ ambitioſæ arrogantiæ. Sed optimè quadrat ſimilitudo. Nam neque tãi Ieſtias ac ſordes ulla ſpe lucri, ſed materno tantum affectu ducitur. Quidã ex ueteribus legunt paruuli, id eſt νήπιοι. lubrico librariorum lapſu: aut potius alicuius argutia, quia nutricis & liberorum ſit mẽtio, tenerorum ſcilicet quos illa foueat. Sed quiſquis ille fuit, qui hoc cõmentus eſt primus, conſiderare debuit Paulum cum ſuis hoc in loco nõ nutricis perſonam ſuſtinere, niſi dicat ſe tum infantibus quaſi infantem fuiſſe. B

9 Ac ærumnæ καὶ τὸν μόχθον. μόχθος aliquid etiã grauius ſignificat, quàm κόπος, ac ut in uernaculo noſtro ſermone hæc tria, labour, peine trauail gradus quoſdam laboris ſignificant, ſic & apud Græcos, πόνος, κόπος, μόχθος. ideo uetus interpres fatigationem conuertit.

INDEX RERVM ET SENTENTIARVM NOVI TESTAMENTI, PRAECIPVE TAMEN, EARVM QVAE IN HAC Editione ad marginem libri adnotatæ sunt.

Abnegatio sui & crux 64.23
Abraham 305.32
Abraham fidei exemplum 454.3
Abraham pater credentiũ 456.12
Abraham vidit diem Christi 306.56
Abrahæ filii 59 & 304.37 & 624.21
Abrahæ filii à Deo 192.8
abscisio manus & pedis 146.43
accipere 409.35
accipere missum a Christo 319.20
accumbẽdum quo loco in nuptiis 234.8
acetum 105.48
Adam duplex 163.41
Adam secundus 462.14
adaquare asinum in sabbatho 232.15
adiurare 100.63
adoptati in filios Dei per Christũ 622.5
adoptio filiorum 480.23
adorare 12.10 & 195.7 & 309.38
adoratio vera 284.21
aduentus Christi in iudicium 159.26
aduersarius in via 231.58
adulterium 18.27
aedificatio Dei 510.9
aedificaturus turrim 235.28
aemulationes & contentiones vitandæ 776.18
Aeneas paralyticus sanatur 373.33
aeterna vita 229.31 & 388.46
afflictio 38.16 & 389.1
afflictiones 227.11 & 317.33 & 371.16 & 578.8 & 766.13
afflictiones euangelisantium 311.1
afflictiones in prædicando Euangelio 326.20
afflictiones Pauli 408,12
afflictiones propter Christum 314.18
afflicti propter Christum 203.22
afflictis propter Christum merces 15.10
Agabus 410.10
Agar 625.25
agnus Dei Christus 274.29
agni 218.3
agricolæ 313.1 & 79 34
agricultura 510.8
Alexander 406.33
amare vel odio habere animã suã 316.25
ambulare in carne 595.4
amici 227.4
amici Christi 324.14
amici de mammona iniquitatis 239.9
amor in Christum pastori Euãgelico necessarius 338.15
amor parentum 40 37
Ananias 371.10
Ananias timet sibi à Paulo 371.13
Ananias 413.12
Ananias cum vxore moritur propter mẽdacium 316
Ananias iubet percuti Paulum 414.2
Andreas 275.40
Andreæ vocatio 13.18
angelus 106.2 & 316.29 & 370.28 & 381.15 & 382.23 & 428.24
angelus alloquitur mulieres 170.5
angelus aperit ianuas 358.20
angelus appparet Mosi in rubo 364.30
angelus Petrum liberat 381.7
angelus salutat Mariam 177.29
angeli 12.11 & 68.10 & 90.31 & 236.10 & 335.12
angeli Dei ministri 729.13
angelorum canticum 187.14
angusta porta 233.24
anima 687,23
animã perdere 40.39 & 64.25 & 142.35
Anna prophetissa 191.36
annuntiare misericordiam Dei 124.19
an pauci saluandi 233.23
Antiochia 390.25
Antiochia Pisidiæ 385.14
Antiochensibus annuntiatur Christus 380.20
anus 705.2
anus quid facere debeant 721.3
Aperire cor 395
aperire oculos 424.18
apparet Christus in Emaunta euntibus 170.12
apparet Christus Mariæ Magdalenæ 170.9
Apollo 566.12
apostoli 328.6
apostoli audiendi 229.16
APOSTOLI cæsos se gaudent propter Iesum 319.41
docentes comprehenduntur 358.26
ebrii existimantur accepto spiritus sancto 346.5
fugiunt 164.50
iactantur fluctibus 56.24
incarcerantur 317.17
increduli 171.14
ignorant resurrectionem 335.9
in Galilæa Christum adorant 107.17
ingressi domum 37.11
in Ierusalem expectant spiritum sanctũ 342.12
illotis manibus comedentes reprehendũtur 133.1
mittuntur ad prædicandum euangelium 37.5 & 108.117.13 & 127.7 & 213.1
mittuntur vt parent pascha. 95.16
mundi 319.10
non credunt Christũ resurrexisse 266.37
odio habiti à mundo 328.14
ad quid constituti 645
reprehenduntur quòd manus non lauẽt 57.1
reuersi à prædicatione 130.131
sal & lux mundi 15.13
scandalizati 97.31 & 162.27
testes 267.48
testes Christi 341,8
apostolorum de Christo confessio 140. 29.297.69
fundamentum Christus 640.20
ieiunia 201.34
infidelitas reprehenditur 66.17
literæ 393.23
oratio 344.24 & 345.24
pericula in prædicando Euangelio 524.8
apostolis contrarius vẽtus in mari 132.4
data cognitio Euangelii 209.10
datur gratia sanitatum 36.1
datur spiritus sanctus & claues 336.21
satan subiectus 219
apostolos Christus docet orare 221.1
præmonet Christus passionis suæ 145.31
aqua 10.11
aqua viua 283.10
ex aqua & spiritu sancto nasci 279.6
aquam in nomine Christi dare 146.41
aquam in vinũ conuertit Christus 276.1
Aquila & Priscilla 400.2
Aquila & Priscilla morantur Ephesi 402.19
arabia 609.17
arbor bona aut mala 47.33
arbor & fructus 28.17
arbor ex fructu nota 204.43
Archippus 679.17
argentum 351.6
arida ficus 152.19
arida manus sanatur sabbatho 458.201.6
Aristarchus 406 & 425.2 & 679.10
armatura Dei 653.13
ascensio Christi in cælum 342.9
ascendens in cælum 280.13
assumptio Christi 171.19
asinum adaquare in sabbatho 232.15
auaritia 227.15 & 709.10
audiendus Christus 143.8
audiendus Moses & Prophetæ 240.19
audiendi Apostoli 219.16
audire 488.14
Augustus Cæsar censet populum 186.1
auricula amputatur Malcho 164.47 & 99.51
aurum 351.6
aurum & argentum 37.9

B

Baptisma 230.10
baptismus 149.38 & 171.16 & 350.38 & 396.33 & 466.3 & 514.6
baptismus Ioannis 9.6 & 78.25 & 109.9 & 153.30 & 250.4 & 403
baptismus spiritus sancti 341.5
baptizare spiritu sancto 193.16 & 379.16
baptizatur Christus 193.21
Bariesu Magus cæcus efficitur 384.31
Barnabas 316.36
Barnabas hortatur Antiochenses ad fidẽ 380.23
Barnabas 166.7
Barrabam petunt Iudæi sibi dimitti 103.20 & 331.39
beatitudo 451.6
beatus 207.23 & 210.13
beati 223.27
benedictio 632.3
benedictio per eleemosynam 593.5
benedicti 93.34
benedicere 203.26 & 555.16
benefacere licet sabbatho 45.232.14. 234.3
beneficia Dei narranda 211.39
Bethsaida 43.21
blasphemia 35.34 & 46.24 & 47.31 & 118.22 & 222.35 & 227.10 & 298.20
blasphemia in Christum 305.49
blasphemiæ in Christum 104.39
blasphemia in spiritum sanctum 119.29
bonus Deus 72.17 & 147.18
bonum opus 161.6

C

Caecitas raelis & eius susceptio 492.25
cæcus interrogatur a Pharisæis 307.12
cæcus à Christo doctus credit in ipsum 308.35
cæcus natus ad gloriam Dei 307.4
cæcus visum recipit 139.12 & 150.46 & 246.35
cæco nato restituitur visus 307.1
cæci 309,40
cæci cæcos ducentes 58.14

cæci duo 76.30
cæci duo fide in Christum sanãtur 35.28
cæditur Christus 165.65
Cæsari reddendum tributum 155.13
Caiaphas 330.14
Caiaphas interrogat Christum 330.19
Caiaphas prophetat Christum moriturum 314.49
calix 75.22 & 149.38
canes 60.27 & 134.27
canticum angelorum 187.14
canticum Mariæ 181.47
canticum Simeonis 190.29
canticum Zachariæ 183.63
Capharnaum 43.13 & 219.15
Capharnaũ Christus cum matre & discipulis descendit 277.12
capilli 39.30
caput Christi vngitur à muliere 160.3
caput ecclesiæ 636.12
caput Ioannis amputatum datur saltatrici 129.25
caput quare vir non velet 544.4
caput viri 543.3
carnales 520.1
carnalis spiritualem persequitur 627.29
caro 58.28 & 163.38 & 196.63 & 782.24
carnis opera 629.20
caro Christi 296.50
carnem Christi manducare & bibere eius sanguinem 296.54
catalogus maiorum Christi 183.23
cauendum à fermento Pharisæorum 139.15
centurionis fides 29.5 & 169.39
censetur vniuersus populus ad cæsare Augusto 186.1
chananæa orat pro Dæmoniaca filia 134.14
chananææ filia sanatur 59.22
charitas 88.12 & 215.42 & 551.1 & 553.13 & 566.14 & 684.12 & 6.8.3 & 724.5 & 813.7. 459.5
Chorozaim 219.13
Christiani in Lydda & Sarona 373.35
Christiani primi 380.26
Christianorum regula 631.16
Christianis iniuriæ & damna ferenda 528.7
Christus abscondit se 317.37
aceto potatur 169.36
à Deo datus nobis in salutem 347.22
adest de se colloquentibus 265.17
aduocatus noster 505.1
ad pœnitentiam hortatur & conuersionem 231.2
à Galilæis suscipitur 285.45
à Ioseepho sepelitur 169.43
annuntiatur variè 656.15
apostolos mittit ad prædicandum 117.13
apostolos præmonet passionis suæ 145.31
apparet in Emaunta euntibus 170.11
apparet Mariæ Magdalenæ 170.9
ascendit in cœlum 367.50
ascensurus ad patrem 327.28
asinæ insidens ingreditur Ierusalem 76.1
audiendus 143.8 & 313.23
baptizatus 11.13 & 193.21
bibit vinum 208.34
caput 646.15
cæditur 165.65
cœnat apud Martham cum Lazaro 315.1
cognitus dæmonibus 112.34
conspicitur ab apostolis 336.19
conspicitur à mulieribus 107.6
coram Caipha 164.35
coram Pilato 166.1 & 331.28
coronatur spinis, illuditur & conspuitur 103.29
corripit patrem incredulum Dæmoniaci 144.19
cum suis 312.18
cum matre & discipulis Capharnaum descendit 277.12
crucifigendus 303.28 & 317.37
crucifigendus traditur Iudæis 331.16
crucifigitur 104.34 & 167.23
Deus 301.23 & 337.27 & 408.28
dilectus audiendus 65.5
docet 298.14
docet apostolos orare 221.1
docet de naui 198.1
docet in synagogis 111.21
docet populum in templo 301.2
docet regnum Dei 209.1
docet sabbathis 197.31
donatus nobis 481.51
est pontifex 733.17
& Iohannes 42.18
exprobrat ciuitatibus infidelibus 43.20
filius Dauid 156.35 & 251.41
filius Dei 72.16 & 287.17
filius dilectus 11.17
flens prædicit destructionem Ierusalem 249.41
flagellatur & coronatur spinis 331.1
Galilæis prædicat Euangelium, & infirmos sanat 14.13
Ierusalem ingreditur 150.1
Herodem vulpem vocat 233.31
illorum manducat cum Pharisæo 223.36
imperat ventis 112.35
impleuit promissiones Iudæis factas 505.3
in Galilæa adoratur ab apostolis 107.17
in hort⁹ 163.31 & 319.1
in Iudæa 281.22
in templo 111.11
interpretatur scripturas 266.27
interrogatur de potentia sua 73.23
irridetur 167.19
iudex 64.27 & 377.42
inuitat ad se 44.28
lachrimatur 313.35
lapis reprobatus à Iudæis 154.10 & 250.17
lassus potum petit à Samaritana 283.7
lauat pedes apostolorum 318.1
legem adimplet 16.17
liberat à maledictione 616.13
loquitur Apostolis de ascensione ad patrem 326.17
lux 301.12
magister & Dominus 319.13
manducat cum Simone Pharisæo 208.36
matrem commendat Ioanni 333.26
mediator & saluator 658.5
minister noster & redemptor 71.28
missus Iudæis 59.24
mortem suam apostolis prædicit 63.21 & 149.30.245.31
nascitur 187.7
natus nunciatur pastoribus 187.8
non suscipitur à Nazaræis 54.53
nouit cogitationes 201.8
omnia patri tribuit 287.19
orat 111.35
orat in deserto 199.16
orat in monte 56.23
orat pro Apostolis 328.9
orat pro nobis 481.34
oculo traditur 163.43
panis verus 294.33
passionem suam prædicit apostolis 74.18
patri omnia tribuit 298.16
pauper 590.9
peccata remittit 200.24
potatus aceto moritur 323.29
prædicat 40.1 & 110.13 & 112.39
prædicat pœnitentiã & se aduenisse 13.11
prædicãs in patria sua nõ suscipitur 126.1
præmonet apostolos de passione sua 140.31
primus resurrexit, & omnes per ipsum resurgent 558.13
pro nobis mortuus 752.28
puer 191.40
pulsatus quid responderit 330.22
quales vocauerit 516.25
quare in parabolis loquutus 50.11
quare odio habitus 297.7
redemptor 150.45
redemptor noster secundum promissiones venit 722.11
remittit peccata 114.5
resurrexit 107.6 & 336.18
rex 331.37
rex Iudæorum 166.2 & 331.33
ruina & resurrectio 190.34
salus 63.11
salus obedientibus 741.9
saluator 217.16 & 358.31 & 688.24 & 696.15
sanat infirmos 45.15 & 111.34
sepelitur 334.40
sponte se tradit pro ouibus 310.18
spinis coronatur 167.17
super ceruical dormit 113.38
suscipitur à Martha 221.38
tacet 165.61.166.4
tentatus 11.1 & 110.13.194.1
tentatur à Pharisæis 153.27
tẽtatur à Pharisæis de cẽsu Cæsaris 81.16
tributum soluit 67.24
tristis 97.38
ventis imperat 210.22
vnus dominus 536.6
Christi aduentũ præcedẽtia signa 690.2
de Christi aduentu 884.159.26
Christi affines infideles 297.5
ascensio in cœlum 342.9
assumptio 171.19
caput vngitur 160.3
carnem manducare & bibere eius sanguinem 296.54
corpus ecclesia 550.27
diuinitas 300.1
gaudium 328.13
gloria 177.12
ira 116.5
iugum 44.29
latus lancea aperitur 333.33
maiorum catalogus 193.13
mater, soror & frater 119.36
natiuitas 2.18
oratio 163.36 & 314.42 & 316.27
oratio ad patrem 327.1
passio 230.50
paupertas 31.20
sepultura 105.37
tactu sanantur infirmi 117.10
tempus 231.54
testimonium de Iohanne 207.24
transfiguratio 142.3
verba quæ dedit apostolis 328.8
vestimenta diuidantur 333.22
vestimenti tactu infirmi sanantur 132.53
de Christo confessio apostolorum 140.29
Christo ministrare 316.26
de Christo opinio populi 140.27
Christo pedes vnguntur a muliere 94.6
paruuli offeruntur 147.13
Christum agnoscens dæmon 123.6
audiunt peccatores 236.1
confitentur dæmones 196.41
confiteri 227.8
erubescere 142.38
induere 500.14 & 621.27
Iudæi constituere volunt regem 252.22
negat Petrus 165.66
nolunt suscipere Samaritani 217.52
quærunt Iudæi vt faterentur 253.26
Saducæi de resurrectione interrogant 82.23

sequi 141.34
sequens Euangelista omnia relinquit 217.19
sequens propter diuitias 217.17
sequentes relictis omnibus 245.28
spernens 318.4
vult mater alloqui 49.46
cibus Christi 284.32
cibo dignus operarius 218.7
de cibis 501.2 & 542.23. 674.16
circuncisio 362.8 & 446.15 & 456 & 532. 18 & 627.2 & 631.12 & 663 3
circuncisionem necessariam Christiano docent falsi fratres 391.1
circunciditur Iesus 189.21
ciuitas 15.14
ciuitas Dei 758.11
ciuitatem ingressi discipuli 219.10
claudere regnum cœlorum 85.13
claudus sanatur in nomine Christi 311.1
claudus sanatur 389.3
claues 63.29
clauis scientiæ 225.32
clausum ostium 233.25
de cœna domini 545 17
coinquinantia hominem 131.15
cogitationes nouit Christus 201.8
cohæredes 479.17
collectæ in pauperes sanctos 564.1
comedentes domos viduarum 85.14
commissura 201 36
communicatio 350.40
concilium Pharisæorum contra Christũ 314.47
concipit Elizabeth sterilis 177.24
concordia 658.1
concupiscentia 540.5
concupiscentiæ 111.19
condonandum fratri 24.14
confessio 109.5 & 404.18
confessio apostolorum 297.69
confessio apostolorum de Christo 140.29
confessio fidei 755.23
confessio peccatorum 9.6
confidentes in pecuniis 148.23
confidentes in sua iustitia 244.9
confirmatio 170.21
confiteri Christum 39.32 & 227.8
congressurus rex cum hoste 236.31
coniugum officia 530.1
coniuratio contra Paulum 415.12
cor aperire 395
Corinthii, epistola Christi erant 573.3
Corinthii cõtristati ad pœnitentiã 587.8
Corinthi Paulus docet Iesum esse Christum 400.2
Cornelius iussu Dei accersit Petrũ 374.5
Cornelii centurionis integritas 374.2
coronatur Christ' spinis 103.29 & 167.17
Chorozain 43.21
corpus Christi soluendũ à Iudæis 278.19
corpus spirituale 580.1
corpus vnum Christiani 495.4
correptio 68.15 & 6.29.1
correptionis modus 524.14
corripit patrem dæmoniaci incredulum Christus 144.19
corui 218.24
consilium contra Christum 116.6
consilium Dei 408.27
consilium sacerdotum contra Christum 94.3 & 160.1
consolator Deus in tribulationib' 567.4
consolatur Paulum Deus 415.11
conspuitur Christus 165.65 & 167.19
constitutiones humanæ 674.16
cooperator Deus 172.20
contemptores 388.41
contristari ad pœnitentiam 587.8
conuersio 237.17 & 414.18
conuitia in Christum 168.29
creatura 479.19
credentes 397.4
credentes ob Lazarum suscitatum 316.17
credentem scandalizare 146.42
credere in Christum 294.35
credunt Christo multi propter miracula 278.13
credunt multi 312.42
credunt multi de turba 299.31
credunt Iudæi aliquot 304.30
Crispus 401.8
crudelitas Pilati 231.1
crucifigi cum Christo 613.19
crux 40.38 & 141.34 & 235.27 & 315.18
crucis Christi titulus 333 19
custos carceris Christo credit cum tota familia 395.28

D

Dæmon agnoscens Christum 113.6
dæmones 117.11
dæmones confitentur Christum 198.414
dæmones in porcos abeunt 32.32.124.13
dæmonibus cognitus Christus 111.34
dæmonium eicitur 222.14
dæmonia eiiciens in nomine Christi 146.38
dæmoniacus sanatur 46.22 & 111.23 & 113.1 & 157.31 211.27
dæmoniaci Gergeseni sanantur 32.28
Damaris 400.34
damnatio 475.1
dare 409.35
dare in nomine Christi aquam 146 41
Dauid 115.25 & 201.3 & 349.29 & 387.36
debitores duo 208.41
decima rutæ 225.42
decimare mentham 86.16
Demetrius 405.24
deponenda solicitudo 228.22
destructio Ierusalem prædicitur 158.1. 159.15
Deus bonus 147.18
charitas est 8.3.2
& diuitię 25.24
lux 804.5
nos sibi reconciliauit 583.18
pater Christi 303.27.
qualis,& quomodo adorandus 399.24
sua tolerantia ad pœnitentiam inuitat 444.5
viuentium 83.32
vnus 536.4
Dei decreto Iudæi Christum occiderunt 315.28
digitus 222.18
dilectio erga nos propter Christum 231.35
dilectio 156.30 & 220.27
donum vita æterna 148.26
fides 152.22
filius 180.35
ira aduersus peccata 439.19
misericordiam annunciare 124.19
regnum 229.31 & 233.28
regnum paruulorum 147.14
sapientia 215.49
sermonem seruare 306.31
verbum 160.31
virtus 515.18
voluntas 294.39
voluntatem qui faciant 79.2
Dii qui 311.358
Deo omnia bona accepta ferenda 523.7
passeres curæ 227.6
placere 581.10
seruiendum 195.8
Diabolum Iesus scripturis cõuincit 11.3
Diaconi constituuntur qui viduis ministrent dum apostoli prædicant 360.1
Diaconi quales esse debeant 701.8
Diana 405.24
dies 405.24
dies Christi 242.24
dies domini 686.2
digitus Dei 222.18
dilectio 208.47 & 280.16 & 320.34 & 322. 15.& 324.12 & 327. 27 & 459.8 & 628.14 & 635.16 & 648.2 & 685.9
dilectio Christi erga nos 324.9
dilectio Dei 83.37 & 156 30 & 220.27 & 291.42
dilectio Dei & proximi præponitur sacrificiis 156.33
dilectio Dei erga nos propter Christum 481.35
dilectionis Dei vim ostendit Paulus 482.39
dilectio proximi 83.39 & 156.31
diligendi inimici 203.17
diligendi inimici & quare 21.43
diligere 148.22
diligere mundum 808.15
diluuium 90 39 & 242.26
dimittenda vxor ob solam fornicationẽ 147.1
Dionysius Areopagita 400.34
discipulus 33.24
discipuli 70.118.2
discipuli Christi vnde cognoscuntur 324.37
discipuli dormientes 98.49
discipuli ingressi ciuitatem 219.10
discipuli scandalizati recedũt à Christo 297.66
discipuli spicas vellunt 44.1.201.1
discipuli vento agitati in mari 291.17
dispensator fidelis 230.42
dispensator delatus ad dominum 238.1
disputat Iesus cum doctoribus 191.46
dissensio in turba ob Christum 300.41
dissensio propter Christum 310.19
dissidia 40.35
dissidia ob verbum Euangelii 231.51
diues 245.24 & 721.23 & 763.10
diues in Deo 228.21
diues in inferno 240.19
diuites 148.22 & 203.24
diuinare 395.17
diuitiæ 51.22 & 121.19 & 210
diuortium 18.31
doceri à Deo 295
docet Christus apostolos orare 221.1
docet Christus de naui 198.1
docet Christus sabbathis 197.31
docet turbas in deserto 130.34
doctores ad quid constituti 645.11
doctrina 350.40
doctrina hominum de lotionibus 133.1
doctrina noua 111.27
à doctrina Pharisęorum cauendum 139.15
doctus in regno cœlorum 54.52
dona 493.29
donum Dei pecunia non possidetur 368. 20
donum & gratia Dei 463.15
domestici fidei 631.10
Domini 613.9
Domini pax 218.5
Dominis duobus seruire 239.13
domus orationis 152.17 & 278.16
domus terrestris 580.1
domus viduarum 158.40
dormire 35.24 & 126.29 & 212.52
dormit Christus super ceruical 123.38
drachma perdita 236.8

E

Ebrietas 650.18
ecclesia Dei non contentiosa 547. 16
ecclesia orat pro Petro 381.5
ecclesiæ caput 636.22 & 646.16
ecclesiæ fundamentum 521.11

ecclesiam suam mundat Christus 631.16
egens nullus inter primos Christianos 356.34
eiiciens dæmonia in nomine Christi 146.38
eiicitur dæmonium 222.14
electio 314.16 & 631.4
electi Iudæi saluati 490.7
eleemosyna 22.2 & 229.33 & 374.4
eleemosyna benedictio nominatur 563.5
eleemosynam conferre Paulus hortatur Corinthios 588.1 & 592
eleemosynæ 373.36
elementa mundi 621.3
Elias 41.14
Elias ad viduam missus 197.25
ELIAS venturus, id est Ioannes Baptista 69.30
de Elia & Ioanne Baptista 143.12
Elisabeth 174.5
Elizabeth sterilis concipit 177.24
Elymas cæcus efficitur 384.11
ementes & vendentes eiiciuntur 152.15
Ephesiorũ presbyteros Paulus hortatur 408.18
episcopi 408.28
episcopi quales esse debeant 700.1
Ephrem 314.54
erubescere Christum 142.38
erutio oculi 146.47
esca 536.8
escæ 193.11
esurientes 15.6
euangelista Christum sequens omnia reliquit 217.59
euangelistæ ad quid constituti 645.11
euangelium 36.35 & 432.1 & 511.9 & 574.9
euangelium à Paulo prædicatum 557.1
euangelium cognitum paruulis 43.21
euangelium prædicandum omnibus gentibus 158.10
euangelium quare quibusdam incognitũ 577.3
euangelium reiicientes 37.14
euangelium verbum veritatis 635.13
euangelii cognitio à Deo 577.6
euangelii cognitio donum Dei 120.11
euangelii predicatio 88.14
euangelii simplicitas custodienda 595.1
euangelizare 515.17
euãgelizare in Asia vetatur Paulus à Spiritu 394.6
euangelizat Paulus mulieribus 394.13
euntibus in Emaunta apparet Christus 170.12
eunuchus baptizatur 370.38
eunuchi fides 370.37
eunuchi 71.12
Eutychus suscitatur 407.10
excommunicatio 69.18 & 525.2
excommunicantur qui Christo credunt 308.22
excussio pulueris 328.11
exhortatio ad opera 584.1
exorcistæ Iudæi à diabolo cæduntur 404.13
expectantibus dominum similes 229.36
extremum iudicium quale 93.30

F

FAbri filius & Mariæ 127.3
fabulæ 695.4
falsi Christi 242.23
falsi Christi 89.24
falsi fratres docentes circuncisionem necessariam Christiano 391.1
falsi prædicatores 28.15
falsi testes 99.60
falsi testes contra Stephanum 361.12
falsum testimonium in Christum 164.56
falsorum prophetarum ad seducendos electos miracula 159.21
faines 380.28
felicis benevolentia erga Paulum 419.22
fermentum 233.21
fermentum pro doctrina 62.12
fermentum Pharisæorum 61.6 & 226.1
fermenti parabola 52.33
à fermento Pharisæorum cauendum 139.15
festa 674.16
ficus arefacta 78.19 & 152.19
ficus infructuosa maledicitur 152.13
ficus succisa, quòd non ferat fructum 231.6
fidelis dispensator 230.42
fidelis in dispensandis diuitiis 239.10
fidendum Deo 568.9
fides 56.27.60.28.86.25.123.40.125.34 126.37.132.50.144.23.150.49.171 16.200 20.209.50.241.5.244.8.246.42.253.4 286.50.289.24.290.38.291.44.296.47 296.63.313.25.300.38 302.24.314.40.317 35.322.12.327.27.352.16.387.39.389.9.390 22.394.5.400.30.408.21.428.25.455.5 458.1.511.26.566.13.581.7.613.617.14 620.23.635.15.688.3.724.5
FIDES à Deo 62.17 & 270.13 & 294.39
Centurionis 169.39
Dei 152.22
& confessio Marthæ 313.27
in Christum 280.17
in Christum à patre est 294.44
in Christum opus Dei 293.28
in oratione 78.22 & 152.24
inverbum Dei 736.2
Nathanaelis 276.49
purgat 323.4
purificans corda 392.9
saluat 150.52 & 212.48
fidei virtus 66.20
iustitia 456.13
lætitia 370.39
ostium Gentibus apertum 391.27
fidem habere in Christũ est nasci ex Deo 814.1
fidem requirit Christus 212.50
ex fide iustitia non ex lege 628.5
filia Iairi sanatur 125.12
filius 304.35
filius Abrahæ 247.9
filius Dei 180.35
filius fabri & Marię 127.3
filius hæres occiditur 250.13
filius prodigus 236.11
filius occisus ab agricolis 79.38
filius reguli sanatur 285.46
filiis 26.67.25
filii Abrahę 9.9 & 615.7
filii Dei qui Christo credunt 270.121
filii diaboli 811.8
filii promissionis 484.9
filiorum panes 134.27
filioli 310.33
figura gentium 237.13
figura Iudęorum 237.25
figulus 485.21
fimbria vestimenti 57.36
fimbrię 84.5
fletus in mortuis 212.52
fœnum 26.30
fornicarius excommunicatur 515.1
fornicatio 304.41 & 540.8
fractio panis 330.40
frater 49.50
frater in fratrem 38.21
fratri peccata remittenda 113.25
fratres 84.8
fratrum onera portanda 630.2
fructus 324.8
fuga 38.23
fugit Paulus Lystram 389.6
fugiunt Apostoli 164.50
fundamentum Apostolorum Christus 640.20
fur in nocte 90.43 & 230.89
furari 647.18

G

GAbriel 176.19
Gaius 406
Galatę filioli Pauli 624.19
Galatę per Christũ reuocati ab idololatria 622.8
Galatarum affectus erga Paulum 623.15
gallina 87.37
Gallio 401.12
Gamaliel præceptor Pauli 412.3
Gamalielis consilium 359.34
gaudere 219.20
gaudere in Deo 553.1
gaudium 323.28.324.11.367.8
gaudium in cœlo ob peccatorem conuersum 236.7
gentes 375.300
gentes à Deo electæ 391.7
gentes Christo credituræ 310.16
gentes compulsę accedunt ad fidẽ Christi 235.23
gentes domestici Dei 640.19
gentes fide in Christum purificatas esse Petro ostenditur 374.9
gentes mundę per Christum 375.29
gentes mundi 229.30
gentes ne gloriętur aduersus Iudæos, sed timeant 492.18
gentes præordinatæ credunt 388.43
gentium figura 237.13
gentium spes Christus 46.21
gentium vocatio 30.11.81.9
gentibus etiam benefecit Deus ante conuersionem 390.17
gentibus facta misericordia 505.9
gentibus factam esse misericordiam Petrus ostendit 379.2
gentibus missus Christus 431.28
gentibus prædicat Paulus 388.46
gentiles volunt Christum videre 316.20
Gerasceni Christum reiiciunt 211.17
gladius 39.24
gladio periturí 99.52
gloria 479.20
gloria ab hominibus 291.44
gloria Christi 277.11
gloria Dei 314.40
gloria hominum 318.43
gloria in afflictionibus 459.2
gloria inanis 629.26
gloriandum in Deo 598.17
gloriari in Deo 460.11
gloriatio excluditur 452.27
glorificatio 481.30
Græcia 407.2
granum sinapis 122.31.233.19
grani sinapis parabola 52.31
granum frumenti 316.24
gratia 272.16.388.44.392.11.469.15.490.8.614.21
gratia per Christum 512.1
gratiarum actio 61.26.55.79.131.43.138.6.162.26.429.35.567.3.635.16.643.21
gratiarum actio in corde 650.10
grex 408.28

H

HAereditas diuidenda 227.14
hęres infans 621.1
hęredes 479.17
hęreticus reiiciendus 723.10
Herodes consumitur à vermibus 382.21
Herodes incarcerat Ioannem 193.20

Hero-

Herodes metuit Ioannem 129.20
Herodes pueros occidit 7.16
Herodis iudicium de Christo 54.1.128.14
Herodem vocat Christus vulpem 238.32
Herodias 129.19
hœdi 93.32
homo externus & internus 579.16
homo peregre proficiscens seruis talenta tradit 92.14
homo primus & fecundus 563.47
homo nouus 647.22
homo vetus 467.6
hominem coinquinantia 135.15
hominem nouit Christus 278.25
hominum doctrina de lotionibus 133
hominũ 4000. satiantur 7. panibus 137.1
honor Deo 381.23
honorificare Christum 289.23
hora 299.30.302.20
horæ diei duodecim 312.9
hostia accepta 667.19
hostia Deo placens 495.1
hostia laudis fructus labiorum 766.15
hostiæ 781.5
hostiæ Deo placentes 766.16
humilitas 244.14.408.19.67.4
humanitas Barbarorũ erga Paulũ 430.2
hydropicus sanatur 234.2
hypocritæ 91.51.134.6

I

Iacobus 609.19
Iacobus & Ioannes 110
Iacobi oratio ad Apostolos 392.13
Iacobi vocatio 13.18.199.5
Iairi filia sanatur 115.22
idololatria fugienda 541.14
idololatræ 540.7
idololatræ fugiendi 585.14
idololatræ Iudæi 365.40
idola vana 390.15
idolis immolata 535.1
ieiunium 24.16.383.2
ieiunium & oratio 66.21
ieiunia 33.14
ieiunia & afflictiones Apostolorum post ascensionem 201.34
ieiunaturos & afflictiones passuros Apostolos post ascensionem suam prædicit Christus 115.19
Ierusalem 615.25
Ierusalem destructio 234.34
Ierusalem destructio à Christo prædicitur 249.41
IESVS ad Caiapham ducitur 99.57
asinæ insidens ingreditur Ierusalé 315.13
baptizatur 109.9
circunciditur 189.21
conspuitur & alapis cæditur 100.69
cum doctoribus disputat 191.46
docet turbas in deserto 130.34
est Christus 349.34.337.31
Iesus est Messias ille promissus saluator patribus 1.1
fatetur se esse Christum 100.64.162.62
fugit Iudæos 314.54
fugit Iudæos homicidas 297.1
in desertis 55.13
ingreditur Ierusalem 245.29
interrogatur an sit Christus 311.24
Magdalenam alloquitur 336.17
passionem suam prædicit 66.22
IESVS Pharisæos interrogat de Messia 83.42
Pilato vinctus traditur 101.1
Iesus se esse Messiã facetur Samaritanis 284.27
ignis 230.49.521.13
ignorantes Iudæi 352.17
illotis manibus comedentes Apostoli reprehenduntur 133.1
imitandum se proponit Paulus 665.17
imitari Deum 543.1
imitatores 524.16
imitatores Dei 648.1
imperat ventis Christus 122.35
impositio manuum 147.16 360.6
imprudens 135.18
impurum reddentia hominem 59.18
incredulitas Nazarenorum 117.6
incredulus Zacharias mutus efficitur 176.18
incredulum patrem dæmoniaci corripit Christus 144.19
increduli 404.9.494
increduli Apostoli 171.14
increduli Pharisæi 307.19
indurare 485.18
infantes 782.2
infidelitas 176.11
infidelitas Apostolorum reprehenditur 66.17
infidelitas repræhenditur 265.25
infirmitas ad gloriam Dei 312.4
infirmitas corporis ob peccata 287.14
de infirmis in cibis & dierum ratione 500.1
infirmi 36.35
infirmi ferendi 504.1
infirmi sanantur vestimenti Christi tactu 132.53
infirmi sanantur 198.40
ingreditur Christus Ierusalem 150.1
inimici Christi interficiuntur 248.27
inimici diligendi 203.17
inimici diligendi & quare 21.43
iniquitas 88.12.224.39
iniuriæ & damna Christianis ferenda 528.7
innuptæ 531.8
in nuptiis aquam in vinũ conuertit Christus 276.1
in nuptiis quo loco accumbendum 234.8
inuidia 166.10
inuitandi pauperes ad conuiuium 235.12
inuitati ad cœnam venire renuunt 235.15
inuocare 488.13
inuocare Christum 512.1
Iohannes 339.20
Iohannes baptizat 281.23
docebat Christum venisse 275.30
docet discipulos suos se non esse Christũ 282.27
hortatur ad resipiscentiam 192.2
incarceratur 193.20
lucerna 290.35
mittit discipulos ad Christum 40.2
non bibit vinum 208.33
promittitur Zachariæ 175.12
quare coniectus in carcerem 54.3.129.18
qualis futurus 175.15
sepelitur 55.12.130.29
testatur lucem Christum venisse 269.6
testatur se non esse Christum 273.20
vnde cognouerit Iesum esse Christum 275.33
Iohannis baptismus 153.30
caput amputatum datur saltatrici 129.15
discipuli sequuntur Christum 275.37
officium 185.76
testimonium de Christo 272.193.15
vestitus & victus 109.6
victus 9.4
Iohanni baptistæ caput amputatur 55.10
Iohannem metuit Herodes 129.20
De Iohanne baptista & Elia 143.12
Iohannis vocatio 13.18.199.5
Iohanni Christus matrem commendat 333.26
Ioannes Marcus 382.25.385.13
Ionas signum resurrectionis 48.40
Ioseph 362.9
Ioseph ab Arimathea 334.38
Ioseph Christum sepelit 105.57.169.48
Ioseph fugit cum Iesu & Maria in Aegyptum 6.14
Ira 116.5.460.9
ira Dei aduersus peccata 439.18
irasci 647.26
Israelis cæcitas, & eius susceptio 492.25
Israelitæ 37.6
Iudæi 446.25.515.22
Iudæi aliquot credunt 304.30
contradicunt Paulo 388.45
electi saluati 490.7
Iudæi & Gentes aliquot conuersi ad Christum 389.2
idololatræ 365.40
infideles 79.32
Iudæi infideles volant Paulum occidere 347.5
non omnes reiecti 489.1
obcæcati 575.14
persecutores Christi & prophetarum & Pauli 678.15
petunt Christum crucifigi 332.6
præceptis Dei præferunt humana 134.6
quare non credunt 311.25.317.38
quidam credunt Christo 314.45
reiecti & assumptæ Gentes 80.42
renuunt venire ad Christum 235.15
signa petunt 223.29
Iudæi signa quærunt 138.12
Iudæi vt saluentur quærunt Christum 293.26
Iudæorum destructio 87.1 & 88
& Gentium salus 314.52
figura 237.25
pater Deus 304.42
pater diabolus 305.44
reiectio 30.12
rex, Christus 66.2
Iudæis reiectis gentes susceptæ 489
Iudas Galilæus 319.37
Iudas 319.18
Iudas adit Pharisæos 320.31
diabolus 297.70
osculo Christum prodit 98.47
perit 328.12
proditor 162.18
prodit Christum 561.10.319.3
suspendit seipsum 101.5
suspensus 343.18
vendit Christum 96.14
Iudæ auaritia 315.5
peccatum 332.11
Iudam proditorem suum Christus indicat 319.21
iudex Christus 377.42
iudicare 299.24302.15 523.3
iudicari à domino 547.32
non iudicandum de proximo 26.1
iudicium 86.23.225.42.281.19.288.22.316 31.325.8.400.30
iudicium Christi 289.28.309.39
iudicium Herodis de Christo 128.14
iudicium populi de Christo 298.12
de iudiciis forensibus 527.1
Iugum Christi 44.29
iugum legis 392.10
iuramento promisit Deus salutem 742. 13
non iurandum 19.33
iurare per templum 86
iustificare 460.9
iustificare Deum 207.29
iustificare se coram hominibus 239.15
iustificare seipsum 220.29
iustificatio 481.30
iustitia 229.31.325.8
iustitia duplex 487.5
iustitia ex fide 615.8
iustitia fidei 487.6
iustitiæ viuere 784.24

iustus 461.7
iusti 111.17.20.32
iuuenes 705.1

L

Lac 520.2
lachrymę 468.19
Lætitia per fidem 396.33
lapidare 341.31
lapis angularis 80.42
reprobatus à Iudæis, Christus 354.19
reprobatus 354.11
viuus 782.4
lacte 309.1 & 310.11
latrones 168.27.309.8
latrones crucifixi cum Iesu 304.38
latronibus crura franguntur 334.31
lauare pedes 498.44.319.14 634.6
laus 246.43.312.8
laus Deo
Lazarus ægrotans 312.1
Lazarus suscitatur 314.34
Lazarum occidere consultant Iudæi 315.11
lectio legis & prophetarum 385.15
legio 124.9
legis peritus 221.45
leprosus Naaman 197.27
leprosus sanatur 29.2.112.40.199.12
leprosi decem sanantur 241.12
lex 239.17.456.13.469.25.574.613.19.619.19
Lex & Prophetæ 42.13.239.16
lex Mosi sabbathis lecta 392.21
lex pædagogus 620.24
legis iugum 391.10
legis opera 615.6
legis & prophetarum lectio 385.15
legem adimplet Christus 16.17
per legem cognitio peccati 472.8
lege liberati seruiunt Deo in spiritu 470.4 147.4
libellus repudii 469.20
liberi iustitiæ
libertas 475.2.610.4.618.13.800.19
libri impii combusti 404.19
ligare 63 19
lilia 25.28.229.27
linguæ vitium describitur 774.1
littera 574.7
loqui 38.19
loqui lingua 513.2
Loth & eius vxor 243
lucerna 16.5.121.21.210.16.223.33
lucernæ 229.35
lucerna, Iohannes 250.35
lugentes 15.4
lumbi 229.35
lumen 317.35.424.23
lunaticus sanatur 66.15
lupi 218.3.409.29
Lux 269.5.281.19.318.46.424.18.649.8
lux Christus 270.9.301.11
Deus 804 3
mundi 15.13
Lydia baptizatur 394.14
Lystrenses volunt Paulo & Barnabæ sacrificare 389.12

M

Macedonia
Magi primitiæ gentium Christum adorant 4.1
Magister 38.24.85.10.280.10
magistratibus obediendum 498.1
maior inter Apostolos quis 145.32
maiorum Christi catalogus 193.23
Malcho amputatur auricula 164.47. 329.10
maledicitur ficus infructuosa 152.13
maledictionem tollit Christus 616.13
maledicti 93.41
malus seruus 91.48.230.45
mandatum maximum 83.36
mandata & doctrinæ hominum 57.3
mandata seruanda 72.17
mandatorum Dei impletio 16.19
manducatio Paschæ 162.22
manere in Deo 806.6
manna 293.31
manus abscisio 17.30
manus ad aratrum 218.62
manus arida sanatur 116.1.201.6
de manu & pede abscindendo 67.8.146.43
manibus illotis comedentes Apostoli reprehenduntur 133.1
manibus non laborantes 693.9
manuum impositio 147.16
manuum impositio cum oratione 71.13
Marcus 679.10
margaritę parabola 53.45
Maria 342.14
Maria visitat Elisabeth 180.39
Mariæ canticum 181.47
Mariæ & fabri filius 127.3
Mariæ puerperæ purgatio 189.22
Maria Magdalena plorat ad sepulchrũ 335.11
Maria Magdalena venit ad sepulchrum 335.1
Maria soror Marthæ 312.2
audit verbum Dei 221.40
vngit pedes Iesu 315.3
currit ad Christum 313.28
queritur apud Christum 313 32
650.25
mariti
Martha suscipit Christum 221.38
Marthæ fides & confessio 313.27
Marthę querimonia apud Christum 313.21 210.19
mater & fratres Christi 33.9.114.14
Matthæus vocatur 344.26
Matthias
maxilla percussa 203.29
maximus in regno cœlorum 67.1
mediator Christus 698.5
membra 468.13
membra Christi 529.15
membra seruiant Deo 469.19
membra varia in vno corpore 549.12
Menander 561.33
mendacium 305.44.647.25
mentiti 357.5
mercenarius 310.12
merces 203.23
meretrices 79.31
Messias venit 276.41
Messiam se Iesus fatetur esse 165.62
de Messia Iesus Pharisæos interrogat 83.42
messis 36.37.218.285.35
metere 285.38
metuit Iohannem Herodes 129.20
miles Dei 713 3
milites 193.14
ministerium Pauli 408.24
minister 150.43.85.11
minister Gentium Paulus 506.15
minister noster & redemptor Christus 75.28
ministri 520.5 & 523.1
ministri euangelii alendi 630.5
ministris Enangelii victus & vestitus debetur 537.1
ministri sacerdotum cõuersi ad Christũ 300.45
ministrare Christo 316.26
miracula 171.17.316.31.357.11.404.9
miracula euangelii testimonia 389.3
miracula falsorum prophetarũ ad seducendos electos 159.21
miracula quid faciant 291.13
miraculorum gratia, multi Christo credunt 278.23
miraculorum vsus 471.20

MIRACVLA NOVI TESTAMENTI.

Aegrotus qui annos 38 in infirmitate egerat
à Christo sanatur 286.5
Aeneas paralyticus sanatur 373.33
Ananias & Saphira ob mendacium moriuntur 356.1
apostoli dæmonia eiiciunt, & Deo vngunt infirmos ac sanant 128.13
è carcere liberantur 358.20
signa & prodigia edunt 389 5
signa & prodigia multa edunt in populo 317.12
aquam in vinum convertit Christus in nuptiis 266.1
arida manus sanatur 116.1.45.10.201.6
ascensio Christi in cœlos 342.9
cæcus sanatus 139.22.150.46 246.31
cæci duo fide in Christum sanantur 36.28.76.30
cæco nato restituitur visus 307.1
centurionis seruus sanatur 19.5
claudus Lystris sanatur 5 9.8
claudus sanatur in nomine Christi 351.1
chananææ filia dæmoniaca sanatur 56. 84.134.14
Christus ambulat supra mare & tempestatem sedat 131.47
Christus 40 dies ieiunat 11.2
Christus ventis imperat 210.22
Christus adest post mortem 265.17
conspicitur post resurrectionem à Magdalena 336.17
ab apostolis 336.19
à piscatoribus Petro & aliis 317.2
cohors quæ veniebat ad Christum capiendum cadit humi 319.6
dæmoniacus sanatur 46.22.111.23.123. 1.241.27.197.31
dæmoniaci duo sanantur 32.28
dæmoniaci multi & omnes malè affecti sanantur 30.16
dæmonium eiicitur 222.14
Elymas cæcus efficitur 384.11
Eutychus à Paulo suscitatur 407.10
ficus arefacta 78.19
filius reguli sanatur 285.46
hydropicus sanatur 234.2
Iairi filia sanatur 125.22.212.41
Iesus ambulat super mare 56 26.252.19
infirmi multi à Christo sanantur 45.15. 60.30.70.2.112.32.158.40
infirmi sanantur tactu vestimẽti Christi 133.56
infirmi, tactu Christi sanantur 117.10
Lazarus suscitatur 314.39
leprosus sanatur 29.2.112.40.199.12
leprosi decem sanantur 241.12
lunaticus sanatur 66.15
manus arida sanatur in sabbatho 45.10. 201.6
morbi & languores à Christo sanantur 14.23
mortui egressi è monumentis 105.52
mulier à fluxu sanguinis sanatur 34 21. 125.25.212 43
mulier inclinata sanatur in sabbatho 232.11
mutus & dæmoniacus sanatur 35 32
panibus quinque satiantur quinque millia virorum 213.10
panibus quinque & duobus piscibus saturantur 5000 homines 131 36.297.1.45.19
panibus septem satiantur quatuor mille homines 137.1.60.33
paralyticus sanatur 32.2.113 3.200 28
Paulus miracula non vulgaria fecit 404
Pauli conuersio 370
petræ scissæ 105.51
Petrus ab Angelo liberatur è carcere 381.7

Petri

Petri socrus sanatur 30.14.111.29.158.38
piscium multitudo à Petro & aliis capta 337.6
principis filia suscitatur 34.18
Publii pater à febribus sanatur 430.8
Pythonis spiritum habens puella sanatur 395.16
resurrectio Christi 106.336
sanguis & aqua è latere Christi exeunt 334.34
Spiritus sanctus descēdit quasi columba super Christum 11.16
Spiritus sanctus missus in apostolos 345.2
Spiritum mutum habens sanatur 143.14
surdus mutus sanatur 137.32
Tabitha suscitatur à mortuis 373.36
tangentes fimbriam vestimenti sanantur 57.36
tempestas in mare sedatur 31.24
tempestas quiescit 56.32
tenebræ Christo pendente in cruce 104.45
terræmotu carcer aperitur, ac vincula Pauli ac Silæ remittuntur 395.25
transfiguratio Christi 65.1.142.3
velum templi fissum 105.51
ventis imperat Christus 123.39
vipera non nocet Paulo 430.3
vox è cœlo 11.16.316.28
misereri 481.18
misericordia 33.13.45.7.85.23.221.37
misericordia Dei 484.15
misericordia Dei erga peccatores conuersos 237.20
misericordiam Dei annuntiare 124.19
mites 15.5
mittuntur Apostoli 127.7
Moloch 361.43
monere cum lachrymis 409.31
moriendum semel 752.27
mori 502.8
mori peccato 467.7
mors 306.51. & 469.21.564.55
mors Christi 94.1 & 418.25. & 460.10
mortem suã prænuntiat discipulis Christus 149.30
mortui 240.31. & 289.25
mortificatio Christi 578.10
motus in mari 31.24
Moses accusator Iudæorum 291.46
Moses & prophetæ audiendi 240.19
Moses velatus 575.13
Mosi apparet Angelus in rubo 364.30
Mosis de Christo prophetia 353.22
Mosis discipuli 308.28
mulier à fluxu sanguinis sanatur 34.10. 125.35
mulier inclinata sanatur Sabbatho 231. 11
mulier pariens 316.21
mulier mortuo marito libera à lege viri 470.2
mulier velata 544.5
mulieri in adulterio deprehensæ condonantur peccata 301.3
mulieres accedunt ad sepulchrum 169.1. 106.1
mulieres Angeli alloquuntur 170.5
mulieres credentes 397.4
mulieres ministrantes Christo de facultatibus suis 209.2.105.55.169.40
mulierum officia 689
mulieribus euangelizat Paulus 394.13
mundantes calices 86.25
mundare seipsum & sanctificationē perficere 586.1
mundus 302.23
mundi corde 11.7
mundæ Gentes 219.30
mundi omnes Iudæi & Gentes per Christum 375.28
murmurare 541.10
murmuratio 661.14
mutus Zacharias efficitur 176.18
mutus & dæmoniacus sanatur 35.31
mutus surdus sanatur 137.32
mutum spiritum habens sanatur 143.14
mysterium Dei reuelatum sanctis 672.16

N

Naaman leprosus 157.27
nascitur Christus 187.7
nasci denuo 279.3
nasci ex aqua & spiritu sancto 276.6
nasci ex Deo 814.1
Nathanael 276.45
naufragium 429.41
Nazaræi scandalizantur in Christo 156. 22
Nazaræorum incredulitas 127.6
Nicodemus 300.50 & 334.39
Nicodemus noctu accedit ad Christū vt doceatur 279.1
Niniuitæ 48.41 & 213.31
noctis vigiliæ quatuor 160.35
Noe 242.26
Noe tempora 90.37
nomina scripta in cœlis 219.20
nouissima tempora qualia futura sint 715.1
nouitas vitæ 466.4
nouus homo 639.15 & 647.24
nouum testamentum 162.24
nouum vinum 201.38
nuptiarum parabola 80.1

O

Obedientia 510.19
obedire Deo 358.30
oblatio Christi sola pro peccatis 754.14
occidere quid 17.21
oculus nequam 74.15
oculus simplex 223.34
oculi eruitio 18.29.68.9.146.47
odio habere parentes propter Christum 235.26
odor vitæ & mortis 572.14
offendiculum 543.52
offeruntur paruuli Christo 147.13
officium Ioannis 183.76
oleum 128.13
oleo vngere caput 208.46
Onesimus doctus à Paulo Christum 724.10
onera grauia 84.4
onera populi 225.46
opera 281.20.322.12.373.36.424.20.490. 8.613.643.1.712.9.782.1
opera à Deo 323.4
bona 16.16
carnis 629.20
Christi 290.36
Christi ostendebant eum esse Deum 312
legis 615.6
misericordiæ 35
nulla bona sine fide 323.6
resipiscentium 192.8
tenebrarum 649.11
operarii 36.38.218.2
operarii conducuntur in vineam 73.1
operarius dignus cibo 218.7
operari 307.4
operari cibum 293.27
opinio populi de Christo 62.13.140.27
opus bonum 161.6
opus Christi 327.3
opus Dei, fides in Christum 293.28
oratio 22.5.98.41.360.6.367.15.371.12 373.40.374.4 409.36.383.3.766.18
oratio Apostolorum 344.24
Christi 97.39
oratio Christi in horto 317.163.36. 316.27
Christi in cruce 105
Christi ad patrem 317.1
Christi pro nobis 328.20
oratio & ieiunium 66.21.145.29
oratio in littore 410.6.6
orationis domus 77.13.152.17.278.16
orationes 568.11
orandum 160.33
orandum pro persequentibus 21.44
orandum semper 243.1
orantes resipiscēti gratiam fratri 69.19
orare 163.38.480.26
orare Christus apostolos docet 221.1
orat Chananea pro filia dæmoniaca 134.24
orat Ecclesia pro Petro 381.5
osculum 208.45.510.16
osculum Iudæ 98.48
osculo Christus traditur 163.43
oscula 409.37
ostium 309.1 & 7
ostium clausum 233.25
ostium fidei Gentibus apertum 391.27
ouis 45.11
ouis perdita 236.4
oues 93.32
oues Christi 311.27
ouile 309.1

P

Pacifici 15.9
pædagogus 524.15
palea 10.12
palmes 363.2
panis 541.16
panis filiorum 134.27
panis verus Christus 294.33
panis vitæ 395.48
panes propositionis 116.26
panibus quinque & duobus piscibus saturantur 5000 homines 131.35.291.1
panibus septem 4000 hominum satiātur 60.32.137.1
pannus 34.16
pannus impolitus 115.21
parabolæ 120.12
in parabolis quare Christus loquutus 50.11 & 52

PARABOLAE.

Aedificaturi turrim 235.28
decem virginum 91.1
drachmæ perditæ 236.8
dispensatoris iniqui 238.1
diuitis epulonis 240.19
fermenti 52.33.237.21
ficus 90.32
filii prodigi 236.11
grani sinapis 52.31.122.31.233.19
hominis diuitis qui cogitabat dedilatandis horreis suis 228.16
hominis peregre proficiscētis qui seruis talenta tradit 92 & 14
hominis profecti ad accipiendum sibi regnum 247.11
hominis qui fecit cœnam magnã 235.16
hominis qui in latrones incidit 220.30
iniqui iudicis 243.2
Margaritæ 53.45
nuptiarum 80.1
operariorum conductorum in vineam 73.1
ouis perditæ 236.4
regis congressuri cum hoste 236.31
regis qui voluit conferre rationem cum seruis suis 69.23
sagenę missæ in mare 53.47
sementis factæ in terram 122.26
seminantis 49.1.120.4.209.5
serui boni & mali 230.42
serui fidelis 90.45

thesauri absconsi in agro 53.44
vineæ 79.33
vineæ locatę agricolis 250.9.113.1
zizaniorum 51.24
parabolę seminantis expositio 51.18
parabolæ 120.14
paralyticus sanatur 32.2.113.3.200.18
parentes 134.10
paries dealbatus 414.3
paruulus 552.11
paruuli 67.3.71.14.219.21
paruuli Christo offeruntur 147.13
paruuli in Christo 520.1
paruulorum regnum Dei 147.14
pascha comedit Christus 96.21
paschæ manducatio 162.22
paschæ præparatio 161.12
passeres Deo curæ 227.6
passeres duo 39.29
passio Christi 230.50
passionem suam prædicit apostolis Christus 74.18
pastor 309.2
pastori euangelico amor in Christum necessarius 338.15
pastores ad quid constituti 645.11
pater 85.9
pater familias 38.25
pati pro Christo, donum Dei 658.29
patres 652.4.524.15
Paulus accusatur coram Gallione 401.12
ad concordiam inuitat 658.1
cæditur 413.24
comprehenditur 411.27
confert suam doctrinam cum Apostolis 614.1
contendit se Romanũ non debere cædi 414.25
coram festo causam dicit 420.6
Corinthi docet Iesum esse Christum 400.2
cum Sila cæditur virgis & incarceratur 395.19
cum Sila laudat Deum in carcere 395.25
defendit se 414.1
dicit causam pro se contra Tertullum 417.10
disputat cum gentibus 372.29
docet Ephesi 403.1
edoctus à Deo euangelium 609.15
Paulus & Barnabas segregantur in prædicationem 383.1
fugit Lystram 389.6
Gentium Apostolus 413.21
Gentium doctor 611.8
gloriatur in afflictionibus propter Christum 631.14
gratis euangelizauit ne oneri esset Christianis 538.15
hortatur ad fidem in promissum à Deo auxilium 428.22
hortatur ad opera 643.1
hortatur Corinthios ad conferendam eleemosynam 588.1
hortatur naufragium passuros 429.34
hortatur presbyteros Ephesiorũ 408.18
insanus iudicatur 414.24
insectatur sectas 520.3
Iudęis exponit quare Romam perductus sit 431.17
laborat manibus 409.34.524.12
lapidatur 390.19
ligatus Christi 583.20
libens patitur propter Christum 410.13
minister Gentium 506.15
narrat Iudęis quomodo conuersus sit ad Christum 412.1
non creditur esse Christi discipulus 372.26
non vtitur eloquẽtia in prędicando 516.1
optat videre Romanos 437.11
orat pro Iudęis 487.1
orat pro Philippensibus 655.4
orat videre Thessalonicenses 684.10
paulus orat vt Ephesii confirmentur in fide 423.10
persequutor ante conuersionem 423.10
perducitur ad Felicem pręsidem 416.23
Pharisęus 414.7 422.5
prędicat 385.16
Paulus prædicat Christum omnibus accedentibus 432.31
prędicat Iesum esse Christum 372.20
prędicat sapientiam Dei 517.6
purificat se more Iudaico 410.20
quare vinctus 713.9
raptus in tertium cœlum 502.4
Romam proficiscitur 425.1
Romanum se iactat in tempore 396.37
se imitandum proponit 665.17
seruus 539.20
testis electus 413.15
totam noctem docet quòd Iesus sit Christus 407.7
vas electum 371.15
Pauli accusatio 417.2
afflictiones 408.22
ministerium 408.24
opus 537.2
præceptor 412.3
potestas in ædificationẽ ecclesiæ 596.8
stimulus carnis 603.7
syncerita s in prædicando euangelio 56 9.13
visio vt Macedonibus euangelizaret 394.9
Paulo & Barnabæ volunt Lystrenses sacrificare 389.12
insidiæ tenduntur 372.23
occurrunt fratres 431.15
periculosam nauigationem præmonenti non creditur 426.9
vipera non nocet 430.3
visus Christus 558.8
Paulum Deus consolatur 415.11
pauper Christus 590.9
pauperes 95.11.161.7.202.22
pauperes ad conuiuium inuitandi 235.12
pauperes Spiritu 15.3
pauperibus subueniendum 24.20
pax 373.31.458.1.37.13.39.34.248.38
pax Christi 322.26
pax domini 218.5
pax in Christo 317.31
peccator 307.17
peccatores 33.10.115.17 200.32.308.31
peccatores audiunt Christum 236.1
peccatores saluati per misericordiã Dei non ex operibus 723.4
peccantes quomodo corripiendi 629.1
peccantii in nos fratri remittendum 241.3
peccatrix rigat pedes Iesu 208.37
peccatum 47.31.325.8.564.56
peccatum non regnet 468.12
peccatum pœna peccati 441.24
peccati cognitio per legem 472.8
peccati seruus 304.34
peccato mori 467.7
peccato non seruiendum 465.1
peccata remittenda fratri 153.25
peccata remittit Christus 200.24
peccatorum remissio 200.21
pecuniis fidentes 148.23
pedum abscissio 146.43
Pentecoste 408.16
percussa maxilla 203.29
perdere animam 142.35
perdita drachma 236.8
perdita ouis 236.4
perfectio 21.48
perfectus 91.21
persecutio 149.30
persecutio à Iudæis 388.49
persecutiones 158.9
persecutiones sequẽtibus Christũ 716.12
perseuerandum in oratione 221.5
perseuerantia 38.22.88.13
personarũ respectus non habendus 770.1
petendum in Christi nomine 321.13.323.7.326.23
petentibus datur spiritus bonus 221.13
petere 324.16
petra 63.18.540.3
petræ scissæ 305.1
Petrus 609.18
ab Angelo liberatur 381.7
à Paulo corripitur 611.11
apud coriarium habitat 374.43
correptus ab Apostolis quòd Gentibus Christum annuntiasset, ostendit factã esse gentibus misericordiam 379.2
cum Ioanne incarceratur 353.1
descendit ad Cornelium 375.17
& Ioannes currunt ad monumentum 335.3
Iesum sequitur 99.18
infidelis periclitatur in mari 56.29
Petrus Iohannem sequitur ad domũ Caiaphæ 330.15
Iudæorum Apostolus 611.9
prædicat Christum 376.34
Petrus narrat se liberatum de manu Herodis 381.17
negat Christum 100.67.165.66.330.24
non vult sibi flecti genua 376.26
Petrus non vult sibi lauari pedes à Christo 318.6
sequuturus Christũ & negaturus 320.38
Petri mors prædicitur 338.18
negatio 97.34
oratio ad Apostolos 391.7
oratio ad Apostolos vt pro Iuda substitueretur aliquis 343.15
socrus sanatur 30.14.111.29.198.38
vmbra 357.15
vocatio 13.18 & 199.15
Petro & aliis apparet Christus 337.2
& Iohanni inhibetur ne Iesum prędicent 354.15
ostendit Gentes fide in Christum purificatas esse 374.9
prædicante conuersi ad Christum multi 346.12
phantasma 132.49
Pharao 485.17
Pharisaica superbia 308.34
Pharisæi oratio 244.11
Pharisæi 9.7.415.9
Pharisæi Christum de potestate interrogant 250.1
Pharisæi incredvli 307.19
Pharisæorum concilium contra Christũ 314.47
Pharisæorum fermentum 226.1
à Pharisæorum fermento cauendũ 139.15
Pharisæorum supercilium 300.48
à Pharisæis cauendum 157.38
Pharisæos Iesus interrogat de Messia 83.42
Philippus annuntiat Christum eunucho Candaces reginæ 368.26
Philippus euangelista 410.8
Philippus diaconus prædicat Christum Samaritanis 367.5
Philippi vocatio 276.43
phylacteria 84.5
Pilatus Christum tradit Iudæis crucifigendum 166.9
Pilatus lauat manus tanquam innocens 103.24
timens interrogat Christum 332.8

Pilati crudelitas 231.1
vxor 103.19
Pilato Christus vinctus traditur 101.1
Pilato fatetur se esse regē Christus 102.11
piscatores Petrus cum sociis Iacobo & Ioanne vocantur 199.5
piscina in Ierusalem 286.2
piscium multitudo 199.6 337.7
piscibus duobus & quinque panibus 5000 homines saturantur 131.35
placere Deo 684.1
placere homini 608.10
planctus in morte Stephani 367.2
plantatio quæ eradicatur 58.13
pœnitentia 128.12 237.17.350.38 351.19 & 353.26 358.31 367.47 400.30 408.21 424 20
pœnitentia & conuersio gentibus data 380.19
pœnitentiæ fructus 9.8
ad pœnitentiam inuitat Deus sua tolerā tia 444.5
pontifex Christus 733.17
pontificis officium 247.3
populi onera 255.46
populi opinio de Christo 140.27 213
porta angusta 233.24
Portius Felici succedit 419.27
potatur Christus aceto 169.36
potestas a Deo 332.11
præceptum primum 156.28
præcepta hominum dei præceptis præferunt Iudæi 134.6
prædestinatio 481.29 635.11
prædicare Christum 577.5
prædicandum purè 714.15
prædicans Christus in patria sua non suscipitur 126.1
prædicantes propter ventrem 510.18
prædicatoribus euangelii victus & vestitus debetur 537.1 & 630.5
prædicitur Ierusalem destructio 158.1 159.15
præmium propositum 539.25
premonet Christus Apostolos passionis suæ 145.31
præputium 532.18
presbyteri prædicātes euangeliū 707.17
primum præceptum 156.28
principis filia suscitatur 34.18
principes credentes timent excommunicari 318.318.42
promissio 416.13
promissiones Iudæis factę, à Christo impletæ 505.8
promissiones patribus factæ impletæ 387.32
propheta 127.4 197.24
prophetam recipere 40 41
prophetæ 306.52 377.43
prophetæ audiendi 249.19
prophetæ & iusti 51.17
prophetæ & lex 239.16
prophetæ occisi à Iudæis 87.34
prophetarum sepulchra ædificare 87.29
prophetia 553.1
prophetissa Anna 191.36
proselytus 86
prouidentia Dei 36.29
proximus quis 220.30
proximi dilectio 116.31
proximo placendum 504.2
prudens 38.16
prudentes 219.21
psalmi secundi locus exponitur 361.25
pseudapostoli cauendi 195.1
pseudoChristi 89.24
publicani 75.31 193.12
publicani oratio 224.13
puluis 219.11
puluis pedum 213
pulueris excussio 37.14 128.11
puerperæ Mariæ purgatio 189.22
puer Christus 191.40
pueri 68.10
pueri prospera Christo optantes 77.15
puerorum est regnum cœlorum 244.15
purificatio 281.25
Pythonis spiritum habens puella sanatur 395.16

Q

Quæstiones stultę 723.9
Quatuor noctis vigiliæ 160.35
quinque panibus & duobus piscibus saturantur 5000. homines 55. 19.132.136.291.1
quis timendus 227.5

R

Rabbi 84.7
rapina 224.39
raptus Pauli in tertium cœlum 602.4
reconciliatio sacrificiis præfertur 17.23
reconciliauit nos sibi Deus 583.18
redemptio 634.7
redemptio corporis 480.23
redemptor Christus 150.45
reiectio Iudæorum 30.12 489
regina Saba 48.42 223.31
regiones albæ ob messim 285.35
regnare 464.17
regnum Christi 331.36
regnum cœlorum claudere 85.13
regnum Dei 46.29 229 31.233.28 504.17
regnum Dei & eius iustitia 63.32
regnum Dei intra nos 242.21
regnum Dei paruulorum 147.14
regnum Dei quando venturum 242.20
regnum diuisum 46.25 119.24
reguli filius sanatur 285.46
relinquentes omnia propter Euāgelium 148.27
relinquere omnia & Christū sequi 73.27
remissio peccatorum 33.597.29.200 21. 208 47 350.38 358.31 367.47 387.38 424. 18 634.7 707.12
remissio peccatorum per fidem 377.43
remittenda peccata fratri 153.25
renatci 782.23
renunciare omnibus quæ possidemus 236.33
reprehenduntur Apostoli comedentes il lotis manibus 133.1
repudii libellus 717.147.4
respicienti fratri parcendum 69.20
respicientium opera 192.8
respicere retrò 218.62
resurrectio 105.52 155.18 313.24 348.23 356 363 387.34 423.9 458.25 466.4
resurrectio quomodo fiat 562.36
resurrectio vitæ 290 30
resurrectionis testes 332.16
resurrectionis signum Ionas 48 40
de resurrectione Christum Sadducęi interrogant 22.23 253.27
resurgunt mortui 251
resurrexisse Christum Iudęi non credunt 107.11
resurrexit Christus 336.18
rex Christus 331.37
rex Iudęorum Christus 266.2
regem se esse Christus fatetur 102.11
regem constituere volunt Iudęi Christū 292.22
rex congressurus cum hoste 236.31
Rhode 381.13
ridentes 203.25
Romam Paulus proficiscitur 425.1
Romanum se iactat Paulus in tempore 396.37
Romani 314.48
ruina & resurrectio, Christus 190.34
ritæ decima 225.42

S

Saba regina 223.42
sabbathum 41.8 116.28 287.10 307.17
sabbatho discipuli vellunt spicas 115.23 201
sabbatho licet benefacere 45.12 & 232. 14 & 234.201.9 & 298.22
sabbatho sanat infirmum Christus 286.5
sabbatho sanatur mulier inclinata 232.11
sabbathis docet Christus 197.31
sabbathis lex Mosis lecta 392.21
saccus 218.4
sacerdotes iubent Christū comprehendi 315.17
sacerdotes obediunt fidei 360.7
sacerdotes quærunt Christum occidere 250.19
sacerdotum consilium contra Christum 94.3 160.1
sacerdotum ministri conuersi ad Christū 300.45
sacrificium 45.7
sacrificiis præponitur dilectio Dei & proximi 116.33
Sadducæi Christum interrogant de resurrectione 82.23 255.27
Sadducæi quid credant 415.8
sagenæ missæ in mare parabola 53.47
sal 15.13 146.50 236.34
salamin 383.5
saltare 129.22
saltatrici datur amputatum Ioannis caput 129.25
saluat fides 150.52
saluator 187.11 237.56
saluator Christus 217.56 318.31
salus 247.9 280.17 347. 21 392.11
salus à Deo 73.26 245.27
salus ante tempora æterna 712.19
salus Dei 192.6
salus ex Iudæis 284.22
salus Iudæorum & Gentium 314.52
salutem Deus iuramento promisit vt fimus certi 742.13
salutatio 144.15 180.41 218.4
salutatio Angelica 177.28
salutationes 84.7 225.43
Samaritana nunciat suis Christū venisse 284.28
Samaritanæ mulieris colloquium cum Christo 62.83.9
Samaritanus sanatus gratias agit Deo 241.15
Samaritani baptizantur 367.14
Samaritani Christo credunt 285.39
Samaritani nolunt Christum suscipere 217.52
sanctificare 328.17
sanctificare se 314.55
sanctificatio 512.2
sanctificationē perficere & seipsum mundare 582
sanctitas Christi, nostra 328.19
sancti 373.32 567.16.2.4
sanguis 162.24
sanguis Christi 895.7
sani 200.31
sapere 495.3
sapiens 522.18
sapientia 516.30
sapientia Dei 225.49 515.21
sapientiam Dei Paulus prædicat 517.6
Satanas 118.23 141.33 320.27
Satan alligans homines 232.16
Satan subiectus apostolis 219.18
saturati 203.25
Saulus persequitur Christianos 367.3 370.1
Saulus qui & Paulus 334.9
Saulum conuertit Christus ad se 370.3
scandalum 58.13 296.61 504.21

scandala 67.7
scandala in cibis 536.9
scandalizare 67.6 127.3
scandalizantur Iudæi in Christo 294.41
scandalizantur Nazaræi in Christo 196.22
scandalizati Apostoli 162.27
Scenopegia 197.2
scientiæ clauis 226.52
scortatio fugienda 529.13
scriba Christum sequitur 31.19
Scribæ & Pharisæi docentes populum legem Mosi quales 84.1
Scribæ quales 252.45
scripturæ laus 716.16
scripturæ 290.39
scripturæ implendæ 59.54
scripturæ impletæ 352.18
scripturarum vsus 501.4
scripturas impletas prædicat Paulus 424.22
scripturas scrutantur Thessalonicenses 397.11
scripturis conuincitur diabolus 12.3
sectas insectatur Paulus 520.3
secundum carnem non viuendum 478.11
securis 9.10.192.9
seductores & falsi Christi 253.8
semen Abrahæ 621.9
sementis iacta in terram 122.26
seminare 285.38
seminantis parabola 49.1
seminantis parabola, & eius expositio 119
senes 705.1
senum officia 721.2
sepelitur Christus à Ioseph 169.43
sepelitur Ioannes 130.29
septem panibus satiantur 4000 hominũ 137.1
sepulchrũ Christi custoditur à militibus 306.61
sepulchra dealbata 86.27
sepultura Christi 105.57 334.40
sequens Christũ propter diuitias 217.57
sequi Christum 141.34
Sergius Paulus credit Christo 385.12
sermo 525.19 679.6
sermo vitiosus 647.29
sermonem Dei seruare 306.51
serpens in deserto 280.14
serpentes 87.33
seruiendum Deo 195.8
seruire Deo 408.19
seruire duobus dominis 239.35
seruitus 610.4
seruus 319.16
seruus cognoscens voluntatem domini 230.47
seruus fidelis 90.45
seruus malus 230.45
seruus nequam 93.24
seruus peccati 304.34
serui 469.21
serui inutiles sumus 241.10
serui iustitiæ 459.18
serui peccati 469.27
serui quid facere debeant 72.9
Sidon 219.13
signum de cœlo 61.1
signa consummationis seculi 89.29
signa quærunt Iudæi 48.38
signa præcedentia aduentum Christi 158.253.7
Simeon suscipit Christum 190.28
Simon & Andreas vocantur 110
Simon Cephas 276.42
Simon magus qualis 367.9
simplex 38.16
Sina 625.25
sinapis granum 122.31 233.19
socrus Petri sanatur à febre 198.38
Sodoma 43.23 219.12
solicitudo 51.22 240
solicitudo de vestitu & victu deponenda 25.25 228.22
solidus cibus 741.14
soluere 63.19
soror 49.50
sors 344.26
Sosthenes percutitur 401.17
spes 431.21 459.5 489.24
spinæ 121.18
spirituales 526.1
spiritus 98.41 163.38.279.8 296.63 374.7 687.23
spiritus bonus datur petentibus 222.13
spiritus Dei 46.28
spiritus Dei doctor noster 518.10
spiritus & carnis colluctatio 580.4
spiritus fructus 629.22
spiritus non habet carnem 266.39
spiritum mutum habens sanatur 143.14
spiritu ambulandum 629.16
spiritus sanctus 10.11 38.20 159.12.300.39 325.26. 356.31 350.32 367. 493 67.15 369. 29 392.403.2 522. 16 547.3 614. 3 622. 6 635.14 650
spiritus sanctus consolator 322.17
doctor 326.43 322.27
in filiis Dei 478.14
missus in apostolos 345.3
super Gentes 377.44
ex spiritu sancto & aqua nasci 279.6
spiritu sancto baptizare 193.16
sponsus 115.19 201.35 282.29
Stephanus 360.5
Stephani concio & respõsio aduersus falsos testes 361
Stephani sapientia & spiritus 361.10
Stephanæ familia 566.15
sterilis Elizabeth concipit 177.24
stultitia 515.18
stultus 522.18
superbia Pharisaica 308.34
surdus mutus sanatur 137.32
suscitare & viuificare mortuos 288.20
syncerita Pauli in prædicando euangelio 569.13

T

TAbernacula duo 743.1
Tabitha suscitatur 373.36
tacet Christus 165.61 166.4
tactu vestimenti Christi infirmi sanatur 132.53
talionis lex 20.38
templum Dei 522.16 640.21
templum spiritus sancti 529.19
templum siue corpus Christi soluendum à Iudæis 270.19
tempus 341.7
tempus Christi 231.54
tempora Noe 90.37
tẽpora nouissima qualia futura sint 715.1
tenebræ 104.45 168.33.281.19 317.35 312. 46 424.18 649.8
tentare Deum 12.87.541.9
tentatur Christus 11.1
tentatur Christus à Pharisæis 153.27
tentatio 209.13 241.13
tentatio toleranda 768.12
tentationes 408.12 768.3
terræ motus 395.26
terra sancta 364.33
Tertulli oratoris oratio contra Paulum 417.2
testamentum 351.16
testes 377.39
testimonium 302.13
testimonium Christi de Ioanne 41.7
testimonium Ioannis de Christo 193.15
testimonium patris de Christo 290.31
Theodas 319.36
thesaurus 72.21 229.23
thesauri 24.29
thesauri absconsi in agro parabola 53. 44
Thessalonicenses scripturas scrutantur 397.11
Thessalonicensibus annuntiat Paulus Iesum esse Christum 396.1
Thomas 313.16 336.24
Thomas corripitur à Christo 337.27
tibicines 35.23
timendus quis 227.5
timor 39.28 391.19
timor Dei 373.31
Timotheus qualis 662.19 & 686.1
Titus 572.13
Titus gentilis quare non circunciſus 60.3
Titus susceptus à Corinthiis 582.13
tonitru 316.39
transfiguratio Christi 65.1.142.3
tribulatio 390.479.17
tributum 499.7
tributum Cæsari reddẽdum 255.13 251.21
tristitia 325.5
tristis Christus 97.38
Trophimus 411.29
tunica 193.11
turbas docet Christus in deserto 130.34
turrim ædificaturus 231.28
Tyrus 21.193

V

VAlentes & iusti 53.12
vas 485.21
vasa in honorem aut contumeliam 714 20
velamen Mosis 575.13
velle & perficere dat Deus 661.23
velum templi fissum 105.51
vendentes eiiciuntur ex templo 249.45 278.14.552.15
vendentes in templo 77.12
vendere omnia 148.22
vendete omnia & dare pauperibus 245.22
vendere possessiones 72.21.356.35
venire ad Christum 294.34
ventilabrum 10.12
ventus contrarius Apostolis in mari 152.47
ventis imperat Christus 122.35
verbum Dei 160.31.382.24.782.25
verbum Dei adulterare 573.17
verbum Dei audire 305.47
verba bona aut mala 48.35
verba qualia 648.3
verba vitæ 297.68.258.21
verbis elegantibus ne abducamur à fide 672.4
veritas 321.6 331.38
veritas liberat 304.32
vermis 146.44
vestimenti Christi tactu infirmi sanatur 132.53
vestis nuptialis, fides 81.11
vestitus 709.8
vetus homo 467.6 647.22
via 321.6
via lata & arcta 27.23
victoria 564.57
victus 709.8
vidua quadrantem mittens in Gazophylacium 157.42.252.1
viduæ 531.8.705.3
viduarum domus 157.49
vigilandum 90.42.92.13.160.33
vigilantibus pastoribus nuntiatur Christus natus 187.8
vigilare 163.38.229.37.409.31.566.13
vigilia 98.41
vigiliæ

vigiliæ noctis quatuor 160.35
vindictæ 217.54
vindicta electorum Dei 244.7
vinea Dei Iudæi, qui tamen Christum occiderunt 79.33
vinea locata agricolis Iudeis, qui Christum occiderunt 113.1
vineę parabola 250.9
vinum nouum 34.17.115.22.201.38
vipera Paulo non nocet 430.3
viperę 47.34.87.33 192.7
vir 551.11
virga 127.8
virgo Christi 598.2
virgines 532.25
virgines expectantes sponsum 92.1
virgines prophetantes 410.9
virtus siue potentia 525.29
visitationis tempus 249.44
visio Pauli vt Macedonibus euangelizaret 394.9
visum recipit cęcus 150.46
vita 269.4 294.40.395.47.310.10.313.25. 321.6 460.10
vita ęterna Dei donum 148.26
vita ęterna à quibus possidetur 245.19
vita ęterna 229.31.280.15.289.24.318.50. 337.31 388.46.469.23
vita ęterna per Christum 322.3
vita ęterna quomodo possideatur 147. 17.2.220.25
vitam ęternam vnde quis consequatur 327.3
vita in verbo Dei 195.4
vita per Christum 711.1
vitę nouitas 466.4
vitis 323.1
vitium linguę describitur 774.1
viuere 502.8
viuere Deo 467.10
viuere in fide 613.20
viuere iustitię 784.24
vmbra Petri 317.15
vnanimitas 310.46
vnctio 570.21.808.20
vnctio Spiritus sancti docet Christianos 809.27
vngitur caput Christi 160.3
vocatio 31.22.200.27 480.28 493.29 531. 17 685.7 712.9
vocatio Gentium 30.11
vocatio Matthęi 114.14
vocatio Petri & Andreę, Ioānis & Iacobi 13.18
volatilia 25.26
voluntas 290.30
voluntas Dei 204.39 684.3 634.9
voluptates 210
votum 411.23
vsus miraculorum 172.20
vulpem vocat Christus Herodem 233. 32
vxor 18.31.239.18
vxor ob solam fornicationem dimittenda 70.3
vxores 650.21
vxores diaconorum 701.11

Z

ZAccheus 24.16
Zaccheĩ pœnitentia 52.36
Zacharias 174.5
Zacharias incredulus, mutus efficitur 176.18
Zachariæ canticum 183.68
Zachariæ filius promittitur 175.12
Zebedęi filii petũt sedere à dextris Christi 149.35
Zebedęi filii 75.20
zizaniorum parabola 51.24
zizaniorum parabola exponitur 52.24

FINIS.

INDEX RERVM ET SENTENTIARVM PRAECIPVARVM QVAE in annotationibus explicantur.

ABdiæ Babylonii editio reprehenditur 372.28
Abire in pace quid significet 126.34
Ablegare plus quàm emittere ingrediat 113.43
Abrahæ filium esse quid sit 247.9
abrahæ posteritas duplex 615.8
abrahamum quandam cum Deo similitudinis speciem habere 458
Abstenni 708.23
Academiæ Pharisæorum nostri temporis 309.39
academicus 768.8
academici nostri temporis 697.2
Accarontearum idolum Beelzebul 38.25
Accolæ qui dicantur 183.65
Acta dicuntur rerum publicè gestarum commentarii, publicæ memoriæ causa conscripti 339
Adami cum Christo collatio 461
Ad pro apud ponitur 124.11
Adiurare quid sit 110.63
adiurare per Deum quid sit 123.7
Adimatur is cui vires nõ sufficiunt 120.9
Adoptio nostra vnde pendeat 258
Adramyttium ciuitas Mysiæ 425.2
Adriatici maris initium 428.27
Aduersa quæ Christi nomine imponuntur, incredibilis consolationis argumentum suppeditant 768
Adulteræ mulieris historia videtur esse supposititia 301
Aedificandi verbo significantur omnia officia quæ proximo debemus 504.19
Aequabilitas qua in re posita sit 591
Aerumna quid sit 502.27
Aes 37.9
æs, pecunia ex quocunque metallo 157.41
Affectionum nomen apud Paulum latius patet quàm apud Philosophos 421.5
Afflictionum vsus 768.13
afflictionibus ministerii dignitas amplificatur 578
Agapæ 350.42
agapæ non erant certorum hominũ, sed totius ecclesiæ 799.13
agapæ non erant priuatæ 824.11
Agnitio Dei est nobilissimus fidei effectus 794.3
Ab particula cui rei conueniat 111.24
Alabastra vasa vnguentaria vnde dicta sint 94.7
Altare pro oblationibus 765.10
Amandare pro valedicere vsurpatur 132.46
Ambitu nihil magis horrendum est in ecclesia 700.1
Ambulare & viuere in peccatis differunt 677.7
Amen dictionis vsus 16.18 & 555.16
Amicitia cuius præcepta tradunt Philosophi quid differat a Christiana coniunctione 643.3
amicitiæ genus quo fiebat vt amico mortuo, qui superstes manebat sibi morte conscisceret 586.3
Authoritas ministrorum verbi 75.25
Anabaptistæ nomen spiritus perpetuò in ore habent 832.24
Anathema 482.3
Angariare 20.41
Angeli non sunt inuocandi 675.18
angeli regnis etiam impiorum custodiẽdis præsunt 798.11
angeli vocantur filii Dei 727.5
angelorum copiæ exercitus cœlestes 187.13
angelorum lapsus mentio vbi fiat 797.4
angelorum malorum nomina sumpta ab eorum effectibus 653.10
angelorum nomen Latinis theologis nõ nisi beatos spiritus significat 727.7
angelorum vitis ecclesia primo tempore assueuit 381.15
Anima, facultas in qua residentaffectus 738.12
animæ functiones 688
animam inuenire quid sit 40.39
animam seruare 64.25
animantia quadrupedia 374.12
animi partes cor & [illegible] 666.7
animi præparatio ad audiendum verbũ Dei 785.1
Antichristus 690
antichristi indicia 703
Antiochæna ecclesia noua quædam gentium Ierusalem fuit 380.20
Antiochia Pisidiæ 716.11
Antitheses aliquot elegantes 580
Antonius Ceuallerius 384
Apocalypsin repudiãtes Epiphanius inter hæreticos numerat 826
Apollinaris 271.14
Apostolum se ex successione profiteri tyrannicum est 645
apostoli an inter se prouincias mundi distribuerint 391.7
apostoli cum fidelibus in vnam domum initiò conueniebant 351
apostoli fuerunt ecclesiæ Dei architecti non autem fundamentum 640.20
apostoli fuerũt episcopis superiores 433
apostoli in quã nam domo fuerint cõgregati post Christi ascensionem 343
apostoli post acceptum Spiritum sanctum quomodo fuerint [illegible] 612. 13
apostoli qui nam dicantur 432.1
apostoli quomodo se cæremoniis legis accommodarint 351.1
apostoli vulgo dicebãtur [illegible] 558.5
apostoli vxores habuerunt 537.5
apostolorum nomen generatim accipitur aliquando pro iis qui Christi nomine funguntur legatione 510
apostolorum sermonem fuisse à Spiritu sancto 377.46
apostolos cur absque viatico & farcinis Christus emiserit 37.9
apostolica functio temporaria in ecclesia, & quænam illi successerit 433.1
apostolici muneris finis 719.2
Appellatio Spiritus naturæ diuinæ in vniuersum tribuitur 284.24
Appii forum vbi situm fuerit 430.14
Aqua lustralis 750.13
aqua viua quid significet allegoricè 283. 10
Ara ignoti Dei 399.23
Arbitrii nostri vires 795.5
Arca per metonymiã dicitur gloria Domini 483.4
arcæ præsentia apud Israelitas quid adumbrarit 585.16
Archelaus Herodis filius 7.22
Architriclini officium 277.8
Ardor Pauli ad prædicandum 401.5
Areopagus, curiæ nomen 398.19
Arma-gedon 851.16
Arrabo quid proprie dicatur 571.22
Arrius refellitur 659.6. & 669.15. & 327. 3. & 349.36
Ascendere pro proficisci 18.46
ascenderunt preces id est exauditæ sunt 374.4
Ascensionis Mosis liber 824.9
Asinaria mola 67.8
Assarius dimidia pars assis sennuncialis 39.29
Assumi est in consortium adiungi 340.2
Assos 407.3
Athenis plures aræ & festa quàm alibi fuerunt 398.16
Attalia vrbs Pamphiliæ 390.25
Auaritia cur dicatur esse species idololatriæ 649
auaritiæ radix malorum 709.10
Azymorũ dies quomodo obseruati sint 95.17

B

BAal 489.4
Babylonia pars Mesopotamiæ 361.2
Balista talentaria 851.21
Baltheus 653.14
in Baptismo sint ne pueri mergendi 10.11
baptismatis vocabulum triplici significatione vsurpatur 403.2
baptismum resipiscentiæ quomodo prædicarit Ioannes 109.4
baptizandi verbum mutantes reprehenduntur 9.6
baptizandi verbum quàm varias significationes habeat 403.2
baptizari pro mortuis 560.29
Barnabas & Paulus nullam in ecclesia tyrannidem exercuerunt 390.23
Barnabæ nomẽ vnde deriuatũ sit 356.36
Batos quid sit 238.6
Beelzebul Accaronitarum idolum 38.25
Belial 585.15
Belliani 768.8
Benedicere quid sit 55.19
benedicere accipitur pro gratias agere & Deum inuocare 131.41
benedictio pro gratuita ex fœdere adoptione 615.8
benedictiones præsentis vitæ 632.3
Benefaciendum quonammodo 590.14
beneficia præsentis & futuræ vitæ à Domini timore pendent 786.10
Beneficentiæ commẽdatio 224.41.225.41
Benignitas quanuis liberalitatem nõ significat 569
Bestiæ vocabulum latè patet 430.4
Bethleem duæ fuerunt 41
Blasphemare est impiè loqui 32.3
Bolis nauticum perpendiculum 428.28
Bonum pro commodo 330.1
bona externa Christus aliena nominat 239.11
bona opera nos non inserunt Deo 806.3
bona opera quomodo Deo placeant 766. 16
Brabeutæ 675.18
Brachium pro robore 817.38

C

CAElibatus legis diabolica tyrannis 765.4

Caiani & Gnostici 603
Caligo pro miserrima & horroris plena vitæ conditione 797.4
Cánites non Cananæus appellatur Simõ Apostolus 36.4
Canonici iuris stercora 765.4
Canon missæ 753.18
Cantica quæ dicantur 678.16
Capillum ex capite cadere, prouerbium 429.34
Capiendi vocabulum studium & conatũ significat 291.44
Caput vulnerare quid sit 154.4
Cardinalium coccinæ vestes 852.3
Carnalis pro neophyto 520.1
Caro Christi 434.4
caro est totus homo 279.6 & 787.18
caro & secundum carnem 475.1
caro per synechdochen totam hominis naturam declarat 63.13 & 434.4
caro pro hominis natura non corrupta 349.30
carnis nomen quid significet cũ de Christo agitur 790.1
carnem Christi non esse à diuinitate absorptam 583.16
Carpocratianorum successores 469.15
Catechismi capita 741.1
Catholicæ epistolæ vnde nominatæ sint 767
Cauponari 573.17
Caupones & mangones infames semper habiti 573.17
Cedron torrens vnde dictus 329.1
Census pro tributo 82.17
Cæremoniæ legis dupliciter considerantur 750.10
cæremoniæ legis quid sint si per se considerentur 674.14
cæremoniæ fuerunt sacrificiorum appendices 753.5
cæremoniis legis apostoli se accommodarunt 351.1
Centurionis historia quæ à Matthæo 8. cap. narratur, diuersa est ab ea quàm Lucas 7. cap. describit 296
Cerinthus 391.1
cerinthi errores 827
Certamina sacra Græcorum 539.25
Chananæa terra typus fuit ecclesiæ 758.13.
Charitas Christi 582.14
charitas duplex est 225.42
charitas & fides, siue veræ doctrinæ cognitio, coniunctæ 803.17
charitas filii Dei incomprehẽsibilis 138.12.
charitas non est iustificationis συναίτιον 528.6
charitas nulla vbi sana doctrina non extat 814.2
charitas Pauli 662
charitatis basis 807.12
charitatis Christianæ proprium 509.2
Chloe 514.2
Christiana religio ab honestis titulis nõ abhorret 819.1
christiana religio non est instar Eleusiniorum sacrorum 603
christiana vita in actione nunc consistit 795.9
christianæ religionis fundamenta 808.18
christiani arbores fructiferæ dicuntur 466.5
christiani hominis officium 769.18
christiani omnes possunt dici serui Iesu Christi 432.1
à Christianismo qui deficiunt communi sensu priuantur 690.2
Christus 2
christus angularis lapis 640.20
an aliquomodo possit à nobis sacrificari 753.1
an sit creatura 659 15
cur apostolos absque viatico & sarcinis emiserit 37.9
christus Domini, appellatio omnibus regibus apud Hebræos coõmunis 189.26
christus est cœlestis sapientia 634.8
ex quo natus est quodammodo cœpit vitam suam pro nobis ponere 310.17
filius Dei etiam diuinitatis ratione 622
filius Dei quomodo sit 727.5
genitus hodie à patre quomodo dicatur 727.5
ingressus mundum 753.5
iubet nos labore victum quærere 25.25
leges politicas non præscribit 68.17
λόγος quomodo dicatur 267.1
malis nostris quomodo afficiatur 738.15
mediator Gentium & Iudæorum, tum vtrorũque & Dei 639.15
christus non habet corpus ἀσχηματιστὸν 644
non post tres dies, sed ipso die tertio resurrexit 140.31
quotidie agnoscendus 636.17
Christus pascha primùm comedit, deinde accubuit cum suis discipulis 318.2
patrem in terris non habuit, ac proinde ne matrem quidem consueto more cæterorum hominum 743.3
peccato mortuus quomodo dicatur 468.
primogenitus 278.6
propria quadam ratione se filium Dei dicit 287.18
quando comederit pascha 95.17
quare seruus nominetur 45.& 46.18
quare viti, & virgulto comparetur 466.5
quomodo consignatus à Patre 293.27
quomodo dicatur legis perfectio 487.4
quomodo è cœlis descenderit 280.13
quomodo germen aut oriens ex alto dicatur 185.78
quomodo imago Dei dicatur 577.4
quomodo imminutus 732
quomodo in cœna percipiatur 96.26
quomodo neminem iudicet 302.15
quomodo nihil ex se possit 287.19
quomodo non condemnet 285
quomodo non venerit vt faceret voluntatem suam 289
quomodo primogenitus dicatur inter multos fratres 65.4
quomodo regnet & Deo sit subiectus 539.24
quomodo verè maledictus 616.13
quomodo vniuerso mũdo offeratur 400.31
seruus quare dicatur 719.1
solus aduocatus 805.1
vini copiam magnam suppeditauit in nuptiis 277.6
vnica est salutis nostræ materia 633.5
vocatur Rabboni 150.51
Christi aduentus duplex 789.22
beneficium cur χάρισμα & δικαίωμα apostolus nominet 463.15
carnalis manducatio cum verbo Dei pugnat 336.17
caro post resurrectionem demum plenè diuinæ gloriæ particeps est facta 670
christi carnem non esse à diuinitate absorptam 583.46
corpus glorificatum quale 264.16
corpus in cœlis 271.14
descensus ad inferos 348.27
dicta quæ scripta non sunt totidem verbis 649.14
dignitatis testes 811.6
discessus à suis quomodo accipiendus 321.2
diuinitas 722.13
diuinitas asseritur 827.1
& Melchisedeci collatio 743.1
& Mosis collatio 734.1 & 5.
& pontificis Leuitici collatio 738.14
fratres 258.8
hostes 644.5
in ecclesiam amor 637.13
luctantis angustia 259.44
mandata quomodo leuia sint 44.29
meritum 310.17
naturarum distinctio quædam improbata 271.14
perpessiones 567.5
christi pauor seu timor vnde fuerit 740. 470
persona & officium 726.2
de christi persona quid sentiẽdum 433.5 673.9
christi persona ex duabus coniunctis naturis statuitur 804.1
sanguinis virtus 751.14
christo conformem fieri 664.12
in christo inueniri 664.9
christo omnia subiecta quomodo sint 731.8
christum assumpsisse naturam peccato obnoxiam 476.3
Deum esse 659.6
induere 621.27
non fugisse Herodem 13
quinam demùm crucifigant 742.6
quinam sequantur 40.38
quomodo tangere liceat 336.17
sedere ad dextram Patris quid sit 636.20
veteres ἀνάπηρα & ἀνάπηρα cur nominarint 433.3
vulneratum cur Ioannes tam diligenter commemoret 334.35
Chrysostomus quædam philosophica sacris permiscuit 377.46
chrysostomi commentarii in epistolam ad Hebræos non sunt Chrysostomi 739.7
chrysostomi expositio reprehenditur 289.27
Cibus quomodo sanctificetur 214.16
Cinere & puluere etiam gentes in luctu natur se conspergebant 21
Circũcisio carnis non simpliciter damnat apostolo 447.29
circumcisio duplex 366
circũcisio maledictionis legis testera 616
circumcisio spiritus siue cordis 447
Cistophori pondus & pretium 405.19
Ciun idóli nomen 365.42
Clauda insula 427.16
Claues quid metaphoricè significent 63. 19
Clerus 792.3
Clichtoueus sophista 303.25
Cœlibatum an parentes possint à suis liberis exigere 535.37
Cœlorum potestates pro ipsis cœlis potentibus 80.29
Cœnaculum quid sit 161.25
Cœna Domini est symbolum & obsignatio communionis nostræ cum Christo 651.30
cœnæ Domini celebrandæ ritus apud veteres 555.16
cœnæ Domini & baptismi vnus scopus 549.13
in cœna Domini in vnum cum Christo corpus coalescimus 542.20
cœnæ paschalis ritus 256.20
cœnæ verba tropica sunt 256.20
Cœnobia degenerarunt in superstitionis & vitiorum lustra 351 118.21
Cognati qui dicantur 768.5
Cognitio cognitio & sanctificatio mutuo vinculo cohærent

cohærent 795.6
cognitionis veræ certi sũt gradus 800.18
Collecta 564.1
collegia varia fuisse Hierosolymis 361.9
Colossenses qui fuerint 668.2
Collybistæ qui sint 273.15
Comam veteres Romani raserunt 545.13
Comedo, qui bona sua abligurit 42.19
Commune quid dicatur 58.11
Communicatio idiomatum est synecdoche 280.13
Communio nostra cum Christo 612
communio plus est quàm participatio 541.16
Compita quænam dicantur 81.9
Concio legitima 406.38
Condemnandi verbum interdum non actionem, sed materiam & causam damnationis significat 281.17
condemnari & habere vitam æternã contraria sunt 289.24
Condolere & condolescere quomodo vsurpantur in sacris literis 116.5
Confessio peccatorum solennis 713.1
confessio quid sit 39.32
Coniugium à rerum diuinarum cogitatione non excludit, sed cogitationes distrahit 534.33
coniugium translatè à iugo dictum 71.6
coniugii molestiæ 533.28
Conquirere pro altercari aliquando ponitur 111.27
Conscientia opus sua natura medium bonum vel malum facit 536.7
Consignare 253.27
Consistere & cadere opponuntur 255.36
Consolationis nostræ in aduersis fons 689.5
Conuiuia fidelium sancta sunt 704.5
Cophinus mensuræ genus 56.20
Corban propriè declarat donum 253.4
corbana templi ærarium 101.6
Cor lapideum & carneum 173.3
cordis dilatatio 585.11
Corinthiis priorem epistolam Paulus Ephesi scripsit 572.12
Cornu pro vi & robore vsurpatur 184.69
Coros quid sit 238.7
Corporalis præsentia Christi impugnatur 342.18
Corpus animale & spirituale 562.44
corpus Christi cur templum nominetur 278.21
corpus Christi glorificatum quale sit 264.16
corpus Christi non est πανταχοῦ ἅμα 337.26
corpus Domini discernere 547.28
corpus peccati 467.6
Creatura noua sumus in Christo 683.17
Credentium conditio luci comparatur 500.12
Credere Deo & credere Deum 104.42
credere & facere sunt contraria 616.12
credere & gustum fidei habere inter se differunt 741.5
credere in Deum, & credere Deo quid sit 458.11
Crepusculi partes 263.1
Crucifigendi ritus 616.3
crux est illud quo fides exploratur 623.14
crux instrumentum quo Deus nos expolit 768.4
crux pro euangelica doctrina 628.11
Cura rei domesticę nõ prohibetur a Christo 25.25
Cybæa nauis onerariæ genus 641.14
Cypri situs 425.4
Cyrenius quis fuerit 186.2
Cyricius papa 251.34

D

DAre cognitionem quid sit 185.77
Dauid per Spiritum sanctum quomodo sit loquutus 157.36
Debitor Syriacè dicitur is qui peccat 36.16
Decapolis regiuncula qualis 137.31
Decretum Dei ab executione distinguendum est 763.17
decretum Dei à causis mediis distinguẽdum 257.22
decretũ Dei in ordine causas omnes præcedit 813.4
Dæmones, id est, diaboli 542.20
dæmones pro hominibus à diabolo impulsis 704
Demissus pro humili 67.4
Depositum seruare 710.20
Descensus Christi ad inferos 348.27
Describendi vocabulo quæ significentur apud Latinos 186.1
Deus ab æterno fecisse dicitur quod suo demum tempore nobis patefit 719.2
an velit aliquos perire 802.9
facere Deum quod ipsius ministri faciũt 181.45
deus fidelis, forma iusiurandi 570.18
deus filius quatenus à patre distinguatur 263.1
deus huius seculi quis 577.4
deus impios excœcat, indurat, seducit, tradit in reprobum sensum 441.24
in carne Christi conspicuus factus est 669.15
in carne manifestatus speculum nominatur à Paulo 576.18
non est crudelis etiamsi non omnes seruat 783.8
non potest cõsiderari à nobis in salutem nisi quatenus est pater Christi 668.3
quomodo dicatur cum aliquo esse 279.2
quomodo dicatur è cœlo descendere 783
quomodo in tentationem inducat 23.13
quomodo velit omnes homines saluari 698
deus Sabaoth 777.4
deus solum fidelium pater dicitur 669.15
supplicium in impios sæpe diu differt 244.7
voluntatem suam perpetuam diuersis modis declarat 726
dei æternam potentiam & diuinitatem quomodo cognoscamus 440
dei Χαιρονοία 377.41
dei consilium & decretum à præscientia nunquam separãdum est: & tamen omnis scelerum culpa in secundis causis constituenda 355.28
notitia quam ex lege & quam ex euangelio habemus inter se conferuntur 176.18
dei plenitudo 643
deum inter & sanctos mutua est depositi obligatio 712.12
deum nosse, Deum amare, Dei mandata seruare necessariò inter se cohærent 806.4
deum patrem quomodo contemplari possimus 726.3
tentare quid sit 61.1
vere quærere quid sit 758.6
Diabolus homicida & mendacii pater 305.44
diaboli filium esse quid sit 811.8
Diaconi etiam docebant quoties necesse fuisset 701.9
Diana ephesia à quo fabricata sit 406.35
Dicere pro iubere 577.6
Didrachma est dimidium sicli sanctuarii 67.24
Dies azymorum quando obseruati sint 95.17
dies domini 306.56
dies & hora distinguenda 160.32
dies filii hominis, de primo & secũdo aduentu Christi dicitur 242.22
dies sacrificii 778.5
dies pro iudicio 525.3
dies pro pleniori cognitione quàm sub legis vmbris 796.19
Digami qui dicantur 706.9
Digitus Dei quid sit 222.20
Dignitas sacrarum literarum 716
dignitatis Christi testes 815.6
Dimittere pro discendi potestatem facere 190.29
Dionysius Corinthiorum episcopus de cœlesti Hierarchia 522.15
Dionysius qui de cœlesti Hierarchia scripsit reprehenditur 675.18
Diſsidium triplex in homine 459.1
Diſsipandi verbum quid declaret 182.51
Diuinæ naturæ participem fieri quid sit 795.4
Diuinitas Christi 722.13
diuinitas tota in vna Patris persona ponitur 327.3
Diuortium & repudium quid differant 3
diuortia quænam Paulus reprehendat 53[illegible]
Docere à Deo quid sit 349.28
Doctores contemplantes 468.11
doctoris munus 645.11
Doctrina falsa gangrænæ comparatur 714.17
doctrinam ecclesiæ pastores non aliunde quàm ex sacris literis petant 716
doctrina semel tradita ab apostolis nunquam immutanda 823
Dogma gratiæ vniuersalis non potest cõsistere 661.13
Domestica exempla multum valent 304 38
Domini appellatio ab adulatoribus orta 422.26
dominico die Christianos conuentus solennes egisse 407.7
domini sermo quomodo crescat 383.24
Domus Dauid 833.7
domus veterum ita fabricatæ fuerunt vt in summo ambulare possent 39.17
Donum Dei est viua flamma in cordibus nostris 712.6
donum linguarum quale fuerit 378
dona Dei quæ Deo consecrantur 252.4
Dorotheus Tyri episcopus 826
Didymi regula de spiritu sancto non est perpetua 279.8

E

EBion 433.3
Ecclesia Antiochena noua quædam gentium Ierusalem fuit 380.20
ecclesia filios Dei gignit & educat 701.15
non potest expugnari 608.13
plenitudo nominatur 670.19
quomodo sit columna & stabilimentum veritatis 701.15
quomodo sit sine ruga & macula 651.27
vera quænam sit 702
Ecclesiastica disciplina non abolenda vbi Christianus est magistratus 727.39
ecclesiastica Hierarchia 675.8
ecclesiasticarum functionum duo genera 496.9
ad ecclesiasticas functiones non temerè iuniores acciti 793.5
ecclesiasticorum & laicorum distinctio 527.3 555.16
ecclesiasticus ordo 360.2
ecclesiæ ordo 636.22
membra qui dicantur 110.11
nomen pro senatu ecclesiastico 68.17

nomen quid significet 63.18
pacem & tranquilitatem mundus & fatâ perturbare non possunt 264
partium distributio 654.1
quando viuere dicatur 832.1
Edere panem quid significet 733.2
Electio ad vitam æternam aut temporaria munera 632.4
electio ministrorum fuit penes ecclesiam 360.6
electioni Dei gratuitæ omnia debentur 25.36
electionis & reprobationis discrimen 802.9
electionis finis 779.2
electionis testimonium vbi quærendum 752.28
electio præscientiam & prædestinationẽ comprehendit 481.29
electio & prædestinatio quid differant 633.5
electio quomodo in nobis confirmetur 796.10
electi sæpe ex intimis vitiorum gurgitibus vocantur 442.28
electis omnia peccata sũt venialia 817.16
Eleemosynæ conferendæ ritus apud veteres 565
eleemosynæ nomen quid significet 21.1
Eliæ falsò tribuitur vaticinium de mundi duratione 686
Emanuel Tremellius 256.20
Encœniorum festum 310.22
Ephesina ecclesia cur Paulo adeò curæ fuerit 695
Epicureorum descriptio 801
Epicureorum prouerbia 561.32
Epimenides cur propheta nominetur 720.12
Episcopi dicuntur quicunque verbo & gubernationi ecclesiæ præerant 634.1
episcoporũ, qui & pastores, munus 645.11
episcoporũ tyrannidis fundamenta 655.1
Epistola ad Hebræos non est Hebraicè scripta 751.16
epistola ad Hebræos non est Pauli 726 729.767.23
epistolã ad Hebræos vetustissimi Paulo nõ tribuerunt 694.2
epistola ad Laodicenses, ementita 680
epistola ad Timotheum omnibus Asiaticis ecclesiis est scripta 689.7
epistola prior ad Corinthios Ephesi data 572.12
epistola ad Thessalonicenses prima è Corintho missa est 608.29
epistolarũ Pauli [illegible] non leuiter præstandæ 711.1
epistolæ ad Corinthios floridò dicendi genere conscriptæ 573.2
epistolæ ad Hebræos argumentum 726
epistolæ ad Romanos status 438.17
epistolæ catholicæ vnde nominatæ sint 767
Erasmus de iureiurando nõ bene scripsit 19.34
erasmus reprehenditur 377.46 & alibi sæpe
erasmus testimonia diuinitatis Christi nobis extorquere conatur 722.13
Et, pro enim accipitur 181.47
Ethnici qui dicantur 68.17
Euangelicæ doctrinæ maiestas supra legem 763.18
Euangelicum ministerium oppositum ministerio Mosis 447
Euangelii finis 571.24
ministeriũ est clauis regni cœlorũ 63.19
prædicationis efficacis signa 680.5
prædicatio vino comparatur 736.2
euangelio cur mundus tam pertinaciter resistat 244.14

EVANGELIVM

non est noua lex 807.7
præputii 611.7
quare dicatur lex fidei 452.27
quare spiritus dicatur 574.6
quomodo mundum arguat de peccato 439.28
quare dicatur doctrina Christi 804.3
Euangelistæ nonnunquam Hebraissant 141.31
euangelistarum munus 645.11
Euergetæ 257.23
Eunuchus nomen generis quid comprehendat 71.22
in Eusebio docti omnes iudicium requirunt 826
Excubandi verbo quid significetur 187.8
Exempla domestica multum valent in vtranque partem 304.38
Excommunicationis scopus 693.14
Exercitus cæli 365.42
Exhortationes quare necessariæ 687.19
Exire pro ex aliquo loco proficisci vel venire 333.26
Expiationis ritus 103.24

F

FAbulæ ac genealogiæ quænam sint in sacris 695.4
Fabulari de omni sermone dicitur 264.14
Facere pro eligere & designare ponitur 117.10
facere pro iubere 139.25
Facies, externa species 61.3
Factum pro dicto 375.15
Felicis præsidis Iudææ, res gestæ 417.2 110.13
Feræ pro bestiis ponuntur 542.21
Festa, conuiuia gentium
festa Iudæorum an initiò fuerint obseruata in ecclesia 565.8
Fidelis sermo 720.9
FIDELES cur moriuntur quibus peccatum non imputatur 462.13
dicuntur templum Domini 640.21
inter Neronis domesticos 667.22
omnes, sunt vnus Christus 618 & 619.621
[illegible] 26.30
quomodo mortem non videant 306.51
victimæ à Paulo appellantur 661.17
Fidelium arma 584.6
duplex liberatio 635.14
vita quomodo altis præluceat 661.16
Fidelibus quare lucis nomen tribuatur 649.8
Fides diaboli & impiorum per catachresin fides nominatur 814.1
fides est firma nostræ in Christo electionis persuasio 703.1
& charitas coniunctæ 803.17
à confidentia distinguenda 488.11
pro cognitione Dei in Christo cum donis spiritus sancti 495.3
pro doctrina euangelica 360.7
quid sit 439.17
quomodo perficiatur ex operibus 774.22
quomodo separetur à charitate 511.2
temporaria 703.1
viua & mortua 528.6
signorum 548.9
Fidei communicatio dicuntur officia benignitatis in sanctos 714.6
gradus 439
hypostaseos exemplum 759.20
nomen aliter à Paulo & aliter à Iacobo vsurpatur 772
fidem habere quid sit 504.21
fidem qualẽ habuerint patres ante Christi aduentum 619.19
fide nos iustificari 612.16
fide viuimus 58.7
filius Dei mundũ quomodo sit ingressus 753.5
filius est efficiens causa cum Patre in creando & conseruando 536.6
filius hominis pro homine 31.20
filius pacis quis vocetur 218.6
filius perditionis 328.6
filius quomodo dicatur [illegible] 267.1
filium Abrahæ esse quid sit 247.9
huius æui 251.34
seculi 239.8
filiolucis qui sint 239.8
resurrectionis 251.36
regni 30.12
thalami 34
filiorum Dei & diaboli exemplum 812.12
filiorum nomine qui cõprehendantur 1.1
Flere deriuatur à Græco [illegible] 7.18
Fœdus vnum vetus & nouum quod ad rẽ ipsam 751.15
fœderis noui ratio 753
fœdera pro tabulis fœderis 483.4
Fœnum non nisi de herbis resectis dicitur 51.19
Formula qua adigebatur quis ad culpã coram Deo agnoscendam 308.24
Fractio panis 310.42
fractio panis vsitata Iudæis 266.35
Francisc⁹, Papistarũ Iesus typicus 676.23
Fratres Christi 298.8
fratrũ duo genera qui sanari possit 825.22
Fraternitas, fratrum cœtus & cõiunctio 784.17
Fretum esse aliquo 733.13
Fructus pro liberis 470.4
Funccii chronographi laus 362.6
Funda genus retis 53.47
Furiæ 542.10
Furiosi & mente capti ad suos gentiles & agnatos sunt deducendi 118.21

G

GAdara oppidum Decapolitanæ regionis 212.39
Gaii duo Derbæus & Corinthius 511.23
Galilæa gentium vnde dicta 13.5
Gaudium & pax tyrannico terrori opponitur 511.24
gaudium & timor ac tremor & crux quo modo conueniant 666.4
gaudium quid Paulo 687.16
gaudium fructus [illegible] 666.4
Gaza vetus & noua 368.26
Generatio 1.1 & 2.18
Gentes circuncisæ vt Aegyptii, Colchi, quomodo incircũcisæ dicantur 639.11
gentes generali Græcorum nomine comprehensæ 136.26
gentes quomodo festa conuiuia celebrarint 542.21
gentiũ Ierusalem Antiochia fuit 380.20
gentium vocatio quomodo olim patribus patefacta fuerit 642.5
Georgius Agricola 851.21
Germinare transitiuè vsurpatum 90.32
Gloria domini 483.4
Gloriari quomodo & quãdo liceat 630.4
glorificare quid 16.16
glorificare Deum vt Deum quid sit 440.21
Grabbathum quid vocent Latini 114.4
Græcorum nomine quoties opponuntur Iudæis, omnes Gentiles à Paulo comprehenduntur 438.16
Græci sermonis Paulus peritus fuit 378.47
Gratia & meritum contraria immediata 616.12
gratia & misericordia qd differant 694.2
gratia, gratuita Dei beneuolentia 436.7
gratia præueniens 490.6
gratia pro [illegible] dono 599.12
gra-

gratiam habere pro gratum & acceptum esse 311.47
gratiæ effecta fides & charitas 696.14
gratiæ omnia tribuit apostolus 614.19
gratiæ vniuersalis ad omnes homines pertinentis doctrina refellitur 698
Gregorius in dialogis multas aniles fabulas commemorat 211.31
gregorius Papa quid senserit de igne purgatorio 511.10
Gymnasiarchæ 675.18

H

HAbitare & commorari differũt 8.21
Hæreditas dicitur Hebræis quicquid alicui gratis cedit in possessionem 457
Hæresis & schisma quid differant 513.10
Hæreseos nomẽ non semper infame fuit 418.14
Hæreticus quis sit 317.17
hæretici an sint puniendi 724.10
Hebræorum pleonasmi 8.21
HEBRAISMI INSIGNIORES
adiectiuorum loco vtuntur genitiuis appellatiuorum 188.14
anima pro homine 498.1 & 116.4
antecedens repetitur loco relatiui 118.16
antitheses vsurpantur in affirmando 289.24
appellatiuum pro adiectiuo 482.38.270.6
benedicere pro beneprecari 21.6
brachium pro robore 317.38
cadere in faciẽ, id est, pronũ adorare 65.6
carbones ignis 498.20
caro pro homine 63.89.22
casus tertius & quartus cõfundũtur 316.3
casus tertius pro secundo 529.13
conuerti pro resipiscere 67.1
contrarium eius quod negant fortissimè asseuerant 418.19
cornu pro vi & robore 184.69
cum viis suis 768.11
Deum esse cum aliquo 279.2
dies alicuius 306.56
dies sacrificii vel conuiuii 778.5
distributiuis carent 127.715
ὑ abundat 145.29
ὑ idem valet quod διὰ 146.38
ὑ pro per 27.6
exire & introire pro versari in aliquo loco & officium suum facere 310.9 & 344.21 & 122.27
exire pro ex aliquo loco proficisci vel pro venire 333.16.34
facere veritatẽ, id est, sincerè agere 281.21
facies pro ira 786.12
fel amaritudinis 168.13
filius hominis pro homine 31
filius subductionis 716.39
filii huius æui 251.34
filii regni, thalami, perditionis 39
filii resurrectionis 251.36
fructus pro liberis 470.4
futurum indicatiui pro imperãdi modo 50.14 & 85.11 & 66
futurum pro præsenti 11.b
gaudio gaudere 282.29
impotentia legis, id est, lex impotens 476.3
in eo, pro eum 39.32
ingredi in gaudium alicuius 92.21
in, iurantis aduerbium 19
iniquitatem operantes 285
interrogatio sæpe omittitur 253.6
per interrogationẽ enuntiant quod omnino volunt pro vero haberi 156.24
interrogationes affirmationem augent 28.22
in transitionibus personarum sæpe vsurpantur copulatiuæ cõiunctiones 59.53
in vobis. pro vobis 385.15
ira Dei, pro effectis ex quibus iratus esse Deus intelligitur 449
iureiurando iurare 349.30
iustitia pro beneficentia 21
λόγος pro re & sermone ponitur 113.45
malus oculus 25.135.22
manus Domini 385.11
manus pro instrumento 365.35
mare pro lacu 13.5
morte mori 134.10
mutant numeros 828.3
nomen cognatæ significationis omnibus intransitiuis verbis subauditur 373.34
non est rectum in oculis meis 716.38
non habere partem cum aliquo 319.8
non omnis, pro nulla 89.22
os pro sermone & locutione 68.16
edere panem, idem est, quod cibum capere 133.2
participium præsens pro verbo 460.11
participia loco nominum 128.14
participium pro verbo 414.20
pater pro authore 769.17
pax 185.79
personarum mutationes frequẽtes 181.45
φωνὴ 118.20
poculum, pro ira Dei 98
poculum, pro pœna 75.22
ponere verba in ore 583.19
preces ascenderunt, id est, exauditę sunt 374.4
præpositiones sæpe abundant 126
pro distributiuis vti solẽt vocabulis geminatis 131.20
relatiua tàm ad sensum quàm ad verba ipsa referuntur 819.1
repetitio per antithesin 728.9
resurrectio vitæ 290 29
sanguis vester super caput vestrum 401.6
sæpe inter duo incisa deest copula 310.16
sedere, pro habitare 13.c
simplex verbum pro composito 487.1
subsitantiua & adiectiua interdum subticent 833
surgere pro proficisci 147.1
particula tamen aliquoties omittitur 440
tempora frequenter permutantur 118.19 263.46
tenebrarũ appellatione, calamitates intelligunt 185.79
transeunt à tertia persona ad secundam 478.15
vas pro quouis instrumento 47.29
venire, pro redundare 87.35
verbo includitur verbale nomen 74.12
verbo vno posito intelligitur consequẽs 12.5 & 138.11
via, quod quis animo designat vel facit 768.11 & 192.7
viri nominis, id est, celebres 636.21
vmbra mortis, pro vmbrosa morte 13.c
vna, pro prima 106.1
Heluidianorum error refellitur 4.25
hem particula cui rei conueniat 111.24
Herodiadis filiæ nomen quod fuerit 129. 22
Herodiani quinam fuerint 81.16
Herodes Agrippa 380.1
Herodes tetrarcha vulgò rex dicebatur 285.46
Herodis fermẽtum, & cur vulpes dicatur 82
hiatus siue χάσμα quid sit 240.26
hierarchia ecclesiastica 675.18
Hieronymus prodit se Origenis discipulum 377.46
Hieronymus refellitur 530.1
Hieronymi intolerãda in multis locis audacia in detorquẽdis scripturis 414.3
Hierosolymis varia fuisse collegia 361.9
Hildebrandus Henrici Cæsaris collum pede conculcauit 798.10
Historia mulieris adulteræ videtur esse supposititia 301
Holocautomata & holocausta quale sacrificiorũ genus apud Græcos sint 156.33
Homicida diabolus 305.44
Homo animalis 519.4
Dei 716.17
interior & nouus 474.22
nouus & vetus 647.24
quomodo creatus ad imaginẽ Dei 647.24
totus per peccata mortuus est quod adnaturam attinet 637.3
vetus & animalis pro vniuersa hominis natura 467.6
vnus & idem diuerso respectu spiritus & caro dicitur 279.6
Hominis distinctio 646.17
diuisio philosophica 474.22
miseria & sublimitas 730.6
non regenerati, vires 574.4
Homines beneplaciti qui dicãtur 188.14
cœcorum instar non nisi palpãdo potuisse Deum inuestigare 399.27
inter Deos referendi consuetudo vnde orta 583.16
singuli impietatis & iniustitiæ à Paulo accusantur 439.38
hominum more loqui 469.19
honesti qui dicantur 59.26.169.48
Honor pro reuerentia 499.7
honoris nomine quid intelligatur 57.4
Hora multa & dies multus qua significatione accipiantur 131.35
hora tertia quæ sit dicta 167.25
Hosanna quid significet 77.9
Humanum quod hominum vires non superat 496.12
Hymni, solas laudes continent 678.16
Hypocritarum nomẽ vnde sit desumptũ 22.2
Hyssopus an arborescat 105.48

I

IAcobus frater Domini fuit Apostolus 522.1
Idiomatum communicatio est synecdoche 280.13
Idololatræ turbinis instar abripiuntur 54.72
idolum 536.4
Idiotæ qui dicantur 555.16
idiotæ vnde dicantur 354.13
Ieiunare monachis significat ita saturũ fieri vt biduo non esurias 667
Ierusalem Gentiũ Antiochia fuit 380.20
Iesus cur dictus Nazarenus & Galilæus 109.9
Iesu nomen non detorquendum ad nomen Iehouah 737.8
Iesum esse Messiam, qui negent 809.12
Iesuitæ 676.23
Igitur, sermonis ingressum quãdoque declarat 281.25
ignoti dei ara 309.23
Imago Dei ad quã cõditus homo 647.24
Immortalitas dãnatorũ nõ est vita 637.1
Imprecatione an Paulus vsus sit 414.3
Impietatis & iniustitiæ singuli homines à Paulo accusantur 439.18
impietatis reus Athenis Paulus 398.19
Impii aliqui Deum cognoscunt 794.3
Implere pro præstare 4.22
Impotẽtia animi quibus tribuatur 528.7
Impositio manuum 360.6
Indui Christo 520.14
Incredulitas hominum an possit efficere vt Deus fidem non seruet 448.4
Inculpatum esse quid sit 513.8
Inebriari quid significet Hebræis 667
Inferi pro sepulchro 348.27

Inferorum locus 797.4
inferorum portæ 63.18
Infideles quicquid habent per rapinam & sacrilegium vsurpant 731.8
Innocens qui nihil nocet 38.16
Innouationis nostræ tres partes 466.3
In pro A D 112.38
In pro INTER ponitur 114.15
Indicare à Græco δείκνυμι 128
Infaniæ nomen quid 709.4
Insitionis metaphora 769.21
Inuenire & reperire an differant 454
Inuenire pro parare & acquirere 64.25
Ioachimus Camerarius 95.15
Ioannes euangelista ὁ θεολόγος fuit theologus appellatus 826
Ioannes Euangelista veritatis vocabulo singulariter delectatur 821.3
Ioannes Baptista quomodo Christū non cognouerit 275.31
Ioannes Ribbitus 745.19
Iosephus an suspicatus sit Mariam adulterii ream esse 3
Ira pro calamitatibus quæ ab irato Deo immittuntur 254.23
Israelitæ filii regni dicuntur 30.12
Ita est, pro talis est 71.10
Iubilæus Papisticus 690.4
Iudas frater Iacobi fratris Domini 822.1
Iudas quare filius perditionis dicatur 328.12
Iudæ mors 343.18
Iudæi Palestinæ Hebræi dicebantur, pro uinciales, ἰδιώτας 726
Iudæi Messiæ diuinitatem quando in dubium vocarint 268
Iudæi quomodo dicūtur filii pacti 353.25
Iudæi Rabinos patrum nomine salutabant 85.9
Iudæorum totaphot & thephilin 84.5
Iudæorum gens etiam hodie frequens & numerosa 493
Iudex peruersarum cogitationum 770.4
iudicatus dicitur is de quo iudicatum est 265.2
Iudicare aliquis dicitur eum, cuius vitia suæ virtutis exemplo coarguit 46.27
Iudicis officium 756
Iudicium pro iure aliquid constituendi 309.39
Iudicium quotuplex sit 225.42
Iudicii futuri tēpus nemo elicere potest ex scripturis 166.32
Iulianus apostata 697.2
Iudiciorum genera apud Hebræos 17.22
Iulius quartus Romanus Pōtifex 798.10
Iuniores non temerè ad functiones eccle siasticas acciti 793.10
Iurandi per cœlum formula familiaris fuit gentibus 19.34
Iurantium gestus 843.5
Ius Canonicum 765.4
Iusiurandum quodnam à Christo reprehendatur 20.2
Iustificandi nomen quomodo vsurpatur 772
Iustificandi verbum multiplices habet significationes 448.4
Iustificare 42.19
Iustificare Deum, est illū iustum, bonū ac fidelē & misericordē laudare 207.29
Iustificare seipsum quid sit 220
Iustificari, debita iustitiæ laude affici 702.16
Iustificari fide quid sit 451
Iustificatio gratuita ex fide non excludit bona opera 806.4
Iustificationis materia 465
Iusti in afflictionibus fœlices exultant 786.10
Iusti sumus in Christo corā Deo ctiā ex illa absolutissima legis formula 477.4
Iustitia Dei quę sit, & vnde dicatur 438,17
Dei pro eo quod præscribit Deus 769.20
imputatiua qualis sit 460.12
Inhærens est imputatæ iusticiæ soboles ac propago 656.11
nostra cur epithetis ornetur 671.22
operum reiicitur 444.6
qua nitimur qualis sit 451
Iustitiæ nomen pro beneficentia 21.51
iustitiæ Dei præposteri vindices 257.22
iustitiæ via 79.32
Iustus & pius quid differant 720.3

L

Lac & solidus cibus qd differant 520.1
Lactis nomine quid significetur sacris scriptoribus. 782.2
Lapidare quid sit 154.3
Largiendum quomodo 590.14
Latrina à lauando seu latendo dicitur 59.17
Lex Christi quæ sit 630.2
Lex dilectionis quare noua dicatur 807.7
Libertatis 770.25 & 771.12
naturæ 440.18
etiam damnat cupiditates prauas 472.7
pauli de velādo capite est politica 544.5
regia, id est, sine vllis diuerticulis 77.8
omnis doctrina seu scripta seu non scripta quæ aliquid iubet, aut interdicit 450.20
tota doctrina sacra 325.25
& fides, contraria ἀμέσως 616.22
& euangelium quomodo opponātur 574.6
coniūgitur cū regenerationis gratia 770
cur litera nominetur 446.27.574.6 447
extra Christum considerata 470.4
cur dicitur mortua
nō, prorsus abolita fuit sed impleta 639.16
quomodo abolita 575.11
quomodo in nobis efficax fiat 453.31
quomodo grauis aut leuis 515.3
iusto non posita 695.9
legis diuisio 483.4
finis 487.4
impotentia, id est, lex impotens 476.3
œconomia qualis 621.3
tabulæ lapideæ humani ingenii duritiē adumbrabant 573.14
Lege mori 813
legi mori & viuere Deo, sunt relatiua 813.17
sub lege non esse 468.14
Lenitas quid 769.21
Lentuli epistola ficta de Christo 821
Lepræ iudicium penes quos antiquitus fuerit 113.44
Leuitici pontificis & Christi collatio 752
Libri sacri multi intercidérunt 825
Literæ vitæ 666.3
Liberum arbitrium quid sit 668
Liberi fidelium sancti 532.14
Libertas à lege 576.17
libertatis lex 771.12
libertati opponitur seruitus cùm corruptionem significat 660.7
Liberatio fidelium duplex 635.14
Libertini spiritū perpetuò in ore habent 832.24
libertini fuit in Sadducæorū hæresi 415.8
Lini liber de passione Petri 339.19
Linguæ nouæ quæ dicantur 172.17
linguarum donum non tantùm semel atque iterum ecclesiæ primæ datum est, sed in ea viguit 34.68
Linguarum donum quale fuerit 378
Locustæ 9
Loqui secundum hominem 449
loqui, pro polliceri vsurpatur 182.55.184.10
Litera & spiritus 574.6
literæ vocabulum quid Paulo significet 446.27
Liturgiæ nomine veteres mutua charitatis officia appellarunt 733.18
Lucas pleonasmis Hebraicis delectatur 107.9
Lux, cognitio glorię Dei 557.6
Lucis nomine quid significetur 181.49
lucis nomen quomodo sanctis tribuatur 805.7
lucis nomen quare fidelibus tribuatur 649.8
lucis aliquid cur à Deo in homine relictum 442
Lugendi mos apud veteres 100.65
Lunatici qui sint 66.15
Lustralis aqua 750.13
Luscus dicitur qui altero captus est oculo 68.9
Lutherus 386
Lymbus patrum refellitur 787.19

M

Magistratibus obedientia & honor debetur 758.11
magistratum posse coercere hæreticos 697.2
magistratuum ius & varii gradus à Deo sunt 498.1
Magi qui fuerint 4.1
Magnificare quid significet 181.49
Magnifica quomodo Deus facere dicatur 181.49
malis nostris quomodo Christus afficiatur 738.15
Malus oculus pro inuido 74.15
malus oculus pro quauis cupiditate vitiosa 25.23.
Mammon quid 25.24
mammon iniquus 239.9
Mandata Christi quomodo sint leuia 44.29
Manna an sit panis verè cœlestis 293.31
manna quomodo fuerit esca spiritualis 540.3
Manci qui dicantur 60.30
Manus abluebantur expiationis causa apud veteres 103.24
manus Dei nomine qd intelligatur 183.66
manus Hebręis dicitur quicquid est vice instrumēti ad aliquid agendum 365.35
manuum impositio 360.6
Maranatha 566.22
Marcus euangelista an fuerit author apocalypseos 862. & 827
Maria desponsa quare vocetur 181.48
Martialis, scurra 829.8
Martinus Lutherus 386.20
Marcion 245.19 433.3 476.3
Martyres qui dicantur 413.20
Martyrum corpora 824.9
Matrimonium Hieronymus inter minus mala numerat 765.4
matrimonium non esse malum aut vitiosum 530.1
matrimoniū non esse sacramentū 652.32
Melchisedeciani 743.1
Melchisedeci & Christi collatio 743.1
Melitæ duæ 429.1
Mendacij pater diabolus 305.44
Mendicus à paupere distinguitur 590.9
Mens pro intelligentia διάνοια 721.15
Merces ministrorum 37.10
Meritum damnatur 15.5
meritum Christi 310.17
Messias omniū cōspectui expositus 242.21
messias germen appellatur 185.78
messiæ diuinitatem quando Iudęi in dubium primùm vocarint 268.1
Methodius 686
Metu mortis cum ira Dei coniuncto nihil miserius 733.15
Ministeria varia in ecclesia 645.11
Ministri accipiunt spiritus dona pro ar-

rhabone suę vocatiõnis 571.22
ministri alendi 630
ministri ecclesię instar oris per quod Dominus efflat verbum suum 691.8
ministri pij sunt calũniis obnoxii 707.19
mnistri quomodo alios seruent 705.16
ministrorũ electio penes quos olim fuerit 360.6 & 708.22
ministrorum fidelium virtus vnde 578.10
ministrorum merces 37.10
ministrorum verbi officium 122
ministrorum verbi authoritas 75.25
Miracula non seperanda a verbo 213.2
miracula quare dicãtur signa, prodigia, virtutes & miraculorum finis 730.4
Miseria hominis 730.6
Misericordia & gratia qd differãt 694.2
misericordiæ Dei non sunt certi fines præscribendi 442.28
Missæ canon 713.18
missæ sacrificium refellitur 743.1
Mola asinaria 67.6
Molestia à tristitia quomodo differat 148.22
Monachorum descriptio 715.6
monachorum ieiunium est saturum fieri vt biduo non esurias 667.12
monachi 693.10
Monetarum veterum precia 405.19
Morbi cur in scriptura sacra flagella dicantur 117.10
Mori & resurgere cum Christo, cohęret 677.1
mori peccato quid sit 466.2
Mors, pœna peccati 462.13
morte mori quis dicatur 134.10
mortem non videre quid sit 189.26
mortẽ quomodo fideles nõ videãt 306.31
Mortificare quid sit 677.5
mortificationis nostrę materia, causa efficiens, instrumentalis 467.5
mortificatio pro misera conditione fidelium 578.10
Mortis dolores 348.24
mortis metu cum ira Dei coniunctæ nihil miserius 733.15
mortui legi qui sint 613.17
mortuum esse in peccatis & mori peccato differunt 637.1
mortuus veteri homini 790.1
Moses cur posuerit velum super faciem suam 575.13
Mosis corpus 824.9
mosis & Christi collatio 734.1
Mos lugendi, veterum 100.65
Mouere synagoga 308.22
Mulieres à maritis cognominãtur 333.25
mulieres multæ Romę Mosaicam legem amplexæ sunt 388.50
mulieres ad sepulchrum Domini accedentes quo tẽpore eò venerint 170.42
mulieris adulteræ historia videtur esse supposititia 301.53
mulierum officia 689.11
mulierum verus ornatus 785.4
Mundus pro aspectabili terræ decore & ijs quæ in terra degunt 801.6
mundus pro ijs quæ nobis hic viuentibus vtenda conceduntur 534.31
mundi vocabulum πολύσημον 316.17
mundũ amare quomodo dãnetur 807.15
Myopes qui dicantur 795.9
Myra Lyciæ vrbs 426.5
Mysterium salutis absconditum à sæculis 672.26

N.

NArdi variæ species 160.3
Narrationes historicæ Hebræorũ & latinorum quid differant 4.2
Negantur sæpe multa quæ non ponuntur 294.38
Negatiuæ particulę plures, negandę vni rei, adhibentur à Græcis 121.22
Nestorij erroris occasio 271.14
Niceohorus reprehenditur 95.17 & 96.18
Nicodemus pro excellenti doctore habitus ab Israelitis 280.10
Nisi particula quam vim habeat 288.19
Nomen Dei aut Christi quare pro ipso Deo aut Christo ponitur 312.16
nomen pro fama, existimatione & dignitate 435.5
nomina pro capitibus 343.15 & 833.4
nomine meo, id est, mea causa 145.27
Non posse pro nolle ponitur 127.5
Notiones communes Satan delere non potuit 443.2
Noua creatura 583.17
noui fœderis ratio 753.5
Nox nulla est in cœlo 837.15
Numella ligneæ machinæ genus in quã pedes & collum immittebant vincti 395.24
Nuptiæ peccati & carnis 470.4

OBedientia fidei 435.5
Obiurgare 31.26
Obscuritas sacrarum literarum 803.16
Opsonij appellatione quid intelligatur 193.14
Oculus malus pro inuido 74.15
Odor mortis & vitæ 74.15
Offendi in aliquo 41.6
offensa quid significet 24.14
Officium & persona Christi 716.2
officium hominis Christiani 769.18
Oleum fuit symbolum doni sanationum 778.14 & 128.23
Omne pro perfecto & cumulato 506.13
Opera à causis salutis quæ & quomodo excludantur 723.5
opera bona in solidum gratiæ debentur nec iustificandum præcedunt 638.10
opera dei dicuntur ea quæ Deus exigit à nobis 293.28
opera legis non iustificant 613.16
opera legis 450.20
opera non iustificare 772.13
opera præparatoria reijciuntur 376.35
opera pro præmio quod bona opera consequitur 849.13
opera quomodo perficiant fidem 774.22
operari salutem 568.6
opera tenebrarum 500.12
operæpretium, res vtilis & digna in qua aliquis operam ponat 657.23
Oppidula quæ dicantur 112.38
Opus habere 23.8
Orandum non esse pro ijs qui planè Dei ac Christi odio à veritate deficiunt 697.2
Ordo ecclesiasticus 360.2
Orichalcum 829.15
Origenes reprehenditur 72.19 377.46 432.1 433 & sæpe alibi in annotationibus in epistolam ad Romanos.
Originis peccatũ, reatum & corruptionem complectitur 461.12
originalis peccati grauitas 817.16
Ornatus mulierum 785.4
Osculationis ritus in salutando & in cœna Domini 566.20
Osculis Iudæi & reliquæ etiam gentes Oriẽtis se salutabant 606.12
Os pro voce & testimonio 78.16

P

PAnis appellatione quid significetur 138.4
panis fractio 350.42
panis fractio etiam hodie Iudæis in vsu est 266.35
Panoplia fidelium 613.14
Papistarũ Iesus typicus, Frãciscus 676.23
Parabola ac prouerbium idem declarãt 197.23
parabola in Euãgelio qui dicatur 153.1
Paradisus 602.4
Parentes an possint cœlibatum à suis liberis exigere 535.37
Parœciarum nomen vnde ortum 351.46
Parœmiæ aliquæ Epicurgis familiares 561.32
Paropsis 86.25
Partes pro regione 59.21
Pascha quando Christus comederit 95.17
paschalis cœnę ceremonia qua Iudæi vtuntur 256.20
Pastores ecclesiæ doctrinam suam non aliũde quã ex sacris literis petãt 716.8
pastorum siue episcoporum munus 645.11
pastorum vocabula sæpe ad ecclesiasticã administratiõnẽ transferuntur 343.20
pastoribus non licet dominari 792.3
Pater luminum 769.17
pater mendacii diabolus 305.44
patrũ scripta quomodo recipienda 522.15
Pati non vsurpatur absolutè pro supplicio affici 340.3
pati pro Christo beneficium est 655.7
Paulus an in suis epistolis rudimenta dũtaxat scripserit 603
ἀφορισμὸν sibi tribuit ex aduersariorum iudicio 582.13
docuit in Arabia 372.28
epistolę ad Hebręos non est author 716. & 719.3
& Barnabas nullam in ecclesia tyrannidem exercuerunt 390.23
impietatis reus Athenis 358.19
in vtrãque epistola ad Corinthios floridum dicendi genus sectatus est 573.2
non nisi constituta ecclesia aut additis mandatis Troade discessit 572.13
non scatet hyperbatis 437.13
qualem dicendi vim habuerit 515.17
quando cum bestijs depugnarit 561.32
quãdo & quoties Corinthũ venerit 605.2
vnde hoc nomen habuerit 384.9
quomodo perfectus & nõ perfectus 665.15
non fuit imperitus loquendi 599.6
Pauli & Antichristi antithesis 524.12
ardor ad prædicandum 401.5
character 803.16
charitas 662.17
epistolę vniuersalem doctrinam complectuntur 802.15
trés profectiones in Macedoniam 694.3
zelus 398.17
Paulũ Græci sermonis peritũ esse 378.46
inter iudices sedisse 423.10
non esse barbarum 675.19
non habuisse vxorem 666.3
Pauoris Christi causę 740.7
Pauper à mendico distinguitur 590.9
Pauperies & mendicitas differunt 72.21
Paupertas spiritualis quæ sit 196.18
Pax 436.7
pax triplex 459.2
pacis nomen pro σωτηρία 418.1
pacis nomine quid intelligatur 185.79
Peccatum quomodo abolitum 712.26
quomodo nõ dominetur fidelibus 468.14
committere quid sit 811.4
fel & venenum appellatur 368.23
originis 461.12
peccatũ nullũ est tam leue quod nõ damnet nos nisi p Christũ remittatur 16.19
mortuum, quid 472.8
in spiritum sanctũ quodnam sit 817.& 818
peccatorũ publica & solennis confessio 753.1
peccata quatenus paria 817.16
omnia per se lethalia 817.16
peccati originalis grauitas 817.16

peccati minimi vel minima cogitatio mortem æternam meretur 817.16
peccati diuisio in veniale & mortale refellitur 817.16
peccata alia antè manifesta, alia subsequuntur 708.24
peccator qui peccandi velut artem facitat 308.24
peccati & carnis nuptiæ 470.4
peccati mors 468.10
peccato mori 466.2
peccata an post mortẽ remittantur 47.32
peccata multa electis & reprobis communia 817.16
peccata non esse paria 771.10
peccatorũ motus nõ orti fũt à lege 471.5
peccatores nascimur 638.3
Pecuaria piscina 286.2
Pecuniarum appellatione bona non nisi mouentia appellantur 148.13
Perfectio nostra qualis sit 655.15
Perfluere opponitur 729.1
Permissio 441.24
Peierare quid sit 19.33
Permissio otiosa Epicureorũ non Christianorum 802.9
Persona Christi 726.2
personæ appellatione quid intelligatur 155.14
personarum respectus qualis damnetur 770.4
Petra è qua effluxit aqua an sit secuta Israelitas 540.4
Petrus an crucifixus 339.19
an fuerit Romanus episcopus 382.17
distinguendus à petra Christo 63.38
cur primus ponatur in catalogo apostolorum 36.42
cur ter confessus se Christũ amare 338.17
non inuitus passus est 338.18
vbinam Christum abnegarit 330.13
petri primatus 640.20
petri temeritas à Christo corripitur 14.3
Petrus Martyr 537.5
Pharisaismum Paulus non laudat 422.5
Pharisæorum nostri temporis Academię 309.33
Philosophia non simpliciter damnatur à Paulo sed 673.8
philosophica sacris permiscuit Chrysostomus 377.46
Phtiriasis 382.23
Phylacteria 84.5
Pigror 373.38
Pileus libertinæ cõditionis insigne 544.10
piscina pecuaria 286.2
Pius & iustus quid differant 720.8
Platea pro foro accipitur 133.56
Pleonasmi Hebræorum 8.21
Pluralis numerus pro singulari sæpe ponitur 111.22
Poculum pro ira Dei 98.39
Pœnitentia piorum & impiorũ quid differat 763.17
pœnitentiæ secundum Deum, & mundi pœnitentiæ extrema 587.9
pœnitere quid sit 8.2
Politicas leges non præscribit Christus 68.17
Pollieeri & promittere differunt 350.39
Polygamia semper vsitata in oriente totaque Græcia 700.2
Populi Israelis quare dicantur 355.27
Pontificis Leuit. & Christi collatio 750.11
Porphyrij calumnia refellitur 609.16
Portę inferorum 63.18
portarum nomine vrbes munitas aliquãdo intelligimus 63.18
Postæ veteribus Angari dicebãtur 20.41
Postellus omnium hæreseon consarcinator Iesuita 743.1
postellus impurus 269.4
Possessio rerum à Christo non prohibetur 37.9
Preces lõgę non dãnantur à Christo 23.7
Precum species 697.1
Prędestinatio & electio qd differãt 633.5
prædestinationis gradus 609.15
Præcingendi metaphora vnde desumpta sit 781.3
PrędicatioEuãgelii vino cõparatur 736.2
Proconsul Achaiæ totius Græcię est proconsul 401.12
Præputiari 532.18
Præscientia & prædestinatio 481.29
præscientia futurorum operum non nititur nostra salus 484.11
præscientia Dei nunquam ab eius decreto separanda 388.48
Presbyterorum nomen non tam ætatis quam dignitatis est 63.21
presbyteri nomẽ quos cõprehẽdat 792.1
presbyterium 705.14
Præputium pro incircuncisio, & pro Gentilismo 446.26
Præparatoria opera reiiciuntur 276.35
Primogenitus Christus 278.6
Principes vocantur filii Dei 727.5
principes sacerdotũ quinam fuerint 5.4
Principii significatio ad id semper accommodanda est de quo agitur 325.44
Prodigi quinam laudentur 239.8.
Pronomina reciproca loco simplicium à Græcis vsurpantur 319.22
Promissiones sub lege quales fuerit 621.3
Promissiones Dei verę sunt ac certę 149.30
promissiones vniuersales ad solos electos restringendæ sunt 752.28
Profanum quid sit 58.11.
Prophetia 687.20
prophetiæ nomen quid significet 496.9
propheta cur nominetur Epimenides 42.13
prophetare 829.10
prophetarum enthusiasmus 645.11
prophetarum munus 696.18
prophetarum oracula in prima ecclesia vigebant 696.18
prophetæ, reges etiam eos quos arguebant in honore habuerunt 798.11
prophetiæ nituntur reuelantis & annuntiantis authoritate 826
prophetæ cur toties nomen suum inculcent 826
prophetarum nomine intelligunter ipsorum libri præcipuè in minoribus prophetis 108.2
prophetæ ptopter certitudinem de re futura tanquã præsenti loquuntur 108.2 & 273
prophetię oneris inuidioso vocabulo appellabantur 832.24
Propinqui pro gentilibus & agnatis accipiuntur 118.21
Prorsum pro ante 98.42
Proselyti dicuntur quasi aduentitij 86.
Prouidentia Dei etiam minima quęque complectitur 538.9
prouidentię diuinę exemplum 411.32
Prouincias mundi an apostoli inter se distribuerint 391.1.
Prouidentia Dei nunquam est diuellenda ab eius definito consilio 348.23
Psalmus primus olim non habitus pro psalmo, sed pro præfatione, aut vnus cum secundo 387.33
psalmi quid sint 678.16
psalere non est simpliciter canere, sed ad Musicum instrumentum 555.15
Pseudocyrillus 302.15 & 305.44.306
Pseudorigenes 272
Puer, & filium & seruum significat 29.6
Pulsare etiam gentes in lustu se consper gebant 41.21
Purgare viam 385.
Purgatorius ignis 511.10
Purè quis vescatur 224.41
Pauperibus quid sit largiendum 224.41
Purificatio animi vera quę sit 224.41
purificationis duę partes 751.14
Puritatis perfectam ideã quando habitu ri simus 811.4
Prouerbium, non sum dignus qui soleas illi portem, vnde deductum sit 10.11

Q

Qvadrans quid sit 157.43
quadrupedia animantia 74.12
Quatenus pro quandoquidem 247.9
Quędam, particula respondet articulo Græco 4.23
Quæstio discipulorum Christi de eius resurrectione 148.10.
Quomodo, admirationẽ declarat 62.11.
Quirinus quis fuerit 186.2

R

REsurgere verè qui cęseantur 252.36
Rabbi & Rabboni an differãt 336.16
rabbi quid significet & Rabinorum genera 84.7
Rabini seniores patrum nomine salutabantur 85.9
Rahab nobile scortum fuit 761.31
Ratio in homine carnis nomine comprehenditur 67.21
Regeneratio & eius incrementa 782.2
regenerationis finis & materia 677.10
regenerationis gratia & lex iunguntur 770.25
regenerationis opus, in solidum gratiæ Dei tribuendum 583.17
regeneratione fit homo nouus qualitate non substantia 613.10
Regina Sabęorum quænam fuerit 48.42.
Regnis custodiendis etiam impiorũ, angeli præsunt. 758.11
regnum cœlorum 8.2
regnum Dei quod vocetur 142.1
regnum Dei pro ecclesia 279.3
Remanere est alio recedente retrò manere 694.3
Remissio peccatorum quid sit 185.77
Remetiri idem quod iterum metiri 26.2
non renati dicuntur mortui 637.1
Repudium & diuortiũ quid differãt 3.19
Respicere 8.2
Respicere pro diligere à Latinis vsurpatur 181.48
Respõdere aliquid non ad aliquem 195.4
respondere pro verba facere 156.35
Res vox, à Latinis pro qua re vsurpetur 188.15
Resurrectio Christi quomodo diuinam eius naturam probet 436.4
resurrectio pro liberatione ex periculis 579.14
resurrectio vitæ 290.29
resurrectionis Christi 340.3
resurrectionis dominicę declaratio quibus partibus constet 171.14
Reponere in cor quid sit 183.66
Reprobatio 783.8
reprobationis & electionis discrimẽ 802.9
Reprobus pro eo quẽ experientia ostendit non talem esse qualem esse oportebat 539.27
reprobi non possunt velle credere 317.39
reprobi quomodo ab electis dignoscantur 87.16
reprobi sibi sinę perniciei ac exitij fiunt instrumenta 817.16
Ribittus 745.15
Roman' episcopus an Petr' fuerit 382.17
romanę

romanæ curię cur placuerit coccinus color 851.3
romanum pontificem esse Antichristum 690.4 & 691.6

S.

Sabbatismus 737.9
sabbathi initiū & finis apud Hebræos 106.1
sabbathorum duæ fuerunt species 201.1
Sabellius refellitur 659.6
Sabeorum regina quę fuerit 48.42
Sacerdotum principes qui fuerint 5.4
Sacramenta veteris fœderis a nostris reipsa non distinguenda 456.11
sacramẽta dupliciter cõsiderãtur 750.10
sacramentorum præcipuus finis 652.32
sacramentorum communis ratio 456.11
Sacrificare Christū an aliquo modo possimus 713.18
sacrificatę carnes venales pstabãt 542.25
sacrificium missæ confutatur 698.6
sacrificij nomine veteres mutua charitatis officia appellarunt 753.18
sacrificiorum nostrorum cum veteribus comparatio 495.1
Sacri libri multi interciderunt 825.14
sacratum literarum dignitas 716.8
sacrarum literarum obscuritas 803.16
Sadducæorum hæresis 415.8
Sagena genus retis 53.47
Salus nostra in nobis à Deo efficitur 586
salutis nostræ causæ 779.2 & 633.5
salutis nostræ certitudo 805.9
salutis nostræ summa suis gradibus descripta 328.6
salute nostrã quomodo operemur 568.6
Salmonium promontorium Cretæ 426.7
Samariæ vrbs 367.2
Samosatenus 298.27
Sanctum quid 651.26
Sancti nomen Christo peculiariter tribuitur 809.20
Sancti, non sunt nostri aduocati 805.1
Sanctificare 23.9
sanctificandi vocabulum 328.17
sanctificatio & cognitio mutuo vinculo cohærent 795.6
sanctificatio hominis integra qualis sit 688.23
sanctificationis nostræ ratio 512.2
sanctificationis materia 779.2
sanctificationis nostræ definitio 790.1
Sandalia quid sint 128.9
Sanguinis Christi virtus vnde sit 751.14
sanguinis nomine tum cædes tum verò omne exitii genus intelligitur 401.6
Sapientia pro doctrinę cognitione 708.5
sapientiæ cælestis fructus 775.17
sapientiæ & reuelationis nomen quid significet 636.17
Sortiendi variæ formæ 344.26
Satan quare dicatur Deus huius seculi 577.4
satanæ nomen quid significet 64.23
satanæ tradere quid sit 50.26
Sat qualis mediura fuerit 52.33
Saturare & inebriari quid significet Hebraeis 667.12
scenopegia 297.2
Sceleratissim⁹ homo scelus dicitur 159.19
Schisma quid propriè sit 513.10
Scholasticæ theologiæ vanitas 709.5
Schuencfeldius errorem Apollinaris & aliorũ hæreticorum renouauit 280.13
Scribere nõ alia quã quæ leguntur 569.13
Scribæ qui fuerint 5.4
Scripturæ aliquando tribuitur id quod Dei est 485.17
scripturæ à quo interpretandæ 796.20
Scripturæ loci aliquot deprauati 563.16
Secundum hominem loqui quid significet 449
Seculum pro hominum vita 607.4
Secundæ nuptiæ 706.9
secundæ nuptiæ non prohibitæ 700.2
Secta quid sit 357.17
Sedere idem valet quòd habitare 147.1
Semen pro posteritate accipitur 182.55
feminis nomine quid intelligatur 433.3
feminis nomen non significat vnũ Christum per se, sed cum ecclesia coniunctum 618 & 619.19
Semipelagiani confutantur 613.795.5.
& aliis multis in locis
Sepulchrum θῆκα conuerterunt Græci interpretes 348.27
Sermo fidelis 710.9
sermo domini quomodo crescat 383.24
sermo Domini diuiditur in duas species 19.37
sermo pro intelligentia diuinarum rerũ 513.5
sermo κατ' ἐξοχὴν vocatur euangelica doctrina 656.14
sermonem apostolicum è spiritu sancto esse, & qualis sit 377.& 378.46
Seruare animam 64.25
Serui quare dicatur Christus 719.1
seruus nõ semper opponitur libero 431.1
Seruitus cùm corruptionem significat libertati opponitur 660.7
Seruetus 269.4.& 433.3.& 795.4
seruetus Samosateni errorem renouauit 267.1
serueti dogma refellitur 669.15
Serotinum Latinis tardũ declarat 151.11
Si particula, adhibetur imprecationis loco 365.42
Signa a rei veritate separata 782.4
signis semper cõiungẽda doctrina 172.20
Simon Cananæus, vel Cannites non Cananæus 36.2
Simpliciter dicta aliquando intelligenda sunt κατὰ τι 760.23
Simulachri nomen quid significet 536.4
Sindonis vocabulũ quid significet 169.46
Sollicitudinis definitio 250.25
Sophista Clichtoueus 303.25
sophistæ vnde dicti 515.17
sophistarum doctrina de dubitatione, christianismum à fundamentis conuellit 814.18
Spes pro eo quod speratur 528.5
Speculum appellat Paulus Deum in carne manifestatum 576.18
Spermologi qui dicantur 298.18
Spiritus 475.1
fidei 579.13
gloriæ 792.14
hominis 518.11
mundi 518.12
sponsi 490.8
timiditatis 712.7
veritatis & erroris 813.6
vitæ, pro anima vitali 844.15
spiritus nomen πολύσημον 279.8
spiritus vocabulo quomodo vtantur Hebræi 217.55
spiritus appellatio naturę diuinę in vniuersum tribuitur 284.24
appellatione ipsa Dei τοῦ θεοῦ intelligitur 434.4
appellatione, spiritus sancti dona significantur 189.25
in genere pro omnibus effectis spiritus sancti 614.2
significat varios afflatus virtutis Dei 490.8
quomodo in electis nunquam extinguatur 687.19
a verbo quod prędicarunt apostoli non separatur 519.14
spiritus nomine quid in Christo significetur 787.18
spiritus, totus homo spiritualis 279.6
spiritus τὸ ἐγκράτειον 738.12
pro ipsa legis substantia 447.27
pro nouo fœdere siue euangelio quatenus illud legi opponitur 617.14
spiritus & noui hominis nuptiæ 470.4
spiritu viuere 629.25
spiritus sanctus an sit in omnibus 643.6
cur πνεῦμα ἁγιωσύνης nominetur 478.5
pro visibilib⁹ donis spiritus sancti 300.39
semen ab effectu nominatur 811.9
spiritus sancti missio transitiè vocatur baptismus 341.5
mutus & surdus ab effectu vocatur 144.25
Spira pro militum multitudine 103.27
Spiculatores olim qui fuerint 130.27
Sponsalia & nuptię differunt 2.18
Stare in Domino, est in fide perseuerare 684.8
Stater qualis nummus fuerit 67.27
Stigmata 631.17
Stola idẽ valet quòd vestis in genere 157.38
Studere Latinis quid sit 154.12
Sublimitas hominis 730.6
Substantię nomen pro persona 727.3
Succingendi metaphora vnde desumpta sit 781.3
Sudaria & semicinctia quid sint 604.12
Suffocatũ an Apostoli prohibuerit 392.20

T.

Talionis lex 20.39
Talentarium 851.21
Tardare absolutè vsurpatum 91.48
Tartara 797.4
Telonium publicanorũ mensa, item scrinium 33.9
Templa argẽtea, id est, nummi in quibus templum representabatur 405.24
Temporarius 51.21
Tempus redimere, & sinere tempus elabi sunt contraria 650.16
tempus suum quid Christus dicat 460.6
tempora secularia 712.9
Tenebrarum nomina quid intelligatur 185.79
Tẽtatio dicitur quicquid sollicitare nos potest 541.13
tentatio, probatio qua exploratur fides 768.3
tentare quomodo Deus dicatur & quomodo satan 61.1
Terrę appellatione frequẽter terra Chanaan intelligitur 468.33
Testamentum vetus ab Hebręis in tres ordines diuiditur 294.45
testamentum vetus quomodo citetur a noui testamenti scriptoribus 101 9
Testimonium dare quid sit 196.22
Testis in animam 591.23
Theodas alius in Actis quàm à Iosepho commemoratur 359.36
Theologi contemplantes 797.4
Theophilacti interpretatio reprehenditur 284.23
Thephilin Iudęorum 84.5
Thoracis forma 653.14
Timor pro obedientia 499.7
Timor religiosum Dei cultum significat 492.20
Timoris Christi causę 740
Timotheus fuit euangelista 694.3
Timotheus cur circũcisus & non item Titus 610.5
Tituli honesti non alieni sunt a christiana religione 819.1
Totaphot Iudęorum 84.5
Traditiones 543.2.692.15
traditiones cerẽoniis legis coniunctę

676.20
traditiones papisticæ taxantur 765.10
traditionis vocabulum quid significet 57.3
Tratectionum exempla 340.2
Transire pro præterire 97.39
Translationes ab ędificatione sumptæ familiares sunt sacris scriptoribus 69. 80.42
translationes à plantis sumptæ 466.5
Tres tabernæ 431.15
triumphari est ignominiæ causa in triumpho duci 572.14
Tristitia secundum Deum & tristitia mundi 587.9
Troas vrbs 394.11
in Troade an Paulus ecclesiam constituerit 572.13
Tropus in verbis cœnæ 256.20
Trucidare maius quidpiam est quàm occidere 39.28
Typhon 427.14
Tyri & Sidonis confinia quæ sint 136.24

V

VAh & væ particulæ tam maledicendi quàm irridendi vsum habent 168.29
Valentinus 433.13
Vas pro quouis instrumento 47.29
vasis nomen latè patet apud Hebræos 785.7
Velle & amare quomodo conueniant 157.38
Venire pro adesse 109.5
Venus Phidiæ 721.5
Verbum Dei an obscurum 803.16
verbum Dei nullo modo torquere, aut eo abuti licet 530.1
verbum Dei quàm religiosè tractandum sit 743.1
verbum Dei scriptis interpretari licet 687.20
verbi Dei scripti doctrinam non esse incertam 552.9
verbi Dei vis quæ sit 129.20
verbum pro nutu, voluntate & ordinatione Dei 757
verbum per quod purgamur 651.26
verba multa in aduerbia degenerant 111. 24.
Veritas pro bona vita & absque fraude 281.21
veritatis vis quanta sit 129.20
veritatis nomen pro luce quæ in homine relicta est 440.18
veritatis vocabulo Ioannes euangelista singulariter delectatur 821.3
Vestibulum qualis sit locus 165.68
Vestis, gloria immortalitatis 580.2
Veteres insciti Hebræi idiomatis sæpe turpissimè lapsi sunt 63.13
veteri domus quomodo fabricatæ 39.27
veterum lugendi mos 100.65
vetus homo 467.6
Via accipitur pro vico 147.17
via gentium quid sit 37.5
via iustitiæ 79.32
viam purgare quid sit 274.23
Victimæ nomine sæpe Paulus fideles significat 661
Videre aliquid quot modis dicamur 190. 30
videre minus est quàm cernere 50.14
Virtutes, seueræ iudicii Dei executiones 548.10
Viscera Hebræi vocant omnes teneros & veluti maternos affectus 656.8
viscera misericordiæ quid sint 185.78
Vita duplex 47.32
vita Christi iugis quædam mors fuit quã pro peccatis nostris subiit 710.17
vita fidelium quomodo aliis præluceat 661.16
vitæ resurrectio 290.29
vitam æternam habere & condemnari cõtraria sunt 289.24
Vitiorum & omnium calamitatum mundi origo 441.24
vitiorum in loquendo fons 770.26
Viua aqua quid significet allegoricè 283. 10
Viuere in carne 613.10
viuere secundum carnem, & viuere in carne differunt 657.22
Vnctio pro gratia spiritus sancti 808.20
Vngere 377.38
Vniuersalis particula pro indefinita 374. 12 697.1
Vocatio pro eo ad quod quis vocatus est 689.11
vocatio Gentium opus fuit maius creatione mundi 702.16
vocatio gẽtium quomodo olim patribus patefacta fuerit 642.5
vocationis nomen quid significet 383.2
vocatus 436.6
vocandi verbum quid significet 532.17
vocare 458
vocari & congregari quid differant 432.1
Vocum nouitas vitiosa est 710.20
Voluntas Dei non mutatur 802.9
voluntatem suam Deus perpetuam diuersis modis declarat 726
voluntas nostra nõ adiuuatur àDeo, sed ex mala fit bona 661.13
voluntatum in Christo separatio, non distinctio repræhenditur 287.19
Vrbanitatem non omnem Paulus dánat, & vrbanitatis exempla 548.4
Vti aliquo, pro commercium habere 283.9
Vulgata interpretatio non semper sequẽda 182.13
Vultus pro ira 786.12
vultus totam faciem significat 61.3
Vxorem non habuisse Paulum 666.3
Vuolfgangus Musculus 489.4

Z

ZElotypia duplex 623.17
Zelus varias habet significationes 278.17
zelus Pauli 398.17

FINIS.

GRAECARVM VOCVM

ET PHRASIVM, QVAE IN ANNOTATIONIBVS NOVI TESTAMENTI COPIOSE *& generatim explicantur*, Index.

Ἀγαθοποιῶν quid sit 116.4
ἀγαθὸς αἰτῆ ἀγαθωτικὸ 460.7
ἀγαθοὶ qui dicantur pag. 210.15
ἀγαθωσύνη opponitur τῇ πονηρίᾳ 606. 14
ἀγαλλιάζειν gestire 396.56
ἀγαπᾶν pro desiderare 717.8
ἄγειν pro ire 14.26
ἀγεραια 306.38
ἀγοράζειν quid propriè declarat 155. 13
ἀγωνία 259.44
ἀδ' ἅπαξ 539.18
ᾅδης sepulchrum 348.27
ἀδημονεῖν 97.37. & 662.26
ἀδικεῖν αἰτῆ τῷ βλάπτειν 219.19
ἀδικεῖσθαι 528.7
ἀδικία 239.9
ἀδικία pro perfidia 448.5
ἄδικος 442.28
ἀδιάκριτον species τὸ ἀδιάλυτον 287. 9
ἀδιάκριτῶς verbum quid significet 207.30
ἀδιακρίτως idem significat quod τὸ ἀκυρωτῶς 134.9
αἴρειν 12.6. & 317.32
αἵρεσις qua significatione à Græcis vsurpetur 226.52
αἴρεσις vocabulum μέσον 357.17
αἴδεσις αἰτῆ τῆς κρίσεως 656.9
αἶτιον noxa 260.4
ἄκαιρος 51.22
ἀκαταστασία 584.5
ἀκέραιος 38.16
ἀκοινώνητος ἢ ἀνδάλευτος 710.15
ἀκριβῶς penitus, Latinis significat quod intrinsecus 173.3
ἀκριβὴς 9.4
ἀκριβοφορεῖσθαι quid sit 154.4
ἀκρίτως 58.6
ἀκρίβεια & ὑπερβολὴ quid differãt 442.30
ἀλαλάζειν 551.1
ἀλήθεια syncerè 657.18
ἀληθὴς idoneum 302.13
ἀληθὴς μαρτυρία idoneum testimonium 290.31
ἀλία coactus hominum cœtus 341. 4
ἁμαρτία & παράπτωμα differunt. 637. 1
ἁμαρτία & παράπτωμα quid differant 463.15
ἁμαρτίαν nominat Paulus peccatum originis 461
ἁμαρτωλὸν 587.10
ἁμαρτωλὸς 398.24
ἁμαρτία 597.13
ἀμερίμνησον 13.18
ἀμφότεροι, etiam de pluribus quàm de duobus dicitur 415.8
ἀνὰ significat æqualem distributionem 749
ἀνὰ αἰτῆ τῷ χοᾶς ἀνὰ πέλεκυν 61.14
ἀνὰ idem valet aliquando quod ἀνὼ 198.3. & 340.2. & 13.128. 11.1.
ἀναβαίνων pro ἀναβαίνοντος positum 109.10
ἀναβλέπειν non significat tantùm visum recuperare, sed attollere oculos: exprimit enim excitum gestum & affectum 139. 22
ἀναγγέλλειν opponitur τῷ κρύπτειν 404.18
ἀνάγνωσις quid sit 569.13
ἀναδενδρίνειν pro δενδρύειν 344.24
ἀναδεχθῆναι pro κεχειροτονηθῆναι 340.2
ἀνάθεμα & ἀνάθημα 482.3
ἀνάθηματα donaria quę templorum ærarijs consecrantur 253.5
ἀναθεματίζειν 101.74
ἀναίδεια quid sit 22.8
ἀναπεσεῖν 6.12
ἀναπίπτειν propriè de remigibus dicitur 171.14
ἀναπίπτειν idem valet quod συνκλίνεσθαι 171.14.
ἀνακρίνειν inquirere 637.3
ἀνακρίνεσθαι 354.9
ἀνάμνησις Platonica 398.16
ἀναπεσῖν 60.33
ἀναπαῦειν 60.53
ἀναπαύεσθαι 410.15
ἀναπίπτειν idem declarat quod τὸ σωτάπτεσθαι 172.1
ἀναπτύσσειν arcanum suum in sinum amici deponere 609.16
ἀναπολὰ ex alto Christus quomodo dicatur 185.78
ἀνεκφοίτητος 6.12
ἀνεκφοίτητος 13.12
ἀνέσεως exaudiţ sunt, metaphorì cè 374.4
ἀνὴρ quandoque pro marito quandoque pro sexu 552.11
ἀνθρώπινον λέγειν 469. 19
ἀνθρώπινος duplici respectu dicitur 386.33
ἀνθρώπινος ἢ ἀναβλέπειν quomodo conueniant in significatione 137.34
ἀπὸ particulæ significatio 273
ἀπόδικος 17.25
ἀπεκδεχόμενοι pro προσδεχόμενοι ponitur 121.14
ἀπειθεία 585.13
ἀπειθεία plus est quàm μανία 442. 27
ἀπεκδεχόμεθα 361.10. & 427 15
ἄπαξ denuo 279.5
ἀπαξ & ἀπερίτως quomodo cohæreant 173.3
ἄξιος 37.11
ἀπαγγέλλειν tria significat 366.19
ἀπαγγέλλειν 343.18
ἁπλῶς 90.32
ἀπαρτίζειν 78.16
ἄπαρτος 491.16
ἀπαρτὴ 51.22
ἀπάρχεσθαι pro ἐρχεσθαι 138.11
ἀπέχειν 22.2
ἀπέχει pro ἦχει accipitur 463. 42
ἀπλῶς 459.442.28
ἀπὸ particulæ quomodo vsurpatur 113.4
ἀπὸ pro ὑπὸ 63.21
ἀποδεκτῶν verbũ quomodo accipiatur 225.42

ἀποδιευθύνειν designare & ad munus aliquod deligere 524,9
ἀπόδειξις 517,4
ἀποδύσεται ἀφ' ἑαυτῆς ἀπελλάπτεις 676, 20
ἀποκρίμα idem quod κρίμα 568,9
ἀποκρυπτεσθαι pro μὴ φανερωθῆναι ponitur 121,24
ἀποκρυφθήσεται pro ἀποκρυφθήσεται ponitur 121,22
ἀπολείπειν pro ἀπολέσθαι vsurpatur 116.4
ἀποκτείνειν 39,28
ἀπολαμβάνειν accipere 472.8
ἀπολύειν ἀπὸ τῆς ἀφύσεως ἀπολύσεως ἀλλὰ διεγείρειν καὶ ἀνακτίζειν 635.14
ἀπορεῖσθαι 568,8
ἀπορία consilii inopia 254,25
ἀποτολμᾶζεσθαι 410.15
ἀπόστολος pro σημαίνειν 876,36
ἀποστερεῖν est fraudare & quid significet 145.19
ἀποφαίνειν quid declarat 228.83
ἀπρόσιτος ἀπρόσωπος 308.22
ἀπόπλυμα 485,20
ἀπόστολος 655,10
ἄρα particula illatiua 73,2
ἀρέσθαι idē valet quod ἀρᾶσθαι 152.
ἀρχὴν quasi ἄρρητον 455.31
ἀρχύριον nummi genus 95,15
ἀρχοῦσια 668,10
ἄρσην quid sit 374.10
ἄρρητα intestabilia 603
ἄρτι 42.22
ἀρτίζειν 514
ἄρτιος quid dicatur 110,19
ἄρτιον idem quod τέλειον 78.16
ἄρτιος integer & perfectus 514
ἀρχὴ, διακονία & διακονία quid differant 383,2
ἀσέλγεια & ἀσέλγειαι quid sint 135. 22
ἀσπάζειν etiā declarat τὸ ἑστῶς 392, 20
ἀδύνατα 459,6
ἀδυνᾶν affligi 602.29
ἀδυνᾶτος vilem, abiectum, calamitatibus obnoxium esse 60.21
ἀσωλεῖσθαι 25,147
ἄσσον pro μᾶλλον 427,13
ἄσσον & ἄσσον differunt 254,25
ἀσσότερος 442.31
ἀσωφύτοι Ilœdifragi 442,31
ἀσωτία omnis profusio cáq; summam turpitudine cōiuncta 680.18
ἀσώτως vnde dariuetur & quid declaret 237.12
ἀτιμάζειν 342.10
ἄτιμος quis verè dicatur 127.4
ἀτύμως de scelere dicitur 420.5
ἄτοπος pro improbo de scelerato accipitur 420.5
αὐδάδεια 720.7
αὐδάδης 720.7
αὐλὴ quid declaret 223.21
αὔξειν 646.15
αὐτάρκεια. 709.6
αὐτόματα nomē pro αὐτομάτως adverbio ponitur, & quid eo significetur 122.28
αὐτόπαι dicuntur θεατοί 173.2
ἀφ' ἑαυτῶν pro ἀφ' ἑαυτῶν 126.40
ἀφαιρεῖσθαι 24.16
ἀφεδρών 58.17
ἀφ' ὧν pro ἀφ' ὧν ponitur 114.5
ἀφθονώτερον amplius aliquid significat quàm ἀφθόνως 441.23
ἀφόβως quid significet 184.74
ἀφρεῖζεσθαι 54.49
ἀφρεῖτιον idem valet quod ῥοῦσια 136.22
ἄφρων ἀπὸ τοῦ μὴ φρονεῖν ἢ ἀφρονεῖσθαι 554. 10

B

Βαλεῖν, committere vel ponere 93.27
βάλλειν pro obiicere 136.27
βαπτίζειν quid significet 133.4
βαρύτιμον gratis pretii 94.7
βάσανος 14.24
βάσεις pedes 351.7
βασιλεύειν 468.12
βασκαίνειν 614.1
βασταζειν 10.11
βίβλος 1.1
βῆθος domus effusionis 286. 2
βλασφημία 59.19
βλέπειν minus est quàm ἰδεῖν 50. 14
βλέπειν plus est quàm ἰδεῖν 18.28. & 26
βλέπειν non tantùm ad oculos, sed & ad animam transfertur 139. 15
βλάπειν pro φυλάπειν 157.38
βραβεύειν propriè de agonothetis dicitur 678.15
βραβεύειν pro διαιτᾶσθαι 675.18
βραχύ τι aliquantulum 730.7
βρῶμα & τὸ βρώσιμον 520.2
βρῶσις 24.19

Γ

Γαμεῖσθε 822.4
γαμεῖν 83.30
γαμεῖν & γαμεῖσθαι 71.10
γαμεῖν de viro dicitur, γαμεῖσθαι de vxore 535.36
γὰρ particulæ vsus 616
γαστὴρ & γαστριὰ 71.12
γενιὰ 42.16
γενεᾶ pro ætate 90.34
γενεὰς appellatione quid significetur 181.50
γένεσις 1.1
γενᾶσθαι quomodo de Christo vsurpetur 433.3
γέννημα 97.29
γέννησις 1.18
γεννητὸν γυναικὸς 41.11
γεῦμα 374.10
γεύεσθαι capere cibum 374.10
γεώργιον aruum vel seges 320.9
γυνὴ est nomen ambiguum 155. 23
γίνεσθαι pro aduenire accipitur 126.2
γίνεσθαι pro εἶναι accipitur 110.17, 8,1.128.14
γινώσκω æquè latè patet ac οἶδα εἶναι 125.
γινώσκειν pro θεωρεῖσθαι 304.43
γινώσκειν approbare & gratum habere 583.16
γινώσκειν decernere & decreto approbare 481.29
γινώσκειν reipsa sentire ac experiri 664.10
γόνυ & γόνατα opponuntur 569. 8
γράφειν αἰτὶ τοῦ διδάσκειν 719.1
γραφειζειν notum facere 549. 28.
γραφειζειν quid Græcis significet 128.15
γνῶσις ratio adipiscendæ scientiæ 552.8
γυμνητεύειν 66.14.
γραμματεῖς 5.4

Δ

Δὲ pro γὰρ 472.9
δέησις quid sit 343
δέησις deprecatio 697.1
δειλαδαιμονία in bonâ partem quādoque accipitur 399.22, & 421.19
δεξιολάβος 416.23
δεῖπνον. ὅθεν τὸ δεῖπνον 342
δεῖπνον & σύνδειπνον differunt 682.13

δῆλον plus est quàm τὸ συμαινόμενον 5.4
διὰ significationem auget 402.28
διὰ causam finalem significans 732
διὰ pro μεταξὺ 713.2
διὰ pro μετὰ vsurpatur 113.1
διαζώσασθαι 338.7
διαθήκη pro συνθήκη 617.15
διακονεῖν quid propriè significet 508.25
διακονία 496.7
διακονίαι 548.4
διακρίνειν 547.31
διακρίνεσθαι 7.22
διάκρισις idem quod διάσκεψις 501
διαλογίζεσθαι sæpe pro διανοεῖσθαι ponitur 114.6
διάνοια 637.3
διαπορεῖσθαι plus quàm διαπορεῖν 294.4
διαπρίεσθαι 359.33
διαστρέφειν oppositũ τῷ ἐυθείας ποιεῖν 385.810
διάταγμα 40.1
διατάσσειν 40.1
διατίθεμαι paciscor vel lego testamento meo 257.29
διατριβαὶ 709.8
διαφέρειν comparatione declarat 25
διαφέρειν pro συμφέρειν 446.18
διαφημίζειν quid significet 113.45
διαφθορὰ sepulchrum 387.34
δίγαμοι qui dicantur 706.9
δίδακτον esse, plus est quàm μαθητὴν 295
διδόντες pro διδοῦμεν 582.12
διεγείρεσθαι 41.24
διέξοδοι 81.9
διήγησις & διήγημα quomodo distinguenda 172.1
δικαιοσύνη beneficentia 594.9
δίκαιος & ὅσιος quid differant 720.8
δικαιοῦν pro ὁμολογεῖν, δοξολογεῖν δόξαν δοῦναι 207.29
δικαιοῦσθαι 42.19
δικαιωθῆναι absolui 387.38
δικαίωμα τοῦ θεοῦ pro lege naturæ 442.32
δικαίωμα pro absolutoria sentẽtia 464.61
δικαιώματα 446.26.464.16
δικαίωσις 463
δίκη tria significat 421,15
δίκη vltio 439.4
δίκη pro καταδίκη 421.15
διχοτομεῖν pro ἀφορίζειν 91.51
διώκω. feror, curro 665.14.15.9
δόγματα ritus 639.15
δόγματα traditiones 676.20
δοκεῖν persuasionem cum superbia & insolentia cõiunctam significat 538.&541.12
δοκεῖν & τὸ ἔτι opponuntur 630.3
δοκοῦσι id est ἐυδοκιμοῦσι 610.2
δοκιμάζειν 442.28
δοκιμάζεσθαι ἐπὸ τοῦ θεοῦ, Deo placere 681.4
δοκιμὴ 459.4
δολιοῦν 450.13
δολοῦντες 578
δόξα 22.2
δοξάζοντες pro δοξαζόντων ἀυτῶν 594.13
δοῦλος id est διάκονος 432.1
δοῦλος & λατρεὶς synonyma 436.9
δύεσθαι & καταδύνεσθαι quæ dicãtur 112.32
δυνάμις θεοῦ pro potente Deo 165.62
δυνάμις & ἐξουσία quomodo differant 111.27
δυνάμεις 28.22
δυνάμεις Christi quid sint 127.2
δυνάμενος significat τὸ ἱκανὸν 739.2
δυνάσται qui dicantur 182.52
δυνατὸς Græcis Deum significat 181.49.
δώρημα & χάρισμα differunt 463.15
δῶμα idem valet quod οἶκος 39.27

E

E'A particula cui rei conuenia 111.24
ἐὰν pro ὅταν seu ὁπειδὰν 322.3.& 810.2
ἐγγίζειν de eo etiã dicitur qui iam præsens adest 500.12
ἐγείρειν 51.25
ἐγκαίνια 310.22
ἐγκρῖναι id est ἐναριθμῆσαι 596.12
εἰ pro ὅτι 423.8.424.23
εἰ in subiectione per an, vel vtrũ, exponitur 657.22
εἰδωλεῖον idolorum templum 536.10
εἴδωλον 536.4
εἰλικρινία θεοῦ 569.12
εἰλικρινὲς quid sit 573.17
εἰπὲ emphaticum 12.3
εἰπὲ λόγον 308
εἰρήνη pro ἐυθυμία 458.1
εἰς pro ἐν 40.41.54.52.& 109.9
εἰς & πρὸς quando eodem sensu vsurpentur 10
εἰσδύειν 287.13
εἰσφορὰ collatio 499.7
εἰ δὲ quid si verò 485.22
ἐκ 3.20
ἐκβάλλειν quid significet 110.13
ἐκγαμίζεσθαι 83.30
ἐκδύειν 287.13
ἐκλύεσθαι quid sit 138.3
ἐκπειράζειν 12.7
ἔκστασις 374.10
ἐκτενὲς 423.7
ἔκφοβοι qui dicantur 143.6.
ἐλαύνειν prouehere & quorum hoc sit officium 132.48
ἐλέατρος 277.8
ἐμβατεύειν 675.18
ἐμβριμεῖσθαι 35.30
ἐμποδίζειν 691.6
ἔμπροσθεν 85.13
ἔμπροσθεν nunquam reperitur in nouo testamento pro temporis aduerbio 272.15.& 282.28
ἐμφανίζειν 322.21
ἐν pro εἰς accipitur 187.14
ἐν pro inter 61.7.& 736.15
ἐν pro σὺν 64.27
ἐν γαστρὶ ἔχουσα 2,18
ἔνδειγμα manifestum iudicium 689.5
ἐνδημεῖν 581
ἐνόργημα & ἐνόργεια quid differant 548.6
ἐνοργήματα 548.4
ἐνοργεῖσθαι 471.6
ἐνεθῆτε 342.10
ἐνέχεσθαι 17.26
ἐνδεικνύειν 689.5
ἔνδειξις iudicium 658.28
ἐν θεῷ cum Deo 281.21
ἐν οἴκῳ & ἐν ἱερῷ inter se opponuntur 351
ἐν ὀλίγῳ pro παρολίγον 425.28
ἐντέλλεσθαι 12.6
ἐντολὴ 12.6
ἐντραπήσεσθαι 79.37
ἐξαπορεῖσθαι 568.8
ἐξαπορεῖσθαι plus est quàm διαπορεῖσθαι 264.4
ἐξαρτίζειν 78.17
ἐξηδεῖν πάλιν quid significet 136.31
ἐξορχεῖσθαι pro τρέχεσθαι 138.4
ἐξιστάναι fascinare 367.9
ἐξίστασθαι propriè quid sit 113.21.& 114.12
ἐξομολογοῦμαι 43,2,4
ἐξομολογεῖσθαι spondere 25.6
ἐξορκίζω 100.63
ἐξουσία 270.11
ἐξουσία quid sit 111.27

ἐξουσία, potestas & vis aliquid efficiendi 65.30
ἐπαγγελία non quãuis promissionem significat, sed merè gratuitam 617.14
ἐπαγγελία, id quod promissum est 620.22
ἐπαγγέλλεσθαι 711.21
ἐπαίρειν 342.9
ἐπεὶ, alioquin 490.6
ἐπενδύτης 338.7
ἐπέχειν 661.16
ἐπηρεάζειν 21.44
ἐπὶ, coràm 107.14
ἐπὶ, Hebræorum idiotismo abundat 12.4
ἐπὶ pro instrumenti declaratione 489
ἐπὶ ἀντὶ τῆς διὰ declarat instrumentalem causam 352.16
ἐπιβαίνειν 166.72, & 237.12
ἐπίβλημα 34.16
ἐπιγαμβρεύειν 82.24.
ἐπιγνώσεως propria significatio 719.1.
ἐπιδὴ quid significet 170.1.
ἐπιεικὲς opponitur τῷ ἀκριβοδικαίῳ, aut τῷ βιαίῳ 367.9.
ἐπιζητεῖν 48,39.
ἐπιλαμβάνεσθαι carpere 251.20.
ἐπιλαμβάνεσθαι nunquam significat opitulari 733.16
ἐπιορκεῖν 19.33
ἐπιούσιον 23.11
ἐπιστισμὸς 214.12
ἐπισκέπτεσθαι 183.68
ἐπιστᾶσθαι 332.18.
ἐπιστάτης propriè quis dicatur 199.5
ἐπιστομίζειν quid sit 226.53
ἐπισύστασις 602.28
ἐπιτάττειν quid significet 111.27
ἐπὶ τῆς γῆς pro χαμαὶ 39.29
ἐπιφαίνεσθαι quænam dicantur 722.13
ἐπιφανεία 722.13
ἐπιχειρεῖν quid significet 172.1
ἐργάζεσθαι 92.16.285.23.293.27
ἐρυθραίζειν quid sit 142.38
ἐρχέσθαι pro ἰέναι καὶ πορεύεσθαι 430.14
ἐρχόμενος 77.9
ἑστηκέναι oppositum τῷ προϊέναι 371
ἑστηκέναι ponitur pro ἔστω 142.38
ἑστόνται pro γνώσονται 70.5
ἐσπλαγχνίσθη 36.36
ἐσχάτως ἔχειν quid sit 125.23
ἑτεροζυγεῖν pro ὁμοζυγεῖν 585.14
ἐυαγγελίζεσθαι 41.5
ἐυαγγέλιον 1
ἐυγένεια ad mores etiã & animum accommodatur 397.11
ἐυδοκῶ oblector 604.10
ἐυδοκεῖν 11.17
ἐυδοκία quid significet 188.14
ἐυδοκία ἀγαθωσύνης quid cõplectatur 689.12
ἐυθείας ποιεῖν 385.10
ἐυθύνειν τὴν ὁδὸν purgare viã 274.23
ἐυλάβεια quid sit 739.7.189.24
ἐυλογεῖν 21.44
ἐυλογεῖν idem quod ἁγιάζειν καὶ καθιερεῦν 541.16
ἐυλογεῖν τὸ ἐπαινεῖν 510.18
ἐυλογεῖν idem valet quod ἐυχαριστεῖν
ἐυλογητός 567.3
ἐυλογητὸς quis dicatur, & quomodo hoc nomẽ à participio ἐυλογημένος sit distinguendum 165.61
ἐυλογία quid significet 510.18
ἐυοδοῦσθαι prosperum iter, item successus prosperos à Deo obtinere 595.2
ἐυρίσκειν suo labore aliquid consequi 64.25
ἐυροκλύδων 427.14
ἐυσχήμων τὸ πρέπον καὶ προσφερὲς 535.35
ἐυσχήμων quis sit 169.43
ἐυτραπελία dicacitas 648.4
ἐυχαριστεῖν & ἐυλογεῖν pro eodẽ 96.26
ἐυχὴν ἔχειν voto obnoxiũ esse 411.23.
ἐυψυχεῖν & θαῤῥεῖν nihil, aut nõ multum differunt 662.19
ἐυψυχία & ἐυψυχον 662.19
ἐφάπαξ semel 558.6
ἐφιστάναι verbi significationes 187.9
ἔχω ἀντὶ τοῦ φέρω καὶ ἐλαύνω 60.30
ἔχειν pro δύνασθαι 69.25
ἔχειν pro φυλάττειν 71.12
ἕως ἄρτι 42.12
ἕως οὗ 4.25
ἕως οὗ dum 56.22

Z

ZΗΛΟΣ & ab eo deriuata 276.17
ζηλοῦσθαι vehemẽter amare 624.18
ζημιοῦν 64.26
ζωννύειν 338.18
ζωννύεσθαι ἀντὶ τοῦ ὁπλίζεσθαι 338.18
ζῶν viuificus 295.52
ζωοποιεῖν plus est quàm τρέφειν 295.51
ζωοποιεῖται viuiscit 562.36
ζωτὴρ 653.14

H

HΓεμὼν 101.2.36.28
Ἡλικία 25.27
ἡμέρα 8.1
ἡμέρα pro luce 106.1
ἦν 2.18
ἥττημα impotentia 528.7

Θ

ΘΑνατῶ 32.21
θαῤῥεῖν 32.2
θέλειν pro ἐπιθυμεῖν 271.13
θέλειν aliquid amplius significat quàm velle 292.21
θεραπεύειν 14.23. & 212.43
θλίβειν 51.21
θλίβειν proprié quid significet 117.9
θρῆνος 7.18
θρησκεῖα in vitio ponitur, quãdoque tamen ad verã religionem accommodatur 675.18
θριαμβεύειν 572.14
θύειν 81.4
θυμὸς 69.26.444.8
θυμομαχεῖν 382.20
θυσία 33.13 365.42
θυσίαι Hebræis quid sint 156.33

I

ΙΔέα visus 106.3
ἰδεῖν sentire 349
ἰδιώτης rudis 599.6
ἰδοῦ 3.20
ἱερουργεῖν operari 506.16
ἱκανὸς 10.11.197.22
ἱκανότης 574.4
ἱκανόω 669.12
ἱμάτιον pallium 89.18
ἵνα 324.8
ἰοῦστος 344.23
ὑπηρέται qui vocentur 165.65
ἱστάναι opponitur τῷ κεῖσθαι 208.38
ἱστάναι verbũ declarat τὸ παριστάναι καὶ παρεῖναι 153.25
ἱστορεῖν cognoscendi & intelligendi causâ inspicere 609.17

K

KΑταναθεματίζειν 101.74
καθάπερ indicat congruentia 576.18
καθάρματα 524.13
καθαρίζον purgans de qua re dicatur 135.19
καθιστᾶν 398.15
καθὼς 122.33
καὶ particula in sacris scriptoribus varium habet vsum 111.23
καὶ particula vim habet relatiui pronominis 139.22
καὶ particula cõnectit diuersas personas 360.6
καὶ non modo copulam esse, sed interdũ quoque causalem & discretiuã atque illatiuã particulam

lam 277.13
καὶ ἐπεξηγητικός. 311.33
καὶ redundat sæpe, præsertim post τις & ὅ, τι 560.27
καὶ particula exprimitur per aduerbium temporis 133,1.& 33,7,& 254,25
καὶ pro ἀλλὰ 280.11
καὶ pro ἢ 48.37
καὶ pro ὅτε positum 168,25
καὶ pro οὐδὲ
καὶ pro οὖν ponitur 142.5
καὶ pro τότε 189,21.188,15
καίειν 16,15
καιρὸς & χρόνος quid differant 341.7
καιρὸς συνεσταλμένος 533.29
κακοήθεια 442.29
κακοῦν 389,2
κακοψυχία 662,19
καλεῖσθαι ἀντὶ τοῦ εἶναι 810,1
καλὸν, id est, συμφέρον 530,1
καλὸν pro ἄμεινον 68
καλὸς καὶ ἀγαθὸς 210,5
κανὼν 597,13.& 598
καπηλεύειν 573,17
καρτερεῖν 342.14
κᾆτα & καθ' εἷς 162.19
κατὰ aliquando pro nota causali ponitur 111.27
κατὰ distributiuum 345.4
κατὰ sæpe idē valet quod in vel per 3,20
κατὰ pro εἰς 277,6
καταβιβάζεσθαι 43,23
κατ' ἐμὲ 438.15
κατακυριεύειν 404,16
καταλύειν recipere se in diuersorium 214.12
κατάνυξις 490.8
καταπρηνίζεσθαι 343.18
καταρᾶσθαι 21.44
κατεργεῖν propriè quid declaret 232,7,453,34
καταριθμεῖσθαι 343,17
καταρτίζειν quid sit 485,22,& 78,16
καταρτίζειν dicitur de quantitate discreta 514
κατὰ σάρκα hominum more 570.17
καταφρονεῖν quid sit 154.4
κατέχειν 210,15
κατηχεῖσθαι pro διδάσκεσθαι 630,6
κατοικεῖν 346.5
κατοικεῖν & παροικεῖν quid differant 8,2,3
κατορθώματα 417,2
κατοχὴ 471,6
κάτοχοι οἱ θεοφορούμενοι καὶ ἐνθουσιῶντες 401,5
καῦμα 49.6
καυματίζεσθαι 49.6
καυτηριάζειν 70,4
καυχᾶσθαι 459,2
κεκλημένος & κλητὸς quid differant 432.1
κέλευσμα 686.16
κενοφωνία 710,20
κεράμιον Amphora vel vas fictile aut testaceum 13
κέρμα à κείρειν 278.15
κήρυγμα præconium, pro euangelii prædicatione 718.17
κλαυθμὸς 7.18
κηρύσσων plerunque absolutè ponitur 8,1
κληρονομεῖν 15.5
κληρονομεῖν accipitur ἀντὶ τοῦ κτᾶσθαι 147.17
κλῆρος idem quod μερὶς 344.25
κλῆρον διδόναι 344.25
κληροῦσθαι 635
κλητὸς 432,1
κλισία 214,14
κοιλία & γαστὴρ 71,12
κοιμᾶσθαι obdormiscere, pro reponi in sepulchro 685.13
κοινὸν 58,11
κοινωνία quid significet 885.7
κοινωνία pro charitate & liberalitate 350.42
κοινωνία ἰδιωμάτων non est reprobanda 408,28,& 336,13
κοινωνικοὶ 710,15
κοίτην ἔχειν 484.10
κολυμβῆθρα 286.2
κομᾶν 545.3
κομψῶς ἔχειν 286,52
κονία 86,27
κοπιᾶν plus est quàm πονεῖν 44,28
κοσμοκράτορες 653,10
κράσπεδα 84,5
κρατεῖν 35,25,352,11,143,10
κράτιστος vnde deducatur 173.3
κράτος & κρατεῖν Græcis quomodo vsurpentur 133,3
κρείττων quis dicetur 173.3
κρίμα est effectū παραπτώματος 463.15
κρίνειν 281
κρίνειν æstimare 501,5
κρίνειν in pretio habere 517.2
κρίνειν pro κατακρίνειν sæpe vsurpatur 119.29
κρίσις quid sit 225,42
κρίσις cōdemnationis causa & materia 281,19
κριτήρια loca in quibus agūtur causæ 527.2
κτᾶσθαι τὰς ψυχὰς 2,4
κτήματα 72,21
κτήματα τὰ χωρία 305,45
κυβεία 645,14
κύριαι ἀρχαὶ 572,8
κῦρος 58,6
κυροῦν 572,8

A

Λαβεῖν τὸ ἱκανὸν satis accipere 397.9
λαλιά 285.42
λαλιὰ idioma seu lingua 304,43
λατρεὺς idem qui & δοῦλος 12,10
λεγεῶν vocabulum latinum corruptum 18.25,99,53
λειτουργία 383,2
λειτουργὸς 508.27
λικμᾶν 81.44
λίτραν esse vocabulum latinum 315.3
λογία collecta 564,1
λόγια quænam oracula dicantur 365,37
λογίζεσθαι interdum pro ἀριθμεῖσθαι vsurpatur 168.28
λόγος 919.3
λόγος pro indefinita particula 59.23
λόγος pro intelligentia diuinarum rerum 513
λόγος quàm varia significet Paulo 599.6
λόγον ποιεῖσθαι 339,1
λύτρον 75.26
λύτρωσις vera quæ sit 184,68

M

Μαθητεύειν 54.52,& 105,57
μακαρίζειν 623,15
μακαρισμὸς & μακαριότης differunt 623,15
μακροθυμία 69,26.& 444,4
μαλακία 14,23
μᾶλλον potius 39.28.281.19
μᾶλλον pro imò positum 162.30
μανθάνειν docere 706
μαρτυρεῖν quid declaret 197.22
μαρτυρία ἀληθὴς, idoneum testimonium 290.31
μαρτυρούμενος testimonio ornatus 360,3
ματαιότης 479.2[illegible]
μεθερμηνεύεσθαι [illegible]4
μεθύειν non semper in vino ponitur 277,10
μείζων pro μέγιστος ponitur 145.34
μελετᾶν pro φροντίζειν 534.32
μεμύημαι 667
μέμφεσθαι 133.2
μένειν pro κατοικεῖν 806.6
μενοῦνγε aduersatiuè ponitur 485,20

μειρῶ 25.25
μεσοτοιχον intergerinus paries 639. 14
μὲν pro διὰ 391.37
μὲν præpositio interdum ponitur pro ἐν 140.31
μεταμέλεσθαι 8.2
μετάνοια conuersio 715.25
μετανοεῖν & μετάνοια 8.2
μετωθεῖζεσθαι quid sit 229.29
μετοικεσία 1.11
μετεωροπαδεῖν 739.2.597.13
μηδὲν loco aduerbii positum 355.17
μήποτε particula dubitantis 91,9, 106,1
μηχθὲς aduerbialiter 317.35
μίλιον est Latinum vocabulũ corruptum 20.41
μηπαγκρία 442.31
μοιχεία 18.27
μοναὶ 32.2
μορφὴ pro habitu & vestitu corporis 265
μυσήειον 634.9
μυσήειον 578.10

N

Ναζωραῖος dicitur Iesus nomine gentili 111.24
νοεῖν idem quod συνιέναι 59.17.& 134.139.17
νοήματα machinationes 572.11
νοσφίζεσθαι 356.2
νοσφι infantes 709.4
νυμφίοι quid sint 135.22
νυσάζειν 91.5

Ξ

Ξενδεῖον 287.13
Ξέστης Romana vox Latinis sextarius 134.4
ξύλον numella 395,24

O

Ο articulus ὁ ἡ τὸ, interdum ratione rei formalem indicat 376.35
ὀδηγεῖν 58.14
ὀδυρμὸς 7.18
οἴκημα carcer 381.7
οἰκία 127.4
οἰκονομεῖν quid sit 238.2
οἰκονόμος curator 511.23
ὁμαλὲς 254.14
ὁμοιώματος & σχήματος nomine qualis similitudo significetur 660.7
ὁμολογεῖν 28.33.& 55.7
ὁμολογεῖν paribꝰ verbis loqui 255. 6
ὀπίσω particula pro ἔμπαλιν posita 141.32
ὄπλα pro instrumentis 468.13
ὀρθοτομεῖν 714.15
ὀρθρίζειν 255.38
ὀσίζειν 434.4
ὁρκίζειν quid sit 123.7
ὅσον 27.12
ὅστις quid significet 349
ὅστις & δίκαιος quid differãt 720.8
ὅστον 387.34
ὅσον & ὀλίγον inter se permutãtur 117.8
ὅτι, οἰδιπόδ 569.14
ὅτι particula interdum pro διατὶ accipitur 143,10
ὅτι sæpe abundat 12
οὐ interrogatiuum 67,24
οὐ interrogationis vice fungitur 28.22
οὐδ, non profectò 366.37
οὐδ particulã significat ne quidem 123.3
οὐ μὴ nequaquam 50.14
οὐ μόνον δὲ, neque id solum 591.19
οὐκ ἔστι pro οὐκ ἔξεστ 546.20
οὖν pro ἀλλὰ vel δὲ 45.12
οὔπω id est οὐδέπω 158,7
οὗτος demonstratiuũ positum pro relatiuo 376.36
ὀφείλειν 86.16
ὀφθαλμοδουλεία ὀφθαλμοδουλεῖα 655.0 86.16
ὀψάριον 291,9
ὀψάριον peculiariter de piscibus dicitur 338,9
ὀψὲ pro ὲ ἐσχάτῳ 106.1
ὄψος 337,5
ὀψώνιον 538,7
ὁ ὢν pro ὅς ἐστι 483,5

Π

Παθήματα quæ dicantur, & quàm latè hoc nomẽ pateat 471.5
παιδιτὸς 424.23
πάλιν 98,42,335,10
παιδουργία quid significet 251,23
παρὰ cognationem & coniunctionem declarat 295,46
παρὰ plerunque ponitur in vitio 610,4
παραλαίειν 344,25
παρεμβολὴν loqui quid sit 135.1
παραδιαβάλλειν, perperam consulere 663,30
παραγγέλλειν 37.5
παραγγέλλειν quid sperare 684,2
παραδιατελεῖ 709,5
παδειγματίζειν 3
παραδίδοναι αὐτὴ τῷ παραδίδοναι 88,10. 37.4
παράδοσις 573.& 692,15
παρακάθεσθαι depono vel commendo 263,46
παρακαλεῖν idem valet atq; τὸ παρεμνεῖν 193,18
παράκλητος aduocatus 572,8
παρακολουθεῖν 716,10
παρακούειν 68,17
παρακύπτειν quid significet 246, 12
παραλαβεῖν 3,20
παραμυθεῖσθαι 12.5
παραμυθεῖσθαι & διέχεσθαι multum differunt 682,13
παραπίπτειν 24.14
παρεπιδημεῖν pro συμπορεύεσθαι ponitur 145.30
παράπτωμα & ἁμαρτία differunt 463.15
παρεστῶσαι verbum quid significet 189,22
παντικὸς, 579.17
παρίδω pro παρεῖδον 344,25
παρίδωκε τὸ πνεῦμα 334.30
παρελθεῖν 97,39
πάρεσις id est ἄφεσις 452,10
παρεῖναι condonare 452,10
παρεῖναι 340,3
παρεικεῖν differre 265,18
παρεῖμαι pro παρεῖλαι 390,6
παρρησία euidentia 575,12
παρρησία palsiuè acceptum 297,4
παρουσία à παρεῖναι 88,3
πᾶς totum quiddam & integrum declarat 513,3
πᾶς non semper vniuersaliter sed quandoque indefinitè accipitur 14.23
πάσχα aliquando pro agnomactato in die festo accipitur, aliquãdo pro ipso die festo 161. 12
πάσχειν non solùm affligi, sed aliquando quæuis perferre significat 717.15
ὁ πατὴρ vocandi casu 44,26
πατριὰ familia & gens quæ vnum communem patrẽfamiliàs habet 642.15
πείθειν 608.10
πίλαγος dicitur quod Latini altũ vocant 67,6
πίμπλημι vsurpatur nullo casu addito 7.16
πιστεύσασα quid sit 172,1
πιστεύσας ἐπὶ τινα fretus ero 733,13
πλεκτὰ δέρματα 524,13
πλεονεξία quod quum supersit reconditur 722,14
πλοῦς locus 369,32
πλεονατῶν ambulare idem valet quod

quod viuere 134.5
πριπείρειν infigere & perforare 709.10
πρίσσον quādoque in vitio ponitur 447.1
πρίττον quam vim habeat 158.44
πριφρονεῖν pro καταφρονεῖν despicere & aliquando pro circunspicere 722.15
πρίψημα ramētū siue scobs 524.13
πρῶρεύειν pro ἀλαζονεύειν 551.4
πρωρεία ὁ καλλωπισμός 551.4
πιθανολογία 672.4
πίμπρασθαι intumescere 430.6
πιστική 160.3
πίστις ὀνόματος 352.16
πίστιν παρέχειν fidem facere 400.31
πλανᾶν seducere 88.4
πλανῶ 106.63
πλεονεκτεῖν circumuenire, occupare, expilare 785.6
πλεονεκτεῖν μεταβατικῶς 572.11
πλεονεξία quid sit 593.3.227.15
πλὴν pro ἐὰν μὴ & pro μόνον 612.16
πληροφορεῖν 717.5
πληροφορεῖσθαι & πληροφορεῖν quid declarent 172.1
πληροφορίαν Paulus quid vocet 172.2.172.1
πλησμονὴ 677
πλοῖον 314.23
πλουσίως largè 678.15
πλουτεῖν pro ἐπορεῖν 513
πλοῦτος translatitiè vsurpatur à Paulo 444.4
πνεῦμα afflatus virtutis Dei 490.8
πνεῦμα addito articulo nō semper spiritum sanctū significat 279.8
πνεῦμα pro impulsu & afflatu accipitur 197.33
πνεῦμα ventus 279.8
ποιεῖν pro διατρίβειν 402.3
ποῖον propriè de qualitate quærit 72.18
πόλις non vrbem tantùm sed hominum cœtum significat 197.26
πολιτεύεσθαι 414.1
πολὺ & ὀλίγον interdum de continua quantitate dicuntur 239.10
πονηρία, πονηρίαι & πονηρὸν Græcis quid significent 131.22
πονηρία opponitur τῇ ἀγαθωσύνῃ 506.14
πορεύεσθαι pro ἔρχεσθαι 138.4.11
πορθεῖν 608.13
πορνεία pro adulterio 19.32
πρασιαὶ quid sint 131.35
πρεσβυτέριον 412.5
πρεσβύτεροι 57.2
πρεσβυτέρων nomē non tam ætatem quàm dignitatē significat 63.21
πρηνὴς γινόμενος 343.18
προαιρεῖν præoptare 593.7
προβάλλειν pro ὀκφύειν seu βλαστεῖν 254.30
προβιβάζεσθαι 55.8
προγεύστης 277.8
προγινώσκειν 489.1
προδιδόναι, ante dare 494.33
προθέντης 277.8
προθέσει pro προαιρέσει 716.10
πρόθυμον 438.15
προορίζειν, προετοιμάζειν & προχειρίζεσθαι sunt synonyma 633.5
προκόψουσιν, proficient 716.13
προμερίμνων quid sit 158.11
προμνήστρια 598.1
προτότοκος quis dicatur 189.23
πρὸς pro κατὰ vel διὰ 71.8
προσάββατον quod fuerit olī 169.42
προσανατίθεσθαι 609.16 & 611
προσεδρεύειν 538.13
προσευχὴ quid sit 34.24
προσεύχεσθαι & εὔχεσθαι differūt 21.44
προσέχειν 21.1
πρόσκαιρος 51.21
προσκαρτερῶν quid significet 499.6 117.9
πρόσκομμα & σκάνδαλον qui differant 503.13
προσομίζεσθαι idem est quod ἐλλιμενίζειν 132.53
προσέψημα 337.5
προστάτης 590.2
προσφάγιον 337.5
προσωποληψία 658.9
προσωποληψίας appellatione quid intelligatur 155.14
πρόσωπον 582.12
πρόσωπον non nisi de homine dicitur 61.3
προφητεύειν quid sit 195.65
προφητεύεσθαι 58.7
προχειρίζεσθαι 353.20
πρῶτον non requirit vt aliquę distributionis partes sequātur 436.8
πρῶτον μὲν γὰρ, principiò enim 545.18
πτωχὸς & πένης differunt 590.9
πτωχοὶ 15.3.& 72.21
πτύσας καὶ ἀποπτύων quis dicatur 137.33
πυγμὴ à πυγμὴ dicitur & quid significet 133.43
πώρωσις 646.17
πώρωσις obduratio 493.25
πώρωσις & πήρωσις quomodo differant 116.5 & 132.52
πῶς interrogatiuum cum admiratione 62.11.

P

ῥαβδίζειν, virgis cædere 601.25
ῥαιδουργοὶ qui vocentur 165.65
ῥαδιουργία 384.10
ῥακὰ 17.22
ῥάκος 34.16
ῥαπίζειν qui dicantur 165.& 20.39
ῥῆμα idem vt quod Hebræis res noua 188.15
ῥῦμι 22.2
ῥύσις quid sit 125.25

Σ

Σαββάτων nomine septimana intelligitur 106
σαββάτων μία primus dies hebdomadis 263.1.407.7
σαίνειν, de canibus propriè dicitur 683.3
σαλπίζειν 22.2
σαφῶς loqui quid sit 141.32
σεμνότης 666.8
σημεῖον sacramentum 456.11
σημεῖον insigne aliquod Domini factum siue quo consoletur siue etiam quo puniat. 556.22
σήμερον καὶ αὔριον quid sit 233.32
σινιάσαι ventilare 258.31
σιτίζειν 81.4
σκάνδαλον, & πρόσκομμα differunt 503.13
σκηνὴ 31.20
σκιρτᾶν quid sit 203.23
σκόλοψ surculus 603.7
σκύβαλα 66.4
σκυθρωπὸς tetrico vultu 265.17
σκύλλεσθαι 36.36
σκώληξ 382.23
σπεῖρα 103.27
σπένδειν libare 661.17
σπένδεσθαι fœdus sancire 661.7
σπερμολογεῖν quid sit, & qui dicantur σπερμόλογοι 398.18
σπουδὴ solicitudo 591.17
σουδάρια, ἢ σιμικίνθια 404.12
σοφία & φρόνησις quid differāt 515.17
στέγειν pro ὑπομένειν 938.12
στελλόμενος vitans 591.20
στενοχωρεῖσθαι 585.12
στέργειν plus est quàm φιλεῖν 497.10
στέφανος corona, i. decus meū 665.1
στηρίζειν 240.26
στίλβειν amplius aliquid significat quàm λάμπειν 142.3
στόμαχος 708.23
στοργαὶ φυσικαὶ 442.31
στράτευμα agmen 261.11
στρατηγοὶ qui templi custodiæ præerant 255.4
στρατοπεδάρχῃ præfecto prætorio 431.16

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-226230-p0905-7

συζεύγνυμι 530.6
συζεῦκται vtuntur 283.9
and 11.24.138.4 11. & 143.10
συκοφάντης 515.20
σύμβουλος eiusdem consilii socius 666.3
συμβωμολοχεῖν 973.8
συμβωμολόχος pro σαλιβάλλοντες 394.10
συμπαθεῖσθαι 538.13
συμποσιαρχος 277.8
σύμφυτα 466.5
συμφωνεῖν 73.2
σύνδεσμος 323.5
σύνοδος Iudæorum, συνέδρια gentium 38.17
σύνοδος τῶν ἁγίων 586.3
συντελικὸς ἐνιαυτὸς 341.4
συντέλεσις 721.15
σωτὴρ θεὸς 2.18
σωφρονεῖν semper est ἁμαρτάνειν 480.28
σωφρονίζειν adminiſtrari 520.9
σωφρονιστὴς 443
σωφρονίζειν conſtringere 582.14
σῶς ὅλος 416.15
σωφρόνως pro σωφρόνων 596.12
σωφρόνησις propoſitiones ſuppeditat 721.15
σύστημα quæ ſint 626
σφαγεῖον 293.27
σφυρὸν malleoli in pedibus 351.7
σχῆμα 80
σχήματος & ὁμοιώματος nomine quaſi ſimilitudo ſignificetur 660.7
σχῆμα ſeu δύναμις quid ſit 513.10
σῴζειν 321.4
σωτὴρ conſeruator 705.10
σωτὴρ 719.3
σωτὴρ 720.9
σωφρεῖν quid dicatur 124.15
σωφρόνησις animi ſanitas 712.9
σωφροσύνη opponitur τῇ μανίᾳ 425.25.

T

Ταμεῖον 22.6
ταπεινὸν 67.4
ταπεινώσις i. humilitas, quid ſit 181.48
ταπεινοὶ qui dicantur 182.52
τέκνον appellatione etiam filiæ intelliguntur 82.24
τελεῖν quid proprie ſignificet 446.27
τελεῖν abſolutum ſignificat deſinere 40.1
τελείωμα accipitur pro τελεῖν 233.32
τελεῖν 806.4
τελεῖν conſecrare 732.10
τελείωσις 332.10
τέλεντη 6.15
τέλος 499.7
τέλος pro mercede 665.19
τελωνεῖν quid ſignificet, & vnde componatur 140.25
τὶ particulæ interroganti articulus ſæpe additur etiam quum nullum eſt αἰτιατέμενον 480.26
τὸ pro τοῦτο 144.23
τολμᾶν ſuſtinere 506.8
τὰ λοιπὰ de cætero, poſthac 631.17
τραχηλίζειν medium ſecare, ſiue per ſpinam dorſi findere 738.13
τρόφιμος pro τρόφιμος 90.38

Y

Τὸν dicitur quicquid integrũ eſt & ſine vitio 721
ὕδριαι dicuntur Aquales 277.6
ὑδροπότης abſtemius 708.23
ὑπαγὲ pro ἄπιθι ponitur 141.32
ὑπακούειν & παρακούειν mutuò ſe reſpiciunt 436.5
ὑπαρξεις mouentia bona 350.45
ὑπερ pro περὶ 568.8. & 603.5
ὑπερήφανοι ſuperborum eſt & ambitioſorum 685.6
ὑπερκαλλὲς 643
ὑπὲρ ἐμοῦ 40.37
ὑπερῷον cœnaculum 342.13
ὑπὲρ plus eſt quàm περισσεύειν 210.23
ὑποδήσεσθαι 397.7
ὑποδήματα quid ſint 128.29
ὑπόδικος 460.19
ὑπόκρισις idem eſt quod πανουργία & πολυτροπία 155.15
ὑποπόδιον 19.35
ὑποσχέσεις ἢ ὑποχρεώσεις, de pollicitatione dicuntur 411.23
ὑποτιμάω 539.27
ὑστερεῖσθαι 451.23
ὑστερεῖν idem quod μὴ πιεῖν 11.2
ὑφὴν 317.32
ὑφήνασθαι 317.14

Φ

Λγειν φαντασία i. oſtentatio 421.23
φάσκειν profiteri 441
φελόνη quid ſit 717.13
φέρειν & ἄγειν ſæpe permutãtur 65.1
φέρειν idẽ quod ἀπάγεσθαι & ὑποβιβάζειν 485.22
φέρεσθαι eſt cũ impetu venire 345.2
φθείρειν 586.2
φθορὰ ad ὑσίαν & ποιότητα pertinet 441.23
φοβεῖσθαι de reuerentiæ cultu, quo is qui inferior eſt ſuperiorem colit 652.33
φόβος κυρίου terror Domini, pro terribili iudicio 528.41
φόρος capitatio 499.7
φορεῖσθαι 52.36
φρένες præcordia 555.20
φρενῖτις 495
φρενεῖν pro φρενιτίζειν 666.9
φρενῶν animum ad aliquid adiicere & de re quapiam ſeriò cogitare 502.6
φρονεῖν pro iudicio animi quod quiſpiam de alio vel de ſe concepit 523.6
φρόνησις & σοφία quid differãt 515.17
φυὴ 2
φυλακτήρια 84.5
φύραμα 491.16
φῶς eſt color ignis 65.2
φῶς lux pro vita 424.23
φωτὸς appellatione etiam ignis intelligitur 164.54
φωτίζειν in lucem producere 712.10

X

Λέγμα 400
χαρακτὴρ ſculpta forma 726.3
χαρίζεσθαι gratificari 207
χάρις & ἡδονὴ quo differant 203.26
χάσμα & δύρημα differunt 463.15
χάσματα 548.4
χάσμα ἀπὸ τοῦ χαίνειν 240.26
χειροτονίζειν vnde ortum 390.23
χιτὼνες 338.7
χλιδάζειν 347.13
χρείας id eſt πλύσεις 563.47
χρείαν ἔχειν quid ſignificet 115.24
χρηματίζεσθαι 6.12
χρηματίσαι id eſt ὀνομάζεσθαι 380.26.
χρὸς vocabulum quot modis interpretari poſſit 204.35
χρὼς & χροιὰ quid differãt 341.7
χρόνου τὰ λοιπὰ 631.17.

Ψ

Εύδεσθαι trãſitiuum quomodo explicandum 609
ψευδὴς pro ψευδὲς 810
ψηλαφήσειας 399.27
ψῆφον κατατιθέναι 423.10
ψυχὴ pro cadauere 348.27.
ψυχίζειν 551.3

Ω

Ρα 35.22
ὥρα pro tempore vſurpatur 151.11
ὡς non ſimilitudinẽ ſed veram conuenientiam declarans 575.17
ὡς, particula indefinitè ponitur pro ὅπως 122.27
ὡς particula pro μᾶλλον vel μᾶλλον 124.13
ὡς & ὅπως aduerbia temporis 507.2.

const. 4°
KK 59
(X2189983)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-226230-p0909-3